BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 K
24

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

40. 40
e c
7 7

13-4.F.47

Digitized by Google

40. 3.7

Digitized by Google

D N.

FRANC. MARCI DECISIONVM AVREARVM, IN SACRO DELPHINATVS SENATV IAMPRIDEM DISCVSSARVM, AC PROMVLGATARVM,

PARS PRIMA.

Quæ ex maiori parte auctæ ac locupletatæ, Argumentiſq; & Epitomis illuſtratæ, magno cum omnium Iuriſconſultorum commodo, nunc demùm in lucem emittuntur:

Cum Indice, cùm verborum, tùm rerum ditiſsimo.



ROM. SOC. IESV. BIBL. SEC. COLL.
IHS

LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Iuntæ.
M. D L X.
Cum Priuilegio Regio.

Digitized by Google

ORNATISSIMO VIRO IOANNI CAMVS, IVRIS VTRIVSque Doctori Sancti Boneti domino, Christianiſsimique Galliarum Regis à Secretis, atque magni Senatus Pariſienſis Notario,

Philippus Tingus,

S. P. D.

QVANTA ſit Senatuum Gallicorum (qui vulgò Parlamenta vocantur) autoritas atq; maieſtas vir clariſsime, illorũ ſanctiſsima areſta ac iudicata, cauſarũq; doctiſsimę, æquiſsimæq; deciſiones: quę perinde ac verę iuris interpretationes habentur, facilè teſtantur. In ſcholis quidem ac publicis legum Auditorijs ius docetur, Iuriſconſultorum diuinæ mentes explicantur, legúmq; ſpecies accutiſsimè finguntur: In his verò ſanctiſsimis Patrum conuentibus, viuæ leges loquuntur, ac ius dicunt, vnumquẽq; in officio retinent, bonos benemeritóſq; homines honoribus & præmijs afficiunt, in facinoroſos contrà mero illo imperio animaduertunt. Nam parum eſt, imò nullius ferè momenti, ſanctas veterum Iuriſconſultorum leges ac reſponſa, patritiorum Romanorum æquiſsima Senatuſconſulta, Diuorúmq; Imperatorum ſacratiſsimas conſtitutiones noſſe: niſi adſit viua illa lex, quæ in principe populi magno cum omnium ſuorum ſubditorum commodo, relucere videtur. Illum verò principem conſultiſsimum & prudentiſsimũ Senatus Gallici nobis graphicè referunt, ac quaſi ob oculos proponunt. Sicut enim Amphictyones, publicum olim Græcię concilium, ſuis decretis ac legibus ad cõcordiam colendam vnũquenq; inuitabant, illorũq; placita pro oraculo habebãtur, Areopagus item Athenis vnus totam Gręciam, Romanúſq; Senatus totum ferè orbem ſuis legibus, ſenatuſcõſultis, & iudicijs, perinde ac optimi prudentiſsimíq; monarchæ regebant: Ita Senatus Galliarum totum hoc ditiſsimum ampliſsimúmq; regnum feliciter regunt, moderantur, vnumquenq; ad arctiſsima ſanctæ ſocietatis iura colenda inuitant, ius cuiq; tribuunt, leges ſuis iudicatis & areſtis explicant, nouas ſanciũt, quibus beatè & cum pace viuatur,

Ac me quidem diu cogitantem ratio ipſa in hanc potiſsimũ ſententiam ducit, vt exiſtimem leges ſine iudicibus, tanquàm muta εἴδωλα, nihil prodeſſe ciuitatibus & regnis: Legum verò Doctores & Senatus ampliſsimos (qui iuris, veri ſunt interpretes, quique legem perindè atque nobiſcum loquentem, ac ius dantem efficiunt) ſummæ eſſe hominum generi vtilitati. Ac ſi volumus huius rei, quæ vocatur iuriſprudentia, à natura ad conſeruationem humanæ ſocietatis profectæ, cõſiderare principium, reperiemus profectò id ex honeſtiſsimis cauſis, atque publica hominũ vtilitate profectum. Nam fuit quoddam tempus quum in agris homines paſsim beſtiarum more vagabantur, (nondum enim ciuitates conſtitutæ fuerant) & ſibi victu ferino vitam propagabant, nihil ratione animi, quæ vera lex altis hominũ mentibus inſita dicitur, neque fide & iuſtitia, ſed omnia ſumma cum violentia ſolis corporum viribus, adminiſtrabantur. Nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio, non ſanctę ſocietatis ius colebatur: nemo legitimas viderat nuptias: non certos quiſquã inſpexerat liberos: non ius æquabile quid vtilitatis haberet acceperat. Ita propter errorẽ, iuriſque inſcitiam cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas, & quiduis audendi effera libido, vt explerentur, viribus corporis abutebantur, tanquã perniciosiſsimis ſatellitibus. Quo tempore Deus Opt. Max. huic malo vt opem ferret, quoſdam magnos videlicet viros & ſapientes, qui hunc orbem inferiorem regerent, excitauit. Abrahamus enim, Moſes, Draco, Solon, Lycurgus, aliiq; prudentes Græci Latiníque νομοθέται, quum cognouiſſent quanta ad maximas res opportunitas animis ineſſet hominum, quantíque momenti ad homines mutua beneuolentia ſanctiſsimóq; ſocietatis nexu deuinciendos iuriſprudentia eſſet, diſperſos homines in agris, & in tectis ſylueſtribus abditos ratione quadam iuris & officij compulerunt in vnum locum & congregarunt, eóſq; in vnamquamque rem inducẽtes vtilem atq; honeſtam, primò propter inſolentiam reclamantes, deindè propter rationem & orationẽ ſtudioſiùs audientes, ex feris & immanibus mites reddiderunt & manſuetos. Ac mihi quidem videtur hoc ſacrarũ legum ſapientia efficere potuiſſe, vt homines à conſuetudine atq; à diuini cultus ignorantia conuerterẽtur, & ad diuerſas vitæ rationes, & pręcipuè ad Deum colendum traducerentur. Age verò ciuitatibus cõſtitutis, quî fieri potuit, vt homines noui ciues (hi enim id nomen à ciuitate ſunt ſortiti) fidem colere, & iuſtitiam retinere diſcerent & aliјs parêre ſua voluntate conſueſcerent, ac non modò labores excipiendos cõmunis commodi cauſa, ſed etiam vitam amittendam exiſtimarent, niſi iure ciuili tanquàm ſacramento obſtringerẽtur, & moniti à legumlatoribus & Senatoribus iuſtitiam diſcerent? Bene itaq; antiquitùs à Galliarum Regibus huic monarchiæ conſultum fuit, vt ſacri prudentũ ac Seniorum conuentus & ſenatus in hoc imperio conſtituerentur. Nam quum Rex vnus non

Digitized by Google

vnus non poſsit ſingulis ſuę ditionis populis ius dicere, æquũ viſum fuit, vt ij Senatus regij, perinde atq; Rex cõſultiſsimus loqueretur, ſummo animi iudicio ac legũ doctrina, cauſas cõponerent, cõtrouerſiáſq; omnes prudenter deciderẽt: atq; ex illorũ deciſionibus, tanquã è puriſsimo iuris fonte, iura ac iudiciorũ formulę ſecundũ varia themata, peterẽtur. Quid enim in iure tam abſtruſum reconditũq;, támque litigioſum horum ſenatuum conſultiſsimis ſenatoribus offerri poteſt, quod non, habita iuris æquitatiſq; ratione, explicetur ac decidatur? Quot quæſo atrocibus iniurijs tenuiores à potentioribus, quantíſq; malis boni quiq; à perditis hominibus afficerentur, ac penitus opprimerentur, niſi hæc Regia maieſtas, quæ his certè in Senatibus videtur relucere, illis tempeſtiuè auxilio eſſet? Quantas è cõtrario ſeditiones tenuiores in principes cõmoti excitarent, niſi illorũ inanes conatus à ſenatoribus æquiſsimo iuris tẽperamẽto reprimerẽtur: ſeditionéq; reſtincta tumultuarij huiuſmodi homines hoc iuris ſceptro in ordine redigerentur? Cognita ergo horũ ampliſsimorum ſenatuũ autoritate, non eſt quòd illorum deciſiones multis encomijs egere exiſtimem, illarũq; ſummam vtilitatem pluribus verbis coner oſtendere. Hoc tamen ſolùm pro tantis laudibus quæ eis debẽtur afferã, eas nempè tanto vſui Iuriſcõſultis, aduocatis, & iudicibus omnibus eſſe, vt merito etiã à doctiſsimis quibuſq; viris vel huius regni, vel exterarum nationũ ſummo cum honore excipiantur, atq; cùm in iuris interpretatione, tùm in cauſis agendis, tùm etiã in iudicando paſsim citentur. Quũ itaq; Dominus FRANCISCVS MARCVS, quondã Iuriſcõſultus clariſsimus, atq; in ampliſsimo Delphinatus Senatu Senator meritiſsimus hæc ſacroſancta placita in ipſo Senatu diſcuſſa ac promulgata collegiſſet, ac literis mandaſſet, nos eorum primam partem magna diligentia, magnis etiam ſumptibus, typis mãdari curauimus. Tibi autem vir clariſsime ea dicare nobis viſum fuit, vt honore quo dignus es, te affectum videant omnes, cognoſcántque tibi viro Iuriſperito ac prudenti, prudentũ placita & deciſiones iure deberi. Mihi prætereà admirabiles animi tui dotes ita ſunt perſpectæ, tantaque etiam ſunt tua in me merita, vt nunquam in te colendo & obſeruando mihi conquieſcendum exiſtimem. Quare meo nomine hoc opus beneuolo animo accipe, vt non parum dignitatis illi ex hac mea commendatione acceſsiſſe, ab omnibus intelligatur. Vale. Lugduni XXII. Kalen. Aprilis.

Lectori Salutem.

Hanc primam placitorum Senatus Delphinatus partem tibi ſumma cum animi lætitia damus, lector candide, ſecundam daturi, ſi hoc noſtrum munus tibi gratum intellexerimus. Deum tamen optimum maximum vehementer oramus, vt tantum fructus & vtilitatis ex hoc noſtro labore percipias, quantum ſumptuum in hoc libro excudendo fecimus. Vale, & nos ama.

Digitized by Google

Extrait du priuilege.

PAR grace & priuilege du Roy eſt octroyé aux heritiers de feu Iaques Iuncti, d'imprimer, vendre, & diſtribue r *Deciſionum pars prima & pars ſecunda, recolıgées par Maiſtre François Marc, conſeillier de noſtre parlement de Grenoble.* Et ce, pour le terme de dix ans, commẽçans au iour de la premiere impreſsion, qui en ſera faite. Auec defenſes & inhibitions à tous autres Imprimeurs, Libraires, & Marchans quelconques, de n'imprimer, vendre, ou diſtribuer leſdits liures, ſur les peines contenues és lettres patentes dudit Seigneur, depeſchées à S. Germain en laye, le xx. iour d'Aouſt, M. D. LIX.

Signé,

Par le Roy,

Maiſtre Nicolas du Pré, maiſtre des requeſtes ordinaires de l'hoſtel preſent.

Burgenſis.

DECISIONES SENATVS DELPHINALIS CLARISSIMI, I. V. D. DN. FRANCISCI MARCI Senatoris & legum interpretis acutiſsimi nouè collectæ.

* *

ARGVMENTVM.

De ſententia lata ſuper appellationis deſertione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ſuper appellationis deſertione lata quòd iuxtà appelli formam denominetur. & nu. 5*
2 *Appellans propter contumaciam non auditur.*
3 *Sententia deſertionis appellationis, executionem iudicis, à quo appellatum eſt, eſſe.*
4 *Iudex appellationis in priſtinũ ſtatum appellantem, deſerta appellatione declarata, reſtituere poteſt.*
6 *Sententia lata ſuper nullitate ſententiæ conteſtatæ litis defectu, quæ ſit.*
7 *Sententia deſerta habetur appellato non citato intra tempora.*

Quæſtio I.

QVAERITVR, an ſententia lata ſuper deſertione appel
lationis vel recurſus dicatur
diffinitiua ſeu habẽs vim diffi
nitiuę, vel interlocutoria: & an
poſsit mutari vel reparari? † Et
1 in effectu Bal. in l. ij. C. de epiſ.
aud. videtur tenere ꝙ ſit interlocutoria habens vim
diffinitiuæ, & ꝙ ab illa poſsit appellari, licèt in cõ-
2 trariũ alleget tenere Archi. in c. quorũ. ij. q. vj. † ꝙ
non audiatur appellans propter cõtumaciam. Sed
idem Bald. in authent. ſi quis litigantiũ. C. de epiſ.
aud. videtur quòd ſit interlocutoria, cùm non me-
reatur executionem, niſi quoad condemnationem
3 expenſarum: † quia primus iudex exequitur. l. eos.
in prin. C. de appella. cùm ibi nota. per glo. Bartol.
Bald. & in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de
pact. & in l. furti. in princip. ff. de his qui nota. in-
fam. Vnde quando iudex appellationis aliàs eſt or
dinarius bene poteſt reuocare talem interlocuto-
riam, aliàs ſecus: quia videtur à ſe abdicare iuriſdi
ctionem. c. ſignificantibus. de offic. & pote. iudi. de
legat. ſecundum Bald. in l. ſi præſes. C. quomodo &
quando iud. ſent. profer. deb. licèt talis interlocuto
ria ſit magni præiudicij. & ideò non poſsit ferri cõ-
tra minorem indefenſum: vt ibi habetur. Verumta
men ſecũdum dom. de Rot. in nouis deciſ. lxxvij.
4 & lxxxix. † Iudex appellationis poſt pronuntia-
tionem ſuper deſertione poteſt reponere appellan-
tem in priſtinum ſtatum conſtito ſibi de diligen-
tia. Vide de hac materia per glo. & Bald. in l. ſi con
tra. & in dict. l. eos. C. de appella. & in authentic. ei
qui appellat. C. de tempo. appe. & in l. ante. C. quo
rum appella. & per dom. Guido. Pap. deciſio. xj. Et
5 ibi tenet † quòd quando appellatur ab interlocu-
toria, tunc pronuntiatio ſuper deſertione appella-
tionis eſt interlocutoria, & debet appellari in ſcri-
ptis. Si verò appelletur à diffinitiua, tunc talis pro-
nunciatio ſuper deſertione appellationis dicitur
diffinitiua ſeu habens vim diffinitiuæ. Et idem vi-
detur tenere deciſi. ccxx. Et ibi quando iudex pro-
nunciat proceſſum nullum dicatur interlocuto-
ria, licèt in contrarium videtur tenere Inno. in ca-
pit. auditis. de procu. & Bald. in dict. l. ſi præſes. Et
hoc quando pronuntiatur principaliter: ſecus ſi in
cidenter. De hac materia habetur per dom. Guido.
6 Pap. deciſio. xvj. † quando iudex appellationis
pronũtiat ſuper nullitate primæ ſententiæ defectu
litis cõteſtatæ: quia tũc eſt interlocutoria, & debet
appellari in ſcriptis. Et iſtud facit pro cauſa appel-
lationis Ioannis Freguonis aliàs Pellerini de Bar-
ralibus contra nobilem Humbertum Pellati, vbi
iudex appellationum remiſit partes primo iudici
in contumaciam dicti Freguonis appellantis non
producentis appellationem, à qua ſententia fuit
appellatum viua voce ad curiam parlamẽti, & in-
troducta appellatio, licèt pars appellata non fue-
7 rit citata infrà triginta dies. † Et ideò curia pronũ
ciauit appellationem deſertam, cùm pars non fue-
rit citata infrà triginta dies à tempore introductio
nis, licèt ex poſtfacto dictus appellans fuerit reſti-
tutus in integrum per ipſam curiam. Et aliàs prout
pleniùs apparet duobus proceſsibus appellationũ
inter dictas partes in manibus magiſtri Petri Lof-
fredi ſecretarij Delphinalis. Et pro præmiſsis fa-
cit deci. dom. Guido. Pap. ccxiij. vbi licèt pars ap-
pellans non faciat citari partẽ appellatam infrà tri
gintà dies à tempore introductionis, non propter
hoc appellatio eſt deſerta, ſed poterit fieri execu-
tio ſententiæ.

ARGVMENTVM.

Crimen raptus ſponſæ ad quem ſpectet.

SVMMARIVM.

1 *Crimen raptus ſponſæ ciuile.*
2 *Raptus pœna quæ ſit, & cuius cognitio. num. 4. & 5.*
3 *Sponſam raptori nubere poſſe iuris canonici eſſe.*

Quæſtio II.

QVAERITVR an crimen raptus ſponſæ dicatur ciuile: & an ſpectet cognitio ad iudi-
1 cem eccleſiaſticum vel ſecularem. † Et in effectu videtur dicendum quãdo agitur inter laicos, quòd tale crimen ſit ciuile & cognitio ſpectet ad iudicem ſecularem. l. raptores. C. de rap. virgi. l. raptores. C. de epiſcop. & cleric. & in authen. de rapt. col.
2 ix. Et hoc ex genere pœnæ: † quia pœna raptus eſt corporalis, & perditionis bonorum. dict. l. raptores. iuxta not. per gloſ. & doct. in authent. clericus. C. de epiſ. & cleric. quia aliâs ſequeretur abſurdum, ſi eccleſia ratione peccati cognoſceret inter laicos: quia poſſet in conſequentiam ſibi vſurpare etiam iuriſdictionem temporalem, quod non eſt dicendum: ſecundum Cyn. & Bald. in dict. authen. cleri
3 cus. † Et licèt ſponſa de iure canonico poſsit nubere raptori, quando præcedit tractatus, & diſcenſus tranſit in conſenſum. ca. penult. & ca. fin. de rap. & tria. & c. de puellis. xxxvj. q. ij. & ca. lex illa. & 27. q. ij. tamen ſecus de iure ciuili. d. l. raptores. verſicu. nec ſit facultas. C. de rapt. virgi. Verùtamen adhuc remanet pœna confiſcationis bonorum fiſco temporali etiam de iure canonico. c. cùm ſecundum leges. de hære. lib. vj. Et hoc ibi tenet glo. cómuniter
4 approbata. † Si verò agatur de raptu ſponſæ alterius, tunc non eſt dubium quin cognitio ſpectet ad iudicem laicum per iura ſupra allegata. cap. ſtatutum. xxvii. q. ij. ſecundum glo. in d. c. cũ ſecundum. Et iſtud facit ad queſtionem quæ pendet coram curia: quia Benedictus Alleronis ſcofferius habitator præſentis ciuitatis Grationopo. ſupplicauit contra officiarios reuerendi domini epiſcopi Grationo. qui volunt ipſum incarcerare ad inſtantiam Anthonij Chaboudi poterij Grationo. qui agit coram dicto officiali Grationo. ratione iniuriæ Ioannæ eius filiæ contra dictum Alleronis volendo prætendere, quòd dicta Ioanna erat prius donata per verba de præſenti Iacobo Paſcaleti. Sed ex poſt dictus Alleronis ſubornauit dictam Ioannam, & ipſam duxit ad locum ſancti Iacobi Eſchillorarum pro ipſam deſponſando, & in loco meſatici, ſed non potuerunt inuenire ſacerdotem, qui ipſos deſponſaret. Et inde pernoctauerunt in loco de campis, volendo etiam pretendere, quòd interuenerit raptus ſeu copula carnalis, licèt filia hoc neget. Et licèt officiarij epiſcopales declarauerint, quòd intendunt procedere ſuper federe matri
5 monij, † tamen quantum ad pœnã raptus vel pœnam iniuriæ cognitio inter incolas & habitatores præſentis ciuitatis debet ſpectari ad iudicem ſecularem cõmuniũ, ſecundum pactiones cõdominorum præſentis ciuitatis, nec poteſt officialis præuenire: vt refert domin. Guid. Pap. deciſio. cclxxv. & cccclxij.

ARGVMENTVM.

Matrimonium verba pro forma requirit.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus ſolus etiam tacitus, licèt de ſubſtantia matrimonij ſufficiat, verba tamen pro forma requiruntur.*
2 *Matrimonium ſolo conſenſu mutus & ſurdus contrahunt.*

Quæſtio III.

1 QVAERITVR, an † in matrimonio requiratur verba pro forma in valentibus loqui. Et videtur dicendum quòd ſic, licèt de ſubſtantia matrimonij ſufficiat ſolus cõſenſus, etiam tacitus per ſigna. c. tuæ. & c. tua nos. de ſponſa. & per glo. in l. cùm notiſsimi. C. de preſcrip. xxx. vel xl. anno.
2 licèt † in non valentibus loqui, vt in mutis & ſurdis, ſufficiat ſolus conſenſus. c. cũ apud. de ſponſa. De hac quæſtione vide plenè per Præpo. in dict. c. tuæ. Veruntamen fuit aliqualiter altercatum inter aliquos dominos curiæ dum tractaretur de quæſtione precedenti.

ARGVMENENTVM.

Sequeſter litè pendente præſentat.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſter an præſentare poſsit.*
2 *Sequeſter fructuum legitimus adminiſtrator.*
3 *Sequeſter beneficij quis eſſe debeat.*

Quæſtio IIII.

1 QVAERITVR, † an ſequeſt er beneficij pẽdente ſequeſtro licitè poſsit præſentare ali-
2 quem, videtur dicendum quòd ſic: † quia talis ſequeſter habet legitimam adminiſtrationem fructuum. clem. j. de ſequeſtra. poſſeſ. & fructuum. & ſic poteſt licitè præſentare. c. conſultationibus. & cap. ex literis. de iure patr. Et hoc tenent Innoc. & Ioan. de lyg. in capitu. examinata. de iudi. & Card. floren. in dict. clement. j. de ſequeſtra. poſſeſ. & fructuum. licèt Hoſti. & Panor. in dict. c. examinata.
3 aliter loqui videantur. † Et talis ſequeſter beneficij debet eſſe perſona eccleſiaſtica ſaltem primæ tonſuræ & clericus ſolutus: ſecundum glo. in d. cle. j. ſuper verbo, idoneam. Et aliâs ita fuit cognitum in hac curia, vt fertur, quòd magiſter Dreuonus Chambonis ſequeſter prioratus ſancti Carallij præſentauit. Et iſtud facit pro cauſa diffinita ſuper poſſeſſorio parœcialis eccleſiæ ſancti Martini de Nanctui inter do. Claudiũ Coqueti presbyterũ & Anthonium Gaudi, quia dicta parœcialis eccleſia eſt de patronatu prioratus Penepolis mandamenti Ebornatij ſequeſtrati. Et fuerat primò deputatus ſequeſter dicti prioratus Philibertus Coqueti caſtellanus dicti loci, & qui arrẽdauerat fructus mediante perſona Ioannis Normani. Et tandem dictus ſequeſter præſentauit dictum dom. Claudiũ Coqueti, qui fuit inſtitutus per do. vicarium Viennæ. Et primò adeptus fuit poſſeſsionẽ dictæ parœcialis eccleſię. Sed ex poſt facto ſequeſtrum dicti prioratus fuit ſublatũ à manibus dicti Philiberti Coqueti, & poſitũ in manibus Vincẽtij Fiardi, qui præſentauit d. Claudiũ, & obtinuit inſtitutionẽ à do. Anto-

do. Antonio Palmerij vicario domini electi Vienñẽſis in hac ciuitate Grationo. Et cùm opponeretur, quòd non valet iuſtitutio vicarij in aliena diœceſi: ſecundum Bald. in l. iij. ff. de offic. proconſ. & legat. & Panor. in c. nouit. de offic. lega. & quòd pariter non debet tenere ſecunda inſtitutio poſt ius quæſitum patriæ inſtitutionis non fuit datum certum reſponſum. Et ideò vota curiæ in opinando erant diuiſa in numero vocum tantùm ab vna parte quantum ab alia, ſed ſpectabilis do. Caroli præſidens concluſit in alteram partem.

ARGVMEMTVM.

Opiniones in iudicando quando differentes, ſunt, quid agendum.

SVMMARIVM.

1 *Præſes ſenatus ubi uocum æqualitas interuenit, quòd in alteram, quam ſibi uidebitur, partem deſcendere poßit.*
2 *Iuriſdictio ſupremis curijs conceſſa quomodò conſiliarijs competat.*
3 *Præſidi officij eſſe uocum pluralitatem colligere.*
4 *Vox unius ut alij in ſuam deſcendant ſententiam ſæpißimè trahit.*

Quæſtio V.

1 QVERITVR, † quando domini curiæ parlamenti ſunt differentes in opinando & iudicando, an data paritate vocum præſidens ſeu antiquior conſiliarius collegij in abſentia præſidentis habeat facultatem concludendi in alteram par
2 tem. Dubium facit, † quia non competit iuriſditio dominis curiæ vt ſingulis, ſed vt vniuerſis. iuxta not. per glo. & doct. in cap. cùm omnes. de conſtit. & Panor. in c. prudentiam. in prin. de offic. delega. Et per Bart. in l. Pomponius. aliàs incipit, ſi vni. ff. de re iudi. & ita in actu collegij in iudicando requiritur maior & ſanior pars. gloſ. in l. vbi adſunt. ff. de tuto. & cura. da. ab his. Et ita non poteſt dici maior & ſanior pars, quando ille qui pręeſt collegio concludit in alteram partem. iuxta not. per gloſ. &
3 doct. in c. poſtulaſtis. de conceſ. præben. † Veruntamẽ quia præſidens ſeu ille qui eſt in loco pręſidẽtis habet vocem in collegio, habet facultatem concludendi opiniones à pluralitate vocũ. Ideò data paritate opinionum habet facultatem concludendi in alteram partem: quia tũc dicetur maior pars: ſecundum Specu. in tit. de ſenten. §. iuxta. ver. quid ſi inter. quia in iudicando obtinet ſentẽtia pluriũ. c. ſi Epiſcopus. lxv. d. l. ſi vni. & l. inter pares. ff. de re iudic. & c. j. de arbit. lib. vj. Et attenditur maioritas opinionum non reſpectu totius capituli, ſcilicèt reſpectu minoris partis: ſecundum Spec. vbi ſuprà: ſecus in electionibus in quibus attenditur maioritas reſpectu capituli, & non reſpectu minoris partis. cap. cũ eccleſia. l. j. & l. ij. de ele. niſi in electione prouincialis ſeu miniſtri fratrum minorum. cle. exiui de paradiſo. de verb. ſigni. Sed caueat talis qui concludit in opinando ſiue iudicando ne faciat contra conſcientiam & iuſtitiã. c. cũ æterni. de re iudi. libr. vj. Et licèt datã paritate opinionum ſit bonum habere iudicem amicum, cũ officium iudicis ſit latiſsimum. l. j. ff. de iur. omn. iudic. ſecundum Ioan. And. in c. j. de conſti. tamen non debet facere contra conſcientiam: ſecundum docto. ibi: quia non ſemper eſt iudicandum à maiori parte vocũ & opi-
4 nionum. l. j. ver. ſed neque. C. de vete. iur. † enucle. Et interdũ vox vnius poteſt attrahere alios in partem ſuam. l. item ſi vnus. §. fin. ff. de arbi. ſecundum glo. in can. Nicena. xxxj. diſtin.

ARGVMENTVM.

Raptæ puellæ vt dos ſibi conſtituatur, prouiſio.

SVMMARIVM.

1 *Puellam ob raptum, ſtuprum aut deflorationem, ut dos ſibi conſtituatur iudicem ſecularem adire poſſe.*
2 *Iudex ſecularis de dote conſtituenda cognoſcit.*

Quæſtio VI.

1 QVAERITVR, † an puella pro raptu aut ſtupro, ſeu copula carnali, & defloratione poſsit recurrere ad iudicem ſecularem, vt ſibi conſtituatur dos per talem, qui ipſam defloraiut: iuxta cap. j. & ij. de adulter. Et in effectu videretur dicen-
2 dum quòd ſic: † quia etiam pro dote conſtituenda competit officium iudicis ſecularis. l. qui liberos. ff. de ritu. nupt. Et ita fuit iudicatum in curia parlamenti in cauſa nobilis Aſturgiæ chaudæ loci veneti contra nobilem Franciſcum de Villeta, & fuit ordinatum quòd habeat depoſitare ccc. florenos in manibus alicuius mercatoris pro dotando dictam puellam.

ARGVMENTVM.

Caſtellanus ſuæ caſtellaniæ arrendator eſſe non debet.

SVMMARIVM.

1 *Caſtellanis uillæ cui præſunt, ſuſceptores eſſe uetitum.*
2 *Officium pugnantium pluralitas prohibita.*

Quæſtio VII.

1 QVAERITVR, † an caſtellani præſentis patriæ prohibeantur eſſe cenſerij & arrendatores locorũ vbi ſunt caſtellani. Et in effectu videretur ꝙ ſic: quia talia officia ſunt cõtraria & incõpatibilia. l. libertus. §. præſ. ff. ad mu. l. ſi. C. de aſſ. quia quis prohibetur tenere vicẽ duorũ. l. ſi plures. ff. de
2 pact. † quia pluralitas officiorum eſt prohibita, quando continent repugnantiam. l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. vt quia per actum vnius impeditur adminiſtratio alterius.: ſecundum Bald. in prima conſtitutione. C. §. omnioque. Et ita eſt in propoſito: quia caſtellani in pedaneis habent adminiſtrationem iuſtitiæ, & ita prohibentur eſſe arrendatores ad euitandum turpem quæſtum lucri, ne opprimant ſubditos in faciendo fornari iòque ſtas, & ne dicantur iudices in cauſa propria. l. j. C. ne quis in ſua cauſa. Et ita vt fertur aliàs fuit cognitum in curia, in quadam cauſa fiſcali contra nobilem Petrum columbi vice caſtellanum coſtæ ſancti Andrę, qui, vt fertur, ſecretè participabat in arrendamento loci cum Ioanne Gauteronis.

ARGVMENTVM.

Pacto legis commiſſoriæ ſit nè locus in generali hypotheca.

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commiſſoriæ uetitum in particulari & generali hypotheca.*

2 *Pactum legis commiſſoriꝫ iuramento non firmatur.*
3 *Pacti legis commiſſoriæ prætextu actionem non dari.*

Quæſtio VIII.

1 QVAERITVR, an pactum legis † cõmiſſoriæ: quod ꝓhibetur in pignoribus, habeat etiã locũ in genenerali hypotheca: & an iuramentum firmet talem contractum. Et videretur dicendum quòd tale pactum eſt reprobatum etiam in generali hypothyca: quia etiam militat eadem ratione prohibitionis propter aſperitatem & voraginem creditorum. l. j. & fi. C. de pact. pigno. Et idem ius quod ſtatuitur in ſpeciali pignore, regulariter militat in generali pignore. l. qui generaliter. ff. qui pot. in pigno habeant. & l. ſi generaliter. C. eodem tit. & ita videtur ſentire Bald. in cap. j. de feuda. in vim legis commiſ. & Barto. in l. quàuis. aliàs incipit Calipodius. ff. de ſolutio. nec firmatur iura-
2 mento talis † contractus, licèt ſi debitor viueret, teneretur obſeruare iuramentum. capi. ſignificante. de pignor. quia tale pactum eſt reprobatum odio creditorum, & ideò non firmatur iuramento: ſecundum Barto. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſ. in quarta combinatione. Et ideò poſt mortem debitorum non eſt opus diſpenſatione iuramenti, cum ſit perſonale. cap. veritatis. de iureiu. ſecundum Ioan. de Imol. in dict. cap. ſignificante. & Panormita. in c. cùm contingat. de iureiur. faciunt not per Bald. & Saly. in l. emptione. C. plus vale. quòd agi. † Et
3 maximè non valet pactum legis commiſſoriæ, vt competat creditori ius agendi contra tertium poſſeſſorem in actiõe reali iure dominij: quia in pacto legis commiſſoriæ creditor faciliùs repellitur per viam exceptionis. iuxta no. per Barto. in dict. l. quãuis. ff. de ſolutio. Et licèt interuenerit Loerium prati, de quo infrrà: tamen in hoc magis redditur iuſpectus contractus. l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus. mod. pign. vel hypote. ſolui. Nec pariter ope-
4 ratur † effectum clauſula precarij in contractu reprobato: ſecundum Bald. in l. ex teſtamento. C. de fideiuſſo. Alexand. de Imol. in l. j. §. fi. ff. de acqui. poſſeſsio. Et poſt mortem creditoris expirat: ſecundum Ange. Alexan. in l. quãuis. §. ſi conductor. ff. de acquirend. poſſeſsio. De qua materia etiam habetur per domin. Gui. Pap. deci. vj. Et iſtud facit pro cauſa appellationis diffinita hæredum Termonis de Claromõte contra Petrum Iaqueti aliàs Badam. de loco chaparuliati caſtellaniæ Buxeriæ: quia dictus Termonus de Claromõte creditor mutuo tradiderat Ioanni Falſeti certam pecuniam ſub hypotheca omnium bonorum ſuorum. Et lapſo termino ſibi dimittebat pro eadem ſumma certam peciam prati, quę peruenit ad manus dicti Petri Badam. Et ideò in prima inſtantia in curia graysinodani hæredes dict. Termoni de Claromonte egerunt contra dictum Petrum de Badam, & obtinuerunt ſententiam. Sed fuit appellatum. & in curia apellationum ſentẽtia fuit reuocata propter pactum legis commiſſorię, & iterum fuit appellatum in curia Paralmenti, & dum proceſſus recitaretur eram valdè dubius de validitate dicti contractus propter iura ſuprà allegata. Attamen relator fuit in contraria opinione, & fuit cõfirmata prima ſententia, de quo fui valdè admiratus, & quantùm in me fuit, demonſtraui iura in contrarium. Et quòd non debebat ſemper attendi pluralitas vocum. De hac materia pacti legis commiſſoriæ aliàs ſcripſi in alio volumine maleficiorum & contractuum. fol. cccexciiij. & ſequentibus.

ARGVMENTVM.

Inſtitoriam actionem domino ſiue ceſsione competere.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex extractu uel facto inſtitoris an ſine ceſsione domini competat.*
2 *Inſtitoria actio ut domino competat quæ requirantur.*

Quæſtio IX.

1 QVAERITVR, an † ex contractu inſtitorum ſeu factorum competat actio domino abſque ceſsione. Et videtur prima facie dicendum quòd non, niſi in ſubſidium, quando non eſſet ſoluendo, vel quãdo eſſet abſens. l. j. & ibi Bar. ff. de inſtito. vide l. cùm per eos. C. ſi quis alter. vel ſibi. E ibi per gloſſ. & Bald. de qua materia etiam habetur per Bal. in rubri. C. de inſtito. & exer. & in l. ſi mutuam. C. eodẽ. titu. & in l. de quib. C. quòd cùm eo. & in l. ſi pupilli. §. j. ff. de negot. geſt. & per Innocen. in cap. quòd quibuſdam. de fideiuſ. vnde
2 in tali actione tria principaliter requiruntur. † Primò, quòd quis fuerit præpoſitus alicui negotiationi. Secundò quòd fuerit factus contractus in eam cauſam. Teritiò, ꝙ contractus fuerit factus in debito loco: ſecundum glo. in l. j. C. de inſtito. & exerci. Et iſtud facit pro cauſa Philiberti de villarijs contra Franciſcum Verderij, in qua interuenerũt Ioannes de Combis & Franciſcus Mayandi firmarij tiragij ſalis, quia dictus Philibertus arrendauerat per certum tempus pedagium Sancti Simphoriani auzonis à domino theſaurario, & etiam in camera computorum Delphinalium nomine proprio & certo pretio, & deputauerat dictum Franciſcum Verdeon eius ſubſtitutum in recuperatione pedagij à quo petebat reddi computum & reliqua. Sed dicti de Combis & Mayandi interuenerant in dicta cauſa dicendo, quòd dictus Philibertus de dicto tempore erat eorum Factor, & quòd habuerat in mandatis ab illis arrendandi dictum pedagium ad eorum vtilitatem, & ita commodum pedagij debet eis ſpectare ſicuti in ſimili dicitur de procuratore quando malignatur contrahendo nomine proprio. iuxta not. per Barto. in l. qui in aliena. §. is qui. ff. de acquirend. hæredita. Et quòd dictus factor in ſuis computis fecerat ſolutionem pretij arrendamẽti de eorum pecunijs, faciunt no. in l. qui mihi. ff. de donatio. veruntamen in diffinitione huius proceſſus eram aliquantulum dubius, ſed me reſolui maiori & ſaniori parti.

ARGVMENTVM.

Spuriorum legitimatio.

SVMMARIVM.

1 *Natalium defectus in legitimatione exprimendus.*
2 *Subreptione etiam minima legitimationem uitiari.*
3 *Coitus nepharij qualitates in legitimatione exprimendæ.*

Quæſtio

Quæſtio X.

1 QVAERITVR, an † in legitimatione ſpuriorum debeat fieri expreſſa mentio de qualitate coitus reprobati cum clauſula derogatoria, & dicendum eſt quòd ſic: vt in authen. quib. mod. natu. efficiun. liber. ſup. §. fin. col. vij. cum ibi not. per gloſſ. & in authent. ex complexu. C. de inceſt.
2 nupt. † quia minima ſubreptio vitiat legitimationē. cap. j. & ij. de fil. presbyte. li. vj. Et vitiat ipſo iure. ca. quia circa. de couſangui. & affin. etiam ſi ſit facta proprio motu: quia non confirmant gratiam contra intentionem concedentis, & hoc etiam tenet Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rubric. qui filij ſunt legit. & Panorm. & Præpo. in cap. per ve-
3 nerabilem. qui filij ſunt legitim. vbi tenent, † quòd debet exprimi nominatim qualitates nepharij coitus. & Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiſſ. De hac materia aliâs pleniùs ſcripſi in ij. volum. cauſarum mixtarum in tractatu primo geniture. quæſtion. xlvj. & quæſt. ſequenti. & ibi an legitimatus excludat ſubſtitutum, & etiam in volumi. vltimarū volūtatū. fol. cciij. Et iſtud facit pro cauſa nobilis Anthonij de Cancera contra Ioannem & Claudiū Rigaudi baſtardos nobilis Ioannis Rigaudi quondā, ſeu nobilem Catharinam de Gadareno relictā dicti Rigaudi prætenſam tutricem dictorū baſtardorum, quia licèt dictus quondam Ioannes Rigaudi feciſſet legitimari dictos baſtardos ipſo viuente: tamen, vt fertur, erant nati ex commatre, & fuit omiſſum facere mentionem de tali qualitate coitus reprobati. Et ſuper hoc dictus de Cācera fecit pro ſecreta informatione priùs examinari certos teſtes per quendam Ricordonum notariū chādiaci de mandato nobilis Ioannis Pioti caſtellani loci, qui prætendit habere ius in dicta hæreditate ex perſona eius quōdam vxoris ſororis dicti Rigaudi. Et quidā ex illis teſtibus videlicèt Ioannes Guimeti aliâs guillieti ſe deaduuoauit & contradicit eius primo teſtimonio. Et declarauit ſe fuiſſe comminatum per nobilem Anthonium Pioti fratrem dicti Ioannis & ſuper hoc pendent duo proceſſus vnus ciuilis ſuper hæreditate & bonis dicti quondam Rigaudi in manibus magiſtri quondam Andreę Rolini. Et alius inquiſitionalis contra dictos Pioti, & Ricordonis in manibus magiſtri Ioannis Ventoleti. Sed quia dicti proceſſus nondum ſunt ad plenum instructi ideò aliter nunc non declaro.

ARGVMENTVM.

Tutelę officium quale.

SVMMARIVM.

1 *Tutelæ officium virile.*
2 *Mater & auia tutelæ capaces.*
3 *Matrem naturalibus filijs tutricem dare poſſe.*

Quæſtio XI.

1 QVAERITVR, † an officium tutelæ ſit virile, & prohibeatur mulieri exercere officiū tutelæ. Et dicendum eſt quòd ſic regulariter: niſi impetrauerint ius cōfirmationis à principe. l. fœminæ. ff. de tutel. l. iure noſtro. ff. de teſta. l. j. C. quam. mun. tute. offi. fallit in matre & auia. auth. matri & auię eo. titu. nec obſtat l. qui aliena. §. quamquā. ff. de negot. geſt. vbi mulier fuit data tutrix: quia ſecūdum gloſſ. ibi non fuit data tutrix, ſed ſolum pater rogauerat eam de filijs. Et iſtud facit pro cauſa dictę nobilis. Catharinę de garderano relictę nobilis Ioannis Rigaudi, quę ſe prętendit tutricem baſtardorum dicti Rigaudi. An autem pater poſsit dare naturalibus liberis tutricem. Et dicendum eſt quòd ſic, ſed debet confirmari. l. naturalibus. C. de confirman. tuto.

ARGVMENTVM.

Filij naturales qualiter ſuccedant.

SVMMARIVM.

1 *Liberi nati ex damnato coitu neque patri neque matri ſuccedunt.*
2 *Qui dicantur ex damnato coitu nati.*
3 *Matrimonij tria bona.*
4 *Liberi naturales quomodò parentibus ſuccedant.*

Quæſtio XII.

QVAERITVR, ſuper modo ſuccedēdi parentibus per liberos naturales ſeu ſpurios. Et qualiter dicantur nati ex damnato coitu. Et in
1 effectu glo. in §. nouiſſimè. inſti. ad Orfi. † tenet, quòd nati ex damnato coitu nō ſuccedunt nec patri nec matri, per iura. ibi allegata. & idem tenet in l. ſi qua
2 illuſtris. C. ad Orfi. † Et iſto caſu dicuntur, nati ex damnato coitu, quādo poſſent damnari ex aliqua lege: vt inceſtu, adulterio & ſimili. Et idem tenet gl. in dict. l. ſi qua illuſtris. & Matha. in tractatu ſucceſsionum in vltim. colum. & ibi tenet, quòd quando maritus durante matrimonio habet baſtardos ab alia muliere nō poſſunt ſuccedere nec patri nec matri: quia talis coitus eſt reprobatus etiam ex prę cepto diuino, nō mœchaberis. ca. męretrices. xxxij. quęſtion. iij. Et not. per glo. in clem. ad noſtrum. §. vij. de hęreti. Et idem tenet Angel. Aret. in d. §. nouiſsimè. & dom. Guid. Pap. deci. cclxxx. quia durāte matrimonio maritus non debet habere duas mulieres. ca. tanta. qui filij ſunt legitimi. l. eū qui duas. C. de adult. Nec obſtat ſi dicatur quòd maritus nō dicitur violare thorum vxorum: ſed econtra. l. j. C. de adul. Ad iſtud reſpondetur, quòd verum eſt quòd ad accuſationem legis iulię. de adulterijs: ſecus quòd ad aliam pœnam: quia maritus fornicando cū alia vxore debet puniri: quia iſte coitus eſt dānatus: ſe-
3 cundū Matha. vbi ſup. † quia in matrimonio ſunt tria bona, videlicet Fides, Proles & Sacramentum. ca. omne itaque. xxvij. quęſtion. ij. & fornicando cum alia muliere maritus contrauenit fidei & ſacramento matrimonij, cū dicatur continere induiduā affectionē & amorem fidei: vt Inſtitu. de patria po-
4 teſta. in princip. † Si verò tales ſunt liberi naturales tantùm, bene ſuccedunt matri ab inteſtato etiam cum aliis liberis legitimis. dicto. §. nouiſſimè. Sed ex cauſa teſtati ſuccedunt etiam in legitima & poſſunt quærelare teſtamentum matris. l. ſi ſuſpecta. §. de inofficioſo. ff. de inofficio. teſtamento: ſecus in teſtamento patris: quia filius naturalis non poteſt querelare vel annulare teſtamentum patris ſecundum Paul. de Caſtro ibi. pro quo

eſt glo. in j.ff.contra.tabul.Et præmiſſa procedũt, niſi mater eſſet illuſtris, quia tunc filius naturalis non ſuccederet matri.dict.l.ſi qua illuſtris. Si verò queratur de ſucceſsione patris:tunc filius naturalis e e concubina ex cauſa teſtati,ſi ſint alij liberi legitimi vel naturales,tunc pater ſolùm poteſt vnam vnciam relinquere.l.ij.C.de natura.libe. Licet Barto.in l.ſi filius.ff.de vulg.& pupillari,videatur ſentire de duabus vncijs:ſed malè communiter ſecundum docto.ibi. Si verò non ſint liberi legitimi, ſed ſunt parentes:tunc relicta legitimæ parentibus pater naturalis poteſt reſiduum relinquere liberis naturalibus.auth.licèt.C.de natu. libe. Veruntamen de iure digeſtorum pater poterat relinquere liberis naturalibus vltra vnam vnciam etiam ſtantibus liberis legitimis:ſecundum glo.in l. Lucius.ff.de vulga.& pupilla.quod hoc ſit verum.vide ibi per docto.Si verò queratur ab inteſtato:tunc requirũtur tria, vt poſsit ſuccedere, Primò quòd non ſuperſint liberi ligitimi,nec parentes,nec coniux legitima. & quòd tales liberi ſint nati ex concubina retenta in domo. Et tunc ſuccedunt in duabus vncijs ſeu in ſexta parte d.aut.licèt.Et eodem modo quo,liberi ſuccedunt parentibus:ita parentes ſuccedunt liberis naturalibus.ſecundum Azo.in ſumma.C. de nat.lib.& Bart.in l.fin.de hijs qui.vt indig. De hac materia vide latiùs per Matha.in dict.tractatu ſucceſ.& per Angel. Aret.in dict.§. nouiſsimè. Inſtit. ad Orfi.vide per Bald.in cap.naturales.ſi de feudo contro.fuerit.

ARGVMENENTVM

Sententia libello conformis eſſe debet.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quòd libello conformis eſſe debeat, & circa quæ. nu.2.fallit ut nu. 5.*
3 *Prorogationi coram delegato locus non eſt.*
4 *Clauſ.Peto iuſtitiam miniſtrari,uirtute iudicem ultra petita pronuntiare non debere.*
6 *Nullitas in principe non attenditur.*
7 *Curiæ ſupremæ quandoquè ex æquo & bono iudicant. itẽ & Præfecti pretorio.*
8 *Curiæ ſupremæ ultra petita nonnunquam iudicant.*

Quæſtio XIII.

QVAERITVR, quando fuit facta commiſsio ſuper ſupplicatione,&facta litis con
teſtatio an poſſet renunciari vltra concluſionem
ſupplicationis.Et videretur prima,facie dicendum
1 quòd non,ſaltem pro actore: † quia ſententia de-
bet eſſe cõformis libello.l.vt fundus.ff.cõmuni di-
uid.l.fin.C.de fideicommiſsi. libe.& ibi Barto.qui
2 declarat, † quòd ſententia debet eſſe conformis li-
bello, quoad res & cauſas contentas in libello: ſe-
cus quoad concluſionem: quia iudex debet ſequi
acta &probata in quibus conſiſtit ſubſtantia deci
ſionis:quia plerũquè fertur abſolutoria:ſecundum
Bald.in l.ij.C.de ſenten.ex peri. recitan. vel etiam
ſententia poteſt ferri ſuper cõnexis.l.item Aediles.
§.Item. ſciendum.ff. de ædili. act. Alia non poteſt
ferri ſentẽtentia vali da vltra petita etiam pro reo:
ſecundum glo.& Bal.in l.cũ Papinianus.C.de ſen
tent.& inter loc.omn.iudi.niſi in cauſa reconuen-
tionis:vt ibi habetur.Et Bart.& Inno.in ca.ex con
queſtione.de reſti.ſpolia.voluerit,quòd poſsit pro
nunciari pro reo quando aſſumpſit in ſe onus pro-
bandi.l.circa.ff. de proba.tamen Hoſtie.tenet ibi
contrarium,vt ibi refert Pano.Prætereà hic fuit de
legatio cauſæ,licèt fuerit cõmiſſum ordinario,pro
pter clauſulam,quòd poſsit procedere ſummariè&
de plano.cap.licèt.de offic.ordin.& iſta forma mã
dati eſt diligenter attendenda.l.diligenter.ff.man.
3 c.cũ.dilecta.de reſcrip. Adeò † quòd coram iudice
delegato non poteſt fieri prorogatio iuriſd.ca.j. &
glo.de offic.deleg. Nec obſtat ſi dicatur,quòd quã
do fit mutatio libelli poſt litem cõteſtatam reo pa-
tiente,& non opponente,quòd tũc poteſt ferri ſen
tentia.iuxta not.per Bald.in auth.hodie.alias inci
pit, hoc ſacramentum.C. de iura.calum. quia hoc
verum,ſecundum ipſum quò ad cauſalitatẽ: ſecus
4 quò ad ſubſtentialia libelli: † nec poteſt pronun-
ciari vltra petita vigore clauſulæ, peto iuſtitiã ad-
miniſtrari.iuxta not.per doct.in cap.ij. de ord. co-
5 gnitio.† verũ tamen in Papa aut principe eſt ſpecia
le,quòd valet ſententia, licèt non ſit conformis li
bello:ſecundum Spec.in titu.de actio.ſeu peti.§. ſu
per.ver.ſed quid. & Barto.in l. AEmilius.ff. de mi-
nor.& Alexan.in l.vinum.ff.ſi cert.peta. vbi ponit
plures alios caſus ſpeciales:nam corã principe ma-
gis habet lócum veritas,quàm ritus iudiciorum: ſe
cundum Bald.in l.reſcripta.C.de preci. impe. offe.
6 Nec † attenditur nullitas coram principe:ſecundũ
Inno.in ca.in cauſis.de re iudica.& Bart.in l.fina.
7 C.de legi. † Et interdum curia poteſt iudicare ſe-
cundum conſcientiam.iuxta.not.per Cyn.& Bart.
in l.j.C.vt quę deſunt aduocat.Et dom.Guid.Pap.
deci.xxix.Et iſtud facit pro cauſa appellationis diſ
finita dom.de Popieres &Chandiaci contra hære-
des nobilis Claudij de Chandiaco,vbi in prima in
ſtantia in ſupplicatione commiſſa dom. Viceballi-
uo Viennẽſi,& terræ turris,dictus dominus de Po-
pieres agebat ad ſolutionem certorum cẽſuum, &
fuit lis cõteſtata.& deinde egit alio modo.&dein-
de cauſa appellationis fuit deuoluta coram curia,
&eram dubius ſuper modo pronunciandi,licet ma
ior pars dominorum fuerit, quòd pronunciaretur
ſuper meritis.Ex quo dictus dom.de Popieres in ne
gotio principali bene iuſtificauerat intentionem
ſuam,& eodem modo in quadam alia cauſa capi-
tuli ſancti Andræ Grationo.contra Ioannem Ti-
rardi,& nobilem Ioannem Pillati, vbi capitulum
egerat ad commiſſum in actione reali,ad reſtituen
dum quandam domum ſitam in hac ciuitate Gra-
8 tiono. † Et tamen curia pronunciauit vltra petita
ad recognoſcendum dictam domum ſub certo cen
ſu cũ certis arreragijs. Et pariter vidi pronunciari
in hac curia vltra petita in quadam alia cauſa do.
Lovſię de Agonto dom.Sauoinoni contra. R. D.
Epiſcopum Valentiæ, vbi agebatur ad medietatẽ
cuiuſdem legati trium milium francorum pro eius
dote.licèt fuerit plus pronunciatum:quia apparebat de iure actri.iuxta not.per glo.& Ioan.Fab.in
ſtitu.de actio.§.ſi minus.Nam iudex debet habere
æquitatem prè oculis.l. quod ſi Epheſi.ff. quòd cũ
eo, qui cert. Veruntamen ſuper hoc per alterum ex
dominis curiæ fuit allegata vna facetia in vulgari,videlicèt Deus nos præſeruet ab æquitate parlamenti,&

menti, & ab expedienti magni conſilij.

ARGVMENTVM.

Miſsio in poſſeſsionem fundi pendente preiſa quando fiat.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non ueniunt in miſsione in poſſeſsionem fundi pro debito. Et ſi aſportentur remedium can. ſi quis per literas, non competit. & nu. 4.*
2 *Actio iudicati stricti iuris eſt.*
4 *In ſtricti iuris actionibus fructus pendentes non, niſi dicatur, ueniunt. & nu. 5.*

Quæſtio XIIII.

QVAERITVR, quando fit miſsio in poſ-
ſeſsioné fundi pro debito pendente preiſia,
1 an veniant fructus. † Et an poſsit intentari ſtatu-
tũ Si quis per literas. propter exportationem fru
ctuũ. Et in effectu prima facie videtur dicendum
quòd ſic: quia acceſſorium ſequitur naturam prin
cipalis: vt in regula iura. pro quo facit, quia quan
do venditur fundus fructibus maturis, tunc veniũt
fructus etiam ſi nihil dicatur. l. Iulianus. §. ſi fructi
bus. ff. de actio. empt. niſi venditor exceperit. l. qui
fundum. §. fundi. & l. fiſtulas. §. qui fundum. ff. de
contrahend. emptio. quia fructus pendentes dicun
tur pars fundi. l. fructus. la ij. ff. de rei vendi. l. fin. §.
placet. ff. de his quæ in frau. credi. Sed in contrariũ
2 videtur dicendum in caſu iſto, † quia actio iudica
ti eſt ſtricti iuris. l. j. C. ſi plu. vna. ſentent. Nam in
judicijs quaſi contrahitur. l. iij. §. idem ſcribit. ff. de
3 pecu. † Et in contractibus ſtricti iuris non veniunt
fructus pendẽtes, niſi expreſsè dicatur. l. ſi filius. §.
j. de verbo. obliga. Et eſt ratio: quia creditor miſſus
in poſſeſsionem authoritate rei iudicatæ in actio-
ne perſonali pro debito, tenetur ſtare colono. l. in
venditione. §. j. ff. de bon. autho. iudic. poſsi. Et ſic
fructus pendentes non veniunt iſto caſu. Et ita vi-
4 detur ſentire Bart. in l. fin. C. de iur. fiſci. † Et iſtud
facit pro cauſa ſtatuti, Si quis per literas. intentati
per Claudium de nauis mercatorem Grationopol.
vulgariter dictum le bedor, contra Iacobum baſſe
ti parœciæ verſatori mandamenti theyſij. vbi di-
ctus creditor obtinuerat literas præciſas iudicati
pro certa quantitate pecuniæ, & fuerat miſſus in
poſſeſsionem de certa parte fundi, de menſe Ianua
rij fructibus nondum maturis. Et fuerat facta æſti-
matio fundi non facta mentione de preiſia. & ad-
ueniente tempore recollectionis preiſiæ dictus de-
bitor exportauit preiſiam propter quod dictus cre
ditor intentauit ſtatutum, ſi quis per literas. licèt ta
lis exportatio fructuum magis caderet in vim tur-
batiuã. l. viij. ff. de vi & vi arma. iuxta not. per Bal.
in l. poſt ſententiam. C. de ſenten. & interlo. om. iu-
di. niſi talis exportatio fieret in loco debati parte
contradicente: quia tunc ſatis appareret de animo
ſpoliandi. iuxta not. per dom. Guid. Pap. in tracta.
dominicali. ſtat. ſi quis per literas. ſuper verbo qua
ſi. Veruntamen fuit aliqualis difficultas inter ip-
ſos dominos curię ſuper præmiſsis. Et pro præmiſ-
ſis etiam facit, quia in legato veniunt fructus pen-
dentes. l. in lege falcidia. ff. ad leg. falci. Sed ibi lo-
5 quitur in actione reali: ſecus † in perſonali in actio
nibus ſtricti iuris, quia non veniunt fructus pendẽ
tes. dict. l. ſi filius. §. cùm fundum. ff. de verbo. obli-
gat. Et ibi ſequuntur communiter docto. l. videa-
mus. §. ſi actionem. ff. de vſur. Et hoc verum quan-
do petuntur fructus diſcretiuè, vt quando petitur
fundus cum fructibus: ſecus quando petuntur con
cretiuè, vt quando petitur fundus in ea qualitate
qua erat tempore contractus: ſecundũ Bal. in l. fru
ctus. C. de actio. empti. Nec obſtat dict. l. fina. §. vt
fructus. ff. de his quæ in frau. credito. vbi veniunt
fructus pendentes ſiue maturi ſiue non: quia hoc
eſt ſpeciale in odium debitoris alienantis in frau-
dem: quia omnia reſtituũtur in priſtinum ſtatum à
tempore alienatiõis. l. videamus. §. inſaniam. ff. de
vſu. De qua materia latiùs habetur per Alexan. de
Imol. in dict. l. ſi filijs. §. cùm fundus. & ibi ſentit v-
nũ verbũ ad dict. l. Iulian. §. ſi fructibus. ff. de acti.
empt. quòd ideò veniunt fructus, quia emptor propter
fructus pendentes videtur dediſſe maius precium.
Et ita eſt in propoſito, ex quo creditor pro debito
facit ſe mitti in poſſeſsionem intelligitur pro men-
ſura debiti declarati. authen. ei qui iurat. C. de bo-
nis authoritate iudic. poſsid. Et ex quo in æſtima-
tione fundi non fit mentio de preiſia non debet
venire: quia plus æſtimaretur ſi fieret mentio de
preiſia.

ARGVMENTVM.

Audientia in cauſa recurſus an denegetur donec expenſæ ſoluantur.

SVMMARIVM.

1 *Audientia an in cauſa recurſus non, niſi ſolutis expenſis, detur. & nu. 4.*
2 *Iudicis officium pro expenſis datur.*
3 *Contumacibus non, niſi purgata contumacia, audientiam dari. & nu. 5.*

Quæſtio XV.

1 QVAERITVR, an † pendente cauſa re-
curſus à ſententia lata in hac ſuprema cu-
ria parlamẽti, quæ tenet locũ præfectorũ pretorio,
debeat recurrens repelli donec ſolutis expenſis, in
quibus fuit condemnatus per ſententiam de cuius
remiſsione agitur. Dubium facit, quia tales expen-
2 ſæ veniunt ratione victoriæ cauſæ, † pro quibus
competit officium iudicis pro executione. l. prope-
3 randum. §. ſi autem alterutra. C. de iudi. † Et in
hoc differunt ab expenſis contumacialibus in qui
bus pars non auditur, niſi purgata contumacia. l.
ſancimus. C. de iudi. Et ex quo pars qui obtinuit
ſententiam poteſt facere illam exequi non obſtan
te recurſu, præſtita cautione. auth. quę ſupplicatio.
C. de preci. imperat. offeren. Etiam poſſet exequi
ſententia iudicis temporalis per curiam ſpiritualẽ,
per viam cenſuræ eccleſiaſticę in iuris ſubſidiũ. c. j.
cũ ibi nota. de offic. ord. ſecundũ Iaſo. in d. l. prope
4 randũ. §. ſi autẽ alterutra. † Verũtamẽ in caſu iſto

in defectum in quo non poſſet exequi ſententia pro expenſis,quia reus condemnatus non iudicaret de bonis in quibus poſſet fieri executio,tunc in ſubſidium propter contemptum prętoris deberet denegari audientia parti recurrenti ad tempus, & cauſatiuè,videlicet donec ſolutis expenſis, & nedũ in dicta cauſa,ſed in alia.l.ſed&ſi per prętorẽ.§.ſed
5 & ſi decreto.ff. ex quib.cau.maio. † quia propter contumaciam poteſt denegari audientia,ſecundũ glo.in l.contumacia.ff.de re iudi.de quo latiùs per Alexand.de Imol.in l.j.§.in operis.ff.de oper.nou. nunciat. Et iſtud facit pro cauſa recurſus Franciſci Reynaudi clerici recurrentis contra dominũ Claudium Clareti protonotarium prætextu eccleſiæ parœcialis ſanctæ Mariæ daloy in manibus magiſtri Galliſſeti.quia dictus Clareti petit audientiam denegari dicto Reynaudi donec ſolutis expenſis in quibus fuit condemnatus.Et ita etiam habet ſtillus cancellariæ,quando impetratur reſcriptum ſuper recurſu, quia vt plurimum conſueuit apponi clauſula ſequens, videlicet Pourueu que prealablement ſoit executè larreſt & ſentence &c.

ARGVMENTVM.

De canonico ſupernumerario.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus ſupernumerarius an ſtallum in choro & uocem in capitulo habeat.nu.6.& 7.*
2 *Canonici ſupernumerarij creatio reprobata.*
3 *Canonici ſupernumerarij creatione ius ad uacatura tribui.*
4 *Beneficium eccleſiaſticum non niſi cum canonica inſtitutione obtineri.*
5 *Poſſeſſio in beneficialibus quòd admixtã proprietatis cauſam habeat.*
6 *Canonicus ſupernumerarius ius in re non habet. & nu.8*

Quæſtio XVI,

1 QVAERITVR, † an canonicus ſupernumerarius authoritate apoſtolica creatus debeat habere ſtallũ in choro, & vocẽ in capitulo.Et an poſſit acquiri aliquod ius in poſſeſſorio, vt valeat ſubueniri remedio reintegrandę, etiam ſtatu-
2 ti dominicalis,ſi quis per literas. Dubium † facit: quia talis creatio canonici ſupernumerarij in eccleſia,vbi eſt certus numerus canonicorum &prębendarum eſt reprobata,& maximè quãdo fit ſub expectatione præbendę: quia eſt contra conciliũ Lateranenſe.c.dilectus.el j.ca.dilecto.de prębend.
3 quia † tribuit ius ad vacatura.c. nulla. de conceſ. prębend.ca.deteſtanda.ca.ne captandę. de conceſſio.prębend.lib.vj. quia inducit votum captandæ mortis,vt ibi habetur.& in pragmatica ſanctio. in
4 titu.de colla.in fin. † Et non poteſt obtineri beneficium eccleſiaſticum ſine canonica inſtitutione. ca.i.de regul.iur.libr.vj. Quia poſſeſsio in beneficialibus habet plus iuris quã facti.ca. cum noſtris.
5 conceſsio. prębend. † quia habet admixtam cauſam proprietatis.l.ij.§.quędam.ff. de interdict. nec ſufficit patientia canonicorum:quia multa per patientiã tollerantur, quę ſi deducta fuerint in iudicium exigente iuſtitia,non debeant tollerari. cap. cùm iam dudùm. de præbendis in fin. ſecundum gloſſ.in dict. cap.dilecto. quia patientia non facit canonicum: ſed tantùm canonica electio.cap. ex frequentibus.de inſti.l. heremus.ff.de decu. etiam ſi agatur in poſſeſſorio,ſecundum gloſſ.in dict.ca.
6 dilecto. ſuper verbo moleſtatione. † quia talis canonicus ſupernumerarius, non habet ius in re, nec habet vocem in capitulo: ſecundum gloſſ. in cap. cum in. de conſtitut.de quo latiùs ibi per Panorm. & Felin. quia in hoc ſtandum eſt conſuetudini. Et de conſuetudine generalj communiter tales canonici ſupernumerarij non habent ſtallum in choro, nec vocem in capitulo: vt ibi refert Felin. Sed
7 pro contraria parte facit, † quòd ex quo eſt receptus in canonicum & in choro, non debet eſſe ſine præbenda.cap.relatum. de præbend. & interim debet habere quotidianas diſtributiones.cap.dilectus.el j.de præben.& maximè quando aliquis fuit inſtallatus in choro.cap. vt noſtrum. de offic. Archidia. iuxta nota. per Panormitan.in cap. tranſmiſſam.de elect.capit.in nomine domini. xxiij. diſtinct. Et ſufficit quòd quis fuerit receptus ad actus capitulares, vt poſsit experiri in poſſeſſorio: quia ſufficit patientia canonicorum,quando permittunt talem intereſſe communibus tractatibus, & habere ſtallum in choro:quia ſufficit ad conſequendum reſtitutionem: ſecundum Innocent. in cap.ex parte.de reſtitu.ſpoliato.Et Ioann. Andre. in addit.ad Speculat.in rubric.de reſtitution. ſpolia. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis ſtatuti, Si quis per literas. venerabilis domini Gulielmi Parmerij obedientiarij ſancti Pauli Lugduni officialis Viennę, Contra dominum T. Reuoyriæ pręcentorem ſancti Mauricij Viennę: quia dominus Parmerij ſe prętendit creatum canonicum ſupernumerariũ authoritate apoſtolicain dicta eccleſia ſancti Mauricij,& habuiſſe literas de placet curię,ſeruata tamen forma pragmaticę ſanctionis,& receptum in choro, & in proceſsionibus videntibus, patientibus & non contradicentibus alijs canonicis dictę eccleſię. Et quòd pręmiſſis non obſtantibus quadam die hora veſperorum dictus dominus pręcentor habuit dicere dicto domino Palmerij, quòd exiret chorum aliâs, quòd faceret ceſſare officium diuinũ,ita quòd pluribusverbis reiteratis ipſe exiuit chorum. Et ex poſt intentauit dictum ſtatutum, Si quis.coram curia.Et viſis informationibus curia ordinauit ipſum reintegrari. licèt aliqui ex dominis curię eſſent dubij, quòd dictum ſtatutum non haberet locum inter eccleſiaſticas perſonas. iuxta not.per domin.Guido. Pap. in dict.tractu. ſuper verb. clandeſtinè. Et maximè
8 in canonico ſupernumerario, † qui non habet ius in re.& eſt contra pragmaticam ſanctionem prout ſupradictum fuit. Pręterea non videtur fuiſſe facta violentia expulſiua ſeu electio, quia illa verba quòd exiret chorum,aliâs quòd faceret ceſſare officium: potiùs inducunt vim impulſiuam, quàm expulſiuam, in edicto prętoris,quod metus cauſa. iuxta not.per gloſſ.in l. prima.C. quod met.cauſa & quia dictus pręcentor non videtur habuiſſe animum ſpoliandi pręcisè faciunt not.in ca.conſultationibus.de officio.delegat. Et per Innocen. in cap.querelam.de elect.Et per domin. Guid. Pa. in d.tra.

in d. tractatu ſuper ſtatuto, ſi quis. ſuper ver. quaſi.

ARGVMENTVM.

Decimas in parœcia aliena accipiens ius commune contra ſe habet.

SVMMARIVM.

1 *Curatus de iure communi in ſua parœcia decimas percipit.*
2 *Laicus decimarum incapax.*

Quæſtio XVII.

QVAERITVR an laicus vel religioſus infrà parœciam alterius licitè poſsit percipere decimas. Et an ſi expellatur, ſeu leuetur decima per curatum, ſeu eius vicarium habeat locum remediū reintegrãdę & ſtatuti. & an admittatur curatus
1 ſuper cõtrario poſſeſſorio. † Et in effectu videtur dicendum ꝙ curatus habeat ius commune pro ſe, & quòd talis exceptio fundet eius intentionem ad repellendum laicum vel religioſum. cap. ad decimas,
2 de reſtit. ſpolia. lib. vj. Et maximè laicū † qui eſt incapax. cap. cauſam. de præſcript. qui non admittitur ad reſtitutionem decimarum: ſecundum gloſſ. in ſum. xxiiij. quæſti. j. §. j. & in cap. ex parte. de reſtitutio. ſpolia. & in dict. ca. ad decimas. & per domi. Guid. Papæ. deciſi. cclxxxviij. de qua materia aliàs ſcripſi in alio volu. cauſarū eccleſiaſticarū. fol. 30. niſi laicus allegaret titulū præſumptiuè, ex infeudatione ante cõſiliū lateranenſe. iuxta no. in cap. cum apoſtolica. de his qui fiunt à præla. ſine conſenſu cap. & l. cùm de in rem verſo. ff. de vſur. Et iſtud facit pro cauſa ſuppoſitionis ſuper ſtatuto, ſi quis oblato nobilis Aymari Allamandi domini rupis chinardi & dempteyſiaci, & prioris conuentus Conuiaci, vbi prætendunt habere ius quaruncunque decimarum in dict. mandamento Dẽpteyſiaci. Sed ex aduerſo dominus Stephanus Burgo vicarius loci prętẽdit eſſe in poſſeſsione ſeu quaſi decimæ noualium. cap. cùm contingat. de deci. Et ideò fuit admiſſus ſuper contrario poſſeſſorio, & præfixus terminus octo dierum ad faciendum ſumi informationes ſuper cõtrario poſſeſſorio: licèt prius fuiſſent viſę informationes dictorum dominorum Dempteyſiaci. prioris & conuentus Auguſtinorum Crimiaci.

ARGVMENTVM.

An pro primo aduentu principis liberentur carcerati.

SVMMARIVM.

1 *Princeps delinquentibus indulgere poteſt.*
2 *Gratia principis delinquentibus conceſſa quod delicti qualitates continere debeat.*
3 *Delinquens parti læſæ ſatisfacere tenetur.*
4 *Auguſtæ aduentu nouo incarcerati liberantur.*
5 *Fœminæ virorum radijs coruſcant.*

Quæſtio XVIII.

QVAERITVR an pro nouo aduentu Regis vel Reginę, ſit iuſta cauſa abolitionis & liberandi incarceratos pro delicto. Et dicen-
1 dum eſt quòd ſic: † quia princeps habet poteſtatē indulgendi delinquentibus. l. reſcripta. C. de prec. impe. offer. l. fi. C. de ſenten. paſsis. l. j. §. ſi qua. ff. de poſtu. dum tamen in eorum gratia nihil taceatur de qualitate delicti: ſecundum Guliel. de Cu. Bal. in l. iij. C. de epiſco. audien. & per Bald. & Iaſ. in l. præſcriptionem. C. ſi contra ius vel vtilita. public.
3 Et † pariter debet ſatisfieri parti priuatæ læſę de ſuo intereſſe. l. veniam. C. de in ius vocan. Et iſtud deci. Bald. in l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. ff. ad leg. Aqui. vbi refert, quando Dux venit Florentiam, ꝙ liberat incarceratos, multò fortius in alio princi-
4 pe. † Et idem in Auguſta ſeu Regina, quę gaudet eodē priuilegio Regis. l. princeps. cum ibi not. per
5 glo. & doct. ff. de legi. † quia fœminæ coruſcant radijs virorum: vt in authen. de conſue. §. itaque. col. iiij. l. fœminę. ff. de ſena. Et iſtud facit pro gratia abolitionis Goneti Chappuſij ſuper homicidio per ipſum perpetrato in perſonam Hugueti Boneti loci gerię: quia dum applicuit illuſtriſsima domina Anna Regina Duciſſa Britanniæ in hac ciuitate Grationo. de hoc pręſenti anno domini. 1502. in feſto beati Ioannis Baptiſtæ ipſa conceſsit gratiā abolitionis pro eius iocundo aduentu dicto Goneto Chappuſij quæ fuit pręſentata curię: ſed per informationes ſumptas apparet, quòd dicta gratia non eſt bene verificata. Et ideò fuit ſibi aſsignatū ad illam iuſtificandum.

ARGVMENTVM.

Paciſci an quis poſsit de re litigioſa.

SVMMARIVM.

1 *Aduocato & procuratori de quota litis paciſci non licere. & quomodo in ære animaduertatur. & nume. 3.*
2 *Aduocato & procuratori paciſci de ſalario licere.*
4 *Pœnæ duæ ordinaria ſcilicet, & extraordinaria ubi tendunt ad uindictam concurrere non debent.*

Quæſtio XIX.

QVAERITVR an procurator prohibeatur paciſci & contrahere cum cliētulo de re de qua pendet lis, & quę pœna incurratur. & ſi con-
1 currat pœna pecuniaria. † Et in effectu eſt prohibitum paciſci de quota litis: & eſt pœna priuationis patrocinij. l. ſi quis aduocatorum. C. de poſtul. Et idem eſt in procuratore. l. litem. C. de procura. l. ſi qua. C. mand. l. ſumptus. ff. de pact. ſecundum Salice. in dict. l. ſi qua licèt. ſecundum Alber. ibi mitiùs agatur cum procuratore quò ad infamiam, & pariter eſt prohibitum paciſci de aliqua pariculari de qua pendet lis, ſecundum Azo. Et communiter
2 docto. in dict. l. ſi hi. † licèt non prohibeatur paciſci pro ſalario aduocati vel procuratoris: dum tamen non paciſcatur de quota litis, vel de re de qua
3 pendet lis. l. j. C. de ſuffrag. aduo. † Veruntamē non debet imponi duplex pœna, videlicèt priuationis officij ſeu infamiæ & pecuniaria: quia ſufficit quòd puniatur vna pœna. l. ſenatus. ff. de accuſa. l. licèt. in fin. ff. nautæ caupon. ſecundum Bartol. poſt gloſſ. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infami. & l. hodie. ff. de pœnis. quia vbi imponeretur duplex pœna in dubio debet imponi
4 mitior. l. interpretione. ff. de pœn. † quia non debēt cōcurrere pœna ordinaria, & extraordinaria. d. l. hodie. l. ſanctio. ff. de pœn. & maximè quando ambæ pœnæ cedunt ad vindictam, non debent concur-

rere.l.quò ad ſenatus.l.ait prętor.ff.de iniur.l.quæ ſepulchra. cum ibi nota.C.de ſepulchr. viola. niſi in eo quòd vna pœna excederet aliam.l.j.ff.vi bonor. rapto.Nec obſtat quod habetur per glo.in l. nemo martyres.C.de ſacro ſanct.eccleſi. vbi vltra pœnam annullationis actus poteſt puniri extraordinariè: ſecundum iſta ibi,de quo per Bartolū & Alexand.in l.prætor ait.in princip.ff.de oper. noui nuntia.quia eſt ſpeciale in dict.l.nemo. propter commercium prohibitum rei ſacræ: ſecūdum Bal. ibi.Et iſtud facit pro cauſa diffinita contra magiſtrum Nicheri procuratorem,qui fecerat ſibi fieri quandam ceſsionem & remiſsionem à Michaele Petri eius clientulo contra Roſtanum & Antonium Beſsij patriæ brianſoneſij de re de qua pendebat lis, & fuerat obtenta ſententia. Et propter hoc fuit condemnatus ad pœnam priuationis patrocinij: & fuit ſibi reſeruatum in curijs inferioribus.Et vltra fuit condemnatus in certa pœna pecuniaria . licèt videretur ex aliquibus dominis curiæ minùs rigoroſum , quòd concurret duplex pœna per iura ſuperiùs allegata.Et de hac materia an pro eodem delicto poſsint concurrere plures, & in pœna ſtatutaria aliàs ſcripſi. j. volumin. cauſarum mixtarum in quibuſdam allegationibus curiæ communis Grationop.in cauſa contra Rodulphum Roybeti.q.vij.&viij.

ARGVMENTVM.

Quando oſtenduntur ſchedulæ vel documenta ad partem.

SVMMARIVM.

1 *Actuarijs an & quando liceat documenta parti aduerſæ oſtendere.*
2 *Inſtrumentum æditum ad partem pro iudicis inſtructione parti aduerſæ non producendum.*
3 *Notarius manifeſtans ſecretum ſibi iniunctum ſibi, quòd falſi pœnam incurrat.*

Quæſtio XX.

QVAERITVR † an ſit prohibitum ſub pœna falſi ſecretarijs curiæ vel eorum clericis oſtendere parti aduerſæ documenta,ſchædulas & alias ſcripturas traditas ad partem.Et videtur dicendum quòd ſic:quia ea quæ traduntur iudici ad partem pro informatione non debent tradi parti aduerſæ:ſecundum Innocen.in cap.per tuas.de teſtib.Et ideò allegationes non debent regiſtrari in actis:ſecundum Bald.& Alexand.de Imol.in au-
2 then.iubemus.C.de iudic.† Et idem eſt de inſtrumento quod producitur ad partem pro informatione iudicis:quia non debet edi aduerſario:ſecūdum glo.in l.quotiens.§.fina.ff.de iudic.Bald. Alexan. in l.j.§.æditiones.ff.de ædend. Et ibi per Paul. de
3 Caſtr.† Et ideò quādo notarius manifeſtat ſibi ſecretum iniunctum incurrit pœnam falſi: ſecūdum Bald.in l.j.§.is qui inſtrumento.ff.de falſ. & in l.ſi quis aliquid.§.inſtrumēta. ff.de pœn.De iſta quęſtione aliàs ſcripſi in j.volumi. cauſarū arduarum. in tractatu de fide inſtrumen. quæſtio.clxxxvj. Et iſtud facit pro cauſa domine Loyſię de Agouto relictę domini ſancti Andręę contra dominam Yſabellam vxorē domini de Cyſariſta,vbi fuerat productum quoddam inſtrumentum tutellæ ad partem, & Ioānes Bruni clericus ſecretarij cauſę oſtēdit Gaſpardo de fonte de loco Veneti ſollicitatori dictę relictæ domini ſancti Andreæ.Propter quod dictus Bruni fuit incarceratus certis diebus: & ſecum fuit inquiſitum. Et qui allegauit cauſas ſuæ excuſatiōis,&deinde fuit relaxatus data cautione.

ARGVMENTVM.

Minor reſtitutus pretium reſtituit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento minoris contractus firmatur.*
2 *Reſtitutionis in integrum beneficium iuramento minoris 25.annis læſi non impeditur.*
3 *Minor aduerſus contractum reſtitutus pretium reſtituit: ſecus ſi minori conſumpturo datum fuerit.*

Quæſtio XXI.

QVAERITVR an iuramentum minoris xxv.annis impediat beneficiū in integrum reſtitutionis:& an requiratur certioratio:& an de-
1 beat reſtitui pretium emptori. † Et in effectu licèt iuramentum firmet contractum minoris: authen.
2 ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ. vendi.† tamen non impedit beneficium reſtitutionis in integrum quando fuit læſus: quia præſumitur ignorare: ex quo non fuit certioratus.l.ſi n.§.ſi.ff.ad Velleia.ſecundum gloſſ.in l.ſciendum.ff.de verb.obliga. Et iſtam partem tenuit Dyn. quem refert & ſequitur Cy.& Saly.in l.ij.C.de reſcind.vendition.Et Ioan. Andr.& Anto.de Butri.in cap.cùm cauſa. de emptio.& venditio. Adeò quòd non præſumitur fuiſſe certioratus. Et per Iaſonem in dict. authentic. ſacramenta.vbi dixit,quòd iſta eſt magis æqua o-
3 pinio. † Veruntamen quando minor reſtituitur aduerſus contractum,debet reſtituere pretium , & quicquid habuerit.l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ff. de minor.niſi ſolueretur minori conſumpturo : vt ibi habetur.l.vnic.C.de reputa.quæ fiunt in indic. l.ſi quis ſciret.ff.de vſucapio. pro emptio. Et iſtud facit pro cauſa diffinita nobilium Ioannis & Petri Lupe contra nobilem Humbertum de bozoſello ratione cuiuſdam contractus venditionis & reachepti prati:quia dictus Petrus Lupe ſe prætendebat minorem & læſum. Et fuit ordinatum ipſum in integrum reſtitui pro eius parte,prius ſoluto pretio. Et licèt in integrum reſtitutione debeant venire fructus rei venditę.dict.§.reſtitutio. Tamen in ſententia non fuit facta mentio de fructibus propter intereſſe pretij ſoluti.l. curabit.l. fructus. cum ibi not.C.de actio.empt.& per gloſſ.in c.conquęſtus.de vſur.

ARGVMENTVM.

Furnus quo loco & quomodò conſtruendus ne obſit.

SVMMARIVM

1 *Furnum iuxta murum domus uicini ædificare an liceat.*
2 *Furnellum in muro communi an faciendum uel non . & numer. 5.*
3 *Ignem in camino domino domus inferioris , licèt fumus ſurſum aſcēdat, facere licere, modò ne id iniuriæ cauſa fiat.*
4 *Murū ædificare propè cōmunē,modò ſeparari poßit licere*

Ignis

6 *Ignis noctu coperiri debet.*
7 *Pactum ut furnus certo loco non ædificetur ualidum.*
8 *Vēditio domus ut quis talē artē in ea non exerceat, ualet.*

Quæſtio XXII.

1 QVAERITVR † an ſit licitū cōſtruere furnū: iuxta parietē ſeu murū domus vicini, & an pactū de nō ædificando furnum in domo contemplatione alicuius certæ perſonę dicatur perſonale. Et prima facie videtur dicendum quòd nō ſit licitum conſtruere furnum iuxta murum vicini, propter periculum ignis. l. quidam Hyberus. ff. de ſeruit. vrba. prædi. quia per hoc deterioraretur do-
2 mus vicini. † Quinimò non eſt licitum facere furnellum in muro communi quādo ignis adhęreret parieti communi: ſecùs ſi non adhæreret licitè tuba ſeu borna furnelli poteſt fieri in muro communi, etiam ſi fumus aſcendat ſuperiùs: dum tamen ignis non adhæreat muro: ſed quòd dimittatur ſpacium duorum pedum: ſecundum gloſſ. & Bartol. in dict. l. quidam Hyberus. licèt ſecundum Angel. & Pau. de Caſtr. quando murus eſſet ita ſpiſſus ꝙ poteſt ſuſtinere fornellum, tunc poſſet fieri: & maximè vbi conſuetudo hoc haberet, prout in hac ciuitate, vbi eſt licitum facere furnellum, & quòd bocheti penetrent murum dum tamē per priùs non eſſet à parte vicini fornellus. Et ideò aliàs vidi praticari, quòd poneretur vnus lapis vocatus eſchandaul, de ſubtus, vbi ſit ignis ad præſeruandum, ꝙ ignis non tangeret murum vicini. Et pro præmiſſis facit quod habetur in l. ſicuti. §. fi. ff. ſi ſerui. ven
3 di. † vbi eſt licitum domino domus inferioris facere ignem, licèt fumus aſcendat ſuperiùs & econtra, dūtamen non faciat cauſa iniuriæ ſeu per emulationem. l. placet. ff. de iniur. de qua materia etiam habetur per Cæpol. in tractatu de ſerui. in titu. de camino. & in titu. de furn. & in titu. de forna. & quòd ſupradictum fuit de ſpacio duorum pedum debet etiam intelligi de ſpacio vnius pedis: ſecundum materiam ſubiectam. l. fine. ff. finium regun.
4 Et pariter † licitum eſt iuxta murum communem facere alium murum, duntamen non ſit contiguus, quin poſſit ſeparari. l. fiſtulam. §. iuxt. ff. ſi ſer
5 ui vendi. Sed redeundo ad materiam furni † quòd non ſit licitum facere furnum iuxta domum vicini, ſaltem quin teneatur de danno infecto, facit l. ſi ſeruus. §. ſi fornacarius. & §. ſi furnum. ff. ad leg. aquil. & l. fluminum. §. prætereà. ff. de dam. infect. Et ibi quādo culpa fornarij peruenit ignis, vel quā
6 do obdormiuit, † vel etiam quando dominus non fecit de nocte coperiri ignem: ſecundum Baldum in d. §. ſi fornacarius. veruntamen debet fieri differentia quando fit furnus iuxta murum alterius. Et tunc ſufficit relinquere ſpacium vnius pedis: ſi verò iuxta domum, debet relinqui ſpacium duorum pedum. l. fin. ff. fini. regun. ſecundum glo. in d. l. quidam Hyberus. Licèt vbi eſſet periculum ignis, debet eſſe tantùm ſpacium, quòd non immineat periculum ignis. l. fiſtulas. ff. ſi ſerui. vendi. ſecundum Cæpol. in dicto tractatu de ſeruit. vrba. prædi. in titu. de forna. & in titu. de balue. Quan-
7 tùm autem ad ſecundam partem quæſiti † ſuper dicto pacto de non ædificando furnum in domo inhibito inter venditorem & emptorem contemplatione certę perſonæ, tale pactum videtur validum. l. fi. C. de pact. inter emptorem & venditorem: quia in traditione rei ſuæ poteſt apponi pactum. l. in traditionibus. ff. de pactis. Nec obſtat ſi dicatur, quòd non intereſt paciſcentis. Et ſic quòd non videtur validum, iſtud pactum. l. nemo. ff. de pactis. quia imò intereſt paciſcēti, ex quo quis habet cauſam ab ipſo, licèt tale pactum non tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, ſed debet agi ad intereſſe: ſecundum glo. in dict. l. fin. C. de pact. conuen. Et per hoc facit quod habetur per gloſſ. in l. iij. ff. de alie. iudic. mutan. cauſ. vbi pactum de non ædificando opus in aliquo ſolo non tranſit ad emptorem. Prætereà allegabatur, quòd tale pactum fuerat factum contemplatione certæ perſonæ, & quòd illa erat cauſa finalis, qua ceſſante debet ceſſare tale pactum, cùm ſit perſonale. l. iuris gentium. §. pactorum. ff. de pact. licèt ex aduerſo opponeretur, quòd imò tale pactum erat reale etiam quòd fuerat plus dictum quā ſcriptum per notarium: quia teſtes deponebant quòd fuerat dictum quòd ibidem perpetuò non poſſet ædificari furnus. Prætereà locus fuit viſitatus, & per relationem proborum apparebat, quòd ex furno patiſſeriæ plura incōmoda imminebant: tum propter periculum ignis, tum propter fœtorem maximè tempore æſtiuo, vbi ex tali paticearia oriuntur plures beſtiæ, vti vermes. Et pro præmiſſis facit, quod habetur per Barto. & Flori. in l. venditor. in princip. ff. communi vrba.
8 prædio. vbi † valet pactum quando vēdit domum, quòd emptor non exerceat aliquam artem, & ꝙ debet ſeruari per emptorem & ſuos hæredes & ſucceſſores. Et præmiſſa faciunt pro cauſa diffinita magiſtri Ioannis Ventoleti ſecretarij Delphinalis, contra Ferminetum Gatelleti patiſſerium: quia quando Claudius Gouardi vendidit dicto Ferminetto quandam eius domum ſitam in præſenti ciuitate Grationo. in ſcanno mali conſilij, iuxta domum Antonij Gouardi fratris dicti Claudij venditoris fuit appoſitum pactum, quòd dictus Ferminetus non ædificet furnum in dicta domo contemplatione dicti Antonij Gouardi. & deinde dictus antonius Gouardi deceſſit relicto dicto Ventoleti hærede ſeu ſucceſſore mediante perſona Antoniæ Bouis eius vxoris. Et tandem licèt eſſent aliquę opiniones: tamen maior pars dominorum fuit, quòd non conſtruatur ibi furnus, prout ita fuit ordinatum compenſatis expēſis in manibus Antonij actuerij ſecretarij cauſæ.

ARGVMENTVM.

Artem exercere etiam in domo propria, fœtore cuius vicini circumueniantur, non licere.

SVMMMARIVM.

1 *Artem ſulfurariam exercere propter fœtorem uetitum.*
2 *Vinum putidum aut urinam effundere uel immundicies non licere.*
3 *Aygueria fieri ſuper uiam publicam Gratianopol is uitium.*

Quæſtio XXIII.

1 QVAERITVR † an ſit licitum exercere artem in domo ſua priuata, per quem malus odor ſeu fætor fiat Vicinis. Et videtur dicen-

dum, quòd ſit prohibitum vti tali arte ad præiudi-
cium vicinorum: quia ex hoc aër inficitur, & poſ-
ſet generari peſtis vel alia infirmitas. l. ij. §. idē ait,
1 ſi odore. ff. ne quid in loc. publi. & ibi gloſſ. † quòd
eſt prohibitum in aliquo loco exercere artem ſul
furariam propter fœtorem, & hoc ibi notat etiam
Bart. quod non eſt licitum in loco priuato aliquid
facere ex quo fœtor vel putredo ſit in via, l. ij. §. j. C.
de cloa. ſecūdū Cępo. in d. trac. ſerui. in ti. de cloa. fa
cit quod habetur in l. j. §. cura carnis. ff. de offi. prę.
2 & l. ædiles. ff. de vi. publ. † vbi eſt prohibitū proijce
re in carreria aliquid fœtidū vel turpe: & ideo nō eſt
licitū proijcere vinū tornatū, aut vrinā vel immudi-
cies. l. ij. §. ſi viam & c. §. ſi quis cloacam. ff ne quid,
in loco publi. Licèt bene poſſit fieri aquæ condu-
ctus ad viam publicam: dum tamen via publica
non reddatur deterior: & talis actio interdicti com
petit illis qui ſunt de illa contracta. Et competit
etiam ad intereſſe. d. l. ij. §. hoc interdictum. licet ſit
actio pupillaris, ad vtilitatem publicam, & ſecun-
dario ad intereſſe priuatum: ſecundum Barto. ibi
poſt gloſſ. placet. ſuper ver. actoris, facit quod ha-
betur in l. in prouinciali. §. ſi in publico. ff. de ope.
noui nunci. vbi etiam forenſis admittitur pro inte
reſſe publico, & per glo. in rubrica. ff. de popu. acti.
Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem pro cauſa ap-
pellationis diffinita cuiuſdam fellerij Viennæ vo-
cati Raingotz contra hæredes nobilis Bartholo-
mæi Albi. Quia in prima inſtantia dictus Albi
iuncto fiſco denuntiauerat inquæſtam contra di-
ctum Raingotz, quia in eius apotheca fundebat
collas & exibat fumus per vnum foramen in car-
reria, & erat fœtor ſeu malus odor. facit l. de pupil
lo. §. ſi quis riuos. ff. de ope. no. nunci. Et idem po
3 teſt dici in hac ciuitate † vbi prohibentur fieri ey-
gueria ſuper viam publicam, & idem poteſt dici
de chaucherijs pellium ſeu coriorum quando red-
ditur fœtor in carreria vt debeant prohiberi. facit
etiam quòd habetur in toto ti. ff. de ijs qui deie. vel
effu. & quod habetur per Bart. Flori. poſt gloſſ. in
l. venditor. in j. ff. commun. prædi. vrba. vbi valet
pactum appoſitum in venditione ne emptor & ſui
ſucceſſores vtantur aliqua arte in domo empta, &
idem in teſtamento: quia teſtator prohibet exerce-
ri in eius domo aliqua arte & vti: quòd non tenea-
tur albergaria prout aliâs vidi in teſtamento cu-
iuſdam doctoris

ARGVMENTVM.

Oſtium in muro facere licitum ne ſit.

SVMMARIVM.

1 *Prohibētis cōditio in re communi in dubio potior habetur.*
2 *Oſtium in muro proprio ſuper ſolo uicini tantùm quantùm ſtillicidium protenditur facere licere.*
3 *Portam facere ſuprà uiam publicam, etiam in priuati fundo quatenùs ſtillicidium protenditur modò ne uicino noceat licitum.*
4 *Ad emulationem factum uidetur quando facienti nihil prodeſt, & cæteris nocet.*
5 *Portæ antiquæ interſignia.*

Quæſtio XXIIII.

QVAERITVR an ſit licitū parerio re-
ficienti murum facere hoſtium ſeu portam
de nouo ſuper ambulatorio domus vicini quate-
nùs protenditur ſtillicidium, & an poſſit nunciari
1 nouum opus. Et in effectu vbi murus eſſet † com-
munis in dubio in re communi potior eſt conditio
2 prohibentis. l. Sabinus. ff. cōmuni diui. † Si vero eſ-
ſet murus proprius: & tunc licitum eſt facere o-
ſtium ſuper ſolo vicini ſaltem in quātum protendi
tur ſtillicidiū. l. fi. §. Lucius. ff. de ſerui. vrba. prædi.
& ibi gloſſ. refert quòd ita faciunt Veronenſes, &
ideò ſecundum Bald. ibi ſtillicidium de iure com-
muni ſignificat proprietatem loci inferioris, licèt
ſecundum Cæpol. in tracta. ſerui. in titu. de ſerui.
ſtilli. in ix. q. dicat hoc eſſe verum, niſi appareret de
ſeruitute ſtillicidij, quia tūc proprietas eſſet vicini,
& debet attēdi cōſuetudo, & in dubio debet attēdi
quis poſſideat locum ſtillicidij vel ne, de quo latiùs
ibi per ipſum. Veruntamen redeundo ad quæſitum
poteſt ibi fieri oſtium, ſiue ſtillicidium deno
tet ius proprietatis, ſiue ius ſeruitutis: ſecundum
Cępol. in dict. tracta. in tit de pariet. ſeu muro. & in
3 titu. de oſti. Et ibi tenet † quòd etiam ſupra viam
publicā eſt licitum facere portam, & etiam in fun-
do priuati quatenùs progreditur ſtillicidium & vl-
tra. Et hoc verum, niſi noceret vicino: ſecundum
Cæpol. ibi, quia non eſt neceſſe quòd habens ſtilli
cidium pro eo intret fundum vicini: quia aqua om
ninò deſcendit & diſcurrit abſque damno ſuo non
dicitur ſeruitus aditus ſeu itineris, & quia non eſt
neceſsitas, & ne etiam detur facultas eundi per
4 fundū vicini. l. diuus. ff. de ſerui. ruſti. prędi. † Quia
preſumeretur facere per emulationem quando ſi-
bi nō prodeſſet, & noceret vicino. l. j. §. denique. ff.
de aqua pluuia arcen. ſecundū Cępo. in dict. tract.
ſeruitu. in titu. de ſolo. Et maximè quando in eo-
dem ambulatorio ſunt plures aliæ domus vicinæ
qui habent feneſtras, & tamen non ſunt aliquæ
portæ. & pariter quando habent oſtium alibi. Nec
5 obſtat ſi dicatur † quòd in dicto pariete, qui refi-
citur de nouo, repeŕtūtur aliqua interſignia portæ
antiquæ. Et ad iſtud reſpondetur, quòd illa porta
remanſit ſemper clauſa, & memoria hominis non
eſt in contrarium, & ſic non eſt licitum reficere mu
rum vltra priſtinam formam. l. j. §. opus nouum. &
§. ſi quis ædificium. ff. de ope. noui nunciatio. quia
potuit eſſe quòd antiquitùs dictæ domus eſſent e-
iuſdem domini, ſeu magiſtri: iuxta not. per Cępol.
in dict. titu. de oſti. Prætereà in dict. ambulatorio
eſt vna magna porta quæ ſolèt claudi per quam de
notatur, quòd vicinus non debet aliud oſtium.
Et iſtud facit pro cauſa nuntiationis noui operis
egregij domini Ioannis Porreti contra egregium
magiſtrum Ioannem Sauuaige auditorem came-
ræ computorum delphinalium: quia dictus Porre-
ti emit domum furni, quæ fuit quondam nobilis
Antonij Bruni, & econtra dictus Sauuaige emit
quandam paruam domum contiguam ſeu ſtabu-
lum, quæ fuit nobilis Iacobi de Cyzerino vbi ha-
bet oſtium in carreria publica verſus domū Clau
dij Rogerij, & dictus Sauuaige fecit reficere mu-
rum à parte dicti Porreti, & vult facere fieri ſeu ap-
periri quandam portam ſuper quo pendet lis co-
ram curia Parlamenti, & dictus Sauuage petit ſe
addmitti ad complendum ædificium mediante
cautione de demoliēdo: ſed ex aduerſo dictus Por

reti ſe op-

reti ſe opponit, quòd debet ſupercedi in opere donec poſt tres menſes, & ideò fuit ordinatū quod viſitetur locus per expertos in arte, & interim ſuperſedatur ab opere oſtij ſeu portę. Adde ꝙ adhuc in dicto ambulatorio eſt magna porta ad batam, vbi adhuc apparent goioni ferri qui denotāt, quòd ſolebat Claudi. & eſt locus priuatus intermedius à dicto oſtio domini auditorum Sauuaige vſque ad dictā magnam portam: quia non poſſet rediri ad carreriam publicā à dicto hoſtio niſi per locū mediū alienum. & ſic debet impedire ſeruitutē. l. qui ſella. §. fi. ff. de ſerui. ruſtic. prędi. cum ibi not. l. fi. ff. de ſerui. Nec obſtat d. l. fi. §. ff. de ſerui. vrba. prædi. vbi licitum eſt facere ianuā in ſuo muro iuxta rigorē ſtillicidij & tecti in publico dum nō officeret itinere vicini. Sed in caſu, iſto officeret vicino: quia eſt locus intermedius: & ſecundum Ang. ibi ianua non fuit facta in publico ſed in ſuo, ſed apparebat publicè ſuper ſtrata publica. Et omnes faciunt ianuas ex parte ſtratarū, ſed hic nō poſſunt fieri propter locū medium. prætereà ſecundū Flo. vbi eſt licitū apperire ianuā verſus viam publicā quatenus ſtillicidiū patitur & non vltra ſtillicidia, & ſic non debet operari effectū dictū hoſtium, maximè propter locū intermediū & pręſumitur ad emulationē ex ix. quo non prodeſſet ſibi, & ſic deberet tolli & hoc vltra. Cæpo. in d. c. j. in d. titu. de oſti.

ARGVMENTVM.

Tempus quale ad deliberandū hęredi dari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Tempus quod detur hæredi ad deliberandum antiquitus arbitrarium.*

2 *Tempus deliberationis hodie eſt annus quò ad tranſmiſſionis effectum. & quid in cæteris.*

Quæſtio XXV.

QVAERITVR quale tempus debet dari hæredi ad deliberandum ſuper adeunda vel repudianda hæreditate, & an poſſit abbreuiari tale tēpus ad inſtantiā creditorum, vel legatorū aut executorū. Et in effectu quia tale tēpus delibe-
1 rādi reperitur diuerſum in iure. † Ideò videtur dicēdum, ꝙ antiquitùs tale tēpus erat arbitrariū iudicis: attamen iudex non poterat ſtatuere minus tēpus centum dierū in hęrede extraneo, & in aſcēdentibus & deſcēdentibus ſpaciū vnius anni. l. j. §. largius. ff. de ſucce. edi. l. j. §. ait prætor. & l. ij. ff. de iur. delib. & ibi Bar. & in l. ſi quis hæres inſtituatur. ff. de hęre. inſti. Et ibi refert vidiſſe caſſari plures pro
2 ceſſus. † Sed hodie tale tempus eſt annus quò ad effectum trāſmiſſionis. l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. Et idem quando impetratur tēpus ad deliberandū à principe: quia tunc datur annus. l. fi. §. & hęc quidā. C. de iur. delibe. ſi verò petatur à iudice dantur nouē menſes, vt ibi habetur, ſi verò ſimpliciter credat hæreditatem eſſe reſpuendā, vel abſtinendam, tunc eſt tempus trium menſiū. d. l. fi. C. eo. Igitur nec obſtat l. ſcimus. §. fi. C. de inoffi. teſt. vbi datur medius annus ſeu infra ſex menſes: quia hoc eſt in odium querelę inofficioſi teſtamenti. Et vbi pater nomine adminiſtratorio filij petit tēpus ad deliberandum debet pręfigi per iudicem ambobus, ſecundum Bart. in d. l. j. §. ait prætor. ff. de iur. delibe. Et vltra poſt tēpus deliberādi adhuc dātur quatuor menſes. l. fi. C. ſi pendente appellati. mors interue. de quo ibi per glo. Bart. & cæteros. Et pręmiſſa faciunt ad quæſtionem cauſæ appellationis Ioānetæ Caboudę relictæ Petri de Heilant cōtra executores teſtamēti Petri Caboudi cōditi de hoc pręſenti ann. Mcccccij. die xv. mēſis Iunij, recepti per Franciſcum Boniti, vbi inter cætera ordinata in dicto teſtamento poſt plura legata pia legauit dictę Ioannetæ eius ſorori vſumfructū domus vinearum, & aliorū bonorum ſuorū quę poſsidet in loco bocoyronis & montisfluriti, & quòd poſſit diſponere ſuper ipſis bonis vſque ad ſummam ducentum & quinquaginta ſcutorum auri ſiue ſole: hęredem vniuerſalem inſtituit & nominauit Ioannem Rolini filium magiſtri Andreæ Rolini ſecretarij Delphinalis, & Criſtinę Caboudę eius ſororis Executores verò dicti teſtamenti fecit fratrem Claudium Bouuerij ordinis fratrum prędicatorum Gratianopo. nobilem Hugonem Cocti auditorē Delphinalē, & dominū Antoniū Capponeyſi procuratorem fiſcalē, & quēlibet inſolidum, & aliàs prout ibi pleniùs continetur. Et tandem poſt obitum d. Petri Caboudi dictus Andræas Rolini adminiſtratorio nomine dicti eius filij hęredis declarauit eius animū ꝙ non intendebat pro nunc ſe immiſcere de dictis bonis, cùm ignoraret onera & facultates dictorum bonorum. Sed petiit terminū iuris ad deliberandum ſi dictam hæreditatem adire debeat, vel ne propter quod dicti executores præciant iacente hęreditate prouideri de curatore bonis, & bona in ipſius manibus reponi cum inuentario vt inde ſoluantur legata pia. Et cùm fuerit præceptum dictę Ioannetę legatarię vt habeat tradere claues dicti cellerij in manibus dicti curatoris ipſa ſe oppoſuit & appellauit ſuper hoc.

ARGVMENTVM.

Tempus deliberandi per iudicē abbreuiari poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Deliberandi tempus inſtante creditore uel ſubſtituto iudicem arctari poſſe, & quare. & nu. 4.*

2 *Hæres in deliberando non præcipitandus.*

3 *Tempus cōceſſum à iure pretorio ad deliberandū, utile eſt.*

Quæſtio XXVI.

1 QVEARITVR an † tale tempus deliberandi poſſit abbreuiari per iudicem ad inſtātiam creditorum vel ſubſtitutorum. & in effectu vi
2 deretur dicendum prima facie quòd non, † quia hæres non debet præcipitari in tempore deliberan
3 di. l. j. ff. de ſucceſ. edi. † Et ideò de iure prætorio in extraneo dabatur tēpus centum dierum. Et in deſcendentibus vel aſcendentibus vnus annus. dict. l. j. §. Largius. & in l. ij. ff. de iure deliberan. Et tale tempus erat vtile. l. ij. C. qui admitti. & tale tempus non poterat abbreuiari: ſecundum Barto. & Ang. Aret. inſti. de hære. quali. & differen. §. extraneis. licet ſcdm Ang. Pau. de Caſtr. & Iaſ. in l ſi curato-
4 ris. C. de iur. deliberan. † tale tempus bene poteſt abbreuari quantum ad effectum, vt lapſo tali termino detur curator bonis. Non autem quantum

ad effectum vt excludatur ab hæreditate. & idem
videntur tenere Bald.Salic Paul.de Caſtr. & Iaſ.
in d.rubric.C.de ſucceſ.edict. quia aliâs vbi non eſ
ſet petitum tempus deliberandi hæres poſſet perpe
tuo adire infra xxx.annos.l.licèt.C.de iur. deliber.
vide per gloſſ.Barto.Bald.Angel. Ioan. de Imol.
Paul.de Caſtr. in l.quandiu. la grande.ff.de acqui
ren.hæreditа.

ARGVMENTVM.

Hæreditate iacente curator bonis non dandus: &
penes quem eſſe debeant.

SVMMARIVM.

1 *Curator bonis deliberandi tempore pendente dandus non eſt.& nu.1.*
2 *Curator bonis hærede adimplere conditionem differente quòd dari poſſit.*
4 *Hæreditariæ res deliberandi tempore pendente quod penes hæredem eſſe debeant.*

Quæſtio XXVII.

1 QVAERITVR † an pendente tempore
deliberandi debeat dari curator bonis iacé
te hæreditate,& penes quem debeant reſidere res
hæreditariæ,& an poſsit dari curator bonis ex offi
2 cio iudicis. Et in effectu † licèt poſsit dari curator
pendente conditione hęredis quando differt adim
plere conditionem,etiam ex officio iudicis quãdo
datur curator bonis defuncti.l.j.& ij.ff.de cura.bo
no.& ibi per glo.& Barto.l.ſi quis hæres inſtitua-
tur.ff.de hæred.inſti.l.ſi diu.ff.ex quib.cau. in poſ.
eat.tamen ſecus eſt quãdo hæres eſt inſtitutus pu-
rè vel inteſtato:quia tũc ſi differat adire,debet ſta-
tui terminus per iudicẽ ad adeũdũ vel repudiandũ,
quo elapſo poterit dari curator bonis:ſecũdũ Bart.
vbi ſuprà,& in l.ſi bona.C.de bo. auth.iudi.poſ.ta
3 men † interim pendente termino deliberandi non
debet dari curator bonis:ſecundum Bald. Alex. &
Iaſ.de Imo.in rubric.C.de ſucceſ.edict. & Bart.in
l.ſi conſtante.§.ſi ab exhęredato.ff. ſolu. matri. &
Bal.in l.fi.§.cùm igitur.C.de iure deliber. Et inte-
rim pendente tempore deliberandi hæres debet ha
bere penes ſe res hæreditarias: vt eſt text. ſingula-
ris in l.fina.§.ſi ante hoc aliquis.C. de iure deliber.
ſecundum Alexan.& Iaſ.ibi.

ARGVMEMTVM.

Petens tempus deliberãdi inuentarij beneficio
priuatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui inuentarium confecit quòd falcidiam detrahat, licet deliberandi tempus petierit.*
2 *Tempus petens ad deliberãdum hæreditarijs creditoribus inſolidum tenetur.*

Quæſtio XXVIII.

QVAERITVR an hæres qui petit tem-
pus deliberandi priuetur commodo inuen-
tarij. Et in effectu dicendum eſt quòd ſic,ex quo ne
gligit auxilium legis.l.fi.§.hæc equidem.& §. ſin-
autem hoc aliquis.C.de iure deliberan. Et hoc ve-
rum quantum ad hoc vt teneatur creditoribus in-
1 ſolidum,licèt confecerit inuentarium,† ſed quò ad
detractionem falcidiæ hæres qui petijt tempus ad
deliberandũ, ſi cõfecerit inuentariũ detrahit falci
diam,aliàs ſi non fecerit inuentariũ ſecus. Si verò
à primo fecerit inuentariũ abſq; petendo terminũ
ad deliberandũ tunc gaudet omninò beneficio in-
2 uentarij. Et eſt ratio: † quia quando petitur tem-
pus ad deliberandũ,hæres tenetur inſolidùm credi
toribus hęreditarijs:quia prę ſumitur facere in frau
dem creditorum hæreditariorum:ſecundum Iaſ.in
dict.§.ſinautem hoc aliquis.

ARGVMENTVM.

Inuentarij ſola confectione hęreditatẽ nôn adiri.

Quæſtio XXIX.

QVAERITVR an hæres,qui conficit in
uentarium vocatis creditoribus & legatarijs
dicatur adire hæreditatem ſeu ſe gerere pro hęrede.
Et dicendũ eſt ꝙ non,ſi aliâs non declarauerit eius
voluntatem.d.l.fi.§.ſinautem hoc aliquis.C. de iu
re delibe.verſi.non recuſauerit,quia ibi poſt inuen
tarium requiritur,ꝙ adeat vel repudiet ſecundũ Sa
lice. Alexan.de Imol.& Iaſ.ibi & per Sali.in d.l.fi.
§.ſinautem dubius licet.& in d.l.fi.§.ſim verò poſt
quàm renuerit, quòd per inuentarium quis dica-
tur ſe gerere pro hærede cum ſola animi deſtinatio
ne adeatur hæreditas.l.ſi auia.C.de iur.deliber. li-
cèt cómuniter teneatur cótrarium, videlicèt ꝙ per
ſolam confectionẽ inuentarij non adeatur hæredi
tas. Et ideò vidi praticari,quòd in prima dieta con
fectionis inuentarij hæres ſe declarat, quòd ipſe ſe
gerit pro hęrede cum beneficio inuentarij citra di-
ſcutionem quando non vult facere declarationem
bonorum.

ARGVMENTVM.

Legatum vſusfructus quando cedat.

SVMMARIVM.

1 *Legatum purum à mortis tempore cedit.*
2 *Legatum uſufructus non niſi adita hæreditate cedit: fallit ſi hæres in fraudem hæreditatẽ adire diſtulerit.& nu.3.*

Quæſtio XXX.

QVAERITVR à quo tempore cedat le-
gatum vſusfructus,& an fructus pendentes
ſeu percepti ante aditam hæreditatẽ debeant rema
1 nere legatario,& in effectu † licèt regulariter lega
tum purũ cedat à morte teſtatoris.l.j.§. ſinautẽ ali-
2 quid.C.de cad.tollen.ſecus † eſt legato vſufructu,
quod non cedit niſi ab adita hęreditate.d.l.j.§. ex-
3 cepto. Veruntamen vbi † hæres difert adire hæredi
tatem in fraudem,tunc fructus pendentes vel perce
pti ante aditam hæreditatem debent remanere vſu
fructuario: ſecundum glo.in l.ſi pẽdente.ff. de vſu
fruct.pro quo alleg.tex.in l.ſi vſufructuarius.eo.ti.

ARGVMENTVM.

Hæreditate iacente pœna conuentionalis ob tem
poris lapſum an & quando incurratur.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditate iacente præſcriptioni non eſt locus.*
2 *Pœna cõuentionalis hæreditate non adiri quòd incurratur.*

Quæſtio XXXI.

QVAERITVR an iacẽte hæreditate in-
curratur pœna conuentionalis ſeu commiſ-
ſi propter lapſum tẽporis, & an currat pręſcriptio.
Dubium facit quia iacente hęreditate non eſt qui
defendat hæreditatem cùm repreſentet perſonam
defuncti.l.mortuo.ff.de fideiu.l.hęreditas.ff.de ac-
1 qui.hęre.l.cùm hęreditas.C.de depo.† Et ideo non
currit

currit præſcriptio iacente hæreditate. Sed demum incipit quando eſt adita hæreditas.l.ea quæ.in fin.
2 C.de tempo.in integr.reſti. † Sed contrarium facit quò ad pœnam conuentionalem, l. ad diem. ff. de verbo.obliga.cum ibi nota.per docto.licèt competeret reſtitutio in integrum aduerſus incurſum talis pœnæ:ſecundum Bart.ibi. Et hoc quãdo hæres non fuit in dolo:quia non diſtulit malitioſè adire hæreditatem,hoc verùm in extraneo hærede:ſecus in ſuo:quia exiſtentia ſui hæredis operatur, quòd hæreditas non dicatur iacens: ſecundum gloſſ.& Bald.in dict.l.cùm hæreditas.C.depoſi.

ARGVMENTVM.

Hæreditate iacente creditores quò ad primum decretum agere poſſe.

SVMMARIVM.

1 *Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto parui præiudicij.*

Quæſtio XXXII.

QVAERITVR an iacente hæreditate creditores poſsint experiri ſaltem quò ad effectum primi decreti. Et videretur dicendum prima facie quòd non,cùm non ſit perſona quæ defendat nec poteſt dici contumacia,ex quo perſona eſt defuncta.l.mœtuo.ff.de fideiuſſ.l.ſi diu. ff. ex quib. cauſ.in poſſeſ.Sed in contrarium facit d.l.ſi diu.& l.ſi bona.C.de bon.autho.iudi.poſsi.licèt requiratur aliqualis cauſæ cognitio,ſi hęres differat adire in fraudem:ſecundum glo.in d.l.ſi diu.Et iſto caſu quantum ad effectum miſsionis in poſſeſsionem
1 ex primo decreto,†quod eſt parui præiudicij:ſecus quò ad ſecundum decretum, niſi prouideretur de curatore.d.l.ſi diu.veruntamen in caſibus deſiderãtibus celeritatem poteſt intentari iudicium contra hęreditatem iacentem.l.iiij.§.ſi pretor.verſi.totiès. ff.de dam.infect.Et hoc quò ad miſsionem in poſſeſsionem ex primo decreto,aliàs ſecus: ſecundum Gulie.de Cuneo & Bal.in l.cùm debitoris.C.de iudic.& Alex.de Imol.conſi.c.in v.volu.

ARGVMENTVM.

Legatum vſusfructus quando capiatur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum uſusfructus non,niſi ab adita hæreditate,cedit.*

2 *Legatum proprietatis quando cedat, quò ad trãſmiſsionis effectum.*

3 *Legatum uſusfructus per hæredis manus accipitur.*

Quæſtio XXXIII.

QVAERITVR an legatarius vſusfructus poſsit licitè accipere poſſeſsionem etiã ante aditam hęreditatem,an verò debeat accipere
1 per manus hęredis. Et in effectu † legatũ vſusfructus nõ cedit niſi ab adita hęreditate.l.j. quãd.dies leg.ced.l.j.§.except.C.de cadu.tollen.Et idem alio legato quò ad traſactionẽ dominij.l.ſi tibi homo.
2 §.cùm ſeruus.ff.de lega.j.licèt † quando legatum proprietatis eſt purũ cedat dies legati à morte defuncti quò ad effectum trãſmiſsionis.d.l.j.§.ſin autẽ.C.de cad.tollẽ. Et legatarius nõ debet accipere poſſeſsionẽ rei legatę poſt aditã hæreditatẽ.l. non dubiũ.C.de lega.aliàs priuatur iure ſuo: vt ibi habetur:ſi verò accipiat poſſeſsionẽ ante aditã hęreditatẽ,tunc etiam tenetur reddere hæredi ex remedio interdicti quorũ legatorum.l.j.C.quo.lega. niſi ſit vxor quę non tenetur reſtituere,niſi immineat de-
3 tractio falcidiæ.ſecundum Bal.ibi. † Et idem in legato vſusfructus,quod debeat accipere per manus hęredis:ſecundũ Bal.in l.j.C.de vſufru.& Alex. de Imol.conſi.lviij. in iij. volu. veruntamen vſufructuarius etiã propria authoritate poterit colere & cultiuare terrã,dum tamen proteſtetur quod faciat cauſa ſui iuris conſeruãdi.ſecundũ Bal. in l.j.§. excepto.C.de cadu.tollen.faciũt not.per Bar.in l.fundi.ff.de vſufruct.lega.Nam quando legatur vſufr. in teſtamento tunc transfertur ipſo iure in legatarium,ſicuti de dominio rei legatę dicitur.l.ſi partẽ. ff.quemad.ſeru.ami.l.à Titio.ff.de vſufru.ſecus ſi vſusfructus deberetur ex contractu:quia tunc eſſet opus cõſtitutiõe hominis.l.iij.§. dare. ff.de vſufru. ſecũdum glo.& Bar.in l.corruptionẽ.C.de vſufru.

ARGVMENTVM.

Dilationes plures an ſimul & ſemel dari poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Dilationes diuerſas ad effectus diuerſos ſimul & ſemel poſſe dari Speculat.eſſe.*

2 *Termini tres ſimul & ſemel ſtatui poſſunt.*

Quæſtio XXXIIII.

QVAERITVR an pendente prima dilatione poſsit dari ſecunda. Et econtrà an ſimul & ſemel poſsint dari plures dilationes ad diuerſos actus: & an per ſecũdam dilationẽ videatur derogatum patrię dilationi.Et in effectu videretur prima facie dicendum,quòd pendente prima dilatione non debeat dari ſecunda,quia officium iudicis conquieſcit.l.ſiue pars.C.de dilat. c.ſignate. de appella.niſi talis ſecunda dilatio fieret ad vtilitatẽ illius,cui fuit conceſſa prima.iuxt.not.per Bald.& Ioan.de Imol.in l.ſi quis inſtituatur.ff.de hæredi. inſti. Veruntamen vbi iudex dediſſet primam dilationem ſine cauſę cognitiõe,etiam potuiſſet illam reuocare,aut illam mutare.l.diem proferre.& l.dicere.§.fi.ff.de arbi.ſecundum gloſſ. in d.c.ſignate. vel niſi cauſa dilationis ſit finita.l. à filiã.§. alumno.ff.ad trebel.licèt dando ſecundam dilationem videretur prima reuocata,ſicuti de ſecunda interlocutoria dicitur:ſecundũ Bart.in l.quod iuſsit.circa fi.ff.de re iudi.Spec.verò in tit.de dila. §.j.verſi.de-
1 liberatoriæ.videtur tenere † quod ſimul & ſemel poſſint dari diuerſę dilationes ad diuerſos effectus.l. nunquã.ff.de iudi.facit quod habetur per glo.in l. ſi cõuenerit.ff.de pigno.actio. Et per glo.in c. conſtitutionem.de ſenten.ex com.lib.vj. Et ita vtitur in curia Romana,quando fit citatio vel monitio infra triginta dies:quia ſtatuuntur decem dies pro primo edicto,decem dies pro ſecũdo,& decem dies
2 pro tertio. Et idem in magno conſilio, † quia ſtatuitur ſimul & ſemel terminus actori ad dandam petitionem infrà octo dies,& infra alios octo rèo ad dicendum, & ſic de ſimilibus. Specul.verò vbi ſupra.§.nunc dicamus. verſicul.ſed pone iudex tenetur quòd pendente termino iudex poteſt prorogare:ſecus poſt lapſum terminum. gloſſ. verò in l.quandiu.la grande.ff.de acquir. hæredi.videtur tenere.quando ſtatuuntur plures dilationes reſpectu diuerſarum perſonarum,quòd tunc ſecunda non incipit niſi à tempore primæ finitæ. Et per hoc limitatur dict.l.ſiue pars.ſecundum Bartol. in dict.l.quandiu.Sed idem Barto.in l.ij.ff.de re iudi.

circa fin.tenet quòd bene poteſt dari ſecunda dilatio ſuper alio articulo, qui non ſit præiudicabilis primæ dilationi, aliàs ſecus.l.generaliter.C.de reb. credi.de quo per glo.in clemen.ſæpè.de verb.ſigni. ſuper verb.poſt dationem. Idem verò Barto. ponit certas limitationes. Pau.verò de Caſt.in dict.l.ſiue pars.allegat Cyn.in l.fin.C.de repudienda hæred. quòd ſecunda dilatio non incipiat niſi à tempore primæ dilationis finitæ. Et idem Alexan. in dict.l. ſiue pars.licèt Bau.de Caſt.tenuerit, quòd ſecunda dilatio incipiat ſtatim currere, & quòd cenſetur facta prolõgatio primæ dilationis. Et iſtud facit pro cauſa recurſus reuerendiſsimi domi.cardinalis ſancti Seuerini contra reuerẽdum domi. Anthonium de Claromõte electum Viennenſem vbi primo fuerat data dilatio dicto domi.de Claromonte trium mẽſium ad probandum. Et deindè pendente dicta dilatione fuit data ſecunda ſex menſium ad probãdum. Et ideò prima dilatio includitur in ſecunda. Et ita videtur fuiſſe intentio curiæ, cùm in ſecunda dilatione fuit dictum perẽptoriè & præciſè: iuxta not.per Specu.in titu. de dilatio.§. nunc videamus.verſi.& ſunt hæc in argu.vide gloſ.in l.j.ff.de fer.ſuper verb.nullius eſſe momẽti. vbi tenet quòd ſententia lata pendente dilatione eſt nulla. & plura allega. lxxxij.& per Bald.& Iaſ.in rubric.C.de ſucceſs.edict.

ARGVMENTVM.

Tempus probandi an continuum dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Tempus commune continuum dici regulare.*
2 *Tempus continuum ſi labatur in ferijs, quòd iuſtam reſtitutioni cauſam præbeat: ut hic pulchrè.*
3 *Probationes etiam in ferijs fieri poſſunt.*

Quæſtio XXXV.

QVAERITVR an tempus probandi dicatur continuum, vt etam currat tempore feriato ſiue ſint feriæ ſolemnes ſiue repẽtinæ. Et videtur dicendum quod ſic, l.ſiue pars.C.de dilat.l.j. C.de
1 fer. † Quia regulariter cõmune tẽpus dicitur continuũ: ſecundum glo.in rubr. licèt iſto caſu eſſet iuſta cauſa reſtituendi in integrum.l.ſed ſi per prætorem.§.ſi feriæ.ff.quib.ex cau. maior. licèt deberet ſolũ reſtitui in integrum in quantũ ſe extendit tempus feriarum.de quo per Spec.in titu.de dilati.§.ſi. verſi.ſi.quid ſi iudex dedit. Pau.verò de Caſtr.in d.l.ſiue pars. diſtinguit: quia aut tempus dilationis fuit finitum durantibus ferijs repẽtinis quibus prouidere non potuit, & tunc erit iuſta cauſa reſtituendi in integrum. Si verò ideò fuit finitum tempus dilationis, & habuit tempus faciendi, tunc nõ
3 debet integrum reſtitui. † Et iſtud facit pro ſtilo curiæ, quia durãtibus ferijs poſſunt fieri probationes Et ita imputãdum eſt parti, niſi ſtaret per iudicem vel commiſſariumvel propter impedimẽtum peſtis iuxta not.per glo.& doct.in l.de ætate.ff.ad trebel.

ARGVMENTVM.

Dilatio probatoria pro locorũ diſtãtia moderãda.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio probatoria coartari non augeri poteſt.*
2 *Dilatio probatoria iudici arbitraria.*
3 *Dilatio quarta in probationibus dari non, niſi cum ſolemnitate, poteſt.*
4 *Dilationem in cauſis pecuniarijs non, niſi unam, dari regulare.*
5 *Prouincia quomodò intelligatur.*

Quæſtio XXXVI.

QVAERITVR ſuper tempore dilationis probandi. de quo in l.j.C.de dila. canonica.in c.ſpacium.iij.quæſti.iij. Et in effectu quando examinantur teſtes de eadem prouincia dantur tres menſes. Si verò examinantur ex prouincia cõtinenti dantur ſex mẽſes. Et in patria transmarina
1 dantur nouem menſes, vt ibi habetur. † Et licèt tale tempus poſſet abbreuiari, non autem augeri, vt ibi habetur: quia materia dilationum debet ampu
2 tari.l.ij.C.de tempo.appel. † Et pariter dilatio probandi dicitur arbitraria iudici: ſecundum glo.in c. prætereà de dilatio.& in cap.cùm ſit Roma.de appella.& maximè in cauſis ſummarijs vbi iudex debet amputare dilationes.clemen.ſæpè.de verbo.ſignifica.& ita eſt introductũ per ſtatuta Delphinalia, quòd non detur vlterior dilatio probãdi trium menſium, nec obſtat cap.in cauſis.& cap. vltra tertiam.de teſti.& §.quia verò.in authen.de teſti.colla.vij.vbi videtur probari, quòd permittatur nedũ
3 prima ſecunda tertia productio, † ſed etiam quarta cum ſolemnitate: quia ſecundum gloſſ.in dict. authentic. qui ſemel. debet intelligi productio prout ſonat, videlicet quòd prima ſecunda tertia productio accipiantur pro vna dilatione, licèt ſecũdum gloſſ.in dict.cap.in cauſis accipiantur prima ſecunda tertia productio pro tribus dilationibus. Et iſta opinio ſeruatur de facto & conſuetudine,
4 licèt † regulariter in cauſis pecuniarijs non debeat dari niſi vna dilatio.l.fina.ff.de fer.niſi ex cauſa.l. oratione.ff.de fer. Et vbi daretur ſecũda dilatio ſine cauſæ cognitione eſſet nulla: ſecundum Barto. ibi, & in l.j.C.de dilatio. veruntamẽ ſecundum Innocen.in di.cap.vltra tertiam.quando prima dilatio non eſſet integra, iudex poſſet dare ſecundam dilationem, etiam ſine cauſæ cognitione: quia tũc ſuppletur à lege. Et vlterius tenet, quod quando quis vellet producere teſtes de eadem prouincia darentur tres mẽſes, & ſi de prouincia propinqua ſex mẽſes, & ſi de patria vltramarina nouem menſes, & ſic erunt xviij.menſes, licèt Cyn.in d.l.j.C.de dilati.teneat quod ſolùm dabuntur.ix.menſes. Et idem Ioan. And.in addi.ad Specu.in tit.de dila.§.j.verſi. Item ſequitur.de proba.& Bar.& Alexan.de Imol.in l.
5 ij.ff.de reg.iur. † Qualiter autem intelligatur prouincia habetur per Inno.Panor.in d.c.vltra tertiã. de teſt.quia nõ intelligitur de Archiepiſcopatu, ſed de monarchia, vti de Francia, Hyſpania. Et ibi de patria vltramarina, quia intelligitur de mari magno, & remoto: ſecundum Feli.ibi de qua materia etiam habetur per Lap.allega.lxxxij.& per Ange. Areti.inſti.de actio.§.ſi minus.

ARGVMEMTVM.

Dilationes legales vel ſtatutariæ arctarinè an augeri queant.

SVMMARIVM.

1 *Dilationes à iure introductæ ſine hominis facto, quòd neque augeri, neque minui poſſunt. Si verò cum hominis facto ex cauſa & augentur & minuuntur. & nume.2.*
2 *Dilationes ſtatutariæ neque augentur neque minuuntur.*

Quæſtio

Quæſtio XXXVII.

QVAERITVR an dilatio legalis vel ſtatuti poſsit abreuiari vel augeri. Et in effectu ſecundum communem theoricam gloſſ. & doctor.
1 fit differentia, † an talis dilatio ſit de iure introducta abſque miniſterio hominis, & iſto caſu non debet augeri vel minui: vt in tempore appellandi, vel inuentarij: iuxta. nota. per gloſſ. Dyn. in cap. indultum. de regu. iur. libr. vj. Et in cap. preterea. de dila. & in c. cùm ſit Romana. de appel. & in c. quò ad conſultationem. de regu. iur. & per gloſ. Idem Bal. in authen. qui ſemel. C. quomod. & quando iud. &
2 per Barto. & cęteros in l. ij. ff. de de re iudic. † Si verò talis dilatio ſit conceſſa à iure miniſterio hominis: vt in dilatione dandi libellum, vel probandi & ſimilibus, túc iſto caſu ex cauſa poteſt abbreuiari vel augeri: vt in dicta l. ij. aliàs non. † Si verò ſit dilatio ſtatuti túc non poteſt abbreuiari vel augeri, maximè vbi per dilationé pœna eſt inducta: ſecúdú Bal. in d. auth. qui ſemel. & in authé. iubemus. C. de iud. & in l. fi. Et hoc equidé. C. de iure delibe. & per Barto. in l. properandum. in princip. C. de iudi. De qua materia vide latiùs per Alexand. de Imol. in dict. l. ij. ff. de re iudic. & per Felin. in dict. cap. cùm ſit Romana. Et ibi per ſtatutum poteſt alterari dilatio temporis appellandi. iuxta nota. per gloſſ. & Bald. in l. præſcriptionem. C. ſi contra ius vel vtilitatem public. Et per dominum Guido. Pap. deciſi. ccccxxix. vbi tenet quòd de ſtillo curiæ dilationes ſunt arbitrariæ.

ARGVMENTVM.

Sequeſtro ſitné locus fiſcali cauſa pendente.

SVMMARIVM

1 *Fiſcum iure priuati uti regulare.*
2 *Sequeſtra prohibita eſſe regulare.*
3 *Sequeſtro in interdicto uti poßidetis locus non eſt, ſi partium altera certò poßideat.*
4 *Fiſcus de iure communi in poſſeſſorio non fundatus.*

Quæſtio XXXVIII.

QVAERITVR an pendente lite inter fiſcum & priuatum ſit locus ſequeſtro ſeu reductioni ad manus Delphinales, & quid in interdicto vti poſsidetis, & an princeps ſit fundatus de iure communi. Et in effectu videretur dicendum prima facie quòd non. l. defenſionis facultas. C. de iu-
1 re fiſci. libr. x. l. res quæ. ff. de iure fiſci. † quia regulariter fiſcus vtitur iure priuati. ſecundum gloſſ. in l. j. C. de petit. hæredita. Et ita etiam cauetur ſecundum ſtatuta Delphinalia, quòd in cauſis fiſcalibus
2 debeat procedi, ad inſtar priuatorum. Et † quia etiam regulariter ſequeſtra ſunt prohibita. l. j. C. de prohibi. ſequeſtra. pecu. niſi in caſibus ſpecialibus ibi notatis per gloſſ. & docto. & in cap. ij. de ſeque-
3 ſtra. poſſeſ. & fruct. † Nec eſt etiam permiſſum ſequeſtrum quando agitur de interdicto vti poſsidetis, etiam ſi timeatur timor armorum aut rixæ, quádo eſt certum alteram partium poſsidere: ſecundú Innocen. in cap. in præſentia. de probatio. Specu. in titul. de libel. concep. §. nunc videndú. verſ. xxij. Et Bal. in d. l. j. C. de prohib. ſequeſt. pecu. & in l. quidá extimauerút. ff. ſi cert. peta. & Fraciſ. de Cur.
4 in tract. de ſequeſtra. in iiij. col. Nec † pariter princeps eſt fundatus de iure communi in poſſeſ. ſecundum Innocen. & Panormit. in c. olim. el ij. de reſti. ſpolia. ſecus in petitorio. cap. omnes baſilicæ. xvj. quęſt. vij. c. in apibus. vij. quęſt. j. l. deprecatio iſta. ff. ad leg. Rodi. de iac. l. bene à Zenone. C. de quadrie. præſcrip. Et per Ioan. Fab. in l. j. C. de ſum. trinita. & iſtud facit ad quæſtionem ſuper cauſa fiſcali contra iſtos nobiles de Alondo prætextu caſtrorum & territoriorú auri petrę triſclini, quia fiſcus prætendit quòd iſta caſtra & certa alia fuerunt vnita baroniæ Darlay in Burgundia, cum pacto quòd non poſſunt alienari nec diſmembrari, ſed quòd remaneant ſub homagio Delphini. Et iſta Baronia eſt domino principi Aurayce, & quòd non potuerit alienari in perſona baſtardi Aurayce, qui ex poſt facto inſtituit hæredes dictos nobiles de Alódo. Et ideò petebat fiſcus dictas plateas reduci lite pendente ad manus Delphinales. Sed in contrariú fuit ordinatum niſi per medú diſcretionis fructuú. Et ita etiá tenet do. Gui. Pap. deci. cvij. & ccclxvj. Et per Bart. in d. l. defenſionis facultas. C. de iure fiſci. lib. x. Et etiá facit alia cauſa fiſcalis cótra dominum abbaté Lioncelli prætextu tachiæ certarú literarum in caſtellania ſancti Nazarij, in Royanis: quia fiſcus lite pendente petebat dictas tachias eligi per caſtellanum ſeu ſenſerium. Sed ex aduerſo ſe opponebat dictus Abbas ſeu quidam eius religioſus ordinis Ciſtercienſis vocatus frater Ralhe. Et ideò fuit ordinatum reponi d. tachiam ſub manu tertij ad ſaluú ius habentis. Pro quo facit l. ſunt perſonæ. ff. de religio. & ſumpt. fune. De hac materia aliàs pleniùs ſcripſi in iij. volu. cauſarum arduarum in allegationib. domini Curſolij, ſuper recurſu caſtri ſtellę antequá eſſem de parlamento ſuper quadam redditione dicti caſtri facta ad manus Delphinales.

ARGVMENTVM.

Ius ſibi dicere nemini licere.

SVMMARIVM.

1 *Priuato ius ſibi dicere quandoquè licere.*
2 *Quæ per magiſtratum fieri ſolita ſunt, priuatus ne attentet.*
3 *Iuſtitiam domini à uaſallo impedire uetitum.*
4 *Læſæ maieſtatis crimine irretiuntur, qui homines armatos congregant.*

Quæſtio XXXIX.

QVAERITVR an ſit licitum lite pédente alteri parti ius ſibi dicere authoritate ſua priuata, & impedire ne procedatur in opere de quo
1 agitur. Dubium facit † quia quando periculum eſt in mora, & quis pateretur enorme damnú, vel quádo deeſt copia iudicis, tunc eſt licitum tale opus tollere, & ius ſibi dicere. l. ſi alius. §. belliſsimè. & ibi per glo. & Bar. & in l. fi. §. ad ianuá. ff. quod vi aut clam. & idem quando deficit copia iudicis. l. generali. C. de decurio. lib. x. & ibi per glo. Bart. in l. nullus. C. de iudę. & per Inno. in cap. olim. el j. de reſti. ſpoli. Sed in cótrarium videtur veritas alio non apparente. l. j. C. ne quis in ſua cau. ius ſibi dicat. l. nó
2 eſt ſingulis. ff. de regul. iuris. † vbi prohibet partibus priuatis authoritate priuata auferre vel exequi quod eſt fieri ſolitum per magiſtratus, ne occaſio ſit maioris tumultus, aliàs quis priuaretur iure ſuo. l. extat. ff. quod metus cau. l. ſi quis in tantam.

C. vnde vi.c.placuit.xvj.quæſtio.vj. cap. eum qui. de præben.lib.vj. Præterea attentare authoritate priuata lite pendente eſt cōtemnere authoritatem iudicis, quod non eſt permittendum. l. obſeruan-
3 dum.ff.de offic.præſid. † Nec debet vaſallus impedire iuſtitiam domini.ca.j.de for.fide.ſuper verb. honeſtum.ca.j.de mili. vaſal. qui contu.eſt. Nec obſtat dum dicitur quòd propter defectum iuſtitię quando deeſt copia iudicis, quòd ſit licitum ius ſibi dicere: quia illud verum quando eſſet denegata iuſtitia, & non poſſet haberi recurſus ad ſuperiorē, aliàs ſecus: ſecundum Barto.& Ioan.de Plat. in d. l.generali.& Innocen.in dict.c.olim.& per Barto. in tracta.repre.in ij.parte.quæſti.v.de quo per Bal. in l.ſed ſi per prætorem.§.ait prętor.ff.quib.ex cauſis maior.in integ.reſtitu. Nec poteſt dici quod deſit copia iudicis in hac patria ex quo ſereniſsimus Rex Francorum dominus noſter Delphinus habet eius ſupremam curiam parlamenti in hac patria, pro quo facit dict.c.j.in fin.de mili. vaſal. qui contu.eſt. Nec eſt licitum in hac patria facere portum armorum.l.j.C.vt ar.vſ. inſtitu. princip. l.j.de prohi.gla.lib.xj. Et in authen. de armis.§.fi.colat.
4 vj. † Quinimò congregare gentes in armis eſt incidere in crimen læſæ maieſtatis, & maximè in vrbe Romana aut alia ciuitate, quę nō recognoſcit ſuperiorem: iuxta not.per glo.& Barto. in l.j. & ij. ff.ad leg.Iuli.maieſta. aliter ad præſens non declaro: quia cauſa pendet adhuc coram curia ſuper diuerſitatem ripparię draui inter conſules ciuitatis Grationopo. & Petrum Peſoum magiſtrum operis. Et illos de ſeyſsino, & eorum adherentes qui fecerunt certas inhibitiones dictis operraijs propter quas ſupereceſſerunt ab opere, & fuerunt effecti timidiores, faciunt nota.per Bartol.in authentic.caſſa.C.de ſacroſanct.ecclę.

ARGVMENTVM.

Aquam ducere & accipere de fluminibus an & quando licitum.

SVMMARIVM.

1 *Flumina uſu publica ſunt.*
2 *Fluminum proprietas & alueus principis ſunt, & dicuntur eſſe de regalibus.*
3 *Molendina conſtruere in flumine publico aut aquam deducere an quando & quomodò liceat. & nume.4.*

Quæſtio XL.

QVAERITVR an ſit licitum authoritate priuata ducere & accipere de aqua alicuius fluminis publici nauigabilis aut non nauigabilis, vel alterius ripparíæ fluentis pro vſu molendinorum & bialeriam facere ſine licentia principis aut alterius domini territorij loci, & maximè quan-
1 do affert enorme damnum alterius. Et in † effectu licèt flumina ſint publica quantum ad vſum: quia ſunt publici iuris: vt inſtitu.de rer.diui.§. flumina. & l.rippariā.ff.de rer. diui. ita quod eſt licitum regulariter accipere de aqua pro vſu hominum, cùm
2 ſit vnum ex quatuor elementis: † tamen quantum ad proprietatem & alueum perinent principi, & dicuntur des regales.c.j.quæ ſunt regal.ſecundum Cæpo.in tract.ſerui.prædi.vrb.in tit.de flumi.hinc eſt ꝙ in hac patria decurſus aquarum pertinēt domino loci, & non poſſunt albergari niſi per domi-
3 num loci. Et † in flumine publico nauigabili eſt prohibitum accipere aquam pro vſu molendinorū ſine licētia principis.l.quomodo.ff.de flumi. Et maximè quando impediretur nauigatio. & idem eſt de alio flumine, quando decurrit ad aliud flumen nauigabile, vt ibi habetur. l. quod principis.l. fuit autem pluries.§.fi.ff.de aqua pluui. arcen.l.j.§.permittitur.ff.de aqua coti.& æſti.licèt Pau.de Caſt. in l.fluminum.in j.ff de dam.infec.voluerit tenere
4 quòd † ſuper flumine publico ſit licitum conſtruere molendina cū nauibus dum tamen non attingātur in fundo aluei aquæ, de quo per Iaſ.in repet.d. l.quomodò.in ij.q.licèt ſecundum Bar.ibi licitum eſt ducere aquam de flumine publico non nauigabili quando non impeditur curſus aquæ.l.j.§. non autem.ff.de flumi.veruntamen quando afferret enorme damnū vicinis ſeu pererijs accipere de aqua fluminis faciendo bialloriam propter periculum inundationis prædiorum inferiorū, tunc eſſet prohibitum accipere.l.j.§.ſunt qui putant.ff.ne quid in loco publi.& l.ei.§.non autem.ff.de flumi.ſecūdum Bar.in d.l.quominus.in ij.& x.q. Et ibi latè per Iaſ.quia debet præponderari ſi damnum eſſet maius quàm vtilitas, quę poſſet ſequi ex tali vſu aquę, quia vbi damnum eſſet paruum non eſſet curandum: ſecundum glo.in l.ſeruitutes.la grande.§. ſi in publico.ff.de ſeruitu. Et in l.ſed ſi hæres.ff.ad trebel.& econtrà ſi vtilitas eſſet parua & damnum eſſet magnū debet inhiberi vſus aquę: ſecundum Iaſ.in d.l.quominus.in vj.notabili.viij.& xj. q. Et maximè vbi agitur de præiudicio reipublicæ quę debet prçferri vtilitati priuatę. l.j.§.fin.C.de cadu. tollen. Et prçmiſſa faciunt pro cauſa conſulum ciuitatis Grationopo.contra dominum Ioannem Cathonis, qui volebat accipere de aqua ripparię draui faciendo vnam rigolam pro vſu ſuorum molendinorum vulgariter dictorū de guingallet propè Chirolas, ſed quia eminebat periculum inundationis prędiorum inferiorum & etiā ciuitatis Grationopo.cùm faciēdo dictam rigolam dicta rippatia potuiſſet ſe diuertere à ſuo curſu appropinquando ciuitatem Grationopo. Ideò per ordinationem curię fuit inhibitū dicto domino Cathoni. ne de cęterò de dicta aqua pro vſu molēdinorū accipiat.

ARGVMENTVM.

Literarum officiariorū interinatio impeditur vbi literæ ſuperannales ſunt.

SVMMMARIVM.

1 *Principis beneficium perpetuum eſſe debere.*
2 *Reſcripta ad lites an ſint annalia.*

Quæſtio XLI.

QVAERITVR quando literę officiariorum ſunt ſuperannales an propter hoc debeat impediri interinatio literarum. Et prima facie videretur dicendum quòd non. l.falſo.C.de diuer. reſcript.maximè quādo natura actionis ſuper qua impetratur reſcriptum non eſt annalis: ſecundum
1 doctores ibi, † quia beneficiū principis debet eſſe perpetuum. capitul.decet. de regul.iuris. libr. vj. Nec obſtat quod habetur in capitul. quanti. de officio delega.& capitul.plerunquè.& capitul.ſi autem.de reſcript. vbi † reſcripta ad lites ſunt annalia, quia debent repreſentari infrà annum, quia ſe-

quia ſecundum gloſſ.ibi hoc verum quando impe
trantur aliæ literæ per aduerſarium, aliâs ſecus, li-
cèt de ſtillo curiæ franciæ quando literæ ſunt ſu-
perannales debent repeti, vt in viato.in titu.de iur.
Et iſtud facit pro interinatione facta literarum cer
tarum caſtellaniarum domini Ioannis Ioffredi,
quæ erant ſuperannales, quia aliqui ex dominis
curiæ erant dubij propter iura ſupra allegata.

ARGVMEMTVM.

Hæreditas qualiter poſsit adiri per filiumfamiliâs.

SVMMARIVM.

1 *Pupillum hæreditatem etiam lucroſam adire non poſſe regulare.*
2 *Hæreditas pupillo delata per curatorem adiri non, niſi ad illum actum tutor detur, poteſt.*

Quæſtio XLII.

QVAERITVR an filiusfamiliâs pupillus
poſsit adire hæreditatem aduentitiam patre
1 recuſanti adire. Dubium facit: † quia regulariter
ſolus pupillus non poteſt adire hæreditatem etiam
lucroſam, ne adeundo obligetur creditoribus & le
gatarijs hæreditarijs.§.neque.inſtitu.de authorita.
tuto.l.mole.& l.pupillus.ff.de acquirend.hæredi.
l.potuit.C.de iur.deliberan.Sed in contrarium fa-
cit l.fin.§.ſinautem in ſecunda ætate.C.de bo.quæ
liber.& ibi hoc notant Bald.& Saly.vbi eſt caſus
ſpecialis, & licèt pater recuſet vſumfructum: tamen
pater poterit adminiſtrare & præſtare authorita-
tem filio: ſecundum Saly.in autem.decipitur.C.de
bo.quę libe.Et ita videtur tenere Alexan.de Imo.
poſt Roma.in dict.l.pupillus & in l.bonorum.C.
qui admitti ad bono.poſſeſſ.poſſunt.licèt Iaſ.ibi
videatur tenere contrarium, quòd ſolus filius pu-
pillus non poſsit adire hæreditatem patre recuſan-
te.:ſed quòd debeat dari tutor ad illum actũ.Nec
obſtat ſi dicatur quòd filiofamiliâs non detur tu-
tor: quia hoc verum regulariter, ſed fallit in caſu
2 iſto, † quia non poteſt adiri hæreditas delata pupil
lo per curatorem, niſi detur tutor ad illum actum.
l.cùm vna.§.fin.ff.de appella. ſecundum Barto.in
l.impuber.ff.de tuto.&curato.da.ab his & iſtud fa
cit pro cauſa Ioannis Rolini filij magiſtri Andreę
Rolini ſecretarij Delphinalis hæredis inſtito.ma-
giſtri Petri Cabodi, quia dictus magiſter Andræas
Rolini pater recuſauerat adire. Sed dictus pupil-
lus ſolus adiuit, & declarauit in iudicio ſe gerere
pro hærede dicti Cabodi cùm beneficio inuenta-
rij citra diſcutionem ſuper quo prima facie aliqui
erant dubij, quòd dictus pupillus ſolus hoc non po
tuiſſet facere: ſecundum Iaſon. in dict.l.bonorum.

ARGVMENTVM.

Pater ex perſona filij per eum alienata reuocat.

SVMMARIVM.

1 *Pater bonorum filij legitimus adminiſtrator.*
2 *Prælatus nomine eccleſiæ rem alienatam reuocare poteſt. nume.4.*
3 *Maritus uxoris nomine rem alienatam reuocat.*
5 *Quem uenire contra factum proprium non, niſi publicæ utilitatis ratione, debere regulare.*
6 *Iuramentum ex cauſa ſuperuenienti deferri poteſt.*
7 *Iuramentum ſub ſe plures conditiones habet.*
8 *Promiſsio de non offendendo aliquem ſub iuramento, quo modò intelligatur.*
9 *Emergentia de nouo, nouo indigent auxilio.*

Quæſtio XLIII.

QVERITVR, an pater nomine admini-
ſtratorio filij poſsit venire aduerſus contra-
ctum iuratum, & illum reuocare maximè quando
ſuperuenit iuxta cauſa de nouo. Et videretur dicen
1 dum quòd ſic, † quia pater eſt legitimus admini-
ſtrator bonorum filij.l.j.C.de bo.mater, & ex per-
ſona filij poteſt reuocare alienata, etiam veniendo
contra factum proprium.l.quemadmodum.C. de
agrico.& cenſi.lib.xj.ſecundum glo.in l.cùm à ma
tre.C.de rei vendica.Nec obſtat iuramentum ap-
poſitum in contractu: quia pater non venit ex per-
2 ſona ꝓpria, ſicuti de Prelato eccleſię dicitur, † qui
nomine eccleſiæ poteſt reuocare rem eccleſiæ alie-
natam non obſtante iuramento.cap.ſicut.le ſecód
de iure iuran.ſecundum gloſſ.in cap.ſi quis præſta
uerit.de rebus eccleſię.non alienan.& in cap.cùm
veniſſent.de inſtitu.& in cap.j.de integ.reſtitutio.
3 lib.vj. † Et idem in marito qui poteſt nomine vxo-
ris reuocare rem alienatam non obſtante iuramé-
to quando venit ex perſona vxoris: ſecundum glo.
in l.cùm vir.ff.de vſucapio.Et hoc tenet Ioan.de
Imol.in repetitione cap.cùm contingat.de iureiu.
in gloſſ.fin.Et pro hoc videtur gloſſ.in l.j.§.& cùm
lex.C.de rei vxor.actio. faciunt etiam notata per
gloſſ.& Docto.inſtit.qui.aliena.licèt in princi.Et
licèt in Prælato eccleſiæ Inno.in dict.cap.cùm ve-
niſſent.& in cap.peruenit.le premier, de iureiuran.
voluerit tenere, quòd Prelatus eccleſiæ non poſsit
venire aduerſus contractum iuratum, quando po-
teſt conſuli per alium, vt quia debeat dari curator
vel vconomus ex officio iudicis.pro quo facit.cap.
j.§.fin.de cap.Coradi.vbi delictum Prælati pręiu-
dicat eccleſię ipſo viuente: veruntamen ſecundum
4 Panormit.& communiter Doctor. † etiam Prela-
tus poteſt contrauenire contractui iurato quando
agitur de pręiudicio eccleſię & ita etiam tenet gl.
in l. iubemus.la grande.§.ſanè.le premier C.de ſa-
croſan.eccleſi. Licèt ibi non firmet pedem, ſed ar-
5 guat ad ambas partes: † quia quis non debet veni-
re contra factum proprium regulariter.l.poſt mor-
tem.de adoptio, niſi ratione publicę vtilitatis: ſecũ
dum Barto.in dict.§.ſanè. Non obſtat quòd habe-
tur per Bald.in l.fin.§.in computatione. C. de iure
deliberand.vbi tenet, quòd pater tanquàm legiti-
mus adminiſtrator poteſt venire nomine filij ad-
uerſus contractum, quia officium ſuum eſt neceſſa
riũ & naturale, cui nó poteſt renunciare.l.amiciſ-
ſimos.§.Lucius.ff.de excuſa.tuto. Nã exiſtenti in
prima poteſtate non datur tutor. vt inſtit.de tutel.
in princip.& l.fi.C.de curat.furio.niſi fortè pater
iuraſſet ſe nullo nomine contrauenturum: quia tũc
ſua ſponte non poteſt contrauenire, ſed erit reme-
dium, quòd filius agat & petat agi patrem ad con-
ſentiendum: quia illud iuramẽtum intelligitur ſal-
uo præcepto ſuperioris.l.non videtur.§.qui iuſſu.
6 ff.de regu.iur.ſecundum Bald.in dict.§.in compu-
tatione quia ad iſtud reſpondetur, ꝙ in caſu iſto
non interuenit talis forma iuramenti. Prætereà in

caſu iſto poſt obligationem ſuperuenit noua cau-
6 ſa acquiſitionis in perſonam filij † & ita ex cauſa
ſuperuenienti licite poteſt deferri iuramentum.l.
fi.ff.qui ſatis dare cogan.licèt ſecundum gloſſ.ibi
talis deierat:ſed remittitur iuramentum.ſed ſecun-
dum Docto.ibi talis non eſt periurus,quia remitti
tur iuramentum,iſto caſu authoritate legis vel ſu-
perioris.l.fi.ff.ad municip.Nam lex habet vim A-
poſtoli,ſecundum gloſſ.in l.adigere.§.quamuis.ff.
7 de iur.patrona.† Nam iuramentum habet in ſe plu
res tacitas conditiones.l.fin.C.de non numera.pe-
cu.Et inter cæteras ſi res in eodem ſtatu permanſe-
rit:ſecundum gloſſ.in capit.quemadmodum.de iu
re iurand.l.cùm quis.in prin.ff.de ſolutio.pro quo
etiam facit quod habetur in ſimili, quia quando
poſt contractum ſuperuenit noua cauſa inopiæ &
ſuſpitionis fugæ debitoris, tunc poteſt capi debi-
tor etiam pro debito ciuili.l.ait prętor.§.ſi quis de-
bitorem.ff.de his quę in fraud.creditor.alie.& ibi
per Barto.l.ſi ventri.& de priuile.credi.Et per glo.
Ang.Aret.Iaſ.inſtit.de actioni.in prin.Et pro prę-
miſsis etiam facit cap.cùm inter.de renun.& capi.
clericus.de iureiuran.vbi iuramentum non ſe exté
dit ad cauſam ſuperuenientem.cap.nouo,niſi dun
taxat ſubſiſtente de tempore contractus,quia iura
mentum non ſe extendit ad cognita & incognita:
ſecundum gloſſ.& Docto.ibi,& Ioan.de Imol.in
repetitio.in cap.cùm contingat.de iur.iuran.in vij.
8 membro principali,& ideò † quando quis promi-
ſit non offendere aliquem ſub iuramento,intelligi
tur niſi ſuperueniat noua cauſa inimicitię: ſecun-
dum Bartol.in l.aut facta.§.cauſa.ff.de pœn.& in
l.quęro.§.inter locatorem.ff.loca.Et idem quando
licentiatus iurat non accipere doctoratum, niſi in
aliquo ſtudio,quia ſi ex poſt iterum efficiatur licé
tiatus in aliquo ſtudio:tunc ibi poterit recipere do
ctoratum non obſtante iuramento:ſecundum Ioá.
9 de Imol.Panor.in cap.cum inter.de † renuntiatio.
quia quę de nouo emergunt nouo indigent auxi-
lio.l.de ætate.§.ex cauſa.ff.de interrog.acti.& pro
hoc facit gl. in l.j.ff.de except.re iudic.quando iu-
dex qui tulit ſententiam contra aliquem,& poſtea
efficitur eius hæres,ꝙ poteſt appellare,& dicere e-
ius ſententiam iniquam,& Iaſ.in l.tranſactione.C.
de tranſactio.Bart.in l.filios.C.de his quę in frau.
credi.vbi quis poteſt dicere contractum ſimulatũ,
etiam veniendo contra factum proprium.& iſtud
facit pro quadam cauſa quæ me tangit contra Ca
tharinam Blãchiæ,relictam magiſtri Antonij quó
dam Boyſſerij clerici mei,ſuper reſciſióe cuiuſdam
obligationis centum ſcutorum mutuatorum nomi
ne accõmodato vxoris cauſa honoris de propria
pecunia dicti Boyſſerij mariti,quia poſt dictam o-
bligationem ſuperuenit noua cauſa acquiſitionis
in perſonam alterius mei filij filioli dicti Boyſſerij
qué inſtituit hæredẽ vniuerſalẽ in eius teſtaméto.

ARGVMENTVM.

Executio inſtrumenti garentigiæ non impeditur li
te pendente de nullitate & reſciſione contractus.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ executio principalis quæſtionis,prætextu iudicij nullitatis ſententiæ an & quando impedire ualeat. & numer.3.& 4.*
2 *Actio cui detur ita & actio dari debet.*

Quæſtio XLIIII.

QVAERITVR an pendente iudicio ſu
per nullitate & reſciſione contractus debeat
ceſſare executio inſtrumẽti garentigiæ ſeu ſtilli cu
riæ compulſoriarum,vbi non admittuntur per ſta-
1 tutum niſi certę exceptiones. Dubium facit: † quia
pendente iudicio cauſæ nullitatis ſententię per viá
principalis quęſtionis non debet impediri execu-
tio ſententię.l.fi.C.de ordi.iudi.Et ibi tenet Bald.
& Innoc.in cap.cùm in iure peritus.de officio.de-
leg.Ergo idem videtur in contractu quando, agi-
tur per viam nullitatis vel reſciſionis.l.ſi dolo.C.de
reſcind.vendi.iuxta.not.per Barto.in l.quę ſub có
ditione.§.de hoc iure.ff.de conditio.inſtit.Sed in
contrarium facit:quia etiam pendente quæſtione
nullitatis ſententię per viam principalis quęſtio-
nis debet impediri executio ſententię maximè quá
do offertur probatio in promptu ſuper nullitate.l.
2 iiij.§.condemnatum.ff.de re iudic. † Nam cui da-
mus actionem multofortius exceptionẽ.l.j.§.quod
autem.ff.de ſuperfi.Et iſtud probatur in clemen.j.
3 de re iudi.† vbi quęſtio nullitatis impedit execu-
tionem ſententię niſi eſſent tres ſententię confor-
mes.& iſtam partem licèt Innocẽ.in capit.cùm o-
lim.de dolo& contu.quem refert & ſequitur Alex.
de Imo.in dict.§.condemnatum.Et maximè quan
do pendet quęſtio nullitatis coram eorum iudice.
Ita tenet Paul.de Caſt.ibi & Barto.in l.ſi experre-
xerint.ff. de appellatio.Et in l.j.C.quando preuo.
non eſt neceſſe,vbi tenet, quòd pendente iudicio
appellationis, habet locum remedij attentati: ita
etiam habet locum pendente iudicio nullitatis &
idem videtur in contractu non obſtante ſtatuto ex
cluſiuo certarum exceptionum:quia in dubio non
videtur ſublata exceptio nullitatis contractus ſeu
inſtrumenti: ſecundum Bartol.in l.j.§.& parui.ff.
quod vi aut clam.Et per Cy.& Saly.in l.ita pudor.
C.de adulte.& per Bartol.in l.non putauit.§.non
quæris.ff.de bono. poſſeſ.contra tabul.& in l.di-
uus.ff.de teſtamẽ.milit.& in l.ij.§.prętor ait.ff.qui
ſat.dare cogan.& ibi per Iaſon.pro quo etiam fa-
cit:quia talis quęſtio nullitatis contractus dicitur
prę iudicialis,quia ipſa vacuata eſſet locus repeti-
tioni.Cùm delictum eſſet ſine cauſa penes credito-
rem.l.ſi fideiuſſor.§.communibus.ff.manda.l.ſi ful
lo.ff.de condictio.ſine cauſa:ſecundum Bart.in d.
§.& parui.& per conſequens interim debet ceſſare
aliud iudicium.cap.tuam.de ordi.cogni.§. prę iudi
ciales.inſtit.de actioni.l.qui Alexandrum.C.de a-
4 dulte. † quia tale iudicium ſuper nullitate & reſci
ſione inſtrumenti habet abſorbere aliud iudicium
& lata ſententia retractaretur executio facta: ſecú
dum Inno.in dict.capit.cùm in iure peritus. & do.
de rot.in nouis deciſio.ccxciiij.ſub titulo de ſenten
tia & re iudi.Quinimò etiam ſi peteretur executio
inſtrumenti garentigię poſſet etiam excipi de nul-
litate nonobſtante quòd pendeat quęſtio principa
lis nullitatis:ſecundum Ioan.& Alexand.de Imol.
in d.§. condemnationi.allegat gloſſ.in capit fina.
de ordi.cognitio.Et maximè per implorationẽ of-
ficij iudicis.l.planè.ff.de petitio.hære.pro quo etiá
facit,quia pendente cauſa vſuraria coram Epiſco-
po ſeu

po ſeu eius vicario debet inhiberi iudici ſeculari ne procedat ad executionem inſtrumenti garentigiæ: ſecundum Frederic.quem refert & ſequitur Alex. de Imol.in dict.§.condemnationi. & maximè contra principalem:ſecus contra fideiuſſorem:quia pẽdente cauſa vſuraria coram Epiſcopo cum principali debitore non debet inhiberi quo ad fideiuſſorem,ſecundum Bal.in l.j.C.de diuer.reſcrip.Et de hac materia etiam habetur per domi.Anth.de Cana in tracta.de inſtrumen.executio.in xj.quęſtio. & ibi tractat.de exceptione nullitatis inſtrumenti.Et maximè quando habet altiorem indaginem, vel quando poſſunt probari in promptu. Et etiam quæſt.ix.& etiam quęſt.xj.vbi tractat quando imploratur officium iudicis,an ſuperſedatur ab executione,& etiam quæſt.lij.Et vbi tractat quando coram diuerſis iudicibus quęſtio nullitatis inſtrumenti & executionis pendet, quia tunc ſi obtineat in principali debet retractari executio facta per iura ibi allegata.Et quando pendet quęſtio corã eodem iudice debet interim ſupercedi ab executione.l.ſi prætor.§.primo.ff.de iudicijs.ſecundum ipſum ibi.

ARGVMENTVM.

Nullitates & reſciſiones iudicio pẽdente an inſtrumenti leuatio,& ſi leuatum ſit,vt cancelletur, exhibitio peti poſſit.

ARGVMENTVM.

1 *Inſtrumentum ut à notario edatur ſi ſuper contractus reſciſione agatur.*

2 *Reſciſio contractu inſtrumentum cancellandum eſt.*

Quæſtio XLV.

QVAERITVR an pendente iudicio ſuper nullitate & reſciſione contractus debet interim inhiberi leuatio inſtrumenti, & ſi fuerit groſſatum an poſſit peti vt exhibeatur,& cancelletur.Et videtur dicẽdum ꝙ ſic.c.eccleſię ſanctę Marię.in fin.vt lite pendente.cap.cùm dilecta.de confirmatio.vti.vel inutil.quia intereſt ſua, ne groſſetur inſtrumentũ ex quo poſſit vexari in futurum. Nam lata ſententia debet reſtitui omnia inſtrumẽta contraria ſententię,& lacerari, & corrumpi ne in futurum poſſint pręſtare cauſam diſcordię:ſecũdum Panormitan.ibi,& in cap.accedens.el.j.vt lite non conteſtata,& ibi Panormit.in vltimo notabili,& per hoc allegat l.diſſolute.C.de condict.ſine cau.Et ita etiam tenet Bartol.in authem.Caſ-
1 ſa.C.de ſacroſanct.eccle.& iſto caſu etiam † quando agitur ſuper reſciſione contractus poteſt peti à notario vt habeat edere inſtrumentum: ſecundum Bald.in l.fin.C.de edend.Et iſto caſu requiritur cãcellatio actualis, nec ſufficeret verbalis.l.pecunię. l.inductum.cum ibi not.per gloſſ.C.de ſolut.Et in l.ſi quis libertatem.ff.de petitio.hære.& per Barto. Paul.de Caſtro, Iaſon in l.emptor.§.Lucius.ff.de pact.facit l.nihil.cum ibi not.ff.de admini.lega.& iſtud facit pro ſtillo certarum curiarum,quia debitores quando prętendunt contractum inualidum, faciunt citari creditores viſuros cancellari inſtrumentum.Et pro hoc facit:quia probata ſimulatione inſtrumenti nihil prodeſt habere inſtrumẽtum penes ſe:ſecundum Bald. Salyc.in l.quamuis.C. ſi quis alte.vel ſibi, cùm non faciat fidem:ſecundum Bal.in l.fi.§.in computatione.circa finem.C.de iu-
2 re delibe.& in terminis † quando contractus eſt reſciſſus quòd inſtrumentum debeat cancellari,eſt gl. in l.ex empto.§.is qui vina.ff.de actio.empt. Quę ibi concordat Paul.de Caſtr.& Bald.in l.ij.C.de reſcin.vendi.in prin.& in l.ſi pręſes.C.quomod.& quand.iudi.

ARGVMENTVM.

Simulatio contractus ſi de perſona ad perſonam fiat,an illi qui per fictam perſonam cõtrahit actio quæratur,& valeat contractus.

SVMMMARIVM.

1 *Actiones cedere tenetur perſona ſuppoſita ei in cuius fauorem ſuppoſitus eſt.*

2 *Marito actionem quæri ex contractu in quo uxoris nomen accomodatum eſt.*

3 *Simulatione inſtrumentorum rei ueritas non mutatur.*

4 *Actio uere perſonæ non fictę quæritur ex inſtrumento tacitè pro alio recepto.*

Quæſtio XLVI.

QVAERITVR quando fit ſimulatio cõtractus de perſona ad perſonã vt quia quis non vult nominari in contractu, ſed contrahit per interpoſitam perſonam licèt de eius propria pecunia: an quæratur actio illi qui facit contrahere per interpoſitam perſonam, vt puta quando maritus facit cõtrahi in perſonam vxoris nomine accomodato cauſa bonorum,aut ex cauſa cui actio quęratur? Et in effectu quando fit ex cauſa honeſta,vt ſolent honeſtiores non pati nomina ſua inſtrumentis inſcribi, tunc valet contractus.l.pupill.§.ſanè. ff.de autho.tuto.l.iiij.§.ſi ab ignoto.&.§.vnde quę-
1 rit.ff.de manumiſſ.Et ibi Barto.quòd † præſumitur fuiſſe factus contractus de pecunia illius qui facit contrahi per interpoſitam perſonam:& ideò tenetur ſaltem remittere & cedere actionem:ſecundũ Bald.in l.j.C. ſi ſer.manda.in.xj.q. facit.l. quamuis.C.ſi certum peta.pro quo facit quod habetur per Barto.§.ſi is qui.ff.de acqui.hæredit.quia tunc competit actio contra illum in cuius perſonam cõtrahitur obligatio,non contra tertium, niſi ipſe ſciret:ſecundum Barto.ibi l.ſed & Iulianus.§.j.ff.ad Macedon.† Sed in vxore quando accõmodatur eius nomen in contractu ſuper re mariti tunc acquiritur actio mariti.l.ſi filij.C. de donatio. inter vi.& vxo.Nec præſumitur iſto caſu animus donãdi quando nomen vxoris accomodatur in contractu:ſecundum Bartol.ibi.l.ſi per impreſſionem.C. quod me.cau.l.ſi liqueat.C.de inoff.do.cũ ibi no. per Bald.& Saly.l.acta.C.plus.vale.quod agi. vbi loquitur in vxore,quia debet potiùs inſpici veritas quàm ſcriptura.l.j.eo.tit.quia inſtrumentum non iudicatur ab eo quod eſt ſcriptum:ſed ab eo quod eſt actum inter partes.toto titu.C.plus valer.quod agi. ſecundum Panormita.in cap.ad noſtram.de empt.& vend.l.illicitas.§.veritas.ff.de offic.pręſi. l.quamuis.l.cùm propria.&l.multum intereſt.C.ſi quis alte.vel ſibi.vbi fit mentio quando nomen vxoris eſt accomodatum,quòd acquiritur actio marito, & talis ſimulatio poteſt probari à parte anteriori & poſteriori: ſecundum Bald.in d.ct. l. mul-

tum.l.ſi cùm pecuniam.C.de contrahend.& comit
3 ten.ſtipul.quia † veritas rerum non vitiatur per ſi-
mulationes inſtrumentorum: ſecundum Saly. in
d.l.cum propria. & coniunx faceret contra fidem
ſi vellet retinere:ſecundū Saly.ibi,& iſto caſu quā-
do ſimulatio fit ad iuſtam defenſionem alterius nó
dicitur dolus.l.j.§.dolum.ff.de dolo.ſecundū Bart.
ibi,quia iſto caſu talis ſimulatio fit ad ſeruandum
aliena.& ibi habetur,licèt interdum in contractu
apponatur clauſula quòd quis contrahit ad opus
ipſius vel amici eligendi. faciunt nota.per gloſſ.
Bald.in l.j.ff.de pact.& ibi per Iaſon .de qua quæ-
ſtione aliàs ſcripſi in ij.volumi. cauſarum mixta-
rum in tract.de iure.emphyt.q.xj.Sed redeundo ad
quęſitum quando vxor contrahit de propria pecu
4 nia mariti nomine accómodato,vt † quando taci-
tè recipitur inſtrumentum pro alio,tunc acquiritur
actio veræ perſonæ, & non fictæ:ſecundum Bal.in
l.cùm precibus.in fin.C.de probatio.pro quo facit
l.ſi quis. C.plus valer.quo.agi.Nam quando no-
men vxoris eſt poſitum in inſtrumento , ad quam
non ſpectat negotium,tunc pręſumitur ſimulatio.
l.ſi cùm pater.C.ad velleia.& hoc ibi notant Bald.
& Saly.quòd ſimulatio probatur quando res ſpe-
ctat ad alium,& non ad deſcriptum in inſtrumen-
to.faciunt nota.per gloſſ.& Doctores in l.contra
legem.ff.de leg ib.

ARGVMEMTVM.

Simulationis exceptio an apponi poſsit compulſo
riarum ſtatuto non obſtante.

SVMMARIVM.

1 *Simulationis exceptione contractus redditur nullus.*
2 *Contractus ut ſimulatus eſt,ita & iuramentum ,nec diſpen*
ſatione eſt opus ſi contractus reſcindi petatur.
3 *Inſtrumentum ſimulatum ſimulata probatione quod nullā*
fidem faciat.
4 *Quis contra factum ſuum uenire poteſt ubi de contractus*
ſimulatione agitur.
5 *Simulationis exceptioni etiam cum iuramento in eodem in*
ſtrumento renuntiari non poteſt.

Quæſtio XLVII.

QVERITVR an non obſtante ſtatuto
cópulſoriarum vbi non admittútur niſi cer
tæ exceptiones , poſsit apponi exceptio ſimulatio-
nis,eſto quòd ſic:appoſitum iuramentum.Et videre
1 tur prima facie qđ ſic:quia † exceptio ſimulationis
reddit contractum nullum.l.nuda.ff.de contrahē.
empt.l.imaginaria.ff.de re iudic.ſecundum Salyc.
in l.cùm pater.C.ad velleia. Bartol.in l.emptor.ff.
de aqua plu.arcend.Paul.de Caſtr.conſi.cccxxx.in
2 cipiens,In cauſa mota.† & ſicuti contractus eſt ſi
mulatus,ita etiam iuramentú,ita quòd nó eſt opus
diſpenſatione iuramenti ſecundum gloſſ.commu-
niter approbatam in l.emptione.C.plus vale.quod
agi.Veruntamen ſecundum Bartol.in l.j.§.& par-
tu.ff.quod vi aut clam.talis exceptio non debet ad
mitti, quia per hoc non impugnatur inſtrumen-
tum . ſed Bald.in l.j.C.plus valer. quod agi.tenet,
quòd quando talis ſimulatio eſt probata per præ
ſumptionem iuris & de iure , quòd tunc admitta-
tur.authentic. ſed iam neceſſe.C.de donatio.ante
nuptias.Si verò talis ſimulatio eſt probanda , tunc
non debet admitti,niſi opponeretur rogatui tabel
lionis & teſtium, dicendo quòd tabellio & teſtes
fuerunt ſimulatè rogati , licèt idem Bald.in l fin.§.
in computatione.C.de iure deliberan.circa finem
3 teneat,† quòd inſtrumētum ſimulatum probata ſi
mulatione non facit fidem,nec meretur habere no
men inſtrumenti.De qua materia habetur per An
ge.Aretin.inſtit.de exceptio.in princip. circa finé.
& per domi.Antoni.de Caua.in tractatu de execu.
inſtrumen.in xiij.quæſt.& per Barto.in quodam
eius conſilio incipien.Quidam Nicole.Et ibi tra-
ctat quòd debet deduci cauſa ſimulationis, & per
Ioan.de Imol.in repetitio.c.cùm contingat.de iure
4 iuran.in ſeptimò membro principali. † Et quando
agitur de ſimulatione contractus quis poteſt veni-
re contra factum ſuum:ſecundum Barto.in l.filios.
5 C.de his quæ in fraud.cre.Nec † poſſet renuncia-
ri exceptioni ſimulationis cum iuramento in eodē
inſtrumento . argu.l. doli . ff.de nouat. ſecundum
Barto.Ioan.de Imol.Alexand.in l.nemo poteſt.ff.
de legat.j.niſi eſſet iuramentum veritatis, cum iu-
ramento confutatorio:vt quia dictum eſſet in in-
ſtrumento quòd partes cum iuramento confiten-
tur omnia contenta in inſtrumento eſſe vera,& iu
rauerunt non contrauenire : ſecundum Docto.ibi
faciunt not.per Bald.in l.fin.C.de non numer.pe-
cu.Barto.in l.ij.in fi.ff.de iureiurand.

ARGVMENTVM.

Simulationis probandæ modus.

SVMMARIVM

1 *Simulatio teſtibus probari poteſt ubi contractus nō eſt in*
ſcriptis celebratus.
2 *Simulatio coniecturis probari poteſt.*
3 *Coniecturæ legum,liquidiſsimæ probationes dicuntur.*

Quæſtio XLVIII.

QVAERITVR de modo probandi ſimu
lationem ſi poſsit probari per teſtes aut con
1 iecturas.Et in effectu † quando contractus non eſt
celebratus in ſcriptis , vt quia hoc non fuerit dictū
per partes,tunc bene poteſt probari per teſtes: ſecū
dum gloſſ.in l.illicitas.§.veritas.ff.de offic.præſid.
& per gloſſ.Barto.& cæteros.in l.generaliter.C.de
2 nō numer.pecunia.& pariter † poteſt probari talis
ſimulatio per coniecturas,quia parem vim habent
in iudicijs.inſtrumenta teſtes,& indicia.l.in exercē
dis.C.de fide inſtrumento.l.indicia.C.de rei vendi-
catio.l.ſciant cuncti. C.de probatio.ſecundum gl.
3 in c.tertio loco.de probat.† Quia coniecturę legū
dicuntur liquidiſsimæ probationes : ſecundum gl.
in c.ſi tutor.C. de peric.tuto.Ex hoc tenent Barto.
& Bald.in l.multum intereſt.C.ſi quis alte.vel ſibi
& Pau.de Caſt.conſilio.cccxxx.Et ibi declarat plu
res coniecturas ſimulationis,& conſilio.lxxxij.ca.
illo vos.de pignorib.capitu.noſtram.de emptioni.
& venditio.& per Baldum & Salyce.in l.j.C.plu.
valer.quod agi.& Barto.Cæpol.in tractatu de con
trahenda emptione.& venditio.in tertio caſu prin-
cipali. & per Cynum in l.optimam. C.de contra-
hend.& committēd.ſtipulatione.in iiij.oppoſitio.
licèt ibi aliter videatur loqui.& pro præmiſsis fa-
cit:quia vbi non poteſt haberi certa probatio,tunc
ſufficit coniecturalis.l.non omnes.§.à barbaris.ff.
de re mi-

de re mili. ſecundum Cy. in l. j. C. de ſententijs quę pro eo quod intereſt, circa finem & l. j. C. de ſicca. in fin. & l. ſi non conuicij in prima oppoſitio. C. de iure iurando Bartolus in l. in illa. ff. de verbo. obligationi. & Bald. in authentica quas actiones. C. de ſacro ſanct. eccleſiæ. facit gloſſ. in l. qui ex liberis. ff. de bon. poſſeſ. ſecundum Iaſon. & iudici facienda eſt probatio & nõ partibus. l. quinquaginta. in fine & ibi gloſſ. ff. de probationi. & ideò dicitur plenè probatum quatenùs iudex ex actis eſt inductus ad ſic credendum: ſecundum Barto. in l. admonendi. ff. de iureiurand.

ARGVMENTVM.

Exceptioni dominij in mutuo ſitné locus.

SVMMARIVM.

1 *Dominij translationem in mutuo requiri. & nu. 4.*
2 *Mutuum conſumptione reconſiliatur. item & ſtipulatione. & nu. 3.*
4 *Exceptio dominij in mutuo reficiari poteſt.*

Quæſtio XLIX.

QVAERITVR an in mutuo poſsit opponi exceptio dominij, & an mutuum reconſi-
1 lietur conceptione vel ſtipulatione. Et in † effectu in mutuo requiritur tranſlatio dominij, quia de
2 meo fit tuum. l. ij. §. appellata. ff. ſi certum † petatur licèt ex poſt facto reconſilietur conſumptione. l. rogaſti. §. ſi fugitiuus. & ſi à furioſo. & l. nã & ſi fur.
3 ff. ſi certum petat. Et † idem fit ſi interueniat ſtipulatio. l. quamuis. C. ſi certum petat. licèt teneatur cedere actionem domino: vt ibi habetur. Veruntamen ſi dominus interueniat antequàm pecunia cõſumetur, præfertur: ſecundum gloſſ. ibi, & communiter Doctores & in l. nam & ſi fur. ff. ſi certum pe-
4 tatur. Sed redeundo ad propoſitum † an poſsit refricari exceptio dominij? Videretur dicendũ quòd ſic, quia in mutuo requiritur tranſlatio dominij. dicto. §. appellata. & inſtitu. quibus modis re contrahit. obligat. in princip. ſecundum Cyn in dict. l. quamuis. & hoc verum ſecundum Bartol. in dict. l. nam & ſi fur. quando opponẽs vult probare quòd mutuans nõ ſit dominus, quia ex ipſo ꝙ mutuat præſumitur dominus. l. iij. ff. de rer. permuta. & ita Bald. in dict. l. quamuis. C. ſi certum petatur. l. non vnde. eodem titu. Nec obſtat præmiſsis ſi dicatur quòd quando quis habet cauſam ab aliquo non poteſt ei refricare quęſtionẽ dominij. l. ita vt ſi fur. ff. como. l. ſi rem alienam. ff. ſoluto matrimonio. l. indebit. §. ſi nuncij. ff. de condictio. indebi. l. nec creditores. C. de pignor. actio. quia hoc verum, niſi de ſubſtantia contractus requiratur tranſlatio dominij. ſecundum Bartolum. in dict. l. nam & ſi fur. Et iſto caſu quando opponeretur de exceptione dominij ſufficeret quòd actor caueret de indemnitate. l. ſi is à quo. ff. de re. vendi. ſecundum Barto. in dict. l. nam & ſi fur. Et quod ſupradictum fuit quòd cõſumptione reconſilietur mutuum hoc verum quando conſumpſit bona fide, aliàs ſecus. De quo latiùs per Alexand. de Imol. & Iaſon in dict. l. rogaſti. §. ſi fugitiuus. ff. ſi cert. peta.

ARGVMENTVM.

Auri vel argẽti legati appellatiõe, quòd aurum vel argentum intelligitur.

SVMMARIVM.

1 *Auri & argenti appellatione, monetatum non uenire.*
2 *Auro & argento legato debita, iura, actiones uel pignora quæ uendicari non poſſunt, legata non cenſentur.*

Quæſtio L.

QVAERITVR an appellatione legati auri vel argenti, veniat aurum vel argentum monetatum, & an clauſula ſequens legati bonorum mobilium reſtringatur ſecundum enumerationem ſpecierum. Et in effectu regulariter appellatione auri vel argenti non comprehenditur monetatũ. l. Quintus. la ſecũde, & l. cùm auũ. ff. de auro & argento legat. & hoc verum niſi quis haberet monetam antiquam, quę non eſſet in curſu, vel quando non haberet aliam pecuniam quàm ſignatam ſeu monetatam: ſecundum Bartol. ibi, &
2 iſto caſu quando legatur † aurum vel argentum ſuum non comprehenduntur debita vel iura & actiones vel pignoa quę nõ poſſunt vẽdicari. l. Quintus. §. argento. ff. de auro & argento. lega. & maximè appellatione bonorum mobilium non veniunt debita, & iura & actiones, cũ ſint tertia ſpecies. l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudic. Et per glo. & Doctores in l. j. C. ſi aduerſus tranſactio u. & in l. moueptium. ff. de verbor. ſignificatio. Et ibi gloſſ. diſputat an appellatione bonorũ mobiliũ veniãt debita, & in l. ſubſignata & in l. princeps bona. ff. de verbor. ſignificatio. Sed quòd debeat reſtringi clauſula bonorum mobilium ſecundum enumerationem ſpecierum. facit l. fina. §. cui dulcia. ff. de vi. & ole. legat. l. alimenta. §. baſilicæ. ff. de aliment. & cibarijs legat. l. cùm de lanionis. §. cui fundum &. §. quidam. ff. de fund. inſtructo. l. hæres meus. §. j. ff. de legat. iij. l. j. ff. de auro & argento legat. de qua materia habetur per Dyn. in capitu. generi per ſpeciem. de re iudica. libr. vj. Et per Bartol. in l. quæ ſitum. § fin. ff. de fun. inſtru. lega. & per Doctor. in capit. ſedes. de reſcriptis. Nec obſtat dictio vniuerſalis, quorumcunque. quia debet limitari ſecũdum præcedentia, iuxta nota. per gloſſ. & Iaſon. in l. ij. §. prætor ait. ff. qui ſatis dare cogantur & in l. vt gradatim. §. j. de mune. & one.

ARGVMEMTVM.

Exceptiones contra inſtrumentum an admittendę ſint, & quæ.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum duas pro ſe præſumptiones habet, ueritatis ſcilicèt, & ſolemnitatis.*
2 *Notorium per publicum inſtrumentum inducitur.*
3 *Inſtrumento delato ex longinquis partibus in alia prouincia ſtatur, etiam ſi negetur notarius. & nu. 5.*
4 *Scripturæ quòd à ſigillo authentico robur accipiant, & fidem faciunt, etiã ſine teſtiũ & tabellionis ſubſcriptiõe.*
6 *Inſtrumenta eo cautiora reddũtur quo à pluribus ſubſcripta ſunt. & num. 10.*
7 *Raſura inſtrumento non, niſi ſit in ſubſtantialibus, nocere.*
8 *Ceſsio Regi facta ualet.*
9 *Cauſa iuſta & bona fides in principe præſumuntur.*
11 *Inſtrumentum nullũ de falſo impugnari non poteſt.*
12 *Veritas rerum erroribus geſtorum non uitiatur.*
13 *Iudici cuncta rimari licere.*

14 *Contra conſcientiam aliquid facere non expedire.*
15 *Scandali euitandi ratione à diſcipline & ueritate diſcede-*
re quandoquè licitum: ſecus à bonæ uitæ ueritate.

Quæſtio LI.

QVAERITVR quando portatur inſtru-
mentum publicum forenſe ad ſubmiſsioné
curię Cabeoli, & impetrantur compulſorię deſu-
per & negatur eſſe notarius qui recepit dictum in-
ſtrumentum, vel quòd inſtrumentum eſt macula-
tum vitio viſibili, an debeat admitti talis exceptio
& maximè quando inſtrumentum vltra ſubſcri-
ptionem & ſignetum notarij habet alia ſigna no-
tariorum, & an requiratur quòd inſtrumentum ſit
ſigillatum, & an habeat obſtare ſententia lata de
falſo inſtrumento in vno iudicio, in alio iudicio &
inter aliâs partes. Et prima facie videretur dicen-
dum quòd ſit pręſumendum pro inſtrumento pu-
blico. l. cum precibus. C. de probatio. cap. illud. de
1 præſumptio. ca. ad audientiam. de præſcriptio. † &
duplex oritur præſumptio pro inſtrumento: ſecun-
dum Bald. in cap. j. §. ſi inſtrumento. de no. feud. vi-
delicèt præſumptio veritatis & ſolemnitatis. l. iuris
gentium. §. quod ferè. ff. de pact. cum ibi no. per gl.
& Doctor. adeò & intãtum quòd ſi negetur inſtru
mentum publicum tunc pręſumitur pro inſtrumé-
to, & incumbit onus probandi aduerſario aduer-
ſus inſtrumentum publicum. dict. l. cum precibus.
ſecundum Barto. Bald. in l. j. C. de iurament. calú.
quia inſtrumentum publicum probat illud quod
cantat: ſecundum Ange. in l. intereſt. C. de ſolutio.
2 Et per † inſtrumentum publicum inducitur noto-
rium. cap. cùm olim. de cenſi. & ibi Inno. Panorm.
& licèt negetur poteſtas notarij, & agatur cum no
tario debeat probari quòd ſit creatus à ſuperiore
quia non naſcitur notarius, iuxta not. per Inno. in
capit. veniens. de verbo. ſignifi. ſecus ſi agatur cum
alio, quia ſufficeret probare communem reputatio
nem, quòd ſe geſſerit pro tali, & receperit plura in-
ſtrumenta. argu. l. Barbarius. ff. de offic. præto. ta-
men quando perſona producés inſtrumentum eſt
fidelis & bonæ famæ, & iuraret quòd inſtrumen-
tum eſt verũ & receptum à perſona publica, ſuffice
ret & faceret fidem, iuxta no. per Specu. in tit. de in
ſtrumento. edi. §. reſtat. verſi. ſed quid ſi producitur
& in tit. de procurat. §. ratione formę vera. & in tit.
de probatio. §. j. verſi. & nota. & præſertim vbi agi-
tur de facto antiquo: iuxta not. per Bald. in authé.
3 quas actiones. C. de ſacro ſanct. eccle. & † maximè
quando defertur inſtrumentum de longinquis par
tibus in alia prouincia ſtandum eſt inſtruméto pu-
blico, eſto quòd negetur notarius: ſecundum Azo.
in authenti. de inſtrumen. cautel. & fide. col. vj. Cy.
Bald. Saly. in l. comparationes. C. de fide inſtru. &
præſertim ſi habeat literas teſtimoniales ſigillatas:
ſecundum Doctores ibi capitu. j. & ij. de cleric. pe
ri. l. ſi qua. per calumniam. C. de epiſcopis. & cleric.
4 cum ibi not. per Cyn. Bald. † Quia ſigillum authé
ticum dat robur ſcripturæ, & facit fidem. c. j. de fi.
inſtrument. etiam ſine ſubſcriptione teſtium & ta-
bellionis: ſecundum Domi. de Rot. in no. deciſio.
xxij. ſub rubrica, de fide inſtrument faciunt nota.
per gloſſ. & Doctores in capitu. poſt ceſsionem. de
probationi. Et iſtam partem tenet Hoſtien. in ſum
ma de fide inſtrumentor. §. quibus inſtrumentis
verſ. quid ergo. vbi tenet quando negatur notarius
quòd ſufficit cõmunis reputatio: quia aliâs ſeque-
retur abſurdum quòd perirent plura inſtrumenta
tractu temporis, cùm moriantur notarij, & perdan-
tur inſtrumenta tabellionatus. Et pariter poſſet a-
dhiberi fraus, quia etiã ſi appareret de litera tabel-
lionatus, eodẽ modò nõ poſſet negari ꝙ ille qui re
cipit literas tabellionatus non ſit tabellio: ſecundũ
Alberic. in l. cum precibus. C de probationi. Et pro
hoc facit text. cum gloſſ. in. §. ſi verò morantur. in
authentic. de inſtrument. caute. & fid. colum. vj. vn
de ſecundum Alberic. in dict. l. cum precibus. for-
5 tè opinio Azo. eſt verior, † vt ſit ſtandum inſtrumẽ
to publico quando defertur de alia prouincia, licèt
aliâs ex diuerſitate locorum non debuerit iuris di-
ſpoſitio variare. l. fina. C. in quibus cauſi. in inte. re
ſtitut. non eſt neceſſe. l. C. de vuſucapio. transfor.
6 Prætereà † quando ſunt plura ſigna in inſtrumen
tis, ſunt magis cautiora. ſecundum gloſſ. in authẽt.
de tabellioni. in principi. colum. iiij. ſuper verbo ip
ſis per ſe. Et ibi Ange. not. quando ſunt ſigna diuer
ſorum tabellionum in inſtrumento, quòd tunc eſt
maioris efficacię, ſaltem quando ſunt ſignati tres
tabelliones, & portatur inſtrumentum ad extra-
neam patriam, quia tunc non poterit negari ſcri-
ptura tabellionis vt noceat, faciunt not. per Salyc.
in authentic. ſi quis in aliquo documento. C. de e-
dendo. Cùm etiam non obſtet ſententia lata ſuper
inſtrumento inter falſas alias perſonas. l. ſi vteris.
C. de fide inſtrument. vbi caſus. Et hoc verum quò
ad probationem, ſed facit aliquam præſumptioné
cõtra illum qui vtitur tali inſtrumento: ſecundum
Bartol. in l. Lucius. ff. de his qui no. infa. Non ob-
ſtat ſi dicatur, quòd dictum inſtrumentum nõ eſt
immundum, ſed eſt vitiatum, raſum, in aliquibus
partibus inſtrumenti, & ſic quòd non meretur exe
cutionem, ſecundum formam ſtatuti, quia debet
intelligi de inſtrumento non vitiato: nec cancella-
to. l. fina. C. de edic. diui Adria. tollen. ſecundum
Barto. Ange. in l. j. §. fin. ff. de his quæ in teſtamen.
delé. Bald. in l. j. C. vt in poſſe. lega. Quia ad iſtud
7 reſpondetur, † quòd raſura non nocet quando nõ
eſt in loco ſubſtantiali. De quo pendet quæſtio ſe-
cundum gl. in d. l. fin. C. de edic. diui Adri. tollen.
Et ita tenet ibi Paul. de Caſtr. in forma ſtatuti. &
maximè in caſu iſto: quia talis macula peruenit in-
conſultè ex defectu notarij actoris prætextu incau
ſti quod cecidit deſuper, prout ſuper hoc fuit fa-
cta relatio grafarij, & ſuorum clericorum: & ſic nõ
debet præiudicare parti: ſecundum Bartol. in l. j. ff.
ſi tabu. teſta. Bald. in l. ad noſtram. C. de teſta. cum
etiam non obſtantibus talibus oppoſitionibus fa-
ctis coram iudicibus requiſitis Auinioni fuit facta
remiſsio ad curiam Cabeoli, & ſic tacitè fuit pro-
nunciatum non obſtare. † Nec obſtat quòd fuerit
facta ceſsio regi Ludouico. xj. Domi. Delphino. &
ſic quòd fuerit facta in potentioré, & quòd teneat
l. j. & ij. C. ne lic. poten. Quia ad iſtud reſpondetur
quòd non fuit facta contra ſubditũ, ſed extraneos,
9 licèt † etiam in principe præſumatur iuſta cauſa, &
bona fides: ſecundum Cyn. in l. reſcripta. C. de prę
ci. impe. offeren. Inno. Panor. in cap. quę in eccle-
ſiarum. de conſti. Et qãndo ceſsio eſt facta potẽtio
ri bona fide non procedit dictus titulus: ne lice. po-
ten. ſecun-

ten.ſecundum Spec.in titu.de ceſs.actio.§.j. verſi. quod autem dixi.& Panor.in c.ij. de alienat. iudi. muta.cauſa fact.Nec obſtat etiam quòd in literis teſtimonialibus curię do.Seneſcali Bellicadri ſigillatis emanatis per octo annos vel circa poſt inſtrumentũ principalis debiti fiat mentio de Gulielmo colũbeti notario.Et tamen notarius qui eſt ſignatus,& qui aſſeritur recepiſſe vocatur Nicolaus colũbeti actũ Auinioni, ex cauſa depoſiti quod habet executionem paratam.l.placet.& ibi Barto.C. depoſi.Et ſic quòd non videtur ignoraſſe nomen proprium.l.fi.C.de hære.inſtit.quia ad iſtud reſpõdetur,quòd hoc non fuit error nominis proprij loquentis ſed tertij: & ſic non pręiudicat.l.errore. C. de teſta.l.ſi librarius.ff.de regu.iur.ſecundum Bartol.Bald.in dict.l.fina.C.de hære.inſti. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa appellationis aduocatę&compulſoriarum impetratarum in curia Cabeoli ad inſtantiam domini procuratoris fiſcalis delphinalis cauſam habentis à Rolãdo Dauanes domino de floris diœceſis de Cambrayvigore ceſsionis factę regi Ludouico. xj. domino delphino contra hæredes Ioannis Cadardi, & Ioannis Parellini ciuitatis Auinionis pro ſumma duorũ mille quinque centum ducatorum auri Ianuenſiũ ex vna,& duorum mille.cccccc.ſcutorum auri veterum.& xlviij.marchorũ argenti ex altera. Quia fuit productum inſtrumentum publicum ex cauſa depoſiti cõfectũ de anno domini. M.cccc. xxxviij. Die.vj.mẽſis ſeptembris, receptum per Nicolaum columbeti notarium authoritate apoſtolica& imperiali,diœceſis maurinẽſis,aliàs de Cãbray. Actũ Auinione in domo dicti Ioãnis Cadardi.Et vt imaginor,ſi non fallor,vltra ſubſcriptionem&ſignum dicti Nicolai columbeti,qui recepit dictum inſtru-

10 mentum,† ſunt alia ſigna notariorum propter quę dictum inſtrumentum eſt magis corroboratũ,iuxta not.per Angel.poſt gloſſ.in authen.de tabel. circa principium.col.iiij.& ibi Angel.Et licèt dictum inſtrumentum fuerit impugnatum de falſo & nu-

11 litate multifariè,licèt quodammodò ineptè, †quia inſtrumentum nullum non poteſt impugnari de falſo.iuxta not.per Barto.in l.ſi quis flumen. ff. de fal. Attamen inquantum opponitur quòd dictum inſtrumentum fuit falſo fabricatum per dominum Ioannem Auberti, dominum de Monclus & certos alios,& ad hoc fuerunt producta quædam acta confeſsionis factę per dictum de Monclus & ſententiæ ſubſecutæ inter alias partes,tamen non præiudicat.l.ſi veteris.C.de fid.inſtrum. Quinimò poſſet prẽſumi colluſio.l.prẽſes. C. de pigno. cum ibi nota.Nec pariter debet opponi aduerſus dictum inſtrumentum de raſura.indictionis aut alia macula: quia proceſsit defectu notarij actoris vbi fuerat productum inſtrumentum, quia ceciderat incauſtum deſuper,prout apparet per acta.Et non obſtãte dicta macula inſtrumentum eſt legibile.Et ſenſus inſtrumenti perpenditur ex pręcedentibus & ſequentibus inſtrumenti.Et ſic non debet vitiari inſtrumentum:ſecundum glo.in c.cũ venerabilis. de religio.domi.Et licèt in ceſsione facta per dictum Rolandi Dauanes prefato regi Ludouico fiat mẽtio de inſtrumento debiti recepto per Gulielmum columbeti:tamen talis error nominis proprij non

12 debet prẽiudicare prout ſupradictum fuit: † quia veritas rerum erroribus geſtorum non vitiatur l. ilicitas.§.veritas.ff.de offi.præſi.Et licèt fuiſſet oppoſitum quòd dictum inſtrumentum non erat ſigillatum ſigillo curiæ Cabeoli ſicuti dicitur de ſtilo curiæ ſancti Marcellini.iuxta nota.per do.Guido.pap.deciſio.clxxxj. tamen non fuit productus dictus ſtillus curiæ Cabeoli,licèt etiam talis leuis ſolẽnitas non debeat vitiare actum .l.j.§.fi.de ven. inſpi.Pluráque fuerunt dicta & propoſita in dicto proceſſu. Super quo quidam ex dominis curiæ & ego eramus dubij,quòd non fuiſſet ſufficienter impugnatum dictum inſtrumentum, vt debuiſſent dicti rei abſolui.Sed quòd ex officio curiæ ad maiorem certitudinem veritatis habendæ dicti inſtrumenti producti debebat pręfigi vnus peremptorius terminus fiſco ad latiùs deducendum, & comprobandum dictum inſtrumentum per ipſum productum.iuxta not.per Barto.in l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de damn.infe.pro quo allegat text.in authen.de tabel.in princ.col.iiij.maximè attento priuilegio fiſci,vbi poteſt procedi ex officio per viam inquiſitionis,etiam ſi agatur pro re ciuili.iuxta no. per Barto.in l.ſi vacantia.C.de bon.vacan.lib.x. licèt in cõtrarium allegaretur.l.non puto.ff. de iur. fiſci,quæ nõ videtur obſtare in caſu iſto, cùm non ſumus in caſu legis dubio.ſecundum Bartol.ibi.Et

13 quia† ad iudicem ſpectat cuncta rimari.c. iudicantem.xxx.q.v.Nam veritas ſæpiùs ex agitata magis ſplendeſcit in lucem.ca.cõtrarię.xxv.q.ix.Et ideò ſecuriùs adhuc fuiſſet pręfigere terminum fiſco vt magis veritas haberetur.Et attẽto quòd cauſa erat ardua,tam ratione rei de qua agitur,quã qualitate perſonarum,licèt maior pars duorum curię fuerint opinionis,quòd dicti rei debeant abſolui:quia concluditur & iudicatur à pluralitate & maioritate vocum,licèt interdum debeat attendi minor pars quãdo eſt ſanior & rationabilior: ſecundum gloſ. in l. vbi abſunt.ff.de tuto.& cura.da.ab is.& Barto. in l.Pomponius.aliàs incipit ſi vni.ff.de re iudic.quia non ſemper ex multitudine authorum eſt iudicandum.l.ij.§.ſed neque.C.de iur.vete.enucleand. Et quia etiam interdum minor pars attrahit ad ſe maiorem partem.l.item ſi vnus.§. ſi in tres.ff. de arbi. & ſecundũ Panor.in c.j.circa fi.de conſtitu.& ideò quando minor pars proponit aliquid rationabile, tunc debet cõtradicere maiori patri,& petere acta: ſecundum Innno.& Panor.in c.j.de his quæ fiunt à maio.part.cap.&Bart.in tracta.repre.in vj.parte. q.ij.pro quo allegat l.quoniam iudices.C.de appella.cũ ibi nota.per glo.& docto. quia officiarij debent reſiſtere rectori prouinciæ quando vult aliquid facere iniuſtè. & ita eſt ſolitum fieri per curiam parlamenti quando dom.Gubernator qui eſt rector prouincię vult aliquid facere cõtra iuſtitiã: quia curia eſt ſolita ſibi demonſtrare,aliàs acceſſores punirentur de iniuſtitia niſi reſiſteret,& proteſtarentur,& peterent acta ſecundum Bald.in d.l. quoniam iudices.aut ſaltem,quòd minor pars recederet,quia pars recendens habetur pro contradicẽte:ſecundum Bald.in authen.ſed omni.C. ne vxor pro marito.Super hoc fuit mihi replicatum, quòd ſtillus curię ſic ſe habet. Quinimò,quòd plus eſt ſi relator proceſſus ſit in vna opinione,& maior pars

aliorum dominorum curiæ ſit in contraria opinio ne tenetur dictare & ſignare contenta ſententiæ:ſe
14 cundum maiorem partem,quod videtur † durum, quia quis non debet facere contra conſcientiam, aliàs ædificat ad gehēnam.c.per tuas.le ij.de ſimo, licèt ſecundum glo.ibi quando conſcientia eſt ſcru puloſa tenetur dimittere.Et pariter duo requirun tur vt quis non iudicet contra conſcientiam,& iu ſtitiam.c.cùm æterni.de re iudi.lib.vj.quia quis nō debet iudicare ſecundum conſcientiam, niſi ſecun dum allegata & probata:ſecundum glo.c. iudicet. iij.q.vij.&per glo.in c.paſtoralis.§.quia verò.de of fi.& pote.deleg.& in l.illicitas.§.veritas.ff. de offi. præſi.Et ſuper præmiſsis conſului quendam valen tem theologum,quādo eram in vna opinione con traria communi opinioni aliorum,ſi eram excuſa tus cauſa tumultus & ſcandali euitandi, ſi non cō tra dicerem,vel poteſtatem petendo acta ne fieret
15 perturbatio,†&interdū ratiōe ſcādali euitādi licitū eſt diſcedere à veritate iuſtitiæ vel diſciplinæ,ſecus à veritate bone vitę:ſecundum gloſ.in c.quis ſcan daliʒauerit.de regu.iur.Et ne quis videretur eſſe ar rogans, licèt in iudicādo vel opinando quis debet eſſe liber,ne debeat quem formidare aut cui diſpli cere in veritate dicenda.Et interdum licitum eſt ex cauſa leges tranſgredi:ſecundum Inno.in cap.j.de conſti. & Bald.in l.obſeruare.§.proficiſci. in xj. q. ff.de offi.proconſu.& lega.veruntamen in pręmiſ ſis me ſubmitto determinationi ſanctæ matris ec cleſiæ & theologorum.

ARGVMENENTVM

Domus pluribus cōmunis pro diuiſo vel indiuiſo, partibus æqualibus aut inæqualibus locanda plu ribus quis præferatur.

SVMMARIVM.

Partem maiorem habens in domo communi pluribus, quòd in locatione cæteris præferendus ſit.
2 *Par in parem imperium habet qui maioris authoritatis eſt.*
3 *Mos loci in locationibus attendendus.*

Quæſtio VII.

QVAERITVR, quando domus alberga riæ eſt communis pro indiuiſo aut pro diui ſo,& contingat fieri conductionem pluribus, quis debeat præferri.Et videretur prima facie dicēdum
1 quòd † ille qui habet maiorem partem, cū debeat habere maiorem poteſtatem.l.ſancimus.§.ne autē. cū ibi nota.per glo.& docto.C. de don.facit quod habetur per Bal. in c.j.qualiter debeat iurare vaſal
2 lus.vbi tenet, † quòd licèt par in parem nō habeat imperium.l.nam magiſtratus.ff.de arbitr. hæc fal lit quando alter eſſet maior in adminiſtratione. Et idem Baldus.in l.j.C.qui teſtamen. face.poſſ.circa fin.tenet, quòd quando ſunt duo qui habent ho ſpitium,quod conſueuit locari,&vnus vult locare, alter nō,æquus iudex coget eos ſtare æquitati etiā
3 ſine diuiſione domini;, & † quòd debeat attendi conſuetudo loci. & ibi etiam format quęſtionem quando vnus ſociorum vult habitare in domo, & alter vult locare partem ſuā quid iuris, de quo ibi latiùs per Iaſo.vnde ille qui vellet inhabitare debe ret pręferri:ſecundū Bald.in l.Sabinus.ff.cōmu.diui. & eodem modo quando eſſent duo domini eiuſ dem fundi ſeu terrę,&vnus vellet colere alter ſo cius non,quòd tūc pręfertur ille qui facit coli, nec tenetur reſpondere de fructibus alterius partis: ſe cundum Salic.in l.iubemus.C.de ſacro.ſanct.eccl. Et Iaſo.in d.l.j.C.qui teſtam.facere,poſſ.& ideò al ter dominus poteſt conducere totam domum,quia gerit vtiliter negotium commune. l. ſi communes ædes.ff.de nego.geſt.ſecundum Barto. in l. & hęc dictio.§.cùm fundi.ff.locati,& pro pręmiſsis facit quod habetur per Bald.in l.quominus. ff. de flum. in xvij.q.& ibi per Iaſo.in xxvj.quando ſunt plu res domini molendinorum, & duo volunt locare, & alter non,quòd tunc tertius nō tenetur ſtare pre tio conuento aliorum,de quo ibi latiùs per ipſum, quia in talibus debet attendi conſuetudo. Et præ miſſa faciunt ad quæſtionē ſuper hoſpitio domus albergariæ mulæ præſentis ciuitatis:quia ſunt tres domini pro diuiſo,qui volunt locare diuerſis per ſonis videlicet magiſter Gulielmus Galiffeti ſecre tarius,qui prętenditur habere maiorem partem, & locauit relictę dauioleti,&egregius dominus An tonius Girodi,&Claudius colini coturerius,qui lo cauerunt groſſę Catherinę,& vt fertur fuerunt vo cati conſules pręſentis ciuitatis ad apunctuandum partes ſi poſsit fieri. Quia in hoc verſatur vtilitas publica:quia meliùs regitur albergaria, per vnum hoſpitem,& dicta relicta dauioleti eſt magis apta ad regendum albergariam. Quia de tempore quo dicta groſſa Catherina tenuit dictam albergariam fuit deteriorata,quia ceſſabant ire hoſpites,&vici ni artifices habebant intereſſe ratione lucri ceſſan tis prout depoſuerunt teſtes ſuper hoc examinati, pro parte dicti Galliffeti,&dictæ relictæ dauioleti, & licèt dicta groſſa Catherina prętenderet, quòd non fuiſſet contra mandata per dictum Galliffeti in feſtoCalendarum proximè pręterito vſque ad fe ſtum Epiphanię, & ita quòd cenſeretur renouata locatio pro anno futuro incipiendo in feſto exalta tionis ſanctę crucis menſis ſeptembris.iuxta liber tatem pręſentis ciuitatis Grationopo.pro quo fa cit l.item quęritur.§.qui impleto.ff.locati,attamen de contrario apparuit per quittantiam per dictam groſſam Catherinam exhibitam,qualiter ipſa fuit contra mandata per dictum Galiffeti infra tempus debitum.

ARGVMENTVM.

Pręter prouincię an nundinas ſiue mercatus publi cos concedere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Mercatus publici de iure communi permiſsi.*
2 *Mercatus publicæ ſine principis permiſſu fieri: nundinæ uerò non.*
3 *Nundinarum priuilegium per non uſum decennio amitti.*
4 *Prætor in delphinatu omnia quæ & Rex(uices cuius fun gitur)poteſt demptis quatuor quæ hic habentur.*
5 *Prætor Delphinalis morti indulgere & abolitiones conce dere poteſt.*
6 *Proprætor Delphinalis æque poteſtatis eſt atque prætor.*

Quæſtio X.

QVAERITVR, an dominus gubernator pręſentis patrię ſeu locum tenens Delphina lis habeat

lis habeat poteſtatem concedendi mercatum publicum in aliquo loco. Et prima facie videretur di-
1 cendum quòd ſic. † Quia iſta commercia & mercata ſunt permiſſa de iure communi. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. Et licitum eſt ſe cõgregare ad iſtũ actum. iuxta not. per glo. & Barto. Pau. de Caſt. ibi
2 & per Bald. in l. j. C. de nundi. vbi tenet, † quòd iſta mercata poſſunt fieri ſine licentia principis: ſecus ſi eſſent nundinę ſolennes, quia tunc eſſet opus priuilegio principis. l. j. ff. de nundi. & tale † priuilegium nundinarum non vtendo perditur per decen-
4 nium: vt ibi habetur. † Preterea dominus gubernator tenet locum principis in hac patria, & omnia põt quæ ipſe princeps exceptis quatuor caſibus, videlicet abolitionis criminis, læſæ maieſtatis, alienationis patrimonij, & collationis officiorum cu-
5 rię parlamenti. Ergo exceptio firmat regulã, † quia poteſt indulgere morti, & concedere abolitiones. l.
6 j. §. de qua. ff. de poſtu. cum ibi not. † & idem eſt in officio domini locumtenentis generalis Delphinalis ſubbrogati loco domini gubernatoris. ca. is cui. de ele. li. vj. & pręmiſſa faciũt pro literis dñi locũtenentis Delphinalis conceſsis, dñoCaſſenatici vt in qualibet die veneris poſsit habere vnũ mercatũ in loco Caſſenatici, dum tamẽ ibi propè per quatuor leucas nõ ſit ſolitum teneri mercatum in dicta die veneris, & ideò pro verificatione dictarum literarũ fuerunt ſumptæ informationes, & deinde interinatę habita relatione dominorum camerę, cũ illa tamẽ reſtrictione, quòd dictus dominus Caſſenatici nec eius officiarij nõ habeant impedire eius ſubditos nec alios quominus poſsint, & valeant venire liberè & redire ad hanc ciuitatem Grationopo. aut alibi cũ eorum rebus & denariatis, & pariter quòd non poſsit imponere aliquod onus, tributum vel vectigal pretextu dicti mercati, cũ ſit de reſeruatis principi. c. j. quę ſunt rega. C. de ſuper indic. lib. x. l. vectigalia. C. no. vecti. impo. non poſſ.

ARGVMENTVM.

Pactum legis commiſſoriæ ex interuallo factum: an valeat, & ad quæ.

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus adeo reprobatum eſt, ut dominium non transferat.*
2 *Pactum legis commiſſoriæ iuramento non firmatur.*
3 *Pactum legis commiſſoriæ ex interuallo factum quòd ad exceptionis & nouæ actionis effectum ualeat.*
4 *Præſcriptio regalis minori non currit.*

Quæſtio LIIII.

QVAERITVR, an pactum legis commiſſorię ex interuallo factum teneat, & an quãdo maior decedit pendente termino pacti legis cõmiſſoriæ preiudicet præſcriptio cõuentionalis eius heredi minori viginti quinque annis, & an firme-
1 tur iuramento. † Et in effectu tale pactũ in pignoribus eſt reprobatum odio creditoris, quando fit ab initio propter aſperitatem creditoris. l. j. & fi. de pact. pigno. adeò quòd non transfertur dominiũ: ſecundum glo. ibi. c. j. de feud. dat. in vim leg. com-
2 miſſ. ca. ſignificante. de pigno. † Nec firmatur iuramento, licèt iurans teneatur ſeruare, ſed non eius heres: ſecundum Ioan. de Imol. & Panormi. ibi. Et Barto. in l. ſiquis pro eo. in quarta concubinatio-
3 ne. ff. de fideiuſſo. † ſed quando tale pactum fit ex interuallo, tunc valet tale pactum quò ad effectum exceptionis, & nouę actionis ſeu agendi. l. Titius. ff. de pignora. actio. ſecundum glo. & Bart. in l. quã uis. aliâs incipit Calipodius. ff. de ſolu. & idem videtur quando tale pactum ex interuallo ratificatur, quia licèt actus nullus non poſsit ratificari ex tũc, tamen bene poteſt ratificari prout ex nunc: ſecundum Bart. in l. obſeruare. ff. de offi. deleg. & quãdo contractus eſt factus in perſona deffuncti maioris viginti quinque annis: tunc præſcriptio conuentionalis currit contra heredem minorem. xxv. annis. l. AEmilius. ff. de minor. & per glo. in l. etiam in eo. tit. & in l. ij. C. ſi aduer. vendi. pigno. & ibi. Bart. Nec obſtat. l. fi. C. in quib. cau. in inte. reſti. non eſt neceſſa. quia loquitur in pręſcriptione regali, † quę
4 non currit durante minori ætate licèt, ſecundũ Barto. in d. l. AEmilius. minor. xxv. annis poſſet in integrum reſtitui aduerſus pręſcriptionem conuentionalem ex clauſula pretoris, ſi qua iuſta cauſa ratione ignorantię: iuxta not. per glo. & doct. in l. cũ filius. §. in hac. ff. de verbo. oblig. & in l. ij. in fin. C. de iur. emphy. Et pręmiſſa faciunt ad quęſtionẽ ſuper cauſa ſuppoſitionis & reſtitutionis in integrum nobilium Alexandri & Aymari Boniſacij contra nobiles Ioannem Clareti, & Humbertũ Pillati, quia fuit aliâs factus contractus, vbi nobiles Petrus & Aymarus Boniſacij cõfeſsi fuerũt debere d. Ioãni Clareti, ſexcẽtũ florenos, tã ex cauſa mutui quã ex cauſa redditiõis cõputi tutelę, quos promiſerũt ſoluere dicto Clareti, infra quatuor annos, ſub hypotheca & obligatione certorum ſenſuũ, aliâs lapſo termino vendiderunt dictos cenſus cum clauſula precarij, & deinde ex interuallo, dict. Petrus & Aymarus ratificauerunt, & pendente termino deceſſit dictus Petrus ſuperſtite dicto Alexandro eius filio & herede pupillo, & conſequenter poſt terminũ quatuor annorum dictus Clareti impetrauit compulſorias, in vim actionis vt mittatur in poſſeſsionẽ dictorum ſenſuũm, & deinde obtinuit pręciſas, & remiſit iura ſua dicto Hũberto Pillati, ita quòd nũc. dicti Alexãder & Aymarus Boniſacij, qui ſunt in poteſtate tutorum ſeu curatorum ſe pretendunt leſi, & petunt ſe in integrum reſtitui, tam aduerſus eorum confeſsionẽ quàm ſententiam cum omnibus inde ſecutis, cum non competeret dicto Clareti ius agendi vigore dicti pacti legis commiſſorię etiam ex interuallo ratificati.

ARGVMENTVM.

Tutorum vel curatorum poteſtas an & quando tutela finita expiret.

SVMMARIVM.

1 *Tutoris uel curatoris poteſtas connexitatis & procurationis ratione finita tutela non ſopitur.*
2 *Conſulũ tribunorũ & ſyndicorũ poteſtas an finito tẽpore duret, & ad quæ.*

Quæſtio LVI.

QVAERITVR, an finita tutela expiret poteſtas tutorum, vel curatorum, ſeu acto-
1 rum vel procuratorum, quo ad cauſas cœptas. Et videretur dicendum in tutore vel curatore quòd non

ratione connexitatis.l. vnica. C. vt cau.poſt pube.adſit tutor.l.ita tamẽ.§. poſt completũ.ff.de adminiſtra.tuto.& idem etiam in officio procuratoris quando fuit conſtitutus per pupillum: iuxta.l. neque.C.de procu.ſecundum Barto.Bald. & Pau. de Caſtr.in l.ſiquis.§. ſi impuberum.ff. de inſtito. Secus quãdo tutor conſtituiſſet actorem ante litẽ conteſtatam ex decreto iudicis,quia tunc finita tutela expiraret poteſtas actoris: ſecundum Guliel. deCun. & Paul. de Caſtr. in dict.§.ſi imbubes. & iſtud etiam facit pro dicta cauſa compulſoriarũ dicti Clareti contra dictos bonifacij vbi nobilis Andræas Chambierij tutor dicti Alexãdri Bonifacij, & etiam magiſter Petrus Coques procurator ſeu actor poſt pubertatem & finitam tutelam confeſsi fuerunt debitum principale, vide de hac materia per Alberic in d.l.j.C. vt cauſæ poſt pubert. adſit
2 tutor.quando etiam tenet,quòd † quando officiũ ſyndicorum vel conſulum vniuerſitatis eſt factum per annum,ſeu aliud tempus certum, quòd etiam poſt tempus finitum adhuc durat poteſtas ipſorũ quò ad cauſas cœptas,de quo ibi latiùs per ipſum, facit quod habetur in ca.aduerſus.in fin. de immuni.eccle.de hac materia etiam tetigi in quodã alio volumine maleficiorum in tractatu tutelarum.q. v. & vj. & etiam in alio tractatu tutelarũ repetito. quæſt.xxxvij.

ARGVMENTVM.

Confeſsio tutoris & procuratoris an &quando pupillo noceat.

SVMMARIVM.

1 *Tutoris uel procuratoris confeßio per modum iuriſditionis contentioſæ emiſſa pupillo nocet. Quid ſi uoluntaria iuriſditione. & nu.2*

2 *Tutores uel procuratores debitum liquidum fateri tenentur.*

4 *Tutoris quictantiæ de recepto facta debitori ualet: ſecus ſi per confeßionis de recepiſſe modum fiat.*

5 *Pupillus aduerſus tutoris confeßionem non, niſi læſus, reſtituitur.*

6 *Minor & eccleſia etiam poſt ſententiam reſtituuntur. Secus in priuato.*

7 *Tutor uel curator exceptionem pupillo competentem remittere non poteſt.*

8 *Exceptio pacti legis commiſſoriæ quòd & actus nullitatẽ inducat, & dominij tranſlationem impediat.*

9 *Pupillus aduerſus ſententiam, ſi de læſione conſtiterit, reſtituitur.*

Quæſtio LVI.

QVAERITVR, an confeſsio tutorum vel procuratorum præiudicet pupillo, & an poſſit in integrum reſtitui, maximè quando confeſsio emanauit ante tempus debitum, & etiã minor poſſit in integrum reſtitui aduerſus ſententiam conſtito de lęſione. & an debeant reuocari executiones factæ, & omnia ad priſtinum ſtatum reduci. Et in
1 effectu quando † confeſsio emanat per modum cõtentioſæ iuriſditionis, tunc confeſsio tutorum vel procuratorum pręiudicat pupillo vel domino.l.certum §.ſed an ipſos.ff. de confeſ. vt quia in iudicio reſpondet poſitionibus, & articulis.l.non ſolùm.in
2 princ.ff.de procu.† Si verò confiteatur per modum voluntarię iuriſditionis, talis confeſsio non pręiudicat pupillo, vel domino: vt quia à princ.ſpõtè cõfiteantur: ſecundũ Cyn.in d.l.j.C.de confeſ.in xiiij.
3 q.& ibi Barto.& in d.§.ſed an ipſos.† Nec obſtat ſi dicatur quòd tutor vel procurator ex debito officij, quando debitum eſt liquidum tenentur confiteri veritatem.l.quotiens.§.ſicut.ff.de admi.tut.quia illud verbum quando emanat per modum cõtentioſæ iuriſditionis: ſecus ſi per modum voluntariæ iuriſditionis: ſecundũ Bart.in l.j.C.de iuramen. calũ.in prin.& idem in procuratore quando confitetur libellum ſeu debitum, niſi haberet ſpeciale mãdatum: ſecundum Bart.in d.§.ſed an ipſos. Anto.de Butr.& Panor.in ca.j.vt li.non cõte. Licèt etiã tutor teneatur agnoſcere veritatem in iudicio, aliâs condemnaretur in expenſis, ſecundum Barto.in d. l.quotiens.§.ſicut. & in l. Lucius.§.tutela.ff. de ad
4 miniſtra.tuto.& ibi † quòd valet quitantia tutorũ data debitori quãdo conſtat de recepto: ſecus ſi fieret per modum confeſsionis de recepiſſe: faciũt no. per glo.& doct.in l.ſi ex cautione.C.de non nume-
5 ra.pecu.ſed redeundo ad quæſitum † quando confeſsio tutorum vel curatorum emanaret per modũ contentioſę iuriſditionis, adhuc poteſt in integrũ reſtitui minor.d.l.ſi certum.§.in pupillo.ff. de confeſ.ſed oportet quòd conſtet de lęſione: quia aliâs non reſtitueretur.l.nam poſtea.§. ſi minor.ff.de iu. iu. Quia iſto caſu nõ videtur lęſus qñ minor vtitur iure cõi.l.minoribus.& l.nõ videtur.C.de in integ. reſti. Quinimò quando minor petit ſe in integrum reſtitui, debent apponi illa verba in libello videlicet, quòd fuit lęſus ſui facilitate, quia diligens paterfamilias hoc non feciſſet, vel dolo aduerſarij.l. verum.§.ſciendum.ff.de mino.& ibi Barto. & pariter debent add illa verba, quòd minor adhuc extitit infra tempus iuris petẽdi in integrum reſtitutionem, de quo habetur latiùs per Alexand. de Imol. & Iaſo.in d.§.quòd ſi minor.& quòd debeat, conſtare de lęſione tenet etiam Spec.in titu.de in integrum reſti.§.ſi quis autẽ.circa finem, verſi.ſed nunquid eccleſia, vel minor.& Cyn. in d.l.vnic.C. de confeſ.in fin.& Panor. in cap.auditis.de in integ. reſti.licèt glo.in c.ij.de confeſ.lib. vj.videatur tenere, quòd eccleſia reſtituatur aduerſus confeſsionẽ, etiam non conſtito de lęſione. Nec obſtat ſi dicatur, quòd non eſt differentia inter priuatum & minorem: quia etiam priuatus auditur conſtito de errore.l.error.C.de iur.& fact.igno.l. non fatetur.ff.
6 de confeſſ.c.ex parte.de confeſſ † quia ad iſtud reſpondetur, quòd priuatus non auditur poſt ſententiam, ſecus in minore vel eccleſia: ſecundum Pano. in d.c.auditis.in fin.ſed eſt opus videre de modo iuſtificandi lęſionem, quia ſufficit quòd conſtet ſummariè: ſecundum docto.in d.§.quòd ſi minor.vt puta, quando fuerunt probationes omiſſæ, vel quando fuit omiſſa exceptio minoris maximè peremptoria.l.minor.xxv.annis, la picola.ff.de in integr.
7 reſti. † quia tutor vel curator non poſſunt remittere exceptionem competentem pupillo: ſecundum Bal.& Salyc. in l. pactum curatorum.C.de pact.& eodem modo dicitur apparere de lęſione, quando prẽlatus eccleſiæ vel tutor confitetur ante tempus: ſecundum gl.in d.c.ij.de in integ.reſti.li.vi. Et ita eſt in propoſito: quia in dicta cauſa cõpulſoriarum

dicti

dicti Clareti dictus Chambrerij tutor,& dictus Coques procurator confeſsi fuerunt ante tempus, videlicet pendente dilatione probandi,& omiſerunt opponere in vim exceptionis de pactò legis commiſſorię,& ſic videtur pręſumenda colluſione. ca. j.de confeſ.l.pręſes.C.de pigno.Nec obſtat ſi dicatur quòd hic agebatur in iudicio compulſoriarum in vim ſubmiſsi,vbi non admittuntur niſi ſeptem exceptiones de quarum numero non videtur comprehendi exceptio ſimulationis ſeu pacti legis commiſſorię,iuxta not. per Barto. in l.j.§.& parui ff. quod vi aut clam.propter quòd aliquantulum erã
8 dubius. † Verũtamen talis exceptio pacti legis cõmiſſorię inducit nullitatem actus,& impedit tranſlationem dominij.l.fi.C.de pact.pign. Et ibi gloſſ. & ideò talis exceptio nullitatis actus,non cenſetur excluſa.l.iiij.§.condemnatum.ff. de re iudi.ſecundum Bart.in l.diuus.ff de teſta. milita. & in l.non putant.§.non queuis.ff.de contra tabul.Et pleniùs
9 ſupra fuit tactũ. † Et licèt non fuerit recurſus pro parte pupilli: tamen etiam poteſt in integrum reſtitui aduerſus ſententiam, ex quo conſtat de læſione l.fina.C. ſi aduer.rem iudica. & iſto caſu debent reuocari omnes executiones factę & ad priſtinum ſtatum reduci.l.ſi ex cauſa.in princi.ff. de minor. l. in ſumma.ff.de re iud.ſecundum glo.in capi. accedens. el j.in fi.vt lite conte. Nam quod abſtulit læſio, debet reddere reſtitutio. l. quòd ſi minor.§. reſtitutio.ff. de minorib. l.videamus.§.formiana. ff. de vſur.

ARGVMENTVM.

Filius primi matrimonij gerens ſe pro hęrede ſine beneficio inuentarij legitimè confecti, quòd nouercæ integrè ſoluere teneatur, etiam ſi hęreditas ſoluendo non ſit.

SVMMARIVM.

1 *Maritus relinquens nouercæ plus quam uni ex liberis primi matrimonij,illud plus non debetur:ſed prioris matrimonij liberis in ſolidum applicatur & nu.2.*

3 *Filius ob non confectum inuentarium legitima non priuatur.*

Quæſtio LVII.

QVAERITVR, quando pater vel mater tranſit ad ſecunda vota,&dat aliquid nouercę, vel vitrico,&deinde decedit ab inteſtato,vel ex teſtamento,ſuperſtite filio,vel filia primi matrimonij eius hęrede vniuerſali,qui ſe gerit pro hęrede ſine beneficio inuentarij ſaltem ſolemniter confecti: An habeat locũ diſpoſitio l. hac edictali.C. de ſecund.nupt.in princ.& §.optimè, in authentic. de nupt.col.iij.vt teneatur ſoluere inſolidùm nouercę,quando hęreditas non eſt ſoluendo. Dubium fa
1 cit:quia † quando maritus relinquit nouercę ſiue ex teſtamento ſiue inter viuos pluſquàm vni ex liberis primi matrimonij tunc pro non dato habetur,niſi quò ad illud quod minus relinquit vni ex dictis liberis primi matrimonij,ita quòd æqualiter debet diuidi inter ipſos etiam ſi non ſint hęredes patris,vel matris, vt ibi habetur,& authent.hæres. C.de ſecund.nupt.quia tale lucrum non applicatur filio vt hæredi:ſecundum Bald.in dict. l. hac edictali. niſi nouerca eſſet inſtituta in quota hæreditatis: quia tunc illud quod aufertur à nouerca & applicaretur liberis primi matrimonij eſſet quid hęreditarium:ſecundum Bald.ibi, & computaretur in legitima: ſecus ſi illud quod eſſet relictum nouercę eſſet quid particulare,quia tunc non computaretur in legitima liberorum primi matrimonij di.l.hac edictali.verſicu.ita tamen. ſecundum glo.
2 in authent.de nupt.dict.§.optime.colum. iiij. † & talia lucra quæ auferuntur à nouerca applicatur liberis primi matrimonij inſolidùm,& non liberis ſecundi matrimonij: vt in authent.de nupt.§. venient. Et pariter quando aliquid eſt datum nouercę quod excedit valorem bonorum mariti, etiam ſi nihil fuerit datum liberis primi matrimonij, debet æqualiter diuidi: ſecundum glo.in dict.l. hac edictali, ſuper verbo diuidi, & tale lucrum non debet computari in legitima:ſecundum gloſſ.in dict. §.optime. de quo per Bald. & Salyc. in dict. l. hac
3 edictali pro quo etiam facit, †quia filius propter non confectionem inuentarij non perdit legitimam:ſecundum gloſſ.in authent.ſed cùm teſtator. C.ad leg.falſi.Et in authent.hoc amplius. C. de fideicommiſſ. & idem videtur dicẽdum in caſu iſto quando filius primi matrimonij ſe immiſcet hęreditati patris ſine beneficio inuentarij:quia non debet priuari legitima propter donata, & relictũ nouercæ. Et iſtud facit pro cauſa aduocata ſupplicationis nobilis Chatherinæ de bona relictæ nobilis Petri Chaboſſolis ciuitatis Ebreduum, cõtra nobilem Ianonam filiam primi matrimonij dicti Petri Chaboſſolis quæ ſe geſsit pro hærede patris ſine inuentario ſolenniter confecto, & quæ opponebat de dict.l.hac edictali, dicendo quòd hæreditas non erat ſoluendo, & quòd non potuit relinquere dictę Catherinę de bonis nouercę ad pręiudicium dictæ filiæ,licèt maior pars dominorum fuerit opinionis contrariæ ex quo ſe geſsit ſe pro hęrede ſine beneficio inuentarij ſolemniter confecti ſuper quo bene eram dubius.

ARGVMENTVM.

Iudex omittens condemnationem expenſarum an ſi appelletur aut deſeratur appellatio quòd litem ſuam faciat,vt expenſas reſarcire teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui condemnationem expenſarum omiſit ſiue appellatum non ſit,ſiue ſit,& pars non proſequatur expenſas reficere tenetur.*

Quæſtio LVIII.

QVAERITVR, quando iudex omittit cõdemnationem expenſarum&appellatur vel appellatio deſeritur:An faciat litem ſuam,vt teneatur reſarcire expenſas. Et videtur dicendum quòd ſic.l. properandum.§. ſinautem alterutra. C. de iudi. Licet quando appellatur per victum pars

quę obtinet poſsit ſe iuuare appellatione victi,&pe tere condemnationem expenſarum.l.fi.C.quā pro uoca.non eſt neceſſ.& hoc vbi in prima inſtantia fuiſſent petitę expenſæ,aliàs iudex non teneretur:
1 ſecundum glo ibi, † veruntamen vbi non fuit appellatum vel etiam quando fuit appellatū & pars non proſequitur ad iuſ iudex tenetur emendare ex pēſis:ſecundū gl.Bar.& Ang. Are.in l.j.in prin.ff. de appe.&in l.j.ff.ꝙ quiſq; iur.&ibi latè per Pau.de Caſt.& Iaſ.& in l.ſi per imprudentiā. in prin.ff. de euict.& per Barto.in quadam eius diſputatione incipiēte, Iudex per imperitiam. & pręmiſſa etiam faciunt ad quęſtionem ſuper cauſa aduocata dictę nobilis Catherinæ de bona contra dictam Ianonā filiam nobilis Petri Chaboſſolis,vbi primus iudex Ebreduum omiſerat condemnationem expenſarum in certis ſententijs per ipſum latis ad vtilitatem dictæ Catherinæ de bona contra dictam Ianonam.faciunt not per gloſ. Barto. in fin.ff. de ordina. & extraordi.cogni.& inſti.de obligati. quę ex quaſi delict.naſcunt.& l.fin.C.de pœn.iudi.

ARGVMENTVM.

Iudex qui vni parti expenſas refecit,ab altera non repetit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui litem ſuam fecit non a iudicādo expenſas, quòd ei repetere ab altera parte non licet.*

Quæſtio LIX.

QVAERITVR, quando iudex qui emendauit expenſas parti an poſsit repetere ab alia parte quę ſuccubuit.Et videtur dicendū quòd ſic:ſecundum Spec.in titu.de expenſis.§.poſtremo. verſic.illud.pro quo allegat l.multi opinatores. C. de exact.lib.x.ſed in contrarium videtur gloſſ. in l. mancipia.C.de ſerui.fug.cum ibi notatis , per doctor. Quia quando iudex facit litem ſuam,non poteſt repetere à parte aduerſa: ſecundum Bald. in l. obſeruandum.§.proficiſci.ff.de offic.proconſu . & legat. in xxij.quęſtion.& Iaſon.in l.properandum. §.ſinautem alterutra.C.de iudi.Et poterit conueniri talis officiarius durante officio quando deliquit in officio.l.iubemus.C.ad legem iul.repet. vel etiam quando eſt perpetuus ſeu ad beneplacitum ſuperioris.argum.l.principalibus.& l.preſides.ff. ſi cert.petat.ſecundum Barto.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de oper.nou. nunciatione in ij. & iij. quęſtion.

ARGVMENTVM.

Edere librum rationum qui petit,quòd interrogatorio,an intendat approbare in totum tam pro ſe quàm contra ſe,reſpondere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Interrogationes fieri poſſe in quacunque parte litis.*
2 *Interrogationes poſt litem conteſtatam non,niſi officio iudicis,fieri.*
3 *Liber rationum indiuiſibile ut qui data & accepta cōtineat*
4 *Librùm rationum pro parte acceptari & pro parte non minimè licet.*
5 *Confeſsio qualificata pro parte acceptari & pro parte nō minimè poteſt: niſi capitula diſtincta ſint & ſeparata. & numer.6.*

Quæſtio LX.

QVAERITVR, quando aliquis petit edi librum rationum theſaurarij, vel mercatorum,vel alterius perſonæ an teneatur ante omnia reſpondere interrogatorio, an intendat approbare in totum tam pro ſe quā contra ſe. Dubium facit: quia tale interrogatorium videtur captioſum . Cū talis reſpondens poſſet cadere in laqueum, & ſic nō tenetur reſpondere:iuxta not.per Bald. in l.ij.§. quod obſeruari.C.de iura.calum.Præterea tale interrogatorium non eſt pręparatorium,nec videtur de interrogatorijs pręparatorijs de quibus per glo.
1 in cap.cùm cauſam.de iura.calum. † Et licèt poſſint fieri interrogationes in quacunque parte litis ſiue,ante litis conteſtationem , ſiue poſt , vbicunque æquitas mouet iudicantem.l.vbicunque.ff de
2 interro.actio.cap.iudicantem.xxx.quęſt.v.† Tamen quando fiunt interrogationes poſt litem conteſtatam non poſſunt fieri ad inſtantiam partis:ſecus ex officio iudicis. ſecundum Paul. de Caſtr. in l.iudices.C.de iudi.& Barto.in l.j.ff. de interrogat. actio.& in l. j.C.de confeſ.Licèt bene poſſent fieri poſitiones,quando concernunt negotium principale,vt ſi ponens confiteatur:ſecundum domin. de Ro.quos refert & ſequitur Panor.in dict.cap.cùm cauſam.Sed redeundo ad quęſitum,quòd teneatur
3 quis rdſpondere tali interrogatorio facit: † quia liber rationum non poteſt diuidi:quia debet continere data & accepta.l.ſi quis ex argentarijs.§.rationem.ff.de eden.licèt Barto.ibi,poſſent fieri duo libri rationum vnus de acceptis,& alius de datis:veruntamen ex quo ſunt capitula annexa non poſſet in parte approbare, & in parte non : iuxta not. per Bald.in l.j.C.de confeſſ.in ij.oppoſitione , licèt ibi videatur tenere quòd ſit arbitrium iudici, ſecundū quantitatem ſummę ſi ſit parua vel magna. de quo per glo.Barto.Paul de Caſtr.in l.Publ.a.§. Titius. ff.depo.& ibi per Alexan.de Imol.qui tenet, quòd
4 liber† rationum non poteſt acceptari in parte, & in parte non,vide etiam Cyn.in l.vnic.C. de confe. xiij.quęſt.& per Barto. in l. Aurelius.§. idem quęſijt.ff.de libera.lega.& per Panorm.& Felin. in ca. ij.de fid.inſtrum.Et ibi tenent quòd quando capitula libri rationum ſunt contingentia, & dependētia vnū ab alio,tūc nō poſſunt acceptari in parte & in parte nō,ſed faciunt etiā fidē pro ſcribente, ſecūdum Bart.in l.quędam.§.nummularios.ff de eden.
5 l.etiam.ff.de minor. † Quia quando confeſsio eſt qualificata non poteſt acceptari pro parte , & pro parte non.l.ſi quidam.C.de exceptio . faciunt not. per glo.& Cyn.& Bald.in l.ij.C.de dona.ante nup.
6 ſi † verò capitula eſſent ſeparata & diſtincta: tunc poſſet confeſsio acceptari in parte, & in parte non. l.ſi quidem.C.de tranſactio.De qua materia etiam habetur

habetur per Panor.in c.bonæ. el ij.de poſtula. prę la.& per glo.in c.ſi quid. xxxij. diſtinctione, facit etiam.c.ex eo.de reg.iur.lib.vj.vbi quis non debet conſequi commodum quod viſus eſt impugnare. c.cùm olim.de cenſi.Et ibi habetur per Inno.& Panor.de producente inſtrumentum publicum quòd pars aduerſa quę impugnauit nõ poteſt ſe iuuare, facit l.Papinianus.§.meminiſſe.ff. de inofficio. teſta.l.alia.C.de hijs qui.vt indig.cum ibi nota.& in l.poſt legatum.in prin.ff.eo.tit.Et præmiſſa faciũt ad quęſtionem ſuper cauſa magiſtri Iacobi Guionis hęredis magiſtri quondam Ioannis Guionis theſaurarij delphinalis eius fratris contra Philipotum de Albino receptorem dicti theſaurarij prętextu cuiuſdam computi concluſi,& ſignati per dictũ de Albino,vbi reſtauit debens per finem dicti computi ſummã duodecim mille.cccc. librarũ turonenſiũ,vbi etiam dictus de Albino recognouit eius ſignetum,& pecijt edi certos libros rationum dicti quondam domini theſaurarij.Sed fuit factum interrogatorium pro parte magiſtri Iacobi Guionis,ſi dictus de Albino intendat acceptare in totũ vel in partem.Et fuit ordinatum per curiam quòd habeat reſpondere interrogatorio ſimpliciter. Et idem fuit ordinatum in quadã cauſa domini ſancti Valerij contra nobilem Frãciſcum de Genaſio. Nec ſufficeret reſpondere quod intendit approbare inquantum facit pro ſe, aliàs nõ.iuxta nota. per Bart.in ſimili in l.diuus.el ij.ff.de fal.licèt talis proteſtatio de producendo inſtrumentum in partibus & in punctis pro ipſo facientibus non releuet.iuxta nota.per Paul.de Caſtr.& Alexand.de Imol. in l.vnica.C.vt quæ deſ.aduo.de quo etiam per Paul. de Caſtr.in l.j.§.editiones.ff.de edẽ.vbi tenet quòd talis proteſtatio non releuat producentem, licèt etiam in libro rationum theſaurarij debeat facere plenam fidem tam pro ſcribente quã contra ſcribẽtem,cũ habeat officium de publico,& habeat prę ſtare iuramentum à principio ſui officij.iuxta not. per glo.Barto.& cęteros in dict.l.quędam.§.numularios.ff.de edẽ.&per Bartha.in tractatu gabel.iiij. parte.ij.& iij.quęſt.

ARGVMENTVM.

Incendium in dubio an pręſumatur culpa inhabitantium factum, & an de incendio ſeruorum aut hoſpitum incuria immiſſo dominus teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Incendium inhabitantium culpa obueniſſe regulare.*
2 *Probandi onus inhabitanti incendium ſua culpa non accidiſſe incumbit,& quomodò probabitur.& num.3.*
4 *Conſuetudo excuſat à culpa.*
5 *Pœna corporalis pro incendio licèt non infligenda ſit, ubi neque dolus neque lata culpa interuenerint,tenetur tamen ad damni æſtimationem.*
6 *Dolus, lata culpa, leuis & leuißima quomodò & quando in contractibus obueniant ſiue gerãtur gratia dantis tantùm,ſiue recipientis tantùm,ſiue utriuſque.*
7 *Locator pro incendio de leuißima culpa non,niſi ſit culpabilis,tenetur.*

Quæſtio LXI.

QVAERITVR, an incẽdium in dubio prę
ſumatur factum culpa inhabitantium,& an
hoſpes albergarię teneatur ex facto famuli, quan-
do dimittit candelam accenſam in ſtabulo,&quid
de agaſonibus ſeu mulionibus quando de mane
aptant eorum mulos etiam ponendo boterias feni,
& deinde recedunt dimiſſa candela accenſa in ſta
bulo,&ex motu muli ſuperuenit incendium in hoſ
picio.Et in effectu tex.in l.iij.ff.de offic.pręfect. vi
gil.dicit quòd incendia plerunquè fiunt culpa in-
habitantium: & ſecundum glo.ibi,illa dictio,ple-
runquè,venit caſualiter:quia regulare eſt, † quòd
ſemper incendium pręſumatur culpa inhabitan-
tiũ.l.ſi vendita.ff.de peri.& cómo.rei vend. Et ideò
locator,ſeu dominus domus habet intẽtionem fun
datam de iure communi contra conductorem pro
damno incendij:ſecundum Ioan.de Imol. in l.do-
mos hęreditarias.ff.de lega.j. quia in iſtis caſibus
qui faciliter non poſſunt euenire abſque culpa, vt
in furto & incendio pręſumitur culpa.dict.l.ſi ven
2 dita.l. cum duobus.§.damna.ff.pro ſocio, † &ideò
incumbit onus probandi aduerſario culpã abfuiſ-
ſe:ſecundum glo. & Barto.in l.ſi quis ex argenta-
rijs.§.an nec ne hęredi.ff.de eden.& in l.ſi creditor.
2 C. de pigno.actio.† Et ad probandum culpam ab-
fuiſſe oportet probare quòd paterfamiliàs adhi-
buerit diligentiam adhiberi ſolitam per alios.d.l.ſi
vendita.& ibi per Saly. Vel etiam oportet probare,
quòd ignis fuerit immiſſus ab alio:ſecundum Bal.
in d.l.ſi creditor. vel etiam oportet probare, quòd
4 quis fecerit prout eſt fieri conſuetum: quia † con-
ſuetudo excuſat à culpa.l.pignus. & ibi glo. & do-
cto.C.de pigno.act.Et de modo probandi culpam
per coniecturas habetur per Barto.in dict. l. ſi quis
ex argentarijs.§.an nec hęredi.Bald.in l.ſolum. C.
de teſti.in l.ſi conſtante.§.ſi maritus.ff.ſolut.matri-
mo.Et ita eſt in propoſito, quia de conſuetudine
muliones ſunt aſſueti ponere boterias feni ſuper
eorum mulis oneratis de mane quando recedunt,
& pariter ſunt ſoliti deientare vt plurimùm, & in-
iungunt famulo quòd preparet eis potum. Et ideò
in dubio pręſumendum eſt contra patrem familiàs
qui debet habere curam domus: d. l. ſi vendita. Et
ibi per Saly. Adeò quòd tenetur de negligentia &
facto famuli quando dimittit candelam incenſam
in ſtabulo.l.j.§.fin.cum.l.ſequen.ff.nau. caupo. l.j.
in fin.ff.fur.aduer.nau.caupo.ſecundum gloſſ.in l.
ne quid.ff.de incen.rui.&naufr.quod eſt verũ quã
do vtitur eorũ opera in illo officio.l.j.§. ſi familiæ.
ff.de publi.aliàs ſecus:ſecundũ Bart.ibi.& Saly. in
d.l.ſi vẽdita.& in l.quæ fortuitis.C.de pign.acti. &
5 liberaretur exhibẽdo famulum.d.§.familię. † & li
cèt quando non interuenit dolus vel lata culpa,
pro incendio,quis non debeat puniri criminaliter
ſaltem ad pœnam corporalem.l.reſpiciẽdum.§.de-
lint.ff.de pœ.l.qui ædes.ff.de incẽ.rui. & naufra.ta
men tenetur ad emendationem damni pecuniari-
ret ſeu ciuiliter:ſecundum Cyn.in l.data opera. C.
qui accu non poſ.l. capitalium.§.incendiarij ff. de
pœn. & vbi non eſſet ſoluendo lueret in corpore.
dict.l qui ædes.& l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdictio.
omni.iudic.& licèt mulio nõ teneatur pro dãnoci-
uili ſeu quadrupedis,quia dãdo noxã pro dãno ant

malis liberaretur: vt inſti.ſi quadru.paup. feciſſ.d. in princip.hoc verum niſi mulio ſeu agaſo fuerit in culpa nimium onerando animal.l.j. in princi. & l. Agaſo. ff. ſi quadrup. paupe.feciſ. dica. vel quando non adhibuit diligentiam debitam.capit.preſbyterum.& capitul. dilectus. de homicid. veruntamen quando hoſpes traderet claues cameræ illi qui venit ad logiādū, tunc liberaretur à cuſtodia. l.clauibus.ff.de contrahend.emptio.licèt gl. tenuerit contrarium in l.debet.ff.naut.caupo.de quo habetur per glo.in l.dominus horreorum.ff.loc.&per
6 Cyn.& Bald.in l.ex diui.C.loca. † & quia in contractibus qui geruntur gratia dantis tantùm venit dolus vel lata culpa, vt in depoſito: ſi verò gerantur gratia recipientis venit dolus lata culpa leuis & leuiſsima, vt in comodato: ſi verò gerantur gratia vtriuſque, tunc venit dolus, lata & leuis culpa, vt in locato & pignore dato.l.ſi vt certo. §. nunc videndum.ff.cōmoda.l.contractus.ff.de regu.iur.l.in iudicio.C.loca.§.ſi iſ.& §.preterea.inſtit. quib. mod. re contrahi.obliga.c.j.de cōmo.niſi in locato quis acciperet cuſtodiam: quia tunc veniret leuiſsima culpa.l.qui mercedem.ff.loca. Et quia multiplex eſt ſpecies culpæ.l.quod Nerua.ff.depo.cum ibi nota.per glo.& Barto. Et in dubio pro incendio non
7 venit niſi leuiſsima culpa, † pro qua non tenetur in locatione, niſi aliàs eſſet culpabilis: ſecundū gl. ſingu.in d.§.preterea. quam ſequitur Salyc. in d.l. quæ fortuitis.C.de pigno.actio.quòd eſt verū quādo eſſet culpa in omittendo, ſecus ſi in faciendo. l. in lege aquilia. el ij.ff.ad leg.aquiliam, iuxta nota. per glo.in l.ſi mora.ff.ſolut.matrimo.& per Ange. Areti.in tracta.maleficiorum ſuper verbo, incēdiarij. Et ibi Angel.& Alexand. de Imol.conſi. l. in j. volum. Roma.conſi.cccc j.& Petrus de Ancha.cōſi.ccclix. Et premiſſa faciunt pro proceſſu Ioann. Caſtonis hoſpitis beatæ mariæ de nyonis actoris originarij contra Ioannem Garcini, Ioannem Rodulphi de bleſsis muliones caſtellaniæ oyſencij, pro quodam incendio grangiæ & feni hoſpitis: quia dicti muliones poſtquam onerauerant eorum mulos de ſale cum boterijs feni, iniunxerunt Andreæ cormerij famulo quòd iret preparare potum, & deinde dimiſerunt candelam accenſam in candelabro cooperto, & licèt pretenderetur quòd dicti muliones fuiſſent in vltima mora ſeu culpa in non faciendo ſeu omittendo candelam accenſam in ſtabulo quando iuerunt gentatum. Et ita quòd vltima mora noceat.l. illud. ff. de peri. & como.rei vend.l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad leg.iul. de vi. Veruntamen potiùs videretur preſumendum contrarium, videlicet quòd dictus Andreas famulus dicti Caſtonis fuerit in vltima culpa inquantū poſtquā preparauerat potum dictis mulionibus, ipſe debebat redire ad dictum ſtabulum, quod tamē non fuit factum, ſed ſtetit cū dictis mulionibus per ſpacium dimidiæ horæ in gentando, & ita non fuit culpa vini ſed culpa bibentis: iuxta dictum Cathonis.

ARGVMENTVM.

Remiſsio mercedis pedagij an ob bladi & victualium extractarum prohibitiones fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio ne blada extra prouinciam ducantur, an inter caſus fortuitos numeretur. & nu.2.*

Quæſtio LXII.

QVAERITVR, an propter caſum prohibitionis extractæ bladorum extra patriā vel propter caſum laxationes, repreſaliæ, ſeu marchiæ debeat fieri remiſsio mercedis firmæ ſeu arrēdamēti pedagij ſeu gabellarum. Dubium facit: quia ta-
1 lis † caſus prohibitionis bladorum eſt de iure communi, & potuit preuideri, & illi imaginari quòd poſſet contingere, & ita non poteſt dici caſus fortuitus.l.quæ fortuitis.cum ibi nota.per Bald. & Saly. C.de pigno.actio.l.contractus.ff. de re iudi. Nam pro preſeruatiōe reipublicæ poſſunt fieri tales prohibitiones extractæ bladorum & aliorum victualium, iuxta nota.per glo.Cyn.Alber.in l.ſi quis. C. de ædifi.priua.& per Cy.in l.j.in fi.C.quæ ſit long. conſuet.& per Gandi.in tractatu male. in titul. de reporta.contra.deue.quia prima charitas incipit à ſeipſo.l.preſes.C.de ſerui.& aqua. & pariter caſus laxationis repreſaliæ eſt de iure communi propter denegationem iuſtitiæ, iuxta not.per glo.& doct.in authen.ſed omninò.C.ne vxor pro mari. Sed in cō-
2 trarium facit, † quia talis caſus prouenit ex facto ſuperioris, qui fecit tale arrendamentum per eius commiſſum, & ita conductor vel emptor non tenetur de tali caſu, etiā ſi in ſe accepiſſet periculū caſus fortuiti.l.qui fundum.§.fin.ff.de crimi.l. ſi merces. §.culpæ.ff. locat. ſecundum Bartolum & Bald. in l.iij.C.de nau.fœno.& Bertha. in tractatu gabell. nona parte.quæſtion.xxiij. Et ita fuit concluſum in dicta curia Parlamenti in caſu arrendamenti dagij pontisbelli vicini habita relatiōe dominorū cameræ, vt fieret aliqualis deductio in parte, propter dictos caſus ſupra numeratos.c.propter ſterilitatē.ext. loca.l.licèt.C.loca. Et ideò pro ſecuritate iuris fiſcalis fuit etiam concluſum quòd decreto in arrendamentis iurium fiſcalium fiat mentio, quod tales arrendatores habeant renuntiare cū iuramento ſpecificato caſibus fortuitis enumerando ſpecialiter aliquos caſus fortuitos cum clauſula generali.iuxta notata per gloſſ.& doctor.in l.ſed ſi quis §. quæſitum. ff. ſi quis cau. & in l. ſi Titius. ff. de liber. & poſthum. & in l. j. C. qui re oblig. poſ.licèt talis renunciatio non ſe extenderet ad caſus fortuitos, qui de rarò cōtingunt: l.fiſtulas.§. frumenta.ff.contrahen.empti.ſecundū Bar.in l.Seius. §.medico.ff.de an.lega.& vlterius debet fieri differentia an contractus fiat per modum venditionis & emptionis: quia tunc periculum eſt emptoris.l. neceſſario.ff.de pericu.& como.rei vendi. ſecus in contractu locationis.ſecundum gloſ.in l. ſi vno.§. cùm quidam.ff.loca.de quo an ſit verum habetur ibi per Bartol. & in l.cotem ferro.§.qui maximos. ff.de publi.

ARGVMENTVM.

Ignorātiæ gratia an quis à pœnis proclamationū excuſetur.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Ignorātiæ craſſæ & ſupinæ eſt ignorare quod omnes ſciūt.*
2 *Statuta inferiorum iudicum quòd à die publicationis ligent: principum verò non niſi duobus menſibus effluxis.*
3 *A pœnis ſtatuti quomodò quis excuſetur.*

Quæſtio LXIII.

QVAE RITVR, an ratione ignorātiæ quis excuſetur à pœna commiſsi ſtatuti aut pecuniariæ prętextu prohibitionum cridarum factarū extractę bladorum, & de non emēdo pro faciendo
1 granetia & reuendendo. Dubium facit: † quia talis ignorātia videtur craſſa, ſupina, ignorare quod omnes ſciunt, aut ſcire debent. l. regula. ff. de iur. & facti ignorant. l. ſed ſi. §. proſcribere. ff. de inſtito. ſecundum glo. in l. ſi tutor. C. de peri. tuto. & in l. fin.
2 ff. de decre. decurio. & in c. j. de conſtit. lib. vj. † quia talia ſtatuta inferiorum iudicum ligant incontinē ti à die publicationis: ſecus in conſtitutione principis quę non ligat niſi poſt lapſum duorum menſiū à die publicationis: vt in authen. vt nouę fact. conſtitu. colla. v. pręterea in pœna commiſsi quis non excuſatur pretextu ignorantię, quia quis debet ſe inquirere tranſeundo de iuribus pedagij, & ſe offerre, & conſignare res ſuas. l. fina. §. diui. ff. de publica. ſecundum Bartha. in tracta. gabe. in ix. parte. q. ij. xv. xxj. xxviij. xxix. & Bald. in l. iij. C. de nauti. fe-
3 no. † Veruntamen in pœna ſtatuti quis excuſatur ratione ignorantię quando allegat cauſam probabilem ignorantię, & quia tempore publicationis erat abſens, vel eſt forenſis, & ſuper hoc ſe offerat iurare. d. l. fina. ff. de decre. ab ordi. facien. c. fin. qui matri. accuſa. poſſ. ſecundum glo. in c. cognoſcentes. de conſtitu. & ibi per Panor. Felin. licèt Gandi. in tractat. male. in tit. de re por. contra dene. referat plures opiniones ſuper hoc etiam quando quis reperitur portare bladum in itinere veniendo contra prohibitiões quis deberet puniri, de quo ibi latiùs per ipſum, & per glo. & doct. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugit. & per Bald. in l. iij. C. de nauti. fœno. Et pręmiſſa faciunt ad quęſtionem ſuper cauſa diffinita in curia communi Gration. ad inſtantiam procuratoris fiſcalis vbi Claudius de Molario parœcię verſatori, & Gulielmus lamberti eius famulus qui emerat duas ſomatas frumenti in mercato Gratio nop pro reuendēdo in mercato Alauardi: ſed quia dictus de Molario allegauit ignorantiam dictarū cridarum curię communis Grationo. & ſuper hoc pręſtitit iuramentum, & ideò fuit abſolutus in dicta curia communi, licèt in curia appellationū dicta ſententia fuit infirmata. Et conſequenter in curia parlamenti prima ſententia curię iudicis cōmunis fuit confirmata.

ARGVMENTVM.

De officiorum pluralitate.

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitate in beneficijs eccleſiaſticis reſcripta vitiari.*
2 *Pluralitas officiorum prohibita.*

Quæſtio LXIIII.

QVAE RITVR, an ſubreptio taciturnitatis alicuius impetrationis officij temporalis habeat vitiare, & an pluralitas officiorum temporalium cenſeatur prohibita, & an quando reſcriptū deuiat à comuni ſtillo cenſeatur ſuſpectū. Et in effe
1 ctu videtur dicendum quòd ſic, † quia quando taceatur in impetrātione beneficij eccleſiaſtici de alio beneficio quantūcunque minimo non valet impetratio ipſo iure. ca. poſtulaſti. c. ſi proponente. cap. cùm adeò. de reſcrip. c. cùm teneamur. de pręben. c. ſi motu. de prębend. lib. vj. niſi eſſet adiecta clauſula motu proprio, vt ibi habetur. ergo idem eſt in officio ſeculari. ſecundum glo. in l. eis quidam. C. qui mili. poſ. libr. xij. Bar. & Ioan. de Pla. hac parte. C. de prępoſi. ſacri. cubi. lib. xij. Et idem eſt in plurali-
2 tate officiorum † quòd cenſeatur prohibita. l. liber tus. §. pręſcriptio. ff. ad munici. l. fi. C. de acceſſo. & maximè quando ambo officia habent ſtipendia, quia cenſentur prohibita: ſecundum Bal. in prœmio. C. §. ideóque. ſicuti eſt prohibita pluralitas beneficiorum propter ambitionem euitandam, & nequis occupet ſtipendia alterius & victum aliorum. c. de multa. de prębe. & in extrauagan. execrabilis. ſecundum Ioan. de Pla. in l. iij. C. de digni. libr. xij. Et idem quando officia continent repugnantiam, vt quia requirunt reſidentiam: quia non poſſet deſeruire in vtroque loco. c. quia nonnulli. & c. fi. de cle. non reſi. vt quia de iure communi officiū requireret reſidentiam vel ſtatuto, vel ex conſuetudine: ſecundum Inno. ibi. Et glo. in c. gratia. de reſcri. li. vj. & pariter literę dicuntur ſuſpectę quando deuiant à ſtillo cōmuni, adeò quòd debēt remitti ad ſuperiorem. c. quā graui. de crimi. fal. ſecundum gl. in ca. ex part. el j. de reſcrip. & in c. cauſam. el ij. de teſti. Et pręmiſſa faciunt ad quęſtionem ſuper interinatione literarum domini Sebaſtiani Guiffredi militis doni officij caſtellanię goncellinij, quia in dictis literis tacetur de alio officio caſtellanię alla uardi: quod tenet dictus Guiffredi. Et pariter dictæ literę diriguntur domino cācellario ſuper receptione iuramenti, contra communem ſtillū, quia debebant dirigi domino gubernatori, & curiæ. Et ſuper pręmiſsis fuit habita relatio dominorum camerę, veruntamen maior pars inclinauit quòd interinarentur cū illa qualitate ad partem dicto Guiffredi, iniuncto vt faciat reficere literas inquātum deuiant à dicto ſtillo, pro quo eram dubius. De hac materia aliâs ſcripſi in ij. volumine cauſarū arduarum. fol. xxviij.

ARGVMENTVM.

De conſuetudine, Mortuus ſeyſiat viuum.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio ſiue poſſeſſio defuncti ad hæredem non niſi cū apprehenſione transferre iuris communis eſſe.*
2 *Conſuetudine poſſeſsionem transferre poſſe.*
3 *Conſuetudo in modo ſuccedendi attendenda, quoad collaterales.*
4 *Religioſi parentibus non ſuccedunt, & quare.*

Quæſtio LXV.

QVAE RITVR, an valeat conſuetudo, quòd mortuus ſeyſiat viuum, ſeu quòd poſſeſsio defuncti tranſeat in hęredem abſque apprehenſione: & an debeat attendi conſuetudo in modo ſucce
1 dēdi. Et in effectu de iure cōi † poſſeſsio defūcti nō

transfertur ad hęredem apprehenſione.l. cùm here
dęs,in princi.ff.de acquir.poſſeſ.etiam in ſuis hære
dibus:ſecũdũ gl.in l.miles.ff.quib.ex cau. maio.Et
notatur per doct.poſt glo.in l.in ſuis.ff. de liber. &
poſthum.& ideò non datur hæredi ex perſona pro
pria interdictum vnde vi,contra ingredientem poſ
ſeſsionem rerum hæreditariarum ante apprehen-
ſam poſſeſsionem:ſecundum Specu.in titu . de pe-
ti.& poſſeſ.§.j.Panor.in c.cùm ſuper.de cau. & poſ
2 ſe.&proprie.veruntamen ratione † conſuetudinis
poſſet transferri poſſeſsio, & diceretur artificialis.
l.raptores.& ibi Bartol.C.de epiſco.& cleric. & in
l.cùm vnus.in fi.ff.de bon.autho.iudi.poſsi. Et per
Cyn.Bald.Saly.in l.ea lege.C.de condi.ob cau. Et
per Ioan.Fab.inſti.de interdi.§.ſumma.& §.retinẽ
dæ.vbi refert conſuetudinem in partibus Franciæ
3 ſuper edicto de nouis ſeyſinis . Et pariter † debet
attendi cõſuetudo in modo ſuccedẽdi, ſaltem quò
ad collaterales.c. Reynutius.de teſta.cap.ex parte.
de conſuet.ſecus quò ad deſcendẽtes: quia per con
ſuetudinem non poſſent priuari ex tota legitima.ſe
cundum Dyn.in ca.indultum.de regu.iur.lib.vj.&
Cyn.in l.ſancimus.C.de nupt.& Barto.in l. Titio.
§.j.ff.de condi.& demonſtr.Et per dom. de Ro. in
nou.ſub rubrica.de conſuetu.deci.incipie. Fuit du
bitatum.aliàs.xviij.& de tranſlatione poſſeſsionis
vigore conſuetudinis vel ſtatuti , vide per Bald. in
rubri.de cau.poſſeſ. & proprie. & per Alexand. de
Imo.conſi.lxxxij.in ij.volum.Et præmiſſa faciunt
ad queſtionem ſuper ſucceſsione domninę Cathe-
rinę Marchę ſororis meæ relictæ nobilis Gueyradi
Riet ſcutiferi habitatoris villæ de Molinis in bor
boneſio , quæ deceſsit ſine liberis ſuperſtite fratre
& certis nepotibus ex fratribus pręedefunctis,&me
oportuit abſentare ob illam cauſam per ſpacium
vnius menſis,de hoc anno domini.M . ccccij. die
xxxj. menſis Octobris : & reuerſus die xxij. men-
ſis Nouẽbris ſubſequentis,de quo dolui propter in
terruptionẽ huius operis cœpti:ſed quia neceſsitas
non ſubijcitur legi,ideò cum breuiùs potui reuer-
ſus ſum,&intendo cum Dei auxilio cõtinuare hoc
opus nouarũ deciſionũ curię parlamenti. Delphi-
nalis.Et quia de dicta cõſuetudine ducatus Borbo
neſij obſeruatur in ſucceſſiõe collateralium quòd
nepotes ex maſculis ſuccedunt cùm patruis in ſtir-
pes,authent.ceſſante . &auth.poſt fratres.C.de le-
gitim.hæredi.&ſorores appanatæ, nec deſcenden-
tes ab ipſis non ſuccedũ textãtibus maſculis. c.j.§.
hoc autem notandũ.quifeu.da.poſ.iuxta nota. per
Bart. in l.ij.§.fina. ff. ad tertulian.& in l.fina. ff.de
4 ſuj.& legit.Et pariter † religioſi non ſuccedunt,ne
temporale deuoluatur ad eccleſiam,de quo an hoc
ſit verum habetur per Ioã.And.in regula ſine cul-
pa.de regu.iur.in lib.vj.Et per Barto.in l. cunctos
populos.C.de epiſ.& cler.& Panor.in c.quid cleri-
cis.de for.compe.Et maximè quando tale ſtatutũ
vel conſuetudo ingeſsit vinculum ante ingreſſum
religionis vel clericatum:de quo per Barto. & Bal.
in l.fina.C.de pact.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo domicilij mariti in lucris nuptialibus
an attendatur.

Quæſtio LXVI.

QVAERITVR, an in lucris nuptialibus
attendatur conſuetudo domicilij mariti, Et
dicendum eſt quòd ſic.l.exigere dotem.ff de iudic.
Et iſtud facit pro inſtrumẽto dotali dictę Catheri
nę Marchę cõfecto in ciuitate Lugduni. Quia hoc
non obſtante ſecundum conſuetudinem mariti pa
triæ borbonenſi debebat habere medietatem mo-
bilium & conqueſtarum mariti.c.ex parte.de con-
ſue.licèt ex aduerſo opponeretur,quòd iſto caſu de
bet mulier communicare dotem & alia lucra nu-
ptialia. Veruntamen fuit cõcordatum inter partes,
licet ſtante ſtatuto vel conſuetudine ſuper lucris
nuptialibus debet intelligi ſecundum numerum li
berorum primi matrimonij.iuxta.l.hac editali. C.
de ſecund.nupt.ſecundum Bartol.& Bald.ibi.

ARGVMENTVM.

Iudex cui ſpolij cauſa commiſſa eſt quod de poſſeſ
ſione cognoſcere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Pertinere uerb.latiſſim.*
2 *Iudex,delegatus an poſſit cognoſcere de poſſeſſorio & pe-
titorio.*
3 *Concluſio libelli ſemper attendenda quò ad poſſeſſorium,
& ſi petitorij mentionem fecerit.*
4 *Petitorium cum poſſeſſorio nihil commune habet.*

Quæſtio LXVII.

QVAERITVR, quando cauſa cõmittitur
ſuper ſpoliatione & occupatione alicuius ca
ſtri,quod impetrans aſſerit ad ſe pertinere,an vigo
re talis commiſsionis poſsit cognoſci de poſſeſſo-
rio.Et an cauſa poſſeſſorij & petitorij debeant co-
1 ram iudice delegato tractari. Et videretur † quòd
ſic:quia verbum,pertinere,eſt latiſsimum. l. verbũ
pertinere.ff.de verbo.ſigni.c.j.de ſeque.poſſeſ. niſi
eſſet facta commiſsio poſſeſſorij per dictionem ta-
xatiuam.l.ſi de proprietate.cum ibi nota.per gloſ.
& Bald.C.ſi à non compe.iudi.&in l.nulli.C.de iu
di.& per gl.&doc.in c.fi. de iudi.Pro quo dictũ In
no.in c.Epiſcopi.de reb. eccleſ. non alienan. vbi te
net quòd verba reſcripti ſunt latè interpretanda,
2 vt † delegatus poſsit cognoſcere de petitorio,&poſ
ſeſſorio.Et pro hoc etiam facit quod ſolet notari
per Inno. Ioan.Calde.& Panor.in c.ij.de ordin.co
gni.vbi tenent,quòd ſi actor in libello narrat reſpi
cientia petitorij & poſſeſſorij,& in concluſione cõ
cludat ad poſſeſſorium,cum clauſula iuſtitiam mi
niſtrari,poſtea poterit ſuper petitorio probationes
facere,ſed in contrarium tenet collector.noua de-
ci. Ro.in tit.de cau.poſſe.& propriet. Item ſi com-
mittatur.& Felin.in rubrica de reſcrip.licèt ibi te-
neat,quòd quando ſpoliatus dicit rem ad ſe perti-
nere videtur etiam commiſſa cognitio petitorij, li-
cèt collector tenuerit contrarium,quia illud verbũ,
3 pertinere,venit aſſeſſoriè,pro quo facit: † quia li-
cèt narretur petitoriũ ad corroborationem poſſeſ-
ſorij, tamen debet attendi concluſio libelli quò
ad poſſeſſorium , nec tenetur libellans iuſtifi-
care proprietatem etiam ſi expreſsit in reſcripto

delegatorio.c.ex parte.& ibi Panor.de for.compet.
4 & c.conſtitutus.de fil. præſby.† quia petitorium & poſſeſſorium nihil habent commune.l.naturali ter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſ.veruntamen vbi cauſa eſſet ſimpliciter commiſſa,tūc videretur commiſſa vtraque cauſa tam petitorij, quam poſſeſſorij propter cognoſcitatem,licèt iſto caſu ſit in optione actoris,à qua cauſa incipiat:ſecundum Panor.in c.j.de cau.poſſe.& proprie.de quo ibi latiùs per ipſum.Et pręmiſſa faciunt ſuper dicta cauſa ad uocata à ſenatu mediolani, & commiſſa per magnum conſilium regium pręſenti curię parlamenti ad inſtantiam domini Ioannis de Spinolis Ianuenſis contra nobiles Blaſium de Arzereto & Maria patrum,&nobiles Petrum Georgium&Anthoniū de Arzereto filios opigij eius nepotes, pretextu caſtri &territorij Serauallis in limitibus ducatus Mediolani,quia dicti de Arzereto in dicto reſcripto& commiſsione narrant de occupatione & ſpoliatione dicti caſtri facta per dictum domi. Ioannem de Spinolis de tempore domini de Arzereto patris dicti Blaſij,& aui paterni dictorum nepotum, an videatur cōmiſſa vtraque cauſa tam petitorij,quā poſſeſſorij,de qua materia fuit tactū ſuper queſtione.ccxcviij.&ſequentibus:ſecundum Barto. Ioan. de Imol.in l.j.§.ſi quis.ff.de appell. &Barto. in l.ſi quando.C.de appella. quia debet attendi iuriſditio,de qua agitur.l.precipimus.& ibi per Angel.& Sali.C.de appel.

ARGVMENTVM.

An de ſubſtantia reſcripti ſit,vt concedentis nomē & titulus in fronte ponatur.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta ſubſcriptionem quæſtoris ſeu cācellarij requirūt.*
2 *Reſcripta latiſsimè interprentanda quoad uirtutem apprehenſiuam.*
3 *Iuriſditio delegata inter eaſdē perſonas prorogari pōt.*
4 *Prorogatio de diuerſa iuriſdictionis ſpecie fieri non ſolita.*
5 *Prorogatio iuriſdictionis æque fit per actum tacitum ſicut & expreſſum.*

Quæſtio LXVIII.

QVAERITVR, an de ſubſtantia reſcripti requiratur quòd à principio ponatur nomē tituli principis concedentis,ſecundum ſeignoriam & ſuperioritatem rerum & perſonarum de quibus agitur.Et videretur dicendum quòd ſic. vt in auth. vt prępona.nom. Imper.col.v.ſecundum Hoſtien. in ſum.de reſcrip.§.quæ poſſunt opponi.dom.verſ. ſed vt ſimplicibus. & Cyn.in l.fina.C. de diuer.reſcrip.
1 † Quinimò requiritur ſubſcriptio quæſtoris, ſeu cancellarij:ſecundum glo.ibi, vt in authent. vt diui.iuſsi.co.viij.Et hoc verum in priuilegijs& gratijs arduis,aliàs ſecus:quia non ſeruatur de conſuetudine:ſecundum Bart.& Angel.ibi.Et idem in priuilegijs propriè,quia antiquitus Cardinales ſe ſcribebant:ſecundū glo.in c.cùm à nobis. de teſtib. de quo per Specul.in titu.de reſcrip. Prætereà quando princeps habet diuerſa &ſeparata dominia,quę nō ſunt vnum alteri,tunc non tenentur ſubditi obedire niſi reſpectu dominij,vbi ſunt ſubditi : ſecundū leg.& Bald.in l.iij.ff. de offi. pręſi. ſicuti etiam de Rege qui habet ducatum aut comitatum,aut Epiſcopo habente comitatum de feudo laici &contingat appellari ratione comitatus, quòd deuoluitur appellatio ad ſuperiorem comitatus.ca.romana.§. debet.de appel.lib.vj.&non ad regem.Et ita in propoſito,quia in dicto reſcripto commiſsionis, rex ſolùm intitulatur rex delphinalis,& tamen etiam debebat intitulari dux Mediolani,&dominus Ianuēſis,quia dictus de Spinolis reus originarius eſt ſubditus ianuenſis.Et ita cùm actor ſequatur forū rei. c.cùm ſit generale.de for.compe.Et dictum caſtrū de Sarauellis ſit in diſtrictu ducatus Mediolani debebat intitulari à principio reſcripti rex delphinus dux Mediolani & Ianuę. Veruntamen aliqui volunt tenere quòd ex quo in dicto reſcripto ſit mentio de domicilio partium & ſituatione dicti caſtri quòd ſatis comprehenditur in dicto reſcripto titu-
2 lus regis delphinalis ducis Mediolani, & † Ianuę, quia reſcripta ſunt latiſsimè interpretanda quò ad virtutem apprehenſiuam:ſecundum Inno.in c.Epiſcopi.de reb.eccleſ.non alie.Et Felin.in rubrica de reſcrip.Et quia dictus dominus Ioannes de Spinolis impetrauit reſcriptū cōmiſſum curiæ, & ſic non poteſt opponere defectum iuriſditionis.l.cū Papinianus.& auth. &conſequenter.C.de ſent.& inter lo.omni.iudi.Pręterea partes ſcientes litigauerunt coram curia vſque ad diffinitiuam, & ſic cenſetur prorogata iuriſditio.Nec obſtat ſi dicatur quòd iuriſditio delegata non poteſt prorogari.c.j. de offic. delega. Quia hoc verum quo ad extraneas perſo-
3 nas, † ſecus inter eaſdem perſonas : vt ibi not. per glo.& doct.c.j.de muta.petit.facit c.j.de alie. iudi. mutan.Nec obſtat ſi dicatur,quòd iuriſditio curiæ ordinarię non cenſetur prorogata,ex quo proceſ-
4 ſit autho.delegata.c.licèt.de offic.ordi. † quia prorogatio non fit de diuerſa ſpecie iuriſditionis.l. ſolemus.§.latrūculator.ff.de iudi.l.certa ratione. C. quo.appel.non.ſecundum glo.in l. inter conueniētes.ff.ad munici.& in dict.cap.j.Et Cyn.Bald. in l. repetita.C.de epiſco.& cleri.& in l.teſtamenta. C. de teſta.hinc eſt,quòd iuriſditio caſtellanorum pręſentis patriæ quæ eſt pedanea,& limitata,ſecundū domin.Gui.Pap.deci.ccxxv.Quia ad iſtud reſpondetur,quòd vbi eſſet facta talis prorogatio,intelligeretur:ſecundum naturam iuriſditionis delegatę dictæ commiſsionis, prout ſupradictum fuit.nam prorogatio iuriſditionis fit per actum tacitum ſicuti expreſſum,ſecundum Inno.in ca.qualiter&quādo de accuſa.Bart.in l.j.& ij.ff.de iudi.

ARGVMENTVM.

Filiusfamiliàs an in iudicio poſſeſſorio ſtare poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſoria cauſa momentanea dicitur, quo ad dilationes: quo ad verò ordinem iudiciarium ſecus.& nu.4.*
2 *Filiumfamiliàs iudicio ſiſti in poſſeſſorio poſſe.*
3 *Seruum abſentis nomine in iudicio ſtari poſſe,etiam ante litem conteſtatam.*

5 *Filiofamiliâs in iudicio trium perſonarum non, niſi cum patris authoritate, ſiſtere non licere.*
6 *filiusfamiliâs in cauſa peculij caſtrenſis uel quaſi ſine patris licentia ſiſtere poteſt.*

Quæſtio LXIX.

QVAERITVR, an in cauſa poſſeſſoria vnde vi, vel vti poſsidetis, filiusfamiliâs poſſit ſtare in iudicio agendo, vel defendendo, nomine proprio, & cui incumbat onus probandi filium familiâs eſſe in poteſtate patris, & patrem viuere.
1 Dubium facit: quia † cauſa poſſeſſoria dicitur momentanea l. momentariç. C. vnd. vi. Adeò & intantù† quòd minor iſto caſu poteſt ſtare in iudicio a-
2 gendo d. l. momẽtaneæ. C. qui legi. perſo. habe. ſed in defendendo: vt ibi habetur per glo. & doct. hinc
3 eſt, † quòd ſeruus nomine abſentis, poteſt ſtare in iudicio. l. j. C. ſi per vim. l. ſeruus. ff. de bo. poſ. & ita filiusfamiliâs poteſt ſtare in iudicio ante litem cõteſtatam, ſecundum glo. in l. cùm non ſolùm. §. neceſsitate. C. de bo. quæ libe. Sed in contrarium vi-
4 detur veritas in caſu iſto, † quia licèt iudicium poſſeſſorium dicatur momentaneum quò ad dilationes: ſecus quò ad ordinem iudicarium: quia requiritur libellus, & litis conteſtatio: ſecundum Barto. in d. l. momentaneæ. & in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſ. Et hoc tenet glo. in l. j. C. qui admit. ad bono. poſſeſ. Et ibi per Cyn. in ij. oppo. & Bart. in iij. iiij. xxi. oppo. & Alex. & Iaſo. ſuper. ij. glo. quia vbi concluditur contra aduerſariũ,
5 & † vbi in iudicio ſunt tres perſonæ, videlicet, iudex, actor & reus, requiritur licentia patris: quia filius non eſt integer homo, ſecundum gloſſ. in d. §. neceſsitatem alias vbi non requireretur cauſæ cognitio: requireretur licentia patris: ſecundum gloſ. in d. l. j. C. qui admit. ad bon. poſſ. de quo per Spec. in titu. de acto. §. j. verſ. ſed & ſi filius. & verſ. exigit Quinimò etiam in cauſis ſummarijs vbi proceditur ſummariè, ſimpliciter, & de plano, etiam requiritur licentia patris: ſecundum Bald. in l. nec quicquã. §. de plano. ff. de offi. procur. & lega. Licet, ſecundum dom. Guido. Pap. deci. liiij. & ccccx. de ſtilo curiæ valeat iudicium ſine licentia patris, licet contrarium ſit de iure, etiam ſi agatur vigore inſtrumenti garentigiæ, ſecundum Bald. & Pau. de
6 Caſtr. in d. §. neceſsitate. veruntamen † quãdo agitur in cauſa caſtrẽſis vel quaſi, non requiritur licentia patris: ſecundum Bartol. & Bald. & cæteros in d. §. neceſsitate. licèt gloſ. ibi aliter voluerit dicere, & idem eſt in feudo quando mouetur de homagio principis, quia dicitur caſtrenſe, ſeu quaſi caſtrenſe peculium: ſecundum gloſſ. & Bal. C. de duob. fratr. de nouo benefi. inueſti. & in dubio præſumitur durare patria poteſtas, etiam centum annis. l. fina. C. de ſacroſanct. eccleſ. ſecundum gloſ. in l. ſed & ſi de ſua. ff. de acquiren. hæredi. de quo ibi per doctor. & Cæpol. cautela cliiij. Et poteſt opponi in executione ſententiæ de tali nullitate & deffectu licẽtiæ paternæ: ſecundum Specu. in titu. de Feu. §. iuxta. verſi. item eſt nulla. Et præmiſſa etiam faciunt ad cauſam dictorum de Arzereto contra dominum Ioannem de Spinollis, prætextu dicti caſtri Sareuallis: quia dictus dominus Ioan. de Spinollis prætenditur eſſe in patria poteſtate domini Baptiſtæ de Spinollis eius patris. Nam talis exceptio deffectu licentiæ paternæ poteſt opponi in quacunque parte iudicij cum reddat iudicium nullum. l. licet. C. de procu. d. l. fin. §. neceſsitate. C. de bon. quæ libe. ca. pia. de exceptio. lib. vj. ſecundum Spec. in titu. de acto. §. j. verſ. ſed quid. & in tit. de exceptio. §. d. ver. quid. de illa, & ibi ſequitur Ioan. Andræ. in addit. Barto. & Bald. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſu. ff. de acquir. hære. Et Alexand. de Imol. in l. ſed & ſi de ſua. eo. titu. Et maximè iſtud procedit vbi filius habitat cũ patre, & eſt in quaſi poſſeſsione illius ſtatus. l. ſi filius. & l. circa. cum ibi not. ff. de proba. & per gloſſ. Barto. in l. Titia. ff. de ſolut. matrimo. & per Alex. in l. ſi emancipati. C. de colla. bon. & per Iaſ. in l. ſi prius. ff. de oper. nou. nunci. Nam vbi filius habitaret ſeorſum à patre, & publicè reputarentur ſui iuris, tunc tenet iudicium etiam ſine licentia patris l. Zenodorus. C. ad mace. iuxta not. per gloſſ. in d. l. Titia, & faciunt not. in §. prçiudiciales. Inſtit. de actio. & demùm probandi patriam poteſtatem habetur inſtitu. de pat. poteſt. in princip. & per gloſſ. in d. l. Titia.

ARGVMENTVM.

Citatione opus eſſe vbi de inſtrumentorum extractione agitur.

SVMMARIVM.

1 *Extracta ſine partiscitatione facta quòd exempla dicantur, & nullam fidem faciunt: fallit ſi extracta eſſent ab eo qui fecit.*

Quæſtio LXX.

QVAERITVR, an in extractione aliquorum inſtrumentorum ex aliquo archiuo publico in vim compulſoriæ ſiue in patria ſiue extra requiratur citatio partis ſeu eius procuratoris ad videndum extrahi, & dicendum eſt quòd ſic, aliâs nõ faciũt fidem, ſicuti de teſtibus dicitur. c. ij. c. ſignificauit. c. Albericus. de teſti. c. fin. de fid. inſtrum. l. ſi
1 quando. C. de teſti. l. publicati. C. de teſta. † quia iſto caſu dicuntur exempla quç non faciũt fidem. authen. ſi quis, in aliquo documento. C. de edend. niſi eſſent extracta per eundem notarium qui recepit, quia tunc facerent fidem. l. vnum. ff. de teſta. faciunt not. in c. accepimus. &c. contingit de fid. inſtru. c. ſi perſonæ. de præiud. lib. vj. & hoc tenẽt do. de Rot. in no. ſubtitu. de fid. inſtrumen. deci. i. & iij. Et ibi etiam tenent, quòd iſti commiſſarij qui deputantur ad extraendum, nõ ſunt niſi medij executores, & non tenentur vocare partes niſi aliter in commiſsione caueretur, & iſtud etiã facit pro cauſa dictorum de Arzereto, qui petierunt ſcribi in camera archiui ducatus Mediolani pro infeudatione ducatus Mediolani dudum facta per tunc regẽ Romanorum, & Boemiæ, Ioanni Galeas comiti virtutum, de ducatu Mediolano, & comitatu Papię, & pluribus prouincijs ibi deſignatis, vbi etiam fit mentio de caſtro Sarrauallis cum regalijs, & etiam iure infeudandi, & aliâs prout ibi pleniùs cõtinẽt, datũ Preage Anno domini milleſimo. 386. die. xiij. menſis octobris, & de iſta etiam infendatione lo-

tiõe loquitur frater Antonius in cronica, tertia parte, titul. xxij. capitu. iij. §. xxij. & ibi refert quę conſtitit plus de centum millibus florenis, & pariter de iſto Ioanne Galeas loquitur Bald. in proœmio feudorum, vbi refert plura ad laudem dicti Ioan. Gale. Ducis Mediolani comitis virtutis re & nomine. Et talis comitatus virtutum traxit originem vt fertur à Ducatu Normandiæ, & pariter petierunt ſcribi dicti de Arzereto pro alia infeudatione facta per Ducem Philippum Mediolani ſeu eius procuratorem, domino Blaſio de Arzereto patri dictorum Opigij, & Blaſij, & auo paterno dictorum nepotum ſupranominatorum de anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quinto. die viceſima ſeptima menſis ſeptembris de dicto caſtro Sarrauallis, & eius pertinentijs, ob remunerationem inſignis ſeruitij impenſi dicto domino Duci per dictum dominum Blaſium capitaneum eius armatę in iornata Gayettę ſuper captura Regis Alphonſij Aragonum & Regis Nauarrę, & certorũ aliorum principũ & magnatum, ita quòd iſta fuit iuſta & iuſtiſsima cauſa infeudationis. l. ſi pater. §. j. ff. de dona. & vlterius dictus dominus Philippus in remunerationem dedit dicto domino Blaſio de Arzereto arma ſua de vice comitibus maria, quòd poſsit portare viperam cum rotondo ſolis.

ARGVMENTVM.

Exceptione renuntiationis cum pacto de non moleſtando reintegrationem impediri.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio renuntiationis factæ poſt ſpolium quòd reintegrationem non impediat.*
2 *Renuntiatio cum pacto de non petendo reintegrandæ remedium impedit.*
3 *Renuntiatio facta ab eo cuius filij detinebantur carceribus non niſi coactu & metu facta dici poteſt.*
4 *Interdictum unde ui, hæredi & bonorum poſſeſſori datur.*
5 *Interdictum unde ui datur in hæredem in id quod ad eum peruenit.*
6 *Interdictum reintegrandæ poſſeßionis eſt annale.*
7 *Poſſeſſor uiolentus de his quæ ad eum deuenerunt quòd perpetuò teneatur.*

Quæſtio LXXI.

QVAERITVR quia de ſingulis non eſt inutile dubitare, ſecundum Ariſto. quem refert gloſſ. in l. nemo. C. de ſumma trinita. ideò quæritur ſuper dicto proceſſu de Arzereto an habeat obſtare exceptio renuntiationis per dominum Frãcum de Arzereto factæ poſt dictum ſpoliũ, & ratificatæ per eius filios, & maximè vbi interuenit iuramentum, cum pacto de non petendo, & an remedium reintegrandæ tranſeat ad hæredes, & an ſit
1 annale. Dubiũ facit: † quia licèt exceptio renũciationis factæ poſt ſpolium non impediat reintegrationem. cap. ſolite. de reſtitutione ſpoliato. hoc verũ niſi probetur de ſpontanea renuntiatione. capi. accepta. de reſtitutio. ſpoliator. cap. ſuper hæc. de renuntiatio. & ita eſt in propoſito, quia dicta renuntiatio domini Franciſci de Arzereto fuit facta ex interuallo, & in alio loco, videlicet in loco Scazani alterius iuriſdictionis quàm dicti domini de Spinolis, & ſic videtur purgatus metus, ſi quis fuerit
2 à principio. Præterea † renuntiatio cum pacto de non petendo ſeu moleſtãdo habet impedire reintegrationem: ſecundum gloſſ. cap. ex inſinuatione. de procura. ſuper verbo, canonicũm, & ibi ſequitur Panor. & domi. de Rota in nou. deciſio. ccccv. & maximè quando in inſtrumento renuntiationis fuerunt apposita illa verba, quòd ſponte & non coactus, nec dolo, nec fraude inductus, iurauit non moleſtare, ſecundum domi. de Rota. vbi ſupra, & Panormita. in dict. cap. ſolite. de reſtitutio. ſpoliato. circa finem. Sed in contrarium videtur veritas in caſu iſto: quia de tempore dictæ tranſactionis adhuc durabat metus & violentia: quia dictus dominus Franciſcus, licèt fuiſſet aductus ad dictum locum Scazani. Tamen adhuc detinebatur ſub poteſtate dicti domini Ioannis de Spinolis ſpoliatoris per interpoſitas perſonas, prout ſuper hoc depoſuit notarius, qui recepit dictum inſtrumentum renuntiationis, & certi alij teſtes,
3 & † pariter de dicto tempore detinebantur priſonerij per dictum dominum Ioannem de Spinolis nobiles Ampigius, & Blaſius, liberi dicti domini Franciſci in dicto caſtro Sarauallis, & ſic erat iuſta cauſa metus pro liberatione ſuorum filiorum. l. iſti quidam. ff. quòd metus cau. ſecundum domi. de Rota in nouis deciſion. cccclxvj. ſub titul. de renuntiatione, & ita aduerſus dictam renuntiationem fuit replicatum de dolo, & metu, & ſic non debet impedire reintegrationem: ſecundum domi. de Rota in dicta deciſione ccccv. Et licèt hoc pendente dictus dominus Franciſcus ab humanis
4 deceſſerit, † tamen interdictum vnde vi datur hæredi, & bonorum poſſeſſori. l. j. §. hoc interdictum. ff. de vi & vi armata. cap. Ilemificauerit. & ibi
5 gloſſ. de teſtibus. Et † pariter datur in hæredem in id quod ad eum peruenit. l. j. §. penultim. & l. ſequenti. ff. de vi & vi arma. l. vi pulſos. C. vnde vi. c.
6 ſi epiſcopum. xvj. quæſtion. vj. † & licèt interdictum vnde vi ſit annale. l. j. §. annus. ff. de vi & vi ar
7 mata. † Tamen de his quæ ad violentum peruenerunt tenetur perpetuò. l. j. in princip. ff. de vi & vi armata. ſecundum gloſſ. in dict. l. vi pulſos.

ARGVMENTVM.

Delegatus tam per ſe quàm per aliũ ſentẽtiam exequi poteſt etiam vi armata quo ad miſsionem in poſſeſsionem.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ poſſeſſoriæ delegari non poteſt, ut quæ mixti ſit imperij.*
2 *Delegatus principis non ſolùm per ſe uel ſubdelegatum ſententiam poſſeſſoriam exequi poteſt: ſed & ordinario ut ipſam exequatur præcipere poteſt.*
3 *Delegatus principis in cauſa ſibi commiſſa omni ordinario maior eſt. & nu. 4.*
5 *Delegatus Papæ brachium ſeculare omiſſo ordinario loci inuocare poteſt. & nu. 8.*
6 *Delegatus Papæ in poſſeßionem, niſi ſibi reſiſtatur mittit.*

7 *Delegato Papæ officiarios armatos habere minimè licere.*
9 *Sententiæ nullæ executioni reſiſtere poſſe licere : ſecus in inualida.*
10 *Iudex ordinarius pro ſuæ iuriſdictionis tuitione & ſententiæ exequendæ arma mouere poteſt.*
11 *Delegatus Papæ uel principis ſententiā manu armata executione demandari poſſunt. uſque in fin.*

Quæſtio LXXII.

QVAERITVR an delegatus Papæ ſeu principis habeat ius exequendi eius ſententiam per ſe, aut aliam etiam manu militari quò ad miſsionem in poſſeſsionem re ipſa : & an ſit maior ordinario, vt non teneatur requirere ſed præcipere: & an poſsit implorare auxilium brachij ſecularis: & an executio ſententię miſsionis in poſſeſsionem
1 poſsit delegari. Dubium facit de iure ciuili: † quia talis executio videtur eſſe mixti imperij, & ſic non poteſt delegari. l. iubere. ff. de iuriſdi. omniū iudic. Et per conſequens executio ſententiæ ſpectat ad delegantem, & non ad delegatum, etiam principis. l. à diuo pio. in princip. ff. de re iudica. & in authent. de exiben. & introducen. re collatio. v. Et ita etiam tenet gloſ. in dict. l. à diuo Pio. Sed in contrarium videtur veritas in caſu iſto in delegato principis. §. ſi verò. de exib. reis. & §. omnem. in authenti. de litigio. collat. viij. ſecundum Bartol. in dict. l. à diuo pio. in prin. quem ibi etiam ſequuntur Alexand. de Imol. quia de iure canonico eſt clarum. capitu. ſi-
2 gnificaſti. de offic. delegat. vbi etiam † delegatus principis poteſt etiam præcipere ordinario, quòd exequatur, & tenebitur ſibi parere: & pariter poteſt exequi per ſe, vel ſubdelegatum. capitu. ex literis & capit. querenti. cap. ſanè. & capit. præterea. de
3 offic. delega. † quia delegatus principis in cauſa ſibi commiſſa eſt maior quocunque ordinario: dict. capitu. ſanè. & pariter eſt maior legato de latere. capitu. ſtuduiſti. de offic. deleg. Nec obſtat l. ſi homine. ff. mandā. vbi habetur, quòd procurator generalis poteſt inhibere ſpeciali procuratori ne exequatur ſibi iniunctum per dominum: quia illud verum quando ſuperuenit cauſa iuſta de nouo, de quo per Panormita. in dict. cap. ſtuduiſti, licèt delegatus ſpecialis non poſsit compellere delegatum generalem ad exequendum, cùm habeant poteſtatem ab eodem principe, ſed debet ipſum requirere: ſecundum glo. in dict. ca. ſtuduiſti, & ibi tenet Hoſtien. Niſi talis legatus aliâs eſſet ordinarius loci, quia tunc ratione ordinariæ iuriſdictionis poſſet compelli ad exequendum: ſecundum Panormit. in dict. cap. ſtuduiſti. dict. cap. ſignificaſti. de offic. de-
4 lega. † Quia delegatus in cauſa ſibi commiſſa eſt maior quocunquè ordinario, vt ibi habetur: & fungitur authoritate Papæ ſeu principis: & quò ad illam cauſam debet honorari vt Papa. xciij. diſtinct. capit. fin. capit. ſanè. de offic. deleg. Et licèt delegatus non habeat familiam: tamē poteſt petere ab ordinario familiam ſuam pro executione dictæ ſententiæ. ſecundum Innocen. in dict. cap. ſignificaſti, & pariter poſſet implorare auxilium brachij ſecularis. capit. j. de offic. ordina. Ex hoc tenet Specu. in titu. de iudi. delega. §. ſequitur, verſi. nunquid. licèt de ſtillo curiæ Romanæ requiratur quòd hoc ſpecialiter exprimatur in reſcripto: ſecundum Archid in cap. vt officium. de hære. libr. vj. vbi videtur ſpeciale in inquiſitore fidei, vt poſsit implorare auxilium brachij ſecularis, veruntamen communiter te-
5 netur, † quòd etiā delegatus Papæ poſsit inuocare brachium ſeculare ad euitandum circuitum, clem. auditor. de reſcript. aut ſaltem poterit compellere ordinarium vt illud imploret: ſecundum Panormita. in dict. capitu. ſignificaſti, & pariter poterit exequi manu militari. ſecūdum l. ſi quis miſſus.
6 ff. de vi. & vi. ar. Et pariter † poterit remittere in poſſeſſionem dummodò aliquis ſibi non reſiſtat: ſecundum Innocen. in dict. cap. ſignificaſti, ſed non poteſt indicere bellum contra reſiſtentē: quia eſt reſeruatum principi. xxiij. quæſt. iij. cap. j. & cap. ij. ſed debet tunc recurrere ad auxilium ordinarij & brachij ſecularis, & hoc dictum communiter: ſecundū
7 Panormita. in dicto cap. ſignificaſti: quia † delegatus Papæ non poteſt habere officiarios armatos, quia eſt ſpeciale in inquiſitore hæreticæ prauitatis, cle. ij. de hæreti. Archid. verò in can. adminiſtrato-
8 res. xxiij. q. v. tenet † ꝙ delegatus Papæ poteſt inuocare auxilium brachij ſecularis omiſſo ordinario loci, & Frederic. de Sen. conſi. clxiij. & Cardin. Flore. in cle. j. de offic. deleg. in x. quæſt. vbi tenet, quòd quando executio eſt fienda in rebus laicorū, tunc debet requirere auxilium poteſtatis ſecularis: ſi verò agatur de rebus eccleſiaſticis tūc poteſt exequi per ſe, & ſi nō poteſt, inuocet iudicē ordinariū, & in defectum brachium ſeculare, de quo per Gemi. in cap. vt officium. §. denique. de hære. lib. vj. Et Pau. de Caſtr. conſi. xxxix. incipiente, Viſis actis. & Fel. in dict. cap. ſignificaſti. de offic. delega. vbi refert Ange. in l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. Et in l. ordo. C. de execu. rei. iudi. quòd delegatus non poteſt mouere arma, & Inno. in cap. cùm olim. el ij. de priuile. Licèt ibi aliter loquatur: quia quando proceſsit ſententia ſuper re de qua fit executio, tunc delegatus poteſt mouere arma aliâs non, & ita tenet Feli. in dict. cap. ſignificaſti. allegans gloſſ. in c. ex
9 literis. de offic. delega. † vbi quando ſententia eſt nulla, poteſt reſiſti: ergo ſecus vbi eſt valida. c. paſtoralis. §. quia verò. de offic. delega. & idem eſt in miſsione in poſſeſsionem vt delegatus poſsit facere, pro quo facit quod voluit Inno. in cap. j. de mutu. peti. quādo clericus litigat coram iudice ſeculari, quòd tunc iudex ſecularis poteſt exequi eius ſententiam in bonis clerici: ergo idem eſt & contra, & pręmiſſa procedunt, ꝙ poſsit fieri executio manu militari: iuxta l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. in ſubſidiū prius facto præcepto & cum debito interuallo temporis: iuxta nota. per gloſſ. & docto. ibi, & per Bart. & Alexand. de Imol. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. & domi. Guid. Pap. ſuper ſtatuto, ſi quis per literas. ſuper verbo, manu militari, licèt ibi teneat quòd delegatus non poſsit exequi manu militari ſine ſpeciali mandato principis, licèt de ſtilo & conſuetudine huius curiæ poteſt exequi manu militari, & etiā per viā repreſalię, ſeu marchyæ. iuxt. not. per gloſſ. & doct. in authen. & omninò. C. ne vxo. pro mari. & per domi. Guid. Pap. deciſi. xxij. & xxiij. vide etiam de materia, per gloſſ. & doctor. in cap. ſi quis contra clericum. de offic. ordi. Et pręmiſſa etiam faciunt ad quæſtionem ſuper executione ſententię latæ ad vtilitatem dictorum de Arzereto ſu

?ereto ſuper reintegratione dicti caſtri Sarauatis ſi poſsit exequi via militari. vide etiam Panormit. in capitu. de cętero. de re iudi. & Barto. in l. hoſtes.
10 ff. de capti. & poſtli. reuer. † vbi iudex pro defenſio ne ſuæ iuriſdictionis & executione eius ſententiæ poteſt mouere arma: & tale bellum non dicitur pu blicum ſed priuatum, nec habent locum iura poſtli minij: nec efficiuntur bona capientium, & per Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia & iur. Et per Innocen. & Panormita. in cap. ſicut. de iure iurand. veruntamen gloſſ. in l. ſi quis miſſus. ff. ne vis fi. ei qui miſs.
11 in poſſeſs. tenet quòd † delegatus Papę vel principis habet facultatem exequendi ſententiam ejus manu militari, & ibi ſequitur Barto. reprobata glo. in dict. l. à diuo pio. in princip. ff. de re iudica. Et talis executio manu militari nedum habet locum quādo ſententia eſt lata in actione reali, ſed etiam in interdictis, aut in alia actione: ſecundum Bal. in dict. l. qui reſtituere. ff. de rei vendica. Nec obſtat l. j. C. de offi. milit. iudi. vbi pro negotijs priuatis non debet implorari tuitio militaris: quia hoc verum, niſi in ſubſidium: quia primo debent deputari apparitores, & nuncij, pro executione ſententiæ, & vbi non ſufficiunt, tunc poteſt fieri congregatio gentium in armis pro executione dictæ ſententiæ. facit l. non eſt ſingulis. ff. de regu. iur. & pro pręmiſsis facit quod habetur per Innocen. in capitul. cùm olim el ij. de priuileg. ſuper verbo, per portatium. vbi facit differentiam quando deputatur executor Papę vel principis alicuius actus, non præcedente ſententia: quia tunc non poteſt exequi per violentiam, ſi reperiat reſiſtentem: ſecus vbi deputaretur executor poſt ſententiam latam: quia tunc poſſet exequi cum armis, & ita tenet Panormit. in capi. de cętero. de re iudica. & Alexand. de Imol. in dict. l. à diuo pio. in princi. in viij. colum. ff. de re iudica. vbi loquitur in legato principis & Ioann. de Imol. in l. iuſtè. ff. de acquirend. poſſeſsio. ſed Felin. in dict. capitu. de cætero. videtur tenere in delegato principis quando fit executio manu militari, quòd debet committere ordinario loci, qui habet merū & mixtum imperium limitando, per ipſum dicta in capitu ſignificaſti. de officio delega. vide Ioan. Fabr. in l. j. C. de offic. militari. iudi. vbi tenet quòd delegatus principis non poteſt exequi ſententiam manu militari, ſed ordinarius ſic per eius executores, ſed non poteſt indicere bellum pro executione ſententiæ, ſine mandato principis, ibidem tenet, quòd clerici implorando auxilium brachij ſecularis non incurrunt irregularitatem.

ARGVMENTVM.

Cauſam ſi princeps Senatui decidendam commiſerit, an cauſa hęc delegata cenſebitur, & ab ea ſupplicari vel appellari poterit.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ubi per principē curiæ Parlamēti cōmittitur, & cauſæ natura alteratur, quòd curia ut delegata cognoſcat.*
2 *Appellari à delegato ad delegantem regulare.*
3 *Præfecti pretorio loco Senatorum ſunt.*
4 *Præfecti pretorio maioris prærogatiuæ ſunt, quàm Cardinales.*
5 *Cardinalium collegium Senatui æquiparatur.*
6 *Famæ reſtituere collegium Cardinalium poteſt.*
7 *Cardinales cauſas appellatione remota committere minimè poſſe.*
8 *Præfectos pretorio & ſtatuere & leges condere poſſe.*
9 *Iuriſdictionis natura prorogatione non alteratur.*
10 *Iuriſdictio prorogata quòd ad ſucceſſorem in officio tranſeat.*

Quæſtio LXXIII.

QVAERITVR quando committitur cauſa per principem curiæ Parlamenti an cenſeatur cauſa delegata, & an iſto caſu debeat ſupplicari, vel appellari, & quid in ſubdelegato. Et in effectu vbi committeretur cauſa inter ſubditos, & non alteraretur natura cauſæ, tunc potiùs diceretur excitata iuriſdictio ordinaria, quàm delegata.
1 capitu. licèt de offic. ordina. † ſi verò alteraretur natura cauſę, vt quia opponeretur clauſula, quòd procedatur ſummariè, ſimpliciter & de plano, tunc diceretur iuriſdictio delegata, vt ibi habetur, & in l. ſæpè audiui. ff. de offic. præſid. & per Pau. de Caſtr. Iaſon. in l. & ſi prætor. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdict. Et per Bald. in l. ius ciuile. ff. de iuſtitia & iur. & per Paul. de Caſtr. & Alexand. de Imol. in l. j. §. opus nouum. ff. de oper. noui nunciatio. & quādo quis habet duplicem poteſtatem, an in dubio videatur vti poteſtate ordinaria, vel delegata, habetur per Innocen. & Panormita. in capitu. cum ex offic. de præſcriptio. Si verò cauſa fuerit commiſſa curiæ Parlamenti inter extraneos, iſto caſu curia cognoſcit authoritate delegata, cùm non habeat aliundè iuriſdictionem, inter partes. dict. l. & ſi prætor. quia non inſpicitur authoritas delegati, ſed delegantis: ſecundum Bald. in authenti. ſi quis litigantium, circa finem. C. de epiſco. audien. Adde Angel. in l. præcipimus. C. de appellatio. quando pręfectus præſi. cognoſcit vt delegatus non vt iudex. Iaſon. in l. ſi quis. C. de prec. Imperato. facit in ſimili Barto. in l. epiſcopale. C. de epiſco. audien. Et
2 regulariter † appellatur à delegato ad delegantē. l. j. ff. qui. & à quo appella. l. præcipimus. C. de appellatio. Licèt quando committitur inferioribus iudicibus per principem, tunc appelletur ad principem, licèt cognoſcat pręfectus pretorio vt quęſtori vt ibi habetur dict. l. præcipimus. quia princeps eſt occupatus alijs negotijs: ſecundum Bart. in l. fi. §. j. ff. quis & a quo appel. & iſtud facit pro ſtillo præſentis patriæ, quando princeps committit cauſam alicui Vicebaillivo vel alteri iudici ordinario, & cōtingat appellari, tunc non appellatur ad principem delegantem ſed ad iudicem appellationum, vel ad curiam Parlamenti: veruntamen in caſu iſto quando delegatur cauſa curiæ Parlamenti, tunc quia competit iuriſdictio vt vniuerſis, & vt collegio, & non vt ſingulis, iſto caſu videretur prohibita appellatio, tanquàm lata à Senatu. l. j. in princip. ff. a qui. appella. non lic. ſicuti dicitur de cauſa commiſſa collegio Cardinalium, quia non appellatur: ſecus ſi eſſet commiſſa Cardinali ſeparatim. Quia tunc bene appellaretur ad Papam. capitul. Reinucius. capitul. Raynaldus. de teſtament. ſecundum Specu. in tit. de appella. §. videndū reſtat.

3 & Bald.in l.j.ff.de offic.præfect.præto. † quia pręfecti pretorio ſunt loco Senatorum:ſecundum glo. in dict.l.j.Et licèt ſecundum gloſſ.ibi æquiparan-
4 tur Cardinalibus: tamen ſecundum Bald.† pręfecti prætorio habet maiorem prærogatiuam, cùm non appelletur ab eorum ſententijs:ſecus à ſententia Cardinalium in particulari,quia bene appellatur: niſi eſſet cauſa commiſſa appellatione remo-
5 ta:ſecundum Bald.ibi.Nam † collegium Cardinalium æquiparatur Senatui.capitu. Conſtantinus.
6 xcvj. diſtinctio.xvj. quęſtio.j.† Et poteſt reſtituere ad famam:ſecundum Innocen.in capit.cum te. de re iudica.& Bartol.in l.j.§.de qua. ff.de poſtuland. & maximè ſede vacante: ſecundum Barto.in l.infamen.in fine.ff.de public.iudi.De quo per Panormita.& Felin.in dict.capit.cùm te. Et per Felin.in rubrica de conſtitutio.Et per Barba.in tractat. de pręſtant.Cardin.in v.quęſtio.ij.part.Nam Cardinales in particulari non habent aliquam iuriſdictionem in vrbe, niſi cauſa eis committatur per Papam:ſecundum Speculato.in tit.de concep.
7 libel.§.iam videndum.verſicu. Cardinales. † Nec poſſunt committere cauſas appellatione remota, aut quòd procedatur ſummariè etiam in legato de latere, ſecundum gloſſ.in. capitul.fina.de hæret. lib.vj.ſecus in præfectis pretorio:ſecundum Salyc. in l.fina.C.de ſenten.& interlocutio.omniũ.iudic. cùm habeant poteſtatem ſtatuendi,& legem condendi.l.forma. C.de offic.pręfect.pręto cùm ſint de maioribus & ſublimioribus iudicibus: ſecundum glo.& Bartol.in l.j.ff.quod qui.iur. Et ita eſt in propoſito in cauſa dictorum de Arzereto commiſſa dictæ curię Parlamenti: quia videtur reſeruata pręrogatiua præfectorum prætorio cum cauſa fuerit commiſſa collegio ſicuti de collegio Cardinalium dicitur, prout ſupradictum fuit:ſecundum Barthachi.in reperto.ſuper verbo,appellatio à Papa.Et quia dicta cauſa fuit aduocata à Senatu Mediolani, vbi etiam non eſt locus appellationi. Adde Iaſon.in l.ſi quis.C.de precib.Imperato.offer. quãdo prorogatur iuriſdictio pręfectorũ pretorio. vel eis committitur cauſa,quòd tunc non appellatur ſed ſupplicatur.allegat.l.epiſcopale. C.de epi-
9 ſcop.audi.quia † iuriſdictio prorogata eſt eiuſdem naturę ſicut prima.facit gloſſ.in capitu.j.& Guid. de offic.delega. ſed ſupplicationi. authentic. quæ ſupplicatio.C.de precib.Impera.offe.capitu.ex literis.& capitu.cùm ex literis.de in integr. reſtitutio. & ſic debet attendi ſtillus tam dicti Senatus quàm iſtius curiæ: iuxta nota.per gloſſ.in capitul. illud.xij.diſtinctio. Nam videtur ſeruata dignitas & prærogatiua iudicis cui committitur cauſa,cum fuerit facta commiſsio ſub nomine dignitatis.cap. qui Abbas.de offic.delega.cap.paſtoralis.§.prete-
10 reà de offic.ordina.Et † ideò iuriſdictio prorogata tranſit ad ſucceſſorem, in officio: ſecundum Ioan. Imol.in cap.nouit.de offic.delega.Nec obſtat pręmiſsis,ſi dicatur, quòd quando cauſa committitur alicui iudici ſeu habenti dignitatem, non attenditur dignitas delegati, ſed delegantis.l.& ſi pretor. ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdict.& ideò non cognoſcit vt ordinarius,ſed vt delegatus, & ſi appelletur ab ipſo, appellabitur ad delegantem: ſicuti quando committitur cauſa per iudicem laicum Epiſcopo:ſecundum Bald.in authentic.ſi quis litigantium.C.de epiſco.audien.facit quòd habetur per Bartol.in l.ſi quando.C.de appellatio.& in l.j. §.ſi quis.ff.de appellatio. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd etiam debet attendi qualitas, & dignitas iudicis delegati, cùm cauſa committitur:ſecũdum Ange.in l.precepimus.C.de appellatio. ſicuti de iuriſdictione prorogata dicitur, quia eſt eiuſdem qualitatis & naturę adeò quòd ſi per prius prohibebatur appellari: ergo idem in iuriſdictione prorogata.l.epiſcopale.& l.ſi qui.& ibi per Cy. in. vij.queſt.C.de epiſco.audien.l.ſed ſi manent.ff. de pręca.Et ita eſt in propoſito:quia dicta cauſa dictorum de Arzereto fuit aduocata à Senatu Mediolani,vbi prohibebatur appellari.Et pariter fuit commiſſa in hac curia Parlamenti, vbi etiam prohibetur appellari, & licèt Salyce.in dict.l.pręcipimus.verſicu.ſanè.C.de appellatio.videatur tenere in pręfectis pretorio, quando princeps committit eis cauſam ꝙ debeat attẽdi iuriſdictio delegata,de qua agitur,& ſic quòd debeat appellari ad delegãtem: ſecus ſi procederent iure ordinario,quia tunc non appellatur ſed ſupplicatur.l. proconſulibus. C.de appellatio.veruntamen illud poſſet procedere, vbi cauſa committeretur in particulari:ſecus ſi in communi,tanquàm curię Parlamenti, prout ſupradictum fuit: attamen materia non eſt ſine dubio,& ideò vellem informari de ſtillo cancellariæ, quãdo committitur cauſa alicui Parlamento ſi ſit locus appellationi vel ſupplicationi.

ARGVMEMTVM.

Cauſa ſi habenti iuriſdictionem delegetur, licèt partes de ſua iuriſdictione non ſint, ſi delegatio nõ valeat, an valebit proceſſus prorogatę iuriſdictionis ratione.

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio errore facta non valet.*
2 *Cauſa ſi habenti iuriſdictionem committatur quòd non vt ordinarius ſed delegatus procedat.*
3 *Proceſſus factus coram iudice delegato nõ habente iuriſdictionẽ partibus ſcientibus nõ valet. Itẽ nec prorogatio.*
4 *Senatus ſeu Parlamenti curia ubi ex prorogata iuriſdictione cognoſcit, quod non appellationi, ſed ſupplicationi locus ſit.*

Quæſtio LXXIIII.

QVAERITVR quando cauſa delegatur alicui aliàs habenti iuriſdictionem, licèt talis cauſa ſeu partes non ſint de iuiriſdictione, aut ſi non teneat delegatio,an tenebit proceſſus ratio-
1 ne iuriſdictionis prorogatę. Dubium facit † quia non tenet prorogatio per errorem facta.l.ſi per errorem.ff.de iuriſdictio.omniũ iudic.facit cap.cùm ſuper.de offi.delega.Et ita videtur tenere gloſ.ij.in c.j.de offic.deleg.Et ita per Ioã.de Imol.& Panor. ibi in ij.notabili.Et per hęc facit l.& ſi pretor. cum ibi not.ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſdi.vbi quã-
2 do † committur cauſa alicui habenti iuriſdictionem, quòd tunc procedit vt delegatus, & non vt ordinarius,& maximè vbi cauſa delegatur vni tertio, aliàs habenti iuriſdictionem ordinariã, qui nõ ſit ordinarius partiũ.iuxta no.per Feli.in c.cũ ex officijs.de preſcrip.Sed in cõtrariũ tenet glo.in l.j.C. qui pro-

qui pro tri.iuriſdictio.iudic. dar.poſſ.quam ibi ſequuntur Bartol.Baldus,Salyce.Paulus de Caſtro. quòd eſt verum quãdo per acta apparet,quòd fuit proceſſum tanquam coram ordinario, aliàs ſecus: ſecundum Doctores ibi.Et per hæc reſpondetur, ad gloſſ.ſecundam in dict.capit.j.& g.quia ibi fuerat proceſſum tanquàm coram delegato,& ſic non poterat fieri prorogatio: ſecus ſi fuiſſet proceſſum tanquàm coram ordinario:quia tunc benè teneret prorogatio.Et in dubio cẽſetur electa via, per quã teneat actus.l. quotiens.ff.de reb. dubi.ſecundum Ioann. Andr.& Panormita.in dict..capit.cùm ex officij.de præſcriptio.Et ibi etiam habetur quando quis poteſt vti duplici authoritate videlicèt delegata,& ordinaria,an electa vna via poſsit redire ad aliam. Nec obſtat dict.l.ſi per errorem: quia ibi loquitur quando eſt error in fundamento iuriſdictionis:ſecus autem ſi ignoret qualitatem iuriſdictionis prorogatæ:dum tamen ſciat ſe aliàs iuriſdictionem habere.l.ij.§.conuenire.ff.de iudi.ſecundum Ioann.de Imol.& Panormita.in dict.capitu. j.& g.Et ita non obſtant notata per Barto.in l.multum intereſt.ff.de conditio.& demonſtration.De qua materia habetur etiam per Bald.in l.eum qui. ff.de iuriſdictio.omni.iudic.Et per Alexã.de Imol. Iaſon.in d.l.ſi per errorem.eodem titu.Et per Pau. de Caſtr. Ioſon.in dict.l.& ſi prætor.ff.de offic.cui

3 mand.eſt iuriſdi.† Vbi verò delegatio eſſet facta inutilis alicui non habenti iuriſdictionem. Et partes ſcienter litigaſſent coram tali delegato non teneret proceſſus,nec valeret prorogatio:quia priuatorum conſenſus non tribuit iuriſdictionem.l. priuatorum.C.de iuriſdictione omnium iudic. ſecundum gloſſ.& Bald.& cæteros in l.j.C.de pedan.iudic.& Bal.in dict.l.eum qui. Et præmiſſa faciunt etiam ad quæſtionem ſuper cauſa diffinita dictorum de Arzereto, quia vbi non teneret delegatio facta curiæ Parlamenti, ſaltem teneret proceſſus in vim prorogationis iuriſdictionis ordinariæ prout ſupradictum fuit,&(per hæc limitantur & declarantur quæ fuerunt ſupra tacta, deciſione.lxvij.Et

4 iſto caſu † quando curia cognoſcit ex iuriſdictione prorogata non eſt locus appellationi, ſed ſupplicationi: quia eſt eadem iuriſdictio cum prima. iuxta not.per gloſſ.in dict capitu.& gloſſ.in fin.de offic.&pote.iudi.deleg. & Cy.in l.ſi qui.C.de Epi. audi.circa finem.

ARGVMENTVM.

An à ſententia Senatoris hodie ſicut & antiquitùs appellari non poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Senatoris ſententia antiquitùs non appellabatur.*
2 *Senator Romæ hodie non niſi unus eſt.*
3 *Senatus leges condendi poteſtatem antiquitùs habebat.Item & in integrum reſtituere.& nu.5.*
4 *Præfectus prætorio leges condere hodie poteſt.*
6 *Senatus loco collegium Cardinalium ſuccedit.*

Quæſtio LXXV.

QVAERITVR an hodie à ſententia Senatoris prohibeatur appellari, ſicuti antiquitùs quando erant centum Senatores.l.item veniũt. §.cùm prædiximus.ff.de petition. hæred.l.fina. C.

1 eodem titul. † quia antiquitùs non appellabatur à ſententia Senatorum. l. j. ff. à quibus appellare

2 non licet. Licèt hodie † non ſit niſi vnus ſenator in vrbe inſtitutus per Papam.capitu.fundamenta. circa finem de electio.lib.vj. Et talis ſenator ſecũdum Cyn.in dict.l.fina.C.de petitio.hæredi. habet ſimilem prerogatiuam vt non poſsit appellari, ſub dubio fortè.Et ita videntur tenere Angel & Ioan. de Imola in dicta.l.j.ff. à quibus appella.non licèt. Licèt Speculat.aliter videatur tenere in titu.de

3 appellatio.§. videndum reſtat. † nam antiquitùs ſenatus habebat facultatem legem condendi.l.nõ ambigitur.ff.de legib. licèt hodie iſtud ſolùm ſpectet ad imperatorem.l.fina.C.de legib.Secus in pre

4 fecto pretorio † qui habet authoritatem legem cõdendi : ſecundum gloſſ.ibi, quia facit authoritate

5 principis.l.formam.C.de.offic.præfect præto.† Et pariter antiquitùs ſenatus poterat in integrum reſtituere aduerſus famam.l.j.§.de qua. ff.de poſtu.

6 Et hodie collegium † Cardinalium ſuccedit loco ſenatus,& poteſt in integrum reſtituere,ſecundum Bartol. ibi in l. infamen. ff. de public.iudic.& per Innocen.in capitu.cùm te.de re iudica.de quo ibi per Panormita.& Felin.facit capit.Conſtantinus. xcvj.diſtinctio,& in capitu.eccleſia.xvj.quæſtio.j. Et per gloſſ.in capitu.j.de ciſ.libr.vj.

ARGVMENTVM.

Sententia lata ſi poſſeſſor deſierit poſsidere an ſententia contra eum exequi poſsit, & quid ſi tertius ſe opponat, an audiatur.

SVMMARIVM.

1 *Tertius opponens ſe executioni ſentẽtiæ reintegrandæ quod audiatur etiam ſi de proprietate opponat.*
2 *Litis pendẽtiam in poſſeſſorio rem litigioſam non facere, quomodò accipiendum.& nu.3.*
4 *Delegatus contra tertium qui in fraudem alienauit cognoſcere poteſt item & connexitatis ratione.*
5 *Iudex contra tertium ſi poſſeßio non uacabat,ſententiam executioni mandare poteſt.*
6 *Tertius in executione ſentẽtiæ non auditur opponens,ſi sit calumniæ præſumptio.*

Quæſtio LXXVI.

QVAERITVR quando lite pendente aut poſt ſententiam latam in poſſeſſorio aut petitorio quis deſinat poſsidere , an poſsit exequi ſententia contra talem poſſeſſorem, & maximè quando eſt lata ſententia pretextu reſcripti delegatorij,& an admittatur tertius ad inpediendum executionem ſententiæ latæ ſuper poſſeſſorio. Dubium facit:quia tertius ſemper debet admitti ſuper executione ſententiæ.l.à diuo pio.§.ſuper rebus.ff. de re iudica.capitu.veniens.el.ij.de teſtib.capi.cùm ſuper.cum ibi nota.de re iudic.quia regulariter res inter alios acta alijs nõ habet præiudicare.c. quam uis.eod.tit.l.ſæpè.cum ibi nota.ff.de re iudi.& eod. titulo.C.res inter alios acta & maximè in interdicto reintegrandæ,vbi dominus ſeu tertius auditur de iure proprietatis ad impedi ẽdũ reintergrationẽ.

l.bona fides.ff.depo.ſecundum gloſſ.in cap.in lite-
ris.de reſtitu.ſpoliato.in fin. Nec obſtat quòd talis
reus deſierit poſsidere,quia non debet fieri executio contra tertium,niſi diſcuſſo principali.ſecundũ
Bart.in l.j.§.ſi neceſſario.ff.ſi muli.ven.nom.& in
l.ſi is à quo.§.j.ff.vt in poſſeſ. lega.& in dict.l.à di-
uo pio.§.ſi ſuper rebus.& in repe.l.creditores. C.de
pignori.& maximè in caſu iſto quando agitur ſu-
2 per poſſeſſorio,vbi † res non efficitur litigioſa per
litis pendentiam.ſecundum gloſſ.in cap.j.de con-
firmatio.vti.vel inutil. Sed in contrariũ videtur ve
ritas in caſu iſto.quia iudicium poſſeſſorium vide-
tur eſſe reale, maximè quando quis ſcienter ſucce-
dit in vitium rei inuaſæ.ca.ſæpe.de reſtituti.ſpolia.
l.vitia.C.de acquiren.poſſeſsio. Et ita non obſtat.l.
cùm à te.ff.de vi,& vi,arma. Et iſtam partem tenet
Cyn.in l.j.C.de ali.iudic.muta.cau.in viij.quęſt.&
Baldus in l.ob maritorum. C. ne vxor.pro marit.
& in l.certa.C.vt in poſſeſsion. lega.quando poſt
litem motam reus deſijt dolo poſsidere.l. Chyro-
graphis.§.fin.ff.de adminiſtr.tut.& ſequitur Pau.
de Caſtr.in dict.§.ſi ſuper rebus.& maximè quan-
do fuit ſolùm alienata ſeu tranſlata poſſeſsio: ſecũ
dũ Bal.Saly.in l.ignoti.C.de reuo.his quæ in frau.
credi.aliena. Nec obſtat gloſſ.in dict.cap.j.de con-
3 firmat.vti. vel inuti. † Quia.bene verum eſt,quòd
per litem motam ſuper poſſeſſorio, res non effici-
tur litigioſa, quò ad proprietatem, ſecus quò ad
poſſeſsionem:ſecundum Panormit.ibi, & ita pro-
ter vitium litigioſi bene poteſt fieri executio contra
tertium:ſecundum Barto.in l.j.ff.de litigio.& in l.
fin.C.eod.titu.& Ang.in authent.de litig.in princ.
col.viij.& Alexan.de Imol.in dict.§.ſi ſuper rebus.
Nec obſtat ſi dicatur, quòd iudex delegatus inter
certas perſonas non debet cognoſcere inter alios.
cap.j.& gloſſ.de offic.delegat.quia forma manda-
ti debet attẽdi.l.diligenter.ff.mãdat.ſecũdũ Saly.in
l.ſi vt proponis.C.quomodò & quã.iudi. Quia ad
4 iſtud reſpondetur ꝙ eſt ſpeciale in caſu iſto,† vt delegatus poſsit cognoſcere etiam contra tertiũ, quã
do alienatur in fraudem.cap.j.vbi caſus, de aliena.
iudi.mutan.dca.quia.de iudi.& hoc ratione conne
xitatis etiam delegatus poteſt cognoſcere contra
tertium:ſecundum Innocen.in cap.veniens.de ſpõ
ſa.Panorm. Felin.in dict.cap.veniens.el.ij.de teſti.
5 Pręterea † etiã ſentẽtia lata ſuper aliqua re de qua
fuit cognitum mandatur executioni contra tertiũ
quando poſſeſsio non erat vacans:ſecundum Inn.
in dict.cap.veniens.quem ſecuntur cõmuniter Do
ctores & Bartol.& cæteri in.§.ſi ſuper rebus. Et ma
ximè quando talis tertius ſciuit cauſam agi,& non
ſe oppoſuit: quia tunc ſibi fit præiudicium in exe-
cutione ſententiæ,ſaltem quò ad poſſeſsionem: ſe-
cundum gloſſ. Innocen.& cæteros in dict.capitul.
cùm ſuper.de re iudic.& in dict.capitu.veniens.&
Ioann.de Imol.in l.à ſententia.ff.de appallationi.
ita quòd non ſit locus cautioni idemnitatis. iuxta
l.is à quo.ff.de re iudic.& in l.penultim.ff.de peti-
tion. hæred.ex quo talis tertius non interuenit in
lite:ſecundum Felin.in dict.capitu.veniens. Et ma
ximè probando quòd de tempore litis dictus ter-
tius non poſsidebat: ſecundum domin.de Rota in
nouis.deciſio.de re iudic.deciſio.penulti.& vlti. Et
ita etiam tenet Cardina. Flo.conſil.ix.in titu.de re
iudi. Non obſtat quòd ſupradictum fuit, quòd nõ
ſolùm tertius admittitur pro ſuo intereſſe ſuper exe
cutione ſententiæ,quãdo fuit actum in petitorio,
ſed etiam in poſſeſſorio:ſecundum gloſſ.in d.ca.in
literis de reſtitutio.ſpoliato.& Lap. allegati.xxvj.
& domi.de Rot.in deciſio.ccccxix. quos refert Fe
lin.in dict.capit.veniens. Quia ad iſtud reſponde-
tur,quòd hoc verum niſi tale ius ſit connexum cũ
iure ſpoliantis,ita quòd non poteſt opponi per ter-
tium,quin inferat commodum ſpolianti,quia iſto
caſu non admittitur tertius ad impediendum reſti-
tutionem:ſecundum Innocen.in c.veniẽs.de ſpon
6 ſa.& † maximè non debet adiri tertius ad impe-
diendum executionem ſententiæ:quando eſt præ-
ſumptio calumniæ contra talem tertium: ſecundũ
gloſſ.& not.in cap.ſuper eo.de offic.delega. etiam
ſi offeratur probatio incontinenti: quia non ſuffi-
cit offerre,niſi probetur:ſecundum gloſſ. in cap.ſu
ſcitata.de in integ.reſtit.& Feli.in dict.cap.veniẽs.
facit quod habetur per Inno.& Panorm.in c.poſt
electionem.de conceſ.præben. Et præmiſſa etiam
faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa diffinita dicto
rum de Arzereto contra dictum dominum de Spi
nolis ſuper interdicto reintegrandæ prætextu dicti
caſtri Sarallis,quia vt fertur dictus dominus Ioan-
nes de Spinolis deſijt poſsidere in perſonam domi
ni Baptiſtæ de Spinolis eius patris. Et pro pręmiſ-
ſis facit quod habetur in cap.j.& ij.vt lite penden-
te.libr.vj. Et in regula cancellariæ.xxvij.& ibi per
gloſſ.& per Cardina. Flore.in clemen.j.de re iudi.
in iiij.quęſt.quòd quando ſunt latę tres ſententię
conformes, an admittatur tertius pro ſuo intereſ
ſe. Et per domi.Guido.Papę in ſtatuto ſi quis per li
teras.ſuper verbo, clandeſtinę, ad remedium dicti
ſtatuti competat contra tertium poſſeſſorem, & in
capitu.reintegranda.iij.quęſt.j.& l.ſi coloni.C. de
agrico.& cenſi.libr.xj.

ARGVMENTVM.

Petitorium an & quando coram iudice eccleſiaſtico intentari poſsit, poſſeſſorio coram alio iudice pendente.

SVMMARIVM.

1 *Continentia cauſæ non diuidenda.*
2 *Poſſeßionis & proprietatis cauſam coram uno & eodem iudice tractari debere quomodo intelligendum. & numero 4.*
3 *Poſſeſſorio petitorium ſuſpẽdi: fallit, ſi inter diuerſas partes agatur. & num. 5.*

Quæſtio LXXVII

QVAERITVR an pendente iudicio in-
ter duos,ſuper poſſeſſorio beneficij poſsit in
tentari petitorium coram iudice eccleſiaſtico per
1 tertium. Dubium facit † ne continentia cauſę di-
uidatur,& maximè quando petitorium incohare-
tur coram alio iudice,ne contingeret eodem tem-
pore ferri diuerſas ſententias, & ſic poſſet impedi-
ri negocium.argu.c.diſpendia.§.reus quoque.de re
ſcript. libr.vj.l.j.ff.de quib.reb.ad eum.iudic.ea.
2 l.nulli.C.de iudicijs. & maximè † quia cauſa pro
prietatis & poſſeſsionis debet tractari coram eo-
dem in

dem iudice. C. de ſequeſtra. poſ. & fructu. & not. in l. fi. C. ſi à nõ compe. iudi. pro quo etiã facit: quia
3 poſſeſſorium † habet effectum ſuſpenſiuum petitorij. c. paſtoralis. de cauſ. poſſ. & proprie. clemen. j. de cau. poſſ. Sed in contrariũ videtur veritas. Quia acta facta inter duos non pręiudicant tertio. cap. quamuis. de re iudi. quia iſta eſt regula in iure quibus non præiudicat ſententia nec acta, & econtra: iuxta theoricam Barto. in l. ſæpè. ff. de re iudica. & ita tenent domi. de Rot. in nouis. in tit. de cau. poſſeſ. & proprietatis. & Feli. in cap. cùm ſuper. de re iu
4 dica. Nec obſtat, † quòd cauſa poſſeſsionis & proprietatis non debent agitari coram diuerſis iudicibus, quia illud verũ, niſi cauſa poſſeſſoria beneficij tractaretur coram iudice ſeculari, ex cõſuetudine vel priuilegio. iuxta nota. per docto. in cap. fi. de iudic.
5 Et † pariter effectus ſuſpenſionis poſſeſſorij non habet locum quando cauſa tractatur inter partes diuerſas, & in alia inſtantia: iuxta notata. in dict. cap. paſtoralis. Et maximè in cauſa recurſus quæ non inducit litiſpendentiam, iuxt. nota. per Bal. in authentic. quæ ſupplicatio. C. de precib. Impera. offeren. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa recurſus poſſeſſoria beatę Mariæ Daloy, inter domi. Anthonium Clareti. prothonotarium, quia dominus Claudius de Aula pendente cauſa recurſus vult intentare petitorium coram ordinario videlicet domino officiali Grationop.

Quæſtio LXXVIII.

QVAERITVR quando mandatur exequi ſententia de re ſita in alieno territorio etiam cum clauſula requiſitis requirendis. iuxt. l. à diuo pio. §. ſententiã. ff. de re iudi. & in l. cùm vnus. §. i. ff. de bon. autho. iud. poſs. & l. properandum. §. ſin autẽ. C. de iudic. & cap. poſtulaſti. de for. competen. & in cap. Romana. §. contrahentes. de foro cõpeten. lib. vj. An in iſto caſu ſi contingat appellari à tali executore ad quem, quãdo excedit modum in exequendo debeat appellari, an ad primum iudicem, qui tulit ſententiam ſeu eius ſuperiorem, an verò ſuperiorem loci rei citæ, vbi fit executio? De hac quæſtione habetur per Barto. in dict. l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de iudic. & per Panor. in c. quò ad conſultationem. de re iudic.

ARGVMENTVM.

Flumen mutato alueo ſi in priſtinum alueum redeat an prior dominus ius portus vel pedagij recuperet.

SVMMARIVM.

1 *Aquarum inundatione perditur & dominiũ & poſſeßio.*
2 *Flumen ſi in priſtinum alueũ redeat priorem dominum proprietatem non niſi præſcriptione recuperare rigoris iuris eſt.*
3 *Fumina uim cenſitoris habent.*

Quæſtio LXXIX.

QVAERITVR quando flumen mutat alueum in alio territorio, & deinde ſucceſſu temporis redijt ad priſtinum alueum, an dominus erceperit ius portus vel pedagij. Dubium facit: quia
1 per † inundationem aquæ perditur dominium, & poſſeſsio. l. qui vniuerſas. §. fina. ff. de acquiren. poſſeſsio. l. adeò. ff. de acquiren. rer. domi. ſicuti de iure
2 alluuionis dicitur: † quando flumen redit ad priſtinum alueum, de rigore iuris prior dominus non recuperat proprietatem: iuxt. not. per gloſſ. & doct. inſtitu. de rer. diui. §. quid ſi poſt. Licèt dubitetur hic, niſi fuerit præſcriptum per decem annos inter pręſentes, & per viginti annos inter abſentes: ſecũdum Bartol. in tracta. thiberiadis. Veruntamen in hac quęſtione Bald. in l. ſi plures. C. de condit. inſer. tenet quòd mutato loco pontonagij, ſeu pontis
3 perditur ius pontis ſeu pedagij. † Nam flumina habent vim cenſitoris. dict. l. adeò. §. fina. ff. de acquiren. poſſeſsion. De hac quæſtione habetur per Bal. in rubric. ff. de rer. diuiſi. & per Cæpo. in tracta. ſeruitu. in titul. de alue. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa nobilium Anthonij eſt Ludouici de colungijs contra fiſcum prætextu portis ripariæ draui. quia in eorum albergamẽto fuit albergatus dictus portus ſub certo cẽſu annuo infrà limites mandamenti Pariſius, ſeu ſeyſsini, & cõtingit quòd dicta ripparia mutauerat alueũ à parte ciuitatis Grationo. & infra limites territorij Grationop. vbi extiterat ſpacio. xxx. annorum ſaluo pluri, & tandem dicta riparia redijt ad priſtinum alueum verſus locum de Freydignard infra mandamentum ſeyſsini, & dicti colungijs petebant dictum portum cum iuribus & pertinentijs ſibi reſtitui. Et tandem curia habita deliberatione cum dominis auditoribus camerę æquitatem habẽdo prę oculis. iuxt. l. quòd ſi Epheſi. ff. quòd cum eo. Curia ordinauit pro nunc dictum portum eſſe reſtituendum dictis de colungijs donec aliter fuerit ordinatum, maximè attento quòd dicti de colũgijs recognouerũt de feudo & emphyteoſi Delphini, non ſunt multi anni elapſi, & pariter ſoluebant annuatim cenſum receptori Delphinalis. Et aliâs prout pleniùs continetur in dicta ordinatione per hoc facta recepta per magiſtrum Ioannem Ventoleti alterum ſecretarium curiæ

ARGVMENTVM.

Princeps in eius territorio quod fundatus ſit de iure communi vt remedium reintegrandæ impedire poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionem exerceri in alieno territorio nemini licere.*
2 *Poſſeſſori uel quaſi quòd remedia poſſeſſoria competant.*
3 *Princeps de iure communi in eius ditione & territorio fundatus eſt.*
4 *Iuriſdictio non præſumitur allodialis.*
5 *Iuriſdictio ſi in alieno territoria prætẽdatur quòd lite pendente intentati remddio locus non ſit.*
6 *Intentatati remedio defectus tituli notoriam exceptionem obeſſe*

Quæſtio LXXX.

QVAERITVR an princeps in eius territorio ſit fundatus de iure cõmuni, adeò quòd habeat impedire remedium reintegrandę intentatum per aliquem nobilem prætendentem omnem iuriſdictionem in aliqua certa parte territorij, niſi aliter iuſtificaret de iure ſuo. Et prima facie videretur dicendum quòd ſic. cap. ad decimas. de reſtitu. ſpolia. libr. vj. quia talis exceptio cõcludit intentionem domini territorij loci: ſecundum Gemi.

1 ibi.† Nam quis prohibetur exercere iuriſdictionē in alieno territorio, maximè quando eſt territoriū limitatum.l.fina.ff.de iuriſdict.om. iudi.l. pupilli. §.territorium.ff.de verbor. ſignifica. adeò quòd fit iniuria domino loci quando exercetur iuriſdictio per alium infra eius territorium, cùm cenſeatur violatum eius territorium.iuxta nota.per Bald. in l. ſi cui.§.fina.ff.de actio.& Bald.in l. ſicuti.§. Ariſto.
2 ff.ſi ſerui.vendi.Nec obſtat ſi dicatur quòd † quādo aliquis dicitur eſſe in poſſeſsione ſeu quaſi exercitij iuriſdictionis, quòd competant ſibi remedia poſſeſſoria.iuxta nota.per gloſſ.& Barto.in l.iij.§. ſi de vi.ff.de vi & vi arma.& in l.ſequitur.§. ſi viā. ff.de vſucap.& per Specu.in titu.de cauſ.poſſeſ. & proprietatis. Quia ad iſtud reſpōdetur, quòd illud procederet in domino territorij loci, ſed in alio qui prætendit omnem iuriſdictionem infra iuriſdictionem alterius oportet iuſtificare de titulo & petito-
3 rio, † cùm ſibi obſtet ius commune, & maximè in principe, qui eſt fundatus de iure communi in eius ditione & patria.l.bene à Zenone.C.de quadri.pręſcript.l.deprecatio iſta. ff.ad legem Rodi. de iact. ſicuti de Papa vel Imperatore dicitur. can. cuncta per mundum.iij.quæſt.ix. Et idem in Epiſcopo in eiūs diœceſi.c.baſilicę.xvj.quæſti.vij.ſecūdum Io. Fab.in l.cunctos populos.C. de ſumma trinita.& Panor.poſt Ioan.Andr. in cap.ad hæc.de offic.archidiaco.& maximè in facto iuriſdictionis, quæ fluit & refluit ad principem, nec præſumatur allodialis:ſecundum Bald.in cap.j.§.ad hęc.de pac.iu-
4 ra.firma. † cùm iuriſdictio ſit introducta de publico.l.j.§.huius ſtudij.ff.de iuſti.& iure.& per gloſſ. in l.j.de iuriſdict.omnium iudic. Nec obſtat etiam ſi dicatur, quòd licèt Princeps vel Epiſcopus ſit fundatus de iure communi in eius territorio vel diœceſi in petitorio:ſecus in poſſeſſorio, in not.per gloſſ. Innocen.in cap.olim.el iij.de reſtitu. ſpolia. quia iſtud non impedit quominus ille qui prætendit iuriſdictionem in alieno territorio debeat ante omnia iuſtificare de petitorio ſeu titulo, prout ſupradi-
5 ctum fuit, † nec poteſt prætendi remedium attentati lite pendente quando prætenditur iuriſdictio in alieno territorio:quia ius commune facit contra talem, & ſibi habet obſtare defectus notorius tituli.iuxta not.per Innocen.Panormi.in cap. conſti-
6 tutus.de filijs presbyter. † Nam in remedio attētati habet etiam obſtare exceptio notoria defectus tituli, & maximè quando obſtat de iure communi:ſecundum Oldra.conſti.Et præmiſſa faciunt ad quęſtionem ſuper cauſa nobilis Gabrielis de Povpia domini ſancti Iullini, contra fiſcum ſuper ſolutione ſigilli literarum cuiuſdam interinationis gratię abolitionis:quia nobiles habentes iuriſdictionem plus ſoluunt de ſigillo quàm alij non habentes iuriſdictionem.& dictus de Poypia pretendit habere certam ſpeciem iuriſdictionis in certa parœcia infra mandamentum Crimacij, & totum territoriū eſt domini noſtri Delphini, & cum dictus de Poypia non iuſtificaret de eius iuribus per ordinationem curiæ à qua non fuit recurſum infra decem dies, fuit ſibi inhibitum, quòd non haberet exercere iuriſdictionem donec aliter fuerit ordinatū:propter quod dictus de Povpia prætendit ſe eſſe grauatum & ſpoliatum & quòd non debet litigare ſpoliatus lite pendente, & aliās prout pleniùs apparet in actis dictæ cauſæ penes magiſtrum Ioannē Ven tolleti ſecretarium cauſarum fiſcalium.

ARGVMENTVM.

Doctores an & quādo carceris priuilegio gaudeāt.

SVMMARIVM.

1 *Reatu priuilegium excludi.*
2 *Doctores carceris priuilegio gaudere non, niſi de leui delicto agatur, debere.*
3 *Leuia delicta quæ dicantur. remiſsiuè.*
4 *Pœna quandoquè mitiganda eſt in viro docto & famoſo.*

Quæſtio LXXXI.

QVAERITVR an doctor in cauſa criminali gaudeat priuilegio carceris. Dubium
1 facit:† quia reatus excludit omne priuilegium.l.ij. C.vbi ſena.vel clari.& maximè in viro literato, qui plus dicitur delinquere quàm alius, qui non eſt peritus:& ideò debet plus puniri ſaltē in pœna pecuniaria:iuxta nota.per Cyn.& Sali.in l.ſeruo.C. ad leg.Iuli.de vi public.verūtamen glo. in l.medicos.
2 C.de profe.& medi.libr.x. † dicit ꝙ doctor gaudet priuilegio carceris, quando agitur de leui debito: ſecus ſi de grauiſsimo, & ibi videntur ſequi doctores.pro quo facit l.miles.in princip.ff.de re iudica.
3 Et † quæ dicantur delicta leuia vel grauia habetur in l.leuia.ff.de accuſa.& per Bart.in l.non ſolū. §.ſi mandato.ff.de iniur. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa fiſcali contra dominum Ioannē de Rochella doctorē olim vicebaillivum Baroniarū Buxi, qui fuit intitulatus de certo delicto & incarceratus certo tempore, & proh dolor quando audio loqui de talibus magiſtratibus quādo non iuſtè verſantur, cùm turpe ſit doctori cum culpa redarguat ipſum:iuxta dictum Cathonis, & debeant eſſe exemplum aliorum ad ipſos retrahendum à delictis, & vicijs, licèt interdum fragilitas hu-
4 manę naturę facit nō rectè verſari, & † ideò in viro literato & bene famoſo, ſi interdum deficiat ex iuſta cauſa pœna mitiganda eſt:iuxta nota.per Cyn. in l.& ſi ſeuerior.C.ex qui. cauſ.infa.irroga.& per Ange.in l.milites.C. de quæſtionib.

ARGVMENTVM.

Notario Delphinali prohiberi non poteſt, vt inſtrumenta inter laicos ad curiæ eccleſiaſticæ ſubmiſsionem recipiat.

SVMMARIVM.

1 *Laicos iuriſdictionem eccleſiaſticam & tacitè & expreſſè prorogare poſſe.*
2 *Pœnitentiæ non eſt locus in contractu de litigando coram iudice eccleſiaſtico ſi iuramentum interuenerit.*

Quæſtio LXXXII.

QVAERITVR an notarius Delphinalis prohibeatur recipere inſtrumētum inter laycos ad ſubmiſsionem curię eccleſiaſticę. Et pri-
1 ma facie videtur dicendum quòd non:† quia layci poſſunt prorogare iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici expreſsè vel tacitè.l.ſi hi qui.& l. ſpeciale iudicium.C.de epiſco.audien.Nec poteſt ſuperior impedire talem prorogationem, inter ſubditos: iuxta nota.per Cyn.& Barto.ibi, multofortiùs poſſunt layci

layci ſe ſubmittere in cōtractu ad alium iudicem. l. ſi cōuenerit. de iuriſdicti. omnium iudic. † Nec eſt
2 locus pœnitentiæ quando in talibus interuenit iuramentum: ſecundum Angel. & cæteros ibidem. pro quo facit glo. in l. ſi pecuniā. in princ. ff. de condictio. ob cau. Et ratione iuramenti etiam poteſt recurri ad iudicem eccleſiaſticum. cap. final. de foro competen. libr. vj. Aliâs ſi fieret pœnitentia prohibitio eſſet contra libertatem eccleſiæ. cap. contingit. de ſentent. excommunica. auth. caſſa. C. de ſacro ſanct. eccle. Et iſtud facit de quodā notario qui fuit intitulatus inſtante fiſco, quia receperat inſtrumentum ſubmiſsionis inter certos laycos ad curiā officialatus Viennæ, & prætendebat fiſcus, quòd in creatione officij tabellionatus iurant notarij recipere ſubmiſsiones ad forum vetitum, ſed ex deliberatione dominorum curiæ fuit dictus notarius relaxatus: quia quod iure permittēte fit pœnam nō meretur. l. Grachus. C. de adulte. cum de iure communi poſsit fieri prorogatio iuriſdictionis ad iudicem eccleſiaſticum, prout ſupradictum fuit.

ARGVMENTVM.

Executio ſententiæ cautione non præſtita an recurſu impedietur.

SVMMARIVM.

1 *Recurſu interpoſito ſententia ſi mandetur executioni cautione non præſtita retractanda uenit.*

2 *Caſus qui generant non niſi fideiuſſor detur, hoc intelligitur ſi petatur.*

Quæſtio LXXXIII.

QVAERITVR an interpoſito recurſu ſentētia curiæ parlamēti Delphinalis, ſi nō fuerit certificatum parti recurſæ impediatur executio ſententię non præſtita cautione. Dubium facit,
1 quia ex † quo eſt impoſitus recurſus infra decem dies ſi fiat executio non præſtita cautione debet retractari. Bal. in authen quę ſupplicatio. C. de preci. impe. offe. Et imputandū videtur parti recurſę, q̄ ſe nō informauerit per ſe vel eius procuratorē penes graphariū actorū ſi fuerit recurſum vel ne, infra x. dies. Quia eſt negligentia ſublata culpa ignorare quòd communiter ſolitum eſt fieri. l. lata culpa. ff. depoſi. l. leges. C. de legib. ſed in contrarium obſer-
2 uatur de ſtillo dictę curię: † quia in caſibus in quibus eſt locus cautionis, intelligitur ſi hoc petatur: ſecundum glo. in l. vniuerſa. C. de preci. Imper. offeten. per quam glo. ibi deciduntur plures quæſtiones per Bart. Paul. de Caſtr. & Iaſ. Nam in dubio prǽſumitur ignorantia. l. verius ff. de proba. Et ideò pars recurſa veriſimiliter habuerit ignorare ſi fuerit recurſum vel ne antequā fuerit ſibi notificatū, vel antequàm fuerit citata ſuper recurſu. Et ita fuit ordinatum in cauſa taxæ expenſarum nobilis Aymari Odoardi cōtrà dominum Graue: quia dictus dominus Graue opponebat, quòd fuerat recurſum Petendo ob ideò retractari executionem: ſed exaduerſo replicabatur, quòd non fuerat facta notificatio de dicto recurſu, ſe offerendo tamen cauere à tēpore notitię, & aliâs prout pleniùs conſtat ordinatione ſuper hoc recepta per magiſtrum Andræam Rolini ſecretarium dictæ cauſæ.

ARGVMENTVM.

Ius habēs glādagij, Bocheragij & paſturagij quòd illo moderato vti teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutis iure ciuili modo utendum & cum minori alterius præiudicio quàm fieri poſsit.*

2 *Seruitute ut quis præter modum utatur, non ferendum.*

Quæſtio LXXXIIII.

QVAERITVR vtrum quis debeat vti iure glādagij, bocheragij, ſeu paſturgagij, moderatè, vt non exſorbeat paſturagium aliorum hominum. Et videtur prima facie dicēdum, quòd ſic.
1 Quia † quis debet vti iure ſeruitutis alicuius fundi ciuili modo, & cū minori præiudicio alterius quo fieri poteſt. l. ſi cui. in princip. ff. de ſerui. Et hoc tenet Albe. in l. fi. §. qui teſtatrix. ff. de ſeruitu. ruſti.
2 quia † quis vteretur ſeruitute vltra modum vel cauſa lucri præſumeretur facere per emulationem & ad nocendum alteri, quod non eſt tollerandū. l. fluminum. §. fina. & l. proculos. cum ibi nota. per glo. & doctor. ff. de dam. infect. l. j. §. fina. ff. de aqua pluuia. arcen. & per Cepo. in tractatu ſeruitutum in ti. de ſolo. Et iſtud facit pro cauſa nobilis Aymari Odoardi cōtra ſyndicos & homines Graue ſuper glandagio porcorum, quia tempore glandagij dictus Odoardi nititur immittere certam magnam quantitatem porcorum vltra neceſsitatem ſuæ domus, de quo conqueruntur dicti homines: Dicendo quòd non debet immittere niſi ſecundum numerum taxatum per ſingulos, iuxta & ſecundum eorum libertatem & cōſuetudinem, & aliâs prout pleniùs in actis cauſę apparet. Quia ad preſens aliter non declaro, cum cauſa nondum ſit diffinita.

ARGVMENTVM.

Licitatione firmarum ad candelæ extinctionem facta, an quis etiam poſt tres menſes parte non vocata ad tertiandum admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Mos apud Delphinates de iuribus & firmis Regis Delphini librandis & tertiandis.*

Quæſtio LXXXV.

QVAERITVR an poſt licitationem, librationē, & expeditionē firmarū Delphinaliū ad extinctū cādelę admittatur aliquis ad tertiādū etiā poſt tres menſes ſaltē ſine vocatione partis & cauſæ cognitionem. Et videtur dicendum prima facie quòd non. Quia poſt terminum prefixum & librationem, non debet admitti aliquis contra dictam librationem, cùm habeat vim contractus, nec ſit locus pœnitentię: ſecundum gloſſ. & Bartol. & Ioan. de Plat. in l. ſi tempora. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſcal. lib. x. niſi ex cauſa, quando ageretur de iuribus eccleſię vel rei publicę, & pretenderetur deceptio in pretio, vel aliter conſuetudinē caueretur, & ita etiam tenet Bart. in tractatu Gabellarum in ij. parte queſtio. vij. viij. ix. x. xj. Veruntamen domi-
1 nus Guid. Pap. † Deciſio. cxxxvj. refert q̄ de conſuetudine huius curię & camerę computorum Delphinaliū quòd in iuribus & firmis Delphinalibus quis admittitur poſt librationem infra tres menſes ad tertiandum & augmentandum pretium firmæ

de prima miſia ſub primo pretio poſito, qui ſi ſit de ccc. libris tertiabit augmentando medietatem primi pretij, etiam tertiãdo primum pretium pro quolibet anno de tempore firmę & iſto caſu vocatur firmarius, & iterum inquãtatur ad extinctum candelæ. Et iſtud facit pro cauſa Aymarij de Columberia firmarij magnarum gabellarum, qui accipit ad firmam per tres annos, & poſt tres menſes ſuper uenit in camera computorum Delphinalium Ioannes benedicti procurator Petri Raynaldi mercatoris Lugduni firmarij tiragij ſalis qui nomine ſui magiſtri obtulit tertiariæ pretium dictarum magnarum gabellarum & fuit admiſſus per cãmeram ad extinctum candelæ non vocato dicto Aymaro de Columberia primo firmario propter quod querelauit in curia, quia debuit vocari cùm ageretur de eius præiudicio. l. de vnoquoque. ff. de re iudica. licèt nobilis & egregius Ioannes Bricometi theſaurisarius Delphinalis allegaret, quòd ſecundum inſtructiones quas habet à dominis camerę computorũ Pariſius in talibus firmis & librationibus debeat quis admitti ad tertiandum, etiam, ſecundum ratam temporis firmę hoc eſt, quia ſi firma ſit de tribus annis quòd quis admittatur ad tertiãdum infra annum, & ſuper hoc fuerunt exhibiti plures libri cameræ antiqui coram curia, ſuper dictis librationibus ad tertiandum, & pro maiori parte fuit repertum quòd venerunt infra tres menſes ad tertiandum, ſed pro nunc aliter non declaro: quia cauſa ſuper hoc pendet, licèt aliqui allegauerãt quòd iſta patria Delphinalis eſſet ſeparata à regno Franciæ, & vtitur iure ſcripto, & diuerſis conſuetudinibus, ſed ſuper hoc replicabat dictus dominus theſaurarius quod ipſe reddit computum de eius recepta, quàm facit in hac patria Delphinali in camera cõputorum Pariſius, & ſic quòd debet ſeruare inſtructiones dictæ camerę computorum Pariſius, & ſuper hoc pendet ad ordinãdum coram curia, neſcio an fuerit ordinatum vel ne, quia ad præſens ſum extra ciuitatem Grationo. occupatus, ex commiſſione curię pro reductione temporalitatis Epiſcopatuum Valentię, & Dye propter obitum. r. d. Ioannis de Leſpinay vltimi Epiſcopi dictorum Epiſcopatuum, de hoc præſenti anno natiuitatis domini milleſimo quingenteſimo tertio. de menſe Ianuarij tam in ciuitate Dye quam alibi.

ARGVMENTVM.

Collatio facta à vicario Epiſcopi permutationis cauſa, ſi à renuntiationis die ad viceſimum vſq; diẽ non vixerit, an ſpecialis poteſtas Epiſcopi ad conferendum requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius beneficia conferre non, niſi ſibi ſpecialiter demandatum ſit, poteſt.*

2 *Reſignatio beneficij ex cauſa permutationis uel aliàs quòd in manibus Epiſcopi aut alterius ſuperioris inſtituendi uel deſtituendi poteſtatem habentis fieri debeat.*

3 *Reſignatio ut ualeat dies xx. à renuntiationis die reſignantem uiuere oportere.*

Quæſtio LXXXVI.

QVAERITVR an valeat collatio beneficij facta, per vicarium Epiſcopi per reſignationẽ ex cauſa permutationis, etiam ſi non vixerit per viginti dies à tempore reſignationis, & an requiratur ſpecialis poteſtas Epiſcopi ad conferendum.
1 Et in effectu † vicarius Epiſcopi non poteſt cõferre beneficia pleno iure, ſi non fuerit ſpecialiter ſibi commiſſum. c. fina. de offici. vicarij. libr. vj. ſicut quò ad poteſtatem inſtituendi de beneficio patronatus. c. ij. de inſtitu. cum ibi not. vel etiã quò ad poteſtatẽ confirmandi poteſtatẽ: vt ibi notatur,
2 veruntamen † quando fit reſignatio beneficij ex cauſa permutationis, vel aliàs ſimpliciter, debet fieri in manibus Epiſcopi aut alterius ſuperioris, qui haberet poteſtatem inſtituendi, vel deſtituendi. l. quòd in dubijs. c. admonet. de renun. c. cùm ex eo. in fi. de hære. iuxta not. per gloſſ. in clemen. j. de renunti. Et ita requiritur ſpecialis poteſtas Epiſcopi ſecundum Fred. de Sen. in tractatu permutationũ Et pariter ſecundum regulas cancellariæ, requiri-
3 tur † quòd reſignans præuiuat per viginti dies à tẽpore renũtiationis, aliàs ſi moriatur ex illa infirmitate infra viginti dies cenſetur vacare per mortem non per renuntiationem. cap. ſuſceptam. cum ibi nota. de reſcript. lib. vj. ſi verò reſignans tempore reſignationis eſſet ſanus mẽte & corpore, & moriretur infra viginti dies, & ſuperueniente infirmitate tunc non haberet obſtare dicta regula cancellarię ſecundum glo. ibi niſi renuntiatio beneficij fieret in fraudem ſpectantiũ. c. ij. de renuntiatio. libr. vj. cum ibi notatis. & iſtud facit, pro cauſa beneficiali poſſeſſoria parœcialis eccleſię beati Iuliani montis clari aliàs belliſortis Dye. diœceſis inter dominum Franciſcum Reynerij contra dominum Iacobum de Ryuoria, quia dominus Antonius Fabri renũtiauit ad vtilitatẽ dicti de Ryuoria, & venerabilis dominus Petrus Raboti vicarius Dyeñ. admiſerat dictam renuntiationem, & non apparebat dę ſpeciali poteſtate ipſius, & pariter dictus Fabr. non ſuperuixit per viginti dies, & ideò dictus dominus Reynerij impetrauit per mortem, & obtinuit eius prouiſionem à dicto domino Raboti vicario, licèt nondum appareat de dicta eius ſpeciali poteſtate cõferendi: attamen dictus de Ryuoria eſt prior in titu. & poſſeſſorio, & ideò eſſet videndum ſi haberet titulum canonicum ſaltem coloratum, & ſi dicta regula cãcellariæ ſit ſublata per pragmãticam ſanctionem in titu. de reſerua. c. i. cum ibi nota. per glo. Aliter ad pręſens non declaro cùm cauſa nondum ſit diffinita.

ARGVMENTVM.

Princeps an matrimonij cauſa caſtrum limitrophum famulo in feudum concedere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ex cauſa dotis principem alienare non poſſe.*

2 *Principem ſemper auguſtum oportere eſſe.*

3 *Donationem Conſtantini Siluestro factam non ualere nonnulli tenuerunt.*

4 *Donatio facta à principe de loco limitropho ubi hoſtium incurſus timetur, non ualet.*

5 *Liberalitas in principe commendanda.*

6 *Donatio principis uim legis habet.*

7 *Princeps caſtra particularia ſi non enormiter lędatur, dare poteſt.*

8 *Legatis de latere quòd eccleſiæ caſtra infeudare nõ liceat.*

Iuramentum

9 *Iuramentum quod à principio præſtant Reges de non alie-*
nando, quòd locum non habeat in moderata donatione.
10 *Matrimonij cauſa fauorabilis.*
11 *Donatio à principe facta inſinuatione non indiget.*
12 *Princeps legem ſucceſſori non imponit.*

Quæſtio LXXXVII.

QVAERITVR an princeps poſsit infeu
dare ex cauſa matrimonij alicui eius ſeruitori
aliquod caſtrum ſeu territorium de eius dominio,
ſeu patrimonio, & maximè quando eſt ſitum in ali
quo loco limitropho. Et an per reſcriptum princi-
pis cum clauſula derogatoria, poſsit impediri in fu
turum facultas donandi. Dubium facit, quia Rex
dominus noſter Franciæ in eius coronatione iurat
(vt fertur) non alienare caſtra, antiqua eius patri-
moni, & maximè quando talis alienatio eſſet enor
mis & damnoſa regno Franciæ, ſeu patriæ Delphi
1 nalis. c. intellecto. cum ibi not. de iur. † Nec poteſt
alienare feudum etiam ex cauſa dotis. cap. j. §. dona
re. quali. olim feud. alie. pote. & eſt ratio, quia ſi cõ-
tingeret principem alienare enormiter de eius do-
minio, eſſet incommodum reipublicę, ſubditorũq;
quia princeps efficeretur pauperior, & non habe-
ret ita bene ad tenendum honorificè eius ſtatum.
2 Prætereà † princeps debet eſſe Auguſtus augmen
tando imperium, ſicut de Iulio Cæſare dicitur: vt
3 in proœmio. ff. & inſtitu. in rubro. Et ideò † ſecun-
dum vnam opinionem donatio facta per Impe-
ratorem Conſtantinum Papæ Silueſtro, de vrbe,
Romana & alia patria Romandiola non tenuit:
quia Imperator debet eſſe Auguſtus augendo &
non diminuendo. Licèt de hac quæſtione dictæ do
nationis Imperatoris Conſtantini ſit ſtandum iu-
dicio ſanctæ matris eccleſiæ, cui me refero, ſed re-
4 deundo ad quęſitum in alio principe † quòd dona
tio non teneatur maximè in loco limitropho, vbi ti
metur incurſus hoſtiũ, facit l. j. & ij. C. de pord. li-
mi. lib. xj. & hoc videtur velle Bart. d. in l. prohibe-
re. §. planè. ff. quod vi aut clàm. Sed in contrarium
5 facit: † quia in principe liberalitas eſt cõmendan-
6 da. c. j. cum ibi not. de donati. † Nam donatio prin
cipis habet vim legis. l. donationes. C. de donatio.
inter vir. & vxor. l. cùm multa. C. de bon. quę lib. &
7 ideò † princeps poteſt dare aliqua caſtra particula
ria duntamen non nimium enormiter lædatur. ca.
abbate ſanè. de re iudic. lib. vj. & ita videtur tenere
8 Bart. in dict. §. planè. ſecus † in legato de latere, qui
non habet poteſtatem infeudandi caſtra eccleſiæ.
ſecundum Bar. ibi, quia in principe non ſunt adeò
ligatę manus, vt non poſsit alienare, ſicuti in præla
to eccleſię: & ideò poteſt infeudare aliquod caſtrũ
retenta ſibi ſuperioritate, & homagio: ſecundum
Bald. & Aluaro. in tit. qui feud. dar. poſſunt. cap. j.
in princip. aliâs vbi non retineret homagium, vel
ſuperioritatem, non poſſet totaliter eximere vaſal-
lum: quia tunc diceretur lacerare patrimonium.
9 Nec obſtat ſi dicatur, quòd quando † à princi-
pio princeps iurat non alienare, quòd tale iuramen
tum vel etiam fidei pręſtatio, in principe quę æqui-
pollet iuramento, debet impedire contractum ſe-
quentem in perſonis prohibitis de iure, ſpecialiter.
dict. cap. intellecto. de iur. iurand. ſecundum glo. in
cap. licet mulieres. de iure iuran. lib. vj. Quia iſtud
non procedit in donatione principis moderata: ſe-
cundum Barto. in dict. cap. electo. Nec poteſt dici
donatio immenſa ſeu exceſsiua in principe de vno
caſtro, ſeu territorio: iuxta notata per gloſ. & doct.
in l. ſed ſi ſupererit. ff. de iudi. & Bald. in l. humanũ.
C. de legi. & per Ioan. de Imol. in rubri. ff. de verb.
10 obliga. Et maximè † ex cauſa matrimonij: quia eſt
fauorabilis. l. j. ff. ſolu. matrimo. facit authenti. res
quę. C. commu. de lega. & l. j. C. ſi ſoci. impe. libr. x.
Nam ſicuti poteſt conſtitui dos mulieri, ita etiam
donatio propter nuptias viro. cap. fin. de dona. int.
11 vir. & vxorem. † Nec indiget inſinuatione, etiam
ſi excedat quingentos aureos donatio principis, cũ
ſit ſolutus legibus. l. princeps. ff. de legib. Veruntа-
men in caſu iſto quando princeps in reſcripto ſibi
derogaret, quòd non poſſet in futurũ dare aliquod
caſtrum limitrophum, tunc talis clauſula deroga-
toria impediret contractum ſequentem, quia
præſumitur deeſſe voluntas: iuxta not. per doct. &
glo. in l. pacta nouiſsima. C. de pact. & maximè vi-
12 uente principe, facit c. j. §. fina. de capi. Cora. † Et li
cèt princeps non poſsit imponere legem ſucceſſori
quia par in parem non habet imperium. l. nam ma-
giſtratus. ff. de arbi. tamen poteſt iudicare: ſecundũ
glo. in cap. fi. de reſcript. lib. vj. Et pariter princeps
obligatur ex eius contractu & eius ſucceſſor. cap. j.
de probatio. Et ibi per Innocen. & per Cyn. in l. di-
gna vox. C. de legi. ſed quia in caſu iſto interuenit
clauſula derogatoria in reſcripto principis, ad im-
pediendum contractum in futurum: ideò requiri-
tur ſpecialis mentio in ſecundo reſcripto, de primo
reſcripto, ſaltem de verbo ad verbum aut effectua-
liter de clauſulis principalioribus: iuxt. not. per An
ge. in l. omnes. C. de pręſcript. xxx. vel xl. annorum
& per Barto. in extrauaganti ad reprimendum ſu-
per verbo, non obſtante. & glo. & doct. in l. ſi quis
in princip. teſtamenti. ff. de lega. iij. & per Bald. in l.
humanum. C. de legib. & Pa. io. in cap. ſecundo. de
dol. & contu. & cap. nonnulli. de reſcript. & in cap.
cùm inſtantia. & per Cyn. in l. j. C. quand. impera.
inter pupi. Et iſtud facit pro cauſa interinationis li
terarum nobilis Petri de Tardes dicti le Baſton al
terius de centũ nobilibus domus Regis domini no
ſtri Delphini pętextu caſtri & territorij ſancti Lau
rentij de ponte, ſiti in limitibus Delphina. propè Sa
baudiam, quod ſibi dedit Rex Ludouicus duode-
cimus modernus in contractu eius matrimonij, cũ
Loyſia domini Stephani Garrier militis ciuis Lu-
gduni, pro ſumma. x. M. ſcutorum auri donec dicta
ſumma fuerit ſoluta, ſed fiſcus ſe oppoſuit ſuper di
cta interinatione allegando quòd prius emanaue-
rat edictum ſeu reſcriptum de tempore Caroli Re-
gis viij. etiam confirmatum, per Regem modernũ,
de non alienando dictum caſtrum cùm ſit limitro-
phum, & ideò fuit reſcriptum principi, & domino
cancellario ad ſciendum de eius intẽtione, & aliâs
prout pleniùs continetur in actis cauſę magiſtri Io
annis Ventoleti, & ideò ad præſens aliter non de-
claro, cùm non fuerit lata ordinatio.

ARGVMENTVM.

Caſtellano aut alio officiario propter contumaciã
aut inobedientiam verbalem manus violentas inij
cere non licet.

SVMMARIVM.

1 *Præſumptio pro officiario.*

2 *Iudex officiarius pro ſimplici contumacia uel reſiſtentia uerbali ſi manus uiolentas imponere conetur, quòd ab eo appellari uel reſiſti poßit.*

3 *In contumacem aut in obedientem uerbalem quomodò procedendum.*

Quæſtio LXXXVIII.

QVAERITVR an caſtellanus ſeu alius officiarius licitè poſsit apponere manũ violentam in aliquem ſubditum propter inobedientiã

1 verbalem, vel contumaciam. Dubium facit: † quia præſumẽdũ eſt pro officiario.l.ij.C.de offi. mili.iudi.&iuris executio nõ habet in ſe iniuriã.l.iniuriarũ.§.j.ff.de iniur.Præterea quando fit reſiſtẽtia officiario, & non poteſt aliter euadi,tunc licitũ eſt excedere abſque metu pœnæ.l.ſi ſeruus. cum ibi no. per Barto.C.de his qui ad eccleſi. confugi. Sed in

2 contrarium videtur veritas, † quia pro ſimplici cõtumacia,vel reſiſtentia verbali non eſt licitum caſtellano,vel iudici ponere manum violentam,vel iniuriam alicui verbo,vel facto,aliàs poteſt appellari vel etiam reſiſti:ſecundum glo.in l. quoniam. C.de appella.& in l.vni.ff.de iuſti.& iur.l.non eſt ſingulis.ff.de regu iur. Quia propter contumaciã aut inobedientiam verbalem debet procedi ad declarationem mulctæ:iuxt.l.j.ff.ſi quis ius iudi.non obtemperar. & maximè in caſtellanum qui non eſt niſi pedaneus iudex. Et præmiſſa faciunt ſuper cauſa fiſcali diffinita ad denuntiationem Ioannis de Nantuaco aliàs malhi. loci Pontisbelliuicini. Contra nobilem Gulielmum de Sallines caſtellanum dicti loci,qui poſuit manum violentam in perſonam dicti de Nantuaco ipſum verberando de vno baculo vſque ad ſanguinis effuſionem incluſiuè:quia dictus de Nãtuaco mandatus recuſauit accedere ad domum dicti caſtellani, & aliâs prout pleniùs in actis dictæ curiæ diffinitè continetur.

ARGVMEMTVM.

Legatum factum ſpurio per patrem an & quando valeat.

SVMMARIVM.

1 *Legari ſpurio pater non, niſi alimentorum cauſa, poteſt.*

Quæſtio LXXXIX.

QVAERITVR an valeat legatum factũ per patrem Baſtardo,ſeu ſpurio. Et veretur dicendum quòd non,de iure ciuili.au th̃ ex complexu.C.de inceſt.nupt.licèt de æquitate canonica

1 non valeret tale legatum † valet tamen pro alimẽtis:ſecundum Bart.ibi.cap.cùm haberet.de eo. qui dux.in matrim. Licèt dict.c. ſecũdum aliquos non procedat de iure ciuili:ſecundum Io. de Imol.in l. facto.§.ex facto.ff.ad trebel.quem refert, & ſequitur Fely.in cap.eccleſia ſanctæ Mariæ. de cõſti. Et iſtud facit etiam pro cauſa diffinita nobilis Claudij de ſanctis baſtardi contra nobilem Petrum de Sanctis & eius nepotes villæ Alauardi, prætextu cuiuſdã legati facti in teſtamento Antonij de Sanctis dicto baſtardo, de certis bonis:quia tale legatũ non tenuit,cùm fuerit probatum,quod fuit natus ex damnato coitu adulterino. Licèt de æquitate curia ipſa adiudicauerit ſibi certã quantitatem pecuniæ annuæ pro alimentis.

ARGVMENTVM.

Archiepiſcopatus Epiſcopatus aliéque dignitates eccleſiaſticæ ſede vacante ad Regis Delphini manus reducere liceat. Item & bona ſpolij.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiarum bona cathedralium collegiatarum & regularium ſcilicet uacantium reges ne aut alij occupẽt etiam iuris regaliæ aut cuſtodiæ prætextu & ſub [illegible]a pœna.*

2 *Eccleſiarum uacantium fructus ſucceſſori ſeruandi.*

3 *Eccleſiarum uacantium cuſtodia capituli eſſe.*

4 *Beneficij uacantis cuius eſt collatio, eius eſt & cuſtodia.*

5 *Bonorum Eccleſiarum uacantium in Delphinatu reductio Regi Delphino competere, & quare.*

6 *Epiſcopatuum uacantium cuſtodia & adminiſtratio principalibus nõnullis competit. Item iure regaliæ & beneficia conferre & temporalia recipere poſſunt.*

7 *Rex Franciæ in nonnullis eccleſijs ſede uacante præbendas conferre poteſt.*

8 *Reges uncti meri laici non dicuntur.*

9 *Reges Vngariæ & Angliæ in eorum regnis ex priuilegio beneficiorum collationes habent.*

Quæſtio XC.

QVAERITVR an ſede vacãte licitè poſſit reduci ad manus Delphinales Archiepiſcopatus,Epiſcopatus,& aliæ dignatates eccleſiaſticæ infra præſentem patriam Delphinatus exiſtẽtes,quò ad temporalitatem,& bona ſpolij dimiſſa & quem ſpectat cuſtodia. Et prima facie videretur dicendum quòd talis reductio eſt prohibita officiarijs temporalibus.c. generali.& cap. quia ſæpè. de

1 elect.lib.vj. † vbi prohibetur occupare per dominos temporales de nouo aliquid de dictis bonis ſub pœna excommunicationis quacunque dignitate præfulgeant,etiam ſi prętendatur eis ius cõpetere iure regaliæ,gardiæ aut cuſtodiæ dict. cap.

2 generale,ſed † debent dicta bona & fructus inde prouenientes futuro ſucceſſori reſeruari. cap. cùm vos.de offic.ordina.non obſtantibus ſtatutis conſuetudinibus aut priuilegijs & hoc in eccleſijs cathedralibus regularibus vel collegiatis. d.c. quia ſæpè.& clemen.ſtatutum de elect. vbi etiam emolumentum ſigilli & iuriſdictionis debet futurò ſucceſſori reſeruari pro quo facit c. præſenti.in princi.

3 & §.porrò.de officio ordi.libr. vj. † Et pariter ſede vacante cuſtodia pertinet ad capitulum,cùm ſuccedat in iuriſdictione:ſecundum Innocen.in cap. vt noſtrum.vt eccleſi.benefi.& Gemini.in capi.cupiẽtes.§.ad hæc.de elect.li.vj. aut ſaltem ſpectat ad Epiſcopum,ſeu alium ſuperiorem ponere œconomũ, qui recuperet iura eccleſiæ ſede vacante.cap. cùm vos.de offic.ordina.ſecundum Hoſtien. in cap. ea noſtra.de ſtatu monacho. Archid.in cap. præſenti. de offi.ordin. Quia electio pertinet ad capitulum.

4 c.j.c.cùm eccleſia.& cap.quia propter.de elect. † Et ad illum ad quem ſpectat collatio beneficij,ſpectat etiam cuſtodia:iuxta nota.per glo.& docto.in cap. cùm vos.de offic.ordina. Sed in contrarium vide-

5 tur dicendum in caſu iſto: quia † talis reductio ad manus Delphi.fit ex iuſta & legitima cauſa ad ſaluum ius habentis obuiando ſcandalis & periculis futuris,& ne aliqui ſe intrudant de nouo ne permittatur vitioſus ingreſſus.c.eum qui.de eo qui mitt. in poſſ.lib.vj. Et etiam ne fiant rixę.l.æquiſsimum. in princip.

in princip.ff.de vſufruct.& quia iſtud ius reductionis vt cuſtodiæ ad manus Delphinales eſt etiam introductum ex antiqua cōſuetudine per quadraginta annos,& vt fertur per tempus memoriam hominis excedens,& ita tale ius eſt permiſſum cùm non facit de nouo,& maximè in eccleſijs quæ proceſſerunt ex fundatione Delphinali. d.c.generali.in fi. de cler. lib.vj. & quia etiam hîc non fit occupatio iurium eccleſiæ, & ſic nō fit ad malam partem, ſed ad bonum finem,ad ſolum ius habentis & cum inuentario.& iſtam partem videtur tenere Specu.in tit.ne ſede vacante.ad finem,vbi tenet quòd aliqui
6 principes † ſede epiſcopali vacante habent gardiā cuſtodiam, & adminiſtrationem bonorum eccleſiæ,& etiam iure regaliç habent collationem beneficiorum & recipiunt tēporalia in aliquibus eccleſijs vbi in eccleſia Carnotenſi, & certis alijs: vt refert Ioan. Andr.de Rege Franciç & Rege Angliç in addi.Specu.in titu.de præben.§.reſtat.in fi.& in cap.ſecundo,in noua collatio.de præbend. libr.vj.
7 vbi † refert, quòd in quibuſdam eccleſijs ſede vacante habet collationem præbendarum:quia Rex Franciç conſecratur &inungitur diuinitùs ex oleo
8 ſacræ ampulæ, † & ſic non dicitur propriè perſona laica, & etiam tenet glo.in pragmatica ſanctione, in tit.de annatis.ſuper verb.regaliæ.& ibi tenet,ꝙ eccleſiç parœciales non cadunt ſub tali regalia, &pariter illo tempore recipiunt tēporalia,pro quo facit c.dilectus.el iij.de præben.& c.præterea.& c. nobis.de iur.patr.Et pariter glo.in dict.verb.rega-
9 liç.refert † quòd reges Vngariæ, & Angliæ in eorum regnis ex priuilegio cōferunt beneficia.ſecundum Bal.in l.reſcripta.C.de precib.imper. offeren. Et etiam deferendum eſt regibus in tali antiquo iure,cui Papa ſciat huiuſmodi conſuetudinem,&illā tolleret.ſecundum Ioan.And.in addi.ad Specu.in titu.de præben.§.reſtat.præſertim in rege Franciæ, qui habet bullas ſuper hoc in theſauro Pariſius: ſecundum Ioan.in d.§.regaliæ.Et iſtud facit pro reductione epiſcopatuum Valeñ.& Dyeñ.moderno tempore facta ad manus Delphi. propter obitū Reue.quondam domini Ioannis Leſpinay vltimi Epiſcopi Valeñ.& Dyeñ. de hoc præſenti anno natiuitatis domini 1503. de menſe Ianuarij quò ad temporalitatē & bona ſpolij,quæ fuit mihi cōmiſſa vocato domino & egregio aduocato fiſcali, & ideò huius gratia & vt magis veritas habeatur duxi aliquas quæſtiōes in hac materia tractare, ſalua ſemp correctiōe cuiuſlibet melius ſentiētis me ſemper in omnibus ſubmittēdo ſanctę matri eccleſię.

ARGVMENTVM.

Sede vacante an quis iure regaliæ vel deportus fructus percipere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Annatæ,portus & tales uexationes prohibitæ.*
2 *Deportu Nuſtrij utuntur. Item & Pariſiorum Epiſcopus.*

Quæſtio XCI.

QVAERITVR an iure regaliç vel deportus,ſede vacante aliquis poſsit recipere fructus
1 ſaltē primi anni.Et videretur dicendū,ꝙ non.† tales enim exactiones,deportus & annatę ſunt prohibitæ,ſecundum pragmaticam ſanctionē:vt tit. Epi
2 ſcopus.de annat. & ibi glo.refert † ꝙ in Normandia & diœceſi Pariſius Epiſcopus percipit fructus primi anni,licèt non ſe extendant ad beneficia vacantia,ex cauſa permutationis,ſed de iure regaliæ ex antiqua conſuetudine vel priuilegio principes ſede vacante,de quo fuit ſupra tactum in quæſtione præcedenti circa finem.

ARGVMENTVM.

Sede vacante an capitulum ſuccedat in iuriſdictione temporali.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum ſede uacante in iuriſdictione ſpirituali ſuccedit: ſecus in temporali.*
2 *Capitulum in iuriſdictione quæ de iure ſpeciali competit, non ſuccedit.*

Quæſtio XCII.

QVAERITVR an ſede vacante capitulum ſuccedat in iuriſdictione,& maximè temporali,& feudali.Et videretur prima facie dicendū quòd ſic.c.is qui.& c.cùm olim.de maio. & obedi.
1 c.j.ne ſede vacan.Et hoc verū † quò ad iuriſdictionem ſpiritualem excōmunicandi:ſecus quò ad iuriſdictionem temporalem,quæ mouetur de feudo & homagio principis:quia in tali iuriſdictione nō ſuccedit capitulum,ſede vacante.c. verū.de foro cō-
2 pe. † vel etiam quando iuriſdictio cōpetit de iure ſpeciali:ſecundū glo.ibi, quę facit ad plures quæſtiones:ſecundum docto.ibi.

ARGVMENTVM.

Capitulum ſede vacante an in beneficiorum collatione ſuccedat:qua via & in quibus.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficiorum ubi purè & ſimpliciter ad Epiſcopum pertinet, quod ſede uacāte capitulum non cōferat.*
2 *Collatio beneficiorum quòd donatio dicatur. & nu.7.*
3 *Collatio quæ Epiſcopo & capitulo communis eſt ſede uacante capituli eſſe.*
4 *Inſtituendi & confirmandi facultas quòd ſede uacante ad capitulum pertineat.*
5 *Collatio beneficiorum non propriè iuriſdictionis Epiſcopalis eſt:inſtitutio uerò & confirmatio ſic.*
6 *Collatio beneficiorum inter fructus annumeratur.*
8 *Coadiutor Epiſcopo ægrotanti datus ad beneficia conferre poſsit remiſsiuè.*
9 *Rex Galliarum ſede uacante in nonnullis eccleſijs præbendas confert.*
10 *Sequeſter etiam laicus quòd ſequeſtro pendente beneficia præſentet.*

Quæſtio XCIII.

QVAERITVR an ſede vacante capitulū ſuccedat in collatione beneficiorū ſaltē per viam cōmēdę,& quid in dño tēporali habēre cuſto-
1 diā.Et in effectu† quando collatio pertinet purè & ſimpliciter ad Epiſcopum ſeu alium prælatū,tūc ſede vacante non ſuccedit capitulū in collatione be-
2 neficiorū.c.illa.ne ſe.vac.c.j.e.ti.lib.vj. † Quia collatio beneficiorū dicitur donatio,quę non pertinet ad capitulū,& etiā vt magis celeriter eligatur futu-
3 rus paſtor,& differatur electio. Vbi † verò collatio pertineret cōiter ad prelatum,& capitulū tunc ſede vacante,capitulū poteſt cōferre.d.c.j.ne ſe.vac.lib.
4 vj. Licèt † facultas inſtituendi aut cōfirmandi be-

c

nè trãſeat ad capitulú ſe.vac.c.j.& ij.de inſti.lib.vj.
Nec obſtat pręmiſsis ſi dicatur,ꝙ collatio bñficio-
rú eſt iuriſdictióis,& trãſit ad electú & cófirmatú añ
cóſecrationē:ſecundú gl.in c.trãſmiſſa.de elect.Er-
go collatio beneficiorú trãſit ad capitulú cú ſucce-
dat in iuriſdictioe prout s.dictú fuit. Quia ad iſtud
reſpódetur ſecundú Io.An.in c.quanquã. de elect.
lib.vj.in no.& glo.in pragma.ſanct.in tit.de colla.
circa princ.ſuper verb.iuriſdictio.† ꝙ collatio be-
neficiorú nó propriè iuriſdictióis epiſcopalis eſt,cú
multi reperiãtur inferiores Epiſcopo habétes colla
tiones beneficiorú,ſed cófirmatio & inſtitutio ſunt
bene propriè iuriſdictionis.& ideò tranſeũt ad capi
tulú:ſecus in collatione libera, quę nõ trãſit ad ca-
6 pitulú. Alia enim ratio redditur: quia † collatio be
neficij cóputatur inter fructus qui debent reſeruari
futuro ſucceſſori.c.quia ſæpè.de elect.lib.vj.ſecun-
dú Panor.in d.c.cú olim.de maio.& obed. Et quia
7 etiã † collatio beneficij libera,dicitur quædã dona
tio ſeu liberalitas,quæ in dubio non videtur cóceſ
ſa.c.fi.de offi.vica.lib.vj.Et ideò quãdo datur viſi-
tator eccleſię cathedrali vacãti ab alio quã à Papa,
nó pót cõferre beneficia.c.fi.de ſupplē.negli.pręla.
lib.vj.Felicis capitulú ſuccedat in ſpiritualibus &
tēporalibus,vt ibi habetur,niſi fuerit negligés: ta-
men non ſuccedit in poteſtate cõferedi beneficia,li
cèt quãdo datur adminiſtrator à Papa eccleſiæ ca-
thedrali,vacãti in ſpiritualibus & tēporalibus, pót
adminiſtrari,& cóferre beneficia.c.is qui.de cle. li.
8 vj. † Quid aũt in coadiutore dato Epiſcopo egro-
tanti,an poſsit cõferre beneficia, habetur in c.j.de
cler.egro.lib.vj.Et per glo. in d.pragma. ſanctione
in tit.de colla.ſuper ver.de iure. Verũtamen capitu
lú interim poterit cómendare:ſecundú glo.in c.j.de
inſtitu.lib.vj.iuxt.c.nemo.lib.vj.Sed ad laicú in du
bio non videtur permiſſa facultas cóferédi benefi-
cia.c.deferuimus.de iudi.& c.Maſſana.de elec.niſi
eſſet cóceſſa ſpecialiter licētia à Papa:ſecundú glo.
in d.pragm.ſanct.in tit.de annat.ſuper ver.regalię,
9 niſi † ex antiqua cóſuetudine vti ex Rege Frãciæ,
qui ſede vacã.in aliquibus eccleſijs habet collatio-
nē prębēdarú:ſecundú glo.ibi, prout ſupra pleniùs
10 fuit tractatú,† verũtamē durãte ſequeſtro in iure pa
tronatus ſequeſter etiã laicus poſſet pręſentare, ſe-
cundũ Hoſti.c.Epiſcopatú.de iudi.& Card. Flo. in
cle.j.de ſequeſt.poſſ.& fruct.quia tale ius patrona-
tus bene cadit in laico,ſaltē de gratia.c. quoniã.de
iure patro.Et pręmiſſa etiã procedũt à paritate ra-
tióis in officijs tēporalibus,quia durãte manu Del
phinali curia ſeu eius cómiſſarius deputatus inte-
rim poterit prouidere de dictis officijs per modú có
mendę & prouiſionis,vt interim deſeruiat in dictis
officijs,donec aliter fuerit ordinatum per curiam,
licèt ſit ſecurus,quòd in commiſsione commiſſarij
ad reducendú fiat etiam ſpecialis mentio de pote-
ſtate prouidendi in officijs.

ARGVMENTVM.

Cuſtos beneficij ſede vacãte an fructus ſuos faciat.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtos beneficij uacãtis quòd fructus futuro ſucceſſori ſer uare teneatur,niſi regaliæ iure,priuilegio uel fundatione aliter obſeruetur,per tot.*

Quæſtio CXIIII.

QVAERITVR an ſede vacãte ille qui ha-
bet cuſtodiã beneficij ex priuilegio vel con-
ſuetudine vel de iure cõi facit interim fructus perce
1 ptos ſuos. Et dicendũ eſt,† ꝙ non,ſed illos debet re
ſeruare futuro ſucceſſori ſupportatis tamē incũben
tibus oneribus.c.quia ſæpè.de elect.lib.vj.ſecundũ
glo.& doct.in c.generali.de elect.lib.vj.facit c.præ
ſenti.de offi.ord.lib.vj.cle.ſtatutũ.de elect.c.cũ vos.
de offi.ordi.niſi aliter de iure regaliæ ex fundatiõe,
vel priuilegio obſeruaretur:ſecundũ gl.in pragma.
ſanct.in ti.de anna.ſuper verb.regaliæ.vbi glo. re-
fert de Rege Francię, ꝙ vacãte ſede in aliquibus
eccleſijs cõfert prębēdas,& recipit tēporalia. & idē
in iure de portu. in Nuſtria, & diœceſi Pariſ.va-
cãte beneficio Epiſcopus recipit fructus primi an-
ni.facit quod habetur per gl.& doct.in c.ſi propter.
de reſcrip.lib.vj.& per doct.in c.vt noſtrũ.Sed quic
quid ſit in regno Frãcię,tamen in hac patria Del-
phi.quę eſt ſeparata à regno aliter obſeruatur:quia
cuſtos beneficij interim ſede vacã.nõ facit fructus
ſuos, ſed tenetur ſeruare fructus futuro ſucceſſori,
& accipere bona cum inuentario,& cauere idoneè,
& deinde reddere computum,& reliqua.

ARGVMENTVM.

Fructus beneficij vacantis oneribus defalcatis re-
ſtituendi ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor in beneficio q. præceſſoris debita quantum ſpolij uires ſe extenderint,ſoluere teneatur.*

Quæſtio CXV.

QVAERITVR an de bonis ſpolij,ſeu de
fructibus & alijs obuētionibus tēpore vacatio
nis prouenientibus,debeãt deduci debita, onera in-
cũbentia,& onera officiorũ. Et dicendũ eſt ꝙ ſic.c.
1 præſens.de offi.ordi.lib.vj.c. † quia ſæpè. de elect.
eo.lib. cle.ſtatutũ.de elect.quia ſucceſſor in bene-
ficio tenetur ſoluere debita predeceſſoris inquan-
tum ſuppetunt vires ſpolij.c.j.de ſolut.Nec tenetur
ſucceſſor beneficij vltra vires inuentarij,etiã ſi non
confecerit inuentariũ.l.j.§.ſi vacantia.cum ibi no.
per Bart.ff.de iure fiſci.& in tali caſu quando agi-
tur de iure ſpolij,ſunt ſoliti citari creditores, & alij
ius habere pretendentes tam particulariter,quã ge
neraliter,& voce præconia,& eſt ſolitũ fieri inuen-
tariũ de bonis ſpolij, & reduci ad manus Delphin.
Interim ad inſtar declarationis bonorũ, & deinde
eſt ſolitũ allocare in primo gradu vacationes, &
ſcripturas cõmiſſariorum,& graffariorum.l.fi.§.in
computatione.C.de iur.delib.Et conſequenter cæ-
teri creditores allucinantur ſecundũ prioritatē tem
poris hypothecarum & priuilegiorum.

ARGVMEMTVM.

Prælalus eccleſiæ vel ſucceſſor eius de mala admi-
niſtratione tenetur iuxta ſpolij vires aut fructus
vacationis.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus qui culpa eccleſiæ acquirere omiſerit,quòd de malè adminiſtratis teneatur.*
2 *Iura eccleſiæ ubi rectoris incuria depereunt, quòd eccleſiæ teneatur etiam de proprio patrimonio.*
3 *Beneficiatus q. eccleſiæ ædificiorũ inſtaurationē teneatur.*

Quæſtio

Quæſtio CXVI.

QVAERITVR quando prælatus malè adminiſtrat facere fieri reparationes, & expenſas neceſſarias, caſtrorũ & ædificiorũ eccleſiæ, ſed permittẽdo collabi dicta ædificia in ruinã, an teneatur prçlatus ſeu eius ſucceſſor de malè adminiſtratis ſaltẽ iuxta vires ſpolij, vt debeãt bona ipſius ſpolij aut fructus prouenietes tẽpore vacationis cõuerti in reparatione dictorũ caſtrorũ, & beneficiorũ
1 eccleſię. Et videretur dicendũ ꝙ ſic: quia † prçlatus eccleſię tenetur de malè adminiſtratis quãdo eſt in culpa omittendo acquirere eccleſię ſicuti de tutore dicitur: ſecundũ glo. & Cy. in l. quicquid. C. arbi. tu
2 te. Nam † quãdo iura eccleſię depereũt ob negligẽtiã rectoris, eccleſię tenetur de proprio patrimonio c. monemus. xij. q. ij. & c. placuit ſecũdo. xvj. q. iij. facit c. ex preſentia. de pign. act. bona adminiſtratorũ eccleſiæ ſunt tacitè obligata pro mala adminiſtra-
3 tione. & pariter † quãdo ruinãt ædificia, & ideò tenetur ad ædificia de fructibus ſupereſſentibus: ſecũdũ glo. in pragma. ſanc. in proœmi. ſuper verb. depereũt. & ſuper verb. ruinãt. multo fortius in caſu iſto quãdo propter eius negligentiã defectu coperturæ caſtrorũ & ædificiorũ permittit cadi in ruinã: quia ex quo prçlatus percipit emolumentum: ergo onus fabricę caſtrorũ eccleſiæ ſuſtinere debet: vt regula iuris. Et pro hoc facit gl. in d. c. prçſenti. §. porrò. de offi. ord. lib. vj. ſuper verb. oneribus. quia ſunt incũbentia onera beneficij. Et talia bona ſpolij priùs ſolutis debitis & oneribus debẽt cõuerti in vtilitatẽ eccleſiæ, vel futuro ſucceſſori fideliter reſeruari. c. cùm vos. de offi. ordi. d. c. quia ſæpè. de elect. lib. vj. & d. c. prçſenti. §. allega. & licèt ibidẽ in tex. loquatur alternatiuè per dictionem, vel, tamen accipitur ordine ſucceſsiuo: vt prius debeãt cõuerti in vtilitatẽ eccleſiæ, & de reſiduo fideliter reſeruari futuro ſucceſſori. arg. l. cũ pater. §. fi. ff. de lega. ij. l. hæredes mei. §. fi. ff. ad Treb. iuxt. not. per Bar. in l. Gallus. §. quidã rectè. ff. de lib. & poſth. & in l. iiij. §. prętor ait. ff. de dãno infe. Et præmiſſa faciũt ad quęſtionẽ ſuper bonis ſpolij dicti reuerẽdi dñi quondã Ioannis Leſpinay Epiſcopi Valeñ. & Dyeñ. qui de eius tẽpore defectu reparationũ copertoriorũ caſtrorũ dictorum Epiſcopatuũ permiſerat collabi in ruinã & terrã. Et ideò dñi Decanus & Canonici eccleſię Valeñ. & aliqui de capitulo eccleſię Dyeñ. pro cõſeruatione iuriũ dictarũ eccleſiarũ requiſierũt me vna cum dño aduocato fiſcali, vt haberẽ viſitare dicta caſtra, & ædificia dictorũ caſtrorum, cum operarijs & expertis in arte, & dictã viſitationẽ cum relationibus proborum redigi in ſcriptis.

ARGVMENTVM.

Electio prælati quo loco facienda, & an locus mutari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Electio prælati quòd in eccleſia cathedrali fieri debeat.*
2 *Electio ſi alio loco quàm ſolito fiat, quòd nõ, niſi cum cauſa legitima fiat, ualeat.*
3 *Peſtis cauſa locus fori mutandus.*

Quæſtio XCVII.

QVAERITVR de loco electionis fiendę & ſi alibi mutari poſsint propter peſtem aut aliam legitimam cauſam. Et in effectu videtur di-
1 cendum † ꝙ electio prælati debeat fieri in eccleſia cathedrali ſi fieri poteſt. c. in nomine domini. xxiij. diſt. c. ꝙ ſicut. de elect. Et interdum electio Epiſcopi eſt ſolita fieri in choro eccleſię. c. cùm nobis. de elect. & aliquando in capitulo. c. cùm terra. & c. in geneſi. de elect. vide ſecundũ glo. in d. c. in nomine
2 dñi. † quãdo electio eſt facta alibi ceſſante cauſa legitima non valet: ergo à contrario ſi fiat cũ cauſa legitima alibi tenet: vt puta propter peſtẽ, vt infra dicetur. Et licèt Hoſti. in d. c. cũ terra. non refert in quo loco fiat electio, dum tamẽ fiat in loco honeſto. arg. l. ſi cũ dies. §. ſi arbiter. ff. de arbi. & l. penul. ff. de iuſti. & iur. Tamẽ ſecundũ Panor. in d. c. ꝙ ſicut. de elect. debet fieri ſaltẽ infra ambitũ eccleſiæ, licèt in hoc debeat ſeruari conſuetudo: ſecundum Mãdago. in tract. de elect. c. de ſigno. quẽ refert & ſequitur glo. in pragm. ſanct. in tit. de elect. §. ad locum. Sed vbi viget peſtis, tunc eſt iuxta cauſa mutandi locũ. l. de ætate. cùm ibi not. per glo. & Bart. ff. ad trebe. quia non eſt tutus acceſſus. c. ex parte. de appel. cle. paſtoralis. de re iudi. quia peſtis eſt fugienda. c. negotiatorẽ. 88. diſt. Et pro hoc videtur tex. in ſimili in pragma. ſanctio. in titu. de autho. & pote. ſacro. genera. cõſil. cum ſimilib. c. j. §. locũ aũt. vbi ex cauſa peſtis vel alia ſimili poteſt mutari lo-
3 cus conſilij. Et idem videmus in ſimili, † quia propter peſtem mutatur locus fori cauſarũ, quia non debet interim ceſſare iudiciũ prout experientia docet in his partibus. faciũt no. per gl. & Panor. in c. veritatis. de dol. & contu. Nec obſtat pręmiſsis ſi dicatur, ꝙ propter peſtẽ non debent perſonę eccleſiaſticæ vel religioſæ deſerere locũ vbi ſunt ordinatę ne deſeratur officiũ & ſeruitiũ. Et pręmiſſa faciunt ad quęſtionem de tempore anni natiuitatis dñi 1503. de menſe Ianuarij poſt obitum reuerendi quondã dñi Ioannis Leſpinay vltimi Epiſcopi Valeñ. & Dyeñ. vbi propter peſtẽ vigentẽ in ciuitate Valeñ. dñi canonici dictarũ eccleſiarũ Valeñ. & Dyeñ. ſimul conuenerunt & ad inuicem deliberauerũt de mutatione loci electionis futuri paſtoris in loco Alexiã vel Piſantiam dioeceſis Valentineñ. allegãdo ita aliâs fuiſſe aſſuetum fieri, & aliâs fuit facta vna alia electio in loco ſtellæ, licèt aliâs audiuerint dici in ciuitate Grationo. quando peſtis vigebat ꝙ ius capituli eccleſiæ cathedralis Grationo. reſidebat penes illos canonicos qui ibi remanebant. c. gratum. cùm ibi not. de poſtu. prælat.

ARGVMENTVM.

Eccleſiarum Epiſcopalium reductio ad manus Delphinales quomodò fiat.

SVMMARIVM.

1 *Temporalitas eccleſiæ quando eſt de feudo Regis uel alterius principis quòd capitulum ſede uacãte neq; in iuriſdictione neque in adminiſtratione ſuccedat.*

Quæſtio XCVIII.

QVAERITVR de modo reductionis fiendæ ad manus Delphinales de iſtis eccleſijs epiſcopatus, & dignitatibus, eccleſiaſticis ſede vacante. Et in effectu perueniento ad notitiã curiæ taliorũ prçlatorũ, datur ſupplicatio pro parte procuratoris generalis Delphinalis, narrando incõueniẽtia & pericula quę poſſent ſubſequi ſede vacante,

propter violẽtias & intruſiones aliquorũ quæ poſſent fieri,& maximè de caſtris, & territoris,& bonis tẽporalibus quę mouẽtur de feudo & homagio dñi noſtri. Petẽdo ob ideò cõmitti alteri ex dñis curię d. reductionẽ epiſçopatuũ, taltẽ reſpectu t palitatis ad manus Delphin. cũ bonis ſpolij inuẽtario fiẽdo appoſitione pennócellorũ armorũ Delphinaliũ in locis oportunis & prouiſione officiariorũ idone..um ſub manu Delphini & durante d. reductione. Et deinde ſolitũ eſt cõmitti alteri ex dominis vocato procuratore fiſcali ſeu aduocato. Et deinde fit præſentatio literarum cõmiſsionis pro parte fiſcali dicto domino commiſſario, qui ſe offert procedere iuxta tenorẽ dictę cõmiſsióis. Et de huiuſmodi pręſentatione alter ſecretariu; quẽ duxit dictus dñs cõmiſſarius recipit acta, quia cõmiſſarius ſeu delegatus non accipit vires niſi à tẽpore præſentationis reſcripti. c. ſuper eo. de appel. ſecundũ Specu. in tit. de reſcrip. c. pręſen. in j. & Bal. in l. falſus. C. de fruct. & conſequẽter d. dominus cõmiſſarius vna cum d. domino aduocato ſeu procuratore & ſecretario acceſſit ad locũ capituli beneficij vbi ſit tutus acceſſus aut alibi, vbi ſunt cõgregati canonici dictę eccleſię Et ibidẽ d. dñs cõmiſſarius per modũ notificationis verbalis, facit aſsignare Decanũ ſeu antiquiorẽ de capitulo & alios canonicos ibibẽ præſentes ad cõparendum corã ipſo in eius hoſpitio aut alio loco honeſto, & aduenięte hora aſsignationis cõparet præfatus dñs aduocatus ſeu procurator fiſcalis, & in præſentia dictorũ dñorum canonicorũ proponit cauſam aduẽtus dñi cõmiſſarij, petẽdo realiter reduci dicta bona tẽporalia ad manus Delphinales, & inhiberi eiſdem ſub pœna reductionis bonorum ſuorũ temporaliũ ad manus Delphinales, ne ſe habeant vlterius intromittere de dicta adminiſtratione tẽporaliũ durante reductione Delphini. Qui dominus cõmiſſarius auditis cõparitionibus partiũ ordinat ante omnia fieri lecturã ſupplicationis & cõmiſsionis literarũ in pręſentia d. dominorũ canonicorũ ad fines intermationis, & nę poſsint prætendere ignorantiã, iuxt. cle. cauſam. de elect. dictã tẽporalitatẽ & bona ſpolij ad manus Delphinales reducẽdo. Inhibẽdo dictis Canonicis ne dicta adminiſtratione vlterius ſe intromittãt, ſub dicta pœna reductionis ſuorũ bonorũ tẽporaliũ ad manus Delphi. Et licèt d. do. Canonici proteſtati fuerint, etiã in ſcriptis volẽdo pretẽdere, ꝙ ſede vacãte adminiſtratio ad ipſos pertineat in ſpiritualibus & tpalib. c. fi. de ſupplẽ. negl. pręl. lib. vj. proteſtando ob ideò quòd eis non fiat præiudicium, tamen dictus dominus cõmiſſarius non admiſit dictas proteſtationes niſi inquantum iutis fuerint, cõcedendo fieri acta

1 hincinde: licèt vt ſupradictũ fuit † quãdo temporalitas eccleſiæ mouetur de feudo & homagio Delphini, capitulũ non ſuccedit in iuriſdictione & adminiſtratione. c. verum. de for. cõpe. Et vlterius procedendo ad vlteriora ad dictam reductionem in capite beneficij dictus dominus cõmiſſarius petijt ſibi tradi claues domus epiſcopalis, faciendo etiam aſsignare conſules huius ciuitatis ad intermandũ eis dictam reductionẽ, & in ipſorũ pręſentia deputat aliquẽ idoneum cuſtodẽ cum cautione, & deinde fit inuentarium vocatis aliquibus honeſtis perſonis, & conſequenter fiunt cridæ in locis oportunis, & apponũtur pẽnoncelli Delphi. & aliâs prout plenius cõſtat actis ſuper hoc confectis. Et eſt ſciendum ꝙ dicti pennoncelli armis Delphinalibus depicti nõ fuerunt poſiti in portalibus ciuitatum Valeñ. & Dye. quia per prius fuerunt & ſunt ibi inſculpta, in lapide arma Delphi. deſuper armis Epiſcoporum in ſignum ſuperioritatis, licèt in caſtris aut villis dictorum epiſcopatuum vbi non ſunt ſculpta dicta arma Delphi. in portis fuerunt appoſita, & pariter in dict. ciuitatibus Valeñ. & Dye. ad inſtantiã procuratoris fiſcalis generaliter, & voce præconia citati creditores & alij ius habere prætendentes in dictis bonis, & ſpolijs ad certam & cõpetentẽ diem edocturi de eorum iuribus, ſi quę habeãt, coram dicta inſigni curia parlamenti Delphinatus.

ARGVMENTVM.

Quomodo prouidendum ſit, de officijs eccleſiæ cathedralis vacante pendente reductione.

Quæſtio XCIX.

QVAERITVR de modo prouidendi de officijs durãte dicta reductione Delphinal. Et in effectu dictus dominus cõmiſſarius vocatis conſulibus ſeu ſyndicis loci & aliquibus notabilibus perſonis pręſente dicto domino aduocato fiſcali, ſe informauit de moribus, vita, idoneitate, & bona fama dictorum officiariorum de nouo ponendorũ & cum iuramento. Et vlterius quoad officia habẽtia adminiſtrationẽ iuſtitiæ, fecit eis aliquas quæſtiones in iure, quia licèt doctor fuerit examinatus tam in priuato examine, qui rigoroſo tempore licentiæ & doctoratus. iuxt. not. per glo. & docto. in l. magiſtros. C. de profeſ. & medi. lib. x. tamen iterum poſſunt examinari in practica, & etiam quãdo promouentur ad officia. l. memini. & l. ſanximus. cum ibi not. C. de aduoca. diuer. iudic. & per Barto. in l. ſed & reprobaui in lectura Nico. ff. de excuſa. tuto.

ARGVMENTVM.

Appellare an liceat à temporalitatis & bonorum ſpolij reductione.

SVMMARIVM.

1 *Ab executore non niſi exequendi modum excesſerit, appellari regulare*

Quæſtio C.

QVAERITVR an licitum ſit appellari à dicta reductione temporalitatis & bonorum ſpolij. Et videtur dicendum quòd non: quia dictus dominus commiſſarius deputatus ſuper reductione dicitur executor, cum per eius commiſsionem non mandetur cauſæ cognitio, ſed exe-

1 cutio, † & ita ab executione non appellatur niſi excedat modum exequendi. cap. nouit. de appella. cap. quò ad conſultationem. de re iudi. Nec obſtat lex, & ſi non cognitio. C. ſi contra ius vel vtilitatem publi. vbi quãdo committitur executio non præcedẽte cognitione, videretur cõmiſſa cognitio ſaltim vt cognoſcatur de veritate precũ. Quia ad iſtud reſpõdetur ꝙ hic nõ ſunt aliqua verba denotãtia niſi executionẽ, & pariter nõ fuit exceſſus modus in exequẽdo, & ideò nõ debet admitti appellatio. l. ab executione. C. quor. appellati. non reci. Et

ideo di

ideò dictus dominus commiſſarius non detulit dictę appellationi tanquam friuolæ præſentem reſpõſionem pro apoſtolis refutatorijs concedendo.

ARGVMENTVM.

Capitulum ſede vacante an pro electione fienda expenſas petere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Electionis fiedæ expenſæ neceſſariæ à capitulo peti poſſunt, ubi prælati bona diſtincta ſunt à bonis capituli.*

Quæſtio CI.

QVAERITVR, an capitulum alicuius eccleſiæ ſede vcante poſsit petere expẽſas pro negocio electionis de bonis Epiſcopatus ſeu prælaturę. Et in effectu videtur dicẽdum quòd ſic, † quò
1 ad expenſas neceſſarias, ſine quibus actus comodè expediri non poſſet. c. vt preteritę. de electio. Et hoc quãdo bona prelati ſunt diſtincta & ſeparata à bonis capituli, & electio eſt facta in concordia. c. cupientes. §. ad hęc. de elect. lib. vj. Et iſtud facit pro negotio electionis futuri paſtoris dictarum eccleſiarum Valentię & Dieñ. quia dicti Canonici ſe cõgregauerunt inſimul, & petierunt ſibi expediri pro expenſis victus durante etiam electione. Sed dictus dominus commiſſarius habuit reſpondere, quòd recurrant ad inſignem curiam parlamenti, quia eius commiſsio nõ portabat, quòd poſsit facere aliquã expeditionẽ, ſeu liberationem, de dictis bonis ſpolij. Et eſt ſciendum quòd ſecundum pacta & conſuetudines dictarum eccleſiarũ Valentię, & Dyeñ. electio Epiſcopi eſt ſolita fieri per turnũ, cũ ſint ſimul vnitę, ita quòd quãdo electio fit in eccleſia Valeñ. pro eius turno alternatis vicibus, iuxta cle. j. de iur patro. tunc canonici eccleſiæ Dieñ. ibi accedunt & ibi viuunt in cõmuni. & capitulum eccleſię Valeñ. tunc miniſtrat expenſas durante electione, & econtrà, quando fit electio altera vice in eccleſia Dyeñ. tunc ibi congregantur Canonici eccleſię Valentię, & viuunt inſimul, & capitulũ Dyeñ. miniſtrat expenſas. Et vt intellexi ab aliquibus canonicis eccleſię Dyeñ. in electione Epiſcopi tantas voces habẽt Canonici Dyeñ. quantas habent Canonici Valeñ. licèt ſint plures in numero.

ARGVMENTVM.

Prælato eccleſiæ fructus locare poſſunt: & an ſucceſſor dictæ locationi ſtare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus fructus beneficij locare poteſt, etiam laico.*
2 *Succeſſor in beneficio quòd locationi prædeceſſoris ſtare non niſi in eccleſiæ utilitatem redundaret, tenetur.*
3 *Succeſſor in beneficio quod neque ex prædeceſſoris contractu neque ad debita niſi iuxta bonorum obligatorũ utres teneatur.*

Quæſtio CII.

QVAERITVR, an prelatus licite poſsit arrendare fructus & reuenutum epiſcopatus, & an ſucceſſor beneficij teneatur ſtare arrendamẽ
1 to predeceſſoris. Et in effectu † bene poſſunt arrendare fructus beneficij, dum tamen nõ deſeratur ſeruitiũ diuinũ. c. veſtra. cũ ibi nota. de loca. etiã laico, vt ibi habetur, licèt regulariter negocia eccleſiaſtica prohibeantur exerceri per laicos. c. decernimus. cũ ibi not. de iud. Et qñ prelatus moritur ante tẽpus
2 finitũ arrendamẽti, † tũc ſucceſſor in beneficio regulariter nõ tenetur ſtare arrendãmẽto prędeceſſoris. c. fi. cũ ibi nota. per Inno. & Panor. ne pręla. vj. ſuas, ſecundũ Bal. in l. emptorẽ. C. loca. De quo etiã per doct. in l. diuortio. in prin. in l. ſi filio. §. fi. ff. ſol. matri. Et hoc verũ niſi tale arrendamẽtũ redundaret in vtilitatẽ eccleſię, quia tũc iſto caſu ſucceſſor teneretur ſtare: vt ibi nota. aliàs non, prout ſupradi-
3 dictũ fuit: quia † ſucceſſor in beneficio non tenetur ex cõtractu prędeceſſoris, nec ad eius debita. c. j. & ij. de ſol. c. quibuſdã. de fide. niſi iuxta vires bonorũ obligat. quia tũc debẽt ſolui debita pdeceſſoris. c. preſẽti. §. porrò. de offi. ord. li. vj. Et iſtud facit pro arrẽdamẽto dictorũ bonorũ epiſcopatuũ Valeñ. & Dyeñ. factũ per dictũ quondã dñ Epiſcopũ Aymaro de Colũberia ad trienniũ precio cuiuſlibet anni ſex mille & tercentũ frãcorũ regis reſeruatis condẽnationibus & emolumento ſigilli curię ſpiritualis, & ſub certis alijs reſeruationibus, quia dictus dominus Epiſcopus mortuus de tẽpore vltimi anni de tẽpore arrẽdamenti, & reſtabat adhuc certa pars vltimi anni à feſto calẽdarũ vſq; ad xxiiij. mẽſis Martij Et cũ dictus Aymarus de Colũberia tenuerit arrendamentũ tẽpore fertili, videlicet tẽpore recollectionis prę vſiarũ & pedagij Valen. Et ideò debet tenere dictũ arrendamentũ pro toto tẽpore vltimi anni: quia aliàs eſſet pręiudicium eccleſiæ & ſucceſſoris in beneficio.

ARGVMENTVM.

Bonorum ſpiritualium & temporalium eccleſię appellatione, quę veniant.

SVMMARIVM.

1 *Bona epiſcopatus quædam ſunt diœceſana, quædam iuriſdictionis quædam uerò ordinis.*
2 *Bona iuriſdictionis quæ ſint.*

Quæſtio CIII.

QVAERITVR, quid contineatur appellatione bonorũ ſpiritualiũ, & temporalium eccleſię. Quia vt interdum mandatur reduci ſub manu Dephinali bona temporalia prelatorum & clericorum & etiam plurimũ emanantur reſcripta, & cõminationes ſub pœna reductionis temporalitatis ad manus delphinales, & ideò bona & iura epiſcopalia habentur, in c. conquerenter, & c. dilectus. de
1 offi. ordi. † Quia quędam ſunt de lege diœceſana, & quędam de lege iuriſditionis: vt ibi habetur per glo. & doct. & c. veniens. de preſcrip. Et pariter quædam iura ſunt ordinis, & iſta competunt ſolis Epiſcopis. c. quòd ſedes. de offi. ordi. c. aqua. de cõſecra-
2 tio. eccle. vel alta. c. quanto, de conſe. † Quędam verò ſunt iuriſdictionis, vti cenſura eccleſiaſtica, collatio beneficiorũ, & ſimilia, de quibus per gloſ. in c. tranſmiſſum. de elect.

ARGVMENTVM.

Monachus manẽs in prioratu clauſtrali, cui acquirat. Et an cũ licẽtia Abbatis de dictis bonis diſponere poſsit.

SVMMARIVM

1 *Monachum profeßionis monaſterio acquirere regulare.*
2 *Monachum ſeruo æquiparari regulare.*
3 *Monachus prioratui querit, cui moram gerit.*

4 *Monachus ut de bonis quæſitis diſponat, Abbatem licentiam dare non poſſe.*

Quæſtio CIIII.

QVAERITVR, cui acquirat monachus mantionarius alicuius prioratus clauſtralis, & an Abbas poſsit dare licẽtiam tali monacho diſponẽ
1 di de dictis bonis acquiſitis. Et in effectu † regulariter monachus acquirit monaſterio vbi eſt profeſſus.c.in pręſentia.de prob.authe. ingreſsi.C. de ſacro.ſanct.eccleſ.Et hoc verum niſi monachus fuerit aſsignatus vel tranſlatus in aliquo beneficio, etiam clauſtrali:quia tunc ſi acquirat ex eius opera,vel ex bonis eccleſię, tũc acquirit ad vtilitatẽ illius eccleſię,vbi reſidet.ca.olim cum.ij. & ibi per
2 Inno.& Panor.de priuile.† Quia regulariter monachus æquiparatur ſeruo:ſecundum Innoc.ibi & glo.in l.cùm heredes.§.fi.ff.de acqui.poſſ.&Bar.in l.j.§.vſufructuarius.ff.de vſufruct.&l.penu.ff.de ſtipul.ſeruo.Et ita eſt in propoſito:quia ſeruus vſufructuarius non acquirit ex eius opera proprieta-
3 rio,ſed vſufructuario, † & idem in monacho, qui reſidet in aliqua eccleſia ſeu prioratu clauſtrali, quia debet acquirere ad vtilitatem illius prioratus ſiue ſit in petitorio ſiue in poſſeſſorio:quia etiã per ſeruum vel monachum acquiritur poſſeſsio, etiam ſine apprehenſione.l.j.§. acquiritur. & §. ſi ſeruus. ff.de acqui.poſ.ſecundum Bart.in l. qui vniuerſas. §.j.eo.titu.& ff.de preca.& per Bald.in d.ca. in pręſentia.&maximè ſtante conſuetudine, quæ debet attendi in talibus bonis ſpolij religioſorum.ca. pręſenti.in princip.de offi.ordi.lib.vj.† Nec poteſt da-
4 re Abbas licentiam diſponendi de talibus bonis: quia nõ poteſt diſpenſare vt monachus habeat proprium.c.cũ à monaſterio.de ſtat.mona.&ad ſolùm Papam ſpectat diſpenſare ex cauſa,quia ſcienti pater prohibetur dare licentiam filio,niſi ad pias cauſes:ſecundum vnam opinionem.c.licèt de ſepultu. lib.vj.Nec pariter dominus poteſt habilitare ſeruũ ad teſtandum,ſed ſpectat ad ſolùm principem ſeu Papam.l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam.ſecundum Bald.in authe.niſi rogati.C. ad treb. Et iſtud facit pro cauſa ſpolij cuiuſdam religioſi ſacriſtæ prioratus Thoueti inter dominum Claudium Portæ priorem ſeu commodatarium dicti prioratus, & nobilẽ Ludouicũ de bella Cumba aliàs de Thoueto, qui habet cauſam à vicario domini Abbatis Cluniaceñ, ſed dictus prior prętendit quòd eſt immediatus,& quòd ad eum ſpectat.argu.c. in eccleſ. cũ ibi nota.per glo.& Panor.de maio.& obe.& in cap. ſi religioſus.de elect.lib . vj.& de materia an monachus æquiparetur ſeruo,aut filiofamiliâs vide, per Barto. Alexand.de Imol.& Iaſ.in d. l.j.§. acquiritur.& §.ſi illum.ff.de acquir. poſſeſ. quia ſecundũ quod agitur de fauore eccleſię,& religionis poteſt æquiparari ſeruo vel filiofamiliâs:ſecundum Bal. in l.j.C.qui admit.ad bonor. poſſeſsio.poſſ.

ARGVMENTVM.

An de bonis ſpolij prælatorum, clericorum & religioſorum iudices ſeculares inuentarium conficere poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum bona eccleſiæ priuilegio gaudere regulare.*
2 *Clericorũ bona patrimonialia exẽptiõis priuilegio gaudẽt*
3 *Bonorum ſpolij clericorum in quibus eccleſiaſticæ perſonæ ſuccedunt, inuentarij confectio iudicis eccleſiaſtici eſſe.*

Quæſtio CV.

QVAERITVR, an de iure bona ſpolij prę latorum,clericorum&religioſorum poſsint inuentoriſari per iudices ſeculares,&ad eorum manus reduci ad ſaluum ius habentis. Dubium facit:
1 quia † bona clericorum gaudet priuilegio eccleſię. iuxta.not.per glo.& doct.in cap.ex literis. de pign. & in c.cùm ſit generale.de for.compe.& in ca.fi.de vit.& honeſt.clerico.& Panor.in ca.cũ eccleſia. de conſti.quia bona ſequuntur conditionem & priuilegium perſonę,& non econtrà.l.ij.C.qui.& quand.
2 quart.pars libr.x.hinc eſt,† φ bona clericorum patrimonialium gaudent priuilegio exemptionis bonorum,ne tallientur & cotizentur:ſecundum Specul.in titu.de cleric.& Bart.in l. placet.ff. de actio.
3 hęre.& doct.Guid.Pap.in deci. † multò fortius in caſu iſto in bonis ſpolij prelatorum & clericorum vbi perſonę eccleſiaſticę ſuccedunt in ſpolio,& per conſequens debet fieri inuentarium per iudicẽ eccleſiaſticum,ſicuti dicitur de pupillo vel adulto, quia debet dari tutor vel curator per iudicem eccleſiaſticum, & non per iudicem ſecularem.ca. ſi annum. de iudi.libr. vj.

ARGVMENTVM.

Electiones meticuloſæ an de iure teneant:&an locus electionis fiendę tutus eſſe debeat.

SVMMARIVM.

1 *Electio meticuloſa eſt ipſo iure nulla.*
2 *Electionem ſeculares impedire non niſi ſub excommunicationis pœna,poſſunt.*
3 *Electio Papæ quo moritur faicenda.*
4 *Electionis eccleſiarum cathedralium & ſecularium tempus trimeſtre.*

Quæſtio CVI.

QVAERITVR, an electio Papę vel Epiſcoporum aut aliorum prælatorum meticuloſa de iure teneat,&an locus vbi fit electio debeat eſſe ſecurus,adeò quòd eligentes ſint in omnimo-
1 da libertate. Et videretur dicendum quòd † vbi electio eſt meticuloſa,non teneat iſto iure,vbi adimitur libertas eligendi.c.vbi periculum.de elect. libr. vj.& quòd ſit de caſibus ſpecialibus vbi metus annullat iſto iure:iuxta not.per glo.& doct.in c. Abbas.quod met.cauſ.Et iſtud etiam tenet Bal. in tracta.ſcyſma.ſuper rubri.C.ſi quis alie.teſta.prohi.& glo.in pragma.ſanctio.in tit.de elect.c.j.§. ad tollẽ-
2 dum. † Et pariter domini ſeculares ſub pœna excommunicationis ipſo facto non debent impedire factum electionis.c.quiſquis.ca. Mariana cum terra.de elect.ſed debent pręſtare locum ſecurum do-
3 minis cardinalibus † in electione Papę in conclaui, vbi Papa moritur,& cuſtodire territorum loci ab inuaſione& oppreſsione.d.c.vbi periculum.Et pręmiſſa faciunt ad quęſtionem hodierno tempore ſuperfacto futuro electionis Epiſcopi eccleſiarum. Valeñ. & Dyeñ. ſimul vnitarum: quia ambo capitula ſe congregauerunt propter peſtem vigẽtem in ciuitate Valeñ.tam in loco Alexiam quam villæ de Romanis,& ibidẽ fuit facta magna cõgregatio magnarũ,&nobilium in numero fere.lx. equorum vel

rum vel circa pro parte magnificorum dominorum Myolani, & Turnonis, qui prętendunt & anhelant ad dictam electionẽ, ita quòd domini Canonici dictarũ eccleſiarũ Valeñ. & Dye. erãt aliquãtulũ perterriti: An ex hoc dicatur adimi ſeu impediri libertas eligendi ſeu ineſſe metus. Et tunc vt fertur dicti domini Canonici de hoc pręſenti anno natiuitatis domini milleſimo quingenteſimo tertio, die viceſima ſeptima mẽſis Ianuarij in villa de Romanis prolongauerunt dictam electionem vſque ad. xv. menſis Marcij, proximè futuri in loco Aurioli diœceſis Valeñ. ita quòd cadet circa finem trium
4 menſium † qui dantur in electionibus eccleſiarum cathedralium & regularium. cap. ne pro defectu. de elect. & vt etiam prætenditur ſereniſsimus dominus noſter Delphi. reſcripſit certas epiſtolas pręfatis dominis dictarum eccleſiarum Valeñ. & Dye. tam in communi, quã in particulari in fauorem fratris dicti domini Turnonis, & vt imaginatur fuit cauſa prolongationis dicti diei electionis, ne dicti domini Canonici in aliquo diſplicerẽt regiæ maieſtati & Delphinali, & quòd interim eidem reſcriberent vt remanerent in mera libertate eligendi, ſine impedimento aut obſtante omnino. c. licet. §. ſtatuit. de elect. in pragma. ſanct. pro quo etiam facit c. j. §. ad tollendum. eo. titu. vbi etiam non debẽt interuenire literę vel preces principum, niſi vtantur precibus benignis, & beniuolis, abſque cõminatione d. c. licet. §. fi. aliàs electio fieret per ſeditionem violentiã, vel oppreſsionem, & eſſet nulla. ca. in nomine domini. xxiij. dict. cap. bone. le premier, & ca. Marſana. & cap. quiſquis. de elect. vbi etiam prohibetur fieri electio per abuſum laycorũ, de quo per glo. in d. c. j. ad tollendum. ſuper verſi. liberè. & ſuper ver. pręſumatur. in pragma. ſanct.

ARGVMENTVM.

Tempus electionis fiendæ an arctari aut protendi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Tempus electionis cum à canone datum ſit, non, niſi cũ cauſa legitima, arctari.*
2 *Ius capituli in uno ſolo reſidere poteſt.*
3 *Tempus electionis quod arctatum fuit protendi poteſt, non tamen ultra iuris terminos.*

Quæſtio CVII.

QVAERITVR, an terminus pręfixus electionis fiendę futuri paſtoris poſsit prolongari vel abbreuiari. Et in effectu quia tale tempus electiõis in dignitatibus eccleſiaſticis electiuis, vti cathedralibus vel regularibus aut collegiatis, eccleſijs eſt tempus trium mẽſium, ne eccleſia remaneat viduata. c. ne pro defectu. de elect. & in alijs beneficijs inferioribus eſt tempus ſex menſium. c. ij. de cõ
1 ceſ. pręben. † Veruntamen tale tempus regulariter non poteſt abbreuiari cùm ſit introductum à canone, ſeu lege. c. indultum, de regul. iur. lib. vj. niſi ex cauſa legitima: puta, quia appropinquat terminus electionis fiendę, vel quia timetur potentia alicuius tyranni, ne opprimat canonicos ad eligendum aliquã certã perſonam, & iſto caſu capitulũ cõgregatum poteſt admonere & citare abſentes, vt inter ſint termino pręfixo ad eligendum. c. cũ inter. & c. cum nobis. & ibi per glo. & Panor. de elect. quia terminus trium menſium ad eligendum fuit pręfixus fauore capituli, & ſic poteſt illi renuntiari, cũ mora in talibus ſit damnoſa: dum tamen terminus non ſit nimium arctatus. c. conſuluit. de offic. de leg. Et iſto caſu pręſentes poſſunt procedere ad electionẽ ſi abſentes non veniant. veruntamen quando pręfigitur talis terminus & abbreuiatur, requiritur quòd ad minus ſint duę partes capituli pręſẽtes: iuxta no. per glo. Inno. & Panor. in d. cap. cum nobis. & in c.
2 in cauſis. de elect. Nec obſtat ſi dicatur † quòd ius capituli poteſt reſidere in vno ſolo. c. gratũ. de poſtu. præla. Quia illud eſt verum vbi capitulum eſt debito modo cõgregatũ: quia iſto caſu minor pars capituli poteſt explicare ea quæ ſunt fienda in capitulo, etiam ſi non ſint duę partes capituli: ſecundum Inno. in c. ij. de ope. nou. nun. & in c. j. de maior. & obe. quia vocati nolentes venire ſe faciunt alienos. d. ca. cum nobis. & non debent computari in numero, ex quo recuſant venire: ſecundum glo. in clem. quo circa. de elect. & Panor. in d. ca. in cauſis. & idem quando capitulum eſt congregatum, & maior pars recedit: quia tunc maior pars capituli, quę remanet poteſt explorare actum: nec illi recedentes ſunt amplius vocandi: & maximè quando periculum eſt in mora. clem. ne romani. §. porrò. de elect. Sed eſt dubium quando terminus electionis eſt ſemel abbreuiatus, an poterit prolõgari per maiorem partẽ capituli infra tamen terminũ iuris triũ menſiũ. Dubium facit: quia ſemel fuit dies prefixa.
3 Attamen † videtur quòd poſsit fieri talis prolongatio infra terminum iuris. argu. l. ſed ſi. ff. de precar. & quia dilatio data ab homine poteſt reuocari. l. qualẽ. & l. diẽ. in prin. ff. de alim. cib. lega. Et qñ terminus pręfixus ad eligendũ prorogatur, abſentes, qui fuerant citati, nõ ſunt amplius citãdi: ſecundũ Inno. in d. c. conſuluit. de offi. deleg. & gloſ. in pragma. ſanctio. in tit. de author. & poteſta. ſacro. genera. conſi. c. j. circa fi. ſuper ver. duarum partiũ. & pręmiſſa faciunt ad queſtionẽ ſuper facto electionis Epiſcopi dictarũ eccleſiarũ Valeñ. & Dyeñ quia Canonici ſemel pręfixerũt terminũ ad eligendũ ad diẽ lunę xxj. menſis Ianuarij, in loco Alexiã, propter metũ peſtis vigentis in ciuitate Valeñ. Et deinde ipſis congregatis ad inuicem tractando de dicta electione maior pars prorogauit terminuũ ad decimã quintã menſis Marcij proximè futuri, in loco Aurioli Valen. diœceſis, propè finẽ termini iuris triũ menſium, licet mior pars canonicorũ conſentierit & proteſtata fuerit contra maiorẽ partẽ, vt ita fertur. Et pro pręmiſsis facit: quia maior pars prorogãdo terminum præfixum videtur reuocare, nec poteſt minor pars vltra procedere: ſecundum gloſ. Panor. in d. c. cùm nobis. de elect. vide Oldra. conſi. cxxj. in titu. de elect. facit c. cũ poſtquã. quando protrahitur electio in fraudem.

ARGVMENTVM.

An minor pars reclamare aut appellare poſsit quãdo maior pars actum minus iuridicum aut à iure reprobatum facit.

SVMMARIVM.

1 *Minor pars maiori adſentire uidetur, niſi contradicat.*
2 *Adſeſſores iudicis opinioni iniuſtæ ſtare non tenentur.*

Quæſtio CVIII.

QVAERITVR, quando maior pars capituli facit aliquem actum minus iuridicum ſeu aliàs de iure reprobatum præſente minore parte capituli, an teneatur minor pars reclamare ſeu contradicere, & proteſtari cõtra maiorem partem, aut appellare ad ſuperiorem. Et in effectu videre-
1 tur dicendum quòd ſic, † quia ex quo minor pars eſt præſens videretur conſentire, ſi non contradiceret. c. qui tacet. de reg. iur. libr. vj. & ſic illaquearet eodem modo quo maior pars ſi non contradiceret & reclamaret: iuxta not. per glo. Inno. Panor. in ca. j. de his, quę fi. à maior. par. ca. licèt non ſit opus appellatione extraiudiciali, ad ſuperiorem: ſecũdum Inno. & Panor. in d. ca. j. & pro hoc facit l. quoniã iudices. la ij. C. de appel. vbi quando iudex aliquid facit contra ius notarius actorum vel alij officiarij non tenẽtur ſibi parere ſeu obedire in re illicita, ſed
2 debent ~~ei contradicere de~~ reſiſtere pro poſſe. & † eodem modo aſſeſſores non tenentur ſtare opinioni iudicis quando eſt iniuſta: ſecundum Bald. & Sali. ibi Et pro hoc facit quod voluit Bart. in tracta. repreſaliarum, & Bald. in auth. & omnis. C. ne vxo. pro mari. & Bald. in authe. habita. C. ne fi. pro pat. vbi volo quòd quando iudex ~~vel rector ciuitatis~~ facit iniuſtitiam, tunc iſto caſu officiarij vel populus debent ſibi contradicere & petere acta de contradictione, ne defectu iuſtitię patiãtur damnũ. Et iſtud etiam facit ad quęſtionẽ Canonicorum ~~dictarum~~ eccleſiarum Valeñ. & Deñ. quia maior pars Canonicorum prorogauit terminum electionis vſque ad xv. futuri menſis Martij, ſed minor pars contradixit & proteſtata fuit contra maiorem partem de dãnis & intereſſe per manus notarij. & pro hoc facit: quia poſt terminum pręfixum, quis auditur, niſi iudex pronunciauerit non eſſe audiendum: ſecundũ Inno. in ca. lator qui. fil. ſunt legit. & pariter mora poteſt prorogari. vide de materia Oldra. cõſi. cxxij. ſub titu de elect. & pleniùs fuit tactum in quæſtio. pręcedenti.

ARGVMENTVM.

Quictantia in qua realis numerationis mentio facta non eſt, ſed ſola confeſsio ſolutionis an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Quictantia confeßionis de recepto, quod uim realis numerationis non habet.*

Quæſtio CIX.

QVAERITVR, an procurator conſtitutus ad recipiendum ſolutionem & dandum quitantiam de recepto valeat dare quitantiam confitendo habuiſſe ſolutionẽ, licèt non appareat de reali numeratione facta in preſentia notarij & teſtiũ.
1 Dubiũ facit: quia † talis confeſsio de recepto non habet vim realis numerationis. iuxta not. per gl. & doct. in l. ſi ex cautione. C. de non nume pecu. quia in dubio dominus videtur mandaſſe procuratori & dediſſe ſibi poteſtatem recipiẽdi realem ſolutionẽ, & non ſit tam per confeſsionem de recepto: ſecundũ Bal. in l. ij. §. ſi. ff. ſi certũ peta. & iſtud facit pro arrendamento honorabilis Aymari de Columberia, qui arrendauit fructus & emolumenta epiſcopatuũ Valeñ, & Dyeñ. pretio cuiuſlibet anni ſex mille, ſex cẽtũ, libra. turoneñ. reſeruato iu. ſpiritualitatis ſigilli, & condemnationũ, & ſub certis alijs reſeruationibus, & quòd ſoluat annuatim pretium per quarteronos in ciuitate Valeñ. & contingit quòd nobilis Ioannes de la Chaſsiere ſcutifert dicti quõdam domini Epiſcopi Valeñ. tãquã procurator ad recipiendum ſolutionem dedit certas quictantias dicto de Columberia per confeſsionem de recepto abſque eo quod appareret de reali numeratione, licèt dictus de Columberia produxerit quandam epiſtolam miſſoriam dicti quondam domini Epiſcopi datatam poſt feſtum omnium ſanctorum proximè pręteritũ, vbi fatebatur quòd dictus de Colũberia bene ſibi ſatisfaceret, & fecit examinare teſtes ſuper litera & ſubſcriptione dicti domini Epiſcopi.

ARGVMENTVM.

Procurator ad negotia extraiudicialia conſtitutus rationem & reliqua reddere tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Mandati actio generalis eſt, & uenit directa & contraria.*

Quæſtio CX.

QVAERITVR, an procurator conſtitutus ad negotia & extraiudicialia teneatur reddere computum domino, & reliqua de admini-
1 ſtratis. Et videretur dicendũ quòd ſic: † quia actio mandati eſt generalis: & datur directa vel contraria ſicuti de actione negotiorum geſtorũ: licèt vbi interuenit mandatum ceſſet actio negotiorũ geſtorum. Et iſtud facit cõtra nobilem Ioannẽ de Chaſſeria ſcutiferum dicti quondam, domini Epiſcopi Valẽ. qui receperat mandatum à dicto domino Epiſcopo Valen. eius magiſtro ad audiendũ computa arrẽdatorũ & recipiẽdũ ſolutionẽ, & pariter ad recipiẽdũ iura emolumẽti ſpiritualitatis & ſigilli & aliorum reſeruatorũ in arrendamento dicti de Columberia, & ideò dict. de Chaſſeria ſuper bonis ſpolij dicti quõdam domini Epiſcopi fuit aſsignatus redditurus computum & reliqua.

ARGVMENTVM.

An debeat dari curator bonis ſpolij.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditate iacente curator bonis authore prætore datur.*
2 *Oeconomus ſede uocante bonis regendis præfici debet.*
3 *Diſcutionis cauſæ pẽdente quòd bonis & hæreditati curator ~~dandus ſit~~*
4 *Spolij bona ſequeſtrari curiæ parlamenteæ Delphinalis ſtili eſſe.*

Quæſtio CXI.

QVAERITVR, ſuper ~~bonis ſpolij alicuius~~ prelaturę an debeat dari curator bonis ex officio curiæ, contra quẽ experientur ~~creditores~~ lite pendente ſaltẽ ſede vacante, & donec interuenerit futurus paſtor. Et prima facie videretur dicendum
1 ꝙ ſic: ſicuti dicitur † in ſimili iacẽte hęreditate, qu a

etiam e:

etiã ex officio iudicis poteſt dari curator bonis.l.j. ij.& iij.cũ ibi no.per glo.& Bar.ff.de cura.bo.dãd. & in rub.eo.tit.l.ſi quis inſtituatur.ff.de hære.inſti.
2 Nã etiã †ſede vacãte debet deputari œconomus ad regẽdũ & defendẽdũ bona & iura eccleſię.c.j. & ij. cũ ibi no.arg.ne ſe.vacã.c.j.de re.eccle.nõ alie.li.vj. iuxta no.per glo.in c.iudicatũ.lxxxix.diſtin.& per Inn.c.j.vt eccle.bene.ſiue dũ,cõfe.& Panor.in c.vt pręteritę.circa fi.de electio.& in c.bonę.de appel.Pro
3 quo etiã facit in ſimili † pẽdẽte cauſa inuẽtarij diſcuſsionis & declaratiõis bonorũ datur curator bonis ſeu hereditati cõtra quẽ heres poteſt cogi & experiri,ne cõfundãtur iura ſua,iuxta no.per Bald.in
4 l.fi.§.in cõputatione.C.de iu.delibe.verũtamẽ † de ſtilo curię Parlamenti ex quo bona ſpolij ſunt reducta ſub ſequeſtro ad manus Delphinales,fiſcus ſuſtinet vicẽ œconomi ſeu curatoris cõtra quẽ experiũtur creditores,& tradũt eorũ ſummarias petitiones & petũt ſe allocari in eorũ gradu,ſecũdũ antiquioritatẽ tẽporis,& prioritatẽ hypothecarũ.& iſtud etiã facit pro cauſa bonorũ ſpolij dicti quõdã domini Ioãnis Leſpinay vltimi Epiſcopi Valẽ.& Diẽ. quia creditores dederũt eorũ ſummarias petitiones & inſtructiones, & petierũt ſibi expediri de bonis ſpolij,iuxta cõcurrentem bonorum ſpolij valorem.

ARGVMENTVM.

Exceptioni non licere,in delictis an in iudicij limine opponi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Denuntiantis libello rerum reſpondere teneri regulare.*
2 *Litis finitæ tres ſunt exceptiones, & quæ.*
3 *Accuſatio agnoſcenda antequam accuſati nomen inter reos deſcratur.*
4 *Experiri non,niſi cum actione poſſe.*
5 *Exceptio perẽptoria notoria ut litiſcõteſtatio impediatur opponi poteſt.*
6 *Factum legitimè pœnam non meretur.*

Quæſtio CXII.

QVAERITVR an in delictis poſsit opponi exceptio ad proceſſum in limine iudicij, per quã cõcludatur delictũ,de quo agitur,non eſſe
1 punibile,nec debere inqueſtari.Dubiũ facit:† quia regulariter vbi eſt pars priuata denũciãs,quis cogitur reſpõdere libello,iuxta l.libellorũ.ff.de accuſa.
2 & regulariter † nõ reperiũtur niſi tres exceptiones litis finitę,videlicet iur.iurã.tráſactionis.& rei iudi.
3 c.j.de lit.cõteſta.lib.vj.Sed in cõtrariũ facit:† quia ante omnia debet cognoſci an accuſatio ſit admittẽda vel ne,antequàm nomẽ rei ſit deſcriptũ inter reos,ne quis fatigetur laboribus & expẽſis.c.vt litigãtes.de offi.ordi.lib.vj.Pro quo facit tex.in l.ij.C. vt nemo priua.tit.Et ibi Bar.Alex. & Iaſon.& per Bart.in l.ſi ferijs.C.de hijs qui nõ infa.Et pro præmiſsis etiã facit quãdo notoriè apparet ex actis actionẽ & ius agẽdi nõ cõpetere actori, tunc etiã ex officio iudicis poteſt repelli à limine iudicij : iuxta
4 no.per gl.& doct.in l.vbi pactũ.C.de tráſac.† quia ſine actione quis nõ experitur.l.ſi pupulli §.ſi videa
5 mus ff.de nego.geſt. Quinimò omnis † exceptio perẽptoria de qua cõſtat in prõptu poteſt opponi ad proceſſum ad impediẽdũ litis cõteſtationẽ: ſecũdũ Ioãn.And.in addi.ad Spec.in rubri.Et Bar.in l. cõquerebatur.ff.iudic.ſolu.&per Alex.& Iaſ.in l.nã poſtea.in princ.ff.de iure iuran.& de tali exceptione præiudiciali vt non procedatur ad vlteriora debet ante omnia agnoſci.c.exhibita.de iudi.Et hoc etiam tenet Bar.in l.iij.C.de hijs qui ad eccle.cõfu. Et iſtud facit pro quadam cauſa ſupplicationis & denuntiationis.R.d.Abbatis & conuentus ſancti Petri foris portam Viennæ ad effectus ciuiles & pecuniariter iuncto cum ipſo domino procuratore fiſcali Delphinali contra & aduerſus dominũ Claudium Martini dictum de lachague locumtenentis domini Viciballiui Viennæ & terræ turris Bartholomæum Bueti Petrum Pollerij hoſpitem cupæ, & plures alios conſortes ciuitatis Viẽnæ,pro eo, quia aſſociauerunt dictum Martini in armis & cum tubicina ad dictum monaſterium ſancti Petri ad perquirendum nobiles Gulielmum Clauelli aliàs Mõfort & Guimetum Margeionis,qui de hoc præſenti anno natiuitatis domini milleſimo quingenteſimo tertio & de menſe Ianuarij proximè præterito agreſsi fuerunt in itinere publico in raſi ſayſini mãdamenti ſancti Simphoriani auzonis honorabiles Gulielmum Bueti filium dicti Bartholomęi & Bernardinum de Burgo filium Humberti de Burgo mercatorem Viennæ eundo ad nundinas Lugduni,& dictus Clauelli vulnerauit alterum ipſorum cũ telo in anchia dextra, & tandem dicti rei inter cætera oppoſuerunt in limine iudicij,quòd non debebant inquæſtari: quia aſſociauerant iuſtitiam de mandato egregij domini Ioannis Palmerij Viceballiui Viennęſis & terræ turris,& dicti Martini eius locumtenentis. Et ita non ſunt nec fuerunt in dolo,nec pœnam merentur.l.non videtur.§.qui iuſſu ff.de reg.iur.capit.quid quis mandato.de regu. iur.lib.vj.l.furti.§.qui iuſſũ.ff.de his qui notant.in
6 fa. Et per conſequens † quòd legitimè fit,non meretur pœnam.l.Grachus de adulte.& iuris executio non habet in ſe iniuriam.l.iniuriarum.§.j.ff.de iniur.& tandem curia omnibus conſideratis vt ius gradatim reddatur partibus ordinauit pro nunc ipſos reos non teneri reſpondere titulis committendo alteri ex dominis,quòd accedat ſuper loco corã quo partes deducant,proponant & examinet commiſſarius teſtes hincinde vocatis partibus ,vocando tamen vnũ pro nunc pro alio & aliàs prout plenius conſtat ordinatione recepta per magiſtrum Ioannem Ventoleti.

ARGVMENTVM.

Delinquẽs an in domibus priuatis & eccleſijs quæri poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Domus priuatorum tutum refugium.*
2 *Perquiſitio in delictis etiã in priuatis domibus fieri poteſt.*

Quæſtio CXIII.

QVAERITVR an licitè poſsit fieri perquiſitio malefactorum in domibus priuatorũ,vel in eccleſia per iudicem ſecularem ſaltẽ in caſibus in quibus quis nõ gaudet immunitate eccle
1 ſiæ,& quid in aggreſſoribus itinerũ.Et in † effectu domus priuatorũ dicitur tutũ refugiũ.l.plerũq; ff. de in ius vocã.multofortiùs in eccleſia Dei c.inter alia de immu.eccl.l.pręſens.C.de his q ad eccl.cõfu.

tatis Viennæ neſcirent referre, ſi debeant requiri officiarij curiæ communis: quia non viderunt accidere talem caſum: quantum verò ad poteſtatem iudicis ſuperioritatis, dict. Viceballiuus cognoſcit in ciues & habitãtes Vienę in certis caſibus, vt in appellationibus commiſsionalibus Delphina. quando fit mentio de iudice ſuperioritatis ſubmiſsionibus & recurſis in defectum iuriſdictionis, & aliâs iuxta pactiones condominorum. Veruntamen dictus dominus Claudius Martini, qui facit tale præceptum eis de ſe congregando in armis, erat locuntenens domini Viceballiui, & etiam domini iudicis communis Viennæ, ſed ipſe fecit tale præceptum vt locumtenens dicti domini Viceballiui, vt apparet per acta.

ARGVMENTVM.

Viceballiuus an de ſui aſſeſſoris imperitia teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ubi primum aſſeſſorem ſuum ignarum cognouerit, reuocare tenetur.*

Quæſtio CXVI.

QVAERITVR an dictus Viceballiuus teneatur de imperitia ſui locumtenentis. & an per literam viceballiui excuſetur ipſe locumtenẽs. Et videretur prima facie dicendum, quòd iudex teneatur de imperitia & mala electione eius locumtenentis. arg. l. ſi ſeruus. cũ duabus leg. ſequenti. ff. de tabu. iuxta nota. per gloſſ. & Docto. in l. ij. ff. quòd quiſque iur. quia vtitur eius opera in officio. l. j. §. familiæ. & l. ſi cùm exhibuiſſent. ff. de publica. niſi talis locũtenens fuerit exercitatus & approbatus publicè. ſecundum Barto. in rubr. C. de pœna iudi. & Saly. in l. fina. eod. titu. Nec videretur excuſari dictus locumtenens propter literam Viceballiui per quàm mandabatur, quòd dictus locumtenens face ret fieri iuſtitiam fortè: quia per hoc nõ videtur fuiſſe mandatum delictum. l. ſi procurator. ff. de condi. indebi. Et licèt in dicta litera miſſoria mandaretur locumtenenti circa finem, quòd omnia iuridicè pe rageret: tamen talis clauſula non releuat. iuxta no. in ſimili per Bald. & Alexand. in l. j. ff. de offic. pro-
1 curat. Cæſa. † Et quamprimum iudex cognoſcit de imperitia ſui locumtenẽtis, debet ipſum reuocare. iuxta. no. per domi. de Ro. in no. deciſio.

ARGVMENTVM.

An in cauſa appellationis ab interloquutoria neceſſarij ſint libellus & litiſconteſtatio.

SVMMARIVM

1 *Litiſconteſtatio deſideratur in modò procedendi.*
2 *Sententia lata ſuper appellationis cauſa lata, quòd diffinitiua dicatur.*
3 *Libello in appellatione ab interlocutoria dato, quòd appellatus reſpondere teneatur, & ſi de ſtilo curiæ Parlamẽtiæ Delphinatus libellus non ſit neceſſarius.*

Quæſtio CVII.

QVAERITVR an in appellatione ab interlocutoria ſit opus datione libelli, & an ſit neceſſaria litiſconteſtatio. Et in effectu prima facie videretur: dicendum ꝙ nõ: quia in modo iuſtificãdi iudicatur ex eiſdẽ actis. cle. appellanti. de appel-
1 latio. Sed in contrarium facit: quia † in modo procedendi requiritur litis conteſtatio: ſecundum glo. in c. per tuas. de appella. & Bar. in l. eius ff. de appel
2 la. reci. † Et ideò ſententia quæ fertur in cauſa appellationis ab interlocutoria dicitur diffinitiua: ſecundum Bal. in l. ij. C. ſi aduer. rem iudi. & per glo.
3 in pragma. ſanctio. in tit. de cauſ. † licèt de ſtilo curiæ Parlamenti Delphi. in appellatione ab interlocutoria non ſit opus datione libelli: ſed ſi pars appellans dederit libellũ appellatorium pars appellata cogitur reſpondere concluſioni libelli. Et iſtud facit pro cauſa appellationis domini Petri de Nyuro cõtra dominũ Hunbertũ Peyrolerij canonicũ & ſacriſtã Sancti Mauricij Viennę, vbi fuit appellatũ in materia ſtatuti, ſi quis per literas. pretextu domus caſtri de Conuenay, & Colõbeti Reuentini: quia fuit ordinatum ꝙ dictus dominus Peyrolerij reſponderet concluſioni libelli appellatorij dicti de Nyuro.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitus de hæreſi quòd ad inquiſitionis expenſas non teneatur.*

Quæſtio CXXVIII.

QVAERITVR an in cauſa inquiſitionis hæreticæ prauitatis pars contra quam inquiritur debeat ſoluere expenſas & vacationes
1 inquiſitoris. † Et dicendũ eſt quòd non. ca. vt officio. §. fina. de hære. libr. vj. Et ibi Archidi. facit cle. multorum de hære. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis cuiuſdam mulieris de Bardonechia contra vicarium Vlcenſem & Syndicos de Bardonanchia ſuper expenſis & vacationibus quæ petebantur à dicta muliere.

ARGVMENTVM.

Præſentatio facta ab eo qui eſt in quaſi poſſiſione pluribus patronis differentibus an teneat.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio facta bona fide ab eo qui eſt in quaſi poſſeſſione patronis contendentibus valet.*
2 *Præſentatio facta à maiori parte patronorum valida.*

Quæſtio CXIX.

QVAERITVR quando patroni laici ſunt differẽtes in præſentando, an teneat preſentatio illius qui eſt in quaſi poſſeſsione præ-
1 ſentãdi, per vltimã præſentationẽ. † Et videretur dicẽdũ quòd ſic. c. conſultationibus. de iure patrona. c. querelã. de elect. dũ tamen ſit in bona fide. iuxta no. per glo. doct. ibi, & in c. cũ Bertoldus. de re iudi. c. cũ olim. de cau. poſ. & proprie. & debet attendi vltima præſentatio. c. cũ de beneficio. de prębẽ. lib vj.
2 licèt † vbi ſunt plures patroni maior pars pręfertur, & vbi ſunt æquales debent cõcordare. c. quoniã. de iure patron. aut alternatis vicibus pręſentare. cle. ſi plures. de iure patro. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis domini Petri Iacobi cõtra Ioanẽ Iuuenis clericum ſuper poſſeſſorio capellę beatę Catherinæ in eccleſia parœciali ſancti Petri monaſterij clarimõtis fundatę vacãtis per obitum domini Girardi Martini rectoris vltimi, quia dictus Iacobus fuit pręſentatus per hæredes nobilis Odonis Alberti qui vltimatè præſentauerãt dictum Martinũ. Et aliâs prout apparet in actis dictæ cauſæ.

ARGVMENTVM.

Pontem apodiare in alieno territorio an liceat.

SVMMARIVM.

1 *Aliquid facere in feudo alieno domino inuito prohibitum.*
2 *Territorium alienum ingredi iuriſdictionis actum faciendo illicitum.*

Quæſtio CXX.

QVAERITVR an in alieno territorio ſit licitũ ſe apodiare pro põte faciẽdo, ſeu extẽ-
1 dẽdo: & an ſit licita ruptura. Et videretur † dicẽdũ ꝙ ſit prohibitum in alieno ſe apodiare inuito domino, adeò quòd poſsit diſrui propria authoritate. l. quemadmodum. §. ſi protectum. ff. ad leg. Aquil. & ibi per gloſſ. Barto. Bald. Floren. & Alexand. in l. j. §. nuntiatio. quia extra territorium ius dicenti non
2 paretur. l. fina. ff. de iuriſdi. omnium iudi. † Nec eſt licitum ingredi alienum territorium actum iuriſdictionis exercendo. capit. ex parte. de verbo. ſignific. aliàs diceretur violari territorium: ſecundum Bart. in l. ſi cui. §. fin. de accuſ. Bald. in l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſerui. vendi. Et iſtud facit pro differentia pontis Sancti Geuiſij ſuper riparia guerij, quia officiarij Sabaudiæ apodiauerant pontem à parte Delphinali abſque licentia petita nec obtenta, & officiarij Delphin. ſuperunt, ſuper quo fuit Grationo. coram curia egregius dominus Petrus Godrandi collateralis conſilij Ducalis Chamberiaci petendo reparari dictam rupturam, & interim ſpectetur dicta proximè tenenda ſuper limitibus Delphinalibus Sabaudiæ. Sed fuit reſponſum, quòd ſi officiarij Sabaudiæ velint petere licentiam à domino Gubernatore ſeu locũtenẽte Delphinali apodiandi à parte Delphin. quòd curia impartietur licentiam pro nunc & citra præiudicium iuris partium, ſed non voluit acceptare dictus dominus Collateralis volendo prætendere quòd per vltimum appunctuamentum factum in villa Põtisbellicini fuit dictũ, quòd dictus pons non poſsit appodiari in terra Delphina. ſine licentia: ſed officiarij Sabaudię non appodiauerũt in terra Delphi. ſed in aqua guerij. Sed fuit replicatum pro parte officiariorum Delphi. per dictum vltimum appunctuamentum, quòd officiarij Sabaudiæ debebant facere certas munitiones, defenſiones & reparationes ſufficientes ad reponendam dictam ripariam guerij ad priſtinum alueum, & quòd non fuerunt factæ dictæ reparationes ſaltem bonæ & ſufficentes, prout conſtat informationibus ſuper hoc ſumptis, & quòd culpa dictorum officiariorum Sabaudiæ dicta riparia guerij ſe extendit à parte Delphi. & quòd ideò vſque ad locum vbi erat ripa dictæ ripariæ guerij de tempore dicti vltimi appunctuamenti à parte Delphi. licitum eſt rumpere dictum pontem, quia ripa fluminis non eſt de flumine. l. j. in princi. ff. ne quid in flumi. licèt de iure communi quando flumen labitur inter duo territoria dicitur commune.

SVMMARIVM.

1 *Aurum liberè perquirere in fluminum littoribus Delphinatus licitum.*

Quæſtio CXXI

QVAERITVR † an ſit licitum perquirere aurum de palliola in littore ſeu ripa fluminum aut riparum labẽtium per patriam Delphi. & an competat aliqua quota principi. Et videretur dicendum quòd debeat pertinere decima ſeu alia quota principi. l. j. C. de meta. libro. x. Pro quo facit quod voluit Paul. de Caſt. in l. diuortio. ff. ſolu. matrimo. Veruntamen ſecundum relationem dominorum camerę Delphi. licitum eſt perquirere tale aurum de palliolcs in riparia abſque eo quòd aliquid tradatur principi, dumtamen non portetur extra patriã, & quòd in moneta propinquiori portetur & cudatur.

ARGVMENTVM.

Confeſsio facta ab initio an pœnæ minuendæ ſit cauſa iuſta.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus conuicto minus puniendus.*

Quæſtio CXXII.

QVAERITVR an propter confeſsionem ſpontaneam ab initio emanatam ſit iuſta cauſa mitigandi pœnam. Et videretur dicẽdum
1 quòd ſic, † Quia mitiùs agitur cum confeſſo quã conuicto. l. palam. §. penulti. verſic. ergo. ff. de ritu nuptia. Hinc ſolet dici quòd eccleſia nulli claudit gremium, & parcit hæretico antequàm relapſus ſit. Et iſtud facit ꝓ cauſa inquiſitiolani contra Gulielmum de Serro filium Iacobi de Serro notarij, de monte Orſerio, ſuper raptu cuiuſdam puellæ vocatæ Ioannæ quam defloraυit in quadam grangia & coëgit, & compreſsit vſque ad cruorem & ſanguinem, incluſiuè: puella retinente prout confeſſus fuit.

ARGVMENTVM.

Seruitus furnagij aut trriturandi bladi poſsit né acquiri.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus furnagij aut triturandi non niſi cum inhibitione quæri.*
2 *Seruitus ex priuilegio aut partium conuentione acquiritur.*
3 *Seruitus furnagij aut triturandi à conſuetudine introduci poteſt.*

Quæſtio CXXIII.

QVAERITVR an pro iure furnagij, ſeu molendinorum poſsit acquiri ius ſeruitutis, vt aſtringantur ad decoquẽdum homines loci ſeu ad molendum eorum blada ex curſu temporis. Et
1 dicendum eſt quod nõ, antequàm † fuerit facta inhibitio de non alibi decoquendo, aut molendo, & fuerit obtemperatum tali inhibitioni. iuxta. nota. per gloſſ. in ſimil. in l. qui luminibus. ff. de ſeruit. vrba. prędio. per Cy. Bald. in l. j. C. de ſerui. & aqua. per Cy. in l. ij. C. quæ ſit longa conſue. Ioan. Fabr. inſtit. de actio. §. equè. Inno. Panormi. in c. ſignificante. de appel. Alber. in rubri. C. quæ ſit longa cõ-
2 ſue. Bald. in l. item lapilli. ff. de re. vendica. vel † niſi priuilegio principis aut conuentione partium aliter caueretur, quia tunc furnus aut molendina dicerentur banneria, & homines loci conſtringerentur. facit. §. prædiorum. inſtit. de ſerui. cũ ibi no. per
3 Bald. vel † etiam ex conſuetudine poſsit introduci: ſecundum

ſecundũ Bart.in d.l.ij.C.quæ ſit longa conſue.etiã ante inhibitionem ex tacito conſenſu populi.l.quibus.ff.de legi.Et per Pe.Iaco.in ti.de furno.& Cœpo.in ſuo tract.de ſerui.ti.de furno.&Panor.in cõ.cxij.&iſtud facit pro cauſa ſtatuti,ſi quis per literas. intentati per dominum Gulielmum ſextorum præceptorem Pogeti ordinis ſancti Ioannis Hieroſolimitani maioris domini loci ventorolij, cõtra nobilem Aymonem de Vrro dominum de Tiſſerijs prętextu cuiuſdem furni per dictum de Vrro de nouo conſtructi in dicto loco ventorolij, quia dictus præceptor vult prætendere, quòd furnagium in dicto loco vẽtorolij ſibi ſpectat, & ſumptis informationibus fuit reintegratus. Sed ex poſt facto in plenario iudicio dictus de Vrro fuit auditus & probauit de eius iuribus.

ARGVMENTVM.

De reintegratione facta in materia Cano.ſi quis per literas.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio ubi reuocatur an & quæ expenſæ ueniant.*
2 *Cauſa iuſta ab expenſis excuſat.*

Quæſtio CXXIIII.

QVAERITVR quando ex nouiter probatis & iuſtificatis reuocatur reintegratio
prius facta in materia ſtatuti, ſi quis per literas an
veniat condemnatio expẽſarum ratione victoriæ,
& an debeant reddi expenſæ prius ſolutæ, an verò
ſit iuſta cauſa compenſandi expenſas ſaltem à tem
pore publicationis teſtium.Et in effectu prima fa-
1 cie videtur dicendum † quòd veniat condemnatio
expenſarum ratione victoriæ.l.properandum.§.ſinautem.C.de iudic. Sed non debent reddi expenſæ prius ſolutæ ratione interlocutoriæ, quando quis obtinuit in interlocutoria,licèt ex poſt ſubcumbat in negocio principali:ſecundum Bart.in l.ſi pignore.ff.de pigno.actio.Et ibi per Alexand.in addi. ad Bart.Iaſo.poſt alios in dict.l.properandum.§.ſunt autẽ.Prætereà in cauſa appellationis quando pars appellans obtinet ex nouiter deductis & probatis. iuxta.l.per hanc.C.de tempo.appel.tunc eſt iuſta cauſa excuſandi ab expenſis.propter primam ſententiam.iuxta no.per gloſſ.Bart.Bald.Saly.in l.ge-
2 neraliter.C.de reb.cred.†Nã iuſta cauſa excuſat ab
expenſis:ſecundum glo.in authent.de iudi.§.oportet.& in l.qui ſolidum.§.i.ff.de lega.ij.per Bald.in authenti.generaliter.C.de Epi.& cle.& per docto. in d.§.ſinautem.& gloſſ.in pragma.ſanctio.titu.de cau.§.fi.ſaltem à tempore publicationis teſtium eſt iuſta cauſa compenſandi expenſas in aliqua lite. iuxta not.per Bart.in l.deſtitiſſe.ff.de iudi.& l.ſi inficiatus.ff.depoſi. Quia in materia ſtatuti à principio proceditur ad alium finem parte non vocata,vt fiat ante omnia reintegratio quando probãtur duo extrema videlicèt poſſeſsio,& eiectio:ſed ex poſt facto refuſis expenſis pars violenta auditur in cõtradictorio iudicio.facit.c.cũ dilectus.de ordi. cogni. c.veniens.el.ij.de teſtib.cum ibi not.Et ita videtur in propoſito in dicta cauſa ſtatuti. Si quis per literas dicti. domini præceptoris Pogeti contra dictum nobilem Aymarum de Vrro:quia dictus præceptor optauit reintegrationem, ſed expoſt dictus de Vrro meliùs iuſtificauit de eius iuribus, & ideò mihi videbatur & aliquibus alijs dominis curiæ, quòd expenſæ debebant compenſari,à tempore publicationis teſtium in hoc contradictorio iudicio, ſed aliqui alij domini tenebant contrarium,& fuit dictum quòd inſpiceretur quædam alia ſententia lata in hac curia ſuper reuocatione cuiuſdam alterius reintegrationis dicti ſtatuti domini Abbatis ſancti Anthonij contra dominum Ruppis Cyſnardi prætextu domus Agneronis in manibus actuarij.Et ſuper hoc me oportuit accedere apud villam Chamberiaci pro quadam commiſsione mihi directa Illuſtris domini Comitis Cameræ & dominę Annæ eius conſortis.

ARGVMENTVM.

Verba comminatoria vitæ an ſufficiunt vt curiæ protectio optineatur,& minans in carcerem detrudatur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ne futura delicta committantur curare,debet.*
2 *Minantem in minantis protectionem & cuſtodiam ſub uita periculo dari conſuetudinis eſt Franciæ*

Quæſtio CXXV.

QVAERITVR an propter verba comminatoria de vita alicuius ſit iuſta cauſa petẽdi ſecuritatem & interim incarcerandi ſaltem per officiarium iudicis. Et videretur dicendum quòd ſic.l.denuncians.C.de his qui ad eccle.confu. cum ibi not.per docto.& per Barto.in l.illicitas.§.ne te-
1 nues.ff.de offic.præſi.† quia intereſt iudicis obuia
re futuris delictis,& periculis.l.æquiſsimi.ff.de vſu fru.ſecundum Albe.in l.ij.C.de commer.& merca. & maximè quando talia verba comminatoria proferuntur ab illo qui poſſet deducere minas ad effectum.iuxta.no.per glo.Cyn.Barto.Bald.in l.metũ. C.de his qui me.cauſ.& in l.vnica.C.ſi quis impera.male.Bald.Ioan.de Imol.in l.fina.ff.de hæredi.
2 inſtit.†Quinimò de cõſuetudine Francię tales tra
duntur ſub cuſtodia aduerſariorum ſub periculo vitæ,licèt non videatur ſecurum ſe ponere in manibus inimici etiam ſub literis ſalui conductus.cap. acceden.el.j.vt lit. non conteſta.quia talis cautio eſſet fragilis.l.cogi.facit glo.in l.placet.ff de arbi. Et præmiſſa faciunt pro cauſa appellationis nobilis Bernardini Pagani appellantis contra Ioannẽ Benrietum de Paganis appellatum patrię abſentẽ: quia dictus appellatus debuit proferre aliqua verba comminatoria aduerſus dictum Bernardinum vti ꝙ dimitteret ipſum frigidum. ſuper quo iudex primę inſtantię ordinauerat dictum reum incarcerari donec cauiſſet de ſecuritate.ſed iudex ſecundæ inſtantię ordinauit contra,& fuit appellatũ ad hãc curiã ſupremã.Et fuit ordinatum acta produci,vt omnia videãtur:quia pendente appellatione debebat remanere incarceratus.l.eos.§.ſuper his.& ibi Bar.& Bald.C.de appellatio.

ARGVMENTVM.

Confecto inuentario hæreditatis citra diſcuſsionem cauſæ quomodò tractandæ.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ particulares ab uniuerſalibus trahi debent.*
2 *Cauſæ ſeparatim tractandæ quando nulla bonorum diſcuſſio fit.*

Quæſtio CXXVI.

QVAERITVR an confecto inuentario alicuius hæreditatis citra diſcuſsionem debeat cauſæ creditorum & legatariorum ſeparatim
1 tractari. Dubium facit: quia † cauſa vniuerſalis debet ad ſe trahere particulares. l. qui prior. ff. de iudi. l. iij. §. ſi. ff. de peti. hære. Veruntamen de ſtilo curiæ
2 Parlamenti, † quando nō fit declaratio ſeu diſcuſſio bonorū, tunc cauſæ tractantur ſeparatim, quia aliàs fieret præiudicium creditoribus, qui iuſtificāt de eorum iuribus in promptu. Et ita fuit ordinatū in cauſa inuentarij bonorum citra diſcuſsionem Ioannis Nizeſij.

ARGVMENTVM.

Religioſus an legitimè ſtare in iudicio poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Religioſos in iudicio ſtare non niſi cum ſuperioris authoritate poſſe.*
2 *Religioſos ſeruis æquiparari.*
3 *Religioſus ut legitimè de ſuperiorum licentia compareat, iudicem ſupplere poſſe: quæ poſtmodum petenda uenit, & nu. ſequenti.*

Quæſtio CXXVII.

QVAERITVR an religioſus habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio, & an lite pendente ſuper bonis paternis & maternis poſſit petere prouiſionem alimentorum ſeu expenſarū litis, & an iudex ex officio poſsit ſupplere ne inter-
1 ueniat nullitas actorum. † Et in effectu religioſus non poteſt ſtare in iudicio ſine licentia ſuperiorū.
2 cle. religioſus. de procuratori. † quia æquiparatur
3 ſeruo. cap. cùm olim. & ibi Inno. de priuileg. † Et iudex in tali caſu poteſt ſupplere vt compareat legitimè de licentia ſuperiorum. capit. cauſam. & ibi Panormita. de iudi. † Et poſtmodum poteſt peti prouiſio ex poſt pro proſecutione litis. l. fina. C. de ordi. cogn. l. ſi ſuſpecta. §. j. de inoffic. teſtamen. capit. ex parte. de accuſa. & de cōſuetudine Frāciæ quando agitur de ſucceſsione directa pendente lite ſuper fructibus hæreditatis ita eſt aſſuetum fieri. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis cuiuſdam religioſi de Sancto Germano ordinis Sancti Benedicti prioratus Sancti Laurentij Grationop. qui petebat lite pendente ſibi prouideri de expenſis litis. Et fuit ordinatum quòd ante omnia compareat legitimè de licentia ſuperioris, & interim habeatur relatio ſuper valore bonorum.

ARGVMENTVM.

Apodixis ſalis an collectores pedagiorum ſtare teneantur abſque alia declaratione.

SVMMARIVM.

1 *Vectores mercantium ſingula pedagiorum collectoribus indicare tenentur. & quare.*

Quæſtio CXXVIII.

QVAERITVR an credatur apodixis ſalis granatariorum ſuper tiragio ſalis, adeò ꝙ pedagiatores teneantur ſtare abſq; alia declaratione. Et videretur prima facie dicendum ꝙ ſic. l. fi. §. diuus. ff. de publi. cum ibi not. per Bart. & Ioan. de Pla. in l. j. C. de can. largi. libr. x. glo. in cle. præſenti. de cenſi. Sed in contrarium facit: quia poſſet adhiberi fraus, & poſſent plures apponi quā conti-
1 neatur in apodixis ſeu billetis, & ideò † portitor mercantiarum debet ſingula indicare, & omnia debent inſpici, ne ſub rebus licitis deferantur res illicitæ. l. publicamus. §. de rebus. ff. de publi. l. iij. C. de nau. fœno. ſecundū Bartha. in tract. gabel. Et iſtud facit pro cauſa reſcripti Petri le maiſtre, & Petri renardi firmariorum tiragij ſalis aduerſus pedagiatores præſentis patriæ, & præſertim ſeruiæ: quia dicti firmarij tiragij ſalis prætendebant, ꝙ debeat ſtari apodixis & bulletis, ſuper quantitate ſalis, & ſimiliter ꝙ non debeant ſoluere pedagium de victualibus & oyſimentis ad conducendū ſal. l. vniuerſi. C. de vectiga. & commiſſ.

ARGVMENTVM.

Debitor ciuilis an in domo habitationis vel hoſpitio capi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Domus tutiſsimum refugium.*
2 *Incarceratio facta ſine literis incarceratorijs quòd tāquā nulla reuocanda ſit.*

Quæſtio CXXIX.

QVAERITVR an pro debito ciuili ſit licitum capere debitorem in domo habitationis vel hoſpitio. Et prima facie videretur dicendū quòd non. l. plerique. & ſequenti. ff. de in ius vocan.
1 quia domus † dicitur tutiſsimum refugium vt ibi habetur: aliàs ingredi domū alienam inuito domino eſt iniuria. l. qui domum ff. de iniu. l. nemo de domo. ff. de reg. iu. Et hoc verū in domo ꝓpria vel cōducta. l. lex Cornelia. §. qui ad domū. ff. de iniur. ſecus in hoſpitio, vel apotheca li. x. habitare, & ibi Bald. Flo. ff. de his qui effude. vel deiece. l. iiij. §. ait pretor. ff. de dam. infect. ſecundum Iaſ. in dict. l. plerique. licèt Pau. de Caſt. aliter tenere videatur con. xliij. Et preſertim, quando ex ſtatuto prohibetur capi vel citari in domo: quia intelligetur etiā in hoſpitio quando viator ibi hoſpitatur: vt ſtatutum aliquid addat iuri communi. Et præmiſſa faciunt pro cauſa Antonij Iaqueroti caſtellani Chatonaſij incarcerati, quia dominus Caſtrinoui calabri nomine dominæ Catharinæ eius vxoris ipſum capi fecit per Ioann. Luyriæ Viceballiuū Grationo. in domo quā tenet ad locriū Raymondus panni tōſor ipſo exiſtente in prādio, vt fertur cōtra libertatem dictæ
2 ciuitatis Gration. † Et à principio dictus caſtellanus non habebat literas incarceratorias prætextu cuiuſdā debiti. lx. florenorū: & quando captura à principio eſt malè initiata, non poteſt ex poſt iuſtificari, ſed debet ante omnia reuocari: ſecundū Bal. & Alex in l. legata inutiliter in patre. ff. de leg. j. Et pariter vt fertur eſt prohibitum Gratio. pro re ciuili ingredi domos pro citatione verbali, niſi in publico appareat per feneſtrā, quia poterit citari verbaliter. dict. l. plerique. & ſequenti. Et quando non apparet, debet affigi ſchædula in domo habitationis: ſecundū Alex. Iaſ. ibi, licèt in eccleſia poſsit fieri citatio verbalis. l. præſenti. C. de his qui ad eccle. confu. ſecūdū Bart. in d. l. pleriq;. Neſcio quid fuerit ordinatū in dicta cauſa, quia me oportuit abſentare pro quadam commiſsiōe apud Chamberiacū.

ARGVMENTVM.

Caſtellani Delphinales in interinatiōe literarū ſuarum penes quem iuramentum præſtare teneantur.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Literæ caſtellaniarum Delphinalium penes quem interinentur, iuramentum præſtari ſolet, & forma intermationis & præſtationis iuramenti.*

Quæſtio CXXX.

QVAERITVR in cuius manibus debeat pæſtari iuramentum caſtellaniarũ Delphinalium à principió quando interinantur literæ doni. Et in effectu videretur dicẽdum, quòd in manibus Epiſcopi loci vel præſidis: vt in authen. iuſiuran. quòd preſta. Et ita eſt de ſtylo dictæ curiæ Parlamenti: quia † quando tales literæ caſtella. interinantur, vocantur domini auditores camerae: quia concernit receptam patrimonij principis, & in eorum præſentia interinantur literæ: & præſtatur iuramentum in manibus curiæ ſeu domini præſidentis, ſi ſit pręſens, vel alterius antiquioris ex dominis in abſentia præſidentis, de bene & legaliter exercẽdo officiũ, & quòd ſit bonus & fidelis domino noſtro Delphino, & de præſeruando omnia iura, & non opprimendo ſubditos, nec munera illicita recipiendo, nec concuſsionem faciendo, & aliâs prout in forma ſolita præſtari. Et iſtud facit pro interinatione literarum caſtellaniæ Goncellini domini Sebaſtiani Guifredi militis in quibus mandatur recipi iuramentum à domino Cancellario. Et iſtud videbatur deuiare à communi ſtylo, & ideò videbantur ſuſpectæ & minus iuridicæ: iuxta. no. in cap. quàm graui. de cri. fal. & per gloſſ. in ca. ex parte. el j. de reſcrip. & in cap. cum cauſa. de proba. Veruntamen fuit deliberatum ne irritaretur dominus Cancellarius quòd interinarẽtur dictæ literæ diuini officij, & quòd recipiatur iuramentum in manibus curiæ: iuxta ſtylum dictæ curiæ, & hoc vt pleniùs conſtat ordinatione recepta per magiſtrũ Andræam Rolini alterum ſecretariorum dictæ curiæ.

ARGVMENTVM.

Puella penes quem æducanda.

SVMMARIVM.

1 *Tutores de eorum poteſtate fidem facere ante omnia teneri.*

2 *Fides de inuentario facienda.*

3 *Puella pœnes non ſuſpectum æducanda.*

Quæſtio CXXXI.

QVAERITVR an puella debeat æducari apud matrem ſeu vitricum, & an ate omnia debeat fieri fides de tutela & inuẽtario. † Et in effectu ante omnia debet fieri fides de poteſtate tutorum: quia non præſumitur pro eius poteſtate. l. quicũq; §. fi. ff. de publi. l. licèt. C. de procu. l. j. & † pariter debet fieri fides de inuentario ſaltem in parte in qua l. tutor. C. de admini. tutor. l. fi. C. arbi. tute. l. tutor. qui repertorium. & ibi per gl. Bart. in prin. ff. de admini. tuto. † Et pariter debet ali apud illum penes quẽ non ſit ſuſpicio. l. j. & ij. C. de alimen. pup. præſtan. Ita ꝙ quando mater trãſit ad ſecũda vota, lex diffidit de matre. l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis nobilium Claudij & Ludouici de Poyſiaco dominorũ contra nobilem Loyſiam Saltus relictam domini Altæripppæ, & nunc vxorem domini de Sancto Cheado tutorio nomine Franceſiæ pupillę filię dict. quõdam domini Altæ rippæ: quia dicti de Poyſiaco petunt ante omnia fidem fieri de tutela, & inuentario, & dictum pupillum alibi collocari pro alimentando prætendentes, quòd malè tractatur, & quòd tutores ſunt ſuſpecti: ſed ex aduerſo dicti coniuges mater & vitricus pretendunt, & petunt informationes ſumi ſuper bona tractatione ſuper quo nondũ fuit ordinatum & lis pendet coram curia & aliter ad præſens non declaro.

ARGVMENTVM.

Teſtis à teſtificando an legitimè excuſetur dicens negotium ad ſuum commodum vel incommodum pertinere.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ut ueritatẽ deponat quòd iuris remedijs cogi poſſit.*

2 *Quis non tenetur in propria cauſa deponere, quomodò intelligatur.*

Quæſtio CXXXII.

QVAERITVR an teſtis habeat legitimam cauſam excuſationis de non deponendo allegando ꝙ eſt ſubſtitus in bonis de quibus agitur. † Et in effectu regulariter teſtis tenetur deponere veritatem & ad hoc poteſt cogi remedijs iuris. l. ſi quãdo. C. de teſti. & eo. ti. de teſti. cogẽ. quia veritas nõ debet occultari. Nec obſtat ſi dicatur, † ꝙ in cauſa propria quis non teneatur deponere, quãdo concernit eius commodum, vel incommodum l. ciuibus. C. de teſti. l. nullus. ff. eod. tit. & probationes non debent extrahi de domo rei. l. minus. C. de proba. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd hoc verum quando principaliter verſatur cauſa & intereſſe teſtis: ſecus ſi ſecundariò: vt notatur in dictis iuribus & in l. de vno quoq;. ff. de re iudic. & ita eſt in propoſito, quia pẽdente conditione ſubſtitutionis nondũ eſt ius quæſitum in re, & pariter officium teſtis ſibi non pręiudicaret. l. Titia. ff. de leg. ij. l. ſi quis ex ſenatoribus. ff. quemadmo. teſta. ape. Et iſtud facit pro cauſa nobilis Iſabellæ de Cizariſta, contra relictam domini Sancti Andreæ, & eius filium, vbi dicta Iſabella produxit in teſtem nobilem Balthaſardum Artandi dominum de Valenca, qui ſe excuſabat prætendẽdo ſe eſſe ſubſtitutũ in bonis de quibus agitur, de qua ſubſtitutione non faciebat fidem in promtu: & ideò fuit ordinatum quòd habeat deponere veritatem citra præiudicium ſui iuris in futurum ipſum condemnando in expenſis partis quatenùs maiores factæ fuerunt propter hoc. Et aliâs prout pleniùs cõſtat in actis dictæ cauſæ in manibus magiſtri Petri Ioffredi ſecretarij dictæ cauſæ.

ARGVMENTVM.

Creditor ſe mitti in poſſeſsionem bonorum incantatorum plus quàm debitum ſit, petere poſsit.

SVMMAAIVM

1 *Creditori pignora capere non, niſi pro debiti menſura licere.*

2 *Deceptio ſi in executione rei iudicatæ interuenerit, etiam citra iuſti pretij dimidiam, quòd retractanda ueniat.*

Quæſtio CXXXIII.

QRAERITVR an creditor pro debito poſsit facere pignorare debitorem & ſe mitti in poſſeſsionem bonorum incantatorum vltramẽſuram debiti declarati: & an ſit locus detractioni

quintæ partis,quando eſt deceptio vltra duplum, aut triplum,etiam ſecundum ſtatuta Delphinalia. Et in effectu videtur dicendum ꝙ non. authentic.
1 ei qui iura.C.de bon.author.iudic.poſſi.† quia creditor non debet capere de bonis,niſi ad ſatisfactionẽ debiti,& qñ facit vltra præſumitur facere cauſa lucri:ſecundum gloſſ.in l.ſi reſiduum.C.de diſtractio.pigno.quia debẽt capi pignora minus dãnoſa.l.à diuo pio.§.in venditione.ff.de re iudi. † &
2 quando eſt deceptio in executione rei iudicatæ, etiam ſi ſit citra dimidiam iuſti prætij,poteſt retractari:ſecundum gloſſ.& Docto.in l.j.& l.ſi tempora.C.de fide inſtrumen.& haſt.fiſca.lib.x.& ita per ſtatuta Delphinalia ne accipiantur pignora in duplo valentia. Nec obſtat ſi dicatur, quòd quando pars debitrix querelat infrà tempus ſtatuti prætendendo, quòd fuit læſa, quòd tunc ſi ſit læſio vltra quintam partem,quòd fiat detractio dictæ quintæ partis ad comodum creditoris.Et ita videtur eodẽ modo dicendum,quando deceptio eſt in duplo vel triplo,quia illa dictio vltra,includit:iuxta nota.per Bartol.in l.cùm ita.ff.de dote. præle.quia ad iſtud reſpondetur, quòd hic agitur in materia odioſa ſtatuti,quæ debet reſtringi in ſuo caſu tantùm.l.ſi vero.§ de viro.ff.ſolut.matrimo.faciunt not.in l.ſecũda.C.de reſcinden.vendi.quia eſſet abſonus intellectus dicere,quòd creditor ex facto ſuo lucraretur commodum,&eſſet contra legem,non ſolùm.ff.de no.& l.itaque fulla.ff.de furt.& per gloſſ.in l.iij.ff. de vi & vi arma,& eſſet dare occaſionem opprimẽdi debitores,quod non debet tollerari.l.obuenire. ff.de pact.do. Et iſtud facit pro cauſa querelæ & ſupplicationis Ludouici Richardi loci Voyronis hæredis Franciſci Emptati, loci pontis belliuicini, contra nobilem Amadeam de Rauello relictam dicti Emptati,quæ obtinuit literas miſsionis in poſſeſsionem bonorum incantatorum, & dictus Richardi prætendit, ꝙ fuerit deceptio vltra duplũ, & aliqui domini curię erant opinionis ad euitandum proceſſum,quòd fieret æſtimatio cum probis non ſuſpectis,vocatis partibus,& quòd fieret detractio quintæ partis,ſuper quo eram dubius, & quòd debebat haberi relatio non ſuſpectorum, & ex poſt habui conferentiam cum aliquibus graffarijs, qui retulerunt quòd de ſtylo in dicta curia Parlamenti non vtuntur dicta detractione quintæ partis: ſecus in curiis inferioribus & ſubalternis, neſcio quid fuerit ordinatũ,quia me oportuit abſentare ad locũ Chãberiaci pro quadam cõmſsione Illuſtris domini Cameræ & dominæ eius conſortis.

ARGVMENTVM.

De penſione annua ad rationem decem pro centum, & de primo vel ſecundo creditore ius offerẽdi habente.

SVMMARIVM.

1 *Penſio de decem pro centum reprobata tanquàm uſuraria.*
2 *Fraus ex pretij modicitate cognoſcitur.*
3 *Vſuraria eſt quicquid præter ſortem euenit.*

Quæſtio CXXXIIII.

QVAERITVR an penſio annua in pecunia ad rationem decem pro centenaria ſit de iure permiſſa, & an primus vel ſecundus credi-
1 tor habeat ius offerendi. Et † prima facie videtur dicendum,quòd talis penſio dicatur exceſsiua, & de iure reprobata tanquàm in fraudem vſurarum, ex quo excedit ſortem in viginti annis:iuxta nota per gloſſ.& Doctor.in authent.ſi quas rui-
2 nas.& auth.perpetuis.C.de ſacroſan.eccle. † quia ex paruitate pretij cognoſcitur fraus.facit capit.illo vos.de pign.cap.ad noſtram.de emptio.& ven-
3 ditio.quia † quicquid accidit ſorti vſura eſt.capit. conqueſtus & capit.in ciuitate.de vſur.Et licèt ſecundus creditor aut poſſeſſor in pignore habeat ius offerendi.l. Paulus.§.fina.ff.de pigno.l.i.& ij. C.de his qui in prior.credito. Veruntamen in caſu iſto ex quo principalis obligatio eſt reprobata: ergo & pignoris proſecutio quæ eſt acceſſoria. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis nobilis Bertrandi de Balma,domini Suze contra nobilem Bertrandum de Vteſsia naturalem dominum Vallis auræ ſuper quadam annua penſione ſex viginti florenorum ſub capitali duorum mille ducentum florenorum,licèt dictus de Vteſsia prætendat ius proprietatis in dictis caſtris in duabus vncijs,tam ex ſucceſsione nobilis Petri de Vteſsiã eius patris naturalis, quã nobilis Antonij de Vteſsia eius patris naturalis.Veruntamen intelligo quòd in prouencia & Francia ex conſuetudine etiam eccleſiæ percipiunt ad rationem decem pro centum in penſionibus.

ARGVMENTVM.

De reſcriptione & nominatione officiorum conſiliariorum Senatus Delphinalis.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis ubi à Papa legatus deputatur, quòd legatus de latere dicatur, & beneficia conferre poteſt.*
2 *Legatorum tres ſpecies.*

Quæſtio CXXXV.

QVAERITVR de modo reſcribẽdi ſuper nominatione aliquorum officiorum conſiliariorum curiæ Parlamenti Delphinalis.Et in effectu curia cõſueuit reſcribere Regi domino noſtro Delphino,dominis cancellario, gubernatori Delphi.preſidẽti,ſi ſint in curia,aut aliquibus alijs principalioribus,&iſto anno milleſimo quingenteſimo tertio de menſe Martij reſcripſit Regi propter obitum egregij quondam domini Benedicti Varciæ aduocati fiſcalis inſequendo tam priuilegia per ipſum conceſſa quàm conſuetudinẽ antiquam ſuper hoc obſeruari conſuetam,quòd curia nominauit tres tales & tales &c.viros literatos expertos & bene famatos,ita quòd vbi eidem placuerit prouidere de altero dictorum nominatorum erit prouiſum officio.& in ſubſcriptione ab infrà deſcribibitur in gallico, Voz treshumbles & obeiſſans ſeruiteurs & ſubietz les gens tenans voſtre court de parlemẽt du Daulphine.&ab extra deſcribitur, Au Roy Daulphin,noſtre ſouuerain ſeigneur,& vlterius etiã fuit ſcriptũ domino Cardinali Dãboiſe aliàs de Roẽ in ſimili ſubſtãtia,& ĩ in fi. Voz treshũbles ſeruiteurs les gẽs tenãs la court du parlemẽt du Daulphine,

Dauphine, & ab extra A tres reuerẽd pere en Dieu
& redoute ſegneur mõſeigneur le Cardinal Dãboi
ſe legat. Sed non fuit expreſſatum de latere, nec de
loco legatiõis, fuit dubitatum ſi talis ſuperſcriptio
ab extra ſit cõgrua, & ſufficiens, & videretur quòd
1 ſic: † quia eo ipſo quòd deputatur cardinalis lega-
tus à Papa dicitur de latere, & poteſt conferre be-
neficia. c. j. de offi lega. lib. vj. & ſuperfluitas debet
euitari l. ampliorẽ in refutatorijs. C. de appellat. &
ex quo reſcribitur legato de latere in loco legatio-
nis ſatis intelligitur de illo ex quo non eſt ibi alius
Præterea exprimere locum legationis niſi exprime
rentur annus & loca legationis eſſet diminuere de
eius authoritate: quia expreſsio vnius dicitur exclu
ſio alterius. l. cũ prętor. §. j. ff. de iudi. l. maritus. C. de
2 procura. veruntamen † quia ſunt tres ſpecies lega-
torum videlicet de latere qui dicuntur cardinales,
legati nati ratione dignitatis legati miſsi, & legati
de latere: & digniores, cũ ſint cardinales de latere
Papæ, & aſsiſtunt in negotijs arduis, & ſecretis. ca.
volentes. & c. placet. & ibi gloſſ. de offic. legat. libr.
vj. & per Specul. in tit. de lega. §. ſequitur videre. &
poſſunt dici legati ſedis apoſtolicę de latere. c. ſi ab
batem. de elect. lib. vj. Et ideò poſſunt addi. Lega-
tus ſanctæ ſedis apoſtolicæ. Tertiò fuit ſcriptum do
mino Cãcellario & infra & in fine. Voz treſhum-
bles ſeruiteurs. &c. Et ab extra A noſtre treſredoute
ſeigneur monſeigneur le Chancellier.

ARGVMENTVM.

De pacto facto in contractu matrimonij de futura
hæreditate conſeruanda.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de futura ſucceßione conſeruanda factum in contractu matrimonij ualidum eſt. & numer. 3. & 5.*
2 *Pactum futuræ ſucceßionis prohibitum.*
3 *Pactum de hæreditate conſeruanda ualidum.*
4 *Subſtitutionum gradus fieri poßunt in contractibus.*

Quæſtio CXXXVI.

QVAERITVR, an valeat pactum factũ in
contractu matrimonij in coniunctę filię bo
norum paternorum & maternorum de futura hęre
1 ditate conſeruanda in defectũ maſculorũ. † Et vi-
deretur dicẽdum quòd ſic: vt inſt. de legi. agna. ſuc-
2 ceſ. §. fi. quia † licèt prohibeatur pactum futuræ ſuc
ceſsionis ne impediatur libertas teſtandi, & tãquã
3 captatorium alienę mortis. l. fi. C. de pact. ſecus † eſt
in pacto de conſeruanda hæreditate. d. §. fi. Et ma-
ximè in deffectũ maſculorum: quia iſto caſu talis
quitatio non videtur excludere filiam à ſucceſsio-
ne patris, & matris: quia veriſimiliter videntur plus
pater & mater dilexiſſe filiam primi gradus quã ne
ptem ex filia. l. ſi viua. C. de bon. mater. faciunt no.
per Cyn. in l. i. Pro quo facit in ſimili: quia ſtante
ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis & agnatis exclu-
datur mulier, tunc deficientibus maſculis & agna
tis nõ prohibetur ſuccedere filia: iuxta not. per Bar.
in l. ij. §. fin. & l. fi. ff. ad tertu. & Bald. in l. fi. C. de li-
4 be. pręte. † & in contractibus poſſunt fieri gradus
ſubſtitutionum. l. vt hæredibus. ff. de lega. ij. l. quo
tiens. C. de dona. quæ ſub mod. l. i. C. de donation.
cauſ. mort. & maximè notario ſtipulante & iura-
mento interueniente. facit glo. in cap. quotiens co
dis oculus. ij. quęſtion. vij. Et pręmiſſa faciunt ad
quęſtionem ſuper cauſa illuſtris domini Comitis
Camerę & dominę Annę de Turre coniugum con
tra dominam Ioannam de Borbonio, tutorio no-
mine duarum eius filiarum & domini Ioannis de
Turre comitis Bolonię & Aluerniæ prętextu ſuc-
ceſsionis domini Bertrãdi de Turre comitatus Bo
lonię patris dictę dominæ Annę & dicti Ioannis:
quia in contractu matrimonij dicti domini Ludo-
uici Comitis Cameræ & Annæ de Turre de anno
natiuitatis domini milleſimo quatercenteſimo lx-
xxvij. die. xiiij. menſis Februarij in quitatione bo-
norum paternorum & maternorum fuit reſeruatũ
3 per pactum expreſſum caſu quo dictus dominus
Bertrandus pater dictę dominæ Annæ decederet ſi
ne liberis maſculis deſcendentibus, ſiue eius liberi
maſculi, ſine liberis maſculis deſcendẽtibus ex eiſ-
dem per lineam maſculinam, quòd in eiſdem bo-
nis & quolibet ipſorum dicta domina Anna & ſui
deſcendentes eiſdem ſuccederent, & quibuſcunque
alijs parentibus agnatis cognatis vnacum alijs fi-
liabus dicti domini Bolonię ſiue eorum deſcenden
tibus. & aliàs prout ibi pleniùs cõtinetur receptum
in loco de Mireſleur Aluernię per Ioãnem troillhe
ti notarium apoſtolicum & imperialem habitato-
rem villę Chamberiaci. Et contingit caſu quo Ber
trãdus & Ioannes eius filius deceſſerint ſine liberis
maſculis ſuperſtitibus, duabus filiabus dicti Ioan-
nis ſuper quo litigatur Pariſius coram gentibus ſe
queſtrarum palacij Pariſius, & fuit commiſſum
examen pro parte dicti domini Comitis Camerę &
dominę Annæ coniugum alteri ex conſiliarijs cu-
riç parlamenti Delphinatus, & fuit mihi directa
commiſsio. Sed ex aduerſo opponitur pro parte
dictæ dominæ Ioannæ de Borbonio tutricis ſua-
rum filiarum quòd dictum inſtrumentum fuit re-
ceptũ per tres notarios videlicet Hugonem Co ur
tauel & Michaelem du Brueil notarios montisfer-
randi in Aluernia, & dictum dominum Ioannem
Troillheti, & quòd dictum pactum fuit aliâs paſſa
tum videlicet caſu quo dictus dominus Bertran-
dus decederet ſine hæredibus maſculis deſcenden-
tibus & eius hæredes maſculi ſine deſcendentibus
ſimpliciter loquendo abſque repetendo in vltimo
gradus dictam qualitatem maſculorum. veruntaa-
men dictus Ioannes Troillheti eſt vir bene fama-
tus, & pariter fortè illa dictio qualitas maſculorũ
cenſeretur repetita, & ſunt adhuc duo teſtes inſtru
mentarij, qui deponunt ſuper dicto pacto ſicuti re-
5 cepit dictus Troillheti. Et pro pręmiſsis † facit,
quòd iſta pacta in contractibus matrimoniorum
de conſuetudine Franciæ in modo ſuccedendi ſunt
valida: ſecundum Ioann. Fab. in l. fin. C. de pact.
in feudalibus. capitu. j. de matri. ad morga. contra-
ctus cap. ſi filij ſi de feu. contro. fue. faciunt not. per
Bal. in l. cũ Archimedoram. C. vt in poſſeſ. legat. &
in l. pactum dotali. C. de collat. in ij. op. & ibi Bart.
quòd valet conſuetudo in talibus.

ARGVMENTVM.

De iudice cõmiſſo ad teſtium examen in alieno
territorio.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium examen unius territorij iudicem iudici alterius territorij committere poſſe.*

2 *Iudex ad teſtium examen cõmiſſus quòd notarium uel ſcribã idoneum ad acta ſeu teſtium examinationes ſcribendas eligere poßit.*

3 *Scribæ actorum officium improrogabile.*

Quæſtio CXXXVII.

QAERITVR, quando committitur alteri iudici in aliena prouincia examen te-
ſtium poſsit talis commiſſarius aſſumere nota-
rium ſeu ſcribam ſub ipſo, & inhibere alteri no-
tario ne recipiat acta, & an talis commiſſarius de-
beat ſe ſignare & ſigillare eius ſigillo cũ adiuncto,
& an commiſſarius poſsit procedere ſolus qñ pars
1 interrogata, non vult dare adiunctum. † Et in effe
ctu iudex vnius territorij poteſt committere examẽ
teſtium iudici alterius territorij. l. iudices. & authẽ.
apud eloquentiſsimum. C. de fid. inſtrum. c. fi. de fi-
deiuſſor. Nec tenentur teſtes alterius prouinciȩ ve
nire, ſi non velint extra eorum prouinciam. l. ſi quis
ex ſignatoribus. ff. quemadmo. teſta. aper. & iſto ca
2 ſu † iudex qui examinat, poteſt eligere notariũ ſeu
ſcribam idoneum ad ſcribendum talia acta ſeu exa
minationes teſtium. c. quoniam contra falſam. de
3 proba. l. j. C. de ſportu. iudi. † Nec poteſt officium
ſcribe actorum prorogari: ſȩcundum Bald. in l. re-
petita. C. de epiſ. & cler. & l. teſtamenta. C. de teſta.
& in l. j. ff. de offi. conſu. Et iſtud facit pro commiſ-
ſiõe dicti domini Comitis Camerȩ & dominæ eius
conſortis: quia quando fui Chamberiaci obtinui
literas licentiæ territorij à cõſilio ducali Chãberia
ci, & elegi pro ſcriba magiſtrum Ioannem Chap-
puys alterum ſecretarium curiȩ parlamẽti Delphi-
nalis, & dum eſſem in loco aſsignato hoſpitij ad ſi
gnum vellus aurei, comparẽtibus procuratoribus
partium coram me, quidam vocatus Gulielmus le
le ſourt vallȩ montisferrãdi procurator dictȩ domi
nȩ Ioannȩ de Borbonio adduxit quendam ſecreta
rium ducalem pro recipiẽdo certas proteſtationes,
ſed ſibi inhibui inquantum ſe extendunt vires meȩ
commiſsionis, & conceſsionis territorij. Ne recipe
ret aliqua acta coram me præcipiendo dicto Chap
puſij vt habeat eis expedire acta ſalario moderato.
Veruntamen per tenorem dictȩ commiſsionis man
datur accipi adiunctum notabilem & non ſuſpectũ
cum dicto commiſſorio. Nec declaratur per quem
accipiatur, & ideò conceſſa deſcriptione in vno ro-
tulo aduocatorum magis famatorum in hac villa
Chamberiaci partibus ſi haberent aliquos ſuſpe-
ctos eligi vnũ ex deſcriptis in rotulo videlicet egre
gium dominum Matthȩum Parẽti vtriuſque iuris
doctorem officialem, foraneum Chamberiaci. Et
licèt, quãdo pars interrogatur ſuper adiuncto ſi ve
lit dare, reſpondeat quòd non, interdum commiſſa
rius procedat ſolus. Tamen in caſu iſto ex forma
commiſsionis non obſtante tali reſponſione acce-
pi adiunctum, quia per commiſsionem mandaba-
tur tranſmitti acta ſignata, & ſigillata per commiſ-
ſarium & adiunctum. Et eſt ſciendum, quòd quan-
do examinantur teſtes in aliena prouincia in iuris
ſubſidium cum clauſula, requiſitis requirendis.
Tunc iudex requiſitus examinat authoritate ſua,
& non iudicis requirentis, ſecundum Specu.

ARGVMENTVM.

Commiſſarius ad teſtium examẽ in aliena prouincia comitatus per eum qui illum committi curauit expenſas ſoluendo & eadem menſa vtendo, an ob hoc, vt ſuſpectus recuſari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Commenſales an ut ſuſpecti recuſari ualeant.*

2 *Executor ut ſuſpectus recuſari non poteſt.*

Quæſtio CXXXVIII.

QAERITVR, an talis commiſſarius de-
putatus ad examinandum teſtes in alia pro-
uincia poſsit recuſari ſuſpectus, pro eo quia alia
pars quȩ ponit commiſſarium in opere, miniſtrat
expenſas & logiata in eodem hoſpitio, licet in di-
uerſis cameris, & comedunt in eadem menſa. Du-
1 bium facit † quando comedunt in eadem menſa. c.
inſinuantè: cum ibi nota. de offi. delegat. Licèt hoc
non ſit continue, ſed quando iudex proficiſcitur ex
tra locum ad requeſtam partium. c. ſtatutum. §. aſ-
ſeſſorem. de reſcrip. lib. vj. † Et executor non recu-
2 ſari ſuſpectus. c. nouit. de appella. Veruntamen me
informaui cum practicis in hac patria Sabaudiȩ, &
etiam Delphinalis quando commiſſarius accedit
extra locum ad requeſtam partium, tunc pars quæ
ducit commiſſarium logiat in eodem hoſpitio etiã
in eadem menſa comedendo ex quo miniſtrat ex-
pẽſas, & in caſu iſto hoc tempore vbi dominus dux
Sabaudiȩ, & domina duxiſſa exiſtunt in hac villa
Chamberiaci, vbi vix poteſt reperiri hoſpitium. At
tamen vt omnis cauſȩ ſuſpitionis tollatur ordinaui
quòd durante examine teſtium gentes dicti domi-
ni Comitis Camerȩ & dominȩ eius conſortis acci-
piant aliud hoſpitium

ARGVMENTVM.

Examen ſi committatur vni ex conſiliarijs ordinarijs, an de illa qualitate primum conſtare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas quæ dignitatem concernit, & homini à natura nõ ineſt, probationem requirit.*

2 *Qualitas de qua quis eſt in quaſi poſſeßione probatione non indiget.*

Quæſtio CXXXIX.

QVAERITVR, quando examen com-
mittitur alteri ex conſiliarijs ordinarijs cu-
riȩ parlamẽti Pariſius, vel Delphinalis ſi debeat an
te omnia conſtare quòd ſit conſiliarius ordinarius.
1 Et videretur dicendum quòd ſic: † quia talis com-
miſsio concernit dignitatem, & non priuatam per-
ſonam. ca. quoniã Abbas. de offi. delega. c. ſtatutũ.
de reſcr. lib. vj. cle. & ſi principalis. de reſcrpt. quia
talis qualitas eſt extrinſeca & non ineſt à natura,
quia quis non naſcitur cum illa qualitate, & ideò
debet probari: iuxta nota. per gloſſ. in l. j. ff. de pro
2 batio. & in pragmati. ſanctio de elect. c. j. † niſi quis
eſſet in quaſi poſſeſsione talis officij, quia commu-
nis error facit ius. l. Barbarius. cum ibi not. ff. de of
fi. prȩto. c. nihil. §. ſi. de elect. Et iſtud facit pro dicta
commiſ-

commiſsione domini Cameręquia procurator dictæ dominę Ioannę de Borbonio negabat iuriſdictionem mihi competere,&quòd nō apparebat me eſſe conſiliarium ordinarium dictę curię parlamenti Delphinatus,ſuper quo feci inſeri in actis literas patentes placitorias dictę curię parlamenti Delphinatus vbi ſum nominatus conſiliarius Delphinalis & pariter me obtuli oſtendere quatenus expedierit literas originales officij conſiliariatus cum interinatione literarum &duplum fieri partibus loco & tempore oportunis.

ARGVMENTVM.

De commiſſario ad examinandum teſtes,extrahēda documenta &c.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſarius coram quo & articuli & interrogatoria dari poſſunt,& uice cognitoris fungitur,quòd ſub delegare,& ab eo appellari poteſt.*
2 *Commiſſarius cui mandatum eſſet nudum exercitium, quòd merus & nudus executor ſit.*
3 *A mero executore non appellari regulare.*

Quæſtio CXL.

QVAERITVR, an commiſſarius ad examinandum teſtes,& extrahendum documēta,& faciendum vidimus,ſeu tranſumptum, vocata parte fungatur vice iudicis,an verò executoris, & videatur commiſſum nudum exercitum, vt non
1 poſsit appellari.Et in effectu, † vbi fungitur vice cognitoris quando per tenorem commiſsionis poſſunt dari articuli, aut interrogatoria, & prēſertim quādo committitur aliàs habenti iuriſdictionem, tunc habet cauſę cognitionem,& poſſunt ſubdelegare.cle.j.de offic.deleg.tunc vbi grauaret partem eſſet locus appellationi ad delegantē.l.j. ff. ſi quis,
2 & à quo appel.l.j.C.qui pro ſui.iuriſ.iud.da.†aliàs vbi eſſet commiſſum nudum exercitium,vt quia eſſent mandati articuli, ſuper quibus examinarētur teſtes,tūc cēſeretur merus ſeu nudus executor:iuxta
3 ta not.per doct.in l. à iudice.C.de iudi.† & à mero executore regulariter non appellatur. l. ab executore.C. quo.appel. non recip. Et iſtud etiam facit pro dicta commiſsione domini Camerę, quia fuerunt dati articuli coram me pro parte dicti domini Camerę & pars aduerſa plura obiecit,&inter cętera de obreptione,& ſubreptione,& illis non obſtātibus ordinaui fore procedendum ad vlteriora meę commiſsiōis,ſaluis tamē legitimis exceptionibus, &contradictionibus,loco& tēpore oportunis propter quod fuit appellatum & feci reſponſionem in forma apoſtolorum refutatoriorum.

ARGVMENTVM.

Iudex an indemnitatem licitè petat vbi partium altera ipſum in partem formalem accipere proteſtetur.

SVMMARIVM

1 *Iudex corruptus non dicitur,qui pro officij executione ſibi caueri curauerit.*
2 *Iudex ut ſententia feratur indemnitatem accipiens,quòd in falſi crimen non incidat.*
3 *Iudex accipiens ut ſentētiam iuſtam ferat,incidit in falſum. Idem de teſte ſentias,qui ut uerum teſtimonium ferat pecuniam accipit.*

Quæſtio CXLI.

QVAERITVR, quando altera partiū proteſtatur contra iudicem de accipiēdo ipſum in partem formalem pro aliquo actu iuſtitiæ,an iudex licitè poſsit petere promiſsionem indemnitatis de ſeruando iudicem indamnem,& videretur dicēdum quòd ſic:iuxta not.per Bart.poſt gl.in l.ſi xvori.§.ſi fugitiuum.ff.de fur.per l.j.&ibi glo.Bald.C.
1 de magi.cōue.&Bald.in l.j.C.de pœna iudic.† nec iſto caſu dicitur iudex,ex quo pro executione offi-
2 cij accipit talem promiſsionem.Et ideò † ſi iudex accipiat idemnitatem, à ſententia ferenda, non incidit in falſum:ſecundum Ange.in d.§. ſi fugitiuū.
3 Licèt † aliàs vbi daretur iudici,vt ferat ſententiam iuſtam,vel teſti vt dicat verum teſtimonium, incidat in falſum:ſecundum Bar. in l.j.ff. de fal. Nam per cautionem quę tendit ad iudicis ſecuritatē, nō dicitur quis corrumpere iudicem.l.cùm pro quo.ff. de in ius vocand.ſecundum Bald.in l.ij.§.j.ff.de cōdi.ob turp.cauſ.Et iſtud etiam facit pro dicta commiſsione domini Camerę,quia procurator partis aduerſę pro eo quòd proceſsi ad examinationem teſtium proteſtatus fuit de attentatis,& etiam de accipiēdo me in partem formalem,&ob iſtā cauſam petij. nobili Rayuoirię magiſtro hoſpitij domini Camerę,& magiſtro Michaēl Martini eius procurarore promiſsionem indemnitatis de me ſeruādo indemnem aduerſus omnes prętextu expletorum dictę commiſsionis domini Camerę, & dominę eius cōſortis, & magiſtrer Ioannes Chapuſij ſetretarius Delphi.ſcriba electus ad hūc actū,recepit literā teſtimonialē de hoc pręſenti anno domini.M. ccccciij.die octaua menſis Aprilis,in villa Chamberiaci in hoſpitio vellus aurei in curte dicti hoſpitij.

ARGVMENTVM.

De corroboratione inſtrumenti matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium maiori parti ſtandum ubi de inſtrumento corroborando agitur.*
2 *Inſtrumentum coadiuuari poteſt per alios teſtes quàm per inſtrumentarios.*
3 *Notarij bona fama in inſtrumenti ualiditate potens.*
4 *Notarius ubi bene audit apud homines,quòd in dubio falſitas non præſumatur,ſed error.*

Quæſtio CXLII.

QVAERITVR,de modo corroborandi,& coadiuuandi dictum inſtrumentum matrimonij dictorum domini comitis Camerę,& Annę de Turre cōiugū,receptū per dictū Ianē Trolhieti ſeniorem notarium apoſtolicū & imperialē Burgēſem villę Chāberiaci,in caſtro de mirefleur in Aluernia,quia in dicto inſtrumēto ſunt nominati, & deſcripti plures teſtes inſtrumentarij tā à parte Sabaudię,in num.vij.quā à parte regni in Aluernia in numero decē.&de illis à parte Sabaudię non ſūt niſi duo ſuperſtites,& dictus Trolhieti notarius viuit,& alij ſunt mortui,& vt imaginor teſtes à parte
1 regni inſtrumentarij in maiori parte viuūt, † quare in hoc regulariter ſtaretur maiori numero teſtiū l.ob carmē.ff.de teſti.c.in noſtra.de teſti.niſi dignitas teſtiū qui deponerent veriſimiliora aliter ſe ha-

2 beret, vt ibi habetur. † Veruntamen instrumentũ
poſſet coadiuuari per alios teſtes non deſcriptos in
instrumento: ſecundũ glo. Io. Fab. Angel. Aret. in
§. item verborũ. inſti. de inuti. ſtip. de quo etiam ha-
betur per glo Bart. & Bald. Ange. Io. de Imo. in l. j.
§. ſi quis neget. ff. quemadmo. teſta. ape. & per glo.
& doct. in c. tertio loco. de proba. & in c. cũ Ioan. de
3 fid. inſtrum. & in l. in exercendis. C. de fi. inſtru. † &
in tali actu multum operatur bona fama notarij:
quia cæteris paribus præſumitur pro officio nota-
rij. c. illud. in fi de præſump. c. ad audientiam. de pr̨
ſcrip. l. ſi quis decurio. C. de fal. vbi ſtatur dicto no-
tarij quando dubitatur de viribus eius ſcripturę: ſe
4 cundũ Bal. & cęteros in d. §. ſi quis neget. Et † quã
do notarius eſt bonę vocis, & famæ, in dubio non
pręſumitur falſitas, ſed potius errore factum: ſecun
dũ Bart. Bald. Ange. Io. de Imo. in l. quotiens. §. j.
ff. de here. inſti. Et quando notarius eſt bonę vocis
& famę, non admittitur quis ad impugnandum de
falſo inſtrumentũ: quia quis preſumitur facere cau
ſa calumnię. l. ij. C. de crimi. fal. ſecundũ Tancre.
quem refert & ſequitur Alexan. de Imo. in addi. ad
Bart. in d. l. quotiens. §. j.

ARGVMENTVM.

Documentorum ſeu ſcripturarum extrahendarum
in aliena prouincia ſeu alieno territorio à protho-
colis & regiſtris modus.

SVMMARIVM.

1 *Extractus inſtrumenti ut fidem faciat non, niſi parte uocata faciendus.*

Quæſtio CXLIII.

QVAERITVR, ſuper modo extrahendi in
alia prouincia, ſeu alieno territorio aliqua
documẽta ſeu ſcripturas à prothocollis ſeu regiſtris
notariorũ, aut ab aliquo archiuo, quãdo committi
tur alicui commiſſorio, & an debeat tradi parti, &
quid in atteſtationibus teſtium, an verò debeat por
1 tari per vnum tertiũ fidelẽ. † Et in effectu vocatur
pars ſeu eius procurator ad videndũ extrahi, quia
aliâs non faceret fidẽ. auth. ſi quis in aliquo docu-
mẽto. C. de edem. c. fi. de fid. inſtrumẽ. c. Albericus.
& c. ſignificauit. de teſti. pro quo facit. l. iudices. &
authen. apud eloquentiſsimum. & authen. ad hoc.
C. de fid. inſtr. Et maximè quando commodè origi
nalia non poſſent alibi trãsferri ſeu afferri, & ideo
extrahitur in parte in qua oportet. c. contingit. de
fid. inſtr. c. ſi perſonę. de prela. li. vj. licèt de ſtylo cu
rię parlamenti Delphi. quando petitur ſcribi penes
aliquem notariũ in iudicio in pręſentia partis, tunc
talis notarius penes quẽ petitur ſcribi habet ex-
pedire parti ſalario moderato, & in vno quaterno
clauſo in papiro, & tunc producitur in iudicio in
pręſentia partis, & aperitur: vide de materia per do.
de [illegible] o. in tit. de fid. inſtr. Sed de ſtylo curię parlamẽ
ti Pariſius mãdatur cõmiſſario quòd parte vocata
faciat extrahi vnũ vidimus. Et in caſu oppoſitionis
remittũtur partes corã eorũ ordinarijs. Sed per quẽ
debeant portari: & videtur quòd per vnum tertium
fidelem, ne detur occaſio apperiendi.

ARGVMENTVM.

Notarius qui fecit inſtrumentũ an ad maiorẽ eius
ſcripturæ veritatem examinari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Notarius inſtrumentarius teſtis loco habetur.*
2 *Notarij dicto ſtatur ſi de inſtrumenti ſcriptura & receptione dubitetur.*

Quæſtio CXLIIII.

QVAERITVR, an notarius qui recepit
inſtrumentum licitè poſsit examinari ad maio
rem verificationem eius ſcripturę. Et videretur di-
1 cendum quòd ſic: † quia habetur loco teſtis. l.
Domicius Labeo. ff. de teſtam. Licèt inſtrumentũ
publicum faciat plenam fidem. l. cũ precibus. C. de
2 prob. † Attamẽ quãdo dubitatur de viribus ſcriptu
rę an ſcripſerit & receperit, ſtatur eius dicto ſi viuat,
aliâs poſt eius obitum ſtatur comparationi litera-
rum. l. ſi quis. C. de fal. ſecundum Bar. in l. j. §. ſi quis
neget. ff. quemadmo. teſta. apperian.

ARGVMENTVM.

In diuiſione hęreditatis inter hęredes, ſi vni detur
caſtrum cũ cappella, an ius patronatus donatum eſ
ſe cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus indiuiſibile.*
2 *Ius patronatus acceſſoriè ad caſtrum cũ uniuerſitate uenit.*

Quæſtio CXLV.

QVAERITVR, an in diuiſione hęredita-
tis & bonorum inter hæredes, quando aſsigna-
tur alteri vnum caſtrum vbi eſt capella, veniat ius
1 patronatus. Dubium facit: † quia ius patronatus
eſt indiuiſibile. iuxta nota. per glo. Panor. in cap. ſi
prudentiam. de iure patro. Sed in cõtrarium facit,
2 quia † ius patronatus eccleſię venit acceſſoriè ad ca
ſtrũ cũ vniuerſitate. c. ex literis. de iure patr. & ibi
Panorm. c. cum Bartholomeus. cũ ibi nota. de re iu
di. De hac queſtione fui interrogatus dum nouiſsi
mè eſſem in villa Chamberiaci pro illuſtri domino
Comite Camerę.

ARGVMENTVM.

Depoſitum an in generali liberatione tranſigendo
remiſſum videatur.

SVMMARIVM.

1 *Actio realis in generali liberatione non uenit.*
2 *Abſolutio quantumcũque generalis tutori uel alteri facta, quòd ad bona quæ apud abſolutum de bonis abſoluẽtis eſſent, non extendatur.*

Quæſtio CXLVI.

QVAERITVR, an in generali quitatio
ne facta in tranſactione videatur remiſſum
1 ius depoſiti. Dubium facit, † quia in generali libe
ratione non videtur remiſſa actio realis. l. Aurelia.
§. Meuia. ff. de libe. lega. facit. l. ſponſaliorum. ff. de
ſponſa. Et de hac queſtione etiam fui interrogatus
in villa Chãberiaci. Pro quo facit: quia abſolutio
quantũcunque generalis facta tutori vel alteri nõ
ſe extendit ad bona quę apud abſolutum eſſent de
bonis abſoluentis, quia de illis non videtur cogita
tũ, niſi expreſsè dict. ſit. l. dominus Sticho. §. fi. ff. de
pecu. leg. & ibi Bart. l. ſi quis rationes. ff. de libe. le-
ga. l. ſi ſeruus vetitus. ff. de lega. j. l. tres fratres. ff. de
pact. ſecundum Cepol. cautel. cclxxxiiij.

ARGVMENTVM

Vicarius officialis quando iudici ſeculari reſcribit
qua literarum formula vti debeat.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas eccleſiaſtica temporali maior dicitur.*
2 *Poteſtas temporalis immediatè à Deo dependet.*
3 *Poteſtas temporalis ab eccleſiaſtica poteſtate diſtincta.*
4 *Papa de temporalibus ſe intromittere non debet.*
5 *Par in parem imperium nullum.*
6 *Poteſtas una alteri ſuffragari in iuris ſubſidium cõmune.*

Quæſtio CXLVII.

QVAERITVR quando vicarius ſeu officialis Epiſcopi petit ſcribi pro actis alicuius curię ſecularis ad vtilitatem priuatam partium coram eo litigantiũ debeat vti literis requiſitorijs, an verò præceptorijs, ſub pœna excõmunicatiõis. Du-
1 bium facit: † quia poteſtas ſpiritualis ſeu eccleſiaſtica dicitur maior temporali. cap. ſolitè. de maior. & obedi. Et poteſtas ſecularis depẽdet ab eccleſia: iuxta nota. per glo. & docto. in c. nouit. de iudic. & in c. cauſam. qui filij ſunt legi. Et propterea poteſtas temporalis debet præſtare brachium ſeculare etiã per modũ neceſsitatis: ſecus econtrà. iuxta not. per glo. Inno. in c. j. de offic. ordi. ſaltẽ in iudicialibus. Sed in contrariũ videtur dicẽdum in caſu iſto
2 quia † poteſtas tẽporalis dependet à Deo: vt in au-
3 then. quomodò opor. Epiſc. col. j. in princ. † & ſunt diſtinctę poteſtates, vt ibi habetur. & vna poteſtas tenetur adiuuare alterã. c. adminiſtratores. xxiij. q.
4 v. & xcvj. diſtin. c. cùm ad verum, † & Papa non debet ſe intromittere de temporalitate, ſaltẽ actu. d. c. nouit. de iudic. Et ideò cùm iſtæ poteſtates ſint diſtinctæ non appellatur de vna ad aliam: ſecundum glo. in c. quoniã. x. diſtin. c. cuncta per mũdum. ix. q. niſi in his quæ ſpectarent ad iuriſdictionẽ eccleſiaſticam, facit c. ſi duobus. de appel. & authoritas euãgelij. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quę
5 ſunt Dei Deo. † Nam par in parem non habet imperium. l. nam magiſtratus. ff. de arbi. l. ille à quo. §.
6 tempeſtiuũ. ff. ad Trebel. † Sed cõmuniter vna poteſtas alteri ſuffragatur in iuris ſubſidium requiſitis requirendis. l. à diuo Pio. §. ſententiã. ff. de re iudic. l. cùm vnus. §. de bon. autho. iudi. poſ. c. Roma. §. contrahentes. de for. cõpe. lib. vj. c. poſtulaſti. de for. cõpe. Et hoc per literas requiſitorias: ſecũdum glo. & doct. in l. cùm quædã puella. ff. de iuriſdict. om. iud. & in l. ij. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. Et pro hoc facit: quia ex proceſſu alieno iudex debet requiri: ſecũdum Bal. in l. fi. C. de edic. diui Adria. tollen. in vij. q. l. is apud quem. C. de eden. Et iſtud facit pro quadam cauſa vertente in curia officialatus Grationop. vbi altera partiũ allegauit litis pendentiam in curia Grayſinodani, & petijt ſcribi pro actis. Et officialis decreuerat literas præceptorias ſub pœna excõmunicationis. Et fuit facta querela coram curia. Et tandem fuit ordinatum, quòd officialis reuocet illas literas requiſitorias, & licèt Cy. in dict. l. properandum. §. ſinautem. C. de iudic. in vij. quæſtion. videatur tenere, quòd iſto caſu quando iudex requiſitus denegat concedere, tunc iudex requirens videtur maior authoritate iuris ſibi hoc caſu permittentis. argumen. §. ſi quis verò comprehenſorum. in authen. vt nulli iudic. col. ix. per verbum, iubemus, ibi poſitum, quod importat neceſſitatem. Et pro hoc facit quod voluit Bartol. in extrauag. ad reprimend. ſuper verb. per edictum, quando iudex requiſitus recuſat concedere nexum pro citando, tunc poteſt fieri citatio in alieno territorio, per edictum vel nuntium. Sed gloſ. in l. ſi cui. §. fina. ff. de accuſa. tenet quòd remiſsio in delictis fit ex vrbanitate, quando ſunt ſub diuerſis dominis, & debet haberi recurſus ad ſuperiorẽ: ſecundum gloſſ. in clemen. paſtoralis. ſuper verbo, de more, de re iudic. licèt pro parte domini officialis Grationop. allegaretur, quòd reuerendus dominus Epiſcopus Grationop. etiam intitulatur princeps Grationop. Et quòd ita erat aſſuetũ, licèt ecõtra officiarij Grayſinodani in promptu iuſtificauerint per literas iudiciales requiſitorias aliàs emanatas in caſu ſimili per officialem Grationopol.

ARGVMENTVM.

De quictatione bonorum paternorum & maternorum filiæ cum pacto de ſuccedendo cum alijs filiabus maſculis non extantibus nulla ſtipulatione adhibita à notario.

SVMMARIVM.

1 *Pacta facta in contractu matrimonij quo ad contrahentium utilitatem valida ſunt: ſecus quò ad alios.*
2 *Conſuetudine fieri poteſt ut pactum de futura ſucceßione valeat.*
3 *Pacta nouißima prioribus derogant.*
4 *Cõſuetudo ſuper pacti futuræ ſucceßionis validitate, ualet*
5 *Pactum futuræ ſucceßionis reſeruatiuum ualet.*

Quæſtio CXLVIII.

QVAERITVR vtrum per verba quictationis bonorum paternorũ, & maternorũ, alicuius filiæ cũ pacto reſeruatorio ſuccedendi in defectum maſculorum cum alijs filiabus acquiratur ius alijs filiabus de cõſuetudine Aluernię, maximè vbi notarius nõ fuit ſtipulatus, & an tale pactũ poſ-
1 ſit immutari. Et † in effectu de cõſuetudine loci cõtractus matrimonij illuſtris dñi Comitis Cameræ & dominę Annę de Turrę in loco de Mirefleur patrię Aluernię, quęcũq; pacta facta in cõtractu matrimonij ad vtilitatẽ cõtrahentiũ ſunt valida: ſecus quò ad vtilitatẽ aliarũ perſonarũ non cõtrahentiũ: quia non proſunt alia pacta. l. ſi vnus. §. in ſumma.
2 ff. de pact. † Et ita ex cõſuetudine poteſt introduci, ꝙ valeat pactũ de futura ſucceſsione. ſecundũ Bar. in l. pactum dotali. C. de colla. & ibi Bal. in ij. oppo. licèt idem Bal. aliter videatur loqui in l. cùm Aithemidoram. C. vt in poſſeſ. legato. vel fideicommiſ. ſeruan. cauſa committa. libr. vj. Et maximè in feudis. cap. j. de matrimonio. ad morganic. contract. c. ſi filij. ſi de feud. controuer. ſecundum Io. Fab. in l. fi. C. de pact. Et per conſequens tale pactum reſeruatorium non prodeſſet dominę Ioannæ de Turre vxori magiſtri domini ſancti Valerij, cùm nõ eſſet de contrahentibus in inſtrumento matrimonij dictorum dominorum Cameræ & dominę Annę de Turre. Et licèt in quictatione d. dominę ſancti Valerij dicatur, ꝙ quictauerit dicto domino Bertrando Comiti Boloniæ eius patri, & ſuis quandiu erunt maſculi, aut deſcendentes ex maſculis: tamen ex poſt facto dictus dominus Bertrandus Comes etiam viuente Ioanne eius filio potuit paci-
3 ſci cum dicta domina Anna eius filia, † quia pacta poſteriora præiudicant prioribus. l. pacta. C. de

pact. Nec obſtat ſi dicatur quòd tale pactum non poſsit reuocari ad præiudicium tertij. iuxta nota. per Bartol. in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verbor. obligation. Quia ſaltem viuente domino Bertrando ex quo non erat quæſitum ius irreuocabiliter dicto Ioanni eius filio & eius filiabus potuit reuocari. Veruntamen vt ſecuriùs agatur eſſet ſecuriùs videre verba matrimonij & quictationis vxoris dicti domini ſancti Valerij, & ideò pro
4 nunc aliter non declaro. Præterea † valet conſuetudo ſuper validitate pacti futuræ ſucceſsionis. argu. cap. de matrimonio ad morga. contra. cap. ſi filij ſi. de feu. contra. fuer. ſecundum Bartol. in l. pactũ dotale. C. de collatio. & ibi Bald. in ij. oppoſi. licèt. in l. cùm Archimedoram. C. vt in po. lega. aliter tenuerit prout ſupradictum fuit. Et licèt filia quictet patri: tamen non excluditur contra voluntatem patris, quinimò poſsit ei relinquere. ſecundum Bald. in dict. l. pactum dotale. Et iſta dicitur reſeruatio legalis echeute. argumen. l. qui cum tutoribus. in
5 princip. ff. de tranſaction. † multò fortius valet tale pactum reſeruatum futuræ ſucceſsionis. §. fina. inſtitu. de legiti. agna. ſucceſ. quando filia eſſet excluſa à ſucceſsione propter iuris rigorem fauore maſculorum. iuxta nota. per Bartol. & Iaſo. in l. fi. C. de pact. faciunt nota. per Bald. Alexandr. & Iaſo. in l. auia. C. de in ius vocand. Et ita ex quo non extant liberi maſculi deſcendentes dicti domini Ioannis de Turre, debet venire dicta domina Anna de Turre vxor domini Comitis Cameræ ad ſucceſſionem dicti domini Bertrandi de Turre eius patris pro ſemiſſe, cum duabus filiabus dicti domini Ioãnis, quæ veniũt iure repreſentatiuo earum patris in alio ſemiſſe: quia præſumendum eſt, quòd dictus dominus Bertrandus plus aut ſaltem æquè dilexerit dictam dominam Annam eius filiam primi gradus, ſicuti filias dicti Ioannis, quæ dicuntur neptes, & in in remotiori gradu. argumen. l. ſi vina. C. de bon. matern. l. Publius. in princip. ff. de condition. & demonſtratio. quia non debet excludi Anneta à ſucceſsione patris propter neptes, etiã vigore ſtatuti, quis ſtantibus maſculis filia non ſuccedat quando filius maſculus decedit relictis filiabus. iuxta nota. per Bartol. in l. liberorum. ff. de verbor. ſignification. in l. fina. §. fina. ff. ad tertu. faciunt nota. per Cyn. & Angel. in l. j. C. de adult. & per doctor. in dict. l. auia. C. de in ius vocan. Nec obſtat ſi dicatur, quòd dictæ neptes filiæ Ioannis dicantur agnatæ, & deſcendere à maſculis in directa linea: iuxta nota. per gloſſ. Bald. & Alexand. de Imol. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & poſthum. & per conſequens non fuit locus pacto dotali dictæ dominæ Annæ, ex quo extant deſcendentes à maſculis, iuxta tenorem copiæ inſtrumenti matrimonij dictæ dominæ Annæ, vt prætenditur ſignatæ per dictos Hugonem Cortauel & Michaelem du Brueil, licet aliter contineatur in inſtrumẽto originali recepto per Ioannem Trolhieti, vbi ſemper fit mentio de maſculis deſcendentibus per lineam virilis ſexus, ita quòd non comprehenduntur neptes ex maſculo: faciunt nota. per Paul. de Caſtr. in l. maritus. C. de procurato. & Bartol. in l. cùm auus. ff. de condition. & demonſtration. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd poſito ſed non conceſſo & citra præiudicium veritatis, quòd dicta copia eo modo quo eſt, faceret fidem, adhuc ex quo in præcedentibus clauſulis, & etiam in eodem contractu omnis fit mentio de maſculis, cenſetur repetita in ſequentib. ne eadem diſpoſitio diuerſo iure cenſeatur. l. eum qui. ff. de vſucapio. l. iam hoc iure. cum ibi nota. ff. de vulga. & pupil. ſubſtitution. faciunt nota. in l. repetendis. ff. de lega. iij. Et quòd illa qualitas maſculorum cenſeatur repetita in ſequentib. tenet Panormita. & doct. Guid. Pap. quia ſi dictus dominus Bertrandus deceſsiſſet ſine liberis maſculis, fuiſſet locus pacto reſeruationis ſucceſsionis dictæ dominę Annę filiæ primi gradus multofortiùs quando ſolùm extant neptes ex filio. argumen. dict. l. ſi vina. C. de bon. matern.

ARGVMENTVM.

Inquiſitiones vbi aperiuntur, & teſtium iuramentum recipiendum eſt, an partis citatio requiratur.

ARGVMENTVM.

1 *Articuli ubi clauſi tranſmittuntur, ut ſuper illis teſtes examinentur, quòd ut examen ualeat, pars citanda uenit.*
2 *Pars non eſt uocanda in confectione ſecretæ informationis.*
3 *Informatio quando repetitur non, niſi parte uocata fidem facit.*
4 *Teſtes in parte, & in parte non, examinari non debent.*

Quæſtio CXLIX.

QVAERITVR quando mandantur ſumi informationes diligenter ſecretè, & benè, ad requiſitionem alicuius partis priuatæ ſuper articulis retrocluſis, ſigillatis tranſmiſsis, an requiratur citatio partis tam in receptione iuramento-
1 rum teſtium, quàm apertura articulorum. † Et in effectu quando tranſmittuntur articuli clauſi ſeu interrogatoria ſuper quibus examinentur teſtes: vt habetur in cap. præſentium. de teſtib. lib. vj. regulariter requiritur citatio partis ad hoc vt examen teſtium faciat plenam fidem. l. ſi quãdo. C. de teſti. cap. in nomine domini. de teſti. facit l. de vno quoque. ff. de re iudic. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. c. inter quatuor. de maio. & obedi. etiam in apertura
2 articulorum. † veruntamen quando fit informatio ſecreta non requiritur citatio partis. cap. fin. de accuſa. cap. per inquiſitionem. de elect. cum ibi nota. per Inno. & Barto. in l. fin. circa finem. ff. de quęſti.
3 licèt † ex poſt facto debeant repeti parte vocata, vt faciant plenam fidem: ſecundum Barto. ibi, vt pariter debet fieri informatio ſuper factis contentis in
4 dictis articulis: † quia non debent teſtes examinari in parte & in parte non, ne actus diuidatur, & vt ſeruetur forma commiſsionis. l. diligenter. ff. manda. c. cùm dilecta. de reſcript. Et iſtud facit pro quadam alia commiſsione dominorum requeſtarũ palatij Pariſius obtenta ad inſtantiam d. domini Comitis Camerę & domini de Turre, per quã cõmittitur ſumi informatio ſecreta ſuper factis cõtentis in quibuſdam articulis tranſmiſsis clauſis, ſigillatis, & fuit facta apertura articulorum, & teſtes examinati ſine vocatione partis, licèt procurator dicti domini Comitis Cameræ & dominæ Annæ de Turre coniugum produxerit teſtes.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Quomodò agitur de patris aut matris ſucceſsione & non habet vnde proſequatur quòd lite pendente fructuum prouiſio fieri debeat.

Quæſtio CL.

QVAERITVR quando agitur de directa ſucceſsione bonorum & hæreditatis patris, vel matris, vel aliarum perſonarum an debeat fieri prouiſio fructuum lite pendente pro proſecutione litis. Et videretur dicendum quòd ſic. arg. l. fi. C. de ordi. cogni. l. ſi ſuſpecta. ff. de inoffic. teſtamẽ. c. ex parte. de accuſa. Et vtuntur Pariſius de ſtylo, & fuit facta aſsignatio dictę dominę Annę de ſexta parte fructuum, vt fertur, licèt ipſa experiatur ad medietatem ſucceſsionis bonorũ dicti domini Bertrandi Comitis Bolonię & Aluernię eius patris.

ARGVMENTVM.

Falſitas an coniecturis detegi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum raſum in data quòd falſitatis ſuſpitionem non euitat.*
2 *Inſtrumentũ antiquum noua litera ſcriptum in nouo pergameno falſitatis ſuſpitione non caret.*
3 *Sermonis mutatio falſitatis ſuſpitionem inducit.*
4 *Aduerſarium ex ſcripturis a ſe productis cõuincere licere.*
5 *Teſtes inſtrumentarij qui dicunt aliter ſcriptum quàm dictum, inſtrumentum de falſitate arguunt.*
6 *Teſtes inſtrumẽtarij ſi contrarij ſuper tenore inſtrumenti ſint, quòd cæteris paribus maiori parti ſit ſtandum.*

Quæſtio CLI.

QVAERITVR an falſitas poſsit detegi & probari ex coniecturis. Et videretur dicendum ꝙ ſic. l. iubemus. & l. ſciant cuncti. C. de prob. l. vbi adhuc. C. de falſi. ſecundum Archidia. in c. in memoria. xix. diſtin. Bald. in l. veritas. C. de fideicõmiſ. Et iſtud facit pro dicta cauſa domini Comitis Camerę & dominę Annę coniugum contra dictã dominam Ioannã de Borbonio relictam dñi Ioannis de Turrę Comitis Bolonię tutricẽ ſuarũ filiarũ Annæ & Magdalenes, vbi dicta tutrix produxit quandam literam matrimonij dictorum dñi Comitis & Annę de Turræ coniugum alterius tenoris quàm inſtrumenti recepti per Ioannem Trolhieti, & ideò dicti domini Camerę & Anna coniuges dederunt eorum articulos & media falſitatis contra dictam literam productam per dictam tutricem. Et
1 inter cęteras cõiecturas fuit deducta † ratura ſeu raſura dictæ literę productæ in pargameno in data, quia dictum inſtrumentum matrimonij fuit datatum de anno domini 1097. die xiiij. menſis Februarij, & fuit facta raſura loco vij. fuit raſum & poſitum vj. & de ſtylo dicti Trolhieti vtitur more Romano datando ab anno natiuitatis domini. Et in dicta litera ex aduerſo producta non fit men-
2 tio de anno natiuitatis. Secunda coniectura: † quia dicta litera eſt ſcripta de recenti, & in pergameno nouo. Et in fine fit mentio quòd fuit expeditum domino Comiti Boloniæ intelligendo de domino Bertrando Comiti Boloniæ, qui deceſſerat iam ſunt nouem anni elapſi, quia de Ioanne non fiebat mentio in dicto inſtrumemento. Et ſuper hoc fuit facta viſitatio per expertos in arte. Tertia cõiectura: quia dicti de Brueil & de Puys qui prætenduntur ſignaſſe dictam literam ex aduerſo productam inſequuti fuerunt in minori parte tenorem
3 inſtrumenti recepti per dictum Trolhieti, † licet ſcripſerint in galico excepto quò ad ſummę dotalis, vbi fit mẽtio de ſumma. xviij. M. Frãcorũ ſiue librarũ turoneñ. quia d. notarij appoſuerũt illud verbum in latino ſiue. Quarta coniectura: quia dicti notarij in dicta litera atteſtãtur de prædicto, quòd dictus Trolhieti recepit dictum inſtrumentum matrimonij, & in hoc poteſt acceptari contra producentem. l. cùm precum. C. de liber. cauſ. ſecundum Inn. in c. cùm olim. de cen. Quinta cõiectura: quia dicta tutrix produxit certas quictantias ſolutionis dotis dictæ dominæ Annæ vxoris domini Comitis Cameræ in quibus fit mentio de dicto inſtrumẽto matrimonij recepto per dictum Trolhieti, & ita
4 facit contra producentem. † licitum eſt conuincere aduerſarium ex ſuis ſcripturis: ſicut inuehitur contra Iudæos, Paganos, hæreticos, & eorum ſcripturas. cap. fraternitatis. de hæreti. cum ibi not. per Innocen. Pluréſque aliæ coniecturæ falſitatis fuerunt deductæ & declaratæ in dictis articulis ad quos habeatur relatio. Et ſignanter reprobatur de falſo dicta litera matrimonij ex aduerſo produ-
5 cta de recto: † quia aliqui teſtes inſtrumentarij ibi deſcripti deponunt aliter quàm ibi contineatur, & maximè quò ad pactum reſeruatũ futurę ſucceſsionis dictæ dominæ Annę caſu quo dictus dominus Bertrandus aut eius liberi maſculi deſcedant ſine liberis maſculis legitimis, & aliàs iuxta continentiam inſtrumenti recepti per dictum Ioannem Trolhieti, faciunt nota. per gloſſ. Bartol. Bald. Angel. Ioan. de Imol. in l. j. §. ſi quis neget. ff. quemad
6 modum teſtamen. apperian. † Aliàs vbi teſtes inſtrumentarij eſſent contrarij ſuper tenore inſtrumenti dicti matrimonij, tunc fortè ſtaretur maiori numero cæteris paribus. argumen. l. ob carmen. ff. de teſtib. cap. in noſtra. de teſtib. iuxta nota. per Cyn. Bald. in l. in exercendis. C. de fide inſtrumen. maximè vbi producuntur diuerſæ & contrariæ literæ à diuerſis partibus: prout nota. & in l. ſcripturæ. eod. titul. & in cap. cùm Ioannes. & cap. imputari. de fide inſtrumen. Nec præſumenda eſt pluralitas actuum ex quo teſtes inſtrumentarij à parte Sabaudiæ ſeu aliqui ex ipſis qui viuunt, deponunt quòd dictus Ioannes Trolhieti recepit ſolus & ſtipulatus eſt dictum inſtrumentum, & non audiuerunt recitari per dictos Hugonem Contarel & Michaelem le Brueil, & nõ potuiſſet recitari, quin audiuiſſent. Et attento quia dictus Trolhieti in eius inſtrumento non facit mentionem de dictis Contarel & le Brueil.

ARGVMENTVM.

Nonetarum exterarum vſum in ſua ditione prohibere, & pretium minuere an princeps poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Monetam cudere curare, & curſum dare principis eſſe.*
2 *Moneta de publico cudenda.*
3 *Principem cauſa neceßitatis lucri nonnihil ex moneta referre poſſe.*

4 *Grationopolitani ex libertate uicinorum monetis liberè uti poſſunt.*
5 *Priuilegium principis quod in uim contractus tranſijt, eſt irrenocabile.*

Quæſtio CLII.

QVAERITVR an princeps in eius patria
poſsit decridare & reprobare curſum mone
tarum patriarum extranearum aut diminuere ſeu
reybeſſare taxam aut valorem ſine cōſenſu ſaltem
maioris partis eius populi, & dare dūtaxat curſum
1 ſuę monetæ. Dubium facit: † quia licèt facultas fa
ciendi cudi monetas & dandi curſum ſpectet ad
principem tanquam de regalijs.c.j.quæ ſunt regal.
l.j.& ij.C.de fal.mone. Tamen in decridatione mo
netarum poſſunt adimpleri plures fraudes ad detri
mentum populi.& in hoc oneratur princeps in fo-
ro conſcientię: ſecundum Hoſtien.in ſum.de cenſi.
Veluti quando augmentaret curſum monetæ, quę
non eſſet boni ponderis, nec de lege ſeu legis. Et è-
contra quando diminueretur curſus bonę monetę
vel in totum reprobaretur, vt de moneta reprobata
haberetur melius forum. ſecundum Innocen. Io.
And. Panor. in cap. quantò. de iureiur. Ioā. de Imo.
in l. Paulus. aliâs incipit, ſi creditorem. ff. de ſolu. Et
ideò in tali actu requiritur conſenſus populi, ſaltē
magnatum patriæ. ſecundum docto. in dict. c. quan
tò. quia verſatur in detrimentum & ſcandalum po-
2 puli, maximè in ruſticis. † Nam moneta debet cu-
di de publico, quia tantùm debet valere in forma
quantum in maſſa, & econtra. l. j. ff. de contrahen.
emptio. ſecundum Barto. in l. ij. ff. ſi cert. peta. & in
dict. l. Paulus. licèt de conſuetudine debeant dedu-
ci expenſæ in cudendo: ſecundum Innocen. & cęte
3 ros in dict. c. quanto. † Quinmò in caſu neceſsita-
tis princeps poſſet recipere aliquod modicum lu-
crum: ſecundum docto. ibi. Et iſtud facit pro cauſa
fiſcali ſuper facto monetarum coram curia Parla-
menti Delphinatus: quia emanauerunt plura reſcri
pta regia & Delphinalia per quæ mandatur in pa-
tria regia, & præſenti Delphinali, decridari omnes
monetas patriarum circunuicinarum, & quòd ſo-
lùm recipiantur monetæ Regiæ & de cugno Re-
gis domini noſtri Delphini. Super quo ſe oppoſue-
runt procurator patriæ, & conſules Grationopo.
quia in iſta patria comodè non poſſunt viuere ſine
monetis extraneis, & pariter eſt vnum capitulum li
bertatum patrię Delphin. vbi cauetur quòd domi-
nus Delphinus debeat facere cridari in patria bo-
nam receptabilem & perpetuam monetam, & in li
bertatibus dictæ ciuitatis Grationopo. etiam caue
4 tur, † quòd ciues & habitatores Grationopoli.
poſsint vti monetis circunuicinis, & quas liberta-
tes confirmauit dominus noſter Delphinus, & iura
uit, & etiam ſui prædeceſſores in vim contractus, &
ſic tenetur obſeruare, quia princeps obligatur ex
eius contractu. cap. j. de proba. & ibi Innocen. Cy.
5 in l. digna vox. C. de legib. † Et quando priuilegiū
tranſit in vim contractus eſt irreuocabile, ſecundū
Innocen. in c. nouit. de iudic. Barto. in l. hi qui. de
iur. immu. & l. ſemel. ff. de decre. ab ordi. faciē. Bal.
in l. qui ſe patris. C. vnd. libe. Veruntamen de hoc
præſenti anno domini 1503. circa finem menſis
Aprilis in tribus ſtatibus patriæ aliqui cōmiſsi no-
mine patriæ petierunt terminum vnius anni ad va-
cuandum dictas monetas extraneas. Et curia reſpō
dit præſente magiſtro Iacobo de Beaune generali
linguæ Occitanæ patriæ Delphi. & prouinciæ, &
etiam domino generali monetarum præſentis pa-
triæ, quòd in promixis ſententijs diffinient dictum
proceſſum iuſtitia mediāte, & in diffinitione ſuper
præfixione termini reſpectum haberet qualis de iu
re haberi debuerit.

ARGVMEMTVM.

Forma antecedendi & concludendi in officio prę-
ſidentis trium ſtatuum Delphinatus.

SVMMARIVM.

1 *Delphinus libertates Delphinatus ſeruare in manibus cuius iurare teneatur.*
2 *Gubernator Delphinatus in ſtatibus quibus in manibus ſacramentum præſtare teneatur.*

Quæſtio CLIII.

QVAERITVR de modo antecedendi &
concludendi in officio pręſidētis trium ſtatuū
præſentis patriæ Delphinalis. Et in effectu in tran-
1 ſportu præſentis patriæ cauetur, † quòd dominus
noſter Delphinus à principio debet iurare liberta-
tes in manibus reuerendi domini Epiſcopi Gratio
nopo. vel domini Abbatis ſancti Antonij, aut ſuo-
rum vicariorum, & pariter in ſtatibus patriæ domi
nus Gubernator debet iurare in manibus domini
Epiſcopi Grationopo. vel Abbatis ſancti Antonij
& hoc fuit obſeruatum etiam ab antiquo, quando
in tribus ſtatibus dominus Epiſcopus Grationop.
eſt præſens procedit & concludit vt præſidens triū
ſtatuum, & in eius abſentia dominus Abbas ſan-
cti Antonij, licèt de hoc præſenti anno domini mil
leſimo quingenteſimo tertio circa finē menſis Apri
lis in abſentia domini Epiſcopi Grationop. dū ibi
eſſet reuerendus dominus Theodorus de ſancto
Chamōdo Abbas ſancti Antonij & vellet pręcede
re, certi domini præſentis patriæ ſe oppoſuerūt dicē
do, quòd dictus Abbas non eſt oriundus de patria,
& quòd tres ſtatus poſſunt ponere præſidentem, &
pro iſto anno nominauerant dominum Abbatem
bonarum vallium pro præſidente trium ſtatuum,
ſed fuit ordinatum per modum expediētis citra pę
iudicium iuris partium, quòd dictus dominus Ab-
bas ſancti Antonij pro hac vice præſideat in dictis
tribus ſtatibus, de hac materia aliâs ſcripſi ſi dictus
dominus Epiſcopus debeat præferri in dicto actu
trium ſtatuū domino Archiepiſcopo Viennæ, qui
eſt eius metropolitanus in quodam alio volumine
arduarum cauſarum in tractatu, de fid. inſtrumen.
quæſtio. lxx. & ſimiliter in dictis vltimis tribus ſta-
tibus fuit altercatio inter officialialem Viennæ, &
officialem Grationopo. quis debuerit præferri in
dando vocem.

ARGVMENTVM.

Pretium ſalis an augeri poſsit per præpoſitos tra-
ctus maximè cùm trium ſtatuum conſenſu, & ſtan-
te cariſtia.

SVMMARIVM.

1 *Pretia rerum uariantur.*
2 *Contrahentibus in pretio ſe inuicem decipere licitum, modò ne id fiat ultra iuſti pretij dimidium.*
3 *Victualibus iuſtum pretium imponi poteſt, cariſtię tēpore*

Quę tu

4 *Quæ ſui ſunt officij unumquenq; ſcire præſumi.*
5 *Præpoſiti tiragio ſalis. ſi in officio deliquerint, q. & eadem pœna qua publicani ſeu pedagiorũ ſusceptores tenentur, dupli ſcilicet, & quadrupli, teneantur.*
6 *Inquiſitio quæ principis authoritate fit, quòd iuridicior ſit, quàm quæ fiat ſine authoritate.*

Quæſtio CLIIII.

QVAERITVR an pretium vendagij ſa-
lis licitè poſsit augmẽtari per firmarios tira-
gij ſalis eorum authoritate priuata, ſaltem de con-
ſenſu trium ſtatuum patriæ & tẽpore neceſsitatis,
1 & cariſtię victualium. Dubium facit: quia † pretia
rerum variantur, & tantũ valet res quantũ vẽdi po
2 teſt. l. pretia rerum. ff. ad legem fal. † & licitum eſt
contrahentibus ad inuicem in pretio ſe decipere. l.
in cauſa. ff. de minor. dum tamen non ſit vltra dimi
dium iuſti pretij: iuxta not. in l. ij. C. de reſcin. vend.
Sed in contrarium facit: quia per capitula dicti tira
gij ſalis expreſsè cauetur, & prohibetur, q̃ d. firma-
rij ſalis à parte Imperij ſeu Delphi. non poſsint nec
valeant augmentare pretium plus ſine licentia do
mini generalis linguæ occitanæ patriæ Delphi. &
3 Prouincię, & viſitatoris gabellarum, & † in talibus
victualibus iuſtitia poteſt apponere pretium ratio-
nabile, ne nimium grauetur reſpublica: iuxta not.
in l. j. §. cura carnis. ff. de offici. præfect. vrb. l. j. C. de
epiſ. audien. c. j. de empti. & venditi. Et ita dicti fir-
marij non poſſunt prætendere cauſam ignorantiæ
4 in facto proprio. l. quamquam. ff. ad Velleia. † &
vnuſquiſque præſumitur ſcire id quod ſpectat ad
eius officium: ſecundum Inno. Et præſertim ratio-
ne iuramẽti appoſiti. Nec debet releuare dictos fir-
marios neceſsitas ſeu cariſtia victualiũ: quia iſtud
requirit cauſæ cognitionem, & debebant ſumi in-
formationes etiam parte vocata, cum agatur de prę
iudicio ſeu commodo aut incommodo rei publicæ
& quia dicti firmarij tiragij ſalis habent officium
de publico, & prę ſtant iuramentum, iuxta not. in ſi
5 mili in l. quędã. §. nũmularios. ff. de eden. Et † quan
do tales officiarij abutuntur & delinquunt in offi-
cio tenentur ad pœnam dupli ſeu quadrupli, ſicuti
dicitur de publicanis & pedagiatoribus. Et iſtud fa
cit ſuper facto firmę tiragij ſalis à parte Imperij ſeu
Delphi. nobilis Claudij de Hoſteduno domini Bal
mę de Hoſteduno principalis firmarij, & Honora-
bilium Ioannis de Combis, Franciſci Mayaudi Io
annis Iouberti, & cõſortium. Quia de anno domi-
ni milleſimo cccc. lxxxv. dicti firmari tiragij ſalis
obtinuerant à tribus ſtatibus præſentis patriæ con
ſenſum ſeu licentiam augmentandi pretiũ ſalis de
nouem groſsis pro modio, quia per prius non ven-
debatur niſi vndecim Florenis pro modio, & ex
poſt vendiderunt. xj. Florenis ix. groſ pro quolibet
modio: & deinde dederunt ſupplicationem in par-
lamento ad finem incariandi pretium ſalis: & fuit
commiſſum alteri ex dominis ad ſumendum infor-
mationes ſuper cariſtia victualium, & ſuper cõmu
ni & cõpetenti pretio ſalis, & tandem curia reuoca
uit licentiã dictorum trium ſtatuũ patriæ, cùm non
ſpectet ad patriam dare licentiam in talibus, & per
modum prouiſionis conceſsit dictis firmarijs pro
vno anno duntaxat licentiam vendendi ſal ad ra-
tionem vndecim floreñ. ix. groſſorum, & pariter di
ctus dominus Balmæ tam nomine ſuo quàm eius
cõmiſſariorum obtinuit vnum reſcriptum in cãcel-
laria in villa de Molinis ſuper præmiſsis de tempo-
re quo Rex Carolus Delphinus octauus erat in re-
gno neapolitano, quod non fuit interinatum: niſi
per modum ſupra declaratum, & hoc non obſtante
dicti firmarij ſalis vendiderunt dictum ſal poſt di-
ctum annum elapſum ſpacio. vij. annorum eorum
firmæ, ad rationem prędictam vndecim florenorũ
nouem groſſorum, pro quolibet modio abſq; licen
tia ſuperiorum, & aſcendit ad magnam quantitatẽ
pecuniarum, & fuit facta quærimonia ſereniſsimo
Regi dño noſtro Delphino, qui iniunxit magiſtro
Iacobo de Beaune eius generali, q̃ ſe inquireret
de veritate pręmiſſorum. & dum fuit Grationopo.
in tribus ſtatibus nouiſsmè tentis Grationopo. de
hoc præſenti anno domini milleſimo quingenteſi-
mo tertio circa finem menſis Aprilis, dictus domi-
nus generalis coram curia in pręſentia dicti domi-
ni Balmæ præmiſſa narrauit, & petijt aduiſamentũ
curiæ, & fuit cõcluſum attento quòd delictum fuit
perpetratum in patria, quòd cognitio debet ſpecta
re ad curiam: veruntamen quòd erit ſecuriùs aduer
tere Regem dominum noſtrũ Delphinum, & ſi per
eius reſcriptum mandet curię fieri inquiſitionem,
prout aliàs fecit in ſimili contra Franciſcum Ma-
6 yaudi & Martialem Fornerij † inquiſitio erit ma-
gis iuridica, quando emanat de ſcientia principis:
ſecundum Bald. in l. iij. C. ad leg. Iul. maieſ.

ARGVMENTVM.

Princeps vel ſuperior ne victualia extra prouin-
ciam deferantur, an prohibere poſsit.

ARGVMENTVM.

1 *Prohibitio ne uictualia extra prouinciam deferantur licitè fieri poteſt, ſtante maximè cariſtia.*
2 *Quid ſi in illa prouincia forẽſes prædia & redditus habeãt. Forenſes habentes prædia & redditus in prouincia à qua uictualia aſportare uetitum eſt, quòd pro eorum prouiſione in habitationum domos deferre poßint.*
3 *Quid ſi forenſes ignorant, an ratione ignorantiæ cum iuramento excuſentur?*
4 *Limitrophi ſi bladum aut panem ne famæ pereant, emunt nonne à pœna excuſabuntur?*
5 *Fames omnia communia facit.*
6 *Forenſes uerbis ſtatuti non ligantur, ſi in perſonam dirigantur: ſecus ſi indefinitè.*

Quæſtio CLV.

QVAERITVR an ſuperior in eius patria
licitè poſsit prohibere extractã bladorum ſeu
aliorum victualium extra eius patriam ſub pœna
cõfiſcationis animalium & bladorũ, & ſi ſit locus
pœnæ, quando reperiuntur in tranſitu, & ſi foren-
ſes excuſentur à pœna ſtatuti ſaltem ratione igno-
rantiæ, & cum iuramento, & ratione neceſsitatis fa
1 mis in locis limitrophis. † Et in effectu licitè poteſt
fieri talis prohibitio extractę bladorũ & granorum
præſertim tempore cariſtiæ ad præſeruandũ ſubdi-
tos ſuos ne patiantur neceſsitatem famis: quia pri-
ma charitas incipit à ſe ipſo. l. pręſes. cum ibi nota.
C. de ſeru. & aqu. Et quando talis prohibitio fit ad
requeſtam triũ ſtatuũ patriæ. Et hoc videtur tenere
gl. in l. ſi quis. & ibi. Cy. C. de ædi. priua. Et per Cy.
in l. j. C. quę ſit lõg. cõſue. Bar. in l. j. ff. quod quiſq;.

iur. & Gandi.in tract.male.in ti.de re poſita cõtra
deuen.Et quando reperiũtur animalia onerata bla
do pro tranſeundo extra patriã quando aliquis du
cit ſcienter, eſt locus pœnæ. iuxta not.per glo. do-
cto.in l.quicũq;.C.de ſeru.fugi.de quo per Gandi.
2 vbi ſupra. † Et quando forenſes habent prædia &
terras aut redditus in patria,poſſunt ſaltem pro eo
rum prouiſione facere tranſduci extra patriã ad eo
rum domos habitationum fraude ceſſante. Atta-
3 men ſuper hoc vellem deliberare. † Et ſi forenſes
excuſantur ratione ignorantiæ cum iuramento. fa
cit.l.fi.ff.de decre.ab ordi.faciẽd.& per glo.&doct.
in c.cognoſcentes.de conſti.& per Gandi. vbi ſu-
4 pra. † Sed quando aliqui de partibus limitrophis
patiuntur neceſsitatem famis,& pro eorũ victu ve-
niunt emptũ bladum , aut panem fortè ratione ne-
ceſsitatis famis excuſarentur à pœna ſtatuti: quia
neceſsitas non ſubijcitur legi.c.quod non eſt.de re
gul. iur.Et neceſsitas facit licitum, quod aliàs eſſet
illicitum:ſecundũ glo.in l.j.ff.de offic.conſu. Nam
5 tempore † famis omnia ſunt communia.ff.ad leg.
Rodi.de iactu.c.ij.de fur.vnde famis dicitur acutiſ
ſimus enſis:ſecundũ Bald.in l.pactum dotale.C.de
colla.bono.Et pro hoc facit text.in l.fi.§.ſi propter
neceſsitatẽ.ff.de publi.& per glo.in l. ſi publicam.
§.de rebus.eod. titul. l.vniuerſi.C.de vect. & com-
miſs. & videntur velle in ſimili Bartol. Ioan.de
Plate. in l.j.C.de naufrag lib.xi.Bald.in l.iij.C. de
nau.fœno.Bartha.in tracta.gabel.in ij. parte. viij.
partis.q.vij.Et iſtud facit pro quibuſdã ruſticis lo-
ci rupiſculæ & certis alijs:perſonis à parte Saudiæ
de locis limitrophis,quæ emerãt blada pro eorum
neceſsitate victus in mercato Goncellini,quia nũc
de hoc præſenti anno 15[illegible]3. de menſe Aprilis &
Maij viget cariſtia bladorũ in partibus Sabaudiæ.
Licèt fuerit ordinatum dicta blada remanere in pa
tria,& reſtitui mediante iuramento præſtito,quòd
ignorabãt dictas cridas,& prohibitiones,licèt for-
tè ſi portaſſent extra patriam cõſtito de neceſsitate
famis & fraude ceſſante debuiſſent excuſari à pœ-
na ſtatuti.& hoc tenent Bar.Alex.de Imol.in l.cæ-
tera.§.ſed ſi quis.ff.de leg.j.& Bartha.in tracta.ga
6 be.in ij.parte. viij.partis.q.i.† vnde etiã verba ſtatu
ti quando diriguntur in perſonam non adſtringũt
forenſes,vti dicendo,prohibetur quis portare bla-
dum:ſecus ſi generaliter & indefinitè, vt quando
prohibentur blada extra patriam portari.

ARGVMENTVM.

Prohibitio extractæ an reuocari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Decretum prætoris illuſorium eſſe non oportere.*
2 *Priuilegiũ ceſſat ceſſante cauſa prohibitiõis ,ſeu priuilegij.*

Quæſtio CLVI.

QVAERITVR an talis prohibitio ex-
tractæ bladorum poſsit reuocari:& præſer-
tim ad requeſtã patriæ ſeu eius cõmiſſariorum.Du
1 bium facit:quia † decretũ prætoris non debet eſſe
illuſorium.l.ſi prætor.ff.de iudi.Nec eſt prę́ſumen-
dũ ſe velle quis incontinẽti corrigere.l. nam ad ea.
ff.de condi.& demon.ſicuti dicebatur de vrbano,
qui de mane vnum faciebat,& de ſero reuocabat
vt refert Bald.cap.j.Veruntamen in caſu iſto quan
do ceſſaret cauſa prohibitionis adueniente noua
preyſia,quòd ceſſaret cariſtia,& penuria bladorũ
ſcilicèt eſſet habundãtia fortè eſſet iuſta cauſa pro
tunc relaxandi & reuocandi dictas prohibitiones:
2 quia ceſſante † cauſa prohibitionis ſeu priuilegij,
debet ceſſare priuilegium.l.generaliter.C.de epi.&
cleric.cap.cum ceſſante.de appel.ſecundum Bart.
in l. Titia.ff de lega.ij.facit l.qui ſemel.ff.de decre.
ab ordi.faci.Et iſtud etiam facit:quia officiarij cõ-
ſilij ducalis Chamberiaci requiſierant reuocari di-
ctas cridas propter cariſtiam bladorum,quæ viget
in partibus Sabaudiæ.& quia patrię ſunt vicinę &
debent gratificari adinuicem.Et attento ꝙ à parte
Sabaudiæ non fuit facta prohibitio extractæ bla-
dorum nec aliorum victualium,& ſuper hoc etiam
requiſierunt aliqui commiſsi patriæ,ſed curia habi
ta matura deliberatione nõ duxit pro nunc eſſe re-
uocandam dictam prohibitionem , ſed recurrãt ad
Regem dominum noſtrum Delphinum.

ARGVMENTVM.

De clericis recognoſcentibus prædia de dominio di
recto dominorum temporalium cum ſubmiſsioni-
bus curiæ ſecularis & ſub expreſſa bonorum eccle
ſiæ hypotheca.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio ſeu recognitio clericorum per modum volunta-
riæ iuriſdictionis eccleſiæ non præiudicat.*
2 *Prælatus ſeu rector eccleſiæ recognoſcendo de dominio do
mini temporalis,quòd rem immobilẽ alienare cenſeatur*
3 *Clericos iuriſdictioni ſeculari ſe ſubmittere neq; expreſſè
neque tacitè poſſe.*
4 *Rectorem eccleſiæ prædeceſſoris cõtractu non, niſi in eccle
ſiæ utilitatem verſum ſit, obligari.*

Quæſtio CLVII.

QVAERITVR an clerici ſeu prælati aut
rectores eccleſiarum recognoſcendo aliqua
prædia de dominio directo alicuius nobilis ſecula
ris ſub certis caſibus,cum ſubmiſsione ad curiam
temporalem ſancti Marcellini ſeu ad aliã curiam
ſecularem ſub hypotheca expreſſa, & ſpeciali bo-
norum eccleſiæ,& an ſtylus ſeu ſtatuta curiæ ſecu-
laris poſsint adſtringere clericos & bona eccleſia-
1 rum:Dubium facit: quia † confeſsio ſeu recogni-
tio prælati eccleſię per modum voluntariæ iuriſdi-
ctiõis nõ præiudicat eccleſiæ:vt ſolet notari per gl.
&doc.in c.dudũ.le ij.de elect.& c.fi de cõfeſ.& c.fi.
de pręſcri.& c.j. & ij.de in integ.reſti.lib.vj.Et in l.
certũ.§.ſed an ipſos.ff.de cõfeſ.per Cyn.in l.j.C.de
2 confeſ.† Pręterea prælatus ſeu rector eccleſię reco-
gnoſcendo de directo dominio alicuius domini tẽ-
poralis cenſetur alienare rem immobilem quò ad
vtile dominiũ quod eſt de iure prohibitũ ſine ſolẽ-
nitate iuris.c.ſine exceptione xij.q.vij.c.nulli.de re.
eccleſi.non alie.l.iubemus.authẽ.hoc ius porrectũ.
C.de ſacroſanct.eccle.& pro hoc videtur text. in c.
3 hoc cõſultiſsimo.de re.eccle.nõ alie.lib.vj. † Tum
etiã quia clerici nõ poſſunt ſe ſubmittere expreſsè,
vel tacitè iudicio iudicũ tẽporalium.c.ſi diligẽti. c.
ſignificaſti.de for.competen.c.ac ſi clerici.de iudi.
quia non poſſunt renuntiare priuilegio fori ſeu cle
ricali: vt ibi habetur.cap.contingit.de ſententi.ex-
commu-

4 communica. † Tum etiam quia rector eccleſiæ nõ obligatur ex contractu prædeceſſoris niſi appareat verſum in vtilitatem eccleſię. c. quod quibuſdam. cum ibi nota. de fideiuſſo. cap. j. & ij. de ſolutio. c. fi. ne præla. vic. Tum etiam quia ſtatuta laycorum non aſtringunt clericos nec bona eccleſiarum vel clericorum. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. cap. quod clericus. de for. competen. authen. caſſa. C. de ſacroſanct. eccleſi. Quia bona clericorum etiam gaudent priuilegio eccleſiæ cum bona conditionem perſonæ ſequantur. l. ij. C. de impo. lucra. deſcrip. vt notatur in c. ex literis. de pigno. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis nobilis Franciſci de monte canuto domini belliſimilis contra dominũ Ioannem Merlani curatũ de Cruerijs: quia dictus dñs Belliſimilis traxerat in cauſam in curia ſancti Marcellini dictum curatum pro certis arreragijs cenſus in vim ſubmiſſi vigore cuiuſdam recognitionis factæ per prædeceſſorem dicti curati ratione cuius dictus curatus habuerat recurſum in curia officialatus Viennæ, & dictus dominus recurrebat ad curiam & fecerat fidem de dicto ſtylo curiæ ſancti Marcellini in parte in qua. Et dictus curatus etiam negabat tenere res deſignatas in recognitione. Tandem curia omnibus viſis remiſit partes coram dicto Vicebailliuo ſancti Marcellini expẽſas compenſando. Mandando dicto Vicebailliuo quatenus cognoſcat de dictis exceptionibus, & iuſtitiã partibus faciat.

ARGVMENTVM.

Obligati ſub paruo ſigillo Montiſpeſulani an virtute literarum requiſitoriarum ibi ſine vocatione remitti debeant.

SVMMARIVM.

1 *Notarijs Delphinalibus ſubmiſſiones recipere præterquàm Delphinales vetitum.*

2 *Obligatio parui ſigilli Montiſpeſulani quòd & exceptionem paratam habeat, & clamorem.*

3 *Stylus curiæ requiſitæ ſeruandus.*

Quæſtio CLVIII.

QVAERITVR ſuper literis executorijs & requiſitorijs curiæ parui ſigilli Mõtiſpeſulani qñ ſubditi Delphinales ſunt ibi ſubmiſſi, an debeãt ibi remitti ſiue eius hęredes ſine vocatiõe. Et
1 in † effectu licèt notarij Delphinales prohibeãtur recipere ſubmiſſiões ad curias extra patriã: tñ ſubditi Delphinales quando ſunt Lugduni vel alibi ex-
2 tra patriam interdum contingit, quòd † ſe ſubmittunt ad dictam curiam parui ſigilli, quæ habet executionem paratam & habet clamorem: quia princeps recipit decimam ſeu certam quotam. Veruntamen interdum curia facit decretum, quòd citetur pars, & maximè quando ſunt mutatę perſonæ: faciunt nota. per Ange. Alexan. Iaſo. in l. orationem. ff. de feri. Et interdum concedit literas nexę ſine vocatione partis, citra tamen remiſsionem perſonæ, & ſic executio fit in bonis per viam incãtuum, quia
3 debet † ſeruari ſtylus curiæ requiſitæ: iuxta nota. per Bald. in l. ordo. C. de executi. rei iudic. & poſtmodum impetrantur aliæ literę requiſitoriæ ſuper miſsione in poſſeſsionem, & tunc ſuper conceſsione literarum nexę citatur pars, & iſtud facit pro literis dictæ curię parui ſigilli Benedicti Guyneti mercatoris Lugduni pro indemnitate erga Stephanum & Anthonium Grolerij mercatores Lugduni contra Ludouicum Ioffredi aliâs albi & Ianam eius vxorem villæ ſancti Simphoriani Auzonis ſeu eorum hæredes & bona tenentes in manibus magiſtri Gulielmi Galiſferi.

ARGVMENTVM.

Executor apoſtolicus ad prouidendum & cõferendum an iudicis officio fungi poteſt. Et quid in executore legati.

SVMMARIVM.

1 *Legatus ad conferendum & prouidendum, quòd à delegato ad cauſæ cognitionem deputato differat.*

2 *Legatus de latere admiſſus licèt ordinarios præuenire poſſit in beneficijs conferendis: ſecus tamen in cauſarum cognitione.*

Quæſtio CLIX.

QVAERITVR an executor apoſtolicus ad prouidendum & conferendum poſſit aſſumere partes iudicis in cognoſcendo, & quid in executore legati de latere admiſſi in Frãcia & Del-
1 phina. & in effectu † talis executor ad conferendũ & prouidendum differt à delegato deputato ad cognitionem cauſæ. c. in literis. de offic. delega. quia videtur functus officio facta collatione, vt ibi habet. & in c. paſtoralis. §. quia verò. eod. titu. c. executor. de conceſ. præbend. lib. vj. clemen. j. de offic. de lega. & notatur per Inno. & Panor. in c. fi. de præ-
2 ſump. † Et licèt legatus de latere quãdo fuit admiſſus poſſit præuenire ordinarios in conferendo beneficia. c. ſi à ſede. de præben. lib. vj. etiam ſecundũ pragmaticam ſanctio. & in tit. de colla. c. j. Tamen quò ad cognitionem cauſarum videtur, ſecus in pragmatica ſanctione, in tit. de cauſ. c. pen. quia appellationes poſſent deuolui extra patriam. & iſtud facit pro ſupplicatione domini procuratoris fiſcalis contra dominum Iacobum Tyeuolerij religioſum ſancti Ruffi, qui obtinuit quandam impetrationẽ de officio eleẽmoſinarij prioratus ſancti Donati à domino Cardinali de Rouen legato de latere, & fuit deputatus executor dominus Michael de Nyuro canonicus eccleſię ſancti Mauricij Viennę, coram quo fuit tractus in cauſam dominus Bertrandus Creyte eleẽmoſinarius dicti prioratus.

ARGVMENTVM.

In interinatione literarum officij, an partis citatio requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Literis narratiuis reſignationis amiſſæ ſtandũ, & ſi de procuratione fides non habeatur: in regulis cancellariæ ſecus. & numer. 2.*

Quæſtio CLX.

QVAERITVR ſuper interinatione literarum reſignationis officij caſtellaniæ aut alterius officij an requiratur citatio partis. Dubiũ
1 facit: quia † ſtandum eſt literis narratiuis reſignationis admiſſæ etiam ſi non fiat fides de procuratorio reſignationis. cle. j. de probati. ſecundum Io. de Imol. ibi, licèt per pragmaticam ſanctionẽ in tit. de
2 ſublatione cle. literis. de proba. † ſecus & in regulis

cancellariæ,vltra reſignationẽ requiritur ꝙ in leuatione bullarũ pars ſeu eius procurator cõſentiant. veruntamen de ſtylo curiæ in tali interinatione vocatur pars,niſi appareat de eius conſenſu vel procuratorio ſpeciali,ad conſentiendũ,& iſtud facit pro literis officij caſtellaniæ Auallonis nobilis Iacobi Saluagnij:quia fuit ordinatum citari partem videlicet nobilem Symondum Garſini,qui reſignauerat licèt conſtituerit procuratorem ad conſentiendum interinationi.

ARGVMENTVM.

Expenſę quę perpetuam rei vtilitatem concernunt an ſuper perceptis fructibus deducendæ ſint.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ quæ culturæ gratia fiunt, quòd ſuper fructibus perceptis deducantur.*

2 *Expenſæ fideicommiſſi uel ſubſtitutionis commiſſione pendente ſuper fructibus non computantur.*

Quæſtio CLXI.

QVAERITVR an expenſæ quæ concernunt perpetuam rei vtilitatem debeant deduci ſuper fructibus perceptis. Et prima facie videretur dicendũ ꝙ ſic.l.ſumptus.ff.de re. vendi.faciunt no. per glo.& doct.in l.in fundo.eo.tit.& l.domũ.C.de
1 re.vendi.† Sed quò ad expenſas gratia culturę,nõ eſt dubium.l.fructus.ff.ſolu. matri. quia non fiunt ad perpetuam rei vtilitatẽ.l.ij.cum ibi not.ff.de im-
2 pen.in rer.do. † Veruntamen pẽdente cõmiſſione fideicommiſſi ſeu ſubſtitutionis heres facit fructus ſuos: nec debet cõputare ſuper fructibus: ſecundũ glo.in l.emptor.ff.de re.vendi.& ſequitur doct.in l. domos hæreditarias.ff.de lega.j. & iſtud facit pro quadam cauſa ſupplicationis Claudiæ Barberiæ vxoris Humberti Maritani iunioris contra Gulielmum Vincentij,cuiuſdã filij ciuitatis Viennę in manibus magiſtri Rolini, vbi dictus Maritani fecit certas expẽſas cuiuſdã excloſe,& vult deducere ſuper fructibus perceptis:quia fuit ordinatũ,ꝙ d. Maritani reſtitueret fructus,neſcio quid fuerit ordinatũ,quia me oportuit accedere Chamberiacum de licentia curiæ, pro quadam cõmiſſione illuſtris domini Comitis Cameræ.

ARGVMENTVM.

Abolitio generalis noui aduentus principis an extendatur ad crimen patricidij &necis proprij infantis non baptiſati.

SVMMARIVM.

1 *Gratia obtenta noui aduentus principis ratione,quòd ſub reptione nuda uitietur.*

Quæſtio CLXII.

QVAERITVR an generalis abolitio permiſſa alicui princicipi,in ſuo primo aduẽtu alicuius patrię ciuitatis,vel villæ ſe extendat ad crimẽ patricidij,& piaculi in infantem propriũ data opera ad necandũ ante baptiſmũ,volẽdo occidere animã & corpus. Dubiũ facit: quia sereniſsimus Rex dñs noſter Delphi.aliàs mãdauit eius declarationẽ ꝙ in tali abolitione excipiebatur crimẽ læſę maieſtatis,raptus virginũ,& falſę monetę,&aliàs prout ibi cõtinetur:multofortiùs iſtę caſus cenſetur exceptuatus:quia eſt horribilis,grauiſsimus,&veriſimiliter princeps excepiſſet iſtũ caſum.facit ratio c.ſuper literis.de reſcrip.pro quo facit l.placet. & fi.C. ad leg.Corne.de ſicca.l.j.C.de his qui fil.occi.Et in tali caſu quis tenetur ex ſola ſcietia.l.vtrũ. cum ibi no.ff.ad leg.Põpe.de parri.l.necare.ff.de agno.lib.
1 cau.c.j.& ij.de paren.qui infan.occi. † Prętereà in tali caſu nuda ſubreptio debet vitiare gratiã:ſecundum Bal.in l.iij.C.de epiſ.audi.Bal.& Iaſ.in l. pręſcriptionẽ.C.ſi cõtra ius,vel vtili.pu. Et iſtud facit pro quadã cauſa abolitionis Anthonię filiæ Petri Gilleti ancillę magiſtri Iac. Nycolonis villę ſancti Theodorij in patria Viennñ.obtenta à dño archiduce Dautruche trãſeunte Viẽnę,de anno incarnationis dñi milleſimo quingẽteſimoſecũdo. Die viceſimaprima mẽſis Marcij. Licèt d. Anthonia eſſet extra ciuitatem Viennæ.vt ibidem expreſsit, & etiam per eius reſponſionem apparet,quòd dictus Nycolonis eius magiſter ipſam ingrauidauit nondum nuptam,& adueniẽte partu de conſilio dicti Nicocolonis eius magiſtri, vt aſſerit, ipſa ſe occultauit ſolã in loco baſſo propè latrinas, & enixo partu de vno infante maſculo,ipſa poſuit infantem per foſamen latrinæ in vna rigola ibi tranſeunte,& tandem Deo reuelante,qui dicitur reuelator horribilium peccatorum,quidam filius ſeu domeſticus de domo venit inferius,& reperit dictã ancillam proſtratam in terram iacentem plangẽtem, & audiuit vocẽ pueri,& tũc iuit quæſitum magiſtrum domus & aliàs mulieres,quæ viderunt caſum,& fuit reperta ancilla vt ita dicatur,in flagranti crimine,& acceperunt puerũ,& reuenerunt ponendo iuxta ignẽ & fecit ſigna vitæ,& Dei gratia fuit baptiſatus: & illicò deceſsit:vt aliàs pleniùs apparet in proceſſu iudicis ordinarij ſancti Theodorij exhibito coram curia ad iuſtificationem dictæ gratię in qua gratia non fit mentio de nece infantis, ꝙ mortuus fuerit ex dicta mala tractatione, & ſic cenſetur ſubreptitia,prout ſupradictum fuit. Veruntamen curia pro nunc ſuperceſsit ab interinatione dictę gratiæ mãdando dicto iudici,quòd compleat proceſſum etiã contra dictum Nycolonis magiſtrum dictę ancillę vſq; ad diffinitionem excluſiuè. Et deinde informet curiam & mandet proceſſum & prodolor audiendo loqui de tali caſu,vt ita dixerim, loquendo aer inficitur,ſicuti in peccato ſodomiæ l. cum vir. C.de adulter.& vt retulit dominus relator fertur, quòd dicta ancilla in carcere iacendo cum vxore commentarieñ.audiuit de nocte vocem puerorum & ſtupuit,& vocauit dictam vxorem ad inſtar innocentum,quos Herodes necari fecit.

ARGVMENTVM.

Archiducatus quæ ſit dignitas.

SVMMARIVM.

1 *Verb. Dei gratia,quid emphaſeos importent.*

2 *Comes Flandriæ eſt Regis Franciæ uaſallus.*

Quæſtio CLXIII.

QVAERITVR quia dictus dominus Archidux in dictis literis gratię abolitionis ſe intitulauit vt ſequitur Philippus Dei gratia Archidux Dautriche,princeps Caſtellæ, de Leon, Daragon, Dux Burgundię,Brebancij, & Comes Flandriæ,

Dartoys

Dartoys, qualis ſit dignitas Archiducatus, & an licitè ſe intitulet Ducem Burgundiæ, attento quòd ſereniſsimus Rex dominus noſter Delphinus poſsidet dictum Ducatum cum bono & iuſto titulo, cũ dictus Ducatus ſit de menbris coronę, de lapanage vbi in defectu maſculorum deſcendentium reuertitur ad coronam, & poſsidet publicè ſciente dicto domino Archiduce. Et in effectu veniendo ad queſitum gradatim dictus dominus Archidux inti
1 tulatur † Dei gratia ad denotandum quòd non recognoſcit ſuperiorem, ſed quòd non tenet ab homine ſed immediantè à Deo & enſe. c. hac edictali. in prin. de pac. iura. firman. faciunt nota. per Inno. & Panor. in c. quòd ſuper his. de vot. per Ange. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcrip. per gloſſ. in pragmati. ſanctio. in princip. ſuper verbo, Dei gra-
2 tia. Veruntamen reſpectu comitatus † Flandriæ tenet ſub homagio à Rege Franciæ, & appellationes deuoluuntur ad parlamentum Pariſius: vt refert Bald. in authent. ſtatuimus. C. de epiſcop. & cleric. Verum quia dictus dominus Archidux habet eius patrem ducem Dautriche Regem Romanorum, ideò filius Regis gaudet eadem dignitate & prerogatiua. Licèt viderim plura priuilegia & reſcripta de tempore domini Ludouici Delphin. filij primogeniti Regis Caroli. vij. vbi ſe intitulabat vt ſequitur, Loys aiſne filz du Roy de France, Daulphin de Viennoys, Conte de Valentinoys & de Dyois &c. Et non recognoſcit ſuperiorem in hac patria Delphin. & debet gaudere eadem prærogatiua patris, qui ſe intitulabat Carolus Dei gratia Rex Franciæ. Et ideò miror quòd non ſe intitulabat Dei gratia.

ARGVMENTVM.

Coniuncta perſona vel excuſator cauſam abſentię ratione reſidentiæ officij emanatæ allegando ăn in delictis admittatur, & proceſſus multæ contumaciæ retardetur.

SVMMARIVM.

1 *Excuſator allegans cauſam abſentiæ meri & præciſi facti, quòd in delictis etiam grauibus & ſine mandato admittendus ſit.*
2 *Excuſator allegans cauſam abſentiæ ut ratione officij, quæ meri facti non eſt, ſed partim iuris quòd non, niſi cùm mandato audiendus ſit.*
3 *Abſentia poſt delictum proueniens quod in fraudem facta uideatur.*
4 *Abſentiæ cauſam allegare non ſufficit niſi probetur ſaltim ſummariè.*
5 *Fuga poſt delictum & inquiſitionem cœptam quod præſumptionem & indicium contra inquiſitum faciat.*
6 *Clericatus aut alia dignitas ſuperueniens poſt delictum nõ exuſat.*
7 *Filius etiam minor uiginti quinque annis comparens pro patre audiendus eſt etiam in delictis.*
8 *Defenſor quilibet pro reo in ciuilibus de iudicato ſoluendo cautione præſtita admittendus: in quem fertur ſententia & executio fit. & nu. ſeq.*

Quæſtio CLXIIII.

QVAERITVR an coniuncta perſona ſeu excuſator in delictis grauibus admittatur ad allegandum cauſam abſentiæ prouenientem poſt delictum ratione reſidentiæ officij, & ſi debeat impe-
1 diri proceſſus multæ contumaciæ. Dubium † facit: quia licèt delictis etiam grauibus admittatur excuſator ad allegandum cauſam abſentiæ meri & præciſi facti etiam ſine mandato ſiue ſit maſculus ſiue fœmina. l. ſeruum quoque. §. Publio. ff. de procura. l. placet. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. l. reſ. C. de
2 accuſa. c. veniens. de accu. † tamen quando allegatur cauſa abſentiæ, quæ non eſt meri facti, ſed partim iuris, tunc non admittitur niſi cum mandato: ſecundum Barto. in d. §. ad crimen. Et ita quando allegatur cauſa etiam abſentiæ ratione officij vide
3 tur conſiſtere in iure. † Præterea talis abſentia prouenîẽs poſt delictum videtur facta in fraudem propter ſuſpitionem delicti. & ſic non debet releuare abſentem, quia videtur affectata talis abſentia. l. ij. §. fi. ff. ſi quis cauti. quia abſentia debet habere iuſtam rationem & cauſam abſentię, vti propter periculum maris, innundationis aquarum, infirmitatẽ, & ſimiles caſus. vt in d. l. ij. & l. quæſitum. ff. de re iudi. ſecundum Antho. de Cantario in tract. de
4 excuſatore. quæſt. xvj. q. xvij. vbi tenet † quòd non ſufficit allegare ſolam cauſam abſentiæ, ſed oportet allegare & probáre ſaltem ſummariè capturam detentionem perſonæ, vel infirmitatem, & ſimiles. Quinimò non ſufficeret proponere cauſas neceſſarias & probabiles abſentiæ, niſi quis ſe offerat probare. c. interpoſita. de appel. aliâs proceſſus teneret, licèt ex poſt facto poſsit ſubueniri reo per beneficium reſtitutionis in integrum. l. fi. ff. de in integ. reſtitu. l. ab eo. C. quomodo & quand. iudex: ſecundum Anthon. de Cantario. in d. tract. q. xxix. Præ-
5 tereà † quando fuga fit poſt delictum maximè ex quo eſt incepta inquiſitio inducit præſumptionem & indicium. l. lex cornelia. cũ ibi not. ff. ad ſen. cõſul. velleya. l. j. ff. de bono. eo. qui mor. ſibi conſi. cũ
6 ibi. nota. † Tum etiam quia clericatus vel alia dignitas ſuperueniens poſt delictũ non excuſat: quia cenſetur facta præuentio. iuxta nota. per Dyn. Barto. in l. j. ff. de peri. Ioan. And. in c. j. de obliga. ad ratioci. Et maximè non debet admitti talis excuſator in quarto edicto citationis, ex quo non cõparuit in tribus citatorijs precedẽtibus. Et præmiſſa faciunt ad queſtionem ſuper cauſam fiſcali nobiliũ Claudij & Ludouici de Poyſiaco pretextu necis fratris Ioãnis de Poyſiaco religioſi ſancti Anthonij prioris ſeu cõmendatarij de Ternay, contra Gulielmũ Lueti, Ioann. de ſăcto Oyẽdo, Stephanũ Cõſtãgni & certos burgenſes ciuitatis Viennę, quia nobilis Frăciſcus Cõſtangni frater dicti Stephani in quarto citatorio cõparuit pro dicto Stephano eius fratre allegando cauſam abſentię in patria linguę occitanę in villa de Biſex aſſerendo ꝙ ibi exercet officiũ receptoris regij, licèt nõ ſe obtulerit probare, ſuper quo aliqui ex dominis erant differẽtes in opinione, vt debuiſſet ſibi dari terminus ad repreſentandũ vel cõparendũ: ſed eram dubius, propter iura & motiua ſupra mẽtionata. Et ideò fuit cõtinuata ordinatio ad octo, ſi debeat procedi ad declarationem mulctę, vel ſi debeat dari alius terminus. Et interim videatur latiùs in iure, & ꝙ aliqui ex dominis pro tũc abſentes veniſſent, quia cauſa eſt ardua. Et de modo procedendi in delictis contra abſentẽ, vide per do. Guid. Pa. deci. cccclxxxix. & aliâs ſcrip ſi in ij. volumin. cauſarum arduarum. Et eſt etiam

7 ſciendum, quòd † licèt regulariter minor viginti-quinque annis in iudicio non admittatur vt procurator. l. minor. ff. de procu. ſecus in filio qui comparet pro patre. l. exigendi. C. de procu. Et pariter eſt ſpeciale in illo qui comparet pro abſente ad allegā dum cauſas abſentię, quia etiam minor admittitur ſecundum glo. in d. l. ſeruum quoque. §. publicè. ff.
8 de procu. & per doct. in d. l. exigendi. † Et in ciuilibus admittitur quilibet defēſor pro reo mediāte ſatiſdatione de iudicato ſoluēdo. l. j. C. de ſatiſda. d. l. exigendi. Fallit in certis caſibus in quibus non ca-
9 uetur. de quibus ibi per Iaſo. † Et in ciuilibus quando interuenit defenſor ſiue ante litiſconteſtationē, ſiue poſt, fertur ſentētia in perſonam defenſorum, & contra ipſum fit executio. l. Plautius. ff. de procu. liberto. §. fina. ff. de nego. geſt. licèt ex poſt recuperet à parte vt ibi habetur: ſecus in procatore, quia quando fuit lis conteſtata in ſui perſonam fertur ſententia. l. j. C. de ſen. & interlocu. om. iudi. cū ibi nota. per glo. & doct. & in l. nihil. & l. vllā. C. de preci. & l. furioſo. ff. de re iudi.

ARGVMENTVM.

Magiſtri artis an ſtatuta condere poſsint, & an cō firmatione ſuperioris opus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtri artis quòd ſtatuta condere poſsint.*
2 *Magiſtri artis approbatæ quòd collegium habere uideantur & ſyndicum conſtituere poſsint.*
3 *Vniuerſitati ſe congregare non, niſi ſtatutis confirmatis & ſuperioris licentia, uetitum.*
4 *Antequàm quis inter magiſtros annumeretur per expertos in arte an idoneus ſit, examinetur oportet.*
5 *Negatiua qualitatis extrinſecæ non præſumitur.*
6 *Impetrans reſcriptum quòd ipſum iuſtificare teneatur.*

Quæſtio CLXV.

QVAERITVR, an aliqui magiſtri alicuiue artis poſsint condemnare ſtatuta, & ſi indigeant confirmatione ſuperioris, & ſi debeant exa-
1 minari antequā efficiantur magiſtri. † Et in effectu videretur dicendum quòd poſsint condere ſtatuta. l. fina. C. de iuriſdi. om. iud. & ibi per glo. & doct. in l. item magiſtri. ff. de pact. ſecundum Barto. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. & in prima prin-
2 cipali quęſtione. † Quia tales magiſtri alicuius artis approbatæ cenſentur habere collegium ſeu vniuerſitatem, & poſſunt conſtituere ſyndicum. l. j. §. j. ff. quod cuius. vni. nec requiritur de ſubſtantia collegij quòd habeant prelatum ſeu caput: ſecundum
3 Inno. in c. j. de prębend. † Veruntamen ad hoc vt poſsint licitè ſe congregare inuicem ad euitandum monopolium requiritur in talibus ſtatutis confirmatio ſuperioris. ſecundum gloſſ. in l. priuatorum. & Bald. in l. fina. C. de iuriſdi. om. iudic. quia aliàs eſt prohibitum vniuerſitati ſe congregare ſine licē tia ſuperioris. l. j. C. de mono. ſecundum Bartol. in l. actor. ff. rem. rat. habe. † vnde etiam antequā aliqui admittātur in magiſtris debent examinari per expertos in arte, an ſint idonei. l. nemini. C. de ad uo. diuer. iudi. l. magiſtros. & l. medicos. cū ibi nota. C. de profeſ. & magi. lib. x. & per Panorm. in cap. propoſuiſti. de probationi. Et præmiſſa faciunt ad quęſtionem interinationis literarum Galiacij barbitonſoris, qui impetrauit literas patentes dominę Annę gratia Dei Reginę Francię ducíſſe Britannię, Delphina. Vień. de anno domini. M. cccccij. die xxx. menſis Iunij, ſine onere niſi reſpectu iuris confratrię, ſi quod ſit pro eius primo aduentu in ciuitate Grationop. Et aliàs vt pleniùs continetur in dictis literis, per quas creatur magiſter in arte barberiæ, chirurgię, & quòd poſsit leuare operatoriū aduerſus quæ ſe oppoſuerunt alij magiſtri Chirurgici & Barbitonſores preſentis ciuitatis Grationo. qui produxerunt eorum ſtatuta & libertates confirmatas authoritate Delphinali, vbi continentur plures articuli, & in decimonono & ſequentibus articulis ponitur modus examinandi tales qui volunt effici magiſtri tam per magiſtrum generalem quā per alios contraarticulares magiſtros. Et licèt in xxvj. articulo fiat mentio de duobus magiſtris ad examinandū, tamen in quibuſdam alijs literis domini Rodulphi de Gaucourt gubernatoris Delphi. confirmatis per dominum Ludouicū Delphinum, fit mētio de quatuor aut tribus magiſtris idoneis ad examinandum. Et in xxviij. articulo ponitur forma iuramenti, & in xxix. articulo fit mentio de eo quod ſoluitur pro ingreſſu quando efficiuntur magiſtri, videlicet dimidia marcha argenti ad opus confratrię ſanctorum Damiani & Coſmę, & quinque ſolidi turonenſes cuilibet duorum magiſtrorum, qui examinauerunt & vltra vngborie, & aliùs prout pleniùs continetur, vbi inſerūtur quinquaginta tres articuli dictarum libertatum, quæ fuerunt confirmatę ad inſtantiam domini procuratoris fiſcalis Delphi. de anno domini. M. ccccxl. Die. ij. menſis ſeptembris. & in ſubſcriptione nominatur dominus preſidēs & cęteri cōſiliarij curiæ dominus Ludouicus porterij preſidens camerę dominus Ioannes Baiuli aduocatus fiſcalis, Ioannes de Morolio, Ioannes de Corniaco auditores & aliâs prout ibi pleniùs continetur. Et conſequenter procedendo in dicta cauſa dicti magiſtri barbitonſores Grationop. negauerunt dictum impetrantem fore & eſſe idoneum in dicta arte Chirurgię & bar-
5 bitonſoriæ. † & talis negatiua qualitatis extrinſecæ non præſumitur, quia quis non naſcitur medicus vel magiſter. iuſta nota. per gl. in l. j. ff. de prob. & ideò incumbit onus probandi impetranti: ſecundum Inno. in c. fina. de pręſump. & per glo. in clem. j. de offi. & pote. iudi. deleg. & per gloſ. in pramag.
6 ſanctio. in titu. de elect. c. j. † Nam ad impetrantē ſpectat onus iuſtificandi reſcriptū. l. ſi quando. C. de dilation. ſecundum Ioannem Andr. in c. j. de li. vj. Nam eſſet pręiudicium reipublicę ſi tales ideotę & ignari minus experti admitterentur ad exercēdum talem artem propter pericula perſonarū: quia oportet effici diſcipulus antequā magiſter. Et ideò fuit ordinatum quòd ante omnia dictus impetrans examinetur per duos magiſtros expertos non ſuſpectos abſque emulatione. & quòd habeant iurare in manibus magiſtri Chappuſij graffarij cauſæ redigere eorum relationē ſcripto, vt inde ſuper omnibus iuridicè ordinari valeat.

ARGVMENTVM.

Iuramentum procuratoris in contractu venditionis appoſitum an ab agendo repellat, ſi proprio nomine experiatur.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Aduocati aut procuratoris officium, ſi proprio nomine experitur, non præiudicat.*

2 *Iuramentum extraiudiciale procuratoris actorem ab agendo repellit.*

3 *Iuramentum litis finitæ exceptionem inducit.*

4 *Exceptio incertitudinis libelli & rei de qua agitur, quæ litiſconteſtationem impedit, quòd à principio opponenda ſit.*

Quæſtio CLXVI.

QVAERITVR, an iuramentum procuratoris appoſitum in contractu venditionis repellat ab agendo, quando procurator experitur nomine proprio, & an exceptio incertitudinis libel
1 li impediat litis conteſtationem. Dubium † facit, quia officium aduocati aut procuratoris non debet pręiudicare quãdo experitur nomine proprio. ff. de rei vendi. & de peti. hęredi. c. ex literis. de tranſact. Veruntamẽ in caſu iſto aliud videretur in procuratore qui tenetur de euictione. l. ſi quis procura
2 tor. † cũ ibi not. ff. de procu. & ita iuramentum procuratoris extraiudiciale repellit actorem ab agen
3 do, propter periurium: quia † iuramentum inducit exceptionem litis finitę. c. j. de litis conteſta. libr. vj. l. j. ff. de iureiuran. ſecundum glo. in ca. xxij. q. ij. & Specu. titu. de acto. §. j. Item quòd eſt periurus. & Pano. in c. ſuper hoc. de renuncia. poſt gl. ibi & per
4 Iaſo. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. † Prętereà exceptio incertitudinis libelli, ſeu rei de qua agitur debet opponi à principio. l. final. C. de anna. præſcrip. & impedit litis conteſtationem. l. ſi in rem ff. de rei vendi. & ibi per glo. & Bart. licèt ex poſt facto in probationibus poſsint declarari. l. j. §. ſi quis argentum. ff. depoſi. & per Spec. in titu. de libel. cõcept. §. fina. verſi. cautus. etiam in iudicio ſummario: ſecundum Alexand. de Imol. conſi. clxxij. in ij. volum. & per Ioan. de Imol. in clem. ſępè. de verbo. ſigni. in iij. col. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis nobilis Alberti de Cizerino, contra Franciſcũ Burgondionis, & Andręam de Cizerino. quia dictus Albertus procuratorio nomine nobilis Claudij de Cizerino vẽdidit dicto Burgondionis de anno domini. M. cccccij. & die. xvij. menſis Auguſti quoddam celerium cum paſſagio, & vina ibi deſignatis precio quinquaginta ſcutorum auri coronę, cũ iuramento de non contraueniendo, & promiſsione de manu tenendo conſtañ. inſtrumento recepto per magiſtrum Petrum Morelli. Nunc verò dictus Albertus expeditus ex perſona propria vigore cuiuſdam ſubſtitutionis factę in contractu matrimonii dicti Claudij de Cizerino & nobilis Catherinę de digno caſu quo non naſcerentur liberi ex dicto matrimonio, quòd bona donata reuerterentur ad dictum Albertum ſuper quo opponit dictus Burgondionis de iuramento & incertitudine rei quòd non teneatur reſpondere ſupplicationi ad effectum repellendi actorem, aliter ad pręſens non declaro, quia cauſa pendet coram curia.

ARGVMENTVM.

Epiſtola principis facit ius.

SVMMARIVM.

1 *Epiſtola decretalis Papæ ius facit.*

Quæſtio CLXVII.

QVAERITVR, an epiſtola principis faciat ius, & an dominus Cancellarius habeat facultatem donandi & conferendi officia caſtellaniarum, & alia in pręſenti patria Delphina. Et in effectu quò ad epiſtolam principis eius ſigneto ſignatam, & per eius ſecretarium videtur dicendum quòd faciat ius, ſaltem in illa cauſa. §. quod principi. inſtitu. de iur. natu gen. & ciui. cum ibi nota. per
1 glo. Ange. Areti. dicen. † quòd decretalis epiſtola Papæ facit ius. iuxta nota. in c. quia. de iudi. & per Felin. in rubri. de conſtitu. Sed quantum ad facultatem conferendi officia antiquitùs dominus Cancellarius in hac patria Delphi. non conferebat officia etiam à viginti quinque libris & infra, niſi à pauco tẽpre citra, quo inceperat conferre officia minora à vigintiquinque libris infra. Veruntamen sereniſsimus Rex dominus noſter Delphinus nouiſsimè per eius epiſtolam mãdauit de hoc præſenti anno domini. M. cccccij. d. e. xvij menſis Maij, quòd non admittantur literæ doni aliquorum officiorũ Delphin. niſi procedant de eius pręcepto, mandato, & voluntate, & licèt hoc mandauerit ſpecialiter de caſtellania Turriſpini, quam vt fertur, obtinuerat Ioannes de Biſcaulx, à domino Cancellario, tamen & poſt ſuperuenerunt alię literę, quòd idem ſit in alijs caſtellanijs & officijs Delphinalibus.

ARGVMENTVM.

De rebus licitis & illicitis delatis in naui.

SVMMARIVM.

1 *Res licitæ cum illicitis in naui delatæ, quòd omnes confiſcationi ſubiaceant, ſi deferens ſcientia abutatur.*

Quæſtio CLXVIII.

QVAERITVR, quando deferuntur aliquę res ſeu mercantię licitæ cum illicitis in naui, an ſit locus pœnę commiſſæ quò ad omnes res tam li
1 citas quã illicitas. † Et prima facie videtur dicendum quòd debeant confiſcari omnes dictę res, quãdo quis abutitur ſcienter. l. licitatio. §. de rebus. ff. de publica. l. iij. C. de nau. fœno. & ibi hoc tenent Bartol. & Bald. De hac quęſtione etiam habetur latè per Bartha. in tracta. gabellarum. Et iſtud facit pro quibuſdam mercatoribus de Romanis, qui fecerunt vehi per flumen Iſare in quadam naui certam quãtitatem bladorum, & certos ſaccos ſalis cõtra prohibitiones ſuper hoc factas: quia pendente quodam proceſſu ſuper tiragio ſalis fuit prohibitũ vehi ſal per Iſaram, quia ſub pretextu liciti non debet committi illicitum. l. ſub pretextu. C. de ſacroſanct. eccleſ.

ARGVMENTVM.

Limites territorij iuriſditionis quomodò in ſententię executione plantandæ ſint.

SVMMARIVM.

1 *In executiõe ſentẽtiæ latæ in reali quod pars citanda nõ ſit.*

2 *Actio finium regundarum ſuper limitibus eſt mixta.*

3 *In limitibus plantandis quòd nonnulla cauſæ cognitio requiratur.*

Quæſtio CLXIX.

QVAERITVR de modo plantandi limites territoriorum iuriſditionum in executione ſen

tentiæ,& an requiratur vocatio partis. Dubium fa
1 cit: † quia quando ſententia eſt lata in actione rea
li,tunc in executione non requiritur citatio partis
ex quo ſemel fuit cognitũ de re,in qua fit executio
ſed pōt fieri executio abſq; tpre ſolito dari iudica-
tis.l. quis reſtituere.ff.de re.vẽd.inſti. de off.iud. in
prin.ſecundũ Bart.in l. à diuo pio.§.in venditione.
ff.de re iudi. Sed in contrarium videtur dicendum
2 in caſu iſto:† quia actio finium regundorum ſuper
limitibus dicitur mixta:vt inſti.de actio.§.quędam
3 quia licèt fuerit lata ſententia, † tamen in planta-
tione limitum requiritur aliqualis cauſę cognitio
ad verificãdum loca vbi debent plantari limites,&
pariter requiruntur probi,& agrimenſores non ſu-
ſpecti,qui habeant iurare in præſentia partium ſeu
ipſis vocatis:ſecundum Bartol.in l. Theopompus.
ff.de no.præle.& Panor.in c.iudicante.de præſcrip.
facit l.j.ff.ſi menſor falſ.mod.dic.& per Bar.in l.iij.
C.finium regundo.Et præmiſſa faciunt ſuper cau-
ſa diffinita limitum mandamenti de ſillanis in ne-
more de bieures,quia fuit ordinatum apponi limi-
tes in loco rotarum,inhibendo fieri dicto domino
de ſillanis aliquas extirpationes vel agriculturas
in dicto nemore de bieures, & aliàs prout in dictâ
ſententia pleniùs continetur,&fuit mihi commiſſa
executio vocatis egregijs domino præſidente Ca-
meræ,& aduocato fiſcali.Et ideò ex deliberatione
ipſorum dictus dominus de ſillanis fuit vocatus in
dicta executione,& plantatione limitum, & etiam
ad videndum iurare probos & agrimenſores.

ARGVMENTVM.

Limites iuriſditionis vbi plantandæ ſunt an arma, quæ & qua parte ſculpanda ſint.

SVMMARIVM.

1 *Limites territoriorum communes ſunt. & nu.6.*
2 *Maius dignum ad ſe trahi minus regulare.*
3 *Res à nobiliori & potentiori uocabulo denominanda.*
4 *Arma potentioris & nobilioris ſola ſculpanda ſunt à parte ſuæ iuriſditionis altera parte in planitie manente.*
5 *Arma cuiuſlibet domini ſculpere in ea parte maximè quæ territorium intuetur,iuris communis eſſe.*
7 *Limites territoriorum impræſcriptibiles.*

Quæſtio CLXX.

QVAERITVR quando apponuntur limi-
tes in territoriis iuriſditionis Delphi. & ali-
quo [redacted] banereti à qua par
te debeant ſculpi arma Delphi. & ſi licitè poſſint
concurrere & ſculpi arma vaſalli ab alia parte. Du
1 bium facit: † quia tales limites ſunt communes, &
diuidunt territoria,& per conſequens vt æqualitas
ſeruetur licitè poſſunt ſculpi arma pareriorum ab
vtraque parte. Sed in contrarium facit in caſu iſto:
2 quia † maius dignum attrahit ad ſe minus dignum
& res denominatur à digniori.c.quod in dubijs. de
conſecra.eccleſ.& alta.& ibi per glo.& c.j.eo. titu.
lib.vj.& in c.de ieiunio.lxxvj.diſtin.& in c. ſi is.§.j.
de prębend.lib.vj.& l.quęritur.de ſta.hom.gloſ. in
clem.fina.de cele.miſſa. licèt in contrarium faciat
c.ſuper.§.ſi verò duo.de offic.delega.cum ibi nota.
3 per glo.Et pro præmiſſis facit:† quia res debet no-
minari à nobiliori,& potentiori vocabulo.inſti.de
iur na.gẽ. &.§.ſed ius quidam ciuile. ver.quotiens
§.aliâs.cum ibi nota.per glo.Ioan.Fab.Ang. Are.
Ioann.de Plat.l.j.§.qui in perpetuum.ff.ſi ager ve-
ctĩ.faciunt nota.per Iaſo.in l.imperium.ff.de iuriſ
dit.omn.iudic.Et ideò cum dominus noſter Del-
phinus ſit ſupremus dominus,& dignior eius vaſal
4 lo: ideò congruum & decens,† eſt,quòd eius arma
ſola ponantur in limite ab illa parte iuriſditionis
Delphinalis & ab alia parte iuriſditionis vaſalli li
mes ſit in plano.Nec obſtat ſi dicatur, quòd par in
parem non habet imperium.l. nam magiſtratus.ff.
de arbit. Quia ad iſtud reſpondetur quòd domi-
nus noſter Delphinus habet digniorem & maiorẽ
adminiſtrationem:& ideò iſto caſu debet habere
præeminentiam,iuxta nota.per Bald.in ca.j. quali.
vaſſa.iur.debeat fideli. Et ita fuit relatum per ali-
quos nobiles ſolitum obſeruari,licèt egregius do-
minus Ioannes de Chapponay præſidens cameræ
retulerit,quòd in plantatione limitũ mandamenti
ſancti Symphoriani Auzonis Delphinalis,fuerunt
ſolùm poſita arma Delphinalia ab illa parte.Et ab
alia parte mandamenti de Comenay eccleſiæ ſan-
cti Mauricij Viennę fuit permiſſum apponi ſcriptu
ram facientem mentionem de dicto mandamento
de Comenay pertinẽ.capitulo dictę eccleſiæ Mau
5 ricij Viennæ.Sed attende,† quia de iure communi
ceſſante conſuetudine videretur quòd deberent af
figi arma cuiuſlibet domini,videlicet aperte deno
tante territoriorũ Delphi.arma domini noſtri Del
phi.& in altiori loco,& à parte denotante territo-
rium vaſſalli arma ipſius vaſalli,in baſſiori loco.
6 Pro quo facit,† quia limites & confines territorio
rum ſunt communes.l. adeo.§.ſi cum.l. ſequentib.
7 ff.de acquir.rer.do.† Et iſta ratione limites territo-
riorum non poſſunt præſcribi.ſecundum glo. in c.
quęcunque.xv.q.iij.ſolet etiam notari in cap. quia
iudicante.de præſcrip.& in c.ſuper eo. de parochi.
facit l.arbor.in princ.communi diui.Et ibi Bald.in
ſimili.& per Bart.in l.iuriſperitos §.cũ oriundus.ff.
de excu.tut.in addi.Nico.de Nea.Et ibi Bald.l.Nã
durante communione non præſcribitur.iuxta not.
in l.j.§.ad hoc.C.de anna.excep.in l.fina.C.fini.re-
gun.ſecundum Ioan.Andr.in addi. ad Spec. titul.
de iudi.§.ſequitur.ver.eſt annus. Barto.in l.qui fa-
miliaris.ff.de acquir.poſſeſ.Et pro præmiſſis facit:
quia in muro communi licitum eſt facere picturas
incruſtationes.l.quidam Hyberus ff.de ſerui. vrb.
prædi.l.inter quos.& ibi Angel.ff.de damn.infect.
& nota.per Cœpo.in tracta.ſerui.vrba.prędio.titu.
de pictu.Et aliâs ſcripſi antequã eſſem conſiliarius
Delphi.in ij.volu.cauſarum arduarum in allega-
tionibus Reuerendi domini Epiſcopi ſancti Pau-
li, vbi iuriſditio temporalis eſt communis inter do
minam & ipſum dominum Epiſcopũ. Et ibi de mo
do ponendi arma aliter ad præſens non declaro,
quia adhuc quęſtio pendet coram curia in qua-
dam alia ſimili cauſa.

ARGVMENTVM.

Molaris appellatione quid veniat & comprehen
datur.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Summitas ſeu ſuperficies ſolo cedit.*
2 *Molaris quomodo accipiatur.*

Quæſtio. CLXXI.

QVAERITVR an appellatione molaris comprehendatur ſummitas ſeu criſta vel ariſta cum pede ſeu fundo, & quid iuris quãdo pro
1 bi experti in arte ſunt differentes.† Et effectu licèt ſummitas ſeu ſuperficies debeat cedere ſolo: tamen
2 quando agitur † de limitibus molaris ſeu montis vel collis accipitur à ſummitate criſtæ ſeu ariſtæ à qua pendente ab alia parte, & ita retulerunt plures probi de Iſellis, quòd dictũ molare de Bieure intelligitur in ariſta, ſeu criſta in ſummitate. Sed in contrariũ videtur veritas in caſu iſto: quia per tenorẽ dictæ ſententiæ latæ ſuper dictis limitibus expreſsè dicitur dicto molari de Bieure à parte Delphinali remanente. Et ita etiam retulerunt plures probi in maiori numero, quòd dictum molare intelligitur à ſummitate vſque ad pedem & econtrà, reddentes cauſam ſcientiæ, quia non eſt dare ſummitatem abſque fundo. Et ita ſtandum eſt probis in maiori numero, maximè quando deponunt veriſimiliora. l. ob carnes. ff. de teſti. cap. in noſtra. de teſti. facit l. ſemel. C. de re milita. lib. xij. Et quando tales probi ſunt magis experti in arte: ſecundum Bal. in proœmio. ff. & doct. in cap. propoſuiſti. de probatio.

ARGVMENTVM.

Freytæ, rotæ & iyſerta an eiuſdem ſunt ſignificationis.

Quæſtio CLXXII.

QVAERITVR, quia in inſtrumento permutationum factarum per dominum noſtrum Delphinum cum prædeceſſoribus domini de Sillanis fit mentio, quia limites dicti loci de Sillanis durant à feſtalicio montis ſupra domum prædictam prout rectè protendit dictum feſtalicium à ſancto verſus Iſella quantum durat parœcia de Sillanis prædicta inferius protendens vſque ad nemus de Bieure quantum durant freytæ, & eyſſerta, in nemore ſupradicto, & quicquid infrà continetur &c. Et in alio documento executionis dictarum permutationum dicitur protendẽdo vſque ad infra nemus de Bieure tantum; videlicèt quantum durant in dicto nemore freytæ ſeu rotæ & eyſſerta, an iſta ſint ſynonima videlicet freytę rotę, & eyſſerta. Dubium facit propter diuerſitatem nominum quæ videtur notare diuerſitatem rerum. l. ſi idẽ. C. de codicil. Sed in contrarium videtur veritas in caſu iſto: quia ſecundum communem vſum loquendi dicta nomina freytæ rotæ & eyſſerta, idem ſignificant prout depoſuerunt plures teſtes in dicto proceſſu diffinito.

ARGVMENTVM.

Exceſſus an ſit commiſſus tres limites ponendo in tribus locis vbi ſententia habebat limites tantùm poni in vno loco.

SVMMARIVM.

1 *In ſententiæ executione quòd omnia ſine quibus executio cõmodè fieri non poßit conceſſa uideantur.*

Quæſtio CLXXIII.

QVAERITVR an fuerit exceſſus modus executionis dictæ ſententiæ plantationis limitum inquãtum domini commiſſarij fecerũt apponi tres limites patentes lapidibus rupis operatis cũ armis Delphinalibus, videlicèt primus limes in pede dicti molaris in ruaconchia, cum vna garda de lapide viuo ſeu Charueroro, ab alia parte de Sillanis ſecundus verò limes fuit appoſitus in loco rotarum, & ibi etiam per relationem proborũ eſt vna via quæ vocatur rotarum, à pede dicti molaris vſq; ad iter regale, & publicum quod protenditur apud Iſellis, & ibi fuerunt appoſitæ duæ gardę ab vtroq; latere reſpondendo ad alios duos limites appoſitos in angulis. Tertius verò limes fuit appoſitus in pede dicti molaris propè viam vacarum, quæ diuidit mandamentum Iſellis, & de Sillanis cum armis Delphinalibus à parte ſuperiori dicti molaris, nũc dominus de Sillanis prętendit quòd fuerit exceſſus modus in exequendo, quia per tenorem dictæ ſententiæ latæ ſolùm fiebat mentio quòd apponerentur limites in dicto loco rotarum. Sed in contrariũ videtur dicendum quòd non fuit exceſſus modus
1 exequẽdi: † quia in executione ſententiæ videntur cõmiſſa omnia ſine quibus commodè executio fieri non poſſet. l. ij. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. ad rem mobilem. & l. legatum. ff. de procura. quia in caſu iſto dictus limes rotarum eſt in medio, & qui reſpondet duobus extremis in quibus fuit neceſſe apponere limites, nec in hoc poteſt prætẽdere intereſſe dictus dominus de Sillanis ex quo dictum molare remanet apertè iuriſdictionis Delphinalis, quia dicti limites fuerunt appoſiti in pede molaris.

Quæſtio CLXXXIIII.

QVAERITVR an etiam fuerit exceſſus modus executionis dictæ ſentẽtiæ quò ad euulſionem & remotionem furcarum dicti domini de Sillanis appoſitarum in ſummitate dicti molaris de Bieure. Quia in dicta ſententia non fiebat de hoc mentio ſaltem expreſsè licèt tacitè ſit: quia in dicta ſententia fiebat mentio de dicto molari à parte iuriſdictionis Delphina. remanente. Et ſic nõ debuerunt ibi remanere dictæ furcæ: quia denotarent ſignum meri imperij. l. imperium. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. ſecundum Bald. in l. ij. C. vt nemi. priua. licèt ſigna imperij. Veruntamen pro parte dicti domini de Sillanis fuit productus quidam proceſſus ſuper ſtatuto. Si quis per literas, vbi inſeruntur quædam acta curiæ Sancti Marcellini vbi fuit ordinatum quòd dictæ furcæ amouerentur, & ex habundanti per dictum dominum commiſſarium fuit reſeruatum in præmiſsis beneplacitum curiæ & ipſius declaratio conſtantibus expletis receptis per Stephanum clericum tunc magiſtrum Ioannis ventoleti de hoc præſenti anno domini milleſimo quingenteſimo tertio die vltima menſis Maij.

ARGVMENTVM.

Clericus qui ſine literis dimiſſorijs ſui diœceſani, in alia diœceſi ordinem clericatum adeptus eſt, an priuilegijs clericalibus gaudere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ſolutus debitè ordinatus quòd priuilegio fori & perſonæ gaudere debeat.*

2 *Cauſa cadere debet, qui aduerſarium pro una & eadem re ad diuerſa iudicia trahit.*

Quæſtio CXXV.

QVAERITVR an clericus ſolutus primę tonſuræ alibi ſine literis dimiſſorijs ſui diœceſani ſeu eius vicarij gaudeat priuilegio clericali, an verò ſit ſuſpenſus ab executione priuilegij. Et dicendum, quòd ſic, per c.j.& ij.de tempo.ordinan. lib.vj.& ibi per glo.& in ca.penul.eo.tit. Quia imputandum eſt tali clerico cur alibi acceſſerit ſine literis licentiæ ſui prælati: vt ibi habetur toto.titu.de cleri.peregri.l.ſi qua per calumniam.C.de epiſco.
1 & cleric.† Licèt aliâs vbi clericus primę tonſurę ſolutus eſſet debitè ordinatus gauderet priuilegio fori, & perſonæ.c.Epiſcopus.& c.nullus xj.q.uj.ca.ij. de fo.cóp. Et iſtud facit ꝓ cã fiſcali cõtra nobilẽSte phanũ Cõſtagni, q. ꝓducit titulũ clericatus factũ Auinioni ſine literis dimiſſorijs dñi Archiepiſ.viénę eius diœceſani. Licèt dict. Cõſtagni prætendat ſe aliâs fuiſſe abſolutum per dominum officialem Viénę de crimine de quo nũc impetitur, & ſic quòd non debeat iterum de eodem crimine agi.l.licèt.ff. nau.caupo.l.ſenatus.ff.de accu.cap.de his.de accu. quia bis in idpſum iudicari non debet.cap.preſbyter.xcj.diſtinctio.c.quid ego.xxiij.q.v.& talis exceptio impedit proceſſum: ſecũdum glo.& Bar.in d.l. ſenatus. Et pariter dictus Conſtagni allegauit aliâs litiſpendentiã in curia Parlamenti Pariſius. Et ita l.vbi cœptum.ff.de iudi.habet locum etiã in criminibus: ſecundum Bal.in c.j.de controuer.apud pa.
2 termi. Quinimò † quando quis trahit aduerſariũ ad diuerſa iudicia pro eadem re debet priuari cauſa: ſecũdũ vnam opinioné.l.j.in fi. C.de cadu.tollé. glo.in c.dilectus.de purga.cano.& in c.placuit.xj. quæſtio.i.& in capit. ex tenore.de reſcript.& in l. nemo.C.de iuriſdi.omnium iudic.

ARGVMENTVM.

Accuſatio an propter hæc verb.vno agente & altero cõſentiente: an incerta & obſcura dicatur, vt repellatur, & vlterius procedat, appellandum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio per hæc uerba, uno agente & altero conſentiẽte: quod incerta reddatur.*

2 *Iudicis officium conquieſcere regulare.*

Quæſtio CLXXVI.

QVANDO in accuſatione cõtra plures apponuntur illa verba, vno agẽte & altero conſentiẽte: an propter hoc dicatur incerta & obſcura vt repelli debeat accuſatio, & an ſit iuſta cauſa appellandi quando pendẽte dilatione iudex procedit
1 ad vlteriora.† Et in effectu quando apponuntur illa verba, vno agente altero conſentiente accuſatio poteſt reddi incerta: maximè vbi eſſent tres delinquẽtes, & nõ poſſet verificari in duobus: iuxta.not. per gl.in l.ſi duo patroni.in prin.ff.de iu.iuran.& in
2 l.ancillæ.C.de furt.† Et licèt regulariter officium iudicis conquieſcat.l.ſiue pars. de dila.hoc verum ſecundum Bartol.ibi quò ad eundem actum: ſecus in diuerſo actu.l.generaliter.C.de re.credi. Et iſtud facit pro cauſa appellationis domini Petri de Nyeuro canonici ſancti Maurícij Viennæ contra dominũ humbertum Peyrolerij, etiam canonicum & ſacriſtam dictæ eccleſiæ vbi in prima inſtantia fuerat intentatum ſtatutum, ſi quis per literas, per dictum dominum Peyrolerij, prætextu membri licèt ex aduerſo opponeretur in negotio principali: quia dictus dominus Peyrolerij acceptauerat locũ & caſtrum de Conuenay, & quòd renuntiauerat dicto loco Reuæ.

ARGVMENTVM.

Gubernator patriæ an diſpenſare poſſit vt ſimul & ſemel ſuper appellatione ab interlocutoria & negotio principali procedatur.

SVMMARIVM.

1 *Procedi ſimul & ſemel ſuper appellatiõe ab interlocutoria & negotio principali non poſſe regulare.*

2 *Derogationi in appellationis cauſa locum non eſſe.*

3 *Vicarius principis derogatoria clauſula uti non poteſt.*

Quæſtio CLXXVII.

QVAERITVR an dominus Gubernator præſentis patriæ habeat poteſtatẽ diſpẽſandi vt ſimul & ſemel procedatur in articulo appellationis ab interlocutoria, & negotio principali: maximè vbi pars appellata non conſentit. Dubiũ facit:† quia regulariter nõ poteſt ſimul & ſemel procedi.ca.cordi.c.romana.de appel.lib.vj.niſi corã Papa vel principe vbi habetur, ꝙ ſi pronuntietur malè appellatum, tunc cognitio negotij principalis remittitur iudici à quo.cap.vt debitus.de appel. Et licèt vbi pronũtiaretur malè appellatum, pars appellata conſentiret, quòd iudex appellationis cognoſceret de negotio principali, tunc pars apellans nõ haberet cauſam ſe opponendi: ſecundũ Barto.in l. eius.ff.de appella recipien.de quo per Panor.in d.
2 cap.vt debitus. Verũtamen † in cauſa appellationis nõ habet locum prorogatio: ſecundum Bal.de pa.
3 conſtan.ſuper ver.† Prætereà vicarius principis nõ poteſt vti clauſula derogatoria: ſecũdum Bal. Pau. de Caſtr.in l.quotiens.C de preci.imperat.offe. Et iſtud etiam facit pro dicta cauſa appellationis domini Petri de Nyeuro, contra dictum dominũ Hũbertũ Peyrolerij: quia dictus d.de Nyeuro obtinuerat literas à domino gubernatore ſeu domino locũ tenente qui tenet pro nunc locum domini gubernatoris, vt ſimul & ſemel procederetur & diffiniretur in dicta appellatione ab interlocutoria cum negotio principali: ſed curia nõ habuit reſpectum ad dictas literas, ſed pronunciauit malè appellatum remittendo partes iudici à quo cum expenſis.

SVMMAAIVM

1 *Teſtis primo dicto ſtandum.*

2 *Teſtem ut deponat minari neque parti neque alteri perſonæ priuatæ licere.*

3 *Teſtis corrumpi non dicitur, ſi aliquid pro uictu & dieta ſibi promittatur.*

Quæſtio CLXXVIII.

QRAERITVR an ſit ſtandum primo dicto teſtis iurato vel non iurato: & an ſit ſtãdum teſti ex interuallo contradicenti, etiam in articulo mor-

culo mortis aſſerenti falſum depoſuiſſe, per minas ſibi factas aliâs & an probetur corruptela teſtis, quando ſibi traditur vel aliquid promittitur pro eius dieta, & an ſit licitum prius alloqui teſtem in cauſa propria, etiam pro ſecreta informatione. In
1 iſta quæſtione ſunt plura tangenda †Et quòd ſit ſtandum dicto primo teſtis facit, quia aliâs diceretur contrarius & varius, & ſibi non crederetur, ſed aliâs incideret in falſum. l. qui falſa. de teſti. l. eos. ff. de fal. & ideò ſtandum dicto primo teſtis. cap. ſicut. de teſti. cap. per tuas. de probatio. ſecundum gloſſ. in capit. cauſam. & in cap. veniam. el. ij. & cap. per tuas. de teſti. Etiam ſi primum dictum teſtis non ſit iuratum: ſed extraiudicialiter dixerat: ſecundum Bart. in dict. l. eos. licèt aliqui doctores voluerint tenere contrarium: quia interdum teſtis interrogatus extraiudicialiter dicit vnum ne diſpliceat partibus, licèt ex poſt facto, quando examinatur iudicialiter cum iuramento aliud dicat: ſecundum Bal. & Saly. in authen. at qui ſemel. C. de proba. & doctor. in dict. ca. ſicut. de teſti. Nec obſtat ſi dicatur, quòd ſit licitum alloqui teſtem ne habeat ex poſt facto variare: quia verum, dum tamen fiat honeſto modo & cauſa ipſum reducendi ad viã veritatis, abſq; tamen aliqua corruptione fienda: ſecundum. Bald. in l. geſta. C. de re iudi. Et licèt teſtis ex poſt facto. pœnitentia ductus in articulo mortis aut aliâs aſſerat ſe falſum depoſuiſſe. tamen in hoc non eſt ſibi ſtandum nec præiudicat parti: ſecundum Barto. in l. diuus. ff. ad Slley. Bart. Sali. in l. generaliter. C.
2 de non numera. pecu. † Veruntamen non eſt licitum parti aut alteri perſonæ priuatæ cõminari teſtem ad deponendum: quia iſtud ſpectat ad officiũ iudicis. l. ſi quando. C. de teſti. toto. titu. de teſti. cogen. & in perſonis. l. non eſt ſingulis. ff. de de regu.
3 iu. Veruntamen† licèt aliquis promittat teſti pro eius victu vel dieta non dicitur corrumpere teſtem. l. quoniam liberi. C. de teſti. quia in dubio non debet præſumi delictum. l. merito. ff. pro ſoci. l. ſecundũ Bar. in l. gerit. ff. de acqui. hæredi. Sed ſi aliquid promitteretur teſti pro eius victu vel dieta non dicitur corrumpere teſtem. dict. l. quoniam liberi. C. de teſti. quia in dubio non debet pręſumi delictum. l. merito. ff. pro ſoci. ſecundum Bart. in dict. l. gerit. ff. de acqui. hæredi. Sed ſi quid promitteretur teſti ad inſtruendum ad deponendum. l. diuus. ff. de re iudi. c. licèt de proba. etiam ſi aliquid daretur teſti, vt deponeret verum: ſecundum Bart. in l. j. in princ. ff. de fal. Et iſta quæſtio facit pro cauſa fiſcali diffinita ad denuntiationem nobilis Annæ de Carendoz relictę nobilis Ioannis Rigaudi nomine duorum baſtardorum dicti Rigaudi, vt prætenditur legitimatorum contra nobiles Antonium & Ioannem Piocti fratrem Antonium de camera, Claudium Rigo donis prætextu depoſitionis Ioannis Grilhieti ſeruientis loci Chandiaci & declarationis per ipſum factæ in eius vltimis diebus, ꝙ falſum depoſuerat quia dictus teſtis primò fuerat examinatus pro ſecreta informatiõe de mandato dicti Antonij Piocti caſtellani ſuper compaternitate magiſtri dictorum baſtardorum, licèt ex poſt fuerit examinatus authoritate curiæ per magiſtrum Bernardi clericũ magiſtri Rolini & ſe referebat pirmę depoſitioni, & int erim infrà vnam diem dictus Ioannes Piocti fecit deponere dictum Grilhieti in manibus dicti Bernardi ſibi proferendo aliqua verba comminatoria, & aliâs prout pleniùs conſtat dicto proceſſu fiſcali diffinito in manibus magiſtri Ioannis Ventoleti: quia adhoc remanet cauſa principalis ciuilis ſucceſſionis bonorum dicti Rigaudi in manibus magiſtri Rolini.

ARGVMENTVM.

Venditor qui experitur vt iuſtum pretium ſuppleatur, an & quando fructus habeat à litiſconteſtationis tempore.

SVMMARIVM.

1 *Emptor qui iuſtum pretium ſupplet, fructus reſtituere non tenetur.*

QVAERITVR quando venditor experitur contra emptorem ad ſupplendum iuſtum pretium vel reddendum rem emptam propter deceptionem vltra dimidiam iuſti pretij: iuxta l. ſecundam. C. de reſcin. vẽdi. an emptor teneatur reddere fructus perceptos à tempore litiſconteſtate, quando emptor ſupplet iuſtum pretium. Et videtur
1 dicendum, quòd non: quia † emptor habet electionem & facultatem reddendi rem vel ſupplendi pretium. Et iſto caſu quando emptor ſupplet iuſtum pretium remanet contractus validus & res empta remanet penes ipſum, nec tenetur reddere fructus: vt probatur in dict. l. ij. Et hoc tenet. Cæpol. in tracta. contractuum ſimulatorum in primo caſu, & allegat Bal. in cap. j. de feu. d. a. in vim leg. comiſ. & in ſumma Ange. ſuper verſ. reſtitutio. niſi probaretur dolus emptoris. Et iſta quæſtio facit pro cauſa ſupplicationis Mitritutheni contra nobilem Ioannẽ Criffonis qui ſuppleuit iuſtum pretium certarum vinearum, & adhuc ſibi petuntur fructus percepti à tempore litiſconteſtatæ vſque ad ſententiam latam. Et aliâs prout pleniùs apparet in actis cauſæ magiſtri Petri Ioffredi.

SVMMARIVM.

1 *Maritus qui in inſtrumento matrimonij dotem recepiſſe confeſſus eſt, quod ad illius reſtitutionem teneatur, licèt ſocerum obligatum pro eadem dote habuerit.*

Quæſtio CLXXX.

QVAERITVR quando maritus in inſtrumento matrimonij confitetur recepiſſe dotẽ à ſocero ſeu patre vxoris, & incontinenti in alio inſtrumento ad partẽ ſocer ſe obligat marito de quãtitate cõfeſſata, an ſoluto matrimonio maritus ſeu eius hæredes teneantur ad reſtitutionem dotis, an verò cedendo iura & actiones contra hæredes ſoceri liberentur: iuxt. l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſolu. matri.
1 Dubium facit: † quia ex quo maritus dedit quictãtiam de dote, eſt ſibi imputandum cum fuerit quæſita actio vxori: ſecundũ Bar. in l. placet. §. vir. ff. ſolu. matri. licèt Bal. in eadem l. §. ſi mulier. teneat cõtrariũ, de quo ibi latiùs per Ioan. & Alex. de Imol. Et iſtud facit pro cauſa reſtitutionis dotis dominæ Catherinæ de Bropulo vxoris domini Ioannis de Monetis, vbi dictus maritus dedit quictantiã patri eius vxoris de ſumma quinq; centum florenorũ incluſo augmẽto dotis, licèt pater vxoris ſe obligauerit ad partem in ſumma tercentum quinquaginta florenorum de anno domini M.cccclvj. de menſe Ianuarij actum in ciuitate Thaurini.

ARGVMENTVM.

De iure retentionis quod competit vxori pro dote ſuper bonis mariti.

SVMMARIVM.

1 *Vxor reperta in tenuta bonorum mariti ſine uitio, quòd pro dote retentionis iure gaudeat.*

2 *Ius tenutæ ceſsibile.*

3 *ius hypothecarum in ceſsionarium tranſit.*

Quæſtio CLXXXI.

QVAERITVR quando vxor reperitur
tempore mortis mariti in tenuta bonorum
eiuſdem, an competat ſibi ius retentionis pro eius
dote & iuribus dotalibus, & an tale ius tenutæ poſ-
ſit cedi, & an tranſeat in ceſsionarium, ſeu donata-
1 rium, etiam quò ad ius hypothecarum. Et † vide-
tur dicendũ, ꝙ ſic, quando vxor reperitur in tenuta
ſine vitio: ſecundum Bald. in l. pignoris. C. de pi-
gnora. actio. & in l. res pignoris. C. de non nume-
2 ra. pecu. & in l. j. C. quor. legator. † Et tale ius te-
nutæ poteſt cedi. l. fin. §. ſin autem. C. de bon. autho.
iudi. poſſ. ſecundum Alexand. de Imol. in addi. ad
Barto. in l. j. §. ſi vſufructuarius. ff. de operis no. nun
tiatio facit. l. cùm fundum. cum ibi no. ff. de vi & vi
3 arma. † Et ius hypothecarum cùm ſit reale, bene trã
ſit in ceſsionarium. l. placet. C. de priuile. fiſ. ſecun-
dum Barto. in l. poſt dotem. ff. ſolu. matrimo. & in
l. j. C. de priuileg. dot. ibi Bald. & iſtud etiam facit
pro donatione facta per dictam dominam Cathe-
rinam de Bropullo de eius iuribus dotalibus do-
mino Ioanni de Aymonetis nepoti eius mariti.

ARGVMENTVM.

De Abbate vel priore qui monachum expulit, & alimenta denegauit.

SVMMARIVM.

1 *Abbas uel prior quòd iure ſpolij priuetur, qui monachum ægrotum à monaſterio expulit & alimenta denegauit.*

Quæſtio CLXXXII.

QVAERITVR quãdo Abbas ſeu prior expulit monachum à monaſterio ſibi denegando alimenta, an efficiatur indignus à bonis ſpolij religionis. Et videretur dicendum quòd ſic, & maxime quando monachus eſt in infirmitate cõſtitutus. argu. authenti. ſi captiui. C. de Epiſc. & cleric. l. necare. ff. de lib. agno. ſecundum gl. in c. ſicut. de regula. & in capitu. j. de expo. & langui. & Specu. in titu. de ſta. mona. verſi. xxiiij. & verſ. xlj. Oldra. conſilio ij. & uj. Petrum de Anchara. conſilio ccccxxiiij. Et hoc verum quò ad præiudicium dicti Abbatis ſeu prioris ipſo viuente non quò ad præiudicium eccleſiæ. Argu. capit. j. §. fina. de capi. cora. Et iſtud facit pro cauſa diffinita domini Claudij prioris Thoueti ſuper bonis ſpolij fratris Hugonis religioſi dicti prioratus quem expulerat à dicto prioratu propter infirmitatem Neapolitanam ſibi denegando alimenta.

ARGVMENTVM.

De pœna pecuniaria commutanda in corporalem pœnam.

SVMMARIVM.

1 *Pœna corporalis quòd in pecuniæ pœnæ defectum imponatur.*

2 *AEris uacuus luat in corpore oportet.*

3 *Fideiuſſor non admittendus ubi pœna pecuniaria in corporalem commutatur.*

Quæſtio CLXXXIII.

QVAERITVR an in defectum pœnæ
1 pecuniariç poſſit imponi † pœna carporalis.
2 Et videretur dicendum, quòd ſic: † quia qui non
habet in ære luat in corpore. l. ſi idem. ff. de iuriſdi.
om. iudi. Et ideò ex forma ſtatuti aut aliàs in deli-
3 ctis in quibus eſt imponenda pœna pecuniaria, † ſi
non ſoluitur infrà certum terminum poterit con-
demnari ad pœnam capitalem ſeu corporalem, nec
admittitur fideiuſſor: ſecundum Bald. in l. ij. ff. de
cuſto. reo. & in l. j. ff. de publ. iudic. de quo per Ang.
Aret. in tract. maleficiorum ſuper verabi, appona
tur verbum quod deeſt, & ibi per Ange. Et iſtud fa
cit pro cauſa interinationis literarum gratiæ Gu-
lielmi de Serro filij Iacobi de Serro de Orſeria pro
raptu cuiuſdam puellç in qua fuit condemnatus in
quinq; centum libris turon. pro reparatione conſi-
ſtorij Delphi. & caſu quo non ſolueret infrà duos
mẽſes eo ipſo eſt condemnatus ad pœnam de rapto
ribus virginum, de iure ciuili.

ARGVMENTVM.

Remiſſi ad curiam dicto cõmiſſarij recognitionũ nõ audientes, an ob contumaciam vt recognoſcãt compelli præciſè poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ fiſcales, ſicut & priuatæ tractantur.*

2 *Contumacia ſola iuſta cauſa nõ eſt condemnationis & priuationis iuris alterius.*

Quæſtio CLXXXIIII.

QVAERITVR quando commiſſarius
recognitionum Delphi. remittit opponẽtes
coram curia qui non comparent an in contumaciã
poſſint licitè cogi ad recognoſcendũ præciſè abſq;
1 alia iuſtificatione iuris fiſcalis. Dubiũ facit: † quia
etiam ſecundum ſtatuta Delphinalia in cauſis fi-
ſcalibus proceditur ad inſtar cauſarum priuatarũ,
pro quo facit. l. non puto. ff. de iur. fiſc. & gloſſ. in l.
2 j. C. de petitio. hære. † quia ſola contumacia nõ eſt
iuſta cauſa cõdemnationis & priuationis iuris rei.
l. contumacia. ff. de re iudic. Et iſtud facit pro cer-
tis remiſsionibus certorum fanateriorum, quos re
miſit coram curia Nicolaus de diui commiſſarius
recognitionum Delpginalium Alauardi, quia ali-
qui ex dominis erant opinionis, quòd debebant ite
rum citari, & quòd fiſcus debebat iuſtificare de iu-
re ſuo: maximè quãdo per tenorem commiſsionis
non apparet, quòd Faueterij non fuerunt informa
ti, licèt aliqui allegarent de ſtylo curiæ, quòd pro
prima aſsignatione in contumaciam compellerẽt
præciſè.

ARGVMENTVM.

De tempore redimendi pignora ſecundum ſtatutũ Delphinale an prorogari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, per quod graue damnum affertur, eſt reſtringendum.*

2 *Tempus prorogabile quando & quomodò fiat.*

3 *Prorogatio iuriſdictionis quæ fit de tẽpore ad tẽpus quòd iudicis conſenſum requirat.*

Laude-

4 *Laudemia non debentur ex temporis prorogatione.*
5 *Laudemia ex temporis redimendi prorogatione non ſoluenda.*
6 *Laudemia ex luendi pignoris tempore non debentur.*

Quæſtio GLXXXV.

QVAERITVR an pendente tempore redimendi pignora, ſecundum formam ſtatuti Delphi. ſuper executione rei iudicatę duorum vel quatuor menſium ſecundum quantitatem debiti poſsit fieri prorogatio termini de conſenſu creditoris abſque incurſu ſolutionis laudimij. Dubium facit: quia per ſtatutum Delphinale infrà dictum tẽpus redimendi non tenetur creditor ad laudimium nec petere inueſtituram, & ita ſi tale tempus poſſet derogari de conſenſu partium abſque incurſu ſolutionis dominij dominus directus nimium grauaretur, & ſic concurrerent duæ fictiones contra l.j.C.
1 de dot. promi. Præterea † quando priuilegium afferret enorme damnum debet moderari, & reſtringi. ca. ſuggeſtum. de deci. ſecundum Ioan. Andr. Panor. in c. peruenit. de immuni. eccle. & ita eſt in propoſito: quia ſi poſſet fieri prorogatio talis termini abſq; ſolutione dominij, dominus directus nimiũ grauaretur: maximè attẽta diſpoſitione ſtatuti quæ eſt ſtricti iuris, nec debet recipere interpretationem extenſiuam: maximè vbi agitur de præiudicio tertij. argu. c. ſuper eo. de offi. delega. l. ij. §. meritò. &. §. ſi quis à principe. ff. ne quid. in lo. publi. fi. iuxta nota per Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu.
2 Sed in contrarium facit: † quia poteſt fieri prorogatio temporis, dum tamen fiat infrà terminum præfixum, & dicitur idem tempus & ſub eiſdem qualitatibus l. cum precario. ff. de preca. l. ij. §. ſi iudex. ff. de iudic. cap. de cauſis. de offi. delega. licèt, ſecundum Bartol. in dict. §. ſi iudex. & Panor. & Eely. in dict. c.
3 de cauſis. † in prorogatione iuriſdictionis quæ fit de tempore ad tempus requiratur cõſenſus iudicis: ergo videtur idem in caſu dict: ſtatuti, quòd requiratur conſenſus domini directi, ſuper quo eram dubius: licèt quando fit prorogatio temporis infrà terminum dicatur idem tempus & eadem diſpoſitio ſicuti de prorogatione. l. ff. de arbi. l. ſi cùm dies. ſecus ſi fieret prorogatio temporis poſt terminum præfixum: quia diceretur renouatio & noua diſpoſitio, & requireretur conſenſus partiũ. l. iiij. in princip. cum ibi nota. per Barto. & Alexan. de Imol. de damn. infect. & pro hac parte etiam facit, quòd nõ
4 debeatur † laudimium propter talem prorogationem termini, quia non interuenit noua traditio ſeu translatio poſſeſsionis propter quam debeatur laudimium. l. fina. C. de iur. emphyteuti. facit quod habetur per Bartol. in l. j. C. quando ab emptio. diſce. liceat & in l. ab emptione. ff. de pact. & idem poteſt
5 dici † in prorogatione reachepti quando prorogatur de conſenſu emptoris vt non debeatur laudimium: licèt poſſet reddi diuerſa ratio in caſu iſto prorogationis reachepti contractus vbi iam fuit debitum vnum laudimium: ſecus in tempore redimẽ-
6 di pignora, ſecundum ſtatuta Delphinalia, † vbi interim non debetur aliquod laudimium, licèt in iudicis caſu contrahatur. l. iij. §. idem Iulianus. ff. de pecu. faciunt allegata per Bartol. in l. j. ff. de acquirend. hæredita. & in l. j. ff. de bon. author. iudic poſsi. Veruntamen in caſu iſto eſſet ſecuriùs, quòd in tali prorogatione temporis interueniret conſenſus domini directi, aut ſaltem ſi nollet conſentire, quòd requireretur & interponeretur in tali prorogatione authoritas curiæ, & iſta quæſtio facit pro ſupplicatione nobilis Moneti Rolandi domini Argenſonis, & nobilis Petri Franconis & aliorum fideiuſſorum magiſtri Iacobi Guyonis hæredis magiſtri Ioannis Guyonis theſaurarij Delphina. vbi fuit capta de pignore quædam vinea dicti domini Argenſonis ſita in parœcia Sancti Martini vinoſi vulgariter dicta lamorelery quæ fuit librata egregio magiſtro Ioanni Briconneti theſaurario Delphinali vigore literarum curiæ pro ſumma quinque centum ſcutorum auri coronæ. Quæ vinea vt fertur mouetur de dominio directo Reuerendiſsimi dicti. Epiſcopi Grationopo. & capituli, Sancti Andreæ Grationopo. & antequàm laberetur terminus ſtatuti circa finem dictus dominus theſaurarius prorogauit terminum per vnum menſem.

ARGVMENTVM.

Princeps vt nullus alia moneta præter quàm ſua vtatur, an ſalua coſcientia facere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Monetam cudere curare, approbare & reprobare ſolius principis eſt.*
2 *Moneta Papæ & Imperatoris qui vbique iuriſdictionem habeat regno Fraciæ dempto curſum in quocunque territorio habet.*
3 *Moneta fraudari quot modis dicatur.*
4 *Moneta ad ſui eſſentiam materiam pondus & formam requirit.*

Quæſtio CLXXXVI.

QVAERITVR ſuper facto decridationis monetarum, an Rex dominus noſter Delphinus ſeu alius princeps in eius patria licitè ſalua conſcientia poſsit decridare & reprobare curſum monetarum extranearum, & ſolummodò dare curſum monetæ propriè cunei principis. Et prima fa-
1 cie videretur dicendum quòd ſic: quia † authoritas cridandi monetam & dandi curſum monetę eſt de regalijs & pertinet ſoli principi in eius patria. c. j. quæ ſunt rega. l. j. & ij. C. de fal. mone. capitu. quãto. de iureiuran. quia moneta extranea non habet curſum in alieno territorio inuito domino loci. argu. l. fina. ff. de iuriſdictio. omniũ iudic. ſecundum
2 Bartol. in l. ij. & fin. C. de vete. nun. poteſt, † libr. x. niſi eſſet moneta Papæ vel Imperatoris qui vbique habent iuriſdictionem: ſecundum Barto. ibi capitu. cuncta per mundum. iij. quæſtio. ix. l. deprecatio iſta. ff. ad leg. Iuliam. de iac. Licèt iſtud nõ procedat in Regem Francię, qui non recognoſcit ſuperiorem. capitu. per venerabilem. qui fi. ſunt legi. Et hoc verum niſi fraudaretur moneta: quia tunc temporis tenetur princeps in foro conſcientiæ: ſecundum Hoſti. in ſumma de cenſitis. & Ioanneem Areti. & Ioannem de Imola in dict. capitu. quanto. & iſto caſu conſiliarij Regis debent ipſum aduertere, aliàs non dicerentur conſiliarij: ſed deceptores. dicto. capitul. quanto. & ibi Ioannes de

Imola. & Panormita. Sed opus eſt videre quot modis dicatur fraudari moneta. Et in effectu ſecundum Doctores in dict.capitu.quanto. † dicitur fraudari tribus modis. Primò in pondere quando non eſt legitimi ponderis. Et illud facit contra radiatores monetarum, vel etiam contra monetarios qui cudunt monetam minus leuem contra ordinationes regias, quia incidunt in pœnam alterius capitis falcæ monetæ ff.de fal.& aliâs ſcripſi de tali pœna in quodam alio meo volumine. Secundò modò dicitur fraudari moneta in liga, lege ſeu materia vel bonitate intrinſeca. Et iſtud etiam facit contra dictos monetarios qui cudunt monetam argenteam vel auream de minori liga ſeu lege: quia ſicuti moneta debet eſſe tanti ponderis denariorum & granorum, ita etiam debet tenere de liga argenti fini tot denariorum ſeu granorum, vel etiam de moneta aurea tot de Karas. quia

4 in † moneta tria principaliter requiruntur, videlicèt Materia pondus, & forma, ſecundum gloſſ.in dict.capit.quanto de iureiurand. Terio modo dicitur fraudari moneta quando reprobatur curſus bonæ monetæ, vt de illa habeatur bonum forum & conflectur & de illa cudetur alia moneta minoris lige & ponderis, & in hoc fraudatur reſpublica, & patitur magnum præiudicium.dict capit.quanto. Et iſtud facit contra theſaurarios & campſores qui retinent graues & bonos nummos & expēdūt leues: ſecundum doctores in dict.capit.quanto. & Ioann.de Imol in l.Paulus.aliâs incipit, creditorem ff de ſolutio. Et præmiſſa faciunt ſuper proceſſu fiſcali interinationis literarum regiarum & Delphinalium contra procuratorem trium ſtatuum patriæ & conſules ciuitatis Grationopo.quia per dictas literas mandatur ſolùm expendi in hac patria Delphina de moneta regia & Delphi.& quòd reprobetur curſus extranearum monetarum aduerſus quem ſe oppoſuerūt dicti procurator & conſules dictæ ciuitatis Grationopol.propter libertates patriæ.capit.xj.& xlviij. Et etiam propter libertates dictæ ciuitatis Grationopo.iuratas per quas inter cætera cauetur, quòd iudex dictæ ciuitatis Grationopo.ad requiſitionem conſulum habeat poteſtatem viſitandi monetas extraneas, & eis dandi curſum prout eidem rationabiliter viſum fuerit.

ARGVMENTVM.

Conſenſus populi an in proclamationis monetarū dilatione requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionem omnem in principem populus transtulit.*
2 *Imperator ſine populi conſenſu leges condere poteſt.*
3 *Monetarum authoritas principi reſeruata, ut quæ de regalibus ſit.*

Quæſtio CLXXXVII.

QVAERITVR an in retardatione recridationis monetarum debeat exquiri conſenſus populi. Dubium facit:† quia populus ſemel

1 tranſtulit iuriſdictionem in principem ſeu Impe-

2 ratorem.l ij.§.nouiſsimè.ff.de origine iu.† Et ideò ſolus Imperator hodie ſine conſenſu populi poteſt condere legem.l.fina. C.de legib.& nota.in l. non

3 ambigitur.ff.de legib. † Præterea authoritas monetarum eſt de regali reſeruata ſoli principi. capitul.j.de regali.l.j.& ij. C.de fal.mone. Sed in cōtrarium videtur veritas in caſu iſto, quia hic agitur de præiudicio populi & Re.publicæ. capitu. quanto.de iureiuran.propter fraudes quæ poſſent fieri in mutatione monetarum, prout declaratum fuit in quæſtione præcedenti, licèt in caſu iſto ſufficeret maior pars magnatum: ſecundum Ioann. de Imol.& Panormit.in dict.cap quanto. Et ideò quando nouiſsimè Rex Ludouicus duodecimus noſter Delphinus modernus fecit eius ordinationes ſuper facto monetarum fecit vocari de qualibet eius patria aliquos mercatores expertos.

Quæſtio CLXXXVIII.

QVIBVS ſit licitum eſſayare monetam an ſit de bona liga ſeu materia. Et in effectu debent deputari ſuper hoc certi officiarij authoritate principis iurati.l.quotiens.C.de pond.& auri illat.libr.x.vti in hac patria Delphi.generalis monetarum. Et etiam domini auditores cameræ cōputorum vocatis magiſtris monetarum, & gardis & eſſeyatoribus.

ARGVMENTVM

Princeps an reſcripto libertatibus patriæ derogare poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Iuſsio ſecunda principis an uim clauſ.ex certa ſcientia motus proprij habeat, & nu.4.*
2 *Princeps in dubio actui iurato derogare non, niſi ſpecialiter dicatur, intelligitur.*
3 *Princeps ſuper iuramento diſpenſare poteſt.*

Quæſtio CLXXXIX.

QVAERITVR an per dictas literas regias Delphi.ſuper reprobatione monetarū extranearum ſit ſufficienter derogatnm libertatibus patriæ & dictæ ciuitatis Grationop. Dubium

1 facit:quia hic interuenit ſecunda iuſsio:ſeu † binæ & plures literæ quæ habent vim clauſulæ ex certa ſcientia & motu proprio: ſecundum Bald.Pau.de Caſt.in l.nec damnoſa.C.de preci impera. offeren. vt in authen.nulli iudi.§.ſi vero. Sed in contrarium

2 videretur dicendum in caſu iſto: † quia in dubio princeps intelligitur derogare actui iurato, niſi ſpecialiter dicatur, propter periculum animæ: ſecundū gloſſ.in cap.cùm expediat.de elect.libr.vj.& in cle. dudum. de ſepul.& per Salyc.in l.fina C.ſi contra

3 ius vel vtili.publi.† licèt interdum princeps ſecularis diſpenſet ſuper iuramento.l.fina.ff.ad municip. Et maximè quando libertates tranſeunt in vim contractus, quia non poſſunt reuocari: ſecundum Innocen.in capit.nouit.de iudic.& in capit.j.de probatio. Bar.in l.qui ſemel.ff.de decre. ab ordin.faciem.& in l.hi qui.ff.de mu.conſe. Bald.in l qui ſe partis.C.vnd.libe.quia princeps obligatur ex ſuo contractu.dict.cap.j de probatio.& etiam eius ſucceſſor: ſecundum Cyn.Bald.in l.digna vox.C.de legib. Nec obſtat, quod dicitur de ſecunda iuſsio-

4 ne, † quia illud poſſet procedere vbi in ſecundis literis, fieret mentio de dictis libertatibus iuratis, aliâs ſecus: quia ſecundæ literæ laborant eorum morbo ſubreptionis ſicuti primæ. Et iſtud etiam facit pro

cit pro dicta cauſa ſuper interinatione literarum reprobationis monetarum, quia aliqui domini curię erant opinionis, ꝙ nó erat ſufficienter derogatu dictis libertatibus ciuitatis Grationo. De qua materia clauſulæ derogatoriæ, etiam habetur per Barto. in extrauaganti ad reprimendum ſuper verbo, non obſtantibus. & per Bartol. in l. humanum. C. de legib.

ARGVMENTVM.

Remedium Stat. Si quis per literas. an pro beneficijs eccleſiaſticis dari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum generaliter loquente an clerici comprehendantur. & num. 5.*
2 *Poſſeſſorium etiam pro re ſpirituali quòd temporale dicatur. & nu. 6.*
3 *Iudices ſeculares quòd de beneficiorum poſſeſſorio cognitionem habeant.*
4 *Statutum laicorum quòd etiam in iudiciorum præparatorijs clericos coram iudice ſeculari litigantes comprehendat.*

Quæſtio CXC.

QVAERITVR an ſtatutum Delphinale, Si quis per literas. habeat locum pro beneficio eccleſiaſtico inter eccleſiaſticas perſonas coram iudice ſeculari. Dubium facit: quia dictum ſtatutum loquitur generaliter & indiferenter, & ex bona & rationabili cauſa ad reprimendum violentias, quæ debent etiam reprimi tàm de iure ciuili; quàm de iure canico. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi
1 capit. eum qui. de præbend. lib. vj. † Nam ſtatutum laicorum generaliter loquens etiam comprehendit clericos, quando fit ex rationabili cauſa. capit. cùm veniſſent. de eo qui mitti. in poſſeſ. ſecundum Barto. in l. cunctos populos. C. de ſumma trini. Præ
2 tereà † poſſeſsio prima etiam pro re ſpirituali dicitur quid temporale: ſecundum gloſſ. in capit. ij. de
3 iura. calum. † Et ita iudex ſecularis poteſt cognoſcere de poſſeſſorio beneficij: ſecundum Innocē. in cap. fina. de iudi. Et maximè in hac ſuprema curia, quæ habet ex indulto apoſtolico: vt refert do. Gui.
4 Pap. deciſio. j. Tum etiam † quia ſtatutum laicorum in præparatorijs iudiciorum etiam comprehēdit clericos, quando litigant coram iudice ſeculari: iuxta nota. per gloſſ. Barto. & cæteros in dict. l. cunctos populos. & gloſſ. Panormit. Fely. in cap. quòd clerici. de foro competen. Et ita videtur in propoſito, quia in dicto ſtatuto, Si quis per literas. licèt procedatur extra iudicialiter & ſine vocatione partis à principio, & fiat reintegratio ſumptis informationibus ſuper poſſeſsione & electione: tamen ex poſt facto auditur violentus, ſecundum verba dicti
5 ſtatuti. Sed in contrarium videtur dicendū: † quia regulariter ſtatuta laicorum non comprehendunt nec ligant clericos, cùm deficiat authoritas ſtatuentis. capitu. eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitu. authen. caſſa. C. de ſacro ſanct. eccle. Nec obſtat ſi di-
6 catur † quòd poſſeſſorium pro re ſpirituali dicatur tēporale: quia cauſa beneficialis ſiue agatur in petitorio ſiue poſſeſſorio dicitur ſpiritualis, & non debet tractari coram iudice ſeculari. capit decernimus. de iudic. cap. contingit. de arbi. cle. diſpendioſam. de iudi. ſecundum Ioan. Panormita. dict. cap. fina. de iudic. Et ita tenuit domi. Guid. Pap. ſuper commēto dicti ſtatuti, Si quis per literas. ſuper ver. clandeſtinè. quando agitur inter perſonas eccleſiaſticas pro beneficio, eccleſiaſtico in vim dicti ſtatuti: ſecus ſi ageretur de iure communi remedio reintegrandæ, quia iſta curia poſſet cognoſcere prout ſupra dictum fuit, Et iſta quæſtio nunc accidit de facto inter Reuerendiſ. domi. Claudium de Turnone Epiſcopum Viuarienſiū. qui implorauit remedium dicti ſtatuti, Si quis per literas. prætextu prioratus propè Valeñ. contra dominum Aymarum de Claromonte ſeu montoyſonis prothonotarium, & dicta curia mihi commiſit pro vtraque parte ſumptionem informationum, & quòd prouideam iuri dicè prout mihi viſum fuerit, de hoc præſenti anno domini. M. ccccciij. de mēſe Iulij. Aliter ad pręſens non declaro.

ARGVMENTVM.

Commiſſus vt iuxta diſoſitionem ſtat. Si quis per literas. iuridicè prouideat prout ſibi videbitur, an partem vocare teneatur, & cauſę cognitio requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſ. Quod prouide. tur iuridicè, quid importet.*
2 *Verb. Ritè, & Rectè, quid ſignificent.*
3 *Statuti verba attendenda quando ſonant in conditionem, & cauſæ cognitionem important.*

Quæſtio CXCI.

QVAERITVR, quando committitur alteri ex dominis curię ſumptio informationum iuxta naturam dicti ſtatuti, Si quis per literas. & quòd prouideat iuridicè prout ſibi viſum fuerit, an requiratur vocatio partis & cauſæ cogni-
1 tio. Dubium facit: quia illa clauſula, † quòd prouideatur iuridicè denotat ordinem iuris, & cauſæ cognitioné, & ſic requiritur vocatio partis. l. de vno quoque. ff. de re iudi. l. nam ita diuus. ff. de adoptio.
2 ſicuti de verbo, † ritè, dicitur quòd denotat ordinem iuris, & verbum, rectè denotat cauſam: ſecun-
3 dum glo. in l. iuſtè. ff. de acqui. poſſeſs. † Nam verba reſcripti debent attendi quando ſonant in cōditionem & important cauſæ cognitionem: ſecundū Inno. & Panor. in ca. fin. de pręſump. & gloſ. in cle. j. de offi. delega. Et ita videretur deuiatum à natura ſtatuti, quia etiam poteſt procedi parte vocata propter illam dictionem implicatiuam, etiam: ſecūdū do. Gui. Pap. ibi quoniam de ſtylo curiæ quando cōmittitur alteri ex dominis ſumptio informationum cum reintegratione fienda apponitur illa clauſula: quòd conſtito de poſſeſsione & electione ſeruata forma ſtatuti, Si quis reintegrat. Et ideò propter illā clauſulā, ꝙ iuridicè prouideatur remiſit partes ſuper ordinatione reintegrationis fienda coram curia.

SVMMAAIVM

1 *Verbis narratiuis quando ſtandum ſit.*

Quæſtio CXCII.

QVAERITVR quādo notarius in inſtrumento miſsionis in poſſeſsionē atteſtatur de procuratorio per ipſum recepto, licèt ibi non inſeratur cauſa breuitatis, an faciat fidem. Et videtur dicendū ꝙ non. authen. ſi quis in aliquo documento.
1 C. de eden. Et ibi per Alexand. & Iaſ. † Et maximè non eſt ſtandum verbis narratiuis inter aliâs ſecū-

dum Bald.ibi,ſecus inter eaſdem partes.argu.l.op-
timam.C.de contrahen.& commit.ſtipula.

ARGVMENTVM.

Super contrario poſſeſſorio in materia ſtat. Si quis per literas.an quis audiatur.

SVMMARIVM.

1 *Opponens de poſſeßione contraria audiendus eſt.*
2 *Poſſeßio quòd penes duos inſolidùm eſſe non poßit, quomodò intelligatur.*
3 *Via ordinaria electa ad extraordinariam non deueniri.*

Quæſtio CXCIII.

QVAERITVR an in materia ſtatuti,Si
quis per literas.admittatur quis ſuper contra
1 rio poſſeſſorio.Et videretur dicendum, ꝙ ſic:quia
talis oppoſitio inficit poſſeſsionem,quæ requiritur
principaliter in materia dicti ſtatuti, ibi,dum dici-
tur probata poſſeſsione.Pro quo facit capit.fin.de
ordi.cogni.cum ibi nota.per gloſſ.& doctor. Nec
2 obſtat ſi dicatur, † quòd poſſeſsio non poteſt eſſe
penes duos ſaltem inſolidùm.l.ſi vt certo.§.ſi duo-
bus vehiculum.ff.cómo.l.poſsideri.ff.de acquiren.
poſſeſsio.quia hoc verum reſpectu eiuſdem quali-
tatis poſſeſsionis:ſecus ſi diuerſimodè.l.clam poſsi
dere.§.qui ad nundinas.ff.de acquiren.poſſeſsi.l.ſi
duo.in princi.& l.fina.cum ibi nota.ff.vti poſside.
& l.vnic.C.eod.titu.capit.licèt.de proba.Nam pro
bando de contrario poſſeſſorio apparet,quòd non
fuerit facta eiectio: quia priuatio præſupponit ha-
bitum.Præterea quando deducitur eiectio ſeu ſpo-
liatio vno modo ſeu qualificatiuè,licèt probetur a
lio modo non debet obtinere: ſecundum do.Guid.
Pap.in commenro dicti ſtatuti,ſuper verbo clādeſti
nē.ibi, pone. pro quo facit l.diuus.cum ibi nota.ff.
de re iudi.& in dict.cap.licèt.de proba.& in l.in de-
lictis.§.ſi detracta.ff.de noxa.& per Cyn.in l.iij.C.
3 de prob. Tum etiam: †quia quaudo quis ſemel e-
legit viam ordinariam non poteſt redire ad viam
extraordinariam dicti ſtatuti:ſecundum domi.Gui
do.Pap.in dicto ſtatuto,ſuper ver.probata poſſeſ-
ſione. Tum etiam quando prætenditur poſſeſsio
vacua & ſine contradictore,tunc eſſet diſpoſitio di
cti ſtatuti,Si quis per literas.vt ibi habetur per eun
dem ſuper ver per decem dies.in fi.Et maximè quā
do quis putabat poſſeſsionem vacuam,& ſic ceſſa
bat dolus,quod requiritur in remedio reintegran-
de, vt ibi habetur.l.iij.§.deieſsiſſe.ff.de vi & vi ar-
ma. Et maximè quando quis authore pretore adi-
piſcitur poſſeſsionem.Et iſtud facit pro cauſa ſup-
plicationis domini prothonotarij de Claromonte,
ſeu monteſonis,qui dedit ſupplicationem ſuper cō
trario poſſeſſorio prætextu dicti prioratus Bellimō
tis propè Valentiam contra Reuerend.domi.Epi-
ſcopum Viuarienſem.

ARGVMENTVM.

De miſsione in poſſeſsionem ex primo decreto in actione hypothecaria.

SVMMARIVM.

1 *Mißio in poſſeßionem omnium bonorum hypothecatorum quò l in actione hypothecaria fieri poßit.*
2 *Miſſus in poſſeßionem ex primo decreto fructus ſuos licèt de iure non faciat: de conſuetudine tamē lucrari poteſt.*
3 *Executionem contra tertiū poſſeſſorem quādoq; fieri poſſe.*
4 *Pignus per mißionem in poſſeßionem pretorium effectum, quòd rem afficiat, & contra tertium poſſeſſorem etiam principali non diſcußio tranſeat.*

Quæſtio CXCIIII.

QVAERITVR an miſſus in poſſeſsionē
ex primo decreto in actione hypothecaria lu-
cretur fructus,& ſi debeat fieri miſsio in poſſeſsio-
nē pro mēſura debiti declarati, & ſi trāſeat contra
tertiū poſſeſſorē. Et in effectu licèt miſsio in poſſeſ
ſionē ex primo decreto in actione perſonali debeat
fieri pro mēſura debiti declarati.authē.ei qui iura.
1 C.de bon.autho.iudi.poſsi.† ſecus in actione reali
ſeu hypothecaria,quia poteſt fieri miſsio in poſſeſ
ſionē omniū bonorū hypothecatorū.l.quandiu.C.
de diſtractio.pigno.l.mochis.ff.de iure fiſ.ſecundū
gloſſ.in l.iij.C.de procu.& nota.per Bart. & Alex.
2 in l.iij.§.fina.ff.de acquirend.poſſeſsio.† Et licèt
miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto non lucre
tur fructus:quia cenſetur cauſa cuſtodiæ,tamen ex
conſuetudine poſſet lucrari fructus:ſecundum glo.
in authenti.de exhiben.& introducen.reis.De quo
per Barto.& Alex. in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dā
3 no infect.Et quando † debitores dolo deſinūt poſ-
ſidere,poteſt fieri executio contra tertium poſſeſſo
rem:ſecundum Cyn.in l.vnic.C.de aliena. mutan.
iudi.cauſa facta.De quo per Bart.& Alex.in l.à di-
uo pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudic.Maximè quā-
4 do fuit † effectum pignus pretorium per miſsionē
in poſſeſsionem:quia tunc afficit rem,& tranſit cō
tra tertium poſſeſſorem etiam abſque diſcuſsione
principalis.l.fina.C.de preto.pigno.ſecundum An
ge.Areti.in.§ item ſi quis in fraudem.inſtitu. de a-
ctio.Et iſtud facit pro cauſa executionis ſententiæ
Ioannis de bona contra nobilem Ioannem de Or
gniaco & alios poſſeſſores.

ARGVMENTVM.

Concluſio vt quis tradat & relaxet fundum nulla mentione iuris dominii vel quaſi facta,an valeat maximè dominio non probato.

SVMMARIVM.

1 *Dominij probatio difficilis.*
2 *Dominium in actiōe reali act.rem probare oportere: reum uerò poſſeßionem.*
3 *Concluſio ad reſtituendum rem etiam iuris dominij uel quaſi nulla facta mentione, ualet.*
4 *Concluſio ad uacuādum & reſtituēdum latè interpretāda.*

Quæſtio CXCV.

QVAERITVR quando in ſupplicatiō
ne ſeu libello concluditur ad tradendū & va-
cuādum aliquam peciam prati abſque concluden
do iure dominij vel quaſi, an procedat talis conclu
ſio, maximè vbi non probatur de dominio actoris.
1 Dubium facit: † quia probatio dominii eſt diffici-
2 lis.cap.ſæpè.de reſtitutio.ſpoliato.† & oportet pro
bare dominium in actione reali ex parte actoris.
l.in rē.ff.de rei vendic.& poſſeſsionem ex parte
rei.l.j.C.de alienatio.mutan.iudicij cau.facta.aliâs
reus debet abſolui actore non probante.l.qui ac-
cuſare.C.de edend.quia ex parte actoris ius me-
timur.l.ij.in principio.ff.ſi pars hæredi.petatur.
Et pariter debet probari in actione reali de do-
minio acto-

minio actoris: ſecundum gloſſ. & doctor. in l. cùm
3 res. C. de proba. Et pariter procedit talis † concluſio ad reſtituendum rem in actione reali ſimpliciter etiam ſi non exprimatur iure dominij: ſecundũ Bartol. in l. ex diuerſa. ff. de rei vendi. & in l. Pomponius. §. ſi is. ff. de procur. Nec obſtat ſi dicatur, quòd talis concluſio non ſe extenderet ad publicianam, vbi concluditur alternatiuè iure dominij vel quaſi, & ſufficeret probare contra poſsidentem ſine titulo de titulo actoris tranſlatione poſſeſsionis cum bona fide: iuxta ea quę habentur per glo. & docto. in §. aliq. inſtit. de actio. & in cap. abbate ſanè. de re
4 iudi. libr. vj. Quia ad iſtud reſpondetur, † quòd talis concluſio generalis ad vacuandum & reſtituendum debet latè interpretari. l. ſolemus. & l. ſi quis in tentione ambigua. ff. de iudi. & in dubio libellus debet ſuſtineri: ſecundum Cyn. & Barto. in l. ſi olei. C. loca. Et maximè propter clauſulam illam iuſtitiam miniſtrari: ſecundum Inno. in ca. ij. de ordi. cogni. Et pariter talis cõcluſio poteſt ſe adaptari ad poſſeſſorium, vt ibi habetur. Et ideò eſſet ſubueniendum actori contra tertium poſſeſſorem ex remedio. l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. peta. l. ſi coloni. C. de agrico. & cenſi. lib. xi. & in l. ciuile. C. de furt. & in l. & ideò. ff. de condi. furti. & l. rem quę nobis. ff. de acquirend. poſſeſsio. Et iſtud facit pro cauſa diffinita hęredum Iacobi Taucheti, & Petri Borrelli aliàs tuichon, contra hęredes domini Ioannis de Villeta pretextu cuiuſdam pecie prati ſiti in loco Veyneti: quia d'cti actores in eorum ſupplicatione & articulis ſimpliciter concludebant ad tradendum & vacuandum. Et licèt iuſtificaſſent de titulo eorum venditionis factæ per nobilem Henricum Gruelli de bonis Petri Dauini cum clauſula conſtituta, tamen nõ iuſtificabant de dominio actoris. Sed quia dicti rei detinebant ſine titulo, ideò fuerunt condemnati.

ARGVMENTVM.

An delegatus ſuper generali monitorio d. Significauit, à laicis impetrari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionem ſuam unũquenque ſequi debere, nec alio recurrendum eſſe.*
2 *Papa delegando cauſam particularem ordinarium preuenire poteſt.*
3 *Papa cum omni ordinario concurrit in iuriſdictione & poteſtate.*
4 *Delegatio in iuriſdictionis contentioſæ facto in partibus fieri prohibita.*
5 *Iuriſdictio iudicis eccleſiaſtici quòd per laicos expreßè & tacitè prorogari poßit.*

Quæſtio CXCVI.

QVAERITVR an licitè per laicos poſsit impetrari delegatus authoritate apoſtolica ſuper monitorio generali vigore reſcripti apoſtolici vulgariter dicti, Significauit. quod dirigitur ordinario, & an poſsit prorogari iuriſditio coram iudice eccleſiaſtico. Dubium facit propter decretum pra-
1 gmaticę ſanctio. in titu. de cauſis. c. j. † vbi prohibetur recurri extra patriam ad curiam romanam pro cauſis ſubditorũ, ſed debet recurri ad ordinarium loci cuius ſpectat iuriſdictio de iure aut antiqua cõſuetudine, aliàs annulatur & irritatur quicquid fue
2 rit factum in contrarium. † Et licèt Papa delegando cauſam particularem poſsit pręuenire ordinarium: ſecundum glo. in c. vt debitus. de † appellat.
3 quia Papa concurrit cum ordinario in omni iuriſditione & poteſtate: ſecundum Bald. in ca. j. in princip. qui feu. da. poſ. cap. cuncta per mundum. iij. q. ix. etiam quò ad collationem beneficiorum. capi. ſi à ſęde. de præben. lib. vj. etiam ſecundum pragmaticam ſanctionem in titu. de collat. ca. j. §. neque in
4 beneficijs non electis, † Veruntamen in facto iuriſditionis contentioſę prohibetur fieri delegatio in partibus: ſecundum glo. in d. pragma. ſanctio. in titu. de cau. cap. j. niſi diceretur quãdo delegatur cauſa ordinaria, quo caſu potiùs cenſeretur excitata iuriſditio ordinaria quã delegata. ca. licet. de offic. ordi. cũ ibi nota. niſi eſſent clauſulæ adiectę quę alterarent iuriſditionem ordinariam: quia tunc cenſeretur delegata prout in caſu iſto vbi reſcriptum dirigebatur officiali Viennę & Decano eccleſię Senon. cum clauſula quòd ſi non ambo. Nec apparebat de excuſatione collegij. Sed eſt dubium ſi potuerit fieri prorogatio iuriſditionis coram dicto officiali, quia partes comparuerunt & fuit lis conteſtata & lata ſententia, † & ita iuriſditio iudicis ec-
5 cleſiaſtici bene poteſt prorogari per laicos. l. epiſcopali iudicium. & l. ſi hi qui. C. de epi. audien. Et talis prorogatio poteſt fieri nedum expreſsè ſed tacitè per litiſconteſtationem: ſecundum Inno. in cap. ad petitionem. de accuſa. Panor. in capit. j. & gloſſ. de offi. delega. Bartol. in l. j. ff. de iudi. & licèt delegatio non teneret: tamen valeret prorogatio iuriſditionis ordinarię, ex quo aliàs habebat iuriſditionem: ſecundum glo. in l. j. C. qui pro iuriſdi. Et pręmiſſa faciunt ſuper cauſa ſupplicationis nobilis Ioannis de Turno contra Georgium Chalantonis motę calabri prętextu cuiuſdam reſcripti apoſtolici in forma Significauit, impetrati per dictum Chalantonis ſuper monitorio generali quę dirigebatur officiali Viennę & occaſione declarationis factę per dictum de Turno ratione cuiuſdã inſtrumenti. Et deinde partes comparuerũt coram dicto officiali, & ſententia lata & facta prorogatio. Et ideò fuerunt reuocata ſupplicata dicti de Turno cum expenſis.

ARGVMENTVM.

De poſſeſsiòe diuturna tollerata in beneficialibus

SVMMARIVM

1 *Intruſus nunquam præſcribit.*
2 *Poſſeſſor beneficij etiam triennalis uerum uel coloratũ nõ habens titulum, quòd non ſit manutenendus.*
3 *Intruſus ſi ſpolietur quòd reintegrandæ remedio non gaudeat.*
4 *Poſſeßio decennalis in beneficialibus cũ ſuperioris ſcientia & tolerentia inſtitutionis & tituli uim habet.*

Quæſtio CXCVII.

QVAERITVR an poſſeſsio diuturna tollerata in beneficialibus habeat vim tituli. Dubium

1 facit: † quia intruſus qui caret titulo in beneficijs nunquam præſcribit, ſed dicitur fur. c. dudum. el 2 de elect. ſecundum glo. in c. ex inſinuatione. de procura. & in c. contingit. de dol. & contu. c. ordinarij. de offic. ordi. lib. vj. c. eum qui. de præbend. libr. vj. quia multa tollerantur per patientiam, quæ quando veniunt in medium, non permittuntur. cap. du-
2 dum. de preben. pro quo etiam facit: † quia triennalis poſſeſſor beneficij quando nõ habet titulum beneficij verum vel coloratum non debet manuteneri in beneficio, quod non poteſt obtineri ſine canonica inſtitutione. c. j. de reg. iur. lib. vj. ſecundum gl. in clem. j. de cauſa poſſeſ. & prop. & in pragmati. ſanctio. in titu. de pacifi. poſſeſ. c. j. & in regula cãcellariæ xxxiij. & ibi per glo. ſuper ver. intruſerunt.
3 quando † intruſus ſpoliatus non habet remediũ reintegrandæ, quia ius commune concludit cõtra ipſum. c. ad decimas. de reſti. ſpolia. libr. vj. quia nõ debet permitti vitioſus ingreſſus. ca. eum qui. de eo qui in poſſeſ. cauſ. rer. ſeruan. lib. vj. facit c. cum noſtris. cum ibi nota. de conceſ. preben. Sed in contra-
4 rium: † quia quando quis poſſedit beneficium longo tempore decem annorum ſciente & tollerante ſuperiore habet vim inſtitutionis & tituli, nec cogitur oſtendere titulum. iuxta dictum cap. ordinarij. de offi. ordi. lib. vj. ſecundum Inno. & Panor. in ca illud. de præſump. Et iſta quæſtio accidit in cauſa ſupplicationis manutentionis capellę ſancti Anthonij in eccleſia Fitilliaci fundatæ, mandamenti palludis, inter dominum Gauffredum de Viriaco & dominum Petrum de Gentiaco, quia dictus de Viriaco poſſederat decem annis & vltra.

Quæſtio CXCVIII.

QVAERITVR an adiectus ad ſolutionem impediat ius obligationis principalis, & an mala fides defuncti impediat præſcriptionẽ triginta annorum in perſonam hæredis. Iſta queſtio accidit ſuper cauſa compulſoriarum nobilis Alberti de Colungijs heredis nobilis Aymari, contra nobilem Anthonium de Colungijs heredẽ nobilis Rodulphi de Colungijs, pretextu cuiuſdam obligationis factæ ſunt quadraginta anni lapſi & vltra, videlicet de anno domini. M. cccclvij. Die decima menſis Auguſti vbi dictus Rodulphus tã nomine ſuo quã Ludouici eius fratris ex cauſa emptionis certarum rerum dicto Aymaro in ſumma triginta quinque florenorum. Et fuit actum quòd dictus Rodulphus teneatur ſoluere nobili Philiberto de Brotello certas expenſas ibi mentionatas, & aliàs prout ibi pleniùs continetur.

ARGVMENTVM.

An ruptura ſœpis quis dicatur ſpoliatus, & contrà.

SVMMARIVM.

1 *Rupturæ ſæpis uel muri quòd potiùs in uim turbatiuam quàm expulſiuam tendat.*

Quæſtio CXCIX.

QVAERITVR an ratione rapturæ alicuius ſœpis ſeu clauſuræ dicatur fieri eiectio ſeu ſpoliatio poſſeſsionis, & ecõtrà, an ratione clauſurę ſeu cloendę dicatur fieri eiectio vt cõpetat re-
1 medium ſtatuti, Si quis per literas. Dubiũ † facit: quia talis actus rupturę ſœpis vel muri aut clauſuræ potiùs videtur tendere in vim turbatiuam quàm expulſiuam. l. vim facit. cum ibi nota. ff. de vi & vi arma. ſicuti de exportatione fructuum dicitur, quę non tendit in vim expulſiuam: ſecundum Bald. in l. ſententiam. C. de ſenten. & interlo. om. iudic. quia non videtur habere animũ priuandi poſſeſsionem. Pretereà ille qui eſt in poſſeſsiõe alicuius feudi ſeu iuris poteſt licitè propria authoritate tollere tale impedimentum. l. quemadmodum. in princi. ff. ad leg. aqui. ſecundum Inno. in c. peruenit. de immu. eccle. de quo per Bart. Alexan. de Imol. in l. j. §. nunciatio. ff. de ope. nou. nunci. & per dom. Guid. Pap. in cõmento ſtatuti, Si quis per literas. Iſta queſtio accidit ſuper cauſa ſupplicationis remedij dicti ſtatuti impetrati per nobilem Aymarũ Odoardi dominum Barſolione, cõtra homines Marſanæ: quia dictus Odoardi ſe prætẽdit fuiſſe in poſſeſsione cuiuſdam tenementi ſeu heremi loco dicto en Rabiboys, & infra limites ibi declaratos, & illud tenementum intendit redigere in pratum & eligiari per operarios ducentum hominũ & vltra &, illud claudi fecit: ſed dicti homines clauſurã dicti tenementi fregerunt & in parte diruerunt, & animalia eorum depaſci fecerunt. Sed ecõtrà ex poſt facto dicti homines Marſanæ dederunt ſupplicationẽ ſuper contrario poſſeſſorio, pretendendo, quòd ſunt in conſuetudine & poſſeſsione ſeu quaſi habẽdi & tenendi infra dictũ mandamentũ Marſanæ duo deueyſia, videlicet vnũ in loco dicto Rabiboys, & aliud in montanea immitendiſque animalia laboris cum quibus predia cultiuantur ſeu vehuntur neceſſaria cauſa ibi depaſcendi, necnon tollendi clauſuras, & quecunque impedimendimenta, & inhiberi faciendi annis ſingulis ne quis immittat infra dicta deueyſia animalia brama aut alia preterquã animalia laboris & culturę aut neceſſariorum vetulę, & fuit cõmiſſum pro vtraque parte alteri ex dominis ad ſumendum informationes. & conſequenter ſucceſſu temporis dicti homines intentauerunt dictũ remedium ſtatuti, Si quis per literas. cõtra dictum Odoardi pretextu cuiuſdã tenementi vocati la rauyerã de leſtang, ſiti in dicto mandamento, prætendendo, quòd ſunt in poſſeſsione, depaſcendi & immittendi eorũ animalia, & prohibendi, ne quis faciat ibi laboragiũ vt ſic animalia habeant liberum diſcurſum abſque cuſtode deducendo quòd dicta tenementa de Rabiboys & de Leſtang ſunt ſeparata. Attamen premiſsis nõ obſtãtibus à decẽ diebus citra dictus Odoardi incepit facere clauſuras in dicta rauieria de leſtang & etiam incepit facere laboragiũ, & aliàs prout ibi pleniùs continetur. Et fuit cõmiſſum alteri ex dominis ad ſumendũ informationes, & etiã pro parte dicti Odoardi ſuper contrario poſſeſſorio, & deinde facta ordinatione reintegrationis pro vtraque parte reſpectiuè, & purgatis expenſis hincinde fuit commiſſum ſpectabili domino Putodi, & mihi quòd accedamus ſuper loco, & viſitemus, & teſtes examinemus hincinde ſuper articulis datis & dandis ad requiſitionem partium cũ aliâs fuiſſemus arbitri. Et deinde viſitauimus loca contentioſa cum probis non ſuſpectis in numero æquali, & fuerunt producta certa inſtrumenta pro parte dicti Odoardi, inter quę erat vnum faciens

mentio-

mentionem de quadam venditione facta dominæ Helienor de vaſco de certis terris ſitis in mandamento de Marſana loco dicto en Leſtang, iuxta riparíam Ancellę precio ſexaginta quinque florenorum auri, & non fit aliqua mentio de tenemento de Rabiboys. Sed econtrà dicti homines Marſanæ replicabant quòd antiquus alueus dictæ ripariæ fuit mutatus magis à parte venti, & quòd adhuc eſt vna draya ſeu rauieria vbi erat antiquus alueus dictæ ripariæ, & quòd iſtud debet apparere per recognitiones antiquas, & quòd tenemétum de Rabiboys progreditur vſque ad finem clauſuræ prati eligiati ſeu extirpati per dictum Odoardi in quo aſſeritur fuiſſe reintegratum, & quòd dictus Odoardi ex poſt fecit vnum turnum nemoris in principio dicti prati vbi clauſit & occupauit quoddam iter publicum per quod accedebatur ad podium ſancti Martini. Et ibi apparet quòd habebat introitum & exitum, licèt econtrà dictus Odoardi pretendat, quòd ſit iter priuatum vicinale, & quòd deſeruit certis prędijs priuatis & ibi moritur, & licèt dicti homines Marſanæ pretendant, quòd deueſium ſit in dictis tauerijs de Rabiboys & de leſtang quò ad animalia brama exceptis animalibus laborum, tamen porci non prohibentur ibi depaſcere, quia nó depaſcunt herbam, ſed fructus arborum, niſi in magna neceſsitate, ſecundum relationem proborum, nec etiam comprehenduntur capræ ſub deueyſia, quia non ſunt animalia brama.

ARGVMENTVM.

Commiſſario inquiſitionis ſuper Stat. Si quis per literas. etiam in cótrario poſſeſſorio an dari poſsint articuli ſuper quibus teſtes examinentur.

SVMMARIVM.

1 *Pars non citanda in materia ſtat. Si quis per literas.*
2 *Commiſſario quòd dari poßint articuli ſuper quibus teſtes examinandi ſint.*
3 *Scriba ubi ad teſtium examen commiſſus eſt, quòd articuli probatorij non, niſi in curia & parte præſente, dentur.*

Quæſtio CC.

QVAERITVR quando committitur alteri ex dominis curiæ ad ſumendum informationes ſuper ſtatuto, Si quis per literas. etiam ſuper cótrario poſſeſſorio, an poſsint dari ſuper loco coram commiſſario articuli declarantes ſupplicationem ſuper quibus examinentur teſtes, & etiam interro-
1 gatoria aut attiqueti. Dubium facit: † quia in materia dicti ſtatuti proceditur ſine vocatione partis. & forma mandati debet diligenter attendi. l. diligéter. ff. manda. c. cùm dilecta. de reſcrip. c. venerabili. de off. deleg. Et ita eſt in propoſito ex quo in cómiſſione mandatur ſumi informationes ſuper contentis in ſupplicatione non videtur comprehédi, quòd poſsint dari articuli ſiue interrogatoria aut attiqueti, niſi expreſsè caueatur in commiſsione. Sed
2 in contrarium facit: † quia iſta videntur de connexis & pertinentijs ſine quibus commodè commiſſio excerceri non poſſet. l. ij. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. ad legatum. l. ad rem mobilem. ff. de procurato. & maximè quando committitur alteri ex dominis curię qui dicitur de latere, faciunt not. per gloſſ. & doctor. in authen. apud eloquentiſsimum. C. de fid. inſtrum. & in l. hac conſultiſsima. §. fin. C. de teſta.
3 ſecus † ſi committeretur graffario ſeu notario cauſæ, quia nihil debet recipere aut examinare teſtes vltra contenta in ſupplicatione, cum ſibi duntaxat videatur commiſſum nudum miniſterium examinădi teſtes, adeò quòd coram graffario cauſę cui eſt commiſſum examen teſtium, non poſſunt dari interrogatoria niſi dentur coram curia parte præſente. facit cap. pręſentationem. de teſt. lib. vj. & nota. in l. à iudice. C. de iudi. & in Clem. j. de offic. deleg. Et ita vidi practicari ſuper cauſa ſtatut. Si quis per literas. dicti nobilis Aymari Odoardi contra dictos homines Marſanæ, quando fuit cómiſſum domino Laterij, & econtrà pro parte dictorum hominum Marſanæ quando fuit commiſſum domino Bochonis, quia fuerunt dati articuli ſuper quibus fuerunt examinati teſtes. Veruntamen nouiſsimè in cauſa ſtatuti, Si quis per literas. r. Epiſcopi Viuarien. pretextu prioratus Bellimontis propè Valeñ. Contra dominum prothonotarium Monteyſonis ſeu de Claromonte cùm etiam fuerit mihi commiſſum ſuper contrario poſſeſſorio, & fuiſſent dati articuli pro parte dicti de Claromonte in præſentia procuratoris dicti domini Epiſcopi Viuarieñ. non admiſi dictos articulos, niſi pro informatione per modum attiqueti ſaluo iure impertinentium, & conſequenter examinaui teſtes ſuper ſupplicatione, & dictis articulis effectum ſupplicationis concernentibus.

ARGVMENTVM.

Iuriſdictionis inferioris appellatione quid veniat.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionis baſſæ appellatione quòd ſola pedanea iuriſdictio ueniat.*

Quæſtio CCI.

QVAERITVR quid veniat appellatione baſſæ iuriſdictionis, de hac quæſtione habetur per Barto. in l. fina. ff. vti poſsi. † quia ſolùm venit pedanea iuriſdictio: ſicuti banna & alia, ad inſtar caſtellanorum pręſentis patriæ, pro quo faciút nota. in l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iudi. iſta quęſtio accidit in cauſa fiſcali. contra nobilé Gabrielem de Popia dominum ſancti Iullini ſuper amotione cuiuſdam pillaris per eum affici in parœcia Sirciaci mandamenti Crimiaci: quia dictus de Popia pretendit habere baſſam iuriſdictionem ibi, & volebat ſuperare homines dictę parœcię Sirciaci & ſancti Iullini in reuiſione focorum & ſolutione talhiarum caſtellaniæ Crimiaci, licèt antiquitùs ibidem conſueuerint talhiari & perquari quod denotat ſignum iuriſdictionis, & quòd ibi veniunt ſubditi: ſecundum glo. in §. ſi verò. in authentic. quib. mod. nat. effi. colum. vij. ſecundum Bartol. & Bald. in l. iij. C. de natura. liber. facit l. qui ex viro. ff. ad municip.

SVMMARIVM.

1 *Interlocutoria per quam iudicis officium expirat, quòd vim diffinitiuæ ha beat.*

Quæſtio CCII.

QVAERITVR an interlocutoria per quã remittitur cauſa iudici à quo in non producendo appellationem cum expenſis dicatur habere vim diffinitiuę, vt non poſsit retractari. Et vide-
1 tur dicendum quòd ſic: † quia per ipſam expirat officium iudicis, cũ ſit functus ſuo officio: ſecundum. Bar. in l. ꝙ iuſsit. ff. de re iud. c. ſignificantib. de offi. & pot. iud. deleg. quia iudex videtur à ſe abdicaſſe iuriſditionẽ: vt ibi habetur ſicuti dicitur in interlocutoria ſuper deſertione appellationis. l. ſi pręſes. cùm ibi nota. C. quo. & quan. iudex. & maximè quando fuit appellatũ à diffinitiua: ſecundum dom. Guid. Pap. in deci. Iſta quęſtio accidit in cauſa appellationis Iohannis Barreoudi vallis lo vſię contra heredes nobilis Perroni de Lucerna.

ARGVMENTVM.

Bona declarata & derelicta per ceſsionariũ an ceſsione pendente ad manus iuſticię reducantur, vt vnuſquiſque ex creditoribus ſecundum temporis prioritatem & hypothecarum naturam collocetur.

SVMMARIVM.

1 *Ceßione facta curator bonis dandus.*
2 *Ceßionario nihil relinquendum.*
3 *Expenſæ in bonorum declaratione factæ, quòd omnibus creditoribus præſtantur.*

Quæſtio CCIII.

QVAERITVR an pendente ceſsione bonorum debeat fieri reductio bonorũ ad manus Delphinales, & deinde allocari creditores quilibet in ſuo gradu ſecundum prioritatem temporis & hypothecarum & priuilegia creditorum. Videre
1 tur dicendum ꝙ ſic: † quia facta ceſsione bonorũ debet dari curator bonis. l. iij. C. qui bonis ced. poſ.
2 quia † nihil debet remanere penes debitorem, ſed nudus debet exulare exceptis pãniculis. l. placet. & fi. ff. de ceſs. bono. §. fi. inſti. de acti. Sicuti dicitur in cauſa inuentarij declarationis ſecũdum ſtatutum Delphinalem bona reducuntur ad manus Delphinales, vt de fructibus etiam ſatisfiat creditoribus, & deinde per ſententiam diffinitiuam allocan
3 tur creditores quilibet in ſuo gradu: † veruntamẽ in primo gradu allocantur ſcripturę & vacationes curiæ. Iſta quęſtio accidit in dicta curia parlamenti ſuper ceſsione bonorum Anthonij de amoribus, aliâs d. perrot mãdamẽti Caſſanatici cõtra capitulũ beatæ mariæ Grationop. Anthonium Baroz dictũ patiſſerium, & egregium dominum Petrum Galleſij & certos alios creditores.

ARGVMENTVM.

De clamore ſeu clama Montilli Adhemarij.

SVMMARIVM.

1 *Clamor ſeu clama Montilli Adhemarij quòd locũ habeat in expreßè ſubmißis in ijs quæ pondere, numero & menſura conſiſtunt, ad quarti denarij rationem.*
2 *Clama habere locum in compulſorijs contumacialibus ad decimæ partis rationem quòd ad reſortus d. curiæ ſubditos, de ſtylo curiæ eſſe.*
3 *Clamæ locum eſſe ubi executoriæ impetratæ & executæ fuerint, & ſi contingat partes ante ſententiam cõcordare.*
4 *Clamæ in curia Caberli quando locus ſit.*
5 *Iuriſditio prorogata quòd eiuſdem qualitatis eſt atque prima.*
Iuriſdictionis naturam prorogatione non mutari.
6 *In iuriſdictione prorogata non appellandum.*
7 *Delegatus quòd non ſua ſed delegantis poteſtate utatur.*
8 *Clamores per quem & quando regiſtrandæ & ſignandæ.*
9 *Clamor pro executione rei iudicatæ quòd in his quæ pondere, numero & menſura conſtant, eſſe debeat.*

Quæſtio CCIIII.

QVAERITVR an clamor ſeu clama curiæ Montilli adhemarij habeat locũ in cauſis commiſsionalibus ſaltem non ſubditorum & ſignanter pro exequutione rei iudicatę inter nõ ſubditos, & an debeat attendi ſtylus curiæ delegantis
1 vel delegati. Et in effectu dictus † clamor ſeu clama habet locum in expreſsè ſubmiſsis in hijs quę conſiſtunt in pondere numero & menſura ad rationẽ quarti denarij, hoc eſt ſi debitum fuerit de centum florenis exactor clamę habebit xxv. niſi creditor exposuerit clamã ad rationẽ medietatis debiti, quia tunc non debebitur, niſi dimidia clama licèt creditor obtinuerit pręciſas ſuper toto debito, eſto quòd
2 non fuerit petitum ſuper tota. † Et pariter de ſtylo dictę curię dicta clama habet locum in compulſoriis contumacialibus ad rationẽ decimę partis quò ad ſubditos reſortus dictę curię Delphinalis Montili adhemarij exceptis habitantibus dictę villę mõtilli adhemarij, qui non tenentur ad tales clamores contumaciales, ſed benè tenentur in ſubmiſsis vel in execūtione ſententię diffinitiuę aut habẽtis vim diffinitiuę, & etiam ſententia lata quę tranſiuit in rem iudicatam quãdo creditor exponit clamorem: ſecus ſi non exponat. Sed redeundo ad quęſitum in forenſibus ſeu extraneis vel etiam ſubditis expreſſè ſubmiſsis ad dictam curiam Montili adhemarij
3 ex † quo ſemel fuerunt impetratę compulſorię & executæ, habet locum dicta clama etiam ſi contingat ante ſententiam, quòd partes concordent, quia eſt quęſitum ius fiſco. faciunt nota. per. Ange. in l. Iuriſgentium. §. adeò. ff. de pact. & per Alexan. in l.
4 acta. in principio. ff. de re iudic: † ſecus in curia Cabeoli: quia dicta clama non habet locum niſi interueniente oppoſitione partis, & facta cõceſsione pręciſarũ ad rationẽ decimæ partis prout de dicto ſtylo curię Montili adhemarij de hoc pręſenti anno domini. M. ccccciij. de mẽſe Auguſti dum fueram in commiſsione hominum Marſanæ me informaui de dicto ſtylo cum prouidis magiſtris Ioanne de Arboribus, & Ioanne Piſsiuini praticantibus dictæ curię. & mihi retulerunt quò ad extraneos qui prorogant ibi iuriſditionem expreſsè vel tacitè per litiſconteſtationem habet locum dicta clama pro
5 quo facit: † quia iuriſditio prorogata eſt eiuſdem qualitatis cũ prima. l. cũ precario. ff. de preca. ſecundum Cyn. in l. hi qui. C. de epiſco. & cleric. & per docto. in ca. j. & glo. de offi. delega. adeò quòd ſi non
6 appellabatur per prius à dicto iudice. † Idem erit in iuriſditione prorogata, quòd non ſit appellandum

prout ibi

prout ibi habetur, ſed quò ad cauſas commiſsiona-
les aliud videretur dicendum: quia debet attēdi ſty
lus iudicis delegantis & nō delegati, ſaltē in deciſo
rijs: ſecundum glo. in c. illud. xij. diſtin. Et per Paul.
de Caſtr. & Iaſ. in l. & ſi prætor. ff. de offic. eius cui
7 manda. eſt iuriſdict. † quia propriè loquendo dele-
gatus non ſua ſed delegantis vtitur poteſtate vt ibi
habetur, & hoc verum in cauſis commiſsionalibus
non ſubditorum: ſecus videretur quando cauſa cō
mittitur ordinario inter ſubditos: quia tunc videre
tur potius excitata iuriſdictio, quàm delegata. c. li-
cèt. de offic. ordi. niſi eſſent adiectę clauſulæ quæ al
terarent iuriſdictionem ordinariam: vt ibi habetur.
Et ita fuit iudicatum in curia parlamenti ſuper cau
ſa ſupplicationis hęredum Iacobi Borrię ciuitatis
Valentiæ contra Bertrandū Robini Petrę Latæ:
quia dictus Borrię ſe obligauerat dicto Robini in
quantitate xlvij. ſaumatarum frumenti ad menſu-
ram gardæ per quandā literā priuatā miſſoriam. Et
conſequenter curia cōmiſerat dictam cauſam dict.
iudici Montilij Adhemari, qui tulerat ſententiam
contra d. Borrię, & in executione ſentētiæ expoſue
rat clamorem prętextu cuius infirmarij dictæ curię
petebant dictā clamam de quo ſupplicauerant in
8 dict. curia hæredes dicti Borrię ſeu eius relicta. † Et
eſt ſciendum ꝙ quando firmarius ſcripturarum d.
curiæ non eſt firmarius clamorum, tunc ipſe firma
rius debet regiſtrare & ſubſignare expoſitiones cla
morum: ſi verò ſit firmarius vtriuſq; ſcilicèt & re-
ſcripturarum & clamorum eo caſu deputantur alij
notarij ad dictos clamores regiſtrandum & ſubſi-
gnādum, & niſi ita factum fuerit non adhibetur fi-
des regiſtris clamoris premiſsis non obſeruatis fa-
9 cto. Et eſt etiam ſciendum † ꝙ quando exponitur
clamor pro excutione rei iudicatæ ꝙ requiritur,
ꝙ conſiſtat in his quæ ſunt in numero pondere &
menſura: quia in alijs rebus non haberet locum de
ſtylo dictæ curiæ, & eſt pariter ſciendum, quòd in
expreſsè ſubmiſsis vel etiam in executione rei iudi
catę nō datur prouiſio executiua niſi clamore prius
expoſito, ſaltem de medietate. Et tamen verum ꝙ
eſt in facultate creditoris exponendi clamorem de
media parte. & nihilominùs habebit prouiſionem
executiuam de tota ſumma.

ARGVMENTVM.

Decima quotæ an præſcribi poſsit, ſi difformiter
ſoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Laici quotā decimæ præſcribere poſſunt, uniformi ſolutā.*

Quæſtio CCV.

QVAERITVR an ſoluendo difformiter
decimam poſsit præſcribi quota decimæ. Et in
effectu licèt ſecundum communem opinionem &
1 magis † æquam laici poſsint pręſcribere quotā de-
cimæ: maximè quando ſuperior tollerat: iuxta not.
per gloſ. & docto. in cap. in aliquibus. de deci. Ta-
men hoc verum quando conſueuerūt ſoluere vni-
formiter, & ad eandem rationem: ſecus ſi difformi-
ter: quia vno anno conſueuerunt ſoluere plus, alte
ro minùs: iux. not. in ſimili per Iaſ. L utri. & Bart. in
l. ſolent. ff. de offic procu. & in l. cùm de in rem ver-
ſo. ff. de vſu. Iſta quæſtio accidit in dicta curia par-
lamenti inter dominum Gulielmum Montiſeynar
di infirmarium beatæ Marię Grationop. contra ho
mines Murianetę ſuper quota decimarum, & quia
adhuc lis pēdet ſub iudice, ideò aliter non declaro.

ARGVMENTVM.

Gubernator Delphinalis an mulctas à curia decla
ratas remittere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator Delphinalis quòd gratias & abolitiones con-
ferre poßit.*
2 *Mulcta ita ſtatim atq; fiſco declarata eſt, quòd ius fiſco ſit
quæſitum, quod non immutatur.*
3 *Mulcta contumacialis quòd quandoquè propter paupertā
tem remittatur.*
4 *Mulctas & pœnas pecuniarias gubernatorem. Delphina-
lem remittere non niſi ex curiæ deliberatione & uoca-
tis dominis auditoribus cameræ poſſe.*

Quæſtio CCVI.

QVAERITVR an dominus gubernator
præſentis patriæ habeat poteſtatem remitten
di mulctas ſeu pœnas pecuniarias declaratas per
1 curiā. Dubium facit: quia † dominus gubernator
habet poteſtatem concedendi gratias abolitionū
pro homicidio & alijs delictis excepto tamen læſę
maieſtatis; ergo ſi ſit licitū maius multofortiùs mi-
nus. auth. multò magis. C. de ſacroſan. eccle. Sed in
2 cōtrariū videtur veritas: † quia ex quo ſemel eſt de-
clarata mulcta ſeu pœna pecuniaria eſt quæſitum
ius fiſco, nec poteſt immutari. l. acta. §. de amplian-
do. ff. de re iudic. l. nec damnoſa. C. de preci. impera.
offeren. Licèt in gratijs abolitionum regis domini
noſtri Delphini etiam remittuntur pœnæ mulctæ
& alia explera iuſtitiæ: ſed in hoc differt à domino
gubernator, cùm habeat plenitudinē poteſtatis &
ſemper retinet ſibi pleniorem poteſtatem. c. dudū.
3 de prębē. lib. vj. Et licèt † interdū mulcta irrogatur
propter cōtiumaciā poſsit remitti propter pauperta
tem. l. illicitas. §. fi. ff. de offic. pręſi. quia mulcta pro
pter cōtumaciā non eſt diffinitiua. Veruntamen
4 ſecundum ſtatuta & ordinationes curię dñs † gu-
bernator nō habet iſtam poteſtatē remittendi mul
ctas & pœnas pecuniarias niſi vocatis dominis au
ditoribus camerę & ex deliberatiōe curię. Iſta quę
ſtiò accidit ſuper literis abſolutionis dñi guberna-
toris ſeu locum tenentis obtentis pro parte Stephæ
ni Gerbaſię vallisſloyſię vbi per prius fuerat mulcta
tus in centū libris turoneñ. propter contumaciā, &
fuit ordinatū dictas literas non ſe extēdere quò ad
d. mulctā centū librarū turoneñ vide not. per Bald.
in l. reſcripta. C. de preci. Impe. offer. per Albe. Pau.
de Caſt. in l. quotiés. l. ne dānoſa. eo. ti. per Ang. &
Alex. in l. nemo poteſt. ff. de leg. i. Et maximè quan
do mulcta vel pœna pecuniaria eſſet incorporata
& exacta: iuxt. not. per Bal. in d. l. Nec damnoſa. &
per Albe. Pau de Caſt. ibi & l. quotiés. C. de precib.
impe. offer. facit l. veniā. C. de in ius voc. cū ibi not.

ARGVMENTVM.

Remedium poſſeſſorium choriſtis an cōpetere poſ
ſit reformatione facta chariſtiæ cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Choriſtæ collegium non faciunt.*

Quæſtio CCVII.

QVAERITVR an facta reformatione ſu
per libra & quotidianis diſtributionibus &

aliis iuribus canonicorum & choriſtarum alicuius eccleſiæ collegiatæ habeat locum aliquod remedium poſſeſſorium. Dubium facit: quia † iſti choriſtæ alicuius eccleſiæ non faciunt collegium, ſed ſubiiciuntur capitulo: ſecundum Innocen in cap. cùm dilecta. de exce. præla. & in c. de cleri. non reſiden. & ex quo fuit facta reformatio debent ceſſare priora ſtatuta. c. tranſlato. de conſtit. Iſta quæſtio accidit ſuper cauſa domini Symondi de Riparia choriſtæ eccleſię collegiatę ſancti ſaluatoris criſte Arnaudi: quia dictus de Riparia impetrauit choriſtiam in dicta eccleſia per obitum domini Gulielmi Belliſſonis qui per priùs ante dictam reformationem habebat maiorem libram, & adhuc pendet lis. Et ideò aliter non declaro.

ARGVMENTVM.

Modus viſitationis & verificationis limitum in antiquis inſtrumentis appoſitarum.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis partes nullæ ſunt in confeſſum, niſi in iudicando.*
2 *Termini & res immutabiles.*
3 *Res confinibus deſignantur.*
4 *In rem præſentem deſcendere ut veritas melius habeatur quandoquè licitum.*
5 *Verba denuntiatiua inſtrumentorum antiquorum in antiquis probāt & adminiculantur.*
6 *In rem præſentem deſcendere cùm facilè non poßit, res pictura deſcribenda eſt.*

Quæſtio CCVIII.

QVAERITVR de modo faciendi viſitationem limitum & verificandi limites appoſitas in inſtrumētis antiquis. Et in effectu debēt produci inſtrumenta per partes hincinde coram iudice ſeu commiſſario, & in pręſentia partis, & deinde ſuper loco debati cum probis coram commiſſario leguntur in parte in qua inſtrumenta & etiam nominantur noui tenementarii, & ſi pars cōfiteatur non.
1 eſt onus alia probatione. l. j. C. de confeſ. † quia in confeſſi nullæ ſunt partes iudicis præterquàm in condemnando. l. proinde. ff. ad leg. aqui. Si verò pars neget dictos confines, & quòd eadem res tunc examinentur probi cum iuramento ſuper. Et licèt ex mutatione temporis etiam interdum mutentur
2 tenementarii: † tamen remanet eadē res & iidem limites: quia res immobilis non poteſt mutari, & eſt de ſe patens, & ideò non poteſt conſignari vel offerri in iudicio. l. ii. C. quand. & quib. quarta pars. li. x.
3 ſecundum gloſſ. in l. ſi mora. ff. ſolu. matrimo. † Licèt debeant deſignari per duos aut tres confines. l.
4 forma. ff. de cenſi. † & interdum vt meliùs veritas habeatur debet deſignari & oſtendi ſuper loco: ſecundum Barto. in l. j. ff. de eden. l. ſi irruptione. ff. fini. regun. quia viſio ocularis multum prodeſt, vt ibi habetur. Veruntamen vbi tenementarii confinium ſunt mutati, debent apponi noui tenementarii: ſecundum Bart. in l. demonſtratio. in prin. ff. de
5 condi. & demonſt. † Et in facto antiquo talia verba etiam denūtiatiua inſtrumentorū antiquorum probant & adminiculantur: iuxta not. per gloſſ. & doct. in l. cùm aliquis. C. de iu. delib. & in l. prędiis. ff. de lega. iii. & in c. olim. de cenſi. & in c. cùm cau-
6 ſam. de proba. † Et aliqui ad magis verificandū limites prędiorum & territoriorum & fluminum faciunt fieri per pictores vnam figuram colorum in papiro cōcordatam, quę inſeritur in proceſſū. Iſta quęſtio accidit ſuper cauſa dictorum hominū Marſanę & dicti nobilis Aymari Odoardi vbi coram commiſſariis fuerunt producta certa inſtrumenta hincinde ad probationem limitū tenementorum de Rabiboys & de Leſtang ſitorum in dicto mandamento Marſanę, & ſignanter, quia in inſtrumentis dictorum hominum Marſanę fiebat mentio de certis poſſeſſionibus confinatis cum itinere publico tendente ad locum Marſanæ apud podium ſancti Martini, & quòd iter publicum tendebat de directo per dictum tenementum de Rabiboys clauſum per dictum Odoardi.

SVMMARIVM.

1 *Titulum allegare in præſcriptione ſeruitutis continuæ vel diſcontinuæ non neceſſum.*

Quæſtio CCIX.

QVAERITVR an communitas alicuius loci ſeu territorii ſit fundata de iure communi ſuper paſcuis publicis herbagiis & raueriis abſque exhibitione tituli, maximè vbi allegatur poſſeſſio
1 memoriā hominis excedens, † quia in præſcriptione ſeruitutis ſiue habentis cauſam continuam ſiue diſcontinuam non eſt opus allegatione tituli. l. ſi quis in turno. ff. ſi ſerui. vendi. l. hoc iure. §. aquæ ductus. ff. de aqua quoti. & æſtiua. & not. per gloſ. & doct. in l. ſeruitutes. la grāde. ff. de ſerui. Iſta quæſtio etiam accidit in dicta cauſa hominum Marſanæ & dicti nobilis Aymari Odoardi: quia dicti homines Marſanę prętendunt, quòd ipſi ſunt in poſſeſſione ſeu quaſi dictorum paſcuorum nemorum raueriarum de Rabiboys & de Leſtang & aliorū locorum incultorum etiam per tempus memoriam hominis excedēs, & quòd poſſunt facere eorum deueſia in dictis paſcuis. Nec obſtat ſi dicatur, quòd ſit licitum hominibus particularibus d. loci Marſanæ eligiari dictas Rauerias & terras incultas. Quia ad iſtud reſpondent ſyndici & homines Marſanæ quòd hoc verum vt habeant nemora ſciſſa, ſed quò ad paſcua remanēt communitati vt aſſerūt dicti homines, ſed quia ſum hîc extra locum librorum: ideò quàm primùm fuero Grationop. cum Dei auxilio intendo pleniùs, tractare hanc quęſtionem in iure.

ARGVMENTVM.

Terminorum publicorum & patentiū territoriorum iuriſdictionum locus cuius ſit.

SVMMARIVM.

1 *Limitum locus an ſit communis.*
Limites communes.
2 *Termini præſcriptioni non ſubiacent.*
3 *Furcæ in loco eminentiori poni ſolitæ.*
4 *Termini quòd unus altera recta linea reſpondere teneatur.*

Quæſtio CCX.

QVAERITVR an locus vbi affiguntur limites publici & patentes teritoriorum iuriſdictionum poſſit dici alicuius priuati, an verò dicatur communis, & an limites debeant de directo reſpondere vnus alteri. Et in effectu prima facie videretur dicen

1 retur dicendum † quòd locus limitum diceretur cõmunis ſicuti de limite, qui dicitur cõmunis. l. adeo.
2 hinc eſt † quòd limites non poſſunt præſcribi propter communem cap. ſuper eo. de parrochi. Et vbi interdum non poſſet reperiri locus aptus ad ponendum limites niſi in aliqua poſſeſsione alicuius priuati. Tamen ſibi deberet ſatisfieri pretio rationabili pro rata loci limitis propter vtilitatem publicam. l. item ſi verberatũ. §. j. de re. vend. l. Lucius. ff. de acti. eme. iuxt. not. in ſimili per Bartol. in l. final. ff. de pignorati. actione. ſicuti etiam dicitur de pati
3 bulo † furcarum propter neceſsitatem interdum apponuntur in loco magis eminenti & magis apparenti, etiam in poſſeſsione alicuius priuati propter vtilitatem publicam data ſibi rationabili recõpenſa, & pariter dicti limites iuriſdictionum vt plurimùm debent de directo reſpondere vnus alteri: ſecundum tamen Gardas ibi appoſitas coopertas in terra, quæ regunt limites, licèt interdum dicti limites magis ampli ab vna parte ponuntur, ab alia minus ad denotandum, quòd locus intermedius ſit communis. l. arboribus. ff. communi diuidund. l. Iuriſperitos. cum ibi notatis. ff. de excuſa. tuto. Iſta quæſtio etiam accidit in dicta viſitatione facta pro parte dicti nobilis Aymari Odoardi, qui fecit viſitare locum metarum Ruynacij & Marſanæ, incipiendo à primo limite propè ripariam Ancellæ circa treſdecim paſſus, & dictus limes lapidis eſt appoſitus magis à parte Ruynacij itinere publico intermedio: & in alio limite ſequendo dictum iter publicum tenendo apud rupem ſupra grauiam econtrà certas poſſeſsiones particularium Ruynacij & tenementum de Rabiboys reperitur vnus alius limes lapidis diuidens mandata Marſanæ, & Ruynacij, & ſecundum aliquos probos dictus limes eſt appoſitus in angulo poſſeſsionis cuiuſdam priuati, ſed ſecundum alios probos eſt appoſitus in angulo dicti loci de Rabiboys, quia notoriè dictus locus limitis eſt heremus & incultus & omnia fuerunt redacta in ſcripto.

ARGVMEMTVM.

De nominum diuerſitate.

SVMMARIVM.

1 *Vocabula ciuilia quæ ad inuicem differunt, quòd non niſi cum magno miniſterio differant.*
2 *Scientia quæque ſit, quòd à uocabulorum cognitione incipiat.*
3 *Nomina ad placitum impoſita perſonis & rebus, quæ quãdoquè mutari poſſunt. modò id ſine fraude fiat.*

Quæſtio CCXI.

QVAERITVR an ex diuerſitate nominum præſumatur diuerſitas rerum, ſeu poſſeſſionum. Et prima facie videretur dicendum quòd
1 ſic. l. ſi idem. C. de codic. † Nam ciuilia vocabula quæ ad inuicem differunt, nunquam differunt ſine magno miniſterio: ſecundum Bartol. in l. ex legato. C. de lega. & glo. in procemi. regu. cancel. Nam
2 omnis † ſcientia incipit à cognitione vocabulorum: ſecundum Bald. in l. liberti. Nec obſtat gloſ. in rubric. ff. ſoluto matrimo. quòd diſputatio vocabulorum ſit relinquenda pertinacibus: quia hoc verum quando non afferunt præiudicium alteri: aliàs ſecus, vt ibi nota. & in dict. l. liberti. & gloſſ. in regu. cancel. xxiij. Quinimò etiam interdum licèt ſint duo eiuſdem nominis: tamen ſunt diuerſæ
3 perſonæ. l. duo ſunt. ff. de teſtamen. tute. licèt † nomina ſint appoſita ad beneplacitum ad denominãdum perſonas vel res. l. ad recognoſcendum. C. de inge. & manumi. & interdum poſſunt mutari, dum tamen fiant ſine fraude, vt ibi habetur, & in l. j. C. de mutatio. no. Et præſertim in fundis & rebus qui poſſunt mutari & diuidi ex voluntate dominorum l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de lega. j. licèt vt ſupra dictum fuit ex diuerſitate nominum præſumatur diuerſitas rerum. Et iſta quæſtio etiam accidit in dicta cauſa hominum Marſanæ & dicti nobilis Aymari Odoardi ſuper diuerſitate Rauerıarum de Rabiboys & de Leſtang, quia dicti homines prætendunt quòd ſint diuerſæ res & diuerſi confines. Et quòd Raueria de Rabiboys ſit incluſa inter matrem antiquam ſeu alueum antiquum ripariæ Ancellę & matrem nouam dictæ ripariæ à parte venti, licèt ſecundum relationem aliquorum raueria ſeu tenementum de Rabiboys duret vſque ad paſſum de Leſtang & matrem nouam Ancellæ & quòd non audiuerunt nominari aliquam raueriam de Leſtang. Sed locus de Leſtang incipiat in paſſu de Leſtang, & progrediatur vltra Ancellam nouam. Et ideò in inſtrumẽto emptionis dominæ Helienor de Vaeſco productæ per dictum Odoardi fit mentio de loco de Leſtang vſque ad iter publicum quod eſt infra dictos confines, & aliqui intelligunt de itinere publico metarum Ruynacij & Marſanę, & alij intelligunt de alio itinere publico per quod tenditur apud podium ſancti Martini, & aliqui intelligunt quòd intelligatur de itinere publico quod eſt infra locum de Leſtãg, vltra nouam Ancellam per quod tenditur apud ſanctum Geruaſium, ſed econtrà dictus Odoardi prætendit quòd dictæ Rauериæ de Rabiboys, & de Leſtãg ſint eædem res & quòd ſint nomina promiſcua & vnum accipiatur pro alio. Et ſuper hoc pendet quæſtio, & ideò pro nunc aliter non declaro.

ARGVMENTVM.

Reintegrationem iuxta eiectionis modum fieri debere.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio habitum præſupponit.*
2 *Pœna delicto commenſuranda.*
3 *Poſſeßionis adeptio quòd ad connexa & pertinentia quãdoquè extendatur.*
4 *Præſcriptum tantum quantum poſſeſſum.*

Quæſtio CCXII.

QVAERITVR an reintegratio debeat fieri iuxta modum eiectionis, adeò vt nõ debeat vltra progredi. Et prima facie videretur dicendum, quòd debeat fieri iuxta modũ eiectionis: quia
1 priuatio † præſupponit habitum. l. j. de his qui ſunt
2 ſui vel alie. iur. Sicuti etiam dicitur, quòd † pœna debet commẽſurari delicto. vnde ſecundum Inno. & Panor. in cap. in literis. de reſtitutio. ſpolia. eiectio eſt odioſa, & non egreditur ſuos terminos, nec ſe extendit ad aliud: ſecus in adeptione poſſeſsio-

aliis iuribus canonicorum & choriſtarum alicuius eccleſiæ collegiatæ habeat locum aliquod reme-
1 dium poſſeſſorium. Dubium facit: quia † iſti choriſtæ alicuius eccleſiæ non faciunt collegium, ſed ſubijciuntur capitulo: ſecundum Innocen. in cap. cùm dilecta. de exce. præla. & in c. de cleri. non reſiden. & ex quo fuit facta reformatio debent ceſſare priora ſtatuta. c. tranſlato. de conſtit. Iſta quæſtio accidit ſuper cauſa domini Symondi de Riparia choriſtæ eccleſię collegiatę ſancti ſaluatoris criſte Arnaudi: quia dictus de Riparia impetrauit choriſtiam in dicta eccleſia per obitum domini Gulielmi Belliſſonis qui per priùs ante dictam reformationem habebat maiorem libram, & adhuc pendet lis. Et ideò aliter non declaro.

ARGVMENTVM.

Modus viſitationis & verificationis limitum in antiquis inſtrumentis appoſitarum.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis partes nullæ ſunt in confeſſum, niſi in iudicando.*
2 *Termini & res immutabiles.*
3 *Res confinibus deſignantur.*
4 *In rem præſentem deſcendere ut ueritas melius habeatur quandoquè licitum.*
5 *Verba denuntiatiua inſtrumentorum antiquorum in antiquis probāt & adminiculantur.*
6 *In rem præſentem deſcendere cùm facilè non poßit, res picture deſcribenda eſt.*

Quæſtio CCVIII.

QVAERITVR de modo faciendi viſitationem limitum & verificandi limites appoſitas in inſtrumētis antiquis. Et in effectu debēt produci inſtrumenta per partes hincinde coram iudice ſeu commiſſario, & in pręſentia partis, & deinde ſuper loco debati cum probis coram commiſſario leguntur in parte in qua inſtrumenta & etiam nominantur noui tenementarij, & ſi pars cōfiteatur non
1 eſt opus alia probatione. l. j. C. de confeſ. † quia in confeſſi nullæ ſunt partes iudicis præterquàm in condemnando. l. proinde. ff. ad leg. aqui. Si verò pars neget dictos confines, & quòd eadem res tunc examinentur probi cum iuramento ſuper. Et licèt ex mutatione temporis etiam interdum mutentur
2 tenementarij: † tamen remanet eadē res & ijdem limites: quia res immobilis non poteſt mutari, & eſt de ſe patens, & ideò non poteſt conſignari vel offerri in iudicio. l. ij. C. quand. & quib. quarta pars. li. x.
3 ſecundum gloſſ. in l. ſi mora. ff. ſolu. matrimo. † Licèt debeant deſignari per duos aut tres confines. l.
4 forma. ff. de cenſi. † & interdum vt meliùs veritas habeatur debet deſignari & oſtendi ſuper loco: ſecundum Barto. in l. j. ff. de eden. l. ſi irruptione. ff. fini. regun. quia viſio ocularis multum prodeſt, vt ibi habetur. Veruntamen vbi tenementarij confinium ſunt mutati, debent apponi noui tenementarij: ſecundum Bart. in l. demonſtratio. in prin. ff. de
5 condi. & demonſt. † Et in facto antiquo talia verba etiam denūtiatiua inſtrumentorū antiquorum probant & adminiculantur: iuxta not. per gloſſ. & doct. in l. cùm aliquis. C. de iu. delib. & in l. prędijs. ff. de lega. iii. & in c. olim. de cenſi. & in c. cùm cau-
6 ſam. de proba. † Et aliqui ad magis verificandū limites prędiorum & territoriorum & fluminum faciunt fieri per pictores vnam figuram colorum in papiro cōcordatam, quę inſeritur in proceſſu. Iſta quęſtio accidit ſuper cauſa dictorum hominū Marſanę & dicti nobilis Aymari Odoardi vbi coram commiſſarijs fuerunt producta certa inſtrumenta hincinde ad probationem limitū tenementorum de Rabiboys & de Leſtang ſitorum in dicto mandamento Marſanę, & ſignanter, quia in inſtrumentis dictorum hominum Marſanę fiebat mentio de certis poſſeſſionibus confinatis cum itinere publico tendente ad locum Marſanæ apud podium ſancti Martini, & quòd iter publicum tendebat de directo per dictum tenementum de Rabiboys clauſum per dictum Odoardi.

SVMMARIVM.

1 *Titulum allegare in præſcriptione ſeruitutis continuæ uel diſcontinuæ non neceſſum.*

Quæſtio CCIX.

QVAERITVR an communitas alicuius loci ſeu territorij ſit fundata de iure communi ſuper paſcuis publicis herbagijs & rauerijs abſq; exhibitione tituli, maximè vbi allegatur poſſeſſio
1 memoriā hominis excedens, † quia in præſcriptione ſeruitutis ſiue habentis cauſam continuam ſiue diſcontinuam non eſt opus allegatione tituli. l. ſi quis in turno. ff. ſi ſerui. vendi. l. hoc iure. §. aquæ ductus. ff. de aqua quoti. & æſtiua. & not. per gloſ. & doct. in l. ſeruitutes. la grāde. ff. de ſerui. Iſta quæſtio etiam accidit in dicta cauſa hominum Marſanæ & dicti nobilis Aymari Odoardi: quia dicti homines Marſanę pretendunt, quòd ipſi ſunt in poſſeſſione ſeu quaſi dictorum paſcuorum hermorum raueriarum de Rabiboys & de Leſtang & aliorū locorum incultorum etiam per tempus memoriam hominis excedēs, & quòd poſſunt facere eorum deueſia in dictis paſcuis. Nec obſtat ſi dicatur, quòd ſit licitum hominibus particularibus d. loci Marſanæ eligiari dictas Rauerias & terras incultas. Quia ad iſtud reſpondent ſyndici & homines Marſanæ quòd hoc verum vt habeant nemora ſciſſa, ſed quòd ad paſcua remanēt communitati vt aſſerūt dicti homines, ſed quia ſum hîc extra locum librorum: ideò quàm primùm fuero Grationop. cum Dei auxilio intendo pleniùs, tractare hanc quęſtionem in iure.

ARGVMENTVM.

Terminorum publicorum & patentiū territoriorum iuriſdictionum locus cuius ſit.

SVMMARIVM.

1 *Limitum locus an ſit communis.*
Limites communes.
2 *Termini præſcriptioni non ſubiacent.*
3 *Furcæ in loco eminentiori poni ſolitæ.*
4 *Termini quòd unus alteri recta linea reſpondere teneatur.*

Quæſtio CCX.

QVAERITVR an locus vbi affiguntur limites publici & patentes teritoriorum iuriſdictionum poſsit dici alicuius priuati, an verò dicatur communis, & an limites debeant de directo reſpondere vnus alteri. Et in effectu prima facie videretur dicen

1 retur dicendum † quòd locus limitum diceretur cõ
munis ſicuti de limite, qui dicitur cõmũnis. l.adeo.
2 hinc eſt † quòd limites non poſſunt præſcribi pro-
pter communem cap.ſuper eo. de parrochi. Et vbi
interdum non poſſet reperiri locus aptus ad ponen
dum limites niſi in aliqua poſſeſsione alicuius pri-
uati. Tamen ſibi deberet ſatisfieri pretio rationa-
bili pro rata loci limitis propter vtilitatem publi-
cam. l.item ſi verberatũ.§.j.de re.vend.l. Lucius.ff.
de acti.eme.iuxt.not.in ſimili per Bartol.in l.final.
ff.de pignorati.actione.ſicuti etiam dicitur de pati
3 bulo † furcarum propter neceſsitatem interdum
apponuntur in loco magis eminenti & magis ap
parenti, etiam in poſſeſsione alicuius priuati pro-
pter vtilitatem publicam data ſibi rationabili recõ
penſa, & pariter dicti limites iuriſdictionum vt plu
rimùm debent de directo reſpondere vnus alteri: ſe
cundum tamen Gardas ibi appoſitas coopertas in
terra, quæ regunt limites, licèt interdum dicti
limites magis ampli ab vna parte ponuntur, ab alia
minus ad denotandum, quòd locus intermedius ſit
communis. l.arboribus. ff. communi diuidund. l.
Iuriſperitos.cum ibi notatis.ff.de excuſa.tuto. Iſta
quæſtio etiam accidit in dicta viſitatione facta
pro parte dicti nobilis Aymari Odoardi, qui fe-
cit viſitare locum metarum Ruynacij & Marſa-
næ, incipiendo à primo limite propè ripariam An-
cellæ circa treſdecim paſſus, & dictus limes lapi-
dis eſt appoſitus magis à parte Ruynacij itinere
publico intermedio: & in alio limite ſequendo di-
ctum iter publicum tenendo apud rupem ſupra
grauiam econtrà certas poſſeſsiones particula-
rium Ruynacij & tenementum de Rabiboys re-
peritur vnus alius limes lapidis diuidens manda-
ta Marſanæ, & Ruynacij, & ſecundum aliquos
probos dictus limes eſt appoſitus in angulo poſ-
ſeſsionis cuiuſdam priuati, ſed ſecundum alios
probos eſt appoſitus in angulo dicti loci de Ra-
biboys, quia notoriè dictus locus limitis eſt he-
remus & incultus & omnia fuerunt redacta in
ſcripto.

ARGVMEMTVM.

De nominum diuerſitate.

SVMMARIVM.

1 *Vocabula ciuilia quæ ad inuicem differunt, quòd non niſi cum magno miniſterio differant.*
2 *Scientia quæque ſit, quòd à uocabulorum cognitione incipiat.*
3 *Nomina ad placitum impoſita perſonis & rebus, quæ quãdoquè mutari poſſunt. modò id ſine fraude fiat.*

Quæſtio CCXI.

QVAERITVR an ex diuerſitate nomi-
num præſumatur diuerſitas rerum, ſeu poſſeſ
ſionum. Et prima facie videretur dicendum quòd
1 ſic.l.ſi idem.C.de codic. † Nam ciuilia vocabula
quæ ad inuicem differunt, nunquam differunt ſine
magno miniſterio: ſecundum Bartol.in l. ex lega-
to.C.de lega.& glo.in proœmi.regu.cancel. Nam
2 omnis † ſcientia incipit à cognitione vocabulo-
rum: ſecundum Bald.in l. liberti. Nec obſtat gloſ.
in rubric.ff.ſoluto matrimo.quòd diſputatio voca
bulorum ſit relinquenda pertinacibus: quia hoc
verum quando non afferunt præiudicium alteri:
aliàs ſecus, vt ibi nota.& in dict. l. liberti. & gloſſ.
in regu.cancel.xxiij. Quinimò etiam interdum li-
cèt ſint duo eiuſdem nominis: tamen ſunt diuerſæ
3 perſonæ.l.duo ſunt. ff.de teſtamen.tute.licèt † no-
mina ſint appoſita ad beneplacitum ad denominã-
dum perſonas vel res.l.ad recognoſcendum. C. de
inge.& manumi.& interdum poſſunt mutari, dum
tamen fiant ſine fraude, vt ibi habetur, & in l.j.C.
de mutatio.no. Et præſertim in fundis & rebus qui
poſſunt mutari & diuidi ex voluntate dominorum
l.ſi quis in fundi vocabulo. ff.de lega.j. licèt vt ſu-
pra dictum fuit ex diuerſitate nominum præſuma-
tur diuerſitas rerum. Et iſta quæſtio etiam accidit
in dicta cauſa hominum Marſanæ & dicti nobilis
Aymari Odoardi ſuper diuerſitate Raueriarum
de Rabiboys & de Leſtang, quia dicti homines
prætendunt quòd ſint diuerſæ res & diuerſi confi-
nes. Et quòdRaueria de Rabiboys ſit incluſa in-
ter matrem antiquam ſeu alueum antiquum ripa-
riæ Ancellę & matrem nouam dictæ ripariæ à par-
te venti, licèt ſecundum relationem aliquorum ra-
ueria ſeu tenementum de Rabiboys duret vſque
ad paſſum de Leſtang & matrem nouam Ancellæ
& quòd non audiuerunt nominari aliquam raue-
riam de Leſtang. Sed locus de Leſtang incipiat in
paſſu de Leſtang, & progrediatur vltra Ancellam
nouam. Et ideò in inſtrumẽto emptionis dominæ
Helienor de Vaeſco productæ per dictum Odoar-
di fit mentio de loco de Leſtang vſque ad iter pu-
blicum quod eſt infra dictos confines, & aliqui in-
telligunt de itinere publico metarum Ruynacij &
Marſanę, & alij intelligunt de alio itinere publico
per quod tenditur apud podium ſancti Martini, &
aliqui intelligunt quòd intelligatur de itinere pu-
blico quod eſt infra locum de Leſtãg, vltra nouam
Ancellam per quod tenditur apud ſanctum Gerua
ſium, ſed econtrà dictus Odoardi prætendit quòd
dictæ Rauerię de Rabiboys, & de Leſtãg ſint eæ-
dem res & quòd ſint nomina promiſcua & vnum
accipiatur pro alio. Et ſuper hoc pendet quæſtio, &
ideò pro nunc aliter non declaro.

ARGVMENTVM.

Reintegrationem iuxta eiectionis modum fieri debere.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio habitum præſupponit.*
2 *Pœna delicto commenſuranda.*
3 *Poſſeßionis adeptio quòd ad connexa & pertinentia quãdoquè extendatur.*
4 *Præſcriptum tantum quantum poſſeſſum.*

Quæſtio CCXII.

QVAERITVR an reintegratio debeat
fieri iuxta modum eiectionis, adeò vt nõ de-
beat vltra progredi. Et prima facie videretur dicen
dum, quòd debeat fieri iuxta modũ eiectionis: quia
1 priuatio † præſupponit habitum.l.j.de his qui ſunt
2 ſui vel alie.iur. Sicuti etiam dicitur, quòd † pœna
debet commẽſurari delicto. vnde ſecundum Inno.
& Panor.in cap.in literis. de reſtitutio. ſpolia.eie-
ctio eſt odioſa, & non egreditur ſuos terminos, nec
ſe extendit ad aliud: ſecus in adeptione poſſeſsio-

3 nis, † quæ quandoquè ſe extendit ad connexa & pertinētia, nec eſt neceſſe circuire ſingulas glebas. l.poſsideri.in princi.ff.de acquiren.poſſeſ. pro quo
4 etiam facit quòd ſolet dici de pręſcriptione: † quia tantùm præſcribitur quantum poſsidetur: ſecundū Innocen.in cap.auditis.de pręſcript. & in cap.cùm dilectus.de capel.monacho. Iſta quęſtio etiam accidit in dicta cauſa ſtatuti. Si quis per literas, dicti Odoardi contra dictos homines Marſanę prætextu rauetiæ de Rabiboys: quia dicti homines Marſanæ pretendunt, quòd tempore quo ipſi aperuerūt in certis partibus clauſuram prati per dictū Odoardi factam nondum clauſura erat facta ad plenum nec pratum erat in totum eligiatum, & licèt reintegratio fuerit facta in totum & penoncelli Delphi. appoſiti, vltra dictam clauſuram. Sed quia adhuc pendet lis coram curia, ideò ad præſens aliter non declaro.

ARGVMENTVM.

Inſtrumenti deperditi tenor priuilegij an teſtibus probari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenti deperditi priuilegij tenor teſtibus maximè literatis probari poteſt. & nu.2.*

Quæſtio CCXIII.

QVAERITVR an tenor priuilegij ſeu inſtrumenti deperditi poſsit probari per te-
1 ſtes. Et videretur dicendum quòd ſic, † conſtito de perditione inſtrumenti. cap. cùm olim.el j.de priuileg. cap. Albericus. & cap. ſignificauit. cum ibi not. de teſti. l.emancipatione. C. de fid. inſtrumen. l.teſtium. C. de teſtib. ſecundum Bartol. & cæteros. in authentic. ſi quis in aliquo documento. C. de eden.
2 & in l.j.ff.ſi cert. peta. † Et maximè quando teſtes qui deponunt de tenore inſtrumenti ſunt literati, vt ibi nota. Iſta quæſtio etiam accidit in cauſa dictorū hominum Marſanæ & dicti nobilis Odoardi: quia dicti homines prætendunt, quòd perdiderunt eorum libertates cōceſſas per comites Valen. pro tunc dominos Maſanę, dictis hominibus ſuper paſturagijs, rebus hermis, per totum mandamentum. Et quòd quidam Anthonius ſeu Gulielmus Marcelli, filius Ioannis Marcelli caſtellani Marſanæ furto ſubtraxit ad finem vt eximeretur atachijs aliter ad præſens nō declaro, quia lis adhuc pendet coram curia.

ARGVMENTVM.

Transductio puellæ impuberis extra territorium præter patris voluntatem, etiam matrimonij prætextu an prohibita ſit.

SVMMARIVM.

1 *Filiam nubere non, niſi cum patris licentia licere, iuris ciuilis eſſe.*

2 *Patrem filium & filiam repetere poſſe, iuris eſſe.*

Quæſtio CCXIIII.

QVAERITVR an tranſductio puellę facta extra territorium loci, contra & præter volūtatem patris etiam pretextu matrimonij clandeſtini, ſit prohibita, maximè vbi puella nondum eſt pubes, ſeu ætatis duodecim annorum. Et in effe-
1 ctu † licèt filia de iure ciuili non debeat nubere ſine conſenſu patris. l. Paulus. ff. de ſtatu hominum. Tamen de iure canonico ſecus: vt ibi not. licèt de honeſtate debeat interuenire conſenſus patris, & maximè quādo puella non eſt legitimè ætatis. Et ideò iſto caſu ex quo puella fuit traducta extra domum patris & territorium loci furtiuè & per ſubornationem debet ante omnia repeti per patrem, & reduci ad priſtinum locum, aut ſaltem in loco tertio priſtinę iuriſdictionis tuto, & honeſto. c. cùm bonum. de
2 ſponſa. † Quia pater pōt repetere filium, vel filiam de iure. l. j. §. per hanc. cum ibi not. ff. de re. vendi. toto titu. ff. de libe. exhiben. & etiam capere & obtinere hominem liberum & ad inſtar priuati carceris & cōtra legem fauiam. de plagiarijs. Et an habeat locum pœna raptus. iuxta l. raptorum. C. de rap. virgin. Iſta quæſtio nouiſsimè accidit in villa Montillij Adhemarij. De hoc præſenti anno 1503. & de menſe Auguſti. de tempore quo ſpectabilis dominus Putondi & ego eramus in dicta villa Montillij adhemarij pro commiſsione hominum Marſanę & dicti nobilis Aymari Odoardi. Et dum eramus ibi Petrus Galle dictę villæ Mōtillij, fecit querimoniam qualiter Matthæus aliàs Petrus Gaudo Sabaterius aſſociatus de vxore magiſtri Iacobi de Breſſaco cōgraffarij curiæ Montillij, & Gulielmo Fabri & Anthonio Auberti tranſduxit Aliziam puellam filiam dicti Petri Gallæ, ætatis vndecim annorum ad locū Pręnacij in regno, & ipſam ibidem deſponſauit, & cum ea cubauit, licèt d. Gaude aſſerat hoc fuiſſe factum ad tractatū, & cōductū Delphine dñi Ioannis Fabri, auunculæ dictæ Aliziæ, & vlterius prætendit dictus Petrus Galle quòd tempore tranſductionis ſuæ filiæ erat abſens, & fuerunt ſubtracta certa iocalia, licèt dicta Delphina prætendat, quòd dictus Galle ſubtraxerit, & q; haberet claues domus dictę Delphinę, & quòd fuit factum inuentarium de dictis iocalibus, per dictū magiſtrum Iacobum de Breſſaco, vt prætenditur auunculum dicti Matthæi Gaudo ſponſi dictæ Aliziæ.

ARGVMENTVM.

Clauſura facta in fundo proprio aut à ſe poſſeſſo an quis authoritate propria rumpere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Sæpem uel clauſuram in fundo à ſe poſſeſſo factā aut aliud impedimentum rumpere, an & quando licitum. numer. 3. per totum.*

2 *Prælatus eccleſiæ fores ſi ſibi claudantur, quòd rumpere poſsit.*

Quæſtio CCXV.

QVAERITVR an ſit licitū authoritate propria rumpere ſæpem ſeu clauſuram factā in fundo proprio ſeu alieno, à ſe poſſeſſo: & an per hoc dicatur facta eiectio, ſeu ſpoliatio, vt ſit locus ſtatuto, Si quis per literas. aut altero remedio rein-
1 tegrandę. Et prima facie videretur dicendum † q; ſit licitum rumpere ſæpem, clauſuram aut aliud impedimentum factum in fundo à ſe poſſeſſo. l. quęadmodum. in princip. ff. ad leg. aquil. ſecundum Bart. & Alexand. in l. j. §. nuntiatio. ff. de oper. noui nuntiatio. ſecus ſi competeret ſolùm ius ratione ſeruitu-

tis: quia

ris:quia tunc non eſſet licitum authoritate propria frangere ſœpem au clauſură, aut portam repertă clauſam: ſecundum vnam opinionem, licèt Inno. tenuerit contrarium in capi.j.de immuni.eccle.vbi
2 etiam tenet, quòd † prælatus eccleſiæ poteſt rumpere fores eccleſiæ quãdo ſibi clauduntur, de quo ibi latiùs per doct. Sed redeũdo ad quęſitum quòd ſit licitum rumpere clauſurã in fundo proprio, vel alieno:iuxta dict.l. quemadmodum.ita quòd non ſit locus remedio ſtatuti, Si quis. Pro quo etiam facit:quia quod legitimè fit, pœnam non meretur.l.
3 Grachus.C.de adulte. Et † pręmiſſa intelligerentur quando illicò peruẽto ad notitiam domini vel poſſeſſoris fundi de dicta clauſura vel impedimento ipſe propria authoritate remouet, aliàs ſi ipſe ſuſpicaret poſſe repelli, diceretur eiectus:iuxta not.in l.clam poſsidere.§.cùm ad nundinas.& l. ſequenti. ff.de acquir. poſſ. Veruntamen quando rumpitur clauſura vel eligiatur, ſeu laboratur terra, potiùs videtur turbatio, quã eiectio.l.vim facit.ff.de vi & vi arma.ſicuti etiam dicitur de exportatione fructuũ: ſecundum Bald.in l.poſt ſententiam.C.de ſentent. & interlo.om.iudi. Et hoc videtur velle dom. Guido Pap.in dicto ſtatuto, Si quis. ſuper verb. probata poſſeſsione, & eiectione. Iſta etiam quęſtio accidit ſuper ſtatuto, Si quis per literas. intentato per nobilem Aymarum Odoardi, cõtra homines Marſanę pretextu rupturę certę partis clauſuræ, per dictum Odoardi factæ in raueria de Rabiboys, quia dicti homines prętendunt, quòd non obſtante, dicta clauſura, quòd ipſi homines ſemper remanſerũt in poſſeſsione, & quòd fuit licitum rumpere clauſuram, & ecõtrà facit pro alio ſtatuto, Si quis intẽtato per dictos homines Marſanę contra dictum Odoardi pretextu cuiuſdam clauſuræ: vel araturę factę per dictum Odoardi in raueria de Leſtang. Aliter ad pręſens non declaro, quia pendet lis coram curia.

ARGVMENTVM.

De limitibus antiquis, publicis & nouis cęteris paribus quibus ſtandum.

SVMMARIVM.

1 *Limitibus antiquis & publicis potiùs ſtandum, quàm nouis.*
2 *Præſumendum eſt pro antiquitate.*
3 *Nomen ubi eſt ſingulare & notum, quòd alia deſignatione non eſt opus.*
4 *Dict. uſque, eſt excluſiua.*
5 *Via publica ut communis non preſcribitur.*
6 *Terræ Hermis quæ dicatur.*
7 *Vniuerſitatis quæ ſunt, particularium non ſunt.*
8 *Limitibus antiquis in dubio ſtandum.*

Quæſtio CCXVI.

QVAERITVR an cęteris paribus ſit potiùs ſtandum limitibus antiquis, & pręſertim
1 patentibus & publicis, quã nouis, aut priuatis, † Et in effectu videtur dicendum quòd ſit potiùs ſtandũ
2 limitibus antiquis.l.in finalibus.ff.fi.regun. † quia pręſumẽdum eſt pro antiquitate, ex quo non apparet de mutatione antiquorũ finiũ, vt ibi notatur. Et pręſertim quando tales limites ſunt patẽtes, & publici: vti viæ publicę, mõtes, & flumina quę ſunt ſolita diuidere territoria: ſecundum Bald.in ca.j.§. ſi de manſo.ſi de contro.feu.fue.& in c.ex literis.de proba. Et iſta quęſtio etiam accidit in dicta cauſa hominum Marſanæ & dicti Odoardi pretextu dictarum rauieriarum, de Rabiboys & de Leſtang, quia dictus Odoardi produxit quoddam inſtrumẽtum cuiuſdam venditionis & emptionis dominę Helyenor de Vaeſco cui pretendit dictus Odoardi ſucceſsiſſe in hac parte per certa media, vbi in effectu cõtinetur, ꝙ de anno incarnationis domini M.lxxi. Die.xv.menſis decembris, nobilis Hubertus de Orchano loci Sanzeti vendidit dictę dominę Helienor omnes terras ſuas quaſcunque franchas, quas habebat in mandamento Marianę in loco dicto à Leſtang.tam hermas quã cultiuatas, cõfrontatas ab vna parte cum itinere publico metarum Ruynacii, & ab alia parte cum riparia Ancellę, & à parte alia cum terris Alaſiæ ſponſi Giraudi, aliâs Gordoz & Gulielmi Reurardi, & à parte reli qua cum terra hæredis nobilis Humberti Bernuſſonis, & cum terra Gulielmi Iuliani, cum ingreſsibus iuribus & pertinentiis vſque ad iter publicũ quod infra dictos continetur confines, precio.lxv. florenorum auri & aliâs prout ibi pleniùs continetur, licèt dictus Odoardi in eius ſupplicatione ſtatuti, Si quis per literas.per ipſum intentati cõtra dictos homines Marſanę expreſſerit, quòd dictum pratum per ipſum clauſum ſit ſitum in tenemento de Rabiboys, abſque faciendo mentionẽ de Leſtang. Nũc verò dominus Odoardi loco dictorum confinium antiquorum deſignatorum in dicto inſtrumento vult adaptare quoſdam alios nouos confines:quia loco loci de Leſtãg vbi ſpecialiter nominatur vult adaptare & ponere locũ de Rabiboys, licèt ſint diuerſa nomina, & loca ſeparata, prout apparet per
3 acta, † & ex quo nomen eſt ſingulare & notum nõ eſt opus alia deſignatione, ſicuti dicitur de gallo preſſo bidello Azo.ſecundum glo.in l.hac conſultiſsima.C.qui teſta.face.poſ. Secũdò dictus Odoardi loco itineris publici metarũ Ruynacij vult adaptare & ponere iter med.um tẽdens de ſancto Geruaſio apud Ruynacium ſiue locũ rupis ſupra grauiam, licèt dicti homines pretendant, quòd dictum iter publicum dicatur de ſancto Geruaſio ad locũ Ruynacij, vltra paſſum de Leſtang, à parte venti, quod diuidit mandamenta Ruynaci, & Marſanę & non eſt illud iter quo itur ad locum rupis ſupra grauiam:quia ibi eſt vna draia priuata, & non iter public, licèt aliqui pretẽdãt, ꝙ ſit iter publicũ, & ꝙ reguletur, & ab alia parte cõfrõtatur tenementũ de Rabiboys & non de Leſtang. Et pariter quoad terras priuatorum in dicto inſtrumento deſignatorũ, licèt non fiat mentio de borea, vel vento:tamen dictus Odoardi dimittitur ponere & adaptare alios nouos confines & tenementarios vt pretendunt dicti homines Marſanę. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ in dicto inſtrumento dominę Helienor dicatur vſque ad iter publicum, quæ continetur infra dictos con-
4 fines: † quia illa dictio, vſque, venit excluſiuè, ma-
5 ximè in caſu iſto: † quia partes priuatæ contrahentes non potuerunt dare ius in via publica quę eſt communis.l.via publica.ff.de vi publi.attenta paucitate precij:quia ſi dicti limites intelligerẽtur eo mo

do quo deducit dictus Odoardi comprehenderentur quinque vel ſex centum ſestariatę terrę.faciunt notata per gloſſam ordinariā & Bartolum in lege ſemper in ſtipulationibus. ff. de regulis iuris. Et per Cynum, & Baldum in l. A Caligato milite. C.de nuptij. & per Baldum in lege .ff. de legatis tertio Et pariter dicta dictiō, vſque. refertur ad iter publicum quo itur de ſancto Geruaſio ad locum Ruynacij, vltra paſſum de Leſtang, à parte venti, quod diuidit mandamenta Marſanæ & Ruynacij, & non tendit dictum iter ad locum rupis ſupra grauiam, vt deducunt dicti homines Grauiæ in eorum vltimis articulis,incipien. aliàs articulatis &c.quia dictus Odoardi vellet retroire,ampliando limites à parte poſteriori.Sed dicti homines Marſanæ prætendunt contrarium, ꝙ dicti limites ſint à parte anteriori vſque in loco de Leſtang, & à parte venti.Præterea in dicta venditione & emptione dictę dominę Helienor ſolū fit mentio de quibuſdam terris tam cultis quā hermis ibi confinatis,& non fit mentio de aliqua rameria, & tamen eſt magna differentia inter terras cultas vel hermes & ramerias:quia,rameriæ dicuntur repletę nemoribus,dumis,&ſpinis,adeò quòdvix poſſit ibi tranſiri.Sed terrę cultę vel hermes non ſunt illius conditionis: † quia terrę hermes dicūtur quę
6 non cultiuantur,nec creſcit in ipſis herba fertilis. ſed dicuntur embeyre ſeu baiere, Tum etiam quia eſſet imputandum dictę dominę Helienor emptori cur appertiorem legem non appoſuerit in dicto contractu. l. veteribus.ff.de pact.cum ibi nota.Et licet dictus Odoardi produxerit quoddam instrumentum ſententię arbitralis latę de anno domini M.ccccvj.Die vltima menſis Martij per certos arbitros ſeu arbitratores ibi nominatos inter nobilē & potentem Bertrandum Adhemarij dominū Marſanæ,& dictum nobilem Aymarum Odoardi, vbi inter cętera cauetur,quòd tenementū de veſco vocatū Rabiboys ſiue Leſtāg,pertineat dict. Odoardi ſub confinibus antiquis,videlicet à parte orientis confrontatur cū limitibus mandamenti Raynacij & Marſanę quadam via ſeu violo medio, & à vento cum riparia Ancellę, & à biſia cū herémis &terris vocatis Berniſſon,quas in pręſentia tum tenent Ioānes Déces, Stephanus Borrelli,& ab occidente cum terra dicti Berniſſon &vocatis garrel. Et aliàs prout ibi pleniùs continetur. Tamen iſta ſententia arbitralis non debet præiudicare communitati Marſanæ,quia eſt res inter alios acta:† quia
7 ea quę ſunt vniuerſitatis non ſunt particularium, nec econtra.l. in tantum.§. vniuerſitatis. ff. de rer. diui. Veruntamen ex alio capite dicti limites ſententiæ arbitralis deſignantur aliter quā contineantur in inſtrumento dictæ dominę Helienor, prout ibi apparet,licèt etiam ſecundum tenorem dictæ ſententiæ arbitralis debuiſſent deſignari antiqui limites,videlicèt locus de Leſtang, & alij limites deſignati in dicta emptione dominę Helienor. Et ſic apparet rem aliter ſe habere, & erroneè fuiſſe expreſſatos limites dictæ ſententię arbitralis: † quia
8 in dubio ſtandum eſt limitibus antiquis.d.l.in finalibus.ff.finium regun. Nam in dicto inſtrumeto domine Helienor fit mentio principaliter de quatuor limitibus publicis & perpetuis ibi, loco dicto à Leſtang,& ibi,cum itinere publico metarū Ruynacij,& ibi,cum riparia Ancellæ, & ibi,vſque ad iter publicum quod continetur infra dictos limites. Et iſti confines remanent perpetui,maximè cū dictus Odoardus deduxerit,quòd dicta riparia Ancellę ab euo & antiquo ſolita eſt habere eius curſum vbi de præſenti fluit.Et pariter in dicta venditione fit mentio de tribus, aut quatuor limitibus terrarum priuatarum de quarum tenementarijs ad pręſens veraciter neſcitur. Veruntamen quia iſta quęſtio adhuc pendet coram curia,aliter pro nunc non declaro. Sed quod hic ſcribo facio pro maiori intelligētia veritatis habēdę ad quā omnes tēdere debemus.Et ſaluo latiori ſtudio dū fuero Gration. licèt expoſt facto pro parte d. Odoardi fuerint producta certa inſtrumenta cum certis articulis ad demonſtrandum & verificandum nouos tenementarios terrarum deſignatarum in dicto inſtrumento domine Helienor volendo prætendere quòd illa deſignatio loci de Leſtang appoſita in dicto inſtrumento domine Helienor fuerit erronea, & quòd non debet præiudicare parti, & quòd debuit dici Rabiboys loco de Leſtāg,quòd eſſet difficile probare errorem attenta longinquitate temporis. Et in dubio præſumendum eſt pro inſtrumento. l. cū precibus. C. de probationibus, ſecundum Bartolum in capitulo primo.§. inſtrumentorum.de nou. feudo.

ARGVMENTVM.

Dominium an inſtrumento venditionis ſcilicèt,donationis,aut alterius tituli & poſſeſsionis ſubſecutæ probetur.

SVMMARIVM.

1 *Dominiū in inſtrumento probare non ſufficit,niſi,aliàs de actoris iure probetur.*

2 *De iure actoris probare oportet,etiā in quaſi dominio uel publiciana.*

Quæſtio CCXVII.

QVAERITVR an per ſolùm inſtrumentum venditionis, donationis,aut alterius tituli & poſſeſsionis ſubſecutę probetur dominium alicuius rei,an verò ſit neceſſe probare de iure acto
1 ris.Et videretur dicendum quòd † debeat probari de iure actoris:iuxta nota. per doctor. & gloſſ. in l. cùm res.C.de probationib. Nam ſiue loquamur in iure dominij debet probari de iure actoris, vt ibi notatur. & per Dyn. & Barto.in l. ſic.ff. de legat.j. Et per Alexand.de Imol.in l.locus.ff. de acquiren.
2 poſſeſsion. † ſiue etiam loquamur in quaſi dominio, ſeu publiciana debet probari de poſſeſsione& bona fide actoris,de tempore contractus. iuxta nota.per doctor.& gloſſ. in §.aliæ.inſtitut. de action. & in capitu.abbate.de re iudicat. libro ſexto ſicuti quando fuit conſtitutum pręcarij. iuxta nota. per Baldu. in l. quod meo. in principio. & in l.quamuis.ff.de acqu.poſſeſsio. Iſta quæſtio etiam accedit in dicta cauſa hominū Marſanæ & d. Odoardi pretextu

prætextu dictæ venditionis, & emptionis, dictę dominæ Helienor de Vaeſco ſibi factæ per nobilem Humbertũ de Orchano loci Sauzeti de anno domini 1371. die xv. menſis Decẽbris, de qua ſe vult iuuare dictus Odoardi, licèt non fuerit deductum nec probatum de iure dicti de Orchano actoris. Quinimò fuit allegata præſcriptio à data instrumenti vltra ſex viginti annos, licèt dictus Odoardi prætendat interruptionem, prætendendo, quòd eius pater 'aliâs poſſederit aſſenſando quandam particulam terræ cuidam Anthonio Chiffe in loco de Rabiboys, licèt vt ſupradictum fuit eſſet videndum ſi comprehendatur infra limites dictæ venditionis dictę dominę Helienor.

Quæſtio CCXVIII.

QVAERITVR ſuper limitibus cuiuſdã proceſſus literatorij curiæ Cabeoli per dictũ Odoardi obtenti contra nobilem Gulielmũ de Podiogroſſo, vt pretenditur hæredem nobilis Humberti Berniſſonis pro ſumma. xlv. florenorũ & quatuor groſſorum prętextu cuius dictus Odoardi fuit miſſus in poſſeſsionem cuiuſdam domus, grangiæ, terrę, trelliæ, cuiuſdam prati, & alterius terræ ſitarũ in mandamento Marſanæ, & inter cætera de quadam terra ſiue Veyrę ſita in eodem mandamẽto loco dicto à Leſtang, confroñ. à parte orieñ. cum hermacio dicti nobilis creditoris, & à borea cũm riparia vocata de Lancolle, & ab occideñ. cum terra ſiue hermacio Durandi de fonte, & à vento cum terra ſiue hermacio nobilis Ioãnis Marcelli, cum ſuis aliis confinibus, quæ ſolebat nuncupari condomina Berniſſona, & hodie vocatur condomina de Pigro. Et licèt dictus Odoardi ponat Ancellam à vento, tamen dicti homines Marſanæ prætendunt quòd tenementum de Leſtang confroñ. à borea cum riparia Ancellę vt prætendunt dicti homines Marſanæ.

ARGVMENTVM.

Violentia ſi fiat, vel clauſura rumpatur in executione literarum ſaluæ gardiæ, an remediũ ſtat. Si quis per literas, vel reintegrandæ competat.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtè poßidet, qui authore prætore poßidet.*
2 *Reintegrandæ remedio locum eſſe quãdo quis alterius poſſeßionem vigore mandati iudicis ſine partis uocatione conceßi, accipit.*
3 *Reſcripti vigore quem à ſua poſſeßione repelli non, niſi cum cauſæ cognitione, debere.*
4 *Executor qui exequendi modum excedit, appellationi locũ facit.*

Quæſtio CCXIX.

QVAERITVR an remedium ſtatuti, ſi quis per literas, ſeu aliud remedium reintegrandæ habeat locum quando fit ruptura clauſurę ſeu alia violentia in executionem literarum iudicialium manutentionis, ſeu ſaluę gardiæ & affixionis penoncellorum Delphinalium ſeu Ducalium Valentineñ. quando tales literæ important clauſu-
1 lam, & in caſu oppoſitionis &c. Dubiũ facit: † quia qui poſsidet authore prætore, iuſtè poſsidet. l. iuſtè ff. de acqui. poſſeſ. Et hoc verum dum tamen rectè
2 & ritè fiat. ſecundum gloſſ. ibi. † Et ideò quando quis accipit poſſeſsionem alterius vigore mandati iudicis conceſsi ſine vocatione partis, habet locum remedium reintegrandæ. l. meminerint. C. vnde vi. c. conquereñ. de reſtitu. ſpolia. Et eodem modo vi-
3 gore † reſcripti quis non debet expelli à poſſeſsione ſua ſine cauſæ cognitione. l. authoritate. & l. vi expulſos. C. vnde vi. multò fortiùs quãdo literę manutentionis habent clauſulam diei oppoſitionis, non debet quis attentare accipereq́; poſſeſsionem: quia tales literæ reſoluuntur in vim ſimplicis citationis. iuxt. per glo. Bart. & cæteros. in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de oper. noui nunt. & in c. ex parte.
4 le ij. de verbor. ſigni. † Veruntamen ſi iſto caſu executio fieret per executorẽ eſſet opus appellatione, quia excederet modum exequendi. l. ab executione. C. quor. appel. non recip. c. quò ad conſultationem. de re iudic. ſecundum Bar. in d. l. meminerunt. ſed quia hic agitur in materia ſtatuti, ſi quis per literas quòd deuiat à iure communi in quãtum proceditur ſine vocatione partis. Ideò eſſet dubium ſi iſto caſu quando præcedunt literę iudicis habeat locum dictum ſtatutum. de quo per Bar. & cęteros in dict. l. iuſtè. & per do. Guid. Pap. ſuper dicto ſtatuto ſuper verb. per literas. Et iſta quæſtio etiam accidit in dicta cauſa ſtatuti. ſi quis. nobilis Aymari Odoardi contra homines Marſanæ prętextu dictæ rauerıæ de Rabiboys & rupturæ certæ partis clauſurę, per dictos homines ruptæ: quia per prius dicti homines impetrauerant literas expoſitorias manutentionis in curia reſſortus Montilij Adhemarij cum clauſula oppoſitionis ad tertiam diem poſt executionem, & ibidem dicti homines Marſanæ deduxerunt, quòd dictum tenementum de Rabiboys cõfrontatur cũ riparia Ancellæ non faciendo mentionem de matre antiqua dictæ Ancellæ, & idem deduxerunt dicti homines Marſanæ in eorũ articulis corã domino Petro Laterij traditis ſuper contrario poſſeſſorio Incipieñ. Vt vobis, ſuper primo articulo videlicèt, quòd tenementum de Rabiboys confortatur cum riparia Ancellæ à vento: tamen reducendo ad concordiam antiqua mater Ancellæ confrontatur à biſia, & dicti homines in numero triginta ſaluo pluri acceſſerunt ſuper loco cũ ſeruiente deferente dictas literas quas fecerunt publicari, & exequi etiam affigendo penoncellos, & ibi fuit quidã procurator dicti Odoardi, qui ſe oppoſuit: ſed dicti homines proceſſerunt ad vlteriora rumpendo in certis paſsibus dictam clauſuram, & & immittendo coram animalia etiam bouina & equina in dicto tenemento ad depaſcendum: ideò dictus Odoardi intentauit dictum ſtatutum, ſi quis, contra dictos homines Marſanæ, & prę ſertim ratione rupturæ dictæ clauſurę faciendo mentionem de dictis literis reſſortus Montilij Adhemarii, ſed quia dictus Odoardi non obſtante dicta clauſura rupturæ facta in parte proceſsit ad complementum eligiandi dictum tenementum. Et promittendo ipſos ſeruari indemnes conſtante inſtrumento recepto per magiſtrum Garnerij notarium Marſanæ prout depoſuerunt certi homines de eluro, quibus dictus Odoardi dederat ad pretium factum ad eligiendum. Ideò eſſet dubium ſi dicatur dictus Odoardi expoliatus: quia non ſu-

ſpicatus eſt ſe poſſe repelli, ex quo proceſſit ad vlteriora poſt dictam rupturam. facit l. clàm poſsidere. §. qui ad nundinas. & l. ſequen. ff. de acquir. poſſeſ. Prætereà dictus Odoardi non probauit eius poſſeſſionem cum ſcientia & patientia dictorum hominum Marſanæ: quia pretij factores dicti Odoardi de loco cluni depoſuerunt, quòd conſules Marſanæ ipſos reprehendebant de nemoribus dicti tenementi de Rabiboys, etiam eis dicēdo quòd dictus Odoardi malefaciebat volendo eis amouere eorum Deueyſiam, & quòd bene poſſet ipſos pœnitere, & alia perſimilia verba aliter ad præſens non declaro, quia adhuc pendet lis coram curia.

ARGVMENTVM.

De ſignificatione tenementorum de Rabiboys & de Leſtang & eorum confinibus.

Quæſtio CCXX.

QVAERITVR circa ſignificationē illorū tenementorū de Rabiboys & de Leſtāg, & illorū cōfiniū de quibus dictę partes contēdunt, tàm quia dicta cōmunitas Marſanæ quàd. Odoardi: quia ſecundum relationem aliquorum proborum tenementum ſeu locus de Leſtang, magis amplè intelligitur & progreditur quàm Raueria de Leſtang: quia locus de Leſtang incipit à matre antiqua ripariæ Ancellæ diuidente dicta tenementa de Rabiboys, & de Leſtang, dicto tenemento de Rabiboys remanente à parte biſiæ, & tenemento de Leſtang à parte venti. Et durat & progreditur & ſe extendit dictum tenementum de Leſtang vltra nouum alueum dictæ ripariæ Ancellæ, & vltra paſſum de Leſtang, vſque ad tenementum de la moye, infra mandamentum Marſanæ: ſed raueria de Leſtang non ita ſe extēdit, imò includitur infra matrem antiquam Ancellæ & nouum alueū ipſius ripariæ Ancellæ vbi de præſenti fluit. Et ideò in inſtrumento dictæ dominæ Helienor de Vaeſco vbi fit mentio de loco de Leſtang & de riparia Ancellæ poſſet oriri dubium ſi intelligatur à matre antiqua dictæ ripariæ Ancellę vel de nouo alueo ipſius ripariæ. Licèt dictus Odoardi in eius articulis deduxerit, quòd dicta riparia Ancellæ ſemper & ab æuo habuit eius curſum vbi de præſenti fluit.

ARGVMEMTVM.

De expenſis commiſſariorum.

SVMMARIVM.

1 *AEquitas in iudicijs ſeruanda.*
2 *Ratio naturalis allegari poteſt lege deficiente.*
3 *Expenſæ commiſſariorum ueniunt in expenſarum condemnatione.*

Quæſtio CCXXI.

QVAERITVR quando fit commiſsio communiter duobus dominis curiæ pro ambabus partibus ad examinandum teſtes, & viſitandum loca contentioſa, & producendum eorum inſtrumenta coram commiſſarijs, & dandum articulos, & contingat quòd plus vacetur in numero dierum pro altera parte, an iſtud debet fieri expenſis & ſumptibus proprijs illius partis pro qua plus vacatur, & videretur dicēdum quòd ſic: † quia æquitas debet ſeruari in iudicijs. l. fina. C. de fructib. & litium expenſis. & ita ex quo plus vacatur pro vna parte plus debet contribuere in expenſis, † & vbi lex deficeret, ſufficeret allegare rationem naturalem: ſecundum Iaſonem in l. illam. C. de collatio. licèt † ex poſt facto iſtę expenſæ & vacationes manuleuatę hincinde venirent in condemnatione expenſarum, ratione victoriæ cauſæ. l. properandum. §. ſi autem. C. de iudic. iſta quæſtio etiam accidit in dicta cauſa dictorum Odoardi & ſyndicorū Marſanæ: quia domini commiſſarij plus vacauerunt in numero dierum in examinando teſtes pro parte dicti Odoardi, ideò domini commiſſarij ordinauerunt quòd dictus Odoardi ſolus manuleuet expenſas, & vacationes pro illo pluri tempore.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officij eſſe cuncta perſcrutari.*
2 *Interrogatoria ubi æquitas ſuggerit fienda.*
3 *A uerbis contractus non recedendum.*

Quæſtio CCXXII.

QVAERITVR quia ad iudicem ſpectat cuncta † rimari. can. iudicantem. xxx. quęſti. vltima, & vbicunque † monet æquitas iudicem poſſunt fieri interrogatoria. l. vbicunque. ff. de interroga. actio. cap. cùm Ioannes. de fid. inſtrumen. & ideò videretur bonum iuſtum, & æquum, ex officio dominorum commiſſariorum, quòd deputarentur duo probi non ſuſpecti de conſenſu ambarum partium electi ad viſitandum & mēſurandum dictum pratū clauſum per dictum Odoardi, & ad referendum ſuper numero ſeſtariatarum terræ & valore ipſius, & deinde erit opus viſitare loca principaliora de quibus fit mentio in inſtrumentis dictarum partium. Primò de itinere publico quod tēdebat per pratum clauſum per dictum Odoardi ad podium ſancti Martini. Secūdò, quòd viſitetur circa pedem dicti prati clauſi per dictum Odoardi à parte matris antiquę ripariæ Ancellę quę diuidit raueriam de Rabiboys per raueriam de Leſtang vſque ad paſſum de Leſtang & nouum alueum dictæ ripariæ Ancellę vbi de præſenti fluit, & iſti etiā confines viſitentur. Tertiò viſitetur iter publicum metarum ruynacij, & ſciatur ſi ſit illud iter publicū quod eſt vltra paſſum de Leſtang, tendendo de ſancto Geruaſio apud Ruynacium, & an verò ſit illa draya intermedia per quam acceditur ad locum rupis ſupra grauam propè robinam. Quartò viſitetur locus de Leſtang vltra ripariam Ancellę vſque ad locum de Lamoye à parte venti mandamenti Graue. Quintò viſitetur illud iter publicum de quo fit mentio in inſtrumento dominæ Helienoris de Vaeſco à quo ſe extendit quod eſt infra dictos confines. Sextò viſitentur tres limites terrarum priuatarum de quibus fit mentio etiam in dicto inſtrumento dominæ Helienoris, & maximè reſpectu poſſeſsionum nobilis Humberti Berniſſonis, & Gulielmi Iuliani. Nam terra matris Gurralorū quę eſt in loco de Rabiboys nō fuit Gulielmi Iuliani, ſed Iuliani Guillerti prout prætēdūt homines Marſanæ, & pariter poſſeſsio Hūberti Berniſſonis quę prętenditur inde fuiſſe iſtorum de podio groſſo,

groſſo, hæredum Humberti Berniſſonis eſt ſita in loco de Leſtang, quam poſsidet dictus Odoardi. Et ſi dicatur etiam quòd eſt vna alia poſſeſsio dicti Berniſſonis in loco de Rabiboys: tamen debet intelligi de illa quæ eſt ſita in loco de Leſtang, & non de Rabiboys, quæ ſunt diuerſa & ſaparata:
5 quia † à verbis contractus non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de lega. iij.

ARGVMENTVM.

De vſu paſcuorum.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus ad tempus non conſtituitur.*
2 *Seruitus pecoris paſcendi realis dicitur.*
3 *Seruitutis ius ſeu uſus quòd ad certum tempus conſtitui poſsit.*
4 *Paſcua quòd in certa anni parte prohibeantur ſtatuto fieri poteſt.*
5 *Paſcuis uti moderatè & iuxta patrimonij uires unumquemque oportere.*
6 *Paſcua communia fructibus recolectis.*

Quæſtio CCXXIII.

QVAERITVR an deueiſium paſcuorum animalium poſsit defendi in certa temporis parte anni & in alia non, & an quis debeat vti moderatè paſcuis communibus, pro quantitate poſ-
1 ſeſsionũ quas habet in loco. Dubium facit: † quia ſeruitus nõ poteſt cõſtitui ad tẽpus: cũ tẽpus nõ ſit modus tollẽdæ obligationis. l. obligationũ fere. ff. de action. & obligatio. & idem videtur in ſeruitute
2 pecoris depaſcendi. l. ad tempus. ff. de serui. † Nam talis ſeruitus pecoris paſcendi in dubio dicitur realis. l. pecoris. ff. de ſeruitu. ruſtico. prædior. Veruntamen
3 hoc non obſtante interdum † ſeruitus conſtituit ius ſeu vſus ſeruitutis per interuallum temporis dierum: & iſto caſu requiritur tempus duplicatum ad præſcribendum libertatem ſeruitutis. l. ſi ſcit. ff. quemadmodum ſeruit. amittatur. l. penulti. C. de ſeruit. Et ideò † per ſtatutum poteſt in-
4 troduci quòd paſcua in certa parte anni ſint prohibita, & indefenſo ſeu deueiſio, & iſto caſu ille qui fundat ſe ſuper tempore permiſſo & prohibito, debet probare: ſecundum Bartol. in l. non ſolùm. §. ſed an probari. ff. de oper. noui nuntia. & bald. in l. matrem. C. de probatio. & pariter quando paſcua
5 ſunt permiſſa † quis debet vti moderatè abſque emulatione, ſecundum quantitatem patrimonii. l. ſi teſtatrix. & ibi Alberic. ff. de ſerui. ruſtic. prædi. Et iſta quæſtio etiam accidit in dicta cauſa hominum Marſanæ & dicti Odoardi: quia dicti homines prętendunt, quòd quolibet anno in dicto loco Marſanæ ſit deueyſium in raueriis de Rabiboys & de Leſtang pro animalibus laboris, ita quòd durãte deueyſio non eſt licitum immittere animalia brama ad depaſcendum ibi cum non laborent, nec ponantur in aratro, & hoc à feſto beatę Mariæ menſis Marci vſque ad feſtum omnium ſanctorum & poſt illud tempus eſt permiſſum ponere ibi animalia, li-
6 cèt † in terris cultis & ſeminatis poſt recollectam pręvſiam paſcua ſint communia, & idem in prati nõ clauſis, quia ſi animalia intrent non data opera ex ſe ipſis non eſt locus inqueſtæ, cum faciant, ſecundũ eorũ naturam. l. qui ſeruandarũ. de præſcri. verb. & ita ſeruatur de cõſuetudine loci Marſanſæ.

ARGVMENTVM.

Poſſeſsiones an tributariæ efficiantur prætextu libri in quo deſcriptæ & æſtimatæ ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Onus quòd poſſeſsionibus imponitur, eſt reale, & ad quoſcunque poſſeſſores tranſit.*
2 *Eccleſia & nobiles onera realia ſoluere tenentur.*
3 *Libro cataſtri præſumptiuè probari.*

Quæſtio CCXXIIII.

QVAERITVR an prætextu libri cataſtri, ſeu regiſtri vel æſtimi vbi deſcribũtur omnes poſſeſsiones cultæ & fertiles territorij alicuius loci & æſtimantur, exceptis terris hermis poſſeſsiones efficiantur tributariæ pro tallijs & ſubſidijs, vt omnes teneantur etiam nobiles, & an per librum cataſtri probetur plenè intentio alicuius, & in effectu per talem librum regiſtri onus efficitur reale, & tranſit ad quoſcunque poſſeſſores. l. forma. ff. de
2 cenſi. l. de his. C. de epiſcop. & cleri. † adeò quòd nobiles & eccleſiæ tenentur ad talia onera: ſecundum Innocen. in cap. poſtulaſti. de foro competen. & Bartol. in l. reſcripto. §. fina. ff. de muner. & one. & in l. placet. C. de epiſc. & cleri. Licèt in hoc reſeruet iudicium ſanctæ matris eccleſiæ. Attamen ſecundum Bald. ibi hoc verum ſi talis liber cataſtri fuit factus authoritate principis, de quo ibi latiùs
3 per Iaſo. † Veruntamen per talem librum probatur ſaltem præſumptiuè: iuxta nota. per docto. in l. ix. ff. de verbor. obliga. Et ita eſt in propoſito: quia dicti homines Marſanæ vtuntur libro cataſtri, & nituntur probare quòd dictę raueriæ de Rabiboys & de Leſtang non ſunt in bonis alicuius priuati, ſed ſunt communes ex quo non reperiuntur deſcriptę in dicto libro cataſtri.

ARGVMENTVM.

Vniuerſitatis actus quomodò gerendus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Actus uniuerſitatis non, niſi à duabus partibus geratur, ualet.*
2 *Ius uniuerſitatis quòd penes unum eſſe poſsit.*

Quæſtio CCXXV.

QVAERITVR an in actu vniuerſitatis ſaltem ſeculari requirãtur ad minus duæ partes vniuerſitatis: & an ſufficiat maior pars iſtarum
1 duarum partium. † Et videretur dicendum quòd ſic. l. nulli. & l. ſicut. ff. quòd cuiuſque vniuerſi. l. quod maior pars. ff. ad municipa. Nec obſtat ſi di-
2 catur, quòd † ius vniuerſitatis poteſt reſidere in vno. dict. l. ſicut. §. final. cap. gratum. de poſtulati. prælatorum. quia hoc verum vbi omnes alij eſſent mortui vel vocati, & contumaces, quia redderent ſe indignos: iuxta nota. per Innocen. & Panormi. in c. cùm inter. & cap. cùm à nobis. de electi. Iſtud etiam facit pro dicta cauſa hominũ Marſanæ, quia aliqui vocati non curant intereſſe in cauſis contra dictum Odoardi.

SVMMARIVM.

1 *Factum à maiori parte, quòd minori præiudicat.*

Quæſtio CCXXVI.

QVAERITVR ſuper tributo vingteni dicti loci Marſanæ an poſsit implicari.& cõuerti etiam pro proſecutione litis cõtra aliquos particulares. Et ſi tales particulares tenentur, contri-
1 buere. Et videretur ꝙ ſic: quia † quod maior pars vniuerſitatis facit,præiudicat minori.d.l. quòd maior pars.ff.ad munic.& pro hoc facit glo.in cap.cupiẽtes.§.ad hoc.de elect.lib.vj.& per Panor.in c. vt præteritæ.de elect. Et iſtud etiam facit pro cauſa dictorum hominum Marſanę contra dictum Odoardi,ſuper vingteno:quia dictus Odoardi vult prætẽdere,quòd non debeat ſoluere vingtenum vt conuertatur ad litigandum contra ipſum, ſed debeat implicari in fortificatione murorũ dictæ villę Marſanæ, iuxta formam priuilegij dicti vingteni vbi vt fertur, hoc cauetur.

Quæſtio CCXXVII.

QVAERITVR an literæ comendaticiæ obligent pro pecunia exburſata,pro impetratione officij,quæ non fuit ſortita effectum. Et iſtud etiam facit pro cauſa ſupplicationis honorabilis Anthonij Buaterij argẽterij Benedicti Buaterij mercatorum Lugduni, contra egregium dominum Petrum Laterij conſiliarium Delphinalem eorum ſororum,& Petrum Vareiæ: quia dictus dominus Laterij reſcripſit in effectu literas miſſorias dicti Buaterij ad petitionẽ d. inſtãtis dicti Vareiæ ſuper impetratione officij ſecretariatus curiæ parlamẽti magiſtri Anthonij Actuerij: quia pro tũc detinebatur graui infirmitate: quia per dictas literas mãdabatur, ꝙ dicti Buaterij facerent diligentiã ſuper impetratiõe dicti officij,vt obtineretur pro dicto Varcię,& quòd non dimitterent pro centum aut ducentum ſcutis,adeò quòd pro curſore ſeu poſta tradiderunt viginti quinque ſcuta,& dictus argẽtarius tradidit nobili Petro Detardam dicto le baſco ſcutifero quinquaginta ſcuta auri ſolis, & pro ſcriptura & ſigillo literarum tria ſcuta,licèt dictus Actuerij cõualuerit & non habuerit effectum dicta impetratio.facit l.ſi alicui.§.ſi imperiũ.& l.ſi verò.§.quędam.l.quintus.l. creditor.§. Lucius. ff. mandati.l. etiam.& l.ſi literas.& l.ſi contra.C.manda.

SVMMARIVM.

1 *Bulla apoſtolica in qua omnes & ſinguli fructus reſignati beneficij reſeruantur,qui fructus ueniant.*

Quæſtio CCXXVIII.

1 QVAERITVR quando in bulla † apoſtolica reſeruantur omnes & ſinguli fructus, redditus,& prouentus, beneficij reſignati, an iſto caſu comprehendantur quotidianæ diſtributiones facultas dandi vocem in capitulo,eligendi, præſentandi,& conferendi beneficia, de quo habetur per gloſſ.& doct.in cap.querelam.de elect.& cap. cùm veniſſent.de in integrum reſtitu.& in cap. cùm ſuper.de cauſ.poſſeſs.& proprieta.& cap. cùm olim. eod.titul.& in cap.conſultationibus.de iur. patro. & in cap.ſi.de reſcript.lib.vj.& in c.ſi. de conceſsi, præben.lib.vj.& ibi per Gemin.& cæteros.

ARGVMENTVM.

Nouum opus nuntiãs an de dñio docere teneatur.

Quæſtio CCXXIX.

QVAERITVR an in remedio edicti nuntiationis noui operis, vel actionis negatoriæ, debeat apparere de dñio ſaltẽ incidẽter nuntiantis ſeu intẽtantis negatoriã actionẽ. Iſta quæſtio etiã accidit in cauſa ſupplicationis honorabilis magiſtri Gulielmi Galiffeti ſecretarij Delphinalis,contra egregium dominum Anthonium Giroudi legũ doctorem,& Claudium Colini,prætextu domus albergariæ interſignij mulæ huius ciuitatis Grationopo. Quia dictus Galiffeti in eius ſupplicatione petijt inhiberi dictis Giroudi & Colini, ne procedãt ad certa ædificia,iam cœpta tolli & aliàs prout in ſupplicatione dicti Galiffeti continetur. Et licèt fuerint productæ partandæ factę de dicta domo de anno domini 1058. inter Claudium Grallij & Margaritam vxorem magiſtri Andreę Girardonis ita quod prima pars anterior dictę domus peruenit ad partem dictæ Margaritę, & poſterior pars dictę domus peruenit ad partem dicti Claudij Grallij, ita quòd dictus Galiffeti prætendit per certa media quòd anterior pars dictæ domus ſibi ſpectat, & quòd ſucceſsit in hac parte in locum dictę Margaritæ & econtra dicti Giroudi & Colini prætendunt ſucceſsiſſe in locum dicti Claudij Grallij. Veruntamen dicti Galiffeti Giroudi, & Colini, non ſunt nominati in dicto inſtrumento partendarum & ideò per lecturam dicti inſtrumenti appareret de non iure ipſorum, niſi aliter iuſtificent de eorum intentione: iuxta nota. per Baldum in l. ff. de iniuſto rupto.

ARGVMENTVM.

De inuentario facto per priuatos.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium priuatum quò ad eaſdem partes domi probat quò ad tertium uerò non.*
2 *Locatione rerum locatarum dominium non probari.*
3 *Fodrum eius eſſe cuius cubiculum,in quo eſt ſitum,eſt.*

Quæſtio CCXXX.

QVAERITVR an per inuentarium priuatum probetur dominium rerum deſcriptarum in inuentario ſaltem ad præiudicium tertij, & quid ſi interuenerit locatio. Et in effectu prima facie
1 cie videretur dicendum † quòd tale inuentarium probat quò ad partes, ſed non quò ad tertium. l. final.C.arbi. tutel. iuxta nota. per Bartol.in l. tutor qui repertorium.ff.de adminiſtra.tuto.quia alij
2 non fuerunt vocati † nec per locationem probatur dominium.l.ad probationem,cum ibi nota.C. loca. Iſta quæſtio etiam accidit in cauſa dicti Galiffeti:quia ipſe locauit dictam domum pro parte ſua
3 Danioleti & certis hoſpitibus, & tradidit † etiam fodrum dictę domus per inuentarium,quod exiſtit etiam in cameris alterius partis dictæ domus,& dicti Giroudi & Colini prętendunt quòd dictum fodrum exiſtens in eorũ cameris, ad eos pertineat, & quòd ſunt fundati de iure communi:iuxta nota. in l.ij.C.de rei vendi. Et dictum inuentarium non eis pręiudicat cùm non fuerint vocati.

ARGVMENTVM.

Imbreuiatura notarij altera manu quàm ſua ſcripta,ſubſcripta tamẽ ab ipſo notario, an fidẽ faciat.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Abbreuiaturas notarius propria manu ſcribere tenetur.*

2 *Abbreuiatura non niſi publici inſtrumenti ſolemnitates habeat, fidem facit.*

3 *Imbreuiaturam ab altera partium ex contrahentibus ſcribi uetitum.*

Quæſtio CCXXXI.

QVAERITVR an nota ſeu prothocolum notarij ſcriptum manu alterius partis, licet ſit ſubſcripta vel ſignata manu dicti notarij,
1 probet. Dubium facit: † quia nota ſiue abbreuiatura notarij debet ſcribi manu propria ipſius: iuxta notata per Bald. in authentic. de tabellio. §. nos igitur. collatione. iiij. & debet eſſe in mundum redacta, & ſine macula. l. contractus. C. de fide instrumento. ſecundum Bartol. in l. fideicommiſſa.
2 §. quotiens. ff. de legat. iij. † & debet habere ſolemnitatem inſtrumenti publici aliàs non probat. iuxta. nota. per Doctores in dict. l. contractus. & in ca
3 pit. cùm P. tabellio. de fide inſtrumento. † multo fortiùs prohibetur ſcribi per alteram partium. cùm ſint ſuſpectæ partes ad ſcribendum in caſu proprio. l. vxore. ff. de fal. l. ij. C. de his, qui ſib. adſcrip. licèt poſſet dictari per alteram partium. argu. l. dictantibus. C. de teſtamen. ſecundum Speculato. in titu. de inſtrumen. edit. §. reſtat. & Panormita. in capitu. cùm P. tabellio. circa finem. Iſtud facit pro cauſa Benedicti Anglancerij, contra hæredes domini montis Placentis, prætextu cuiuſdam donationis productæ per dictum Anglancerij, leuatæ & ſignatæ per Ioannem Montanerij dum eſſet clericus curię Balliuatus Viennelij, & terrę turris, quòd eſſet notarius creatus, & hoc de notis Antonij Mõtanerij eius patris, licèt illa nota fuerit repetita in biaſsia ſeu filiaſsia quam ſcripſit dictus Anglancerij, vt retulit dictus Ioannes Montanerij, de qua materia aliàs ſcripſi in quodam alio primo volumine cautelarum arduarum in tractatu de fide inſtrumen.

ARGVMENTVM.

De Ciuitate, Caſtro aut territorio pluribus communi.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio quòd indiuiſibilis ſit exiſtens penes quenlibet dominum inſolidum.*

2 *Iuriſdictionis commodum ſecundum quotam inter dominos indiuiſibile.*

3 *Officiarij ciuitatis pluribus communis quòd alternatis annis per dominos conſtitui debeant.*

4 *An ratiõe prehemineñtiæ par in parem iuriſdictionẽ habeat.*

5 *Si ciuitas ſit communis eccleſiæ & ſeculari, quis in conſtituẽdis officiarijs & iuriſdictione exercenda præferatur.*

6 *Prohibentis conditio in re communi potior habetur.*

7 *De terra ligia Ebredunenſi.*

Quæſtio CCXXXII.

QVAERITVR quando ciuitas, caſtra aut territoria, vel aliquæ terræ ſunt communes, inter aliquos principes ſeculares, & prælatos eccleſiarũ, an dicti domini poſsint concedere vnus ſine altero abolitionem criminum literas, inducias annales, vel quinquennales, & de modo ponẽdi officiarios & exercendi iuriſdictionem. Et in effectu
1 prima facie videretur dicendum, † quòd iuriſdictio dicitur indiuiſibilis, & inſolidum penes quemlibet dominorum: iuxta notata per Bartol. in l. Pomponius viij. ff. de re iudic. & per Panormita. in cap. prudentiam. in princip. ff. de offi. delega. ita quod in re communi quis etiam dicitur dominus. l. ſerui ele-
2 ctione. §. j. ff. de lega. j. † licet commodum iuriſdictionis debeat diuidi inter condominos: ſecundum quotam, & partes ipſorum: ſecundum Barto. in d.
3 l. Pomponius. viij. † Et pariter officiarij debent conſtitui alternatis annis per dictos dominos: ſecundũ gloſſ. & Panormita. in capit. duobus. de re iudi. & licet in re communi potius ſit cõditio prohibentis. l. Sabinus. cùm ibi nota. ff. communi. diui. & par in parem non habeat imperium. l. nam magiſtratus. ff. de alb. l. ille. à quo. §. intempeſtiuum. ff. ad trebel
4 lia. † Veruntamen ratione præhemineñtię, quando ſunt plures domini in aliquo caſtro & territorio vnus poteſt habere imperium in alterum parem: iuxta not. per Bald. in capit. j. qualiter vaſa. iura. de fide. ſicut ſolet dici de Romulo & Remo. in l. fina.
5 ff. de rer. diui. Et ita prima facie † videretur dicendum, quòd eccleſia tanquàm dignior quando habet iuriſdictionem communem cùm principe ſeculari, quod debeat habere præheminemtiam. facit cap. ſollicitè, de maiori. & obedięn. & quòd ſolent. notari per Barto. in l. ſi quando. C. de appella. & in l. fina. ff. de colle. Sicuti etiam dicitur de vniuerſitate ſtudentium quando vna pars eſt eccleſiaſticorum, & alia pars laycorum vt magis dignum trahat ad ſe minus dignum. argumen. l. ſi quis argentum. ff. de donationi. Iſtud facit pro cauſa reuerendiſsi. domini Archiepiſcopi Ebredunenſis, contra homines Guilleſtre iunctò cùm eiſdem hominibus procuratore generali Delphinali, quia incidenter in dicta cauſa pro parte dicti domini Archiepiſcopi fuit deductum, quòd ciuitas Ebreduni dicitur terra communis, inter dominum noſtrum Delphinum, & dictum dominum Archiepiſcopum, & eſt ſolita regi per dictos homines cum locis de ſancto Andræa de Sancto Colocto re & ruribus, Chalueto, Caleria, & Podio celonorum & ſunt de eodem ſyndicatu cum dicta ciuitate, & licèt locus Caturricarum ſit de dicta terra communi, & regatur per iudicem communem & alios officiarios communes: tamen non eſt de eodem ſyndicatu Ebreduni, & ſecundum pactiones dictorum condominorum vno anno dominus noſter Delphinus ponit iudicem & clauarium & dominus Archiepiſcopus procuratorem fiſcalem, & ècontra, dictus dominus Archiepiſcopus ponit pro ſuo anno & turno dictos officiarios, & quilibet condominorum habet ſuum grapharium, in dicta curia communi, adeò & intantum, quòd ſecũdum iudicium aliquorum patria Ebredunenſis dicitur in triplici differentia quia primò dicta terra communis ciuitatis Ebreduni cum alijs locis ſuprà deſignatis, & quando contingit appellari à dicto iudice communi, tunc alter condeminorum vel eius vicarius quando eſt præſens prouidet de iudice appellationum. Et in tertia inſtantia, quando contingit ſecundo appellari, tunc domi. Archiepiſcopus vt fertur, prouidet de iudice

peratorem. Et ideò bonum eſſet videre infeudationes & homagia qualiter loquantur, & præſupponit pars fiſcalis dominus noſter Delphinus tenet locum Imperatoris in patria Delphinatus,& quòd debeat appellari & recurri ad dominum noſtrum Deldhinum ſeu ad eius curiam Parlamenti Delphina. quæ gerit vicē domini noſtri Delphini. Ad præſens aliter non declaro, quia pendet lis coram curia. Sed ſolùm hæc ſcribo, vt magis poſsit perpendi veritas in futurum. De hac quæſtione etiam aliquid tetigi ſuprà.

ARGVMENTVM.

Prælatus eccleſiæ temporalem iuriſdictionem habens, an gratias abolitionum concedere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Prælatis eccleſiæ fiſcum non habent.*
2 *Fiſcum habere eſt de regalijs ſupremis dominis reſeruatis.*
3 *Regalia quæ ſunt in ſignum uniuerſalis dominij & ſubiectionis impræſcriptibilia ſunt.*
4 *Papam temporalia curare non debere.*

Quæſtio. CCXXXIIII

QVAERITVR an Prælatus eccleſię habens iuriſdictionem temporalem poſsit & valeat cōcedere gratias abolitionum in delictis, vel cōcedere inducias annales, vel quinquēnales debi
1 toribus. Dubium facit: † quia Epiſcopus, Archiepiſcopus, vel alius prælatus eccleſiæ non habent fiſcum: ſed ſolùm Papa, Imperator, vel alius prin-
2 ceps non recognoſcens ſuperiorem: † quia habere fiſcum eſt de regalijs reſeruatis ſupremo dominio. capitu. j. de regali. ſecundum Bald. in rubrica. C. de iure fiſci. de quo per gloſſ. & doctor. in capitu. quia diuerſitatis. de conceſ. præbend. Nec obſtat ſi dicatur quòd poſſunt præſcribi regalia per tempus cuius initij memoria hominis non eſt in contrarium. cap ſuper quibuſdam. §. prætereà de verbor. ſigni-
3 ficatio. † Quia ad iſtud reſpondetur, quòd non omnia regalia ſunt præſcriptibilia, ſaltem ea quæ ſunt in ſignum vniuerſalis dominij, & ſubiectionis. l. cōpetit. C. de præſcriptio. triginta vel quadragin. annorum. capit. cùm non liceat. de præſcript. Et iſtud etiam facit pro dicta cauſa domini Archiepiſcopi Ebreduni, quia ipſe vult prætendere quòd in dictis terris & territorijs ſui Archiepiſcopatus in quibus habet inſolidùm iuriſdictionem temporalem, quòd ipſe conſueuit concedere abolitiones vel inducias annales, vel quinquennales, licèt ipſe recognoſcat ſuperiorem ſummum pontificem, tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus, vt prætendit, licèt ſecundum aliquos in temporalibus debeat recognoſcere Imperatorem, & quòd antiquitùs ſolebat appellari ad Imperatorem, & quòd in domo Archiepiſcopali Ebreduni ſolebat eſſe camera impe-
4 rialis, Pro quo facit: † quia Papa non debet ſe intromittere de temporalitate: quia iuriſdictio ſpiritualis & temporalis ſunt diſtinctè. capitu. nouit. cum ibi nota. de iudic. capitu. ſolitè. de maior. & obedientia. Quia Imperator eſt fundatus de iure communi in temporalitate. capitu. in apibus. l. de præcatio. ff ad legē Rodiam. de iact. ſecundum Ioannem Fab. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinita. & fide catholica.

ARGVMENTVM.

An in terra communi vnus alterius abuſum ſupplere poſsit.

Quæſtio CCXXXV.

QVAERITVR an in territorio communi licitè poſsit vnus condominorum ſupplere abuſum & defectum alterius, & an deuoluatur poteſtas de vno ad alium, ſicuti de prælato ad capitulum, & econtrà. Et iſtud etiam facit pro dicta cauſa domini Archiepiſcopi Ebreduni: quia interdum in terra communi ciuitatis Ebreduni, & aliorum locorum terræ communis, ſubditi recurrunt ad curiam Parlamenti propter abuſum officiariorum, & obtinent prouiſiones, quas faciunt exequi in dicta terra communi, abſque inſinuando & petendo licentiam territorij, de quo ſe prætendit grauatum dictus dominus Archiepiſcopus, & quòd iſtud fuit contra pactiones dominorum. Quinimò pretendit quòd ſit ſuperior domi. noſtro Delphino in comitatu Ebreduni, & debet tenere in homagiū dictum comitatum à dicto domino Archiepiſcopo, & quicquid tenet infrà loco dit Partu de roſtaing, & infrà diœceſim Ebredunenſem. faciunt nota. per Bald. in capitu. quali. vaxa. iura de libere. fid.

ARGVMENTVM

De pactionibus initis inter DN. Delphinum & Archiepiſcopum Ebreduni.

SVMMARIVM.

1 *Verb. Quod confirmetur per Romanum pontificem, in tractu eccleſiaſtico appoſita, quid importent.*

Quæſtio CCXXXVI.

QVAERITVR ſuper pactionibus dudū initis inter quondam dominum Bertrandū Archiepiſcopum Ebreduni, & dominum Guigonē Delphinum, de anno domini. M. cccxxxij. vbi ponuntur plura capitula prætextu ciuitatis Ebreduni, & alterius terræ communis Ebreduni, quòd debet exerceri iuriſdictio per officiarios communes, nec per alterum cōdominorū, & quòd in prima appellatione vterque dominorum prouideat de iudice in prima appellatione ſi ſit præſens, vel alter ſolus in abſentia alterius, & quòd dominus Delphinus faciat homagium dicto domino Archiepiſcopo de dicta terra communi & comitatu Ebredunēſi, & parte de Roſtaing, & de eo quòd habet infrà diœceſim Ebreduneñ. & inter cætera fuit actum, ꝙ dictus dominus Archiepiſcopus teneatur intrà annū huiuſmodi tranſactionē & ſingula capitula eiuſdem per ſummū pontificē & capitulum eccleſiæ Ebreduni ratificari facere, aliàs ꝙ dicta tranſactio ſit nulla, & aliàs prout pleniùs ibidem dicitur contineri. An per hoc neceſſariò poſsit inferri ꝙ ſuperioritas temporalitatis dictæ ciuitatis Ebreduni, & aliæ terræ communes pertineant ad Romanum
Pontificē propter dicta verba † ꝙ cōfirmetur per 1
Romanū pōtificē. Dubiū facit: quia illa verba potiùs denotant ad ſupplendum defectum ſolēnitatis alienationis rei eccleſiaſticæ, de qua in c. ſine exceptiōe. xij. q. ij. quā denotetur aliqua ſuperioritas tēporalitatis pertinere Romano Pōtifici. Et iſtud etiam demonſtratur per verba dictæ tranſactionis,

appellationum, in tertia inſtantia, ſecundum pactiones dictorum condominorum, & vt prætendre: idem dominus Archiepiſcopus dominus noſter Delphinus facit ſibi homagium de dicta terra communi in quantum concernit pareriam Delphina. Sed reſpectu literarum abolitionis in delictis vel in duciarum quinquennalium, vel annalium, vnus non poteſt concedere ſine altero. Sed oportet quòd
9 interueniant literæ amborum: † quia in re communi potior eſſet conditio prohibentis.dict.l. Sabinus.ff.communi.diui.prout ſupra plenius fuit ta
5 ctum. Secunda verò terra Ebredunẽſis.dicitur Delphinalis veluti locus de Barraterio Montiſmurati, de Sabina, licètjibiſint aliqui parerij:tamen dominus noſter Delphinus habet regalia, & ſic de alijs locis Delphinalis patriæ Ebredunenſi, & ita terra eſt ſolita Regi per dominum iudicem palacij Delphinalis Ebreduni, licèt etiam habeat reſortum in certis caſtris vaſallorum dictæ patriæ Ebredunenſi vti Argenteriæ de Beſſaca & ſimilibus, ad ipſum appellatur gradatim tanquàm immediatum ſuperiorem. l.imperium.ff.de appellatio. Veruntamen quando contingit quòd aliqui ſubijciũtur terræ communi Ebreduni vel etiam terræ ligiæ Archiepiſcopatus, ſunt ſubmiſsi in dicta curia palatij Ebreduni, dictus iudex palatij requirit officiarios terræ communis, vel ligiæ, Ebreduni, & non per modum authoritatis, ſed conceduntur ſibi li-
7 teræ nexæ vt referunt aliqui pratici. † Tertia verò terra appellatur terra ligia eccleſiæ Archiepiſcopatus Ebreduni. Et vt fertur ſunt xiiij.caſtra vti Guilieſtre, San. Criſpini, San. Clementis, de caſtro Rodulpho, de Riſolis, verſi. & ſic de ſimilibus, licèt ſint tria caſtra in quibus ſunt certi parerij, vti Rupis Chancellatæ, Monti gardini. Et in iſtis terris & territorijs Archiepiſcopatus Ebreduni, do. Archiepiſcopus Ebreduni ſolus ponit officiarios, & vult prætẽdere, quòd non ſunt de diſtrictu Delphina. adeò quòd quando authoritate ſummi pontificis imponitur decima papalis in hac patria Delphina. iuxta clemen.fina.de deci.quòd non ſe extendant ad dicta caſtra, & territoria Archiepiſcopatus. Et de hac materia etiam tetigi ſuprà,

ARGVMENTVM.

Ad quem ſit appellandum à iudice temporali eccleſiæ.

SVMMARIVM

1 *Appellandum eſt à temporali eccleſiæ iudice ad temporalẽ ſi de feudo agatur.*
2 *Princeps concedens in feudum caſtrum aut territorium in dubio quòd appellationis & ſuperioritatis ius ſibi reſeruare uideatur.*
3 *Cauſæ quòd committi non poßint ut in ſuperioris præiudicium ad delegantem appellatur.*
4 *Appellationis ſubſtantiæ eſſe, ut de minori ad maiorem appelletur.*
5 *Statutum quo appellari ad ſuperiorem prohibetur eſt inualidum.*
6 *Authoritas ſuprema ſuperioris impræſcriptibilis.*

Quæſtio CCXXXIII.

QVAERITVR ad quem ſit appellandum à iuriſdictione eccleſiæ, & an poſsit committi ſeu delegari cauſa ſecundæ appellationis ſeu inſtantia, ad præiudicium ſuperioris. Et in effectu quo ad primam appellationem videretur dicendum, quod ſit appellandum ad immediatum ſuperiorem eccleſiaſticum.capitul. Romanam.§.debet.de appellationi. libro.vj.niſi aliter conſuetudine aut
1 priuilegio caueatur, vt ibi habetur, † vel in cauſa feudali quando moueretur de homagio alicuius domini temporalis, vt ibi habetur.capit.ſolitè.cùm ibi nota.de maiorita.& obedien. Et licèt in infeudatione caſtri vel territorij cum omnimoda iuriſdictione veniat prima cognitio cauſarum ciuilium vel criminalium, tamen non veniunt appellationes, niſi expreſsè dicatur: ſecundum Ange.in l.j.§.j.ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſditio. Quinimò quando princeps infeudat caſtrum ſeu territorium in dubio videtur ſibi reſeruare ius appellationis & ſuperioritatis: ſecundum Ioann. Andr.in ad ditio.ad Specula.in titu.de iuriſdictio.omnium iudi.niſi fieret donatio eccleſiæ Romanæ vt ibi habetur. Et ſic debet appellari ad dominum feudi:ſecundum Innocen.in capitu.cęterum.de iudic.& in ca-
3 pitu.verum.de foro competen.& ibi † Panormita. nec poſſent committi plures aut omnes cauſæ, vt appelletur ad delegantem in fraudem ſuperioris ad impediendum ne ad ipſum veniant appellationes ſecundum Geminia.& cæteros in capit.ij. de con-
4 ſuetudi.libr.vj. † quia de ſubſtantia appellationis eſt quòd appelletur de minori ad maiorem: vt ibi
5 habetur.& l.j.§.ſi quis.ff.de appellationi.† nec valeret ſtatutum inferioris, per quod prohibetur appellatio ad ſuperiorem, quia eſſet in præiudicium authoritatis ſuperioris.capitu.venientes.de iureiu-
6 rando. † Nec poſſet præſcribi contra ſupremam authoritatem ſuperioris.capitu.cùm non liceat. & capitu.ex officio.de præſcriptioni.ſecundum Innocen.in capitu.bonæ.el ſecundo de poſtulatio. præla.& Bald.in authentic.quas appellationes. C. de ſacroſanct.eccleſ. Et iſtud etiam facit pro cauſa hominum Guilieſtræ iuncto cum eiſdem hominibus domino procuratore generali Delphinali, contra reuerendiſsimum dominum Roſtagnum de Anceduna Archiepiſcopum Ebredunenſem, pro quo domino Archiepiſcopo veni ad ciuitatem Ebredunẽſem ad examinãdum eius teſtes de hoc præſenti anno Milleſimo quingenteſimotertio.& de mẽſe Octobris.quia dictus dominus Archiepiſcopus prætendit quòd in eius caſtris de Guilieſtra Sancti Criſpini, & alijs caſtris eius Archiepiſcopatus, quòd ab eius iudicem temporali appellatur ad ipſum, & quòd ipſe committit cauſas appellationum alicui iuriſperito. Et ſimiliter quòd in ſecunda appellatione & tertia inſtantia, appellatur ad ipſum & iterum committit cauſas appellationum, licèt ipſe fateatur quòd recognoſcit ſummum pontificem in ſuperiorem, ad quem poteſt appellari etiam omiſſo medio.capitu.ſi duobus.de appellationi.& ſic non videretur debere committi ſecunda appellatio, ſeu in tertia inſtantia per dictum dominum Archiepiſcopum ad præiudicium authoritatis ſuperioris per iura ſupra allegata. Veruntamen ſecundum aliquos dicta caſtra & terræ Archiepiſpatus Ebreduni mouentur de homagio Imperatoris, & quòd antiquitùs appellabatur ad Imperatorem.

peratorem. Et ideò bonum eſſet videre infeudationes & homagia qualiter loquantur, & præſupponit pars fiſcalis dominus noſter Delphinus tenet locum Imperatoris in patria Delphinatus, & quòd debeat appellari & recurri ad dominum noſtrum Deldhinum ſeu ad eius curiam Parlamenti Delphina. quæ gerit vicē domini noſtri Delphini. Ad præſens aliter non declaro, quia pendet lis coram curia. Sed ſolùm hæc ſcribo, vt magis poſsit perpendi veritas in futurum. De hac quæſtione etiam aliquid tetigi ſuprà.

ARGVMENTVM.

Prælatus eccleſiæ temporalem iuriſdictionem habens, an gratias abolitionum concedere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Prælatis eccleſiæ fiſcum non habent.*
2 *Fiſcum habere eſt de regalijs ſupremis dominis reſeruatis.*
3 *Regalia quæ ſunt in ſignum vniuerſalis dominij & ſubiectionis impræſcriptibilia ſunt.*
4 *Papam temporalia curare non debere.*

Quæſtio. CCXXXIIII.

QVAERITVR an Prælatus eccleſię habens iuriſdictionem temporalem poſsit & valeat cōcedere gratias abolitionum in delictis, vel cōcedere inducias annales, vel quinquēnales debi-
1 toribus. Dubium facit: † quia Epiſcopus, Archiepiſcopus, vel alius prælatus eccleſiæ non habent fiſcum: ſed ſolùm Papa, Imperator, vel alius prin-
2 ceps non recognoſcens ſuperiorem: † quia habere fiſcum eſt de regalijs reſeruatis ſupremo dominio. capitu. j. de regali. ſecundum Bald. in rubrica. C. de iure fiſci. de quo per gloſſ. & doctor. in capitu. quia diuerſitatis. de conceſ. præbend. Nec obſtat ſi dicatur quòd poſſunt præſcribi regalia per tempus cuius initij memoria hominis non eſt in contrarium. cap ſuper quibuſdam. §. præterea. de verbor. ſigni-
3 ficatio. † Quia ad iſtud reſpondetur, quòd non omnia regalia ſunt præſcriptibilia, ſaltem ea quæ ſunt in ſignum vniuerſalis dominij, & ſubiectionis. l. cōpetit. C. de præſcriptio. triginta vel quadragin. annorum. capit. cùm non liceat. de præſcript. Et iſtud etiam facit pro dicta cauſa domini Archiepiſcopi Ebreduni, quia ipſe vult prætendere quòd in dictis terris & territorijs ſui Archiepiſcopatus in quibus habet inſolidùm iuriſdictionem temporalem, quòd ipſe conſueuit concedere abolitiones vel inducias annales, vel quinquennales, licèt ipſe recognoſcat ſuperiorem ſummum pontificem, tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus, vt prætendit, licèt ſecundum aliquos in temporalibus debeat recognoſcere Imperatorem, & quòd antiquitùs ſolebat appellari ad Imperatorem, & quòd in domo Archiepiſcopali Ebreduni ſolebat eſſe camera imperialis, Pro quo facit: † quia Papa non debet ſe in-
4 tromittere de temporalitate: quia iuriſdictio ſpiritualis & temporalis ſunt diſtinctè capitu. nouit. cum ibi nota. de iudic. capitu. ſolitē. de maior. & obedientia. Quia Imperator eſt fundatus de iure communi in temporalitate. capitu. in apibus. l. de præcatio. ff ad legē. Rodiam. de iact. ſecundum Ioannem Fab. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinita. & fide catholica.

ARGVMENTVM.

An in terra communi vnus alterius abuſum ſupplere poſsit.

Quæſtio CCXXXV.

QVAERITVR an in territorio communi licitè poſsit vnus condominorum ſupplere abuſum & defectum alterius, & an deuoluatur poteſtas de vno ad alium, ſicuti de prælato ad capitulum, & econtrà. Et iſtud etiam facit pro dicta cauſa domini Archiepiſcopi Ebreduni: quia interdum in terra communi ciuitatis Ebreduni, & aliorum locorum terræ communis, ſubditi recurrunt ad curiam Parlamenti propter abuſum officiariorum, & obtinent prouiſiones, quas faciunt exequi in dicta terra communi, abſque inſinuando & petendo licentiam territorij, de quo ſe prætendit grauatum dictus dominus Archiepiſcopus, & quòd iſtud fuit contra pactiones dominorum. Quinimò pretendit quòd ſit ſuperior domi. noſtro Delphino in comitatu Ebreduni, & debet tenere in homagiū dictum comitatum à dicto domino Archiepiſcopo, & quicquid tenet infrà loco dit Partu de roſtaing, & infrà diœceſim Ebredunenſem. faciunt nota. per Bald. in capitu. quali. vaxa. iura de libere. fid.

ARGVMENTVM

De pactionibus initis inter DN. Delphinum & Archiepiſcopum Ebreduni.

SVMMARIVM.

1 *Verb. Quod confirmetur per Romanum pontificem, in tractu eccleſiaſtico appoſita, quid importent.*

Quæſtio CCXXXVI.

QVAERITVR ſuper pactionibus dudū initis inter quondam dominum Bertrandū Archiepiſcopum Ebreduni, & dominum Guigonē Delphinum, de anno domini. M. cccxxxij. vbi ponuntur plura capitula prætextu ciuitatis Ebreduni, & alterius terræ communis Ebreduni, quòd debet exerceri iuriſdictio per officiarios communes, nec per alterum cōdominorū, & quòd in prima appellatione vterque dominorum prouideat de iudice in prima appellatione ſi ſit præſens, vel alter ſolus in abſentia alterius, & quòd dominus Delphinus faciat homagium dicto domino Archiepiſcopo de dicta terra communi & comitatu Ebredunēſi, & parte de Roſtaing, & de eo quòd habet infrà diœceſim Ebreduneñ. & inter cætera fuit actum, ꝙ dictus dominus Archiepiſcopus teneatur intrà annū huiuſmodi tranſactionē & ſingula capitula eiuſdem per ſummū pontificē & capitulum eccleſiæ Ebreduni ratificari facere, aliàs ꝙ dicta tranſactio ſit nulla, & aliàs prout pleniùs ibidem dicitur contineri. An per hoc neceſſariò poſsit inferri ꝙ ſuperioritas temporalitatis dictæ ciuitatis Ebreduni, & aliæ terræ communes pertineant ad Romanum
1 Pontificē propter dicta verba † ꝙ cōfirmetur per Romanū pōtificē. Dubiū facit: quia illa verba potiùs denotant ad ſupplendum defectum ſolēnitatis alienationis rei eccleſiaſticæ, de qua in c. ſine exceptiōe. xij. q. ij. quā denotetur aliqua ſuperioritas tēporalitatis pertinere Romano Pōtifici. Et iſtud etiam demonſtratur per verba dictæ tranſactionis,

vbi etiam dicitur, quòd adhibeatur conſenſus capi tuli Ebreduni. Præterea etiam demonſtratur, dum ibi dicitur, quòd dictus primus Archiepiſcopus pro uideat in ſecunda appellatione, quia ſi ſuperioritas temporalitatis pertineret ad Papam, poſſet appellari ad ipſum omiſſo medio. capitul. ſi duobus. de apellationibus.

ARGVMENTVM.

An per contrarium vſum pactionibus derogatum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Ebreduni cridæ & proclamata: item & executiones inſolidùm authoritate Senatus Delphina. nulla uenia petita fiunt.*

2 *Ebredunenſes Delphinalibus ſubſidijs contribuunt: Item & tallias ſoluunt.*

3 *Ebredunenſes à Cancellaria Regis Delphi. reſcripta impetrant, quorum uerificatio à Delphin ai Senatu fieri ſolet.*

Quæſtio CCXXXVII.

QVAERITVR an fuerit derogatum dictis pactionibus & libertatibus ciuitatis Ebreduni, & alterius terræ communis, per contrariũ
1 vſum: quia pro parte Delphi. prætẽditur, † quòd in dicta ciuitate Ebreduni, & alia terra communi ſunt factæ cridæ, & aliæ executiones inſolidùm vigore literarum inſignis curiæ Parlamenti Delphi. abſq; inſinuando, nec petendo licentiam territorij ab officiarijs dictæ terræ communis. Et pariter ſubditi dictæ terræ communis habent parere literis dictæ inſignis curiæ Parlamenti, tam in tribus ſtatibus, quã aliàs per tempus longiſsimum, & etiam reducendo dictum Archiepiſcopatum ſub manu Delphi. & po
2 nendo officiarios ſede vacante, aut aliàs. † Et pariter cõtribuũt in ſubſidijs Delphinali. neſcio ſi ad rationem dimidij foci vel integraliter, licèt ex poſt facto intellexerim ab aliquibus quòd in dicta ciuitate Ebreduni & alia terra communi ſoluuntur talliç Delphinales inſolidùm, & quòd in reuiſione focorum bene ponuntur ſexaginta aut ſeptuaginta foca comprehenſa tota terra communi Ebreduni. Et
3 pariter † intellexi quòd impetrãtur plura reſcripta à ſereniſsimo Rege domino noſtro Delphino, ſeu eius Cancellaria, tam contra eccleſias Ebreduni, quàm contra particulares, ſuper facto regiſtri quæ præſentantur curiæ Parlamenti Delphinalis, & citantur partes ſuper interinatione talium. Et aliàs fuit agitatus proceſſus coram dicta inſigni curia Parlamenti, inter ſyndicos & homines ciuitatis Ebreduni, & ſyndicos & homines Guilleſtræ, ſuper facto nundinarum quæ tenentur annuatim in dicto loco Guilleſtræ, de menſe Octobris, incipiendo in quolibet feſto beati Lucæ. Et ideò eſſet bonum & vtile perquirere penes manualia grapha. & ſecretariorum curiæ Parlamenti Delphi. expleta & munimenta cauſarũ ſuper hoc agitatarum. Et vlterius ex poſt facto, audiui dici à quadam perſona egregia eccleſiaſtica, quòd ſpectabilis quondam dominus Ioannes de Ventis, dicebat loquendo de tẽporalitate Epiſcopatus Vapinceñ. & Archipiſcopatus Ebredunenſis, quòd Imperator alias conceſſerat domino noſtro Delphino iura imperialia, quæ habebat in comitatu Vapinceñ, & patria Grayſiuodani, & quòd in dicto Archiepiſcopatu ſolebat eſſe camera imperialis. Et quòd de hoc debent eſſe bullæ ſigilli auri ſigillatæ in archiuo capituli eccleſiæ beatæ Mariæ Ebreduni.

ARGVMENTVM.

Sententia abſolutoria lata in criminalibus, an in alio iudicio etiam quò ad tertium rei iudicatæ exceptionem pariat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in criminali quòd ius contra omnes faciat.*

2 *Inquiri pluries de uno & eodem delicto non licere regulare: fallit ut hic.*

Quæſtio CCXXXVIII.

QVAERITVR an ſententia abſolutoria lata in cauſa criminali per viam inquiſitionis, habeat parare exceptionem rei iudicatæ, in alio iudicio, etiam quò ad tertium qui proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam: & de modo probandi
1 ignorantiam. † Et in effectu ſententia lata in cauſa criminali facit ius quò ad omnes, & præiudicat. l. ſi cui. §. hiſdem. ff. de accuſatio. capitu. de his. de
2 accuſ. † quia non debet de eodẽ delicto pluries inquiri. l. licèt. ff. nau. caup. ſtab. l. Senatus. ff. de accu. Et hoc verum niſi interueniſſet colluſio, vel quis habuiſſet cauſam ignorantię, vt habetur in d. §. hiſdẽ. vel quando eſſet omiſſa qualitas. l. habebat. ff. de inſtitu. iuxta nota. per Bart. in l. denunciaſſe. §. qui tamen. ff. de adulte. & in l. ij. §. hoc edicto. ff. vi bono. rapto. de quo per Fely. in dict. c. de his. Et iſtud facit pro cauſa Reuerendi domini Aymari de Poyſiaco prothonotarij Abbatis Sancti Petri foris portam Viennæ. & nobilium & potentum dominorũ Ludouici & Claudij de Poyſiaco dominorum de ſaincte Meſmes, & villæ terri, contra honorabiles Stephanum Conſtagnini, & Gulielmũ Huti, Ioannẽ de Burgo, Gulielmum de Turre, Gulielmum Maritani, & quendam vocatum de ſancto Gendo prætextu homicidij perpetrati in ciuitate Viennæ, in perſonam fratris Ioannis de Poyſiaco domini prioris de Ternay, quia dicti Conſtagnini Hueti de Burgo, de Turre, allegauerũt quòd fuerunt latę ſententiæ abſolutoriæ, de dicto commune in curia officialatus Viennæ ad inſtãtiam procuratoris Archiepiſcopalis Viennæ, licèt de Poyſiaco non fuerint vocati, & nunc accuſant de nouo coram egregio domino Georgio de Auanſone, officiali Viennenſis. deputato ad huiuſmodi actum in hac ciuitate Grationopo. aſsiſteñ. ſibi aliquibus ex dominis curiæ, & dicti rei opponunt de exceptione rei iudicatæ & pendet ad ordinandum.

Quæſtio CCXXXIX

QVAERITVR quando ſit ſequeſtrum in beneficio authoritate huius inſignis curię donec per iudicem eccleſiaſticũ fuerit ordinatum & contingit, quòd partes interim concordent, & renuncient liti, & cauſæ, ſuper petitorio, an ſit iuſta cauſa leuandi ſequeſtrum, & an amicabilis compoſitio, & renuntiatio litis, in beneficialibus tribuat ius, ſeu titulũ. Iſta quæſtio accidit ſuper prioratu Pene-

ratu Penepolis inter venerabilem dominum Anthonium Petini & dominum Ioannē Merlini, vbi fuerat factum per prius ſequeſtrum in dicto prioratu, & lite iam cœpta coram domino officiali Viennæ, partes amicabiliter concordauerunt, & remanſit prioratus dicto domino Merlini, ſeu domino Ioanni Arzellerij. Et eſt dubium ſi poterat leuari ſequeſtrum abſque licentia iudicis eccleſiaſtici.

ARGVMENTVM.

De inſtitutione facta contempto patrono.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio facta ab eo qui eſt in poſſeßione ſeu quaſi præſentandi, quòd valeat & teneat.*
2 *Præſentare & conferre beneficia fructuum loco habentur.*
3 *Poſſeßio ſeu quaſi iuris præſentandi, quòd unica inſtitutione quæratur.*
4 *Inſtitutio contempto patrono facta eſt ipſo iure nulla.*

Quæſtio CCXL.

QVAERITVR an inſtitutio facta contem
pto patrono ſit ipſo iure nulla, & an ſufficiat
eſſe in quaſi poſſeſsione prçſentandi per vnicam
1 præſentationem. Et dicendum eſt quòd ſic: † quia
prçſentatio eſt valida, ex quo quis eſt in poſſeſſio-
ne ſeu quaſi prçſentādi, licèt ſibi euincatur ius prç-
ſentandi. ca. conſultationibus. de iure patronat. ca.
querelam. de elect. & idem eſt in collatione bene-
2 ficij. c. cū olim. de cauſ poſſ. † quia cōferre, ſeu præ
ſentare, beneficium dicitur fructus: ſecundum glo.
in c. cū veniſſent de reſtitu. in integ. & ex quo fru-
ctus ſunt conſumpti per præſentationem, & inſtitu
tionem, ſubſecutam non tenetur ad reſtitutionem
illorum: ſecundum dominos de Rota in nouis de
3 ci. cccccl xxv. † Et per vnicā præſentationem cū in-
ſtitutione ſubſecuta, acquiritur poſſeſsio ſeu quaſi
iuris prçſentandi: ſecundum Inno. in ca. ij. de reſti
tu. in integ. & in c. in literis. de reſtitu. ſpol. & ita te-
net Panorm. conſi. liiij. in primo volum. allegat no
ta. per glo. in clem. j. de rer. permuta. Et Frederic. in
tracta. de permuta. Pro quo facit c. cū de beneficio.
de præben. lib. vj. & per glo. & Panor. in ca. cū eccle
ſia. & c. cū olim. de cauſ. poſſeſ. & proprieta. Et hoc
tenet Bald. in ca. j. §. ſi verò vaſallus. quid ſit inueſt.
quia talis actus præſentandi acquiritur per vnicū
actum, quia non ſolet concedi de gratia: iuxta no-
ta. per Bart. in l. j. §. hoc interdicto. ff. de itinere actú
que priuato. Et maximè quando in aliqua capella
ſunt arma alicuius. l. qui libertatem. §. qui eius no-
mine. ff. de operibus publi. Et ibi Bal. & Roma. ſin-
gu cccclxxxj. Et iſtud facit pro cauſa capellæ ſan
cti ſpiritus in eccleſia beatę Marię Grationop. fun
datę, vbi hęredes nobilis quondam Hugonis Mar
chi ſenioris, præſentauerunt Ponciū Actuheri cleri
cum dictę eccleſię per obitū domini Moneti Ruffi
vltimi rectoris dictæ capellæ, cōtra dominum Phi-
lippū de Aſteriis inſtitutum à Capitulo dictę eccle
ſiæ, contemptis dictis patronis: quia dicti canonici
dictę eccleſię bene ſciebant dictos Marchi eſſe in
poſſeſsione prçſentandi per dictam vltimam inſti-
tutionem & prçſentationem dicti domini Moneti
4 Ruffi, † ita inſtitutio contempto patrono eſt ipſo
iure nulla, etiam ſi inſtituens putabat illum quem
ſpreuit, non eſſe patronum. c. deſeruimus. xvj. quæ-
ſti. vij. c. cū Bartoldus. de re iudi. & ibi Panor. & in c. illud. de iure patrona. & Frede. de Senis in tracta. de rerum permutatio. quæſtione. xxx. & Rot. in antiquis, cccvij. & in nou. deciſio. cccccxviij. & Philip. Frā. in c. licèt. de officio vica. libro. vj. Et ita dictus dominus Philippus de Aſterijs dicitur inſtructus cum habeat titulum ab illo qui non habet poteſtatem conferendi. c. illa. ne ſede vacant. & ibi Ioan. Andr. & per glo. in pragmati. ſanctio. in titu. de pacifi. poſſeſ. ca. ſuper. verbo, coloratum. & per Panor. in cap. ij. de reſtitutione in integrum. Felin. in ca. in noſtra. de reſcriptis, in ſecundo corolario.

ARGVMENTVM.

Inſtituere recuſanti quid agendum.

SVMMARIVM.

1 *Ius inſtitutionis habens qui recuſat inſtituere, quòd ſuperior adeundus ſit, qui inſtituendi tempus ipſi præfigat, quo finito inſtituat.*
2 *Inſtituendi tempus nullum determinatum.*

Quæſtio CCXLI.

QVAERITVVR quando ſuperior differt
inſtituere quo remedio ſit ſubueniendum.
1 Et † in effectu debet adiri ſuperior qui præfigat ter
minum infra quem inferior habeat inſtituere, aliàs
ipſo elapſo ſuperior habeat inſtituere. ca. nullus. &
ibi Panor. c. paſtoralis. de iure patro. & in cap. poſt
quā. in fin. de electi. & in c. nullo. de conceſ. prçbē.
& gl. in pragma. ſanctio. de colla. §. illi vero. in ver.
reſpectu. & deci. Rotę in antiquis. ccxij. quia licèt
2 ſit determinatum tempus certum prçſentandi, † ta
men quoad tempus inſtituendi non eſt tempus cer
tum prçfixum, ſed debet adiri ſuperior, vt prçfiga-
tur quando immediatus differt inſtituere. Et iſtud
facit pro cauſa dictæ capellę ſancti Spiritus: quia
dicti domini capituli recuſauerūt inſtituere ad prç-
ſentationem dict. Marchi patronorum: & ideò ha-
bent recurſum ad dominum Epiſcopū Grationop.

ARGVMENTVM.

De principali comparente cum procuratore.

SVMMARIVM.

1 *Principalis ſciens & patiens procuratorem cauſæ ſuam agere, quòd per ipſum approbare uideatur.*
2 *Coniuncta perſona procuratorem conſtituere pro coniuncta perſona non poteſt.*

Quæſtio CCXLII.

QVAERITVR quando principalis
comparet in cauſa cum procuratore citra
illius reuocationem, videatur iſtum conſtitue-
re procuratorem in cauſa & ratificare geſta, &
an coniuncta perſona poſsit conſtituere procura-
1 torem. † Et in effectu quando principalis ſcit &
patitur procuratorem comparere in cauſa videtur
appprobare geſta per ipſum. iuxta nota. per Inno.
in c. ex parte Decani. de reſcri. Et maximè quando
comparet cū illa proteſtatione citra ſuorum procu
ratorū reuocationē. c. j. de procu. li. vj. Et licèt coniū
cta perſona in re ciuili poſsit cōparere pro cōiūcta
2 perſona. l. ſed hęc. ff. de procu. † tamē nō pōt conſti
tuere ꝓcuratorē. iuxta no. per Cy. in l. exigendū. C.
de proc. Et iſta quęſt. accidit in d. curia inter dn̄m

Anthonium Blanchonis,& Laurentium eius fratrem appellantes. Et nobilem Benedictum Butoudi appellatum: quia in prima inſtantia curię ſancti Macellini dictus Laurentius Blanchonis comparuit cum Petro Pererij eius procuratore,& citra illius reuocationem,&etiam vt coniuncta perſona. Et fuit iudicatum contra dictos Blachonis. A qua ſententia dictus Pererij appellauit, licèt aliter de eius appellatione non apparet.

Quæſtio CCXLIII.

QVAERITVR an poſsit querelari etiam poſt decem dies,& an executio facta de re immobili,non facta priùs diligētia ſuper rebus immobilibus dicatur nulla,& contra formam literarum,&an in æſtima proborum requiratur vocatio partis, & an poſsit fieri executio in bonis clerici pro expenſis taxatis in curia ſeculari. Iſta etiā queſtio accidit in dicta cauſa,quia dicti dominus Anthonius Blanchonis & Laurentius eius frater que relauerunt in dicta curia ſancti Marcellini contra dictum Benedictum Butoudi,qui obtinuerat literas taxę expenſa.contra dictum dominum Anthonium Blanchonis,de ſumma.xxiiij.florenorum, in quibus literis mandabatur capi de bonis dicti domini Anthonij Blanchonis ad æſtimam proborum prius facta diligentia de bonis mobilibus, & fuit peruerſus ordo,quia fuit facta miſsio in poſſeſsionē cuiuſdā predij nō facta diſcuſsione ſuper bonis mobilibus,nec pariter fuit facta æſtima vocata parte. Et pariter dictus dominus Anthonius Blanchonis prętendit, quòd non potuerunt concedi literę taxę expenſarum per iudicem ſecularem contra preſbyterum,& vlterius dictus Laurentius iuſtificauit in vltima inſtantia quòd dictum prędium in quo fuit facta executió pertinet inſolidùm dicto Laurentio.

SVMMARIVM

1 *Appellans qui noua deduxit & iuſtificauit quòd cauſa ſit ſufficiens ut expenſæ compenſentur.*

Quæſtio CCXLIIII.

QVAERITVR an propter ſententiam latam in prima inſtantia ſit iuſta cauſa compenſandi expenſas in cauſa appellationis. Iſta queſtio etiam accidit in dicta cauſa appellationis dictorū Blanchonis contra dictum Benedictum Butoudi: quia dictus Benedictus Butoudi obtinuit duas ſen-
1 tentias, † & in vltima inſtantia in curia parlamenti dicti Blanchonis appellantes deduxerunt & iuſtificauerunt de nouo: & ideò propter priores ſententias fuit iuſta cauſa compenſandi expēſas in vltima inſtantia: iuxta nota.per Bartol.in l.generaliter.C.de reb.cred.

ARGVMENTVM.

An per diuiſionem fideicommiſſo renūtiatum cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio in contractibus fieri poteſt,& maximè in donatione.*

2 *Diuiſione bonorum fideicommiſſo ſeu ſubſtitutioni in teſtamento uel codicillis renunciatum non,niſi ſpecialis mētio de teſtamento uel codicillis facta ſit,eſſe.*

3 *Renunciatio ex una cauſa facta,quòd ad aliam non ſe extendat.*

4 *Iuri quod quis habet quando renunciaſſe uideatur.*

Quæſtio CCXLV.

QVAERITVR an per tranſactionem cum diuiſione bonorum factam inter fratres cū clauſula generali de nihil petendo cenſeatur renunciatum fideicommiſſo ſeu ſubſtitutioni factę in cō-
1 tractu. Dubium facit, † quia licèt in contractu poſſit fieri ſubſtitutio,ſaltem interueniente.l. vt hæredibus.ff.de legat.ij.l.j.cum ibi not.C.de dona.cau.mort.& maximè in donatione inter viuos.l. quotiens.C.de dona.quæ.ſub modo,tamen non requiritur quòd fiat ſpecialis mētio de dicta ſubſtitutione,quando eſt facta in cōtractu. Nec habet locum l.de his.ff.de transa.ſecundum gloſſ.ibi. & doctor.
2 quia eſt ſpecialis in vltimis voluntatibus, † quòd per tranſactionem ſeu diuiſionem bonorum non cenſeatur fideicommiſſo ſeu ſubſtitutioni factę in teſtamento,ſeu codicillis renuntiatum: vt ibi habetur,& in l. non eſt ferendus.eo. tit. niſi fiat ſpecialis mentio de teſtamento vel codicillo, nec ſuff.ceret facere mentionem in genere de teſtamento, vel codicillo: iuxta not. per Bartol. in l.qui Romæ §.duo fratres.ff.de verbo.obliga.in iij.iiij.v.&vi.queſtionibus,& maximè in ſuis hęredibus,qui præſumuntur habere ignorantiam teſtamenti. vel codicilli,vt ibi habetur &maximè vbi agitur de fideicōmiſſo futuro ſeparato:ſecus vbi eſſet reciprocum.l.de fideicommiſſo.C.de tranſa.pro quo etiam facit quia licèt generalis quittatio non ſe extendat ad dependentiam ex teſtamento:ſecundum glof. in l.tres fratres.ff.de pact.ſecus quandó depēdet ex contractu. l. emptor.§. Lucius.ff. de pact. & pręſertim quando talis generalis tranſactio ſalua ratione recti ſermonis nō poſſet referri ad ſpecificata. l. Plautius.ff.de aur.argen.lega.iuxta not.per gloſſ. Bart.& cęteros in l.ſi de certa.& l.ſub pretextu.l.ij.C. de tranſact.& licèt,ſecundum gloſſ.ibi, quando ageretur ex vna cauſa pro eadē re haberet obſtare tranſactio,etiam ſi ageretur ex alia cauſa : tamen communiter doctores tenent contrariū per l.ſi ita quis.
3 §.fin.ff.de verbo. obliga. † quia renuntiatio facta ex vna cauſa non ſe extendit ad aliam.iuxta not.
4 per Bart.in d.§.duo fratres.in vj.q. † quia iuri quod quis ignorat,non videtur renunciaſſe.l.mater decedens.ff.de inoffi.teſta.& maximè quando pater inter liberos etiam in contractu facit talem ſubſtitutionem:quia conferendo eius voluntatem in ſupremum iudicium,habet vim vltimę voluntatis,& poteſt deferri hæreditas inter liberos ex contractu: ſecundum Bart.in l.tale pactum.§.fina.ff.de pact.l.fi.C.fami.erciſcund.l.hac cōſultiſsima.§ ex imperfecto.C.de teſta.Et iſtud facit pro cauſa interinationis literarum regularum & Delphinalium nobilis Caroli de Golato,cōtra nobilem Claudium de Golato,filium & heredem nobilis Ioannis de Golato fratrem,dicti Caroli & dominum Gauffredū de Golato religioſum prioris ſancti Symonis:quia dictus Carolus impetrans prętendit quòd nobilis

Carolus

Carolus de Golato eius pater fecit quandam donatione nobili Hectori de Golato eius filio, de certis eius bonis exiſtentibus in mandamento Anionis, & certis alijs locis, & ibidem fecit certam ſubſtitutionem caſu quo dict. Hector decederet ſine heredibus legitimis, ex eius proprio corpore deſcendentibus, ſubſtituit dictos Ioannem & Carolum eius fratres, qui caſus euenit, & tandem poſt mortem patris dicti Hectoris dicti Carolus & Ioannes & dominus Gauffredus fratres trãſegerunt & fecerũt diuiſionem, ita quòd ad partem dicti Caroli peruenerant bona Burgundij, & ad partem dicti Ioãnis peruenerunt bona Anionis, & Capriliarũ, & aliâs prout ibi pleniùs habetur, ita quòd dictus Carolus pretendit ſe fuiſſe deceptum in valore bonorum dicendo etiam, quòd in dicta tranſactione non fuit facta aliqualis mentio de dicta ſubſtitutione facta in dicta donatiõe dicto Hectori, pluráque fuerunt dicta hincinde in dicto proceſſu, & domini curiæ erant dubij in diffinitione dicti proceſſus.

ARGVMENTVM.

Reſcriptum impetrans an contenta in eo etiam ad ſui præiudicium fateri videatur.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsioni ſupplicantis ſtatur in eius præiudicium, ſi ab aduerſa parte acceptetur.*

Quæſtio CCXLVI.

QVAERITVR an impetrans reſcriptum videatur fateri contenta in reſcripto ad ſui præiudicium, quando pars aduerſa impugnat & negat.
1 Dubium facit: † quia licèt quis poſſet ſe iuuare reſcripto per partem aduerſam producto. l. cũ precũ. C. de libe. cau. authẽ. at qui ſemel. C. quo. & quan. iudex, iuxta nota. per Innoc. in c. ex cauſa. de reſtit. ſpolia. Tamen hoc verum vbi pars aduerſa acceptaret: ſecus vbi impugnaret. ca. ex eo. de regul. iur. lib. vj. ſecundum Bartol. in l. ſi magnum. C. qui accu. non poſſ. faciunt nota. per Innoc. in c. cũ olim. de cenſi. & per Barto. in l. poſt legatum. in princ. ff. de his quib. vt indi. & per Bart. in l. alia. C. eo. titul. niſi aduerſarius cum proteſtatione non acceptaret reſcriptum productum niſi in partibus & punctis pro ipſo facientibus: ſecundum Saly. in d. l. cũ precum. & iſtud etiam facit pro dicta cauſa dicti nobilis Caroli de Golato, qui produxit dictum reſcriptum vbi narratur, quòd ipſe tranſegit etiam pro bonis donatis dicto Hectori, & pars aduerſa ſe vult iuuare volendo pretendere, quòd per hoc habuerit ſcientiam dictę ſubſtitutionis, ſed ex aduerſo opponitur quòd aduerſarius impugnauit dicẽdo, quòd, indebitè impetrauit.

ARGVMENTVM.

Pœna quę debeatur ei qui auxilium, vt delinquẽs euaderet, præſtitit.

SVMMARIVM

1 *Commentarienſis ſi delinquenti opem ut euadat præſtiterit, quòd eadem pœna qua delinquens puniretur, plectẽdus ueniat.*

2 *Priuatus ſi auxilium delinquenti ut euadat pecunia accepta ſiue non, præſtiterit quibus pœnis ſubijciatur.*

Quæſtio CCXLVII.

QVAERITVR de pœna officiarij præſtantis auxilium ad euadendum in delicto graui.
1 Et in effectu † vbi eſſet commentarienſis, qui haberet cuſtodiam delinquentis, puniretur eadem pœna. l. ad commentariẽ. C. de cuſto. reo. ſi verò eſſet priuatus, & pręſtaret auxilium delinquenti poſt delictum perpetratum, tunc teneretur ex titulo. C. de his qui latro. vel alijs crimini. occulta. & ff. de recepto. ſecundum Bartol. in §. ope. ff. de furt. Et l. qui opem. ff. de furt. Et maximè quando pręſtat tale auxilium pecunia accepta, quia tunc grauiùs delinqueret. l. Cicero. ff. de pœn. & ibi Barto. c. j de homici. lib. vj. Et iſtud facit pro quodam homicidio perpetrato in loco Domenę, de hoc pręſenti an. domini milleſimo quingenteſimotertio, die nona mẽſis octobris die feſti beati Dionſij per Thomã de Leſtra filium Ioannis de Leſtra occiſorem in perſonam Guigonis de Molario occiſi: quia dictus de Leſtra occiſor aufugit ad mandamentum Theyſij, & vt fertur Primò in domo Petri Barberij notarij, & deinde ad eccleſiam parœcialem villarum bonodi, & vt etiam pretenditur per informationes ſumptas auxilio ſeu perſuaſione aut cõniuentibus oculis caſtellanorum domenæ, & Theyſij, & accepta certa quantitate teſtonorum ab Anthonio Colini pidanciario prioratus Domenæ: quos habuerat ab Anthonio de Leſtra fratre dicti Thomę occiſoris. Et tandem querela peruenit coram dicta ſuprema curia parlamenti. De materia quãdo iudex euadit criminoſum, vide per Salyce. in l. j. C. de falmone. & per Ioan. de Pla. in l. quotiẽs. C. de exacto. tabul. li. x. & per Ang. etc. inſt. de actio. §. pœnales.

ARGVMENTVM.

An præſumendum ſit pro tutoris poteſtate in rei mobilis alienatione.

SVMMARIVM.

1 *In rei minoris alienatione quòd pro tutoris proteſtate præſumendum non ſit. Item nec confeſsioni ſuper pretij receptione.*

2 *Prælato non credendum ſuper alienationis rei eccleſiaſticæ ſolennitate.*

Decretum interpoſitum ſuper minoris alienatione eodem die quo facta fuit, quòd ſine cauſæ cognitione factum eſſe cenſeatur.

Quæſtio CCXLVIII.

QVAERITVR an alienatione rei mobilis minoris ſit pręſumendum pro poteſtate tutoris & an ſit ſtandum, âſſertioni ſeu confeſsioni tutoris ſuper receptione precii, & quòd fuerit conuerſum
1 in vtilitatem pupilli. Et in effectu † non eſt præſumendũ pro poteſtate tutoris cũ ſit ſolemnitas extrinſeca. l. quicunque. §. fi. ff. de public. Nec eſt etiã ſtandum confeſsioni tutoris ſuper receptione pretij, vel quòd fuerit conuerſum in vtilitatem iſtius, quia præſumitur in fraudem. l. qui teſtamẽtum. ff. de prob. & quia etiam fit per modum voluntariè iuriſditionis. l. certum. §. ſed an ipſos. ff. de con-
2 feſs. ſicut etiam de prelato dicitur, † quia non ſtatur confeſsioni prelati ſuper ſolemnitate alienationis rei eccleſiaſticę: ſecundum Ioan. Andr. in addi. Spe. in rub. de reb. eccleſ. non alie. & idem in tu

tore dicitur:ſecundum Bar.in l.j.C.de fid. inſtrum. & iur.haſt.fiſca.lib.x.& in authen.ſi quis in aliquo documento.C.de here.Et iſtud facit pro cauſa pauperis Petri Millieti aliàs vicini contra magiſtrum Anthonium Chomardi notarium Viennę, & eius conſortes:quia dictus Chomardi emit à tutore dicti Millieti vnũ nemus,nec apparet de tutella, nec de reali numeratione pecunię.Nec quòd fuerit cõuerſum in vtilitatem pupilli.iuxta not.per gloſſ.& doctor.in l.fi.C.de vſu.qua. pro emp. Et prout fuit facta interpoſitio authoritatis & decreti eadem die contractus,& ſic propter breuitatem temporis præſumitur decretum interpoſitum ex abrupto,& ſine cauſę cognitione,& ſic nullitate. c. cùm ex literis: de in integrum reſtitut.iuxta not.per Bart.in l. pro latam.C.de ſer t.& interlo.omni.iudi.Et hoc tenet Petrus de Conqua.conſilio lxxij.& Iaſon.in l.ij.ff. de offi.eius cui manda.eſt iuriſdi.

ARGVMENTVM.

Minore petente ſe reſtitui aduerſus tẽpus elapſum conficiendi inuentarij, an inſtrumentũ garentigię executio ceſſare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutione pendente nihil innouandum.*
2 *Exceptione quæ altiorem indaginem requirit, inſtrumenti garentigiæ executionem non impediri.*
3 *Minorem reſtitui non niſi cum cauſæ cognitione debere.*
4 *Minor petens ſe reſtitui aduerſus omiſſam hæreditatem quid illi faciendum incumbat.*

Quæſtio CCXLIX.

QVAERITVR an aduerſus compulſorias obtentas ſuper inſtrumento publico in vim ſubmiſſi minor per beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus lapſum temporis beneficij inuentarij de iure pręfixi,poſſit reſtitui. Dubiũ
1 facit: † quia licèt pendente reſtitutione in integrũ nihil debeat innouari:vt l.vnic.C. in integ. reſtitu.
2 penden.nihil no.† Tamen talis exceptio quãdo requirit altiorẽ indaginem non debet impedire executionem inſtrumenti garentigiæ.iuxta not. in ſimili per Bart.in l.iiij.§.condemnatus.ff. de re iudi. Et ita videtur tenere Anthonius de Anchar.in tracta.de executio.inſtrum.quęſt.xxj.Pręthereà,ſecundum ſtatutum cõpulſoriarum ſunt excluſæ omnes aliæ exceptiones pręterquã ſeptem de quarum numero non exiſtit iſta exceptio.Prætereà licèt regulariter non currat præſcriptio cum pupillo.l. fin.C. iin quib.cau.in integ.reſtitu.non eſt neceſſ. tamen fallit in tempore beneficij inuentarij heredis : quia currit contra pupillum licèt detur in integrum reſtitutio.vt authenti.de hęre.& falſi.§.pupillus. collatio.j.& per gloſ.& Barto.in l.auxilio.ff.de mino.
3 & † non debet dari in integrum reſtitutio ſine cauſæ cognitione ſaltem niſi probata minori ætate & in integrum reſtitutione.l.nõ poſtea.§. ſi minor.ff.
4 de iur.iuran. † & vbi minor petit ſe in integrum reſtitui,aduerſus miſsionem ſeu eiectionem hęreditatis,tunc debent citari creditores legatarij tam generaliter quã ſpecialiter. authent.ſi omnes.C.ſi minor ab hęredit.ſe abſtin.Et iſtud facit pro cauſa cõpulſoriarum Alexandri de Sala ciuitatis Valeñ. de ſumma ducentum ſcutorum auri contra Iacobum Boyre ſeu Franciſcum eius filium pupillum & hęredem & Yſabellam eius relictam, & tutricem dicti pupilli.Quia inter cętera allegauit hæreditatẽ eſſe damnoſam & oneratam debitis& oneribus hęreditarijs & petijt ſe inintegrum reſtitui aduerſus lapſum temporis beneficij inuentarij.Et ideò curia habita deliberatione ad obuiandum ne iſtud peteretur in fraudem pręfixit certum terminum pupillo ſeu eius tutrici,ad faciendum citari creditoes legatarios dicturos cur in integrum reſtitui non debeant aduerſus lapſum temporis beneficij inuentarij,& quòd interim ſumantur informationes parte vocata ſuper pupillari ætate & oneribus hęreditarijs.

ARGVMENTVM.

Clericus an forum coram iudice laico ſortiatur hypothecariæ actionis ratione.

SVMMARIVM.

1 *Clericum coram iudice ſeculari forũ non ſortiri,regulare.*
2 *Bona temporalia clericorum hypothecari & obligari ſub ſubmiſſione curiæ ſecularis, obligari non poſſe.*
3 *Tertium opponens ſe executioni ſententiæ quòd ſortiri forum ſeculare teneatur.*
4 *Statutis laycorum clericos non ligari,quando procedat & quando non.*

Quæſtio CCL.

QVAERITVR quãdo fit executio in vim ſtyli curiæ Gabeoli contra debitorem principalem,ſeu eius hęredes,& in deffectum hęredum quando datur curator bonis debitori principalis vt citetur tertij poſſeſſores bonorum ſpecialiter hypothecatorũ in vim ſubmiſsi dictę curiæ, an clericus ſortiatur forum coram iudice ſeculari etiam in
1 hypothecaria actione. Dubium facit: † quia regulariter clericus non ſortitur forum coram iudice ſeculari.c.at ſi clerici .de iudi.c.ſi diligenti.de for. cõpeten.authenti.ſtatuimus.C. de epiſcop. & cleric. etiam ſi agatur in actione reali:ſecundum communem opinionẽ:vt ibi refert Alber.licèt Guli. de Cuneo in l.de his.C.de epiſco.& cleri.tenuerit contrarium.de quo per glo.& Panor.in c.qualiter,& quãdo.de iudi.Sed in contrarium videretur dicendum
2 in caſu iſto † quò ad bona temporalia clericorum quę poſſunt hypothecari,& obligari ſpecialiter in vim ſubmiſsi dictę curię,ſecundumſtylum dictę cu
3 riæ.Pręthereà †quando quis interuenit vt tertius ad impediendum executionem ſententię, tunc debet ſortiri forum coram iudice ſeculari.l .venditor.ff. de iudi.quia non citatur preciſæ,niſi ad comparendum,ſi ſua intereſſe putauerit:iuxta nota.per Bartol.in l.teſtamenta.C.de teſta. Nec obſtat ſi dica
4 tur,quòd † ſtatuta laycorum non ligant clericos. authen.caſſa.C.de epi. & cleric. ca.eccleſia ſanctæ Marię.de conſtitu.quia hoc verum quando ſpecialiter loquitur de clericis:ſecus ſi generaliter.ca. cũ veniſſent.de eo.qui mitti.in poſſeſ.Et maximè quãdo ſtatutum non concernit perſonam, nec loquitur ſpecialiter de perſona clerici: ſed ſimpliciter de bonis & rebus temporalibus, & maximè antequã perueniant ad perſonam clerici, faciunt nota. per Bald.in l.fin.C.de pact.& per Panorm.in ca. quod clerici.de for.comp.Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis

cationis Claudij Plouuerij contra hæredes Iacobi & Gulielmi Roſe ciuitatis Valenſis, & dominum Stephanum Lantermi præſbyterum Burgi Valenſis prætextu cuiuſdam annuæ penſionis duorum florenorum auri acquiſitæ pretio triginta quatuor florenorum monetæ paruæ currentis, ad vires & ſubmiſsiones curiæ Cabeoli ſub ſpeciali hypotheca cuiuſdam prati, ibi deſignati: quia dictus Plouuerij impetrauit compulſorias in curia Cabeoli & non reperiuntur hæredes dicti Roſe, ſed vult recurrere contra poſſeſſorem dicti prati ſuper quo dominus officialis Valeñ. decreuit eius literam monitoriam. Ex aduerſo verò iudex ſeu caſtellanus curiæ Cabeoli decreuit eius literas requiſitorias in iuris ſubſidium, & ideò querela peruenit coram curia, ſuper qua quæſtione prima eram dubius.

ARGVMENTVM.

Tutelæ datiuæ an locus ſit conſanguineis & proximioribus de alieno territorio exiſtentibus.

SVMMARIVM.

1 *Tutoribus legitimis extantibus tutelæ datiuæ nō eſt locus.*
2 *Tutela legitima quòd ipſo iure detur. & nu. 4.*
3 *Tutores legitimi qui de prouincia omninò extranea ſunt, quòd tutoribus datiuis, qui de pupilli iuriſdictiōe ſunt, poſtponuntur.*

Quæſtio CCLI.

QVAERITVR an datio tutelæ datiuè ex inquiſitione de iure teneat, quando conſanguinei, proximiores de agnatione, vel cognatione, ſunt de alieno territorio. Dubium † facit:
1 quia vbi extant legitimi tutores, tunc non eſt locus datiuæ tutelæ, ſed eſt ipſo iure nulla. l. ſi tutor. §. j. ff. tutel. & rationi. diſtrahen. l. ſi ſororis. C. qui da. tutor. poſſeſs. Specula. in titu. de tutori. §. nunc
2 dicendum. verſi. & ſcias. Et eſt ratio: † quia legitima, tutela datur ipſo iure, & ideò habenti tutorem non datur tutor. pro quo facit l. tutor ſi petitus. & l. Seyæ. ff. de tutori. & curatori. da. ab his. facit l. legitimos. ff. de legitimis tutori. & gloſſ. in l. j. C. de teſta. tutel. Et ideò titulus de legit. tutel. præfertur ti. de atilia. tuto. Nec obſtat ſi dicatur, quòd tutor eſt alienæ iuriſdictionis, & quòd habeat legitimam excuſationem. l. neque. C. qui dare. tuto.
3 vel cura. l. teſtamento. C. de excuſatio. tuto. † quia hoc verum, vbi eſſent omninò de extranea prouincia. l. diuus. ff. de tutori. & curato. l. quæro. ff. de teſtamen. tute. licèt in datiuo tutore requiritur, quòd ſit de eodem territorio. dict. l. neque. C. qui. dar. tuto. vel curato. Quia iſto caſu oportet quòd pupillus & tutor ſint ſubditi iudici danti. l. j. & l. diuus. ff. de tutori. & curatori. datis ab his, ſecundum Bartol. in l. pupillo. eodem titu. & Ange. Aretin. inſtitu. de attilia. tuto. niſi tales tutores vellent ſe ſubijcere & ſubmittere ad tale onus.
4 † Veruntamen, in legitimo tutore lex dat ipſo iure tutorem, & ideò etiam tenet de alieno territorio: ſecundum Alexand. conſil. clxj. in quinto volumine. de hac materia aliàs ſcripſi in volumine maleficiorum, in tractatu tutelarum. & ij. quæſtio. iiij. & etiam in alio tractatu in eodem volumi. quæſt. 112. 113. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis Ioannis Telmonis & Hugonis Girardi patruorum Guigonis pupilli filij Ioannis Girardi quondam formagerij habitatorum Grationopo. vbi primò fuit decretus tutor ex inquiſitione Petrus Bourbō, aliàs Paleaux. & deinde fuit exoneratus & exhibita quædam bogeta vbi erant octo viginti ſcuta auri, & deinde orta quæſtione ſuper prædictis inter Antonium Argodi & Andræam Galberti, dictus Galberti fuit decretus tutor, & fuit appellatum ad iudicem appellationum, & tandem querela peruenit coram curia. Veruntamen ex poſt ſemel fuit decretus tutor datiuus, ex inquiſitione, tunc ſi exoneretur nō eſt locus legitimæ tutelę, ſed datiuę. l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtam. tutel.

ARGVMENTVM.

Cautio de iudicato ſoluendo præſtita in prima inſtantia, an ad appellationis cauſam extēdatur.

SVMMAAIVM

1 *Cautio de iudicato ſoluēdo in prima inſtantia data, quòd ad appellationis cauſam nō, niſi dictum ſit, extendatur.*

Quæſtio CCLII.

QVAERITVR an in cauſa appellationis ſe extendat cautio de iudicato ſoluen-
1 do præſtita in prima inſtantia. † Et videretur prima facie dicendum quòd non. l. cùm apud. ff. iudi. ſolui. & nota per gloſſ. & doctor. in l. ij. C. de procurato. niſi aliter fuiſſet actum in cautione prēſtita in prima inſtantia: ſecundum Bal. in dict. l. cùm apud. Iſtud facit pro cauſa ſupplicationis Margaritę matris & hæredis Martini Iacquemini fideiuſſoris nobilis Franciſci Bontoſij, contra nobiles Franciſcū & Claudium Velleti. Ioannem Polleti: quia dictus Bontoſi amouerat quandam equam dictorum Valeti & Polleti prætextu cuius dictus Bontoſij fuerat detentus in ciuitate Viennæ per curiam communem dictæ ciuitatis, pro quo Bontoſij dictus Martinus Iacquemini cauit promiſitque iuri ſtare, & iudicatum ſoluere, in quocunq; iudicio cùm clauſulis oportunis, & deinde fuit lata in prima inſtantia ſententia contra dictum Bontoſij, & fideiuſſorem à qua fuit appellatum, & deinde fuerunt latæ duæ ſententiæ in curia Viceballiuatus Viēneſij & terræ turris, & in curia Parlamenti Delphinalis. Et conſequenter dictus Bontoſij ab humanis deceſsit.

ARGVMENTVM.

Clericus an ſit capax acquiſitionis emphyteuſi à layco.

SVMMARIVM.

1 *Clericos bona laycorum acquirere poſſe regulare.*
2 *Emphyteoſis laici ſi ad eccleſiam deuenerit, quòd ex conſuetudine Franciæ intra annum vacuare manus eccleſia teneatur.*
3 *Emphyteoſis an monaſterij ingreſſu ad monaſterium tranſeat.*
4 *Emphyteoſis alienatio de clerico ad clericum an vetita ſit.*
5 *Clericus quòd emphyteoſis ratione coram iudice laico conueniri poſſit.*

Quæſtio CCLIII.

QVAERITVR an præſbyter ſecularis ſit capax ad requirendum prædia mouentia de emphyteuſi layci, an verò cenſeatur perſona prohibita, vt poſsit compelli ad reponendum in manus capaces: & an valeat conſuetudo ſuper

1 hoc. Dubium facit: † quia regulariter clerici ſunt capaces ad acquirendum bona laycorum, nec debent compelli ad transferendum vel diſtrahendũ extra manum ſuam. capitul. j. de immunita. eccle. libro vj. Sed in contrarium facit capitu. potuit. de locato. & l. fina. C. de iure emphyteutico. & ibi per gloſſ. ſuper verſ. vetali. & in l. ita. §. ſtipulatus. & §. ea lege. ff. de verb. obligat. Et pro hoc videtur text. in authenti. de alienatio. & emphyteu. §. j. collatione ix. vbi ſtatuitur. licèt ſecundum Speculat. in titul. de loca. §. nunc aliqua. verſicu. cxvj. & verſicu.
2 cxvij. & verſiculo. cxviij. videatur tenere †, quòd quando emphyteuſis layci transfertur ad eccleſiam, quòd iſto caſu de conſuetudine Franciæ eccleſia appellatur ad ponẽdum extra manum ſuam infrà annum ſibi retenta æſtimatiõe rei, quia aliàs emphyteuſis laycis efficerentur inutiles, quando emphyteuſis transferretur ad eccleſiã quæ dicitur manus mortua: cùm non poſsit alienare. Et ita videtur tenere Geminia. in dict. capitu. j. de immunit. eccle. libro. vj. licèt Specula. in dict. verſicu. cxviij. videatur facere differentiam, quando emphyteuſis eccleſiæ transfertur ad aliam eccleſiam, vel fiſcum vel ſyndicos, qui nunquam moriuntur, quòd iſto caſu eccleſia quæ eſt domina directa, poteſt reuocare dictam alienationem infrà bienniũ. dict. §. j. in authentic. de alinatio. & emphyteu. collatio. ix. Et hoc ibi videtur tenere Bartol. ſecus in emphyteuſi layci quando transfertur ad eccleſiã: quia iſto caſu non debet aſtringi ad ponendum extra manũ ſuam, ne quod eius fauore introductum eſt, retorqueatur in eius læſionem. l. quòd fauore. C. de legib. Et ita videtur tenere Ioann. de Imol. poſt Hoſtien. in dict. capitu. potuit. de loca. ſuper gloſſ. ſuper ver. prohibentur. & idem Ioan. de Imol. & Panormi. in capitu. in præſentia. de probatio. licèt ſecundum Bald. in authenti. niſi rogati. C. ad trebel. diſpoſitio dict. §. j. de aliena. & emphyte. colum. ix. ſit localis in eccleſia Conſtantinopolitana, de quo ibi latiùs per ipſum, & per Bartol. & Salyce in authentic. ingreſsi. C. de ſacro ſanct. eccle. in illo articu-
3 lo, † quando aliquis ingreditur monaſterium an tranſeat emphyteuſis vel feudum ad monaſterium. quia aliqui volunt tenere quòd durante vita ingreſſi debeat remanere penes monaſterium: argu. cap. j. §. j. de capi. Corad. Veruntamen redeundo ad quę-
4 ſitum, † de perſona clerici quando fit alienatio emphyteuſis in clericum, an cenſeatur prohibitum? Aliqui volunt dicere quòd ſic, propter mutationẽ fori, quia eſt difficilis conuentionis. argu. capitu. j. & ij. de aliena iudi. & l. ij. in principi. qui ſatiſdare cogantur. & per Bartol. in l. j. ff. de alie. iudic. Pro quo facit l. licet. & l. milites. & l. fi. C. locati. & per gloſſ. in dict. l. fin. C. de iure emphyteutic. ſuper ver. vetari. & in dict. capitu. potuit. ſuper verbo, prohibentur. Sed ſuper hoc multum attenderetur conſuetudo. argu. l. de quibus. ff. de legib. quia in contractu militum operatur conſuetudo, & ſpecialiter in contractu emphyteutico. dict. l. fina. ſuper. ver. vetari. & ibi per Iaſon. in decimo notabili. l. ſi prius. §. rectè. ff. de aqua pluuia arcen. Et iſtud facit pro cauſa magnifici domini Humberti de Baternay militis domini Bochagij. & Albæ Ripæ cõtra dominum Antonium de Lens præsbyterum eccleſiæ Sancti Mauricij Viennæ prætextu cuiuſdam vineæ ſitæ in Mandamento Albę ripæ acquiſitæ per dominum Antonium de Lens à quadam muliere vocata Ioanna Fabre, relicta magiſtri Arnaudi Vidonis titulo donationis, quæ mouetur de emphyteuſi & directo dominio domini Bochagij & Albæ ripæ, ſub cenſu annuo duorum ſolidorum Viennenſium, & ideò dictus dominus Bochagij egit cõtra dictum pręsbyterum ad deponendum vineam extra manum, ſed econtrà dictus presbyter ſe oppoſuit & inter cætera allegauit conſuetudinem territorij Albæ ripæ, & bailliuiatus Viennenſi, & terræ turris, qualiter præsbyteri ſeculares ſunt capaces ad tenendum de emphyteoſi laycorum. & licèt allegaretur, quòd non efficitur cõ-
5 ditio deterior domini directi, † quia etiam clericus ſortitur forum coram iudice ſeculari, ſicut pro feudo. capitu. cæterùm. de iudi. capit. verum. & capitu. ex tranſmiſſa. de foro competen. ſecundum Oldra. conſil. xvij. tamen iſtud non eſt ſine dubitatione: iuxta not. per Ludouicum de Roma. conſil. ccxxij. & per Iaſo. in l. j. C. de iur. emphyteut.

ARGVMENTVM.

1 *Dict. Quibuſcunque. in emphyteoſis contractu poſita, quid ſignificationis importet.*

Quæſtio CCLIIII.

QVAERITVR quando in albergamento emphyteoſis fit mentio pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus in poſterum quibuſcunque, an per
1 hoc etiam comprehendantur. Dubium facit † quia propter illam dictionem vniuerſalem, quibuſcunque. etiam videntur admitti minus idonei iuxta nota. per Bartol. in capitu. j. §. donare, quali. olim feu. alien. poſſeſ. in l. j. ff. de rer. diuiſio. in xxiiij. quęſtio. j. & per Alexand. de Imol. & Iaſon. in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. Iſtud etiam facit pro cauſa dicti domini Bochagij contra dictum dominum Anthonium de lens: quia in dicto albergamento fuit dictum pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus ſuis quibuſcunque.

ARGVMENTVM.

Conſuetudinis probandæ modus.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo ut probetur quòd tria principaliter requirantur, & quæ ſint.*
2 *Actus duo à maiori populi parte introducti probati conſuetudinẽ probant.*
3 *In conſuetudinis pbobatione quòd magis uiris literatis quàm illiteratis credatur.*
4 *An credatur doctori ſuper conſuetudine.*
5 *Conſuetudo per actum negatiuum implicitum conſenſum habentem probari poteſt.*

Quæſtio CCLV.

QVAERITVR ſuper modo probandi conſuetudinem, & ſi poſsit probari per actũ negatiuũ, & quæ requiratur ad probationẽ conſuetudinis, & an requiratur ſentẽtia incõtradictorio iudicio obtenta.
1 † Et in effectu ad probationẽ cõſuetudinis tria principaliter requirũtur, videlicet

tia actu

frequētia actuū, diuturnitas tēporis, & cōſenſus tacitus maioris vel ſanioris partis populi. l. de quibus. cum ibi nota. ff. de legibus. §. ex non ſcripto. Inſtitu. de iuſti. & iur. & nota per Cyn. in l. ij. C. quę ſit longa conſuetu. & ibi per Barto. in xxvj. quæſti. & ſequentibus. Veruntamen non requiritur de neceſsitate quòd fuerit obtenta in iudicio ſentētia, iuxta nota. per gloſſ. in l. cùm de interpretatione. ff.
2 de legib. † Sed ſufficit binus actus introductus à maiori parte populi loci. l. iij. C. de epiſco. audien. & nota. per gloſſ. in rubric. C. quæ ſit longa conſuetu. licèt aliqui teneant, quòd ſufficiat ſemiplena probatio. Veruntamen ſecundum Bartol. in dict. l. de quibus. vbi facit certam diſtinctionem ſe reſoluit in effectu, quia interdum conſuetudo tendit ad præparatoria iudicii, & tunc ſufficit leuior probatio etiam in turma: ſecus ſi tendat ad deciſoria iudicij, quia tunc requiritur plenior probatio, & eſſet
3 fienda differentia, † ſi viri literati deponerent ſuper conſuetudine, quia tunc eis magis crederetur, quàm viris illiteratis: ſecundum Barto. in dict. l. de
4 quibus. † Quinimò fortè crederetur doctori allegāti conſuetudinem: iuxta not. per gloſſ. in l. dos à patre profecta. C. ſolu. matrimo. & per Bart. in dict. l. de quibus. Et ibi per Iaſon. circa fin. Sed redeundo ad quæſitum, an valeat conſuetudo probari per actum negatiuum. Dubium facit, quia negatiua nō eſt probabilis. l. actor. C. de probatio. & ſatagens deponere ſuper negatiua eſt ſuſpectus de falſo. ca. cum eccleſia. de cau. poſſeſ. & propriè. & ibi per gl.
5 capitu. licèt de probatio. † Veruntamen quando talis actus negatiuus habet conſenſum implicitum, tunc poteſt induci conſuetudo per actum negatiuum, vt nota. per Bal. in dict. l. de quibus. & per Ioan. Andr. Panormita. in capitu. diuerſis fallacijs. de cleric. crimin. Et iſtud facit pro dicta cauſa domini Boachij, contra dictum dominum Antonium de Lens præſbyterum. Quia pro parte dicti de Lens fuit deducta conſuetudo, quòd præſbyteri ſeculares ſunt capaces ad acquirendum de emphyteuſi laicorum, & quòd non cōſueuerunt moleſtari nec cogi ad transferendum ad aliàs manus ſcientibus & non contradicentibus dominis directis, per longum tempus nedum decem annorum, ſed viginti & vltra, ita quòd prima facie erat dubium inter dominos, ſi iſtud ſufficeret ad probationem conſuetudinis, licèt fuerit concluſum quòd ſic, quia includit in ſe actum infirmatiuum. De modo probandi conſuetudinem, vide Alexand. conſil. xlv. in ſecundo volumine poſt Iaſo. in dict. l. de quibus. ff. de legib.

SVMMARIVM.

Fideicommiſſum vbi ſpurio tacitè factum eſt, an priuationi hæreditatis locus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum incapaci relictum, fiſco applicandum.*
2 *Fideicommiſſum in teſtamento apertè ſpurio relictum an hæredi uel fiſco adiudicandum ſit, doctores altercantur.*
3 *Fideicommiſſi taciti exceptione miſsionem in poſſeſsionem ex remedio l. fina. C. de edict. diui Adria. tollend. non impediri.*

Quæſtio CCLVI.

QVAERITVR quando hæres accommodat tacitè fidem de reſtituēda hæreditate ſpurio teſtatoris, an ſit locus priuationi hæreditatis & an applicetur fiſco, vel venientibus ab inteſtato, & an poſsit opponi de iure fiſci, & vtrum talis exceptio admittatur in remedio l. fina. C. de edicto
1 diui Adria. tollen. † Et in effectu quando relinquitur incapaci clam, & accommodata fide vti ſpurio, vel alteri incapaci, tunc applicatur fiſco. in l. offertur. in principio l. non intelligitur. §. j. l. cùm tacitam. ff. de iure fiſci. l. in tacitis. ff. de lega. j. l. cum quidam. §. in tacito. ff. de vſur. Nec iſto caſu applicatur hæredi ſcripto, vel venientibus ab inteſtato, propter delictum commiſſum per hæredem, in accōmodando tacitam fidem: ſecundum Barto. in l. fina. ff. de his qui. vt indig. & Bald. in dict. l. etiam. Ange. Ioan. de Imol. in l. quo facto §. Iulius ff. de vulga. & pupill. ſubſti. Et licèt quando relinquitur palàm in teſtamento ſpurio non debeat hæres pati aliquam pœnam. dict. l. non intelligitur. in prin-
2 cip. † tamen eſt dubium inter doctores an illud relictum ſpurio debeat applicari fiſco, vel venientibus ab inteſtato. de quo per gloſſ. & docto. in l. hæreditas. C. de his quib. vt indig. auferun. & per Barto. in l. fin. ff. de his qui. vt indig. licèt ſecundū Bar. quando relinquitur palàm incapaci debeat remanere apud hæredem. l. j. C. de hæredi. inſtituen. Nec obſtat l. j. C. de natura. libe. vbi tale relictum factū ſpurio debet applicari certis perſonis venientibus ab inteſtato: quia illud eſt ſpeciale in certis perſonis in dignitate cōſtitutis, qui habent tales ſpurios vbi lex magis abhorret in talibus perſonis. l. ſi qua illuſtris. C. ad orficia. Et hoc verum quando palàm relinquitur: ſecus ſi clam accomodata fide, prout ſupradictum fuit, & talis exceptio nō poteſt opponi per priuatum de iure fiſci. l. his conſequenter. in princip. & ibi glo. ff. fami. erciſcun. ſecundum Bal. & Ioan. de Imol. in dict. l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtitutio. Nec pariter talis exceptio habet obſtare in remedio dict. l. fina. C. de edicto diui. Adria. tollen ex quo exhibetur teſtamentum manu publica receptum non vitiatum, nec cancellatum, vt ibi habetur: † quia talis exceptio taci-
3 ti fideicommiſsi requirit certiorem indaginem ne ſe contineat vitium patens, & latens. Et ideò non impedit miſsionem in poſſeſsionem ex remedio. d. l. fina. vt ibi habetur. & l. quamuis eod. tit. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis nobilis Iacobi de Serris mandamenti Quinſonaſsij, hæredis vniuerſalis teſtamentarii egregij domini Antonij Galleſij, legum doctoris, vbi exhibuit teſtamentum receptū per magiſtrū Andræā R olim ſecretariū Dephina. non vitiatū, nec cancellatū. Sed ex aduerſo ſe oppoſuit egregius dominus Petrus Galleſij frater vtrinque cōiunctus egregij quōdam dn̄i Antonij Galleſij & inter cætera oppoſuit de fide taciti cōmiſsi, ac præſtita & accomodata fide per dominū de Serris ad vtilitatē Iacobi Galleſij, vt pretēditur ſpurij dicti quōdā domini Antonij Galleſij teſtatoris, cuius eſt patruus, vt fertur dictus de Serris, hæres teſtamētarius. Veruntamē quia talis exceptio requirit altiorem indaginē, ideò fuit ordinatum ante omnia dictum hæredem mitti in poſſeſsionem bono-

rum teſtatoris, quæ tenebat tempore eius vitæ & mortis, reſeruato iure agendi ſuper petitorio dicto domino Petro Galleſij,

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſi taciti probandi modus.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum tacitum quòd priuato chyrographo & alijs præſumptionibus probetur.*

2 *Fideicommiſſum tacitum ut probetur, tria requiruntur, & quæ.*

Quæſtio. CCLVII

QVAERITVR de modo probandi accomodatam tacitam fidem taciti fideicõmiſ
1 ſi. † Et in effectu videtur quòd debeat probari per chyrographũ priuatũ, vel ex alijs præſumptionibus iuris. l. nõ intelligitur. §. tacitè. ff. de iure fiſc. vel per confeſsionem hæredis, vt ibi habetur per Bart. Veruntamen ſecundum Bald. poſt Iaſo. de Areti. Ol.
2 dra. in l. in tacitis ff. de lega. j. † tria requiruntur, Primò quòd hæres non ſit grauatus in teſtamento vel codicillis. Secundò requiritur priuata ſcriptura: ſecus ſi eſſet promiſsio verbalis. Tertiò quòd fuerit relictum incapaci, licèt ſecundum Ioan. de Imol. ibi, etiam haberet locum quando fieret promiſsio verbalis: quia ſufficit quòd poſsit probari per confeſsionem partis: ſecundum gloſ. in dict. §. tacitè. & ſuper hoc poſſunt fieri poſitiones: ſecundum Bart. in l. fina. ff. de his qui. vt indig. De qua materia vide per Bal. & Saly. in l. etiã. C. ad leg. falci. & per Bar. in l. ſi quis presbyter. C. de epiſc. & cleri. & per Bar. in conſi. incipiente, ſecus. & ibi declarat quando ex poſt facto ſpurius reperitur tenere bona patris præſumitur fraus. l. j. C. de natura. libe. facit l. qui teſtamentum. ff. de probatio. & in l. Lucius. §. in teſtamento. ff. de legat. j. vide Fely. in cap. intimauit. de teſti. qui refert Cardina. Floren. conſilio. xxxv. incipientiũ Quidam habens, qui accomodans tacitam fidem iurat non reuelare, quòd tale iuramẽtum non valet.

ARGVMENTVM.

Hæres ſcriptus an ſpurio deferri poſsit.

SVMMARIVM.

Hæreditatem ſpurio hæredem ſcriptum relinquere poſſe.

Spurius ab extraneo & capere, & acquirere poteſt.

Quæſtio CCLVIII.

QVAERITVR an hæres ſcriptus in teſtamento poſsit relinquere hæreditatem ſpurio
1 teſtatoris. † Et dicendum eſt quod ſic: quia iſto caſu nõ capit à teſtatore, ſed ab herede: ſecundũ Bart. & communiter cæteros. in l. ſi quis. ff. de vulga. &
2 pupil. † quia ſpurius poteſt capere & acquirere ab extraneo: ſecundum glo. in authen. quib. mod. natu. effic. ſui. §. fina. colla. vij. & ibi etiam, quid in cõtractu. de quo in d. l. j. C. de natura. libe. & in l. qui teſtamentum. ff. de probatio.

ARGVMENTVM

An teſtamenti executor teſtatoris ſpurium eligere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Modi quibus ſpurio relinqui poteſt, qui ſint remiſſiuè.*

Quæſtio CCLIX

QVAERITVR an executor teſtamentarius grauatus ad diſtribuendum bona teſtatoris in pias cauſas aut alios vſus, poſsit eligere ſpurium teſtatoris. Vide per Bart. & Ioan. de Imo.
1 in l. Lucius. §. inteſtato. ff. de legat. j. † & de modis quibus poteſt relinqui ſpurio teſtatoris, vide per Barto. in l. fina. ff. de his quibus vt indig. & quando hæres vel ſpurius ſe deferunt fiſco talem portionem habeant habere, vide in l. edicto. §. reſtat. ff. de iure fiſci. & per gloſſ. Salyc. & in l. cum tacitum: ff. de probat. & per gloſſ. Bald. & Salyc. in l. etiam. ad leg. falcid.

ARGVMENTVM.

In appellatione ab interlocutoria an nullitas veniat.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas ubi in appellatione à diffinitiua uenit, quòd negotium principale ad ſuperiorem deuoluatur: Secus in appellatione ab interlocutoria.*

2 *Nullitas in appellatione ab interlocutoria quòd non, niſi nullitatis cauſæ nominatæ fuiſſent expreſſè, ueniat.*

3 *Exceptio nullitatis defectu iuriſdictionis, quòd ſemper opponi poſſit.*

4 *Sententiæ nullæ executioni etiam reſiſtere licere.*

Quæſtio CCLX.

QVAERITVR an in appellatione ab interlocutoria veniat nullitas ſicuti ab appellatione à difiinitiua. l. Cornelia. ff. de iure patrona. l. quædam. ff. familiæ erciſcun. l. ſi expreſſum. ff. de appellatio. cum ibi nota. per Barto. & videretur di-
1 cendum quòd non † quia per appellationem à diffinitiua quando venit nullitas etiam deuoluitur negotium principale, ad ſuperiorem. l. ſi accuſa. & l. abſentes. C. de accuſatio. ſecus in appellatione ab interlocutoria: quia debet ante omnia diſcuti. cap. debitus. de appellatio. capit. ordi. & cap. non ſolùm in fin. de appellatio. libro. vj. clemen. appellanti. de
2 appellatio. Et ideò † in tali appellatione ab interlocutoria non venit nullitas, niſi cauſæ nullitatis fuiſſent nominatæ expreſsè in tali appellatione: ſecundum Bartol. in l. j. C. quando prouoca. non eſt neceſſe. & Panormita. in cap. dilecto. de appellatio. & domi. Guid. Pap. deciſio. ccccxxxvj. quæſtio. lxxij. Et iſtud facit pro cauſa appellationis nobilis Bonifacij Menſani appellantis contra nobilem Margaritam Taperellæ appellatam, patriæ Aſtenſis: quia dictus Bonifacius appellauerat à quibuſdam expletis poteſtatis per Alexandrum commiſſarium deputatum per Senatum Mediolanenſem, ad exequẽdum quandam ſententiam latam per quendam doctorem vocatum dominum Gambarutum doctorem Aſtenſem, quia in dicta appellatione fuerant deductæ certæ cauſæ nullitatis aduerſus dictã ſententiam domini Gambaruti, quia ante prolationem ſententiæ fuerat ſibi inhibitum per Senatum Mediolanenſem. Et aliter apparebat de nullitate dictæ ſententiæ defectu iuriſdictionis, quia non apparebat de commiſsione dicti domini Gambaruti: quia commiſsio reſcripti Regis impetrati per dictã Tapperellæ, non dirigebatur dicto domino Gambaruti, ſed domino Gubernatori Aſtenſi, cui mandabatur, quod eligeret ſeu ſubrogaret duos peri-

tos non ſuſpectos, & non apparebat de ſubroga-
3 tione dicti domini Gambatuti. Ideò talis † exceptio nullitatis defectu iuriſdictionis ſemper poteſt opponi: ſecundum glo. in clemen. j. de ſequeſt. poſſe.
4 & fruct. & etiam poſſet reſiſti aduerſus executionẽ ſententiæ nullæ: ſecundum glo. in c. ex literis. de officii. delega. Et ideò fuit pronuntiatum bene appellatum pro parte dicti Boneti Bonifacij, & nulliter proceſſum per dictum iudicem à quo, confirmãdo ſententiã dicti domini gubernatoris Aſtenſis priùs latam de conſilio duorum peritorum conſideñ. Et aliàs prout pleniùs cõſtat de dicta ſententia lata in manibus magiſtri Galliffeti ſecretarij Delphi. licèt in dicto proceſſu emergerent plura alia dubia tam circa diſpoſitionem l. ſi quis maior. C. de tranſact. per dictam Taperellæ intentatã, quàm etiam propter plures ſententias per dicta Taperellę obtentas quæ reuocabantur per ſententiam dicti domini gubernatoris Aſtẽſis. De qua materia aliàs ſcripſi in quodam volumine arduarum cauſarum, videlicèt in iij. in princip.

ARGVMENTVM.

Sententia interlocutoria & diffinitiua vbi ſimul feruntur, an duplici appellatione opus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Appellationes duæ quòd requirãtur ſi ſimul & ſemel proferantur interlocutoria & diffinitiua.*

Quæſtio CCLXI.

QVAERITVR quando ſimul & ſemel profertur interlocutoria ſuper repulſione articulorum cum ſententia diffinitiua, an ſit opus duplici appellatione, & an prius poſſit decidi appellatio
1 interlocutoria, † Et dicendum eſt quòd ſic, ex quo ſunt diuerſi articuli. l. ſi appellatis. ff. de appella. & cap. directè. & c. ſua nobis. de appella. Et hoc tenet domi. Guid. Pap. deciſi. ccccxxxvj. q. lxvij. & lxviij. Et iſtud facit pro cauſa appellationis Ioãnis Frenonis appellatus de Barralibus cõtra nobilem Humbertum Pillati, appellatum, quia iudex curiæ Grayſiuodani repulerat quoſdam articulos obiectionales dicti Frenonis & ipſum cõdemnauerat ad petita cum expenſis, & ſimul & ſemel fuerat appellatum. Et ideò fuit cognitum bene appellatum & malè interlocutũ, per iudicẽ à quo, quò ad repulſionẽ dictorum articulorũ, qui tandem fuerũt admiſſi ad probandum, & adhuc remanet negotium principale. Et pariter fuit ordinatum exhiberi quandã matricem talliæ quæ debet exiſtere penes dictum Pillati ſuper expeditione certarũ ſommatorum vini, de quarũ pretio agebatur. Et aliàs prout pleniùs apparet in manibus magiſtri Ioffredi.

ARGVMEMTVM.

Poſſeſsionis apprehenſio an in officio temporali neceſſaria ſit, & an collatione transferatur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeßionem propria authoritate adipiſci uetitum.*
2 *Poſſeßio ſola collatione non transfertur. & nume. 5.*
3 *Poſſeßio quando adipiſcitur, actu corporeo eſt opus.*
4 *Dominium & ius in re q. ſolo principis titulo quærãtur.*
6 *Tria in officio requiruntur, electio ſeu confirmatio ſcilicèt, acceptatio & ingreſſus.*
7 *Imperator licèt ante inſularum adeptionem adminiſtret: tamen non, niſi conſecratus & coronatus Imperatoris nomine gaudet.*
8 *Imperij ortus coronatio.*

Quæſtio CCLXII.

QVAERITVR an in officio temporali requiratur apprehenſio poſſeſsionis, ſeu inſtallatio in ſede, antequàm poſsit adminiſtrari & exercere officium, & an per ſolam collationem officij, ſeu beneficij trãsferatur poſſeſsio. Et videretur dicendum quòd ſic. l. iij. ff. de officio procura. l. Publius. in principio. ff. de condition. & demonſtrati. ſicuti in beneficio dicitur. c. ad hæc. verſic. in quadam. & c. vt noſtrum. de offici. Archid. adeò quòd
1 quis † non debet propria authoritate adipiſci poſſeſsionem: ſecundum Archid. in c. eum qui. de præ-
2 ben. lib. vj. † Quia per ſolam collationem ſeu inueſtituram beneficij non transfertur poſſeſsio. cap. ex ore. de his quæ fiunt à maio. part. capitul. & ibi per glo. & doct. & in c. authoritate. de iuſti. & iur. c. per tuas. de dona. & in c. ij. de cõſuetu. & per glo. & Io.
3 de Imol. in c. propoſuit. de præbend. † Quia in adipiſcenda poſſeſsione requiritur actus corporalis. l. iij. §. in admittenda. ff. de acqui. poſſeſsi. l. licèt. C. e. titul. quia poſſeſsio habet plus facti quàm iuris. c. cùm noſtris. de conceſ. præben. Et maximè quando adipiſcitur poſſeſsio per executorem requiritur rea & corporalis apprehenſio, nec ſufficeret ad transferendum poſſeſsionem, quòd nuntius longè ſtans oſtenderet oculis. l. non mirùm. ff. de pigno. c. cum aliquibus. de re. ſecundum Specu. in tit. de primo & ſecundo decre. §. iam de effectu. Nec obſtat l. j. §. ſi iuſſerim. & l. cum eo. §. ſi per vendito rem. & l. prædia. cum ibi not. ff. de acquiren. poſſeſsio. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd ibi poteſt acquiri poſſeſsio oculis in re præſenti, quando interuenit voluntas poſsidentis. Sed in caſu iſto nuntius non poſsidet.
4 Nec obſtat etiam ſi dicatur, † quòd ex ſolo titulo principis acquiratur ius in re & dominio, cum habeat vim legis. l. Cæſar. ff. de publica. ſecundum Bartol. in cap. j. per quos fi. inueſtit. & per Iaſo. in l. traditionibus. ff. de pact. & in l. quotiens. C. de re. vendicati. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd in caſibus in quibus transfertur dominium ipſo iure, nõ tamen transfertur poſſeſsio: ſecundum glo. in l. cũ duobus. §. idem reſpondit. ff. pro ſocio. & Bartol. in l. fina. C. de ſacroſanct. eccleſ. faciunt nota. per glo. & Innocen. & Ioan. de Imol. in cap. propoſuit. & c. cum noſtris. de conceſ. præben. & per Specu. in ti.
5 de peti. & poſſeſ. §. fina. in fine. Nam † per ſolã collationem beneficij non transfertur poſſeſsio, etiam ſi fuerit ſignata ſententia priuationis beneficij, ſed requiritur traditio, & apprehenſio poſſeſsionis: & maximè alio exiſtente in poſſeſsione, non debet apprehendi poſſeſsio ipſo non vocato. cap. licèt. de præben. lib. vj. Aliàs vbi alius non eſſet in poſſeſsione ex ſola collatione beneficij quis poſſet adminiſtrare, & apprehendere poſſeſsionẽ propria authoritate: ſecundum Innocen. Ioan. And. & Panor. in c. tranſmiſſum. de elect. & in c. cùm ſuper. de cauſ. poſſeſ. & proprie. niſi de conſuetudine requireretur inſtallatio in ſede. d. c. vt noſtrum. de offic. Archid.

& dict.l.Publius.in princ.ff.de condi.& demon.Et
6 ibi glo. quæ dicit,ꝙ † tria requirũtur in officio,vi
delicèt electio,ſeu cõfirmatio,acceptatio, & ingreſ
ſus.& ibi per bald.& Paul.de Caſtr. ꝙ poteſtas nó
debet exercere officium antequàm intrauerit pala-
cium.Et pro hoc facit gloſſ.in authen. vt iudi.ſine
quoquo ſufrag.§.oportet.verſi.iuſiurãdi.col.ij. vbi
ſecundum Ange.licèt poteſtas fecerit eius ingreſ-
ſum,tamen non exercet officium donec præſtiterit
iuramentum,&fuerit ſibi decreta adminiſtratio,li-
7 cèt† Imperator adminiſtret ante infulas ſucceſſas,
de quo per glo.& docto.in l.bene à Zenone. C. de
quadri.præſcriptio. Veruntamen non aſſumit no-
men Imperatoris ante conſecrationem,& corona-
tionem. cap. venerabilem. de elect. & per gloſſ. in
clemen. Romani. de iureiurand. Sicuti etiam in
Papa dicitur, qui aſſumit nomen Papæ & Ponti
ficatus à die coronationis & intromiſsionis.cap.in
nomine domini.xxiij.diſtinct.& per glo. in c.legi-
mus.xciij.diſtin.de quo per glo.ſuper data vj. quia
8 dies † coronationis dicitur ortus Imperij.l.fina.de
feu.l.& miles dicitur à die ſuceſsionis & deſcriptio
nis in matricula.l.cùm ex eo.ff.de teſtamen.mil.fa-
ciunt not.per Bar.in l.abſenti.ff.de don.Et pręmiſ-
ſa faciunt ad quæſtionem ſuper interinatione lite-
rarum officij gubernatoris præſentis patriæ Del-
phin.de hoc præſenti anno natiui.domini 1504.
die penul.menſis Decembris,illuſtris domini Ga-
ſtonis Comitis de Fuxo,& de Stampis vicecomitis
& domini Narbonæ quæ fuerũt interinatæ in eius
abſentia. Nec apparebat de procuratorio ſuffi-
ciẽti ad apprehendendum poſſeſsionem nomine
ipſius ſuper quo eram dubius,ſi requireretur inſtal
latio in ſede, ſeu in cathedra in ſtricto conſilio,
quàm in audientia, iuxta morem ſolitum. Verunta
men in ipſis literis ſereniſsimus dominus Rex Del
phinus atteſtabatur ipſum poſuiſſe in poſſeſsioné,
& recepiſſe ab ipſo iuramentum in talibus præſtari
ſolitum. Et ideò ab illo tempore interinationis fuit
intitulatus,& literæ curiæ ſub ipſius nomine confe
ctę,licèt intelligo quando Rex Franciæ peruenit
ad coronam antequàm intituletur & concedantur
reſcripta per ipſum, conſecratus & coronatus, de
quo per glo.in pramagti.ſanct.in princi.ſuper ver-
bo,dyadematis.Nec obſtat præmiſsis quod habe-
tur per Specu.in tit.de petito. & poſſeſ.§.j.verſi.ſed
pone.vbi tenet, quòd ſi quis ingrediatur aliquam
rem de bonis eccleſiæ ſede vacante,prælatus poteſt
agere contra inuaſorem:quia poſſeſsio non erat va
cans,licèt vacaret eccleſia:quia illud verum quan-
do prælatus ageret nomine adminiſtratoris eccle-
ſiæ:ſecus ſi ageret nomine proprio,ratione tituli be
neficii,vt nota.per Panorm.in dict.cap.cùm ſuper.
de cauſ.poſſeſ.& proprię.

ARGVMENTVM.

Minor promotus ad officium an diſpenſatus cen-
ſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Minor ad officium promotus à principe quòd diſpenſatus cenſeatur, ſi de certa principis ſcientia appareat. & numer.1.*

Quæſtio CCLXIII.

QVAERITVR quando princeps promo
uet ſcienter aliqué minus idoneũ defectu æta
tis ad aliqđ officiũ quod habet ,adminiſtrationé iu
ſtitię an videatur ipſum habilitare, & ſecũ diſpéſa-
1 re. † Et videretur dicendũ ꝙ ſic.l.item Vlpianus.ff.
de accu.tuto.l.quidã conſulebant.cum ibi nota. ff.
de re iudi.l.Barbarius Philippus.ff.de offic. præto.
Et hoc in principe:ſecus in inferiore à principe: iu-
xta nota.per glo.& doct. in c. diuerſis fallacijs. de
cler.coniug.& in c.ij.de ſciſma.& in c.j.de ætat. &
qualita.libr.vj.Sed difficultas remanet ſi requira-
tur ad hoc vt appareat de certa ſcientia principis,
quòd hoc exprimatur in literis:vt tenet glo. in cle.
& ſi principalis.de reſcript.& in c.ſtatutum.in prin
cipi.de reſcrip.lib.vj. ſicuti in clauſula motu pro-
prio.c.ſi motu proprio.lib.vj. Veruntamen commu
2 niter tenetur ſaltem de iure ciuili,quòd † ſufficit ꝙ
appareat de certa ſcientia principis, licèt non expri
matur in literis:ſecundũ Panor.& Feli.in c.ad hęc.
& c.nonnulli.de reſcript. & Bartol. in l.fin. C.ſen
ten.reſcin.non poſ.& in cap.i.per quos fiat inueſti-
tu.Et ibi ponitur exemplum de Papa qui fecit ſibi
adduci infanté ſeu pupillum cui prouidit de digni-
tate eccleſiaſtica, quia videtur ſecum diſpéſaſſe.Et
iſtud etiam facit pro literis interinationis dicti do-
mini Comitis de Fuxo gubernatoris, qui vt fertur
eſt ætatis duntaxat decem octo annorũ, quia cùm
ſit nepos Regis, & moretur in curia,videtur ſecum
diſpenſatum fuiſſe.

ARGVMENTVM.

Proregis ſiue gubernatoris Delphinalis iuramen-
ti forma.

SVMMARIVM.

1 *Officiarius omnis ante officij ingreſſum quòd tactis euangelijs ſacramentum præſtare teneatur.*
2 *Poteſtas officium non,niſi præſtito iuramento & adminiſtratione ſibi decreta,exercet.*

Quæſtio CCLXIIII.

QVAERITVR ſuper forma pręſtationis
iuramenti domini gubernatoris præſentis pa
triæ, quia vt fertur eſt ſolitum pręſtari iuramentũ,
videlicèt à principio,quando apprehédit poſſeſsio-
nem per procuratorem. Secundò quando ipſe in-
tereſt in perſona, pro quo facit authen. iuſiuran-
dum quod præſta.ab his,qui adminiſtra.ſucci.col-
la.ij. Tertiò præſtatur iuramentum in manibus do
mini Epiſcopi Gratianopo. & in eius abſentia in
manibus domini Abbatis ſancti Anthonij, nomi-
ne patriæ de obſeruãdo ſtatuta & libertates patriæ.
Veruntamen quando per ipſum pręſtatur iuramen
tum tactis ſcripturis in manibus curiæ, eſt ſolitum
præſtari hoc modo iuramentum dominorum gu-
bernatorum. Monſeigneur vous iures que vous ſe-
rez feal au Roy Daulphin noſtre ſouuerain ſei-
gneur,en adminiſtrant,& faiſant adminiſtrer,à vo
ſtre pouuoir aux ſubiectz Delphinaulx iuſtice, &
autát aux petitz que aux grandz,& ſans acception
de perſonne, en procurant l'vtilite dudit ſeigneur
Roy Daulphin, & euitant ſes dommages,& auſsi
ne reuelerez ſes ſecretz,& ne prẽdrez dons illicites,
& prohibez de droict,& obſeruerez les ordonnan-
ces, &

ces,& ſtatuz Delphinaux,& par tous autres à vo-
1 tre pouuoir les ferez obſeruer. † Veruntamē;quilibet officiarius ante ingreſſum officij, debet præſtare iuramentum tactis Dei euangelijs:vt in authen. iuſiurand.quòd præſta.colla.ij.& nota. per docto. in rubr.ff.de oper.nou.nuntia.vnde ſecundum Angel.in authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffrag.fi.§.iuſ-
2 iurandū.aliàs ſub.§. oportet.colla.ij. † Poteſtas nō exercet officium antequàm iurauerit, & antequā fuerit ſibi decreta adminiſtratio.

ARGVMENTVM.

Confeſsio iudicialis filijfamiliàs an patri præiudicare poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Filius pro patre in iudicio etiam petēdo comparere poteſt.*
2 *Filius licèt in iudicio pro patre interuenire poßit, non tamen præiudicare poteſt.*

Quæſtio CCLXV.

QVAERITVR an confeſsio iudicialis filijfamiliàs cum ſententia ſubſecuta ha-
1 beat præiudicare patri. Dubium facit:† quia filius poteſt comparere in iudicio pro patre etiam agendo.l.exigendi.C.de procura.cùm ſit de coniunctis perſonis quæ admittuntur ſine mandato: ſecundū glo.ibi,maximè quando eſt maior vigintiquinque annis.l.ſed hæc.ff.de procura.Sed in contrarium vi-
2 detur veritas: † quia licèt filius,ſeu cōiūcta perſona poſsit interuenire in iudicio, non tamen præiudicat.l.j.C.quib.res iudi.nō no.l.nec filius.C.de reb. credi.l.filius.C.de pact.l.ſi filius.ff. de ſolu. adeò ꝙ non debet præiudicare filio poſt mortem : ſecundū Bartol.ibi,& hoc videtur tenere Specu. in titul.de confeſ.§.nunc vidēdum.verſi.vlti.quæritur. Et hoc verum niſi pater reportaret cōmodum ex cōtractu ſeu facto filij,de quo ibi pleniùs habetur. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis nobilis Guiotti Varneri aliàs Bombein,contra conſules præſentis ciuitatis Grationopol.ſuper facto Leydę. Quia dicti conſules prætendunt quòd die nundinarum feſti beati Vincentij non debet leydari.l.j.C.de nundinis.& ꝙ extranei aſportantes bladū ad vendēdum nihil debeant ſoluere illa die pro Leyda, & ad hoc produxerunt quandam ſententiam dudum latam in dicta curia parlamenti,de anno milleſimo.cccclxiiij.de tempore domini Comitis domini Comenarum vbi nobilis Guigo.Bōbein filius nobilis Fráciſci &pater dicti Guiotti confeſſus fuit,quòd nundinæ die Beati Vincentij ſunt liberæ & franchæ à ſolutione leydæ & fuit lata ordinatio ſuper hoc cōtra dictum Fráciſcum auum paternum dicti Guiotti per modum ibi contentum.

ARGVMENTVM.

Teſtimonium ſuper negatiua ſine redditione cauſæ an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua non,niſi loco & tēpore coartata.probabilis eſt.*
2 *Teſtis deponens ſuper negatiua quòd falſitatis ſuſpitionē non euitat,niſi ſui teſtimonij rationem non interrogatus reddat.*
3 *Teſtibus duobus de affirmatiua deponentibus, quòd plus fidei adhibeatur, quàm pluribus teſtibus ſuper negatiuâ loco & tempore coartata deponentibus.*

Quæſtio CCLXVI.

QVAERITVR quando teſtes deponunt ſuper negatiua an valeat teſtimonium,ſine redditione cauſę teſtimonij,etiam ſi teſtes non fuerint interrogati.Et dicendum videtur quòd non valeat
1 tale teſtimonium, † quia talis negatiua niſi ſit coartata loco & tempore non eſt probabilis.l. actor.
2 C.de probati.in cap.licèt.de probat. † & teſtis adſtrictus probare negatiuam & ſuſpectus de falſo.c. cùm eccleſia.de cau.poſſeſ. & proprieta.niſi reddat cauſam ſui teſtimonii,etiam non interrogatus: ſecundum Bald.in l.cùm hi.§.nihil.ff.de tranſact. & in l.ſolam.ad finem.C.de teſtib.& in dict.l. actor. Et iſtud etiam facit pro dicta cauſa conſulum ciuitatis Grationopo.Contra dictum Bombein. Quia pro parte dictorum conſulum Grationopol.fuerūt examinati plures teſtes ſuper negatiua libertatis non ſoluendi leydam die nundinarum ſancti Vincentij,qui non reddiderūt cauſam teſtimonij defectu commiſſarij,licèt Cyn.in l.ij.C.de erro. aduoc. videatur tenere,quòd valeat teſtimonium ſuper negatiua,quādo eſt coartata loco & tempore, etiam ſi non reddat cauſam teſtimonij.& idem videtur tenere Barto.in l.j.§.ſi quis neget.ff.quemadmodum
3 teſtamen. aper. † Et iſto caſu quando talis negatiua eſt coartata loco & tempore, vel quando habet affirmatiuam implicitam,quando ſunt etiam plures teſtes,præferuntur etiam quando duo teſtes deponunt ſuper affirmatiua:ſecundum Bald. in dict. §.nihil. Et ſic non habet obſtare quod habetur per glo.in l.diem proferre.§.ſi plures.ff.de arbi. & Innocen.in cap.ſuper hoc.de renuntia.

ARGVMENTVM.

De priuilegio exemptionis.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium ſpeciale, generali priuilegio derogat.*

Quæſtio CCLXVII.

QVAERITVR an priuilegium Caroli quarti Romanorum Imperatoris conceſſum ciuibus & habitatoribus Grationopol. à pedagiis, gabellis,leydis,& reydis,& ſimilibus excuſet ipſas à ſolutione dictæ leydæ,quando vendunt aut reuēdunt blada ſeu grana in dicta ciuitate in eorum orreis,& quid de ciuibus burgenſibus,& etiam perſonis eccleſiaſticis,quādo vendunt de eorum bladis quæ procedunt de leur propre creu,abſque marcando. Dubium facit:quia vt prætenditur dictus Bombein & ſui prædeceſſores habuerunt dictam leydā ex homagio eccleſiæ Epiſcopatus Grationopo.ante vt pretenditur impetrationem dictorum ciuium & habitantium Grationopo.Et pariter ſpeciale priuilegium derogat generali,etiam ſi ſit clauſum in corpore iuris.cap.j.de reſcrip. Veruntamen quò ad ciues & burgenſes & eccleſias Grationopo.qui habent blada de eorum redditibus,& bonis nec mercantur,licèt vendant, de dictis bladis in eorum orreis non tenentur ad dictam leydam,faciunt nota. per Cyn.in l.ij. C. de epiſcop. & cleric. ſed quò ad alios habitantes qui emunt & reuēdunt blaba diſ-

ficultas eſt ſi tenentur ad ſolutionem dictæ leydæ: quia per hoc poſſet committi fraus. Sed pro nunc aliter non declaro, quia pendet lis coram curia.

ARGVMENTVM.

De nundinis cadentibus in die dominico.

SVMMARIVM.

1 *Nundinæ remiſſæ ob diem profeſtum quòd eodem priuilegio gaudere debeant, quo gauderent ſi remiſſæ non eſſent.*

2 *Nundinas liberas eſſe debere, iuris communis eſſe.*

Quæſtio CCLXVIII.

QVAERITVR quando dies ſancti Vincentij cadit in die dominica, adeò quòd nundinæ tenentur in die ſequẽti propter honorem diei dominicæ. iuxta l. dies feſtos. C. de feri. an debeatur
1 leyda. Dubium facit: † quia militat eadem ratio, vt non debeatur, ex quo non tenentur nundinę die dominica, ſed cadit in die ſequenti, & ſic debet ſer-
2 uari idem ius. † Cùm de iure communi nundinæ ſint liberæ, & franchæ, à pedagijs, & leydis. l. j. C. de nundinis. Et idem poſſet dici in nũdinis medij Auguſti, vel quando nundinæ cadunt in die mercuri, vel ſabbati, vbi eſt ſolitum teneri mercatum Gratianop. & exigi leyda, quia eadem ratio militat propter priuilegium nundinarum, vt non debeat ſolui leyda. Nec obſtat quod habetur per Barto. in l fin. ff. de offic. procura. & leyda de illo qui accipit obligationes in die feſti ſancti Laurentij, & cadat in die dominico. &c. Sed ad præſens aliter non declaro, quia pendet lis coram curia, & pro præmiſsis poteſt adduci in ſimili de executione diei citationis quando eſt feriata, quia cadit in diem ſequentem.

ARGVMEMTVM.

An iudex ſecularis teneatur præſtare auxilium & ſtare ſententiæ iudicis eccleſiaſtici.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas ſecularis an & quando auxilium iudici eccleſiaſtico præſtare teneatur. & nu. 3. & 4.*

2 *Iudex ſecularis an ſententiæ executio à iudice eccleſiaſtico demãdata eſt, quòd de exceptione ſuſpendente executionem cognoſcere poſsit.*

4 *Iudex eccleſiaſticus antequàm iudici ſeculari ſententiæ executionem cõmittat, quòd per cenſuras eccleſiaſticas procederet, tutiùs foret.*

Quæſtio CCLXIX.

QVAERITVR an iudex ſecularis teneatur ſtare ſententiæ iudicis eccleſiaſtici latæ ſuper petitorio beneficij eccleſiaſtici, & idem præſtare auxilium ſeu familiam in vim literarum executorialium ſine vocatione partis, & quid, quando fuit appellatum. Prima facie videretur dicendum quòd debeat ſtari tali ſententiæ. c. ij. de excepti. lib.
1 vj. † Quia poteſtas ſecularis debet præſtare auxilium iudici eccleſiaſtico. c. j. de offic. ordina. & ad hoc poſſet compelli, vt ibi habetur. c. adminiſtratores. xxiij. quæſtio. v. Quia vtraq; poteſtas eſt inuenta, vt vna adiuuetur per alteram. c. quum ad verum. xcvij. diſtinct. Et hoc verum, quando iudex eccleſiaſticus petit auxilium iudicis ſecularis iudicialiter, & non fuit appellatum: ſecus ſi petit auxilium extraiudicialiter, & conſtat quòd iniuſtè petit, quia tunc non tenetur impendere auxilium. Quia iudex ſecularis in iſto caſu non eſt inferior, ſed par. Si verò quis appellaſſet & appareret de appellatione, non teneretur iudex ſecularis impẽdere auxilium: ſecundum Ioannem Andræ. Panormita. & Ioan. de Imol. in dict. cap. j. de offici. ordina. & Card. Floren. & Petr. de Anchar. in clemen. j. de re iudic. Et vbi non appareret de appellatione, & obijceretur coram iudice ſeculari aliqua exceptio, quæ ſui natura conſueuit impedire executionem, tunc poterit ſe informare & ſupercedere, & referre ſuperiori. cap. de cętero. de re iudi. Nec obſtat ſi dicatur quòd iudex ſecularis non eſt niſi merus executor, & quòd non poteſt cognoſcere. cap. paſtoralis. §.
2 quia verò. de offici. delega. † quia bene poteſt cognoſcere quando conſtat de nullitate, defectu iuriſdictionis, prętextu appellationis quæ ſuſpendit primam ſententiam: & licèt regulariter quãdo agitur de executione ſententiæ, non ſit neceſſaria citatio partis, quando agitur de re, de qua fuit cognitum & lata ſententia: ſecundum Innocen. in cap. veniens. le ij. de reſtib. & in cap. ex ratione. de appellatio. & Bartol. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. Tamen de ſtylo curiæ quando pręſentatur ſententia iudicis eccleſiaſtici lata ſuper petitorio, cum executorialibus eſt ſolitum vocare poſſeſſorem beneficij: cùm agatur de ſuo intereſſe. c. licèt.
3 de præbend. libr. vj. † Nec obſtat ſi dicatur, quòd non debeat impendi auxilium brachii ſecularis niſi in ſubſidium, quando iudex eccleſiaſticus aliter non poteſt exequi ſententiam ſuã: ſecundũ Bal. in l. ij. C. de his qui latro. occul. & Paul. de Caſtr. conſilio xlj. Quia ad iſtud reſpõdetur, quòd fortè iſtud poſſet procedere quò ad capturam perſonæ, quando quis cecidit in profundo malorum, ſed quò ad conceſsionem familiæ iudicis ſecularis, bene poſſet fieri. iuxta nota. per Innocen. & Panormit. in c. ſignificaſti. de offic. & pote. iudi. deleg. quia in proceſſu executoriali iudicis eccleſiaſtici, qui dirigitur iudicibus ſecularibus, inſeruntur plures clauſulæ quæ poſſunt adaptari ad conceſsionem familiæ iudicis ſecularis, quò ad miſsionem in poſſeſsionem beneficij de quo agitur, quia mandatur pręſtari au-
4 xilium & fauorem. † Nec obſtat ſi dicatur quòd iudex delegatus apoſtolicus non poteſt implorare auxilium brachij ſecularis, niſi hoc exprimatur in literis, & quòd hoc ſeruat ſtylus curię: vt notant docto. in dict. cap. ſignificaſti. quia communiter de iure tenetur contrarium, vt ibi habetur. Veruntamen curia eſt ſolùm ſolita concedere eius literas placitorias, deinde ſuper dictis literis executorialibus, &
5 ideò fortè eſſet ſecuriùs † quòd primo & ante omnia & gradatim fieret declaratio cenſurarum eccleſiaſticarum per iudicem eccleſiaſticum, & quòd citaretur aduerſarius ad docendum ſe paruiſſe mandatis apoſtolicis. Et iſtud facit pro executione ſententiæ latæ ſuper petitorio prioratus Bellimontis per dominum Anthonium de Columberia canonicum Viennę iudicem delegatum apoſto

licum ad

licum ad vtilitatem domini Aymari de Claromonte prothonotarij, contra fratrem Adhemarum de vlmo, qui renunciauerat lite pendente authoritate apoſtolica.r.d.Claudio de Turnone Epiſcopo viuarieñ.quia ipſo vocato fuerunt cõceſſæ literę placitoriæ in manibus magiſtri benedicti Pelliſſonis. Nec obſtat ſi dicatur, quòd quando agitur de executione ſententiæ ſuper beneficio, quòd requiritur cauſę cognitio, & vocatio partis: ſecus quãdo exequitur cõtra illum contra quem eſt lata ſententia, & quòd requiratur noua admiſsio. de quo habetur per domin.de Ro.in nou. deci.in titul. de re iudic. deci.vltim. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd per bullam reſignationis dicti domini Epiſcopi viuarieñ.apparebat de ſcientia dictę litis & quòd fuerat ſubrogatus in ſtatu litis dicti Aymari de vlmo, & facta citatio in loco beneficij ad audiendum ſentẽtiam, & ſic eſt ſibi imputandum ex quo ſciuit litem pendere cur non interuenerit in lite: iuxta notata in capit.cùm ſuper.& c.quãuis.de re iudica.

ARGVMENTVM.

An à delegato particulari apoſtolico appellari poſſit ad legatum de latere.

SVMMARIVM.

1 *Appellare à delegato apoſtolico ad legatum de latere non debere.*
2 *Appellans copulatiuè uel alternatiuè ad plures tenetur declarare intra decem dies ad quem.*
3 *Apbellans copulatiuè ad plures ſi inferiorem eligat appellatio ipſo iure nulla eſt.*
4 *appellationem alternatiuam ualere tenet Rota.*

Quæſtio CCLXX.

QVAERITVR an à delegato apoſtolico poſsit appellari ad legatum de latere, & an poſsit appellari ad plures ſuperiores copulatiuè vel alternatiuè: puta, quia appellatur ad Papam & legatum de latere, & ad illos ad quos pertinuerit, & ſi debeat declarari infra tempus appellandi decem
1 dierum, & an vno electo fiat præiudicium. † Et in effectu non poteſt appellari à delegato apoſtolico ad legatum de latere. Quia in cauſa ſibi commiſſa delegatus eſt maior legato de latere.c.ſtuduiſti. de offi.leg.& hoc ibi tenent Panorm. Ioan. de Imol.
2 Veruntamen † quando appellatur ad plures copulatiuè vel ad iudicem competentem, licèt teneat talis appellatio: ſecundũ glo.in l. qui Romę.§. Seya. ff.de verbo.oblig.& in l.cũ proponas.C.de bon.autho.iudic.poſſ.tamen appellans debet declarare infra decem dies & eligere: ſecundum. Spec. in tit.de appella.§.nunc tractemus.ver.quid iſtud.& ibi per Ioan. Andr.in addit. & ex quo ſemel eligit vnum non poteſt variare: ſecundum glo.in c.his qui. de of
3 fi.iudi. delega.lib.vj. † Et maximè quando eligit inferiorẽ: quia tũc appellatio eſt ipſo iure nulla.l. j.§.ſi quis.ff.de app.& ibi latè per Io.de Imo.& per Alex.de Imo.cõſ.clxiiij.& clxvij. Verũtamẽ dñi de Rota in nouis deci.in titul.de appel. dec.incip. Itẽ quòd appellatio.tenent ꝙ talis appellatio alternatiua eſt valida, & ibi tenent ꝙ curia indiſtinctè admittit, nec eſt neceſſe, ꝙ fiat electio infra decẽ dies de quo etiam habetur per Bald.Paſtor.& Felin. in cap.ij.de appel.Et iſtud facit pro dicta cauſa executionis ſentẽtię prioratus Bellimontis: quia pro parte domini Epiſcopi Viuarienſis fuerat appellatum à dicto delegato apoſtolico ad dominum cardinalem Rothomagenſem legatum de latere, licèt non apparet de eius poteſtate ad recipiendum appellationes, à iudicibus delegatis, & licèt dict. dominus Epiſcopus obtinuiſſet reſcriptum à dicto domino Cardinali directo domino Oddoni de Lauta canonico Valentię ſuper introductione dictę appellationis, & obtinuiſſet ab ipſo literas citatorias, & inhibitorias: tamen apparebat de nullitate in promptu defectu iuriſditionis, licèt ex poſt facto dictus dominus epiſcopus Viuarieñ.obtinuerat aliud reſcriptũ à romano pontifice moderno, directum dicto domino Oddoni de Lauta prætextu dictę appellationis licèt ſolùm putauerit poſt arreſtum curiæ conceſſarum literarum placitoriarum ad vtilitatẽ dicti domini protonotarij de Claromonte.

ARGVMENTVM.

Iudex quando appellationi delatum videatur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo appellationi deferre libellorum dimiſſoriorum conceſſione uidetur.*
2 *Iudex qui appellationem non admiſit, niſi ſi & quatenus iuris fuerit: quòd appellationi deferre non uideatur.*

Quæſtio CCLXXI.

QVAERITVR an per illam reſponſionẽ quam facit iudex à quo de non admittendo appellationem, niſi ſi & quatenus iuris fuerit, videatur delatum appellationi, & an redeat iuriſdictio ad iudicem à quo, maximè conſtito de nullitate appellationis, & an ſit differentia in appellatione ab
1 interlocutoria vel diffinitiua. Et in effectu † iudex à quo dicetur deferre appellationi quando concedit libellos dimiſſorios vel reuerentiales.c.cordi.& c.cũ appellationibus.de appel.lib.vj.& ibi per glo. & iſto caſu in appellatione ab interlocutoria ex quo fuit delatum appellationi per iudicem à quo, etiam ſi fuerit malè appellatum, niſi iudex appellationis ſibi remittat. Veruntamen ex quo appellatio eſt deſerta vel nulla per lapſum terminum præfixi ab homine vel iure, primus iudex reaſſumit iuiuriſdionẽ: ſecundũ glo.in d.c. cũ appella. pro quo facit c.cũ perſona.& c. ſæpè, & c. oblatę.de appel.
2 Veruntamen redeundo ad quęſitum † quando iudex à quo non admiſit nec admittit appellationẽ, niſi & quatenus iuris fuerit, per hoc non videtur deferre appellationi: ſecundum Phi. Franc.in d.ca. cũ appellationibus. Pro quo facit glo.ibi, quia per præfixionem termini, vel quando iudex benignè recepit appellationẽ, per hoc nõ dicitur delatũ appellationi. Et iſtud etiam facit pro dicta cauſa appellationis domini Epiſcopi Viuarieñ.quia d. dominus Anthon.de Colũberia iudex à quo fecit reſpõſionẽ ꝙ tunc non admittebat dictã appellationẽ, niſi ſi & quatenus iuris fuerit, quia per hoc non videtur detuliſſe dictę appellatiõi. de quo habetur per Ro.cõſi.cccccj.vide Flor. Car.in cle.quãuis.de appel.cir. fin. qui videtur tenere, ꝙ nõ videtur detuliſſe iudex

appellationi.vide glo.in c.cordi.ſuper verb.exhibiti,& ſuper ver.delatum.& in c.cũ appellationibus.ſuper ver,admittat.de appel.lib.vj. Nec tenet proceſſus factus iterum pendente tempore appellationis.c.vt ſuper.c.ab eo.de apel.lib.vj.

ARGVMENTVM.

Sententia lata ſuper petitorio an executioni contra tertium mandetur.

SVMMARIVM.

1 *Res inter alios acta alijs neque prodeſt neque nocet.*
2 *Tertius ſciens & ſe non opponens quòd in ſententiæ executione quoad poſſeſſorium ſibi præiudicat.*
3 *Poſſeſsio ſi lite pendente in alium transferatur permutatione aut alio modo, quòd per modum attentati reuocanda ſit.*

Quæſtio CCLXXII.

QVAERITVR an ſententia lata ſuper petitorio mandetur executioni cõtra tertiũ
1 qui ſciuit cauſam agitari. Dubium facit: † quia regulariter res inter alios acta non prodeſt, nec præiu
2 dicat.c.cùm ſuper. &c.quãuis.de re iudica. † Verũ tamen quando tertius ſciuit cauſam pẽdere & non ſe oppoſuit nec appellauit fit ſibi præiudiciũ in executione ſententiæ quò ad poſſeſsionem, ſaltem præſtita cautione indemnitatis per actorem, qui obtinuit ſententiam: ſecundum gloſſ. & Innoc. & communiter doctores in dict.c.cũ ſuper.de re iudi.per l. his à quo.ff.de rei vẽdi.& l.penult.ff.de peti. hered. Quæ cautio etiam habet locum in cauſam beneficiali: ſecundum Inno.& Gemi. in ca.quia cunctis,
3 de conceſ.preben.lib.vj. † Nam quãdo lite pendẽte transfert, in alium poſſeſsionem beneficij ex cauſa permutationis vel alio modo, tũc reuocatur per modum attentati,& eſt ipſo iure irrita.c.j.& c.ij.vt lib.pen.nihil noui, ſecundum dom.de Ro.in nouis in titu,vt lite pendeñ.deci.incipieñ. Item ſi lite etiã vigore eiuſdem commiſsionis. Pro quo facit quod habetur per glo.in cap.ſi clericus.de preben.lib.vj. & per dom.de Rom.in titu.de re iudic. in no. deci. penult.& vltim.& in alijs Deci.cccclxxx. quando vnus habet cauſam ab alio, & ſequentibus vſque ad deciſionem.cccclxxxv.& latè per Feli.in cap.veniens el.ij.de teſt. Et iſtud etiam facit pro executione ſententiæ dicti prioratus Belli montis latæ contra dictum fratrem Adhemarum de Vlmo, qui renunciauit lite pendente in fauorem dicti domini Epiſcopi Viuarienſis,& qui potuiſſet cõparere coram dicto domino Anthonio de Columberia pro ſuo intereſſe.iuxta not.per Inno.in cap.veniens.de ſponſa.

ARGVMENTVM.

Remedium Stat.Si quis per literas.an detur cõtra tertium.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, Si quis per literas. eſt exorbitans, & perſonale. Contra quem detur.*
2 *Remedium reintegrandæ, quòd in tertium ſcienter, qui uiolento ſucceſsit, detur.*
3 *Tertius opponens de proprietate, quòd in remedio ſtat. Si quis per literas. non audiatur..*

Quæſtio CCLXXIII.

QVAERITVR qñ violentus deſinit poſſidere, an poſsit intẽtari remediũ ſtatuti, quis per literas. Si cõtra tertios pro beneficio eccleſiaſtico, præſuppoſitoq; de ſtylo moderneq; curię ad obuiãdũ violentijs habeat locũ dictũ ſtatutũ, etiã in benefi
1 cialibus. Dubium facit: † quia tale ſtatutũ eſt exorbitans, cùm procedat ſine vocatione partis, & eſt perſonale,& ſolùm datur contra violentum, qui fecit eiectionem.l.cũ ad te.ff.de vi & vi arma. vel contra illum qui mandauit fieri vel ratum habuit.c.cũ aſcendens.de reſtit.ſpo.& ff.de vi & vi arma.l.iij.§. cũ procurator.& hoc tenet dom.Guid.Pa.in d. tractatu ſtatuti, Si quis.ſuper verbo, clandeſtinè. Nec
2 obſtat ſi dicatur † quòd contra tertium qui ſcienter ſuccedit in tali violentia competat remedium reintegratiõis.c.ſæpè.de reſt.ſpol.&maximè in rebus eccleſiaſticis, vbi poteſt agi contra quemlibet poſſeſſorem.ca.reintegrandæ.iij.queſtio.j. Quia illud verum quando proceditur parte vocata: aliâs ſecus: ſecundum dom.Guid. Pap.vbi ſupra. Nõ ob
3 ſtat ſi dicatur † quando interuenit tertius in remedio dicti ſtatuti, ſi quis, prętextu tituli proprietatis, cũ non impediat reintegrationẽ: ſecundum domi. Guid.Pap. in d.ſtat.Si quis per literas.ſuper verbo omni allegatione: ſecus ſi ageretur in via iuris communis, vocata parte: quia tunc tertius audiretur. l. bona fides.ff.depoſi.ſecundum glo.in ca. in literis, de reſtitu.ſpo.Barto.in l.ſi quis.conductionis de loca. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd in illo caſu tertius non poſsidebat,& ideò non impedit reintegrationem in remedio dicti ſtatuti: ſecus ſi poſsideret: ſecundum glo.in d.ſtatu.ſuper ver. clandeſtinè. Et iſtud facit pro cauſa remedij dicti ſtatuti, Si quis per literas.intentati per dominum Ioannẽ Vienneſij aliâs de la myrale, contra certos violentos, prætextu parœcialis eccleſiæ ſancti Theofredi de nãta, vbi interuenit dominus Petrus Paſcalis aliâs villat, qui vigore quarundam ſententiarum latarum ſuper petitorio contra dictum dominum Vienneſij per eius executorem adeptus fuit poſſeſsionem in die ſequenti, poſtquam quidam layci in die præcedenti expulerant dictum Dominum Vienneſij à poſſeſsione dictæ parœcialis eccleſiæ ſuper quo eram dubius. Et quòd non debebat fieri reintegratio, & maximè: quia apparebat in promptu de notorio defectu tituli proprietatis dicti domini Mirali, propter dictas ſententias latas, cùm non appareret legitimè de appellatione ab vltima ſententia lata, facit.c. ad decimas. de reſtitut.ſpoliat.li. vj.& quod notatur per Innocen.Panor.in c.conſtitutis. de fil. presby. Sed maior pars dominorum fuit in opinione contraria, videlicet quòd fieret reintegratio, ſeu in priſtinum ſtatum reductio, & poſtmodum dict. dominus Miralis diceret cur dictæ ſententiæ exequi non deberent.

ARGVMENTVM.

Iudex à quo an appellationis terminum prorogare poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo, qui appellationi detulit, quòd appellationis tempora*

tempora prorogare non poßit.
2 *Termini præfixio vim peremptorij habet.*

Quæſtio CCLXXIIII.

QVAERITVVR an iudex delegatus à quo fuit appellatum, poſsit prorogare terminum per ipſum ſtatutum ad proſequendum ſeu
1 introducẽdum appellationẽ. Dubiũ facit, † ꝙ non poſsit prorogare terminum, maximè ſi detulerit appellationi: quia videtur abdicaſſe à ſe iuriſdictionẽ.
2 c. cum appellationibus. de appella. lib. vj. † prætereà præfixio termini habet vim peremptorij. c. ſæpè. de appellatio. & ita intereſt partis appellatę, cùm non fiat prorogatio termini: quia lapſo termino ſi appellans non cõpareat appellatio habetur pro deſerta, vt ibi habetur. c. perſonas. de appel. & iſtam partem tenet glo. in d. c. ſæpè. ſuper verb. peremptoriè. & ibi Panormi. Veruntamen dom. de Rot. in antiquis in tit. de appella. Deci. incipien. not. vtrũ iudex. vidẽtur tenere quòd licèt iudex detulerit appellationi ante terminum finitum, quòd poteſt prorogari conſtito de impedimento, licèt ibi loquatur, quando procedebatur ex officio, & non intererat partis appellatæ. De qua quæſtione habetur latè per Fely. in dict. c. perſonas. de appel. Veruntamen vbi non appareret de appellatione, non poſſet fieri prorogatio. l. ſed ſi manente. ff. de præca. & nota. in l. iiij. in princip. ff. de dam. infect. Et iſtud etiam facit pro dicta cauſa beneficiali de Nauta: quia do. Anthonius de Columberia iudex delegatus apoſtolicus, qui tulit vltimam ſententiam, contra dictum dominum Mirali, terminum appellationis proſequendæ ſibi prorogauit per tres menſes, propter commiſsionem obtentam de tempore Alexandri nuper mortui, licèt nõ appareret de appellatiõe.

ARGVMENTVM.

Reintegrandæ remedium an layco competat pro ſedili, archa vel ſacello per eum conſtructo.

SVMMARIVM.

1 *Laici iurium ſpiritualium incapaces.*
2 *Ius patronatus quorſum laicis eccleſiaſtici conceſſerint.*
3 *Laici in eccleſijs ſedilibus de gratia utuntur.*
4 *Laicis arma ſeu ſcuta & nomina in eccleſijs depicta habere licitum.*

Quæſtio CCLXXV.

QVAERITVR an layco competat remedium ſtatuti, Si quis reintegrandæ, pro ſedili, ſeu ſcanno, ſeu archa in eccleſia, ſeu capella, per eũ conſtructa. Dubium facit: quia layci ſunt incapa-
1 ces † iurium ſpiritualium. c. cauſam. de præſcrip. c.
2 ſacroſancta. & c. Maſſana. de elect. Et licèt † layci hebeant ius patronatus in eccleſia ex gratia. c. quoniam. de iure patron. altero de tribus modis, vel ex fundatione, vel ex cõſtructione, vel ex dotatione. ſecundum glo. in c. præmentis. xvj. quæſt. vij. Tamen hoc verum ſi interuenerit authoritas diœceſa-
3 ni de iur. patro. † Veruntamen ex gratia eſt permiſſum laicis habere ſediles, & ſcanna in eorum eccleſiis. ſecundum Hoſti. & Panor. in c. abolendæ. de ſepultu. & maximè ratione iuris patronatus, vt debetur ſibi honor in ſedendo: ſecundum Panor. in d. c. nobis. Pro quo etiam facit quod habetur per Bart. in l. iij. ff. de oper. publ. & Cæpo. in tract. ſerui. in tit. de pict. † vbi permiſſum eſt laicis habere in eccleſia eorum arma, & cognomina. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis ſtatuti, ſi quis per literas, intentati per Amedeum magiſtri, aliâs Iacquemart parœciæ ſancti Petri Caſſanatici, contra dominum Rodulphum de Chamoigniaco aliâs Armelot curatum dictæ parœciæ qui amouit quoddam ſcannũ cum archa contigua vbi reponebantur ornamenta cappellæ ſancti Claudij per Ioannem magiſtri patrem dicti Amedei conſtructę. Et ex aduerſo pro parte dicti curati opponebatur quòd in viſitationibus dominorum Epiſcoporum Grationopo. fuerat ordinatum, quòd remouerentur ſedes laicorum plebanorum in eccleſia, ſed non loquatur de cappella laici conſtructa. Veruntamen fuit facta reintegratio ſeu repoſitio ad priſtinum ſtatum. Tamen erat dubium inter dominos ſi hoc poterat fieri via meri ſtatuti, ſi quis per literas.

ARGVMENTVM.

Stylus ſeu ſtatutum fori an ad forenſes & bona extra territorium ſita extendatur.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis poteſtas territorium non egreditur.*
2 *Conſuetudo loci contractus attendenda.*
3 *Submißio curiæ talis, in uim contractus, contractus uim non habet.*
4 *Forenſes & eorum bona alienæ iuriſdictioni ſe ſubmittere poſſunt.*
5 *Iuramentum ſi in ſubmißione interuenerit, nullus pœnitentiæ locus relinquitur.*

Quæſtio CCLXXVI.

QVAERITVR an ſtylus ſeu ſtatutũ fori alicuius curię excluſiuũ niſi dũtaxat certarũ exceptionũ vti ſolutionis, falſitatis & nouationis, & vt etiã poſsit exequi cõtra tertios poſſeſſores pro bonis expreſsè hypothecatis, ſe extẽdat ad forẽſes, ſeu ad non ſubditos, & ad bona extra territoriũ exiſten-
1 tia. Dubium facit: † quia extra territorium non paretur. l. fina. ff. de iuriſdict. omniũ iudi. l. cùm vnus. §. penu. ff. de bon. auth. iudic. poſsid. c. poſtulaſti. de for. compe. c. Romana. §. contrahentes. de for. competen. lib. vj. Et maximè quando contractus eſt ali-
2 bi initus, † quia debet attendi conſuetudo loci cõtractus. l. ſi fundus. ff. de emptio. Et licèt attendatur ſtylus fori vbi cauſa agitur, in ordinatiuis litis, ſecus in deciſorijs: ſecundum glo. in l. cunctos populos. C. de ſum. trini. & fid. cathol. & ibi per Bar. in j.
3 q. Nec obſtat ſi dicatur, † quòd partes ſe ſubmiſerunt tali curiæ, in vim contractus: iuxta l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdi. omn. iudic. quia talis ſubmiſsio non habet vim cõtractus, ex quo eſt locus pœnitẽtiæ: ſecundum Barto. ibi ſecus ſi eſſet locus deſtinatæ ſolutionis. in l. contraxiſſe. ff. de actio. & obliga. Verũtamẽ in caſu iſto partes à principio eſtoꝙ ſint
4 forenſes † potuerunt ſe ſubmittere alienæ iuriſdictioni, & etiam bona ipſorum, cùm bona ſequantur perſonam. l. j. C. de imponen. lucrati. deſcript. libr. x. Et etiam contractus poteſt fieri de re alibi ſi-
5 ta. l. j. C. de contrahen. empti. & vendi. Et † quãdo interuenit iuramentum in ſubmiſsione, non eſt locus pœnitentiæ. ſecundum Angel. & cæteros in d. l. ſi cõuenerit, & plures ſunt alij caſus ſpeciales, vbi

ratione ſubmiſsionis ſortitur forum præciſè, & fit miſsio ibi. de quibus ibi per Iaſo. Et iſto caſu ſubmiſsio haberet vim contractus, quo caſu tale ſtatutum aſtringeret forenſes & bona ibi ſita. De qua materia habetur per Bald. in l. j. C. ne filius pro patre, in iiij. & v. q. & per Anthon. de Cana. in tracta. de executio. inſtru. quæſtion. xxxiiij. ¶ Et iſtud facit pro cauſa nobilis Ioffredi de Auſtreduno domini de Claneyſone, qui impetrauit compulſorias in curia ſancti Marcellini in vim ſubmiſsi dictæ curiæ, contra hæredes ſeu bonorum poſſeſſores Iacobi de Villarijs de loco Viſilliæ: quia iudex curiæ Grayſinodani recuſabat tradere nexas Grayſinodani, ſuper literis requiſitorijs iudicis ſancti Marcellini, cõtra tertios poſſeſſores, licèt à principio conceſsiſſet contra hæredes dicti Iacobi de Villarijs, & perueuta querela coram curia, ſi talis ſtylus curiæ ſancti Marcellini ſe extendat ad forenſes, & bona alibi ſita, fuit diſceptatũ inter dominos. Sed communis reſolutio fuit, quòd ſic propter communem ſtylum dictæ curiæ, & curiæ Cabeoli, & parui ſigilli Montiſpeſſulani, & ſic de ſimilibus curijs rigoroſis, vbi eſt ſolitum remittere forenſes ad dictam curiam, & eorum bona.

SVMMARIVM.

1 *Statutum per quòd non admittantur niſi tres exceptiones an tertio præiudicet.*

2 *Exceptiones tres tantùm de ſtylo ſancti Marcellini admittuntur.*

Quæſtio CCLXXVII.

1 QVAERITVR † an tale ſtatutum ſeu ſtylus curiæ ſancti Marcellini, vbi non admittũtur niſi tres exceptiones, videlicèt ſolutionis nouationis, & falſitatis, an tale ſtatutum præiudicet tertio. Et videretur dicendum quòd non. cap. ſuper eo. de offic. delega. Et ita videntur tenere Ang. & Alexand. de Imol. in l. j. §. ſi hæres. ff. ad Trebel. & in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. Et

2 iſtud † etiam faceret pro ſtylo curiæ ſancti Marcellini, vbi non admittuntur niſi tres exceptiones, videlicèt ſolutionis, nouationis, & ſic exceptio præſcriptionis. Sed quò ad tertium nõ haberet locum per iura ſupra dicta. Pro quo facit dict. cap. ſuper eo. de offic. delega.

ARGVMENTVM.

Conſules an iuriſdictionem habeant.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus priuatorum iuriſdictionem, non tribuit.*

2 *Iuriſdictio omnis à principe emanat.*

3 *Singulis permiſſa non non eſſe, quæ iure magiſtratus competunt.*

Quæſtio CCLXXVIII.

QVAERITVR an conſules alicuius vniuerſitatis habeant aliquam iuriſdictionem. Et prima facie videretur dicẽdum quòd non: quia

1 priuatorum † conſenſus non tribuit iuriſdictionẽ. l. priuatorum. ff. de iuriſdictione om. iudi. Quia iuriſdictio eſt introducta de publico. l. j. §. publicum. ff. de iuſti. & iure: ſecundum glo. in l. j. ff. de iuriſdic.

2 om. iudi. † Et quia omnis iuriſdictio mediatè vel immediatè depẽdet à principe: ſecũdum Bal. in c. j.

3 §. ad hæc. de pac. iura. firman. Et ideò † ea quæ cõpetunt iure magiſtratus, nõ ſunt permiſſa ſingulis. l. non eſt ſingulis. ff. de regu. iur. Et iſtam partem tenẽt Inno. & Pet. Iaco. in tit. de mune. & deci. Tholo. cccxliiij. niſi haberent iuriſdictionem à principe vt in ciuitate Tholoſana. pro hoc facit. c. licèt. de for. compe. & in c. aduerſus. de immu. eccleſi. & q. Tholo. cccxlviij. Et iſtud facit pro cauſa inquiſitionis curiæ Grayſinodani contra Ioannem Regis aliàs taliſert, conſulem villæ Voyronis, qui acceperat vlnas certorum mercatorũ pro viſitando, & etiã deliſando, an eſſent æquales, licèt allegauerit ad ſui defenſionem quòd ipſe fecerit de licentia Caſtellani Voyronis, ſeu eius locũtenentẽ: quia aliàs eſſet officium maieſtatis aſſumere iuriſdictionẽ authoritate priuata. l. iij. §. j. ff. ad leg. Iul. maieſt. l. eos. §. fi. ff. ad legem Corne. de fal. & cùm querela fuerit facta coram curia aliqui ex dominis erant dubij ſi dictus conſul in aliquo delinqueret.

ARGVMENTVM.

De falſis menſuris.

SVMMARIVM.

1 *Menſuris qui fraudulenter utitur quòd in falſi pœnam incidat.*

2 *Menſuras iuſtificari & ſignari armis domini loci neceſſum eſt.*

3 *Menſuras approbare meri & mixti eſt imperij.*

4 *Cuneis & armis communibus qui utitur in falſum incidit.*

5 *Menſuris falſis qui utitur præter pœnam falſi dupli pœna mulctandus eſt.*

Quæſtio CCLXXIX.

QVAERITVR an ſit licitum vti maiore menſura recipiendo blada, & etiã minore mẽſura in expediendo, & vẽdendo. Dubium facit propter c. ex parte. de cenſi. vbi poteſt eſſe in aliquo loco duplex mẽſura, videlicèt maior & minor. Licèt in dubio debeat intelligi de minori menſura, vt ibi ha

1 betur. facit l. nũmis. ff. de leg. iij. Verũtamẽ q̃n † quis vtitur duplici menſura fraudulenter, videtur incidere in pœnã falſi, ſicuti de illo qui mutat nomẽ fraudulenter, vel vtitur duplici ſigno tabellionatus: ſe

2 cundum Bald. in procemi. C. † Prætereà tales menſuræ debent eſſe approbatæ, ſignatæ armis domini loci, & eſchandelatæ. l. modios. C. de ſuſcep. & Archa. lib. x. & in authen. de colla. §. eos. colla. ix. l. ij.

3 C. de frumen. † Et talia facere ſunt de mero & mixto imperio: ſecundũ Pe. Iaco. in tit. lib. ſuper iuriſd. verſi. de mixto imperio. circa fi. & do. Guid. Pa. deciſio 419. Et pariter eſt prohibitũ apponere vela regia. l. ij. C. vt nemo priua. tit. præ. ſuis vel alie. impo.

4 Et † pariter eſt pœna falſi vti cuneis ſeu armis publicis. l. eos. §. fi. ff. de falſ. ſecundũ Bart. ibi & in tra

5 cta. de inſign. & armi. † Et pariter quando quis vtitur falſis menſuris vltra pœnã falſi punitur pœna dupli. l. pen. ff. de pœ. falſi. Adde glo. in auth. ſed hodie. C. de epiſ. & cler. quod iſta pœna dupli intelligitur de reſta reſidui quod fuit illicitè exactum. & ita tenet Io. de Pla. in l. modios. C. de ſuſcept. & archa. libr. x. De qua materia etiã habetur in l. annonam. ff. de extraord. cri. & per glo. in l. arbitrio. §. j. ff. de dona. & in c. ij. de emptio. & vendi. Iſtud facit pro cauſa fiſcali contra nobilẽ Gabrielẽ de Poypia dominũ ſancti Iullini, qui vt fertur vtitur vna maiore menſu-

re menſura in exigendo, & recuperãdo eius blada quã ſit mẽſura caſtellaniæ loci Crimiaci: vnde dependent locus Circiaci & ſancti Iullini. Et pariter fertur, ꝙ in vendẽdo & expediẽdo eius blada vtitur minore mẽſura, neſcio ſi hoc verũ ſit. Sed me refero veritati, quia proceſſus nondum eſt inſtructus.

ARGVMEMTVM.

De iuriſdictione ſimplici ſiue baſſa.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio quid.*
2 *Iuriſdictio duobus modis capi poteſt.*
3 *Cauſæ quæ dicantur minimæ.*
4 *Iuriſdictionem ſimplicem qui habet de furto & ſimili cognoſcere poteſt.*
Item pillorium habere poteſt.
5 *Iuriſdictio ſimplex quòd nullum gradum ſub ſe habeat.*

Quæſtio CCLXXX.

QVAERITVR quid contineatur appellatione baſſę iuriſdictiõis. Et in effectu † quia
1 iuriſdictio dicitur poteſtas de publico introducta: ſecundũ glo. in authẽ. de defenſ. ciui. §. iuſiurãdum. colla. iij. & in l. j. ff. de iuriſdict. om. iudi. † Nam iu-
2 riſdictio poteſt capi duobus modis, videlicèt in genere, & comprehendit merum mixtũq; imperium. vt not. in d. l. j. & in l. imperiũ. ff. de iuriſdict. om. iudi. Si verò accipiatur in ſpecie intelligitur de cauſis pecuniarijs, quæ expediũtur officio mercenario iudicis ad vtilitatẽ priuatã. Verũtamẽ ſunt plures gra
3 dus iſtius iuriſdictiõis, & inter cæteros ſunt † quædã cauſæ minimę pecuniarię. l. fi. C. de peda. iudi. & aliqui intelligunt de quinquaginta aureis. l. j. C. de defenſo. ciuit. licèt hodie vſq; ad trecentos aureos, & etiam quò ad leuia delicta: vt in authẽ. de defen. ciui. §. & iudicare. verſ. audiens. colla. iij. l. leuia. ff. de accuſa. Alij intelligunt vſq; ad duos aureos. l. ſi oleum. ff. de dona. de quo per glo. & doct. in authẽ. niſi breuiores. C. de ſenten. ex peri. recitan. & in c. j. de appel. Veruntamẽ Pet. Iaco. in tit. libel. ſuper iuriſdict. verſi. de baſſa iuriſdictione. multũ loquitur de iſta baſſa iuriſdictione, & inter cætera tenet, ꝙ
4 ille † qui habet baſſam iuriſdictionem, cognoſcit de furto, & ſimilibus, & poteſt tenere poſtillum ſeu pillorium. De hac baſſa iuriſdictione etiam tangit Bal. in l. fi. ff. vti poſſidẽ. & Bart. in c. refert Cabali.
5 de offic. ordina. Et ibi tenet, † ꝙ iſta baſſa iuriſdictio non habet aliquem alium gradum ſub ſe. Et ideò in talibus multum operatur conſuetudo. arg. l. j. C. de emãcip. libe. Et iſtud etiam facit pro dicta cauſa fiſcali, contra dictum dominum ſancti Iullini, qui prætendit habere baſſam iuriſdictionem in loco Circiaci mandamenti Crimiaci ſi poſſit ibi tenere Pillorium, aliter ad præſens non declaro: quia adhuc pendet lis coram dicta curia parlamenti.

ARGVMENTVM.

Officiarij delinquẽtes per ordinariũ puniẽdi ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Caſtellanorum Delphinalium cognitio quæ ſit.*
2 *Caſtellani Delphinales territorium limitatum non habent.*
3 *Iudex ordinarius territorium limittatum habet.*
4 *Appellari omiſſo medio non poſſe iuris ciuilis eſſe.*
5 *Archiepiſcopus quòd iuriſdictionem in eos qui ſuffraganeis ſubſunt non niſi in appellationis caſu, habeat.*
6 *Caſtellani delinquentes in officio iudicis ordinarij animaduerſioni ſubiacent.*
7 *Iudex ſi iuſtitiam facere differat, quòd per uiam querelæ ſuperior adeundus ſit.*

Quæſtio CCLXXXI.

QVAERITVR quando caſtellanus ſeu alij officiarij caſtellaniæ alicuius loci faciunt incarcerari aliquem ſubditum iniuſtè, an primò debeat recurri, & quærelare ad iudicem ordinarium loci, an verò poſsit recurri ad viceballiuos, vel ad curiam parlamenti omiſsis medijs. Dubium facit:
1 quia † per ſtatuta Delphinalia caſtellani præſentis patriæ habent poteſtatem limitatã vſq; ad ſexaginta ſolidos per nos, ſeu duos florenos bonæ monetæ, & in ſponte confeſſos, & ita quòd pro prima cognitione non debet impediri in exercitio eius iuriſdictionis: vt in authen. de defen. ciuita. §. iuſiurãdum. verſ. nulla. colla. iij. Nec debet recurri ad aliũ ſuperiorem, niſi per viam appellationis. l. nemo. C.
2 de iuriſdict. om. iudi. Nec obſtat ſi dicatur † quòd tales Caſtellani non haent territorium limitatum: ſed ſolus iudex ordinarius loci. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. ſign. & ita iudex ordinarius poteſt concurrere commiſsio cum caſtellano, eſto quòd iuriſdictio caſtellani ſit limitata. l. ſtudentibus. C. de offic. præfect. & ibi Bar. l. fi C. de iuriſdict. omn. iudic. & ibi per Bar. Sali. & Pau. de Caſtr. Quia ad
3 iſtud reſpondetur ꝙ ideò eſt: † quia ordinarius habet territoriũ limitatum, & iuriſdictio coheret territorio. l. j. §. cùm vrbem. ff. de offic. præfe. vrb. ſecus eſt in ſuperiore mediato, quia non debet recurri ad ipſum immediatè. Et hoc tenent Ioan. Fab. inſti. de actio. tuto. & Pet. Iaco. in tit. de condi. ex lege, quæ oritur ex lite. obliga. Præterea tales viceballiui ſeu ſeneſchali non debent adiri immediatè per viã querelæ, ex quo cognoſcunt ſuperiorem. iuxt. not. in c.
4 j. de offici. lega. Et maximè † de iure ciuili, vbi nõ poteſt appellari ſiue recurri omiſſo medio. l. Impera. ff. de appel. Et pro præmiſsis etiã facit quod habetur per glo. & docto. in c. cùm ad eccleſiarum. & in c. cùm paſtoralis. de offic. ordina. & in cap. dile-
5 cto. de appella. † quia Archiepiſcopus non habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganei, niſi in caſu appellationis, nec poteſt appellari ab inferiori Epiſcopo ad Archiepiſcopum omiſſo Epiſcopo. Pro quo etiam cap. Romana. de appellatio. lib. vj. & in clemen. & ſi principalis. de reſcrip. qu ia quando deputatur aliquis officialis foraneus in certa parte diœceſis, & contigit appellari, tunc debet appellari ad Epiſcopum ſeu ad officialem principalẽ.
6 Præterea † quando caſtellani ſeu alij officiarij caſtellaniæ delinquũt in officio, ſeu abutuntur tunc debent puniri per iudicem ordinarium loci. iuxta nota. per Bartol. in l. ſenatus. ff. de offic. præſid. & in l. ſi aliquis. §. ſi quos. ff. de pœn. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis domini Motæ & de Chaſtellario, pro quibuſdam ſuis hominibus vocatis Petro & Ioanne Bernardi Crucis Cornelianæ, patriæ Triuiarium, qui fuerant incarcerati, per Caſtellanum pro quadam aggreſsione facta in perſonã Margaritæ filiæ Gulielmi Bernardi. Et ipſi recurrerũt ad curiam parlamenti. Et erat dubium, ſi de-

beat committi iudici Grayſinodani ratione reſſortus, an verò iudici ordinario dicti domini Motæ, attento quòd non reperiebatur negligens in administratione iuſtitiæ. Et tandem cauſa fuit ſibi remiſſa.
7 Adde † quando iudex differt facere iuſtitiã poteſt adiri ſuperior per viam querelæ. cap. poſtulaſti. de accuſa. & ibi Panor. Ioannes de Ancha. & Bald. in cap. j. de mili. vaſſa. Fely. in cap. ex tenore. de reſcript. nec obſtat l. vbi cœptum. ff. de iudi. vide in libertatibus patriæ. cxxxiiij.

Quæſtio CCLXXXII.

QVAERITVR quando alicui nobili cõpetit iuriſdictio in certa parte territorij, vel in eius hominibus an talis iuriſdictio veniat priuatiuè, vel cumulatiuè, & eſt magni effectus: quia ſi veniat priuatiuè, tunc talis nobilis vel Caſtellanus non debet impediri in eius iuriſdictione per iudicẽ ordinarium: ſecus ſi veniat accumulatiuè, quia tũc erit locus præuentioni: iuxta not. per doct. in dict. c. paſtoralis. & c. cùm ad eccleſiam. de offic. præ. & per Barto. in l. ſtudentibus. C. de offici. præfect. vrb. & per Bart. Sali. & Paul. de Caſtr. in l. fi. C. de iuriſdict. om. iudi. & per Ange. Bart. & Alexan. in l. teſtamenta. C. de teſta. & Ioan. de Imol. in l. Titiæ. ff. de lega. j. & per Franc. de alle. conſil. cij. & Ang. Areti. in l. j. §. ſi quis. ff. ad præ. Et iſtud facit pro iuriſdictione caſtellanorum præſentis patriæ, & etiam domini ſancti Iullini, qui prætendit habere baſſam iuriſdictionem in parœcia Circiaci, mandamenti Crimiaci, ſi iudex ordinarius poſsit cõcurrere cum ipſis. de quo habetur latè per Feli. in dict. cap. paſtoralis.

ARGVMENTVM.

Appellas qui non vocauit in ius appellatum intrà triginta dies quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione deſerta iudex à quo ſententiam exequi ſine citatione poteſt.*
2 *Attentata non reuocantur appellatione deſerta*
3 *Reſtitutio aduerſus tẽpus datum ad appellationem introducendam impedimento per iuramentum probato conceditur.*

Quæſtio CCLXXXIII.

QVAERITVR ſuper termino introducendi appellationes infra triginta aut quadraginta dies, & pars appellans non facit citari partem appellatam infra triginta dies, an interim remaneat executio in ſuo eſſe, & an impedimentum non ſe excuſet à deſertione, vt debeat omnia reponi in priſtinũ ſtatum. Dubium facit: † quia ex quo
1 lapſo termino præfixo per ſtatutum appellatio eſt deſerta. cap. perſonas. de appella. l. præſes. C. de appella. tunc iudex à quo poteſt exequi ſententiã ſine citatione: ſecundum Innocen. in c. ex ratione de ap
2 pella. † & ex quo appellatio eſt deſerta non reuocantur attẽtata appellatione pendente: quia fingitur non fuiſſe appellatum. l. furti. in princi. ff. de his qui notan. infami. Et ideò interim remanet executio donec fuerit cognitum de viribus appellatiõis, & executio dependet à futuro euentu: ſecũdum do. de Rota in nouis, in titu. de appella. deci. incipieñ. Item ſi iudex. vbi ſi iudex à quo præfixerit terminũ ad iter arripiendum, & etiam ad certificandum, per appellantem de introductione appellationis, tunc iudex à quo poteſt exequi. Non quòd propterea appellatio ſit deſerta: ſed quòd iudex à quo potuit cogitare dictam appellationem non fuiſſe introductam. Et ita tenet Fede. de Sen. conſi. xxviij. & Cæpol. caute. lxxiij. & Feli. in d. c. perſonas. Veruntamen domi. Guid. Pap. deciſ. ccxiij. refert quòd in curia parlamenti, quando pars appellans non facit citari partem appellatã infra triginta dies: quia tunc interim poteſt fieri executio: ſecus in iudicibus infe
3 rioribus. De quo ibi latiùs per eum, † licèt aduerſus tale lapſum temporis ex impedimẽto poteſt fieri reſtitutio, etiam per iuramentum: ſecundum do. Guido. Pap. deciſi. ccv. & deci. ccccxxxvj. quæſtio. xiiij. & quæſti. xx. vide etiam deciſi. lxiiij. & deciſi. ccxliiij. pro quo facit d. l. præſes. C. de appella. vbi propter impedimentum non excuſatur à deſertione: veruntamen ante omnia debet cõſtare de appellatione per acta, nec ſufficeret, quòd appareret confeſsionem partis appellatę: ſecundum domi. de Rota incipien. Item quò ad. & iſto caſu quando apparet de impedimento iudex poteſt reponere partem appellantẽ in priſtinũ ſtatum: ſecundũ do. de Rot. in antiq. deci. in tit. de appel. incipieñ. not. Et iſtud facit pro cauſa appellationis diffinita hæredum Georgij Driui contra dominum Claudium de Spina rectorem cuiuſdam cappellæ mandamenti Clarimõtis, quia dictus dominus de Spina obtinuerat quandam ordinationem reuocationis attentatorũ propter impedimentum cuiuſdam eius nuntij quẽ miſerat ad curiam balliuatus Viennẽſi & terræ turris, & aliàs prout pleniùs apparet in actis dictæ cauſæ diffinitæ ad vtilitatem dictorum hæredum Driui, licèt eſſem dubius in diffinitione dicti proceſſus propter rationes ſupra deductas.

ARGVMENTVM.

De executione ſententiæ iudicis delegati.

SVMMARIVM.

1 *Delegatum exequi ſententiam infra annum poſſe iuris canonici eſſe.*
2 *Delegato principis ius exequendi ſententiam tribui, communis eſt opinio.*

Quæſtio CCLXXXIIII.

QVAERITVR an delegatus Papæ vel principis ſecularis habeat ius exequendi eius
1 ſententiam & infra quantum tempus. † Et in effectu de iure canonico delegatus Papæ habet ius exequendi infra annum per cenſuram eccleſiaſticam cap. ſignificaſti. & cap. quærenti. de offici. delega. Et ad hoc poteſt compellere ordinarium vt ibi habetur, licèt de iure ciuili ſint opiniones. Ve
2 runtamen † ſecũdum communem oppinionem delegatus principis habet ius exequendi ſententiam. l. fina. C. de iudi. §. ſi verò. in authen. de exhibend. re. colla. v. ſecundũ Barto. Alexand in l. à diuo Pio. in princip. ff. de re iudic. licèt ibi gloſſ. aliter videatur tenere. Veruntamen licèt de iure canonico delegatus Papæ poſsit exequi eius ſententiam infra annũ, ſecus poſt annũ, quia expirat. Attamen eſſet dubiũ quando Papa cõmittit executionẽ ſentẽtiæ per aliũ larę, ſi talis cõmiſsio duret poſt annũ. Maximè poſt execu-

poſt executoriales decretas, quia videretur ꝙ du-tet.l.falſo.C.de diuer.reſcrip.facit quod habetur in c.ſi autem. & in capi. plerunquè.de reſcrip. Et ideò pro nūc ſum aliquantulum dubius, quia dictus de Myuro vltimus delegatus, incipit iam facere executioné infra annū cōcedēdo literas executoriales, licèt nō fuerint pręſentatę curię infra annū. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis domini Petri Garnerij, qui obtinuerat ſententiam diffinitiuam ſuper petitorio eccleſiarum parœcialium Iarciaci, & Spinoſę ſimul vnitarum, latam per dominum quondā Petrum, de Naliaco canonicum eccleſiæ Vieñ. contra dominum Michaelem Bochardi, & Laurentiū Cathonis. Et nūc dominus Ludouicus Potier tertius poſſeſſor detinet. Et conſequenter fuit ſubrogatus dominus Claudius de Myuro canonicus d. eccleſię Vieñ. per ſummū pōtificē, qui decreuit eius literas executoriales, quę ſunt ſuperannales. Et ideò curia ſuperceſsit à conceſsione literarum placitoriarum ſuper executione dictæ ſententiæ pro nunc.

ARGVMENTVM.

Res quæ deferuntur in mercato cauſa ſui vſus, an affectæ ſint pedagio.

SVMMARIVM.

1 *Pedagium ubi pro rebus impoſitum eſt, quòd dominus mercis ad pedagium tenetur.*
2 *Pedagium non debetur pro victualibus in mercatum ad collum delatis: ſecus ſi equo deueherentur.*
3 *Ementes in mercato victualia quæ deferuntur ſui uſus neceſſarij cauſa, quòd pedagium ſoluere non tenentur.*
4 *Pedagium pro annulis qui in digitis deferuntur non præſtatur.*

Quæſtio CCLXXXV.

QVAERITVR an pro rebus quæ deferuntur in mercato, vel alibi, cauſa ſui vſus, & familiæ, eundo, vel redeūdo, debeatur pedagiū, ſeu gabella, vel etiam pro refectione domus. Du-
1 bium facit: † quia quando pedagium eſt impoſitum pro rebus, emptor ſeu dominus mercis tenetur ad pedagium.l.cū in plures.§.vehiculum.ff.locat.l. debet.in fi ff de edict.ſecundum Bal.in l. ſi prędiū. C.de di.act.quia tale onus eſt reale, & debetur à tēpore tranſlationis dominij.ſecundū Bald. l.vnū ex familia.in prin.ff.de lega.ij.& Bartha.in tracta.gabel.in vij.parte.q.j.& ij.& in iij.parte viij.partis. q.
2 xliiij.Sed pręmiſsis non obſtantibus, † quando aliqui vadunt ad mercatum, deferendo victualia ſuper collo, ſecundum conſuetudinem aliquorū locorum non debetur pedagium, vel leyda: ſecus ſi portantur ſuper animalia. & in hoc debet attendi conſuetudo: ſecundum Bart.in dict.l.cū in plures.§. vehiculum.ff.loca.& Bartha.in tracta.gabel.vij.parte.q. iij. & in nona parte.q. vj. † Sed quò ad illos,
3 qui emunt in mercato victualia quæ deferūtur cauſa ſui vſus neceſſarij, vel ſuę familiæ, vt pro bladis, orreis, corio, veſtibus, non debetur pedagium, & cōtra exigentes imponitur pœna capitalis.l. vniuerſ. C.de vecti.& cōmi. l.fi.§.diui.& §.diuus. & l. ſi publicanus.§.de rebus.ff.de public. Et Bart.in l.iii j.in fi.ff.nau.caupo.& per Bald. in l.iij.C.de nau.fœno. Et per Bart. Alex.de Imo.in l.cętera.§.ſi quis opus. ff.de leg.j.Bartha.in tract.gabel.in ij.part.viij.partis.q.vj. Quod eſt verum, quando à principio quis emit cauſa ſui neceſſarij vſus, licèt ex poſt facto mutauerit propoſitum.d.l.cętera.§.ſed ſi parauerit. quia debet attendi prima deſtinatio. Et ideò licet à principio cùm quis emerit frumentum cauſa ſui neceſſarij vſus, vel vinum pro toto anno, licèt ex poſt reuendat, quia habet de ſuperis, tunc licèt reuēdat non incidetur in pœnam ſtatuti. De quo etiam per Cardi. Floren.in cle.fi. Et pariter non debetur pedagium pro faldagio quod portatur cauſa ſui vſus retro equum. ſecundum Bald.in d.l.ſed & ipſi. ff.
4 nau.caup. † Nec pariter de annulis quos quis defert in digito, vel veſtibus, quas quis defert cauſa ſui quotidiani vſus: ſecundum Bartha. vbi ſupra. Secus ſi portarentur, vel veherentur aliquę fuſtæ, ſeu maherię vel alia inſtrumenta pro refectione domus, quia deberetur pedagium: ſecundum glo. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis hominum Buxi, iuncto cū ipſis domino procuratore fiſcali, contra Alexandrum Frauenis pedagiatorem Buxi, nomine dñi ſui ſeu domini Henaci eius fratris, qui nititur exigere pedagium pro victualibus quę emūtur in mercato cauſa ſui neceſſarij vſus: quia fuit ordinatum per modum prouiſionis, quòd non debeat exigi fraude ceſſante ab emptoribus, licèt quò ad vendentes cauſa cōmercij, aliud: quia faciunt cauſa negotiationis.c.forus.de verbo.ſigni.quia dicitur negociari cauſa lucri. Et ſuper hoc emanauerunt literę domini Ludouici Delphini, quando tales vendentes cauſa commercij teneantur ad ſolutionem pedagij. Et vbi deferuntur cauſa neceſſarij vſus, ita quòd non debeatur pedagium. Tamen debet, fieri perfectè & res deſignari.l. fi.§. diu.& §. diuus.ff.de publica.& ibi Barto.& per Card. Flor. in cle.pręſenti.de cenſi.& per Barta. in tract.gabel. in vltim.parte.q.xxix.

ARGVMENTVM.

Qualiter dicatur fieri cauſa ſui vſus, vel cauſa emptionis.& quid in clericis.

SVMMARIVM

1 *Pedagio non ſubiacent res quæ neceſſarij uſus cauſa deferuntur.*
2 *An ſit differentia inter clericos & laycos.*
3 *clerici ſi res negotiandi cauſa deferunt, quòd poſt monitionem pedagia ſoluere teneantur.*
4 *Qualiter dicatur fieri cauſa negotiationis.*

Quæſtio CCLXXXVI.

QVAERITVR qualiter dicantur res deferri cauſa vſus neceſſarij, & ſi ſit ſtandum iuramento, vel etiam qualiter dicatur fieri cauſa cōmercij, vel negotiandi. Et ſi iſto caſu clerici teneantur etiam quando vendūt eorum fructus proprios vel emunt pro eorū victualibus, & deinde vendūt proprios fructus an teneantur ad ſolutionem gabellę, ſeu pedagij. Et in effectu, quia iſta quęſtio habet plura capita, ideò ſub paucis verbis attingam
1 quod mihi viſum fuerit, † quia quando deferūtur res cauſa neceſſarij vſus, tunc nō debetur pedagiū. l.vniuerſis.C.de vectiga. Et ſi oriatur quęſtio ſuper hoc ſtatur iuramēto illius qui defert, inſpecta qualitate rei quę portatur & illius qui defert. ſecundū

glo.in d.clem.preſenti.de cenſi.& Bald.in l.iij.C.de nau.fœnor.& per Bartha.in tracta.gabel.in ij.parte.q.x.& per Iaſo. in l. ceteros.§. ſi quis opus.ff. de
2 leg.i.Nec obſtat ſi dicatur, † quòd non erit differẽtia inter clericos & laicos,quia etiam laici non tenẽtur ad ſolutionem pedagii, quando deferunt eorũ
3 res cauſa neceſſarij vſus: † ſecus ſi cauſa negotiandi:quia tunc etiam clerici tenentur ſaltem poſt admonitionem.c.fi.de vita & hone.cleri.c.quamquã. de immuni.eccleſ.lib.vj.& d.cle. preſenti. de cenſi. Quia ad iſtud reſpondetur,quòd ſaltem in clericis requiritur admonitio, vel quòd in rebus eccleſiæ non debetur pedagium etiam ſi fiat cauſa negotiandi:quia delictum prelati non debet preiudicare ec-
4 cleſię:ſecundum Fede.de Se.conſi.ccvij.† Sed qualiter dicatur fieri cauſa negotiandi ſeu commercij. Et in effectu dicitur fieri quãdo quis emit rem cauſa lucri,& reuendit non mutata forma.ca. eijciens. lxxxviij.diſtin.ſecundum docto.vbi ſuprà : ſecus ſi quis venderet ſimpliciter de fructibus ſui patrimonij:ſecundum Cyn.& in l.ij.de epiſ.& cleri.niſi fortè quis faceret in fraudem,quòd quis emeret blada vel vina,pro prouiſione ſuæ domus, & cauſa lucri vẽderet eius blada propria, & vina. De qua materia vide etiam per Bartha.in tracta.gabel.in iij.parte q.ij.& in vij.parte queſtio.vj.& ibi quid de clerico coniugato.

ARGVMENTVM.

Quando blada cauſa ſui vſus aſportantur.

Quæſtio CCLXXXVII.

QVAERITVR an ille qui emit vel tranſportat blada, vel victualia cauſa neceſſarij vſus.& familiæ incidat in pœnam vetiti, ſeu edicti extractæ bladorum. Et videretur dicendum quòd non.argu.l.vniuerſi.C.de vectiga.ſecundum Bald. Alexand.Iaſo.in l.cætera.§. ſi quis.ff.de lega.j.

ARGVMENTVM.

Regreſſus ad beneficium an ſit de iure permiſſus.

SVMMARIVM.

1 *Regreſſus vitioſus & captatorius.*
2 *Regreſſu iuri ordinarij derogatur.*
3 *Papa in beneficialibus poteſtatis plenitudinem habet.*
4 *Regreſſus quòd ad beneficia priora etiam ſine noua prouiſione habere poßit.*
5 *Regreſſus clauſus in iuris corpore eſſe cenſetur.*

Quæſtio CCLXXXVIII.

QVAERITVR quando in reſignatione beneficij authoritate apoſtolica permittitur reſignanti regreſſus ad beneficium,quando cõtinget vacare per deceſſum ſeu deceſſus aut aliter: an iſtud ſit de iure permiſſum,non obſtante pragma-
1 tica ſanctione. Dubium facit, † quia talis regreſſus videtur captatorius,& quòd inducat votum captãdę mortis.c.ne captandę.de conceſ.preben.libr. vj.
2 Et † pariter videtur derogare iuri ordinarij. Et ſic videtur militare pragmati. ſanctio.vbi propter dictas rationes prohibētur fieri reſeruationes. Sed in contrarium facit:quia talis reſignans ſemel habuit ius in beneficio,& maximè quando reſeruatur fructus loco penſionis,cum regreſſu: quia res de facili reuertitur ad ſuam primam naturam .l. ſi vnus. §.pactus ne peteret verſiculo & in ſpecie in fin. de
3 pact. † Nam Papa in beneficialibus habet plenitudinem poteſtatis.c.ij.de preben.lib.vj. c.l.e.ij. vt lite
4 pendente. † Nam poteſt haberi regreſſus ad priora beneficia,etiã ſine noua prouiſione,iuxta not. in c.de preben.lib.vj. & in c. venerabilis.de excep.
5 quia † talis regreſſus, ſeu reſeruatio cẽſetur in corpore iuris clauſa,ex quo vacauit ſemel in curia ſiue per mortẽ ſiue per renũtiationẽ.d.c.ij.de prebẽd. lib.vj.Et maximè quãdo interuenit cõſenſus vtriuſque partis,& iſtud facit pro cauſa ſupplicationis dñi Ioffredi Chappuiſij,qui reſignauerat in manibus Papæ eccleſiam parœcialẽ ſancti Romani villæ de Romanis,ad vtilitatem d.Hieronimi Chappuiſij,qui dominus Hieronimus predeceſsit,& deinde dominus Petrus Chameſonis impetrauerat ab ordinario,licèt ſuper poſſeſſorio fuerit ordinatum contra dictum Chameſonis in manibus magiſtri Chappuiſij ſecretarij Delphinalis.

ARGVMENTVM.

Notarius an data copia inſtrumenti nonnulla extendere in ſubſtantialibus poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenti copia parti data notarius addere vel extendere notam non debet.*
2 *Notarium notam extendere iuxta ſtylum ſuum poſſe.*
3 *Notarius quòd de articulis,qui aſſueti ſunt apponi , rogatus cenſeatur.*

Quæſtio CCLXXXIX.

QVAERITVR an notarius poſtquã expediuit parti copiam inſtrumẽti poſsit aliquid extẽdere in verbis ſubſtitutionis,iuxta ſui ſtylum & conſuetudinẽ notariorũ.Dubiũ facit:† quia
1 ex quo expediuit ſemel copiã parti,nihil debet extendere: iuxta not.per Bart.& Bald.in l. Imperatores.ff.de ſtat.homi.Et maximè ſubſtantia mutata, prout in caſu iſto:quia ſi extenderentur vel apponerentur in teſtamẽto quoad ſubſtitutionẽ vulgariter,pupillariter,per fideicommiſſum , mutaretur ſubſtãtia:quia dicta verba ſunt magni effectus:iuxta not. per Bart.& ceteros.in l.centurio.ff.de vulg. & pupilla.quia ſi mater eſſet in medio, excluderetur propter pupillarem ſubſtitutionem.ca. ſi pater.
2 de teſta.lib.vj.Nec obſtat ſi dicatur † ꝙ notarius poteſt extendere notam ſuã iuxta ſuũ ſtylũ , & conſuetudinẽ loci.iuxta not.per Barto . & ceteros.in l.
3 Gallus.§.idẽ credendũ.ff.de libe.& poſt hu.† Quinimò notarius cenſetur rogatus de articulis qui ſunt ſoliti apponi:ſecundũ conſuetudinẽ loci:ſecũdũ Bart.in l.ſi tertius.ff.de aqu.pluui.arcen. & Bar. in l.fi.ff.de fideiuſſo. Quia iſtud poſſet procedere quãdo notarius tradidiſſet copiã parti,aliàs ſecus, niſi teſtes inſtrumẽtarij examinarẽtur,ita ꝙ fuiſſet plus dictum & minus ſcriptũ:quia tũc error notarij nõ debet preiudicare parti.l.errore.C.de teſt.de qua materia aliàs ſcripſi in volum.vltimarũ voluntatũ. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis relictæ nobilis Petri de Fontana loci Aueneriarum, vbi dictus Petrus de Fontana fecit eius teſtamentũ receptum per Ludouicum mignoti notariũ , in quo inſtituit eius heredem vniuerſalem Gulielmum de Fontana eius filium pupillum.Et ſubſtituit Iacobum de Fontana fratrem dicti teſtatoris,& dictus notarius

expediuit copiam ſignatam partibus. & nunc ver-
titur quæſtio ſi verba ſubſtitutionis poſsint exten-
di iuxta ſtylum notarij, & conſuetudinem loci, &
an debeant teſtes inſtrumentarij examinari. aliter
ad preſens non declaro, quia lis pẽdet coram curia.

ARGVMENTVM.

Clericus laycus coniugatus notorius ſi in officio deliquerit, an priuilegio fori gaudere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus officium temporale exercens quòd clericali priuilegio priuatus cenſeatur.*

2 *Clericus cõiugatus incedens in habitu laici & ſine tonſura quòd coram iudice ſeculari conueniendus ſit.*

Quæſtio CCXC.

QVAERITVR an clericus cõiugatus quã
do excercet officium temporale tabellionatus
alicuius curię ſecularis, & delinquat in officio, an
gaudeat priuilegio fori, & an interim poſsit detine
ri per iudicem ſecularem, donec cõſtito quòd ſit in
habitu, & tonſura clericalibus, & coniugatus cum
1 vnica virgine. Et in effectu videretur † dicendum,
quòd ex quo excercet officium temporale, cenſea-
tur priuatus clericali. argu. cap. ſicut. ne cleric. vel
2 mona. & ibi Vicen. & ca. j. de obliga. ad ratio. † Et
iſto caſu poteſt cõueniri coram iudice ſeculari. iux
ta not. per Bald. in addi. ad Spe. titu. de reo. verſicu.
ſcolaris. & titu. de cle. coniu. & per Bartha. in tract.
gabel. in iij. parte. q. ij. Et maximè quando non re-
peritur in habitu & tonſura. cap. j. de cle. libr. vj. Et
ibi Gemi. & dom. de Ro. in nouis deci. ccv. Et do-
mi. Guid. Pap. deci. xxxviij. Et iſtud facit pro cauſa
ſupplicationis officiariorum Mõtullij Adhemarij,
contra Anthonium de Combis notarium Delphi-
nalem Petrę late, qui accuſatur de falſo in quadã
cauſa Ponceti Deſiderij contra nobilem Ioãnem
de monte ruffo, & nũc dictus de Combis ſe allegat
clericum coniugatum, cum vnica virgine.

ARGVMENTVM.

An mulieri vel ruſtico aduerſus tempus beneficij inuentarij etiam non legitimè facti ſubueniatur.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri uel ruſtico non ſubueniendum aduerſus iuris ignorantiam ſi de lucro tractetur.*

2 *Mulieri uel ruſtico in his quæ iudiciorũ formam & rigorem ſpectant, non ſubuenitur.*

3 *Pau pertatis aut ignorantiæ ratione quandoquè ſuccurritur per in integrum reſtitutionis beneficium.*

Quæſtio CCXCI.

QVAERITVR an ſubueniatur mulieri
vel ruſtico quando ſe geſſerunt pro hæredibus
aduerſus lapſum temporis beneficij inuentarij, vel
quando fuit minùs ſolemniter cõfectum errore iu-
1 ris. Dubium facit: † quia non ſubuenitur mulieri
vel ruſtico quãdo tractatur de lucro aduerſus igno
rantiã iuris. l. quãuis. C. de iur. & fact. igno. Et hoc
tenet Bald. in l. ſi. in princ. C. de iur. deliberan. in iij.
2 q. † Quia in his quæ tangunt ad formam & rigorẽ
iudiciorum non ſuccurritur mulieri vel ruſtico: ſe-
cundum Bal. in l. iuris. C. qui admi. ad bono. poſſeſ.
& iſtam partem tenet Bart. conſ. cliiij. incipiente,
Maritus, etiam ſi per errorem iuris fuerit omiſſa ſo
lemnitas inuentarij. Et maximè quando mulier po
tuit conſulere peritos. l. in bonorum. ff. de bo. poſſ.
3 cum ibi not. per Bart. † Veruntamen ratione pau-
pertatis aut ignorantię eſſet ſubueniendum per be
neficium in integrũ reſtitutionis: ſecundum Alex.
de Imo. in d. l. iuris. allegat not. per Bar. & Saly. in l.
j. C. de iur. & fact. igno. Et iſtud facit pro ſupplica
tione Perronnetę Ioãnis Bouerij piſcatoris Vien
nę, quæ fuit hęres inſtituta in teſtamento dicti eius
mariti, & pecijt ſe in integrum reſtitui aduerſus la-
pſum temporis beneficij inuentarij, ſed curia pro-
pter opiniones doctorum commiſit iudici ciuitatis
Viennę, quòd ſuper ſupplicatis prouideret prout
iuris fuerit.

ARGVMENTVM.

De homicidio perpetrato in officiarij perſonam.

SVMMARIVM

1 *Supremæ curiæ quòd de cauſis eorum qui aduerſus eos qui adſtant principibus non nihil moliti ſunt cognoſcant.*

2 *Iudex ordinarius, habens territorium limitatum cum omnimoda iuriſdictione, quòd de omni caſu intra eius territorium commiſſo cognoſcere poßit.*

3 *Magiſtratus quilibet merum imperium habens quòd gladij & animaduertendi in facinoroſos poteſtatem intra territorium habeat.*

4 *Ciuitatum defenſores merum & miſtum imperium præſcripſerunt.*

5 *Occiſio facta in perſonam officiarij extra executionem officij & propter priuatum odium crimen læſæ maieſtatis nonarguit.*

6 *Ordinarius habens merum imperium de crimine læſæ maieſtatis bonorum confiſcationem de iure communi importante cognoſcere poteſt.*

7 *Poteſtati qui colaphum intulerit capite plectandus eſt.*

8 *Crimen læſæ maieſtatis incurrit, qui principis locumtenentem occiderit.*

Quæſtio CCXCII.

QVAERITVR an pro homicidio perpe
trato in perſonã officiarij vti capitanei, vel
poteſtatis alicuius loci incurratur crimen læſæ ma
ieſtatis: & an de tali caſu poſsit cognoſcere iudex
ordinarius loci. Dubium facit: quia in crimine læ-
1 ſę maieſtatis ſunt plura capita, † & ex illo capite
qñ fit cõſpiratio cõtra officiarios, intelligitur de
maioribus officiarijs, qui ſtãt ad latus princ. l. quiſ-
quis. C. ad leg. iul. maie. & tales cauſæ videntur re-
ſeruatę principi, ſeu eius curię ſupremę, argu. l. fi.
2 C. vbi ſena. vel clariſsimi. Nec obſtat ſi dicatur † ꝙ
iudex ordinarius quando habet territoriũ limitatũ
cũ mero & mixto imperio, ꝙ poteſt cognoſcere de
omni caſu infrà eius territoriũ. l. pupillus. §. territo
riũ. ff. de verb. ſig. l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de of
fi. preſi. & l. j. §. cũ vrbẽ. ff. de offi. prefect. vrb. l. impe
3 diũt. ff. de iuriſ. om. iudi. † Quia infra territoriũ qui
libet magiſtratus habet poteſtatẽ gladij, & animad
uertẽdi in facinoroſos homines, ex quo habet me-
rũ imperiũ ſaltẽ quò ad illas qui ſunt de primo, ſe-
cũdo & tertio ordine dignitatũ, vti illuſtris ſpecta-
bilis & clariſsimus: ſecundũ glo. in d. §. qui vniuer-
ſas. & in l. j. ff. de offic. eius cui man. eſt iuri. Quini-
4 mò † hodie defenſores ciuitatũ preſcripſerũt merũ
& mixtũ imperiũ, ſecundum gloſſ. in authen. de de-

ſenſo.ciuita.§.iuſiurandum.verſicu.nullo.co.iij.& etiam quęlibet ciuitas hodie habet quodlibet regimen:ſecundum glo.in l.fin.de pręſcrip. long. tempo. Quia ad iſtud reſpõdetur, quòd hoc poteſt procedere regulariter excepto in crimine lœſę maieſtatis, quando concernit principem vel vrbem romanam.l.j.ff.ad leg.iul.maieſta.

5 † Veruntamen in caſu iſto quando fit conſpiratio contra poteſtatem, ſeu alium officiarium, adeo quòd occiditur, tũc nõ incurritur crimen lœſę maieſtatis, quia nõ ſunt de officiarijs qui ſtant ad latus principis: ſecundum Saly.in l.quiſquis.C.ad legem.iul. maie.& maximè quando perpetratur tale homicidium in perſonam officiarij, extra executionem officij, & propter odiũ priuatum ipſius:ſecundum Bal.in terminis in ca. j. de offi.deleg.& ibi per Iclyn. in fi. & per eundem. Bald.in c.dilectis.de appella.& per Bar.in l.hoſtes. ff.de capti.& poſtli.ſecus ſi fieret tale homicidiũ, aut delictũ in perſonã officiariorum, in cõtemptũ domini, quia nolent obedire principi, quia tunc dicerentur rebelles:ſecundum Barto.in d.l.hoſtes. & in extrauagan.qui ſunt rebelles, ſuper verſ.ex tenore rebellis, & rebellando.

6 † Attamen vbi etiam diceretur incurſum crimen lœſę maieſtatis & quòd eſſet locus confiſcationis bonorum de iure cõmuni:tunc iudex ordinarius loci ex quo habet merum imperium poſſet cognoſcere:ſecundum glo.Cy. & ceteros in l.vnica.C.ne ſine iuſſu princi. cer.iud.la. confi. Quia talis confiſcatio eſt ordinaria: ſecus ſi eſſet extraordinaria quando quis vellet imponere pœnam confiſcationis bonorum ante ſententiam vel quando imponeretur pœna confiſcationis in caſu de iure non permiſſo.& ita tenet Cœpol.conſ. xxvij.vbi ponit, & decidit, quatuor dubia in hac materia. Sed quicquid ſit non poteſt negari cũ iſte caſus ſit bene atrox, quando fit iniuria in perſonã officiarij.§.atrox.inſti.de iniur.

7 † Adeò quod pro alapa data in perſonam poteſtatis, eſt pœna capitalis:ſecundum Bald. in ca.j.§.iniuria.de pac.iura. firman.quia interdum propter caſus emergentes licitum eſt legem tranſgredi:ſecundum Innocen. in

8 c.j.de conſtitu. Multò fortius in homicidio:† & pręſertim in vicario ſeu locumtenente principis, quia tunc eſſet crimen lœſę maieſtatis:ſecundum Salic. in dict.l.quiſquis.facit etiã quod habetur per Cyn. in l.non connexi.C.de immuni.in iiij.q.licèt regulariter nõ committatur crimen lœſę maieſtatis contra inferiorem à principe.dict.l.j.ff.ad leg iul. maieſt.ſecundum.Ioan.Fab.in proœ.inſtit.ſuper ver. Imperatoriam.de quo per Pau.de Caſtr. in l.iij.C. de epi.audi.& per domi.Guid. Pa.deci. cccxliiij.& ibi tenet.in fine, quòd contra conſpirantem, in perſonam alterius ex conſilio curię parlamenti, nõ incurritur crimen lœſę maieſtatis, iſtud facit pro cauſa appellationis cõmunitatis Clareſti patrię Aſtenſis. Contra vicarium domini gubernatoris Aſtẽſis, qui vult cognoſcere de homicidio perpetrato in perſonam domini Alexandri de Marabellis capitanei ſeu poteſtatis Clareſti, ſed exaduerſo conſules Clareſti prętendunt, quòd iudex ordinarius loci, debeat cognoſcere, cùm habeat merum imperium, & etiam ſecundum ſtatuta & libertates loci. Aliter ad preſens non declaro, quia lis pendet coram curia, & quòd hoc quod ſcribo facio vt magis detur occaſio ſtudendi, & vt meliùs perpendatur veritas.

ARGVMENTVM.

Officium choriſtarũ an in beneficiũ conferatur.

Quæſtio CCXCIII.

QVAERITVR an officium choriſtarum alicuius eccleſię cathedralis vel collegiatę conferatur in beneficium, & ſi debeat habere eundem locum & portionem defuncti, & ſi debeant ſeruari ſtatuta fundationis alicuius eccleſię, quia Papa in dubio non intelligitur derogare ſtatuto fundationis alicuius eccleſiæ:ſecundum Io. Panor.in c.cũ in cunctis.de elect. Iſtud facit pro cauſa ſupplicationis domini Symondi de riparia choriſtę eccleſiæ collegiatę ſancti Saluatoris criſtę Arnaudi, qui impetrauerat locum domini Guhelmi Millionis, aduerſus quem ſe oppoſuerunt canonici dictę eccleſię, & produxerunt electionem, & fundationem authoritate apoſtolica cõfirmatam. Et ſe obtulerũt ſibi expedire eius portionem, ſecundum tenorem, dictæ fundationis.

ARGVMENTVM.

Succeſſor in beneficio an prędeceſſoris arrendamẽto ſtare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſorem in beneficio ex prædeceſſoris contractu non, niſi in eccleſiæ utilitatem uerſum ſit, obligari regulare.*

Quæſtio CCXCIIII.

QVAERITVR an ſucceſſor in beneficio eccleſiaſtico teneatur ſtare arrendamento prædeceſſoris, & ſi debeat attẽdi cõſuetudo ſuper hoc.

1 Et licèt regulariter ſucceſſor in beneficio non obligetur ex contractu prędeceſſoris, niſi eſſet verſum in vtilitatem eccleſię.iuxta not. in c. quòd quibuſdam de fideiuſ.& in c.j.depo.& in cap.j.& ij. de ſolu.ita quòd in arrendamento etiam non teneatur ſtare:vt not.per.gloſ.& doct.in c.querelam.ne pręla.vices ſuas, & per Bald.in l.emptorem. C loca. licèt idem Bald.in l.iubemus.C.de ſacro ſanct.eccle. aliter videatur tenere, de quo etiam per do. de Ro. in no.deciſ.in titu.de loca. Veruntamen deberet attendi conſuetudo maximè pro fructibus primi anni. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis diffinita ſuper arrendamento facto per dominum Reyneriũ Baronis pro tunc rectorem capellanię Magalonæ eccleſiæ ſancti Mauricij Viennẽ. Georgio ſeu Ioanni Perreti, & pendente arrendamento reſignauit ad vtilitatem domini Ioannis Groleri vbi prętenditur eſſe cõſuetudo in eccleſia Vienneſii, quòd ſucceſſor in beneficio pro fructibus primi anni teneatur ad debita, vel aliàs, quòd hæredes habeant fructus primi anni, & aliàs prout ſuper hoc fuit deductum in proceſſu ſuper hoc agitato.

ARGVMENTVM.

De beneficio reſignato à ſano qui poſtmodùm moritur, an beneficiũ per renũtiationẽ vacare dicetur.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Beneficium renuntiatum ad hoc ut per renuntiationem uacare dicatur, quæ requirantur.*

2 *Regulæ cancellariæ de xx. diebus non eſt locus, ſi reſignans reſignationis temporis ſit ſanus, licèt moriatur intra xx. dies.*

3 *Regulam de xx. diebus etiam in temporalibus officijs apud Gallos ſeruari nonnulli retulerunt.*

Quæſtio CCXCV.

QVAERITVR quando reſignans beneficium tempore reſignationis eſt ſanus corpore, licèt ex poſt moriatur ex infirmitate ſuperuenienti, an dicatur vacare beneficium per annum, & an iſto caſu regula cancellariæ Romanæ de xx. diebus habeat obſtare, non obſtante pragmatica
1 ſanctione. Et † in effectu licèt clauſula finalis dictę regulæ cancellariæ hoc habeat ad obuiãdum fraudibus. cap. ij. de renun. lib. vj. & ne fiat ſucceſsio in beneficijs requiritur quòd tempore reſignationis reſignans non ſit infirmus, & quòd ſuperuiuat per vignti dies à tempore reſigna ionis admiſſæ per ſuperiorem, aliàs beneficium cẽ ſetur vacare per mortem, & non per renuntiationem, pro quo facit cap.
2 ſuſceptum. de reſcrip. lib. vj. † Veruntamen quando tempore reſignationis reſignans eſt ſanus, licèt moriatur infrà viginti dies non procedit regula cancellariæ: ſecundum gloſſ. ibi cùm ſit odioſa, & debeat reſtringi. Præterea videtur eſſe ad præiudiciũ ordinariorum, & ideò non debet ſeruari, ſecundum pragmaticam ſanctio. vt in tit. de reſerua. cap. j. & com
3 mi. & ibi per gloſſ. licèt aliqui referant † quòd in regno Franciæ ſeruetur etiam in officijs temporalibus vbi apponitur clauſula dummodò reſignans ſit infirmus, & quòd viuat per quadraginta dies. Et iſtud facit pro cauſa diffinita domini Iacobi de Riuoria, contra dominum Franciſcum Reynerij, prætextu eccleſiæ parœcialis Sancti Iuliani Belliforti: quia dictus de Riuoria probauit, quòd tempore reſignationis reſignans erat ſanus abſque infirmitate, & ſaliebat, licèt mortuus fuerit infrà viginti dies.

ARGVMENTVM.

De annua penſione præſtanda in actione hypothecaria.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſores in actione hypothecaria quòd annuam præſtationem inſolidùm ſoluere teneantur.*

2 *Verbum quodlibet in contractu poſitum ut effectum operetur oportet.*

Quæſtio CCXCVI.

QVAERITVR an in actione hypothecaria pro annua præſtatione teneantur poſſeſ-
1 ſores inſolidũ, an verò pro rata. † Et in effectu videretur dicendum ꝙ inſolidùm: quia ius pignoris eſt indiuiduũ. l. qui pignoris. ff. de pigno. l. creditoris. ff. de diſtract. pigno. l. quandiu. C. eo. titu. Adeò ꝙ eſt in electione actoris experiri inſolidũ contra quẽ voluerit: ſecũdũ Bartho. in l. mochis. ff. de iur. fiſ. Verũtamen in annua pẽſione videretur dicendũ ꝙ teneretur pro rata. ca. conſtitutus. de religio. domi. & hoc tenet do. Gui. Pap. in ſuis deci. niſi aliter in inſtrumẽto caueretur, ꝙ pro dicta pẽſione omnes res hypothecatæ vt verba cõtractus de aliquo operan
2 tur. arg. c. ſi Papa de priui. li. vj. † quia quodlibet verbũ in cõtractu appoſitũ debet operari effectũ: ſecũdm Bal. in rubri. C. de contrhẽ. empt. Et iſtud facit pro cauſa diffinita hæredũ Ioãnis de Calmaloci Turnonis cõtra Claudiũ Plouuerij moneri, & certos alios poſſeſſores bonorum Iacqueti Calui qui poſuerat certam penſionem ſuper dictis bonis hypothecatis & inſolidùm.

ARGVMENTVM.

An ſit licitum extirpare nemus in eorum præiudicium qui ius bocheragij habent.

SVMMARIVM.

1 *Nemus quòd in præiudicium eorum qui ius bocherandi habent extirpandus non ſit.*

2 *Princeps in eius territorio de iure cõmuni fundatus eſt quo ad montes & alia uacantia.*

Quæſtio CCXCVII.

QVAERITVR an ſit licitũ extirpare & albergare ad præiudiciũ illius qui habet ius bocheragij in nemore, & an dominus noſter Delphinus in eius territorio Delphi. ſit fundatus de iu-
1 re cõmuni. Et in effectu videretur dicendũ: † ꝙ ex quo quis habet ius bocherandi in nemore, cũ non debeat cultiuari nec reduci ad terrã arabilẽ ad præiudiciũ bocheragij: quia tale nemus redderetur inutile. argu. l. in cõcedendo. ff. de aq. plu. arcen. ex quo mons eſt deſtinatus ad vſum bocheragij, tũc nõ debet reduci ad aliũ vſum ſine licẽtia principis. l. legatũ. ff. de vſufr. lega. l. opus. ff. de ope. publi. Cle. quia cõtigit. de re. domi. & iſtud videtur tenere Bald. in l. j. C. de iur. emphy. & Cæpo. in tractu. ſerui. in ti. de
2 mõti. † Pręterea dominus noſter Delphinus in eius territorio eſt fundatus de iure cõmuni quò ad montes & alias res vacãtes. c. j. quę ſint rega. l. j. C. de bo. vacã. pro quo facit l. deprecatio. ff. ad leg. Rodi. de iact. Io. Fab. in l. j. C. de ſumm. tri. Et iſtud facit pro cauſa diffinita fiſci cõtra dominũ Abbatem Lioncelli pro mõti bus de Miſſum vallifamoſæ & ſalce ſanct. Nazarij in Roianis vbi eſt mãdamẽtũ Delphi. & do. noſter Delphi. habet ius bocheragij, & vẽdẽdi fuſtas reſeruato vſu neceſſario dicti monaſterij, licèt dictũ monaſteriũ albergauerat quãpluribus perſonis & volebat percipere tachias ad præiudiciũ iuris bocheragij do. noſtri Delphini, & ideò dicta albergamẽta fuerũt caſſata & ordinatũ reduci ad priſtinũ ſtatũ, & tachias ſequeſtrari donec ſoluto intereſſe domini noſtri Delphini: & aliàs prout pleniùs continetur in ſentẽtia ſuper hoc lata in manibus magiſtri Ventoleti..

ARGVMENTVM.

De ſcripura extracta de archiuis monaſterij ſine ſolemnitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura extracta de archiuis monaſterij ſine ſolemnitatibus quòd fidem non faciat.*

2 *Scriptura extracta de archiuis ad hoc ut ꝓbet quæ requirãtur.*

Quæſtio CCXCVIII.

QVAERITVR an in ſcriptura extracta de aliquo cõuẽtu ſeu monaſterio faciat plenã fidẽ, eſto ꝙ nõ habeat ſolẽnitatẽ inſtrumẽti publici:
1 Dubiũ facit: † quia videtur habere inſtar archiui publici, & ſic ꝙ faciat plenã fidẽ. authẽ. ad hęc. C. de fid. inſtru. c. ad audiẽtiã. de pręſcri. etiã ſi nõ habea ſolẽnitatẽ inſtrumẽti publici: quia locus publicus dat robur ſcripturæ, vt ibi habetur, & maximè in ſcriptura antiqua. l. cẽſus. ff. de probat. Sed in cõtra
2 rium videtur veritas in caſu iſto, † quia ad hoc vt

talis ſcriptura archiui faciat fidem requiritur quòd ſit publicum,& quòd habeat officiarios publicos, qui pręſtauerint iuramentum:ſecundum Bald.in l. exemplo.C.de probatio.Et Fely.in dict.cap.ad audientiam.Et iſtud facit etiam pro dicta cauſa fiſcali contra dictum dominum Abbatem Lioncelli vbi pro ipſius parte fuerunt extractæ certę ſcripturæ de eius monaſtario. Sed non apparebat quòd fuiſſent deputati officiarij publici à cuſtodia.

ARGVMENTVM.

De ſententia iudicis ſecularis lata contra clericum primæ tonſuræ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata à iudice ſeculari contra clericum primæ tonſuræ an valeat.*

Quæſtio CCXCIX.

QVAERITVR quando clericus primæ tonſuræ patitur ſe condemnari coram iudice ſeculari in cauſa criminali ad pœnam pecuniariam abſque allegando priuilegium fori,an valeat
1 ſententia. Dubium facit:† ſi non teneret ſententia pro clerico lata à non ſuo iudice.cap.at ſi clerici.de iudi.cap.ſi diligenti.de foro compe.ergo à contrario ſenſu non debet tenere ſententia lata contra clericum per iudicem ſecularem, vt contrariorum eadem ſit diſciplina.l.j.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alieiur. Veruntamen gloſſ.in dict.cap.ſi diligenti.ſuper ver.pro his lata.tenet contrarium,quia debet tenere talis ſententia in odium talis clerici,quia non allegauit priuilegiũ fori.Et iſtud facit pro cauſa condemnationis viginti quinque librarum in quibus fuit condemnatus, Ludouicus Deſiderij filius Gulielmi Deſiderij ciuitatis Ebreduni,per iudicem cõmunem Ebreduni,pro eo quia iuit pulſatum campanam palatij ſeu curię communis Ebreduni,de ſero circa mediam noctem ad inſtar fieri faciendo tumultum in populo contra l.ij.C.de ſedi.quia dicta campana vt fertur, non eſt ſolita pulſari niſi pro curia tenenda vel pro incẽdio. Et ex poſt facto dictus Ludouicus Deſiderij ſe allegauit clericum,& obtinuit certas literas monitorias à domino officiali Ebredunenſi,volens euitare ſolutionem dictæ condemnationis:ſaltem in quantum tangebat partem Delphin. Et ideò fiſcus ſuper hoc obtulit ſupplicationem in curia ad effectum obtinendi literas exortatorias vt dictus officialis Ebreduni,habeat reuocare dictas literas monitorias.

ARGVMENTVM.

De inſtrumento facto ſub venditionis nomine,loco contractus pignoris vel mutui.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum curans fieri ſub venditionis nomine, pignoris aut mutui contractus loco quod in falſi crimen incidat.*
2 *Falſum quid.*
3 *Veritas rerum,geſtorum erroribus non vitiatur.*
4 *Simulatio contractus inſtrumenti publici falcitatem, non arguit.*

Quæſtio CCC.

QVAERITVR quando quis facit fabricari inſtrumentum ſub nomine venditionis loco contractus pignoris, ſeu mutui, pro pluriſualentia,an incidat in crimen falſi.Et † dicendum eſt
2 quòd ſic: quia falſum dicitur mutatio † veritatis cùm intentione nocendi.l.quid ſit falſum.ff.de fal. & ideò requiritur dolus cum animo nocendi.l. nec exemplum.C.de cri.fal. Nec obſtat ſi dicatur quòd bene poteſt fieri ſimulatio, de vno contractu ad alium, ita quòd debet potiùs attendi rei veritas,quã ſcriptura.l.j.& l.emptione.C.plus vale.quod agi. capit.illo vos.de pigno.cap.ad noſtram.de emptio.
3 & vendi. † quia veritas rerum non vitiatur erroribus geſtorum.l.illicitas.§.veritas.ff.de offic. præſi. nec in hoc notarius incurrit falſum: quia ad iſtud reſpondetur,quòd notarius nõ eſt in culpa ex quo partes in hoc conſentiunt:ſecus quãdo altera pars cum notario concludit, & facit fabricari inſtrumentum,aliter quàm fuerit dictum: quia tunc per teſtes inſtrumentarios poteſt probari falſitas verè & directè:iuxta.not.per Barto.& cæteros in l.j.§.ſi quis neget.ff.quẽadmodũ.teſta.pe.& in l.a nu exercendis.C.de fid.inſtru.& in cap.cùm Ioannes He-
4 remita.de fid.inſtru.Et pro præmiſsis facit: † quia ſimulatio contractus non arguit falſitatem ſeu ſolemnitatem inſtrumenti publici:cùm inſtrumentũ dicatur publicum:ſecundum Bart.in l.j.§.& parui. ff.quod vi aut clam.& Bald.in l.j.C.plus vale.quia illud non dicitur falſum, quòd adiuuatur primordio veritatis.l.cùm filius.§.hæres.ff.de legat.ij. Et iſtud facit pro cauſa appellationis aduocata Petri Picardi notarij Burgundij,qui fuit condemnatus in certa quantitate librarum turonenſem,per Vice balliuum Vienneſii,& terræ turris, ad denuntiationẽ Ioannis Arlandi aliàs Ruffi,pro eo quia vt fertur dictus Picardi fecit fabricari per Franciſcũ Cuneti Falauerij notarium quoddam inſtrumentum ſub nomine venditionis cuiuſdam peciæ terræ dicti Arlandi pro pluriualẽtia de qua dictus Picardi fuerat miſſus in poſſeſsionem vigore certi proceſſus literatorij obtenti in dicta curia Balliuiatus Vienneſij,& terræ turris,& quia oportet iudicem cuncta rimari.cap.iudicantem.xxx.quæſt.v. Ideò curia ordinauit ꝙ ante omnia dictus Picardi habeat afferre dictum proceſſum literatorium,& dictũ inſtrumentum venditionis, licèt dictus notarius Cugneti dederit fugam,quod magnum eſt indicium.

ARGVMENTVM.

Nobiles & Doctorũ filij an immunes ſint à tallijs

SVMMAAIVM

1 *Nobilitas ſola à tallijs & ſubſidijs non eximit.*
2 *Clerici & nobiles nobiliter viuentes ab oneribus immunes ſint.*
3 *Feudum principis nobilitat.*

Quæſtio CCCI.

QVAERITVR an nobiles ſeu filij doctorum ſint exempti à contributione talliarum, & aliorum onerum communitatis loci. Dubium fa-
1 cit: † quia nobilitas ſola non eximit à tallijs,& ſubſidijs, ſecundum Alberic.in rubrica.ff.de muneri. & oneri. & ibi refert aliàs fuiſſe quæſtionem in
2 ꝓuincia,licèt † in hac patria Delphinali nobiles nobiliter viuentes & clerici clericaliter viuentes non contribuant in ſubſidijs delphina.& pro bonis regiſtratis,vt refert domi. Gui. Pap deci.lxxxiiij. etiã ſi nobiles bina aut trina vice ſoluerint, dumtamen reaſſumpſerint ſtatum nobilitatis, & viuãt nobiliter ſecundum

rer :ſecundum dom. Guid. Pap decifio.ccclxxxvij.
5 Et maximè† quando tenent fendum à principe,
quod nobilitat: ſecundum Bald. in capit.j.quis di-
catur Dux Co.& domi.Gui.Pap. deci. ccclxxxvij.
& talis nobilitas tranſit ad liberos l.milites.&l.di
uo Marco.C.de quæſtio.& l.fœminæ.ff.de ſenato.
Iſtud facit pro cauſa ſupplicationis nobilis Ioan-
nis Baiuli domini ſancti Deſiderij, & nobilis An-
tonij Baiuli fratres, contra ſyndicos Ebreduni,&
Foreſti Sancti Andreæ propè Ebredunum ſuper fa
cto talliarum. Aliter ad præſens non declaro : quia
lis pendet coram curia.

ARGVMENTVM.

De maiore petere reſtitui in integrũ aduerſus Stat.
compulſoriarum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum compulſoriarum uim inſtrumenti garentigiæ habet.*

2 *Minor quòd audiatur petendo reſtitutionem in integrum aduerſus ſtatutum compulſoriarum offerendo ſe de minori ætate & læſione probaturum.*

3 *Beneficium in integrum reſtitutionis, ſiue principaliter ſiue incidenter, quòd per uiam exceptionis & replicationis imploretur.*

4 *Beneficij inuentarij tempus quòd minori currat, qui reſtituitur.*

Quæſtio CCCII.

QVAERITVR an minor audiatur per
beneficium in integrum reſtitutionis aduer-
ſus ſtatutum compulſoriarum, vt interim ſuperce
deatur à conceſsione præciſarum, & an minor quã
do ſe petit in integrum reſtitui aduerſus beneficiũ
inuentarij omiſſum debeat probare hæreditatem
damnoſam, ſeu quòd ſit onerata debitis. Dubium
1 facit: † quia tale ſtatutum compulſoriarum habet
vim inſtrumenti garentigiæ, & ſic debet habere e-
xecutionem paratam, niſi allegentur aliquæ de ex-
ceptionibus comprehenſis ſub dicto ſtatuto com-
pulſoriarum, de quarum numero non eſt iſta, quã-
do minor allegat ſe in integrum reſtitui. Sed in cõ
2 trarium videtur veritas in caſu iſto, † quando mi-
nor in promptu ſe offert probaturum de minori æta
te & de læſione.l.j.C.de in integ. reſtitutio. poſtu.
nihil noui.& ibi per Bald.& per Bartol.in l.iiij. §.
condemnatum.ff.de re iudic. Et ita tenet dominus
Anto.de Cana.in tracta.de execu.inſtrumen.quæ-
3 ſtio.xxj. Pro quo facit : † quia poteſt implorare be
neficium in integrum reſtitutionis ſiue principali-
ter ſiue incidenter, per viam exceptionis, vel repli
cationis.l.nam poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiurand.
4 Veruntamẽ † tempus beneficij inuentarii currit pu
pillo ſeu minori, ſed reſtituitur.§.pupillis.in authẽ.
de hære.& fal.colum.i. Et oportet probare læſionẽ
probando de debitis, & incumberet onus probãdi
creditoribus in contrarium : ſecundum Bal.in l.j.
C.ſi vt ſe.ab hære.licet Cyn.& Salyce.in authenti.
ſi omnes.eodem titu.aliter videantur tenere & A-
lexand.in conſil.xxj.in i.parte.deciſio.j.& deciſion.
cxlii.facit gloſſ.in l.cùm de lege.ff de probatio. Et
iſtud facit pro cauſa compulſoriarum Alexandri
de Sala mercatoris Valenciæ contra hæredes Iaco
bi Borræ mercatoris, de ſumma ducentum ſcuto-
rum auri Regis ex cauſa mutui in quibus ſe obli
gauerat. Et quia dictus Iacobus Borræ reliquit
Franciſcum eius filium hæredem infantem, cuius
mater tutrix petit ſe in integrum reſtitui aduerſus
lapſum temporis beneficij inuentarij. Et fuerunt
ſumptæ informationes parte vocata ſuper mino-
ri ætate, & oneribus hæreditarijs. Et nunc pendet
ad ordinandum ſi dictus infans debeat in integrũ
reſtitui, vel non. Aliter ad præſens non declaro cũ
lis pendet coram curia.

ARGVMENTVM.

In alieno territorio an venari liceat.

SVMMARIVM.

1 *Venari in alieno territorio poſſe niſi dominus territorij vetuerit.*

2 *Nobilibus uenatio permiſſa.*

3 *Ruſticis uenari non licere demptis apro, lupo & urſo.*

Quæſtio CCCIII.

QVAERITVR an ſit licitũ in alieno ter-
ritorio venari ad feras beſtias, vti ad ceruos,
apros, vrſos & ſic de ſimilibus. & quando beſtia e-
modata, & effugit aſpectum primi venatoris, cui
efficiatur, ſi occupetur per alium infrà vigintiqua-
1 tuor horas. † Et videretur dicendum quòd ſic, niſi
prohiberetur per dominum territorij loci.l.diuus.
de ſerui.ruſtic.l.naturalem. §.illud.ff.de acquiren.
re.do.§.feræ.inſtitu.de re.diui.§.nemo retia.de pa.
tenen.vbi prohibetur venari in alieno territorio, ni
ſi ad apros, lupos, propter vtilitatem reipublicæ, li-
cèt ſecundum Aluaro.& Præpo.in dict.§.nemo re-
2 tia: † eſt ſpeciale fauore militum & nobilium, qui
cum canibus & auibus venantur, vt habeant tale
3 ſolacium : ſecus † in ruſticis, niſi in apro, lupo &
vrſo, prout ſupra dictum fuit. Et idem eſſet quando
fieret venatio ad leones, & aliàs feras beſtias, pro-
pter vtilitatem reipublicæ, ne deuorent gentes, &
pro hoc etiam facit libertas Delphinalis.cap.xxxj.
vbi eſt permiſſum nobilibus venari in hac patria
etiam in nemoribus & foreſtis Delphinalibus ex-
ceptis foreſtis Clauſij,& garenis: facit quod habe-
tur per Bartol.in l.venationem ff.de vſuca.de quo
etiam per domi.Gui.Pap.deciſio.ccviij. Et iſtud fa
cit pro ſupplicatione oblata nobilis & potentis Io
annis de Brianſone domini Varciæ, qui venatus
fuit cum eius comitiua, & canibus, de hoc præſen-
ti anno.M.ccccciij.de menſe Februarij, in manda
mento de Campis, in monte de conneſſa.& emoda
uit quendam ceruum qui deſcendit de dicto mon-
te verſus Viſiliam, in riparia Romãchiæ & ibidem
fuit occiſus per certos homines Viſiliæ, licèt quidi
paruus canis niger ipſum ſequeretur de canibus vt
fertur dicti domini Varciæ prętendendo quod infra vi
gintiquatuor horas,& tandem dictus ceruus fuit
portatus in domo nobilis Ioannis Alamandi, qui
recuſauit reſtituere. Et aliâs prout pleniùs contine-
tur in informationibus ſuper hoc ſumptis. De hac
materia aliâs ſcripſi antequàm eſſem conſiliarius
Delphina.in ſecundo volum.cauſarum arduarum.

ARGVMENTVM.

Miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto an poſsi-
dere dicatur, & reum expellere poſsit, & intentare
reintegrandæ remedium.

SVMMARIVM.

1 *Agens actione perſonali quòd libellum dare teneatur, & ſecundum debiti menſuram in poſſeßionem mittatur.*

2 *Libellus in actione reali neceſſarius, ne in poſſeßionem miſſio incerta foret.*

3 *Miſſus in poſſeßionem ex primo decreto in actione perſonali, quòd non niſi cuſtodiæ cauſa, poßideat.*

4 *Ille poßidet cuius nomine poßidetur.*

Quæſtio CCCIIII

QVAERITVR an creditor miſſus ex primo decreto in poſſeſsionem alicuius rei dicatur poſsidere, vt poſsit expellere reum vel ne, & ſi contra fiat, poſsit intentari ſtatutum reintegrande, ſi quis per literas, & an debeat in primo decre-
1 to præcedere libellus. Et in effectu † quando agitur in actiõe perſonali debet præ cedere libellus, & fieri miſsio in poſſeſsionẽ ꝓ mẽſura debiti declarati. l. cũ proponas. & ibi gl. ij. & authen. qui iurat. de bo. autho. iudi. poſsi. Et ibi Barto. & in l. ſi finita. §. Iu-
2 lianus. ff. de dam. infect. † Et idem in actione reali, quia aliàs miſsio in poſſeſsionem eſſet incerta. Et pariter requiritur quòd conſtet de iure actoris ſaltem ſummatim, ſicut in actione reali, ſiue perſona li. l. ſi is à quo. ff. vt in poſſeſs. lega. l. ij. in fin. C. vbi in rem actio. & ibi gloſſ. & Barto. & Specula. in titu. de primo & ſecundo decreto. §. j. verſi. caueat. & gloſſ. in capitu. quoniam frequenter. §. in alijs. vt li
3 te non conteſt. † Et quando agitur in actio ne perſonali miſſus ex primo decreto non poſsidet niſi ex cauſa cuſtodiæ, vt reus tedio affectus veniat reſpõſurus l. is cui. ff. vt in poſſeſsio. lega. & dicto. §. in alijs. l. cùm legati. ff. de bon. autho. iudi. poſsi. l. iij. §.
4 fina. ff. de acquiren. poſſeſs. † Quia ille poſsidet, cuius nomine poſsidetur. capitu. cùm veniſſet. de reſti tutio. ſpolia. l. quòd meo. ff. de acquirend. poſſeſ. Si verò agatur in actione reali, tunc ſunt opiniones, ſi miſſus ex primo decreto infrà annum poſsideat, vel ne, de quo per gloſſ. & docto. in l. ſi quis emptionis titu. §. ſed & ſi quis. C. de præſcriptio. xxx. vel. xl. anno. & in capit. contingit. de dolo & contu. Veruntamen in dubio eſſet fienda interpretatio contra actorẽ. cùm ex facto actoris ius metimur. l. j. in princip ff. ſi pars hæredita. peta. Quia eſſet imputandũ actori cur à principio non iuſtificauerit ſummatim de iure ſuo, & cur non dederit libellum, quia nõ debuit expellere reum à poſſeſsione ſua: ſecundũ glo. in dict. §. in alijs. quia ex quo poſsidet nomine alterius, non debet interuertere poſſeſsionem nomine proprio. l. j. C. commu. de vſuc. cum ibi nota. per gl. & doctor. aliàs daretur reo interdictum vnde vi. l. cùm fundo. & l. corono. ff. de vi & vi arma. nec tenetur iſto caſu debitor intentans remedium ſtatuti, Si quis per literas, facere mentionem de literis primi decreti actoris: iuxta nota. per Barto. & cæteros in l. j. C. qui ſatiſdare cogan. Et iſtud facit pro cauſa ſtatuti, Si quis per literas, intentati per nobilem dominum Franciſcum Baiuli, contra quendã do. Franciſcum de Aualone ſacriſtam prioratus Burgi oyſencij arrendatorem præceptoriæ eſchirolarũ, qui obtinuerat quaſdã literas miſsionis ex primo decreto certarum poſſeſsionum dicti Baiuli, vigore quarum dictus de Aualone fecerat recolligi fructus, & expelli mercenarios, & familiares dicti Baiuli. Propter quod ipſe intentauit dictum ſtatutum ſi quis per literas. Et fuit facta reintegratio, & refuſæ expenſæ. Sed ex poſt dictus de Aualone iuſtificauit, quòd ſunt eædem res. & quòd dictus Baiuli tacuit de literis miſsionis in poſſeſsionẽ dicti de Aualone, petendo dictam reintegrationem reuocari, & ſuper hoc pendet ad ordinandum. Et fuit diſceptatum inter dominos ſuper præmiſsis propter opiniones doctorum. Aliter ad præſens non declaro, cùm lis pendeat coram curia. De materia primi & ſecundi decreti etiam tetigi per aliquas queſtiones in primo volumine cauſarum arduarum.

ARGVMENTVM.

De tranſlatione poſſeſsionis propter contumaciã.

SVMMARIVM.

1 *Reus negans ſe poßidere conſtito de mendacio, quòd in actorem poſſeßionis traslatio fiat.*

2 *Pœna quando à lege uel ſtatuto propter contumaciam imponatur, quòd de uera contumacia intelligatur.*

3 *Poſſeßionis trãslationi ut locus ſit, libellum aptum præcedere oportere.*

Quæſtio CCCV.

QVAERITVR an pro contumacia non reſpondentis interrogatorio in actione reali, vel perſonali poſsit fieri licitè trãſlatio poſſeſsiõnis in actorem non conſtito aliter de mẽdacio. Du
1 bium facit propter l. fin. ff. de rei vendica. vbi † quando reus negat ſe poſsidere conſtito de mendacio, fit tranſlatio poſſeſsionis in actorem abſque alio proceſſu. quia oportet, quòd actor oneretur in modum probandi, quia aliàs reus poſſet pœnitere antequàm actor probaſſet: ſecundum gloſſ. Barto. & cæteros ibi. Sed in caſu iſto quando interlocutoria actoris habentur pro confeſſatis in contumaciam rei non reſpondentis ad fauorem actoris negatiuè vel affirmatiuè, prout actor elegerit: iuxta l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrogato. actio. & cap. ij. de confeſs. libr. vj. non tamen apparet de mendacio. &
2 quia etiam † quando imponitur pœna per ſtatutũ vel legem propter contumaciam alicuius debet intelligi de vera contumacia, & non ficta: iuxta notã. per Barto. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſc. & in l. cùm filius. §. in hac. ff. de verbor. obligatio.
3 Præterea † ad hoc vt habeat locum tranſlatio poſſeſsionis, iuxta dict. l. fina. requiritur quòd præcedat libellus aptus: ſecundum Bald. in l. edita. C. de edend. Et pariter requiritur, quòd actor ſe declaret ſi intendat experiri in actione reali: ſecundum Iaſ. in. §. omnium. inſtitu. de actio. Quia in actione perſonali non procedit dict. l. fina. ſecundum Panormita. in capit. cùm cauſam. de iura. calum. Et iſtud etiam facit pro dicta cauſa domini Franciſci de Aualone qui petierat literas miſsionis in poſſeſsionem prædiorum in eius interrogatorijs deſignatorum in contumaciam dicti domini Franciſci Baiuli non reſpondentis.

ARGVMENTVM.

Defuncti poſſeſsio an in hæredis perſonam continuari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeßio defuncti in hæredem non niſi de nouo apprehẽdatur, conti-*

tur, continuatur.

2 *Poſſeßio per procuratorem & negotiorum geſtorem acquiritur.*

3 *Poſſeßio quid.*

Quæſtio CCCVI.

QVAERITVR an poſſeſsio defuncti poſſit continuari ſeu retineri in perſonam hæredis, per colonum ſeu grangerium, abſque noua apprehenſione, verè, vel fictè. Et an requiratur quòd quis poſsederit per decem dies vt habeat locum ſtatutum reintegrandæ, ſi quis per literas. Et dicendũ
1 eſt † quòd non retinetur poſſeſsio defuncti in perſonam hæredis, etiam ciuilis poſſeſsio, niſi apprehendatur de nouo verè, vel fictè. l. cùm hæredes. l. qui vniuerſas. §. per colonum. & ibi per gloſſ. Bart. & cæteros. ff. de acquirend. poſſeſsio. l. j. §. Scęuola. ff. ſi quis teſta. liber eſſe inſ. fue. niſi colonus defuncti ſolueret mercedem hęredi, quia tunc acquireretur poſſeſsio hæredi, vt ibi habetur. Nec obſtat ſi dicatur, quòd in acquirenda poſſeſsione, requiratur animus & corpus, & in re præſenti. l. j. §. per ſeruum. & l. poſsidere. §. in admittenda. & l. quamuis. §. ſi quis venditorem. ff. de acquirend. poſſe. quia illud verum quando ageretur de poſſeſsione de no-
2 uo acquirenda: ſecus ſi de nouo retinenda. † Prætereà bene poteſt acquiri poſſeſsio per procuratoré, vel negotiorum geſtoré. l. ſi euo. ff. de nego. geſt. l. j. C. de acquirend. poſſeſs. Veruntamen licèt poſſeſ-
3 ſio poſsit acquiri momento: † cum poſſeſsio ſit pedum poſitio. l. j. ff. de acquiren poſſeſsio. in princ. & etiam violentus poſſeſſor, & prædo, acquirens poſſeſsionem: tamen in remedio ſtatuti, Si quis per literas, requiritur poſſeſsio decem dierum, cum ſit exorbitans, vt ibi habetur: ſecundum do. Gui. ibi ſuper verbo, reſtituetur, licèt aliter videatur de ſtylo curiæ. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis ſtatuti, Si quis per literas, nobilis Antoniæ de Aualonæ relictæ nobilis Antonij de Pellafollo, aliàs Garronis, eius hæredis teſtamentariæ: quia poſt obitum dicti de Pellafollo, nobilis Aymarus de Turę villęmentij triniarum ſe poſuit in domo defuncti, & expulit grãgerios, licèt allegarent, quòd tenebãt poſſeſsionem nomine dictæ relictæ. Attamen nondum erant lapſi decem dies à morte defuncti. Et ideò eram dubius ſi deberet fieri reintegratio via dicti ſtatuti, licèt maior pars dominorum curiæ fuerit in contraria opinione, videlicet quòd debeat fieri reintegratio via ſtatuti.

Quæſtio CCCVII.

QVAERITVR quando violentus ante reintegrationem venit, allegando quòd nõ fecit animo ſpoliãdi, ſed ex aliqua iuxta cauſa, volendo ſe deſiſtere à poſſeſsione, an debeat audiri ad impediendum reintegrationem. Et videretur dicendum quòd ſic: iuxta nota. per Innocen. in cap. querelam. de electio. & domi. Guid. Pap. in dict. ſtatuto, ſuper verbo, clandeſtinè. Et iſtud etiam facit pro dicta cauſa ſtatuti dictæ relictæ: quia dictus Aymarus venerat ante reintegrationem, & allegabat cauſam ignorantiæ dicti teſtamenti de Pellafollo, & quòd erat eius proximior, ab inteſtato, & quòd volebat deſiſtere à poſſeſsione: attamen ſe debebat offerre quòd non fecerat animo ſpoliandi: ſecundum domi. Guido. Pap. vbi ſuprà. Sed hoc non obſtante fuit facta reintegratio, licèt eſſem dubius prout ſupra dixi.

ARGVMENTVM.

Soluto matrimonio vel cõſtante maritus vel vxor an petere poſsit alimentorum prouiſionem per modum intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Maritus poſt moram an & quando intereſſe petere poßit.*

2 *Vxor ſoluto matrimonio an & quando dotem & poſt moram intereſſe petere poßit.*

Quæſtio CCCVIII.

QVAERITVR an maritus conſtante matrimonio vel vxor ſoluto matrimonio lite pendente poſsint petere prouiſionem alimentorum per modum intereſſe ratione moræ ſolutionis
1 dotis. Et in effectu, † quando mora eſt commiſſa marito qui ſuſtinet onera matrimonij, poſſet peti tale intereſſe. capi. ſalubriter. de vſuc. nec diceretur vſura, licèt ſecundum Ioann. ibi eſt ſpeciale, quando traduntur res hypothecatæ marito, qui percipit fructus pro oneribus matrimonij. l. pro oneribus. C. de iur. do. ſecus ſi dos eſſet ſimpliciter conſtituta in pecunia, quia non poſſet peti intereſſe in pecunia: ſecundum vnam opinionem. & maximè ante biennium, quia poſt biennium poſſent peti fructus aut intereſſe. l. fina. §. præterea. C. de iure do. licèt ſecundum gloſſ. ibi loquatur in extraneo: aliàs ſecus in muliere: quia contrahens moram etiam ante biẽnium, quando maritus ſuſtineret onera matrimonij: ſecundũm gloſ. in l. de diuiſione. ff. ſolu. matri-
2 mo. & ibi Barto. † Veruntamen ex parte mulieris, quando repetit dotem ſoluto matrimonio, non poteſt petere intereſſe, quando dos conſiſtit in pecunia, poſt annum luctus, quia interim debet adi per hæredes: ſecundum gloſſ. in l. diuortio. in princi. ff. ſolut. matri. & in l. j. §. exactio. C. de rei vxo. actio. quia eſſet vſura: ſecundum Bartol. in l. inſulam. §. vſuras. ff. ſolut. matrimo. & in l. at qui natura. §. nõ tantùm. ff. de nego. geſt. de quo latè per Ioann. de Imol. in dict. §. vſuras. & per Alexand. in dict. l. diuortio. in princip. & per Ange. Areti. & Iaſo. in. §. fuerat. inſti. de actio. & per Ludouic. de Ro. conſil. cccccxvij. Materia non eſt ſine difficultate propter diuerſas opiniones docto. Et iſtud facit pro cauſa ſupplicationis egregij domini Petri Monachi iurium docto. & nobilis Gilbertę Motardinæ eius vxoris qui agunt contra liberos & hæredes nobilis Eynardi de Chalanderia primi mariti dictæ Gilbertæ ſuper repetitione dotis mille centum librarum Turonenſium, & lite pendente petierunt ſibi prouideri de alimentis, per modum intereſſe, de aliqua ſumma etiam pro ſumptibus litis. uix. l. fi. C. de ordi. cognitio. ſuper quo paſſu domini curiæ erant multùm dubij, propter opiniones doctorum ſupra relatorum. Et maximè quia dicta Gilberta tranſiuit ad ſecunda vota abſque petitione prouiſionis tutorum, & redditione computi, & reliquorum, & quia dicti hæredes ſunt pupilli.

ARGVMENTVM.

De proprietario contra vſufructuarium agere volente.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructus pars dominij cenſetur.*

2 *Vſufructuarius quòd uſumfructum formalem à proprietate diſtinctum habere dicatur.*

3 *Proprietarius uſufructu pendente quòd contra uſufructuarium experiri poſſit.*

Quæſtio CCCIX.

QVAERITVR an proprietarius poſſit experiri ad nudam proprietatem durante v-
1 ſufructu formali. Dubium facit: † quia vſusfructus cenſetur pars dominij.l.vſusfructus in multis caſi-
2 bus.ff.de vſufruct. † Præterea vſusfructuarius dicitur habere vſumfructũ formalem diſtinctum à proprietate: ſecundum glo.inſti.de vſufruct.& per Cæ-
3 pol.in tracta.ſeruitutum in titu.de vſufruct. † Verũ tamen proprietarius non impeditur agere pro iure proprietatis durante vſufructu.l.ſi pariter.ff.de libe.cau.iuxta not.per Barto.in l.ſæpe conſtitutum.ff.de re iudica. Iſtud facit pro cauſa ſupplicationis nobilis Ioannis de Vaeſco naturalis contra nobilem Iacobum de Podio dominum Ruppis ſupra grauam, vbi experitur pro quibuſdam rebus ſibi legatis in teſtamento nobilis Aliſiæ de Tholoniano domine Ruppis fortis, reſeruato vſufructu domino Dalmatio de Vaeſco eius filio religioſo.

ARGVMENTVM.

Legatum quando reddatur conditionale.

SVMMARIVM.

1 *Legatum an & quando conditionale reddatur ubi poſt legatum purum tempus mortis in perſonam tertij apponitur.*

2 *Tempus ætatis certæ uel incertæ adpoſitum circa ſubſtantiã uel diſpoſitionem legati legatum conditionale reddit.*

3 *Tempus certæ ætatis in perſonam tertij adpoſitum in legato, legatum conditionale efficit.*

4 *Expreßio eorum quæ tacitè inſunt, quòd potiùs quendam monitionem faciant quàm conditionem.*

5 *Clauſ. Expreßio eorum quæ tacitè inſunt nihil operatur, Limitationes.*

6 *Dict. poſt. quòd conditionem faciat.*

7 *Diem legati cedere mortis tempus incertum non ſinit.*

Quæſtio CCCX.

QVAERITVR quando in legato apponitur tempus certæ ætatis vel incertæ, an reddat legatum conditionale. Et ibidem poteſt quæri quando à principio relinquitur legatum proprietatis purum reſeruato vſufructu alteri, & cum clauſula, quòd proprietarius non habeat tenere nec poſſidere donec poſt mortem vſufructuarij. Et in effe-
1 ctu, † quando poſt legatum purum apponitur tempus mortis in perſonam tertij, tunc reddit legatum conditionale.l.quibus diebus.§.quidam.ff.de condi.& demon.l.ſi cui.§.j.ff.de leg.j. Et hoc verũ quando tale tempus incertum apponitur ſine diſpoſitiõe legati, ſine præſtatione legati, quia tũc redditur lelegatum conditionale: ſecus vbi apponeretur tempus certę ætatis, preſtationi ſeu executioni legati, quia tũc non reedderetur legatum cõditionale, ſed tranſmitteretur ad hęredes, licèt deberet expectari dies legati, vt poſsit peti.l.ex 15.C.quãdo dies lega.
2 vel fideicõ.ced. † Si verò tẽpus certæ ætatis vel incertæ apponeretur ſubſtantiæ, vel ad diſpoſitionem legati, tũc redderetur legatũ cõditionale.d.l.ſi cui.§.j.niſi fauore libertatis.l.fideicõmiſſaria.§.etiã.ff.de fideicõmiſ.liber. Nec obſtat l.Seius Saturninus.ff.ad trebel.quia ibi operatur fauor legatarij, quia erat de liberis, & minor de quo per Bar.& Alex. de Imo.ibi. Nec obſtat etiã l.ambiguitatẽ.C.de vſufru. De quo ibi per doct. Quia ibi loquitur in legato certę ætatis vſufructuarij. Nõ obſtat.l.libertis.l.ij.§.ab hęredibus.ff.de alimẽ.& cib.quia ibi loquitur quãdo apponitur tẽpus certæ ætatis in perſonã grauati ſeu hæredis. Et in dubio teſtator videtur ſe referre ad tempus ſimplex.l.codicillis.in prin.ff.de
3 annu.lega. † Verũtamen vbi apponeretur tẽpus certę ætatis in perſonã tertij faceret conditionẽ.l.ſi ſeruus.ff.de ſtat.lib. Nec obſtat ſi dicatur: quòd expreſsio eorũ quę tacitè inſunt de nullo operatur, nec reddit legatũ conditionale.l.hęc verba.ff.de legat.j.& ibi per Barto.& cæteros, & Cynum in l.non rectè.
4 C.de fideiuſſo. † Quia ea quæ tacitè inſunt, potiùs faciunt quandam monitionem, quã conditionem. l.cunctos.§.j.ff.de tutel. Sed ſic eſt, quòd quando vſusfructus relinquitur ad vitam, tacitè ineſt quòd proprietarius viuẽte vſufructuario nõ petat, vel poſſideat ſaltem naturaliter. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd hic non exprimitur eo modo quo ineſt:
5 vt nota in dict.l.ſi rectè. † Præterea licèt regulariter expreſsio eius quod tacitè ineſt nihil operetur, hoc verũ niſi teſtator voluerit facere actũ cõditionalẽ. l.in conditionibus.§.j.ff.de condi.& demõ.& Bald. in l.j.in princip.C.de cadu.tollend.& maximè quando dirigit verba ad legata: ſecundum Pau.de Caſt. in d.l.verba.quia in incertis & non certis locus eſt coniecturis.l.continuus.in prin.ff.de verbo.oblig. de quo latiùs per Alexand.de Imo.in dict.l.verba. Nec obſtat l.ſi quis ex filio.ff.de legat.j. Quia reſpondetur vt per Ioann.de Imol.in dict.l.quia cui legetur.§.hoc autem.ff.de leg.j. Et maximè quando teſtator vtitur per dictionem poſt.l.fideicommiſſariam.§.etiam.ff.de fideicõ.liberta.& l. Thais.§.libertate.eo.tit.vbi eſt ſpeciale fauore libertatis, vel etiam quando vltra conditionem teſtator apponeret diem: quia licèt exiſtat conditio, debet expectari dies: ſecus vbi teſtator per præſens voluit adimpleri conditionem ante tempus.dict.l.libertis.§.ab hæredibus.ff.de aliment.& cibar.legat. ſecundum Ioannem de Imola.in dict.l.ſi cui.§.j.prout in caſu iſto vbi teſtatrix declarauit, quòd dictus legatarius non poſsideat niſi poſt mortem, & non an-
6 te.l.inter illam.ff.de conditio.& demonſtra. † quia illa dictio, poſt, facit conditionem: ſecundum Bartol. in dict. l.ſic.§.j.& in l.quibus diebus.§.Titius.ff.de conditionib.& demonſtrationib. Non obſtat ſi dicatur quãdo fructuarius repudiat vſumfructũ tũc ceſſat cauſa dilationis, & ſic cẽſetur finita, & quòd legatũ debeat haberi purũ.l.à filio.§.alumno.ff.ad trebellian.quia non refert quid ex æquipolentibus fiat l.Gallus.§.quid ſit tãtũm.ff.de libe.& poſthu. Et pro hoc facit quod Ioan Andr.in addi.ad Spe-

di.ad Spec in rubri.de ſecu.lu.Paul.de Caſtr.& Alexan.in l.mulier.in princi.ff.ad trebel.& per Iaſo. in l.ſi mulier.C.de condi.inſer.vbi etiam legatarius admittitur ante mortem grauati,ex voluntate teſtatoris. l. Titius.ff.de libe. & poſthu. Quia ad iſtud reſponderur,quòd hic videtur apparere de cõtraria mente voluntis defuncti:quia teſtator manifeſtè declarauit eius voluntatem,quòd non voluit præſtari legatum proprietatis, niſi poſt mortem vſufructuarij,& non ante,eo in dubio debet intelligi de morte naturali,ſiue loquamur in vltimis voluntatibus,ſiue in contractibus.l.cùm pater.§.hæreditatem.ff. de legat.ij.l. Statius Florus.§.Fœlici Cornelio.ff.de iure.fiſci.l.ex ea parte.§.inſulam.ff. de verb.obliga.Et facit gloſ. in ca.placuit.xvj.quæſtio.j.& in cap.ſuſceptum.de reſcrip.libr.vj. niſi in caſibus à iure permiſsis.Et pro præmiſsis facit l.vxori vſumfructum villę.ff.de vſufru.lega.vbi legatarius proprietatis non admttitur ad legatum proprietatis,licèt vſufructuarius moriatur ante tempus præfixum in vſufructu ex voluntate teſtatoris Non obſtat ſi dicatur quando vſufructuarius repudiat quod debet haberi pro mortuo, & non debet impedire proprietarium.iuxta.nota.per Barto.in l. j.§.qui habebat.ff.de contra.& in l.ij.ff.ad Tertu. Quia ibi loquitur in alia quæſtione, & in diſpoſitione ſtatutaria,quæ debet ſtrictè intelligi, & etiã in diſpoſitione de præſenti.Sed nos loquimur in diſpoſitione iuris communis,vbi etiam exiſtit vſufructuarius,dum ipſe viuit debet impedire legatarium iuxta verba teſtamenti.l. filiusfamiliâs.§.cũ quis. ff.de lega.j.& per gloſſ.in l.j.C.de condi.inſer.& in l.incerto.§.fina.ff.ad Trebel.vbi liberi exhæredati impediunt ſubſtitutũ propter illam conditionem,ſi ſine liberis. Iſtud etiam facit pro dicta cauſa ſupplicationis dicti nobilis Ioannis de Vaeſco naturalis qui experitur ꝓ certis prędijs ſibi legatis in teſtamento nobilis Aliſiæ de Tholonianij dominæ Rupis fortis:reſeruato vſufructu fratri Dalmatio religioſo eius filio legitimo priori pontis Barreti,ita ꝙ dictus legatarius non poſsideat donec poſt mortẽ dicti fratris Dalmatij & non ante, ſuper quo opponitur per nobilem Iacobum de Podio hæredem dictæ teſtatricis per mediam perſonam Eynerij patris dicti Iacobi quòd non competat ius agendi dicto legatario viuente dicto fratre Dalma-
7 tio, licèt repudiauerit:† quia propter tempus incertum mortis non cedit dies legati, nec eſt orta obligatio l.cedere diem.de verbor.ſignific.l.j.in fin. ff.quãdo dies vſufr.leg.ce.l.j.C.vt actio ab hęre.&c contra hæred.§. poſt mortem.inſti.de inuti.ſtipu. faciunt not.per Bart.in l.ita ſtipulatus.ff.de verbo. oblig.in quæſtione illa quando ſtipulatio in diem certam vel incertam committatur, iſte paſſus viſus fuit mihi multum dubius in diffinitione dicti proceſſus, & vni alteri domino licèt fuerit pronuntiatum pro domino de Vaeſco quò ad ius proprietatis.

ARGVMENTVM.

Religioſus an legatum repudiare poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Monachus neque uelle neque nolle habet.*
2 *Monachus quicquid quærit,monaſterio acquirit.*
3 *Prælatus legatum repudiare poteſt.*
4 *Monachus in monaſterij præiudicium legatum repudiare non poteſt.*

Quæſtio CCCXI.

QVAERITVR an religioſus poſsit repudiare legatum vſusfructus ſibi factum, ſine li-
1 centia ſuperioris. Dubium facit: † quia monachus non habet velle, vel nolle, ſed dependent à poteſtate ſuperioris.capitu.ſi religioſus.de electio.
2 libr.vj.† Et quia quicquid acquirit monachus ſiue tempore ingreſſus, ſiue poſt, acquirit monaſterio.capitu.in præſentia, de probatio.capitu. cùm ad monaſterium.de ſtat.mona.authen.ingreſsi.C.
3 de ſacro ſanct.eccleſ.† Et licèt prælatus eccleſię poſſit repudiare legatum factum eccleſiæ, quia aliud eſt lucrum non accipere,& aliud rem eccleſiæ alienare.& quia in acquirendis poteſt præiudicare.l. fina.C.de acquirend.poſſeſsio.ſecundum Federic. de Sen.conſil.ix.& Panormita.in capitu.quia ſemper.de his quæ fi.à præla.ſine conſen.capi.licèt Ioannes de Imo.ibi de rigore iuris aliud teneat.l.magis tuto.§. fundum.ff.de reb.eorum, & ibi Bartol.
4 Veruntamen † aliud videretur dicendum in religioſo,vt non poſsit repudiare ad præiudicium monaſterij, ſicuti de filiofamilias dicitur.l.cùm non ſolùm.in princip.C,de bonis quæ libe.& iſtam partem tenet Specula.& Ioann.Andr.in titu.de ſtatu.monac.verſi.viij. & Ioann. Andr.Panormita.in dict. capitu.in præſentia.in fin.& Barto.in l.j.ff.de vulgari.& pupilla.ſubſtitu.& in l.is poteſt.§.fina.ff.de acquiren.hæredita.& l.tutor.ff.de poſſ.bono.licèt aliqui velint æquiparare monachum ſeruo, qui poteſt non adire.l.cùm proponas.C.de hæredi. inſtituend.de quo per Bald.in l.j.C.qui admi.ad bono. poſſeſsi. vbi tenet quòd inſpicitur illud quod eſt magis vtile monaſterio. Iſtud facit etiam pro dicta cauſa de Vaeſco, vbi dictus frater Dalmatius religioſus repudiauit vſumfructum ſine licentia ſuperioris.

ARGVMENTVM.

Legatum factum filio naturali ab auia paterna an & quando valeat.

Quæſtio CCCXII.

QVAERITVR an nepos ſpurius,vel naturalis,ſit capax ad capiendum legatum in teſtamento auiæ paternæ maximè ſtante parte legitima. Et in effectu eſt capax vbi non ſtant liberi legitimi.l.fina.C.de natura.libe. Aliâs vbi eſſent liberi legitimi,non poſſet capere niſi vnam vnciam. authen.licèt.C.eodem tit.de quo habetur per Bar. & cæteros in l.Gallus.§.quòd ſi is.ff.de libe.& poſthu.& per Alexan.de Imol.

ARGVMENTVM.

Exceptio beneficij inuentarij an fideiuſſori proſit.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ne quis conueniatur niſi in quantum facere poßit, cùm perſonalis ſit,an ad fideiuſſorem tranſeat.*
2 *Exceptiones ne quis cõueniatur,niſi in quantũ facere poſſit,& ceßionis bonorum, quòd fideiuſſori non proſint.*
3 *Exceptio litiſpendentiæ quòd ſuper ſtylo compulſoriarum, non admittatur.*

Quæſtio CCCXIII.

QVAERITVR an exceptio beneficij inuentarij, & litiſpendentiæ eiuſdem, proſit fideiuſſori, & ſi admittatur talis exceptio ſuper ſtylo
1 compulſoriarum. Dubium facit: † quia talis exceptio, ne conueniatur niſi inquãtum facere poteſt, videtur perſonalis, vt nõ tranſeat ad fideiuſſorem. l. ſi fideiuſſor. & l. Sancimus. ff. de re iud. Et hoc verum niſi principalis debitor compareret in cauſa, & ex perſona ſua allegaret talem exceptionem, ſecundum Barto. in l. legi. idemque. §. generaliter. ff.
2 manda. † Veruntamen in caſu iſto talis exceptio non debet prodeſſe fideiuſſori, ſicuti in exceptione ceſsionis bonoru m. §. fin. inſti. de replica. & ibi per Ange. Areti. in rubr. in quinto membro principali & in. §. fina. inſti. de actio. de quo per Bald. in l. tam & mandatori. de non numera. pecu. & per Cyn. in l. quotiens. C. de preci. impera. offe. & per Alexand.
3 de Imol. in l. alia. ff. ſolut. matrimo. Prætereà † exceptio litiſpendentiæ, non admittitur ſuper ſtylo cõpulſariorum, licèt pars quæ trahit rem ad diuerſa iudicia debeat condemnari in expenſis: ſecundum domi. Gui. Pap. deci. ccccxxi. Et iſtud facit pro cauſa compulſoriarum conſulum Belli Riparij contra Bernardum Benedicti fideiuſſorem Ioannis Montiſromani, qui deceſsit relicta Catherina eius ſorore, & hærede vniuerſali cum beneficio inuentarij, facto in curia Balliuiatus Viennæ, & terræ Turris. Sed hoc non obſtante fuerunt conceſſæ præciſę contra fideiuſſorem. & pro præmiſsis facit gloſſ. in l. creditor. in princip. ff. manda. Bald. in l. j. C. de diuer. reſcrip. & l. fina. C. de fideiuſſ. & l. per diuerſas. C. manda. in xv. quæſt. Licèt Federic. de Sen. cõſil. ccxlij. videatur tenere quòd prohibitio facta creditori de non moleſtando debitorem, ſe extendat ad fideiuſſorem.

ARGVMENTVM.

De officijs aduocati & procuratoris comparatiõe

SVMMARIVM.

1 *Procuratores, Aduocatis ſimiles, in quibuſdam.*
2 *Procuratores Aduocati dicuntur & econtrariò.*
3 *Procuratoris officium uile.*
4 *Aduocati officium nobile.*
5 *Aduocato ne tabellio ſit & procurator uetitum.*
6 *Aduocatorũ nomina in curia Romana deſcribitur & uno quoque anno ſacramentum præſtant.*
7 *Gratianopoli Aduocatorum & procuratorũ practicãtium nomina ſingulis annis. 4. Nouembris deſcribuntur. Itẽ & iuramentum præſtant.*

Quæſtio CCCXIIII.

QVAERITVR an officiũ Aduocati, & officiũ procuratoris æquiparatur. Et videretur
1 prima facie dicendum ꝙ ſic: † quia procuratores ſunt ſimiles Aduocatis in quibuſdem. l. j. §. Aduocatos. ff. de vari. & extra. cognit. ibi. Quoquo ſtudio operentur. licèt ſecundum gloſſ. ibi procuratores, tutores & ſimiles, licèt cauſis operentur aliquo ſtudio, non tamen dicuntur Aduocati, licèt illiterati experti negotiorum poſsint poſtulare. l. ij. C. de
2 poſtul. & pro hoc facit: † quia procurator dicitur Aduocatus. c. j. iij. quæſt. vij. & econtrà Aduocatus dicitur procurator. cap. quia Epiſcopus. v. q. iij. veruntamen glo. in rubri. C. de procura. ponit certas differẽtias & inter cæteras ponitur vna differentia
3 per doct. ibi & maximè Iaſo. quia † officiũ procuratoris eſt vile: adeò infamis põt eſſe procurator: vt In
4 ſti. de excep. §. fi. † ſed officiũ Aduocati eſt nobile.
5 Et † ideò Aduocatus prohibetur eſſe tabellio vel procurator. C. vniuerſos. & l. ſi quis ꝓcuratores. C. de decu. lib. x. & ibi per Barto. & Io. de Pla. licèt cõtrarium ſeruetur Mediolani: ſecundum gloſſ. in d. l. vniuerſos. faciunt not. in l. militem. C. de procura. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem quando ſtatuto prohibetur quòd non admittatur Aduocatus ad patrocinandum, niſi prius fuerit approbatus, & ad miſſus ad officium aduocationis per literas: quia iſtud etiam procedit in procuratore, quia militat eadem ratio. Et pro hoc facit quod voluit Io. And. in addi. ad Specu. in tit. de Aduo. §. obijcitur. verſi. Item quòd poſt litẽ. vbi refert cõſtitutionẽ benedi
6 cti, † quòd aduocati in curia Romana deſcribũtur & ſingulis annis iurant. Et iſtud etiam facit pro ſta
7 tuto curię, † quòd ſingulis annis poſt feſtum omnium Sanctorum in craſtinum defunctorum poſt miſſam Sancti Spiritus facta arenga per dominum preſidentẽ ſeu in eius abſentia per antiquiorem cõſiliarium per cõmendationẽ iuſtitiæ deſcribuntur nomina Aduocatorũ practicantiũ & procuratorũ approbatorũ per curiã, qui iurant de bene & legaliter cõſulẽdo clientulos, & litem improbã nõ fouere. Et pro hoc facit quod voluit Bald. in l. ſed & reprobari. ff. de excuſa. tuto. in addi. Nico. de Neapo. de doctoribus nouiter creatis, quòd poſſunt iterum examinari in practica antequàm admittantur ad officium aduocationis & pro hoc facit. l. nemini. C. de aduoc. diuer. iud. vbi debet eſſe certus numerus aduocatorũ approbatorũ. cũ ibi no. per glo. & Saly. & vt intelligo, iſtud obſeruatur in parlamẽto Pariſienſi: quia Aduocati antequã admittantur ad patrocinandum ipſi manent certo tempore ad audiendum in Parlamento abſque poſtulando.

Quæſtio CCCXV.

QVAERITVR de ſalario portitoris litterarũ, & in effectu debet diſtingui, an talis portitor ſit aliàs facturus, vt quia debebat accedere aliũdè ad illas pares, & iſto caſu non debet habere ſalarium, aliàs ſi non eſſet facturus, & tunc ſi ſalarium fuerit conuentum, agetur actione locati: ſi verò non fuerit conuẽtum ſalarium, tunc taxabitur arbitrio iudicis: ſecundum Bald. in l. ſalarium. ff. manda.

ARGVMENTVM.

Statuto, Si quis per literas intentato an remedium poſſeſsionis adipiſcendæ cumulari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum primi matrimonij & ſecundi ſuccedendi ab inteſtato modus.*
2 *Conſuetudo in ſucceſsionibus attendenda.*
3 *Liberos primi & ſecundi matrimonij æqualiter ſuccedere debere iuris communis eſſe.*
4 *Fœminas in feudalibus extantibus maſculis ſuccedere non debere iuris feudorum eſſe. Idem de nepotibus ex ipſis deſcendentibus dicendum.*

Feuda re-

5 *Feuda redacta ſunt ad inſtar patrimonij.*
6 *Remedia poſſeſſoria etiam pro re communi dari.*
7 *Petitorium an cum remedio reintegrandæ cumulari poßit.*
8 *Remedia plura etiam contraria an ſubordinatè cumulari poßint.*
9 *Remedium reintegrandæ & petitorium quòd ab una parte & eodem libello intentari poßint.*
10 *Petitorij ad poſſeſſoriũ ante cauſæ concluſionẽ ſicut fieri poteſt cumulatio: ita & poſſeſſorij ad petitorium.*
11 *Proprietatis exceptio quòd cum interdicto recuperandæ ubi res eſt dificilis recuperationis admittatur.*
12 *Curiæ ſupremæ ſiue parlamenteæ principis uices gerunt, & ex æquo & bono iudicant.*

Quæſtio CCCXVI.

QVAERITVR quando fuit intẽtatum ſtatutum, ſi quis per literas. prætextu caſtri & territorij, vbi proceditur parte non vocata quò ad reintegrationẽ, an poſſit cumulari ab eadem parte aliud remediũ adipiſcendę poſſeſſiõis ſeu petitoriũ. Et an liberi primi matrimonij & ſecũdi ſuccedãt patri ab inteſtato ꝓ virilibus portionibus. Et an in dubio prȩſumãtur poſsidere noĩe cõi, & an etiã ꝓ re cõi cõpetat remediũ reintegrãdę poſſeſsiõis. Et an valeat reſcriptũ impetratũ lite pẽdẽte vt citiùs vacuetur poſſeſſorium quã petitorium, quando non ſit mentio de lite in partibus & punctis neceſſarijs.
1 Et in effectu † de modo ſuccedendi parentibus ab inteſtato inter liberos primi & ſecundi matrimonij regulariter debent ſuccedere æqualiter pro numero liberorum exceptis ſponſalitijs largitionibus & lucris nuptialibus cum quibus veniunt contemplatione illius matrimonij: quia debent reſeruari liberis dicti matrimonij. l. cũ alijs. & l. ſi quis prioris. §. talem. cum ibi not. per gl. & doct. C. de ſecun. nupt. Quinimò liberi primi matrimonij habent maiorẽ colorem iuris ſuccedendi parentibus ab inteſtato, maximè in feudalibus quàm liberi ſecundi matrimonij. c. mulier. c. filij. ſi de feu. controue. fuerit. c. j. de fil. na. ex matri. ad morga. cõtract. licèt illa iura propriè loquantur, qñ interuenit pactio ſuper hoc
2 vt liberi ſecũdi matrimonij nõ ſuccedũt. † Et ꝙ conſuetudo loci hoc habeat: quia aliâs ceſſante cõſuetudine liberi æqualiter ſuccederent, tam primi quã ſecũdi matrimonij: ſecũdũ Bal. Alua. & Præp. in d. cap. mulier. licet talis conſuetudo videatur ſapere iniquitatem. & ideò non eſt extendenda. Nec valeret niſi aliquid relinqueretur liberis ſecundi matrimonij: pro legitima: ſecundũ Andr. de Iſer. & Prep. in d. c. j. de fil. nat. ex ma. ad morga. faciunt not. per Cyn. in l. ſancimus. C. de nupt. & per Bart. in l. Titia. §. Titio. ff. de cond. & demonſt. licèt talis cõſue
3 tudo contineat iniquitatem: † quia de iure cõmuni liberi tam primi quàm ſecundi matrimonij debent ſuccedere æqualiter: ſecundum gloſ. in d. cap. mulier. allegat. l. fi. C. de legit. hære. Et talis conſuetudo, quòd liberi ſecundi matrimonij nõ ſuccedãt vocatur lex Salica: ſecundũ glo. ibi licèt in Regno Frãcię talis lex Salica prohibeat in Regno Frãciæ fœminas ſuccedere. de quo etiã per Bal. in l. j. ff. de
4 ſena. † Et ſimiliter mulieres prohibeãtur ſuccedere, de iure feudorũ in feudalibus extantibus maſculis etiã ſi fuiſſet dictũ quòd ſuccederẽt. c. i. §. fin. de ſucceſs. feu. c. j. §. hoc autẽ. qui feu. dare poſſ. c. j. de gradibus feudorũ. Et ſicuti prohibẽtur ſuccedere fœminę ita etiã nepotes maſculi ex ipſis deſcendẽtes.
5 d. §. hoc autẽ. ſecundũ Bal. in d. l. j. ff. de ſena. † verũ tamẽ feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorũ in hac patria Delphinali: ſecũdũ do. Guyd. Pa. dec. lix faciunt not. per Ioan. Fab. in authẽ. Ingreſsi. C. de ſacro ſanct. eccleſ. Et quando pater decedit ab inteſtato relictis pluribus filijs hȩredibus, licèt vnus hæres adminiſtret: tamen præſumitur adminiſtrare nomine cõmuni omniũ hȩredum: ſecundum Bart. & Alexan. in l. qui familiaritatis. ff. de acquir. poſſ. Et præſertim quãdo tutores hæredũ tam primi quã ſecũdi matrimonij fecerint inuentariũ bonorũ nomine cõmuni omniũ hȩredũ, & creauerũt officiarios cõmuniter maximè in feudalibus vbi trãſit poſſeſsio ſine noua apprehẽſiõe: ſecundũ Bal. in l. cũ antiquioribus. C. de iur. deli. Et ſic non obſtat l. cũ hȩredes in principio ff. de acqui. poſſ. Et licèt tutrix mater liberorum ſecundi matrimonij fecerit claudi portas caſtri non admittendo alterum tutorem ſeu procuratorem dicatur vertere poſſeſsionẽ, hoc fit violenter ſpoliando: iuxt. not. in l. cũ fundus. & l. colonus. ff. de vi & vi arma. Et per gl. in l. j. C. cõm. de vſucap. ita quòd ratione dictæ violentiæ tutrix liberorum primi matrimonij intentauit remedium reintegrandę ſtatuti, ſi quis per literas. Et econtrà, tutrix liberorũ ſecundi matrimonij intentauit etiã remediũ reintegrandę ſtatutum, ſi quis per literas. cõtra procuratores liberorum primi matrimonij, inquantũ fecerunt certos actus poſſeſsioriales in molendinis communibus. Et pariter etiã fuit intentatum contrariũ poſſeſſoriũ. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ pro re cõmuni non debeat competere remediũ reintegrãdæ cũ nõ videatur cõmitti violentia: quia quod cõmune eſt, meum ſaltem quoad diſpoſitionem partis. l. ſerui electione §. Labeo. ff. de leg. j. cũ
6 ſimilibus. Quia ad iſtud reſpondetur † ꝙ quando ſocius ſcienter interuertit poſſeſsionẽ nomine proprio, ꝙ tunc cõpetit eius ſocio ſeu parti ario remedium reintegrandę ſicuti poteſt cõmitti furtum in re cõmuni cõpetit actio furti. l. ſi ſeruus. ff. de furt. Quinimò etiã habet locũ pœna l. ſi quis in tãtam. C. vnde vi, ſecundũ gloſ. ibi in gl. magna in quinta parte q. iij. quã ibi ſequuntur cõmuniter doct. licèt ſecundũ Bald. Albe. Sali. poſſet diſtingui: quia aut alter ſocius expulſus per prius poſsidebat in totũ, & tunc inuaſor ſeu violentus priuatur iure partis ſuæ, & quod partẽ ſocij tenetur ad æſtimationem: ſi verò ſocius ſolũ pro ſua parte putaret poſſeſsionem accipere, quod in dubio prȩſumitur: ſecundũ Albe. ibi ar. l. merito. ff. pro ſocio. Tunc non incurreret pœnã dictę l. ſi quis in tãtã. niſi pro parte ſua. Et pro hoc facit: quia in re cõi qñ ſocius aliquid facit per emulationẽ, nõ præiudicat ſocio, ſicuti in caſtro cõmuni: ſecũdũ Bald. in l. j. C. qui teſt. fac. poſ. & faciunt not. per Barto. in l. ij. ne fil. velle. pu. procur. Et maximè in pupillo vbi eſſet aliqua violẽtia cõmiſſa tunc eſſet periculũ tutoris & adminiſtrato
7 ris. l. meminerint. C. vnde vi. † Veruntamẽ tutrix liberorum primi matrimonij circa finem proceſſus ſubordinatè cumularet etiã petitoriũ caſu quo remedium reintegrandę dicti ſtatuti non haberet locum petierunt ſe adiudicari beſſem hæreditatis paternę ſeu octo vncias cum fructibus, & aliâs petierunt ſe adiudicari. ſuper quo pars aduerſa ſe oppo-

ſuit,ꝙ non poſsit cumulari remedium extraordina
rium dicti ſtatuti cũ remedio ordinario: per ea quę
habẽtur per Bar. in l.nec quiquã.§. vbi decretũ.ff.
de offi. pręſi. Et ſuper hoc obtinuit reſcriptũ regiũ
& Delphina. vt prius procedatur in dicto remedio
ſtatuti,ſi quis per literas.tacendo verò de vero ſta-
tu cauſę in partibus & principalibus: & maximè
tacendo qualiter ipſa tutrix liberorum ſecundi ma
trimonij etiam intentauit dictũ ſtatutũ, ſi quis per
literas.prętereà quia fuit deuiatũ à d. ſtatuto:quia,
vt prętenditur,fuerint ſumptę informationes parte
vocata.pariter tutrix liberorũ primi matrimoni in
eius ſupplicatione nõ ſe aſtrinxit ſimpliciter ad di-
ctũ ſtatutũ,ſi quis per literas. Sed etiã petijt ſibi pro
8 uideri omni alio remedio cõpetenti, † & ideò etiã
poſſunt cumulari plura remedia etiã contraria ſu-
bordinatè.c.cõſtitutus de in integrũ.reſt.cũ ibi no.
per Inno.& Panor.& maximè quando cauſatur in
certitudo ex facto aduerſarij.l.j.§.j.ff.quo.leg.cum
ibi not.Et per Bar.in l.ſtipulatiões non diuidũtur.
9 circa finẽ ff.de verbo.oblig. † Cùm etiã bene poſ-
ſunt cumulari remediũ reintegrãdę,&petitoriũ ab
eadẽ parte in eodem libello.l. cũ fundum.§.fi.ff. de
vi & vi armat.vt ibi notatur per gloſ. & doct.in l.ſi
de vi.ff.de iudic.&in l.naturaliter.§.nihil cõc.ff de
acquir. poſſeſ. & in l.incerti.C. de interdic. & in l.
ordinarij.C.de reiuendic.& in c.paſtoralis. de cau.
poſſe.& propriè.& in c.ſuper ſpoliatione.de ordin.
10 cogni. † Et ſicuti de petitorio ante concluſionem
cauſę poteſt fieri tranſitus ad poſſeſſoriũ reintegrã
dę ſuſpenſo petitorio:d.ca.paſtoralis.& ca.ſignifi-
cauerant.de teſti.clem.j. de cauſa poſſeſ.&propriè.
Ita etiam poteſt fieri tranſitus de poſſeſſorio ad pe
titorium:ſecundũ glo.in d.c.paſtoralis. de quo me
remitto ad not.ibi per docto.Et licèt regulariter in
interdicto recuperandæ non admittatur exceptio
proprietatis ſeu dominij.ca.in literis de reſtitutio.
ſpoliatorũ l.ſi quis ad ſe fundũ.C. ad leg. Iul.de vi
11 pub. † Tamen hoc fallit, quando agitur de reſti-
tutione caſtri & fortalitię & territorij, vbi eſſet dif
ficilis recuperatio,tunc bene admittitur exceptio
proprietatis.arg.c.literas.de reſti.ſpolia. ſecundum
Paul.de Caſtr.in l.ij.C.de edic.diui Adrian.tollen.
& Alexand.de Imol.in d.§.nihil cõmune. tũ etiam
quia vtraque pars fatetur iudicialiter ꝙ pater de-
ceſsit ab inteſtato relictis & ſuperſtitibus certis li-
beris tam primi quã ſecundi matrimonij. Et ita be
ne admittitur iſto caſu exceptio defectus proprieta
tis per cõfeſsionem partis in poſſeſſorio reintegrã
dę:ſecundũ Inn.& Panor.in c.cõſtitutus.& c. quo
niã.de fi.presby.Nec obſtat dictũ pręten ſum reſcri
ptũ ex aduerſo lite pendente impetratũ,quia fuit ta
citum de ſtatu litis in partibus & punctis principa
libus.iux.not.per Hoſti. Ioan. Andr. Panor. in ca.
inter monaſterium.de re iudi. Bald.in l.j.C.de rela.
12 Sali. Iaſon in l.ij.ne lit.pen. † Et maximè in iſta ſu-
prema curia quę gerit vicẽ principis, & poteſt etiã
iudicare ſecundum conſcientiam:iuxt.not.per Cy.
Bart.in l.j.C.vt quę deſunt aduoca.&dñ.Guid.Pa.
deci.xxix.Et pręmiſſa faciunt ad quæſtionẽ ſuper
cauſa ſupplicationis magnificę dominę Loyſię de
Agouto nunc dominę Saltus in prouincia reli-
ctæ nobilis & potentis condam Claudij de mon
te vlbano dominũ ſanctę Andreę in buchono tutri
cis nobilis Ludouici pupilli eius filij ſuper ſtatuto ſi quis per literas.intentato cõtra magnificam dominam Iſabellam de Sagnijs dominã de Petra auiã maternam &tutricem nobilium domicellarum Iſabellę Lodoicę & Claretę filiarum primi matrimonij dicti domini ſancti Andreę cum nobilis Catherina de Petra licèt Pręctendatur ꝙ dicta Clareta deceſsit viuo patre nunc verò dicta Iſabella eſt coniugata cũ nobili Grancherio de Brancacis domino de Cizariſta in prouincia.Et pariter fuit intentatum contrarium ſtatutum neſcio quæ partiũ primò intẽtauit ſtatutum, & nouiſsimè cum fuiſſet ordinatũꝙ ſuper petitorio intentato pro parte filiarum primi matrimonij in diffinitione cauſæ haberetur reſpectus qualis de iure haberi deberet, dicta domina Loyſia de Agouto nomine dicti eius filij ſecundi matrimonij impetrauit reſcriptum,vt ante viam procedatur ſuper dicto ſtatuto,ſi quis per literas.Et ex poſt fuit aſsignatum partibus ad deducẽdum & iuſtificandũ quicquid deducere & iuſtificare voluerint,&aliàs prout pleniùs conſtat in actis dictæ cauſæ in manibus magiſtri petri Ioffredi ſecretarij dictæ cauſę.aliter ad pręſens non de claro: quia adhuc pendet lis coram curia.

ARGVMENTVM.

Delegatus an vicarium ante prouinciæ ingreſſum: locuntenentem, & locũtenens illæ alium locũtenentem ex cauſa abſentiæ creare poſsit.

SVMMARIVM

1 *Legatus cuius perſonæ induſtria electa eſt,quòd alium ſub delegare non poteſt.*
2 *Legatus de latere antequàm prouinciã ſibi decretam ingreſſus fuerit,quòd legationis officiũ exercere non poßit.*
3 *Proconſul antequàm prouinciam ingrediatur, quòd legatum ſeu locũtenentem eius potentiæ atque ipſe eſt pœna capitis excepta & membri abſcißione, creare poßit.*
4 *Locuntenens legati an alium locuntenentem creare poßit.*
5 *Legatus de latere proconſuli æquiparatur,& ordinarius dicitur.*
6 *Legatus de latere uicarium ſeu locuntenentẽ ex cauſa etiã ante prouinciæ ingreſſum creare poteſt.*
7 *Vicarius Epiſcopi iuriſdictionem ordinariã habere dicitur.*
8 *Legatus de latere uicarium etiam cum poteſtate conferendi beneficia creare poteſt.*
9 *Vicarium generalem cum adminiſtratione rerum temporalium & ſpiritualium & poteſtate conferendi beneficia legato de latere creare permiſſum.*
10 *Procuratorem generalem ad negotia cum poteſtate præſentandi uel conferendi beneficia creare non odioſum.*
11 *Delegatus legati an ſubdelegare poßit.*
12 *Delegato Papæ uel principis ſubdelegare permiſſum.*
13 *Delegatus ad cauſarum uniuerſitatem ordinario æquiparatur,& unam cauſam demandare poteſt.*
14 *Delegatus proconſulis quòd iudicis dandi poteſtatem habeat.*
15 *Legatus proconſulis reuocari non niſi principe conſulto, poteſt.*
16 *Delegatus à legato de latere ad cauſarum uniuerſitatem quòd unum cauſam ſubdelegare poßit.*
17 *Delegatus quomodò cognoſcetur an delegatus ſit ad cauſarum uniuerſitatem,uel an uicarius ſit uel ordinarius.*

Vicarius

18 Vicarius legati de latere, uel Epiſcopo an alium uicarium creare poßit.
19 Vicarium legati de latere quòd alium uicarium committere ad modicum tempus poßit.
20 Vicarius generalis Epiſcopi ſubſtituendi poteſtatem habens, quòd alium uicarium ſubſtituere poßit.
21 Delegatus Papæ an ſubſtituendi & ſubdelegandi dare poßit.
22 Delegatus principis meri imperij cauſam delegare poteſt.
23 Vicarius quòd de legati uel Epiſcopi conſenſu alium uicarium conſtituere poßit.
24 Locuntenens ſeu uicegerens quòd eo priuilegio quo principalis gaudeat: & omnia poteſt quæ principalis.
25 Vicarium legati Auinionis alium uicarium creandi ſtante neceßitate poteſtatem habere conſuetudinis eſt.
26 Vicarius poteſtatis ipſo præſente alium uicarium inſtituere poteſt.
27 Legatus de latere ſeu eius locuntenens an clauſ. Decreti irritantis uti poßit.
28 Legatus de latere ea quæ ſunt Papæ ſpecialiter reſeruata explicare non, niſi ſpecialiter committantur, poteſt.
29 Legatus de latere in hijs quæ ſunt ſpecialiter Papæ reſeruata, & ſi commiſſus fuerit, ſubdelegare tamen non poteſt.
3 Comes Palatinus legitimandi poteſtatem ſubdelegare non poteſt.

Quæſtio CCCXVII.

QVAERITVR an legatus de latere ante ingreſſum prouinciarum ſibi decretarũ poſſit creare locũtenentem ſeu vicarium, & maximè in caſu impedimenti abſentię: & quando ex forma literarũ poteſt deputare vnum vicariũ probum idoneum in dignitate conſtitutum etiam ad conferendum beneficia. Et an talis locuntenens ſeu vicarius iterum poſsit creare alium vicarium ad tẽpus, & ex cauſa impedimenti abſcentię etiam cum poteſtate conferendi beneficia: & an videatur cõmiſſum nudum miniſterium ſeu electa induſtria perſonę. Dubium facit: † quia quando in literis creatio
1 nis ſeu cõmiſsionis exprimitur quòd attenta diſcretione & circunſpectione, & virtutũ meritis & alijs clauſulis in talibus apponi ſolitis tamẽ videtur electa induſtria perſonę & ſic ꝙ non poſsit alteri vices ſuas committere. c. fi. in fin. de offi. delega. ca. is cui. de offic. deleg. libr. vj. & clem. j. cum ibi not. de offi. de legat. Et maximè quando eſt cõmiſſa prouiſio beneficiorum perſonis iuratis quia tunc vide-
2 tur electa induſtria perſonæ. † Præterea legatus de latere non poteſt exercere officium legationis antequã fuerit ingreſſus prouinciã ſibi decretam, ſicuti dicitur de legato procõſulis. Et maximè quando committuntur magna negotia: iuxt. not. per Inno. & Panor. in d. c. fi. §. cęterum. de offi. delegat. faciunt not. per Bart. in l. obſeruare. & l. aliquãdo. de offi. proconſ. & lega. vbi etiam videtur probari in text. ꝙ proconſul non poteſt creare legatum antequã fuerit ingreſſus prouinciam niſi ex cauſa iuſta impedimẽti: vt ibi habetur. adde ꝙ hodie quòd antequã ꝓconſul ingrediatur prouinciã adquam eſt deſignatus poteſt creare legatũ ſeu vicariũ qui habebit ſimilẽ poteſtatẽ excepto quoad pœnã capitis & mẽbri abſciſionem: vt in auth. de collati. §. ad hoc. & d. ꝓhibemus colla. ix. niſi ſecundũ Barto. ibi niſi talis vicarius crearetur de authoritate principis: quia tunc in omnibus haberet in poteſtate. facit gloſſ. in l. aliquando. ff. de offic. procon. & per Autho. de Butr. Ioan. de Imol. in c. nouit. de of-
4 fic. lega. † Præterea ſi talis locuntenens legati de latere iterùm crearet alium vicarium ſeu locuntenentem non eſſet progreſſus in infinitum quod de iure reprobatur: quia vicarius nõ poteſt creare aliũ vicariũ. c. clericos. de offi. vica. propter infinitatem reprobatam: ſecundum Ioan. Andr. ibi ſimile videmus in ſubdelegato delegati principis, qui non poteſt alteri iterum ſubdelegare, vt euitetur infinitas. c. ſuper quæſtionem. §. porrò. & §. ſi verò. de offi. de lega. c. cùm cauſa. de appellat. cum ibi not. per glo. & doct. etiam ſi in delegatione ſubdelegati daretur licencia iterum ſubdelegandi: ſecundum glo. communiter approbatam in d. §. porrò. Sed in contra-
5 riũ facit: † quia legatus de latere æquiparatur proconſul & dicitur ordinarius nec expirat eius officiũ per obitum Papę. ca. ij. de offi. lega. lib. vj. † Et ideò
6 ex lege poteſt creare vicarium ſeu locuntenentem aut legatem etiam antequã fiunt ingreſſus prouinciam ex cauſa impedimenti abſentiæ. d. l. obſeruare. & l. aliqñ. ff. de off. procõ. & leg. Et pro hoc etiã videtur text. in l. cũ pretor. §. j. ff. de iudi. quia iſte legatus de latere ſeu proconſul cenſetur factũ ex conſcientia principis, & eſt maior in prouincia ſibi decreta poſt Papã. l. nec quicquã. in pri. ff. de off. proc. c. ſi abbatem. de elect. lib. vj. ſicuti dicitur de Epiſcopo, qui poteſt creare vicarium ſeu officialem † qui
7 dicitur habere iuriſdictionem ordinariam. c. j. & ij. de offi. vica. lib. vj. c. Romana. de appella. lib. vj. & ibi glo. ſuper verbo, generaliter. & per glo. & doct.
8 in c. ij. ne pręl. vic. & in terminis. † ꝙ legatus de latere poſsit creare vicarium tenet Panor. in c. nouit de offi. lega. etiam cũ poteſtate conferendi beneficia: quia aliàs ex ſola creatione vicarij non cõpetebat poteſtas cõferendi beneficia, niſi ſpecialiter cõferatur. c. fi. de off. vicar. lib. vj. etiam in vicario Papę. c. penultimo de offi. vica. ſecundum Bart. in d. l. aliquando. in xiiij. q. licèt aliud ſit in cardinali legato de latere: quia ex ſola poteſtate poteſt conferre beneficia. cap. j. de offi. lega. lib. vj. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ etiam legatus de latere prohibetur creare vicarium in aliqua parte ſuæ prouinciæ ad recipiendum reſignationem beneficiorum ſiue in ſpecie ſiue in genere, ne apperiatur via contra lateranenſe concilium ad beneficia vaccatura. c. deliberatione §. prohibemus. de officio legati. Et idem videtur quando creatur vicarius ad conferendum beneficia: quia iſtud videtur prohibitum ne fiat fraus c. cõſtitus. ca. fi. de conceſ. pręben. cap. ſtatutum. de præben. lib. vj. quia ad iſtud reſpondetur, quòd illud poſſet ꝓcedere quãdo crearetur vicarius particularis ad illum actum conferendi beneficia: quia tunc videretur fieri in fraudem contra concilium lateraneñ. vt puta, quis vellet fauere amico, & ad ſui ſubuentionem crearet vicarium ad conferendum beneficia: ſecundum Anthonium de Butr. & Henricum bohic in dict. capitu. conſtitutus. & capitul. fina. de conceſsion. pręhend. Secus autem vbi crearetur † vicarius generalis habẽs adminiſtrationẽ re-
9 rum temporaliũ & ſpiritualium cum poteſtate cõferendi beneficia: quia iſto caſu eſſet permiſſum: ſe-

cundum Ioã. And. & cõmuniter doct. in d. c. deliberatiõe. §. prohibemus. de offi. leg. lib. vj. & in d. c. conſtitutus. Et idem poſſet dici in procuratore conſtituto ſpecialiter ad pręſentandum vel conferendum beneficia: quia videretur fieri in fraudem: ſecus ſi cõſtitueretur procurator generalis ad negotia cũ poteſtate pręſentãdi vel cõferẽdi beneficia: ſecundum Io. And. Henri. Bohic Anth. de But. & Panor. in d. c. ſi. de conceſſ. pręben. Et hoc verũ ne fieret in fraudem prout ſupradictũ fuit: quia iſtud non eſſet tutum in foro conſciencię. Et ideò reprobatur quoddam conſilium per Io. And. datum cuidam eius ſcolari de cõſtituẽdo vicariũ ad cõferendum beneficia pro quodam eius amico. Et deinde ꝙ poſt primam collationem factam ꝙ reuocaret: vt ipſe refert in d. cap. conſtitutus. quia iſtud reprobatur ſecundum Antho. de Butr. ibi. Et licèt ſupra dictum fuit, ꝙ non valeat commiſsio ad recipiendum reſignationem in ſpecie vel genere: & deinde ad conferẽdum illud fieret quãdo fierent tales per miſtim: ſecus autẽ ſi diſtinctè & ſeparatim. de quo per do. de Rota in tit de off. vica. deciſ. incipiẽ. Itẽ ſi Epiſcopus. in no. & per gl. in prag. ſanct. de colla. §. ſtatuit. ſuper verb. vicarius exibere. & ibi videtur, facere differentiã inter legatũ & Epiſcopũ, licèt Io. in d. c. deliberatiõe. §. ꝓhibemus. in nouella teneat ꝙ ſic: quia nõ debet plus licere iſto caſu Archiepiſcopo vel Epiſcopo quã liceret legato de latere. vide etiã in d. pra. ſan. de col. §. Et quia. ſuper ver. vicario. ſed redeũdo ad titulũ qõnis de Cardinali legato de latere qui æquiparatur proconſuli. d. c. ij. de offi. lega. lib. ij. quia poteſt conſtituere vicarium prout ſupradictũ fuit. Et idem eſt ꝙ poteſt cõmittere & legare cauſas particulares exiſtentibus in dignitate vel canonicis eccleſiarum cathedraliũ. c. ſtatutum. §. j. de reſcript. lib. vj. Et ibi gl. ſuper verbo legatorum.

11 Et in cle. ij. de reſcript. c. cũ Bartholdus. de re † iud. Sed an talis delegatus legati de latere poſsit ſubdelegare etiam ſi exprimatur in eius commiſsione. du

12 biũ facit: † ſolùm eſt permiſſum in delegato Papę ſeu principis ꝙ poſsit delegare. c. cũ cauſam. in fi. de appel. l. à Iudice. C. de iudic. quia talis delegatus legati de latere non repreſentat perſonã Papæ ſed legati: & ideò non poteſt iterũ delegare: quia non habet iuriſdictionem iure proprio ſed alieno. l. & ſi pretor. & l. fi. ff. de offi. eius cui manda. eſt iur. l. more. l. ſolet. ff. de iur. omn. iudi. Et iſtã partẽ tenuerũt Archi. Io. And. Gemi. Phili. Fran. in d. c. ij. de offi. legat. lib. vj. niſi eſſet delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarũ: quia tũc eſſet ad inſtar ordinarij: quia tũc poſſet delegare vnã cauſam vel vnũ articulũ. ſecundũ

13 doct. ibi. Nam † talis delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarũ æquiparatur ordinario. l. j. §. ab eo. ff. quis & à quo. & ideò põt delegare vnã cauſam. ſecundũ glo. ibi, licèt nõ appelletur immediatè ad proximũ delegãtẽ, ſed ad primũ: vt ibi habetur. & in d. c. cũ cauſam. de appel. & in l. Põponius. aliàs incipit, ſi vni. ff. de re iud. Nec obſtat præmiſsis l. pretor. §. j. ff. de iudi. & l. legatus. ff. de offic. procon. & leg. vbi ha-

14 betur † ꝙ talis legatus procõſulis habet poteſtatẽ iudicis dandi: ſecundũ literã affirmatiuã, quę eſt verior: ſecundũ Albe. in d. l. à iudice. C. de iudi. ergo videtur idẽ in delegato legati de latere qui æquiparatur proconſuli prout ſupra dictũ fuit: ſecundum Bart. in d. l. legatis. & Bal. in d. l. à iudice. & Panor. & Fel. in d. c. cũ bartholdus. de re iudi. & Phil. in d. c. cũ cauſam. de appella. quia ad iſtud reſpondetur ſecundũ gl. in d. l. legatus. Primò ꝙ quia iſtud eſt ſpeciale in legato proconſulis: quia videtur factus de conſcientia legis animatę ſeu principis. & ideò intitulatur de offi. procon. & lega. & iſtud videtur tenere Bart. in d. l. à iudice. & glo. & Bar. in d. l. more. & totus mondus iſtud ſeruat: ſecundũ Salic. in d. l.

15 à iudice. Et eſt etiã ratio: † quia talis legatus procõſulis nõ põt reuocari incõſulto principe. l. ſolẽt. §. ſicut. ff. de off. procõ. & legat. Secũdò põt reſpõdere ſecundum gloſſ. in dict. l. legatus. ꝙ vbi poſt litem cõteſtatã legatus poteſt ſubdelegare, ſicuti in procuratore dicitur. l. ꝙ quis. C. de procura. c. j. de procura. lib. vj. vel tertiò põt reſponderi ſecundũ glo. in d. l. legatus. ꝙ ibi loquitur in delegato ad vniuerſitatẽ cauſarũ, qui põt delegare vna cauſam alteri particularẽ, ſed non põt totã iuriſdictionẽ cõmittere. Et iſtã partẽ ſequitur ibi Bar. & Albe. Salic. Iaſ. in d. l. à iudice. quia licèt delegatus particularis legati de latere ſeu ꝓcõſulis nõ poſsit ſubdelegare, cũ nõ videatur delegatus à Papa, ſed ab ipſo legato: ſecũdũ Alb. in d. l. à iudice. licet ſecũdũ ipſũ pluries de facto viderit obſeruari, ꝙ tales delegati legatorũ particulares etiã ſubdelegãt in vno articulo & etiã qñq; totã cauſã & hoc etiã tenẽt ibi Bal. & Ang. in l. cũ pretor. §. iudicẽ. ff. de iu. ꝙ delegati legatorũ de latere poſſunt ſubdelegare. Et idẽ Panor. in d. c. cũ bartholdus. de re iu. & Phi. Frã. in d. c. cũ cãm de appel. quia ſcdm ipſũ delegatus legati de latere æquiparatur delegato Papę, qui põt cauſã ſubdelega-

16 re. tñ ſecus † eſt qñ eſſet delegatus à legato de latere vniuerſitatẽ cauſarũ: quia tũc poſſet ſubdelegare vnã cauſam prout ſupra d. fuit. & licèt talis delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarũ æquiparetur ordinario: tamẽ nõ eſt propriè & verè ordinarius, ſed delegatus, ſicuti in officiali foraneo dicitur: ſecundũ gl. in cle. & ſi principalis. de reſcri. Et ideò à talibus officialibus foraneis appellatur ad Epiſcopũ delegãtẽ niſi aliud de cõſuetudine haberetur. c. Romana. in pri. de app. li. 6. Secus ſi appellaretur à ſentẽtia vicarij principalis: quia tũc nõ appellaretur ad Epiſcopũ immediatè cũ ſit idẽ tribunal, ſed appellaretur

17 ad Archiepiſcopũ. c. ij. de cõſu. li. vj. † Sed qualiter cognoſcetur an ſit delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarũ vel an ſit vicarius ſeu ordinarius: quia dicitur delegatus qñ deputatur in aliqua parte diœceſis vel territorij ad oẽs cauſas ſeu ad vniuerſitatẽ cauſarũ & nõ ſedet in loco principalis tribunalis Epiſcopi ſeu alterius magiſtratus, ſed vicarius dicitur ordinarius, qñ ſedet in loco ſedis pricipalis Epiſcopi: ſecundũ Bar. in d. l. j. §. ideò. ff. quis & à quo appelle. & Pau. de Caſtr. in l. ij. ff. de offi. eius cui mãd. vel etiã põt dici vicarius ſeu vice gerẽs qñ eſt ſuffectus de cõſenſu & authoritate ſuperioris: quia tũc eſt idẽ imperiũ: ſecũdũ Pau. de Caſt. in d. l. ij. Et pro hoc facit l. ſuggerẽte. C. de ijs qui vicẽ alterius, cũ ibi not. per gl. & Bar. quia iſto caſu eſt idẽ tribuna. d. c. j. de cõſue. lib. vj. Et hoc etiã tenet Bar. in l. præ

18 cipimus. in prin. de appella. † Sed an iſto caſu vicarius legati de latere vel Epiſcopi poſsit conſtituere vicarium ſaltem ad tempus & an cauſa impedimenti abſentię. Et prima facie videtur dicendum quòd non

quòd non.c. clericos.de offic.vica.vbi vicarius nõ poteſt conſtituere alium vicarium. Sed in cõtrariũ facit quãdo ex neceſsitate abſentiæ.l.j.§.huius rei. ff.de offi.eius cui manda.& hoc tenet Hoſtien. & Ioan. Andr.in d.c.clericos.quòd iſto caſu ex cauſa impedimenti abſentiæ vel infirmitatis vicarius poterit conſtituere alium vicarium ad modicum tempus,dum tamen non nimium frequentet, licèt iſto caſu ſecundũ Ioan. Andr.in d.c.clericos. vicarius debet cõmittere cauſas pendentes. argu. c.cum ex eo.cum ibi no.de elect.lib.vj.& ita videntur tenere Antho.de Butri.in d.c.clericos.licèt ſecundum Panor.ibi vicarius poſſet cõmittere non ex toto.Et ſic innuit ꝙ poſſet cõmittere dũ tamen non cõmittat in totum vices ſuas,ſed aliquid retineat de ſua iuriſdictione vti quãdo deputatur vicarius dum abeſſe contingerit:iuxta nota. in c. ſuper quæſtione.§. porrò.de offici.delega.Et in c.ſi delegatus. eod.tit. lib.vj. Licèt aliqui vellent prætendere quòd illud intelligatur quò ad actum iuriſdictionis contenſioſæ:iuxta not.per Ioan.And.in dict.c.clericos. dum ibi tenet quòd ratione infirmitatis vel abſentiæ quòd cõmittat cauſas.Sed iſtud eſſet in minimũ reſtringere:quia ſecundũ Hoſti.ibi,in caſu neceſsita-

19 tis põt committere † in caſu neceſsitatis vicarius poteſt cõmittere ad modicum tẽpus, nec ſe reſtringit ad actum iuriſdictionis.Prætereà quando in literis commiſsionis legati de latere vel eius vicarij hoc expreſsè cauetur quòd poſsit per ſe vel per aliũ negotium expedire,tunc iſto caſu vicarius poteſt conſtituere aliũ vicarium. c.is cui.in fi.de offic.deleg. lib.vj.cum ibi not.per glo.& doct. Et iſtud etiam tenent dom.de Rot.in nouis.in titu. de offic.vica.

20 deci.incipien.Item fuit dubitatum.vbi,tenent † ꝙ vicarius generalis Epiſcopi põt conſtituere alium vicarium quando habet poteſtatem ſubſtituendi. facit c.j.& c.is cui.de procura.lib.vj. & maximè ex cauſa quando profectio eſt neceſſaria.c. ſtatutum. §.inſuper.de reſcri. lib.vj. quia iſto caſu Epiſcopus videtur creare eius talem vicariũ ex quo fit de eius conſenſu.Et hoc tenent Hoſti.Ioan. Andr. Pet.de Ancha.Gemini.& Philip. Franc.in c.ij.de conſue. lib.vj.licèt domini de Rot.in d.deciſ.de offi. vicar. ſ.allega.arguant pro & contra: tamen quando fit ex cauſa eſt permiſſum facere alium vicariũ,& ibi referunt ſeruari de cõſuetudine.multofortiùs iſtud debeat procedere in legato de latere,qui põt creare legatum, quia æquiparatur proconſuli.c.ij.de offi. lega.lib.vj.facit d.l.legatus.ff.de offic.procu.&d.l. cùm prætor.§.iudicẽ.ff.de iudic.Nec obſtat ſi dicatur: ꝙ quando vicarius conſtituit alium vicariũ vel quando ſubdelegatus, iterum ſubdelegaret, quòd eſſet progreſſus in infinitum,quod eſt prohibitum. dict.c.cùm cauſam.de appella.quia ad iſtud reſpondetur,quòd in delegato ab ordinario poteſt dari facultas ſubſtituendi:ſecundum glo.communiter approbatam in d.c.is cui.Et hoc tenent cõmuniter doct.in d.l.à iudice.C.de iudi.& in l.more.ff. de iuriſdict.omnium iudicum.Et licèt gloſſ.in dict. cap.ſuper quæſtionem. §. porrò. de offic. delega. teneat,

21 quòd delegatus † Papæ quando delegat non poteſt dare poteſtatem ſubſtituendi & ſubdelegandi propter infinitatem euitandam: tamen hoc verum niſi talis delegatus Papæ ſibi aliquid reſeruet de iuriſdictione:ſecundum Panormit.in dict.c.cùm Bartholdus. de re iudic. licèt etiam Fulgo. & Iaſon in dict.l.à iudice.voluit tenere in delegato Papæ ſeu principis,quando ſubdelegat,quòd multò fortius poterit dare facultatem ſubſtituẽdi ſeu iterum de-

22 legandi:quia † delegatus principis poteſt delegare cauſam meri imperij quod non poſſet facere ordinarius de iure ciuili.l.j.cum ibi nota. C. qui pro ſua iuriſdict. licèt de iure canonico aliud ſeruetur: iuxta not.in c.quod ſedem.de offici. ordina. Nec obſtat ſi dicatur quòd poterit delegari in infinitũ, quod de iure reprobatur.cap.ij.de reſcript. libr. vj. quia ad iſtud reſpondetur quòd talis ſubdelegatus non poterit iterum dare talem facultatem iterum ſubdelegandi.argumen.l.fidei commiſſa.§. ſi quis. ff.de legat.iij.ſecundum Iaſon.in dict.l.à iudice. & Feli.in cap.cùm Bartholdus.de re iudic. & Philip. Franc.in dict.cap.cauſam.de appella. Sed redeundo ad quæſitum de vicario legati de latere vel epi-

23 ſcopi † quòd poſsit de conſenſu legati vel Epiſcopi conſtituere alium vicarium cùm facultate conferendi beneficia in totum vel ad tempus ex cauſa neceſsitatis proficiſcendi tenuerunt Hoſtien. Ioan. And.in nouell. Gome.Pet.de Ancha.Phil.Frãc.in dict.c.Romana.de offic.vica.lib.vj.Et ibi referunt obſeruari de conſuetudine.Et pro hoc allegant dictũ c.clericos.de offic.vica. à contrario ſenſu: quia ibi non debet permitti ꝙ vicarius poſsit conſtituere alios vicarios authoritate temeraria ſeu propria: ſecus authoritate ſuperioris & ex cauſa: quia non obſtante quocunq; edicto & prohibitione ſemper intelligitur excepta iuſta cauſa publica.c. ij. de deſponſ.impu.& ita referunt ſeruari de conſuetudine: nec iſto caſu dicit à ſe abdicare iuriſdictionem ex quo facit de authoritate ſuperioris,& legis. ſecundum do.de Ro.vbi ſ.& iſtud etiã tenet deci. Thol. xxxvj.& xcvij.ꝙ vicarius poteſt conſtituere alium vicarium de mandato Epiſcopi.&pro hoc facit deciſ.d.Guid.Pap.ccxxxiiij.& dcxxiij. Et quando legatus de latere vel eius locũteñ. atteſtatur de cauſa abſentię proficiſcendi ſtandum eſt tali narrationi: iuxt.not.per glo.& doct.in cap.paſtoralis in princ.

24 de offi.deleg. Et pro pręmiſsis facit: † quia quando creatur vicarius ſeu vice gerens aut locũtenens, tunc gaudet eodem priuilegio quo principalis. Et poſſet omnia exercere quæ principalis poſſet: d.l. ſubgerẽte.C.de offic. eius qui vic.alte.cum ibi not. not.per Bart.& in l.j.§.hij.aliàs incipit, à pręfectis. ff.de leg.iij.& ibi etiã per Bald.& per Barto.in l.filiusfamiliàs.ff.de lega .& per Cardi.Flo.in clem.j. de offic.vica.in vj.oppo.& per Alex.in rubric.ff.de

25 offic.eius cui mand. Prætereà præſupponitur † vigere conſuetudinem Auinionis quòd vicarius ſeu locumteñ.domini legati de latere habet facultatẽ creandi alium vicarium maximè ex cauſa neceſsitatis proficiſcendi & ad tempus dum ipſum abeſſe contingerit, & vſq; ad eius primũ aduentum: iuxt. dict.c. ſi delegatus.de offic.deleg.lib.vj. Et talis cõſtetudo de iure eſt permiſſa:vt eſt tex.ſingularis in d.l.cùm prætor.§.iudicem.ff.de iudic.ſecundũ glo. & Ang.ibi,& doct.in d.l.more.ff. de iuriſd.om.iud. Et in d.l.à iudice.C.de iudic.& canoniſtæ in d.c.ſuper quæſtionũ.§.porrò.& §.ſi verò. de offic. & poteſt.iudi.dele.&in d.c.cùm Bartholdus.de re iudic.

& in dict.cap.cùm cauſam.de appella.& per Bald.
in l.aliquando.ff.de offic.procon.& leg.vbi etiam
26 tenet † quando vicarius poteſtatis in præſentia ip-
ſius creat alium vicariũ quod eſt permiſſum.& per
Alexand.de Imo.in dict.rubrica.ff.de offi.eius cui
manda.Et licèt in creatione vicarij ſeu locumtenẽ
tis Reuerendiſsimi domini legati de latere etiam
cum poteſtate conferendi beneficia iuxta poteſta-
tem ſibi attributam circa finem eſſet adiũcta clau-
ſula generalis & vniuerſalis, videlicet quæ omnia
præmiſſa poſſet alteri committere,ſi ſibi viſum fue-
rit:tamen aliqui volebant interpretari & intellige
re quòd dict.clauſula referatur ad actum , & circa
ea quæ concernũt actum contentioſæ, & non volũ
tariꝗ iuriſdictionis conferendi beneficia. Sed ſalua
pace talis interpretatio videtur extranea,& nõ iuri
conſona:quia talis clauſula quæ reſpicit plura de-
terminabilia debet æqualiter ꝓ vniformiter deter-
minare.l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pupil.l.ij.& l.
quamuis.C.de impu.& alijs ſubſtit.quia eadem di
ſpoſitio nõ debet diuerſo iure cenſeri.l. eum qui. in
princip.ff. de vſucap.& maximè propter illam di-
ctionem vniuerſalem, omnia.quæ debet operari ef
fectũ.iux.not.per Bal.in l.j.ff.de rer.diui.in xxxiiij.
quæſti.& per Alexand.de Imol.in l.quędã.§.nihil.
ff.de edend.Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſu
per cauſa poſſeſſoria eccleſiæ parœcialis ſancti
Martini de Cordiato Dienſis diœceſis de hoc præ-
ſenti anno domini milleſimo quingenteſimo octa-
uo, die xxij. menſis Decembris diffinita ad vtili-
tatem domini Iacobi Faucheti canonici Dienſis
tempore reprobationis ſententiarum.Nam vacan-
te dicta parœciali eccleſia per obitum domini Ia-
cobi Moreti vltimi rectoris dominus Ioannes Ry-
narde ordinis prædicatorum impetrauit à domino
Carolo de [illegible]alma abbate Meſandæ locunteñ.reue
randi domini Franc.de Stagno Epiſcopi Rutineñ.
immediatè locuntenẽtis,& vicegerentis reuerendiſ
ſimi domini Georgij de Ambaſia tituli ſancti Six-
ti presbyteri Cardinalis vulgariter nuncupati Car
dinalis Rothomagẽſis,legati de latere Auinionis
Comitatu Venecini præſenti patria Delphi. & cer
tis alijs prouincijs facta narratione quòd dicta pa-
rœcialis eccleſia erat de patronatu capituli eccle-
ſiæ Dienſis.& dictus Rynardi erat primus in data
de vna die quã dictus Faucheti & quã quidã alius
dominus Carolus qui obtinuerãt ab ordinario,ita
quòd legatus de latere præuenerat ordinarium:iux
ta c.ſi à ſede.de præben.lib. vj.etiam ſecũdum pra-
gmaticam ſanctio.vt in pragmatica ſanct. in tit.de
27 colla.§.neq;. † quia iſto caſu legatus de latere ſeu
eius locuntenens poteſt vti clauſula decreti irritan
tis maximè cùm agitur de beneficio iam collato:
iuxt.nota.in c.ſi apoſtolicæ.& in c.ſi nulla.de præ-
28 ben.lib.vj. † Adde quòd legatus de latere ex gene
rali conſuetudine non poteſt explicare ea quę ſunt
ſpecialiter Papę reſeruata: niſi ſpecialiter cõmittã-
29 tur.c.niſi.c.quod trãſlationẽ.de offic.delega.† Et
in iſtis reſeruatis ſpecialiter commiſsis non poſſet
ſubdelegare: ſecundum Antho.de Butri. Ioan.de
Imol.in cap.quod ſedem.de offic. ordina. Bald.in
rubr.de offi.& po.iudi.deleg.in l.geſta.in princ.de
re iudic.Alex.de Imol.& Iaſ.in l.j.ff.de offic.eius
cui manda eſt iuriſdict. Iaſon in l. à iudice.C. de iu
di.circa finem in xiij. fallentia. & poteſt poni exem
30 plum in Comite Palatino. † qui nõ poteſt ſubdele
gare poteſtatem legitimãdi,& ſic de ſimilibus. Et
quæ dicantur reſeruata principi,vide c.quæ ſint re-
ga.& ibi Bal.& in l.reſcripta.C.de precib.Impera.
offer.& in l.j.C.de iure aureo.annul. Et licèt lega-
tus de latere de iure communi poſsit conſtituere vi
carium:tamẽ hoc ſpecialiter cauetur in literis apo-
ſtolicis legationis dicti domini legati de latere, ꝙ
poſsit conſtituere vnum vicarium probum idoneũ
in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutum. Et quòd per
hoc non videatur electa induſtria perſonæ quã poſ
ſit alteri committere.dict.c.is cui.in fi.de offic.dele
ga.lib.vj.&maximè in legato de latere,qui propter
eius occupationes poteſt alteri commitere.c. fin.§.
cæterùm de offic.delega.Et licèt pro parte dicti do-
mini Rynardi fuiſſet deducta cõſuetudo quòd gu-
bernatores Auinionis poſſunt conſtituere locunte
nentem:tamen fuerat omiſſum articulare de cõſue
tudine vicegerentium & locuntenentium legato-
rum de latere,licèt etiam teſtes de hoc deponerent.
Sed dicebatur quòd hoc erat vltra articulata: atta-
men vt præſupponitur, dicta officia gubernatoris
& locuntenentis ſunt ſolita regi per vnum & eun-
dem:verumtamen poſt rationes hincinde diſcuſſas
maior pars dominorum curiæ fuit quòd dictus do
minus Franciſc. de Stagno locuntenens non ha-
buit poteſtatem creandi alium locuntenẽtem etiã
ad tempus alio non apparente: & ſic quòd deficie-
bat poteſtas in conferente,licèt aliqui alij domini
curiæ ſuper hoc eſſent dubij per rationes ſuper hoc
deductas.Et hæc pro præſenti ſufficiant:quia vt me
liùs potui fideliter opiniones in iure circa præmiſſa
redegi, me ſemper veritati referendo, quæ nun-
quam fallit, nec fallitur.c.à nobis. le ij. de ſenten.
excommunica.

ARGVMENTVM.

Legatus de latere an beneficiorum reſignationes
recipere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere quòd beneficiorum quæ ſunt ſuæ prouin ciæ reſignationes admittere, & illa conferre poßit, & quæ.*
2 *Legatus de latere ordinarios præuenire, & cum ipſis concurrere poteſt.*
3 *Ius patronatus quomodò quæratur.*
4 *Principis laici conſenſus ut in beneficiorum prouiſionibus requiratur priuilegio apoſtolico concedi poteſt.*
5 *Electio ut de certis perſonis fiat, conſuetudine introduci poteſt.*
6 *Mortuo prælato & antequàm ad electionem deueniatur: ut principi denuntietur, conſuetudine fieri poſſe.*
7 *Papa ſucceſſori præiudicare poteſt, legem uerò imponere non.*
8 *Beneficia regularia debentur regularibus apoſtolica authoritate reſeruata.*

Quæſtio CCCXVIII.

QVAERITVR an legatus de latere ha-
beat poteſtatẽ recipiendi reſignationẽ bene
ficiorum regulariũ:& præſertim beneficiorum mo-
naſterij ſancti Anthonij viennẽſis dependẽtium ab
eodẽ mediatè vel immediatè, & cõferendi religio-
ſis vel alte-

ſis vel alterius ordinis non obſtante indulto apoſtolico ſuper hoc conceſſo:& an videatur ſufficiẽter derogatum per generales clauſulas facultatum
1 talium legatorum de latere. † Et in effectu legatus de latere habet poteſtatem recipiẽdi reſignationes beneficiorum infra ſuam prouinciã,& conferẽdi dicta beneficia per ſe.c. deliberatiõe.§. prohibemus. de offici.lega.lib.vj. dum tamen non ſint eccleſiæ cathedrales,regulares,collegiatæ vel primæ dignitates poſt pontificalem.vt habetur in dict.c.deli be ratiõe.in prin.Et pro hoc facit c.ſi abbatẽ.de elect. lib.vj.Quia legatus de latere habet poteſtatem cõferendi beneficia.cap.j.de offic.lega.lib. vj. Et põt
2 præuenire † & cõcurrere cum ordinarijs locorum. c.ſi à ſede.de præben.lib.vj.Sed quando ex indulto apoſtolico conceſſo ad requeſtã principis ſecularis prohibetur conferri beneficia perſonis alterius ordinis ſine conſenſu Abbatis & principis in cuius fauorem fuit conceſſum: tunc legatus de latere non poſſet cõferre,quãdo tale beneficiũ eſſet de patronatu laici: iuxt.not.in c.cùm dilectus. de iur.patro. & in c.dilectus. de off.lega.Et per gl.in cle.per literas.de præb.Secus ſi eſſet de iure patronatus eccleſię: vt ibi not.Et licèt per tale indultũ apoſtolicũ vt requiratur cõſenſus principis laici ad hoc vt prouideri valeat perſonis eiuſdẽ ordinis,tñ per tale indultũ,nõ videtur acquiſitũ ius patronatus.† Quia ius
3 patronatus acquiritur altero de tribus modis videlicet, cõſtructione, fundatione, dotatione : iuxta nota.per gloſſ.in cap.piæ mentis. xvj. quæſtio. vij.
4 tamen † ex priuilegio apoſtolico bene poteſt introduxi,quòd in prouiſione beneficiorum exquiratur cõſenſus principis laici.c. Adrianus.lxiij. diſtin.ſecundum Panormita.in c.quiſquis.de elect. † Et pa
5 riter bene valeret cõſuetudo vt debeat fieri electio de certo genere perſonarum:ſecus ſi de certa perſona.arg.c.licèt.de electio. ſecundum Panor.in cap.
6 cùm terra.de elect. † Et pariter poſſet conſuetudine introduxi vt mortuo prælato,quòd ante electionem nuntietur principi:ſecundum Innocen.& Panormita.in cap.quod ſicut.de elect.Et maximè vbi principes ſunt patroni:iuxta nota.per glo.& doct. in cap.de hoc.de ſimo.Et præſertim in eccleſijs cathedralibus vbi principes dicuntur patroni pro defenſione iurium eccleſiæ:iuxta nota.per Archidia. & præpo.in c.lectis.lxiij.diſtinct.Bald.in cap.quanto.de iudi.in gloſſ.in regula cancellariæ xl. Quia princeps ſecularis habet iuſtam cauſam ſe opponẽdi aduerſus electum,quando habet ipſum ſuſpectũ ſecundum Innocen.in cap.ſuper his.de accuſa.Sed vbi appareret de tali indulto apoſtolico: tamen Papa nõ poteſt imponere ſibi legem à qua non liceat ſibi diſcedere.arg.l.ſi quis in princip.ff. de lega.iij.
7 quia † Papa licèt poſsit præiudicare ſucceſſori tamen non poteſt ei legem imponere.cap.fi.de reſcri. lib.vj.Quia par in parem non habet imperium. c. innotuit.de elect.l.nam & magiſtratus. ff.de arbi.
8 l.ille à quo.§. tempeſtiuum. ff. ad treber. † Et licèt regulariter beneficia regularia debeant conferri perſonis eiuſdem ordinis:tamen in hoc reſeruatur authoritas ſedis apoſtolicæ.c.cùm ſingula.§. prohibemus.de præb.lib.vj.&ideò in literis appoſtolicis legatarius reuerendiſsimi domini Cardinalis Rothomageñ.legati de latere ſunt clauſulæ multum prægnãtes derogando quibuſuis priuilegijs cuiuſuis ordinis etiam Cluniacenſ.cuiuſcunque tenoris exiſtant,etiam ſi de verbo ad verbum eſſet fienda ſpecialis mentio,quo caſu idem operatur ac ſi fuiſſet ſpecialiter derogatum:iuxt.not.per Ioan. And. Gemi.Pet.de Ancha. & Philip. Franc.in c.j.de exceſsi.prælato.lib.vj.& per Bald. & Ange. in l. omnes.C.de præſcrip.triginta annor.& per Bartol.in extrauag.ad reprimendum.ſuper verbo,non obſtãtibus.& per glo.& Feli.in c.j.& in c.conſtitutus.& c.nonnulli.de reſcript. Quia priuilegiũ primũ reuocatur per ſecundũ priuilegiũ.c.veniens.de præſcript.&quando conſtat de certa ſcientia principis valeret reſcriptum extra ius impetratum.argu.in l. idem Vlpianus. ff. de excuſa.tuto.ſecundum gloſ. in cap.j.de reſcrip.lib.vj.quia Papa non poſſet habere memoriam omnium reſcriptorum & priuilegiorum quibus eſſet derogandum ſpecialiter & nominatim.Et ideò iſto caſu ſufficit quòd conſtet de intentione Papę quòd voluerit derogare: ſecũdum docto.in d.cap.j.de exceſs.lib.vj. & ita in terminis tenet Panorm.poſt Frede.de Sen.in cap. cum inſtãtia.de cenſi.vbi loquitur de facultatibus & priuilegijs iſtorum legatorum de latere,& maximè vbi eſſet appoſita clauſula derogatoria per quæ effectus præſentium impediri valeret:ſecundum glo.in c.ei qui.de præben.lib.vj.Et præmiſſa faciunt ad queſtionem ſuper cauſa nuper diffinita in poſſeſſorio eccleſię parœcialis ſancti Ioannis de Roybonæ, quę eſt de patronatu Abbatię ſancti Anthonij , & quidam dominus Martinus Bonardelli religioſus ſancti Anthonij,qui prius obtinebat dictam parœcialem eccleſiam reſignauit in manibus reuerẽdiſſimi domini Cardinalis Rothomageñ. legati de latere,qui contulit fratri Ioanni de Ciza religioſo ordinis Cluniacenſ. Sed ex poſt facto reuerendus dominus Abbas ſancti Anthonij præſentauit ad dictam parœcialem eccleſiam fratrem Matthæum Calconis religioſum ſancti Anthonij qui obtinuit inſtitutionem à domino Archiepiſcopo Viennenſi ſeu eius vicario.Et pariter fuit productum quoddã indultum apoſtolicum Papæ Sixti conceſſum dicto monaſterio & Abbatiæ ſancti Anthonij ad requeſtam Regis Ludouici vndecimi,quòd non poſſit conferri beneficia dicti ordinis niſi religioſis eiuſdem ordinis ſine ſpeciali conſenſu Abbatis & Regis,& aliàs prout in dicto indulto appoſtolico continetur.& ſuper hoc fuit allegatum per aliquẽ ex dominis quòd ita fuit pronuntiatũ in parlamento Pariſi. ſuper quadam præceptoria reſignata de Troye dicti ordinis ſancti Anthonij vbi in effectu fuit ordinatum dictum indultum apoſtolicum eſſe obſeruandum,& collationem ordinarij habere locum. Aliter non declaro, ſed me ſemper refero veritati.

ARGVMENTVM.

An per codicillum in quo inſtituuntur venientes ab inteſtato tollatur primum inſtrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum primum perfectum per poſterius imperfectum non tolli regulare. Secus ſi perfectum fallit ut nume. 5. & 8.*

2 *Teſtamentum primum perfectũ per codicillos non tollitur.*

3 Codicilli ab inteſtato fieri poſſunt.
4 Inſtitutio ſeu ſubſtitutio directa in codicillis adimi non poteſt.
Item nec hæreditas in teſtamento data.
6 Intellectus §.ſi quis.l.hac conſultiſsima.C.de teſtamen.
7 Subſtitutio directa facta in teſtamẽto in quo extranei ſubſtituti erant, quòd per codicillos adimatur.
9 Teſtamentum primum non tolli per ſecundum præteritionis ratione imperfectum.
10 teſtamentum imperfectum inter liberos etiam duobus tantùm teſtibus roboratum ualet.
11 Teſtamentum ſecundum in quo interuenit uniuerſalis hæredis inſtitutio & ſeptem teſtes: licèt codicillus nuncupetur quòd ut perfectum teſtamentum ualeat, & primum tollatur

Quæſtio CCCXIX.

QVAERITVR an per codicillum in quo
inſtituuntur hæredes vniuerſales venientes
ab inteſtato tallatur primum teſtamentũ perfectũ:
& an in codicillis poſsit adimi inſtitutio ſeu ſub-
ſtitutio directa facta in teſtamento: & an talis di-
ſpoſitio in qua fit inſtitutio hæredis dicatur teſta-
mentũ quãdo interuenit ſolemnis numerus teſtiũ,
licèt notarius nuncupauerit codicillum: & an ſit lo-
1 cus detractioni trebellianicæ. † Et in effectu regu-
lariter primum teſtamentum perfectum non tolli-
tur per ſecundum imperfectum.§.ex eo.inſtitu. qui
mod.teſtamen. infir. ſecus ſi ſecundum ſit perfe-
ctum. ita quòd ex eo poſsit adiri hæreditas. §.poſte
riore.eodem titu.l.cùm in ſecundo.ff.de iniuſt. ru-
2 pto & irri.teſtamen.& eodem modo † non tollitur
primum teſtamentum perfectum per codicillum:
quia codicillus venit acceſſoriè ad teſtamentum.l.j.
3 C.de codicil. † Et poſſunt etiam fieri ab inteſtato.
l.ab inteſtato.ff.de codicil.§.nos autem.inſtitu. de
4 codicil. Et pariter † inſtitutio ſeu ſubſtitutio dire-
cta non poteſt adimi in codicillis ſicuti hæreditas
data in teſtamẽto non poteſt adimi in codicillis.l.
hæreditas.C.de his quib. vt indig.l. hæreditatẽ.C.
5 de codi.† Sed iſtud fallit, qñ in primo teſtamẽto per
fecto eſſent inſtituti hęredes extranei,& in ſcđo te-
ſtamẽto imperfecto eſſent inſtituti veniẽtes ab in-
teſtato: quia tunc iſto caſu per ſecundum teſtamen
tum imperfectum tolleretur primum, dum tamen
in ſecundo teſtamento interfuerunt quinq; teſtes
6 rogati. † l.hac conſultiſsima.§.ſi quis.C.de teſta.l.
ij.ff.de iniuſt.rupt.l.ſi duobus.§.ſi prius.ff.de bon.
poſſeſ.contra tabul.& iſto caſu talis diſpoſitio va-
lebit in vim vltimæ voluntatis. dict.§.ſi quis. licèt
quidam voluerint dicere quòd veniant ab inteſta-
to: ſed communiter tenent quòd veniant iure teſta
ti: iuxta nota.per Bartol.in dict.§.ſi priùs.& per Ia-
ſo.in dict.§.ſi quis.quinimò ſecundum Barto.in d.
§.ſi quis.& in dict.l.ij.ff.de iniuſt.rupt.& irri. & in
7 l.militis codicillis.in prin.ff.de teſta.mili.† per co-
dicillum poteſt adimi ſubſtitutio directa facta in te
ſtamento in qua erant ſubſtituti extranei . de quo
8 latiùs per Alexand.& Iaſon.in dict.§.ſi quis. † Et
licèt per ſecundum teſtamentum imperfectum, in
quo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato reuocetur
primum: hoc verum, quando eſt imperfectum ratio
9 ne ſolemnitatis: † ſecus ſi ſit imperfectum ratione
præteritionis.l.ſi filius qui in poteſtate.ff. de liber.
& poſthu.de quo ibi latiùs per gloſſ.& doctor. Et
præmiſſa procedunt quando in tali ſecundo teſta-
mento imperfecto ſunt ſubſtituti venientes ab inte
ſtato, qui tenent primum locum: aliâs ſecus: ſecun-
dum Bartol.in dict.§.ſi priùs. & ſimiliter dict. §.ſi
quis.differt à §.ex imperfecto.in dict.l.hac conſul-
10 tiſsima. † quia teſtamentum imperfectum inter li-
beros valeret cum duos teſtibus.d.§.ex imperfecto
ſecus in alijs venientibus ab inteſtato: quia require
rentur quinque teſtes, quando fieret ſecundum te-
ſtamentum imperfectum.dict.§.ſi quis.de cuius in-
tellectu ibi latiùs per Iaſ. Sed in caſu iſto eſt alia ra
11 tio: † quia licèt notarius in iſto ſecundo teſta-
mento nuncupauerit codicillum: tamen interue-
nit inſtitutio hæredis vniuerſalis ſeptem teſtes ro-
gati & vltra, & ſic valet vt perfectum teſtamen-
tum per quod tollitur primum. l. non codicillum.
C.de teſtamen.quia ſuperflua appellatio codicilli
non debet præiudicare.l.teſtamentum.C.de teſta-
men.cum ibi not.per Bald.& Salice.& pro hoc fa-
cit quod voluit Ioan. Andr.in addi.ad Specu.titu.
de inſtru.edi.§.compendioſę.in addi.incipiente,ad
intellectum.refert Dinum tenuiſſe, quòd quando
teſtator coram ſeptem teſtibus facit inſtitutionẽ
hæredis & nuncupauerit codicillum quòd hoc nõ
obſtante erit teſtamentum validum.& idem ſi no-
tarius nuncupauerit codicillum, quia non præiudi
cat, quin valeat vt teſtamentum: ſecundum Bald.
in l.Imperator.la j.ff.de ſtatu homi.& Alexan.con
ſilio cxlj. in j.volumi.& ita etiam ſequuntur Alex.
& Iaſon in dict.l.non codicillum. & ſic non eſt lo-
cus detractionis quartæ trebellianicæ, quando ta-
lis inſtitutio valet iure directo.cap. ſi pater.de teſta
men.libr.vj.iuxt.nota.per gloſſ.& docto. in l.preci
bus.C.de impu.& alijs ſubſti.& per Ioan.de Imol.
in l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de vulg.& pupil.& ma
ximè: quia erat facta ſubſtitutio in omnibus bonis:
& ita cenſetur prohibita trebellianica, maximè in-
ter extraneos: iuxt.not.per Bartol.in l.Centurio.ff.
de vulg.& pupilla.& præmiſſa faciũt ad quęſtionẽ
ſuper cauſa ſupplicatiõis nobilis Ioannis Meyfra
di tàm nomine ſuo quàm Artandi eius filij contra
& aduerſus nobilem Eynardum de Roſillione do
minum Sablonis reum pro eo: quia in pertendis fa
ctis per modum tranſactionis inter dictum nobilẽ
Ioannem Meyfredi,& nobilem Anthonium Mey
fredi eius fratrẽ fuit dictum quòd caſu quo dictus
Anthonius decederet ſine liberis legitimis, quòd
acquiſita per dictum Ioannem Meyfredi exiſten-
tia in mandamentis Claueſonis, Mercolij & Motę
Galabri præuenta ad partem dicti Anthonij reuer
terẽtur ad dictum Ioannem. Et vlterius dictus An-
thonius Meyfredi in eius primo teſtamẽto recepto
per Chriſtoforum de Cabanis notariũ ſancti Vale
rij inſtituit eius heredem vniuerſalem nobilem Ay
maram de Beſſey eius vxorem in defectum poſthu
mi.& caſu quo decederet ſine liberis legitimis ſub-
ſtituit primò genitum Gulielmi Botuti in medieta
te bonorum & in alia medietate quòd dicta vxor
diſponere poſſet. Sed poſtmodùm ex interuallo fe-
cit codicillum receptum per florentinum Allaman
di notarij in pręſentia nomine teſtium rogatorum.
& facta narratione dicti teſtamenti caſſauit & irri
tauit dictas inſtitutionẽ & ſubſtitutionem, & caſu
quo dicta eius vxor hæres inſtituta decederet ſine
liberis legi-

liberis legitimis inſtituit eius hęredẽ vniuerſalẽ in omnibus eius bonis & ſubſtituit Artandum Meyfiedi eius nepotem. Et poſt modum deceſsit dictus Anthonius ſine liberis ſuperſtite dicta eius vxore. Et deinde dicta vxor fecit hæredem dictũ dominum Sablonis. Et licèt dictus dominus Sablonis niſus fuerit impugnare dictũ codicillũ per aliquos teſtes inſtrumentarios: Tamen adhuc remanſit numerus perfectus, adeò ꝙ dicta bona & hęreditas fuerunt adiudicata dicto Ioanni ſupplicati tàm nomine ſuo quã dicti Artaudi eius filij cum fructibus & abſq; detractiõe trebellianicę. Et aliâs prout pleniùs apparet in manibus magiſtri Rolini ſecretarij cautæ.

ARGVMENTVM.

De conditione ſine liberis.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio ſubſtitutionem præcedere debet.*
2 *Conditioni quæ inſunt, in diſpoſitione non ſunt.*
3 *Subſtituendo quòd heres inſtitutus non uideatur.*
4 *Teſtamentum uires à ſubſtitutionis gradu accipere poteſt.*

Quæſtio CCCXX.

QVAERITVR an ſubſtituẽdo vulgariter, vel conpendioſæ ſub illa conditione, ſi hęres deceſſerit ſine liberis, videatur primò ſubſtitutus
1 nominatus in conditione. Dubium facit: † Quia inſtitutio debet pręcedere ſubſtitutionem: vt Inſti. de vulga. & pupi. in principio. Et l. j. & l. cohęrede. §. ſi. ff. de vulga. & pupil. Sed in contrarium videtur
2 veritas. † Quia quæ ſunt in conditione non ſunt in diſpoſitione. l. quid ſub cõditione. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. l. ex facto. la petite & l. Lucius. la ij. ff. de hære. inſti. cũ ibi not. & hoc tenet glo. & aliter doctores in l. Gallus. in principio. ff. de liber. &
3 poſthu. quæ tenet, † ꝙ ſubſtituendo non videatur quis inſtitutus hęres. Nec obſtat quòd debeat pręmitti inſtitutio: † quia etiam teſtamentũ poteſt aſ-
4 ſumere vires à gradu ſubſtitionis. l. iij. §. ſi. ff. de libe. & poſthu. Et præmiſſa etiam faciũt ad quęſtionẽ ſuper codicillo dicti nobilis. Anthonij. Meyfredi vbi fecit eius hęredm vniuerſalem Artaudum filium dicti Ioãnis Meyfredi ſub cõditione ſi dicta Eymara eius vxor hæres decederet ſine liberis. Et vertebatur dubiũ an dicta Eymara videretur prius hæres. Et pro hoc allegabatur l. ſi quis hæres inſtituatur. ff. de hęredi. inſtit. Sed ad illud reſpondetur, ꝙ ibi venientes ab inteſtato non ſunt vocati ex teſtamento: ſecundũ glo. ibi & communiter doctor.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum an per duos teſtes inſtrumentarios reprobetur numero teſtium adhuc ſufficiente.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo inſtrumentarij teſtamento contradicentes ſufficienti teſtium numero adhuc exiſtente, quod teſtamenti fidem non imminuant.*
2 *Inſtrumentum ut corroboretur, quòd teſtes intrinſeci & extrinſeci examinari poſſint.*
3 *Teſtibus inſtrumentarijs dubiæ deponentibus nulla fides adhibetur.*

Quæſtio CCCXXI.

QVAERITVR an per duos teſtes inſtrumentarios reprobatur teſtamentum ſeu codicillus, quãdo vltra eſt numerus teſtium ſufficiẽs ad corroborationem inſtrumẽti. Dubiũ facit: quia quando vnus teſtis inſtrumentarius contradicit teſtamento ſeu codicillo. inſtrumenti fidem vacillare facit. l. j. §. ſi quis neget. ff. quemadmodũ teſtam. aperian. Sed incontrarium cõmuniter tenent gloſ.
1 & doct. ibi † quãdo ſupereſt adhuc numerus ſufficiens ad valliditatem teſtamenti, ſeu codicilli: puta ſeptẽ vel quinque teſtis. & ita etiã habetur per gl. & doct. in c. in exercendis. C. de fide inſtrum. & in c. tertio le eo. de prob. & in c. cũ Ioãn heremita.
2 de fid. inſtru. † Nam ad corroborationem & valliditatem inſtrumenti poſſunt examinari teſtes tam intrinſeci deſcripti in inſtrumẽto quã extrinſeci: vt ibi habetur. Et per glo. & Io. Fab. in §. itẽ verborũ. inſti. de innutil. ſtipul. Adeò & in tantũ ꝙ cęteris paribus debet præponderari authoritas inſtrumenti. l. precibus. C de proba. c. Illud. de præſumpt. c. ad audientiam. de præſcript. ſecundum Barto. in d. §. ſi
3 quis neget. Nec † ſufficeret ad reprobandũ inſtrumentum ꝙ teſtes deponerent dubiè per verbum recordari ſecundum Inno. in d. c. cũ Ioannes heremita. & Bart. in d. §. ſi quis neget. Et præmiſſa etiã faciunt ad queſtionem ſuper dicto proceſſu nobilis Ioannis Meyfredi & Artaudi eius filij. Quia fuerunt duo teſtes inſtrumentarij examinati pro parte dicti domini Sablonis. qui aliquantulum deponebant contra codicillum. Sed adhuc remanſerunt quinque teſtes, qui depoſuerunt pro veritate codicilli. Et pro hoc facit quod habetur per Alexan. de Imol. conſi l. xvij. in iij. volum.

ARGVMENTVM.

Donatio medietatis bonorum an dicatur quota bonorum ære alieno deducto.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum appellatione quòd æs alienum non ueniat.*
2 *Bonorum appellatione iura & actiones continentur.*
3 *Iura & actiones in uniuerſali fideicommiſſo de omnibus bonis ueniunt.*
4 *Fideicommiſſo quotæ hereditatis quòd iura & actiones ſecundum quotam ueniant. Secus in parte bonorum, & nu. 17.*
5 *Iura & actiones in donatione omnium bonorum ueniunt: ſecus in donatione bonorum mobilium uel immobiliũ.*
6 *Iura & actiones an in obligatione ueniant.*
7 *Actiones loco immobilium eſſe Accurſius tenet.*
8 *Bonorum mobilium uel immobilium legato quòd iura & actiones non ueniant.*
Idem de ſubſtitutione bonorũ mobiliũ uel immobilium.
9 *Obligationes & debita tertiam bonorum ſpeciẽ conſtituũt.*
10 *Dominium ex tit. uniuerſali, ſiue particulari non niſi traditio interueniat, transfertur.*
11 *Verborum ſenſus potiùs quàm ſolennitas attendendus.*
12 *Donatarius uel emptor licèt debita & onera ſoluere teneatur, creditoribus tamen ius nullũ illo pacto quæſitũ eſt.*
13 *Creditores an & qua actione contra donatarium bonorum experiri poſſint.*
14 *Iura an in donatione omnium rerum ſuarum uel omnium bonorum ſuorum ueniant.*
15 *Meum tum pronomen dominium denotant.*
16 *Tuum pronomen iunctum generi generaliſſimo quòd tàm actiones reales quã perſonales comprehendat: ſecus ſi rei particulari apponeretur.*
18 *Heredis optionem eſſe in legato partis bonorum propri*

tatis partem, uel æſtimationem præſtare.

Quæſtio CCCXXII.

QVAERITVR an donatio medietatis om-
nium bonorum mobilium & immobilium di-
catur quota bonorũ, & an debeat deduci æs alienũ,
maxime cũ nõ fuerit appoſita clauſula, cũ onere &
honore, Et an in tali donatiõe cõprehendãtur iura
& actiones. Et ſi dicatur transferri dominiũ quan-
do donator reſeruat eius vita durante adminiſtra-
tionem, regimẽ & poſſeſsionẽ bonorum donatorũ.
1 Et in effectu † quando in cõtractu fit mẽtio, bono-
rũ, intelligitur deducto ære alieno. l. mulier bona.
ff. de iure dot. etiam ſi fiat donatio partis bonorum.
l. ſubſignatũ. §. bona. l. bona. ff. de verb. ſig. l. ſi quis
ſeruum. §. fin. & l. ſequenti, cũ ibi not. ff. de legat. ij.
quia idem eſt iudiciũ de toto ſicut de parte & econ
trà. l. quæ de tota. ff. de reiuendi. l. ſi quis argentũ. §.
ſed & ſi quis. C. de dona. vbi loquitur de donatio-
ne vniuerſitatis bonorũ vel partis, dũ tamẽ non ar-
2 guatur inofficioſa. Nec obſtat ſi dicatur, † ꝙ quã
do quis grauatur reſtituere bona, ꝙ tunc veniũt iu
ra & actiones. l. cogi. in princ. ff. ad trebel. Et idem
quãdo in fiſcum transferũtur bona ſiue in totum
ſiue in parte. l. tutoris. C. ad leg. iul. de vi. l. ſi mari-
to. in principio, & l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſolu. matr.
l. iij. §. ex quacunque cauſa. ff. de iure fiſci. Et idem
quando princeps per eius priuilegiũ transfert bo-
na in aliquẽ. l. princeps bona. ff. de verbo. ſig. Quia
ad iſtud poteſt reſponderi, ꝙ dicta iura loquuntur
3 in alio caſu: † quia in vltimis voluntatibus quan
do fit fideicommiſſum vniuerſale de omnibus bo
nis, bene veniunt iura & actiones, cũ ſint vniuerſi-
tatis: ſecus ſi fieret fideicõmiſſum vel legatũ partis
bonorũ. d. l. ſi quis ſeruũ. §. fi. ff. de leg. ij. licèt aliud
4 eſſet † quando fieret fideicõmiſſum vel legatũ par
tis hęreditatis: quia tũc bene venirent iura & actio
nes pro rata, vt ibi habetur. Et idẽ eſt quãdo tranſ-
feruntur bona ex diſpoſitione legis: quia tunc ve-
niunt iura & actiones. d. l. tutoris. vel etiã ex priui-
legio principis. d. l. princeps bona. verũtamen ſecũ-
dum domin. Guid. Pap. Deci. cccxcj. & Deci. ccccc-
5 xxxiiij. † in donatione omniũ bonorũ veniũt iura
& actiones: ſecus quãdo fieret donatio bonorũ mo
biliũ vel immobiliũ, in toto vel in parte: quia tunc
cenſetur tertia ſpecies. l. mouentiũ. ff. de verb. ſign.
l. à Diuo Pio. §. in vẽditione. ff. de re iudic. ſecundũ
Bald. Ang. & Alexan. de Imol. in l. ſi cõſtante. §. ſi
6 bona. ff. ſolu. matri. Nec obſtat ſi dicatur, † ꝙ quã
do in obligatione continetur res mobilis, ꝙ tunc
appellatione mobiliũ veniũt debita: quia tũc iudi-
cantur ſicuti de re mobili. Et idẽ quãdo in obliga-
tione continetur Res immobilis: quia tũc iudica-
tur ſicuti de re immobili: ſecundũ gloſſ. in auth. de
non. alie. reb. eccleſ. §. j. colla. ij. & in l. j. C. ſi aduer.
tranſa. de quo per Deci. & Bart. in l. poteſt. ff. de au
tho. tuto. & pro hoc facit glo. in l. j. §. ex actio. C. de
rei vxo. actio. & ibi gl. ſuper verbo, incorporalibus.
Quia ad iſtud reſpondetur, ꝙ dicta iura loquun-
tur in alio caſu, quãdo iudicatur de effectu obliga-
tionis, vti quãdo agitur de alienatione bonorũ pu
pilli, minoris vel eccleſię, aliàs ſecus. de quo etiã per
Ioan. de Imol. & Panor. in cap. nulli. de reb. eccleſi.
non alie. & per Bald. in c. j. de Pac. cõſtan. in princi
pio, & in ca. j. de feu. cogn. Et pro hoc facit glo. in
7 l. fin. C. in quibus cau. in inte. reſti. † quæ tenet, ꝙ
actiones ſunt loco immobiliũ. facit etiã gl. in l. mo
uẽtiũ. ff. de verbo. ſignifica. Et per Spec. in titu. de
fruct. & inter. §. j. ver. ij. & per dom. Guid. Pap. deci.
499. Et per Bald. in ca. j. in fine an mari. ſuccedat
8 vxo. Et pro hoc etiã facit: † quia in legato vſusfru
ctus mobiliũ vel immobiliũ nõ veniũt iura & actio
nes: ſecundũ Bart. in l. nihil. aliàs l. fin. ff. de vſu. le-
gat. & idẽ in ſubſtitutione bonorũ mobiliũ & im-
mobiliũ: quia tũc non veniunt iura & actiones: ſe-
cundũ Bart. in l. ſi arrogator. ff. de adopt. & faciunt
not. per eundẽ Bart. in l. Cẽturio. ff. de vulga. & pu-
9 pilla. † quia debita & obligationes dicutur tertia
ſpecies. l. quẽ Tuberonis. §. in peculio. de pec. Et ita
in effectu tenet Alex. de Imol. conſ. xij. in ij. volum.
& Pet. de Fer. in tit. de forma libelli quo vxor agit
10 ad dotem. † Et licèt ex titulo vniuerſali vel par-
ticulari non transferatur dominiũ abſque traditio
ne. l. traditionibus. C. de pact. ſecund. gl. in l. j. ff. de
vſuca. pro dot. tamen hoc fallit per retentionẽ vſuſ
fructus. l. quiſquis. & l. ſi quis argentũ. §. ſed ſi quidẽ.
C. de donati. quia cenſetur facta quędã traditio, &
ciuilis poſſeſsio transfertur: ſecundũ gl. in d. l. quiſ-
quis. & in l. poſsideri. in principio. ff. de acquirend.
poſſeſ. & idẽ in effectu quãdo in donatione dona-
tor retinet adminiſtrationẽ, regimẽ & poſſeſsionẽ:
11 quia iſta verba cõueniũt in effectu: † quia debet
potiùs attendi ſenſus quàm ſolennitas verborum.
l. ſi quis filium. C. de liber. preter. & l. cũ virũ. C. de
fideicõmiſ. Et licèt ſecundũ aliquos in donatione
bonorũ vel partis veniant iura & actiones actiuè, ſi
cuti in legitima liberorũ, quæ eſt quota bonorũ. l.
Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. teſt. vbi deducitur
æs alienũ, & funeris impenſa paſsiuè: ſed actiuè
veniũt iura & actiões ad cõmodũ liberorũ: ſecũdũ
12 Bald. in l. quotiens. C. de hęredi. inſti. † verũtamen
quando ex pacto appoſito in cõtractu donatarius
vel emptor teneatur ſoluere debita & onera, licèt
tale pactũ ſit validũ: tamen ius creditorũ ex tali pa
cto nõ mutatur, nec per hoc eis quęritur obliga-
tio. l. debitorũ. l. pacto ſucceſſorũ. C. de pact. & l.
cũ res C. de dona. Et idẽ in venditione hęreditatis
priuati. l. ij. C. de hęredi. vel acti. vendi. Secus in ven
ditione hęreditatis fiſci. l. j. eod. tit. & idem in dona-
tione hęreditatis l. hęreditatẽ. ff. de dona. veruntã-
mẽ emptor vel donatarius põt cõſtringi ad obſeruã
tiã talis pacti. d. l. cũ res. vel res põt repeti. l. ſi vt pro
poni. C. de condict. ob cauſ. Sed non põt agi cõtra
tertios poſſeſſores vigore talis pacti actione perſo-
nali: quia actio perſonalis nõ ſequitur fũdũ. l. j. §. ſi
heres. ff. ad treb. l. fi. ff. de cõt. emptio. l. æris alieni. C.
de do. an. nu. l. de rebus. C. de do. an. nup. l. creditores
13 C. de dita. acti. cũ ſimilib. † attñ cõtra donatariũ bo
norũ poſſet agi reuocatoria vel in ſubſidiũ ſecũdũ
gl. in d. l. oẽs alieni. l. res. §. Lucius. ff. de hijs quę in
frau. credit vel etiã poſſet agi in ſubſidiũ cõtra em-
ptorẽ hęreditatis, vel donatariũ omniũ bonorũ, qñ
donator, vẽditor nõ eſſet ſolẽdo: ſecundũ gl. in d. l.
ij. C. de hęre. vel actio. vẽdi. Et ita tenet do. Gui. Pa.
14 dec. cv. & deci. cccclx. † Quid aũt qñ quis dat oẽs
res ſuas vel omnia bona ſua an veniãt iura? Et vide
15 retur dicendũ ꝙ nõ, propter illud † pronomẽ meũ
tuũ, quod denotat dominiũ. l. ſi ſeruos. ff. de leg. iij.
l. Quan-

l. Quintus.§.argēto.ff.de auro & argē.lega. Et hoc tenet Gulielm.de Cun. in l.j.ff.de ſtat.homi. Sed in contrarium facit l.ſi legatus.§.ſi quis.ff.ad trebellia.
16 quia † iſtud pronomē,tuū,quando apponitur generi generaliſsimo non reſtringit,ſed cōprehendit tā actiones reales quàm perſonales:ſecus ſi apponeretur alicui rei particulari:ſecundum Bart.in d.§.argento.& Bal.in l.j.C.de vſufr. Sed in caſu noſtro caſus eſt diuerſus:quia hic fuit facta donatio me-
17 dietatis omnium bonorū † pręſentium & futurorū in qua non veniunt iura & actiones. Et hoc etiā tenet Iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo cōcepta.ff.de ver-
18 bo.oblig. Sed obſtat præmiſsis ſi dicatur † ꝙ quando fit legatū partis bonorum,eſt in optione hęredis tradere partē proprietatis vel æſtimationē.l.nō amplius.ff.de lega.j.quia illud procedit in vltimis voluntatibus:ſecus in contractu:ſecundū Bal.in l.nulla.C.de iure dot.licèt in caſu iſto non fuit donatio quotæ bonorū,ſed particularis certæ partis bonorum mobiliū & immobiliū prout ſupra dictum fuit. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa cuiuſdā donationis factæ medietatis omnium bonorum mobilium & immobilium pręſentium & futurorum,aliter ad præſens non declaro: quia adhùc pēdet lis coram curia.

ARGVMEMTVM.

Alimenta debētur ſecūdum fructuum quantitatē.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta legata ſuper bonis quòd ſecundū fructuum quantitatem debeantur.*
2 *Hæreditas & ſi tenuiſsimi ſit redditus non tamen alimentorum ratione alienanda eſt.*
3 *Aes alienum an defalcandum ſit ex actione ne conueniatur niſi in quantum facere poſſit.*
4 *Ius alimentorum an ad ſingularem ſucceſſorē tranſeat.*
5 *Alimenta aliò quā in domo ut præſtentur,an peti poſsint.*

Quæſtio CCCXXIII.

QVAERITVR an alimenta ſeu victus & veſtitus debeantur ſecundū quantitatem redditiuū & fructuū,an verò ſit neceſſe in defectum alienare de proprietate bonorum, & ſi ius alimentandi tranſeat ad ſingularem ſucceſſorem: & ſi debeat deduci æs alienum:& etiā ſi debeat haberi in præſtatione alimentorum qualitas perſonarum. Et
1 in effectu dubiū facit: † quia quando debentur alimenta alicui perſonæ ſuper ſuis bonis, tūc debētur ſecundū ſui neceſsitatē.l.j.§.ſi mulier.ff.de vent. in poſſeſ.mit. Adde Bal.in l.voluntatis.C.de fideicō. ꝙ etiā hæres ſi nō cōfecerit inuentariū in legato alimentorū vel dotis aut alio arbitrario non tenetur vltra vires hæreditarias,vide ibi,& glo.& Bald.in authen.de non eligē.ſecundo nuben.§.illud.col.j. adeò ꝙ ſi fructus bonorū nō ſufficiāt,tūc pōt alienari proprietas pupilli pro alimētis: ſecūdū gl.in l.ob æs.C.de prędi.mino.nō alie.quā ibi ſequitur Albe. Et ita videtur dicendū in legato alimentorū. Sed in contrariū videtur veritas:quia alimēta debentur ſe-
2 cundū quātitatē fructuū † adeò ꝙ ſi palatium vel turres pauci fructus ſint: tamen non debēt alienari pro alimētis.l.qui bonis.ff.qui bo.cedere poſ.& ibi hoc not. Ang.& refert ſe aliàs cōſuluiſſe cū Bal. & ita tenet in l.Imperator.ff.ad trebell. idē etiā tenet Bart.in l.penultim.ff.de alimen.& ciba.legat. Nec obſtat ſi dicatur,ꝙ bona poſsint alienare pro alimentis pupilli. Quia illud procedit quādo alimēta debētur ex diſpoſitione legis, & quis alimentatur de proprijs: ſed ſecus quando alimēta debentur ex diſpoſitione hominis & ſuper bonis alienis: iuxta not.per Angel.in l.Neſennius.§.fin.ff.de re iudic.
3 Et † licèt in perſonis priuilegiatis,ne conueniantur niſi inquantū facere poſſunt,non debeat deduci æs alienū.l.inter eos.§.j.ff de re iudic. in hoc fallit in donatore,vt ibi habetur.& per Angel. in d.l. Neſennius.§.fi.de quo per Alex.de Imol. conſilio c.in j. volum. Et de hac materia etiā habetur per
4 eundē Alex.in d.l.Imperator.ff.ad trebel. † Præterea tale ius alimentandi videtur tranſire ad ſingularem ſucceſſorē pro rata:quia pro alimentis bona ſunt tacitē hypothecata.l.Lucius.ff.de alime.& cibaleg.& hoc videtur tenere Io.de Imol.in l.Titia.§.Imperator.ff de leg.ij.&pro hoc allegat not.per Cyn.in l.alimēta.C.de neg.geſt.licèt Bar.in l.j.§.reſcriptū.ff.de agno.libe. aliter videtur ſentire. Sed ſi alimēta deberētur ex cōtractu,tūc deberētur an-
5 tequā legata.l.vniuerſę.C.de leg.† Et iſto caſu quia alimēta debētur ex diſpoſitione hominis ſiue ex cōtractu ſiue ex vltima volūtate,tūc poſſunt peti ſeparatim nec tenetur quis accipere alimēta in domo hęredis.l.libertis.la j.§.fi.ff.de alim.& cib.leg. Et ibi per Bart.& in l.diuortio.in princ.ff.ſolu.matri. Et præmiſſa faciūt ad quęſtionē ſuper proceſſu ſupplicationis honeſtæ mulieris Iſabeliæ de Alphaſijs relictæ magiſtri Martini Perroti notarij contra Petrum Perroti donatariū & Ioannē Magnini hæredem vniuerſalē d.Martini Perroti eius aui materni pro eo quia in contractu matrimonij d.Martini & d.Iſabellæ d.Martinus inter cætera dedit d.Iſabellæ quinquaginta ſcuta auri ſine ſole pro ſuperuita caſu quo d.Martinus prędecederet:& vltra ſibi dedit victum & veſtitū cōpetenter ſuper eius bonis ſecundū facultates ipſorū bonorū. Et ex poſt d.Martinus Perroti in cōtractu matrimonij d.Petri Perroti eius nepotis cū Anthonia filia magiſtri Anthonij deChapanis ſibi dedit tertiā partē omniū bonorū mobiliū & immobiliū pręſentiū & futurorū reſeruatis adminiſtratione & poſſeſsione ad vitā. Deinde d.Martinus fecit teſtamētū in quo inter cętera recognouit recepiſſe de dote d.Iſabellæ 120.ſcuta & 50.pro ſuperuita. & vlterius ſibi dedit in ſolutū quoddā celeriū & quaſdā vineas donec fuerit ſibi ſatisfactū de d.ſumma.& ſibi legauit vſumfructū omniū bonorū. Et d.Ioannē Magnini fecit hęredē vniuerſalē,& aliàs prout in d.teſtamento cotinetur, & in proceſſu agitato in manibus magiſtri Actuarij.

ARGVMENTVM.

In iudicio communi diuidundo an titulus & poſſeſsio requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Cōmuni diuidundo iudiciū & familiæ erciſcūdæ paria ſunt.*
Communi diuidundo iudicium iurium dotalium repetitione non impediri.

Quæſtio CCCXXIIII.

QVAERITVR an in iudicio diuiſorio cōmuni diuidūdo requiratur titulus & poſſeſsio,& an ius hypothecę impediat tale iudiciū du-
1 biū facit. † Quia iudiciū diuidundo & familiæ erciſcundę æquiparātur.l.non putamus.§.penul.ff.cōdiui. Et ſicuti in iudicio familiæ erciſcūdę requiri-

n ij

tur ꝙ hæredes poſsideãt,aliàs ſi alter hæredẽ negaret alterũ eſſe hæredẽ,non haberet locum tale iudicium diuiſoriũ:ſed oporteret ante omnia diſcutere ius proprietatis.l.j.ff.fami.erciſ.l.fundi.& l.fundũ. ff.de excep.Et ita tenet gl.in d.l.j.licèt ſufficeret probare de poſſeſsione inter coheredẽ vel ſocios:ſcd'm glo.in l.cõi diuidundo.&maximè vbi præcedit titulus:quia tũc præſumitur poſſeſsio iuſta:vt ibi habetur:& in l.ij.C.de acquir.poſſeſ.& ita videtur tenere Flori.in d.l.j.ff.fami.erciſ.& per Ioa.Fab. Ang.
2 Aret.& Iaſ.in §.quędam.inſtitu.de actio.& † licet vxor habeat ius hypothecę pro iuribus dotalibus: tamen non impedit iudiciũ diuiſoriũ:quia trãſit cũ ſuo onere.d.l.communi diuidundo.§.ſi duo.& d.l. non putamus.§.penulti.ff.commu.diui. & hoc verum prius diſcuſſo hærede vniuerſali,ſeu principali debitore.authen.hoc ſi debitor.C.de pigno. authẽ. hodie.C.de acti.& oblig.& etiam præmiſſa faciũt ad quæſtionẽ ſuper dicto proceſſu Iſabellæ de Alpheſijs:quia dictus Petrus Perrocti donatarius medietatis bonorũ mobiliũ & immobiliũ intẽtauerat iudicium diuiſorium cum fructibus perceptis. Sed dict.Iſabella ſe opponebat pro eius iuribus:&aliàs prout pleniùs cõſtat in d.proceſſu in manibus dicti Actuerij.

ARGVMENTVM.

De duobus molendinis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota an liberetur ex quo res emphyteoticario in totum perit.*

2 *Feudum relinquere ſterilitatis cauſa an emphyteota poſſit. & nume.3.*

4 *Poſſeſſor tertius quòd pro cenſu fiſcali & arreragijs conueniri poſſit.*

5 *Decima ad ſingularem ſucceſſorem tranſit.*

6 *Emphyteota qui recognouit emphyteoſim aut annuum ſeruitiũ præſtare tenetur,quòd renuntiare domino inuito non poſſit.*

7 *Emphyteota qui ſua culpa molẽdina diſrui paſſus eſt,quòd ea inſtaurare & cenſus penſionem ſoluere teneatur.*

Quæſtio CCCXXV.

QVAERITVR quãdo emphyteota tenet duo molendina vel plura prædia ſub certis cẽſibus & permittit aliquod molendinũ vel prędium diſrui vel vacare,an teneatur reficere molendina & ad ſolutionem cenſus.Et ſi poſsit guerpire ſeu quit
1 tare in parte,dubium facit. Quia † ex quo res emphyteoticario perit in totum tũc liberatur emphyteota.l.j.C.de iure emphy.& not.in §.adeò.inſtitu.
2 de loca. Prętereà vaſallus † vel emphyteota poteſt quittare feudum.c.j.de prohib.feud.aliena.per Lothar.& not.per Bar.in l.is cum quo.ff.de aqua plu. arcen.& pro hoc etiam facit text.in l.qui agros. & l.locorũ.C.de omni agro deſer.lib.xj. vbi quando prędia emphyteoticaria ſunt deſerta per biennium poſſunt occupari.& pro hoc etiam facit: quia licitum eſt rem propriã derelinquere.§.ſi.inſtit. de rer. diui.& toto tit.ff.pro derelict. Et idem videtur eſſe in molendinis quia non apparent intercignia.l.ſi. ff.de vſucap.cum ibi not.per Bar.& Pau. de Caſtr. & per Bar.in l.quominus.ff.de flumi. in fin.Prætereà nõ obſtãt recognitiones cenſus cũ directo dño quãdo eſt nuda:quia per eam non probatur dominium.l.nunquam nuda.ff.de acquir.rer.domi. iux. not.per Bar.in l.ſi aliquã rem.ff.de acquir. poſſ. & per doct.in l.cùm falſa.C.de iur.& fact.igno.& per Spe.in tit.de loc.§.nũc aliqua.verſic.lij.liij.liiij.Sed
3 in contrarium facit: † quia non eſt licitum emphyteotę fiſci,quittare feudũ ſeu emphyteoſim prętextu ſterilitatis.l. quicunq;. la j.C.de feud. paterno. lib.xj.vbi videtur caſus in hac materia, & ibi per
4 glo.Bar.Ioan.de Plat.Et pro hoc etiã facit: † quia pro cenſu fiſcali etiã pro arreragijs poſſunt cõueniri tertij poſſeſſores.l.imperatores.de publica.l. forma.ff.de cenſi.l.j.& ij.& fin. C.ſine cen.vel reliqui.
5 Et idem eſt in decima:quia tranſit† ad ſingularem ſucceſſorem.c. cõmiſsi.c. tua nobis. le grãd de deci.Et ob iſtã cauſam in emphyteota fiſci quando alienat poteſt fiſcus experiri contra tertium poſſeſſorem ad ſoluendum & cognoſcendũ etiã in actione perſonali.iuxt.not.per Bart.in l.per domus.§.fi. ff.de lega.j.& in l.fin C.de iur.emphy.Sed redeun
6 do ad quæſitũ † ꝙ emphyteota nõ poſsit quittare emphyteoſim quãdo recognouit vel aliàs tenetur ex contractu.facit l.ſicut.C.de actio.& obli.Et hoc tenet Specu.in tit.de locato.§. nunc aliqua. verſic. cxxviij.niſi aliter cõſuetudine caueretur aut iuxta cauſa ſubeſſet:vt quia res perijt Et hoc etiam tenet Ioan.de Imol.in c.ad audientiam.de reb.eccle. nõ alienan.vbi tenet quòd emphyteota nõ poteſt quittare inuito domino,& per Bal.in l.cùm fructus. ff. de vſufruct. vbi idem tenet in vaſallo, quando eſt obligatus ad certũ annuũ ſeruitiũ. c. ſi.de capi. qui curi.vendi.cum ibi not.per glo.& doct.Et in c.j. de vaſa. qui contra cõſti.Lothar.alie.de quo etiã per Albe.in l.ij.C.de iur.emphy.&ibi per Iaſ.in vj.not.
7 Prętereà † quãdo emphyteo.ſui culpa permiſit vacare molendina adeò ꝙ ſint diſrupta,tunc tenetur reficere,&ad ſolutionẽ cenſus:ſecundũ Ioan.And. in addi.ad Specu.in tit.de loca.§.poſtquã. verſi. ſequitur.&Bal.in l.j.C.de iur.emphy.in x.q.& Albe. in authẽ.ſi quas ruinas.C.de ſacr.ſanc.eccle. & per Ang.in auth.de nõ alie.§.lex itaq;. coll.ij.tum etiã quãdo emphytheota tenet plura prædia de directo dño alicuius quorũ aliqua ſunt fertilia & alia ſterilia nõ poteſt quittare ſterilia niſi quittat omnia. l.qui vtilia.C.de omni agro.deſer. lib. xj. & ibi per Bar.& Io.de Pla.Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa ſupplicationis nobilis Iacobi de Menzepoy dicti Thalabart capitanei Quiriaci iũcto fiſco contra nobilẽ Aymarũ de Balma & dñm Anthoniũ eius fratrẽ prętextu cenſus nomine ſeſtariorũ bladi partim frumẽti partim ſiliginis partim auenæ impoſitorũ ſuper molẽdinis de pralis,videlicet,ſex ſeſtariorum & trium ſuper molendinis dẽ Vernete ſituatis in mandamẽto Quiriaci:quia dominus quondã Ioannes de Balma patruus cuius eſt hæres dictus Aymarus acquiſiuit dicta molendina ex cauſa permutationis, & dicta molendina tenuit & permiſit diſrui dicta molendina de vernete faciendo cymenta portari ad molendina de Vernete & apparet de dicto cenſu in recognitionibus Delphinal.productis, & aliàs prout apparet in actis dictæ cauſæ:aliter ad pręſens nõ declaro:quia adhuc pendet lis coram curia.

ARGVMENTVM.

De donatione facta per patrem filio matrimonij contẽplatione & quãdo duo notarij interuenerũt.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Donatio patris facta filio quòd non niſi traditio interuenerit uel donatoris morte confirmetur, ualeat.*
2 *Quid ſi fiat ex cauſa aduentitia & ob bene merita.*
3 *Quid ſi iuramentum interuenerit.*
4 *Donatio propter nuptias an ob cauſam facta dicetur.*
5 *Iuramentum an inſinuationis defectum ſuppleat.*
6 *Donatarij acceptatio an in donatione requiratur.*
7 *Donatio quòd hodie pacto nudo perficiatur.*
8 *Pollicitatio ſimplici promißione perficitur.*
9 *Pactum nudum iuramento ueſtitur.*
10 *Iuramentum uim caſus expreßi habet.*
11 *Donatio quòd ſolo conſenſu perficiatur.*
12 *Mutus donationem facere poteſt.*
13 *Teſtes inſtrumentarij quando deponant.*
14 *Quando dicitur dedit tali præſenti, an intelligatur acceptanti*
a *Pactum nudum traditione uera uel ficta ueſtitur.*

Quæſtio CCCXXVI.

QVAERITVR an donatio facta per pa-
trem de eius bonis mobilibus & immobilibus
filiofamiliâs præſenti contemplatione matrimonij
reſeruatis vſusfructibus receptis, vt prætéditur, per
duos notarios, licèt nõ ſe ſubſcripſerit, niſi vnus no
tarius. Veruntamé fuerunt examinati plures teſtes
etiam inſtrumentarij qui deponunt de veritate di-
ctę donationis, & quòd interuenit iuramentum.
Nunc quæritur de validitate dictæ donationis, &
ſi dicatur ſimplex vel ob cauſam, & an indigeat in-
ſinuatione, & an poſsit impugnari: quia non ap-
paret aliter de acceptatione & cõſenſu donatarij, li
1 cèt ibi dicatur præſenti &c. Et in effectu † licèt re-
gulariter donatio facta per patrem filio non teneat
niſi interuenerit traditio, & morte donatoris confir
metur. l. donationes. C. de dona. inter vir. & vxor. l.
ij. C. ſi quis alteri vel ſibi, cum ibi nota. per Cyn. &
cęteros, ſicut in donatione facta inter virum & vxo
rem. l. Papinianus. C. de donatio. inter vir. & vxor.
niſi aliquid interueniret loco traditionis. l. ij. cum
2 ibi nota. C. de dot. cau. non nume. † Et hoc verum
niſi eſſet facta donatio ex cauſa aduentitia propter
bene merita filij iuxt. not. per glo. & doct. in authé.
3 vnde ſi parens. C. de inoffic. teſta. vel † etiam quan
do interueniret iuramentum: quia tunc ratione iu
ramenti firmaretur donatio: ſecundum Bald. in l.
fi. C. de vſuca. pro dona. & ita communiter ſequun
tur doct. in d. l. ſi donatione. C. de colla. bo. vel etiã
qñ fieret donatio cauſa matrimonij: quia túc tene-
ret donatio inter patrẽ & filiũ. l. Papinianus Phila-
delphus. ff. famil. erciſ. & not. per glo. & doct. in l. ij.
C. de inoffic. dona. pro quo facit quod habetur per
glo. & doct. in l. j. circa fi. ff. ſolu. matri. vbi cauſa do
tis & ſtudiorũ æquiparantur: pro quo etiam facit:
4 quia in d. † donatione fit mẽtio qualiter pater de-
dit donationẽ propter nuptias. Et iſto caſu valet do
natio inter patrẽ & filiũ. l. fi. C. de dot. promi. & iſto
caſu diceretur donatio ob cauſam: quæ nõ indiget
inſinuatiõe. l. ſi pater. & l. Attilius regulus. ff. de do-
na. ſecundum Bart. in l. cùm multæ. C. de dona. an-
te nupt. & licèt Oldra. cõſi. v. videatur tenere, ꝓ ta-
lis donatio facta contẽplatione matrimoni dicatur
ſimplex, & ſic ꝙ indigeat inſinuatione ex parte ma
riti. auth. eo decurſum. C. de don. ante nupt. de quo
per Ange. cõſi. 179. & Pau. de Caſtr. conſi. 105. atta
5 men † ex quo interuenit iuramentũ habet ſupple-
re defectũ inſinuationis: ſecundũ Io. de Imol. in c.
cùm cõtingat. de iureiur. de quo per Fede. de Sen.
cõſi. 181. & Ang. Are. Inſti. de dona. & ꝙ iuramen-
tum ſuppleat defectũ inſinuationis tenet Roma. cõ
ſil. xxv. Alex. de Imol. cõſi. iij. & xij. in j. volu. & in
iij. vol. cõſi. xxj. & Franci. de Are. conſi. xlvij. & Pa-
nor. in d. c. cũ cõtingat de iureiu. & per de Io. Ferra.
in forma libelli quo agitur pro donatiõe ſuper ver
bo, irreuocabili. licèt aliqui velint facere differẽtiã
in modo iurãdi quando iuratur ſimpliciter, aut qñ
renũtiatur iuri inficiationis cũ iuramẽto. verũtamé
etiã quãdo iuretur ſimpliciter, iuramẽtũ ſupplet def
fectũ inficiatiõis: ſecundũ Io. And. in addi. ad Spe.
in tit. de inſtru. edi. §. porrò. in addi. mag. & eſt cõis
opinio: ſecundum Io. de Imol. in d. c. cũ contingat.
de iureiurand. in x. mẽbro principali. Alex. conſil.
clvij. in ij. volu. Franc. de Curt. conſi. ij. de quo etiã
habetur in deci. Thol. 381. Prętereà iſta donatio ha
bet onus annexũ: quia dictus donatarius teneba-
tur remittere certa eius bona auentitia cuidã alteri
eius fratri, & ſic non eſt ſimplex donatio nec indi-
get inſinuatione: ſecundũ Ange. in l. ſancimus. C.
de dona. Et per Io. And. in tit. de inſtru. ædi. §. por-
rò. in fi. & Alex. de Imol. in l. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. &
in l. licèt. C. de pact. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ licèt in
inſtrumento matrimonij pater dederit filio præſen
6 ti: quia iſtud non ſufficit, † niſi dicatur acceptanti:
quia oportet ꝙ appareat de cõſenſu donatarij. l. nec
ambigi. & l. ſi aliquid. C. de don. & not. per glo. in l.
7 illud. C. de ſacr. ſanc eccle. † quia licèt hodie perfi-
ciatur donatio nudo pacto. l. ſi quis. arg. §. fi. C. de
dona. & inſti. de don. §. alię. tñ requiritur conſen-
8 ſus duorũ. l. j. ff. de pact. Et in hoc differt † à pollici-
tatione quæ fit ſimplici promiſsione. l. ſi pactũ. & l.
ſi pollicitatione. ff. de pollic. & iſtã partẽ tenet An-
ge. & Pau. de Caſt. in l. qui in poteſtate. ff. de teſta.
& Franc. de Are. in l. ij. ff. de lega. j. licèt loquãtur in
donatiõe cauſa mortis, quę fit pręſenti. l. inter mor-
tis. ff. de don. cau. mor. niſi notarius ſtipularetur pro
donatario: ſecundũ Bal. in l. ſeniũ. C. qui teſta. fac.
poſſ. & in l. eam quã. C. de fideicõ. facit l. ij. ff. rẽ pu
pil. ſal. for. quia ad iſtud reſpondetur: quia ſufficit
pręſentia donatarij. & iſtã partẽ tenet Phi. Franc.
in rubr. de teſta. lib. vj. in xviij. caſu prohibitionis te
ſtãdi videlicet fil. fa. quia præſumitur cõſentire ex
quo tractatur de eius cõmodo. l. qui patitur. ff. man
da. & ita tenet Cy. Bar. & Iaſ. in l. j. C. de pact. Io. de
Imol. in repeti. c. cũ contingat. in iij. ſpecie iuramẽ-
ti, & Alex. de Imol. & Iaſ. in l. j. ff. de pact. & Ang.
quẽ refert Franc. de Are. in d. l. ij. ff. de lega. ij. & Io.
de Imol. in d. c. cùm cõtingat. de iureiur. in ij. mẽbr.
principali in illo articulo, an ex iuramẽto extra iu-
diciali oriatur actio, & maximè ratione iuramenti
quod facit valere donationẽ inter abſentes: ſecun-
dũ glo. in c quotiẽs cordis oculus. j. q. vij. faciũt no.
9 per Io. Fab. in l. nec ambigi. C. de dona. Et † attẽto
etiã ꝙ pactũ nudũ veſtitur iuramento: iuxt. not. per
glo. & docto. in l. iuriſgentiũ. §. quinimò. ff. de pact.
10 Et attẽto † quia iuramentũ habet vim caſus expreſ
ſi. l. cũ pater. ſi filius matrem. ff. de legat. ij. ſecundũ
Bal. in l. j. C. cõmo. faciũt notata per Ange. & Ale-
xandr. de Imol. in l. ſeniũ. C. qui teſtamen. fac. poſ.
11 Prætereà † donatio ſolo cõſenſu perficitur & poteſt

fieri per abſentes, per epiſtolam vel nuntium.l.etiã & l.abſenti.ff.de dona.c.ſi tibi abſenti. de præben. lib.vj. Et pariter ſufficit quòd appareat de conſenſu, nutu vel ſignis.l.in quibuſcunq;.ff.de actio. &
12 oblig.l.vbi.la ij.ff.de regu.iur.hinc eſt † quòd mutus poteſt facere donationem.l.qui id.§.j.ff.de dona. Et ſufficit quòd appareat de conſenſu annuendo humeris vel capite inclinando: ſecundum glo. in l.j.§.ſi quis ita.ff.de verbo.oblig. facit l.ſi ſtipuler. §.fin.ff.de verbor. obligationi. Et præmiſſa faciunt ad queſtionem ſuper cauſa ſupplicationis nobilis Hugueti Piuelli contra dominum Sebaſtianum Guiffredi militem auum maternum nobilis Ioachinæ pupillæ filiæ & hæredis nobilis quondã Guioni Pinelli ſuper reſtitutione bonorum & hæreditatis quæ quondam fuerunt nobilis Caroli Pinelli ſuper eo quòd quia dictus Carolus Pinelli in contractu matrimonij dicti Guioni eius filij cum nobili Ioanna Guiffredæ filia dicti domini Sebaſtiani dedit d. Guiono eius filio preſenti contéplatione d. matrimonij omnia eius bona mobilia & immobilia reſeruatis vſufructibus. Et cũ onere quòd dictus Guionus teneatur remittere dict. Hugueto eius fratri bona & hæreditatem quæ quondã fuerunt magiſtri Eynardi Pradelli in quibus dictus Guioninus fuit hæres inſtitutus, & reddere dicta bona debrigata. & fuit receptum per duos notarios
13 licèt vnus notarius tantùm ſubſcripſerit. † Sed ſuper hoc fuerunt examinati teſtes inſtrumẽtarij qui deponunt ſuper veritate dictæ donationis, & ſic il-
14 la verba † dedit dicto Guiono preſenti, intelliguntur ſtipulanti & acceptãti etiam in ſcriptura priuata.l.j.C.de contrahend.& commit.ſtipula. cum ibi not.per glo.& Bald. Prætereà quando donatio fit præſenti intelligitur ipſa re vel promiſsione, vel quia ſic dimittit vt competat actio: ſecundum glo. in l.inter mortis.ff.de dona.cauſ.mortis. Et ita eſt in propoſito: quia donatio perficit ipſa re per retentionem vſusfructus, per quam transfertur dominiũ & poſſeſsio ciuilis.l.quiſquis argentum.§.ſed ſi quidem.C.de dona.& not.per glo.& doct.in l. poſſide-
15 ri.in princip.ff.de acquiren.poſſeſ. † Nam nudum pactum veſtitur traditione vera vel ficta.l. traditionibus.C.de pact.& ibi per gloſſ. & doct. etiam in donatione inter patrẽ & filium, vel inter maritũ & vxorẽ: ſecundũ Bal.in c.ij.de feu.dato in vim leg.
16 commi. † nam etiã perficitur donatio inter abſentes, quando apprehenditur poſſeſsio de voluntate donãtis etiã ſi alius declarauit eius voluntatẽ: ſecundũ Ludo.de Roma.conſi.265.& deci.Tholo.383.

ARGVMEMTVM.

Præſens an preſumatur intelligens etiã in teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Preſens non dicitur qui non intelligit.*
2 *Præſentia ſine conſenſu eſſe non poteſt.*
3 *Teſtimonium teſtis deponentis de ſua præſentia concludit. ſecus ſi de alterius præſentia deponeret.*

Quæſtio CCCXXVII.

QVAERITVR an preſens præſumatur intelligens. Et quid in teſtibus quando deponũt & reddunt cauſam teſtimonij: quia fuerunt preſentes an tale teſtimoniũ cócludat. Et in effectu glo.in l.j.C.de erro. aduoca. videtur tenere quòd non ſufficiat, quòd quis ſit præſens, niſi ſit intelligens. ſed ſecundum Barto. ibi illud procedit cauſa dubitationis tollendæ: ſed non eſt neceſſarium exprimere: quia eo ipſo quòd dicit præſentibus, intel-
1 ligitur & intelligentibus. † Nam qui eſt præſens, ſi non intelligit, non dicitur præſens.l.coram. ff. de de verbor.ſignifi.l.diem proferre.§.coram.ff.de arbi.ſecundum Bar.in d.§.coram.& in dict.l.coram. Adde quòd quando fit inueſtitura alicui in dubio præſumitur quòd fuerit præſens: ſecũdum Bal. in rubri.C.de contrahen.empt.in xviij.q.& ibi Alexan.in appoſt.& per do.Iac.in tract.feu.ſuper verbo præſentes & recipientes. Fuit allegatum contra quendam notariũ de falſo: quia ſcripſerat actũ preſentibus: & teſtes dicebant quòd nihil ſciebant: facit quod hebetur per eundẽ Bar.in d.l.j. §.ſi quis
2 negat.ff.quemadmo.teſtamen.apper. † Nam non poteſt eſſe præſentia ſine conſenſu.l.j.§.fi.ff.de au-
3 thori.tuto. Et ideò † quando teſtis deponit de ſua præſentia, teſtimonium concludit: ſecundum Bart. ibi: ſecus ſi deponeret de præſentia alterius: vt ibi habetur, & in l.teſtium.C.de teſtib.de quo ibi Bar. & Salic.& per Bal.in l.j.ad finem.C.de bono. poſſeſſ.ſecundum tab.& ibi etiam per Alex. de Imol. & Iaſo.adeò & in tantùm quòd ſi teſtes deponant ſuper teſtamento, deponant ſe eſſe præſentes, licèt vnus non recordetur de alio de quo ibi per doct. Et idem quando notarius atteſtatur de præſentia alicuius: ſecundum Bart.in dict.l.coram.faciunt not. per Bal.& cæteros.in l.ij.§.voluntatem.ff.ſolu.matrimo.& in l.j.C.de contrahen.& commit. ſtipula.

ARGVMENTVM.

De ſtatuto requirente præſentiã aliquorũ parentũ.

SVMMARIVM.

1 *In minorum & mulierum contractus parentum vel amicorum præſentiam requiri & quare.*
2 *Præſentia parentum & amicorum ubi requiritur, tacita uoluntas ſufficiat, ſi de contradictione non appareat.*
3 *Præſens præſumitur intelligens.*
4 *Statutum parentum præſentiam requirens de quibus intelligatur. Et quis hodie de conſuetudine ſeruetur.*
5 *Statutum conſanguineorrum præſentiam requirens an de mulieribus ſicut de maſculis intelligendus ueniat.*
6 *Statutum requirens parentum præſentiam an de parentibus tam ex parte matris quàm patris intelligendum ſit.*

Quæſtio CCCXXVIII.

QVAERITVR quid in materia ſtatuti quando ſtatuto cauetur, quòd mulier vel minor prohibeatur donare vel cõtrahere, niſi interueniat præſentia vel volũtas propinquorũ, an ſufficiat preſentia abſq; alia expreſſa volũtate vel cóſenſu. Et an intelligatur de promiximioribus parẽtib. & quid iuris quando recuſant intereſſe. Et in effe-
1 ctu vtile † eſt quòd in cõtractu interueniat præſentia parentum & amicorũ: quia facit ceſſare preſumptionẽ doli vel metus, & subornationis.l.trãſactionem.C.de tranſa. Et in hoc fundatur ratio ſtatutorum Italiæ prohibentium, quòd mulieres & minores non poſsint contrahere ſine preſentia cóſaguine-
2 orũ: ſecundũ Bal.ibi. Sed redeũdo ad † queſitum quando ſtatutum requirit præſentiam propinquorum & amicorum tunc ſufficit tacita voluntas,

ex quo

ex quo non apparet de contradictione.l.ij.§.voluntatem.ff.ſolut.matrimo.& ibi per docto.quia iſto caſu ille qui tacet conſentire videtur.capit. qui tacet.de reg.iur.li.vj. Et hoc videtur velle Ang.in l.j. §.Marcellus.ff.ſi cui plus quã per leg.falci.&Bald. in l.ij.C.de legiti.hæredi.& Panormita.in capi.ve-
3 ſtra.de loca.Et pro hoc facit,† qui fuit præſens prę ſumitur intelligens.l. diem proferre.§.coram.ff. de arbi.& l.coram.ff.de verbo.ſignifica.& in l.j.C. de erro.aduoca.Quid autem quando ſtatutum requireret voluntatem vel licentiam aut conſenſum alicuius an ſufficiat tacitus conſenſus.vide per Bald. & Alexand.in dict.l.ij.l.voluntatem.ff.ſolu. matrimo.Sed an iſto caſu,ſufficiat quòd ſint aliqui conſanguinei pręſentes,licèt ſint aliqui alij ꝓximiores.
4 Et † id in effectu ſtatutum debet intelligi, ſecundum ordinem iuris de proximioribus quando ſunt in loco:ſecundum Bald.Ange.& Salic.in l.fina.C.de verbo.ſignific.licèt Barto.in dict.l. tranſactionem.C.de tranſactio.tenet contrarium, quòd ſufficiat præſentia aliorum propinquorum niſi expreſsè ſtatuto caueretur,quòd interuenit præſentia proximorum & ibi ſequuntur Bald.& Iaſo. & iſta pars ſeruatur de conſuetudine: ſecundum Iacobũ Butriga.& Salycc.in l.j.C. vnde vir & vxor.Et ibi tales proximiores eſſent abſentes,ſufficeret vocare de alijs amicis & parentibus:iuxta.not.per Bald.in
5 l.viduæ.& l.in coniũctione.C.de nupt † Et an ſtatutum intelligatur de mulieribus ſicuti de maſculis.Bald.in l.j.C.qui admitti ad bon.poſſ. circa finem videtur ſentire quòd non: quia conſilium & authoritas propriè eſt virorum & non mulierum.l. quidam decedens.§.Papinianus.ff.de adminſtr. tuto. vide etiam per eundem Bald.in l.non ſolum.§. neceſsitatem.C.de bon.quæ lib.Sed quid iuris quã do tales proximiores fuerint vocati & recuſant intereſſe an iſto caſu mulier poſsit cõtrahere nonobſtante ſtatuto.l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verbor.obligatio.ſecundum Barto.in l.ſi cùm dotem. §.eo autem tempore.ff.ſoluto matrimo. & ibi per Alexand.Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper edicto Delphinali,de donationibus vbi requiritur quòd fiant coram iudice ſeu caſtellano loci, & in præſentia trium proximiorum, conſanguineorũ ſiue parentum donatoris. &c.de materia vide per Bald.in dict.l.j.C.qui admitti ad bon.poſſ. & in d. l.cùm ſolum.§.neceſsitatem. C.de bon. quæ libe.
6 An † aũt iſto caſu debeãt etiã vocari proximiores ex parte patris vel etiam ex parte matris Et videtur quòd ſic, niſi aliter ſtatuto caueretur:quia hodie eſt ſublata differentia agnationis & cognationis: vt in authenti.de hæredi.quæ ab inteſta.§. nullam. collatio.ix.authentic.ceſſante.C. de legiti. hæredi. & authentic.ſicut.C.de legiti.tutel.Veruntamen vbi deficerent paretes ex parte patris requiſiti ex forma ſtatuti poſſent accipi de parẽtibus ex parte matris ſeu agnationis:iuxta.nota.per Bart.& Alexan. de Imol.in l.Stichum.ff.de leg.j.

ARGVMENTVM.

De teſtatore legante rem alienam vel hæredis qui teſtamentum approbauit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator legans rem alienam vel hæredis in ipſius præſentia non contradicentis an, & quando ſibi nocumento ſit.*
2 *Præſentia ſola filij patre teſtante & rem filij legante an ipſi filio nociua ſit.*
3 *Conſenſus an metu reuerentiali impediatur.*
4 *Filius qui ſe patris teſtamento ſubſcriſit an ſibi ipſi præiudicarit.*
5 *Conſentiens alienationi rei ſuæ an ſibi fiat præiudicium in pretio.*
6 *Conſentiens de re ſua teſtari, an ſibi præiudicet.*
7 *Teſtamentum approbans in quo res ſua alienata eſt, quòd ſibi ipſi præiudicare uideatur.*
8 *Hæres alienans rem reſtitutioni ſubiectam fideicõmiſſario præſente, an ſibi noceat.*
9 *Teſtari permittens de re ſua quòd cõſentire nõ, niſi expreſſe conſentiat, intelligatur.*
10 *Teſtator legans rem, propriam hæredis uel communis an hæredi præſenti præiudicij nonnihil allatum ſit.*
11 *Verb. meum tuum, quòd dominij cauſam denotant.*
12 *Filij hæredes teſtamenti patris adprobatio latiùs non extenditur præter quam quòd teſtamentum ipſum contineat.*

Quæſtio CCCXXIX.

QVAERITVR quando teſtator legat rem alienam vel hæredis in præſentia ipſius non contradicentis an fiat ſibi præiudicium. Et quid iuris quando hæres expreſsè approbat teſtamentum,an per hoc videatur renuntiatum, iuri do-
1 nationis competentis inter viuos. † Et prima facie videretur dicendum, quòd non.l. Titia..cum teſtamento.§.Lucia.ff.de legat.ij.niſi euidenter apparuerit quòd hoc fecerit cauſa ſui iuris admittendi:vt ibi habetur etiam ſi quis interfuerit tanquàm teſtis, & maximè quando ignorabat ius ſuum, licèt ſecundum Paul.de Caſtro.idem eſſet ſi ſciebat: quia officium teſtis non debet eſſe damnoſum, & pariter non poterat impedire actum. faciunt nota. per gloſ.& doctor.in l. Caius.ff.de pignori. actio. & hoc quando quis non ſe ſcripſiſſet, aliàs ſecus.l. fideiuſſor.§. pater.ff de pignori.licèt gloſſ.ibi det plures ſolutiones .Et inter cætera quando quis eſt præſens qui in actu, qui poſſet geri ipſo inuito, & tũc præſentia non præiudicat,de quo ibi per Saly. Veruntamen ſi quis fuiſſet præſens & tacens fraudulẽter,tunc ſibi præiudicaret.l.ſi ſine.C.ad Vellei. vel niſi eſſet coniũctus.l.ſi ſeruus.ff.de donatio. inter virum & vxor.ſecundum Paul.de Caſtr.in dict.
2 §.Lucia.† Sed iſtud non videtur procedere in filio propter metum reuerentialem patris qui impedit conſenſum.l.penult.ff.de furt.l.j.§.quę honerandę. quar.rer.actio.non da. & ideò ſola præſentia filij nõ ſufficeret,niſi probaretur ipſum cõſenſiſſe.l.qui vas.§.qui vetare.ff.de fur.l.filisfamiliàs.§. inuitus. ff.de procura.& ibi gloſſ.quæ ponit exemplum de ſtylo qui erubeſcit loqui.Et hoc tenet Bartol. in l. quæ dotis.ff.ſoluto.matrimo.& Anto.de Butrio in capitu.nõne.de præſumptio.licèt Panormita.ibi videatur tenere contrarium per capit.j.de deſponſa. impube.libr.vj. vbi filius tacens videtur conſenti-
3 re patri. † Prætereà metus reuerentialis non impedit expreſſum conſenſum filij:ſecundum Bartol.in dict.§.quæ honorande : ergo videtur idem in tacito conſenſu.arg.l.cùm quid.ff.ſi cert.peta.licèt Alexand.de Imo.in dict.l.quæ dotis.ſuper hoc videa

tu: facere certam diſtinctionem & inter cætera an agatur de euidenti & magno præiudicio, & tunc non videatur filius conſentire: aliàs ſecus. Nec obſtat dict. l. fideiuſſor. §. pater. ff. de pignori. quia ibi
4 nõ interuenit ſola taciturnitas, † ſed actus ſubſcriptionis: & ideò ſibi præiudicat, niſi aliter appareret quod fuiſſet euidenter deceptus. l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſol. Nec obſtat l. codicillis. §. j. ff. de legat. ij. vbi videtur probari quàdo quis conſentit alienationi: rei ſuæ ſibi præiudicat etiam in pretio: quia ſecundum Bartol. ibi eſt ſpeciale quãdo libertas cõſentit alienationi patroni vbi præſumitur faciliùs animus donãdi ꝓpter precedens meritũ. l. ſi verò nõ remunerandi. §. Papinianus. ff. manda. † aliàs per ſimplicem conſenſum a-
5 lienationis rei ſuæ non fieret præiudicium in pretio. l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff. de lega. j. de quo ibi per gloſſ. Bartol. & cæteros & in l. ſi mater.
6 C. de rei vendicatio. Sed redeundo ad † quæſitum quando quis permittit teſtari de re ſua an fiat ſibi præiudicium. Et videretur quòd ſic. l. ſicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. ſolu. vbi eſt textus ſingularis ſecundum Bald. in l. venditioni. C. de vſucapio. pro empto. & in capit. j. §. præterea. quib. mod. feud. amit. vnde ſecundum Bartol. in dict. §. venditionis. quando quis cõſentit vt res ſua legatur, tunc paratur ſibi præiudicium, de quo ſe remittit ad nota. in l. cùm quis decedens. in princip. ff. de legat. iij. & ibi an propter talem conſenſum quis poſsit conueniri, quando expreſsè conſentit viuente teſtatore, † & quis approbat teſtamentum. Sed quando poſt mortem teſtatoris quis approbat expreſsè teſtamentum habetur in l. non dubiũ. C. de teſta. de approbatione teſtamenti vide per do Gui. Pap. deciſi. lxxxxvj. & ccccxxvij. & in ij. volum. cauſarum miſtarum in tract. vſusfructus quæſtione. xj. vnde gloſſ. in l. cùm proponas. la j. C. de pact. videtur tenere quòd quando quis eſt præſens in venditione rei ſuæ & non contradicit ſibi præiudicat. allegat l. quotiens. de fideicommiſ. Sed communiter dicta gloſſ. reprehenditur niſi expreſsè cõſentiret. l. cùm pater. §. libertis. ff. de legat. ij. aliàs ſi hæres pendente conditione alienat rem ſubiectam reſtitutioni in præſentia fideicommiſſarij non ſibi præiudicaret: quia non poterat impedire actum, niſi quis affirmaret quòd res non ſubiacebat reſti-
9 tutioni. de quo ibi per Iaſ. Præterea †. licèt quis patiatur de re ſua teſtari, non videtur conſentire, niſi expreſsè conſentiat: ſecundum Bald. in capitu. j. de prohibit. feu. aliena. per Lothar. & Iaſon. in dict. l. cùm proponas. & ibi etiam allegat Alexand. conſil. cclxxxv. incipiente Poteratis hijs. de quo etiam per ipſum in l. ſi quando. §. generaliter. C. de inof
10 fic. teſtamen. & in l. cùm alienam. C. de lega. † Nec obſtat ſi dicatur quòd quando teſtator legat rem propriam hæredis quòd valet legatum ſiue ſcienter ſiue ignoranter. l. vnum ex familia. ff. de legat. ij. quia videtur magis legare iſto caſu rem ſuam quàm alienam, adeò quòd ſi teſtator leget rem communem quam habet cùm hærede debetur tota: ſecundum Bartol. & Bald. ibi facit l. cùm filius. §. dominus. ff. de legat. ij. quia ad iſtud reſpondetur quod eſt verum niſi teſtator nominauerit fundum ſuum ſeu meum: quia tunc videtur legaſſe partem ſuam ſeu ius quod habet: ſecundum Bartol. in l. ſerui electione. §. cùm fundus. ff. de legat. j. facit l. quod in rerum. §. j. & l. ſi dominus. §. fin. ff. de legat. §: j. & l. vxor. C. de lega. cum ibi notat. quia iſta verba, meum tuum. denotant cauſam dominij. l. ſolùm. §. j. ff. de rei vendicatio. l. cùm ſuæ. & l. ſeruos. ff. de legat. iij. l. Quintus. §. argento. ff. de auro & argen. leg. niſi aliter appareret de communi vſu loquendi. l. liberorum. ff. de lega. iij. l. cùm de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtruct. legat. ſecundum gloſſ. in l. ij. in princip. ff. de iuſtit. & iur. & per Bartol. & cæteros
12 in rubrica. ff. de oper. noui. nuntia. † Et licèt hæres adhiuerit hereditatem ſine beneficio inuentarij vel expreſsè approbauerit teſtamentum patris, tamen talis approbatio non plus operatur quàm in teſtamento continetur. l. ſi ita ſcripſero. & l. in teſtamento. la ij. ff. de conditio. & demonſtratio. ſecundum Alex. de Imol. conſil. lxxxxj. in ij. dubio in. j. volu. & etiã tenet in iij. vol. cõſ. xx. quia licèt approbauerit quoad legatũ nõ tñ approbauit quoad reſtitutionẽ fideicõmiſsi vniuerſalis. ex quo ſequitur ꝙ licèt teſtator in teſtamẽto legauerit eius vxori domũ ſeu turrim hæredes & certa alia legata fecerit de bonis donatis hæredi in contractu eius matrimonij: tamen tale legatum particulare non affert præiudicium hæredi quoad alia bona donata de quibus non exprſsè teſtatus fuit, prout ſupra dictum fuit, licèt etiam dictum legatum vxoris fuit effectum caducum ſeu quaſi, quia vxor eſt mortua ante teſtatorem. l. j. §. pro ſecundo. C. de caduc. tollend. Et premiſſa faciunt ad quæſtionem dictæ donationis per dictum nobilem Carolum Pinelli dicto Guiono eius filio in contractu eius matrimonij cùm nobili Ioanna Guiffredæ de eius bonis mobilibus & immobilibus reſeruatis vſusfructibus: quia ex poſt facto dictus Carolus fecit eius teſtamentum in quo fecit certum legatum eius vxori de certis bonis donatis, & dictus Guionus approbauit dictum teſtamentum, an fecerit ſibi preiudicium ſaltem quò ad ſubſtitutionem vbi Huguetus eius frater fuit ſubſtitutus caſu quo dictus Guionus decederet ſine liberis maſculis prout deceſsit ſuperſtita vnica filia pupill. Ioachina vocata.

ARGVMENTVM.

De donatione patris facta filio teſtamento confirmata.

SVMMARIVM.

1 *Donatio patris facta filio quæ à principio ualuit, ſi teſtamento confirmetur quòd legati ſeu relicti uim non habeat.*
2 *Quid ſi de donatione non appareat.*
3 *Caſus ſpeciales ubi donatio inter coniuges ualeat.*
4 *Donatione ſtante ualida an hæreditatis aditio requiratur.*
5 *Donatio inter coniuges uel inter fratrem & filium quòd à morte confirmetur, ſi traditio interuenerit, aut aliquid traditionis loco.*
6 *Aeſtimatio donationis factæ à patre filio teſtamento confirmata non debetur.*
7 *Confirmatione actus maioris authoritatis redditur.*

Quæſtio CCCXXX.

QVAERITVR an confirmatio facta in teſtamento patris de donatione facta filio habeat vim

habeat vim legati ſeu fideicommiſsi & quid operetur. Et ſi requirat immiſsionem ſeu aditionem hæreditatis. Et quid iuris de donatione cauſa mortis. Et † in effectu quando talis donatio à principio tenet, vt quia eſt iurata, vel eſt facta in caſibus ſpecialibus: de quibus per gloſſ. & docto. in l. ij. C. de inoff. don. a. tunc iſto caſu talis confirmatio non habet vim legati ſeu relicti l. ſi quando. ff. de legat. j. quia verba debent de aliquo operari. Et ideò talis confirmatio non trahitur ad donationes validas, ſed inualidas, vt ibi habetur. facit l. iij. in princip. ff. de legat. iij. & l. ex verbis. & l. donationes la j. C. de donatio. inter vir. & vxo. quia ex quo apparet de donatione valida prius facta, talis confirmatio nõ induxit fideicommiſſum, vt ibi habetur. l. verba. C.
2 de teſta. l. ſi donatio. & de donatio. † ſecus autem vbi non appareret de donatione: quia talis confirmatio induceret vim fideicõmiſsi: vt ibi habetur, & licèt donatio quæ fit inter virum & vxorem, vel per patrem filio, morte confirmetur quando eſt infrà quantitatem legitimam, quæ non indiget inſinuatione: tantum ſi confirmetur in teſtamento talis confirmatio retro trahitur ad illud tempus quo donatio conſcripta eſt. dict. l. donationes. C. de dona. inter virum & vxo. Nec obſtat l. ſi donatione. C. de colla. bon. quia ibi fuerat conceſſum in peculium profectitium. faciunt nota. in l. filiæ. & in l. filium quem. C. fami. erciſcund. facit etiam quod habetur in l. res vxoris. C. de donatio. inter vir. & vxo. vnde Bartol. in dict. l. ſi quando. ff. de legat. j. diſtinguit quando teſtator vtitur verbis lego, vel fideicommitto, & tunc videtur recedere à præcedenti donatione. l. illud. ff. de acquirend. hæredita. Si tamen vtatur verbo, confirmo, vel verbo dubio, habeat, & tũc valet vt donatio in eo quòd fuiſſet tacitè confirmatum infrà ſummam legitimam. Et ita in effectu videtur tenere Cyn. poſt gloſſ. in dict. l. ex verbis. C. de donatio. inter vir. & vxo. licèt Paul. tenuerit indiſtinctè quòd talis confirmatio facta in teſtamento inducat legatum, & poſſet eſſe etiam vtilis quando negaretur donatio, quia tunc haberet vim legati. l. ex hac ſcriptura. ff. de donatio. de quo etiam per Bald. in dict. l. ſi quando. vbi in dubio debet interpretari in eo ſenſu qui facit actum valere, & non reddit ipſum fruſtratorium. & per Paul. de Caſtr. in dict. l. ſi quando vbi ponit plures caſus ſpeciales
3 in quibus tenet donatio inter virum & vxorem. † Et inter cætera quando dat pro alimentis aliquid annuum. l. ex annuo. ff. de dona. inter vir. & vxor. & tandem quando teſtator confirmat donationem quæ prius erat valida vel morte confirmatur tunc non habet vim relicti ſeu legati, aliàs ſecus. Et eſt
4 magni effectus: † quia quãdo donatio valet in vim contractus inter viuos vel donationis cauſa mortis, tunc non æquiparatur aditio hæreditatis in teſtamento vel ab inteſtato: ſecundum gloſſ. in l. poſt legatum. § qui mortis. ff. de hijs quibus vt indgn. & l filiæ. C. famil. erciſcund. & per Barto. in l. in mortis. ff. de donatio. cauſa mort. quia ſolùm attenditur tempus mortis, & non tempus aditionis hæreditatis: ſecundum Barto. in l. ſequens quæſtio. ff. de legat. ii. & in effectu tenet Pau. de Caſtr. in dict. l. ſi
5 quando. † Et quòd ſupradictum fuit quòd donatio inter virum & vxorem vel, inter patrem & filium morte confirmetur eſt verum ſi interueniat tra ditio vel aliquid loco traditionis. l. Papinianus. ff. de donatio. inter vi. & vxo. l. ij. de dote caut. non num. & in l. ij. C. ſi cui pluſquã per leg. l. ij. C. ſi
6 quis alteri. † Et licèt quando confirmatur donatio in teſtamento de donatione prius facta quando erat valida vel morte confirmabatur: tamen non debetur confirmatio: quia non poteſt peti vtrunq; iuxta not. per gloſſ. & doctor. in dict. l. ex verbis. Et pro præmiſsis etiam facit: quia quando confirmat non, dat. vt no. in l. & quia. ff. de iuriſdict. omnium
7 iudic. capitu inter dilectos. de fide inſtrumen. † licèt actus ſit maioris authoritatis per confirmationem: ſecundum gloſſ. in capi. quia diuerſitatem. de conceſſi. præbend. de quo per Alberic. in dict. l. ex verbis. Et præmiſſa etiam faciunt ad quæſtionem quia in teſtamento dicti nobilis Caroli Pinelli ipſe confirmauit donationem factam dict. Curono eius filio contemplatione matrimonij cum dicta nobili Ioanna Guiffredæ vbi interuenit iuramentum an talis confirmatio operetur effectum patet reſponſio ex præcedentibus.

ARGVMENTVM.

Donatio facta filio matrimonij contemplatione an in fideicommiſsi reſtitutione veniat.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta filio cauſa matrimonij quòd in fideicommiſsi reſtitutionem ueniat Azo, tenuit. & num. 3.*
2 *Donatio filio facta matrimonij contemplatione quòd in quartam trebellianicam ueniat.*
4 *Coniecturæ legum probationes liquidiſsimè.*
5 *Donatio cauſa matrimonij uenit in fideicommiſsi reſtitutionem quando hæres ſe immiſcuit inuentario non confecto.*
6 *Bona emphyteuticaria in fideicõmmiſsi reſtitutione ueniunt.*
7 *Subſtituti qualitas in defuncti uoluntate probanda optima coniectura.*
8 *Hæres approbans teſtamentum ſibi præiudicat.*
9 *Donatio in teſtamento confirmata quod in fideicommiſsi reſtitutione ueniat.*
10 *Donatio facta matrimonij contemplatione extra donantis bona.*
11 *Donatio facta filio cauſa nuptiarum cum iuramento & uſus fructus retentione fideicommiſsi reſtitutioni ſubiacet.*
12 *Fideicommiſsi onus quòd in donatione inter uiuos non cadat.*
13 *Donatio teſtamento confirmata quòd fideicommiſsi reſtitutione non ſubiaceat.*
14 *Teſtator in dubio de ſuis bonis teſtari præſumitur. & n. 19*
15 *Teſtator legando rem communem, quòd pars tantùm teſtatoris in legato ueniat.*
16 *Hæres an hodie iura ſua deducere non confecto inuentario poßit.*
17 *Actio realis non confunditur.*
18 *Teſtamenti approbatio quòd magis non inferat quàm quod in teſtamento continetur.*

Quæſtio CCCXXXI

QVAERITVR an donatio facta filio familiàs per patrem cum iuramento contẽplatione matrimonij veniat in reſtitutione fideicommiſsi. Et quia iſta quæſtio erat vna principalis difficultas in dicto proceſſu diffinito dicti nobilis Hu

gueti Pinelli ſubſtituti ex vna, & dictæ nobilis Ioachinę Pinelli pupillæ filiæ & hæredis dicti quondã nobilis Guioni Pinelli, ideò vt veritas magis perpendatur inſeram motiua ſubſcripta. Et primo pro
1 parte affirmatiua, † quòd dicta donatio veniat in reſtitutione fideicommiſſi facit l. filium quem. C. fami. erciſcun. ſecundum intellectum Azo. & Hug. qui dicitur communis: ſecundum Iacobũ Butrig. & Bald. ibi in ſummaria, licèt ſecundum antiquos intelligatur ibi quòd loquatur quando fundus erat cõceſſus filio in cauſam peculij profectitij. vel ſecundum Ioan. ibi erat datus cauſa mortis vel prælegatus, vnde ſecundum Azo. fundus erat ibi datus à patre filio vel benemerito vel conficiendo vltimum arbitrium, & ſic venit in reſtitutionem. l. fi-
2 liæ. C. fami. erciſcun. † Nec obſtat. l. ſequẽs queſtio. ff. de legat. ij. vbi donatio facta vxori dicitur extra cauſam bonorum defuncti, & ſic non venit in reſtitutiõe fideicõmiſſi, niſi nominatim exprimatur. & ita tenuit Dyn. contra lecturam Azo. licèt Franciſ. Arcus quem refert Cyn. in dict. l. filium quem. videatur facere differentiam inter donationem inter virum & vxorem quę non venit in reſtitutione fideicommiſſi. dict. l. ſequens quæſtio. Secus in donatione facta per patrẽ filio. Sed iſta lectura Azo. confunditur per d. l. ſequens quæſtio. ſecundum Dyn. quia tales donationes æquiparantur. dict. l. donationes. la j. C. de donatio. inter vir. & vxor. vnde ſecũdum Barto. in dict. l. filium quem. difficultas oritur ex variatione lecturarum: vnde ſecundum vnã lecturam fundus erat conceſſus in peculium profectitium, & ideò venit in reſtitutionem fideicommiſſi, vel erat datum cauſa conditionis implendæ. Et tandem quoad lecturam Azo. & Hug. tenendo ꝙ fundus erat ibi donatus filio familiàs & quòd venit in reſtitutione fideicõmiſſi: ſed an opinio Azo. ſit vera, quòd res donata veniat in reſtitutionem fideicommiſſi Dyn. tenuit quod non per d. l. ſequẽs queſtio. Nec computatur in quartam. l. in fideicõmiſſaria. ff. ad trebel. vnde Bartol. in dict. l. filium quem. cica finem tenentem opinionem antiquorũ contra Azo. quòd res donata non veniat in reſtitutionem fideicommiſſi. Et ita tenuit in l. Marcellus. §. quidam. ff. ad trebel. & per gloſſ. in l. cùm virũ. C. de ficommiſ. licèt ibi loquatur gloſſ. de donationibus factis inter virum & vxorem ſecundo pro iſta parte facit: quia dictus Carolus Pinelli teſtator legauit Marię de prato eius vxori domum ſeu turrim hæredis & certa alia legata facit de bonis donatis hæredi, & ita apparet manifeſtè de voluntate teſtatoris quòd voluerit comprehendere bona donata
3 in reſtitutione fideicommiſſi: † quia ſufficit facere mentionem de bonis donatis in aliqua parte teſtamenti. l. qui filiabus. in princip. ff. de leg. j. vnde ſecũdum Bal. in d. l. filium quem. ſufficit ꝙ appareat de voluntate teſtatoris per indicia ſeu coniecturas:
4 quia † coniecturæ legũ dicuntur liquidiſsimè probationes. l. licèt. ff. de lega. j. ſecundum glo. in l. ij. C. pericu. tuto. quia illud quod poteſt dici expreſſum in genere. l. fi. C. ꝙ cũ eo. iuxta no. per Bar. in l. j. ff. de vulga. & pupil. in ij. membro principali. Ac tantũ operantur ac ſi ſpecialiter exprimerentur. ſecundũ Pau. de Caſt. in l. ſi quando. ff. de leg. j. facit l. omnes. C. de preſcrip. triginta vel quadraginta annor. cũ ibi not. per Bal. & Ang. Tertio pro iſta parte fa-
5 cit † quia dict. Guionus hæres vniuerſalis ſe immiſcuit hæreditati ſine beneficio inuentarij, & per cõſequens dict. donatio v. detur remanere confuſa & ꝙ omnia veniãt in reſtitutione fideicommiſſi. l. fi. §. in cõputatione. C. de iur. delib. & per glo. in l. imponenda. C. ad leg. falci. Et ita videtur ſentire Saly. in d. l. filiũ quem. C. famil. erciſ. ſuper lectura Azo. dũ ibi tenet ꝙ quãdo donatarius eſt ſolus hæres inſtitutus & grauatus de reſtituendo ꝙ euaneſcet donatio: quia hæres capit totũ iure hæreditario & venit in reſtitutionẽ fideicõmiſſi. Albe. verò in d. l. filiũ quem. refert opiniones, & videtur inhærere opinioni Dyn. Quartò pro iſta parte facit quod habetur per Ioã. And. in addi. Spec. in tit. de loca. §. nũc
6 aliqua. verſ. clvij. & ſequẽti vbi tenet, † ꝙ in reſtitutione fideicõmiſſi veniunt etiã bona emphyteuticaria, quãdo hẽres nõ fuit proteſtatus, & ſubſtitutus eſt de liberis. Et ita tenet Bal. in l. cũ virum. circa fi-
7 nẽ. C. de fideicõmiſ. † Nã qualitas ſubſtituti bene operatur ad cõiecturandũ voluntatẽ defuncti. iuxta. no. per glo. & doct. in l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. & per Bar. in l. Centurio. eo. tit. & in l. præcibus. C. de imp. & alijs ſubſtit. & in c. ſi pater. de teſta. li. vj.
8 Quintò pro iſta parte facit: † quia dict. teſtator teſtatus eſt in præſentia filij non cõtradicentis, quinimò approbauit voluntatẽ defuncti, & ſic facit ſibi præiudiciũ. l. fideiuſſor. §. pater. ff. de pigno. l. ſicut. §. vẽditionis. ff. qui. mo. pig. vel hypo. ſolu. l. cũ quis decedens. cum ibi no. ff. de leg. iij. l. non dubiũ. C. de teſta. cum ibi not. & ſuprà pleniùs fuit tactũ. quæſt. dccclxvj. Sextò pro iſta parte facit: quia dict. teſtator legauit de bonis donatis prout ſuprà dictũ fuit. Et licèt teſtator in inſtitutione hæredis inſtituerit hæredẽ in omnibus alijs bonis ſuis de quibus ſuprà non diſpoſuit: tamen non obſtante illa reſeruatiõe legata veniunt in inſtitutione hæredis, & debent ſolui legata per manus hæredis. l. non dubiũ. C. de lega. Bald. & Ioã. de Imol. in l. ſi ita quis. ff. de hæredi. inſtituẽ. ſed gloſſ. pro iſta parte facit: quia dictus teſtator in d. eius teſtamento confirmauit dictã donationẽ factam eius filio: ergo talis confirmatio debet de aliquo operari, vt habeat vim relicti. l. ſi quã-
9 do. ff. de lega. j. † & ita talis donatio cõfirmata debet venire in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis ſecũdum Bal. in terminis in. l. in donationibus. C. ad leg. falci. vbi æquiparat quando donationes ſunt cõfirmatæ in teſtamento vel quando fuit nominatim dictum, quòd veniant in reſtitutionem fideicommiſſi, pro quo allegat dict. l. ſequens queſtio. ff. de legat. ij. Sed pro cõtraria parte facit quòd dicta donatio non veniat in reſtitutionem fidei-
10 commiſſi. d. l. ſequens. quæſtio. ff. de legat. ij. † quia talis donatio dicitur extra bona defuncti: & alio iure capitur quàm iure hæreditario, niſi nominatim aliter eſſet dictum. Et licèt loquatur in donatione inter cõiuges: tamen idem eſt in donatione facta per patrem filio: ſecundum Dyn. & communiter doctores: quia ambæ morte confirmãtur. l. donationes. la j. C. de donatione. inter virum & vxor. Secundò pro iſta parte facit l. cùm pater. §. fidei tuæ. & l. fina. §. filia. ff. de lega. ij. & l. à filia & l. Lucius. §. maritus. ff. ad trebel. vbi in reſtitutione fideicommiſſi. nõ venit dos, etiam ſi fuerit prelegata. Quinimò ſi fuerit hæres

fuerit heres rogatus reſtituere quicquid ad eum ex bonis defuncti peruenerit non venit illud quod percipitur in contractu inter viuos:ſecundũ Ange. Paul.de Caſtr. Alexand.in d.l. à filia.etiam ſi morte confirmetur talis donatio. d. l. ſequens quęſtio. quia talia iura non percipiuntur iure hęreditario. & ideò non veniunt in reſtitutione fideicommiſsi. l.in fideicõmiſſaria.ver.quotiens.& l. debitor.§. fi. & l.ſi res aliena.ff.ad tre. Tertiò pro iſta parte facit
11 quia † iſta donatio facta filio in cõtractu matrimonij cũ iuraméto. & retentione vſusfructus à primo fuit valida & inter viuos:& per conſequens non venit in reſtitutione fideicõmiſsi:ſecundũ Bald.& Salyc.in d.l.filium quem. Et in d.l. cũ virum. C. de fideicõmiſsi. Sicuti dicitur de donatiõe facta per patrem filio benemerito ſeu ex cauſa aduenticia quæ à principio tenet:ſecundũ.glo.& doct.in auth. vnde ſi parens.C.de inoffi.teſtam.Et pro hoc facit l.ſi
12 mulier.in prin.ff.de lega.iij.vbi † in donatione inter viuos non cadit onus fideicommiſ.ex teſtamẽto:ſecus vi pacti ſecundũ.glo.ibi licèt quando fieret donatio inter viuos in teſtamento: tunc poſſet grauari donatarius & informaretur tale onus fideicõmiſsi per teſtamẽtũ,ſicut infirmaretur per pactũ in continenti appoſitũ.Secus ſi ex interuallo: quia tũc nõ poſſet apponi, ex quo donatio eſt perfecta: ſecundũ Bald. ibi l.perfecta. C.de donat.quæ ſub mod.niſi interueniret cõſenſus donatarij: ſecundũ gl.ibi.Et licèt in donatione interviuos ex interuallo nõ poſsit apponi onus ſine conſenſu donatarij: ſecus in donatione cauſa mortis:ſecundũ Barto.& Bald.in d.l.ſi mulier.licèt gl.vbi aliter videatur ſentire.pro quo facit d.l.ſequens quæſtio.ff.de lega.ij. & l.in donationibus.C.ad leg.fal. Quartò pro iſta
13 parte facit: † quia in dicto teſtamento interuenit confirmatio dictæ donationis.&ita pręſumendum eſt de volũtate teſtatoris ꝙ voluerit habere donatariũ præcipuũ donationẽ,& ꝙ nõ voluerit cõprehẽdere d.bona donata in d.ſubſtitutiõe.l.ex verbis.C.de dona.inter vir.& vxor.Et licèt dictus teſtator cõdiderit teſtamentũ in pręſentia dicti donatarij hęredis inſtituti,& ꝙ approbauerit expreſsè voluntatem defuncti:tamẽ per hoc non fit ſibi pręiudiciũ. l.Gayus. cũ ibi not.ff.de pign.acti.Prętereà dictus teſtator non declarauit ꝙ nominatim & expreſsè dicta bona donata cõprehenderentur in dicta ſubſtitutione, quod tamen requiritur. d.l.ſequens qõ. nec ſufficeret verba.generalia d.l. l.ij.§.maritus.ff. ad trebel.ſecundũ Alexã.de Imol. cõſilio xx.in iij.
14 volu.Quintò pro iſta parte facit: † quia in dubio teſtator præſumitur teſtari de ſuis bonis proprijs& non hæredis.l.coheredi.§.cũ filiæ.ff.de vulga.&pupil.ſecundũ Bart.in l.cũ in teſtaméto.ff.de auro & argen.lega.& in l.ex facto.poſt glo.ff.ad trebel.Et ita etiã apparet per tenorem dicti teſtamenti vbi dictus teſtator locutus eſt in inſtitutione hęredis per pronomina denotantia cauſam dominij vti meis ſuis & c.l. ſerui.electione.§. fin.ff.de legat.j.l.cum ancillæ. & l. ſeruos.ff.de legatis. ij. ita quòd in dubio teſtator ſolũ pręſumitur legare ius quod ſibi pertinet etiam ſi ſit morte finiturus.l.quod in rerũ. §.j.& l.ſi domus.§.fi.ff.de leg.j.l. vxor. C. de legat.
15 ita † quòd ſi teſtator legat rem communẽ cũ hęrede dicendo mea non debetur, niſi pars teſtatoris:ſecundum.Barto. & cęteros.in dict.l.ſerui electionem.§.fina.Secus ſi ſimplex legat et rem communẽ cum hęrede l. vnum ex familia.§.ſi rem.ff. de lega. ij.Nec obſtat ſi dicatur,quòd dictus Guionus Pinelli donatarius ſe immiſcuit hęreditati patris ſine beneficio inuentarij:& ſic quòd debeat remanere dicta donatio confuſa.l.fi.§. in computatione.C.
16 de iur.deliberand.quia ad iſtud reſpõdetur,† quòd etiam hodie non confecto inuentario hęres poteſt deducere iura ſua aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem.l.irritum.C.ad lege.falcid.Secus quando creditores & legatarios particulares:ſecundum Bald.in l.debitor.C.de pact.Paul.de Caſtr. Alexã. de Imol.in l.ita tamen.§.ſi ex trebelliana.& l.debitor.ff. ad Trebel. Angel.conſilio lxiiij.Pau.de Caſtro conſili.cxiiij.& conſil.clxiiij.Cuma.cõſ.cxxv.
17 Et † idem eſt in actione reali quę non confunditur: ſecundum.Bald.in l.ſi vxor.C.de bo.author. iudi. poſsi.licèt etiam dictus Guionus prætéditur quòd ſe geſſerit pro hęrede vigore donationis & non vigore teſtamenti eius patris.& ſecundum communem vſum loquendi donatarius vocatur hæres.Et aliàs prout in actis fuit deductum. Nec obſtat etiã quòd fuit dictum quòd dictus hęres approbaue-
18 rit dictum teſtamentum patris: † quia talis approbatio teſtamenti non debet inferre plus quã in teſtamẽto cõtineatur.l.ſi ita ſcripſero.& l.in teſtamẽto.la j.ff. de condit. & demonſtr.ſecundum Alexã. de Imol.conſilio lxxxx. in primo volum. Et ita eſt in propoſito:quia nõ apparet quòd dictus teſtator in dicta ſubſtitutione voluerit comprehendere bona donata,ſed ſimpliciter ſubſtituit eidem Guiono in defectum maſculorum dictum Huguetum eius
19 fratrem. † Et in dubio non præſumitur teſtari niſi de bonis proprijs,prout ſupra dictum fuit.& in iſtã partem inclinauit maior pars dominorum curię, ꝙ dictá donatio non veniat in reſtitutionem fideicõmiſsi,licèt aliqui ex dominis curię eſſent dubij propter conflictum opinionum ſuprà relatarum, & ꝙ fuiſſet æquũ adiudicare cuilibet parti medietatẽ, & attenta qualitate perſonarum:iuxt.not. in ſimili per Bald. & Io.de Imol. in l. ſi pater. ff. de hæredi.inſti. poſt glo.in l.Neſennius.ff.de nego. geſt. me ſemper referendo veritati.

ARGVMENTVM.

Dos vel donatio propter nuptias an in legitimam vel trebellianicam computetur.

SVMMARIVM

1 *Dos in trebellianicam non computatur.*
2 *Quæ in trebellianicam computentur.*
3 *Donatio propter nuptias & donatio ſimplex filio facta quòd in trebellianicã non cõputentur: ſecus in legitima.*
4 *Funeris impenſa deducenda. item & infirmitatis.*
5 *Impenſæ ſcripturarum deduci debent.*

Quæſtio CCCXXXII.

QVAERITVR an in reſtitutione fideicõmiſsi computetur dos in trebellianicã, & an detrahatur expẽſa funeris.Et in effectu quoad
1 trebellianicam † nõ conputatur dos.l.pater filiã.ff.
2 ad leg.fal.& ibi per doct. † quia ſolùm conputatur in trebellianicã illud quod percipitur in teſtamen-
3 to iure hæreditario vel aliàs: vt ibi habetur: † Et

ideò dos vel donatio propter nuptias vel etiam do-
natio ſimpliciter facta filio in poteſtate non cõpu-
tatur in trebellianicã, licèt cõputatur in legitimã.l.
quoniam nouella.C.de inoffic. teſtam. ſecundum
Bal.in l. Iubemus. C. ad treb. & de ratione diuer-
4 ſitatis vide ibi per ipſum† Et quoad funeris impen
ſam deducitur.l. fin.§. in computatione.C. de iure
delib.§.cũ autem.inſti.ad leg.falcid.l. Papinianus
expenſæ §.quarta.ff.de inoffi.teſtam.l.in reſtituen
da.C.de peti.hęred.& ibi per Bald. quòd imfirmi-
tatis & expenſa funeris æquiparantur vt debeãt de
duci,&talis expenſa eſt priuilegiata vt preferatur
alijs creditoribus ſaltem in actione perſonali.l. ſic
pro rata.l.placet cũ ibi no.ff.de religioſ.&ſum.fun.
facit l.j.§.fin.cũ ibi not.per glo.Bart. Ange.Pau.de
Caſt.Io.de Imol.Alexan.ff.ad leg.falcid.per gloſſ.
in cleme.dudũ.§. huiuſmodi . ſuper verbo funera-
libus.de ſepult.Et præmiſſa procedunt quando ta-
lis expenſa funeribus eſt exceſsiua ſecundũ quali-
tatem defuncti &facultatem bonorum.l.ac ſiquis.
§.æquum.ff.de religi.& ſump.fune. vt per Spec. in
tit.de ſepul.ver.porrò.Et ibi per Pau.in addi.& per
doct.in d.l.j. §.fi.ff. ad leg. falci. idem in ſepulturis
clericorum quòd debet fieri expenſa de bonis prę-
laturę.argu.c.vbi periculum.§.quia verò.de electi.
li.vj. maximè qñ talis expenſa funeris concernit
remedium ſeu ſolatiũ animę defuncti. cap. animæ
defunctorum.xij.quæſt.c.appoſtolicę.de don.c.bo
næ.xxij.quæſtio.ſecundum Panor.in ca. vt peten-
te.de elec.&in eiusdiſputatiõe incipiẽteSẽpronius.
faciũt not.per eiuſdem Panormit. in capit.ex prę-
5 ſentiũ.in c.j.de ſol. Et † pariter deduci debet &de
pignor. expenſa.ſcripturarum. facit dict.l. fin.§.in
cõputatione.&per Bart.& doct.ff.ad trebe.nõ ob-
ſtat ſi dicatur quòd illud quod non venit in reſtitu
tione fideicommiſsi non computatur in quartam:
quia à pari proceditur.l.in fideicommiſſarum. &
in fi.ff.ad trebel. cum ibi not. per glo.& doct.quia
iſtud arg.non ſemper procedit.l.qui hęreditariorũ
§.cũ hęreditas.ff.de condi.& demo.l. in quartam
ff.ad leg.falc.ſecundum Ioan.de Imol.in l. ſiquis
quæſtio.ff.de legat.ij.

ARGVMENTVM.

Pater an in dote vel donatiõe propter nuptias ſub-
ſtituere valeat.

SVMMARIVM.

1 *Dos in fideicommiſsi reſtitutione non uenit.*
2 *Dos proprium patrimonium dicitur.*
3 *Dos ſi legitimam excedit, an pater in eo quod excedit, ſubſtituere poßit. Idem in donatione propter nuptias ſentiendum.*
4 *Pater in dotæ filiæ an ſubſtituere poßit uulgariter & pupillariter.*
5 *Dos an ueniat in reſtitutione fideicommißi.*

Quæſtio CCCXXXIII.

QVAERITVR an pater poſsit ſubſti-
tuere filio in donatione propter nuptias ſeu
cõtẽplatione matrimonij facta per patrẽ,ſicuti in
1 dote, Dubium facit: † quia dos non venit in reſtitu
tione fideicommiſsi. Et ſic quòd non poſsit ſubſti-
tuere.l.an filia.l.mulier.§. cũ proponeretur.l. Lu-
2 cius.§.maritus.ff.ad trebell.quia† dos dicitur pro-
priũ patrimoniũ.l.filię.l.iij.§.ſed vtrũ in.fi.ff.de mi.
Et ita in ſubſtitutione non veniũt bona propria.hę
redi.l.cohęredi.§.cũ filię.ff.de vulga. & pupil. Er-
go idem in donatione propter nuptias quę æquipa
paratur doti.l.fin.C.de dot.promi. cap.fi. de dona-
tion.inter vir.& vxor.l.ij.C. de bon. quę liber.nam
ſicutdos à patre profecta ſoluto matrimonio ad pa
trem redire debet.l.dos à patre.C.ſolut.matrimoni.
idem & in donatione propter nuptias facta filio.d.
l.ij.& ibi per Bald. & Salicet.facit l.quoniam no-
uella C. de inoffic.teſtament.l. illam. l.illud.C. de
collat.bon.nam dos & donatio propter nuptias pa
ribus paſsibus ambulant.l.cùm militæ.authen.dos
data.C.de donat.propter nupt.Sed in contrarium
videtur quòd ſicut pater poteſt ſubſtituere in dote
quatenus excedit legitimam,idem videtur in dona
tione propter nuptias.l.fi.§.filię.ff.de leg.ij. ſecun-
dum Bar.ibi poſt Dyn.licèt Marſyli.tenuerit quòd
etiam ſi dos excedat legitimam , non poſsit pater
ſubſtituere.quia à patre donatio ob cauſam dotis
eſt valida.l. Pamph.ff. famil. erciſcund. & ſic non
poteſt reuocari.l. perfecta.C.de don.quę ſub mo.vt
refert Bal.in d.§. filię. propterea dos ſuccedit loco
legitimę, in qua non cadit grauamen.l. quoniam
in prioribus.C. de inoffic.teſtamen. nec ob. dict.§.
filię.quia ſecunda Marſili. ibi filia fuerat inſtituta
hæres cum fratre.Et plus habuerat quã aſcenderet
dos,& acceptauerat legatum patris, aliâs ſecus.l.
Titia.la prima.§.qui inuita.ff.de litigio. vnde ſe-
cundum Barto.in dict.§.filię.quando actio de do-
te eſt communis patri & filię, pater poteſt ſubſti-
tuere in dote quatenus excedit legitimam: ſecun-
dum Dyn.prout ſupra dictum fuit : ſecus ſi actio eſ
ſet quæſita filię per ſtipulationẽ:iuxt. not.in l. poſt
dotem.ff.ſolut.matrim.quia tunc filia non poſſet
grauari in dote niſi pater ei vltra reliquiſſet filię,
Et acceptaſſet legatum.d.§.qui inuita.Bal. in dict.
§.filię.videtur facere diſtinctionem an actio ſit quę
ſita filię per ſtipulationem vel per conſolidationẽ
per mortem patris.l.ij. ff. ſolut. matrimon.l.j.§. vi-
deamus.C.de rei vxo.acti.quia tunc videtur quędã
cauſa mortis capio, quando dos conſolidatur in
perſonam filiæ per mortem patris ideò poteſt &
ſubſtituere, licèt d.§. filię. videatur probare, quòd
etiam ſi actio de dote ſit quęſita filię per ſtipula-
tionem quòd pater poſsit ſubſtituere filię quando
moritur ſine liberis , & erit caſus ſingularis in
quo filia poſsit grauari ſub conditione ſi ſine libe
ris,quando dos excedit legitimam de quo ibi per
Ioan.de Imol.de hac materia etiã habetur per Cy
num in dict.§. videamus . & per Bald.in l. cũ via-
rum. C.de fideicom.in authent.res quæ.C. comuni
de legat.& in dict.l quoniam nouella.C. de inoffi.
teſtament. per Bartol. Ioann.de Imol.& Paul . de
Caſtr.in dict.l. Lucius.§.maritus ff.ad trebel.& ibi
4 habetur † an etiam pater poſsit ſubſtituere filię in
dote vulgariter & pupillariter per fideicõmiſſum,
& licèt in reſtitutione fideicommiſsi non veniant
dos niſi ſpecialiter dicatur dict.§.maritus.quia de-
betur ex contractu: hoc verum niſi ex coniecturis
appareat teſtorem aliter feciſſe:ſecundum Bartol.
ibi , pro quo facit l.ſequens queſtio. cũ ibi not.ff.
de lega.ij.& quod habetur per glo.& docto.in l.fi-
lium quam.

lium quem. C. fam. erciſc. & licèt quando pater legat dotem filiæ non poſsit petere vtrumque: quia non eſt veriſimile patrem voluiſſe grauare filium duplici onere. d. l. Titia. §. qui inuita. ff. de leg. ij. l. ſi cum doté. §. ſi pater. ff. ſolut. matrim. l. huiuſmodi. §. cũ pater. ff. de leg. j. l. filia. C. de lega. cũ ibi not. tamen operabitur tale legatũ, vt nõ teneatur filia cõferre doté. l. à patre. l. filię. l. filiam. C. de coll. bon. ſecundum Barto. in l. cũ pater. §. pater filię. ff. de lega.
5 ij. † Prętereà licèt in generali fideicõmiſſo non veniat dos vxoris. d. l. Lucius. §. maritus. ff. ad trebel. quia debetur ex contractu. l. cũ pater. §. fidei tuę. tamen opportet quod vxor probet doté per inſtrumentũ: ſecundum Bart. in l. qui vxor. ff. de aur. & argent. lega. Et præmiſſa faciunt etiam ad quęſtioné ſuper dicta donatione facta per nobilé Carolũ Pinelli d. Guiono eius filio cõtéplatione matrimonij cum nobili Ioãna Guiffredi de omnibus eius bonis mobilibus & immobilibus. ſi prius dictus Karolus pater in eius teſtaméto potuerit ſubſtituere d. Guiono, ſaltem in quantum dicta donatio excederet eius legitimam. relinquo cogitandum.

ARGVMENTVM.

De promiſsione facta per hæredé teſtatori de adimplendo teſtatoris voluntatem.

SVMMARIVM.

1 *Contractus actus eſt à teſtamento extraneus.*
2 *Teſtamento quæ accedunt, quòd iuxta ultimæ uoluntatis naturam regulentur.*
3 *Hæres legata ſoluere promittens, quòd falcidia detracta ſoluere intelligit.*
4 *Hæreditas neque adiri, neque acceptari poteſt illo maximè uiuente de cuius hæreditate agitur.*
5 *Teſtamenti approbatio uiuente teſtatore per hæredem facta, nulla.*
6 *Contractus in teſtamento ritè fiunt.*
7 *Teſtator conueniri poteſt ex ſua confeſsione in teſtamento facta creditore præſente & acceptante.*
8 *Promiſsio facta in teſtamento quòd naturam contractus ſapere uideatur.*
9 *Legata an debeantur hæreditate non adita.*
10 *Hæres qui conuenitur ex contractu, hæreditas an adeatur uel non, nihil refert.*

Quæſtio CCCXXXIIII.

QVAERITVR an promiſsio facta in teſtamento per hæredem teſtatori de ſoluendo legata & implendo voluntatem teſtatoris notario ſtipulante ſit valida in vim contractus, vt illicò ſecuta morte teſtatoris poſsit efficaciter conueniri non obſtãte ꝙ hęres repudiet hęreditaté teſtatoris. Et an iſto caſu dicatur teſtator ponere voluntatem ſuam in fide hæredis. Dubium facit:
1 quia † contractus videtur actus extraneus à teſtamento, & ſic ꝙ vitiare habeat teſtamentum. l. cũ authoritas. C. de teſta. l. hæredes palam. §. fi. ff. de teſt.
2 Secundò † quia talis promiſsio ſeu ſtipulatio venit acceſſoriè ad teſtamentũ, & debet regulari ſecundum naturã vltimę voluntatis. §. ſi quis ſub conditione. ff. vt leg. ſeu fideicõmiſſor. nom. caue. vbi talis ſtipulatio euaneſcit, ſi legatarius pẽdente conditiõe deceſcit l. ſi à ſubſtituto. §. ſi hęres. l. ſi legatus. & ibi Bart. ff. de leg. j. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſu. Tertiò pro iſta parte videtur caſus in l. cùm quis decedens §. qui teſtamento. ff. de lega. iij. vbi talis promiſsio inter poſita cõtéplatione legati ſortitur naturã vltimæ voluntatis, ita ꝙ reuocato teſtamento nõ tenet talis ſtipulatio: ſecun Bar. ibi. Et in l. Statius Florus. in prin. ff. de iur. fi. Nec obſt. d. l. Statius Florus. quia ſecundũ Bar. ibi eſt ſpeciale in odium hęredis accomodãtis tacitã fidé. Quartò pro iſta parte facit deciſio quęſtiõis tactę per Bar. in l. fi. ff. de ſolu. & per Bal. in l. mãdatũ. C. mand. de ſcholari habente pecuniam penes cãpſorem. Et veniens ad mortem fecit eum confiteri fratribus prędicatoribus: deinde cõualeſcit. fratres prędicatores volũt nunc petere, certè nõ cõpetit eis ius: quia dicta promiſsio fuit facta cõtéplatiõe legati, quod poteſt reuocari viuente teſtatore: quinimò ſi campſor ſoluiſſet ſcholari, poſſet repetere. ſecund. Bald. in d. l. mãdatũ. faciunt no. per glo. & doct. in l. Lucius. la j. ff. de lega. ij. Quintò pro iſta parte faciũt no. per Cy.
3 & Bal. in l. fi. C. ad leg. falcid. vbi qñ † hęres promittit ſoluere legata, tamé intelligitur ſalua falcidia, & ſic ſecundũ diſpoſitioné iuris. Sextò pro iſta par
4 te facit: † quia hęreditas nõ poteſt adiri & acceptari viuẽte illo de cuius hęreditate agitur: quia nõ dicitur hereditas viuentis. l. j. ff. de hęre. vel acti. vẽdi. & ibi per glo. l. cũ hęreditaté. l. neminé. l. hæres inſtitutus. ff. de acq. hęre. & not. per gl. & doct. in l. is po
5 teſt. ff. de acq. hær. † nec videtur valere approbatio teſtamenti facta per hęredem viuente teſtatore. l. ſi qñ. §. illud. & l. & generaliter. C. de inoffi. teſta. ibi, ſi filius primus obitum patris &c. etiã ſi interuenerit iuramentũ: quia debet intelligi, ſecundũ naturã actus ſuper quo interponitur. l. fi. C. de nõ num. pecu. l. fi. qui ſatiſda. cogan. faciunt no. in l. nõ dubiũ. C. de teſtam. faciunt not. per dom. Guid. Pap. deci. lxxxvj. & ccccxxvij. Septiõ pro iſta parte facit, ꝙ talis promiſsio facta in teſtamento de ſoluẽdo legata ſit vltima voluntas. inſti. de fideicõmiſ. hęre. §. fi. ibi, ne deperierit vltima voluntas fidei. hęred. commiſſa. etiã & iſtã parté videtur tenere Iaſon in l. omnino poteſt. ff. de leg. j. licèt dubitãter loquatur. & in l. fin. C. de fideicõmiſ. Sed pro contraria parte fa
6 cit: † quia in vltima voluntate ſeu teſtamento poteſt facere contractus. l. aſsignare. ff. de aſsig. liber. ſecundũ glo. cõmuniter approbatã in l. hęredes palam. §. fin. ff. de teſta. Secundò facit l. ſicut. §. venditiõis. ff. quib. mo. pig. vel hypo. ſol. & quod habetur per Barto. in l. cũ quis decedens. in princi. ff. de leg. iij. l. fideiuſſor. §. pater. ff. de pign. faciunt not. per Bal. in l. vẽditioni. C. de vſucap. pro empt. & in c. j. §. pretereà, quib. mo. feu. da. Tertiò facit l. etiam. ff. de inoffi. teſt. & l. fi. ff. de reb. eorũ, vbi licèt irritetur teſtamentũ, tamé cõtractus facti in teſtaméto remanent validi: ſecundũ. Bal. in d. l. fi. Quartò facit in
7 ſimul † de cõfeſsiõe facta in teſtaméto pręſente creditore acceptante vel neceſſario ſtipulante põt teſtator conueniri ex tali cõfeſsione: iuxt. nota. per Cy. in l. generaliter. C. de nõ num. pecu. & ibi etiã per Bal. Saly. Bar. in l. Lucius. §. quiſquis. ff. de leg. ij. & in l. cũ quis decedens. § codicillis. ff. de leg. iij. Et maximè qñ interuenit iuramentũ. l. cũ pater. §. filius matré. ff. de lega. ij. authé. quod obtinet. C. de pro. Quinto. pro iſta parte facit: quia nõ fuit reuocatũ teſtamentũ. Et ſic debet reuocare valida dicta promiſsio facta in teſtamento: quia ſicuti teſtator põt ſtipulari heredi. l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pact. l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. ita etiã põt ſtipulari

legatario qui eſt loco hæredis. l.id tẽpus.§.j.ff. de vſuca.Sextò pro iſta parte facit l.fi.C.de fideicom. & d.§.fi .inſtitu.de fideicõ.hęre.qñ teſtator cõſilius de perſona hęredis ponit eius volũtatẽ in fidehęre
8 dis:vti † quia hęres ꝓmittit teſtatori adimplere legata,& volũtatẽ teſtatoris, ſapit naturã cõtractus, & poteſt hæres cõueniri: ſecũdũ Bart.in d.l.nemo poteſt.ff.de lega.j.in princ.pro quo alibi allegat l. Spadonẽ.§.j.ff.de excu. tutor.l.quidẽ cũ filiũ.ff. de hęre.inſti.& ſecũdũ Io.de Imo.in d.l.nemo poteſt. ſufficit,ꝙ appareat de d.ꝓmiſsione per duos teſtes. l.vbi numerus.ff.de teſti.& ſequitur Cœpo. Veroñ. in caute.clxxvij.& opinionẽ Bar. ſequitur Bald.in eius diſputatiõe incipiẽt. ſtatuto cauetur. & etiam Alex.de Imo.in d.l.nemo poteſt.licèt Ang.de Are. ibi obſtare dicatur,& licèt talis promiſsio ſoluẽdi legata ſapiat naturã cõtractus: ſecũdũ Bart.in d.l. nemo põt.tamẽ apparuit Bart.quãdo hęreditas nõ eſt adita per hęredẽ,ſed repudiata,quo caſu nõ debẽtur legata.d.l.ſi nemo.ff.de teſta.tute.l.eã quam. C.de fideicõ.licèt Bart.ibi alleget.§.ſi verò expreſſim.in authẽti.de hære.& falci.col.j.& authen . ſed
9 cũ teſtator.C.ad leg.falci. † quãdo teſtator prohibuit falcidiã,& hæres recuſat adire hęreditatem, ꝙ iſto caſu debentur legata etiã ſi ſit hæreditas nõ adita: ſed certè hæredias deuoluitur iſto caſu ad perſonas nominatas in authẽ.hoc amplius.C.de fideicõ.& requiritur ꝙ hęreditas adeatur ſaltẽ ab inteſtato:ſc d̃m Alex.de Imo.in d.l.nemo põt.iux.not.per gl.&Dec.in l.qui filio.§.ſeruus.ff.de hęre.iſti.niſi ẽt dicatur,ꝙ qñ hæres quæritur ex cõtractu nõ refert an hæreditas adeatur vel ne, ſuper quo relinquo cogitãdũ.Et præmiſſa factũt ad quæſtionem ſuper cauſa appellatiõis nobilis Bonifacij ex Marchionibus Seuę cõtra nobilẽ Iſmeriã vxorẽ nobilis Mafredi de Salutijs ſeu Mariã eius filiã:quia in teſtamẽto nobil.Iac.Bartholo.ex Marchionibus Seuæ cõdomini Leſergum reliquit iure particularis inſtitutionis d.Iſmariæ & Seberanæ ſuis filiabus cuilibet partiũ nullius floris,& inſtituit eius hæredes d.Bonifacium & duos eius fratres in bonis feudalibus cũ ſpeciali onere ſoluẽdi dictas ſummas relictas eius filiabus,& ita d.hæredes promiſerunt teſtatori etiam notario ſtipulante illicò ſecuta morte teſtatoris,& aliâs prout in d. teſtamento continetur.& poſt mortẽ teſtatoris d.Bonifacius repudiauit hęreditatẽ &c. & aliâs prout in actis cauſæ pleniùs cõtinetur.verũtamẽ deberet haberi cõſideratio ſi dict. repudiatio hæredis facta per d.Bonifaciũ alium hęredẽ inſtitutũ videatur fraudulẽta. & ſi incidat in edictũ:ſcilicet.ff.&.C.ſi quis omiſ.cau.teſt.vt teneatur ad legata volẽdo venire alio iure:iuxta.l.j.§.fi. ff.ſi quis omiſ.cau.& l.ij.C.eo.titu.Sed attẽde in caſu iſto videtur diuerſa ratio,qñ agitur de feudo antiquo:quia tũc agnati licitè poſſunt retinere feudũ & repudiare hęreditatẽ defuncti,nec tenẽtur ad debita.c.j.an agna.vel fi.defunct.poſſ. feu.retine.ſecus in filio vt ibi,faciunt not.per Bal.in l ij.in prin. C.communi.de lega.

ARGVMENTVM.

Vaſallus an de rebus feudalibus teſtari poſsit.

SVMMA VIVM.

1 *Vaſallum de rebus feudalibus neque teſtari neq; aliquod onus imponere poſſe,regulare.*
2 *Regnum Ducatus & Comitatus diuiſioni non ſubiacẽt.*
3 *Legitimæ in bonis feudalibus non eſt locus.*
4 *Feuda iure hæreditario non tranſmitti regulare.*

Quæſtio CCCXXXV.

QVAERITVR an vaſallus poſsit teſtari de rebus feudalibus cũ onere ſoluẽdi dotes
1 filiarũ.Et in effectu regulariter † vaſallus prohibetur teſtari de rebus feudalibus.c.j.de ſucce.feu.nec poteſt relinquere pro anima, vel pro dotibus filiarũ.c.j.§.donare.quali.olim. feu.alie.c.j.§.ad hęc. de pac.iu.firmã.c.Imperialẽ.in,prin.de prohi.feuã
2 lie.per Fred.† Et maximè in regno, Ducatu,Comitatu qui nõ diuiduntur.d.ca.imperialẽ.§.prętereà Ducatus .niſi aliter conſuetudine caueretur: ſecũdum Bald. Aluaro.ibi,vt per Io.And.in addi.ad Spec.in rubr.de feu.facit c.licèt.de vo.§.grãdi.de ſupp.negli.præla.lib.vj.veruntñ ex forma ſtatuti vaſallus poſſet teſtari:ſecũdũ Bal.in d.c.j.de ſucce.feu.circa fi.principij.& ſic de mero iure. Iura legitimè vel dominũ nõ debent accipi ſuper talibus bonis dignitatũ feudaliũ.d.c.licèt.ne fiat diuiſio d.c.licèt.& §.pręterea.propter bonũ publicũ.c.in apibus.vij.q.j.licèt quando vaſallus alienat proximiori.c.j.de alie.feu. pater.de quo per dict. Iaco.in tracta.feu.ſuper verbo,cũ pacto ꝙ poſsit teſtari.† pręterea in bonis feu
3 dalibus non cadit ius legitimę, quia deferuntur alio iure quàm hæreditario:iuxt.not.in ſimili per gl. Barto.Ang.& Alexã.in l.ſi patroni.ff.ad trebel.& ideò legitima vel dotes debẽt accipi ſuper alijs bonis allodialibus,de quibus quis poteſt diſponere.l. Sãcimus.§.repletionẽ.C.de inoff.teſta.& hoc tenet Panor.cõſ.xij.in j.volu.& per gl. in prag. ſanct.ſuper verbo,primo genito.verũtamẽ debet aliquid aſſignari alijs filijs pro alimẽtis:ſecũdũ Ioã. Andr.in d.c.licèt.& Bal.Aluaro.in d.§.prætereà. ergo idem pro dote, quæ æquiparatur iuri alimẽtorũ:iuxt.no. in c.cũ haberet. de eo qui du.eã quã pol.& per Bar. in l.fina.ff.de his qui.vt indig.ſed vt ſuprà dictum fuit,debet primo accipi ſuper bonis allodialibus.ſaciũt not.per glo.in l.ſi familia.C.famil.erciſ.Et pręmiſſa facũt ad quæſtionẽ ſuper teſtamẽto d.quondã nobilis Ia.Bartholomæi cõdomini Læſem,qui teſtatus eſt de bonis feudalibus inſtituẽdo hęredes eius fratres cũ onere ſoluẽdi dotes filiarũ d. teſtatoris,relinquo cogitandũ: quia adhuc pẽdet lis corã curia.Et pro præmiſsis videtur decidere Bal.in l.ij. in prin.C.cõmu.delega.vbi format quęſtionẽ. Duo fratres habẽt feudũ antiquũ,alter frater inſtituit hęredem filiam in certa quãtitate pecunię, & fratrem inſtituit hæredem vniuerſalem & ibi quærit an feudum ſit obligatum pro dicta quantitate relicta fi-
4 liæ? Et tenet quòd non: † quia feudum nõ tranſmittitur ad fratrem iure hæreditario,nec potuit vaſallus obligare feudum pro aliqua cauſa.dict. cap. j.§.donare.quali .olim feu. alie. pote.niſi eſſet pro ſeruitio domini.& hoc etiam ſequitur domi. Iaco. in tract.feu.ſuper verbo,cum pacto.quòd vaſallus poſsit teſtari.& pro hoc facit capitu.j.§.fina.de.pa. iura.firmand.

ARGVMENTVM.

Via publica an & qãndo in fundo priuato, an & à quo priuatus ille penſandus ſit.

Via publica

SVMMARIVM.

1 *Via publica ui fluminis aut aliis deperdita uicinus uiam præſtare tenetur.*

2 *Via publica occupata q. per uicinũ fundum tranſire liceat.*

3 *Via priuata ſi fiat in fundo uicino quòd à prætereuntibus pretium ſoluendum ſit.*

4 *Domus ſi propter incẽdium deſtruatur ſoluenda uenit ab ijs quorum domus ſaluæ factæ ſunt.*

5 *Furcæ quòd in fundo priuato erigi poßint.*

6 *Agri uicinorũ pro foßis ciuitatis pretio ſoluto capi poßunt.*

7 *Quid ſi priuatorum domus diſruatur ut loca publica latiora fiant.*

8 *Currus & equi ut condemnati ad ſupplicium deducantur non, niſi præſtito ſalario, accipiendi.*

9 *Viam priuatam in fundo alieno fieri non niſi ſoluto pretio uetitum.*

10 *Ne eatur uel agatur per fundum priuati dominus in dubio ſemper uetare præſumitur.*

11 *Principi rem uni auferre ut alteri det, non, niſi cum debita compenſatione fieri licere.*

12 *Papa ſi Epiſcopum transferat, quòd aliud pignius epiſcopatum dare teneatur.*

13 *Epiſcopo inuito & ſine cauſa diœceſim Papam diuidere non debere.*

14 *Dominus prædij ſeruientis an ſeruitutem mutare poßit.*

15 *Via publica neque mutari neque claudi ſine principis uel alterius cui debetur licentia, poteſt.*

16 *Fundum liberum eſſe præſumi regulare.*

17 *Via publica militaris uel regalis dicitur.*

18 *Viæ publicæ inter regalia annumerantur.*

19 *Viæ publicæ non, niſi cum principis conſenſu, alterari debere.*

20 *Contractus principis uim legis habent.*

21 *Inſula montis falconis.*

22 *Regem pro inſigni ſeruitio quem donare caſtro poſſe.*

Quæſtio CCCXXXVI.

QVAERITVR an pro cõmutatione viæ publicę in alio loco prædiorũ priuati magis apto, ſecuriori, breuiori, vtiliori reipublicę etiã pro trãſitu principis & ſuorũ armigerorũ debeat fieri recõpenſa de publico ſeu à principe, & ſi teneat iſto cau contractus ex cauſa permutationis inhibitus cũ principe de re immobili etiam in iuriſdictione & annuo redditu, & maximè etiã pro meritis gratis ſeruitijs vaſalli ſeu ſuorum prædeceſſorum in facto
1 guerrę impẽſis Et in effectu:† quando via publica impetu fluminis vel ruina amiſſa eſt, vicinus proximus viã præſtare debet.l.ſi locus.§.cum via. ff.quẽadmo.ſerui.amitt.& in glo.ibi, iſto caſu debet dari pretium à fiſco.l.ij.C.qui.ex cau.ſeru.pro premio ſi ber.accipi.licèt ſecundũ glo.in d.l.ſi locus. contrariũ obſeruetur. Adde Chriſtopho. Porc.inſtitu. de vſuca.§.res fiſcales.§.edicto.qui allegat glo.in d.l. ſi locus.§.cum via.ff.quemadmo.ſerui.amitt.q. de conſuetudine reſpublica non ſolet præſtare pretiũ. vnde ſecundũ Bal. Ange. Floria.in d.l.ſi locus.§.cũ
2 via.quando cõtingit:† quia via eſt occupata & nõ poſsit fieri trãſitus, ſi quis immittat oues ſuas, ſeu animalia per fundũ vicini non incurrit pœnã ratione tranſitus ratione ſtatuti, ſed inferant damnum territorij dominus animalium ſi interuenerit aliqua culpa, & licèt quando via publica eſt occupata fit via in agro proximi & nõ ſoluatur dãnum ſeu pretiũ de facto: ſecundũ glo in dict.§.cũ via.tamen
3 ſecus in via priuata: † quia ſi ſit occupata, & fiat tranſitus per agrum proximi: debet ſolui pretium à priuato tranſeunte: ſecũdũ Pau.de Caſt.ibi allegat l.ſi quis ſepulchrum.in prin.ff.de religi.& ſump. funer. Flori.in d.§.cum via.tenet quòd quando princeps ex cauſa priuata rem mulieri vel alteri, donat, ſemper debet offerre pretium.l. Lucius.ff.de eu.ct. l.item ſi verberatũ.§.j.ff.de rei vẽdi. Sed quando cõcernit vtilitatem publicã & tractatur de cõmodo omniũ trãſigentiũ, tunc omnes contribuere debẽt.
4 Et ex hoc etiam ibi decidit:† q. quãdo domus dirui tur propter incendium ne vlterius progrediatur q. debet emẽdari à vicinis quorũ domus ſaluæ factæ ſunt.l.quicunq;.la ij.C.de omni.agro. deſer.lib.xj. l.j.ff.ad leg. Rodi.de iact.& ibi in fine limitat glo. in d.§.cum via. q. nõ obſeruetur videlicèt in caſu illo quando via publica occupatur ex impetu fluminis propter cõmodũ alienationis: ſed attende, quia iſta ratio non militat quando via publica occupatur propter ruinã: vt ibi habetur: quia tunc non ſperatur cõmodum alienationis. gl. verò in l.per agrum. C.de ſerui.vbi caſus, quòd prohibitum eſt tranſire per agrum alienum inuito domino: ſecus in via publica: verũtamen ſecundum glo.ibi procedit de iure humano: ſecus de iure diuino. quia fas eſt tranſire per agrũ alienum.c.omnes leges.j.diſtin.itẽ fal lit quod dicitur in d.l.per agrum in certis caſibus. l.ſi quis ſepulchrum.in prin.ff.de religi.& ſump.fune.d.l.ſi locus.§.fin.ff.quẽadmo.ſerui.amit.Cyn.in d.l.per agrũ.tenet q. non eſt ſpeciale in d.§.cũ via. ſed de agro fit via publica & q. homines vtũtur vt via publica & non agro. Ioã. And.in addi.ad Spec.
5 in rub.de exec.ſentẽtię.tenet in ij.q.† q. poſſint erigi furcæ pro executione ſentẽtiæ: etiã in prædio priuati ſoluendo pretiũ propter vtilitatẽ publicam: & quãdo alibi ita comodè erigi nõ poſſunt. & inter cętera iura allegat d.l.ij.C.quib.ex cau.ſerui acci. premi.lib.& d.l.ſi locus.§.cũ via. Bal.in dict.l.per agrũ. quandò via publica eſt extincta quòd tũc de agro proximo fit via publica. Saly.verò in d.l.per agrũ. diſtinguit quãdo via publica eſt totaliter extincta, & tunc de agro fit via publica.& quis vtitur via, vt debita quandoq; non eſt totaliter extincta, niſi ad tempus. vt tempore hyemali & tunc quis poteſt trãſire per agrum alienum ciuiliter tamen & abſq; dãno.l.ſi eius.ff.de ſeruitu.& quod ſupradictum fuit in via publica quando eſt occupata impetu flumi-
6 nis vel ruina quòd poſsit capi ager proximi:† idem eſt in foſſatis ciuitatis quòd poſsint capi prædia priuatorum pro vtilitate publica: ſecundum gloſſ. in dict.l.ſi locus.§.cum via.& iſto caſu debet ſolui pretium pro communitate: ſecũdum Bald.in dict.l. ij.C.quib.ex cauſis ſerui.acci. præm.liber. pro quo
7 facit dict.l.item ſi verberatũ.§.j.ff.de rei vendi.† Et idem eſt quando reſpublica facit diſrui domos priuatorum pro faciendo vel ampliando plateam vel forum: quia tunc debet ſolui pretium: ſecundum Pau.de Caſtr.in l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ff. de operis noui nuntiatio. Et idem eſt quando officialis indiget curru vel æquo condemnati ad mortem pro ducendo malefactorem, quia debet ſolui merces condignas: ſecundum Bartol. Bald. Albe. Saly.in l.fi.§. Titius.ff.de pigno.act.licèt de fa-
8 cto non ſeruetur: ſecũdũ Bart. Saly.ibi.† & idẽ in cõdẽnato ad caudã æqui: quia poteſt accipi æquus ſeu rotulus priuati: ſecundũ Albe.ibi & ibi etiã in

fine format. Item de debitoribus bãnitorũ ꝙ co-
getur ſoluere cõmunitatibus. Et pro pręmiſsis etiã
facit quod habetur per Cœpo.in tracta.ſerui.vrba.
prędi.in x.q.principali.quãdo & quali.& quomod.
ſerui amitt.circa.fi.vbi tenet in via publica quãdo
eſt extracta & diſtracta ꝙ in agro proximi fit via
publica.iuxt.d.l.ſi locus.§.j.Et licèt non ſeruetur ꝙ
9 ſoluatur pretiũ:tñ ſecus in via priuata:†quia ſi fiat
in agro ꝓximi propter neceſsitatẽ debet ſolui pre-
tiũ.l.ſi quis pretiũ.in princ.ff.de reli.& ſump.fune.
ſecũdũ Pau.de Caſt.in d.l.ſi locus.§.j.de quo etiam
per Cœpol.in tract.ſerui.ruſti.prædi.in tit.de ſerui.
itine.in illa q.an ſit licitũ trãſire per agrũ alienum.
10 quia † regulariter eſt prohibitũ dño vetante aliàs
ſecus.& in dubio dñs intelligitur vetare qñ patere-
tur dãnũ : vt quia nõ trãſiretur per ſemitã,ſed fieret
de nouo, vel eſſent fruges.l.qui vas.§.vetare.ff.de
furt.& ponit Cœpol.vbi ſuprà plures caſus ſpecia-
les in quibus ſit licitũ trãſire.& inter cęteros de d.l.ſi
locus.§.j.& in titul.de ſerui.viæ.in xxiij.q. Et idem
tẽpore belli trãſitus armigerorum innoxius eſt per
miſſus.c.notandũ xxiij.q.ij.& idem in alijs caſibus
not.per glo.in ca.omnis.diſtin.j.& inter cęteros ca
ſus gl.enumerat.d.l.ſi locus.§.fi. quẽadm.ſeru.ami.
& ibi Fely.in addi.ad Panor.tenet quãdo præſta-
tur via publica in agro priuati, ꝙ debet ſolui pre-
tiũ per rẽpublicã,ſed de facto nõ ſeruatur,quod eſt
mẽti tenẽdũ.& idẽ qñ officialis accipit res priuato-
rũ pro vtilitate publica debet intelligi data merce-
de de publico:ſecũdũ Bart.in d.l.fi.ff.de pign. acti.
prout ſuprà dictũ fuit.& ita etiã tenet Ang.conſil.
cxxxix.incipiẽte Viſis omnibus ſtatutis.& Ang.A-
ret.in l.fi.ff.de appel.recip.& ideò licèt princeps ex
11 cauſa poſsit † auferre alicui rem ſuã & dare alteri:
tñ debet ſoluere pretiũ ſeu recõpenſam:ſecũdũ Ar
chid.in c.per principalẽ.ix.q.iij.Bal.& Ang.in d.l.
item ſi verberatũ.ff.de re.vendi.& pro hoc facit gl.
in c.j.§.ad hoc.ver.ſi verò.ſuper verbo,non poterit.
de pace iura.fir.quia licèt ibi vaſallus priuetur feu-
do ſine culpa quando dñs dat feudũ eccleſię: ta-
men nõ ſine cauſa : & ideò dñs debet tradere aliud
feudũ æquipolens vel ſoluere pretiũ. & idẽ in Papa
12 qñ aufert beneficiũ:quia debet dare æquipolẽs† &
idẽ qñ Papa transfert Epiſcopum ſine culpa ſed
ex cauſa:quia eſt exoſus populo vel principi: quia
debet dare bonũ cambium:ſecũdũ Inno.in c.niſi
cũ pridem.de renuncia. Ioã.And.in c.quod ob gra
tiã.de regu.iur.lib. vj.in mercur.Pan.in c.fi.de con
ſecra.vti.vel inutil.glo.in prag.ſanct.in tit.de elect.
c.ij.ſuper verbo, reiecta.facit glo.in c. j.diſtinct.x.
13 quia † Papa ſine cauſa Epiſcopo inuito non debet
diuidere diœceſim. Sed redeũdo ad quæſitum quia
propriè hîc nõ agitur iuxta caſum d.l.ſi locus.§. cũ
via.cùm non ſit deſtructa via publica,ſed eſt diffici
lis aditus,& maximè tempore hyemali,& eſt locus
periculoſus tã pedeſter quã æqueſter:& ideò nũc a-
gitur de mutãdo locũ viæ ad alium locũ magis ap-
tũ vtiliorẽ reipublicæ,quo caſu qñ agitur de via pri
uata ex quo ſemel eſt electus locus ſeruitutis,nõ eſt
locus mutationi ſeu variationi.l.ſi cui.ff.de ſerui.
14 nam dñs † prædij dominantis nõ poteſt mutare:ſe
cus in dño prædij ſeruientis,quia poteſt mutare ex
eã ſine incõmodo dñi,cui debetur ſeruitus.ij.l.§.pe
nul.ff.de reli.domi.l.ſi domum.in prin.ff.loca.ſecũ
dũ glo.in d.l.ſi cui.& ibi ſequitur Bar.& cæteri &
15 Cœpo.in d.tract.ſerui.in tit.de ſerui.itine. † Sed in
via publica nõ poteſt claudi vel alibi mutari ſine li
cẽtia principis ſenatus vel illius cui eſt cõceſſa ad-
miniſtratio reipublicę.l.ſeruitutes.la grãde.§.publi
co.ff.de ſerui.l.quod principis.ff.de aq.plu.arcend.
l.quominùs.ff.de flu.l.ij. in prin.§.viã publicam.§.
prætor ait.ff.ne quid in lo.pu.l.j.& ij.ff.de itine. &
lo.pu.& licèt glo.in d.§.viã publicã. dicat ad prin
cipẽ vel Senatũ aut ciuitatẽ loci ſpectet authoritas
ſtatuendi viã publicã & idem videtur in prin.d.l.ij.
ſuper verbo,lege ſcilicet municipali.& ſic põt redu
cere viã publicã ad locũ priuatũ:ſecũdũ.Bar.in d.§.
viã publicã.ſed in d.l.ij.in princ.tenet,ꝙ requiritur
añ omnia ꝙ ciuitas faciat ſuper hoc ſtatutũ ꝙ poſ-
ſit vendi.allegat quod habetur in l.prohibere.§.pla
nè.ff.quod vi aut clã.& in l.cõtinuus.§.cũ quis.ff.de
verb.obli. verũtamẽ ſufficit ꝙ interueniat authori
tas principis,aut ciuitatis vel illius cuius eſt admi-
niſtratio reipublicæ:ſecũdũ Cœpol.in tit. de ſerui.
vi.in xiiij.q.& vbi fit mutatio viæ publicæ de vno
loco ad agrũ alicuius priuati propter vtilitatẽ pu-
blicã debet fieri recõpẽſa iuſto pretio.d.l.ſi quis ſe
pulchrũ.in princ.ff.de religi.& ſump.fune. & facit
l.ij.§.penu.eo.tit.& pleniùs fuit ſuprà tactũ.Nec ob
ſtat glo.in d.l.ſi locus.§.cùm via.quæ tenet, ꝙ licèt
pretiũ debeat dari à fiſco tamen cõtrariũ ſeruatur:
quia loquitur in caſu illo qñ via publica eſt: deſtru
cta impetu fluminis vel ruina & idẽ in foſſatis ci-
uitatis:quia iſte caſus,de quo hîc agitur, eſt diuer-
ſus:quia via publica in primo loco nõ eſt deſtructa
ſed ibi remanſit ab antiquo, & nõ eſt neceſſaria in
cõtrariũ:ſed nũc agitur de mutãdo in alio loco ma-
gis apto ſecuriori & breuiori & vtiliori reipublicæ
& pro tranſitu principis ſui ſtatus & armigerorum
quo caſu debet fieri recõpẽſa ſaltẽ quo equalis.Nã
16 regulariter † fundus pręſumitur liber nec debet pati
dñs fundi ſeruitutẽ ipſo inuito.l.aquam.l.altius.l.
per agrũ.C.de ſerui.& vbi permitteretur ſeruitus
propter vtilitatẽ publicã debet ſolui iuſtum pretiũ
vt eſt ſecus in l.ſi quis ſe pretiũ.in princ.ff.de religi.
& ſump.fune.l.item ſi verberatũ.§.j.ff.de re.vẽdi.l.
ij.C.qui.ex cau.ſerui.pro pre.lib.acci.l.vẽditor.§.ſi
cõſtat.ff.cõmu.præd.vrb.Et pro hoc facit l.ſi pede-
tes.§.ſi quid cloacarij.ff.de vſufru.d.l. vẽditor.§.ſi
cõſtat.ff.cõmunia.prędi.vrb.& ibi per Bal.& Ang.
qñ.fit trãſitus armigerorũ debet fieri ſine incõmo-
do ſubditorum:quia debent ſoluere victualia.& li-
cèt glo.in d.§.cùm via.referat ꝙ in via publica de-
ſtructa,ꝙ fiat in agro proximi abſq; ſolutione pre
tij.:tamen idem eſt in via priuata:ſecundũ Albe. ibi
ſed Pau.de Caſt.tenet cõtrariũ ꝙ imò in via priuata
debet ſolui pretiũ.d.l.ſi quis ſepulhcrũ.& de diffe-
rẽtia inter viã publicã & priuatã ſeu vicinalem ha-
betur in d.l.ij.§.viã publicã.ff.ne quid in loc.pu. &
in l.fi.ff.de lo.& itine.pu.quia in via publica ſolũ
eſt publicum: ſecus in via priuata vbi fit ex col-
latione fundorum. dict.§.viam publicam. præte-
reà via publica tendit ad vrbem vel mari vel ad
17 aliam viam publicam † & vocatur via militaris
ſeu regalis:ſecus in via priuata. dict.l.fin.ff.de lo.&
18 itine.pu.facit.cap.j.quæ ſint rega.vbi † vię publicę
enumerãtur inter regalia, quæ pertinent ſoli Regi
ſeu principi,licèt in hac patria Delphi.ſecũdũ liber
tates pertineant etiã inferioribus dominis in eorũ
19 territorijs † & tales vię publicæ nõ poſſunt aliena-
ri ſine iuſ-

ri ſine iuſſu principis.d.l. quod princ:pis. ff.de aq.
plu.arcen.d.l.ij.§.ait prętor.ff.ne quid in lo.pub.ſe-
cundū Aluaro.& Præpoſi.in d.c.j.quæ ſint rega. &
ideò in caſu iſto interuenit mandatum principis in
dicta mutatione vię publicę, & etiam recōpenſa ex
20 cauſa permutationis:† quia cōtractus principis ha
bet vim legis.l.pen.& ibi glo.C.de dona.inter vi.&
vxo.l.cū multa C.de bonis,quæ libe. Sancimus.in
princ.C.de dona.l.Cæſar.ff.de publica.l.j.ſi loc.li-
be.impe.dona. lib.x.& maxime quando cōtractus
principis emanat per viam permutatiōis.c.j.de rer.
permu.cū ibi not.Nam princeps obligatur ex eius
cōtractu,& ſucceſſor tenetur ſeruare.c.j.de probat.
& ibi per Innoc.& per Cyn.& cæteros in l.digna
vox.C.de legi.facit quod habetur per Bal.in l.j.ff.
de pact.Nec obſtat ſi dicatur ꝙ princeps nō poteſt
alienare de dñio ſeu patrimonio ſuo. c.intellecto.
de iur.iurā.nec tenet iuramētū iſto caſu ad præiudi
ciū ſuæ dignitatis,vt ibi habetur.l.j.& ij.C.de peti.
bo.ſubla.lib.x.quia nō diceretur Auguſtus ſi tene
ret alienatio:vt no.in proœ.ff.Quia ad iſtud reſpō
detur,ꝙ in caſu iſto nō dicitur enormis alienatio,
de vno caſtro vel territorio cōſiderata qualitate de
manij.c.Abbatę ſanè de re iudi.lib.vj.ſecundū Bar.
in l prohibere.§.planè.ff.quod vi aut clam.& ita te
nēt Inn.Bal.Panor.in d.c.intellecto.facit quod ha
betur per glo.& Bart.in l.ſed ſi ſuſceperit.§.ſi liber
tis.ff.de iudi.& per Specu.in tit.de initiu.edi.§.nūc
autē.verſ.quid ſi Imperator vel Rex.& ibi Io.An-
dre.in addi.Oldrad.conſi.lxxxxiiij.circa fi.& ma-
ximè in caſu iſto vbi princeps reſeruat homagiū &
ius reſſortus & ſuperioritatis. faciūt not.per Bal.in
pręludijs feudorū in j.diſtin.& per Io.And.in addi.
ad Specu.in titu.de iuriſdi.om.iudi. verſ.quæ ſunt
meri Imperij.& per Ang.in l.j.§.qui mandatā.ff.de
offi.cui.māda.eſt iuriſdi.Pro pręmiſsis facit l.apud
Iulianū.§. cōſtat.ff.de leg.j.vbi res fiſcales poſſunt
vēdi de expreſſo iuſſu principis.& ibi per doct. etiā
propter clauſulam ex certa ſciētia,& de plenitudi-
ne poteſtatis:iuxta.not.per glo.Bart.Io.de Plat.in
l.j.C.de peti.bon.ſub. libr.x.per And.de Iſer.in c.j.
§.prætereà Ducatus.verſ.nec dominus Delphi. ſeu
alie.per Frede.facit quod habetur per Albe.in l.pe
nult.C.de dona.inter vi.& vxor.vbi propriū princi
pū eſt donare.& allegat d. Tyberij Imperatoris a-
liàs eorū conditio eſſet miſerrima & ſeruilis. Nam
Reges & Principes habent maius ius quā Prelati
eccleſiarū:quia poſsūt infeudare de nouo etiā iure
antiqui feudi:ſecus in prælato eccleſiarū. Bal.in c.
j.de alie.fe pariter & Alex.cōſ.x.in iij.vol.d.c.abba
te ſanè . de re iud.li.vj.facit quod habetur per Bal.
Panor.in d.cap.cū veniſſent.de iudi. & in c.intelle
cto.de iu.iurā.Et præmiſſa faciūt ad quæſtionē ſu-
per trāſitu ſereniſsimi regis domini noſtri Delph.&
eius armigerorū cōtra veniētes de hoc præſenti an
no natiuitatis domini. 1509.de menſe Aprilis,& ſe-
quenti,vbi mādauit per eius literas patentes muta
ri quandā viā publicā circa fin.mandamēti Vilifiæ
dum accedatur apud caſtellaniā Burgi Oyſecij &
ad dimittēdū ripariā Romanchiæ & cōſtruendi viā
publicā in quodā plano nobilis & potentis Caro-
21 li Alacadi domini Sichillię & vallis vocatæ † Inſu
la mōtis Falconis ſeu amorādę vbi dicitur eſſe ma-
gna cōtinētia pratorū & terrarū cū gragia:quia pri
mū iter publicū erat mōtuoſum difficilis aditus pe
deſter & equeſter.Et ꝓ recōpēſa dñs noſter Delphi.
mādauit expediri eūdem dño Sichillię villagiū mō
tis Suci vulgariter dictū de monte ſcilicet cum ho-
minibus omnimoda iuriſdictiōe infià certas lites
ibi declaratos reſeruato homagio & iure ſuperiori-
tatis vna cū triginta ceſtorū frumēti annui cōmu-
ni cū directo dominio.Et etiā pro meritis gratioſis
ſeruitijs pręſentis d.domini Sichilliæ & ſuorū prę-
deceſſorū qui mortui fuerūt in guerra tā Regis mo
derni quā ſuorū prædeceſſorū,ſuper quibus fuerūt
ſumptæ inſinuationes,& facta viſio in camera com
putorū ſuper valore dictæ recōpenſæ cū dictis præ-
dijs vbi mutatur via publica ad finē ꝙ non dicatur
22 enormis læſio ſeu alienatio, licèt † etiam princeps
pro vno inſigni ſeruitio poſſet remunerare vaſallū
de vno caſtro & alijs bonis .l.Aquilius Regulus.l.
ſi pater.§.j.cum ibi not.per Io.de Imol.ff.de dona.
per Bald.in l.ſi cum mihi.ff. de dona.facit gloſſ. in
c.ſi quis.xij.q.ij.Et licèt in reſcripto fuerit facta ſpe
cificatio meritorum & ꝙ prima facie illis eſſet ſtan
dum abſq; alia iuſtificatiōe.argu.l.optimam.C. de
contrahen.& cōmittē.ſtipulat.cle.j.de proba. quæ
procedit etiam in principe ſeculari:ſecundū Bal.in
c.cū à nobis.de teſti.attamen ex habondāti fuit fa
cta probatio meritorū vocato fiſco.faciunt not.per
Io.And.in add.ad Spe.rub.de reb.eccle.nō alie.per
Bar.in l.ſi fortè.ff.de caſtrēſ.pecu.per Bald.Alexā.
& Iaſ.in l.ſi donatione.C.de colla.bo.aliter ad prę
ſens nō declaro:quia fuit ſuperceſſum ab vlteriori
interinatione donec dictæ literæ fuerint ſigillatę
etiā ſignatæ ſigneto Regis dñi noſtri Delphi.licèt
puto ꝙ ex poſt facto fuerint interinatę.vnde de ma
teria viæ publicę,vide in j.volu. cauſarū miſtarū in
trac.iuris emphyteoſeos. quęſt.45. vſq; ad quęſt.l.

ARGVMENTVM.

Princeps an ſubditos ſuos in alium transferre ſine ipſorum ſubditorum conſenſu valeat.

SVMMA VIVM.

1 *Dño an ſine uaſalli cōſenſu feudū alienare liceat & ecōtrà.*
2 *Subditis multum intereſt de maiori poteſtate ad minorem deuenire.*
3 *Subditis plures dominos ſubditis nociuum.*
4 *Humbertus Delphinus primogenito Galliarum Regis cum populi aſſenſu Delphinatum donauit & tranſtulit.*
5 *Conſenſus populi in monetæ approbatione & reprobatione requirendus.*
6 *Rex ſiue dominus an compoſitiones & ligas in ſubditorū præiudicium facere & tacere poßit, & econtrà.*
8 *Dominus & uaſallus aliquando à pari non iudicantur.*
9 *Alienatio per modum uniuerſitatis quando fieri dicatur.*
10 *Dñs neceßitatis cā ſubditos etiam inuitos alienare poteſt.*
11 *Quid ſi conſuetudo habeat,ut principes ſubditos irrequiſitos & inuitos alienare poßint.*
12 *Dominus directus an ſine conſenſu emphyteotæ ſeruſum & directum dominium alienare poßit.*
13 *Res patrimonij principis alienari poſſunt.*

Quæſtio CCCXXXVII.

QVAERITVR an princeps poſsit tranſ
ferre ſubditos in alium abſq; cōſenſu ſubdi
torū maximè quando alienat & transfert in mino-
rem perſonā,& an debeāt vocari ſubditi de quorū
ſubiectione agitur. Et quid iuris in emphyteoſi an
dominus directus poſsit alienare ſine conſenſu em
phyteotæ.dubium facit.capitu.j.§ prætereà duca-
1 tus.in fine.de prohib.feu.alie.per Fęderi.† vbi do-
minus prohibetur alienare feudum ſine conſenſu

vaſalli: ſicut econtrà vaſallus prohibetur alienare ſine conſenſu domini: vt ibi habetur in princ.c.imperialem. Secundò pro iſta parte facit capi.ij.§. ex eadem lege. de leg. Conrad. vbi prohibetur dominus transferre vaſallum in minorem dominū quia
2 intereſt † vaſallorum & ſubditorum ne mutent maiorem dominum cum gaudeant maiori ſecuritate & prærogatiuam ſub maiori domino quàm ſub minori: vt in authentic. de defe.ciui.colum.iij.§. audiét. & poſſent melius homines defendi à maiori domino quàm a minori: ſecundum Ioann.de Iſern.in dict.§.præterea Ducatus. Et iſtam partem tenet gl. in l.inuitus.ff.de fideicommiſ.liber.vbi tenet quòd dominus non poteſt transferre ius feudi inuito vaſallo. & ita tenent Dyn. & Cy.poſt Pet.in l.j.de noua. Hoſtien Ioann. Andr. & Panormita.in capitu. dilecti de maiorita. & obedien. & ibi laté per Felyn. qui ponit certas limitationes in hac materia. & inter cæteras quando dominus vellet alienare partem territorij: quia tunc admitteretur ſubdito
3 rum contradictio: † quia intereſt ſubditorum non habere tot dominos: ſecundum Ioann. Andr. in d. capitu. dilecti. Bald. in capit. j.§.ſi quis. quo tempore miles inueſt.pe.debe. facit d.c. pręterea ducatus. & dict.c.ij.§.ex eadem. de lege Conrad. Præterea intereſt ſubditorum non mutare dominum: ſecundū Innocen. in capitu. auditorum de præſcript. & ideò quādo tractatur de iure ſubiectionis debent vocari quorum intereſt. capit. inter quatuor. de maiorit. & obedien. quia nihil ſtatuendum eſt parte inaudita. capitu. j. de cau. po. & propr: & quia etiam intereſt ſubditorū quando alienantur in parte propter ſubſidia talliarum vbi prius in remiſsione focorum erant cotiſati & intitulati cum alijs hominibus caſtri. faciūt no. in l.incola. l. qui ex vico. cum ibi no. ff. ad municip. & per gloſſ. in authentic. quib. mod. na. effic. ſui.§.ſi quis igitur. le.ij. ſuper verbo, perſoluat. colum. vij. per Barto. Bald. in l.ſi quis. C. de bonis quæ libe. & non debet diuidi territorium iuriſdictionis niſi ex. cauſa: ſicuti de diœceſi dicitur: ſecundum gloſſ. in capit. j.di.x. Adde Bald. in margarita ad Innocē. ſuper verbo poſſeſsio quòd quando princeps dat iuriſdictionem ſiue per priuilegiū ſiue ſententiam quòd valet iſta donatio etiam non citatis ſubditis Adde dominum Guido. Pap. deci. dlx. quòd de cōſuetudine in hac patria domini poſſunt transferre ſine ipſorum hominum conſenſu vide deciſio. dlj. etiam ccxxxjx. Et interdum plus nocet contemptus quàm contradictio ſi non vocarētur homines. capi. quod ſicut. de electio. cum ibi nota. Et pro iſta parte facit quod voluit Bal. in ca. in generali. ſi de feudo fuer. cōtrouer. vbi loquitur de Rege Frāciæ ꝙ non poteſt alienare vnā ciuitatem regni ſui inuitis ciuibus & ibi refert de Conſtātino Imperatore quando donauit vrbem Papæ Silueſtro, quòd fecit cū conſenſu populi: vt in palea. ca. Conſtantinus. lxxxxvj. diſtin. facit. capit. intellecto.
4 de iur. iuran. † Et vt puto in ſimili tranſportu patrię Delphinalis. quando dominus Hūbertus Delphinus tranſtulit perſonam patriam in perſonam primogeniti Regis Franciæ ꝙ interueuit deliberatio ſeu conſenſus procerum & magnatum præſentis patriæ facit quòd habetur per Inno. Ioann. Andr. & Panormita. in c. quanto. de iureiurād vbi de ap-
5 probatiōe vel † decridatione monetę requirit cōſenſus populi aut ſaltem maioris partis magnatum regni. Et iſtam partem tenet deci. Tho. ccccxxxv. & do. Gui. Pap. deci. ccxxxix. Bal. in l. in teſtamēto C. ad leg. falci. & in l. debitorum. C. de pact. & ibi te
6 net: ꝙ † dominus nō poteſt tenere cōpoſitiones & ligas ad præiudiciū ſubditorū, nec econtrà, ſudbiti ad pręiudicium domini. Et pro hoc facit. c. ſi de maio. & obedien. & ibi Panor. ꝙ dominus nō poteſt cōponere ſuper iure ſuperioritatis ſine cōſenſu ſubditorum. & quod habetur per Barto. in l. ſodales. ff. de colle. illi. & per Iaſ. in dict. l. debitorum. C. de pact. & iſtam partē tenet Ioā. Fab. inſti. de aſsi. libe. etiā ſi fuerit alienatio vaſallorum & ſubditorū maiori domino: quia tunc poſſent homines magis vexari à potentiori & maximè quando eſſet magnus tyrānus vt experiētia atteſtatur. Sed ꝓ cōtraria parte facit d.c.ij.§.ex eadem lege. de leg. Carar. vbi eſt permiſſum alienare vaſallos cum curia ſeu vniuer-
7 ſitate: † quia licitum eſt cum vniuerſitate, quod per ſe tranſire non poteſt: ſecundum gloſſ. ibi l.j. ff.
8 de ſudo do. l. quædā. ff. de acquirē. re. do. † quia iſto caſu dominus & vaſallus non iudicantur a pari: iuxt. not. per Aluaro. in cap. j.§. dominus de forma fideli. & per Iaco. in tracta. feu. ſuper verbo, qui inueſtiti &c. per Andr. de Iſer. in c. imperialem.§. ſi de prohi. feudi alie. per Frede. Et pro hoc facit glo. in l. omnes. in fine. ff. de vſufruct. quemadmo. caueat. Et iſtam partem tenent Iaco. de Areti. Bald. Io. de Imol. Alexan. Franciſ. de Aret. in l. ij. in princ. ff. ſolu. matrimo. quando fit alienatio per modum vniuerſitatis. Bald. in l. ij. C. de donatio. & in l. j. C. com
9 muni. delega. Roma. conſi. xxxvj. in fine. † Et dicitur fieri alienatio per modum vniuerſitatis. quando alienatur plebs, caſtrum, villa: ſecundum Bal. in dict. capi. ij.§. ex eadem. de lege. Conrad. Ergo videtur idem quando fit alienatio alicuius villagij: ſeu parœcię: quia ibi eſt plebs ſeu populus. Secūdò
10 pro iſta parte facit: † cauſa neceſsitatis propter tranſitum principis nec alibi poſſunt fieri commoda recompenſa quo caſu dominus poteſt alienare ſubditos etiam inuitis. l. patronus. l. Medicus. l. ſi libertus artem. ff. de oper. libe. ſecundum Cyn. in ratione Albe. Saly. in l. j. C. de noua. & licèt Salyc. ibi ponat exemplū quando dominus nō poteſt vti ſeruitio vaſalli. pro quo facit cap. ij. de feud. tamen idē in alio caſu neceſsitatis domini. l. j. C. de oper. liber. Et hoc ibi tenet Bal. in fine & Barto. in l. ſi is.§. fin. ff. de pigno. & in l. ſi non ſortem.§. ſi libertus. ff. de condi. indebit. facit l. j. & ij. C. de patri. qui fili. diſtraxe. & qđ habetur per Ang. in l. diuus. ff. de peti. hęre. quia neceſsitas nō ſubijcitur legi. l. j. ff. de off. cōſu. l. ij.§. j. ff. ad leg. Rod. de iact. ca. quod eſt licitum. de reg.
11 iur. Tertiò pro iſta parte facit, † quando eſt conſuetudo quòd dominus poſsit alienare vaſallos & ſubditos ſine ipſorum conſenſu dict. c. ij.§. ex eadē lege. & ibi Bal. etiam idem tenet Felyn. in d.c. dilecti de maiori. & obedi. & in d. deci. Tho. ccccxxxv. Gui. pap. deci. ccccclx. Et ideò bonum eſſet habere relationem in camera cōputorum Delphin. ſi in alienationibus caſtrorum & certorum mandamentorum Delphi. factis de tempore Regis Caroli vij. domini Delphi. & Regis Ludouici xj. de mandamēto murę Eyſerij Morati & Caroli viij. de parœcia Chaiē cij man-

cij mandamenti pontis Belliuicini cuidam nobili Champier. Et de tempore Regis Ludoui xj. moderni de mandamento coſtæ ſancti Andreæ domino Carſolij ſi in interinatione literarum fuerint vocati homines ſubdicti dictorum locorum vel ne.

12 Quarto pro hac parte facit: † quia dominus directus poteſt alienare cenſum, & directum dominium ſine conſenſu emphyteotæ: quia non reperitur iure cautum, contrarium. & ideò licitum eſt alienare. l. dudũ. C. de cõtrah. empt. ſecundũ Spe. in titulo de loca. §. nunc aliqua. verſi. lxxxxiij. Salyc. in l. fina. C. de iure emphyteot. & latiùs per Iaſon. ibi in quinto notabili. Et præmiſſa faciunt ad queſtionem ſuper illa recompẽſa quam Rex dominus noſter Delphinus facit de villagio montis Suci vbi ſunt certi homines ſubditi de caſtro & territorio Viſiliæ domino Sichilliæ pro conſtructione viæ publicæ in dicta inſula Falconis & maximè in caſu iſto non agitur de tranſlatione Baronis vel militis, ſed ruſticorum faciunt nota. per And. de Iſer. in cap. j. §. præterea ducatus. verſi. nec dominus. de prohib. feu. alie. per Frede. & attenta etiã alia derogatoria, executa ſentẽtia & de plenitudine poteſtatis appoſita in reſcripto ſecũm Andr. de Iſer. ibi per
13 glo. & Deci. in l. j. C. de peti. bo. ſubla. libr. x. † quia etiã res patrimonij principis poteſt alienari de iuſſu principis. l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de lega. j. & ibi per doct. maximè per Franc. de Are. Et licèt quãdo fit alienatio territorij hominum in parte ad mittatur oppoſitio hominum ne viderentur habere plures dominos. d. c. ij. §. ex eadem. de leg. Conra. ſecundum Ioan. in dict. cap. dilecti. de maio. & obedien. tamen in caſu iſto eſt iuſta cauſa alienandi: quia dominus Sichilliem primus prætendebat ius in dicto vilagio montis Suci & infra limites in dicto reſcripto declaratos vt fertur: faciunt nota. per glo. & doct. in l. nulli. ff. de tranſact. & in l. præſes. C. de tranſ. & ſic d. Sichilliem alibi ita cõmodè nõ poterat recompenſari. Adde Bal. in cap. intellecto. de iureiuran. quòd reges poſſunt infeudare: quia non prohibentur iuramento: quia honor Regis augetur per dignitatem ſubditorum.

ARGVMENTVM.

De duplici patrimonio principis.

SVMMARIVM.

1 *Emens ab ærario q. ſtatim & incontinenti ſecurus ſit atq; acquiſiuit.*
2 *Auguſtæ bona eodem priuilegio, gaudent quo fiſci bona.*
3 *De procuratore Cæſaris ſeu rerum priuatarum.*
4 *Procuratoris fiſci officium circa quæ verſetur.*
5 *Procurator fiſci cùm non niſi de cauſis pecuniarijs cognoſcat mulctam indicere non poteſt.*
6 *Procurator fiſci inter priuatos non cognoſcit.*
7 *Imperator quandoquè in cauſa propria iudicat.*
8 *Camera imperij duobus modis conſiderabilis.*
9 *Reſpublica duplex patrimonium habet.*
10 *Fiſcus ſeu camera imperij & reſpublica idem ſunt.*
11 *Bona fiſci & Cæſaris an & quomodò diſtrahantur.*
12 *Bona cameræ apoſtolicæ quòd non niſi cum expreſſo Papæ mandato, diſtrahantur.*
13 *Bona eccleſiæ Romanæ rebus Cæſaris æquiparantur.*
14 *Legatum rei Cæſaris ſicut non valet: ita nec rei eccleſiæ Romanæ.*
Quid in legato rerum eccleſiarum inferiorum.
15 *Rex Galliarum in ſuo regno dicitur Imperator.*
16 *Fiſcus duplex vniuerſalis ſcilicet & particularis.*
17 *Fiſcus nullam iuriſdictionem habet.*
18 *Fiſcus ſecus ſine conſcientia.*

Quæſtio CCCXXXVIII.

QVAERITVR de duplici patrimonio principis, videlicet rerum fiſcalium, & rerum priuatarum Cæſarum & Auguſtę. Et ſi ſit differẽtia, an vno gaudeant eodem priuilegio, & ſi ſit cõmercium talium rerum vt poſsint alienari. & de officio procuratoris Cęſaris vel fiſci, & de camera Imperij, & de rationalibus & ſi habeant iuriſdictionẽ, & ſi fiſcus & reſpublica idem ſint, & quid iuris de rebus cameræ apoſtolicæ. Et an quis ſit illicò ſecurus acquirendo à fiſco vel à principe ſeu procuratore Cæſaris. & in effectu text. in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcrip. facit mentionem de tali duplici patrimonio rerum fiſcalium & rerum priuata
1 rum Cæſarum ſeu Imperatorum † quia ſicuti quãdo quis emit vel alio titulo acquirit ab ærario fiſcali incontinenti eſt ſecurus, ſed dominus habet regreſſum contra fiſcum infra quadriennium ad pretium. l. omnes. C. de quadrien. præſcript. Ita eodem priuilegio quis gaudet quando acquirit à Cæſare vel Auguſta ſeu eius procuratore rerum priuatarum. quia omnia intelliguntur eſſe principis, vt ibi habetur. Quicquid enim eſt fiſci, eſt Cæſaris: ſed non conuertitur: ſecundum Bald. ibi, vnde regnũ Boemiæ quod eſt Cæſaris, non eſt fiſcale. Et idem hodie poſſet dici de Ducatu Auſtriæ, qui pertinet Regi Romanorum; quia non dicitur fiſcalis, licèt talia bona Cæſarum gaudeant eodem priuilegio fi
2 ſci: & etiam † bona Auguſtæ. l. fiſcus. §. final. ff. de iur. fiſ. & inſtit. de vſucap. §. edicto. in fin. & ad iſtos
3 fines ſunt duo procuratores. vnus † qui dicitur procurator Cæſaris ſeu rerum priuatarũ. l. j. ff. de offic. procur. Cæſa. & talis habet iuriſdictionem de cauſa inter fiſcum & priuatum. l. j. C. de offic. commu. rerum priua. l. procuratores. & l. curator. C. de modo mulcta. l. ſi aduerſus. & l. edicto. C. ſi aduer. fiſcum. l. ad fiſcum. C. vb. cau. fiſca. & ibi per glo. & doct. l. ſi quando. & l. ſi vacantia. C. de bon. vacan. libr. x. & ibi per glo. Barto. & Ioan. de Plat. & talis procurator Cæſaris ſeu principis vocatur rationalis ſeu legiſta. dict. l. curatores. & ibi glo. C. de modo. mulcta. l. fina. C. de aduoc. fiſc. dict. l. ad fiſcum. d. l. edicto. Et ideò computatio quæ fit per iſtos tabellarios nõ habet inſtar rei iudicatę niſi approbetur per procuratorem Cæſaris. l. inſtar. C. de iur. fiſ. lib. x. licèt ex tali computatione facta in libro officialis poterit ferri ſententia contra abſentem. l. ij. §. quod de frumentaria. ff. de adminiſtr. rer. ad ciui. pertinen. de quo ibi per gloſſ. & Barto. vnde ſecundum Paul. de Caſtr. in dict. l. edicto. quando cauſa agitur inter fiſcum & priuatum, & quis conueniatur coram poteſtate tunc poterit ſe petere remitti ad iudices cameræ, qui tenẽt locum procuratorum. Et iſtud poteſt adaptari in his partibus: quia interdum in cauſis fiſcalibus & patrimonialibus quando antiqui conueniuntur coram curia, tunc procurator fiſcalis petit remitti coram auditoribus cameræ ad informandum de iuribus fiſcalibus. Et idem

intelligo in patria prouinciæ in ciuitate Aquenſi
in camera computorum ſunt rationales. Secundo
4 modo vocatur procurator fiſci ſeu Imperij,† & iſte
cognoſcit de cauſa inter procuratoré Cęſaris ſeu pa
trimonij priuati principis & priuatum: ſecundum
glo.in dict.l.ad fiſcum. C.vbi cauſ.fiſca. Et vbi in
prouincia non eſt talis procurator Cæſaris vel fiſci,
tunc recurritur ad præſidem loci, vel etiam quan-
do ex conſuetudine ita habetur:ſecundũ glo. Bart.
in dict.l.ſi vacantia.C.de bon. vacan. lib.x.nec eſt
fienda differentia quando cauſa agitur inter fiſcũ
& priuatum ſiue actiuè ſiue paſsiuè hoc ſiue fiſcus
agat contra priuatum ſiue conueniatur à fiſco: quia
tunc procurator Cæſaris cognoſcit:ſecundum glo.
in dict.l.ad fiſcum.Nec obſtat dict.l.ſi aduerſus.C.
ſi aduerſus fiſc.vbi procurator Cæſaris non cogno
ſcit ſolus,ſed cum præſide:quia ibi loquitur in cau
ſa mixti imperij videlicet reſtitutionis in integrũ.
5 ſecũdum Deci.ibi:† nam talis procurcator Cæſaris ſeu
fiſci non cognoſcit in cauſa criminali, ſed dũtaxat
in pecuniaria.l.j.& ij.& iij.C.vbi cau.fiſca. & ideò
non poteſt iudicẽ mulctare.d.l. procuratores. C.de
6 modo mulct.l.j.C.de fiſca.vſu.lib.x. † Et talis pro
curator Cæſaris ſeu fiſci non cognoſcit inter duas
priuatas perſonas niſi inter fiſcum & priuatum. Et
idem quãdo eſt quęſtio inter cõe Florentiæ & ciuẽ
Florẽtinum, quia tunc cognoſcit procurator com
munis:ſecundum Angel.in dict.l. ſi aduerſus. alle-
gat glo.in l.quanquàm.C.de ſenten.quę ſine certa
quanti.& de iſto procuratore Cæſaris, & procura-
tore fiſci, & de duplici patrimonio Imperatoris, lo
quitur Cyn.in d.l.procurator. C.de eden. & ꝙ ideò
Imperator voluit quòd de quæſtione quæ agitur
inter fiſcum & priuatum cognoſcat procurator Cę
ſaris & econtra de quęſtione quæ agitur inter pro-
curatorem Cæſaris ratione patrimonij priuati, &
priuatũ cognoſcat procurator fiſci, vt iudiciũ pro
7 cedat ſine ſupplicatione,licèt † quandoquè Impe-
rator ſit iudex in cauſa propria,cùm ſit ſolutus legi
bus.l.proximè.ff.de hijs quæ in teſtam.delen.l. Ty
berius.& l.ſi pater.ff.de hæred. inſtitu. & idem eſt
in alijs principibus qui non recognoſcũnt ſuperio-
rem,licèt de honeſtate debeant committere cauſas
in facto proprio.Et ita etiam tenet Iaſon in dict.l.
procurator.qui facit differentiã inter procuratoré
Cæſaris,qui dicitur priuatæ rationis, & procurato
rem fiſci, qui dicitur publicæ rationis.& licèt glo.
in rubr.C.de iur.fiſc.lib.x.dicat quòd fiſcus dica-
tur camera Imperij ſeu Imperialis : tamen non eſt
idem quòd camera patrimonij Cæſaris. Veruntamé
quicquid ſpecialitatis habet fiſcus & Cæſaris & Au
guſtæ ratio ſolet haberi.dict.l. fiſcus. §.fina.ff.de
iur.fiſ.& l.bene à Zenone.C.de quadrien.præſcri.
8 Barto.verò in dict.rubr.tenet †quòd camera Impe
rij poteſt conſiderari dupliciter.vno modo pro ip-
ſo loco cameræ vbi eſt domus cameræ,ſicuti de lo-
co vbi redditur ius.l.pen.ff.de iuſti.& iure. & iſtud
poteſt adaptari in hac ciuitate Grationo.vbi eſt lo
cus conſiſtorij curiæ parlamenti, & locus cameræ
cõputorum in eodem palatio, & talia palatia ſunt
publica,& dicuntur eſſe principis ſeu fiſci,cùm ſint
de regalijs.cap.j.quę ſint rega.in fi.vnde ſecundum
Bal.ibi omnia palatia deputata in ciuitatibus pro
iuſtitia exhibenda dicuntur eſſe principis.Et vt in-
telligo, in aliquibus locis ex auditu loci ab anti-
quis ſolebat eſſe camera Imperij. Alio modo acci-
pitur camera Imperij quicquid ad cõmodum Im-
perij pecuniariũ pertinet. l.ſed & Celſus. in princi.
ff.de contrahen. emptio.& ibi glo.quæ exemplifi-
cat de molendinis cõmunis,& in iſtis commodis pe
cuniarijs conſiſtit cõmercium.l. pacta.§. Papinia-
nus.ff.de contrahen.empti. inſtitu.eod.tit.§. final.
alia verò quæ pertinẽt ad honores & vſum publicũ
dicũtur rei publicæ,vt in cãpo Martio & catera & ſi
milibus.Et pro hoc facit quod voluit Bal.in l.j.C.de
9 hæred.vel acti.vẽdi.vbi dicit quòd † reſpublica ha
bet duplex patrimoniũ,vnum quod dicitur fiſcale,
introitus, exitus, ſeu in cõmodo pecuniario: aliud
eſt patrimonium quod conſiſtit in vſu publico. Si
verò loquamur de camera Imperatoris:tunc ſi acci
piatur & intelligatur pro Imperatore,tũc eſt idem
ſicut camera Imperij. l.ij. §. hoc interdictum. ff.ne
quid in loco publico.l.bene à Zenone. C. de qua-
drien.præſcrip.ſed ſi accipiatur Cæſaris priuatum,
tũc à camera Imperij ſeu fiſci.Et ideò alius eſt pcu
rator fiſci,alius procurator Cæſaris,licèt gaudeant
10 eiſdem priuilegijs: ſecundum glo.ibi. † Et pariter
fiſcus ſeu camera Imperij & reſpublica idem ſunt.
l.non ambigendum.ff.de bon.poſſeſ.ſecundum gl.
in d.rubr.C.de iur.fiſci.de quo ibi per Bar.& Ioan.
de Plat.ſed glo.in l.j.C.de fide inſtrumen.& iu.ha.
fiſca.lib.x.ſuper verb.procuratore. tenet quòd pro
curator fiſcalis habet poteſtatem vẽdendi res fiſca
les ſeruata forma de qua ibi, & l.ſi tẽpora.& l.quę-
cunq;.C.eod.tit.ſecus in procuratore Cæſaris:quia
non habet poteſtatem vendendi ſine ſpeciali man-
dato.l.j.ff.de offi.procu.Cæſaris l.apud Iulianum.
§.conſtat.ff.de lega.j.vbi fit mentio etiam de præ-
dijs Cæſaris,ſi in formam patrimonij redacta ſint,
non ſolent alienari ſine iuſſu principis.Sed Bart.in
dict.l.j.tenet quòd idem ſit in rebus fiſcalibus ꝙ
non poſsint alienari ſine iuſſu principis.allegat l.ſi
fiſcus.aliâs eſt l.bonorum.& l.neq; procuratores.
l.aufertur.§.actores.ff.de iur.fiſci. & ibi glo.ſuper
verbo, actores . quæ loquitur de procuratore fiſci.
gloſſ.verò in dict.l.pacta.§. Papinianus.ff.de contr.
empti.facit differentiam inter rem fiſci vt teneat vẽ
ditio,& rem patrimonij Cæſaris. Et quòd tunc ac-
quiratur quòd fiat de ſpeciali iuſſu principis.ſed in
dict.l.apud Iulianum.§.conſtat.glo.ibi tenet ꝙ in
d.l.pacta.§.fina.venditio fuit facta inter ignoran-
tes.Et quòd ideò venditio rei fiſcalis vel Cæſaris te
neat vt debeatur æſtimatio:vel ſecundo, glo. ſe re-
mittit ad not.in dict.l.pacta.ſed Franci.de Aret. in
dict.§. conſtat. tenet opinionem glo.quòd ſit fien
da differentia inter rem fiſcalem vt teneat venditio
& rem Cæſaris vt requiratur quòd fiat de expreſſo
iuſſu principis.Nec obſtat d.ct.l.fiſcus.§.fina.ff.de
iur.fiſc.quia licèt bona patrimonij priuati Cæſaris
quæ habuit ante electionem gaudeant eodem pri-
uilegio rerum fiſcalium:tamen econtrà bona fiſca
lia non gaudẽt priuilegio bonorum Cęſaris , & ita
videtur ſentire Bald.in dict.l.bene à Zenone.C.de
quadrien.præſcrip.Sed attende,quia text.in d.l.bo
norum.& l.neq; procuratores.& l.aufertur.§.acto
res.ff.de iur.fiſci. videntur probare ꝙ bona fiſca-
lia etiam non poſsint alienari ſine expreſſo iuſſu
principis.relinquo cogitandum ſuper hoc & præ-
miſſa etiam

miſſa etiam procedunt in rebus patrimonialibus
cameræ apoſtolicæ eccleſiæ Romanæ: vt non poſ-
12 ſint † alienari ſine expreſſo mãdato Papæ,& quòd
fiat cum cauſa. cap. non liceat. le j. xij. quæſti.ij.
13 cum ibi nota. † quia res eccleſiæ Romanę æquipa
rantur rebus Cæſaris in hoc caſu: ſecundum gloſſ.
in ſumma xij.quęſt.ij.& hoc tenuerunt Bald. Ang.
Paul. de Caſt. Ioan. Alexan. de Imol. in dict. l. apud
14 Iulianum.§.conſtat.ff.de lega.j. † quia ſicuti non
tenet legatum rerum Cæſaris,cùm non ſit commer
cium ſaltem niſi cum difficultate, vt non debeatur
æſtimatio: ita etiam nõ tenet legatum rerum eccle-
ſiæ Romanæ. Quid autem in legato rerum eccle-
ſię inferiorum ibi habetur,& in cap. filius. de teſta.
& per gloſſ. in cap. ſi Epiſcopus. xij. quæſti. v. & per
Io. Fabr. inſtitu. de lega.§.non ſolùm. Et per præ-
miſſa decidit Ang. in dict.§.conſtat. quòd ſi Papa
dederit alicui aliqua bona camerę apoſtolicæ exi
ſtentia in certo loco,quòd non comprehenduntur
bona poſſeſſa per extraneos, quia illa non dicun-
tur in forma patrimonij deſcripta. faciunt not. per
Bar. in l. ſi quando. la ij.& l. ſi vacantia. C. de bo. va
can. lib. x. Et qualiter Papa poſsit donare,& aliena
re de bonis eccleſię Romanæ, & an referatur ſolẽ-
nitas & de conſenſu Cardinalium, vide per Archi.
in dict. c. non licèt.& per Bald. in l. cùm mulcta. C.
de bo. quę libe.& per Pau. de Caſtr. cõſi. cclxxxiiij.
& ſequenti. Et per Panor. in c. cùm veniſſent. de iu-
di.& per Fely. in c. ad audientiam. de præſcri. & ibi
an ſucceſſor poſsit reuocare alienata. & aliàs ſcripſi
in alio volumine cauſarum eccleſiarũ in quodam
tractatu alienationis rerum eccleſiæ ibi inſerto. q.
lxj. Et præmiſſa hic ſcripſi pro veritate habẽda cau
ſa recreationis mei intellectus: quia dum interdum
cogitarem de hac materia faciebat fatigari intelle-
ctum meũ ſubmittendo tamen corectioni cuiuſli-
bet rectiùs ſentientis.& pariter dedit mihi cauſam
præmiſſa ſcribendi pro fœlici ſtatu ſereniſsimi Re
gis Ludouici. xij. moderni domini noſtri Delphi.
qui per prius antequàm perueniſſet ad coronã Frã
ciæ erat Dux Aurelianenſis dominus patriæ Aſtẽ-
ſis.& ſimiliter reſpectu ſtatus illuſtriſsimè dominæ
Annę Duxiſſæ Britanniæ Reginæ Franciæ: quia
antequàm eſſet Regina erat Duxiſſa Britãnię qua
liter & quomodò debeant nominari eorum procu-
ratores & officiarij eorum patrimoniorũ quæ per
prius habebant rariſsimè patet ex præmiſsis: quia
15 Rex & fiſcus æquiparantur: & † Rex in regno ſuo
dicitur Imperator: ſecundum Bal. in l. exemplo. C.
de proba. niſi aliter conſuetudine obſeruetur: quia
neſcirem referre quo modò intitulentur de præſen-
ti eorum officiarij quos habent in eorum terris &
ſegnorijs quas per prius habebant antequàm Rex
perueniſſet ad coronã, ſed me refero veritati. nã Re
gina ſeu Auguſta gaudet eodẽ priuilegio Regis. l.
princeps. ff. de legi. d. l. bñ à Zenone. C. de quadriẽ.
pręſcrip. veruntamen ſecundũ Bal. in c. j.§. ad hec.
16 de pac. iura. fir. † duplex dicitur fiſcus ſ. vniuerſalis
17 & particularis, vti Papieñ. vel Pariſij, † tamẽ apud
nullum eſt iuriſdictio: quia fiſcus dicitur cuſtos ſeu
ſacriſta & etiã repoſitoriũ theſauri publici,& habet
eius priuilegia iudices & procuratorẽ, qui agit &
18 cõuenitur. Et dicitur † fiſcus ſacus ſine conſcientia,
& imburſat malę quęſita. l. in hæredẽ. ff. de calum.
l. Papinianus.§. meminiſſe. ff. de inoffic. teſta. & ei
poteſt legari vel donari: propriè tamen fiſcus non
eſt niſi Imperij & Papæ. l. j. C. de bo. vacan. lib. x. ſe
cundũ Bal. in d.§. ad hæc.& d. Guid. Pap. dec. 259.

ARGVMEMTVM.

Fiſcum habere quibus liceat.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcum habere propriè Papæ & Imperatori licere. & numer. 11.*
2 *Reges fiſcum in ſuis regnis habere poſſunt.*
3 *Communitates & collegia licèt burſam habeãt: fiſcalem uerò burſam, non niſi præſciptione uel priuilegio.*
4 *Idem de dominis terrarum.*
5 *Iura fiſcalia ceſſante præſcriptione, conſuetudine uel priuilegio ſolis principibus reſeruata dicuntur.*
6 *Ciuitates Italiæ quæ ſuperiorem non recognoſcũt fiſcum habere poſſunt.*
7 *Communitates quæ ex priuilegio iuribus fiſcalibus fruuntur, quòd pœnam infamiæ remittere non poßint.*
8 *Ciuitas licèt fiſcum habeat, ius tamẽ tacitæ hypothecæ non gaudet.*
9 *Banneretti Delphinales de Læſæ maieſtatis crimine notionem non habent, licèt iuribus regaliæ gaudeant.*
10 *Epiſcopi an fiſcum ſeu procuratorem fiſcalem habeant.*
11 *Clerici damnati bona ad quem deuoluantur.*

Quæſtio CCCXXXIX.

QVAERITVR ad quos ſpectat habere fi
ſcum. Et quid iuris in Epiſcopo & alijs Præ-
latis eccleſiarum an licitè dicantur habere procura
1 torem fiſcalem. † Et in effectu propriè loquẽdo ſpe
ctat Papę vel Imperatori habere fiſcum. l. ſimile. ff.
ad munic. l. j. C. de bon. vacan. lib. x. l. item veniunt.
§ ait ſenatus. ff. de peti. hęred. ſecundum Bal. in c. j.
§. ad hæc. de pace iur. fir. Bart. in dict. l. j. de bon. va-
can.& in l. ij. poſt glo. in princ. ff. de iur. fiſc.& in d.
2 §. ait ſenatus. † Et idem in rege in Regno ſuo: ſecũ
dum Bal. in l. iij. C. ad trebel. faciunt no. per eundẽ
Bal. in proœ. ff. veteris. quia nõ appellatur à ſentẽ-
tia regũ. l. j. ff. de offi. pręfe. pręto.& quibus Rex in
regno dicitur Imperator. Et Rex & fiſcus idẽ ſunt:
ſecundum Bal. in l. exemplo. C. de proba. Et eo ip-
ſo quòd Papa infeudat regnum, veniunt regalia: ſe
cundum Bal. in c. j. in fine. quę ſunt regalia. Et præ
miſſa procedunt niſi ex cõſuetudine vel priuilegio
eſſent conceſſa regalia: ſecundum Bar. in dict. l. ij.
in princip. ff. de iur. fiſc.& in dict. l. j. de bon. vacan.
Et Bal. in l. aduerſus. C. de fur. & in l. j. C. de hæred.
3 vel acti. vendi. Et ibi tenet † quòd cõitates & col-
legia licèt habeant burſam communem. l. j.§. qui-
bus. ff. qđ cuiuſq; vniuer. nom. tñ nõ habẽt burſam
4 fiſcalem, niſi pręſcripſiſſent, vel per priuilegia. † Et
idem de dominis terrarum, quando ex contractu
vel per priuilegia haberent iura fiſcalia,& tunc di-
5 cuntur habere procuratorem in rem ſuam. † aliâs
ceſſante pręſcriptione ſeu conſuetudine vel priui-
legio talia iura dicuntur reſeruata principi. primo
regum. cap. viij.& ibi ponuntur iura regum tàm in
perſonis quàm rebus ſubditorum: ſecundum Bald.
in d. l. j. Bar. in l. cunctos populos. circa fi. C. de ſum.
6 trini.& fid. cath. & idem eſt † de cõitatibus Italiæ
quę non recognoſcũt ſuperiorem de facto: quia eo-

rum populus eſt liber & exercent iura fiſcalia: ſecundum Bart.in d.l.item veniunt.§.ait ſenatus.ff. de peti.hære.& in l.infamen.ff.de public.iudi. pro quo facit.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quo idi.& æſtiua.c.ſuper quibus.d.§.pretereà.de verb.
7 ſignifi.Et quando † communitates & alij domini terrarũ ex priuilegio habent iura fiſcalia in eorũ territorijs licèt poſsint remittere mulctam ſeu pœnam pecuniariam cùm peruenerit ad eorũ burſam & habent regalia: ſecus quò ad pœnam infamiæ:
8 quia non poſſunt remittere.Et pro hoc facit † quia licèt ciuitas haberet fiſcũ ex priuilegio tamen non habet ius tacite hypothecæ d.l. ſimile.ff. ad muni. ſecundum glo.in l.ij.C.in quib.cau.pig.taci. con-
9 trahi.Et idem tenet Guid. Pap. deciſ. lxxv. † quia Bannereti præſentis patriæ Delphi.habent in eorum territorijs regalia, & vias publicas,& ius confiſcationis bonorum in crimine hęreſis,& etiam ſecundum libertates Delphin.ſecus in crimine læſæ maieſtatis,vt ibi habetur, facit quod habetur per Paul.de Caſtr.in l.iij.C.de epiſc.audien.& per Fely.in cap.cùm non liceat.de præſcrip.nã tales domini qui non recognoſcũt ſuperiorem de facto exercent iura Imperij:ſecundum Cyn.in l.fin.C. de dona.inter vir.& vxo.Et ideò quia contractus principis habet vim legis,ſi talis dñs det aliquas terras in contractu matrimonij eius filiæ cum pacto de non alienando, talis prohibitio impedit tranſlationem dominij:ſecundum Cyn.ibi de quo etiam per eum in l.ea lege.C.de condi.ob cauſam.ſed redeũdo ad
10 quæſitum † an Epiſcopus dicatur habere fiſcũ ſeu procuratorem fiſcalem glo.in cap.quia diuerſitatẽ.
11 de conce.præben.ſuper verbo,prætor.tenet † quòd bona clerici dãnati deuoluũtur ad fiſcum eccleſiæ nec apperit quid dicatur fiſcus eccleſię.veruntamẽ ſecundũ Antho.de But.Ioan.de Imol.Panor.quãdo eſſent bona propria clerici deberent deuolui ad eccleſiam in qua haberet beneficium: aliàs ſi non haberet beneficium,debeat deuolui ad fiſcum ſeu cameram Epiſcopi.& idem videtur tenere gloſſ.in clem.ij.de hæret.ſuper verb.eccleſię. & ibi per Cardi.Floren.quæſtio.v.& ſequenti: niſi eſſent bona emphyteoticaria vel feudalia: quia applicarentur domino feudi de quo ibi latiùs, ſed Bald in cap.j.
12 §.ad hoc.de pace iuramen. firman. tenet, † quòd propriè fiſcus non eſt niſi Imperij & Papæ:& in rubric.C.de priuile.fiſc. tenet quòd Epiſcopus non habet fiſcum.& idem tenet in authenti.bona dãnatorum.C.de bon.proſcript.& quod non debet applicare mulctas & pœnas ad eius commodum, ſed eccleſiæ Romanæ:licèt contrarium ſeruetur de facto.faciunt no.in cap. licèt.de pœ.& cap.dilectus. de offic.ordi.ſed in dec. Tholo.cccxxix. tenet quòd Archiepiſcopus Tholoſæ habet procuratorem fiſcalem,& hoc ex conſuetudine per tempus memoriam excedẽtẽs.Et talis fiſcus ſeu procurator fiſcalis iſtorum inferiorum,qui recognoſcunt ſuperiorem,quando ex priuilegio vel conſuetudine diceretur particularũ, ſed alius fiſcus vniuerſalis diceretur principis ſeu alicuius prouinciæ:iuxta not. per Bal.in d.§.ad hoc. & ideò in curia Franciæ officiũ procuratoris fiſcalis eſt magnum officium: ſecundum Ioannem Fabr.inſtitu.de exceptio.§.final.Et pręmiſſa faciunt pro libertate præſentis patrię Delphinal.c.xxix. vbi Bannereti in eorum territorijs habent regalia, vti merũ mixtum Imperium, vias publicas & ius publicandi & confiſcandi bona,& etiam procuratorẽ fiſcalẽ particularẽ talis loci. faciunt not.per dominum Guid.Pap.deci.lxxvj.rel in quo cogitandum. Veruntamen talis procurator fiſcalis non tenetur facere fidem de eius poteſtate cùm ſit ſatis nota.iuxta not. per Barto.in l.j.C. qui & aduer.qu. idem ſecundum dominum Guid.Papæ deciſio. cclix.

ARGVMENTVM.

Debitorum appellatione an fideiuſſores veniant.

SVMMARIVM.

1 *Statuta ſtrictè interpretanda.*
2 *Tutelas tres qui habet, quòd à quarta excuſetur.*
3 *Debitor propriè is dicitur à quo inuito nonnihil exigi poteſt.*
4 *Fideiuſſori competit ordinis exceptio.*
5 *Hæres grauatus de ſoluendo creditoribus teſtatoris de quibus accipiendum eſt.*
6 *Fideiuſſor quòd propriè reus non dicatur.*
7 *Dilatio data principali ex principis beneficio fideiuſſori non competit.*
8 *Statutum loquens de debitore, an in fideiuſſore locum habeat.*
9 *Credendi verbum quòd omnes contractus amplectatur in quibus alienam fidem ſequimur.*
10 *Fideiuſſor tutoris tutor non eſt, ut qui tutoris effectum non habeat.*
11 *Beneficium prohibitorium obligationis quòd ad fideiuſſorem tranſeat.*
12 *Statutum faciens mentionem de debitoribus, quòd ad fideiuſſores extendatur. & nu. 13.*

Quæſtio CCCXL.

QVAERITVR an in materia ſtatuti appellatione debitorum veniant fideiuſſores. Et quid iuris etiam in vltima voluntate. Dubium
1 facit: † quia in materia ſtatuti debet fieri ſtricta interpretatio,& arguendo & diſputando optima ratione magis perpenditur veritas.l.munerum.§.mixta.ff.de mune.& one.l.fi.C.ſi per vim vel alio mo. Pro parte negatiua quòd non comprehendantur fideiuſſores facit l.& magis puto.ff.de ſolu. vbi in dubio quando quis ſoluit creditori præſumitur ſoluere pro debito proprio & non alieno. Secundò pro iſta parte facit l.ſpadonem. §. ſi ciuitatis. ff. de
2 excuſa tuto.vbi † licèt quando tutor habet munus trium tutelarum excuſetur à quarta tutela: tamen ſi fuerit fideiuſſor tutoris, talis fideiuſſio non enumeratur in numero tutelarum.& hoc ibi not.Bart. in lectura antiqua pro quæſtione diſputata per Oldra.de quo ſe remittit ad nota.per Guliel.de Cune. in l.j.ff.ſi cert.peta. Tertiò pro iſta parte facit l.debitor.& l.creditores.ff. de verbo.ſignifi.& l.is cui.
3 ff.de actio.& obliga.vbi propriè loquendo, † debitor dicitur quando poteſt exigi ab inuito.l. fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.de lega. iij. ita quòd non habeat
4 obſtare aliqua exceptio:vt ibi habetur.† ſed hodie cõpetit fideiuſſori exceptio ordinis,vt prius diſcutiatur principalis.authenti.præſente.C.de fideiuſſ. & mandat. Quartò pro iſta parte: quia fideiuſſor non tenetur in plus quàm principalis & ex natura obligatio-

obligationis.ita ꝙ ex poſt facto augeatur obliga-
tio propter pœnam principalis non tenetur fideiuſ
ſor.l.fi.ff.de fideiuſ.faciunt not.in l.mora.ff. de ver
bo.oblig.in l.cẽtum Capuæ.ff.de eo quod certo lo.
l.quęro.ff.loca.l.ij.§.fi.ff.qui ſatiſda.cogan. Quin
tò pro iſta parte facit quæſtio tacta per Bald. & cæ
teros.in l.ſi fideiuſſor.in princip.ff.de leg.j.quando
5 teſtator † grauat hæredẽ ſeu aliũ ſoluere ſuis credi
toribus quod intelligitur de debito proprio,& etiã
fideiuſſoris,adeò quòd ſi hæres ſoluat non repetet
à debitore principali:ſecundum Bald .ibi licèt glo.
videatur ſentire quòd hoc ideò: quia apparebat de
volũtate teſtatoris animo donãdi: ſed ſecundũ Io.
de Imol . ibi talis diſpoſitio teſtatoris de ſoluẽdo
debita defuncti in dubio intelligitur de debitis pro
prijs & non ratione fideiuſsionis,licèt non ſit ſine
ſcrupulo.per d.l.& magis puto . Et hoc ſequuntur
Pau.de Caſtr.& Alex.de Imol.in d.l. ſi fideiuſſor.
in princ.niſi in caſu qñ teſtator nõ eſſet obligatus
niſi ex cauſa fideiuſsionis: quia tunc iſto caſu talis
diſpoſitio teſtatoris quæ reddatur inutilis intellige
retur de debito ex cauſa fideiuſsionis:ſcd̃m doc.ibi
ar.l.ij.& iij.in prin.cum ibi not.ff.de libe.præte.ſed
Franc.de Are.in d.l.ſi fideiuſſor.in princ. aſsignat
aliam rationẽ quare in dubio talis diſpoſitio teſta
ſtatoris de ſoluẽdo debita ſua intelligitur de debi-
tis proprijs & nõ ex cauſa fideiuſsionis: quia iſtud
cõuenit exonerationi cõſcientię teſtatoris:iux.no.
per Bal.in l.id quod pauperibus.C.de epiſc.&cler.
ſed debita ex cauſa fideiuſsionis nõ cõcernũt prin-
cipaliter teſtatorẽ,ſed debitorẽ principalem. Sextò
pro parte negatiua facit quod habetur per Ange.
6 poſt glo.in l.Sticũ.§.quod vulgò.ff.de ſolu.vbi † fi
deiuſſor nõ dicitur reus propriè loquẽdo: ſed abuſi
uè:ſecundũ glo.ibi ſuper verb.duntaxat. Et ex hoc
arguit Ang.ibi ante beneficiũ ſtatuti.quod cõpetit
reo principali porrigatur ad fideiuſſorẽ:vti ſi dica-
tur, ꝙ debitor pro debito non poſsit incarcerari.Et
prima facie videretur dicendũ ꝙ ſic:quia fideiuſſor
dicitur debitor ſeu reus.Sed in cõtrariũ decidit quã
do aliâs incarceratio eſſet de iure cõi cõceſſa.Nam
tale ſtatutũ exorbitat à iure cõi , & ideò debet ſtri-
ctè & propriè intelligi.l.quicquid aſtringẽdæ.ff.de
verb.oblig.l.cõſtitutionibus.ff.ad munic. vnde fi-
deiuſſor propriè nõ dicitur reus, & eſt diuerſitas no
minũ.facit l.ſi idem.C.de eod.Et ita videntur ſequi
Io.de Imol.Pau.de Caſt. in d.§.quod vulgò. Septi
7 mò pro iſta parte facit: † quia dilatio data debitori
ex beneficio ſeu priuilegio principis non compe-
tit fideiuſſori alio non apparente, maximè quan-
do quis eſt debitor dando:iuxta not.per Cyn.& cæ
teros.in l.quotiẽs.C.de preci. Imper.offeren.& in l.
tam mandatori.C.de non numera.pecunia:quia ta
le priuilegium cenſetur perſonale , & non egredi-
tur perſonam.l.in omnibus. ff. de regul.iur.l. quia
perſonale.ff.ſolu.mat.c.priuilegiũ.de reg.iu.lib.vj.
Sed pro cõtraria parte facit:quia fideiuſſor dicitur
qui verbis eſt obligatus.l.blãditus.C.de fideiuſ. Et
8 ideò † ſtatutũ loquẽs de debitore habet locũ in fi-
deiuſſore:ſecundũ Bal.& Ang.in d.l.blãditus:quia
fideiuſſor dicitur debitor ex cauſa fideiuſsionis:&
pro hoc facit d.l.ſi fideiuſſor.in prin.ff.de leg.j.&l.
ſi res in fi.ff. ad trebel. quia nõ refert ex qua cauſa
quis teneatur. Secũdò pro iſta parte facit.l.j. verſi.
omnis.& verſicu.nam cui.ff.de reb.cred.ſi certum
9 petat.vbi † verbum credendi, complectitur omnes
cõtractus vbi ſequimur alienam fidem.& ibi tenet
Bartol.verſicu.quæro.dicitur hic.& verſicu .venia-
mus ad quartam. & verſicul. quæro vtrum fideiuſ-
ſor.& ibi reſpondet ad argument.etiam ſi dicatur
quòd debeat diffinitio.vel alluſio vocabuli:quia hoc
verum niſi reperiatur authoritas in contrarium &
pariter reſpondet ad dict.l. Spadonem.§.ſi ciuita-
10 tis.ff.de excuſa.tuto. † quia licèt quis ſit fideiuſſor
tutoris, non tamen eſt tutor , nec habet officium
tutoris. Et iſtam partem tenent Alexand.& Iaſon
in dict.l.j. ff. ſi certum peta . & ibi Alexand . tenet
quòd iſta eſt magis communis oppinio, pro quo
allegat dict.l.ſi fideiuſſor.in princip. ff. de lega.j.l.
ſi ſeruum.§.nunc videamus.ff.de verbo. obliga. &
hoc ibi nota. Cuman. Tertiò pro iſta parte facit:
quia etiam in materia correctoria & pœnali appel
latione debitoris non venit fideiuſſor.Et ideò ſicut
creditor prohibetur eſſe tutor pupilli.authenti.mi-
noris.C.qui dare tuto.poſſ.ita etiam fideiuſſor pro
hibetur eſſe tutor: ſecundum Angel. in authen. vt
hij qui obliga.res mino.col.vj.circa finem princi-
pij.Et ita refert fuiſſe iudicatum.& ſequitur Franc.
de Aret. in dict.l.ſi fideiuſſor.& Iaſo.in dict l.j. cir
ca finem.ff.ſi certum.peta.Quartò pro iſta parte fa
cit l.ſed & ſi pater.§.non ſolùm. ff.ad macedonia.
11 quia † beneficium prohibitorium obligationis trã
ſit ad fideiuſſorẽ: quia aliâs fideiuſſor haberet re-
greſſum contra principalem, niſi interueniret ani-
mo donandi.& pro hoc facit l.ſi mulier. §. ſi ab ea.
ff.ad Veleian.Et hoc tenet Alber. in j. parte ſtatu.
quæſtio.clxxxij. incipien.demum. Quintò pro iſta
parte facit ratio ſtatuti quę dicitur anima legis.
l.adigere. §.quamuis. ff.de iur. patron.& ratio re-
ſtringit dictum.l.cùm pater. §.dulciſsimis.ff.de le-
ga.ij. Et ideò quando ratio ſtatuti vel priuilegij
12 concernit rem publicam & totam patriã, † tunc
etiam tale ſtatutum vel priuilegium faciens men-
tionem de debitoribus ſe extendit ad fideiuſſores:
quia tale ſtatutum ſit ſine delectu perſonarum : ſe-
cundum Cyn.in dict.l.quotiẽs.C.de precib. Imper.
13 offeren.circa finem. Sextò pro † iſta parte facit:
quia quando in inſtrumento fideiuſsionis eſt re-
nuntiatum iuri de prius conueniendo principalem
quàm fideiuſſorem, tunc poteſt ab inuito exigi.&
beneficium ſtatuti loquens de debitoribus ſe extẽ-
dit ad fideiuſſores:ſecundum Ioan. de Imol.in l.j.
cum l.& magis puto.ff.de ſolu. Et præmiſſa faciũt
ad quæſtionem ſtatuti Delphinal. nuper editi ſu-
per penſionibus:quia penſiones bladorum,vinorũ,
&aliorum victualium ad requeſtam tenentium ſta
tuum pro vtilitate rei publicæ fuerunt reductæ ad
pecuniã ad rationẽ vnius floreni pro xx. & quinq;
pro centum.verum quia ne creditores nimium gra
uarentur,& quia poſſent conuertere ſortẽ in acqui
ſitionẽ prędiorum fuit eis permiſſum petere ſortem
ſeu principale infra tres annos: dum tamen notifi-
cent debitoribus infra annum à tempore publica-
tionis ſtatuti,compellendo debitores ad hoc lapſo
termino.Et aliâs prout ibi cõtinetur: quia tale ſta-
tutũ ſimpliciter facit mẽtionẽ de debitoribus abſq;
exprimẽdo de fideiuſſoribus,an ſe extẽdat ad fide-
iuſſores cõtractuũ taliũ pẽſionũ relinquo cogitãdũ

quia nó eſt ſine ſcrupulo, propter opiniones ſupra relatas. Et queſtio pendet nunc coram curia inter Ioffredum Buaterij heredem teſtamentarium egregij dominij quondã Gaufredi de regula conſiliarij Delphinal. contra fideiuſſores Iacobi Morelli pro quadem penſione ſomatarum frumenti pro pretio lx. ſcutorum. & nunc dictus Buaterij nititur repetere à fideiuſſoribus dictam ſummã principalem lx. ſcutorũ aſſerendo ꝙ fideiuſſores renunciauerũt nouę cóſtitutioni de fideiuſſoribus, ſed d. fideiuſſores apponũt, ꝙ non tenẽtur vltra naturã primeuę obligationis, & ꝙ tale ſtatutum non ſe extendat ad fideiuſſores. aliter non declaro, quia adhuc pẽdet lis corã curia: ſed hic ſcripſi vt ſecuriùs & magis ad verum opinari valeam in diffinitione dicti proceſſus cum alijs dominis curię.

ARGVMENTVM.

Legatus de latere plures prouincias habens an iuriſdictionem contentioſam in alia prouincia exercere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Legatus plures habens prouincias, quòd facta unius prouincia in alia expedire poßit. & nu. 3.*

2 *Legatus an in qualibet parte ſuæ legationis ſedere poßit.*

4 *Præſes duarum prouinciarum quòd facta unius in altera expedire poßit.*

5 *Legati de latere an in prouincijs ſibi decretis ſunt iudices ordinarij. & nu. 9.*

6 *Legatus de latere quòd cum quolibet ordinario prouinciarum ſibi decretarum concurrat.*

7 *Legati de latere quòd in prouincijs ſibi demandatis poteſtatem tantam habeant quantam patriarchæ & Epiſcopi etiam maiorem omnibus poſt principem.*

8 *Clerici an poßint conueniri coram legato ſedis apoſtolicæ in partibus exiſtente.*

10 *Appellari an poßit ad legatum omiſſo medio.*

11 *Extra prouinciam aliquem ad iudicium trahere uetitum. Quid de clericis. & num 12.*

13 *Iuriſdictionem contentioſam exercere extra territorium prohibitum & num. 16.*

14 *Comitatus ſi regno adijciatur quibus legibus, moribus & ſtatutis regendus ſit.*

15 *Tholoſæ comitatus quòd iiſdem utatur legibus, quibus utebatur, antequàm ditioni Regum Galliæ ſubijceretur.*

17 *Cauſæ quæ & quare in partibus committantur.*

18 *Epiſcopus an propter nimiam loci diſtantiam cauſas in partibus committere teneatur.*

19 *Libertas ſubditis Delphinalibus conceſſa an clericos comprehendat.*

Quæſtio CCCXLI.

QVAERITVR an legatus de latere deputatus ad plures prouincias poſsit in altera prouincia tractare negotia alicuius prouinciæ etiã quò ad iuriſdictionem contentioſam ſedendo pro tribunali in altera prouincia per eius auditores deputatos in palatio. & ſi iſtud derogaret decreto pragmaticæ ſanctionis & libertatibus patriæ, & an talis libertas Delphi. etiam comprehendat clericos. Et in effectu pro parte affirmatiua quòd legatus de latere etiam in altera prouincia poſsit exercere nedum iuriſdictionem voluntariam vti conferre beneficia, delegare cauſas & ſimilia: ſed etiam iuriſdictioné contentioſam. facit c. nouit. de offi. lega. l. ij. ff. de offic. procon. l. ij. & iij. ff. de offic. præſid. l. fin. ff. de offici. præfect. vrb. intelligendo in dict. l. fina. ibi, iubere iudicare poteſt: quando prefectus eſt extra vrbem, quòd poſsit delegare & iubere delegato iudicare, licet propriè loquatur in iuriſdictione voluntaria: quia etiam proconſul poteſt exercere talẽ iuriſdictionem voluntariam, ſed non cótentioſam: ſecundum glo. ibi, l. emancipari. ff. de adoptio. Et licèt in dict. cap. nouit. videretur loqui in executore promulgationis ſeu publicationis interdicti, vbi non requiritur cauſæ cognitio: ſecundum aliquos: tamen text. ibi ſe fundat quando legatus de latere eſt creatus ad plures prouincias & exierit fines vnius prouinciæ: tamen nundũ eſt egreſſus terminos ſuæ legationis ex quo habent plures prouincias, & in altera ipſarum exiſtat. † Et ideò quando quis eſt legatarius in pluribus prouincijs facta vnius prouinciæ poteſt in alia excercere. cap. j. de poſtu. præla. ſecundum Innocen. In dict. capitul. nouit. in fine, nec diſtingũt inter voluntariam iuriſdictionem & contentioſam, & hoc tenet glo. in cap. preſenti. de offic. legat. libr. vj. ſuper verbo finitur: quia legatus in qualibet parte ſuæ legationis exiſtens, excerceret ſuam iuriſdictionem ſicut Epiſcopus in qualibet parte ſuæ dioeceſis per ſe vel aliũ. c. cùm Epiſcopus. de offi. ordi. lib. vj. † Nam legatus in qualibet parte ſuę legationis ſeu prouinciæ pót ſedere: ſecundum glo. in capitul. vt litigantes: de offi. ordi. lib. vj. Nam poteſt legatus facta vnius prouincię in alia expedire: quia inſpiciendi ſunt fines ſuæ legationis: ſecundum Ioann. Andr. in dict. capitu. nouit. in nouella. Quia ſi legatus exercet non reuocatus, animo tamen redeundi non videtur reuocatus: ſecund. Ioann. Andr. ibi, quia etiam expreſsè legationem dimittere non poſſet. l. legatus. ff. de offic. preſi. Et iſtam partem tenent Anthon. de Butr. Ioan. de mol. in d. cap. nouit. quia iuriſdictio vniuerſalis ad plura territoria non reſtringitur, ad ſingula territoria quoad poteſtatem excercendi iuriſdictionem, ſed remanet tota vniuerſalis iuriſdictio & indiuidua. † Et ideò legatus ad plures prouincias poteſt excercere in vna prouincia iuriſdictionem etiam quoad facta alterius prouincię: ſecundum Anthon. de Butrio. Et Ioan. de Imol. in dict. capitu. nouit. Et iſtam partem tenuerũt Barto. Ioann. de Platea in l. j. C. de metrobeſi. libr. xj. † De preſide duarum prouinciarum quòd poteſt expedire facta vnius prouincię in alia & iuriſdictioné excercere, licèt Bar. ibi loquatur, in duabus prouincijs ſimul vnitis. facit quod habetur per gl. & doct. in c. j. ne ſe. vacã. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ extra territorium impunè non pareretur. capitu. vt animarum. de conſti. lib. vj. l. fina. ff. de iuriſdiction. omnium iudic. quia ad iſtud reſpondetur, quòd eſt ſpeciale in preſide duarũ aut plurium prouinciarũ, quia pót exercere iuriſdictioné in altera prouincia etiã quoad facta alterius prouinciæ. d. c. nouit. ſecũdũ Ange. Alex de Imol. & Io. in l. j. ff. de iuriſd. om. iudic. Præterea ſi non eſſet ſpeciale quando legatus habet plures prouincias, quòd poſsit excercere etiam iuriſdictionem contentioſam in altera prouincia non eſſet dubium quin iuriſdictioné voluntariam excercere poteſt: quia etiam legatus in vna prouincia quando exijt animo tamen redeũdi poteſt ex-

poteſt exercere iuriſdictioné voluntariã: vti cóferre beneficia, delegare cauſas prout ſ. dictũ fuit. ergo qñ delegatus eſt deportatus ad plures prouincias poterit etiã exercere iuriſdictionẽ contẽtioſam in al
5 tera prouincia, cũ habuerit poſterius ius. † Tũ etiã legati de latere ſunt ordinarij in prouincijs ſibi decretis ad inſtar conſulũ & prçſidũ. c. ij. de offic. lega. lib. vj. Et ſic poſſunt exercere iuriſdictioné in qualibet parte legationis. d. c. cum Epiſcopus. de offi. or
6 di. lib. vj. pe. ſe vel aliũ, vt ibi habetur. † Nã legatus de latere cócurrit cũ quolibet ordinario prouinciarũ ſibi decretarũ ſiue ſit Archiepiſcopus ſiue Epiſcopus Abbas aut alius ordinarius: ſecundũ Spe. in tit. de lega. §. nunc oſtẽdendũ. verſ. legatus igitur. adeò ꝙ põt omnia exercere quç iſti ordinarij poſſunt de iure vel cõſuetudine: ſecundũ Spe. ibi. l. ſi in aliã. §. cũ pleniſsimã. ff. de offic. procõ. & lega. & ibi
7 Bal. † ꝙ legati de latere qui dicũtur procõſules habẽt tantã iuriſdictionem in prouincia ſibi cõmiſſa quantã habẽt patriarchç, Archiepiſcopi Epiſcopi & quçcũq; alij, & maiorẽ omnibus poſt pncipẽ, qđ eſt notandũ: ſecundũ Bal. nam iſto caſu qñ legatus cõcurrit cũ ordinario, nõ eſt dare aliũ ſuperiorẽ immediatũ: ſecundũ Pan. in c. j. de offi. leg. & pro iſta parte facit glo. in prag. ſanct. in tit. de cau. c. j. ſuper
8 verb. finiãtur. in fi. quæ tenet, † ꝙ licẽt corã delegato apoſtolico clericus nõ poſsit conueniri in partibus, quia eſſet ad pręiudiciũ ordinariorũ, quia poſſet in totũ abſorberi iuriſdictio ordinariorũ: aliud tñ eſt dicẽdum in legato ſedis apoſtolicç in partib. exiſtente. per tex ibid. dũ dicitur cauſas eſſe tractandas in partibus apud illos iudices qui de iure & c. le
9 gatus † aũt habet iuriſdictioné ordinariã in prouincia ſibi decreta. d. c. ij. de offi. lega. lib. vj. & pariter facit alia glo. in §. & ne ſub vmbra. ſuper verb. quécũq;.
10 vbi tenet † ꝙ licẽt ſcđm prag. ſan. prohibeatur appellari etiã ad Papã etiã omiſſo medio: ſecus in legato de latere, qui eſt ordinarius in ſua ꝓuincia, & cõcurrit imediatẽ in iuriſdictiõe ſup illos de prouincia cũ diœceſanis, & alijs pręlatis. d. c. ij. de offi. leg. li. vj. c. ſi à ſede. de ꝑ eb. eo lib. nec iſta grauãtur partes adeũdo legatũ, ſicut ſi Romanã curiã adirẽt: ſecundũ glo. in d. §. Et ne ſub vmbra. Sed pro cõtra-
11 ria parte facit. c. neminẽ. iij. q. vj. † vbi quis prohibetũr trahi ad iudiciũ extra prouinciã ſuã: Quin imò ſecundũ vnã opinioné etiã quãdo trahitur ad iudiciũ extra prouinciã per reſcriptum, ſi etiã ſit minus ſpaciũ de duabus dietis: ſecũdũ c. nõ nulli. de reſcri. vel minus vna dieta ſeu infra vnã dietã à fine diœceſis iuxt. c. ſtatutũ. de reſcrip. lib. vj. nã ſufficeret, niſi fieret expreſſa mẽtio de prouincia de quo per gl. in d. c. neminẽ. facit c. litigantes. de offi. ordi. lib. vj. Secundò pro hac parte facit l. omnis. C. de epiſc. &
12 cler. in princ. vbi † etiã clerici prohibẽtur vocari ad iudiciũ extra prouinciã ſuã ſeu regioné: & in auth. vt diffe. iudi. in prin. coll. ix. & l. j. C. qñ imper. inter pupi. Tertiò pro iſta parte facit d. c. ij. de cõſti. lib. vi. d. l. fi. ff. de iuriſ. om. iud. d. l. fi. ff. de offi. præfe. vr.
13 vbi extra territorũ † prohibetur exerceri iuriſdictio cõtentioſa quæ redditur in inuitũ. l. inter ſtipulantẽ. in prin. ff. de verb. obli. & eſt ratio ſcđm glo. in d. l. ſi quia qñ legatus ſeu alius iudex eſt iuxt. ſuũ territorũ nõ habet locũ determinatũ, nec põt ſeruare morẽ maiorũ ſuorũ. l. pen. ff. de iuſtit. & iur. Quartò pro iſta parte facit. l. iij. ff. de offi. pręſi. vbi qñ pręſes eſt extra prouinciã ſuã dicitur priuatus. & ſecũdũ ibi intelligitur quò ad cõtentioſam iuriſdictionẽ, ſicuti gaſcones dicebãt de tpe quo Rex Angliç tenebat Ducatũ Aquitanię ꝙ nõ ſubijciebãtur ſibi, qñ erat extra Aquitaniã, & ſic erat priuatus quò ad exercitiũ iuriſdictiõis, niſi faceret exerceri per eius vicarios: vñ ſcđm Bal. ibi, iſtud facit pro Rege Apuliç qui eſt Comes certarũ ꝓuinciarũ & nõ ſunt pars regni, ſed ſunt iuriſdictiones ſeparatç: & ideò qñ extra prouincias nõ põt ſedere pro tribunali. ſed facit ibi exerceri iuriſdictionẽ per ſuos vicarios alias ſi eſſent de regno poſſet in quacũq; parte regni ſedere pro tribunali. Et iſtud etiã tenet Bar. in l. ſi cõuene-
14 rit §. ſi nuda. ff. de pign. act. poſt Gulie. de Cun. † qñ regnũ augmẽtatur de vno caſtro vel de vno comitatu vel villa, & tunc ſi adijciatur acceſſoriẽ tũc regitur eiſdẽ ſtatutis & cõſuetudinibus aliâs ſi principaliter adijciatur: quia Rex eſt Rex Comes tũc talis
15 Comitatus regitur: ſcđm leges ſuas. Et ibi † ponit exẽplũ de Cõmitatu Tholoſæ dato Regi Franciæ qui a remanet Comes, & regitur ſcđm ſuas cõſuetudines. allegat. l. ſi qñ. C. de appel. c. j. §. pręterea Ducatus. de prohib. feu. al. e. per Fre. & quod habetur per gl. & doct. in c. i. ne ſede vac. & idẽ in effectu voluit idẽ Bar. in tract. Tyberi. in tit. de iuſti. Et idem Bar. in d. l. ſi qñ. C. de appe. tenet ꝙ qñ Rex iudicat vt Dux vel Comes appellabitur ad ſuperiorẽ in Ducatu vel Cõitatu nõ inſpecta regia dignitate. Et idẽ in Epiſco. qui tenet aliqua bona tpalia à principe: quia ſi appelletur ab Epiſcopo nõ appellabitur ad Papã, ſed ad principẽ. c. Romana. §. debet. de appe. li. vj. & idẽ Bar. tenet in l. j. §. ſi quis. ff de app. Quintò iſtã partẽ tenẽt in terminis Pan. Barba. in d. c. no
16 uit. de offi. leg. ꝙ † legatus deputatus ad plures prouincias nõ põt ſubditos vnius prouincię trahere ad aliã quoad iuriſdictionẽ cõtẽtioſam. ꝑ d. c. neminẽ. iij. q. vj. & ibi Barba. etiã allegat l. cũ poſt. C. de app.
17 vbi propter † lõgiquitatẽ itinerũ cã appellationis cõmittitur in partibus, & maximẽ qñ agitur de parua cauſa. & licẽt Epiſcop poſsit ſedere pro tribunali in qualibet parte ſuæ iuriſdictiõis. d. c. cũ Epiſco-
18 pus. de offi. ord. li. vj. † tñ propter nimiã diſtantiam cãe debet cõmittere in partibus: ſcđm Alex. de Imo. in addi. ad Bar. in d. l. cũ poſt. Sextò pro iſta parte facit libertas Delphi. cõſeruata per reuerẽd. dñm no-
19 ſtrũ Delph. vt † nõ trahãtur ſubditi Delph. extra pñtẽ patriã, & ita etiã cõprehendit clericos. c. dilecti. de fo. cõpe. ſcđm Io. And. in nouel. in c. fi. de offi. de lega. lib. vj. quia clerici etiã dicũtur de prouincia ſeu diſtrictu, vt ibi habetur p Bal. Ia. in l. j. §. huius ſtudij ff. de iuſti. & iur per Alex. in l. in prouinciali. §. fi. ff. de ope. no. nun. per Feli. in c. eccleſia ſanctæ Marię. de cõſt. in iij. q principali. pluréſq; rõnes poſſent hic adduci, ita ꝙ iſta qõ ex cõflictu rationũ videtur dubia. & in quãtũ me vt particularẽ cõcernit, ſemper reſeruarẽ determinationẽ ſanctę matris eccleſię vniuerſalis. & pręmiſſa faciunt ad queſtionẽ ſuper reſpõſione facta per curiã de hoc pręſenti anno dñi 1509. in princi. mẽſis Septẽbris egregio dño Oliuerio Rolandi iurium profeſſori aduocato papali Auinioneñ. ſuper certis articulis prætextu lagationis reuerendiſsimi domi. Georgij de Ambaſia tituli ſancti Sixti Cardinalis presbyteri legati de latere Auinioñ. ad Delphi. prouincia prouincię necnon in prouincijs Narboñ. Vieñ. Ebrudu. & locis

adiacēt.quia curia in effectu reſpódit ꝙ nó intēdit
nec intellexit impedire d.do.legatūvti legatiōe ſua
in hoc diſtrictu Delphi. ſcđm diſpoſitioné iuris &
prag.ſanct.& citra præiudiciū libertatū & ſtatuto-
rum Delphina. cùm internatione & publicatione
literarū facultatis dñi legati,iſtud fuerit reſeruatū.

ARGVMEMTVM.

Legatus de larere an per viam querelę adiri poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Legatus natus omiſſo medio per uiam querelæ adiri poteſt.*
2 *Legatus in prouincia ſibi decreta de omni quæſtione ad fo*
rum eccleſiaſticum pertinente per uiam querelæ cogno-
ſcere poteſt.
3 *Legatus de temporali iuriſdictione etiam ad Epiſcopum per*
tinente,cognoſcere non poteſt.
4 *Legatus de omnibus cauſis eccleſiaſticis cognoſcit.*
5 *Apellari ad legatum omiſſo medio poſſe cōmunis opinio.*
6 *Legatus de Latere in prouincia ſibi decreta cum omni ordi-*
nario immediatè concurrit.
7 *Papa pater patrum dicitur:& cum omni prælato in pote-*
ſtate & iuriſdictione concurrit.
8 *Delegatus an cauſas querelæ uel appellationū in partibus*
delegare poſſit.& nu.10.
9 *Iuriſdictio Epiſcopi an præſente legato ceſſare debeat.*
11 *Papa uel legatus inter laicos de re mere:prophana nullam*
iuriſdictionem habeant.

Quæſtio CCCXLII.

QVAERITVR an legatus de latere poſ-
ſit adiri per viam querelæ,& an in prouincia
ſibi decreta poſsit appellari ab inferioribus ad ip-
ſum legatū omiſſo medio,&prętertim qñ Archiepi
ſcopi habēt ius primaciæ, & ſi debent tunc cómitti
in partibus. Et ſi iſtud in aliquo deroget pragmati-
1 cæ ſanct. Et in effectu † in legato nato pōt adiri per
viā querelę.c.j.de offic.leg.quia ibi videtur ſpecia-
le in Archiepiſcopo Caturiñ.qui eſt legatus natus
ratione ſuæ dignitatis. Ft ideò licèt ſubditi ſuorum
ſuffraganęorū nō poſsint ipſum adire per viā que-
relæ iure metropolitano:ſecus iure legationis:cū le
gatus gerat vices Papæ:ſecus ergo in alio legato e-
tiā de latere,qui nó eſt natus. Et iſtā partē tenet Io.
in c.iij.ij.q.vj.per c.decreto.ea. q.c. peruenit.xj.q.j.
quia ordo eccleſiaſticus cōfunderetur, ſi vnicuiq;
ſua iuriſdictio nō ſeruaretur.&pro hoc facit c.duo.
c.paſtoralis.de offi.ordi.Sed cōtrariū tenet gl.Bar-
tho.Brixieñ.in d.c.iij.aliàs īcipit ſi quis veſtrū.ij.q.
vj.& in c.in Galliarū.xxv.q.ij.licèt aliter aut obſcu
rè loquatur in c.cōqueſtus.ix.q.iij.verūtamē Spec.
in tit.de leg.§.ſuper eſt videre.in princip. refert opi
2 niones,& tandē tenet,† ꝙ legatus in prouincia ſibi
decreta pōt cognoſcere de omni quęſtione ad forū
eccleſiaſticū pertineñ.per querelā,quia ipſe gerit vi
ces Papę.d.c.i.de offi.leg.& prouincia decreta lega
ti eo caſu cēſetur cōis patria.l. Roma.ff.ad munic.
c.fi.de for.cōp.Nec obſtat d.c.peruenit.xj.q.j.quia
ſecundū Spec.vbi ſ. loquitur in defenſore, vel vbi
intelligeretur in legato cogēte ſubditos prelatorū
cōqueri corā ſe prætermiſsis & contēptis ſuis ordi-
3 narijs.vel tertio † loquitur quādo legatus volebat
cognoſcere de tēporali iuriſdictione ad Epiſcopū
pertineñ.quod facere nō debebat: cū non ſibi, ſed
fortè Regi ſubeſſet.c.quo iure.viij.diſt.c. Romana.
4 §.debet.de appel.lib.vj.cū ibi not.aliàs † paſsim le-
gatus cognoſcit de omnibus cauſis eccleſiaſticis.
Nam ſeparat matrimoniū propter errorē cōditiōis
perſonæ.c.fi.de cōmiſ.ſeruo.& etiā cognoſcit inter
clericū & laicū.c.cùm cauſa.de re iudi. faciunt no.
per glo.& doct.in c.ſi clericus laicū.& in c. cùm ſit
generale.& in c.ex tenore.de fo.cōp. & per glo.in
c.fi.de excep.lib.vj.& in cle.diſpēdioſam.de iudi.&
maximè in legato Cardinali de latere,vt eſt conſue
tudo generalis:ſecundū Spe.vbi ſ. vnde ſicuti Pa-
pa qui eſt ordinarius ſingularis.c.ſi quis.c.ad Ro-
manā.ij.q.vj.c.cuncta per mundum.ix.q.iij.ita etiā
legatus qui gerit vicē Papę,& dicitur adiri per que
relā citra appelletionem:ſecundum glo.in c.quere
lam.de procu.& idē Bal.in c.j.de offi.lega. ꝙ adire
legatū ſine medio.& in hoc difert ab appellatione.
5 Veruntamē † etiā pōt appellari ad legatū de latere
etiam omiſſo medio:ſecundū glo.in c. Romana.de
appel.lib.vj.& in d.c.j.de offic.lega. & iſta eſt cōis
opinio:ſecundū Io.de Imol.ibi etiā ſecundū prag.
ſanct.ſecūdum glo.in tit.de cau.§.& ne ſubvmbra.
verſi.Statuit.ſuper verb.quęcunq:.& reddit ibi gl.
rationē:quia nō iſta grauabunt partes adeundo le
gatum ſicut ſi adirēt curiam Romanā. Et præmiſſa
procedunt ꝙ poſsit adiri legatus vel ad eū appella
ri omiſſo quò ad effectū introducēdi appellationē,
ſed quoad effectū cognoſcēdi iſtud procederet,quā
do eſſet in partibus.iux.d.c.j.de cau.in prag.ſanct.
6 §.j.verſ.apud illos iudices in partibus,&c.† quia le
gatus de latere eſt ordinarius in prouincia ſibi de-
creta.c.ij.de offi.leg.lib.vj.Et cōcurrit cū omni or
dinario immediatè,ſiue ſit Patriarcha ſeu Primas,
Archiepiſco.Epiſco. Abbas,& alius ordinarius in
his quę poſſunt de iure aut cōſuetudine:ſecundum
Spec.in tit.de lega.§.nunc oſtēdendū.verſ.legatus.
ita ꝙ iſto caſu non eſt alius immediatus ſuperior:ſe
cundum Pan. in d.c.j.de offi.lega.& ſic Archiepi-
ſcopi habētes ius primacię nō haberēt ius conque-
rendi quando legatus de latere eſſet in partibus &
ipſos præueniret in partibus:quia Papa vel legatus
poſſet præuenire & cognoſcere:& ita ſentit glo. in
d.c.j.§.j.de cauſ.ſuper verb.finiantur.circa fi. Nam
ſi Papa eſſet propè infra quatuor dietas poſſet co-
gnoſcere:vt in d.c.j.de cau.quia eſt ordinarius ordi
nariorū per totū orbē terrarū.c.cūcta per mundū.ix.
q.iij.vnde ſecundū Imol. in c.ſi eo tēpore. de elect.
lib.vj.quē refert & ſequ.Bal. in c.j.qui feu.da.poſſ.
7 Papa dicitur † pater patrū,& cōcurrit cū omni prę
lato in poteſtate &iuriſdictione.facit gl.in c.vt de-
bitus.de appel.ſuper verb.ſi dicat. quia iuriſdictio
ordinaria poteſt præueniri per Papā vel eius dele-
gatū aut legatum, & ecōtrà ordinarius poteſt præ-
uenire vbi ibi habet.ſed vbi legatus eſſet extra pro
uinciam,tunc non poſſet cognoſcere per modū cō
tentioſæ iuriſdictionis:ſecus per modū voluntariæ
iuriſdictionis in delegando cauſas.c.nouit.de offi.
lega.cum ibi not.l.fi.ff.de offic.præfect.vrb. niſi ha
beret legatus plures prouincias: quia tunc eſſet du
bium ſi negotia vnius prouinciæ poſſet tractare
in altera per modū cōtentioſæ iuriſdictionis:prout
declaratū extitit in qōe præcedenti.ſed eſſet dubiū
8 ſi †legatus de latere t ales cauſas querelæ in prima
inſtantia,vel in cauſis appellationū poſsit delega
re in partibus. Dubiū facit: quia nō fiat præiudiciū
partibus: tñ fit pręiudiciū iuriſdictiōi ordinariorū.
& maximè

9 & maximè in prima inſtantia † vbi propter præſen
tiā talium legatorum de latere non debet ceſſare iu
riſdictio Epiſcoporum & aliorū ordinariorum, ſicu
ti in prouincia præſidis non ceſſat iuriſdictio ordi-
naria inferioris vt in authē. de defen. ciui. §. nulla.
col. iij. Et ita tenent Bar. & Io. de Pla. in l. cunctos.
C. de meta. lib. xij. poſt glo. ibi, vnde ſecundū Bart.
ibi litigare volētes non debent adire dominū lega-
tum, ſed dominum Epiſcopū. faciunt not. per eun-
dem Bar. in l. fi. ff. de offi. procon. & lega. & in l. iij.
§. ſi tam vicinū. ff. de dam. infect. & per glo. & doc.
in l. in hac. C. de dona. & ita videtur ſentire glo. in
d. c. j. §. j. de cauſ. in pragma. ſanct. ſuper verb. finian
tur. in fi. in quæſtione illa, quādo Papa delegat cau
ſam in partibus, an clericus poterit cōueniri coram
delegato. & ibi arguit ad partes, & tandē concludit
10 ꝙ non: quia in hoc grauarētur ordinarij: † ſecus in
legato ſedis apoſtolicæ exiſtente in partibus: quia
eſt ordinarius: ergo ſecus ſi delegaret: quia tūc dele
gatus legati ꝓcederet authoritate delegata, cū lega
tus poſſit delegare cauſas. c. fi. de offi. leg. & ibi Bar.
c. ſtatutū. in princ. de reſcript. lib. vj. Sed quò ad cau
ſas appellationū cū poſſit appellari ad legatū ſedis
appoſtolicæ omiſſo medio, ex quo cā appellatiōis
eſt ad legatū deuoluta, & concurrit immediatè vbi
eſſet in partibus poſſet cognoſcere: ſed vbi eſſet ex-
tra an poſſet cōmittere: quod videretur prima facie
dicendū, ſicuti quando ſubditus immediatè ſedi a-
poſtolicæ appellat ad Papā: quia debet cōmittere
per reſcriptū cauſam in partibus vſq; ad diffinitiuā
incluſiuè. d. c. j. de cauſ. §. ſi verò. in pragm. ſanct. &
præmiſſa procedunt inter clericos vel in cauſis ſpiri
11 tualibus vel eccleſiaſticis: † quia aliàs inter merè
laycos iuriſdictionis tēporalis & pro re merè pro-
phana non debet ſe Papa vel legatus intromittere.
c. nouit. de iudi. c. ſi clericus. c. ex tenore. c. licèt. de
fo. cōp. ſecundū Spec. in tit. de lega. §. nunc oſtēden
dum. verſ. ſed nūquid Cardinalis niſi in terris eccle
ſiæ. c. pen. de eo qui mit. in poſſ. Et maximè propter
libertates & ſtatuta patriæ vbi prohibentur ſubditi
extra patriā trahi prout fuit tactū in quæſti. præcedē
ti & in omnibus reſeruatē determinatiōi ſanctæ ma
tris eccleſiæ. Et præmiſſa faciunt ad reſponſionē er
roris articulorū præfati dñi Oliuerij Rolandi pro
parte reuerēdiſsimi dñi legati deſcripti in vno arti-
culo quò ad appellationes emiſſas ab officiarijs do
minorum Archiepiſcoporū Vieñ. & Ebredu. quia
fuit reſpōſum ꝙ in cauſis ſpiritualibus & eccleſiaſti
cis à quibus cōtinget appellare ad dominū legatū
omiſſo medio, ꝙ curia nō intendit impedire dū cō-
mittat in partibus, & in tali caſu in partibus intelli
gitur de patria, & infra patriā. c. cum aliquibus. de
verb. ſign. c. dilecti. de for. cōpe. Et ſeruata forma d.
c. ſtatutū. de reſcript. lib. vj. ſecundū glo. in d. c. j. de
cau. §. ſi verò. ſuper verb. committatur.

ARGVMENTVM.

Papa vel legatus de latere an cauſas in partibus ſe
cundum pragmaticam ſanct. cōmittere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Iudices idonei qui dicantur in partibus.*
2 *Delegatus iuriſdictionem uniuerſalem non habet.*
3 *Appellari ad Papam omiſſo medio an poſſit.*
4 *Quid de legato de latere.*
5 *Appellare poſſe ad legatum de latere omiſsis medijs pragmaticæ ſanctionis eſt.*
6 *Legatus de latere exiſtens in partibus quòd de cauſis appellationum cognoſcere poßit.*
7 *Legatus de latere in prouincia ſua cum omni ordinario immedatè concurrit.*
8 *Legatus de latere exiſtens extra prouinciam, an in partibus committere poßit.*

Quæſtio CCCXLIII.

QVAERITVR an Papa aut legatus ſecū
dum decretū pragmaticæ ſanctiōis poſsint de-
legare cauſas in partibus ſiue in prima inſtātia ſiue
in cauſis appellationū. Et in effectu gl. in tit. de cau
ſis. §. j. ſuper verb. finiantur. circa fi. tenet, qū Papa
cōmittit per reſcriptū, ꝙ clericus non poteſt cōueni
ri, quia fieret præiudiciū iuriſdictiōi ordinariorū: ſe-
1 cus † in legato ſedis apoſtolicæ exiſtēte in partibus,
quia eſt ordinarius. c. ij. de offic. lega. lib. vj. per d. c.
j. verſ. ſed illos. ibi, qui de iure & c. Nec obſt. ſi dica-
tur ꝙ etiam delegatus apoſtolicus in partibus co-
gnoſcit de iure, & habet ius exequendi. c. ſi pro deli
berante. c. præterea. c. ſignificaſti. de offi. dele. quia
ad iſtud reſpōdetur ſecundū glo. in d. verſ. apud il-
2 los. ꝙ ſecundū pragma. ſanct. † Illi dicūtur iudices
idonei in partibus qui habēt cognitionē de iure cōi
vt quia habent iuriſdictionē vniuerſalē à lege aut à
principe. l. & quia. ff. de iuriſdi. om. iudi. cū ibi not.
ſed delegatus nō habet iuriſdictionem vniuerſalē,
hinc eſt ꝙ eius iuriſdictio cū ſit delegata non pōt
prorogari ſaltē quò ad perſonas. c. p. & g. de offic.
deleg. ſed legatus in prouincia habet iuriſdictionē
ordinariā prout ſ. dictū fuit, & ſic quādo legatus eſ
ſet extra prouinciam delegaret cauſam in partibus
pro prima inſtātia eſſet eadē ratio ſicut in delegato
apoſtolico, & ſic decretū pragma. ſanct. derogaret
prout ſupra dictum fuit in præcedenti quæſtione.
3 Sed † reſpectu earum appellationum in cauſis ad
forum eccleſiaſticum ſpectantibus non poteſt ap-
pellari etiam ad Papam omiſſo medio: ſecundum
pragmaticam ſanctionem in dict. titu de cau. §. &
ne ſub vmbra. ſed debet appellari ad immediatum
ſuperiorem niſi immediatè ſubiectus ſeu exemptus
ad Papam appellaret, quo caſu debet cōmitti cauſa
per reſcriptum in partibus, niſi propter deffectum
iuſtitiæ aut iuſtum metum etiam in partibus con-
uicinis dicta cauſa apud ſedem eſſet retinenda: &
4 aliàs prout ibi habetur. † veruntamen in legato de
latere in prouincia ſibi decreta poteſt appellari ad
ipſum immediatè omiſſo medio: ſcdm glo. & cōi-
ter doct. in c. j. de offi. lega. nec obſtat gl. in c. quod
tranſlationē. de offi. lega. vbi enumerat caſus reſer
uatos Papæ. & inter cæteros, ꝙ ad ipſum ſolū omiſ
ſis medijs appellatur. ij. q. vj. c. ſi quis veſtrū. c. omnis
c. ad Romanū. & q. vij. c. Metropolitanū. c. ſi duo-
bus. de appe. cū ſimilib. quia ad iſtud pōt reſpōderi,
ſecundū Panor. in c. j. de offic. leg. ꝙ licèt gl. in d. c.
quod trāſlationē. voluerit excludere alios ordina-
rios fortè aliud in legato qui gerit vires Papæ: quia
5 Papa nō videtur ipſum excludere. † Et pariter ſecū
dum pragma. ſanct. pōt appellari ad legatū de late-
re omiſsis medijs, quia eſt ordinarius in ſua prouin
cia. dict. c. ij. de offic. lega. libr. vj. & concurrit im-
mediatè ſuper illos de ſua prouincia cum diœce-
ſanis & alijs prælatis: ſecundum gloſſ. in dict. cap.
j. §. ſub vmbra. ſuper verſicul. quecunque. facit

quod voluit Specul. in titul. de lega. §. nunc oſtendendum. ver. legatus. Et ex hoc ſequitur † quòd ſi le-
6 gatus de latere ſit in partibus poterit cognoſcere de cauſis appellationum, nec in hoc poterũt prętendere intereſſe archiepiſcopi Metropolitani aut primates propter ius primarię: quia † legatus de latere eſt
7 ordinarius, & concurrit in ſua prouincia cùm omni ordinario immediatè, ita quòd non poteſt dici iſto caſu alius immdeatus ſuperior, quando legatus concurrit: ſecundum Panor. in c. j. de offic. lega. nec repugnat quin in vno loco poſsint eſſe plures iudices ordinarij. l. j. ff. de offic. conſul. l. ſi vni. ff. de re iudi. & eſt locus preuentioni vt ibi habetur. & in
8 c. cùm plures. de offic. & po. iudi. delega. lib. vj. † Si verò legatus de latere non ſit in partibus, & fuerit appellatum ad ipſum, poterit delegare cauſas appellationũ in partibus, ſicuti dicitur in caſibus in quibus ſecundum pragma. ſanct. appellatur ad Papam omiſsis mediis, quòd cõmittit in partibus. d. c. j. §. ſi verò. de cau. cùm ſit eadem ratio. Et hoc dixerim ſalua ſemper ſaniori deliberatione.

ARGVMEMTVM.

Legatus de latere an iuriſdictionem in exemptos habeat.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere quòd in exemptos iuriſdictionem hodie habeat.*
2 *Legatus de latere de appellatione ad Papam interpoſita, quòd ſe intromittere nõ, niſi cũ ſpeciali mãdato, poſsit.*

Quæſtio CCCXLIIII.

QVAERITVR an legatus de latere habeat iuriſdictionem in exemptos, & an poterit
1 appellari ad legatũ de latere ſicuti ad Papã. † Et in effectu legatus de latere hodie habet iuriſdictionẽ ſuper exemptos. cap. ſi abbatem. de electio. libr. vj. cap. j. de verbo. ſignifi. eod. lib. not. per gloſſ. & docto. in c. j. de offic. leg. & per Specu. in titul. de lega. §. ſupereſt videre. verſicu. ſed nunquid. & etiam poterit appellari ad legatum de latere: ſecundum glo. in cap. cupiens. in princip. de elect. lib. vj. & per glo.
2 in pragma. ſanct. titu. de cau. c. j. §. ſi verò. † licèt nõ poſſet ſe intromittere de appellatione interpoſita ad Papam ſine ſpeciali mandato: ſecundum gloſſ. ibi argu. c. quod tranſlationem. c. ſtuduiſti. de offi. lega. niſi fortè partes nunciarent appellatum.

ARGVMENTVM.

Appellarine poſsit à ſententia legati de latere.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales præfectis pretorio æquiparantur.*
2 *Appellatur à legati de latere ſentẽtia ad Papam.*
3 *Appellari à ſententia Cardinalis an & quando poſsit.*
4 *Appellari à delegato ad delegantem regulare.*

Quæſtio CCCXLV.

QVAERITVR an à ſententia legati de latere poſsit appellari, & ad quem ſit appellandũ, & idẽ poſſet quæri de ſententia Cardinalis, quando cauſa eſt ſibi commiſſa cum clauſula, ap-
1 pellatione remota. Et in effectu dubiũ facit: † quia Cardinales æquiparantur Pręfectis pretorio à quorum ſententijs non appellatur. l. j. ff. de offic. præfe. præto. licèt poſsit ſuppleri, vt ibi habetur per gloſſ.
2 & Bald. Sed in contrarium videtur veritas: † quia à ſententia legati de latere appellatur ad Papam. c. cùm cauſa. de re iudi. cap. Rainaldus. cap. Raynutius. de teſtamen. cap. ad petitionem. de accuſati. & hoc tenet Specu. in titul. de lega. §. ſuper eſt illud. & per glo. in pragmati. ſanct. in titu. de cauſ. in §. ſi ve-
3 rò. † Et idem in ſententia Cardinalis quando cauſa eſſet ſibi commiſſa per Papam per iura ſupra allegata & item tenet glo. in titul. de numer. & qualita. Cardinal. in pragmati. & hoc verum niſi cauſa eſſet commiſſa Cardinali cum clauſula appellatione remota: quia tunc propter dignitatem Cardinalatus non appellaretur: ſecundum Bald. in dict. l. j. ff. de offic. prætor. Adde quòd quando cauſa cõmittitur collegio cardinalium: tũc non appellatur ſicuti à ſenatu: ſecundũ Bald. in l. j. ff. de offic. præfect. præto. quod voluit Angel. in l. pręcipimus. C. de appel. Nam eccleſia dicitur habere ſenatum. c. eccleſia. xvj. quæſti. j. & ſicuti non appellatur à ſententia ſenatus: ita nec à ſententia Cœtus Cardinalium: ſecundum glo. ibi, l. j. ff. à quib. appel. non liceat. Et quando legatus de latere committit cauſam, à tali delegato appellatur ad ipſum legatum. l.
4 præcipimus. in princip. C. de appella. † quia iſtud eſt regulare vt à delegato appelletur ad delegantem: vt ibi habetur. l. j. ff. quis & à quo appella. ſecundum glo. in d. §. ſi verò. & idẽ in ſententia legati: quia immediatè appellatur ad Papã, qui eſt eius ſuperior immediatus. c. licèt. de offic. lega. veruntamen ſi legatus delegaret cauſam, poſſet etiam appellari à ſentẽtia delegati ad Papam omiſſo medio: ſecundum Panor. Fel. & Cy. in c. ſuper quæſtione. §. porrò. de offic. delega.

ARGVMENTVM.

Superior an poſsit adiri per viam querelæ.

SVMMARIVM.

1 *Principem per uiam querelæ non eſſe adeundum iuris ciuilis eſſe: Secus de iure canonico, fallit ut nu. 2. & 3.*
4 *Appellari ad imperatorem omiſſo medio iuris ciuilis eſſe.*
5 *Imperator benedictus in eo quòd non ſinit appellationes omiſſo medio ad eum fieri.*

Quæſtio CCCXLVI.

QVAERITVR an de iure ciuili poſsit adiri princeps vel alius ſuperior per viã querelæ, & ſi poſsit appellari omiſſo medio. In effectu
1 videtur dicendũ. † quòd non regulariter, ſed debet recurri ad iuriſdictionem ordinariam: vt in authẽ. de manda. princip. §. ſit tibi. verſicu. & non permittere. colum. iij. & in authen. vt diffe. iudi. §. j. col. ix. niſi in defectum iuſtitię eod. titul. §. ſi tamen contingent. c. irrefragabili. ſignificauit. de offic. ordi. & ita etiam tenet Specul. in titu. de offci. lega. §. ſupereſt. verſicu. leges tamen. & in hoc differt à iure canonico vbi poteſt adiri Papa vel legatus de latere per viam querelæ. c. j. de offic. lega. ſecus autem
2 de iure ciuili † niſi in defectum iuſtitiæ, vel quando iudex eſſet negligens; vt in authentico, de quæſto. §. j. colla. vj. & C. vt lit. pend. l. ij. & ibi per Io. Fab. & per Petr. Iaſ. in tit. de cõdi. appoſ. & not. per Bar. & Paul. de Caſtr. in l. nemo. C. de iuriſ. om. iudic.

3 iudi.& per Paul.de Caſt.in l.nulli.C.de iudi. † vel quando quis haberet aduerſarium potentem.l.j.C. ne lice.po.& l.j.C.ſi qua.prædit.pot. & ſimiliter de
4 iure † ciuili prohibetur appellare ad Imperatorem omiſſo medio.l.Imperatoris.ff.de appellat. ij.q. vj. cap.anteriorum:ſecus de iure canonico:quia poteſt appellare omiſsis medijs ad Papam vel legatum de latere ca. quotiens.&c.ad Romanam.ij.q.vj. ca.ſi duobus.de appella. cap. metropolitanum.ij.q. vij. ca.j.de offi.legat.Et ideò ſecundum Spe.in titul.de
5 appel.§.nunc tractemus.dicit † quòd benedictus eſt Imperator in hoc,quia licèt ſit dominus mundi l.deprecatio.ff.ad leg. Rod. de iact.tamen non permittit quòd ad ipſum appelletur omiſſo medio. & pro pręmiſsis facit l. fi.§. illud.C.de temp. appe. vbi non poteſt appellari à tarditate iudicis ſecundum Bald.ibi.

ARGVMENTVM.

De vicegerente Auinionis & eius poteſtate.

SVMMARIVM.

1 *Vicegerens Auinionis à Papa inſtitutus, quòd ordinariam iuriſdictionem habere dicatur.*
2 *Vicegerens Auinionis eſt loco auditoris cameræ.*
3 *Vicegerens in exemptos iuriſdictionem habet.*
4 *Vicegerens ſubmiſsiones recipit.*
5 *Vicegerens monitoria generalia in forma malefactorum decernit.*
6 *Oliuerius Rolandus fiſci aduocatus Auinionis.*

Quæſtio CCCXLVII.

QVAERITVR de officio vicegerentis Auinionis,an dicatur habere iuriſdictionem ordinariam,& an habeat iuriſdictionem in exẽptos, & de ſubmiſsis ad eius curiã an debeat fieri remiſsio de ſubditis Delphinal. & ſi eius monitoria in forma malefactorum debeant obſeruari in hac pa
1 tria Delphinali.Et in effectu tales vicegerentes † dicuntur habere iuriſdictionem ordinariam quando ſunt inſtituti à Papa ſeu principe.l. ſubgerente.C. de offic. eius qui vic. alter. ſecundum Bartol . ibi
2 poſt glo. licèt aliqui velint prętẽdere † ꝙ vicegerẽs apoſtolicus Auinionis ſit loco auditoris camerę apoſtolicę,& quod habeat iuriſdictionem ordinariam:iuxta notata per glo.in clemen.auditor.de reſcript.& per Spec.in titu.de offi.ordi.aliàs eſt de audi.Nam talis deputatus ad vniuerſitatẽ cauſarum citra mõtes.& ſic æquiparatur ordinario:iuxta no. in.l.j.§.ab eo.ff. quis & à quo appel . & in l. Pomponius.aliàs incipit, ſi vni.ff.de re iudi.& per gloſſ.
3 in c.cum cauſa.de appel.† Et pariter habet iuriſdictionem in exemptos, iuxta poteſtatem ſibi attri-
4 butam citra montes.† Et pariter recipit ſubmiſsiones contractuũ in vim cameræ apoſtolicę Auinionis reſidentes: iuxta notata in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdiction.omni.iudic.Et in c.j.de iudic. & in ca. Romana.§.contrahentes.de for.competen.lib. vj.
5 Et pariter † vicegerens decernit monitoria generalia in forma malefactorum:ſed iſtud repugnat.pragmatic. ſanctio . & ſtatutis & libertatibus patrię, quibus prohibetur,quòd non trahantur ſubditi Delphinatus extra pręſentem patriam.Nã in titu. de cau.c.j.§.j.ver.apud illos iudices. & in §.ſi verò. vbi dicitur quòd ſubditi non vexentur,& vt vnicuique ſua iuriſdictio ſeruetur, debent conueniri in partibus apud illos iudices,qui de iure aut de conſuetudine pręſcripta vel priuilegio cognitionem habẽt & quoad exemptos Papa debet committere in partibus.& licèt tali priuilegio quis poſſet renunciare contrahendo vel ſe ſubmittendo alienæ iuriſdictioni.cap.dilecti.de for.competen.aut iuriſdictionem prorogando:iuxta not.per gloſſ.in dict. §.j.ſuper verbo,firmentur. tamen in non ſubmiſsis aliud videretur dicendum:& ideò curia ſuper hoc
6 articulo fecit reſponſum dicto † domino Oliuerio Rolandi aduocato fiſcali Auinionis,quòd nõ intẽdit admittere in hac patria literas dict. domini vicegerentis in quantum eſſent cõtra pragmaticam ſanctionem & tenorem ſtatutorum & libertatem Delphinalium exceptis expreſsè ſubmiſsis quo caſu vbi apparuerit quod ſubditi Delphinatus fuerint legitimè ſubmiſsi,tunc curia non intendit impedire dictum dominum vicegerentem & ideò dicitur quo ad legitimè ſubmiſſos , ad denotandum quò ad cauſas feudales, & ſimiles in quibus prohibetur fieri ſubmiſsio vel prorogatio ſine conſenſu domini &ſuperioris.c. ſignificaſti . de for.compet. & faciunt notata per Bart. in l.j.§.&poſt operis.ff. de ope.no.nun.

ARGVMENTVM.

De auditoribus D N.Legati Auinionis.

SVMMARIVM

1 *Auditores palatij executores & nudos miniſtros ad media cauſarum audienda dici regulare.*
2 *Auditores palatij quemnam iuriſdictionem habeant.*
3 *Auditorum quatuor ſpecies.*
4 *Auditores principum quam iuriſdictionem habeant.*
5 *Auditorum legati acta non,niſi de commiſsione,uel quaſi poſſeſsione ipſorum appareat ualere.*

Quæſtio CCCXLVIII.

QVAERITVR de auditoribus domini legati de latere palatij Auinionis an habeant iuriſdictionem ſaltem in hac patria Delphinali du
1 bium facit, † quia regulariter auditores palatij dicũtur executores.& nudi miniſtri ad audiendũ media cauſæ.capitu.ſuper quęſtionum.§.verum.& §. porrò.&.§.quem verò.de offic.delega.nam ſecun-
2 dum glo.in clem.auditor.de reſcri †. tales auditores habent ordinariam in cognoſcendo & delegatam in diffiniendo,licèt referat Bonifacium VIII. interloquutum fuiſſe,quòd nullus in curia habeat ordinaria niſi Papa.facit cle. ne Romani de elect. & maximè in auditore legati ſeu alterius inferioris à Papa, qui non habet talem poteſtatem ſicut auditor Papę:ſecundum glo.in dict. clem.auditor. &de multiplici ſpecie auditorũ habetur per Specu. in titulo de audito.& per Cardi. Flor.in dict.clem.
3 auditor.in ij .q. vbi dicit, † ꝙ quadruplex dicitur auditor.Quidam vocatur auditor cameræ,&alius dicitur auditor contraditarum , alius dicitur auditor ſacri palatij, alius dicitur auditor ſpecialis commiſsionis ad certam cauſam quod fit in cauſis cathedralium & regularium eccleſiarũ, & in alijs magnis cauſis quas Papa vt plurimùm committit propria voce alicui ex cardinalibus:ſecũdum glo. in dicta cleme.auditor. Bar. verò in l. præcipimus.
4 §.quod ſi à duce.de appella.tenet,† quod auditores

principis & ſummi pontificis dicuntur habere iuriſdictionē ordinariam. Bal. verò ibi videtur tenere ꝙ non ſint proprij ordinarij. & idē Bal. in l. ſi arbiter.
5 C. de ſenten. & interlo. om. iudi. tenet † ꝙ nō valēt acta iſtorū auditorū legati niſi appareat de cōmiſſione. c. cùm in iure. de offi. delega. niſi appareret de quaſi poſſeſſione ipſorū & de ſcientia ſuperioris, de quo latiùs per Bal. in d. l. ſi arbiter. verūtamen tales auditores domini legati Auinionis nō decernunt literas citatorias, quod viderim ad citandum ſubditos pręſentis patriæ Auinionis cùm ſit diuerſa prouincia, & diuerſa patria propter pragmaticam ſanctionē & libertates patrię: vt s̄. declaratum fuit.

ARGVMENTVM.

De cōſeruatoribus priuilegiorum vniuerſitatum.

SVMMARIVM.

1 *Iura quo loco legi debeant.*
2 *Vniuerſitates ſtudiorum erigere qui poßint.*
3 *Priuilegium authenti. habita. C. ne fil. pro pat. an actiuè vel paßiuè procedat.*
4 *Extra prouinciam nemo trahendus.*
5 *Valentiæ uniuerſitatis conſeruatores duo.*

Quæſtio CCCXLIX.

QVAERITVR de conſeruatore priuilegiorum ſtudij vniuerſitatis Auinionis an vigore talium priuilegiorum poſſūt trahere ſubditos Delphinatus extra prouinciā præſentem. Et in
1 effectu præſuppoſito † quòd iura non debent legi niſi in vrbibus regijs approbatis. Et hoc ne legatur doctrina adulterina vt in proœmio. ff. §. diſcipuli. & §. hæc autem. & not. in c. tuæ. de cleri. nō reſid. Et licèt de iure ſint aliquę vniuerſitates approbatę videlicèt, in Roma veteri & Conſtantinopolitana & Bononiæ, ſecundum glo. in dict. §. hæc autem tria. c. ij. de priuile. lib. vj. tamen licèt aliæ ciuitates ſint cōditæ per Imperatores & Reges, non tamen habent facultatem ſtudij, niſi hoc habeant ex priuilegio vel antiqua conſuetuetudine: ſecundum Bart.
2 Bal. in dict. §. hæc autem tria. Et ad † ſolùm Papam aut principem ſpectat erigere vniuerſitates ſtudiorum generalium, & præcipuè in theologia & iure canonico ſpectare ad Papam: ſecundum glo. in pragmati. ſancti. in proœm. ſuper verb. ſtudiorum. & ſuper verb. generalium. veruntamen præſuppoſito quòd dict. vniuerſitas Auinionis habeat facultatem ſtudij ex priuilegio vel antiqua, conſuetudine & quod ſtudentes ibidē gaudeant priuilegio auth. habita. C. ne fil. pro patr. vbi tale priuilegiū eſt clauſum in corpore iuris hoc verū paſſiuè qñ ſtudentes cōueniūtur in iudicio Chābet declinatoriā fori eorū alterutrū ſtudiorū videlicèt, vel corā Epiſcopo vel corā eorū doctore vel corā poteſtate loci. Et habēt electionē, vt ibi habetur: tamē ſecus eſt ſi actiuè: quia qñ ſtudentens volūt agere, debēt ſequi forū rei. l. ij. C. de iuriſdi. om. iudic. cum ſimilib. ſecundū
4 Bal. in d. authē. habita. verſicu. ſed dubitatur. † Et ideò de iure cōmuni tales ſtudētes nō debēt trahere ſubdictos Delphinatus extra pręſentē patriā. c. neminē. ij. q. vj. l. oēs. in prin. C. de epiſ. & cler. & in authē. vt differ. iudic. §. j. col. ix. veruntamē curia fecit reſpōſum ſuper iſto articulo d. dño Rolādi, ꝙ quā primū apparuerit. de priuileg. d. vniuerſitatis ſtudij
5 Auinionis quòd prouidebit prout iuris fuerit. † Et vt intelligo in ſimili in ſtudio vniuerſitatis Valētię ſunt duo cōſeruatores, videlicet vnus authoritate apoſtolica pro clericis, & alius pro laicis: & quādo tales conſeruatores cognoſcunt cōtra ſubditos regni vadūt ad ſedēdum pro tribunali à parte regni.

ARGVMENTVM.

Legatus de latere an poſsit ſe intromittere de cauſis laicorum.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere an & quando de cauſis laicorum cognoſcere poßit. per tot.*
2 *Laicus in cauſis merè ſpiritualibus forum eccleſiaſticum ſortitur.*
3 *Legatus de latere de cauſis ſpiritualibus etiam inter laicos cognoſcere poteſt.*
4 *Legatus de latere quòd in prouincia ſibi demādata de omni cauſa ad forum eccleſiaſticum pertinente etiam omiſſo medio cognoſcere poteſt.*

Quæſtio CCCL.

QVAERITVR an legatus de latere in prouincia ſibi decreta poſſet ſe intromittere de cauſis & negotijs laicorū etiā vacāte imperio, vel
1 regno. † Et in effectu dicendū eſt, ꝙ nō quò ad cauſas quę nō pertinet ad forū eccleſiaſticū: quia eccleſia nō intendit impedire iuriſdictionē tēporalē. c. nouit. de iudic. & maximè inter merè laicos & pro re mere profana. c. ſi clericus. & c. cū ſit generale. & c. ex tenore. de for. cōp. Si verò ageretur de clerico cōtra laicū pro iuribus eccleſiæ, tūc laicus pōt cōueniri corā iudice eccleſiaſtico. d. c. ſi clericus. aliâs nō niſi cōſuetudo haberet, vel niſi iudex tēporalis eſſet negligēs. vt ibi habetur. & in c. ex tranſmiſſa. & c. ex tenore. de for. cōpe. licèt glo. in d. c. ſi clericus. referat ꝙ Papa cōcedit quotidiè literas clericis cōtra laicos ſiue iudices ſeculares negligētes ſiue nō, ſed quò ad laicos nō conſueuit cōcedere literas niſi data negligentia, & iſto caſu an valeāt literę à principio impetratæ non cōſtito de negligentia iudicis ſingularis, & an interim ſint in ſuſpēſo vide per glo.
2 & doct. in d. c. ex tenore. † Veruntamen vbi ageretur de cauſis ſpiritualibus vti de matrimonio, decima & ſimilibus laicus poſſet conueniri coram iudice eccleſiaſtico. cle. diſpēdioſam. de iudic. iuxt. not. per glo. in d. c. ex tenore. & per glo. in c. ſi. de excep.
3 lib. vj. † Et in iſtis cauſis ſpiritualibus poſſet adiri legatus de latere etiā inter laicos: ſecundum Spe. in tit. de lega. §. ſupereſt. in princ. & in §. nūc oſtendendum. verſi. xix. aliâs non, etiam vacante imperio. c. cùm inter. de elect. & c. licèt. de for. cōpe. niſi in terris eccleſię: ſecundū Io. And. ibi in addi. c. plenè. de eo qui mitti. in poſ. cau. rei. c. ſi duobus. de appel. & premiſſa procederent quādo legatus eſſet in partibus aliâs ſi eſſet extra quid iuris ſit ſupra fuit declaratū. Adde Spe. in ti. de leg. §. ſupereſt. verſ. itē ad officiū. ꝙ pōt adiri per viā querelę de ſubiecto immediatè Papę puta exemto: ſecus de ſubiecto ordinariorū: quia tūc debet agi corā ordinario. & tandem
4 in verſ. tu dic. tenet † ꝙ in omni cauſa in prouincia ſibi decreta pōt cogere quādo pertinet ad forū eccleſiaſticū omiſſo quolibet ordinario, niſi legatus vellet cognoſcere de tēporali iuriſdictiōe ad Epiſcopū pertiñ. ꝙ facere nō debebat cū ratione illius nō ſibi ſed fortè regi ſubeſſet. de quo Io. And. in add. ſe remittit ad no. in c. Romana. §. debet. de appe. li. vj.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Legatus de latere an cum ordinario concurrat, & cauſas aduocare poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere prouinciæ ſibi decretæ ordinarius eſt, & concurrit cum omni alio ordinario.*
2 *Legatis in prouincia locus certus non eſt deputatus.*
3 *Collatio legati extraordinaria eſt, & ſuperinducta.*
4 *Legatus cauſam motam ſeu mouendam coram iudice cōpetenti etiam inferiori ad ſe aduocare non poteſt.*

Quæſtio CCCLI.

QVAERITVR qualiter legatus de latere cōcurrat cū quolibet ordinario, & an poſſet aduocare cauſam, & an habeat locū determinatū ad ſedendū pro tribunali, & an legatus de latere dicatur propriè & verè habere iuriſdictionē ordina-
1 riā. † Et in effectu legatus de latere eſt ordinarius in prouincia ſibi decreta. c. ij. de offi. lega. lib. vj. & cō currit cū quolibet alio ordinario. c. ſi à ſede. de præ bēd. li. vj. & cōcurrit cū oī alio ordinario ſiue ſit Patriarcha, ſiue Primas, ſiue Archiepiſcopus, ſiue Epiſcopus, ſiue Abbas, ſiue alius inferior in hijs quæ poſſunt de iure vel conſuetudine: ſecūdū Spec. in ti. de lega. §. nūc oſtendendū. verſ. legatus. & Bal. in l. in aliquā. §. cum pleniſsima. ff. de offi. procōſ. & leg itaq; in tali caſu nō eſt dare aliū immediatū ſuperiorē: ſecūdū Panor. in c. j. de offi. lega. Et licèt dicatur habere iuriſdictionē ordinariā pro eo, quia regit talē prouinciā ex cōceſsione principis: tamē iſta pote-
2 ſtas eſt ordinario modo inducta: † quia nō eſt à iure deputatus certus locus pro legato. & ideò dicitur gerere vices Papæ: & videtur repugnare iuriſdictioni ordinariæ, quæ cōpetit iure proprio: ſecūdū Panor. in d. c. j. & pro hoc facit glo. in cle. ij de offi. or-
3 di. quæ dicit, † q; collatio legati de latere eſt extraordinaria & ſuperinducta. Et pro hoc facit d. c. ij. de offi. lega. lib. vj. vbi iſti legati æquiparātur ad inſtar proconſulis, & præſidum: & nullum ſimile eſt
4 idē. † verūtamē legatus de latere non pōt aduocare ad ſe cauſam motā ſeu mouēdam corā iudice inferiore cōpetenti. Nā quādo quæſtio habet multos iudices optio datur actori: vt no. glo. in l. fi. C. vbi in rē actio exerc. deb. & in c. dilecti. de fo. cōpe & in c. ſtatutū §. cùm verò. de reſcrip. lib. vj. nec pariter pōt cogere actorē ad litigādū corā ſe. c. peruenit. xj. q. j. ſecūdū Panor. in d. c. j. de offi. lega. & Spec. in tit. de lega. §. ſupereſt. in principio. dū reſpōdet ad dict. c. peruenit. q; loquitur in legato rogāte ſubditos prælatorum conqueri coram ſe, ſuis ordinarijs prætermiſsis, & contemptus quod nō debet fieri prout, ſuprà dictum fuit.

ARGVMENTVM.

Solutione tributi an probetur ſubiectio: & an aduerſus ſolutionem præſcribatur.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus ſolutione obligatio non inducitur.*
2 *Solutiōe ſimplici cēſus ſubiectiōis ſignū an probetur. & n. 3.*
4 *Quid ſi cauſa ſolutioni adijciatur & exprimatur.*
5 *Cenſus particularis præſtatio præſcriptibilis.*

Quæſtio CCCLII.

QVAERITVR an per ſolutionē cēſus ſeu tributi probatur ſubiectio, & an poſsit præſcribi aduerſus ſolutionē cēſus ſeu tributi. Du-
1 biū facit: † quia per ſolutionē cēſus ſeu tributi non inducitur obligatio. c. peruenit. de cēſi. l. ſi certis annis. C. de pact. cū ibi notatis quia tēpus nō eſt modus obligationis inducēdę. l. obligationū. §. placet. ff. de act. & oblig. & pro hoc videtur textus. in c. fi. de cau. poſſ. & proprie. & hoc ibi notāt Anto. de Bu
2 trio & Panor. † per ſimplicē ſolutionē cēſus nō probatur ſignū ſubiectionis. Sed in cōtrariū tenet Bal. in l. ſolēt. § fin. ff. de offi. procōſ. & lega. vbi tenet, quod quando homo pręſtat aliquod ſeruitiū domino præſumitur debitū & præſtitū in ſignū fidelitatis, & poterit cogi ad pręſtādū in futurū. allegat ca. ſeruitiū. xviij. q. ij. & idē qn̄ vna eccleſia qn̄ lx. annis alteri præſtitit ſimiles præſtationes. l. cenſus. ff. de proba. Verūtamē Bart. in l. cū de in rem verſo ff. de vſuca. circa fi. tenet q; ſi aliquis ruſticus præſtiterit cēſum domino, ex hoc nō præſumitur vaſallus, niſi aliqua cōtēplatione ſoluiſſe. Panor. verò in d. c. fi.
3 de cau. poſſ. & propriet. tenet, † quod per ſolutionē cēſus ſimpliciter non probatur ſignū ſubiectionis, niſi per coiecturas apertè vel tacitè fiat. & ibi ponit
4 exemplū, vel apertè qn̄ † exprimebatur cauſa, propter quā fiebat ſolutio cēſus: vel tacitè ex æqualitate loci, & tēporis: quando quis vadit ad ſynodū: & ibi ſoluitur cēſus, & licèt nō poſsit præſcribi aduerſus præſtationē tributi quod debetur ratiōe vniuerſalis domini. l. cōperit. C. de præſcrip. xxx. vel xl. an
5 no. † ſecus in præſtatiōe cēſus particularis. l. cū notiſsimi §. in hijs. eo. ti. & ex quo fit præſtatio cenſus ex vna cauſa vti pro ſaluagardia & protectione apoſtolica per hoc nō tollitur iuriſdictio ordinaria. c. ex parte. de priuile. & ſic nō debet cōuerti in aliā cauſam. Et præmiſſa faciūt ad quæſtionē caſtrorū de Menglone & Marigniaci capituli eccleſię cathedralis Dienſis vbi cōſtituerūt dn̄i canonici dict. capituli procuratorē de anno dn̄i. 1379. ad recognoſcendum cameræ apoſtolicæ Auinionis de tēpore Clemētis vij. vnū denariū auri annui cēſus pro ſaluagardia & protectiōe apoſtolica, dicti capituli & dictorum locorū ne opprimerētur à dominis circūuicinis. Sed d. procurator ampliauit dictā recognitionē etiā pro homagio dictorū locorū, & ſic videtur exceſsiſſe fines mandati, cōtra l. diligēter. ff. mā da. & c. cū dilecta. de præſcrip. c. vigilanti. de offi. & pote. iudic. dele. verūtn̄ curia fecit reſpōſum ſuper hoc articulo dn̄o Rolādi aduocato fiſcali Auinionis, q; non intellexit feciſſe aliquā inhibitionē occaſiōe dicti cēſus denarij auri: neſcio tamē ſi fuerit dictū & reſeruatū quatenus dict. ſolutio cēſus de iure procedat, & citra præiudicium iuris Delphinalis, quod fuiſſet tutiùs actum

ARGVMENTVM.

Dominus territorij an in ſubditorum præiudicium recognoſcere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Dn̄m territorij vaſallos ſeu ſubditos ſine eorum conſenſu in alium transferre non, niſi maiori uel æquali domino alienaret, poſſe regulare.*
2 *Rex Frāciæ ciuitatē ſine ſubditorū cōſenſu alienare nō pōt.*
3 *Tertium emphyteuſim præſcribere poteſt, licèt emphyteota non poſsit.*
4 *Præſcriptioni minori centū annorum aduerſus eccleſiā Romanam locum non eſſe, regulare.*

Quæſtio CCCLIII.

QVAERITVR an dominus Caſtri & territorij poſsit recognoſcere in feudū ligium caſtrum & territorium loci & iuriſdictionis hominū etiam quoad appellatiões ſine cõſenſu ſubditorum. Et an poſsit preſcribi aduerſus tale homagiū per tertiū etiam aduerſus eccleſiam Romanā etiā minori tempore centum annorum per viam conſuetudinis. Et in effectu † regulariter dominus non
1 poteſt transferre vaſallos & ſubditos in aliū dominum ſine conſenſu vaſallorum & ſubditorum. cap. j. §. ex eadem lege. de leg. Corra. niſi alienaret maiori vel æquali domino. Et pro hoc facit in c. j. §. præterea Ducatus. de proh feu. alie. per Frede. vbi dominus prohibetur alienare feudum ſine conſenſu vaſalli. & hoc tenet gloſſ. in l. inuitus. ff. de fide. liber. Et Cyn. in l. j. C. de tarta. Hoſti. Ioan. And. Pan. Felin. in cap. dilecti. de maior. Et obed. & Bald. in
2 cap. in generali. ſi de feud. contro. fue. vbi tenet † de rege Franciæ, quòd non poteſt alienare vnā ciuitatem ſine conſenſu ſubditorum. Et ibi refert de Conſtantin. Imperatore qn̄ donauit vrbem Papæ Silueſtro quod hoc fecit cū cõſenſu populi. & ita etiā tenet deciſ. Thol. ccccIxxxv. Et d. Guid. Papę Deci. cccxxxix. Et pro hoc facit ca. fin. de maio. & obe. cū ibi notat. per glo. & Panorm. vbi dominus non poteſt componere de iure ſuperioritatis in pręiudiciū ſubditorum, niſi conſentiant vt ſuprà iam fuit tactū. q. cccxxxvij. Preterea licèt vaſallus vel emphyteota nō poſſent pręſcribere aduerſus dominū niſi à tempore quo interuertunt poſſeſsionē: iuxta not. in l. male agitur. C. de pręſcrip. xxx. vel x. annorum:
3 tamen † bene poteſt pręſcribi per tertium. pro quo facit cap. ſi quis per xxx. ſi de feu. cõtr. fue. & quod habetur per Spe. in titu de feu. §. qm̄. verſi. tertio. & maxime quando dominus ſciuiſſet poſsidere: iuxta notata per Ioan. Andr. in addi. ad Spec. in rubrica de feu. & per Panorm. in cap. ad audientiam. de pręſcrip. & licèt aduerſus eccleſiam Romanam nõ currat regulariter minor præſcriptio centum annorū: vt in auth. vel eccleſ. Romana col. ij. & dicto capit. ad audientiam: tamen hoc fallit quando non tangit principaliter ius eccleſię Romanæ, ſed ſecundariò: ſecundum gloſſ. in dicto cap. ad audientiam. faciunt notata per glo. in l. de vno quoque. ff. de re iudi. Et per Bald. in authē. quas actiones. C. de ſacroſanctis eccleſi. vel etiam poſſet pręſcribi per viam conſuetudinis aduerſus Romanam eccleſiam ſpatio quadraginta annorum cap. fin. cū gloſ. de conſue. ſecundū Felin. in dict. cap. ad audientiam. Et pręmiſſa faciunt ad quęſtionem ſuper homagio ligio facto per procuratorem dict. capituli eccleſiæ diœceſis de dictis locis & caſtris de Meuglone & Marign. cameræ apoſtolicæ Auinionis de tempore Clementis VII. ſunt centum anni elapſi & vltra ſine conſenſu ſubditorum locorū, quòd appareat. Et ex poſt facto dominus noſter Delphi. eſt in poſſeſsione ſeu quaſi iuris ſuperioritatis & reſſortus dictorum locorum palàm, publicè & notoriè ſpacio xl. annorum & vltra, tam per appellationes & querelas quę reſſortiūtur corā curia parlamenti, quòd etiam per ſolutionem ſubſidiorum & aliarum Delphinalium, & etiam vt præſupponitur dicti homines dictorum locorum de Meuglone & Marigniaci ſunt deſcripti in religione focorum Dephinaliū. Et pariter vocantur dict. domini capituli pro temporalitate dictorū locorū in tribus ſtatibus preſentis patriæ. Et ideò curia fecit reſpõſum dicto domino Rolandi quòd pendet cauſa coram curia ſuper dicto homagio inter fiſcum Delphinalē & dictos dominos capituli. Et vbi procurator camerę apoſtolicę Auinionis voluerit interuenire in dicta cauſa, quòd auditis partibus curia bonā & breuem iuſtitiā partibus miniſtrabit Et faciet ſemper quæ facere debebit.

ARGVMENTVM.

Homagij præſtatione an queratur quaſi poſſeſsio iuriſdictionis & homagij.

SVMMARIVM.

1 *Homagij nudo recognitio libertatis iuri non præiudicat.*
2 *Homagij recognitione cum iurameto facta & iuriſdictionis abiuratione quaſi poſſeßio non quæritur.*

Quæſtio CCCLIIII.

QVAERITVR an præſtatio homagij facta per vaſallum alteri quàm vero domino pręiudicet. Et an per tale homagiū acquiratur quaſi poſſeſsio iuriſdictionis & ſubiectionis. Et videre
1 tur dicendū quòd non: † quia talis nuda recognitio non poteſt præiudicare iuri libertatis. l. interrogatam. & l. nec ſi volens. C. de libe. cauſ. & ibi Bal.
2 notat in Papa, Imperatore vel Rege Fráciæ † quòd ſi faciant recognoſcere aliquam ciuitatem & iuramentū fidelitatis pręſtare, quę per priùs nõ erat ſua, quòd non pręiudicat. & ideò per talem recognitionem homagij etiam ſi faciat confiteri quod ſint homines ſuæ iuriſdictionis, & pręſtare iuramentum fidelitatis & renuntiare iuriſdictionem prioris domini. per hoc non acquiritur aliqua poſſeſsio iuriſdictionis: ſecundum Inno. in ca. dilectus. de capel. monach. & Spec. in tit. de iuriſdict. omniū iudicū. verſ. illud etiam nota. circa finem. Et iſtud etiam tenet Panormit. in capitu. verū. in fine de for. compe. circa finem poſt Hoſt. quod talis recognitio homagij non facit præiudiciū domino etiam reſpectu poſſeſsiõis. Et hoc qn̄ facit mala fide, aliâs eſſet in facultate vaſſalli ſubtrahere dominum, quod non eſt dicendum, niſi dominus ſciret & taceret, quia tunc fieret ei pręiudicium quò ad actum poſſeſsionis de quo ibi Latiùs per Panor.

ARGVMENTVM.

Transferre ſubditos an ſit licitum.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlati metronomici dicti.*
2 *Prædia aßignata tranſlatis quòd alienare alio quàm inter ipſos non permittebatur.*
3 *Tranſlatorum ſtatus nõ mutatur: ut qui nec libertatem nec ciuitatem amittant.*
4 *Tranſlatis cur iniunctum ſit ut bona immobilia diſtrahe-rent.*
5 *Princeps poteſt ſe opponere aduerſus electionem prælati.*

Quæſtio CCCLV.

QVAERITVR an ſit licitum principi tráſferre & confinare ſeu relegare ſubditos de vna patria

de vna patria ſeu territorio ad aliud propter ſuſpi-
tionem turbationis ſtatus Reipublicæ aut conſpi-
rationis proditionis patriç, & reuelationis ſecreto-
torum, & ſeditionis vel etiam quando de nouo ac-
quiritur aliqua patria in guerra. & ſi per hoc fiat
publicatio bonorum. Et in effectu videtur dicendũ
quòd ſic l. certa forma. C. de iur. fiſc. lib. x. & licèt ibi
dicatur quòd prædia quæ prius habebãtur ſi nõ fue
rint diſtracta applicãtur fiſco: tamen ſecundum gl.
ibi, hodie ceſſãt. quia prebent cauſam belli: atta-
men non perdebãt tales tranſlati & relegati ius ſuc
cedendi parentibus: vt ibi habetur & prout ibi di-
cit Barto. quando Imperator capiebat aliquam ter
ram non ſibi amicã extrahebat inde homines for-
tes & armigeros, & mittebat ad alium locum, & om
nia bona quç in illo loco habebãt, publicabat. & ſic
iſti homines trãſlati vocabãtur merronomici à me
tros quod eſt menſura, quia alius locus menſuraba
tur, & aſsignabatur eis: vt ibi habetur. & in l. j. C. nõ
2 lic. habita. metro. lib. xj. † & prohibebãtur tales trã
ſlati alienare talia prędia eis aſsignata inter extra-
neos, ſed inter ipſos: vt ibi habetur. vnde ſecundum
bart. & Ioan. de Platea in dicta l. certa forma. tales
3 tranſlati † non perdunt libertatem, nec ciuitatem:
qnia non ſunt condemnati ex delicto, nec mutatur
ſtatus, & ſic nõ habet obſtare gloſ. iuſtit. quib. mo
dis ius patr. poteſta. ſoluit. §. relegati. vbi æquipa-
rat bãnitos noſtri temporis deportatis; vel relega-
tis ſecundum qualitatem delict. pro quo fuerũt cõ-
dẽnati. Nec obſtat ſi dicatur quòd in d. l. certa for
ma. fit publicatio bonorũ exiſtẽtium in primo lo-
co vnde fuerũt trãſlati: quia talis publicatio bono
rum eſt ſublata, prout ſupra dictum fuit. & pariter
non fiebat talis publicatio bonorũ vbi apparebat
de voluntate principis. & quia ſecundum Ioan. de
Plat. talis publicatio non erat ſecundum ius com-
mune: quia relegati retinent bona & iura ſua. l. re-
legati. ff. de inter. & lega. nec debent eis auferri bo
na, licèt iudex ex cauſa poſſet auferre bona & au-
gere pœnam: ſecundum Barto. in l. relegatorum. §.
ad tempus. ff. de interdict. & relega. & Ioan. de Pla.
in dict. l. certa forma. & ibi etiam ſecundum ipſum
4 præfigebatur terminus infrà † quem poterant di-
ſtrahere extra bona, & lapſo termino ſi non eſſent
diſtracta dicta bona: fiebat publicatio ſeu confiſca
tio bonorum immobilium, & erat duplex ratio. pri
ma ne daretur occaſio redeũdi ad ciuitatem à qua
fuerant tranſlati. l. qui habebat. ff. de legat. iij. & l.
quicunque. C. de cohart. libr. xij. ſecunda ratio pro
pter affectionem bonorum, & ne daretur occaſio
deſerendi locum, vbi fuerant tranſlati. l. quidam. &
l. ſi magiſtratus. C. de decu. libr. x. & in authent. de
collatio. §. ſi verò alij. col. ix. ſed quò ad bona mobi
lia tales tranſlati & confinati ſecum deferebant:
quia ceſſabat ratio. l. licitatio. §. fiſcus. ff. de publi-
ca. & l. j §. j. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. x. vlterius
eſt ſciendum ſecundum Ioann. de Pla. in rubric. C.
non lice. habita. metro. libro. xj. Romani antiqui-
tùs quando ſubiugabant aliquã terrã eis inimicã:
tunc homines potentiores & meliores illius terræ
ablatis ſibi bonis ſuis tranſmittebant ad alium lo
cum, quem ſibi aſsignabant. vt ibi ſtarent: & bona
ſibi aſsignata poterant vendere inter ſe, & non in
perſonas extraneas. dict. l. j. C. non licere habita. li-
bro. xj. veruntamen ſecundum Ioann. de Pla. in d.
rubri. talis tranſmiſsio poſteà fuit ſublata: quia ge
nerabat ſcandalum, & ciuile bellum, vt nota. in
d. l. certa. Et ſic videtur ſentire, quòd hodie debeat
fieri tranſlatio dictorum hominum propter guer-
ram, veruntamen etiam hodie quando eſſet ſuſpi-
tio contra aliquos tales homines de perturbatione
Reipublicæ & conſpiratione proditionis patriæ,
& reuelationis ſecretorum, propter parentes alliga
tos eſſet iuſta cauſa confinandi ad aliquem locum:
ſecundũ Ang. in authentic. de reſti. & ea quæ par.
colla. iiij. Et pro præmiſsis facit quod habetur per
5 Innocen. in capit. his. de accuſa. vbi tenet † quòd
princeps poteſt ſe opponere aduerſus electionẽ prę
lati, quando habet eum ſuſpectum de conſpiratio-
ne proditionis patriæ, vel reuelationis ſecretorum
patriç, propter eius parentes alligatos inimicis. &
licèt in principe in dubio præſumatur iuſta cauſa:
iuxta nota. per gloſſ. & Bartol. in l. relegati. in prin
cip. ff. de pœn. & per Cyn. in l. reſcripta. C. de preci.
Impera. offeren. & per Inno. in cap. quę in eccleſia
rum. de cõſti. tamen ſecurius eſſet ſumere informa
tiones ſuper tali ſuſpitione: & pro hoc in ſimili po-
teſt adduci quæſtio de Epiſcopo tranſlato quòd in
terdum transfertur ſine culpa, licèt non ſine cauſa,
propter bonum publicum: vt quia eſt exoſus popu-
lo, vel principi, qui eum proſequitur odio. Sed iſto
caſu debet eidem dari bonum cambium: ſecundũ
Innocen. in cap. niſi cùm pridem. de renun. & Ioã.
Andr. in capit. quod ob gratiã. de regu. iur. libr. vj.
in mercur. Bald. in cap. j. §. ad hoc. de pac. iuramen-
to firmand. per Panormita. in capit. fina. de poſtu.
præla. & in capitu. fina. de confir. vti. & per gloſſ. in
pragmatica ſanct. de elect. §. ſtatuit. verb. pontifex.
vnde talis terra aſsignata appellatur metrocono-
mia, & licèt prohibeatur alienari inter extraneos:
ſecus quo ad feudos: ſecundum Placenti. in dict. l.
j. non lice. hab. quia tales fundi habẽt confines: ſed
ſecundum glo. & Ioann. de Pla. ibi prohibetur fie-
ri alienatio tam de locis aſsignatis quàm de feudis
inter extraneos: ſecus inter ipſos. Et pręmiſſa faciũt
ad quæſtionem ſuper recuperatione nouiſsimè fa-
cta per Chriſtianiſsimum Regem dominum no-
ſtrum Delphinum Ducẽ Mediolani, de patria Cre
monæ, Cremç, Breyſanæ, & alijs locis de pertinen-
tijs Ducatus mediolani contra Venetos, quia Ma-
gnificus dominus Carolus de Ambaſia: locumte-
nens Regius in dicto Ducatu Magnus magiſter
Mareſcalus & Admiralus Franciæ mandauit do-
mino de Duraz capitaneo caſtri & loci Cremæ:
quòd haberet relegare & confinare certos ex po-
tentioribus & ditioribus dicti loci Cremç, videlicèt
dominũ Iacobum Zeurli, domi. Panthaleonem Ca
dic doctorem Franciſquinum Nicium ad ciuitatem
Grationopolis donec aliter fuerit ordinatum per
regiam maieſtatem, & qui confinati ſupra nomi-
5 nati de hoc præſenti anno domini 1509. die xxiiij.
menſis Septembris pręſentauerũt literas clauſas di
ctę cõfinationis tranſmiſſas curiæ Parlamenti per
dom. capitaneum Cremæ de Duraz ad finem obe-
diendi & tenendi dictam confinationem: & petie-
runt acta de præſentatione literarum, & de tem-
pore quo applicauerunt in hac ciuitate Gratio-
nopolis.

ARGVMENTVM.

Domini terrarum an forenſes & extraneos ab eorum territorijs expellere poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Domicilium & focum habentes quòd expelli & eijci non, niſi ex cauſa ex qua relegantur, debent.*
2 *Orbis omnibus communis patria.*
3 *Præſidis partes eſſe ut de extraneorum ſtatu per inquiſitionem certus fiat.*

Quæſtio CCCLVI.

QVAERITVR an domini terrarum poſſint expellere mercatores forenſes de ſuis ter-
1 ritorijs, & eis non recedentibus bona auferre. † Et in effectu ex quo tales homines ibidem fecerunt domicilium nõ debent expelli, niſi ex cauſa, ex qua
2 poſſent foris banniri: † quia mundus eſt communis patria omnibus: ſecundum Bald. in capitu. j. §. dominus. de form. fide. Nam expellere & interdicere eſt quædam pœna, quæ non debet affligi ſine cauſa. l. relegatorum. ff. de interdict. & relega. veruntamen ab initio quando tales homines extranei vellent venire ad habitandum in aliquo loco, dominus poſſet interdicere ingreſſum. argu. l. diuus. ff. de ſerui. ruſti. prædio. ſecus poſtquàm fuerũt ingreſſi & habitarunt, quia ſunt ſicut reliquus populus. & eſſet contra naturalem æquitatem & bonum publicum, ſi expellerentur: quia continentur nomine populatium: vt in authẽ. de queſto. in principio, colla. vj. ſecundum Bald. vbi ſuprà, licèt ſecũ-
3 dum Ang. in dict. authen. de quæſto. † Quæſtor. ſeu iudex debet inquirere de ſtatu extraneorum veniẽtium ad ciuitatem. Et iſtud facit pro conſuetudine dominorum Lombardiæ, qui habent exploratores in eorum ciuitatibus & territorijs explorantes forenſes venientes, & propter quàm cauſam veniãt.

ARGVMENTVM.

Dominus ne ſubditi alio quàm in territorio mercatum eant, an prohibere poſsit.

SVMMAVIVM.

1 *Statuta dominorum quòd latiùs non extendantur præterquàm quod eorum territorium.*
2 *Municipes an ſtatuere poßint ne extra territorium quis negotietur.*

Quæſtio CCCLVII.

QVAERITVR quid econtrà an domini terrarum poſsint facere ſtatutum pœnale ne ſubditi extra territorium mercatum eant. Dubium
1 facit: † quia tale ſtatutum non debet habere effectum extra territorium. argumen. l. fina. ff. de iuriſ. omnium iudic. Sed in contrarium decidit Barto. in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdict. & rele-
2 gat. † Quia municipium vel ciuitas poteſt ſtatuere quòd quis non vadat ad faciendum mercantias extra ſitum municipium, vel quòd non vadat ad faciendum mercantias in tali ciuitate. l. fina. ff. de decre. ab ordi. faci. & l. mercatores. C. de cõmerc. & merca. Nec obſtat dict. l. fin. quòd extra territoriũ, non paretur: quia illud procederet quando pretiũ fieret extra territorium: ſecus per quandam conſequentiam & in pœnam ſubditorum: facit quod habetur per Gandi. in titu. de reb. non portand. contra deuet.

ARGVMENTVM.

In integrũ reſtituere relegatos vel exules cuius ſit.

SVMMARIVM.

1 *Imperatoris uel principis eſt relegatos ab exilio reuocare, & in priſtinum ſtatum reſtituere.*
2 *Regibus & principibus ſuperiorem non recognoſcentibus, abolitionem concedere licere.*
3 *Pœna poſt ſententiã neque augeri neque imminui ſine principis authoritate poteſt.*
4 *Ciuitates non recognoſcentes ſuperiorem quòd poſt ſententiam & augere & minuere pœnam poßint.*
5 *Comites & Barones regalia habentes, quòd pœnam non, niſi pecuniariam remittere poßint.*
6 *Reuocatus ab exilio principis indulgentia, q. nec famæ nec ad bona, niſi expreßè dictum ſit, reſtitutus cenſeatur.*
7 *Ciuitates quæ ſuperiorem non recognoſcunt, quod relegatos ab exilio reuocare poßint.*

Quæſtio CCCLVIII.

QVAERITVR cui pertineat authoritas dandi remeatum, ſeu comeatum poſt ſententiam iſtis bannitis confinatis relegatis, ſeu damnatis in exilium ſiue ad tempus ſiue in perpetuum.
1 Et in effectu videtur, † quòd ſpectat talis authoritas concedendi remeatum vel comeatum ad ſolum Imperatorem vel principẽ. l. relegati. ff. de pœn. & vulgariter appellatur talis abolitio banniti, in Frãcia literę de Rapeaulx. & licèt in delictis requirentibus pœnam corporalem vel pecuniariam ante ſententiam ſpectet authoritas concedendi veniam ſeu abolitionem ſoli principi. l. reſcripta. C. ſi contra ius vel vtil. l. j. §. de qua. ff. de poſtu. licèt antiquitùs etiam pertineret talis facultas ad totum Senatum, vbi erant centum Senatores: tamen hodie talis Senatus non habet facultatem legem condendi: iuxta no. in l. non ambigitur. ff. de legib. cum ibi
2 not. & in l. fina. C. de legi. † Sed Reges & alij Principes qui non recognoſcunt ſuperiorem poſſunt dare talem abolitionem: ſecundum Bartol. in dict. §. de qua. & facit l. fina. & l. in inſulam. & l. generalis. & l. cum indulgentia. C. de feu. pat. & l. fina. C. de genera. aboli. Sed poſt ſententiam magis ſpecificè reſeruatur talis authoritas principi. dict. l. relegati. & l. diui fratres. ff. de pœn. & l. j. §. fina. ff. de quæſtio. ſecundum Ioan. de Pla. in l. ij. C. de his qui in epi. da. & extra ordi. mo. libr. x. & maximè quando quis ducebatur ad patibulum ex condemnatione: ſecundum Bald. in capitu. j. hîc finit. lex, in princip. circa fi. & ibi loquitur in Rege Franciæ. & pro hoc etiã facit. l. acta. §. de ampliãda. ff. de iudi. vbi vi-
3 detur caſus in hac materia: † quòd poſt ſententiã latam pœna non poteſt augeri ver minui ſine principali authoritate. Et pro hoc etiam facit l. j. & fin. C. ſent. reſcind. non poſſe. & ſecundum glo. in dict. §. de amplianda. etiam per reſcriptum non poteſt pœna remitti, niſi ſpecialiter derogetur tali Regi, Barto. verò ibi tenet quòd licèt pœna non poſsit re-
4 mitti ſine iuſſu principis. † Et idem eſt in ciuitati-
5 bus. quæ non recognoſcunt ſuperiorem. † Et licèt Comites & Barones quando habent, regalia & pœna impo-

na impoſita reſpicit eorum burſam poſsint illam re
mittere:tamē ſecus quò ad pœnam infamiæ vel a-
6 liam non pecuniariam:ſecundum Barto.ibi † verū
tamen licèt per indulgentiam principis remittatur
exiliū,ſeu bānimentū:tunc non remittantur bona
nec reſtituitur famæ.d.l.generalis. C.de ſent. paſs.
niſi fieret reſtitutio in priſtinū ſtatū.l.j.& l.fi.eo.tit.
Et idem quando quis cancellaretur de libello de-
portatorū ſeu bānitorum, quando fit de mandato
principis:ſecundum Bald.in dict.l.generalis. qui-
nimò ex quo ſententia eſt lata in criminalibus e-
tiam ſi appareret de inoſcentia non debet reſtitui,
niſi à principe.dict.l.diui.& l.in ſuis.ff.de quæſt.&
ibi per Bartol. & licèt ſupradictum fuerit quòd ſo-
lus princeps poſsit dare licentiam bannitis & con
finatis redeundi:tamen idē eſt in ciuitatibus nō re
cognoſcentibus ſuperiorem,quando haberent po-
teſtatem ſtatuendi à principe,vel etiam ex cauſa iu
dex poſſet dare licentiam comparendi in iudicio,
quando accuſaretur:ſecundum Barto.in dict.l. re-
legati.& in l.is qui reus.ff.de publi.iudi. vel etiam
quando quis eſſet bannitus propter cōtumaciam.
capitu.ex literis.de conſtitu.& hoc purgata contu
macia,vt ibi habetur.Et præmiſſa faciunt ad quæ-
ſtionem ſuper interinatione literarū gratiæ Iacobi
de Bouges aliàs d. Barbier archerij ſibi cōceſſarū,
per dominum gubernatorem pro eo:quia perpriùs
fuerat condemnatus per curiam pro quodam ho-
micidio ſibi impoſito,& dum duceretur ad patibu
lum fuit ablatus per quoſdā à manibus iuſtitiæ ita
taliter quòd euanuerit.& licèt dominus guberna-
tor habeat poteſtatem concedendi gratias aboli-
tionum,excepto crimine læſæ maieſtatis:attamen
iſtud poſſet procedere ante ſententiam latam:ſed
poſt ſententiam latam poſſet dubitari:attamen di-
ctæ literæ fuerunt interinatæ.me refero veritati, &
relinquo cogitandum.

ARGVMENTVM.

De exilio,confinatione, interdictione & relega-
tione.

SVMMARIVM.

1 *Exilium triplex.*
2 *Exilij pœnæ duæ,& quæ.*
3 *Interdictus à patria domicilij an à patria originis interdi-
ctus cenſeatur. Quid econtrà & nu.6.*
4 *Clericus à diaconatu interdictus quòd à prælatura interdi
ctus uideatur.*
5 *Hiſpania antiquitùs Imperatoribus ſubdita,& per præſi-
des imperatorios regebatur.*
7 *Confinationis locus quòd in relegantis iuriſdictione ſit
oportet.*
8 *Piſani quo relegare ſoleant.*
9 *Conſuetudo generalis Italiæ in confinendis relegatis.*
10 *Relegati ſiue banniti qui dicantur in lata fuga.*

Quæſtio CCCLIX.

QVAERITVR de pœna exilij & con-
finationis & interdictionis,& de differentia
quando interdicitur certus locus,& quando inter-
dicitur minus ſi videatur interdicere maius,& quā
do aſsignatur certus locus,ſi requiratur quòd ſit de
iuriſdictione confinatis,& qualiter dicatur quis eſ-
1 ſe in lata fuga.Et in effectu † triplex dicitur eſſe exi
lium. aut certorum locorum interdictio: aut lata
fuga. Interdictio omnium locorum præter certum
locum:aut in inſulam relegatio.l.exilium.ff.de in-
ter.& relega.& idem tenet glo.in rub.C.de hijs qui
in exi.datū.libr.x.vnde Bald.in l.executorem.C.de
execut.rei iudic.verſi.opinio.dum allegat l.relega-
torum.§.interdicere.& §.dubitatum.ff.de interdic.
& relega.tenet quòd duę ſunt pœnæ,videlicèt pœ-
nam interdicti,alia vocatur relegatio,& iſta eſt du
plex,quædam eſt coharctata iuriſdictio quandoq;
3 interdicitur † patria domicilij,& tunc videtur etiā
interdicta patria originis: quia cui interdicuntur
minora,multò fortiùs maiora.l.qui indignus.ff.de
ſena.l.cui pacto.ff.de ſerui.expor.l.minoris.in prin
cip ff.de pœn.l.relegatorum.§.conſtitutum. §. ſo-
4 lus.§.debet.ff.de interdict.& relegat. † Et ideò cle-
ricus interdictus à diaconatu,videtur interdictus à
prælatura:ſecundum Bald.in dict.l.executorem.C.
de execu.rei iudi.nā patria originis eſt maior,quia
pœna eſt magis afflictiua in loco originis quàm in
loco domicilij:ſecundum gloſſ.in l.fina.C.ſi ſeru.
export.vene.quod eſt verum quando locus domi-
cilij & locus originis ſunt ſub eodem præſide:aliàs
ſecus:niſi fieret per nomen proceſſum: ſecundum
Bald.in dict.l. executorem.per dict. §.interdicere.
verſi.ſed Imperator. & ibi fit mentio de Hiſpania
5 quæ † erat ſubdita Imperatori, & regebatur per
præſidem Imperatoris.de Hiſpania quòd ſit ſubdi
ta Imperatori vide tamen glo.in capitu. Adrianus.
6 le ij.lxiij.diſtinctio.Sed contra:† quando eſt inter-
dictus locus originis, non cenſetur interdictus lo-
cus domicilij,qui eſt minor,niſi pœna interdictio-
nis loci domicilij eſſet magis afflictiua, vt quia eſ-
ſet ſibi magis graue relinquere bona domicilij quā
7 bona originis:ſecundum Bald.vbi ſuprà.† & pari-
ter requiritur quòd talis locus quem fit confinatio
ſit de iuriſdictione iudicis relegantis.dict.l.relega-
torum.§.quoddam genus.& ibi Bartol.ff.de inter.
& relega.ideò præſides qui cognoſcunt de appella
tione caſſant iſta confinia,quando non ſunt ſubdi
ta,licèt in ciuitatibus non recognoſcentibus ſupe-
riorem non ſunt qui talia confinia,caſſant ideò Pi
8 ſani † relegant in Sardiniam quandoquè in inſulā
Rhodi vel in aliam prouinciam,non ſubditam ſed
non poteſt fieri de iure.Nam tantùm poſſunt rele-
gare in terras ſibi ſubditas.ſed Bald.in dict.l.execu
9 torem.verſi.modò quæro .refert † de generali cōſue
tudine in Italia ipſi confinant de vna ciuitate ad a-
liam non ſubditam,licèt ſit contrarium de iure:at-
tamen quando quis relegatur & confinatur ad
certam ciuitatem non receſſurus ſub pœna rebel-
lionis,licèt quoad terram non ſubditam nō teneat
de iure,dict.l. relegatorum.& l.nulli.C.de ſent. &
interlocu.omnium iudic.hoc verum expreſsè:ſecus
tacitè,& videtur quòd ſint interdicta morari loca
ſubdita,iudicis relegantis,& licèt vitietur expreſ-
ſum,non tamen tacitum.& ideò vltra loca prohibi
ta in lata fuga,& poterit vbique morari:ſecundum
Bald.in dict.l.executorem.ſed ratione conſuetudi-
nis extendit vires Imperij,& ideò populi ob quorū
ſecuritatem finem iſtæ relegationes recipiunt con-
feſsionem de parendo confinibus ſub pœna æris
& perſonæ, veruntamen quando talia confinatio
fieret iniuſtè,tunc poſſunt ſperni coram iuſto præ-

10 tore: ſecundum Bald. in l.j. C. de monopol. † & quia ſuprà fuit facta mentio qualiter quis dicatur in lata fuga, poteſt poni exemplum in bannitis & relegatis noſtri temporis in iſtis partibus, quando aliqui condemnantur ad pœnam bannimẽti perpetui vel ad tempus, à præſenti patria vel ab alio territorio abſque confinendo ſeu aſsignando aliquẽ locum ad morandum: quia iſto caſu tales banniti ſeu relegati prohibeantur morari in hac patria vel territorio de quo banniuntur: tamen poterunt morari in quolibet alio loco non interdicto, & tunc diceretur in lata fuga. dict. l. exilium. ff. de inter. & relega. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem dictorum cõfinatorũ de loco Cremę ad iſtam ciuitatem Grationopolis: quia iſta ciuitas licèt ſit ſubdita Regi domino noſtro Delphi. ratione dignitatis Delphinalis: ſecus eſt tamen quoad Ducatum Mediolani, quia eſt de diuerſo reſſortu, & ideò talis confinatio in hac patria non debebat fieri, niſi cũ clauſula requiſitis requirendis, aliter non apparente de conſuetudine, relinquo cogitandum.

ARGVMENTVM.

De doctore confinato in vna ciuitate habente vniuerſitatem, & legere prohibito, an in ædibus pomerij ciuitatis legere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Confinati confinationis tempore pendente ad honores eligendi non ſunt.*
2 *Doctor confinatus in ciuitate uniuerſitatem habente legere prohibitus, an in ſuburbijs legere poterit.*
3 *Confinatus ad certum locum ſuorum bonorum adminiſtratione non priuatur.*

Quæſtio CCCLX.

QVAERITVR an doctor confinatus in aliqua ciuitate vniuerſitatis, & prohibitus ibi legere poſsit legere in ſuburbijs ædificijs continentibus, & ſi cenſeatur prohibita alienatio bonorum: vt ſi perdat honorem. Et in effectu Bartol. in l.j. C. de his qui in exi. da. lib. x. notat quòd confinati non poſſunt eligi ad honores de tempore confinationis. & ibi refert Bononiæ de quibuſdam doctoribus qui fuerant confinati & reuocati per dominũ Hoſtienſem legatũ, qui fuerant per prius deſcripti in matricula collegij doctorum, quòd non habuerunt locum in collegio. Salyc. in l. cui pacto. ff. de ſerui. export. tenet de quodam doctore relegato in ciuitate Paduæ, & ſibi interdictum ne legeret in ciuita
2 te fuit dubium an poſſet legere extra. † Et fuit obtentum quòd ſic: quia cui denegatur maius non denegatur minus: ſecus econtrà: vt ibi habetur. Nec obſtat c. ſi ciuitas. de ſent. execu. quia ibi eſt ſpeciale ꝙ interdicta ciuitate cẽſeantur interdicta ſuburbia & continentia ædificia propter periculum animæ: ſed Panormit. in cap. Rodulphus. de reſcrip. tenet contrarium, quòd non poſſet legi in ſuburbijs, ne fieret fraus prohibitioni. Et pro iſta parte videtur gloſſ. in l. ſed reprobari. §. amplius. in fin. ff. de excu. tutor. quæ tenet, quòd licèt ſit licitum legere iura infrà Romam veterem: ſecus vltra. & hoc ibi notat Bald. quòd doctores debent legere ſcolas intra ciuitatem veterem & non extra, pro quo facit capitu. tuæ. de cleri non. reſi. & per gloſſ. in ca. Epiſcopi. lxxx. diſtinctio. & prout refert Felin. in dict. capitu. Rodulph. fortè Sali. fuit ipſe confinatus Paduæ, de quo refert in dict. l. cui pacto. de quo vide ibi latiùs per Felin. Adde. ca. ſuper Specula. de priuile. vbi leges prohibentur legi Pariſius & in locis vicinis, facit quod habetur per Panormit. in capitu. fina. de præbend. Et licèt quis fuerit confinatus ſeu relegatus ad certum locum: tamen non perdit adminiſtrationem bonorum. l. de pollicitationibus. ff. de pollicit. ſecundum Bald. in l. per diuerſas. C. mand. in nona quæſtio. & in l.j. C. de contrahẽ. empt. in iij. quæſt. veruntamen durante tali confinatione & exilio licèt quis prohibeatur promoueri ad honores tàm veteres, quàm nouos, prout ſupradictum fuit: non tamen ſunt immunes à muneribus: quia pœna nemini tribuit immunitatem. l. relegatorum. in fin. ff. de interdict. & relega. & l.j. C. de inter. libr. x. ſecundum Ioann. de Pla. in dict. l. ij. C. de his qui in exi. libr. x. Et de multiplici pœna exilij habetur per Bal. in l. data opera. C. qui accuſ. nõ poſſunt. in princ. de quo ibi vide as.

ARGVMENTVM.

De confinatione & relegatione ſine appoſitiõe termini, quod tempus intelligendum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Confinatio ſimpliciter & in dubio quòd perpetuò facta intelligenda ſit.*
2 *Ciuitas cui ob rebellionem cõdemnatione præuia muri & aggeres ſunt ſolo æquati, quòd perpetuò inſtaurari à ciuibus non liceat.*
3 *Bannitus uel relegatus uſque ad beneplacitum iudicis ſub nomine proprio quòd iudicis morte bannum expiret: ſecus ſi ad Regis uel alterius principis nomine non expreſſo beneplacitum.*

Quæſtio CCCLXI.

QVAERITVR an confinatus ſeu relegatus in certo loco in dubio intelligatur perpetuò confinatus. Et quid iuris quando dicitur vſque ad bene placitum principis vel iudicis, vel donec aliud fuerit ordinatum, an mortuo principe vel iudice expiret talis cõfinatio ſeu relegatio & quando ciuitas eſt cõdemnata ad pœnam deſtructionis mu
1 rorum an poterint refici. Et in effectu † quando fit confinatio ſimpliciter in dubio intelligitur perpetuò ad vitam, niſi fuiſſet loquutum ad tempus, ſed fuiſſet omiſſum exprimi: quia tunc intelligeretur de decem annis. l. ſine præfinito. ff. de pœn. vbi eſt textus ſingularis ſecundum Bartol. ibi aliàs autem intelligeretur perpetuò relegatus. l. ſeruus. C. de
2 pœn. & ibi notant Cyn. & Bartol. † quòd ſi princeps propter rebellionem condemnauerit aliquam ciuitatem, vel caſtrum ad deſtructionem murorũ, ſeu fortaliciorũ caſtri, quòd intelligeretur perpetuò & quòd poſteà non poterũt ciues reficere. & idẽ tenet Bartol. in l. ſi quis adulterium. §.j. ff. de adulte. & idem eſt quando quis condemnatur in vinculis, quia intelligitur perpetuò. dict. l. ſeruus. de quo etiam habetur per Bald. poſt gloſſ. in l.j. C. de poſtu. & faciunt nota. per Barto. in l. fin. ff. depo. quia pręmiſſa intelligeretur quãdo quis eſt relegatus vel

bannitus

bannitus per ſententiã diffinitiuã quia tunc intelligentur perpetuò: ſecus ſi per interlocutoriam: quia tunc non duraret, niſi pro tempore officij iudicis
3 dict. l. fina. & † vbi quis relegatur vel bannitur vſque ad beneplacitum iudicis, ſub nomine proprio expiraret per mortem iudicis: ſecus ſi diceretur vſque ad beneplacitum Regia maieſtatis vel alterius officij. capitul. ſi gratioſæ. de reſcript. libr. vj. iuxta notata per Bartol. & cæteros in l. centeſimis calendis. §. final. ff. de verborum oblig. & etiam quando dicitur donec aliter fuerit ordinatum de quo etiam per Bald. n l. final. C. de contrahend. empti. in vj. quæſtio.

SVMMARIVM.

1 *Cõfinia obſeruaſſe ad intentionem fundendam allegans probationi ſubiacet, aliàs ſecus.*

Quæſtio CCCLXII.

QVAERITVR an quis teneatur probare quòd quis ſeruauerit confinia, & obediuerit, an verò incumbat aduerſario onus probandi, quòd quis rupit confinia. Bartol. in l. relegati. ff. de pœn. format iſtã quæſtionẽ. & decidit, ſicuti de mi
1 nori ætate dicitur: † quia interdũ aliquis allegat ad fundandum ſuam intentionem ſe obſeruaſſe confinia, & non rupiſſe, & tunc tenetur probare: & econtrà quando aliquis allegat rupiſſe confinia & non obſeruaſſe, tunc tenetur probare. l. ſi minorem. C. de in integr. reſti. l. ſi verò. §. qui pro rei qualiate. ff. qui ſatiſda. cogant.

ARGVMENTVM.

De ſententia banni an diffinitiua vel interlocutoria ſit, & an infamet, & multa remitti poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia Banni an dicatur diffinitiua, luel interlocutoria.*
2 *Sententia banni an & quando infamet.*
3 *Pœna banni propter paupertatem remittitur.*
4 *Expulſi à ciuitate quòd deportati non ſint & alio loco honores & officia aſſumere poſſunt.*

Quæſtio CCCLXIII.

QVAERITVR an ſententia banni, relegationis ſeu confinationis dicatur diffinitiua vel interlocutoria, & an irroget infamiam, & ſi poſsit remitti multa banni. Et in effectu prima fa-
1 cie videretur† dicendum quòd ſit interlocutoria. l. ij. C. communia epiſtol. & hoc verum quando fertur in contumacem. capitu. ex literis. de conſtitut. aliàs ſi ferretur contra præſentem ordine iuris ſer-
2 uato, eſſet diffinitiua † & irrogaret infamiam. l. infamen. ff. de publi. iudic. ſecundum Bald. in l. etiam. C. de furt. aliàs vbi imponitur bannum per interlocutoriam iudicis quis non efficitur infamis: ſecundum gloſſ. in l. j. C. de mod. multarum. & ſecundum Barto. ibi banniti non ſunt infames: ſed idem Barto. l. ictus fuſtium. ff. de hijs qui notantur infami. tenet quòd quando ex forma ſtatuti quis propter contumaciam habetur pro confeſso, tunc ex tali confeſsione ficta non incurritur infamia: ſecus ſi eſſet verè confeſſus ſecuta ſententia: ſecundum doctores in dict. l. infamen. de quo etiam per Bald. in l. cùm mulier. ff. ſoluto matrimon. & per Angel. in l. non poteſt. ff. de furt. & per Bartol. in l. ſi ideò. ff. de euictio. & per Ange. & Ioannem de Imol. in dict. l. infamen. Et iſto caſu quando bannum fertur per interlocutoriam ſeu in contumaciam æquiparatur multæ, & poteſt remitti propter paupertatem. l. illicitas. §. fina. ff. de officio præſid. & hoc ibi tenet Bartol. in l. j. §. ex hoc reſcripto. ff. de ven. inſpi. ſuper verbo, multis. vbi gloſſ. exponit pro bannis. Adde Alberic. in authentic.
4 mathematicos. C. de epiſ. audiẽ. † quòd expulſi à ciuitate non ſunt deportati: & ideò alibi poſſunt effici ad honores, & officia & ibi ſequitur Salyce. an ſententia banni dicatur diffinitiua vel interlocutoria: vnde de materia banni & de bannitis noſtri tẽporis per gl. §. relegati. inſti. quib. mod. ius patr. & ibi doct. per Cy. & cæteros in l. j. C. de hæredib. inſtituendis, & Bartol. in tractatu banni per Angel. Aretin. in tracta. malefici. ſuper verbo, qui iudex vrdens quòd inquiſiti non compareant & in tractatu. duelli. de ſtatu gene. doctres Florentini.

ARGVMEMTVM.

Sententia banni an ad regiones con fœderatas extendatur.

SVMMARIVM

1 *Bannitus in una patria, an & quando in alia patria confœderata bannitus cenſeatur.*
2 *Confœderationes & ligæ regulariter probibitæ ſunt.*
3 *Confœderationes & ligæ inter principes & ciuitates ſuperiorem non recognoſcentes permiſſæ ſunt.*
4 *Relegatio facta à iudice ſeculari quòd per iudices eccleſiaſticos ſeruanda ſit.*

Quæſtio CCCLXIIII.

QVAERITVR an ſententia bannimenti alicuius patriæ, ſeu loci ſe extendat ad patrias confœderatas: & ſi ſe extendat de iuriſdictione temporali ad iuriſdictionem ſpiritualem, & econtrà. Et in effectu textus in l. non dubito. ff. de captiuis & poſtlimi. reuer. vide-
1 tur probare, † quòd bannitus in vno loco ſeu in vna patria cenſeatur bannitus in patria confederata, licèt Bartolus ibi teneat contrarium, & quod non poſsit puniri in terra cõfœderata niſi aliter ex forma ſtatuti caueretur, vel niſi delinquerent de nouo. Bald. verò in l. executorem. C. de execu. ſentẽ. verſic. ſed quæro. tenet quòd quando duæ patriæ ſunt cõfœderatę dicuntur quodam modò vnitę: veruntamen confederatio non plus vel minus

operatur quàm verba ſonent.& ideò recurrendum
eſt ad verba talium ligarum & conſiderationum,
2 de quo ibi latiùs per Bal.† attamen regulariter iſtæ
ligæ & confœderationes ſunt prohibitæ.capit.j. §.
conuenticulas.de pace iura.firman.ſecundum In-
no.in cap.dilecta.de exceſsis.præla.& in dubio ſo
nant in malam partem: ſecundum Innoc.in capit.
de ſchiſmat.& Panormi.in capit.fi.de teſti. cogen.
3 niſi † tales confœderationes & lege fierent inter
principes & ciuitates non recognoſcentes ſuperio-
rem: ſecundum Bar.in l.ſodales.ff.de collegi.illi.
4 Et † quando fit bannimentum in aliquo territorio
ſeu iuriſditione tẽporali,etiam debet ſeruari in cu-
ria Epiſcopi ſeu eccleſiaſtica:ſecundũ glo.in l.ex ea
ff.de poſtu.licèt Epiſcopus ſit maior.Et ibi ſequun
tur Bart.& Bald.& ſecundum Angel.ibi illa gloſſ.
eſt ſingularis.Nam vna poteſtas adiuuatur per al-
teram,& econtra.c.duo ſunt.Et cap.cùm ad verum
xcvj.Et notatur per glo.& doct.

ARGVMENTVM.

Priuilegium conceſſum ciuitati an ſe extendat ad comitatenſes & econtrà:& an ſuburbia comprehendat.

SVMMAAIVM

1 *Romæ urbis appellatione an ædificia contigua ſiue cõtinentia ueniant.*
2 *Ciuitas uniuerſitatis nomen habet,perſonarum & domorum congregationem continens.*
3 *Ciuitas an ſyndicum creare poßit.*
4 *Ciuitati ſuburbia & territorium acceſſoriè tanquam adiacentia ueniunt.*
5 *Locus capitis attendendus.*
6 *Dux uel alius dominus qui ſe & ſua Regi ſubmittit,quòd non ſolum ſe,ſed & terras ſuas & uaſallos ſubmittat.*
7 *Vrbis appellatione an Comitatus ſeu territorium intra miliarum centeſimum ueniat.*
8 *Copula,&.quòd diuerſa denotet.*
9 *Vicus & caſtra ciuitatis contigua an ciuitatis pars dici poſſint,& comitatini ciues dici poßint,& ciues & comitatenſes unum & eundem domicilium habere cenſeantur.*
10 *V[illegible] qui ex uico nati ſunt,de ciuitate cui adiacent eſſe Ioan. [illegible] net.*
11 *Quid ſi [illegible] uel uilla collectas in ciuitate ſoluat.*
12 *Legans poſſeßiones quas habet Romæ,quòd ædificia Romæ contigua legata eſſe cenſentur.*
13 *Territorium & diſtrictus ſub ciuitate reſortiuntur.*
14 *Papa ubi aliò quam Romæ moritur,quo loco electio facienda ſit.*
15 *Diœceſis appellatione an ueniat ciuitas & econtrà,& num.16 33.*
17 *Caſtrum quòd pertinentias habeat,iuris communis eſt.*
18 *Doctor prohibitus in ciuitate legere,quòd in ſuburbijs legere poßit.*
19 *Quid ſi in ciuitate prohibeatur ars aliqua exerceri, an in ſuburbijs exerceri poßit?*
20 *Inferioribus prohibitis an ſuperiora prohibita cenſeantur & econtra.*
21 *Gloſ.in l.ex ea. ff.de poſtu.an locum habeat in curia Epiſcopi.*
22 *Priuilegium conceſſum capiti an extendatur ad membra.*
23 *Priuilegium datum alicui eccleſiæ quòd omnibus ſuis eccleſijs datum cenſeatur.*
24 *Priuilegiũ cõceſſum caſtro an uillæ cõceſſum eſſe cẽſeatur.*
25 *Beneficium principis ciuitati conceſſum. an ad pomerium extendatur.*
26 *Comitatenſium appellatione an ciues ueniant.& nu.37.*
27 *Caſtrum donando an territorium donatum eſſe cenſeatur.*
18 *Priuilegium conceſſum comitatui & diſtrictui an extendatur ad ciuitatem.*
29 *Beneficium principis latè interpretadum.*
30 *Priuilegium ciuitati conceſſum ad uillas & terras annexas extenditur.*
31 *Repræſaliæ contra ciues conceſſe,quòd homines de territorio non comprehendant.*
32 *Priuilegia concedentis mens attendenda.*
34 *Ciuitas caſtrum uel uilla quid de propria uocabili ſignificatione contineat.*
35 *Diœceſis unde incipiat.*
36 *Ciuitas an ſit caput diœceſis.*
38 *Virgilius Mantuanus dictus, licèt in uico natus ſit.*
39 *Confinati in ciuitate an recreationis gratia in contiguas domos ſeu hortos ire ualeant.*
40 *Præſens eſſe dicitur,qui in ortis eſt, aut in continentibus ædificijs.*
41 *Burgi,pars ciuitatis dicuntur.*
42 *Maius cui prohibetur,quòd à minori arcendus non ſit:ſecus ſi minus.*
43 *Clericus à diaconatu interdictus quod & à prælatura interdictus ſit.*
44 *Attendi nè debeat,id quòd eſt magis pœnale.*
45 *Relegatio facta aliò quàm in relegantis ditione nulla eſt*

Quæſtio CCCLXV.

QVAERITVR an appellatione ciuitatis
comprehendantur ſuburbia & loca continẽ
tia, & territorium loci,ſeu diœceſi,& an priuilegiũ
conceſſum ciuitati vel ciuibus regni comprehen-
dat caſtra, villas, comitatenſes,vel & an cõfinatus
in ciuitate comprehendat territorium ciuitatis vt
ibi poſsit accedere, & an condemnata ciuitate ad
pœnam priuationis dignitatis Epiſcopalis ſe extẽ-
dat ad diœceſim.Et quia iſta quæſtio eſt dubia &
ampla,quia continet plura capita,& arguendo &
diſputando magis eluceſcit veritas.l.fin.§.mixta.ff.
de mune.& honori.facit l.fina.C.ſi per vim vel ali.
mod.adeò quòd procedendo per contraria, quaſi
ferro via veritatis aperitur:ſecundũ Bal.l.precibus.
verſ.modò contra per ordinẽ opponamus.C .de im
pu.& alijs ſubſti.ideo in hac quæſtione arguam ad
ambas partes.Et primò pro iſta parte affirmatiua,
facit l.Alphenus.l.ædificia.l.qui in continentibus.
1 ff.de verbo.ſignifi.†vbi appellatione vrbis vel Ro
mæ veniunt ædificia continẽtia,& pariter qui ſunt
nati in continẽtibus vrbis nati Romę intelligũtur.
2 Secundò pro iſta parte facit: † quia ciuitas habet
nomen vniuerſitatis & in ſe continet congregatio
nem perſonarum,& domorum.l.vir.& l.pupillus.
§.vrbs.& §.territorium.ff de verb.ſignifi.& eſt ap-
pellata de iure communi l.ex hoc iure.ff.de iuſti.&
3 iur.& † poteſt creare ſyndicum l.j.in princi.l.ciui
tates. & ibi gloſſ.& Bartol.ff. quod cuiuſque vni.
vnde ciuitas,villa,caſtrum & alia nomina vniuerſi
tatem deſignantia continent iuriſdictionem,hono
rem,diſtrictum & ius patronatus: ſecundum Inno.
in cap.ex literis.de iur.patro.& faciunt notata per
eum in cap.cùm ab eccleſiarum.de offi.ordi.& per
Bal.in c.j.de capi.qui curiã vẽdidit & ita ſuburbia
& territo-

& territorium tanquàm ad facientia veniunt ac-
ceſſoriè ad ciuitatem.l. prædijs.§.balneas.ff. de le-
gat.iij.l.quæ religioſis.ff.de rei vendica.l.in modi-
cis.ff.de cótrahē.empt.l.quædam .ff.de acquirendo
rer. dominio, & quia iuriſdictio coheret territorio.
l.fi.C.vbi & apud quem. Et cùm ciuitas ſit caput ter
ritorij, membra non debent diſcrepare à capite. c.
cùm non liceat. de præſcriptio † Et debet attendi
5 locus capitis.l.cū in diuerſis.ff.de religio.& ſump.
fune.ſecundū glo.in c.in eccleſiaſtico.xiij.q. facit
l.j.ff.de offi.præfect.augu.& pro hoc etiā facit:quia
acceſſorium ſequitur naturā principalis.c.acceſſo-
rium. de reg.iur. Adde Bal.in l.ſi pater.la.j.ff.de a-
doptio.ꝙ quādo Dux vel alius dominus ſe ſubmit
tit & ſua alicui Regi:videtur transferre ■ edum ſe,
ſed ſuas terras & vaſallos.& idem tenet Ang. Are.
inſti.de adoptio.§.illud.quia ſeruiente capite neceſ
ſe eſt membra ſeruire.l.qui ex liberis.§.teſtamento.
ff.de bonor.poſſeſs.ſecundū tabul. Tertiò pro iſta
parte facit l.j.§.in initio.aliâs incipit, cū vrbē.ff.de
7 offic. præfect.vrbis.†vbi appellatione vrbis venit
etiam comitatus ſeu territoriū intra centeſimū mi-
liarium:ſecundum Bart.& Bal.ibi,licèt idē Bar. in
l.ſed & reprobari.§. amplius.ff.de execu.tuto.ſuper
aditionibus.Nicola.de Neapolis intelligat dict.§.
8 cùm vrbem.quod ibi ponitur † copula, &c. quæ de
notat diuerſa.& quod fuit conceſſa iuriſdictio, &
territorium, aliâs appellatione ciuitatis non con-
tinentur ea quæ ſunt extra ciuitatem. Quartò pro
iſta parte facit l.qui ex vico.ff.ad municipa.vbi il-
le qui eſt natus in vico ſeu territorio ciuitatis cen
ſetur habere domicilium in ciuitate: & ita illi de
territorio ſeu comitatu cēſentur eſſe de ciuitate, &
debent gaudere eodē priuilegio.l.nulli.§.qui ex vi-
co.C.de epiſcop.& cleric. vbi fit mentio de vico &
territorio, quæ dependent à ciuitate, & gaudent
9 eodem priuilegio:vnde per Paul.de Caſt. † quòd
vicus & caſtra poſſunt dici pars ciuitatis, & co-
mitatini poſſunt dici ciues, & ciues & comita-
tenſes cenſeantur habere vnum domicilium:iuxta
nota.per Barto.in l.j.& l.fina.§.item reſcripſerunt.
ff.ad municipa. Et pro hoc etiam facit l.ſi quis.C.
de natura liber.vbi probatur, quòd nati in vico
quoad honores & onera gaudent eodem priui-
legio ac ſi fuiſſent nati in vrbe. Et hoc ibi tenet
10 gloſſ.ſuper verbo cenſeatur,& prout ibi dicit † Io
annes Fabr.illi qui ſunt ex vico cenſentur eſſe de
ciuitate, cui ſubiacent. & idem Bartol.ibi quòd
ſortitur originem ex illa ciuitate cui villa vel vicus
ille ſubeſt, & per ſolutionem cenſus probatur eſ-
ſe de illo territorio: ſecundum Bald. ibi & hoc e-
tiam ibi ſequitur Salycet. Et pro præmiſsis etiam
facit in authentico quibus modis natura.efficiun.
11 ſui.§.ſi quis igitur.column.vij.vbi probatur † quòd
villa & vicus ſunt ſubditi ciuitatis, & eſt ſi-
gnū ſubiectionis, quando quis ſoluit ibi collectas:
ſecundum glo. ibi ſuper verbo, perſoluat. Quin
tò pro iſta parte facit l.cuique. ff.de legat. iij. &
l.nam quod. §.ſi ita.ff.de priui.lega. vbi habetur,
12 quòd † quando quis legat penum vel poſſeſsio-
nes quas habet Romæ: tunc intelligitur etiam
de continentibus ædificijs. Et pro hoc etiam fa-
cit l.vxorem.§.legauit.ff.de lega.iij.c.ſi ciuitas. Sex
tò pro iſta parte facit capitul.ſi ciuitas. de ſenten
tia excommuni. libr. vj. vbi interdictum ciuitatis
ſe extendit ad ſuburbia & ædificia continentia,&
pro hoc facit capitu.vbi periculum.§.porrò. de ele
ctione.libr. vj.& clemen.ne Romani. §.ſanè. & §.
13 porrò.de electio.vbi probatur † quòd territorium
14 & diſtrictus reſortiuntur ſub ciuitate.& † ideò quā
do Papa moritur extra vrbem in aliquo territorio
3 rei vendic. † Propterea notarius debet retinere penes ſe notam originalẽ, & redigere in prothocollo ſeu quinterno: vt in authentico de tabel. §. illud. col. iiij. & licèt ibi loquatur in ciuitate Cõſtantinopolitana: tamen de generali cõſuetudine etiã habet locum in alijs locis: vt not. rectè debeant conficere prothocollum & retinere penes ſe: ſecundũ gloſ. & Ang. ibi, pro quo etiam facit c. quoniã contra falſam. de proba. vbi notarij actorum debet retinere originalia penes ſe: vt ſi oriatur dubitatio recurratur ſemper ad originale tanquam ad matricem ſcripturam, cui potiùs eſt ſtandum: vt ibi habetur: ſecundum gloſſ. in can. veterum. ix. diſtin. & in can. ieiunium. lxxvj. diſtinct. & Barto. in l. Sempronius Proculo. ff. de lega. ij. Et in l. prætor ait. in princip.
4 ff. de edend. † Hinc eſt quòd notarius quando creatur inter cętera iurat facere prothollum: ſecundum Ioan. Andræ. poſt Hoſtien. in c. ſicut ne clerici vel monachi. Et ita etiam cauetur ſtatuto Delphinali in forma præſtationis iuramenti notariorum: licèt retento originali penes notarium poſſet deſcribere copiam notæ in libro mercatorũ. & haberetur pro originali ex quo idem notarius deſcribat l. vnum ff. de teſtamen. ſecundum Bald. & cæteros in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. Et ita ſentit Ioan. And. in dict. c. ſicut. Fely. in dict. cap. quoniam contra falſam. in vij. notabili. tum etiam notarius tenetur retinere penes ſe originale: quia ſi non cuſtodiret, poſſet puniri tanquam tranſgreſſor conſuetudinis. Et interdum poſſet ſubijci quæſtioni ſeu torturæ: ſecundum Bald. in rubric. de fide inſtrum.
5 quia † quando notarius cælat prothocollum, committit falſum. l. eũ qui. C. de fid. inſtr. & ibi per Bal. & in l. fina. C. de eden. Et ideò iſti notarij debẽt bene eſſe attenti, quando deſcribunt obligationes in libris notariorum, ſi tales mercatores ſint bene famati vel ne. Et ſi agatur de magna vel parua quan-
6 titate † & quòd retineant penes ſe originale, prout ſupra dictum fuit, nec in hoc grauabuntur debitores: quia quando notarij deſcribunt obligationes & confeſsiones in libris mercatorũ, non ſunt aſſueti ſoluere plus de vno ſertis maximè in hac ciuitate Grationopoli, vt fertur. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper ſupplicatione Anthonij Fabri & aliorum mercatorum Valentiæ contra de Conchis, & certos alios notarios Valentiæ, qui recuſabant deſcribere notas obligationum in libris mercatorum, niſi notarij penes ſe retinerent originale. Et ſuper hoc curia declarauit, quòd dicti notarij non aſtringãtur inuiti ad deſcribẽdum dictas obligationes in libris mercatorum. Sed quòd ſeruetur ius commune & forma iuramenti per notariũ præſtiti. Cogitaui hoc ſerò quòd fortè poſſet eſſe debitoribus præiudicium, quando notarij deſcriberent & ſignarent obligationes in libro mercatorum, & retinerent originale penes ſe: quia quando ex poſt facto ſoluitur mercatoribus, ipſi ſoliti ſunt cancellare obligatiões & deſcribere in margine ſolutum eſt. Sed ſi remaneat originale penes notariũ abſq; cancellando originale poſſet eſſe in futurum præiudicium debitoribus, niſi fieret cancellatio tàm in libris mercatorum quàm etiam in prothocollis & & regiſtris notariorũ: quia non ſufficit verbo cancellare, ſed etiam facto. iuxta nota. per Bartol. in l. emptor. § Lucius. ff. de pact. & quando notarij non deſcribunt obligationes in libro mercatorum, ſed ſeparatim groſſant & expediunt partibus.
7 Et † dum ſoluitur creditoribus tunc ipſi debent reddere debitoribus inſtrumentum cancellatum. l. diſſolutæ. C. de condictio. ex leg. l. Labeo. cum ibi not. ff. de pact. l. ſi chyrographum. ff. de proba. l. inductum. C. de ſolu. licèt iſto caſu etiam eſſet vtile fieri cancellationem in prothocollo & regiſtro cũ cauſa. & dic per eas, quæ habentur per Barto. in l.

4 tima voluntate ſiue in cõtractu vbi habetur. † Nam bonum eſt argumentũ de toto ad partem & ecõtra. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. veruntamen ſecũdum Bald. in d. l. j. C. qui teſtamen. face. poſſ. † quando
5 duo habent caſtrum commune, vnus non poteſt vendere iuriſdictionem ad emulationem alterius, ſi pro hoc ſibi non prodeſt, & alteri nocet. l. quicunque. C. de fund. limi. lib. xj. & eſt ratio ſecundũ Bal.
6 vbi ſupra. † quia iuriſdictio eſt poteſtas de iure publico introducta: ſecundum glo. in l. j. ff. de iuriſdi. om. iudic. vnde idem Bal. in l. ij. C. de cõmu. re. alie. tenet in fiſco, quòd licèt ſit ſpeciale, quòd fiſcus in re communi poſsit totum vendere, ſoluendo tamen partem pretij conſocio, vt ibi habetur. Et in l. j. C. de vendi. re. fiſca. conſo. lib. x. tamen æquum eſt ꝙ faciat requiſito conſorte. Nam ſi ille vult tantũm dare quantũ alius, debet preferri. arg. l. neceſſe. ff. de in die. adiect. facit quod habetur in l. ad officum. C. commu. diui. & in l. volũtas. C. de fidei commiſsis. Sed Ange. in dict. l. j. C. qui teſtamen. face. poſſunt.
7 tenet, † quòd etiã in caſtro ſeu iuriſdictione communi quis poteſt vendere partem ſuam etiã ad emulationem priuati. l. cum eo. ff. de ſerui. vrba. prædio. ſecus ſi tenderet ad emulationem rei publicæ. l. per prouincias. C. de ædi. priua. & dict. l. quicunque. Et
8 in † dubio quis non præſumitur facere per emulationem, ſeu mala fide. l. meritò. ff. pro ſocio. ſecundum glo. in l. fluminum. §. fina. ff. de dam. infect. Et ſequitur Cæpol. in tractatu ſerui. in tit. de ſolo. Bal. verò in l. cùm allegas. C. ne fiſc. vel reſpublic. tenet de duobus fratribus habentibus caſtrum commune, quòd ſi vnus expellat alium, quòd talis expulſus ſi concedat ius ſuum alicui ciuitati vel potenti pro aliqua quantitate pecuniæ, non tenet talis cõceſsio propter aduerſarium: & ſecundum Paul. de Caſtr. ibi refert quòd iſta queſtio fuit de facto in ciuitate Florentiæ. Et ibi etiam ſequitur Alexan. de Imol. pro quo allegat l. fina. C. nemi. liceat potent. Iaſ. verò in d. l. j. C. qui teſtamen. inſequitur opinionem Ang. excepto quãdo frater ſeu ſocius venderet partẽ ſuam principi vel alteri ſuperiori: quia præſumeretur facere ad oprimendum cõſocium: & quia caſtrum erat litigioſum. Et idem tenet in dict. l. ſi in electione. §. Labeo. ff. de lega. j. Sed redeundo
10 ad quæſitum, † an ius ſolutionis habeat locum in feudalibus. & in effectu videtur dicẽdum quòd ſic. c. j. §. porrò. quali. olim feu. aliena. poter. vbi dominus habet ius prælationis quando feudum alienatur æquali pretio, & debet intelligi ſecundum Bal. fraude ceſſante, ne colluſio interueniret in offeren
11 do maius pretium: quia † tunc debet recurri ad iuſtum & commune pretium: faciunt not. per Ioan. Andr. in addi. ad Spec. in titu. de empt. & vendi. §. nunc dicendum reſtat. l. ij. verſic. ſed pone. in addi. magna. De qua quæſtione an debeat attendi pretium particulare vel commune in iure prælationis habetur per Ange. Ioan. de Imol. & Alexand. in l.
12 qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obliga. † Veruntamen agnati debent præferri domino in iſto iure prælationis: vt in dic. §. porrò. de quo ibi per do ctò. Et ita etiam tenet Specu. in titul. de feu. §. qui
13 verò xxx. & licèt † dominus poſsit vti iure prælationis infra annum, hoc verum quando vult retine pro ſe: ſecus ſi pro amico vellet ſedere, quę hoc non poſſet: iuxta notata per Bald. in dict. l. ad officium. C. commu. diui. & domi. Guid. Papæ deciſ. ccccxj. Et pariter quando contrahentes in contractu vendunt ſeu alienant ſub conditione, ſi dominus voluit, tunc euitatur ius prælationis: ſecundum domi.
14 Guid. Pap. de ciſi. xlvij. † Et ſimiliter ius prælationis habet locum in permutatione: ſecundum domi.
15 Guid. Pap. deciſ. 508. pro quo facit: † quia feuda hodie ſunt in hac patria redacta ad inſtar patrimoniorum: ſecundum Ioan. Fab. inſtitu. de empti. & venditio. in princip. & dominum Guid. Pap. deciſi. lix. & præmiſſa procederent ceſſante cõſuetudine. ſed alioqui volunt prætendere: quòd de conſuetudine in hac patria dominus noſter Delphinus non vtitur iure prælationis cõtra eius ſubditos: ſed quia conſuetudo eſt facti, & indiget probatione, ideò ſuper hoc me refero veritati. Sed † reſpectu iuris lau
16 dimij de conſuetudine in hac patriæ etiam in feudalibus debetur: ſecundum domi. Guid. Pap. deciſi. ccccxv. circa finem. Et quando vaſallus alienat feudum, & homines ſuos minori domino nõ poſſet facere ad præiudicium ſubditorum. cap. j. & ij. de lege Corar. ſecundum Hoſtien. & Ioan. Andr. in c. dilecti. de maio. & obedien. & de hac quæſtione ſu
17 pra tetigi q. † Sed an homines ſubditi teneantur adiuuare dominum pro terra emenda, Spec. in tit. de feud. §. quoniam verò porrò. videtur ſentire, ꝙ
18 ſic. † quando dominus recuſat inueſtire vaſallum incurrit pœnam priuationis proprietatis: ſecũdum glo. in cap. j. in fi. per quos fiat inueſtitu. de quo per domi. Guid. deciſ. lxviij. & deciſi. ccccxv. Et per do. Iaco. in tracta. feud. ſuper verbo, qui quidem inueſtiti. verſicu. ponamus. & ibi tenet, quòd vaſallus liberatur. Et hoc quando dominus differt inueſtire per annum & diem. De quo ibi latiùs per ipſum & præmiſſa faciũt ad quæſtionem ſuper cauſa ſupplicationis contra magnificum dominum Bernardinum de Claromonte militem vicecomitem Talardi, & domini ſancti Andreæ in Royanis: quia ipſe acquiſiuit à nobili Falcone Alamandi domino rupi Sihmardi certo pretio pareriam iuriſdictionẽ cõmunis cum fiſco ſancti Nazari & domini quidã vocatus Bogaz Caſtellanus dicti loci pro parte Delphinali dederat ad intelligendum cum aliquibus particularibus dicti loci in camera computorum quòd homines dicti loci ſaltem de illa pareria erant contenti ſoluere certam partem dicti pretij, & quòd dominus noſter Delphinus vteretur iure prælationis ad finẽ vt omnes dicti homines eſſent immediatè ſub domino noſtro Delphino: ſed ex aduerſo præfatus dominus Talardi petebat ſe inueſtiri, & offerebat ſoluere laudimium. Et attento etiã quòd aliàs dictus dominus Rupi ſihmardi ſeu eius prædeceſſor quãdo acquiſiuerat dictam pareriam à magnifico domino ſancti Valerij fuerat inueſtitus, & quòd non debebat eſſe minoris conditionis quàm dictus dominus Rupi ſihmardi. Et tandem curia deputauit alterum ex dominis commiſſariũ ad ſe informandum ſuper loco de veritate permiſſorum. & dum fuit ſuper loco dicti homines recuſauerunt contribuere in dict. pretio. Et ideò curia habita veritate permiſſorum in quantum dicti homines recuſabant ſoluere, & attenta qualitate perſonæ domini Talardi, qui eſt de magnatibus patriæ, & qui

Et qui accedebat in comitiua ſereniſsimi Regis domini noſtri Delphini cum eius exercitu guerræ cõtra Venetos, curia præfata etiam præſente domino gubernatore & domino generali & dominis cameræ inueſtiuit dictum dominum Talardi, de dicta pareria ſancti Nazari in Royanis.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo vt notarij notas obligationum in libris mercatorum deſcribant nihil penes ſe retinendo, an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo facit inſtrumentum authenticum quòd aliàs non eſſet authenticum.*
2 *Libris mercatorum quòd in magnis quantitatibus non creditur.*
3 *Notarij quòd notas penes ſe retinere, & in prothocollo redigere teneantur.*
4 *Notarij dum creantur quòd de prothocollo conficiẽdo iuſiurandum præſtant.*
5 *Notarius qui celat prothocollum quòd falſum committat.*
6 *Notarij deſcribentes obligationes in mercatorum libris, & originalia penes ſe retinere teneantur.*
7 *Obligatione ſoluta quòd creditores inſtrumentum cancellatum debitoribus reddere teneantur.*
8 *Debitor an inſtrumentum obligationis creditori ſoluere teneatur.*

Quæſtio CCCLXIX.

QVAERITVR an valeat conſuetudo quod notarij recipientes obligationes & confeſſiones ad opus mercatorum deſcribant notas dictarum obligationum in libris rationum papiri dictorum mercatorum abſque aliquid retinendo in eorum protocollis vel regiſtris: & an creditor teneatur reddere inſtrumentum debitori, & quis teneatur ſoluere facturam notario inſtrumẽti. Dubium
1 facit: † quia licèt conſuetudo facit aliquod inſtrumentum authenticum quod aliàs non eſſet authenticum. c. cùm dilectus. & ibi glo. de fid. inſtrumentorum. & ibi per glo. & doct. & in c. ij. de proba. & per Ioan. And. in additi. ad Specu. in tit. de inſtru. edi. §. cõpendioſę. verſi. ſed nunquid. tamen talis cõſuetudo non haberet locum quando præberet occaſionẽ delinquendi, aut aliàs falſum committendi: quia tunc non eſſet rationabilis, ſed potiùs corruptela. c. fi. de conſuetu. l. conuenire. ff. de pact. dotal. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. l. Iubemus. & l. fi. C. de teſtamen. & hoc tenet Bal. in l. j. C. de confeſ. vbi
2 tenet, † quòd non valet ſtatutum vel cõſuetudo vt ſtetur in diſtinctè libris mercatorum, maximè in magna quantitate. & ita tenet Panormi. in cap. bonę. libr. ij. de poſtula. præla & Feli. in dict. cap. ij. de proba. in ij. cõcluſione. & in ij. limitatione. & ideò obuiandum eſt malitiis hominum. l. in fundo. ff. de
3 rei vendic. † Propterea notarius debet retinere penes ſe notam originalẽ, & redigere in prothocollo ſeu quinterno: vt in authentico de tabel. §. illud. col. iiij. & licèt ibi loquatur in ciuitate Cõſtantinopolitana: tamen de generali cõſuetudine etiã habet locum in alijs locis: vt not. rectè debeant conficere prothocollum & retinere penes ſe: ſecundũ gloſ. & Ang. ibi, pro quo etiam facit c. quoniã contra falſam. de proba. vbi notarij actorum debet retinere originalia penes ſe: vt ſi oriatur dubitatio recurratur ſemper ad originale tanquam ad matricem ſcripturam, cui potiùs eſt ſtandum: vt ibi habetur: ſecundum gloſſ. in can. veterum. ix. diſtin. & in can. ieiunium. lxxvj. diſtinct. & Barto. in l. Sempronius Proculo. ff. de lega. ij. Et in l. prætor ait. in princip.
4 ff. de edend. † Hinc eſt quòd notarius quando creatur inter cętera iurat facere prothollum: ſecundum Ioan. Andræ. poſt Hoſtien. in c. ſicut ne clerici vel monachi. Et ita etiam cauetur ſtatuto Delphinali in forma præſtationis iuramenti notariorum: licèt retento originali penes notarium poſſet deſcribere copiam notæ in libro mercatorũ. & haberetur pro originali ex quo idem notarius deſcribat l. vnum ff. de teſtamen. ſecundum Bald. & cæteros in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. Et ita ſentit Ioan. And. in dict. c. ſicut. Fely. in dict. cap. quoniam contra falſam. in vij. notabili. tum etiam notarius tenetur retinere penes ſe originale: quia ſi non cuſtodiret, poſſet puniri tanquam tranſgreſſor conſuetudinis. Et interdum poſſet ſubijci quæſtioni ſeu torturæ: ſecundum Bald. in rubric. de fide inſtrum.
5 quia † quando notarius cælat prothocollum, committit falſum. l. eũ qui. C. de fid. inſtr. & ibi per Bal. & in l. fina. C. de eden. Et ideò iſti notarij debẽt bene eſſe attenti, quando deſcribunt obligationes in libris notariorum, ſi tales mercatores ſint bene famati vel ne. Et ſi agatur de magna vel parua quan-
6 titate † & quòd retineant penes ſe originale, prout ſupra dictum fuit, nec in hoc grauabuntur debitores: quia quando notarij deſcribunt obligationes & confeſsiones in libris mercatorũ, non ſunt aſſueti ſoluere plus de vno ſertis maximè in hac ciuitate Grationopoli, vt fertur. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper ſupplicatione Anthonii Fabri & aliorum mercatorum Valentiæ contra de Conchis, & certos alios notarios Valentiæ, qui recuſabant deſcribere notas obligationum in libris mercatorum, niſi notarij penes ſe retinerent originale. Et ſuper hoc curia declarauit, quòd dicti notarij non aſtringãtur inuiti ad deſcribẽdum dictas obligationes in libris mercatorum. Sed quòd ſeruetur ius commune & forma iuramenti per notariũ præſtiti. Cogitaui hoc ſerò quòd fortè poſſet eſſe debitoribus præiudicium, quando notarij deſcriberent & ſignarent obligationes in libro mercatorum, & retinerent originale penes ſe: quia quando ex poſt facto ſoluitur mercatoribus, ipſi ſoliti ſunt cancellare obligatiões & deſcribere in margine ſolutum eſt. Sed ſi remaneat originale penes notariũ abſq; cancellando originale poſſet eſſe in futurum præiudicium debitoribus, niſi fieret cancellatio tàm in libris mercatorum quàm etiam in prothocollis & & regiſtris notariorũ: quia non ſufficit verbo cancellare, ſed etiam facto. iuxta nota. per Bartol. in l. emptor. § Lucius. ff. de pact. & quando notarij non deſcribunt obligationes in libro mercatorum, ſed ſeparatim groſſant & expediunt partibus.
7 Et † dum ſoluitur creditoribus tunc ipſi debent reddere debitoribus inſtrumentum cancellatum. l. diſſolutæ. C. de condictio. ex leg. l. Labeo. cum ibi not. ff. de pact. l. ſi chyrographum. ff. de proba. l. inductum. C. de ſolu. licèt iſto caſu etiam eſſet vtile fieri cancellationem in prothocollo & regiſtro cũ cauſa. & dic per eas, quæ habentur per Barto. in l.

noſtram.C.de teſtamen.& faciũt nota.in l.cancellauerat.& l.fina.ff.de his quæ in teſtamen. delent.
8 relinquo cogitando. † Et quando eſt ſatisfactum creditori an debitor teneatur ſoluere creditori expenſam inſtrumenti,qui redemit inſtrumentum & ſoluit notario. Et in effectu glo.in l.eos.§.ſuper.verſi.interdicta. ſuper verb. ſalicarũ, videtur tenere,ꝙ debitor non teneatur ſoluere, ſed creditor:quia ſpectat ad onus creditoris redimendi à notario inſtrumentum. Et ita videntur ſentire Cyn. & Bald.ibi Sed idem Bal.in l.fi.C.de condi.ex lege,tenet,quòd quando creditor adimpleuit pro ſui parte contractum,ita quòd non habet obſtare exceptio non numeratæ pecuniæ,iſto caſu debitor tenetur ſoluere facturã inſtrumenti ex quo creditor redemit à notario:quia non debet creditor aduerſarijs ſuis ſumptibus & expenſis.l.prætor ait.§.fina.ff.de eden. Et ita videntur ſentire Saly.in dict.l.fi.C.de condi. ex lege. Sed Alb.in l.diſſolutę.C.de condi.ex leg.refert opiniones. Et pro parte debitoris quòd non teneatur ſoluere allegat dictam l.eos.verſic.interdictam. ſed pro cõtraria parte allegat l.quòd niſi.ff.de ope. liber.vbi dicitur,quòd vnuſquiſq; quod ſpondidit ſuo impendio dare debet:quod eſt multum notabile.attamẽ refert vidiſſe cõmuniter primam partem ſeruari,de hac materia habetur in deciſ. Tho.xlvij. vbi poſt moram debitoris ſi fuerit facta expenſa in leuando inſtſtrumentum, debitor tenetur ſoluere, aliàs ſecus,ſi in exordio creditor fecerit leuari inſtrumentum dict.l.eos.§.ſuper.quia imputatur creditori cur fecit leuari inſtrumẽtum,antequàm debitor eſſet monitus de quo ibi latiùs habetur & per Feli.in c.accedenti.le j.vt lit. nõ conteſt.& faciunt not.in deciſ.ccxxx.& cccviij. Veruntamen de ſtylo curiæ quando creditores producunt obligationes in papiro,nõ eſt ſolitum taxari niſi vnum groſſum ſeu ſolidum turoneñ.

ARGVMENTVM.

De quitancia,antipoca & inſtrumento cancellato reperto penes debitorem.

SVMMARIVM.

1 *Antipoca an creditori per debitorẽ maximẽ in annuis præſtationibus,dari debeat.& num.3.*

2 *Creditor an cum inſtrumento debiti cancellato ſolutionis inſtrumentum debitori dare teneatur.*

4 *Creditor & debitor ubi inſtrumenta debiti & ſolutionis perdiderint an ut reficiantur cogi poſſint.& quid promittere teneantur,& nume.6.*

5 *Quid ſi prothocollum non inueniatur.*

6 *Prothocollum cum inſtrumento ſolutione facta cancellandum.*

7 *Cancellationis inſtrumenti cauſa & dies cum ſolemnitate quòd in prothocollo inſeri debeant.*

8 *Inſtrumentum ſi penes creditorem cancellatum reperiatur quid iudicandum. Quid ſi penes debitorem.*

Quæſtio CCCLXX.

QVAERITVR an creditor recepta ſolutione debiti, cogatur dare quitãtiam debitori per manum notarij, & econtrà,an debitor etiam cogatur dare creditori antipocham, vt appareat de debito,vt non poſsit repeti tanquàm indebitum. & quãdo redditur inſtrumentum debiti cancellatum ſi debeat etiã cãcellari prothocollum. Et an in dubio quando inſtrumentum reperitur cancellatũ penes debitorẽ, præſumatur ſolutum. Et in effectu ſicuti quando debitor poteſt petere quitantiam de
1 ſoluto.l.j.C.de apoch. public.lib. x.† Ita etiam debitor tenetur dare inſtrumentum quòd illud quod eſt ſolutum erat debitum:& maximè in annuis præſtationibus.l.plures apocas.C. de fide inſtrumen. & ibi per glo. Barto.& cæteros,& non ſufficit reddere inſtrumentum cancellatum debitori.2 Sed etiã oportet quòd creditor det quitantiam debitori.l. pecuniæ.C.de ſolutio.Et eſt ratio ſecundum gloſſ. & Bald. ibi,quia vtiliùs eſt debitori habere quitantiã per inſtrumentũ quàm habere inſtrumentũ cancellatum:quia poſſet ſibi obijci quòd ipſe ſubtraxit & cãcellauit inſtrumentum. l.j.§.ille autem.C. de lati. liber.tollenda. Et pro hoc facit quod volũt Ioan. And.in nouella in cap.accepimus.de fide inſtrumen.& Bald.in l.j.C. de fide inſtrumen. quòd quando penes aduerſarium inſtrumentum maculatum quòd pręſumitur factum ab ipſo,& facit fidem
3 contra ipſum: † & licèt poſt ſolutionem debitor poſsit petere à creditore quòd ſibi reddat inſtrumẽtum cancellatum:tamen etiam creditor poteſt petere aliud inſtrumentũ vt appareat de debito ſoluto: ſecundum Bartol.in l. Diſſolutæ.C.de condi.ex lege.l.qui tabulas.& l.fullo.§ qui tabulas.ff.de furt. & ibi per glo.& Barto.& pro pręmiſsis etiam facit l.ne caſu.C.de diſcu.lib.x. vbi etiam creditor cogi-
4 tur dare quitantiam de ſoluto. † Quinimò quando creditor perdidit inſtrumentum debiti vel debitor inſtrumentum ſecuritatis ſeu quitantiam poſſunt cogi iterum ad reficiendum: ſecundum gloſſ. ibi quam ſequuntur Barto.& Ioan.de Plat.l. ſicut inſtrumentum.C.de libe.cau.l.j.& l.cum inſtrumẽtis.C de fid. inſtrumen.l. ſi quis ex argentarijs. §.fi.
5 de edend. † Et pariter ſi protocollum non inuenitur,poteſt cogi pars ad faciendum inſtrumentum de nouo.ſecundum Bartol. & Ioan. de Plate.poſt glo.in dict.l.ne caſu.licèt pars non debeat vti primo inſtrumento ſi contingeret reperiri: quia poſſet cõmitti fraus ſi reperirentur quitãtiæ de eadem quãtitate,& ſic poſſet repeti tanquam indebitum: iuxta notata per Bartol.& Ioan.de Plate. in dict.l. ne caſu. Veruntamen,prout ſupradictum fuit,creditor vel debitor,qui petit refici dictum inſtrumentum,debet promittere non ſe vſurum ſi caſu reperiretur: ſecundum Bald.in dict.l.pecuniæ.Et in deciſi. Tho. cccviij.vel etiam poſset agi de intereſſe, quando quis vellet agere ex inſtrumento bis groſſato.l.ſi quis ex argentarijs.§.ex hoc ed.cto. ff. de edend. ſecundum Ioan. Andr.in addi.ad Specu.in titu.de inſtrum.edit.§.poſtquam.verſic.quid ſi debitor. & verſi.quid ſi ſolui.& ibi vide latè per Specu.an debeat refici inſtrumentũ quando eſt perditum, & ſi debeat ſtari inſtrumento.glo.l.ij. in principi.ſuper verbo,nec cogitur.circa finem.ff. ſoluto matrimo.tenet quòd debitor poteſt compelli ad faciẽdum inſtrumentũ, vt creditor habeat prõptiorẽ
6 probationẽ de quo ibi per doct. † vnde qñ creditor reddit inſtrumentum cancellatum debitori, licèt non cancelletur prothocollum notarij; tamen mens partium fuit,ut à toto debito recedatur:ſecundum Bald.in l. fina.ff.de his quæ in teſtamen.& ſic ſentit

ſcentit quòd debet cancellari prothocollum. Et ita tenet in authen. caſſa. C. de ſacr. ſanct. eccleſi. & ita etiam tenet Bald. in rubr. C. de fid. inſtrumen. verſi.
7 iuxta hoc quæro. † Et debet inſeri cauſa cancellationis in prothocollo notarij. Et pariter debet fieri data cãcellaturæ & ſolemnitas adhiberi: iuxta notata per Bal. in l. noſtrã. C. de teſta. & qualiter quis poſſet cogi per officium iudicis ad conficiendum inſtrumentum debiti vel quitantiæ habetur etiam in l. ſi finita. §. eleganter. ff. de dam. infect. & in l. ſi pupillus. ff. de noua. & in l. qui tabulas. & l. fullo. §. qui tabulas. ff. de fur. & ibi dicitur ꝙ debitor facta ſolutione debiti põt petere à creditore ſibi reddi inſtrumentum, quia remanet inutile apud creditorẽ. dict. l. diſſolutę. & pariter creditor poteſt petere ſibi fieri inſtrumentum vt appareat debitum præceciſſe. & fortè iſtud poſſet fieri in eodem inſtrumento quitantiæ ad euitandum circuitum, vbi narraretur qualiter præcedebat debitum, & ex tali cauſa &c.
8 Et licèt † inſtrumentum reperiatur cãcellatum penes creditorẽ: tamen per tale inſtrumẽtum cancellatum probatur debitum, & etiam ſolutio: ſecus ſi tale inſtrumentum cancellatum reperiretur penes debitorem: quia tunc licèt probaretur debitum: tamen non probaretur ſolutio niſi probaretur redditum inſtrumentum de voluntate creditoris: ſecundum Bart. in dict. l. fullo. §. qui tabulas. De quo per Specu. in dict. §. poſtquam. verſi. porrò. & per gloſſ. Cyn. & cæteros. in l. ſi de poſſeſſione. C. de proba. & in l. Labeo. ff. de pact. & per glo. & docto. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. le ij. vt lit. pen. & in dict. deciſ. ccxxx. & cccviij. & pro præmiſſis etiam facit gloſſ. in c. ſignificauit. de teſtib. qualiter quis poſsit cogi ad faciendum apocham libertatis.

ARGVMENTVM.

De compulſorijs curiæ Cabeoli.

SVMMARIVM.

1 *Contra compulſorias ſigilli Cabeoli exceptiones nõ admittuntur niſi ſolutionis, falſitatis, & nouationis ſeu pacti de non petendo.*
2 *Statutum exceptionum excluſiuum, an & quando valeat.*
3 *Garentigiæ in inſtrumento quòd ſummariè & executiuè procedetur.*
4 *Contra tertios poſſeſſores quando & quomodò agendum rebus ſpecialiter hypothecatis, & maximè debitoribus mortuis aut abſentibus. & nu. 5.*
6 *Tertij poſſeſſores in ius uocati quòd audiendi ſint.*
7 *Inſtrumentum garentigiæ tertio qui non eſt obligatus, præiudicare non debet, nec contra eum executioni mandari.*
8 *Generalis hypotheca quæ priori & tempore quòd ſpeciali hypothecæ poſteriori præferatur.*
9 *Poſſeſſor quilibet q. ius offerendi priori creditori habeat.*
10 *Prior creditor contra tertium poſſeſſorem quid probare teneatur.*

Quæſtio CCCLXXI.

QVAERITVR an aduerſus compulſorias impetratas in curia ſigillati curiæ Cabeoli pro rebus ſpecialiter hypothecatis contra tertios poſſeſſores cũm clauſula iuſtificatiua & in caſu oppoſitionis citẽtur opponẽtes admittatur exceptio iuris retẽtiõis & prioritatis hypothecarũ, & an ſpecialis hypotheca deroget generali hypothecæ, & quid ecõtrà. Et in effectu dubium facit: quia ſtylus dictæ curiæ eſt priuilegiatus, quãdo apparet de
1 ſubmiſsione per inſtrumentũ publicũ † ad vires dictæ curię non admittũtur, niſi tres exceptiones duntaxat, videlicèt ſolutionis, falſitatis, & nouationis ſeu pacti de non petendo. Et vt intellexi à quibuſdã Valeñ. viris etiã practicis eodem modo proceditur, in dicta curia ſigillati curiæ Cabeoli ſicuti in ſubmiſsis curiæ ſancti Marcellini vbi requiritur quòd inſtrumentũ debiti & ſubmiſsiõis ſit ſigillatũ ſigillo dict. curiæ: vt refert do. Guid. Pap. deciſi. Et
2 tale † ſtatutum excluſiuũ exceptionũ eſt de iure validum, quãdo loquitur per dictionẽ taxatiuã, quia non admittuntur aliquæ exceptiones, niſi illæ quę ſunt expreſsè reſeruatę in ſtatuto: quia à verbis ſtatuti non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de lega. j. l. proſpexit. ff. qui & à quo. facit c. ex parte. le j. de offic. deleg. iuxt. not. per Cyn. & Sali. in l. ita pudor. C. de adulte. & per Bal. in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clãm. & per Io. de Imol. in l. ſi. ff. à quib. appel. non
3 licèt † ſecus de inſtrumento garentigiæ vbi ex forma ſtatuti proceditur ſummariè & exſecutiuè: iuxta nota. per Angel. in l. ait prætor. ff. de re iudica.
4 Præterea † ex quo res ſunt ſpecialiter hypothecatæ ad dictam curiã de tempore contractus, tunc ſi fiat alienatio inter tertios poſſeſſores conſtito quòd teneant & poſsideant: vt quia fuerint interrogati ſuper hoc, & confeſsi fuerint tenere, & quod ſit eadẽ res, tunc debet fieri executio contra dictos tertios poſſeſſores: iuxta verba d. ſtyli & ſtatuti curiæ ſancti Marcellini. & idẽ puto in curia ſigillati curię Ca
5 beoli. prout ſupra dictum fuit. † Et maximè quando debitores ſunt mortui, & non apparent hæredes, vel quando ſunt abſentes à patria: & hoc apparet per relationem nuntij ſeu ſeruientis à dorſo literarum: quia iſto caſu abſque vlteriori ſolemnitate creditores ſunt ſoliti petere dare curatorem bonis, contra quem conceduntur præcisè in quarum exxecutionem citantur tertij poſſores, quando ſe
6 opponunt † Sed præmiſsis non obſtantibus tales tertij poſſeſſores debent audiri: quia omnis citatus eſt audiendus, & fruſtra vocaretur, niſi audiretur. argumento cap. inter quatuor. de maiori. & obedien. l. de vno quoque. ff. de re iudica. ſecundum Bald. in l. final. C. de edict. diui Adria. tollen. præterea tales tertij poſſeſſores ex quo non reperiuntur nominati in inſtrumento debiti & obligationis, non debent adſtringi tali rigori iuxta ea quæ habentur per Bald. in l. ff. de iniuſt. rupto &
7 irrit. teſtamen. tunc etiam † quia inſtrumentum garentigiæ non debet præiudicare tertio qui non eſt obligatus nec mandari debet executioni cõtra tertiũ Antho. de Caua in tractatu de execu. in inſtru.
8 q. † Præterea generalis hypotheca ex quo eſt prior tẽpore præfertur ſpeciali hypothecę poſteriori. l. qui generaliter. ff. qui poti. in pig. hab. & l. ſi generaliter. C. eod. tit. adeò ꝙ ſecũdus creditor repellitur, niſi offerat debitum priori debitori. l. ſecundus.
9 C. de pigno. l. j. & ij. C. ſi ante credi. † quinimò quilibet poſſeſſor habet ius offerendi priori creditori. l. Paulus. in fine. ff. de pigno. Nec obſtat ſi dicatur, quòd quãdo fit ſpecialis hypotheca debeat primo fieri executio in re ſpecialiter hypotecata, & affecta, ſi ſuppetat antequã perueniatur ad generalem hypothecam. l. quamuis. C. de pigno. quia ad iſtud.

reſpondetur quòd hoc verum quando vnus & idem creditor haberet generalem & ſpecialem hypothecam: quia tunc deberet prius diſcuti ſpecialis hypotheca, antequàm perueniretur ad generalem hypothecam. dict. l. quamuis. ſecus ſi ſint diuerſi creditores, quorum vnus haberet ſpecialem & alius generalem: quia tunc attenditur prioritas temporis, etiam ſi quis haberet generalem hypothecam. dict. l. qui generaliter. ſecundum glo. & Bald. in dict. l. quamuis. & præſertim quò ad bona hypothecata de tempore contractus: quia ſi eſſet res acquiſita de nouo de pecunia tradita, & ad illum effectum vt remaneat hypothecata: tunc præferretur. l. Et pro hoc facit l. finalis. C. quæ res obliga. poſſunt.
10 † Et licèt in actione hypothecaria debeat probari quòd eſſet in bonis debitoris de tempore contractus. l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pigno. hoc verum in ſpeciali hypotheca: ſecus in generali: quia etiam venirent bona futura. dict. l. fina. C. quæ res obligari poſſunt. & an requiratur quòd probetur de dominio debitoris, de quo ſunt opiniones in iure: tamen de ſtylo curiæ ſufficit probare, quòd debitor teneret & poſsideret res hypothecatas & pro domino reputaretur: ſecundum dominum Guido. Papæ, deciſi. Sed redeundo ad
12 quæſitum, † quòd generalis hypotheca expreſſa debeat præferri in executione iudicati quando eſt anterior. facit l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. verſicu. aliâs. §. ſed illud. ff. de re iudic. vbi habetur, quòd ſi opponatur de iure hypothecę, & ſint alia bona ſine controuerſia, tunc capiuntur pro executione iudicati, aliâs in defectum bona hypothecata debent vendi & diſtrahi, & de pretio debet ſatisfieri priori creditori, & de reſiduo poterit fieri executio: vt ibi habetur. & maximè quando prior hypotheca eſt priuilegiata & habet ius prælationis: iuxta l. aſsiduis. C. qui potio. in pignor. habe. & in §. fuerat. inſtitu. de acti. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa appellationis ventilata coram curia in quarta inſtãtia reſpectiuè inter nobilem Stephanũ de Feugerijs religioſum ſancti Ruffi Rectorem capellę beatę Mariæ virginis in eccleſia parœciali caſtri duplicis appellantem ex vna: & Petrum Thomam Gulielmum Baderij fratres & filios Petri Baderij appellatos ex altera: quia dictus de Feugerijs in prima inſtantia curiæ Cabeoli impetrauerat compulſorias in curia Cabeoli pro arreragijs cuiuſdam penſionis annuæ trium ſextariorũ frumenti ad menſuram de Romanis, duorum annorum, & eſt verum quòd dictus Petrus Baderij pater dictorum appellatorum vendiderat certo pretio nobili Frãciſquinæ relictæ nobilis Gulielmi Chaberti tria ſextaria frumenti annuæ penſionis ad menſuram de Romanis, & ſe ſubmiſerat dictę curiæ Cabeoli, & hypothecauerat ſpecialiter certa prędia. & qui Petrus Baderij abſentauit patriam, dicta verò Franciſquina donauit dicta tria ſextaria frumenti penſionis annuæ pro fundatione dictæ capellæ. Et deinde dictus de Feugerijs rector dictę capellę impetrauit dictas compulſorias contra dictum Petrum Baderij patrem dictorum reorum abſentẽ à patria, & abſq; prouiſione curatoris, caſtellanus Cabeoli conceſſit alias literas contra dictos filios tertios poſſeſſores qui ſe oppoſuerunt & iuſtificant de prioribus hypothecis iurium dotalium Mondetę Iobertę eorum matris & Ioannæ relictæ Gulielmi Fabri, nec apparuit de morte dicti Petri Baderij patris adeo quòd non poterunt dici hæredes ex quo non apparebat de morte patris, & aliâs prout pleniùs in actis dictæ cauſæ apparet in manibus Peliſſonis ſecretarij cauſæ ad quę acta me refero: quia eſſet nimium prolixum recitare, & aliter non declaro: quia adhuc pendet lis coram curia.

ARGVMENTVM.

Literæ compulſorię curię Cabeoli, vel ſancti Marcellini in actione perſonali an cõtra poſſeſſores executioni demandari poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Actio perſonalis fundum non ſequitur.*
2 *Executio rei iudicatæ in actione perſonali ut impediatur tertij quid probare teneantur.*
3 *Executio de ſtylo curiarũ Cabeoli & Marcellini quòd in rebus ſpecialiter affectis & hypothecatis etiam contra tertios poſſeſſores fieri poſſit.*
4 *Executio inſtrumenti garentigiæ quòd in ſingularem ſucceſſorem non tranſeat.*

Quæſtio CCCLXXII.

QVAERITVR an compulſorię impetratæ in dicta curia ſigillatæ Cabeoli vel ſancti Marcellini in quibus concluditur in actione perſonali ad dandum & ſoluendum cum literis præciſis ſubſecutis poſsint exequi contra tertios poſſeſſores bonorum alienatorum. Et videretur dicendum
1 quòd non: † quia actio perſonalis nõ ſequitur fundum l. j. §. ſi hæres. ff. ad trebel. l. final. ff. de contra-
2 hen. emptione.. Nam iſto caſu † ad impediendum executionem rei iudicatæ in actione perſonali de re nondum cognita ſufficit iuſtificare de poſſeſſione vel proprietate. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. faciunt nota. per Innocen. in c. veniens. la grande. de teſtib. Et iſtam partem tenet Bartol. in dict. §. ſi ſuper rebus. ita quòd iſto caſu debet agi iudicio ordinario in actione reuocatoria ad reuocandum bona alienata. iuxta §. item ſi quis in fraudem. inſtit. de action. licèt Cynus in l. j. C. de alien. iudi. mutan. tenuerit, quòd poſsit fieri executio cõtra tertium poſſeſſorem. Sed prout ſuprà dictum fuit communis opinio eſt in contrarium: ſecũdum Alexand. de Imol. in dict. §. ſi ſuper rebus. niſi res eſſet litigioſa. iuxta notata per Barto. in l. fina. ff. de liti. & l. fin. C. eod. titul. & in l. creditores. C. de pig. de quo latiùs per Alexand. de Imol. in dict. §. ſi ſuper rebus. Et præmiſſa procedunt de iure commu-
3 ni: ſecus ex forma ſtatuti † ſeu ſtyli dictarum curiarum vbi poteſt fieri executio in rebus ſpecialiter affectis & hypothecatis contra tertios poſſeſſores, vbi non docent de iure anteriorum hypothecarum prout declaratum fuit in quæſtione præcedenti &
4 pro præmiſsis facit: † quia executio inſtrumẽti guarẽtigiæ non tranſit contra ſingularẽ ſucceſſorẽ: ſecundum Ang. Ioan. de Imol. & Alexand. in l. j. §. ſi hæres. ff. ad trebel. niſi agatur actione hypothecaria, vt ibi habetur.

ARGVMENTVM.

Immiſcere ſe qui deſiderat, defuncti mortem probet oportet.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Hæredes ſui quòd in bonis paternis quodammodò domini dicuntur.*

2 *Immiſcere ſe hæreditati ut quis poßit, de defuncti morte doceat oportet.*

Quæſtio CCCLXXIII.

QVAERITVR an ad hoc vt quis poſsit
ſe immiſcere requiratur quòd probetur mors
defuncti,&maximè in ſuis hæredibus. Dubium fa
cit:quia ſui hæredes qui dicuntur filij ſeu nepotes,
qui ſunt in poteſtate patris licèt habeãt ius abſtinẽ
di:tamen adhuc operatur ius ſuitatis effectum, &
maximè quando tenent bona patris & inhabitant
in domo paterna.l.j.& ij. C.de repu.hæred.faciunt
notata per Barto.in l.gerit.& l.neceſſarijs.ff.de ac-
1 quir.hæredita. † quia quodammodò dicuntur do-
mini in bonis paternis.l.in ſuis.ff.de lib.& poſthu.
& ſolet dici,ſi filius,ergo hæres.&c. Sed in contra-
2 riũ videtur veritas in caſu iſto:quia † ad hoc vt ip-
ſe ſe poſsit immiſcere & gerere pro hęrede alicuius
debet eſſe certificatus de morte ipſius,aliàs non po
teſt adiri hæreditas.l.qui hæreditatem.& l. qui ſu-
perſtitis.& l.is poteſt.ff.de acquiren.hæredi. Et ibi
notatur per glo.& doct.quia non dicitur hęreditas
viuentis.l.j.ff de hęred.vel acti.vendi. & iſtud facit
pro dict.cauſa appellationis dict.de Feugerijs:quia
nõ fuerat deducta mors Petri Baderij ſenioris nec
probata:& ideò non poterant dici hæredes patris.

ARGVMENTVM.

Religioſus beneficij adminiſtrationem habens an in iudicio ſine ſui ſuperioris authoritate ſtare poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Religioſum in iudicio ſtare non niſi cum ſuperioris licentia poſſe regulare, fallit ut num.ſeq.*

2 *Monachi ſeruis comparati.*

3 *Exceptio incapacitatis iudicij quòd iudicium retro nullum reddat.*

4 *Religioſum ſecularis beneficij etiam ſimplicis incapacem eſſe regulare.*

5 *Beneficium qui diu poßidet, ſi ſuper eo quæſtio uertatur quòd titulum oſtendere non teneatur.*

Quæſtio CCCLXXIIII.

QVAERITVR an religioſus habẽs admi
niſtrationem beneficij poſsit ſtare in iudicio
ſine licentia ſuperioris & an valeãt admitti ad be-
neficium ſimplex ſeculare ad præſentationem pa-
troni laici,& ſi debeat facere fidem de titulo quãdo
1 experitur pro iuribus beneficij.Et in effectu † licèt
regulariter religioſus non poſsit ſtare in iudicio ſi-
ne licentia ſuperioris.clementina religioſus.de pro
2 cura. † tamen fallit quando religioſus hàbet admi
niſtrationem beneficij.c.cùm deputati.de iudic. &
ibi per Pan.& Feli.& eſt ratio quòd religioſus ſeu
monachus non poſsit ſtare in iudicio regulariter,
quia æquiparatur ſeruo,qui prohibetur eſſe in iu-
3 dicio l.ſeruus.C.de iudi.adeò † quòd talis exceptio
reddit iudicium retro nullum:ſecundum Ange. &
Alexand.de Imol.in dict.l.ſeruus.quia monachus
æquiparatur ſeruo:ſecũdum Innoc.in c.cùm olim.
4 le ij.de priuil. † & pariter religioſus non eſt capax
ad beneficiũ ſeculare,etiã ſimplex, vti capella.c.cũ
de beneficio.& c.cũ ſingula.de pręb.li.vj. cle. quia
regulares.de ſupplen.neglig.præla.ſecundum Pa-
5 nor.in cap.non eſt.de regu. † Et licèt quando quis
eſt & fuit diu in poſſeſsione beneficij, quando ex-
peritur pro iuribus beneficij non teneatur oſtende
re titulum.arg.c.illud.de præſumpti.c. conſultati-
nibus.de iure patro.quia ſufficit communis reputa
tio.arg.l. Barbarius.ff.de offic. præto.c. nihil:in fi.
de electio.cum ibi not.& in l.ſi vrbana.ff.de condi
ctio. inde.& maximè quando quis non habet com
petitorem in beneficio:tamen hoc verum, quando
eſt in antiqua poſſeſsione:ſecus ſi ſit in poſſeſsione
de recenti:ſecũdum Innocen.in cap. quia cunctis.
de conceſ.præbend.lib.vj.& Panor.in cap.cùm ſu-
per.de cau.poſ.& propr.de quo ibi latiùs per ipſum

ARGVMENTVM.

Omiſſa à partibus in prima inſtantia an in appellationis cauſa proponere poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Omiſſa ſcienter proponere uel producere quòd in caſu appellationis proponuntur, & producuntur.*

2 *Prælatus qui ſponte nonnulla proponere omiſit, quòd proponens in cauſa appelli audiatur, ne eccleſiæ præiudicium fiat.*

Quæſtio CCCLXXV.

QVAERITVR quãdo actor originarius
omittit ſcienter producere acta in cauſa ap-
pellationis,vel reus in prima inſtantia omittit ſciẽ-
ter proponere aliquam exceptionẽ peremptoriam
an iterum audiantur in cauſa appellationis. Et vi-
deretur prima facie quod ſic.l.per hanc.C. de tem-
po.appel.cap.cùm Ioannes.de fid.inſtrume.vbi ha
betur,quòd in cauſa appellationis à diffinitiua nõ
deductum deducam, & non probatum probabo.
Sed in cõtrarium tenet glo. in cap.ad audientiam.
le ij.de reſcript.& in cap.inter monaſterium. de re
iudic.& ita ſequuntur cõiter docto.ibi,licèt Ioã.de
1 Imol.in d.c.cùm Ioannes. teneat † ꝙ etiã quando
quis omittit ſciẽter proponere,vel producere quod
auditur in cauſa appellatiõis à diffinitiua,licet de-
beat condemnari in expenſis. c. exceptione. de ex-
2 cep. & ita videtur tenere Felin. † Veruntamen in
prælato eccleſiæ etiam quando omittit ſciẽter pro-
ponere,debet audiri:quia non poteſt præiudicare
eccleſiæ.c.delictum.de regul.iur.libr.vj.ſecundum
Feli.in dict.cap.inter monaſterium.

ARGVMENTVM.

De ſententia habente vim diffinitiuæ.

SVMMAVIVM.

1 *Appellari ab executore non niſi modum in exequendo excederit, licere legulare.*

2 *Sententia lata ſuper ſententiæ executione quòd mixta eſſe uideatur.*

3 *Compulſoriæ quæ in ſententia executionis contra tertios dentur, quòd per appoſitionem in uim ſimplicis citationis reſoluantur.*

4 *Tertius poſſeſſor ſi in executione ſententiæ nocetur, quòd audiatur.*

5 *Sententia quæ interuenit ſuper oppoſitione executionis ſententiæ à tertio facta, quòd diffinitiua dicatur.*

Quæſtio CCCLXXVI.

QVAERITVR an ſententia lata ſuper compulſorijs curię ſigillati Gabeoli, vel ſancti Marcellini contra tertios poſſeſſores per quam in effectu ordinatur executionem cœptam perfici in rebus de pignore captis cum expenſis: an talis ſententia dicatur diffinitiua ſeu habens vim diffinitiuæ, an verò dicatur interlocutoria, adeò vt debeat appellari in ſcriptis, & cum expreſsione cauſa
1 rum grauaminis. Dubium facit: † quia licèt regulariter prohibeatur appellari ab executore. l. ab executione. C. quorũ appel. non recip. l. ab executore. in princip. ff. de appell. cap. quò ad cõſultationem. de re iudic. niſi excederit modum in excequendo:
2 vt ibi notatur: † tamen quando iudex pronunciat ſententiam exequendam vel executionem perficiẽdam à tali ſententia poteſt appellari: ſecundum gloſſ. in dict. l. ab executore. & debet appellari in ſcriptis ad inſtar interlocutoriæ: ſecundum Cyn. & Sali. ibi: licèt ſecundum Iacob. Butri. & Bald. talis ſententia poteſt dici mixta: quia partim ſapit interlocutoriam & partim de diffinitiua maximè q̃ non expectent poſt ſe aliam ſententiam. faciunt notata per Barto. in l. quod iuſsit. ff. de re iudic. & per Ioan. Andr. & Panormita. in cap. peruenit. le ij. de
3 appellatio. † Prætereà in caſu iſto quando conceduntur compulſoriæ contra tertios poſſeſſores eſt ſolitum apponi clauſula iuſtificatiua, & in caſu, oppoſitionis, quæ reſoluitur in vim ſimplicis citationis. cap. ex parte. le ij. de verbor. ſignifica. & per Bald. in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de oper. noui
4 nuntiation. † adeò quòd audiuntur tales tertij poſſeſſores opponentes & dantur articuli hincinde, & conteſtatur lis ſuper articulis, & fiunt proba-
5 tiones. † Ita quòd ſententia ſubſecuta debet dici diffinitiua: quia imponit finem controuerſiæ. l. j. & l. rem iudicatam. ff. de re iudi. l. prolatã. C. de ſenten. & interlocutio. omnium iudicum. Et pręſertim quando iudex in tali ſententia facit mentionem quòd procedit ad ſuam ſententiam diffinitiuam. Et ideò iſto reſpectu in quantum dicta ſententia eſt diffinitiua poteſt appellari illicò & incontinenti verbo, tenus. l. j. in fin. & l. ſcio. ff. de appellatio. l. litigatoribus. C. eodem titul. ſecus ſi eſſet interlocutoria: quia ſemper debet appellari in ſcriptis, & cũ inſertione cauſę grauaminis ſiue incontinenti ſiue ex poſt facto infra decem dies. cap. vt debitus honor de appellatio. cap cordi. eodem titul. lib. vj. clemen. de appella. Et pręmiſſa etiam faciunt ad quæſtionem ſuper dict. proceſſu appellationis domini Stephani de Fougerijs contra dictos Petrum, Thomam, & Gulielmum Taderij: quia in prima inſtantia curiæ ſigillati Cabeoli proceſsit ad eius ſententiæ diffinitiuam per quam pronuntiauit executionem eſſe perficiendã cum expenſis. & ipſi appellauerũt ſeu eorum legitimus procurator illicò & incontinenti viua voce. Et ideò ſi talis appellatio ſit valida, patet reſponſio ex præmiſsis: quia dictus primus iudex declarauit dictã ſentẽtiã eſſe diffinitiuã.

ARGVMENTVM.

De forma iuramenti Epiſcopi & aliorum pro teſtimonio ferendo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtem tactis euangelijs iurare debere regulare.*
2 *Iuramenti Epiſcopi forma.*
3 *Abbates nonnulli ſunt, qui iuribus Epiſcopalibus gaudẽt.*
4 *Regum & Ducum & aliorum principum non recognoſcẽtium ſuperiorem iuriſiurandi formula.*

Quæſtio CCCLXXVII.

QVAERITVR de forma iuramenti Epiſcopi pro teſtimonio feredo, ſi debeat fieri tactis ſcripturis, & quid iuris in Abbate & alijs pręla
1 tis inferioribus, & quid etiã iuris in regibus † Ducibus & alijs magnis dominis laicis. Et in effectu regulariter teſtis debet iurare tactis ſcripturis, aliàs teſtimonium nõ valet. cap. nuper. cap. tuis. de teſti. l. iuriſiurandi. C. de teſt ib. niſi remitteretur iuramẽtum de conſenſu partium: vt ibi habetur: quia iuramentum corporale debet fieri tactis ſcripturis. clemen. j. §. porrò. de hæretic. de quo etiam per gloſ. in cap. j. §. item ſacramenta. de pac. iuramen. firmand. Sed in contrarium videtur in caſu iſto, quando
2 Epiſcopus producitur in teſtem: † quia ſufficit quòd iuret verbaliter apponẽdo manum ad pectus in conſpectu tamen euangeliorũm. l. nec oneri. & authentic. ſed iudex. C. de epiſco. & cler. canonizata. xj. quæſti. j. c. nec onere. & cap. Epiſcopus. & c. j. in fin. & cap. fin. de iuramen. calum. & ideò ſecundum Paul. de Caſtr. in dict. authentic. ſed iudex. dũ caſus ſibi accidiſſet de quodam Cardinali, fecit ipſum iurare per appoſitionem manus ad pectus, licèt faciat in contrarium gloſſ. in cap. cùm olim. le ij. de priuileg. vbi tenet, quòd non creditur Cardinali niſi iurato. Et ideò præſumendum eſt, quòd intelligat de iuramento ſolemni tactis ſcripturis tanquã in potiori ſignificato, niſi eſſet Cardinalis Epiſcopus quo caſu deberet gaudere priuilegio Epiſcopi, quando producitur in teſtem: vt ſufficiat iuramentum verbale ponendo manus ad pectus in conſpectu euãgeliorum prout ſupra dictum fuit. Sed quò ad Abbates & alios prælatos inferiores non videtur quod debeant gaudere iſto priuilegio: quia eſt diuerſa ratio in Epiſcopo qui conſecratur, ſed Ab-
3 bates ſolùm benedicuntur: † licèt ſint aliqui Abbates qui habent iura Epiſcopalia: ſecundum Innoc. in c. ſtatuimus. de trãſl. & per glo. in clem. ij. de reb. eccleſ. non alien. relinquo cogitandum quò ad Ab
4 bates & alios pręlatos inferiores. † Sed reſpectu Regum Ducum & aliorum principum qui non recognoſcunt ſuperiorem, ſufficit quòd iurent per præſtationem fidei: ſecundum Io. And. in c. j. de ſepul. lib. vj. pro quo facit. c. nobiliſsimus. xlv. diſtin. quia cle. j. de proba. vt credatur verbis narratiuis bulæ Papæ de facto proprio etiam procedit in principib. ſecularibus: ſecundum Bald. in c. cùm à nobis. de teſtib. relinquo etiam cogitandũ ſuper hoc: quia ad præſens non ſum in loco & viſitationis librorum. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem in cauſa ſuper poſſeſſorio pontisbarriti vbi altera pars petijt examinari ſuper certis articulis reuerẽdum dominum Epiſcopum Valentiæ, & fuit mihi commiſſum examen: ita quòd acceſsi apud ipſum ad ciuitatẽ die & in domo Epiſcopi obtẽperando literis cõmiſsionis curiæ præſtitit iuramentum verbaliter in manibus meis ponendo manum ad pectus in conſpectu euangeliorum de dicendo puram & meram veritatem quam nouerit: & pariter ipſum interrogaui de

ætate,licèt Epiſcopus in dubio præſumatur habere ætatem triginta annorum. cap.cùm in cunctis. de clericis.

ARGVMENTVM.

Teſtis an eius depoſitionem propria manu ſcribere vel ſe ſubſcribere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis quòd coram commiſſario uoce intelligibili teſtimonium dicere teneatur.*
2 *Teſtis an eius teſtimonium ſuo ſcribere teneatur,aut ſi ſcribere neſciat,teſtes adhibendi ſint.*
3 *Teſtes ſi adhibeantur in teſtimonio ferendo, qui & quales eſſe debeant.*
4 *Inſtrumenti authoritas quòd à notarij ſigno dependeat.*

Quæſtio CCCLXXVIII.

QVAERITVR an teſtis poſsit deſcribe-
re propria manu eius depoſitioné,an ſaltem
ſi debeat ſe ſubſcribere,aut ſi debeant aliqui teſtes
adhiberi ad finem,vt poſteà teſtis non poſsit oppo
nere quòd aliter fuit ſcriptum per notariú quàm fue-
1 rit dictum plus vel minus. Et in effectu † teſtis co-
ram commiſſario debet dicere viua voce eius teſti-
monium & depoſitionem: quia magis perpendi-
tur veritas in audiendo eius teſtimonium ſi tre-
pidet, vel ne, & ſi mutet colorem: iuxta ea quæ ha
bentur per Imolam,in cap. quoniam contra falſam. de proba.& per Barto. in l. de minore.§. plu-
rimum. aliâs incipit tormenta.ff.de quæſti. Verun-
tamen ſi teſtis ſit & valeat tradere ſcripto eius te-
ſtimonium habetur per Bartol. in l. Teopom-
2 pus.ff. de optio.lega. † Sed an teſtis debeat ſe ſub-
ſcribere in fine teſtimonij aut ſi debeat adhiberi te
ſtes ne poſteà teſtis poſsit variare quod aliter fuerit
ſcriptum: & videretur dicendum quod ſic, maxi-
mè in cauſa ardua:ſecundum Bald.l.nullum. C. de
teſtib.& quia euitandum eſt malitijs hominum.l.
in fundo.ff.de rei vendi.nec obſtat ſi dicatur quòd
teſtimonium debet fieri in ſecreto, nec debet pro-
pellari antequàm publicetur.dict.l.nullum.& cap.
3 venerabili. de teſtib. † quia iſto caſu tales, qui
adhibentur in quorum præſentia examinatur te-
ſtis,debét eſſe fide digni & approbati,& fortè eſſet
bonum exigere iuramentum quòd non habeant
manifeſtare donec facta publicatione.faciunt no
tata in cap.final.de hæreti.libr.vj.& licèt ſit arbi-
trarium teſti an velit ſe ſignare,an vel ne, tamen
vbi ſe ſignaret in fine eſſet maioris authoritatis: ſi-
cuti ſolet dici in teſtamento ſolemni vbi teſtes ſe
ſignant & ſubſcribunt.l.hac conſultiſsima. in prin
cipio. C.de teſtamen.facit etiam quod voluit Bal.
in l. Imperator.la j.ff.de ſtatu hominum,vbi voluit
4 quòd † tota vis & authoritas inſtruméti dependet
à ſigno notarij. & ita interdum principes ſignant
eorum literas patentes maximè in negotijs arduis.
Veruntamen prout intellexi ab aliquibus practicis
curiæ parlamenti quando examen teſtium commit
titur ſecretarijs, & ipſi examinant aliquos teſtes li-
teratos ipſi faciút ipſos ſignare in fine depoſitionis,
interdum teſtes ſcribunt manu propria eorú depo-
ſitionem.ſed quádo examen teſtium committitur
alteri ex dominis curiæ nó eſt ſolitum facere ſigna
ri teſtes in fine depoſitionis: quia creditur eis de ge
ſtis coram ipſis.c.nobiliſsimus.xcvij.diſtinct.

ARGVMENTVM.

De teſte deponente per verb.non recordari,non dedit memoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis quòd de his quæ interrogatur ueritatem dicere teneatur,etiam pro utraque parte.*
2 *Teſtis ſciens ueritatem,& dicens ſe non recordari, quòd mortaliter peccet,periurium incurrat & falſum committit.*
3 *Teſtis ignarus deponens per uerb. non recordari, neſcire, aut non dedit memoriæ:ſi poſtmodum gnarus fiat,quòd iterum examinari poßit.*

Quæſtio CCCLXXIX.

QVAERITVR quando teſtis deponit
per verbum non recordari,aut quia non de-
dit memoriæ,vel per ſimilia verba,licèt ſciat verita
tem, an peccet mortaliter,& quando deponit igno
ranter per verbum,non recordari perueniento ad eius
notitiá, an iterum poterit examinari. Et in effectu
1 teſtis † debet deponere veritaté quam ſciuerit pro
vtraq; parte.l.presbyteri.& authentic.ſed iudex.C.
2 de epiſco.& cler.† Et quando ipſe ſcit veritatem &
deponit per verbum,nó recordari. ipſe peccat mor
taliter,& incurrit periurium,& poſſet puniri de fal
3 ſo:ſecundú Bald.in dict.l.presbyteri.† Sed quando
deponit ignoranter per verbum,non recordari,aut
per verbum,neſcire,aut per verbum, quod non de-
dit memoriæ:tunc perueniento ex poſt facto ad noti-
tiam ipſius teſtis,tunc poterit iterum examinari:ſe
cúdum Bald.in l.de tutela.C.de in integrum reſtit.
de quo per Barto.& Alexand.de Imol.

ARGVMENTVM.

Collatio beneficij per obitum facta die mortis an valeat.

SVMMAAIVM

1 *Collator quòd certus eſſe debeat de morte eius per obitum cuius beneficium uacat.*
2 *Collatio per obitum facta ante mortem inualida eſt tanquam de uiuentis beneficio facta. Et impetrans ad impetrandum inhabilis redditur,ſi poſtmodùm uacaret.*
3 *Collatorem conferre non,niſi poſt ſepulturam illius obitu cuius beneficium uacare dicitur,debere,honeſti eſſe.*
4 *Interpretationem in duriorem quandoq; partem fieri.*
5 *Interpretatio in dubio in benigniorem partem ſemper accipienda eſt.*

Quæſtio CCCLXXX.

QVAERITVR quando ſit collatio be-
neficij vacantis per mortem eadem die mor-
tis aliter non apparente de hora collationis an te-
neat talis collatio,& ſi præſumatur facta ante mor
1 tem vel poſt. Dubiú facit:† quia collator debet eſſe
certificatus de morte illius per cuius obitú vacat be
2 neficium, † aliâs ſi conferret ante morté non vale-
ret collatio tanquam de beneficio viuentis.c.j.& ij.
de conceſ.præben. quinimò talis impetrás eſſet in-
habilis ad impetrandum dictum beneficium,ſi po-
ſteà vacaret:ſecundum regulam cancellariæ in no-
3 ſtrò. † Nam collator debet expectare antequá con
ferat poſt tépus ſepulturæ illius per cuius obitú va
cat beneficiú,ſalté de honeſtate,ſicuti de electione
4 dicitur.c.bone.le ij.de ele.† Præterea interdú inter-
pretatio debet fieri in durioré parté maximè in con
cernétibus animá:ſecundú glo.in c.j.de ſcript. in or

di.fien.& ita deberet interpretari quòd talis colla-
tio fuerit facta ante mortem. Sed in contrarium fa
5 cit: † quia in dubio debet fieri interpretatio in be-
nigniorẽ partem, vt euitetur delictum ſuper pœna.
c. in dubijs.de regu.iur.lib.vj.l.ſi de interpretatio-
ne.& l.præſes.ff.de pœn. Nam quando vnus & idẽ
actus poteſt tendere ad delictum & non delictum:
tũc debet interpretari, vt nõ ſit delictũ.l.meritò.ff.
pro ſocio.ſecundum Bart. in l.gerit.ff.de acquiren.
hæredi.Et hoc maximè procedit in collatione ſeu
prouiſione apoſtolica: ſecundum gloſſ.in clemen.
ſi.de reſcrip.quia debet fieri interpretatio vt potius
actus valeat, quàm pereat.l.quotiẽs.ff.de reb. dub.

ARGVMENTVM.

Regula cancellariæ de tempore veriſimili an pro-
cedat in ordinario.

SVMMARIVM.

1 Regula de tempore uerisſimili quòd de Papa loquatur.
*2 Præuentio fraudulenta in impetratione beneficiorum effe-
ctum non operatur.*

Quæſtio CCCLXXXI.

QVAERITVR an in ordinario habeat
etiam locum regula cãcellariæ de tempore ve-
riſimili, vbi requiritur quòd poſt obitum beneficia
ti & ante datã collationis quòd effluxerit tantùm
tempus, quòd veriſimiliter peruenerit ad notitiam
collatoris, & an præuentio fraudulenta in impetra
tione beneficiorum eccleſiaſticorum operatur ef-
1 fectũ. Dubium facit: † quia dict.regula cancella-
riæ loquitur in Papa, & ſic ſecus eſt in ordinario, ita
ꝙ debet tenere eius collatio de beneficio verò va-
cãte, licèt collator ignorauerit mortẽ: quia veritas
inſpiciẽda eſt.l.illicitas. §.veritas.de offi.pręſi.Sed
pro contraria parte facit: quia eadẽ militat ratio in
ordinario ſicuti in Papa ad obuiandũ fraudibus,
& ſic debet ſeruari idem ius.l.à Titio.ff. de verbo.
obliga.quia ſicuti illa regula cancellariæ fuit facta
ad præſernandum collationes ordinariorum, pro-
pter fraudes quæ fiebant in curia, quãdo fiebat im
petratio præcipitanter non expectato debito tem-
pore: ita etiam idem eſt in ordinario, quando con-
fert præcipitanter non expectando debito & veriſi
mili tempore.argumen.§.loca.inſtitu.de verb.obli
2 ga. † Nam præuentio fraudulenta non debet ope-
rari effectum: quia fraus & dolus nemini prodeſſe
ſolet.c.ſedes.de reſcript. ſecundum Bald., Ioan.de
Imol.& Alexã.in l.ſi ſeruus plurium.§.j.ff.de lega.
j.& iſtam partem tenet glo.in pragmatic. ſancti.in
titu.de colla.§.neque.ſuper verb. faciendas. & pro
hoc facit text.in cap.ſtatutum.de prębend.lib.vj.

ARGVMENTVM.

De mandatis apoſtolicis ſeu gratijs expectatiuis.

SVMMARIVM.

1 Reſeruationes & gratiæ expectatiuæ prohibitæ.
*2 Papa ſui pontificatus tempore collatores, grauare poteſt
de uno aut duobus beneficijs, hocque ſecundum benefi-
ciorum quantitatem.*
*3 Papa in eccleſijs cathedralibus & collegiatis ſui pon-
tificatus tempore non, niſi unam præbendam conferre
poteſt.*
*4 Papa iure præuentionis eccleſiarum cathedralium & colle
gialium præbendas conferre poteſt.*
5 Gallicana eccleſia Papæ legem imponere non poteſt.
*6 Clauſula, ſi pro alio non ſcripſerimus, ſi in mãdatis gratiæ
expectatiuæ non apponatur, an ſubintelligenda ſit, &
quid operetur.*
*7 Papa quando uult ut ultimum mandatum gratiæ expecta-
tiuæ recipiatur, utitur clauſula, non obſtante quòd pro
alio ſcripſerimus.*
*8 clauſula etiam ſi pro alio ſcripſerimus, an uideatur pra-
gmaticæ ſanctioni aduerſari.*
*9 Legatis de latere uti reſeruationibus, aut mandatis expe-
ctatiuis uetitum.*
*10 Litteræ expectatiuæ non appoſita clauſula non obſtante
ſi pro alio ſcripſerimus, an de iure communi ualeant.*

Quæſtio CCCLXXXII.

QVAERITVR vtrum mandatum apo-
ſtolicum per quod mandatur prouideri in ali-
qua eccleſia de primo beneficio vacaturo ad colla
tionem vel præſentationem alicuius ſpectãte cum
clauſula illa, ſi pro alio non ſcripſerimus, vel e-
tiam cum clauſula illa: Non obſtante quòd pro
alio ſcripſerimus, permittatur ſecundum pragma-
ticam ſanctionẽ & quid iuris in literis legati de la-
1 tere.& in effectu † licèt reſeruatiões & gratiæ expe
ctatiuæ ſint prohibitæ ſecũdum pragmaticam ſan-
2 ctionem, vt in tit.de reſerua.& in titu.de colla. † ta
men quilibet pontifex tempore ſui pontificatus po
teſt diſponere de vno beneficio ad collationem in
qua fuerint decem beneficia & de duobus vbi fue-
3 rint.l.& vltra † excepto in eccleſia cathedrali vel
collegiata, vbi non poteſt conferre ſuo tẽpore duas
præbendas.dict.cap.i.§.non tamen.de colla. & ſe-
cundum glo.ibi intelligitur tempore ſui pontifica
tus intelligitur poſt ſui promotionem, & ante coro
nationem ſuper verbo, pontificatus, & etiam durã-
te ſuo tempore, id eſt, durante ſuo põtificatu: ſecun
dum gl.in §.item voluit. ſuper verbo, ſuo tẽpore.&
in caſu iſto ex quo permittitur fieri reſeruatio, ſeu
expectatiua.intelligitur appellatione beneficij lar
gè, ſiue ſint beneficia curata, ſiue non.& pariter dũ
dicitur ad collationem alicuius, debet intelligi ple-
no iure: ſecus ſi ſpectaret collatio cum alio coniun-
ctim: quia non computaretur in numero: quamuis
comprehenderetur quando ſpectaret ad collatio-
nem alicuius cum conſenſu vel conſilio alterius:
ſecundum gloſſ.in dict.§.non tamen.Et licèt in ec-
cleſia cathedrali vel collegiata non poſsit Papa cõ
ferre duas præbendas per viam mandati gratiæ ex-
4 pectatiuæ: † tamen bene poterit conferre præben-
das dictarum eccleſiarum iure præuentionis, &
etiam alia beneficia collatiua: vt in dict. cap.j.§.
neque. ſecundum glo.in dict.§. non tamen. ſuper
verbo, conferant.Et licèt ſecundum dictum §. non
tamen.[illegible]pliciter permittatur Romano Pontifici
prouidere de vno vel duobus beneficijs ſecundum
numerum beneficiorum, modo tamen honeſto &
conuenienti: tamen ſecundũ congregationẽ eccleſiæ
Gallicanæ intelligitur iuxta formam c. mãdatum.
cum duobus ſequentibus.de reſcript.& quod vta-
tur vera data: & non retrotractiua, & non habeat
ſubexecutionem niſi poſt menſem à tempore præ-
ſtationis: vt dicta pragma. ſanct.de collatio.§.item
voluit.veruntamen ſecundum gloſſ. ibi ſuper ver-
5 bo, viſum: † eccleſia Gallicana non potuit impone
re legem Papæ: quia concilium Baſilienſe non ap-
probauit

probauit, & tale mandatũ de prouidendo perviam expectatiuæ expirat morte mandantis, vbi non eſt deuentũm ad aliquem effectum mandati. capitu. ſi cui. §. ij. de præbend. libr. vj. ſecus ſi gratia erat iam facta datis executoribus. c. ſi ſuper gratia. de off. de leg. libr. vj. ſecundum gloſſ. in dict. §. item voluit ſuper verbo mandatũ, & tale mandatũ de prouidẽdo de primo vacaturo non afficit manus ordinarij etiã facta præſentatione ante acceptationem. cap. quia cunctis. de conceſsio. præbend. libr. vj. de quo habetur per gloſ. in dict. §. item voluit. ſuper verbo, dirigendum, & ſuper verbo, præſentationis. & etiam poſt lapſum mẽſis à tempore præſentationis: ſecundum Aduiſamentum eccleſiæ Gallicanæ, vt ibi ha-
6 betur. Sed redeundo ad quæſitum † in tali mandato apoſtolico eſt ſolita inſeri clauſula, ſi pro alio nõ ſcripſerimus, qui ſimilẽ huiuſmodi gratiam proſequatur. dict. capit. mandatum. cum duobus ſequẽtibus, de reſcrip. licèt ſi non apponatur dict. clauſula, tamen ſubintelligitur: ſecundum communem opinio. docto. ibi & per gloſſ. in dict. §. item voluit. ſuper verbo, formam. ſiue prima gratia pendeat ſiue fuerit exequuta: quia dict. capitu. mandatum. ſe fundat ſuper grauamine ordinariorum. pro hoc facit capit. capitulum. de reſcript. vbi primo recepto excluditur ſecundus: licèt non appareat quòd ibi eſſet clauſula, ſi pro alio non ſcripſerimus. capit. ex
7 parte. de offic. delega. † & ideò quando Papa vult ſecundum recipi apponit clauſulam, non obſtante quòd pro alio ſcripſerimus. ſed eſt dubium ſi talis
8 clauſula, † non obſtāte quòd pro alio ſcripſerimus, ante dictionem incluſam, etiam, ſi pro alio ſcripſerimus, videatur contraria pragmaticæ ſanctioni, & an valeat iſto caſu ſecundum mandatum de prouidendo. Et in effectu gloſſ. in dict. §. item voluit. ſuper verbo, formã videtur tenere quod ſic. reſpectu collationis in qua eſt numerus quinquaginta beneficiorum: iuxta dict. ca. j. de colla. §. non tamẽ. in pragmati. ſanctio. nec eſt neceſſe aliter fieri mentionem de primis literis, quando apponitur clauſula, non obſtante quod pro alio ſcripſerimus. capi.
9 duobus. in fine de reſcrip. libr. vj. † Sed quid in literis legatis de latere an ſibi permittatur facere reſeruationem in aliqua eccleſia de beneficio vacaturo: iuxta capit. præſenti. de offic. lega. libr. vj. & in effectu gloſſ. in dict. §. item voluit. ſuper verbo, Romanus pontifex: tenet quod non, quia tales reſeruationes & expectatiuæ, etiam legatorum de latere ſunt prohibitæ per pragmaticam ſanctionem. dict. cap. j. de collatio. §. j. verſic. reſeruationes. Nam licèt permittatur Papæ prouidere per viã reſeruationis vel expectatiuæ de vno vel duobus beneficijs vacaturis: ſecundum numerum collationis beneficiorum prout ſupradictum fuit: non tamen eſt permiſſum iſto caſu legato de latere: quia ibi duntaxat, iſtã exceptio permittitur Papæ. & exceptio firmat regulã
10 in alijs. † Sed quid de iure communi ceſſante pragmatica ſanctione, an valeant ſecundæ literę in aliqua eccleſia non appoſita illa clauſula, nõ obſtãte ſi pro alio ſcripſerimus: & videretur dicendũ quod ſic: quia licèt non poſſet facere duas gratias pendente ſub eodem collatore: poterat tamẽ vna exequuta facere ſecundam, etiam nõ ponẽdo clauſulã, nõ obſtante quod pro alio ſcripſerimus. cap. præſenti. de offic. lega. libr. vj. licèt ibi non dicitur quod valeant ſecundæ literæ, non facta mentione de priori bus: vel ſecundum Panormit. in dict. ca. mandatũ. de reſcrip. in hoc fauetur legato, qui habet poteſtatem ordinariam & concurrẽtem cum quolibet ordinario collatere, vt nõ dicitur grauare eccleſiam: de quo an hoc ſit verum habetur per gloſſ. in dict. §. item voluit. ſuper verbo, formam. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper literis cuiuſdam mãdati apoſtolici, directi in eccleſia cathedrali Valentiæ vbi impetrãs petijt literas placitorias in curia Parlamenti Delphinalis. Et in dictis literis mandati apoſtolici erat poſita clauſula, non obſtante quòd pro alio ſcripſermus, fuit poſitum in deliberatione ſi talis clauſula in aliquo eſſet cõtraria pragmaticæ ſanctioni. & tandẽ fuerunt conceſſę literæ placitoriæ, dum tamen exequantur iuxta formã dictæ pragmaticæ ſanctionis & non aliter.

ARGVMENTVM.

Supponere vel extinguere beneficia vel officia eccleſiaſtica vel ſecularia eius ſit. Et vbi ſupprimuntur ſine gerentium culpa nomine penſandi ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Officia uel beneficia ſupprimere Papæ uel principis eſt.*
2 *Beneficia uel officia ubi reipublicæ cauſa ſupprimuntur quòd alia danda ſint.*
3 *Princeps qui rem priuati accipit etiam utilitatis reipublicæ cauſa quòd pretium priuato pendere teneatur.*
4 *Epiſcopus depoſitus ſine culpa, quòd largè penſandus ſit.*
5 *Dominus feudum uaſallo auferens etiam cum cauſa, ſine tamen uaſalli culpa, quòd aliud æquipolens dare teneatur.*
6 *Animaduertitur quandoquè in aliquem ſine culpa, non ſine cauſa.*
7 *Beneficio quem priuari non, niſi grauis culpa interuenerit, debere.*

Quæſtio CCCLXXXIII.

QVAERITVR ad quem pertinet authoritas ſupprimendi ſeu eſtinguendi beneficiũ eccleſiaſticum, vel officium temporale: & ſi eo caſu quo ſupprimitur ſine culpa, tamen ex cauſa vtilitatis reipublicæ debeat fieri condigna recompenſa-
1 tio. Et in effectu videtur: † quòd ad ſolum Papam vel principem ſpectat authoritas ſupprimendi & extinguendi dignitatem eccleſiaſticam vel temporalem. capitu. cùm acceſſante & capit. ex parte. de conſtitu. & capitu. fina. de verbor. ſignificatio. cum
2 ibi notatis. & in capitu. j. xxij. diſtinctio. † Sed quãdo princeps ſupprimit tale officium ſine culpa illius qui tenet tale beneficium, licèt hoc fiat ex cauſa vtilitatis reipublicæ: tunc iſto caſu debet dari bonum cambium: ſecundum Innocen. in capitu. niſi cum pridem. de renun. pro quo facit l. j. C. qubu. ex cau. ſerui. præmi. liber. accip. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. comm. prædi. l. ſi locus. §. cùm via. ff. quemadmo. ſeruit. amittatur. l. item ſi verberatum. §. j. ff. de rei vendica. l. Lucius. ff. de euictio. & l. fina. cum ibi notatis per Barto. ff. de pigno. acti. & per gloſſ. in cap. omnes leges. j. diſtinctio. cum ibi notatis per Præpo. Nec obſtat ſi dicatur quòd princeps poteſt auferre dominium rei priuatæ eius & l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcrip. ſic & Papa poteſt auferre

clerico beneficium, & Epiſcopum deponere: ſecundum glo. in capi. per principalem. ix. quæſt. iij. quia ad iſtud reſpondetur, quòd licèt princeps ſit dominus territorij fiſcalium: ſecus quoad dominũ priuatarum.† Et vbi vult aufferre pro vtilitate publica debet ſoluere pretium prout ſuprà dictum fuit:
4 ſecundum Archidiaco. in dict. capitu. per principalem.† Et licèt Papa poſsit deponere Epiſcopum de plenitudine poteſtatis: tamen vbi facit ſine culpa, debet dare bonam recompenſam: ſecundum Inno. in dict. ca. niſi cùm pridem. de renun. & Panormi-
5 ta. in dict. c. fin. dict. de confirma. vti. vel inutil.† Et ſecus eſt in feudo quando dominus ex aliqua cauſa rationabili abſq; tamen culpa vult auferre feudum: quia tunc tenetur dare aliud æquipolens feudum in quantitate & qualitate: ſecundum gloſſ. & Bal. in cap. j. § ad hoc. de pac. iura. firman. & idem videtur dicendum in beneficio & officio: quia æquiparantur: cùm feudum vel beneficium dicatur quędam beniuola actio gaudium tribuens. c. j. in quib. cau. feud. amittatur. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper literis Regis & Delphinalibus ſuppreſsionis & extinctionis officij iudicaturæ appellationum Delphinatus ad proſequutionem trium ſtatuũ præſentis patriæ pro vtilitate reipublicæ ad euitandum multiplicitatem iuſtitiarum, & vt appelletur immediatè ad curiam Parlamenti Delphinatus, & quia per priùs erant tres graffarij, quibus pertinebant officia graffariorum, etiam ex infeudatione principis cum homagio: & ideò pro recompenſa patria habuit ſoluere quinque millia ſcutorum auri ſolis, & pariter pro recompenſa officij iudicis ne remaneat deſtitutus auxilio, princeps ipſum creauit conſiliarium ſupernumerarium in curia Parlamenti, cum ſtipendijs tercentum librarũ turonẽſium, pro procuratore fiſcali dictę curię, aſſignauit xxx. libras turoneñ. annuas loco vadio-
9 rum. Adde† quòd multoties quis punitur ſine culpa. ſed non ſine cauſa. cap. ſi quis vxorem. xxxiiij. diſtinctio. ſecundum gloſſ. in capitu. ſatis peruerſum. lvj. diſtinctio. & in pragma. ſanctio. de elect. cap. ij.
7 §. veruntamen. & ibi gloſſ. ſuper verbo, reiecta.† nã nullus debet priuari beneficio ſine graui culpa. ca. inuentum. xvj. quæſtio. vij. aut ſaltem ſine cauſa prout ſuprà dictum fuit, & mediante recompenſa, quando non interuenit culpa. facit cap. ſine culpa. de regu. iur. libr. vj. facit capitu. quamuis vij. q. j. & gloſſ. in cap. ad ſupplicationem. de renuntia.

ARGVMENTVM.

De creatione Conſiliarij ſupernumerarij.

SVMMARIVM.

1 *Papa ſolius eſt ad uacantia beneficia ius dare.*
2 *Conſiliarij ſupernumerarij quòd in conſiliorum ordinariorum deficientium locum ſubrogati cenſentur.*
3 *Princeps ſucceſſori legem imponere non poteſt.*
4 *Doctiſsimus conſiliarius ſupernumerarius creatus, quòd nõ obſtãte ſtatuto quòd ſupernumerarij nõ admitterentur admittendus ſit.*
5 *Cõſiliarius ſupernumerarius ordinariorum numerũ nõ immutat nec ordinarijs præiudicat.*
6 *Canonicus ſupernumerarius, neque uocẽ in capitulo habet neque cotidianis diſtributionibus gaudet.*
7 *Canonicus ſupernumerarius aliorum priuilegijs non gaudet.*

Quæſtio CCCLXIIII.

QVAERITVR quando princeps creat aliquem conſiliarium ſupernumerarium in aliquo Parlamento cum expectatione primi officij conſiliarij ordinarij vacaturi cũ clauſula de plenitudine poteſtatis in altera parte literarum: an videatur ſufficienter derogatũ edicto Regio & Delphinali, per quod prohibetur creari tales cõſiliarij ſupernumerarij: & an talis creatio ſupernumeraria inducat votum captandæ mortis. Et in effectu de materia creationis canonicorum vel conſiliariorum: ſuper numerariorum cum plenitudine iuris & expectatiuę futuræ præbendæ: habetur in capit. relatum. cap. dilecto. & in capit. d. lectus. le ij. de prębend. & in capit. cùm M. Ferrarienſis. de conſtitu. & in capitu. ſi poſtquàm. & capi. ſi clericus. de præbend. lib. vj. & in pragmat. ſanctio. in titu. de colla. §. fina. & ibi per gloſſ. nec obſtat ſi dicatur quòd tales creationes ſupernumerariorum cum expectatione futuri officij vacaturi videantur inducere votum captandæ mortis. capit. deteſtanda. cap. ne captandæ. de conceſſ. præbend. libr. vj. quia ad iſtud
1 reſpõdetur,† quòd ſolus Papa poteſt dare ius ad beneficia vacatura. cap. ij. de præbend. libr. vj. & dicitur acquiri ius ad rem, & non in re, antequàm vacet, & acceptetur. capit. fina. eodem titu. cap. fin. de
2 conceſs. præbend. libr. vj. veruntamen † in officio tẽporali quãdo creantur aliqui conſiliarij ſupernumerarij tunc intelliguntur ſubrogati in locum alterius conſiliarij ordinarij deficientis: ſecundũ ordinem temporis creationis. l. vnicuique. C. de proxi. ſacro. ſcri. libr. xij. & ibi per gloſſ. Bartol. Ioann. de Pla. & ſic non attenditur ſi inducat votum captandæ mortis. vt ibi habetur: an autem tales ſupernumerarij debeãt habere vocẽ in capitulo, & cothidianas diſtributiones, notatur in dict. c. cùm M. de conſtit. & in dict. capit. relatum. & capi. dilectus. le ij. & capit. dilecto. de præbend. & per gloſſ. in pragma. ſanct. de colla. §. fin. & aliàs ſcripſi in volumine cauſarum eccleſiaſticarum, in tractatu priuilegiorum eccleſiæ cathedralis Beatæ mariæ virginis Grationopolis. Nec præmiſsis obſtat ſi dicatur, quòd in dubio princeps non videtur derogare ſtatutis vel conſuetudinibus alicuius eccleſiæ, vel collegij, quando habet certum numerum canonicorũ vel cõſiliorum cùm veriſimiliter habeat ignorare. capitu. j. de conſti. libr. vj. capit. conſtitutus. cùm ibi notatis de reſcript. quia ad iſtud reſpondetur quòd ſufficit ꝙ ſecundum priuilegium vel reſcriptum in ſe habeat voluntatem concedentis, quando princeps veriſimiliter derogaſſet: ſecundum Ioã. And. in nouella. in capitu. j. de exceſ. præla. libr. vj. maximè attenta clauſula de plenitudine poteſtatis, ibi adiecta. Præterea licèt per literas exactionis Regis Caroli octaui de quatuor cõſiliarijs dictæ curię caueatur per edictũ quòd abinde ceſſent conſiliarij ſu-
3 pernumerarij:† tamen non potuit imponere legem
4 ſucceſſori. capitu. fina. de reſcript. libr. vj.† & ũ etiam quando creatur aliquis ſupernumerarius valdè diſciplinatus & eminẽtis ſciẽtiæ, ſiue ſit extraneus, ſiue de patria debet admitti non obſtãte ſtatuto, ꝙ non admit-

non admittãtur ſupernumerarij.l.ſed & reprobari. §.amplius.ff.de excuſ.tuto.& ibi Barto.& Bald.& per gloſſ. Angel. Aretin. Iaſo.in.§.item Romę.inſti.de excuſa.tutor. Et præmiſſa faciunt ad queſtionẽ ſuper literis creationis officij cõſiliarij ſupernumerarij ſpectabilis domini Ioannis: Sic vtriuſque iuris doctoris nationis Aragonię ſeu Hiſpanię valdè diſciplinati & docti, qui per priùs erat iudex appellationum antequàm eius officium fuiſſet ſuppreſſum & extinctum, & ſic fuit priuatus ſine culpa, & ita non debet remanere deſtitutus, prout dictum fuit in quæſtione præcedenti. veruntamen curia ſuperceſsit ab interinatiõe dictarum literarum donec informato ſereniſsimo Rege domino noſtro Delphino moderno de dicto edicto Regis Caroli octaui, caſſationis dictorum cõſiliariorum ſupernumerariorum, & aliâs prout conſtat tenore dicti reſponſi, in manibus magiſtri Gulielmi Galliceti ſecretarij dictæ curię, de hoc præſenti anno domini milleſimo quigẽteſimo nono. die.ix.menſis Nouembris, licèt ex poſt facto dictus dominus hic obtinuerit literas ſecundas de iuſsionis, quæ fuerunt interinatæ dato ſibi intelligi citra præiudicium numeri & iurium conſiliariorum ordinariorum iuxta notata per gloſſ. & doctores in capitu.iij.de con
5 ſtitu.† quia quando recipitur ſupernumerarius authoritate ſuperiorum non rompitur numerus, nec fit præiudicium ordinarijs.cap.pro illorum de præbend.cum ibi notatis: ſecus ſi perciperetur.de authoritate capituli: quia contra venirent facto proprio .dict.c.cum M. Vtrum autem quãdo vacat officium cõſiliarij ordinarij ſeu canonicatus, debeat ſubrogari vnus alius in locum defuncti, an verò de ſupernumerario, & ſi ſint plures ſupernumerarij, quis debeat præferri: ſi primo receptus. habetur per Ioan.de Imol.in dict.capit.cum M.de conſtit.habetur etiam per dominos de Rota deciſio.j.ſub titu.de præbend.aliâs cccel.in nouis, incipiens. Si le-
6 gatus. vbi tenet † ꝙ canonicus ſupernumerarius nõ habet vocem in capitulo, nec recipit quotidianas diſtributiones, an aũt ſupnumerarius gaudeat priuilegio aliorum, habetur per Alex.de Imol.cõſil.clxxvij.in ij.volumine & Cardi. Florẽ.in clemẽ. fina.de præbend.in iiij.quæſtio.& ibi per Ioan. de Imol.& per gloſſ.in pragma.ſanctio.in tit.de colla.§.fina.in fine.& eſt caſus, quòd ſupernumerarius non gaudeat priuilegio aliorum, in l.non plures. C. de ſacro. ſanct.eccleſi. & ibi per Baldum & Alberic.

ARGVMENTVM.

Sal ne per Iſaram deuehatur nõnullis priuatis iuncto fiſco inſtantibus prohiberi poſsit.

SVMMARIVM

1 *Fluminum publicorum uſus omnibus nauigare uolentibus communis.*
2 *Flumina publica ſunt de regalijs.*
3 *Viæ publicæ uſus communis.*
4 *Via publica inpræſcriptibilis.*
5 *Vtilitas publica fiſci commodo quandoquè preponderanda.*

Quæſtio CCCLXXXV.

QVAERITVR an licitè poſsit prohiberi tiragium ſalis ſuper flumine publico Iſaræ ad inſtantiam aliquorum priuatorum iuncto fiſco propter intereſſe damni emergentis & lucri ceſſantis & diminutionem pedagij & gabellarum principis, & ſi debeat preponderari vtilitas publica commodo vel damno fiſci: dubium facit: quia vt prætenditur quando ſal vehitur per terram plura commoda eueniunt præſertim à villa de Romanis vſque ad ciuitatem de Grationopolis: quia certa pars populi viuit & negotiatur tenendo animalia pro conductu tiragij ſalis, & plures forenſes affluunt vti de patria Sabaudiæ, & apportant mercantias: & qui ſoluunt pedagia & gabellas domino noſtro Delphino, propter dictum tiragium ſalis per terram. Sed in contrarium facit ius commu-
1 ne: † quia vſus fluminum publicorum eſt communis omnibus nauigare volentibus. l.j.ff.vt in flumi.publi.nauiga.liceat.l.ſi fluminum.in princ.ff. de dam.infect.§.flumina.inſti.de rer.diui. Nã non eſt permiſſum ad inſtãtiã priuatorum prohiberi nauigationem: ſecundum Bartol.in dict.rubric.vt in flu.publico nauiga.liceat. licèt ſecus quando prohiberetur per principem aut alium habentem rega-
2 lia: ſecundum Bartol.ibi. Nec obſtat ſi dicatur † ꝙ flumina publica ſunt de regalijs.capitu.j.quæ ſint regalia, & ſic quod ſoli principi pertineat, niſi ex conceſsione principis eſſet permiſſum: ſecundum Bald.ibi, vel ex antiqua conſuetudinę.capitu. ſuper quibuſdam.§.præterea. de verbor.ſignifi. quia ad iſtud reſpondetur, quòd licèt proprietas fluminum publicorum nauigabiliũ pertineat principi: tamen vſus eſt communis.dict.l.fluminum.& §.flumina.pro quo facit l.quominus.ff.de flu.ſicuti dici
3 tur: † de via publica, quæ licèt ſit de regalijs: tamẽ
4 vſus eſt communis.dict.l.fluminum. † Nec poteſt prohiberi nec præſcribi aduerſus viam publicam.l. viam publicam.ff.de via publi.& maximè quando probatur libertas nauigandi ſuper flumine publico: & quòd afferat maiorem vtilitatem reipublicæ: quia habebitur meliùs forum ſalis, & in maiori habundantia quando fiet tiragium ſalis ſuper flumi
5 ne publico: & victura erit cum meliori foro, † & in caſu iſto debet præponderari vtilitas publica commodo fiſcali.l.j. § fina.C.de caduc.tollend.l. non dubito.C.de iur.fiſc.iuxta nota. per Bartol.& cæteros in l.j ff.ſoluto.matrimo. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper interinatione literarum Regiarum & Delphinalium conceſſarum per dominum noſtrum Delphinum ad inſtantiam trium ſtatuũ præſentis patriæ ſuper libertate conceſſa ſubditis pręſentis patrię vehendi & cõduci ſal & aliâs, mercantias ſuper flumine publico Iſaræ & aliâs prout conſtat proceſſu diffinito de hoc præſenti anno domini milleſimo quigẽteſimo nono, die xv. menſis Nouembris. in manibus magiſtri Ioannis Ventoleti ſecretarij dictæ cauſæ.

ARGVMENTVM.

Molendina in publico flumine conſtruere principe inconſulto an licitum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Flumina publica proprietatis reſpectu regalia ſunt, & principi pertinent.*
2 *Fluminis uſus publicus.*

3 *Molendinũ in publico flumine etiam nõ nauigabili an quã do & quomodò conſtruere liceat.*
4 *In molendinis conſtruendis in flumine publico mos & libertas patriæ attendendæ ſunt.*
5 *Barones & banncreti molendina conſtruendi in publicis fluminibus facultatem impartiri poſſunt.*

Quæſtio CCCLXXXVI.

QVAERITVR an ſit licitũ in flumine publico nauigabili cũſtruere molendina in nauibus ſine licentia principis, vel alterius haben
1 tis iura regalium. Dubiũ facit: † quia flumina publica quoad proprietatem ſunt regalia & ſoli principi pertinent. capit. j. quę ſint regalia. l. fluminum. in princip. ff. de damno infecto. & plenius fuit tactum in quæſtione præcedenti. Sed in contrarium
2 facit: quia licèt proprietas fluminũ ſit priuata: † tamen vſus eſt commnnis cuilibet de populo. dict. l. fluminum. & §. flumina. inſti. de rer. diui. & maximè quando per conſtructionem molendinorum nõ impeditur nauigatio fluminis: aliàs eſſet opus authoritate principis. l. quominùs. ff. de flumi. l. ij. §. meritò. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in flum. publi. veruntamen ſecundm Paul. de Caſtr. in d. l. fluminum. in prin. ex quo proprietas fluminis non
3 eſt communis, † non eſt licitum in flumine publico etiam non nauigabili ædificare molendinum, quando ædificium tangit ſolum, ſeu alueum, ſine authoritate principis: ſecus ſi ædificium non tangeret ſolum, ſeu alueum vt ex confectione nauium: quia tũc poſſet fieri ſine authoritate principis: quia ſolummodò vtitur aqua, & vſus eſt communis, & conceditur occupanti niſi tenderet ad præiudicium alterius. De qua materia etiam habetur per Barto. in d. l. quominùs. in xviij. q. & ibi per Iaſon.
4 Attamen † etiam in talibus attenditur conſuetudo & libertas patriæ, vbi Barones & bandareti patriæ habent merum mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionẽ in eorum territorijs & Regalias, & faciunt viſitare vias publicas, & itinera publica. faciunt notat. per Barto. in d. l. quominùs.
5 in j. & ij. quæſtio. † Et ideò quando flumina publica tranſeunt per eorum territoriũ poſſunt abbergare facultatẽ aquagij & conſtruendi molendina faciunt notata per Cœpo. in tractatu ſeruitu. in titu. de flumi. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper molendinis de nouo conſtructis per nobilem Aymarum de Columberia theſaurarium Delphinalẽ ſuper riparia fluminis publici Iſaræ ex albergamento facto in camera computorum Delphinalis ſub certo annuo ſenſu, & hoc infrà limites territorij Grationopolis, & dum vellet excedere dictas limites infrà mandamentum monaſterij Montisfloruti pro conſtruendo quædam alia molendina ibi dictum monaſterium ſe oppoſuit, quoniam intendit dictum monaſterium conſtruere molendina in frà limites eorum territorij ſuper riparia dictę Iſaræ. Et ideò obtinuit prouiſionem contra dictum de Columberia. Et pro hoc etiam facit: quia in hac patria decurſus aquarum pertinent dominis locorum, & poſſunt albergare.

ARGVMENTVM.

De iuramento ſuppletiuo, an & quando in defectum probationis deferatur.

SVMMARIVM.

1 *Remedijs ſuperfluis in iudicijs non utendum.*
2 *Iuramento ſuppletiuo non eſt opus, quando actor intentionem ſuam plenè probauit: nec in contrarium conſuetudo ualet.*
3 *Iuramentum ſuppletiuum peti poteſt ante publicationem teſtium, ubi actor de ſuæ intentionis probatione dubitaret.*
4 *Quid ſi teſtes ſuper diuerſis ſpeciebus deponerent, an ſi & quatenùs expediat peti poßit.*
5 *Iuramenti ſuppletiui delationi non eſt locus quando teſtes ſunt omninò ſingulares.*
6 *Iuramentum ſuppletiuum quando deferendum.*

Quæſtio CCCLXXXVII.

QVAERITVR quando actor vel reus iuſtificauit plenè intentionem ſuã per duos teſtes, licèt dubitet fuiſſe minùs iuſtificatum, & petat iuramentum ſuppletiuum deferri, iuramentum ſuppletiuum an ſit neceſſariò deferendum: & quãdo ſit deferendum tale iuramentum: & de modò petendi, & quando teſtes ſunt ſingulares, an ſit deferendum tale iuramentum. Et in effectu dubium fa
1 cit: † quia in iudicijs non eſt vtendum ſuperfluis remedijs. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt lega. no. ca. & pro hoc videtur caſus in capit. ſicut. de proba. vbi
2 habetur, † quòd quãdo actor plenè iuſtificauit intẽtionem ſuam non eſt opus delatione iuramẽti, nec
3 valet conſuetudo in contrariũ: vt ibi habetur: † veruntamen vbi actor probabiliter dubitaret an plenè iuſtificauerit intentionem ſuam vti ante publicationem teſtiũ poteſt tunc petere deferri iuramentum: ſecundum Bald. in dict. c. ſicut. vel ſecundum
4 Salyc. ibi, † poſſet peti iuramentum deferri conditionaliter ſi & quatenùs expediat, vel quando teſtes deponerent ſuper diuerſis ſpeciebus probationum: vt quia vnus teſtis deponeret ſuper negotio princiqali, & duo teſtes de confeſſione extraiudiciali in præſentia partis: quia adminiculantur. cap. ſi. de ſucceſ. ab inteſta. Et iſtq caſu poſſet peti iuramentum ſuppletiuum deferri: quia tendunt ad eundem finẽ. l. qui ſetentiam. C. de pœn. ſecũdum Bal.
5 in rubr. de contro. inueſti. † ſecus ſi teſtes eſſent omninò ſingulares: quia tunc nõ eſſet locus delationi iuramenti ſuppletiui: ſecundum Bald. ibi, & in hoc magis nocet pluralitas plurium teſtium ſingularium, quã ſi eſſet vnus ſolus teſtis de negotio principali: quia tunc faceret ſemiplenam probationem l. Theopumpus. ff. de dot. prælega. & eſſet locus delationi iuramenti ſuppletiui: ſecundum gloſſ. communiter approbatam. in l. admonendi. ff. de iureiurand. & in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. faciunt notata in capit. licèt. de proba. & per Bald. in l. iuriſiurandi. C. de teſti. Sed quomodò debeat peti iuramentum ſuppletiuum, & an licitè poſſit ſibi peti deferri dictum iuramentum ſuppletiuum, an verò debeat peti iuramentum ſuppletiuum illi cui deferri iure ſit deferendũ, habetur per Bartol. & Iaſon. in dict. l. admonendi. circa finem. & per Salyc. in dict.
6 l. in bonæ fidei. † Veruntamen dictum iuramentũ ſuppletiuum debet deferri poſt concluſionem, in cauſa, vel in ipſa ſententia. l. generaliter. in prin. C. de reb. credi. de quo per doct. in dict. l. admonendi. & in dict. l. in bonæ fidei.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Sententia diffinitiua quid cótinere debeat: Declaratoria an condénationis vimhabeat: & quid ſi in ſententia truncata oratio interueneꝛit.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam diffinitiuam abſolutionem vel condemnationem continere debere regulare.*

2 *Sententia declaratoria debiti valet etiam in criminali, & cauſa appellationis.*

3 *Quid ſi in ſententia omiſſum ſit verb. condemno, vel abſoluo, aut alia ſimilia nonnè ex hijs quæ præceſſere & ſequuta ſunt ſuppleri queant. & nu. nu. ſequen.*

5 *Sententia condemnationis expenſarum eſt interlocutoria, in qua ſcriptura non requiritur.*

6 *Oratio truncata in contractibus quòd contractum vitiet.*

Quæſtio CCCLXXXVIII.

QVAERITVR an ſententia diffinitiua debeat continere condemnationem vel abſolutionem aut æquipolens, & ſi ſententia declaratoria habeat vim condemnationis, ſiue in ciuili ſiue in criminali: & quid iuris quando in ſententia apponitur oratio truncata, vbi deficit aliquod verbum, an debeat ſuppleri ex ſequentibus, an verò ſententia dicatur nulla, & quid iuris in condemnatione expenſarum, an ſit interlocutoria, vel diffi-
1 nitiua. † Et in effectu regulariter ſententia diffinitiua debet continere abſolutionem vel condemnationem l. j. ff. de re iudi. l. præſes. C. de ſent. & interlo. omnium iudi. licèt ſufficiat quòd ſententia contineat verbum æquipolens. l. in ſumma ff. de re iu-
2 di. † & ideò valeret ſententia declaratoria debiti. l. ſi prætor. in princip. ff. de iudi. & idem in criminali, quando eſſet pœna ordinaria. l. j. in princip. & ibi Bartol. ff. ad turpil. & idem in cauſa appellationis: quia ſufficit quòd iudex pronunciet benè appellatum vel malè appellatum, aut per æquipolés. l. eos.
3 in princip. C. de appella. † Sed quando in ſententia apponitur oratio truncata, vt quia deficit verbum condemno, vel abſoluo, an dicatur nulla. Et prima facie videretur dicendum quòd non, ſed quòd debeat ſuppleri verbum, condemno, vel abſoluo, reſpectiuè, ſicuti in vltima voluntate dicitur. l. j. §. ſi autẽ. ff. de hæred. inſti. l. cùm pater. §. cũ in perfecta. ff. de lega. ij. l. verbum volo. C. de fideicom. & maximè quando ex præcedentibus poteſt apparere de mente iuris, quod voluerit condemnare vel abſoluere, faciunt notata per gloſſ. in capitu. cùm venerabilis. de rel. domi. & iſtam partem tenet Barto. in dict. l. j. §. ſi autem. & vt potiùs actus valeat, quàm pereat. l. quotiens. ff. de verbor. obliga. & ita etiam tenet Pau. de Caſt. in d. §. ſi autem. & iſta pars videtur æquior: ſecundum Alexa. de Imol. in addi. ad
4 Barto. ibi. † Sed in contrarium tenet idem Bartol. in dict. l. præſes. videlicet quòd ſententia dicatur nulla, quando deficit verbum condemno, vel abſoluo, aut æquipolens: quia ſententia eſt ſtricti iuris & odioſa, quando eſt condemnatoria, & ſic nõ debet ſuppleri: quia in dubio potiùs deberet interpretari abſolutoria quàm condemnatoria. l. Arrianus. ff. de acti. & oblig. l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. nam odia debent reſtringi, & fauores ampliari. c. odia. de regu. iur. libr. vj. l. cùm quidam. ff. de libe. & poſtu. & ita refert Barto. in dict. l. præſes. fuiſſe iudicatum, & ibi ponit plura exẽpla, vti quando iudex abſoluit reum à petitis victũ victori in expenſis, & omittitur verbum, condemnando, quia iſtó caſu non debet ſuppleri verbum condemno: quia in præcedentibus non fit mentio de verbo, cõdemno: ſecus ſi in præcedentibus fuiſſet facta mentio de verbo, condemno: quia tunc in ſequentibus poſſet fieri repetitio. l. in repetendis. ff. de leg. iij. ſecundum Bartolũ in dict. l. præſes. & iſtam partem quòd ſententia ſit nulla, quando omittitur verbũ, condemno, vel abſoluo, tenet Bartol. in l. errore. C. de teſta. circa finem. & idem tenent Bal. & Ang. in dict. l. j. §. ſi autem. ff. de hæredi. inſtitu. Nec obſtat dict. §. ſi autem & dict. l. verbum volo. quia loquuntur in vltimis voluntatibus vbi fit plenior interpretatio. l. in teſtamentis. ff. de regu. iur. ſecundum Bart. in dict. l. præſes. & Bald. & Ange. in dict. l. ſi autem. & ibi refert Ange. quòd aliàs fuit iudicatum Peruſij: & ſecundum Ioann. de Imol. ibi iſta pars fortè ſeruaretur in practica cùm ſit communis: quia in iudicijs vbi requiritur ſcriptura, error notarij non excuſaret: ſecundum Cy. in l. ambiguitates. C. de teſtamen. licèt in ſententia quando aliquid omittitur eſſet imputandum iudici: qui debet ferre ſentẽtiã ſcripto. l. ij. & fi. C. de ſentent. ex breuicul. recit. ſecundum Ioann. de Imol. in d. dict. §. ſi autem. & in l. iudex poſtquam. ff. de re iudi. Nec obſtat præmiſſis ſi dicatur quòd in ſententia condemnationis expenſarum, ſi omittatur aliquod verbum, non de-
5 bet vitiari ſententia: † quia eſt interlocutoria: iuxta nota. per gloſſ. in l. quod iuſsit. ff. de re iudic. & quòd in interlocutoria nõ requiritur ſcriptura. iuxta ea quæ habentur per Ioã. & Bartol. in l. ij. ff. de appella. & per gloſſ. in capit. fina. de re iudi. l. br. vj. Quia ad iſtud reſpõdetur, quòd quando fit cõdemnatio expenſarum cum ſententia diffinitiua, debet ſortiri effectum: ſecundum naturam diffinitiuæ: quia acceſſorium ſequitur naturam principalis. ca. acceſſorium. de regu. iur. libr. vj. l. eos. C. de vſur. ſecundum Angelũ in l. Paulus. j. ff. de re iud. ca licèt Ioan. de Imol. ibi, aliter videatur ſent re & in d. dict. l. iudex poſtquàm. de quo per Alexand. de Imol. in dict. l. quod iuſsit. ff. de re iudi. & per docto. in l. patris & fil. j. ff. de vulga. & pupil. & per Alexand. & Iaſon. in d. dict. l. errore. C. de teſta. & maximè redditur ſententia nulla, quando omittũtur plura verba: iuxta notata per gloſſ. §. ſi autem. pro quo etiam fa-
6 cit: ſecundum Ang. ibi, † quia in contractibus oratio truncata, quando deficit aliquod verbum, habet vitiare contractum: auth. ſi quando. C. de conſti. pecu. ergo idem in ſententia, quæ eſt ſtricti iuris: & in iudicijs quaſi contrahitur. l. iij. §. idem ſcribit. ff. de pact. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa appellationis Petri Nolis alias Iaquerij Lathomi appellantis, & Iacobi Guerci appellati actoris originarij: quia in prima inſtantia locum tenens iudicis curiæ communis Gratianopolis, primò detulit iuramentum ſuppletiuum dicto Guerci actori: deinde in eius ſententia diffinitiua pronunciauit & declarauit petita per dictũ actorem cum expenſis, & fuit omiſſum fieri debere, vel fieri non debere. & ideò quia per acta apparebat quòd dictus actor ſufficienter iuſtificauerat eius intentio-

nem in prima inſtantiæ: ideò fuit concluſum, per
dominos curiæ, in dicta cauſa appellationis, quod
reformaretur ſententia primi iudicis. quod dict.
Nalis aliâs Iaquetij condemnaretur ad petita per
dictum Guerci actorem. Sed quoad expenſas ſi de-
beant compenſari hinc inde fuit concluſum quòd
conpenſentur.

ARGVMEMTVM.

Reintegrandæ remediũ an pro iuriſdictionis exer-
citij actu detur: & quid de ſtatuto, Si quis per li-
teras.

SVMMARIVM

1 *Poſſeſſoria remedia nedum locum ſibi uendicant in iuriſdi-
tionis actu. ſed & in alijs iuribus incorporalibus.*

2 *Iura incorporalia quando & quomodò poßi. deri dicãtur.*

3 *Imperium merum, quod præſcribi poßit etiam ſine ſcien-
tia illius contra quem præſcribitur.*

4 *Remedium ſtat. Si quis per literas, an pro iuribus incorpo
ralibus detur.*

5 *Itinera & uiæ ſi in territorio alterius uiſitentur & regu
lentur: an actus ille eiectionis uel turbationis dicatur.*

7 *Iuriſdictionem in alieno territorio exercere uetitum.*

7 *Spoliatus quòd litigare non debeat, quando procedat, &
quando non, & an tertius admittatur.*

8 *Remedio ſtat. Si quis per literas an contra fiſcum locus ſit
cum pœnale ſit, & econtrà.*

Quæſtio CCCLXXXIX.

QVAERITVR an pro actu exercitij iuriſ
dictionis poſsit intentari remedium reinte-
grandæ poſſeſsionis, & ſi in tali acquiſitione poſ-
ſeſsionis requiratur ſcientia & patientia aduerſa-
rij. Et qui per actum viſitationis & regulationis iti
nerum & viarum publicarum in abſentia partis di
catur fieri eiectio, an verò dicatur turbatio: & ſi ſta
tutum, ſi quis per literas. habeat locum, & ſi debeãt
teſtes repeti parte vocata, quando pars citatur:
& an tertius admittatur ad impediendum reinte-
grationem: & ſi dictum ſtatutum habeat locum de
vaſallo ad dominum: quia dominus interuenit in
1 cauſa. Et in effectu † etiam pro actu iuriſdictionis
& alijs iuribus incorporalibus habent locum re-
media poſſeſſoria. capit. licèt. de proba. l. iij. §. vnde
vi. ff. de vi & vi arma. & ibi per gloſſ. & Barto. & in
l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. & per gloſſ. in l. ſi
quis in tantam. C. vnde vi. & per Specul. in titul. de
reſtitu. ſpolia. Nec obſtat ſi dicatur quòd res corpo
rales & non incorporales dicũtur poſsideri. l. ſi ſer-
uus. §. incorporales. ff. de acqui. rer. domi. l. j. in prin
cip. ff. de acqui. poſſ. quia illud verum propriè acci-
piendo poſſeſsionem quaſi pedum poſitionem.
2 Sed impropriè † etiam dicitur poſſeſsio in iuribus
incorporalibus: vbi ſcientia & patientia habetur
loco traditionis. l. quotiens. ff. de ſerui. & hîc etiam
tenet gloſſ. in dict. §. incorporales. C. ſi ego. §. j. ff. de
publi. l. iij. §. dare. ff. de vſufruct. & iſto caſu requiri
tur ſcientia & patientia illius qui poſſet contradi-
cere. l. ij. C. de ſerui. & aqua. & per Inno. & Panor.
in c. bonæ. le ij. de poſtu. præla. & in ca. ij. de in inte
grũ reſtit. & in c. cũ eccleſia. de cau. poſſ. & propriè
quia requiritur ſcientia quæ per præſens erat in poſ
ſeſsione, & hoc videtur tenere Bart. in l. j. §. deniq;.
ff. de aqua plu. arcend. aut ſaltẽ requiritur ſcientia
iudicis & officiariorũ loci: ſecundũ Bart. in l. ſi pu-
blicã. §. in omnibus vectigalibus. ff. de public. & ve
ctigal. & hoc tenet Alexã. conſ. xvj. licet Bal. in c. j.
3 quæ ſint regal. teneat † quòd bene poteſt præſcribi
merũ imperiũ vel iuriſdictio abſq; ſcientia illius cõ
tra quẽ præſcribitur, dũ tamen præſcribatur per tẽ-
pus hominũ memoriam excedens, de quo habet tex
per Salyc. in l. vectigalia. C. noua vectig. impo. Sed
præmiſſa procedunt in ſubſcriptione: ſed quoad re
mediũ poſſeſſoriũ, benè habet locũ etiam ſi nõ pro
betur ſcientia aduerſarij: ſecundũ Bart. in l. j. §. hoc
4 interdicto. ff. de itiner. actu priua. & † quia in iſtis
iuribus incorporalibus habeat etiã locũ d. ſtatutũ,
ſi quis per literas. tenet d. Guid. Pap. in cõmento. di
5 cti ſtatuti ſuper verbo, vel quaſi. † Sed quãdo fit vi
ſitatio & relegatio itinerũ, & viarũ publicarũ infrà
territoriũ limitatũ alterius, an dicatur eiectio, vel
turbatio. Dubiũ facit propter l. vim facit. ff. de vi. &
vi arma. quia talis actus potiùs impedit libertatem
poſsidẽdi quã eiectionẽ vt ibi habetur, & per d. Gui.
Pap. in d. cõmento ſuper dicto ſtatuto, ſuper verbo,
vel quaſi. & maximè in feudo ſeu vaſallo, qui ha-
bet ſolũ vtile dominiũ & naturalẽ poſſeſsionẽ. ca. j.
de inueſti. de re alie. fa. & dominus habet directum
dominiũ & poſſeſsionẽ ciuilẽ, vt ibi habetur, & in
l. malè agitur. C. de præſcrip. xxx. vel. xl. annor. & in
l. iij. §. ecõtrariò. & l. naturaliter. in princ. ff. de acq.
poſſ. Sed in contrariũ facit l. finalis. ff. de iuriſdi.
omni. iudi. & l. diuus. pius. ff. de ſerui. ruſti. prædi. &
6 l. pupillus. §. territoriũ. ff. de verb. ſigni. † quia pro-
hibitũ eſt execercere iuriſditionẽ in alieno territo-
rio. l. iij. ff. de offi. præſi. verũtamẽ ex quo iudex inci
pit vocare partẽ in materia dicti ſtatuti: tũc pars de
bet audiri: quia omnis citatus eſt audiẽdus: ſecũdũ
Bal. in l. fi. C. de edi. diui. Adri. facit cle. ſæpè. § ſi ta-
mẽ. de verb. ſigni. & quod habetur per d. Gui. Pap.
in dicto ſtatuto, ſuper verbo, etiã abſq; vocatione.
7 Nec obſtat præmiſsis ſi dicatur, ꝙ † quis nõ debet li
tigare ſpoliatus. c. frequẽs. de reſti. ſpol. li. vj. & c. ij.
& c. ſuper ſpoliationẽ. de ordi. cogni. & c. in literis.
de reſti. ſpolia. & in l. ſi quis à ſe fundum. C. ad leg.
Iuliã. de vi. Quia ad iſtud reſpõdetur, ꝙ hoc verum
vbi proceditur via ſtatuti abſq; vocatione partis,
ſed vbi proceditur via ordinaria, debẽt repeti teſtes
parte vocata: iuxta nota. per Bart. in ſimili in l. fi. ff.
de quæſti. & iſto caſu etiã tertius admitteretur ad
impediẽdũ reintegrationẽ ratione dominij ſeu iu-
ris ſui. l. bona fides. ff. depo. ſecũdũ gl. in d. c. in lite-
ris. de reſti. ſpol. & per Bar. in l. ſi quis cõductiõis ti.
C. loca. & d. Gui. Pap. in dicto ſtatuto, ſuper verbo,
omni allegatione. & ſuper verbo, clãdeſtinè: ſecus
ſi procederetur per viã dicti ſtatuti abſq; vocatione
partis, vt ibi habetur. Et licèt lite pẽdente quãdo cõ
tẽditur de poſſeſsione iudex poſsit dare ordinẽ lite
pẽdente ad obuiandũ ſcãdalo, vt quis gaudeat cõ-
modo poſſeſsionis. l. æquiſsimum. ff. de vſufructu.
hoc verũ vbi appparet ſummariè per informatio-
nes ſumptas parte vocata de poſſeſsiõe. l. ſi ſeruis.
C. quod cum eo. & ibi per Salyce. Pau. de Caſtr. &
per Bald. in l. ordinarij iuris. de rei vendi. præterea
8 poſſet dubitari, † an contra fiſcum poſſet intenta-
ri dictũ ſtatutũ, ſi quis per literas, cũ ſit pœnale: &
ecõtrà. an detur contra vaſallũ, qui non poteſt intẽ
tare actionẽ famoſam contra dominũ, per ea quæ
habentur in c. j. §. itẽ ſi debitor. quæ fuit prima cau
ſa bene

ſa benefic. & per Bal. in c. j. in fi. de mili. vaſa. qui cõtumax eſt, & Panor. in c. cæterũ. de iudi. de hac materia aliâs tetigi in j. volumine cauſarũ arduarum in tractatu dicti ſtatuti, ſi quis per literas. circa fin. voluminis. q. xlij. Et præmiſſa faciũt ad quæſtionẽ ſuper cauſa ſupplicatiõis ſtatuti, ſi quis per literas. magnifici dñi Caſſenatici contra Ioanẽ Placiterij & certos alios particulares Valẽtiæ, qui viſitauerũt & regulauerũt itinera publica in certa parte territorij & mãdamẽti Montiſlerij dicti dñi. Caſſenatici: & ſumptis informationbus, & viſis fuit decretũ citari partẽ in qua cauſa interuenit Reuerẽdus dominus Epiſcopus Valẽtinẽſis de cuius feudo & homagio mouetur dictũ caſtrũ & territoriũ Mõtiſlerij, & aſſunpſit in ſe cauſam pro d. Plauterij & cõſortibus, & fuit ordinatũ repeti teſtes parte vocata, & quòd partes hinc inde dicẽt, & alias prout pleniùs conſtat actis in manibus Actuarij ſecretarij cauſæ.

ARGVMEMTVM.

De reſcripto abolitionis poſt ſententiam.

SVMMARIVM

1 *Reſcriptũ poſt rẽ iudicatã impetrari prohibitũ regulare.*
2 *Officio priuatus propter delictũ commiſſum in d. officio ꝙ ad illud reſtitui etiã per principis reſcriptũ non debeat.*
3 *Abolitio generalis ꝙ in dubio de falſi crimẽ nõ ſe extẽdat.*
4 *Proprætor ſeu Gubernator Delphinalis an ſententijs curiæ reſcriptis derogare poſsit.*

Quæſtio CCCXCI.

QVAERITVR an valeat reſcriptũ per quod derogatur ſentẽtiæ quæ trãſiuit in rẽ iudicatã, ſiue in re ciuili, ſiue criminali: & an ſufficiat reſcriptũ locũtenẽtis principis ad raebilitandũ per ſonã cõdemnatã de crimine falſæ monetæ ratione abuſus perpetrati in ligua & pondere. & ſi poſsit
1 promoueri ad aliud officiũ. Et in effectu † regulariter poſt rem iudicatã prohibetur reſcriptũ impetrari. l. cauſas. C. de tranſac. l. fi. C. ſentẽt. reſcin. nõ poſſe. ex quo lis eſt finita tranſactione, vel ſentẽtia: vt ibi habetur, niſi expreſsè & ſpecialiter ſentẽtiæ derogetur per reſcriptũ principis: ſecundũ gl. in d. l. fi. & maximè in cauſa criminali eſt reſeruatũ ſoli principi quod poſsit augere vel minuere pœnã poſt ſententiã latã. l. acta. §. de amplicẽda. ff. de re iudi. & iſto caſu requiritur ſpecialis clauſula derogatoria non obſtãte tali lege: ſecundũ glo. ibi & pro hoc facit l. j. §. de qua. ff. de poſtu. & l. j. §. fi. ff. de quæſt. & l. relegati. in prin. & l. diui. ff. de pœn. † Verũtamẽ ex quo
2 quis deliquit in officio & fuit cõdẽnatus nõ debet redire ad idẽ officiũ etiã per reſcriptũ principis. l. ſi aliquid. C. ſuſceptoribus. lib. x. & ibi per glo. Bart. & Io. de Pla. l. iudices. C. de digni. lib. xij. niſi expreſſè & ſpecialiter derogaretur dictis iuribus: ſecũdũ glo. & doct. in d. l. ſi quis ex argẽtarijs. §. cogẽtur. ff. de edend. & licèt quis delinquat extra officiũ: tamẽ ſi per hoc irrogetur infamia prohibetur exercere officia dignitatẽ importãtia, vti in banco curiæ: ſecũdũ Bart. in l. iij. §. eadẽ. l. ff. ad leg. Pecul. & maximè
3 in crimine falſi † vbi in dubiò generalis abolitio non ſe extendit ſecundum Bartolum in l. Lucius. ff. ad Turpi. & licèt in poteſtate domini Gubernatoris, præſentis patriæ ſolũ reſeruãtur tres caſus dño noſtro Delphino in quibus nõ ſe extendit poteſtas dñi Gubernatoris: videlicet crimẽ læſæ maieſtatis, alienatio patrimonij, & collationis officiorũ curiæ ita ꝙ exceptio debeat firmare regulã in alijs. l. j. ff. de regu. iu. & maximè quãdo poſt enumerationẽ certorũ caſuũ ſpecialiũ ĩ quibus requiritur ſpeciale mandatũ, ſubſequitur clauſula generalis. ca. qui ad agendũ. de procura. lib. vj. iuxt. nota. per Bald. in l. aliquando. ff. de offic. proconſ. & lega. in
4 xv. quæſt. † veruntamen poſſet dubitari de ſententijs curiæ an dominus Gubernator poſſet concedere reſcriptum, & derogare ſententijs curiæ quia: ſententiæ curiæ intitulãtur ſub nomine domini Gubernatoris: & quia requiritur ſpeciale reſcriptum principis: & de hac materia aliquid tetigi ſuprà q. cclx. & etiam in j. volu. cauſarum arduarum, in tracta. reuiſionis ſententiarum. in iij. & iiij. q. & etiam in ij. volumi. cauſarum mixtarum in tractatu officiorũ in tertia & quarta. q. Et præmiſſa faciũt ad quæſtionem ſuper interinatione literarum domini Gubernatoris conceſſarum nobili Bernardino de Ruuihaſco, prętextu officij caſtellanię Sanzeti: quia per priùs fuerat cõdemnatus in officio monetæ: attamen fuerunt interinatæ per curiam citra cõſequentiam in manibus Ventoleti: relinquo cogitandum.

ARGVMENTVM.

Monaſteria religioſorum an ſint exempta à viſitatione diœceſanorum, & procuratione.

SVMMARIVM.

1 *Monaſteria habẽtia curã animarũ ratiõe ipſius populi ſubſunt Epiſcopo quoad legem diœceſanam. ſecus quoad legem correctionis.*

Quæſtio CCCXCI.

QVAERITVR an monaſteria religioſorũ ſint exẽpta à viſitatione diœceſanorũ, & procuratiõe, ſeu cõtributiõe expẽſę. Dubiũ facit, quia monaſteria ſunt exẽpta à lege diœceſana. c. quã ſit xviij. q. in c. j. de ſtat. mona. ca. dilectus. de offi. ordi. & ita videtur, ꝙ nõ debeant cõtribuere in expenſa viſitationis: quia iura legis diœceſanæ conſiſtũt in dãdo, ſeu recipiẽdo: & ſic debẽt dici exempta: iuxt. not. per glo. in ſumma. x. q. j. & in d. c. dilectus. Sed in cõtrariũ facit c. cõcedẽtes. de præſcrip. ſopite. de cẽſibus, c. abbates. xviij. q ij. c. cũ venerabilis. de religio. domi. & maximè quando talia monaſteria habẽt populũ: quia tũc ſubſunt † Epiſcopo ratiõe po- 1
puli et quoad legẽ diœceſana. c. Eleuterius. xviij. q ij. ſecũdũ gl. in c. j. de ſtat. mona & tenẽtur tũc ire ad ſynodũ. c. cõquerente. de offi. ordi. Sed ſi habeãt curã populi, ſeu animarũ regi ſolitã per vicariũ. ca. j. de capel. mona. lib. vj. & in c. de monachis. de præbẽd. iſto caſu videretur ratio diuerſa. verũtñ quoad legẽ iuriſdictionis, vel correctionis monaſteria ſubijciũtur Epiſcopo: vt notat. in d. c. dilectus. & c. quãtò. de offi. ordi. Et pręmiſſa faciũt ad quęſtionẽ ſuper ſupplicatiõe fratris Claudij de Collãtio prioris ſancti Iuliani de Ruyuaco, qui ſe prætendit in poſſeſsiõe, ſeu quaſi libertatis nõ cõtribuẽdi in expenſa viſitationis, & procurationis Reuerẽdi domini Epiſcopi Valentiæ quãdo viſitat dictũ priora tũ: licèt ius cõe faceret cõtra ipſum, niſi appareret de priuilegio exẽptionis d. c. accedentes. nã aduerſus ius viſitatiõis, & procurationis ſuperioris nõ currit præſcriptio. d. c. accedẽtes. & c. cũ officij. de præſcrip. nec reuocantur attentata, quãdo fuit appellatum à viſitatione & procuratione, donec facta fide de exceptiõe: quia ius cõmune reſiſtit: ſecũdũ do. dt Rota. in no. deci. ccxxviij. faciũt no. per Io. Io. And. in nouella. in c. ſolet. de ſent. excõ. li. vj. & licèt genererale mãdatũ Papę, quod dirigitur Epiſcopo

ſuper correctione ſubditorũ:nõ ſe extẽdat ad exemptos. ca.graue.de offi.ordi.tamẽ beneficia exẽptorũ dicuntur eſſe infrà diœceſim. & ideò ſi Papa cõcedat Epiſcopo indulgẽtiã percipiendi fructus primi anni beneficiorũ vacãtiũ infrà eius diœceſim cõprẹhendet etiã beneficia exemptorũ:ſecundum Io. And.in c.ſi propter.de reſcript. lib.vj.in nouella.& Panormita.in dict.c.graue.

ARGVMENTVM.

Appellari an & quãdo liceat ab executione inſtrumenti guarentigiati,quod ex forma ſtatuti habet executionem paratam : & an ſententia ſuper eo ſit diffinitiua vel interlocutoria habens vim diffinitiuæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellare ab executione facti non licet,niſi modus excedatur,vel iudex pronunciet ſententiam eſſe exequendam.*

2 *Confirmatio electionis quando in ea nullus compareat, an habet uim interlocutoriæ,an uerò diffinitiuæ.*

3 *Sententiæ duæ diffinitiuæ nõ poſſunt ferri ſuper eadem re.*

4 *Sententia diffinitiua dupliciter conſideratur.*

5 *Sententia lata ſi iudex pronunciet eſſe exequendam,cauſa in appellatione eſt inſeranda.*

6 *Appellare an & quando liceat ab interlocutoria habente uim diffinitiuæ.*

Quæſtio CCCXCII.

QVAERITVR an ſententia lata ſuper executione inſtrumẽti guarentigię,quod habet executionẽ paratã ex forma ſtatuti, ſeu ſtyli curiæ Cabeoli,vel ſancti Marcellini,quãdo talis ſententia fertur in plenario iudicio datis articulis hinc inde facta reſponſione,& examinatis teſtibus an dicatur talis ſententia diffinitiua,ſeu habeat vim diffinitiuæ,vel interlocutoria:& ſi ſufficiat appellare viua voce illicò,& incontinenti:an verò debeat appellari in ſcriptis?Et ſi licitè poſſit appellari iſto caſu,& an talis ſententia habeat obſtare in alio iudicio?Et in effectu,quia iſta quæſtio eſt ardua,& continet plura capita,ideò referã opiniones:nã gloſ.in
1 l.ab executore.in princ.ff.de appel.tenet † ꝙ licèt ab executione facti prohibeatur appellari, niſi excedatur modus:tamẽ quãdo iudex pronũciat ſentẽtiam eſſe exequendã,poteſt appellari.l.& in maioribus.C.de appel.& idẽ tenet gloſ.in l.executione. quorũ appel.non reci.quia quãdo pronunciat exequendã,vel nõ exequendã poteſt appellari.glo.verò in c.ab executore.ij.q.vj.facit differentiam inter merũ executorẽ à quo nõ appellatur, & executorẽ mixtum : & à tali appellatur.c.& ſi non cognitio. xxvij.q.ij.glo.verò in ca.quod ad cõſultationẽ. de re iudi.tenet ꝙ non poſſit appellari ab executione poſt ſententiã,& poſt tẽpus decẽ dierũ:& niſi excedatur modus in exequẽdo.& ibi ponit qualiter excedatur Speculator in ti.de execu.ſent.§. nũc dicẽdũ. verſ.ſed nũquid tenet ꝙ nõ poſſit appellari, niſi excedatur modus, & iſto caſu debet exprimi cã ſpecialis rationabilis:& ſolũ ſuſpenditur executio pro illa parte executionẽ tangẽtis:ſecundũ Spec.ibi.nã ſemper cauſa rationabilis.eſt exprimẽda, vbi à diffinitiua nõ appellatur.c.vt debitus.de appel.c. cordi.de appel.lib.vj.& ſic ſentit ꝙ quãdo appellatur ab executione,nõ eſt diffinitiua,ſed ꝙ debeat appellari in ſcriptis.idẽ verò Spec.in tit.de appel.§. in quibus.ver. Quitò tenet ꝙ nõ appellatur ab executore,niſi excedatur modus:veruntamẽ ſi iudex pronũciat ſententiã exequendã,tunc à tali pronunciatione poterit appellari. ſed ſecundũ Io.And.ibi, in addi. Odoffr.& Gulielmus tenet, ꝙ non poſſit appellari:vt ſit finis litiũ.l.fratris.C.de tranſact.c.fin. de dolo & cõtuma.niſi excederetur modus in exequẽdo:vt quia iudex nõ admiſit exceptiones , quæ poſſunt admitti poſt rẽ iudicatã:iuxta.l.C.de iu. & fact.igno.& tũc debet ſemper exprimi cauſa rationabilis:& talis ſententia lata ſuper executione dicitur interlocutoria:ſecundũ Io.And.in tit.de appel.§. in quibus.verſ.v.Bald.verò in addi.ad Spec.verſic. v.an quãdo appellatur. tenet ꝙ quãdo appellatur ab interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuę:vel eius vigorẽ,ꝙ poſſit appellari illicò viua voce, & ſine expreſſione cauſæ grauaminis.alleg.Io.And.in c.peruenit.le ij.de appel.in nouella.vbi tenet , ꝙ in prẹcepto iudicis,quod habet vim diffinitiuę poteſt appellari viua voce,& ſine expreſſione cauſę,& ita etiã tenet in c.fi.de elect.libr.vj.ſuper verbo, Ioan. vbi tenet, ꝙ quãdo fertur ſententia cõfirmationis ſuper electione,cũ cauſę cognitione,ꝙ iſto caſu habet vim diffinitiuæ,& ꝙ nõ poteſt reuocari:& ſi appelletur,poterit appellari: vt à diffinitiua.idẽ verò
2 Ioã.ibi in nouella.tenet † ꝙ quãdo ſuper cõfirmatione nullus cõparet, habet vim interlocutoriæ: ex quo non interuenit cauſę cognitio: verũtamẽ licet nõ appareat cõtradictor,ſi cõfirmator ſolẽniter inquirit de forma electionis,de ſciẽtia,moribus,& vita electi,cõfirmatio videtur diffinitiua: Pet.de Ancha.ibi refert Io.And.licèt referat lap. ꝙ talis ſentẽtia licèt habeat vim diffinitiuæ quoad cõfirmatorem,nõ tamẽ quoad alium, vt poſſit appellare ſine cauſæ expreſſione:nec ſuſpẽditur executio,ſeu effectus cõfirmationis:quia nõ obſtãte tali appellatione à tertio impoſita,dabitur poſſeſſio,& adminiſtrabit electus.c.cõſtitutis.de appel.nec obſtat ca. cũ ſuper.de re iudi.vbi appellatio tertij impedit executionẽ: quia illud verũ in vero ordinario iudicio: & inter partes:& vera ſentẽtia diffinitiua:ſecũdum Pet.de Anch.de quo ibi latiùs per Geminia. qui fecit certam diſtinctionẽ:& an talis ſentẽtia habens vim diffinitiuæ poſſit retractari:quia quãdo fertur ſuper negotio principali : deducto principaliter, quia habet vim diffinitiuæ, quoad totam cauſam, ideò nõ põt reuocari : ſecus ſi eſſet lata ſentẽtia ſuper aliquo incidẽti nõ deducto principaliter, quia tũc licèt habeat vim diffinitiuæ, quoad illũ articulũ:tamẽ nõ diffinit totã cauſam:quia tũc poterit reuocari:ſecundũ glo.in cle.ſi.de appel.glo.verò in ſi militi in l.ſi cũ exceptione.§.hæc autẽ actio.ff. quod met cau.videtur tenere ꝙ talis ſentẽtia,quãdo fertur ſuper executione poſt primã ſententiã. ꝙ nõ ſit
3 diffinitiua:† quia nõ poſſunt fieri duæ ſentẽtię diffinitiuæ ſuper eadẽ re.l.j. C.ſent.reſcin.nõ poſſe l.j. ff.de re iudi.quia iudex ferẽdo ſentẽtiam diffinitiuã,dicitur functus officio ſuo.l.iudex.ff.de de re iudi.ſecus ſi tales ſentẽtiæ eſſent latæ ſuper re diuerſa,vt in actione arbitraria quod metus cauſa,quando fertur prima ſententia ſuper re, & ſecunda ſuper pœna quadrupli: ſecundũ gl.in d.§.hęc autẽ actio.an ante ab vtraq; poſſit appellari : & dicendũ eſt ꝙ ſic,quãdo ſecũda ſententia fuit lata infrà tempus decẽ dierũ,infrà quod poteſt appllari, aliâs ſecus:quia

ctus:quia ſecunda ſentētia dicitur executio primæ:
ſecundū glo.in d.§.hæc autē actio.Bal. vero ibi di-
4 ſtinguit, † ꝙ ſentētia diffinitiua pōt cōſiderari du
pliciter. Primò in quātū ponit finē cōtrouerſiæ.d.l.
j.ff.de re iudi.& tunc vtraq; ſentētia poteſt dici dif
finitiua:quia vtraq; diffinit cauſam ſuā. Secundo
modo cōſideratur in quantū dicitur diffinitiua,da
tur libellus,& fit litiſcōteſtatio,& ſimilia,& tūc ta
lis ſentētia lata ſuper executiōe nō dicitur diffiniti
ua:quia dicitur executio principalis.Bal.ibi tenet ꝙ
licèt nō poſsit appellari à mera executione:ſecus à
mixta executione, vel propter iniquitatem execu-
tionis ſed Bald.in d.§. hæc autē actio.tenet,ꝙ licèt
nō poſsit appellari ab executione facti, tamē bene
poteſt appellari à pronūtiatione de exequēdo:licèt
idē Bal.in d.l.ab executore.ff.de appella.aliter vi-
deatur ſentire:videlicet,ꝙ nō poſsit appellari niſi ex
cedatur modus:quo caſu debet inſeri cauſa in ap-
pellatiōe.licèt idē Bart.in d.l.ab executiōe.C. quo
rū appel.non recip.tenet ꝙ ab interlocutoria, quæ
fertur poſt ſentētiā diffinitiuam poteſt apppellari.
Cyn.verò in d.l.ab executiōe: tenet ꝙ quādo agi-
tur de executione ſentētię;ſiue pars agat actiōe iu-
dicati, ſiue imploret officiū iudicis,pars ſemper de-
bet vocari:& ſi nō vocaretur,poſſet appellari;& de
bet appellari ſicuti in interlocutoria:ſecundū Iac.
de Ra. Bal.verò ibi refert Iac.Butrig. tenere quòd
ſit diffinitiua: & ideò ſi ſtatuto caueatur, ꝙ iudex
de diffinitiua habeat tantū pro ſportulis,& tūc ſi iu
dex qui vult exequi ſentētiā,vel inſtrumentū,nihil
pronūciat,tūc nō debet habere,quādo nullus cōpa
ret:ſecus ſi aliquis cōpareat,& iudex pronūciet, &
dicat nō eſſe exequendū:quia tūc dicitur diffiniti-
ua:licèt Bal.ibi teneat cōtrariū:Saly.verò in d.l. ab
executione. tenet,ꝙ quādo petitur executio ſuper
eo,de quo nō eſt lata ſentētia,vt in inſtrumētis pu-
blicis ex forma ſtatuti tūc dicitur diffinitiua,& po
teſt appellari:quia ceſſant tūc rationes adductæ in
5 cōtrariū:videlicet litiū finis.ſi verò † eſſet lata ſentē
tia,& iudex ꝓnūciat eſſe exequēdū,tūc adhuc pōt
appellari:quia poſſent cōpetere nouę defenſiōes:li
cèt iſto caſu debeat inſeri cā in appellatione aliàs
iudex poſſet nō admittere.cle.appellanti.de appel.
Ang.in d.l.ab executione.videtur ſentire,ꝙ quādo
ſtatuto cauetur,ꝙ ab executione inſtrumēti guarē
tigiæ nō appellatur,tñ ſi iudex pronunciat inſtru-
mētū guarētigię eſſe exequēdū:bene poterit appel
lari,& ideò debet eſſe cautus aduocatus actoris, ꝙ
nō petat fieri pronuntiationē, ſed ſibi cōcedi fami
liā ſeu executores ꝓ executiōe.idē verò Ang.in l.v.
in prin.ff.de verb.obli. tenet ꝙ ſi ſtatuto caueatur,
ꝙ à mera interlocutoria non poſsit appellari,ꝙ ſi-
cut poterit appellari ab interlocutoria, per quā iu-
dex pronūtiauit inſtrumentū guarentigiæ eſſe exe-
quendū:quia non eſt mera interlocutoria:idē verò
Ang cōſ.cxiiij.& ſequen.primò arguit ꝙ ſit diffini
tiua.cle.ſæpè.§.ſententiā.de verb ſign.vbi in cauſis
ſummarijs et fertur ſentētia diffinitiua in ſcriptis.
ſed cōtrariū ibi tenet,ꝙ ſit interlocutoria, & ibi re-
ſpōdet ad d.cle.ſępè.quia ibi ꝓcedebat ex forma re
ſcripti:ꝙ non ſeruetur ſolēnitas iudiciorū:tñ debet
ferri ſentētia diffinitiua:quia diffinitur cauſa prin-
cipalis.de quo ibi latiùs per ipſum. Ioann. verò de
Imol.in d.l.v.ff.de verb.obli.tenet ꝙ quādo agitur
de appellatione,quæ habet vim diffinitiuæ,tūc etiā
ſi nō inſeratur cauſa,tenet appellatio,ne vitietur a-
ctus:per ea quæ habētur per Ioā. And.& Anto. de
Butr.in d.c.peruenit.le ij.de appel.de quo vide la-
tius per Io.de Imo.& Alex. & Frāciſ.de Are.in d.l.
ſtipulationū.in prin.&ibi refert plures opini.idē de
Aret.quòd in appellatione à pronūtiatione de exe
quendo non eſt neceſſe exprimere cauſam.& pro
hoc allegat dominū ſuum.Sed in contrariū alleg.
Spec.in ti.de execu.ſenten.§.nunc videndū.ver.ſed
nūquid.& Io.And.in addi.ad Spec.in tit de appel.
§.in quibus.verſ.v. Panor.verò in c. ꝙ ad cōſulta-
tionē.de re iudi.tenet circa fi. ꝙ in tali appellatiōe
ab executione debet ſemper inſeri cauſa:quia regu
lariter prohibetur appellari:& etiā videtur habere
vim interlocutorię:licèt de Bellenzin. ibi, in addi.
ad Panor.alleg.Anto.de Butri.ibi tenere cōtrariū,
& Roma.in d.l.v.in princ.ff.de verb.obli. dicēs ſe
ita bis obtinuiſſe in Rota:& maximè quādo cōtra
tertiū agitur,& fuit facta litis cōteſtatio:quia tunc
diceretur diffinitiua: & eſſet neceſſe appellare in
ſcriptis.iuxta not.per Panor.in d.c peruenit.le ij. de
appel.pro quo etiā facit,quia quādo in ſummario
iudicio fiūt plenæ probatiōes, & etiā quoad modū
procedēdi,tūc etiā faciūt fidē in alio iudicio, & ſen
tentia habet obſtare inter eaſdē partes.l.ij.C.de or
di.cogni.ſecundū glo.& Alexā.de Imo.in l.à diuo
pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudi.Nec obſtat ſi dica
tur,ꝙ quando fertur ſentētia,& tertius appellat,ꝙ
tūc debeat appellari in ſcripto.ſecundū Bald. in l.à
ſentētia.ff.de appel.quia illud poſſet ꝓcedere quā
do nō eſſet lata ſentētia cōtra iſtū tertiū: ſecus ſi fe
ratur ſentētia cōtra iſtū tertiū:quia tunc poterit ap
pellari:cū eadem ſit ratio. & de tali interlocutoria
6 habēte † vim diffinitiuæ, quòd debeat appellari in
ſcriptis,tenuerūt Io. Mona.& Archid.in c.cupiētes
de elect.li.vj.& d.Gui.Pap.deci.xij.licèt deci. Tho.
cxxix.de hac materia etiā plenè habetur per Fely.
in rubric. de re iudi. & in d.c. quod ad cōſultatio-
nē.&per Card. Flo. in d.cle.appellāti.in ix.q.vbi in
terlocutoria attētatorū habet vim diffinitiuę,& per
Bal.in l.ante ſentētiæ.C.quorū appella.non recip.
circa fin.vbi etiā poteſt appellari à miſsione in poſ
ſeſsionē de quo ibi per ipſum:& per Bart.in l.ij. ff.
de appel.reci.& maximè quando iudex in ſentētia
aſſerit eſſe diffinitiuā,& defert appellationi viua-
voce interiectę. Nec obſtat quòd habetur per Bar.
in l. Titia.ff.de accuſ.poſt glo.dū ibi tenet, ꝙ ſen-
tētia lata ab obſeruatiōe iudicij eſt interlocutoria,
nec ſeruatur ſolēnitas quę requiritur in diffinitiua:
quia ibi ſentētia nō fertur ſuper negotio principa-
li. Poſtremò d. Anto.de Caua in tractatu.de inſtru.
execu.q.xlvj.tenet,ꝙ ſiue exequatur inſtrumentū
guarentigię facto,ſiue verbo,vt quia iudex pronū-
ciat exequendū,nō eſt locus appellationi, vt ſit li-
tium finis: & quia etiā ab interlocutoria nō appel-
latur: & quia etiā eſt quædā declaratio: & hoc ve-
rū niſi modus excedatur:& hoc quando concludi-
tur ad executionem talis inſtrumenti vigore dicti
ſtatuti:ſecus ſi peteret reū condemnari, & cogi ad
ſoluendum: quia iſto caſu deberet ferri ſententia
ſecundum petita.l.fina.C.de fideicommiſ. liber.&
capitul.licèt Hely. de ſimon. ſecundum Anton.de
Caua vbi ſuprà,& licèt cōmuniter ſit prohibitum

appellari à dicta exxecutione,ſeu pronūtiatione de
exequēdo,hocverū quoad effectū impediēdi execu
tionē, ſed nō quoad effectū deuoluēdi appellatio-
nē ad ſuperiorē:ſecundū Spec.in tit.de acti.& peti.
§.ſuper actionibus. verſ.ſed quid ſi antequā. & au-
tho.de caua.in dicto tracta.q.xlvij.& q.ſeq.vbi te-
net,ꝙ talis pronūtiatio de exequēdo eſt interlocu-
toria:ſicuti quādo fit pręceptū de ſoluēdo quādo cō
fitetur:iuxt.l.ſi debitori.ſecundū Ang.in authē. de
hęre.& falc.§.ſi quis autē nō implens.ſuper verbo,
decreto.& hoc verū quādo talis pronūtiatio fit ad
finē executionis ex ſola productione inſtrumēti: ſe
cus ſi fiat cū cauſæ cognitiōe poſt terminū datū ad
opponendū:quia tūc eſſet diffinitiua , ſeu haberet
vim diffinitiuæ:ſecundū Anto.de Caua.vbi ſuprà.
q.xlviij.Et præmiſſa faciūt ad quæſtionē.ſuper pro
ceſſu nūc diffinito de hoc tēpore anno dñi milleſi-
mo ccccc.ix.die xxij.mēſis Decembris.in manibus
Pelliſonis ſecretarij tēpore ſentētiarū dñm Stepha
nū de Feugerijs appellantē:& Petrū Gulielmum
Thomā Baderi appellatos:quia in prima inſtātia
curię ſigillati in curiaCabeoli:quia d.vicecaſtel.&
iudex per ſentētiā eius quā dicebat diffinitiuā,ordi
nauit & ꝓnūciauit executionē cœptā eſſe perficiē
dā cū expēſis:& tamē fuerat proceſſum cū cauſę co
gnitione,datis articulis hinc inde,& examinatis te
ſtibus:& agebatur cōtra tertios poſſeſſores:& ideò
lata ſentētia illicò & incōtinēti procurator dictorū
Baderij viua voce apud acta appellauit. & ca. Et
ideò an talis appellatio de iure procedat, patet re-
ſponſio ex præmiſsis, licèt curia habuerit dictam
appellatiooem pro valida.

ARGVMENTVM.

Inſtrumēta publica & itē garentigiata an poſsint
mandari executioni abſq; vocatiōe partis licèt ex
forma ſtatuti habeāt paratam executionem.

SVMMARIVM.

1 *Ab executione iudex non debet incipere.*
2 *Debiti confeßio quæ fit ante litis cōteſtationē habet execu
tionem paratam: & ex ea oritur actio ſi fiat in iudicio.*
3 *Iudicis partes nullæ ſunt in confeſſum,intellige in ciuilibus:
ſecus in criminalibus.*
4 *Citatio in omni iudicio præcedere debet.*
5 *Ius diuinum ex cauſa diſtinguitur.*

Quæſtio CCCXCIII.

QVAERITVR an inſtrumēta publica de
iure cōmuni habeāt executioem paratā : &
quid iuris in inſtrumēto guarētigię,& qualiter in-
telligatur:& ſi poſsit mādari executioni ex forma
ſtatuti abſq; vocatione partis. Et in effectu regula
riter inſtrumēta publica nō habēt executionē para
tā.l.minor.xxv.annis cui fideicōmiſsū.ff.de mino.
vbi eſt textus ſingularis.& eſt ratio,quia inſtrumē-
tū publicū eſt probatio, & ideò poſt probationē re
quiritur ſentētia:ſecundū gl.in l.ſed ſi poſſeſſori.§.
ſi cū de hæreditate.ff.de iure iurād.ſecundū Bald.
1 in l.j.C.de execu.rei iudi.quia nō † eſt incipiendum
ab executiōe: vt ibi habetur,& ideò quādo ſtatuto
cauetur,ꝙ talia inſtrumēta puplica habent execu-
tionem paratam, eſt cōtra ius cōmune : & ideò nō
debet extēdi:ſecūdū Ang.in l.ait prætor.§.ſi iudex.
ff.de re iudi.& ibi ſequitur Alex.de Imol.ſecus in
inſtrumēto guarētigiæ,ꝙ habet executionē para-
tū:quia iſtud etiā procedit de iure cōmuni:quia fit
corā notario,ſeu iudice chartulario habēte iuriſdi-
ctionē ſaltē volūtariā ex forma ſtatuti:& fit ſibi pre
ceptū in cōfeſſum.l.ſi debitori.ff.de iudi.& per gl.
& Bar.in l.j.eo.ti.quia talis cōfeſsio debiti, quę fit
ante litis cōteſtationē,habet executionē paratā:&
ex ipſa oritur actio,quādo fit in iudicio.l.poſt re iu-
dicatā.ff.de re iudic.& ibi per Pau.de Caſtr.l.j.& l.
certū.§.fi.ff.de cōfeſ.&hoc tenet glo.in l.j.C de lit.
cōteſt.& in l.fi.§.neceſcitate.C.de bo.quę lib.quia
3 in cōfeſſum † nullæ ſunt partes iudicis.l.proinde.
§.j.ff.ad leg.Aquil.& per gloſ.in l.j.C.de cōfeſ. &
hoc in ciuilibus:ſecus in criminalibus.l.ſi cōfeſſus.
ff.de cuſto.reo.ſecundū gloſ.in d.l.j.C.de cōfeſ. &
ibi per Bar.de inſtrumēto guarētigiæ,ꝙ habet exe
cutionē paratā,quādo fit perceptū in cōfeſ.& idem
notarius qui recipit inſtrumentū,poteſt facere tale
pręceptū in cōfeſſum ex forma ſtatuti:ſecūdū Bar.
& Bal.in l.iubemus.§.ſanè.le j.C.de ſacro.ſanct.ec
cleſ.&in l.ſi ſeruus cōmunis.ff.de ſtip.ſeru.& idē te
net Ang.Io.de Imo.& Alex.de Imo.in l.ſi cū do-
tē.§.eodē tēpore.ff.ſolu.matri.& ibi Alex.ponit plu
res caſus,in quibus inſtrumētū publicū habet exe-
cutionē paratā,& per Iaſ.in l fi.C.de edict.di.Adr.
& de iſto verbo guarētigiæ,ſeu guarētizare fit mē
tio in c.j.de lege Corar.Sed redeūdo ad quæſitū:an
p ſtatutū poſsit mādari executioni tale inſtrumetū
publicū abſq,citatiōe &vocatiōe partis:dubiū fa-
4 cit,quia ſemper debet pręcedere † citatio in omni
iudicio.vt inſti.de pœn.teme.liti.§.fin.& quia etiā
in executione de re de qua non fuit cognitū ,requi
ritur citatio partis.l.&ſi nō cognitio.C.ſi cōtra ius.
ſecundū Bal. in l.à diuo pio.§.in vēditione.ff.de re
iudic.præthereà citatio eſt de iure diuino: hinc eſt ꝙ
Deus noluit punire Adā primū parentem,niſi prius
ipſo vocato,dicēdo Adā vbi eſt &c.ſecundū Bar.in
extrauagāti,ad reprimendū.ſuper verbo, & figura.
5 Interdum ex cauſa † poteſt ius diuinū diſtingui,&
ideò ex forma ſtatuti iudex viſo inſtrumento poſ-
ſet pręcipere debitori:ꝙ nō diſcedat de palatio, do
nec ſoluerit:& poteſt fieri per epiſtolā, ſecūdū Bal.
in rubr.C.cōminat.epi.& Anto.de Caua in tracta.
de execu.inſtru.q.lviij.& per d.Gui.Pap. in tracta.
ſtatuti:ſi quis per literas.ſuper verbo, etiā abſq; vo
catiōe.Adde ꝙ ſtāte ſtatuto ſuper inſtrumēto gua
rētigię,ꝙ debitor poſsit capi etiā ſinevocatiōe,ꝗ ſi
debitū fuerit ceſsū, tūc ad petitionē ceſsionarij nō
capietur debitor ſine citatiōe:ſecundū Bal.in l.per
diuerſas.C.māda.in x.q.j.& Alex.in l.ſi ſic.ff. de le
ga.j.circa fi.Et præmiſſa faciūt ad quæſtionē ſuper
ſtylo curiæ cameræ rationalis Aquenſis,vbi fuerūt
decretę literę executoriæ in vim ſubmiſsi cōtra no
bilē Ioan.Pōceti habitatorē Cāpi Sauri:ſeu Vapin
ci ad inſtātiā Caroli Facheti Claudij & Ioānis Grā
gerij ſuorū fideiuſſorū : erga Bartholomeū ſanctus
prætextu cuiuſdā arrēdamenti vicecomitatus Sa-
lernæ,in prouincia:quia fuerūt decretæ literæ incar
ceratoriæ,& executoriæ ſuper bonis abſq; vocatio
ne partis, vigore ſtatuti , & ſtyli dictæ curiæ etiam
vigore iuris latè ſeu clamæ, licèt curia dederit li-
teras nexæ hoc tamen fuit citra remiſsionem per-
ſonæ extra patriam.

ARGVMENTVM.

Inſtrumēta publica guarētigię nō habēt locū cōtra
tertium poſſeſſorem,exceptis certis caſibus.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Actio perſonalis perſonam ſequitur, non fundum.*
2 *Statutũ & priuilegiũ intelliguntur ſine præiudicio tertij.*
3 *Agendum eſt actione hypothecaria contra tertium poſſeſſorem.*

Quæſtio CCCXCIIII.

QVAERITVR an inſtrumentum publicum guarentigiæ, ſeu ſtyli curiæ Cabeoli, aut ſancti Marcellini, vbi non admittũtur niſi certæ exceptiones, habeat locum contra tertium poſſeſſorem. Videtur prima facie dicẽdum, quòd non
1 alio non apparente: quia † actio perſonalis non ſequitur fundum. l. fin. ff. de contrahend. empt. l. j. §. ſi
2 hæres. ff. ad trebelli. nam ſtatutũ vel † priuilegium ſemper interpretatur, & intelligitur ſine præiudicio tertij. c. ſuper eo. de offi. deleg. c. quamuis. de reſcript. libr. vj. l. ij. §. meritò. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loc. public. & hoc tenet Ange. in d. l. j. §. ſi hæres. & ibi ſequuntur Ioan. de Imol. & Alex. ff. ad trebe. & idem Alex. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. & ideò ſtante ſtatuto quòd procedatur in aliqua cauſa ſummariè, ſimpliciter, & de plano, tale ſtatutum non habebit locum contra reum: ſecundum Ioan. de Imol. in l. fi. ff. à quib. appel. non lic. & licèt verba ſtatuti dictæ curię Cabeoli, aut ſancti Marcellini, habeant quòd pro rebus expreſsè & ſpecialiter hypothecatis in expreſsè ſubmiſsis poſsit fieri executio contra tertios poſſeſſores, quãdo debitores principales ſunt abſentes, aut mortui, & non reperiũtur hæredes facta prius prouiſione curatoris bonis debitoris, tamẽ hoc debet intelligi quoad tertios poſſeſſores ipſis vocatis, & plenè auditis: ſecundum Ioan. de Imo. in d. l. fi. ff. à quibus appel. non lice. & per alia iura ſuprà alleg. Et ideò ſi tales creditores iuſtificẽt de iure priorum hypothecarum debent pręferri, & eis priùs ſolui, & de reſiduò poſterioribus creditoribus ſatisfieri debet. d. l. à diuo Pio. §. ſed & illud. ff. de re iudi. l. j. C. qui potior. in pig. habe. l. j. & ij. C. de ijs qui in præ. cred. & l. j. & ij. C. ſi antiq. cred. pign. vend. & iſtud etiam fuit pleniùs tactum ſuprà. qu. ix. x. & ſequ. & hoc etiam tenet Bald. in l. j. C. commu. de lega. & in l. ſi debitori. C. ſi aduer. credit. & ideò ad hoc vt poſ
3 ſit † agi contra tertium poſſeſſorem, requiritur ꝙ agatur actione hypothecaria, quæ ſequitur fundum. §. item Seruiana. inſt. de actio. & hoc diſcuſſo principali. auth. hoc ſi bebitor. C. de pigno. & ideò tale ſtatutum inſtrumenti guarentigiæ, vbi proceditur ſummariè ſimpliciter, & de plano, exceptis cęteris exceptionibus non tranſit contra tertium poſſeſſorem: ſecundum Bald. in d. l. j. C. comm. de lega.

ARGVMENTVM.

Inſtrumenti guarentigiæ executio an non ligium dationis exceptione impediatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet eſſe certa.*
2 *Exceptio non liquidationis inſtrumẽti an impediat eius executionem.*

Quæſtio CCCXCV.

QVAERITVR an aduerſus tale inſtrumentum guarentigię, quod habet executionem paratam poſsit opponi, quòd nõ ſit liquidum: & an in tali liquadatione requiratur citatio partis: & an fideiuſſor ſtatim poſsit agere contra debitorem principalem antequàm ſit cõdemnatus. & pri-
1 ma facie diceretur dicendũ ꝙ ſic: quia † ſentẽtia debet eſſe certa. §. curare. inſt. de act. & hoc tenet Bar. in l. proindè. §. notandũ. ff. ad le. Aqu. etiã ſi obligatio eſſet pura. quòd conditio fuiſſet purificata, ſed reſtaret aliquid facti ad liquidãdum: quia tunc deberet ſuperſedi ab exequutione, donec facta liquidatione. ſecundum Bartol. in l. cum teſtamento. C. de manumi. teſtam. & in tali liquidatione requiritur vocatio partis: ſecundũ Bart. in l. creditores. C. de pign. Et ita tenet Bar. Io. de Imo. in l. j. ff. de leg. ij. & maximè quãdo vbi obligatio eſſet in eſſe de-
2 ducẽda: quia tũc † talis exceptio nõ liquidationis inſtrumenti impediret executionẽ inſtrumẽti guarentigiæ: ſecundũ Bart. in l. ij. C. de exequ. ſent. licèt Bart. in d. l. j. in fi. ff. de leg. ij. videatur aliter ſentire in l. ij. C. de ſent. quæ ſine cer. quã. & in l. j. ff. de edẽ. quia licèt in promiſsione dãni & intereſſe nõdum ſit liquidatũ intereſſe per teſtes. iuxta l. j. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. & per glo. in c. dilecti. de for. compet. & per glo. inſt. de verbo. oblig. veruntamen obligatio eſt pura, & poterit fieri liquidatio in exequutione. & iſtam partẽ videtur tenere Antho. de Caua. in tract. de exequ. inſtr. q. xiiij. Sed in promiſsione indemnitatis quam facit debitor fideiuſſori, videtur habere tacitam conditionem ſi fideiuſſor fuerit condemnatus, vel ſoluerit. c. fina. de fideiuſſo. l. ſi pro ea. C. mand. iuxta notat. per Bart. in l. quæro. ff. locat. & in l. ſi pater. ff. de dote præle. veruntamen contrarium tenet Cyn. in l. certum. C. fami. erciſc. Bart. in l. fideiuſſor pro venditore. ff. de fideiu. Bal. in l. j. ff. de fideiuſ. & Antho. de Caua. in d. tract. de exequu. inſtru. q. xlv. Et iſtud facit pro dictis literis cameræ Aquenſis impetratis contra dictum nobilem Ioannem Ponceti ad inſtantiã ſuorum fideiuſſorum: quia non apparebat aliter de liquidatione inſtrumẽti indemnitatis fideiuſſorum: relinquo cogitandum.

ARGVMENTVM.

Statutum item pactũ vt quis pro debito ciuili incarceretur, an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Pactum quo tollitur ius libertatis, non valet.*
2 *Homo non eſt dominus membrorum ſuorum.*
3 *Perſona pro debito ciuili regulariter non capitur, niſi in defectum bonorum.*

Quæſtio CCCXCVI.

QVAERITVR an valeat ſtatutum, vel pactum iuratum, vt pro debito ciuili quis in carceretur. Dubium facit, quia tale ſtatutum, vel
1 pactum videtur tollere † ius libertatis: & ſic nõ videtur valere. l. Titio. §. j. ff. de condi. & dem. & hoc ibi videtur tenere Dynus, & quia homo non eſt do
2 minus membrorum † ſuorum. l. liber homo. ff. ad leg. Aqui. nec valet pactum iſto caſu, quòd debitor cogatur ſeruire creditori. l. ob æs. C. de actio. & obliga. & hoc quoad carceres priuatos: quia iſtud eſt prohibitum. l. j. C. de priua. carce. nec obſtat ſi dicatur quòd bene valet pactũ, vt liceat creditori propria authoritate accipere rem obligatam. l. pignoris. C. de pignor. act. l. creditores. C. de pignor. quia

ad iſtud reſpondetur, ꝙ aliud eſt quando agitur de captura perſonæ, vt ibi not. & in l. alia. §. elegāter. ff. ſolut. matr. Sed reſpectu ſtatuti iſtud poſſet intro duci, quòd etiam pro debito ciuili quis poſsit capi per modum arreſti: quia iſtud eſt permiſſum in debitis fiſcalibus. l. nemo carcerem. ff. de exact. tribu. lib. x. ergo via ſtatuti etiam habebit locum in debitis priuatorum. l. nõ eſt ſingulis. ff. de reg. iur. & pro hoc facit quòd habetur per glo. & Bart. in l. inter-
3 dum. §. qui furem. ff. de furt. licèt regulariter † pro debito ciuili perſona non debeat capi, niſi in defectum bonorum: ſecundum l. iij. §. tutores. ff. de ſuſpe. tutor. niſi cederet bonis. l. j. C. qui bon. ced. poſ. nec obſtat c. ex reſcripto. de iureiu. vbi monachus fuit datus in obſidē: quia illud procedit in debito eccleſiæ: ſecundū Io. And. in c. lator. de pign. & hoc videtur tenere Anth. de Caua. in dicto tractatu de exequu. inſtrum. q. xxxj.

ARGVMENTVM.

In executione cõfeſsionis iudicialis vel inſtrumenti guarentigiati, an attendatur ſtatutum curiæ ad quam fit ſubmiſsio, an verò ſtatutum loci contractus alibi initi.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex cõfeßione iudiciali oritur: & pro eius exequutione imploratur officium iudicis: ſed an in alieno territorio. num. 2.*

3 *Inſtrumentum guarentigiatum, an mandetur executioni in alieno territorio, & coram alio iudice.*

Quæſtio CCCXCVII.

QVAERITVR an ex cõfeſsione iudiciali oriatur actio in factum & an poſsit implorari officiū iudicis pro exequutiõe talis cõfeſsionis etiā in alieno territorio: & quid iuris in inſtrumento guarentigiæ, vel ſententiæ arbitralis: & ſi ſe extēdat ad forēſes, & pro rebus alibi ſitis, & ſi debeat attendi ſtatutum curiæ ad quā fit ſubmiſsio, an ve
1 rò ſtatutū loci contractus alibi initi. Et in † effectu ex confeſsione iudiciali oritur actio, ſicuti ex ſententia. l. poſt rem. ff. de re iud. l. j. & l. certum. §. ſi. ff. de confeſ. & ibi per Barto. l. j. C. de confeſ. & poteſt implorari officium iudicis pro exequutione: ſecun
2 dum Cyn. ibi in ix. q. in † eodem territorio: ſed non in alieno, niſi fieret ad requiſitionē iudicis, coram quo emanauit talis confeſsio: ſecundū Cy. ibi in x. q. & præmiſſa intelligerem in cauſa ciuili, quando confeſsio emanat coram iudice ante litis conteſtationem non oblato libello: quia tūc fit præceptum in confeſſum. iuxta l. ſi debitori. ff. de iud. iuxta no. per glo. & Doct. in l. j. C. de lit. conte. & in l. fi. §. neceſsitate. C. de bo. quæ lib. & in d. l. j. C. de confe. &
3 in c. dudum. le ij. de elect. ſed quoad † executionem inſtrumenti guarentigiæ, vel ſententiæ arbitralis cùm nõ habeant arbitri, vel tales iudices chartularij, ius exequēdi, poterit implorari officium iudicis corā alio iudice: ſecundū Bar. in l. à diuo Pio. §. ſententiā Romæ. ff. de re iud. in fi. licèt Ang. ibi videatur tenere contrariū: ſed Io. de Imol. & Alex. ibi ſequuntur Bar. ſed Bald. in l. j. C. ne fi. pro patr. in iiij. & v. q. videtur tenere, ꝙ licèt tale ſtatutum guarentigiæ quoad forenſes, & res alibi ſitas, habeat effectum quoad ordinatiua litis in modo procedēdi: ſecus quoad deciſoria litis: quia tunc debebit inſpici ſtatutum aut cõſuetudo loci cõtractus. l. ſi fundus. ff. de euict. & ideò forenſes benè admittentur ad allegandū eius exceptiones: ſecundum Bart. vbi ſ. faciunt not. per Bar. in l. j. C. de ſum. trin. ſicuti etiam in ciuili dicitur, quando in cõtractu eſt locus deſtinatę ſolutionis, licèt attēdatur locus ſolutionis deſtinatæ. l. contraxiſſe. ff. de act. & obli. quoad facultatē conueniendi & ſortiendi forū, vt ibi habetur: ſecùs quoad effectū ſubijciendi cõtractus ſtatutis, & conſuetudinibus: quia tūc attendetur locus contractus. d. l. ſi fundus. ſecundū Bar. in d l. j. & Panor. in c. fi. de for. comp. & idē videtur in iſtis ſubmiſsis curiarū rigoroſarum: quia ſi fiat cõtractus alibi, attendetur locus contractus quoad deciſoria: per iura ſ. alleg. & faciunt etiā rationes per Bal. in l. fi. C. de exce. rei iudic. & per Antho. de Caua. in d. tract. de exeq. inſtr. q. xxxiiij. de hac q. etiā fuit tactum ſ. q. ccccclxxxvij. & ſeq. facit l. j. C. de contr. cum not. & pro præmiſsis facit. quia debet attendi conſuetudo iudicis exequentis, & non pronuntiantis: ſecundum Bald. in l. j. C. de exequu. rei iud.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor ſubmiſſus alicui iuriſdictioni rigoroſè poteſt impetrare literas contra principalem antequàm ſoluerit, nec fuerit lata ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Actio fideiuſſori contra principalem non competit, antequàm ſoluerit, uel fuerit lata ſententia.*

Quæſtio CCCXCVIII.

QVAERITVR an fideiuſſor ſubmiſſus alicui curiæ rigoroſæ vbi proceditur per viā exequutionis poſsit ſtatim expediri contra principalem, & ſimiles literas impetrare antequàm ſolueri, nec fuerit lata ſententia contra principalē. Du-
1 biū facit, quia non cõpetit actio † fideiuſſori contra principalē antequā ſoluerit, vel fuerit lata ſententia. l. ſi pro ea. C. mā. l. Lucius. ff. mād. c. fi. de ſol. Sed in cõtrarium eſt in caſu iſto, vbi proceditur per viā exequutionis inſtrumēti guarentigiæ vigore ſtatuti: ſecundum Cy. in l. certū. C. fam. ercis. & Bart. in l. fideiuſſor pro venditore. ff. de fideiu. Et prēmiſſa faciunt ad q. ſuper dicta cautione Nob. Io. Põceti vicecaſtellani Cautiſauri, vbi eius fideiuſſores ſe ſubmiſerunt curiæ rigoroſæ camerę Aquenſis, & obtinuerunt literas executoriales contra dictū Ponceti principalem etiam abſque vocatione partis.

ARGVMENTVM.

Inſtrumenta guarentigiata an habeāt locum inter perſonas eccleſiaſticas: & ſtatutū diſponens eos habere executionem paratam, an & quando ſeruandum in foro eccleſiaſtico.

SVMMARIVM.

1 *Clerici laicorū ſtatutis nõ niſi generalibus uinciūtur. & n. 2.*

Quæſtio CCCXCIX.

QVAERITVR an inſtrumentū guarentigiæ quod habet exequtionē paratā ex forma ſtatuti habeat locum inter perſonas eccleſiaſticas: & ſi debeat obſeruari in foro eccleſiaſtico. Et idem poſſet quæri de ſtylo curię Cabeoli vel ſancti
1 Marcellini. Et in effectu dubiū facit: † quia ſtatutā laycorū nõ aſtrigunt clericos: quia deficit authoritas ſtatuentiū. c. eccleſia S. Mariæ. de cõſt. c. fi. de ſolu. auth. caſſa. C. de ſac. ſan. eccl. & hoc verū, qū talia ſtatuta tenderent ad præiudicium eccleſiæ, & libertatis eccleſiaſticæ: ſecus ſi ad fauorem & vtilitatem eccle

tem eccleſię tenderẽt:quia tũc eccleſia poſſet appro
bare.vt no.in d.c.eccleſia ſanctę Mariæ.pro quo fa
cit,quia clerici dicũtur de diſtrictu alicuius patriæ,
& gaudent priuilegijs & libertatibus patriæ.c.dile
cti.de fo.cõp.ſecundũ Io.An.Guimir. in c.fi.de of.
dele.lib.vj.& faciũt no.per Bart.in l.j.ff.ad munici.
Quinimò idẽ Bart.in l.cunctos populos.C.de ſum
2 ma trin.voluit † ꝙ quando ſtatuta laicorũ loquun
tur generaliter,debẽt ſeruari etiã in foro eccleſiaſti
co.c.cũ veniſſent.de eo qui mit.in poſſeſ.de quo an
iſtud procedat de iure me remitto ad no.per Doct.
in d.l.cũctos populos.& in d.c.eccleſia S.Mariæ.&
per Pan.in c.ꝙ clerici.de for.comp.Sed redeũdo ad
quęſitũ de inſtrumẽto guarẽtigię, habetur per An-
tho.de Caua.de exequ.inſtr.q. Et præmiſſa fa-
ciunt ad q.de ſtylo d curiæ Cabeoli,& S.Marcelli-
ni in expreſsè ſubmiſsis, & rebus ſpecialiter hypo-
thecatis:quia ſi fuerint alienatæ inter ſuos poſſeſſo
res etiã clericos,vel eccleſias, fit exequutio contra
tertios poſſeſſores, quando debitor principalis eſt
abſens,vel nõ habet hæredes facta prouiſione cura
toris.facit l.venditor.ff.de iud.& de actione reali ſi
tranſeat cõtra clericum:iux.no.per Gul. de Cun.&
Bal.in l.de his.C.de epi.& cle.

A R G V M E N T V M.

In contractibus & ſubmiſsionibus quòd remiſsio
ad locum contractus verbo ſolùm facienda ſit.

S V M M A R I V M.

1 *Delicta & contractus æquiperari regulare.*
2 *Remißionem in contractibus ad cõtractus locum fieri non,*
niſi ibi reperiretur,debere. Fallit ut nu.3.4.& 13.
5 *Remißio in contractibus ubi fienda foret, quòd uerbo non*
re facienda ſit.
6 *Cauſæ cognitio & partis uocatio quòd in remißione re-*
quirantur.
7 *Iudex requiſitus de cauſa cur remißio fieri petatur ſumma*
riè cognoſcere poteſt.
8 *Conſuetudo quæ apud Delphinates de remittendis reis.*
9 *Remißionẽ in delictis de una prouincia in aliam prouin-*
ciam hodiè non fieri,conſuetudinis eſt.
10 *Remißio perſonæ in delictis ubi fit,quòd iudicis requiren-*
tis expenſis fieri debeat.
11 *Remißioni locus non eſt in curia romana.*
12 *Vaſallus unius regionis ratione feudi quòd alterius regio-*
nis iuriſdictionẽ prorogare,nec ei ſe ſubmittere poßit.
14 *Citatus dicitur qui ſe occultat uel facit ut citatio ad eum*
non deueniat.

Quæſtio CCCC.

QVAERITVR an in cõtractibus & ſub-
miſsionibus fiat remiſsio ad locũ cõtractus
ſaltem quoad perſonã:& ſi requiratur cauſæ cogni
tio,ſeu citatio partis, quãdo petuntur literæ nexæ.
1 Dudiũ facit:† quia delicta & cõtractus regulariter
æquiparantur.l.omnẽ.ff.de iud. ſed in delictis fit re
miſsio ad locũ delicti etiã de neceſsitate.vt in auth.
vt nul.iu.§.ſi verò.col.ix.& in auth. qua in prouin
cia.C.vbi de cri.agi oport. & maximè in grauibus
delictis.c.j.de rapt.cũ ibi no.Sed in contrariũ vide-
2 tur veritas, † ꝙ in contractibus nõ fiat remiſsio ad
locũ contractus:niſi ibi reperiretur.ca.Romana §.
cõtrahentes.de fo.cõp.lib.vj.quia talis forus ratio-
ne cõtractus vel rei ſitæ nõ adſtringit perſonã:cùm
fiat ex accidenti.ſecundũ Inno.in c.fi. & c.ſanè.de
for.comp.licèt adſtringat quoad bona,quia pote-
rit fieri miſsio in poſſeſsionẽ.d.§.contrahentes. nec
in hoc æquiparãtur cõtractus & delicta quoad miſ
ſionẽ fiendã:ſecundũ glo.& cõmuniter doctores in
l.hæres abſens.ff.de iud.& in d.c.fi.de for.comp. &
3 præmiſſa procedũt † niſi in cõtractu fuiſſet renũtia
tum priuilegio fori:quia tũc fieret remiſsio ad lo-
cũ cõtractus:ſecundũ glo.ſingularẽ in l.ij.ff.ſi quis
in ius voc.non ier.quã ſequitur ibi Bar.licèt Ange.
videatur tenere cõtrariũ, de quo ibi latiùs per Ale.
& Ia.& licèt cõtractus fiat in certo loco, & ſubmiſ
ſio fiat ad aliquã curiã extra locũ contractus,debet
attendi locus ſubmiſsionis quoad vices ſortiẽdi fo
rũ.Ang.l.contraxiſſe.ff.de act.& obl.& maximè ra
tione iuramenti quod obligat præcisè: ſecundũ gl.
in l.ſi pecuniam. ff.de cõd.ob cau.nec eſt locus pœ
nitentiæ in ſubmiſsionibus ante litem cõteſtatam
ratione iuramenti:ſecundũ Ang.& cõmuniter Do
cto.in l.ſi cõuenerit.ff.de iuriſd.omn.iudi. pro quo
4 etiã facit,†quia in contractibus ratione iuramenti
debet fieri remiſsio ad locũ cõtractus:ſecundũ An-
ge.in auth.de exhi.reis.§.ſi verò.co.vj.& in l.hæres
abſens.ff.de iud.& ſequitur Fel.in c.fi.de for. com.
5 Veruntamen † in caſiqus in quibus fit remiſsio ad
locũ contractus,hoc debet intelligi verbo, non au
tem re:ſecundũ Io.An.in d.c.Romana.§.cõtrahen
tes.de for.cõp.lib.vj.in nouel.& ſic ſentit Io.An.ꝙ
in contractibus nõ fit remiſsio quoad effectũ perſo
næ:licèt in certis caſibus,in quibus fit remiſsio,de-
bet intelligi quoad effectũ citatiõis verbalis, & nõ
realis.& ita etiã videtur tenere Phil.Frã.in d.§.cõ-
trahentes.vbi ponit caſus ſpeciales,in quibus fit re
miſsio in contractibus.adde Bal.in l.omnes.§.ſi ve
rò apparitor.C.de epi.& cle.ꝙ licèt in delictis quan
do crimẽ eſt atrox fiet remiſsio realis:quia quis ca
pitur,deinde remittitur:ſecus in ciuilibus,vel cõtra
ctibus quia ſolũ fit remiſsio verbalis. Sed redeũdo
6 ad quæſitũ † an in remiſsione requiratur cauſæ co
gnitio,& vocatio partis. Et videretur dicendum,ꝙ
ſic,ꝙ requiratur ſummaria cauſę cognitio,& ſic vo
catio partis.l.in cauſæ.la j.§.cauſa aũt cognita. ff.
de mino.& l.iij.§.ſi cauſa cognita.ff.de bon.poſ.l.
de vnoquoque.ff.de re iud.c.inter quatuor. de ma-
io.& obe.& hoc tenet glo.in cle.paſtoralis.§.deni-
que.de re iud.ſuper ver.de more. vbi format plures
q.circa materiã remiſsionis,& in fine tenet ꝙ requi
ritur aliqualis cauſæ cognitio:quia aliàs irrogare-
tur ignominia ſi quis remitteretur ligatus, & licèt
loquatur in delictis:tamẽ eadẽ eſt ratio in cõtracti-
bus.Et ideò in caſibus in quibus fit remiſsio etiam
debet adhiberi cauſę cognitio:ſecundũ Pe.de An-
cha.in c.dilecto.de ſent.exc.li.vj.& Fel.in d.c.fi.de
fo.cõp.lib.vj.& facit glo.in c.j.iij.q.vj.Bar.verò in
7 l.j.C.vbi de cri. agi. tenet † ꝙ iudex requiſitus de-
bet cognoſcere ſummatim an reus fuerit cõtumax
in loco delicti:ſed in l.fin.§.j.ff.de publi.iudi.refert
opin.quia quidẽ tenẽt ꝙ poſsit cognoſcere de cau-
ſa quare petitur fieri remiſsio,alij cõtra:quia iudex
requiſitus nõ eſt niſi merus exequutor.& iſtam par
tem tenet Syn.poſt Petr.in l.properandum.§.ſin au
tem reus.C.de iud.in viij.q.& in auth. qua in pro-
uincia.C.vbi de crimin.agi oporteat.in iiij.q.quia
præſumendum eſt pro iudice requirente.l.j.C.de
offi.ciu.iudi.Sed Io.de Imol.in d.l.fin.§.j.ff.de pu-
blica.tenet quòd debeat adhiberi aliqualis cauſæ

cognitio antequàm fiat remiſsio,per gloſſ.in d.cle.
paſtoralis.§.denique.& quòd iſta opinio habet æ-
quitatem & ita etiam videtur ſequi Pau.de Caſt.in
d.l.fi.§.j.ff.de pub.& iſtam partẽ tenet do.Gui. Pa.
8 deciſ.cccc xix.vbi † refert de cóſuetudine in hac cu
ria,ꝙ con ſueuit citari partem,& quæ requirantur
ad hoc vt poſsit fieri remiſsio in delictis:vide etiam
deci.ccij.& dlxxiiij.& ibi an iudex requiſitus ſuper
exequutione ſententiæ poſsit cognoſcere de viri-
bus ſententiæ,& maximè quando agitur de remiſ-
ſione fienda extra patriam eſt ſolitũ vocari partem
ſiue in delictis ſiue in contractibus ratione ſubmiſ
9 ſionis:† quia in delictis de conſuetudine in diuerſa
prouincia ſeu monarchia nó fit remiſsio hodiè ſe-
cundũ Bald. in l.requirendi.C.de ſer.fug.& præſer
tim dominus nó tenetur remittere ſuum ſubditum:
quia non debet eſſe beccarius ſui ſubditi:ſecũdum
10 Bal.in c.j.§.ſi iudex.de pace tenen. & ibi tenet † ꝙ
in caſibus in quibus fit remiſsio perſonę in delictis
11 debet fieri expenſis iudicis requirentis, † & pariter
in curia romana nó fit remiſsio:ſecundũ Alb. in d.
auth.qua in prouincia.C.vbi de crim.agi opor.ſed
in contractibus quoad remiſsionẽ perſonę nó fit re
miſsio:ſecundum Io.And.in d.c.Romana. §.con-
trahente.de for.comp.lib.vj.in nouuell. quia talis
citatio ratione cõtractus vel rei ſitę nõ arctat perſo
nam nec poſſet excõicari, ſecundũ Vinc.in c.ſanè.
de fo.cõp.& pleniùs fuit ſuprà tactũ .Et pręmiſſa fa
ciunt ſuper exequutione literarũ curiæ cameræ A-
quenſis contra dictũ nobilem Ioannẽ Ponceti,qui
ſe prætendebat vaſallum & ſubditũ Delphinalem,
12 & † ꝙ nó poterat prorogare iuriſdictionem nec ſe
ſubmittere extrà pręſentẽ patriã.iuxta not.per Bar.
in l.j.§.& poſt operis.ff.de no.op.núc. ſed illud pro
cederet in cauſa feudi:ſecus quando non concerne
ret cauſam feudi:quia tũc benè poſſet fieri proro-
gatio ſine conſenſu domini:ſecundũ Ang. in l.j.ff.
de iud.& Iaſ.in d.§.& poſt operis.Veruntamen cu
ria conceſsit literas nexę, citra tamen remiſsionem
perſonæ:& licèt ſupradictum fuerit quòd regulari-
13 ter in contractibus nõ fiat remiſsio: † tamen fallit
in certis caſibus quos ponit Phil.Fran.in d.c. Ro-
mana.§.contrahentes.de for.cõp.lib.vj.& inter cæ
teros quãdo quis ſe doloſè abſentaſſet, aut ſe lati-
taſſet:vt in auth.de exhi.& intr.re.§.ſuſcepto.eo.v.
ſecundũ Bal.in d.l.hæres abſens. §.ſi quis tutelam.
ff.de iudi.pro quo facit c. quoniam cõtra frequen-
ter.§.porrò.vt lit.nó conteſt.quia iſto caſu quando
quis ſe occultat,vel impedit ne citatio ad eum per-
ueniat,habetur pro citato.ſecundũ gl.ibi vel quan
do iudex requiſitus recuſat notificare habebitur
pro legitimè citato:ſecundũ Bar.in extrauag.ad re
primendũ. ſuper verbo per edictũ.nam ex minima
contumacia eſt locus remiſsioni, etiam in cõtracti
bus. ſecundum Bald.in l.conſentaneum. C.quo.&
quan.iud.in vij.no.nam cõtumacia dicitur delictũ.

ARGVMENTVM.

In hac quæſtione tractatur de citatione in alieno
territorio in qua varię ſunt opiniones,quas refert
nihil concludens.

SVMMARIVM.

1 *Citatio eſt de actis iudicij.*
2 *Citanti in alieno territorio impunè non paretur.*
3 *Repertus in loco contractus uel delicti,an poſsit ibi citari,*
& ad quem effectum,uſq; ad fin.queſtio.
4 *Se occultãs ne citatio ad eũ perueniat,habetur pro citato.*
5 *Papa ubiq; citat.*
6 *Argumentum de tempore ad locum ualet.*
7 *Contractus & delicta in quibus æquiparentur, & in qui-*
bus non.
8 *Prorogatio loci in alieno territorio,an poſsit fieri conſen-*
ſu partium.

Quæſtio CCCCI.

QVAERITVR an valeat citatio in alie-
no territorio ſiue ratione domicilij,ſiue deli-
cti, aut cõtractus,vel rei : & an talis citatio afficiat
perſonã,vt quis poſsit excõicari:& quid in citatio-
ne per edictum,vel præconẽ.Et in effectu iſta q. re-
peritur dubia:& plures ſunt opiniones:nã pro par-
1 te negatiua facit, † quia citatio eſt de actis iudicij.
c. quoniã contra falſam.de proba.§.fi.inſti.de pœ.
2 temer.liti.& in alieno territorio † impunè nó pare
tur.l.fi.ff.de iuriſdi.omn.c.ij.de conſti.lib.vj.& pro
hoc videtur text.in clem.paſtoralis.§.notorium.de
re iudica.vnde Inno.in c.fi.de for.comp.refert opi-
niones,quòd quando quis reperitur in loco cõtra-
3 ctus † tũc poteſt ibi citari ad effectũ afficiendi per-
ſonam, vt poſsit excõicari : & pariter ad effectum
procedendi ad miſsionẽ in poſſeſsionẽ:& idẽ quan
do quis reperitur in loco delicti, vel domicilij, vel
in loco rei ſitæ:ſi verò non reperiatur in loco, & vo
centur extra territorium, tunc licèt ſint iudices, &
poſsit procedi ad miſsionẽ in poſſeſsionẽ rerũ,non
tamẽ cõtra perſonã ad excõicationẽ.alij dicunt, ꝙ
ex quo habent iuriſdictionẽ, ꝙ poterit procedi per
viã miſsionis in poſſeſsionẽ,vel excõicationẽ:tamẽ
alij dicũt,ꝙ iſto caſu iudex habet iuriſdictionem li
mitatã:quia ratione cõtractus quis nó tenetur inui
tus accedere ad locũ contractus, licèt iudex poſsit
decernere miſsionẽ in poſſeſsionẽ rerũ. c. romana.
§.cõtrahẽtes.de fo.cõp.li.vj.& ſic non põt excõica-
ri.& pro iſta parte facit quod dicit Vincen. in c.ſa-
nè.de for.cõp. ꝙ iudex ratione rei ſitæ nó habet po
teſtatẽ adſtringẽdi perſonã,ſeu excõicãdi: ſed benè
habet poteſtatẽ decernẽdi miſsionẽ in poſſeſsionẽ:
licèt Hoſti.videatur tenere contrariũ:ꝙ etiã iudex
ratiõe cõtractus poſsit excõicare.c.ex tuæ.vt lit.nõ
cont.ſed ſecundũ Io.An.in d.§.cõtrahẽtes.illud c.
intelligitur in alio iudice,quã cõtractus:vel ſi intel
ligatur in iudice contractus, debet intelligi quãdo
inuenitur:& tandem refert opinio.aliquorũ, ꝙ iu-
dex cõtractus poteſt citare contrahentẽ ſi ſit etiam
extrà locũ cõtractus:quia nó eſt neceſſe,ꝙ locus in
quo quis citatur,ſit de territorio citãtis: ſicuti de ar
bitro dicitur,qui põt citare per nuntiũ, vel per epi-
ſtolã.l.ſed interpellatur.§.j.& l.diẽ proferre. §. j. ff.
de arb. & idẽ de canonicis, qui citãt cõcanonicum
abſentẽ.c.cũ nobis olim.de elect.c.tuæ. & c. extũc.
de cler.nõ reſid.& Spe.in tit.de cõp.iud.adi.§.j. ver
ſic:ſed quo.licèt eſſet tutiùs, ꝙ fiat per iudicem ſub
quo reus degit.& iſtã partẽ tenẽt Io.mo.Io.An. in
d.§.cõtrahentes.& hoc debet intelligi de citatione
verbali : quia citatio realis nó poſſet fieri in alieno
territorio.Et licèt rõne cõtractus, vel rei ſitæ iudex
nó poſsit adſtringere perſonã ſeu excõicare : ſecus
in iudice rõe delicti: quia benè afficit perſonã:& iõ
per iudicẽ delinquentis debet fieri citatio requiren
do,iudicẽ,vbi degit reus : veruntamẽ qñ reus ſe oc-

cultat,

cultat ne citatio perueniat ad eũ latitãdo, vel impediẽdo, tũc debet fieri citatio p edictũ in eccleſia cathedrali iudicis loci contractus, vel rei ſitę.c.vlt.de eo qui mit.in poſ.cau.rei ſeru.d.c.ex tuę.de cler.nõ reſi.& cle.cauſam.de elect.& c.quãuis.de for.com. licèt Ioan.Mona.in d.§.cõtrahentes. quem ibi refert Ioan.Andr.quòd quando quis ſe occultat, vel
4 impedit † tunc habetur pro citato: nec eſt neceſſe fieri citationẽ per dictum: niſi quando quis eſt abſens,& ignoratur vbi ſit.& pro hoc facit c.qnoniã frequenter.§.porrò.vt lu.non conteſta. domi. Pet. de Ancha.in dict.§.contrahentes.refert opiniones de quo ſe remittit ad nota.per Bart.in extrauagan. ad reprimendum. ſuper verb. per edictum. in l.j.ff. de requir.reis.Gemi. in dict.§. contrahentes. refert etiam opiniones,& ibi tenet,quòd extra territoriũ nõ poteſt fieri executio citationis realis, vel per pręconẽ,& etiã excõmunicare.pro quo allegat c.Epiſcopi.ix.quæſtio.ij.& ibi gloſſ.ſicut Paulus excommunicauit Corinthium abſentem. c. Romana. in
ſcripto principis apponatur clauſula derogato-
ria ſpecialis, non obſtante tali lege. gloſſ. in dict. l.
quominus. tenet quòd ſic: de quo Bartol. ſe remit-
tit ad notata in l. fin. C. ſi contra ius vel vti. & quòd
dicitur de lege municipali: debet intelligi de ciui
tatibus Italiæ, quæ de cõſuetudine præſcripſerunt
mortuum imperium: ſecundum gloſſ. in authenti-
co de defenſo. ciui. §. iusiurandi. colũ. iij. vel quan-
do quis præſcripſiſſet talem facultatem conceſsio-
nis molendinorum per tempus cuius non extat
memoria in contrarium. l. hoc iure. §. ductus aquæ.
ff. de aqua quotidia. & æſtiua. ſecundum Barto. in
dict. quæſtio. ij. facit l. ſanè. ff. de iniu. & ibi per Bar
tol. & Angel. quòd Veneti per tale tempus præ-
ſcripſerunt gulphum maris de quo latius per Ia-
cob. in dict. l. quominus. in quæſtione principali. Si
6 verò † flumen non eſt nauigabile, licèt ſit publi-
cum, & tunc licitè quis poteſt conſtruere molen-
dina ſuper tali flumine de iure gentium quo iure
flumina & eorum vſus & iura ſunt publica: ſe-
cundum Bartol. in dict. quæſtio. ij. dum tamen il-
le qui duxit aquam, faciat ſine iniuria vicinorum,
aliâs teneretur interdicto de quo in l. j. in princi-
pio. & §. ſunt qui putant. ff. ne quid in loco pu-
blic. idem verò Bartol. in dict. l. quominus. in deci-
maoctaua & fina. quæſtio. tenet quòd ex quo di-
cta molendina ſuper nauibus non ſunt affixa. al
ueo ſeu ſolo fluminis, tunc illud quod ædificatur,
ſicut nauis eſt ædificantium. l. ſi de meis. ff. de ac-
quiré. rer. do. Et licèt id quòd in publico natum ſi-
cuti inſula, vel ædificatum dicitur publicum. l. pe
nultim. §. fina. ff. de acquirend. re. domi. tamen Bar
tol. in dict. xviij. quæſtio. videtur facere differen-
tiam inter inſulam natam in flumine & molen-
dinum ædificatum ſuper nauibus quoad proprie-
tatem, licèt vſus ſit communis: veruntamen in
7 dict. l. quominus. in x. quæſtio. † cui ſpectat clufa
ſeu ſpecus molendinorum facta in flumine, vide-
tur tenere quoad proprietatem quod ſpectet illis
quibus prædia cohærent, ſed quoad vſum ſpectet
ædificanti: ſicuti de inſula dicitur. §. inſula. inſtitu.
de re. diui. Sed idem Bartolus. in dict. l. flumina. in
8 princip. ff. de damno infect. videtur tenere † quòd
talia molendina ædificata ſunt illius qui ædifi-
cat & poteſt agere rei vendica. & debet fieri diffe-
rentia inter ædificium quod fit infrà aquam quo
pariter aqua: & tunc eſt publicum. Si verò fiat
ſuprà aquam, tunc efficitur ædificantis: ſicuti de
inſula dicitur prout ſuprà dictum fuit, Bald. in
rubric. ff. de rer. diuiſ. verſicul. circa aquam. vide-
tur tenere quòd in flumine ſuo priuato licitum
eſt cuique conſtruere molendina: ſecus in flumi-
9 ne publico ſine licentia principis. † Et dicuntur
priuata flumina quando non currunt ſemper.
l. j. ff. de flumi. vt Rapa & Meloncellum: ſecundũ
10 gloſſ. in l. nemo rerum. diuiſ. ff. de † nec poſſet po-
pulus cõcedere iſtã facultatẽ concedendi ad faciẽ
dum molendina in flumine nauigabili: ſecundum
Bal. in dict. rubri. de re. diui. de quo latiùs ibi per ip-
ſum, & in l. item lapilli. eodem titu. & in l. ſi plures.
C. de condi. inſtitu. & in ca. j. §. ſi quis de manſo. de
controuer. inueſti. Paul. verò de Caſtr. in dict. l. flu
minũ. tenet quòd proprietas fluminum eſt publico,
11 licèt vſus ſit communis. & eſt differentia † quia flu-
mina perhẽnia ſunt publica. l. j. ff. de flumi. quoad
proprietatem, licèt vſus ſit communis, & ideò cum
proprietas non ſit communis, non conceditur oc
12 cupanti: † & ideò non eſt licitum conſtruere mo-
lendinum vel cluſam facere in flumine publico
non nauigabili, vt tangat ſolum ſeu alueum, niſi
interuenienti authoritate publica, nec eſt fienda
differentia de flumine nauigabili vel non naui-
13 gabili: quia vtrobique eſt eadem ratio. † Si verò
ædificium molendinorum non tangat alueum,
vt quia promittitur molendina ſuper nauibus quæ
ſe tenet ex concatenatione, vt fit Romæ ſuper Thi
berim, tunc eſt permiſſum: quia ſolùm quis vti-
14 tur aqua, & vſus eſt communis. † & ideò eſt per-
miſſum in flumine publico piſcari & nauigari. Sed
ſecundum Iaſonem in dict. l. quominus. in ij. quæ-
ſtio. ad Bartol. iſta limitatio Pauli de Caſtro non
procedit vt in flumine publico non nauigabili
ſit prohibitum conſtruere molendinum, quando
tangit Alueum: ſecus ſi ſuprà aquam, non placet
eidem Iaſo. per iura ibi allegata. de iſta materia
molendinorum etiam habetur in tracta. feudo.
domi. Iacob. ſuper verbo, & cum molendinis. & ſu
per verbo, fluminibus. Sed redeundo ad quæſtio-
nem quando impeditur nauigatio vel etiam quan
do imminet periculum naufragij: vel etiam diru-
ptionis viæ publicæ, tunc non haberet obſtare li-
centia principis aut alterius: quia intelligitur ſi-
ne præiudicio tertij. l. iij. §. merito. & §. ſi quis à prin
cipe. ff. ne quid in loco vel itine. public. Et præmiſ-
ſa faciunt ad quæſtionem ſuper conſtructione mo-
lendinorum nobilis Aymarij de Columberia, the-
ſaurarij Delphinalis ſuper flumine nauigabili Iſa
ræ verſus portum ruppis Grationopolis ſuper qui-
buſdam nauibus: quia conſules Grationopolis fe-
cerunt quærimoniam, & petierunt dicta molendi-
na diſrui, ſeu remoueri: quia per ipſa impediebat-
tur nauigatio, & imminebat periculum naufragij,
imò iam fuerant ſubmerſę aliquę naues repletę ne
moribus ſubtus dicta molendina, quia ibi eſt ma-
gnus impetus aquę propter duas riparias Iſarę &
Drani, quę ibi iũguntur: & ibi quidẽ fit trãiectum
& ibi eſt ſcripta: & pariter fiebat propè iudiciũ vię
publicæ: ibi cõtiguę: quia molendina trahunt ad ſe
aquam, quãdo rotę vertũtur, & minãtur terrã. Et li-
cèt dictus de Columberia prętẽderet, ꝙ rectũ filum
dicti fluminis Iſarę erat à parte Drani & Claiſij &
Caſtenatici, & nõ à parte dictorũ molẽdinorũ: tamẽ
ſecundũ relationẽ proborum impediebatur adhuc
nauigatio & rectus curſus aquę propter dictũ traie
ctũ aquarum Iſarę & Drani, nec poterat ſecurè
prouideri mediãte auxilio vnius paruę nauis cũ fu
ne vocato la maillyt: & pariter dict. molẽdina affe-
rebãt pręiudicium rebię portus ruppis: nec pariter
erat ſufficienter prouiſum propter quondam plan
tamentũ fuſtarum factũ per dictum de Colũberia

in ripa dicti fluminis Iſaræ propè viam publicam: & ideò fuit ordinatum dict. molendina remoueri, & ipſa reponi à parte inferiori verſus gibetos iuſtitiæ Grationopolis, & aliàs prout pleniùs conſtat actis dictæ cauſæ in manibus magiſtri Stephani Galliſſeti. De materia molendinorum etiam fuit tactum ſuprà quæſtio. cccxvj.

ARGVMENTVM.

Licentiam allegandi vſum aquæ fluminis publici & nauigabilis, ſeu conſtruēdi molendina in flumine publico, ad principem ſpectat dare.

SVMMARIVM.

1 *Damnum ubi timetur ratione operis facti in flumine publico, debet caueri de damno infrà decem annos.*

2 *Tempus infrà quod caueatur de damno ſi agatur de damno priuati eſt arbitrium iudicis: ſecus ſi de præiudicio reipublicæ.*

Quæſtio CCCCXVII.

QVAERITVR ad quem ſpectat dare licētiam albergandi vſum aquæ fluminis publici & nauigabilis, ſeu conſtruendi molendina, & ſi debeat caueri de damno. Et in effectu prout ſupra dictum fuit, pertinet ad ſolum principem, vel ſenatum. l. quòd principi. & l. in publico. ff. de aqua plu. arcē. & dict. l. ij. in prin. & §. meritò. & §. ſi quis à pricnipe. ff. ne quid in loc. public. & d. l. quominus. ff. de flu. niſi eſſet permiſſum ex conſuetudine memoria hominis excedente, ſecūdum Bartol. in dict.
1 l. quominus. in ij. quæſt. & vbi † timetur damnum ratione operis facti in flumine publico, debet caueri de damno infrà decē annos. & idem ſi fiat opus in ripa. l. prætor ait. §. de eo. & l. ſi finita. §. deinde. ff. de damno infect. & l. j. in princi. ff. de ripa. munien. & prout dicit gloſſ. in dict. l. prætor ait. §. de eo. debet ſatiſdari: vt quia tale opus minatur ruinam nauigantibus, vel his qui iuxta flumen ſuas habēt ædes. Nec obſtat ſi dicatur quòd debet tolli opus: quia verum eſt vbi non eſſet permiſſum à principe vel ſenatu: vel poteſt reſponderi quòd tempore cōſtructionis non impediebatur nauigatio. l. j. in princip. & §. penulti. ff. de flumi. & licèt præſtetur cau-
2 tio pro ſpacio † decē annorum, quando agitur de præiudicio reipublicæ: ſecus vbi agitur de facto priuati: quia tunc tempus eſt arbitrarium iudici: & quando agitur de præiudicio reipublicæ, & ædificatur ad vtilitatem priuatam, tunc ſatiſdatur de vitio operis, & non ſoli ſecundum Bartol. in dict. l. ſi finita. §. deinde. & in dict. l. quominus. in xj. quæſt. Et præmiſſa etiam faciunt ad quæſtionem ſuper albergamento vſus aquæ dictorum molendinorum dicti de Columberia ſibi factum per auditores cameræ computorum in quātū dictū flumen Iſaræ infrà territoriū Grationopolitanū ſub certo annuo cēſu: neſcio ſi interuenerit authoritas curiæ Parlaméti quę habet vim Senatus, & ſi etiā hoc habeat cōſuetudo: ſed me refero veritati. Nec obſtat ſi dicatur quòd dictus de Columberia à principio ædificauit dicta molendina publicè abſque contradictione: & ſic quòd dicti conſules paſſi fuerunt: quia prout ſuprà dictum fuit à principio non afferebāt præiudicium prout ſuprà dictum fuit: & ſic non obſtat l. Labeo. ff. de aqua plu. arcē. & l. qui bona. §. ſi quis iuxta. ff. de dam. infecto. & quod habetur per Bartol. in dict. l. quominus. in x. quæſtio.

ARGVMENTVM.

Tempus inſtantiæ an currat in cauſa delegata ſiue in cauſa ciuili, ſiue criminali.

SVMMARIVM.

1 *Tempus inſtantie de iure ciuili in ciuilibus cauſis limitatū triennio, in criminalibus verò biennio à tempore litiſcontestatæ.*

2 *Cauſa de iure canonico non habent inſtantiam limitatam.*

3 *Tēpus inſtātie nō mutatur propter verba in reſcripto poſita, quòd procedatur ſummariè ſine figura iudicij: & hoc propter fauorem publicum.*

4 *Tempus finis inſtantie quando dicātur appropinquare: & de modo pronunciandi.*

5 *Sentētia an poßit ferri ſub cōditiōe de preterito vel futuro: & quid de præſenti: & an iudex poßit in una ſentētia partim abſoluere reum, & partim condemnare.*

6 *Iudex ſi abſoluit reū ſi iurauerit, & reus incontinenti iuret, valet ſententia: ſecus ſi ex interuallo.*

7 *Sententia ſi referatur ad probationes futuras eſt nulla ipſo iure.*

8 *Iudex exceptiones declinatorias poteſt reſeruare in proceſſu quando ſcilicet de eis non apparet in prōptu, ſed requirant altiorem indaginem.*

Quæſtio CCCCXVIII.

QVAERITVR an in cauſa delegata, ſiue in cauſa ciuili, ſiue criminali currat tempus inſtantię, adeò quòd per lapſum triennij in cauſa ciuili, & per lapſum biennij in cauſa criminali pereat inſtantia iudicis: & de modo pronunciandi, quando appropinquat finis inſtantiæ. maximè quando in reſcripto delegationis mādatur procedi ſummariè ſola veritate facti inſpecta. & an ſententia lata ſub conditione per verba de præterito, vel de futuro, ſi probatū fuerit: ſi valida etiā poſ-
1 ſit appellari. Et in effectu de † iure ciuili limitatur tempus inſtantiæ triennio, à tempore litiſconteſtatæ, & in criminali triennio, etiam in cauſis delegatis. l. properandum. in princip. C. de iudic. exceptis cauſis, quæ ad ius pertinent fiſcale, vel quæ reſpiciunt factiones: vt ibi habetur: etiam in cauſis ſummarijs, in quibus non conteſtatur lis: quia tunc currit inſtantia à tempore quo incipit tractari de meritis cauſæ: iuxta notat. in l. nullam. & l. nihil. C. de procuratori. ſecundum Bal. & Salycet. in dict. l. properandum. & Barto. in dict. l. properandum. §. & ſi quidem. de quo latiùs per Alexand. & Iaſon. in dict. l. properandum. in princ. & ideò quando cauſa protella tur ante litē cōteſtatā, in his, quę euenerūt, nō eſt dare perēptionē inſtātię: vt ibi habetur per Iaſo. & hoc de iure ciuili: ſed
2 de iure canonico † cauſæ non habent inſtantiam limitatam. ca. venerabilis. de iudi. quinimò de iure ciuili in iudice delegato, licèt pereat inſtantia per lapſum triennij: non tamen perit iuriſdictio: ſecundum doct. in ca. venerabilis. niſi eſſet tempus præfixum iuriſdictioni: iuxta c. de cauſis. & c. conſulit. de offic. deleg. nec obſtat authent. quod fieri. C. de dila. & au-

ſa. & authentic. qui ſemel. C. quomodo. & quando iud. vbi ſtatuitur minus tẽpus triennio: quia licèt ibi loquatur in delegato, & quòd poſsit breuiori termino finiri inſtantia: non tamen dicitur quòd poſsit prolongari inſtantia: ſecundũ Cyn. poſt glo. in dict. l. properandum. Nec obſtat ſi dicatur quòd quando in reſcripto apponuntur illa verba, quòd procedatur ſummariè ſine figura iudicij, quod non debeat ſeruari talis ritus iudiciorũ, cle. ſæpè. de verbo. ſigni. & in extrauaganti. ad reprimẽdum. ſuper verbo, figura. quia ad iſtud poteſt reſponderi, quòd
3 propter illa verba, † non mutatur tempus inſtãtiæ, propter fauorem publicum, iuxt. not. per Bart. in l. ſi in lege. ff. loca. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ dicta verba appoſita in reſcripto, de plano ſummariè nõ operabuntur effectum: quia imò operabuntur ad abbreuiandum dilationes: tamen non debẽt omitti ſubſtantialia: ſecundum Bart. in l. ne quidquàm. §. de plano. ff. de offi. procon. & lega. ſed propter hęc non poterit prolongare tempus inſtantiæ: ſecundũ Bart. & Ang. in l. j. ff. de offic. mili. & Ioã. de Imol. in l. filiusfa. ff. & per Pau. de Caſtr. in l. qui Romæ. §. Calimachus. ff. de verb. oblig. an autem in cauſis ſummarijs in quibus lis non cõteſtatur, debeat ſeruari tempus inſtãtiæ: nec remitto ad not. per Alexã. de Imol. in d. l. porparandum. in princ. Sed re-
4 deundo ad queſitum, † qualiter dicatur appropinquare tempus finis inſtantiæ, & de remedio, & modo pronunciandi. Et in effectu dicitur propè finem triennij per ſex menſes. vt in d. l. properandum. §. & ſi quidam, & vbi inſtantia eſſet perempta ad hoc vt poſsit ferri valida ſententia, debẽt reuocari priora acta inſtantię vno ictu repetẽdo, & procedendo: ſecundum Bart. in d. l. properandum. per ea quæ habentur per gloſ. & doct. in l. quæ omnia. & l. mutari. ff. de procu. de quo latiùs per Alex. in d. l. properandũ. ſed de modo pronũciandi ante finem inſtãtiæ, an iudex poſsit condemnare reum eſſe condẽnandum factis probationibus, vel abſoluendum, videretur dicendum prima facie quòd nõ: quia iſta vidẽtur diuerſa, condẽnare, vel abſoluere, vel pronũciare abſoluendũ, vel condemnandũ: iuxt. nota. per Bart. poſt gloſſ. in l. i. C. ſi aduerſus liber. ſed idẽ
5 Bar. in l. ait prætor. §. i. ff. de re iudi. tenet, † quòd valet ſentẽtia, quãdo iudex condẽnat, ſi eſt probatũ: quia iſta conditio refertur ad acta, ſed eſt de pręſenti, & non eſt extranea: iuxta ea quæ habentur per gloſſ. in l. à diuo pio. §. in venditione. ſuper verbo, capiãtur. ff. de re iudi. & in l. j. §. biduũ. ff. quando appella. ſit. & in l. cùm iudex. C. de ſentent. & interloquu. om. iudi. & ideò aſſeſſores vtuntur hac cautela, quãdo non habent plus de termino, infrà quẽ debeant pronunciare, vel quando eſt tanta eorum imperitia, quòd ex actis neſciunt colligere vtrum ſit probatum, vel non: ſecundum Bartol. in dict. l. ait prætor. §. j. veruntamen ſi eſſet probatũ pro parte, & pro parte non, nõ teneret ſententia: quia non eſſet ſuper toto iudicatum. l. in hoc iudicio. ff. fami. erciſcun. Et ideò ad hoc, non teneret ſententia eſſet opus dicere quòd iudex condemnaret reum in eo, quod eſt probatum, & ipſum abſoluat in eo quod non eſt probatum: ſecundum Bart. vbi ſuprà quid autem ſi iudex dicat condemno reum, ſi eſt probatum, & ipſum abſoluo, ſi non eſt probatum, an valeat ſententia: Bart. vbi ſuprà, tenet quòd ſic: & ibi videtur ſequi Ang. licèt ſecũdũ ipſum poteſt dari alia forma, quando nõ liquet de cauſa, quod iudex abſoluat reũ ab obſeruatione iudicij, & exprimat cauſam, & non habebit obſtare in negotio principali. l. properandum. §. & ſi quidẽ. C. de iud. faciunt nota. per Inno. in cap. j. de confirma. vti. vel inutil. veruntamen quando iudex condemnat ſub conditione ſi eſt probatum, cognoſcit poſteà in executione ſententiæ, vel etiam ſi non eſt probatum: & vbi eſt ſolùm probatum per vnum teſtem, non eſt iſto caſu locus delationi iuramenti: ſed debet dici reus abſolutus: quia deficit illa conditio ſi eſt probatum cum debeat intelligi de plena ex legitima probatione: ſecundum Barto. in dict. l. ait prętor. §. j. aliàs incipit, ſi iudex. & ibi etiam Ioann. de Imol. tenet quòd aſſeſſor non debet vti illa cautela, niſi neceſſitas vrgeat: quia aliàs per hoc detegitur eius imperitia: & licèt ſententia debet ferri ſuper toto, ſcilicet in eodem capitulo, prout ſuprà dictum fuit: pro quo faciunt nota. per gloſſ. & doctor. in l. j. C. ſi aduerſus rem iudi. hoc verum, quando fertur ſentẽtia ſuper principali: ſecus ſi ſuper expenſis, & acceſſorijs. l. fina. C. quando prouo. non eſt neceſ. de quo per Ioan. de Imol. in dict. §. ſi iudex. idem verò Barto. in d. l. cùm iudex. C. de ſenten. & interloquutio. omnium iudi. tenet quòd ſententia bene poteſt ferri ſub conditione intrinſeca, quę tangit negotium, vel quando eſt de præſenti, quæ non ſuſpendit actum. l. cùm ad præſens. ff. ſi cert. peta. & ideò valet ſententia, niſi reſcindatur per appellationem: ſecũdum Barto. in dict. l. cùm iudex. & ideò quando iudex condẽnat reum actori ſi probauerit, debet ſtatim probari: aliàs non teneret, & ita etiam tenet in dict. l. j. §. biduum. ff. quãdo appellandum ſit, & ibi per Alexand. de Imol. in dict. l. à diuo pio. §. in venditione. & per Cyn. in l. non dubium. C. de legib. in quinta oppoſitione: & licèt ſententia poſsit ferri ſub conditione intrinſeca. & quia concernit negotium, tamen ſi fuerit lata per verba futuri temporis, vt quia iudex cõdẽnat reũ actori, ſi probauerit, Bar. in d. l. cũ iudex. aliquãtulũ obſcurè loquitur: licèt videatur tenere qđ ſentẽtia teneat ſi ſtatim impleatur cõditio. Spec. verò in ti. de prola. ſent. §. iuxta. verſ. ſed eſſe. vbi tractat quando iudex condẽnat reũ ad petita, per actorẽ: ſi actor probauerit an valeat talis ſentẽtia, quia prima facie videretur dicendũ ꝙ ſic. d. l. cũ iudex. & c. auditis. in fin. de procura. Sed in contrariũ arguit: quia ſentẽtia debet eſſe certa. §. curare. inſti. de acti. & quia iudex debet pronũciare ſecundũ acta & probata, & nõ valet cõdẽnatio priuſquã cõſtet de eo in quo cõdẽnatur: aliàs eſſet prepoſteratio. l. illicitas §. veritas. ff. de offi. præſid. cano. iudicet. iij. q. vij. c. penul. de eo qui mitti. in poſſe. verũtamẽ videtur tenere ꝙ talis prępoſteratio nõ reddat ſentẽtiã nullã: cũ non ſit talis, de qua loquitur. l. prolatã. C. de ſent. & interloquu. om. iu di. licèt talis præpoſteratio faciat ſentẽtiã iniuſtam per appellationẽ reſcindẽdi. & ibi per Ioã. And. in
6 addi. quãdo iudex abſoluit reũ † ſi iurauerit: quia qñ illicò poſt ſentẽtiã reus iurat antequã ad alios actus diuertat, valet ſentẽtia: ſecus ſi ex interuallo. l. cõtinu. ff. de ver. ob. l. iudex. ff. de re iud. Nec obſt. ſi dicatur ꝙ ſit de appẽditijs ſentẽtię, & ſic ꝙ poſsit

ferri eadem die.l.Pan.ff.de re iudi.quia ſecundum
Io.And.nõ eſt de appendicijs ſentẽtiæ:imò de ſub
ſtantia: idẽ verò Spe.in d.tit.de prola. ſent.§. ſpe-
cies.verſi.ſed nũquid format quæſtionẽ,an in ſen-
tẽtia iudex poſsit apponere pœnã dupli.& in verſi.
quid ſi iudex.tractat an valeat ſententia cõdemna
toria,niſi reus probauerit ſolutionẽ infrà octo dies:
& videtur tenere ꝙ non:vt poſt rem iudicatã pro-
ducãtur teſtes:& quia non poteſt fieri ſentẽtia ſub
conditione.d.l.j.§.biduũ.ff.quando appellan.ſit.c.
biduũ.ij.q.vj.ſed in contrariũ ibi Io.And. allegat
c.cũ veniſſent. verſ.nos igitur. ibi, donec probatũ
legitimè fuerit ex aduerſo. de iuſtitu.licèt ibi lo-
quatur de interlocutoria:veruntamẽ ſecundũ Ioã.
Andr.eſt tutiùs differre ſententiam,Angel. verò
in dict.l. quemadmodum.ff.de iudi. vbi iudicium
non poteſt ſub conditione formari:quia debet eſſe
certum,& nõ debet pẽdere regulariter:veruntamẽ
quando conditio eſt de præſenti, & non eſt extra-
nea, imò contingit negotium,de quo agitur,& eſt
de pręſenti:vt quia iudex condẽnet reum,ſi eſt pro
ba tum,& ipſum abſoluit,ſi nõ eſt probatum, tunc
teneret ſentẽtia. & iſta practica vtuntur aſſeſſores
ignorãtes, & maximè quãdo videtur ſe habere mo
dicum de tempore ad afferendum ſententiã, timen
tes, ꝙ per lapſum temporis incurrant pœnam ſta
tuti:ſed ſecundum Ange.ibi honeſtius eſt quòd iu-
rent ſibi de cauſa non liquere:& excuſantur à pœ-
na.l.ſi de meis.in fin.ff.de arbi.& pariter aſſeſſores
vtuntur alia practica,quãdo imponuntur pœnam
pecuniariã ſaluo iure,ſi plus,vel minus condẽnen-
tur quàm deberet ſecundum formã ſtatuti de quo
ſe remittit ad not.per Bar.in l.iudex.ff.de re iudi.&
in l.mochis.ff.de pœn.Si verò conditio appoſita in
ſententia non eſt de præſenti,ſed de futuro,& con-
tingit negotiũ de quo agitur,tunc ſi cõditio eſt in
poteſtate eius pro quo ſententia fertur, tũc debet
impleri incontinenti, vt l.ſi quis iuſiurandi. C.de
reb.credi.ſed ſi nõ eſſet eius in poteſtate,tũc poſſet
impleri ex interuallo: vt dicẽdo,condemno reum ſi
actor probauerit,vel abſoluo reum ſi reus probaue
rit ſuam exceptionem,allegat gloſſ.in dict.l.à diuo
pio.§.in venditione.ff.de re iudic.licèt Bart. aliter
videatur ſentire in dict.l.cùm iudex.C.de ſenten.&
interloquutio.de quo ibi etiam per Ang.in l.præ-
ſes.eodem tit.vbi tenet opin.Iac.de Aret. quòd ſi
poſsit ferri ſententia,poteſt ferri per verba futuri
temporis:vt quando conſultor conſulit aliquem eſ
ſe condemnandum,vel abſoluendum,& iudex pro
nunciauit ſecundum conſilium ſapientis,quod te-
net ſententia:ſicuti quãdo iudex pronunciat reum
eſſe condemnandum:quia eſt idem & per æquipo-
lens,ac ſi eſſet condemnatus: ſecundum gloſſ.in l.
diem proferre.§.ſi plures.ff.de arbit. ſuper verbo,
inde quæritur:de quo articulo habetur per Ange.
Ioann.de Imol.& Alexand.in l.j.§.ſi quis ita.ff.de
verbor.obliga.& idem quando iudex in ſententia
condemnat reum abſoluendum, quidquid actori
debere conſtituiſſet:de quo per Ange.in l.qui Ro
mæ.§.Augerius.ff.de verbor. oblig.facit l.hæc ſen
tentia.C.de ſenten.quæ ſine certa quantita.Bal.ve
rò in d.l.cùm iudex.C.de ſenten.& interloquu. te-
net quòd quando iudex propter breuitatem tempo
ris non potuit examinare acta, quòd tunc poterit
pronunciare ſcilicet, abſoluo reum, ſi apparet ex a
ctis factis & fiendis abſoluẽdum, & econtrà con-
demno ſi apparet condemnandũ:ꝙ valet ſententia:
quia dependet ex actis:ſecundum Iaco.Butrig.ſed
Bald.ibi reprobat quoad acta fienda. per not. in l.
prolatam.C.de ſenten.& interlo. veruntamen Bal.
in dict.l.cùm iudex.eſt perplexus,excuſatur ſi non
pronunciat clarè,ſed dimittit ſub dubio actorum:ſi
cuti in interdicto vti poſsidetis:quia iudex poteſt
pronunciare propter conflictum probationum,poſ
ſidere vti probaſtis, & in executione diſcutietur
quis meliùs probauerit:idem verò Bald. in dict.l.
non dubium.C.de legi.tractat de hac materia, an
valeat ſententia lata ſub conditione:& in l.perem-
ptorias.C. ſententiam reſcin.non poſſ. & in l.ſi de
meis.§.ex compromiſſo.ff.de arbit.vbi tenet quòd
iudex excuſatur,ſi non pronunciauerit quando nõ
liquet de meritis cauſæ, non obſtante ſtatuto pœ-
nali:& quòd in hoc ſtatur ſuo iuramento:vel ſecũ-
dum Iaco.Butriga.poteſt iudex dicere condemno
ſi probabitur,vel abſoluo,ſi non probabitur:vel cõ
demno ſi ex actis apparet,& hoc quando ſtatutum
arctat:ſed ſecundum Bald.ibi iudex non debet ti-
mere. Ioan.de Imo.in dict.l.à diuo pio.§.in vendi
tione.poſt gloſſ.tenet quòd interloquutoria poteſt
ferri ſub conditione:ſed in diffinitiua diſtinguitur
ibi de quo etiam per eum in l.iudex. poſt Barto.eo
dẽ titu.& in dict.l.qui Romę.§.Augerius.ff.de ver
bor.obliga.quando ſententia refertur ad approba
tiones futurum eſt nulla ipſo iure.l.fina.C.de ſen-
ten.quæ ſine certa quanti.Alexand.de Imol.in d.l.
ait prætor.§.ſi iudex.ff.de re iudic.refert opiniones.
de quibus ibi latiùs per ipſum,& in d.l à diuo pio.
§.in venditione.ff.de re iudi.& ibidem tenet, quòd
quando iudex fert ſententiam ſub conditione de
futuro,videlicet ſi probauerit,quòd iudex appella-
tionis poterit reuocare etiam antequã ſibi liqueat
de iuſtitia ſententiæ:allegat Specu.in titu.de ſentẽ.
prola.§.iuxta.verſicu.ſed eſſe. de quo ibi latiùs per
ipſum.in dict.l.qui Romæ. §. Augerius.ff.de ver-
borum obliga.vbi tenet quòd ſententia debet re-
ferri ad probationes factas, & non ad futura.& ꝙ
ſententia iſto caſu eſt nulla, & hoc quando refer-
tur ad alias probationes futuras, ꝙ iuramentum,
quod præſtatur incontinenti. dict.l. cùm iudex.de
quo latiùs per Alexan.in dict.§.Augerius. & Pau.
de Caſtr.in l.continuus.in princip.ff.de verbo.obli
gat.in aliquibus lecturis, quàm refert Alexand.in
dict.§.Augerius. Bal. verò in l.ab eo.C.quomodò
& quando iud.dat vnam cautelam, quãdo proba
tiones ſunt intrincatæ, hinc inde, & tempus ſtatu-
ti arctat quòd iudex pronunciat prout ſibi videtur,
& exprimat cauſam:alleg.gloſſ.in capitu.licèt cau
ſam.de probatio.ſuper verbo,poſsidetis:idem verò
Bar.in l. peremptorias.C.ſent.reſcind.nõ poſſe. ver
ſicu.quæro,iudex dat aliam cautelam,quòd quan-
do appropinquat tempus inſtantiæ, quod iudex cõ
demnet reum reſeruata ſibi exceptione ſolutionis,
& pacti:quia quandocunque fiat probatio, intelli
gitur ante ſententiã facta: quia conditio fingitur
retro.capitu.pręterea.de appellatio. & idem in ex-
8 ceptionibus declinatorijs, quia † iudex poteſt il-
las reſeruare in proceſſu: quando ſcilicet de eis nõ
apparet in promptu:ſed requirunt altiorem indagi
nem.ſecun-

nem: ſecundum Bart. ibi, & per Bart. poſt gloſ. in l. nam poſteà. in princi. ff. de iurei ur. idem verò Bald. in l. j. verſ. ijs expetitis. format q. quãdo iudex infrà duos mẽſes debeat diffinire cauſam accuſationis, vel inquiſitionis, & poſt probationes reus opponit contra teſtes de falſo, an iſto caſu currat tẽpus inſtantiæ de quo ibi per ipſum. Pro quo facit l. cõtra maiores. C. de inſ. teſt. Et præmiſſa faciunt ad q. ſuper cauſa appellationis nobiliũ Ioannis Iacobi de Palli. & conſortium contra nobilem Ioannem Baptiſtam de Pelletis appellatũ patriæ Aſtenſis: quia dictus nobilis Ioannes Baptiſta de Pelletis in prima inſtãtia impetrauit reſcriptum quod dirigitur vicario domini gubernatoris Aſtẽſis, & vicario poteſtatis iuſtitiæ Aſtenſis, prætextu quartæ partis caſtri, & territorij Burij patriæ Aſtenſis, & in dicto reſcripto eſt appoſita clauſula quòd procedatur ſummariè ſola veritate facti inſpecta: & tandẽ dicti iudices delegati protulerunt eorum ſententiã diffinitiuam conditionaliter, ſi probatũ fuerit, reſeruãdo exceptiões dictis reis, & aliàs prout ibi pleniùs continetur à qua ſentẽtia ſalua ipſius nullitatis fuit appellatũ: & fuerũt deductæ cauſę grauaminis: & inter cæteras ꝙ dictæ cõditiones ſunt falſæ. aliter ad præſens non declarat: quia adhuc pendet lis coram curia. & iſta quæſtio eſt ſatis prolixa, & poſſet diuidi in plures alias queſtiones, ſed cauſa breuitatis redegi inſimul.

ARGVMENTVM.

A delegato ad quem appelletur: & an in cauſa appellationis iuriſdictionis prorogatio locũ habeat.

SVMMARIVM.

1 *A delegato ad primum delegantem appellari debere regulare. & nu. 6.*
2 *A delegato ad quẽ appellari debeat ſecũdũ ius canonicum.*
3 *Appellandum eſſe gradatim, iuris ciuilis eſt.*
4 *Appellare ad Papam omiſſis medijs de iure canonico poſſe regulare.*
5 *Curiæ ſupremæ legẽ condere, ſicut & princeps, poſſunt.*
7 *Conſuetudo in appellationibus deuoluendis attendenda.*
8 *Ab officiali foraneo ad Epiſcopum uel principalem officialem eius appellatur.*
9 *Appellatio omiſſo medio non opponente parte ualet.*
10 *Prorogatio iuriſdictionis in cauſis appellationum, an & quando fieri poſſit.*
11 *Conſuetudo fori tam in cauſis primæ inſtantiæ, quàm appellationis attendenda.*
12 *Appellationes iudicum inferiorum delegatorum in Delphynatu quòd de conſuetudine quod ad ſupremam curiam non ad delegantem deuoluantur.*
13 *Appellatur à delegato Epiſcopi, ſi abſens ſit, ad eius officialem.*

Quæſtio CCCCXIX.

QVAERITVR an à delegato principis in aliqua patria ſeu prouincia vbi eſt parlamentũ quod repræſentat perſonã principis, & habet ius ſuperioritatis, & ſupremæ iuſtitiæ ſufficiat appellare ad ipſum parlamentum & appellationẽ introducere & proſequi, an verò debeat appellari immediatè ad principem: & an in cauſa appellationis habeat locũ prorogatio iuriſdictiõis: & an debeat attendi conſuetudo curiæ appellationum, vel pri-

1 mi iudicis. Dubium facit: † quia regulariter debet appellari ad primum delegantem. l. j. in princip. & §. ab eo. ff. quis & à quo. l. fi. C. de iudi. l. j. C. qui pro ſua iuriſd. in fi. ſecundum literam noſtram. Si verò teneatur alia terra ad eos tunc, quando delegatus principis ſubdelegat, tunc appellatur à ſubdelegato ad delegatum delegantem immediatè, & hoc de
2 iure ciuili. † Sed de iure canonico fit differentia, quando delegatus Papæ ſubdelegat in totũ, & tũc appellatur ad Papam primò delegãtem. cap. ſuper quæſtione. §. porrò. de offi. delegat. ſi verò delegatus nõ ſubdelegat in totum, ſed retinet ſibi aliquid de iuriſdictione, tunc appellatur immediatè ad delegatum ſubdelegantem, & non ad Papam etiam omiſſo medio: vt in d. §. porrò. c. ſi delegatus. ca. ſi is cui. c. ſi à ſubdelegato. cum ibi notat. de offi. deleg. lib. vj. prætereà facit c. ſtuduiſti. de offi. lega. vbi delegatus ſpecialis in cauſa ſibi commiſſa præfertur generali legato de latere, & eſt maior quantum ad iſtam cauſam ſpecialiter commiſſam: ſecundũ glo. ibi, nec poſſet appellari iſto caſu à tali ſentẽtia delegati ſpecialis ad legatum de latere in prouincia: ſecundũ Pan. ibi, licèt legatus de latere ſit ordinarius in prouincia ſibi decreta. c. ij. de offi. leg. lib. vj. Sed
3 pro hoc etiam facit: † quia de iure ciuili appellandum eſt gradatim ad immediatum ſuperiorẽ etiam delegantem, nec poteſt appellari ad Imperatorem omiſſo medio: ſed debet appellatio remitti, aut aliàs reuerti ad proximum immediatum. l. Impera-
4 tores. §. j. & l. j. §. ſi quis. ff. de appel. † licèt regulariter de iure canonico poſsit appellari ad Papã omiſſis medijs. c. ſi duobus. de appella. niſi in certis caſibus notatis per glo. & doctores in c. ſuper quæſtione. §. porrò. de offi. iudi. delegat. & ideò dicit Spec. in titu. de appella. §. nunc tractemus. Benedictus ſit Imperator, qui licèt mundi dominus ſit, & omnes prouinciæ ſub eo ſint. lxiij. diſtinction. can. Adrianus. & omnes principes excepto Rege Franciæ. c. in apibus. vij. q. ij. c. per venerabilem. qui fil. ſint legitim. quia non patitur Imperator in præiudicium inferiorum, & in damnum & laborem litigantium ad ſe appellari, ſed cauſas remittit. & per glo. in pragma. ſanct. in titulo de cauſis. cap. j. §. ſtatuit. ſuper verbo, omiſſo medio. & ibi ponit caſus ſpeciales in quibus poteſt appellari omiſſo medio. Sed pro contraria parte facit quòd poſsit appellari ad curiam parlamenti, quæ habet ius reſortus & ſupre-
5 mæ iuſtitiæ. † & poteſt condere legem. l. normam. aliàs formam. C. de offi. præfe. ſicut princeps: ſecundum gloſſ. ibi nec appellatur ab eius ſententia. l. j. de ſenten. præfe. prætor. pro hoc videtur textus in l. præcipimus. C. de appellationib. §. hæc ſi appella-
6 tio. † quando appellatur à delegato alterius non principis, appellatur tunc ad delegantem. & in §. hinc ſaluberrimè. quando princeps delegat non illuſtri, tunc ſi appelletur, tunc non cognoſcit Imperator, ſed præfectus prætorio cum quæſtore illuſtri. Et ſecundum Salicet. ibi à delegato principis non illuſtri appellatur ad præfectum prætorio, & quæſtorem. & ita videtur caſus ibi in hac materia. Si verò cauſa eſſet commiſſa alicui illuſtri tunc à tali delegato ratione dignitatis perſonæ appellatur ad ipſum principem. & cauſa in eius ſacratiſsimo conſiſtorio tractatur, vt ibi habetur. Sed in primo caſu

quãdo cauſa delegatur inferiori quàm illuſtri, pręfectus pretorio cognoſcit propter occupatiões principis etiam ſine ſpeciali cognitiõe, licèt hodie quia Imperator non habet iſtos præfectos in curia ſua neceiſe eſt vt commiſsionem faciat: ſecundum Salice. ibi. vnde glo. in l. j. §. ab eo. ff. quis & à quo. dum alleg. d. l. præcipimus. §. hinc ſaluberrimè. tenet q̃ ibi ſit ſpeciale in caſu illo vbi non appellatur à delegato ad delegantem: vel ſecundum Barto. in d. §. ab eo. benè appellatur ad principem delegantem: ſed cognoſcit alius iudex, qui es in curia principis: nec enim ibi dicitur ad quem appellatur. Sed quis cognoſcat de appellatione quæ fit ad principem: erant enim in curia principis diuerſa auditoria deputata ſuper appellationibus. & ita etiã tenet ibi, Ang. Are. Secundò pro iſta parte facit c. Romana.
7 §. j. de appellationi. libr. vj. vbi de materia † deuoluendi appellationem attenditur cõſuetudo, vt poſſit appellari à ſententia Archidiaconi ad Archiepiſcopum omiſſo medio. & idẽ eſt ſi per priuilegium, quia à pari procedunt: ſecũdum gloſ. ibi. & per hoc
8 facit c. referente. cum ibi nota. de præben. † Et idem in officiali foraneo conſtituto in certa parte diœceſis: quia ab illo appellatur ad Epiſcopum ſeu eius officialem principalem. cle. & ſi principalis. de reſcript. & ibi glo. niſi aliter conſuetudine caueretur: vt omiſſo medio appellaretur ad Archiepiſcopum prout ſupradictum fuit. Nec obſtat c. ſecundum. de conſue. lib. vj. vbi non valet appellatio ab officiali ad Epiſcoqum: quia ibi loquitur in officiali principali & generali: ſecus in foraneo, vt ibi habetur. Tertiò pro iſta parte facit c. dilecti. le iij. de appell.
9 vbi † tenet appellatio omiſſo medio parte non opponente: iuxta not. per gloſſ. & docto. ibidem & ſic
10 quòd † poſsit fieri prorogatio iuriſdictionis iſto caſu in cauſa appellationis & tenebit proceſſus, & maximè inter laicas perſonas. ſecundũ Io. de Imol. & Ange. de Aret. in d. l. Imperatores. ff. de appell. licèt ſecundum Bal. in extrauag. de pac. conſt. §. in cauſa. verſi. ſecundũ mores. in cauſa appellationis non habet locum prorogatio iuriſdictionis: quia cauſæ appellationum ſunt mixti imperij, & pertinent ad authoritatem ſuperioris. & ita vtraque parte conſentiente non poſſunt vẽtilari apud iudices incompetentes. auth. ad hæc. C. de iud. l. priuatorum conſenſus. C. de iuriſd. omni. iudic. & hoc verùm niſi talis ſuperior cuius iuriſdictio prorogatur, poſſet adiri per viam querelę: quia tunc benè poſſet fieri prorogatio iuriſdictionis etiam in cauſa appellatiõis. c. cordi. de appellation. lib. vj. ſecundum Innocent. in c. de cauſa. de offi. & poteſt. deleg. & Panor. in d. c. P. & G. de offic. & poteſt. delega. licèt propriè loquendo in caſu d. c. cordi. non dicatur propriè prorogatio, ſed exceptionis omiſsio: ſecundum Doctores vbi ſuprà. licèt quando ſuperior poteſt adiri per viam querelæ tenet prorogatio prout ſuprà dictum fuit. Et iſtud facit pro priuilegio tranſportus reſortus vltimarum appellationum patriæ Aſtenſis, vbi ſereniſsimus Rex dominus noſter Delphinus Comes Aſtenſis remiſit vltimas appellationes & reſortum dictæ patriæ Aſtenſis coram hac curia parlamẽti Delphinatus, etiã quòd poſsit adiri per viam querelę. Quartò pro iſta parte facit dictus §. in cauſa. de pace conſtan. vbi Italici appellantes non tenentur ire in Alemaniam, ſed debet Imperator ibi habere iudicem appellationum, vt releuentur ſubditi à laboribus & expenſis, propter nimiã diſtantiam locorum. capitu. vt litigantes. de officio ordi-
11 narij. libro vj. † & quando eſt quæſtio de proceſſu primæ inſtantiæ debet ſeruari cõſuetudo primi fori: ſecũdum Baldum in dicto §. in cauſa. pro quo allegat c. licèt. de elect. libr. vj. ſuper verbo, de cætero. Si verò ſit quæſtio de proceſſu cauſę appellationis, debet attendi conſuetudo fori iudicis appellationis: vbi iudicium agitur. l. ij. C. quæ ſit long. conſuetudo. cum ibi notatis per gloſſam & Doctores & in l. cunctos populos C. de ſumma trinitate & fide catholica. Vnde quãdo agitur de re vel meritis cauſæ, quando ſecũdum ius & iuſtitiam primus iudex pronuntiauit, iudex appellationum ſeruare debet, aliâs ſecus, ſaluo q̃ ex nouis actis iudex appellationis poteſt ferre nouam ſententiam, & etiam reformare. l. Titianus. ff. quod cum eo. ſecundum Bart. in dict. §. in cauſa. & pro hoc facit in authentica, vt cum de appellatione cognoſcitur. in principio, collatione viij. & l. obſeruare. ff. de officio proconſul. vbi prouinciales exiſtimant magnum ſibi obſeruari ſuas conſuetudines. & quòd habetur per gloſſ. in c. illud. xij. diſtin. vbi tractat, an debeat attẽdi conſuetudo iudicis delegantis, vel delegati: & quid iuris in cauſa appellationis ſi debeat attendi conſuetudo primi fori vel fori appellationis de quo etiam per Bartolum in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. in quinta quæſtione principali. verſicu. ſecundò quæritur. & per Alexandr. de Imola conſilio xcvj. Et iſtud facit pro dicta cauſa appellationis dictorum nobilium de Pallidis patriæ Aſtenſis, qui appellauerunt à dicta ſententia lata per dictos dominos vicarios gubernatoris & poteſtatis iuſtitiæ Aſtenſis delegatos: quia per clauſulam reſcripti eorum poteſtatis non erat excitata eorum iuriſdictio ordinaria, ſed delegata propter illam clauſulam adiectam, quòd ſummariè procederetur ſola veritate facti inſpecta. capitul. licèt. de offici o iudicis ordinarij cum ibi notat. per Panormitanum, & quia etiam in dicto reſcripto princeps delegat cauſam & vtitur verbo delegamus. capitul. cùm aliquibus. de reſcriptis. libro vj. facit quod habetur in capitu. cùm ex officij. de præſcriptionibus. & in l. ſæpe audiui Cæſarem. ff. de officio præſidis. & ideò licèt dicti appellantes introduxerint dictam appellationem coram curia, & fecerint citari dictum nobilem Ioannem Baptiſtam de Pelletis appellatum: tamen oppoſuit de defectu iuriſdictionis, quòd debuit appellari ad principem delegantem, & non
12 ad iſtam curiam: licèt † in hac patria ſit conſuetudo quòd in cauſis commiſsionalibus quãdo Rex dominus noſter Delphinus committit cauſas iudicibus inferioribus vti viceballiuis vel alijs ordinarijs, tunc appellatur ad iſtam curiam, & nõ ad principem delegantem, vt obuietur laboribus & expenſis ſubditorum: quia etiam iſta curia gerit vicem principis & habet vim legis condendæ prout ſuprà dictum fuit. & æquiparatur ſenatui. l. non ambigitur. ff. de legibus. & illud quod fit per curiam principis cenſetur factum per ipſum principem, cùm ipſe ſit de numero ſenatorum. l. nemo. & l. ius ſenatorum. C. de dignitatibus. libro duodecimo. &

mo. & ibi per Ioannem de Platea. & ita etiam debet attendi conſuetudo in iure deuoluendi appellationem prout ſupradictum fuit: aliter ad præſens non declaro, quia pendet ad ordinãdum ſuper hoc in d. cauſa, & nondum eſt facta declaratio per curiam. Veruntamen pro fundamento iuriſdictionis curiæ benè facit quod notatur per Pan. in d. c. dile-
13 cti. le iij. de appellationibus. dum ibi tenet † quòd à ſententia delegati Epiſcopi poteſt appellari ad eius officialem, quando Epiſcopus eſt abſens: per iura ibi per ipſum allegata. & ita etiam tenent glo. Archidiaconus Ioannes Andræas in nouella, Petr. de Ancharano Philippus Francus in capitul. ij. de conſuetudine. libro vj. vbi tenent quòd à delegato Epiſcopi vel officialis poteſt ſimpliciter appellari ad Epiſcopum vel officialem: quia eſt idẽ conſiſtorium. & ita etiam tenent domini de Rota in notabili deciſione ccxxxviij. incipiente, Si Epiſcopus. & idem quando appellatur à vicario in cauſa delegata ad Epiſcopum. l. à proconſulibus. C. de appellationibus. & ibi vult glo. in pragmatica ſancti. in tit. de cauſis, ſuper verbo, omiſſo medio. Bartolus in l. j. §. j. ff. quis & à quo appellar. in fine. Philippus Francus. in capit. dilecti. le iij. de appellationibus. Ergo videretur idẽ in caſu iſto in dictis cauſis delegatis, quòd poſſit appellari ad iſtam curiam cùm gerat vicem principis, prout ſupradictum fuit. Præterea reſſortus dictæ patriæ Aſtenſis eſt vnitus reſſorti & ſupremæ iuſtitiæ iſtius curiæ parlamenti, & ſic debet gaudere priuilegijs iſtius curiæ, quia venit acceſſoriè ad curiam: iuxta notata per Bartolum poſt Gulielmum de Cuneo in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pigno. actione. & in tractat. de fluminibus l. in titulo de inſulis, ſuper verbo, nullius enim. & quod habetur per eundem Bartolum in l. i. §. ſi cohæredem. ff. ad legem Falcidiam, & in l. j. ff. de legatis primo, cum ibi notatis per Doctores, & quod habetur per dominum Guidonem Papæ deciſione cclxv. Et per gloſſam in capitulo j. ne ſede vacante.

ARGVMENTVM.

Fatalia quòd in principis conſiſtorio non currant.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis intimandæ tempus in principis conſiſtorio currit, non introducendæ.*
2 *Quid quando ad Papam appellatur.*
3 *Quid ſi proteſtetur?*
4 *Conſuetudo in appellationibus introducendis attendenda.*

Quæſtio CCCCXX.

QVAERITVR an in conſiſtorio principis in cauſa appellationum currãt fatalia maximè ſtante ſtatuto ſuper hoc, & ſi debeat attendi ſtatutũ curiæ appellationum, vel primi iudicis. Et in effectu in authentic. ſed lis. C. de temporibus appellationum. canonizata, ſecunda queſtione ſexta. canone ſed lis. & in capitulo ex inſinuatione. de
1 appellationib. vbi habetur, † quòd lis, quæ ſperatur moueri in conſiſtorio principis abſque damno moræ maneat intacta. quod eſt verum ſecundum gloſſam in dicta authentica ſed lis. quando pars appellans notum fecit principi: ſecundum Ioannem, vel ſecundum alios pars appellata quæ obtinuit ſententiam, debet notificare, vt ſententia confirmetur vel delegetur. ſed primam opinionẽ tenet Baldus in dicta authen. ſed lis. & Angelus ibi, quia appellans debet eſſe ſollicitus in introducendo cauſam. ſed quia non potuit habere aditum ſeu ingreſ-
2 ſum ad principem. † Et idem quando appellatur ad Papam: quia appellans debet accedere ad hoſtiarios & portarium, & proteſtare ſuper hoc. & vbi
3 omnibus patebat acceſſus, † tunc talis proteſtatio non ſufficeret: quia præſumetur ſimulata & in fraudem. Veruntamen ſecundum Angelum ibi nullus tam audax inuenitur qui poſſit in conſiſtorio intrare inuitis hoſtiarijs. & an requiratur proteſtatio ſuper impedimento habetur per gloſſam in capitulo, cupientes. §. quòd ſi per viginti. de electionibus libro ſexto. & oportet quòd conſtet de ſua diligentia. l. qui cùm beatus. ff. de re militari. de quo per Bartolum & cæteros in l. ij. § quod dicimus. ff. ſi quis cautionibus. & per Alexandrum de Imol. conſilio decimonono, in primo volumine, & in ſecundo volumine conſili. centeſimoquadrageſimoquarto, & centeſimoquinquageſimoquinto. Veruntamen quia per ſtatuta Delphinalia in cauſis appellationum quæ introducuntur coram curia parlamenti, ſunt ſtatuta tempora ad introducẽdum, & etiam ad proſequendum, & pariter in cauſis recurſuum: ideò ſi debeat attendi ſtatutum curiæ appellationũ, vel primi iudicis, vbi fortè non ſunt ſtatuta ſuper tempore appellationum, vt cõſeruetur ius com-
4 mune ſi debeat attendi ſtatutum † vel conſuetudo primi iudicis: habetur per gloſſam in capitu illud. duodecima diſtinctione. & fuit pleniùs tactum in quæſtione præcedenti. Et præmiſſa faciunt etiam ad cauſam dictæ cauſæ appellationis dictorum nobilium patriæ Aſtenſis: quia non introduxerunt appellationem infrà triginta vel quadraginta dies: ſecundum ſtatuta Delphinalia: licèt fuerit introducta infra annum: iuxta authenticam, ei qui appellat. C. de tempor. appellationum. aliter ad præſens non declaro: quia adhuc pendet lis coram curia.

ARGVMENTVM.

Locumtenens principis ſeu vicegerens an eiſdem priuilegijs & prærogatiuis gaudeat, quibus, his qui eum conſtituit, fruitur.

SVMMARIVM.

1 *Locumtenentes ſeu uicarij quòd conſtituentium perſonas repræſentent.*
2 *Rebellio locumtenenti ſeu officiario facta, quòd ijs quibus uices gerunt, facta cenſeatur.*
3 *Quid de officiario exequente officium.*
4 *Vicerector an ſtudij immunitate gaudeat.*
5 *Vicegerens quando iuriſdictionem ordinariam habeat.*
6 *Vicarij præfecti prætorio ſententia appellationi ſubiacet. Quid de uicarij Epiſcopi ſententia & alijs. & nu. 8.*
7 *Vicarij ſententia ſi appellationi ſubiaceat, ad quem appellandum ſit. & nu. ſeq.*
9 *Supplicarinè poſſit à uicarij generalis ſententia ad Epiſcopum.*

Quæſtio CCCCXXI.

QVAERITVR an vicarius ſeu locumtenẽs Imperatoris vel alterius principis non

recognoſcentes ſuperiorem vel Epiſcopi, gaudeat eodem priuilegio & ad quem debeat appellari, & ſi dicatur habere iuriſdictionẽ ordinariã. Et in effe-
1 ctu dubiũ facit: † quia vicarius repræſentat perſonam principalis domini. l. j. C. de offi. vic. & ibi gl. ꝙ vicarius repræſentat reuerentiã principalis. Præterea quãdo fit iniuria officiario in contumeliã domini, tunc cenſetur facta domino. l. item apud Labeonem. §. pen. & fi. ff. de iniur. ſecundum Bar. in d.
2 §. fi. ff. de iniu. † & ideò qñ fit rebellio alicui officiario Imperatoris, vel alterius principis, tũc refertur facta principi, quãdo concernit ipſum principẽ: ſecundũ Bart. in l. hoſtes. ff. de capt. & poſt. reu. & idẽ
3 qñ † fit iniuria officiario in exequutione officij: ſecundũ Cyn. in l. ſi nõ cõuitij. C. de iniu. facit l. quiſquis. C. ad leg. Iu. maie. pro quo etiã facit: quia vicarius repræſentat perſonã domini, prout ſuprà dictũ fuit. c. ad appoſtolicæ. de re iudi. lib. vj. & ibi gl. ſuper verbo, offendere. & honor qui adhibetur Papæ vel principi adhibetur eius legato ſeu vicegerẽti. c. i. xciij. diſt. & xciiij. diſt. c. quãto. & l. j. ff. de off. præf. vr ſecundũ Spe. in tit. de lega. §. j. ver. honorãdũ. & in §. ſequitur. Sed in contrariũ facit: quia licèt Papa vel Imperator creat legatũ vel locumtenentem: tamen adhuc penes ſe retinet maiorẽ poteſtatem. c. dudũ. de præb. lib. vj. Secundò pro iſta parte
4 facit l. vicarius. & l. filius. ff. de leg. vbi † vicerector nõ habet immunitatẽ ſtudij: ſecundũ Bar. ibi: vnde ſecundũ ipſum eſt differentia quãdo vicarius creatur ab ipſo rectore, & tunc nõ habet priuilegiũ immunitatis: ſi verò creẽtur vicerector per vniuerſitatẽ, propter receſſum vel mortẽ rectorũ gaudet eodem priuilegio. l. fi. C. vt digni. ord. ſeru. & idẽ Bar. in l. j. §. ij quibus. ff. de leg. iij. facit differentiã quando vicẽgerens gerit vicẽ alterius ex mandato eiuſdem tanquã eius vicarius, & tunc nõ tranſeunt ea
5 quæ ſunt meri vel mixti imperij: † ſecus ſi conſtituatur ex mandato Imperatoris vel alterius ſuperioris: quia tunc habebit iuriſdictionẽ ordinariã. & ita etiã tenet in l. ſuggerẽte. C. de off. eius qui vi. ali. & idẽ tenet Bal. in l. aliquando. ff. de of. proc. & le. in ix. q. dũ ibi tenet ꝙ quãdo iſte vicarius eſt ſuffectus authoritate ſuperiorum ꝙ nõ poterit reuocari per principalem. faciunt no. per do. Guy. Pap. deci. xxxiiij. Tertiò pro iſta parte facit l. à procõſulibus.
6 C. de app. † vbi appellatur à ſententia vicarij præfecti prætorio, licet nõ appelletur à præfecto prætorio: & ideò ſecundum Bar. ibi licèt Epiſcopus eſſet priuilegiatus, ꝙ ab eius ſententia nõ appellaretur, ꝙ poterit appellari à ſententia eius vicarij. & idem in capitaneo & poteſtate, quia ſi ſtatuto caueatur ꝙ ab eorum ſententia non poſſit appellari: tamen poterit appellari à ſententia eorũ vicarij: ſecũdum Barto. in d. l. à proconſulibus. licèt non apperiat ad
7 quẽ ſit appellandũ eo caſu: † licèt glo. in d. l. à proconſulibus. videatur ſentire, quòd eo caſu ſit appellandũ ad eos, qui deputauerũt ſuper verbo, ad nos. & ibi ſentit Bal. de iure ciuili. ꝙ à vicario appellatur ad ſuũ ordinariũ, niſi eſſet vicaria delegata: ſed Bar. in l. præcipimus. C. de appel. tenet ꝙ etiã de iure ciuili à ſententia vicarij non appellatur, ad eum, cuius eſt vicarius, ſed ad eius ſuperiorẽ. vnde ſecundum Salic. in dict. l. à proconſulibus. eſt ſpeciale in præfectis prætorio, à quorum ſententia non appellatur, ſed ſupplicatur. Veruntamen à ſentẽtijs ſuorũ vicariorũ appellatur ad ipſum, & iſtam partẽ tenet Phil. Fran. in c. dilecti. le iij. de appell. in vj. q. & vij. dũ tenet ꝙ à ſentẽtia principis nõ recognoſcentis ſuperiorẽ vel à ſententia præfecti prætorio licèt nõ appelletur: tamen à ſententia ſuorũ vicariorum bene poterit appellari ad ipſos. & idẽ tenet gloſſ. in pragma. ſanct. in tit. de cau. ſuper verbo, omiſſo medio. Non obſt. c. ij. de conſuet. lib. vj. vbi à ſententia officiarij Epiſcopi ad eundẽ Epiſcopũ prohibetur appellari, nec valeret conſuetudo, cũ ſit idẽ auditoriũ vtriuſq;. c. Romana. in prin. de appel. li. vj. quia ad iſtud reſpõdetur, ꝙ illa iura loquũtur in vicario generali Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, qui habet ſuperiorẽ: ad quẽ appellatur ſecus ſi ille qui facit vicariũ nõ recognoſcit ſuperiorem: quia tũc à ſentẽtia eius vicarij appellatur ad eũ qui ipſum vicariũ cõſti-
8 tuit: ꝓut ſupradictũ fuit. † Et licèt regulariter à ſententia vicarij generalis nõ appelletur ad Epiſcopũ vel Archiepiſcopũ hoc verũ qñ cognoſcit poteſtate ordinaria, & gerit vices ordinarij in eodẽ loco, & eodẽ tribunali: quia tunc dicitur idẽ auditorium & non appellaretur de vno ad aliũ: ſecus ſi eſſet foraneus vel delegatus: quia tũc appellaretur ad conſtituentẽ, vel eius officialẽ generalẽ. ext. & ſi principalis. cũ ibi no. de reſcript. ſecundũ Bar. in l. j. §. ab eo. ff. quis & à quo appel. circa fi. & per Doct. in d. c. dilecti. le iij. de appe. & in deci. Tho. cccclxij. & q. cc-
9 cclxxix. & q. ſeq. † An autẽ poterit ſupplicari à ſentẽtia vicarij generalis ad Epiſcopũ, habetur per Io. And. in nouel. & cæteros in d. c. Romana. de appel. lib. vj. & per Phi. Fran. in d. c. dilecti. le iij. de appe. & in d. q. Tho. cccclxxix. de materia an vicarius gaudeat priuilegio immunitatis, quo gaudet principalis, habetur latè per Alex. de Imo. in rubr. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſ. & de poteſtate etiã vicarij, & quando ſunt plures vicarij, & quando Epiſcopus eſt præſens, ſi poſſit exercere officium habetur per gl. in pragma. ſanct. de colla. c. j. §. itẽ voluit. ſuper verbo, vicario. & ſuper verbo, abſentia. & præmiſſa poſſunt adaptari ad quæſtionem quam vidi de facto: quia ſecundum libertates patriæ etiam confirmatas per Regem dominum noſtrum Delphinum reuerendus dominus Epiſcopus Gratianopolis in tribus ſtatibus præſentis patriæ præſidet & exquirit: & concludit voces, & in eius abſentia reuerẽdus dominus Abbas ſancti Anthonij, & in eorum abſentia Dominus officialis ſeu vicarius Gratioñ. modo contingit, ꝙ quadã vice in abſentia dictorũ dominorũ Epiſcopi Gratiañ. & Abbatis S. Anthonij dũ vicarius domini Epiſcopi Gratioñ. præſideret, quidã Abbas fecit. cõtradicendo ꝙ debebat præferri in illo actu triũ ſtatuũ, & ꝙ vicarius nõ debebat gaudere eodẽ priuilegio: ſed ſuper hoc poſſet dici ꝙ dictus vicarius etiã habet ex mandato ſuperioris, ſeu libertatis patrię, & ſic quòd debet gaudere eodẽ priuilegio Epiſcopi. Et ſi dicatur quare dominus Abbas S. Anthonij, in abſentia dicti domini Epiſcopi Gratio. præfertur eius vicario in dictis tribus ſtatibus, cũ vicarius gaudeat eodẽ priuilegio Epiſcopi, & non eſt maior dignitas in eccleſia militante de poteſtate ordinaria quã Epiſcopalis dignitas, hinc eſt quòd Papa intitulatur Epiſcopus: ſecundũ glo. in proœ. Sexti. Ad iſtud poſſet dici quòd

dici ꝙ hoc operatur verba libertatis ſeu conſuetudinis. Veruntamen relinquo cogitandũ, & me ſemper refero veritati, quæ non fallit, nec fallitur.

ARGVMENTVM.

Poſſeſsio ſeu quaſi, vt in iuribus incorporalibus acquiratur, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Res incorporales propriè non poßidentur.*

2 *Poſſeßio quid.*

3 *Patientia in iuribus incorporalibus eſt loco traditionis.*

4 *Seruitus ut præſcribatur an aduerſarij ſcientia & patiẽtia requirantur.*

5 *Poſſeßio cũ in nominibus & actionibus perſonalibus propriè dari nõ poßit: quòd ceßio in illis tantum operetur, quantum traditio in rebus corporalibus.*

6 *Verb. Transfert iura & actiones, quid importent.*

7 *Vſum & patientiam in incorporalibus pro poſſeßione haberi Barto. tenet.*

8 *Iura incorporalia ſiue actiones cum duobus inſolidùm diuerſis temporibus ceſſæ ſint, quòd his potior habendus ſit, cui prius ceßio facta ſit.*

9 *Poſſeßio in iuribus incorporalibus & actionibus, quòd ſola præcarij uel conſtituti conſtitutione non niſi de uſu aliter appareret, tranſſeratur.*

10 *Sententia nulla licèt in uim ſententiæ ratã haberi non poſſit: tenet tamen in uim pacti.*

Quæſtio CCCCXXII.

QVAERITVR de modo acquirendi poſſeſsionem, ſeu quaſi in iuribus incorporalibus, & ſi requiratur actus corporalis, aut ceſsio ſeu tranſlatio iuris, & ſi clauſula præcarij ſeu conſtituti operetur effectum, & præſertim in executione iudicati requiratur apprehenſio corporalis, & ſi ille qui eſt primus in titulo debeat præferri. Et in effe-
1 ctu † res incorporales propriè non poſsidẽtur, cùm non recipiant traditionem. l. ſeruus. §. incorporales. ff. de acquir. rer. domi. inſtit. de reb. incorpora-
2 lib. §. j. quia poſſeſsio † dicitur quaſi pedum poſitio. l. j. in princip. ff. de acquiren. poſſe. Et ideò in rebus corporalibus ad adipiſcendum poſſeſsionem requiritur corpus & animus. l. poſsideri. in princip. ff. de
3 acquirend. poſsio. l. licèt. C. eod. titu. ſed † in iuribus incorporalibus patientia eſt loco traditionis. l. ſi ego. §. j. ff. de publi. l. iij. §. dare. ff. de vſufruct. l. ſi hæres. §. fin. ff. de ſerui. vrba. prædi. l. j. §. fin. ff. de ſerui. ruſtico. prædio. vbi iſta patientia aduerſarij eſt lo-
4 co traditionis: vt ibi habetur per gloſſ. & † doctor. & ideò in præſcribenda ſeruitute requiritur ſcientia, & patiẽtia aduerſarij. l. ij. C. de ſerui. & aqua. licèt non requiratur titulus. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. vendi. & hoc verum in iuribus quæ rei cohærent: quia requiritur exercitium actus rei corporalis prædij ſeruientis. l. j. §. hoc interdicto & §. ſi quis hoc. ff. de itine. actúque priua. l. j. §. quod autem. ff.
5 de aqua quotid. & æſti. † Sed in nominibus & actionibus perſonalibus propriè non eſt dare poſſeſsionem. l. fina. quor. bo. cum ibi not. per Barto. ff. quo. bo. Et ideò in talibus iuribus & actionibus tantùm operatur ceſsio actionis quantum in rebus corporalibus traditio: ſecundum gloſſ. in l. final. C.
6 quando fiſc. vel priuat. licèt iſta verba † transfert iura & actiones. idem operentur ac ſi quis cæderet iura & actiones: iuxta not. per Barto. in l. ſi ager. ff. de rei vendic. & quando quis ponit aliquem in locum ſuum, videtur facere procuratorẽ in rem ſuã: ſecundum Barto. in l. planè. ff. famil. erciſcund. vnde in hac materia Innoc. in cap. in literis. de reſtit. ſpolia. poſſeſsio iurium incorporalium ferè acquiritur eodem modo ſicut corporalium, ſcilicèt corpore & animo, inducendo in rem corporalem ſicuti in poſſeſsione decimarũ debet inducere in poſſeſsionem feudi decimalis, vt apprehenſa vna gleba feudi dicatur apprehenſa poſſeſsio feudi, dummodo ſit contiguus & nullus alius poſsideat. de quo ibi latiùs per ipſum, & per Bald. in cap. j. §. ſi de mãſo. ſi de feud. controuer. feuer. in feudo iuriſdictionis refert opiniones ſi requiratur inueſtitura corporalis, an verò ſufficiat expreſſus cõſenſus donationis per quam transferuntur vtiles actiones ſine exceptione, & tandẽ diſtinguit: quia quædam ſunt iura quæ coherent rei, vt decimę, & tunc requiritur inductio in agrum: quædã ſunt iura abſtracta à re corporali, & tũc ſufficit ſola authoritas ſuperioris. idem verò Bald. in cap. j. in princip. de conſue. recti feud. refert etiã opiniones: quia aliqui dicunt, ꝙ in iuribus incorporalibus debet interuenire ceſsio quę idẽ operatur quod traditio in rebus corporalibus. Deinde ponit exemplũ quãdo datur caſtrũ cũ iuriſdictione, & ſic requiritur apprehenſio caſtri & territorij. de quo ibi latiùs per ipſum in l. ij. C. de ſeruit. & aqua. Barto. in dict. l. poſsideri. in princip. ff. de acquiren. poſſeſ. format quæſti. quando quis emit caſtrum cum territorio & iuriſdictione, tunc accipiendo poſſeſsionem partis, videtur apprehẽſa poſſeſsio in totum, quando vendens per prius poſsidebat. de quo ibi latiùs per Ioan. de Imol. & Alexan. idem verò Bart. in l. quod meo. in princip. ff. de ac-
7 quiren. poſſeſ. tenet † quòd in iſtis iuribus incorporalibus requiritur vſus & patientia, quæ habetur pro poſſeſsione. Et ideò per clauſulam cõſtituti vel præcarij nõ transfertur poſſeſsio niſi probetur poſtea conſtituentem iuiſſe per fundum vel exercuiſſe iuriſdictionem nomine conſtituẽtis. Et quando deputatur nũtius in executione iudicati aut admittendum in poſſeſsionem beneficij non transfertur poſſeſsio oculo ſeu viſu in pręſentia rei niſi interueniat actualis miſsio in poſſeſsionem nec ſufficeret in parte mitti. l. non eſt mirum. ff. de pigno. actio. c. cum aliquibus. de re iudic. ſecundum Specul. in tit. de primo & ſecun. decre. §. Iã de effectu. & Panor. in c. ij. de conſue. de quo ibi latiùs, & licèt quando fit venditio vel donatio rei corporalis cum duobus ille eſt potior in dominio, cui res priùs traditur, licèt alius ſit prior in titulo. l. quotiens. C. de rei ven-
8 di. † tamen quando fit ceſsio rei incorporalis ſeu actionis duobus diuerſis temporibus inſolidùm. ſecundus non poteſt præuenire primum, quando intentat vtiles actiones, cùm nõn habeat: ſecus ſi intentaret directas nomine cedentis. l. non quocunq; §. qui Caium. ff. de lega. j. de quo ibi per Bart. & per Bald. in l. iij. C. de noua. ſed in iuribus incorporalibus ſeruitutis aquæ ductus vel itineris bene poſſet fieri conceſsio duobus: quando ſuppeteret pro vtroque, aliàs vbi non ſuppeteret, primus eſſet potior iure. l. in concedendo. ff. de aqua pluuia. arcen. l. Lucius. cum ibi nota. per Bartol. ff. de aqua quotidi. & æſtiua. & per Bald. de pac. conſtan. ſuper ver-

bo, Opizoni. Sed in annuis redditibus cum directo dominio, quia cohæret rei, & eſſet opus apprehenſione corporali ſicuti de decima, dicitur tūc ille qui prius eſſet aſſequutus poſſeſsionem eſſet potior iure. per dict. l. quotiens.
9 † Veruntamen per ſolam cōſtitutionem præcarij vel conſtituti in iſtis iuribus incorporalibus non trāſfertur poſſeſsio niſi aliter appareret de viſu, & maximè quando non appareret quòd de tempore præcarij vel conſtituti talis poſſideret: iuxta nota. per doct. in dict. l. quod meo. ff. de acquiren. poſſ. Et ideò iſto caſu ille diceretur potior iure: qui eſt prior in titulo. iuxt. nota. per Ia. in dict. l. quotiens. in xiiij. limitatione. Et vbi dicti annui redditus venditi vel donati cum directo dominio mouerentur de recto feudo, tunc ille eſſet potior iure, qui eſſet priùs inueſtitus, licèt alter eſſet prior in titulo, vel priùs apprehēdiſſet poſſeſsionem, & iſta opinio approbatur de conſuetudine Regni Franciæ: ſecundum Ioan. Fab. in dict. l. quotiens. faciunt not. per Bart. in cap. ſi facta. ſi de feud. fuer. cōtrou. & per domi. Guid. Pap. deci. xlvj. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper proceſſu appellationis nobilis quondam Ioannis Morardi appellatum contra nobiles Karolum & Oliuerū Moteti appellantes: quia nobiles Ioffredus de Theyſio pro quodam debito eius patris in quo tenebatur dicto Ioanni morardi dedit eidem in ſolutū ſeptem ſesteria frumenti annui redditus cum directo dominio ad menſuram Goncellini, & tranſtulit omne ius & deinde ratificauit quaſdam literas iudiciales & miſsionem in poſſeſsionem cum illarum executionibus præpoſterè factis, vbi erāt plu-
10 res defectus. † & licèt ſentētia nulla non poſsit ratificari in vim ſentētię: tamen in vim pacti tenet: iux. not. per glo. & doct. in l. ij. C. commu. vtriuſq; iudi. Veruntamen dictus Iofredus de Theyſio ex poſt facto vendidit nobili & egregio domino quōdam Ioanni Moteti legum doctori, & ſuis fratribus ſexdecim ſeſtaria frumenti annui redditus cum directo dominio cum clauſula præcarij, vbi erant comprehenſa d. cta ſeptem ſeſtaria frumenti annui redditus priùs data in ſolutum dicto Ianni Morardi, nec aliter apparebat quòd tempore præcarij dictorum Moteti quòd dictus Ioffredus de Theyſio poſſideret, & ideò quis dicatur potior iure apparet ex pręmiſsis: quia viſum fuit dominis curiæ in concluſione dicti proceſſus; quòd dicti Morardi erant poſſeſſores iure, & quòd dictus de Theyſio tenetur dictis moteti de euictione tam de principali quam interesſe & expenſis. aliter nō declaro, quia nondum eſt publicata ſententia.

ARGVMENTVM.

Mandati in delictis probandi modus.

SVMMARIVM.

1 *Mandantem & mandatarium eadem pœna in delictis puniri regulare.*
2 *Teſtes, inſtrumenta & indicia cum inſtrumentis in delictis eiuſdem ſunt uirtutis & potentiæ.*
3 *Fama publica in delictis cuius uirtutis ſit.*
4 *Inimicitia & minæ quid in delictis poßint. & nu. 27.*
5 *Famuli diſceſſus in delicto mandato cuius receßiſſe credatur.*
6 *Domeſticorum & conſanguineorum factum cuius contēplatione factum uideatur.*
7 *Quid de nuntio literas deferente.*
8 *Indicium ex temporis breuitate quale ſit colligitur.*
9 *Homicidæ qui paulò ante quàm homicidium committeretur in aure locutus eſt, quòd homicidij perpetrādi conſilium dediſſe uideatur.*
10 *Exortans, monens & commendans, an mandare dicatur.*
11 *Dominus an ex famuli uel procuratoris delicto teneatur. Dominus ex famuli uel procuratoris facto quòd non niſi mandauerit, teneatur.*
12 *Dominus in dubio, an delictum mandaſſe uideatur.*
13 *Quid ſi famuli in officio delinquunt?*
14 *Conſanguineorum malitia, an alteri præiudicij nōnihil afferatur: ut quæ ex alterius conſenſu ſeu mandato emanaſſe non præſumatur.*
15 *Ex præſumptionibus quis damnandus non uenit.*
16 *Vt quis de mandato puniatur, mandatum præceßiſſe probet oportet.*
17 *Confeſſus de ſe quòd de aliorum conſcientia inquirendus non ſit.*
18 *Criminis particeps teſtis idoneus non eſt.*
19 *Confeßio facta ad ſui exonerationem & extra iudicium quàm fidem non faciat.*
20 *Fama bona cæteris paribus quòd præponi debeat, ut quæ indicia minuat.*
21 *Præſumptio alia præſumptione tollitur.*
22 *Teſtes in criminalibus, quòd integri & omni exceptione maiores eſſe debeant.*
23 *Teſtes familiares & minus idonei quòd ad rei defenſionē admittuntur.*
24 *Ratihabitioni in delictis locus eſt. & nu. 26.*
25 *Ratihabitioni ut locus ſit in delictis quæ requirantur.*

Quæſtio CCCCXXIII.

QVAERITVR de modo probandi mandatum in delictis, & ſi ſufficiat probari per conjecturas inimicitiæ præcedentis, aut per relationem ſeruitorū portitoris literarum, & quando talis ſeruitor aufugit, & ſi debeat præponderari probatio bonæ famæ, & alias conjecturas innocentiæ & quæ dicatur inimicitia capitalis, & an auoatio ſeu rati habitio habeat locum in delictis, & in effe-
1 ctu. Dubium facit: † quia regulariter in delictis mandans & mandatarius eadem pœna puniuntur. l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniu. l. non ideò minus. C. de accuſa. c. mulieres. in fi. de ſenten. cum ſimilibus. Nam ſufficit quod appareat de mandato per verba æquipollentia. l. ſi quis mihi bona. §. pater Seio. ff. de acquiren. hæred. Et ibi Barto. qui format quæſtionem de nobili Florētino, qui dicit ſuo famulo cùm recepiſſet vnam alapam, nunquam redeas domū ſi nō ſenſero noua de dict. negotio. deinde famulus fuit & occidit iniuriantem, an videatur dominus mandaſſe: & tenet quod ſic. & fuit decapitatus Florentiæ: quia ſufficit quod appareat de iuſſu ſeu mandato per quęcunque verba, vt ibi habetur. & ibi ſequitur Bald. & etiam Ange. & com-
2 muniter cæteri. Secundò pro iſta parte facit: † quia etiam in delictis parem vim habent in probādo teſtes, inſtrumenta & indicia cum inſtrumentis. l. in exercendis. C. de fide inſtrumen. l. indicia. C. de rei vendica. l. ſciant cuncti. C. de proba. ſecundum glo. in c. tertio loco. de proba. Et maximè quando ſunt indicia indubitata: ſecundùm Panormi. ibi & Bar. in l. fur & manifeſtus. ff. de fur. Tertiò pro iſta parte facit

3 te facit: † quando fama publica laborat: iuxta no-
per gloſſ. in l. iij. §. eiuſdem principis. ff. de teſtib. &
per Bartol. in l. de minore. §. plurimum. & in l. fina.
ff. de quæſti. Quartò pro iſta parte facit propter fu
gam famuli, qui infra breue tempus aufugit poſt
delictum. l. deſertores. ff. de re milita. & l. cōſiliarios.
C. de acceſſo. faciūt not. per Bar. in l. lege Cornelia.
ff. ad Sillan. Et maximè quando quis aufugit ante-
quàm accuſetur: ſecundum Barto. in l. j. ff. de bon.
eo. qui ſib. mort. conſciuerunt. & per glo. in l. admo
nendi. ff. de iureiurā. & in l. in bonæ fidei. C. de reb.
4 credi. Quintò pro iſta parte facit: † quia vt præten
ditur, præcedebat inimicitia & minę. faciunt nota.
in l. j. C. ſi quis impera. & per Specu. in titu. de præ-
ſump. §. j. verſicu. ſed pone. & per Barto. & Ioan. de
Imol. in l. fina. de hæred. inſtitu. & per Alexand. in
l. metum. C. de his quæ vi metu. cau. Sextò pro iſta
parte facit: quia famulus qui portabat literas ha-
buit dicere pontenario ex parte eius magiſtri, ꝙ be
ne cuſtodiret portum de veſpere, quando certi no-
biles erant tranſituri, & die ſequenti de mane ante
prandium fuit ſequutum maleficium, & dictus fa-
5 mulus infra paucos dies receſſit, † & ita pręſumitur
facto de mandato & voluntate domini. c. conſtitu-
tis. le j. de teſtib. iuxta nota. per Bartol. in l. de pupil
lo. §. ſi quis ipſi prætori. in j. quæſtio. ff. de oper. no-
ui nuntia. & in l. j. §. fina. & in l. aut qui aliter. §. hęc
6 verba. ff. quod vi aut clàm. vbi illud † quod eſt fa-
ctum à domeſticis vel conſanguineis videtur factū
de mandato alicuius, quando fit illius contempla-
7 tione. † Et idem videtur in nuntio quando deffert
literas maximè quando eſt graue delictum: iuxta
nota. per Cyn. in l. non ideò minus. C. de accuſa. in
iij. quæſtio. & per Barto. in l. j. incidit. ff. ad Turpi.
Septimò pro iſta parte facit quod habetur per Bar.
8 poſt glo. in l. ſi ventri. §. eorū. ff. de priui. credi. † vbi
ex breuitate temporis colligitur indicium. Et ideò
9 quando † quis loquutus fuit homicidę in aure, &
ille ſtatim iuit & occidit, & neſcitur quid dicerit ei:
tunc ex breuitate ſpacii, præſumitur conſilium de-
diſſe Et maximè quando loquutus eſt ei in aure: ſe
cundum Bald. in l. j. C. de ſerui. fugiti. faciunt not.
per Spec. in titu. de diſpu. & allega. in fin. & per Ca
no. in c. accedens. vt lit. non conteſta. pro quo etiā
facit c. ex literis. de exceſs. prælato. vbi non refert.
per quæ verba appareat de voluntate mandatoris.
& hoc ibi not. Panor. Sed pro contraria parte facit:
quia non apparet de aliquibus verbis domini per
quæ mandauerit eius famulo delictum fieri, & ita
non debet teneri dominus ex mādato, cùm non ap-
pareat. l. j. ff. manda. non apparet nec verbo, nec per
literas, vt ibi habetur: quinimò non ſufficerent ꝙ
appareret de mādato per verba exortatiua, vel mo
10 nitoria, vel commendatoria: † quia qui exortatur,
non mandat: qui monet, non commendat, qui per-
ſuadet, non mandat. l. ob hæc verba. ff. de his qui
not. infa. quia iſta ſunt diuerſa, vt ibi habetur per
glo. Bald. Angel. & per Barto. in l. non ſolùm. §. ſi
mandato. ff. de iniu. Nam ille qui mandat, plus di-
citur delinquere quàm ex conſilio: ſecundum Bal.
in l. j. C. de ſerui. fugi. Secundò pro iſta parte facit:
11 quia † dominus non tenetur ex delicto famuli vel
procuratoris, niſi ſpecialiter mandauerit. l. j. §. deieſ
ſiſſe. & §. quotiens. & l. iij. ff. de vi & vi arma. facit
l. j. de eo per quem fa. & l. ſi per alium. in princip. ff.
ne quis eum qui in ius. & l. ſi quis hic. §. penulti. &
l. ſi familia. ff. de iuriſdi. om. iudi. & l. j. §. ſi procura
12 tor. ff. ſi quis ius dicēt. nō obtēp. † quia in dubio do
minus non videtur mandaſſe fieri delictum. l. ſi pro
curatori. cum ibi not. ff. de condi. ob cauſ. l. ſi procu
rator. ff. de condict. indeb. Nam dominus non tene
tur ex delicto familiæ, niſi mandauerit, vel ratum
habuerit: prout ſupradictum fuit. c. cùm ad fidem.
de reſtitu. ſpolia. c. cùm quis. de ſenten. excōmu. lib.
vj. c. notum. ij. quæſtio. j. & maximè quando domi-
nus non præpoſuit famulum ſeu ſeruitorem ad ali-
quod officium publicum, vt in publicano vel pri-
uatum, vt in nauta, caupone, & iſto caſu delinquūt
in officio. l. quotiens. §. j. ff. de noxa. iuxta nota. per
Bart. in l. j. §. familię. ff. de publica. & in l. nequid. ff.
13 de incen. ruin. & naufra. † quinimò iſto caſu, quā-
do famulus delinqueret in officio, dominus non te
neretur criminaliter, ſed duntaxat ciuiliter: ſecun-
dum glo. in l. obſeruari. §. proficiſci. ff. de offic. pro-
conſu. & legat. & Roma. conſil. xiij. & xv. & ibi &
per Feli. in cap. Petrus. de homic. & quòd dominus
regulariter non teneatur ex delicto famuli, tenet
Specu. in tit. de iniur. circa finem. & Io. Fab. inſti.
de noxa. in princip. Tertiò pro iſta parte facit cap.
14 quia præſulatus. x. quæſtio. iiij. † vbi malitia cōſan
guineorum, non habet præiudicare alteri, nec præ-
ſumitur quod proceſſerit de conſenſu alterius ſeu
mandato: ſecundum Specu. in titu. de lega. §. iuxta.
verſicu. quid ſi amici. Et maximè quando agitur de
facto momentaneo: ſecus ſi de facto ſucceſſiuo &
continuatiuo: ſecundum Panormi. in dict. c. conſti
tutis. le primo. & c. cùm cauſam. de teſti. Nec obſtat
ſi dicatur, quòd conſanguinei pręſumuntur ſcire fa
cta conſanguineorum. l. Octaui. ff. vnde cogna. l.
de tutella. C. de in integrum reſti. quia illud verum
eſt in iuribus conſanguinitatis vel naturæ: ſecun-
dum Bald. in l. quoniam. C. de iur. deliber. ſecus in
conſiſtentibus in facto: quia in dubio ignorantia
præſumitur. l. verius. ff. de proba. Et ita etiam tenet
Feli. in dict. c. Petrus. de homici. Et licèt Ioan. de
Imol. l. hæres meus. §. fina. ff. de conditi. & demon-
ſtratio. videatur tenere quòd impedimentū factum
per coniunctum concernens cauſam ipſius coniun
cti noceat coniuncto: tamen Bald. in l. j. C. de epiſc.
& cleri. videtur tenere contrarium, quòd non præ-
ſumatur dominum mandaſſe. de quo latiùs per Ale
xan. de Imol. Iaſo. in dict. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi
prætori. ff. de oper. noui nunti. Quartò pro iſta par
15 te facit: † quia in delictis quis non debet condem-
nari ex pręſumptionibus. l. abſentē. ff. de pœn. quia
præualet nocentem abſoluere, quàm ignocen-
tem condemnare. vt ibi habetur. & quia in delictis
debent eſſe probationes luce meridiana clariores.
l. ſciant cuncti. C. de proba. canonizata. ij. quæſtio.
viij. c. ſciant cuncti. nec obſtat theorica Bar. in dict.
l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid. ff. de acquirend. hæ-
redita. quando dominus dicit ſeruo vel filio iniu-
riato, non reuertaris ad domum, niſi audiam noua:
quia non procedit in caſu iſto, cùm non appareat
de aliquibus verbis prolatis per dominū. Et ita ſen
tit Ioan. de Imol. ibi dum tenet, quòd pater vel do-
minus debent bene cauere, quibus verbis loquan-
tur & in quorum præſentia. Et ita etiam ſentit ibi

Franci.de Aret.quia iudex debet eſſe bene cautus
in examinãdo quibus verbis quis loquutus fuerit:
iuxta nota.per Bald.poſt glo.in dict.l.ob hæc ver-
ba.ff.de his qui not.infami.& inter cętera oportet:
16 de ordine iuris † ad hoc vt quis puniatur de man-
dato,quòd probetur mãdatum præceſsiſſe:ſecun-
dum glo.ſingularem.in l.ſi verò nõ remunerandi.
§.cùm quidam.ff.manda. & Bald. in dict.l.j.C.de
ſerui.fugi.Et plures limitationes ad dictum Barto.
in dict.l.ſi quis mihi bona.§.ſi quid.ff.de acquiren.
hæredi.ponit Ia.in dict.l.j.C.de ſeru.fugi.& Feli.
in dict.cap.Petrus.de homi. Quintò pro iſta parte
17 facit: † quia de ſe confeſſus non inquiritur de con
18 ſcientia aliorũ.l.fina.C.de accuſa. † quia particeps
criminis non eſt teſtis idoneus.cap.j.de confeſs. c.
veniens.el ij. de teſtib. lib. vj. maximè quando agi
tur criminaliter:vt ibi habetur.l. quoniã liberi. de
teſtib.faciunt not.per glo.in l.ſi filium.C.de liber.
19 cauſ. & † ita dicta confeſsio extra iudicialis cuiuſ-
dam ſeruitoris dicentis quòd eius magiſter, quòd
mandabat pontanerio,quòd cuſtodiret portum de
veſpere pro tranſeundo aliquos extraneos, non
facit fidem nec indicium: quia extra iudicium, &
parte non vocata, & tendit ad exonerationem ip-
ſius:facit quod habetur per Barto.in l.deferre.ff.de
iuriſſc.Et pro pręmiſsis facit.l.ſi ſine.verſ.ſed ſi ſer
uus.ff.de interrog.actio.vbi non creditur reſpon-
ſioni ſerui quãdo interrogatur: & ſecundũ glo.ibi
in iudicio cum ſeruus non poſsit eſſe in iudicio.l.
ſeruus.C.de iudic. Et maximè quando interroga-
tur de facto alieno: ſecus ſi de facto proprio.l. quę
ro.§.fina.ff.de ædi.edict. nam non creditur pro ſe
aut contra dominum.l.eum probatio.ff.de proba.
l.ſerui.ff.de teſtib.& l.ſeruos.C.de teſti.& l.inter-
rogari.C.de quæſti. nam tales teſtes minus idonei
non faciunt indicium.l.maritus.ff.de quæſti. ſecũ-
dũ Bald.in dict.l.ſeruos.faciunt no.per glo.Bar.&
Alex.in l.j.§.ſi abſens.ff.ſi ex noxa.caui.agat.facit
l.j.C. de quæſtio. vbi domeſtici non torquen-
tur in dominum vel pro eo. Sextò pro iſta parte fa
cit: quia fuit probatum de bona fama dicti rei, &
20 ſic † debet præponderari cæteris paribus proba-
tio bonæ famæ,& habet minuere indicia ex aduer-
ſo facta:ſecũdum Bar.in l.deſertorẽ.§.ſed ex impro
uiſo.ff.de re milita.& Ange.in l.milites.de quæſti.
prætereà fuit probatum de parẽtela partium quòd
ſunt conſanguinei germani,& fuerunt amici,& ſic
nõ præſumitur dolus.l.j.C.ad leg.Cornel.de ſic ca.
21 cum ibi not.per glo. & doct. † Nam vna præſum-
ptio tollit aliam.l.diuus.ff.de in integrum reſtitu.
Et præſumptiones quæ faciunt cõtra reũ, poſſunt
elidi per contrarias probationes:ſecundum Barto.
in l.fina.ff.de quæſti.adeò ꝙ quãdo reus habet ali-
qua indicia pro ſe debẽt eſſe indicia magis grauia
contra ſe ita quod præponderent vt poſsit perueni
ri ad torturam: ſecundum Bartol.in l.j.§.ad quæ-
ſtionem.ff.de quæſtio.& ita tenet Franci. Bru. in
tractatu indiciorum,& quæſtio.in prima parte. in
vi quæſtio.principali,qualiter tollantur & elidan-
tur indicia. Et ideò licèt in delictis ad probandum
delictum teſtes omni exceptione maiores eſſe opor
teat: ſecundũ Bal.& Salic.in l.ſciãt cũcti..C.de pro
batio:quia requiruntur probationes luce meridia-
na clariores:vt ibi habetur: aliâs non faciunt indi-
cium.l.maritus.ff.de quæſti.ſecundum Barto. in l.
22 j.§.idem Cornelio.ff.de quæſti. † quia in crimina-
libus teſtes debent eſſe integri.faciunt etiam nota.
per glo.& doct.in l.cunctos populos.C. de ſumma
23 trini.& per Alexand.conſi.cxlj.in ij.volumi. † ta-
men pro reo & ad defenſionem bene admittuntur
teſtes familiares & minus idonei:ſecundum Specu.
in tit.de inqui.§.j.verſi.ſed nunquid.& Ioan.And.
in additi.ad Specu.in titul.de teſte.§.j. verſic. quid
ſi olim:argu.can.manifeſto. xij.q.j. & l. conſenſit.
C.de repu.ſecundum Barto.& Salic.in dict.l. ſciãt
cuncti.faciunt not.ſuprà,quæſtio.lxxj.& lxxv. Se-
ptimò pro iſta parte facit, quia fuit probatum de
ignorãtia dicti rei quòd alius mandauerit fieri de-
lictum & auoauit caſum,prout in quibuſdam par-
tibus vulgariter dicitur auouer,facit l.hac conſul-
tiſsima.de reb.eccle.nõ alie:& reddidit cauſam ve-
riſimilẽ auoationis & ratificationis:quia per prius
infra breue tempus quidam ſeruitor denuntiantis
vocatus Ioffrey aggreſſus fuerat ſeruitorem ſuum
24 cum enſe:† nam in delictis habet locum rati ha-
bitio & auoatio.cap.cùm quis. de ſenten. excom-
mu.lib.vj.cum ibi notatis,& per glo.in cap.mulie-
res.de ſenten.excommu.l.j.§.ſed & ſi cunctis. ff. de
vi & vi arma. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ illud quod
eſt meo nomine geſtum nõ poſſum habere ratum.
25 l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego. ff.de nego. geſt. † & ideò
duo requiruntur ad hoc vt ratihabitio habeat lo-
cum in delictis,videlicèt quòd ſit geſtum nomine
meo: ſecundum quod habuerim ratum tanquam
nomine meo geſtum. & ſi aliquod iſtorum deficit
ex rati habitione non teneat:ſecũdum glo.in dict.
§.ſed & ſi cùm quis. quia ad iſtud reſpondetur ſe-
cundum Barto.ibi, quòd licèt non poſsint ratifica
re,quòd non eſt meo nomine geſtum ſibi quęratur
actio: ſecus ad ſui præiudicium.l.ſi fundus.§.j.ff.de
pig.& hoc in ciuilibus,ſed in criminalibus vbi nõ
eſt geſtum nomine alterius,quis non videtur tene-
26 ri:ſecundum Bart.in dict.§.ſed & ſi cum quis. † &
licèt regulariter habeat locum in delictis, quando
nomine alterius geritur, hoc verum quandò talia
delicta poſſunt perpetrari per alium,aliâs ſecus: vt
in adulterio:ſecundum glo.in dict. §. ſed & ſi cum
quis.de quo ibi per Bart.& per glo.in c.ſciant cun
cti.de elect.lib.vj.in penultim:& in cap. rati habi-
tio.de regul. iur.libr.vj.de quo latiùs per Cyn. &
Barto.in l.non ideò minùs.C.de accuſa.& per Pa-
norm.& Feli.in dict.cap.mulieres.licèt glo. in d.c.
cùm quis.de ſenten.excommu.lib.vj.teneat, quòd
ſufficit quòd ſeruitor vel amicus faciat delictum
cõtemplatione alterius, ad hoc vt poſsit ratum ha
beri,de quo pro nũc me remitto ad ibi not. nec ob-
ſtat quòd ſupra fuit dictũ † de inimicitia ꝙ faciat
indicium:iuxta not.per Bartol.in dict.l.fina.ff. de
quęſti.quia nõ ſufficeret ſola inimicitia,niſi eſſent
alia indicia:ſecundum Bart.ibi.faciunt no.per eun
dem Bart.in l.j.§.cùm quis.de quæſti.prætereà non
ſufficit quælibet inimicitia,vt i leuis.l.iij.§.final.ff.
de adhim.lega.Et ideò requiritur quod ſit inimicitia
capitalis,quod ſe habeat odio capitali & ſe minen
tur mortẽ:ſecũdm gl.in l.licèt.ff.de arb.& in §.ſi quis
verò:in authen.de teſtib.col.vij. & in authenico ſi
dicatur.C.de teſtib.& in l.ſi quis teſtibus.C.de te-
ſtib.& in l.iij.in princip.ſuper verb.inimicus. ff. de
teſtib.vbi

reſti. vbi tenet quòd eſt arbitrariũ iudici. Sed in caſu iſto. Iſta cauſa inimiciæ allegata per denunciantem videtur leuis: quia retraxerat per prius per vnũ menſem, vel duos quendam ſeruitorem vocatum Ioffrey in eius ſeruitio, qui prius ſeruierat ipſi reo, licèt iam ſibi dediſſet cõgenium, vt aſſerit. Sed alia cauſa inimicitię illius qui auoauit & ratificauit eſt magis grauis & recens, prout ſupradictum fuit. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa inquiſitionali in qua ſuperuenit nobilis Claudius de Poypia dominus Serreriarũ contra nobilem Andræam de Grolea, dominũ de Couſanſes pro quadã aggreſsione facta in perſonã vxoris dict. domini Serreriarum de hoc pręſenti anni natiuitatis domini 1510. in die carniſpreuij veteri, dum dict. dominus Serreriarũ, & eius vxor, & quidẽ alij nobiles eſſent inuitati in quodam banqueto domini de Peray in domo forti du Marteray ſuperuenerũt fratres equites boucheati cum eorum capucijs agorge & cum enſibus iauelinis & alijs armis quorum alter veloci curſu proieſsit vnam iauelinam contra ſeruitorem de ſuper equum qui ducebat vxorem dicti domini Serreriarũ ita quòd ex impetu ambo ceciderunt in terrã & damnificauerũt perſonã vxoris dicti domini Serreriarũ volendo prætendere ꝙ dictus dominus de Couſanſes mandauerit & fecerit fieri: quia dicebatur quod erat malè cõtentus: quia dictus dominus Serreriarũ retraxerat dictũ Ioffrey in eius ſeruitio, qui prius ſeruierat dict. domino de Couſanſes. Et ꝙ idem dominus de Couſanſes mandauerat quendam eius ſeruitorem vocatum Anthonium le gaſcon pro loquendo pontanario quod cuſtodiret portum ad transeũdum certos nobiles. Sed ex aduerſo fuit deductũ pro parte d. domini de Couſanſes pro ſui defenſiõe, quòd ipſe dederat iam per ante congenium d. Ioffrey eius famulo, & ꝙ propter hoc non volebat malum dicto domino Serreriarum eius conſobrino germano, & quòd ipſe mãdauerat dictum Anthonium le gaſcon verſus dominum de Luys fratrem domini Grolec pro tractãdo quoddam accordium in Burgundia, & quòd dictus famulus dum fuit reuerſus per certos dies dũ audiuit fieri monſtras Lugduni ſub domino locũtenente Delphi. pro accedendo ad bellum vltra montes contra venetos receſsit au ſon du taborin vſque eo quòd dictus dominus de Couſanſes fecerit ipſum recedere vt aſſerit, & vlterius quòd dictus de Luys auoauit & declarauit quòd mandauit & fecit fieri dictã aggreſsionẽ putando quod obuiaſſet dicto Ioffredo famulo, & quòd ſibi diſplicuit, ꝙ dicta aggreſsio fuerit facta in perſonam dict. domini Serreriarum, pluráque alia fuerunt deducta in proceſſu. Et tandem dicti dominus Serreriarum & dñs de Couſanſes ad requeſtam dominorum trium ſtatuum præſentis patriæ & magnificorum dominorum Bouchagij & generalis præſentis patriæ cõmiſſarum trium ſtatuum ex parte regia, & Delphi. appunctuauerunt quoad ipſas partes priuatas. ſed adhuc remanet ius fiſci ſaluo. Et ideò dictus dominus de Couſanſes pro nunc & per modum prouiſionis fuit relaxatus mediante cautione idonea per tres ſeptimanas, & quòd ſe repreſentet perſonaliter, & habeat repræſentare ad dictam diem dictum Anthonium le Gaſcon eius ſeruitorem, & aliàs prout in actis dictæ cauſæ continetur in manibus magiſtri Ioannis Ventolleti ſecretarij cauſæ, aliter ad præſens non declaro: quia adhuc pendet lis coram curia: & præmiſſa ſcripſi vt detur occaſio meliùs videndi, & ſecuriùs opinandi abſq; acceptione perſonarum.

ARGVMENTVM.

Dominus pro delicto ſerui tenetur regulariter, & eum repreſentare, ſi in eius poteſtate ſit: & domini iuraméto ſtandum an ſeruum dolo vel non poſſidere deſierit.

SVMMARIVM.

1 *Dominum pro famuli delicto non teneri. fallit, ut numero 2.*
3 *Dominus an & quando ſeruum pro noxa dare teneatur.*
4 *Iuramento domini ſtandum an ſeruum dolo uel non poſſidere deſierit.*
5 *Dominus quando in dubio ſeruum dolo deſijſſe poſsidere præſumatur.*
6 *Dominus quando pro familiæ delicto teneatur.*
§. familiæ. l. j. ff. de publi. explicatus.
7 *Dominus quando proprio nomine pro ſerui delicto teneatur.*
8 *Dominus tenens ſeruos uilis conditionis & malæ famæ, quòd pro eorum delictis teneatur.*
9 *Dominus an & quando ſeruum exhibere teneatur.*

Quæſtio CCCCXXV.

QVAERITVR an dominus teneatur pro delicto ſerui, & ſi teneatur ipſum repreſentare quãdo non eſt in eius poteſtate, & ſi præſumatur dolo deſijſſe poſsidere, & ſi debeat ſtari ſuper hoc eius iuramento, & quid in patre. Et in effectu † regulariter dominus non tenetur pro delicto famuli. l. j. §. quotiẽs. ff. de vi & vi arma. c. cùm ad ſedem. de reſti. ſpolia. quia pœnę non debẽt egredi ſuos authores. l. ſanſimus. C. de pœn. vbi videtur caſus in materia. & hoc tenet Specu. in tit. de iniur. circa fi. & Io. Fabr. inſtitu. de noxa. acti. in princ. & pleniùs fuit tactũ in præcedẽti quæſtione. vide deciſi. Tholo. cxcv. † Fallit quando dominus ſciuit & potuit prohibere, & non prohibuit. l. in omnibus. ff. de noxa. aliâs non ſufficeret ſola ſcientia. Quid enim ſi contemnat dominũ, vel cùm transflumẽ ſit. l. in delictis. in princi. ff. de noxa. & ibi per Flor. quia tunc non poteſt imputari negligentia domino. † Et ad hoc vt teneatur dominus exhibere ſeruum pro noxa, requiritur quòd ſit in eius poteſtate, ita quòd ſi ſeruus ſit in fuga vel peregrè, non dicitur in eius poteſtate. l. quotiens. §. in poteſtate. ff. de noxali. Et † ſuper hoc debet ſtari eius iuramento, quòd non deſierit dolo poſsidere, ita quòd cogitur ſe purgare per iuramentum. dict. l. quotiens. §. prætor ait. ff. de noxali. aliâs ſi recuſet iurare condemnabitur: quia quando deſijt dolo poſsidere, perinde habetur ac ſi poſsideret quoad actionem noxalem. l. ſi bona fide. ff. de noxal. † Quid autem in dubio an præſumatur dolo deſijſſe poſsidere? di

cendum eſt ꝙ ſic,ſi tempore litis conteſtatæ poſſideret,& poſteà affugiat:ſecundum Floria. ibi allegat l.ſin autem.in princ.ff.de rei vendi.faciunt no. per gloſſ.& doct.in c.ab aduerſario.de except.Nec obſtat ſi dicatur quòd illa iura loquantur de ſeruis qui ſubijciuntur domino ratione dominicę poteſtatis:ſecus in ſeruitoribus, qui remanent liberi: quia videtur eſſe eadem ratio quando dominus ſciuit & potuit prohibere: ſecundum Ioan. Fab. inſtitu.de noxa.in princ.l.ij.C.de cõmer. & merca.c. quantę. de ſent.excommu.c.dilecto.de ſenten.excõmu. lib. vj.licèt aliàs regulariter ex ſola ſciẽtia quis non tenetur in delictis:ſecundũ glo.in l.culpa.ff. de regu. iur.niſi in certis perſonis quæ tenẽtur ratione ſub ectionis:ſecundum Barto.in l.vtrum.ff.ad leg.Iuli. de parri.Nec obſtat pręmiſſis l.j.§.famil:ę.ff.de pu

6 blic.† vbi dominus tenetur ex delicto familiæ, niſi exhibeat famulum:quia illud procedit quando dominus prępoſuit famulum ad aliquod officium publicum, & delinquit in miniſterio ſeu officio: quia tũc tenetur exhibere,& exhibendo liberatur. d.l.j. §.quod nouiſsimè.&l.cũ ſi exhibuiſſent.ff.de publ. aliàs ſi exercerent officium priuatum. exhibendo non liberaretur:ſecundũ Bart.in d.§.quod nouiſsiſsimè.vbi verò famulus delinqueret extra officium, dominus non teneretur:ſecundum Bar.in l.nequid ff.de incendi.rui.naufra.de quo per Pano.in c.j.de reſtitu.ſpolia.& per Feli.in d.c.Petrus.de homi. & per Ang.& Aret.in §.fi.inſti.de oblig. quę ex quaſi delict. Veruntamen ordo debet teneri in hac materia:quia ante omnia actor debet petere exhiberi delinquẽtem nominatim,vt ſciant an hoc poſsit agi vel actor poteſt petere exhiberi omnes famulos ad recognoſcendum delinquentẽ:vt in d.l.cùm ſi exhibuiſſent.§.an autem.& ibi Barto.nam debet exhiberi perſona veſtibus conſuetis ad effectum recognoſcendi:ſecundum Ioan.de Imol.ibi pro quo allegat glo.in c.cùm cauſam. de teſtib. ſuper verbo, perſonis.facit l.ſi criminis.cum ibi not.C. ad exhi-

7 ben.Et præmiſſa præcedũt † niſi dñs mãdaſſet fieri vel ſciuiſſet & potuiſſet prohibere,& nõ prohibuiſſet:quia tunc teneretur nomine proprio:ſcdm Pau. de Caſtr.in §.familiæ. pro quo allegat l.j.§.j.ff.ſi familia fur.feciſ.dicat.Sed qñ poteſtas vel alius officiarius eſt ignorans, & habet aliquẽ domicellum ſeruitorem in camera vel portabat enſem,ſi ille cõmiſit aliquã ſymoniam, quia recepit pecuniam vt rogaret poteſtatẽ non tenetur poteſtas: quia talis ſeruitor nõ erat deputatus ad aliquod officium, & idem de notario, ſi aliquid recepit, vt rogaret poteſtatem:quia non tenetur poteſtas, cum not. non fecerit. Nec obſtat l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offici.pro conſ. & leg.quia ibi loquitur de facto vxoris quam poteſtas ſeu proconſul non poterat tenere in officio:ſecus in alijs perſonis quas tenere non prohibetur:ſecundum Paul.de Caſtr.ibi. Veruntamen

8 men † vbi dominus teneret ſeruitores vilis conditionis & malæ famæ: tunc teneretur ex delicto ipſorum:quia videtur in culpa ratione malę electionis. l.videamus.cum ibi not.per glo.in princip.ff.locati.l.ſi vendita.ff.de pericu.& cõmo.rei vẽditæ.l.qui non tam idoneum.ff. commod. ſecundum Cardin. Flor.in clemen. ne in agro. §.porrò.de ſtatu mona. & Paul.de Caſtr.in d.l.§.quod nouiſsimè.ff.de publ.& Feli.in d.c.Petrus. Et licèt ſupradictum fue-

9 rit,quando agitur iudicio noxali,† quòd dominus tenetur exhibere ſeruum ad effectum recognoſcendi.l.iij.§.ſi quis noxali.ff.ad exhiben.Nec obſtat l. ij.§.hæc actio.ff.vi bon.rapt. vbi videtur probari, ꝙ dominus non teneatur exhibere famulum: quia reſpondetur vt ibi per gloſſ. & ibi in §. familiæ. habetur, quòd appellatione familiæ nedum venient ſerui, ſed etiam liberi,qui ſunt in miniſterio, & ſeruitio noſtro,vt ibi habetur,& in l.pronuntiatio.§.familiæ.ff.de verb.ſigni.& in l.j.§.familiæ.ff. de publi.& l.j.§.familiæ.ff.de vi & vi arma. & ibi Bart.quòd dominus tenetur de eo quod peruenit immediatè à familia:ſecus ſi alio modo: quia potuit poſſeſsio eſſe vacãs:ſecundũ Inno.in c.cùm accedent.de reſtitu.ſpolia.& Bal.in l.j.C.de epiſc.& cler.Et qui veniunt appellatione familiarũ etiã habetur per glo.& doct.in c.in literis.de teſti. & in c. fi.de verb.ſigni.lib.vj.veruntamen in caſu iſto ille ſeruitor,de quo agitur,non reperitur culpabilis de aggreſsione, de qua agitur:quia nõ interfuit, nec fuit præſens, niſi dicatur ꝙ tranſeũdo portum habuit dicere ex parte eius magiſtri põtenario,quòd cuſtodirent portum de veſpere pro tranſeundo certos nobiles. veruntamen quãdo filius vaſalli offendit dominum patris ſui,aut pater à domino requiſitus debet eum ducere ad ſatisfaciendũ domino,aut filium à ſe ſeparare:alioquin priuabitur feudo.& ſi filius contennit parere patri,non ſuccedit in feudo patre mortuo,quando filius delinquit in pręſentia patris habentis officiũ an pater teneatur vide Cyn. in l.cùm ſeruũ.C.de noxa. Et idem eſt de domeſticis.c. Imperialẽ.§.inſuper.de prohi.feu.alie.per Frede.Et qui dicantur domeſtici.glo. ibi ſe remittit ad no.in l.qui iuriſdictioni.ff. de iuriſ.om.iudi. & in l. reſpiciendum.§.fuerat domeſtica.ff.de pœn.& in l. præſenti.§.ſanè.C.de his qui ad eccle.& in l. pridẽ. C.de quæſti.vbi tales domeſtici non torquentur in dominũ vel patronũ,vel pro eo. Et pręmiſſa faciũt ad quæſtionem,quia fuit iniunctũ dict.domino de Couſanſes ſub certa pœna,vt habeat repreſentare eius famulum vocatum Anthoniũ le gaſcon, & ſuper hoc impetrauit certas literas iudiciales etiam requiſitorias pro habendo dictum famulum. Si verò conſtito de diligẽtia dict. domini de Couſanſes abſque fraude,& quòd non poſsit haberi dictus famulus an debeat Idem de Couſanſes liberaui à tali præcepto,relinquo cogitandum. Adde Bart. in l. j.in princip. verſi. ſerui quoq;. ff. ne quid eum qui indu.quòd iura loquẽtia de ſeruis, quòd dominus teneatur ex delicto ipſorum noxaliter non habent locũ in alijs familiaribus, de quo ibi latiùs per Alexan.& Iaſ.pro quo facit.§. fin.inſti.de noxa.actio. c.cùm ad ſedem.de reſtitu.ſpolia.

ARGVMENTVM.

De pœna domini vel patris non exhibẽtis ſeruum vel filium.

SVMMARIVM.

1 *Dominus ſeruum non exhibens qua pœna puniatur, & quid de patre.*
2 *Veritatem occultans cenſetur falſarius.*
3 *Liberto patronum etiam adulterum occidere non licere.*
4 *Statuto ſtante quòd bannitum occidere liceat, in patre & filio locum non habet.*

Quæſtio

Quæſtio CCCCXXVI.

QVAERITVR de pœna domini non exhibentis famulum, vel patris filium in quibus tenetur repręſentare &exhibere prout ſupra in pręcedenti quæſtio. Et in effectu ſecundũ Paul.de
1 Caſtr.in d.l.j.§.quod nouiſsimè.ff.de public.† dñs tenetur ſine noxę deditione etiã ſi nõ fuit in culpa: quia videbatur idoneus:& in hoc d.edictũ de publicanis, eſt duriùs:quia regulariter tunc liberatur dãdo pro noxa & promittẽdo, quòd ſi ad eius manus perueniant,exhibebit.Et dando licentiã actori, ꝙ ipſum capiat vbicũq; reperiat.l.ij.§.j.ff.ſi ex noxa.cau.aga. Ia.in l.j.ff.ſi ex noxa.cau.aga.alleg. Bar. ſolùm tenẽtem in c. cùm cauſa. de teſtib.ꝙ ille qui non vult exhibere,habetur pro confeſſo & conuicto,quia impedit veritatem.ſed idem Iaſ.in d.l.j.te
2 net cõtrarium. Nec obſtat ſi dicatur † ꝙ occultãs veritatẽ cenſetur falſarius.c.j.de crimi.falſi.ſecundum Bart.in l.j.§.j.ff.de falſ.quia ad iſtud reſpondet,quòd illud procedit in teſte:ſecus in parte:ſecũdum gl.in c.ne quis.xxij.q.ij.vbi glo.tractat illam queſt.an ſit licitũ mentiri pro vita alterius ſaluãda. prætereà quando dominus noluit exhibere ſeruum requiritur ſuper hoc ſententia, & ſic non habetur pro confeſſo:ſecundũ Iaſ. vbi ſuprà. Veruntamen quãdo filius vaſalli offendit dominũ:tunc pater tenetur eum ducere,vel ſeparare à ſe. c. imperialẽ.§. inſuper.de prohi. feu.alie.per Feder.de quo ibi per docto. Veruntamen qñ in bello pater accipit filiũ & ipſum repręſentat dño ſeu duci belli,debet filius mitiùs puniri.l.milites.§.deſertorẽ.ff.de re mili. facit l.minimè.cum ibi nota.ff.de reli.& ſump. fune. & l.ſi adulterium cum inceſtu.§.liberto.ff.de adul.
3 vbi dicitur, † ꝙ non licet liberto occidere patronũ adulterum. & quod habetur in l.ij.ff.de recept.vbi pœna receptantis malefactorẽ non procedit in affine vel cognato ſaltẽ,vt in totũ puniantur. Et ideò
4 ſtante ſtatuto † ꝙ ſit licitũ occidere bãnitũ, ꝙ non habet locũ in patre vel filio: quia filius tenetur paſcere patrẽ in exilio:ſecundũ Ange. in authen.de inceſti.nupti. col.ij.niſi eſſet quis bãnitus pro crimine perduellionis ſeu crimine læſæ maieſtatis.& ita procedit d.l.minimè.& iſtam partẽ tenet idem Ange.in d.§.liberto. quia qñ pater vel filius venit hoſtiliter cõtra ciuitatẽ ſeu patriã, ꝙ tũc licitũ eſt patri occidere filium,& ecõtrà licitũ eſt filio occidere patrẽ,quãdo agitur de pręiudicio rei publicę. Et pro hoc facit.c.j.§.fi.hìc finitur lex. deinde quãdo pater eſt hoſtis vel filius aliàs vbi eſſet bãnitus pro ſimplici delicto eſſet ſecus:quia adhuc remanẽt iura naturalia,& ita ſentit Barto.in d.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.liberto.ff.de adulte.& in d.l.ij. ff. de recept.& Io.de Imol.in l.triticum.ad fi.ff.de verb. oblig.& Salic.in l.j.C.de his qui parẽ.vel libe.occi.& Ang.in d.§.liberto.vbi tenet,ꝙ licèt non ſit licitum patri occidere filiũ bannitum,vel econtra filio patrẽ:tamen erit licitũ capere,& captum ducere in fortiã magiſtratus:ſed tunc debebit ſibi relaxari vita intuitu patris vel filij pręſentantis.d.l. milites. §.deſertorẽ.ff.de re mili.aliàs vbi pater vel filius eſſet bannitus tanquã hoſtis & rebellis,poſſet occidi ſtante ſtatuto,ꝙ bãnitus impunè poſsit occidi: ſecundum Bar.in d.§.liberto.de quo latiùs per Io.de Anan.in c.fi.de his qui filios occi.&ibi etiã tractat quando pater ſcit conſpirationẽ filij cõtra rempublicam & econtrà,de filio,an teneatur reuelare domino ita ꝙ non teneatur ex ſola ſcientia. de quo per Barto.in l.vtrum.ff.de parricid.& in l.j.§. occiſo.ff.ad Silleian.

ARGVMENTVM.

Venditio facta à marito & vxore de fundo dotali muliere de ſuis priuilegijs non certiorata nõ valet.

SVMMARIVM.

1 *Fundum dotalem alienari non debere, regulare.*
2 *Fundus dotalis propter famis neceßitatem alienari poteſt.*
3 *Muliere alienante fundum dotalẽ de cõſenſu mariti, an alienatio ualeat.*
4 *Mulier & maritus alienans fundum dotalem in eodem inſtrumento an uenditio ualeat etiam pro euictione ſeu pretij parte uxorem contingente.*
5 *Venditio nulla an iuramento firmetur.*
6 *Mulier pro marito fideiubere prohibetur: nõ maritus pro uxore.*
7 *Maritus & uxor ubi ſe in eodem inſtrumento obligauerint, quòd maritus muliere ſubdita inſolidùm obligatus remaneat.*
8 *Mulier an poßit renuntiare cum iuramento beneficio authentic. ſi qua mulier.*
9 *Cautela pro muliere.*
10 *Quid ſi mulier in eodem inſtrumento pecuniam ad ſui utilitatem conuerſam fateatur.*
11 *Mulieri res paraphernales alienare prohibitum non eſt.*
12 *Venditio rei alienæ etiam domino præſente facta, quòd domino non præiudicat.*

Quæſtio CCCXXVII.

QVAERITVR quãdo maritus & vxor in eodem inſtrumento faciunt vẽditionem de fundo dotali vel paraphernali cum iuramento abſq; certioratione priuilegiorũ mulieris, an talis contractus teneat ad pręiudicium vxoris ſaltem in
1 parte,& an ſit locus de euictione. Et in effectu † regulariter prohibetur alienatio fundi dotalis,maximè quando traditur inæſtimatus. l. j. C. de fundo dotal.l.j.§.&cùm lex.C.de rei vxo.acti.& inſti.qui. alie.lice.vel non.propter fragilitatẽ mulieris & ne remaneat indotata:vt ibi habetur.fallit in certis caſibus,& inter cæteros,ſcđm gl.ibi ſuper verb.prohibetur.& inter cęteros ꝓpter neceſsitatẽ.l.j.C.de libe.cau.ſed meliùs facit l.j.&ij.de patri.qui filios di
2 ſtra. † Et ideò propter neceſsitatẽ famis poſſet alienari fundus dotalis propter ſuſtentationẽ ſuæ mulieris & liberorũ:ſecundũ Ioan.Fab.inſti.qui.alie. licèt in princ.l.vbi adhuc.C.de iur.dot. & hoc vbi non interuenit iuramentum, ſed vbi ſuperueniret iuramentum,tunc ſecundum aliquos teneret alienatio. authenti. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendi.licèt ſecundũ Io.quẽ refert glo. in l.ſi prædium.C.de iur.dot.de iure ciuili iuramentũ ſolùm repreſentaret maiorẽ.& ideò poterit contrauenire. & ita videtur tenere glo.in authen. ſi qua mulier.C.ad Velleia.licèt cõmuniter teneatur contrariũ de iure canonico, propter vinculũ iuramenti. c.cùm cõtingat.de iureiur.c.licèt mulieres.de iure-
3 iurand.libr.vj. † Sed vbi mulier alienat de conſenſu mariti, tunc videtur tenere alienatio:ſecundum Iacob.de Aren.quẽ refert Cyn.in dict.l.ſi prędium. C.de iu.dot.à cõtrario ſenſu.ſed cõmuniter tenetur

4 & per Bart.in l.ſi æſtimatis.ff.ſolu.matrimo. † Sed
quando maritus & vxor in eodem inſtruméto ven
dũt an teneat vẽditio etiam pro euictione ſeu parte
pretij, conueniente vxori? dubium facit propter au
thenticam,ſiue à me,& dict.authentica,ſi qua mu-
lier.C.ab Velleya.& maximè quando mulier non
fuit certiorata de ſuis priuilegijs,& ſic non debet
ſibi præiudicare, maximè quãdo non apparet pre
tium conuerſum in vtilitatem mulieris.dict.authẽ.
ſi qua mulier.l.fi.§.fi.ff.ad Vellei.& quod habetur
per glo.in l.ſciendũ.ff.de verb.oblig. & ita videtur
tenere Specu.in tit.de oblig.& ſolu.§. ante omnia.
verſi.Sed quæritur.& verſi.ſed pone.quia iſto caſu
mulier debet certiorari nominatim de quolibet pri
uilegio:ſecundũ Io.And.in addi.ad Spe.& in ti.de
renun.& in conclu.§.j. verſi.cum autem.& glo. in
authen.quomod.oppor.epiſ.§.nos igitur.col. j. ſed
Bart.in quodã eius conſi.in noſtro cxxiiij.incipien
te punctns queſtionis videtur tenere, ꝙ quãdo ma
ritus & vxor in eodẽ inſtrummento vendunt fun-
dum dotalẽ inæſtimatum ꝙ talis venditio teneat,
pro parte ad præiudicium mulieris,& ꝙ mulier nõ
põt petere,niſi med etatẽ pretij,licèt quilibèt vẽdi-
derit inſolidũ.l.reos.§. cũ in tabulis.ff.de duo.reis.
Sed Bal.in d.authẽ.ſi qua mulier.videtur tenere cõ
trarium quãdo non apparet de reali muneratione.
5 Nec † obſtat iuramentũ,quia venit acceſſoriè,niſi
talis cõfeſsio fieret in figura iudicij, & iſtã partem
tenet etiã Io.de Imol.in l.cùm vir.ff.de vſuca.in v.
col.quia vt docet experiẽtia,licèt mulier ſe obliget
in eodẽ inſtruméto:tamẽ maritus verè percipit etiã
ſi in inſtrumento dicatur,ꝙ mulier realiter habuit
pecuniã:vt ſentit Spec.in d.§.authẽtico.verſ.ſed po
ne.de obli.& ſolu.nam ſecundũ Io.de Imol.in d.l.
cùm vir. ita quęſtio accidit de facto.Et idem tenet
in repetitione d.cap.cùm cõtingat. in xviij. col. de
iureiur. Albe.verò in d. authen.ſi qua mulier.C.ad
Vellei.format quæſtionẽ quãdo mulier in eodẽ in-
ſtruméto ſe obligat principaliter cùm viro nõ inter
cedendo an teneat obligatio:quia aliqui tenent ꝙ
ſic:quia tunc mulier nõ intercedit pro viro:& ita vi
detur tenere glo.ibi,licèt Specu.in d.tit. de ſolu. &
obli.§.j.verſ.ſed quęritur.videatur ſentire quod ha
beat locum.d.authẽ.ſi qua mulier.vtroq; caſu,ſiue
mulier obligetur principaliter in eodẽ inſtruméto
cum marito,ſiue etiã intercedat. Et iſta opinio eſt
cõmunior,& fortè æquior fauore mulierũ,ne fraus
fieret.Si verò maritus & vxor vẽdant eandẽ rem in
eodẽ inſtruméto,quia vnus nõ obligatur pro alte-
ro,valet etiã ſi pretiũ partis mulieris peruenerit ad
maritũ:quia donãti mulieri nõ ſuccurritur, niſi eſ-
ſet color quæſitus.l.j.l. ſenatus.l. ſi fenebris. C. ad
Velleia. Si verò maritus & vxor ſimul & inſolidũ
vendãt,& totũ pretiũ peruenit ad mulierẽ,tũc tenet
talis contractus:quia iſto caſu maritus magis dici-
tur intercedere pro muliere quã econtra l. vir vxo-
ri.in fi.ff.ad Vellei.a[illegible] pretiũ nõ peruenit ad mulie
rem, & tũc videtur fideiubere & olim iuuabatur be
neficio Velleiani, & hodie nõ tenet ipſo iure,per d.
6 authẽ.ſi qua mulier. † Et licèt mulier prohibeatur
fideiubere pro marito : tamẽ ſecus ecõtra : quia qñ
mulier obligatur principaliter,benè põt maritus fi
deiubere.l.Seia mãcipia. in princ.ff.ad Vellei.l.iij.
in fi.C.ne vxor & pro ma.ſecundũ Din.& Odoffr.

quos refert & ſequitur Albe.in d.authẽ.ſi qua mu-
lier.& ibi format plures quæſti.Et inter cętera quã
7 do maritus † & vxor in eodẽ inſtruméto ſe obligãt
ꝙ licèt mulier ſubducatur & nõ teneatur: tamẽ ma
ritus remanet obligatus inſolidũ.Et pariter qñ vir
& vxor fideiubẽt pro tertio,quod valet.c. ex reſcri-
8 pto.de iureiurãd.† Et an poſsit renũtiari d.authen.
ſi qua mulier.cũ iuramento: Et dicendũ eſt ꝙ non,
de iure ciuili:ſecus de iure canonico.d.c.cùm cõtin
gat.de iureiuran.& c.licèt mulieres.eod.tit.libr. vj.
9 Et ibi glo.quæ dat † cautelã, vt per prius mulier iu
ret nõ alienare,nec cõſentire alienationi:quia ſi cõ
10 trariũ fiat,non teneret. de quo ibi per docto. † Sed
quid quando mulier in eod. inſtrumento cõfitetur
pecuniã fuiſſe cõuerſam in eius vtilitatẽ,an ſit ſtan
dum tali confeſsioni? Albe.in d.authen.ſi qua mu-
lier.videtur ſentire ꝙ non:quia mulier de facili me
tu vel amore mariti cõfiteretur.de quo ibi latiùs per
ipſum.Et qualiter probetur fuiſſe cõuerſum in vti-
litatem alicuius habetur per glo.in l.fi.C.de vſuca-
11 pio.pro empt. † Sed quid in rebus parafernalibus
an mulier prohibeatur alienare:& dicendum eſt ꝙ
non,cùm lex non dicat contrariũ:ſcundũ Io. Fab.
inſtitu.quibus alie.licèt vel non.in princip.allegat
Inn.in c.ex parte.de conſu.in fi. Et præmiſſa faciũt
ad quæſtio.ſuper executione ſentẽtię cuiuſdã pau-
peris mulieris Ioannetę Deſiderię vxoris Ludoui
ci Liontardi parœciæ vallis nauigij mandamẽti vi
ſiliæ contra Petrũ Rodi aliàs Genoueſij, & certos
alios reos:quia vt prætenditur d. Ludouicus & Io-
hanneta cõiuges vẽdiderãt in eodẽ inſtrumento Io
hãnis Quinſonis authori d.Petri Rodi certas poſ-
ſeſsiones de bonis d.Iohannetę vxoris. & per ſen-
tentiam mandabatur mitti dict. Iohannetam in
poſſeſsionẽ certorũ bonorũ:& dubitabatur ſi tene-
ret talis alienatio ſaltẽ pro parte mariti:quia aliqui
volebãt tenere ꝙ ſic:quia mulier bene poteſt alie-
nare ſua prædia,licèt pretiũ,ſoluatur pro marito.l.
ſenatus.C.ad Velleia.ſed ſuper hoc poterat replica
ri ꝙ in d.l.ſenatus.non loquitur quãdo maritus &
12 vxor in eodẽ inſtruméto cõmuniter vẽdunt. † Prę-
tereà quãdo fit vẽditio rei alienæ in toto vel in par
ta etiã in pręſentia domini nõ fit ſibi pręiudicium:
quia non poſſet impedire.l.rem alienã.cum ibi no.
per glo. & doct.ff.de cõtrahen.empt.l. Gaius. ff.de
pign.acti.l.ſi ſine volun.C.ad Velleia.l.j.C. de cõ-
mu.rer.alie.aliter non declaro, ſed me refero veri-
tati,quæ nunquã fallit,nec fallitur.

ARGVMENTVM.

De pœna exercẽtis iuriſdictionem in alieno terri-
torio:& ſi poſsit procedi per viam inqueſtę.

SVMMARIVM.

1 *Exercere iuriſdictionem in alieno territorio probibitum.*
2 *Priuatus iuriſdictionem exercens in alieno territorio uti magiſtratus officio dicitur.*
3 *Exercentes iuriſdictionem in alieno territorio quibus pœnis ſubiaceant.*
4 *Inſignia doctoris, Epiſcopi,uel militis cùm non ſint deferẽtes pœna falſi tenentur.*
5 *Poſſeſſoria remedia pro territorijs & iuriſdictionis actu dantur.*
6 *Dominium ex officiorũ facto non,niſi eorum opera in officio utatur,teneri regulare.*

Quæſtio

Quæſtio CCCCXXVIII.

QVAERITVR de pœna exercẽtis actum iuriſdictionis in alieno territorio: & ſi dicatur violatio territorij: & officium magiſtratus conuenti etiam ſi prætendatur controuerſia limitum: & an dominus teneatur ex facto ſuorum officiariorum: & quid iuris quando vaſallus prætenditur, ꝙ princeps retinet de eius territorio, qualiter ſit ſibi ſubueniendum. & ſi poſſit procedi per viam inqueſtę pro occupatione rerũ vel iuriũ Delph. cõtra ſub-
1 ditos Delph. Et in effectu † eſt prohibitum exercere iuriſdictioné in alieno territorio. l. fi. ff. de iu. om. iud l. iij. ff. de offi. præſid. c. vt animarum. de conſti. lib. vj. quia impunè non paretur extra territoriũ: vt
2 ibi habetur, & habetur pro priuato. † Et quando priuatus exerceret iuriſdictioné dicitur officiũ magiſtratus. l. j. & l. iij. ff. ad leg. Iul. maieſt. adeò & in tantũ ꝙ exercendo actũ iuriſdictionis in alieno territorio dicitur violatio territorij, & irrogatur iniuria domino loci. c. ex parte. le ij. de verb. ſign. l. ſi pupillus. § territorium. ff. de verb. ſign. iuxta nota. per Bart. in l. ſi cui. §. fi. ff. de accuſat. adeò quòd ſi quis inſequatur delinquenté, & capiat in alieno territorio ſine licẽtia officiariorũ loci, dicitur violare eius territorium, & debet ante omnia reparari & reduci ad priſtinum ſtatum: ſecundũ Bal. in l. ſicuti. §. Ariſto celerio. ff. ſi ſeru. vend. & tenetur etiam talis violans territoriũ actione iniuriarũ: ſecundũ Bal. Angel. in d. §. Ariſto. facit l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. ver. idem Celſus. ff. de ædi edict. & hoc ibi tenent Bar. Bal. Sali. & Batt. in eius diſputatione, incipient. Lapus. & pro hoc facit cle. quamuis. de for. com. vbi à ſpeciali ceſſante prohibetur exerceri iuriſdictio in aliena diœceſi ſine licentia diœceſani: vnde tales qui carent iuriſdictione & exercent iuriſdictioné in alieno territorio dicuntur vti
3 officio magiſtratus. † & ſecundũ aliquos punitur pœna criminis læſæ maieſtatis. d. l. iij. §. fi. ff. ad leg. Iul. maie. Alij dixerũt quòd punitur crimine falſi. l. qui nomine. & l. eos. ff. ad leg. Cor. de falſ. cum ibi notatis per Bartolum & per Ange. in repetition. l. ſi vacantia. C. de bon. vacan. lib. x. verſi. & per hæc. & idem in notario, qui ſe gerit pro notario, quãdo non eſt notarius: quia tenetur pœna falſi ſecũdum
4 Bald. in l. j. C. de teſta. in vj. q. † & idé de illo qui portat inſignia doctoris vel Epiſcopi vel militis cũ nõ ſit miles. d. l. eos. & ibi Bar. & idé de iſtis falſis queſtoribus. c. cùm ex eo. §. qui autem. de pœn. & remiſſio. c. ex tuarum. & ibi glo. de priuile. & ita habetur in deciſ. Thol. cccc j. Nec obſt. præmiſſis ſi dicatur, quòd quando prætenditur queſtio & differentia limitũ alicuius territorij tunc vtẽdo poſſeſſorio ſuo in loco limitrofo non dicitur irrogari iniuria vtendo iure ſuo: quia iuris exequutio non habet in ſe iniuriam. l. iniuriarum. ff. de iniur. facit l. iuriſperitos. cum ibi not. ff. de excu. tut. & l. arbor. ff. commu. diu. quia limites dicuntur communes, & ideò eſt locus preuentioni, vt ibi habetur. & ſi non videtur debere incurri delictũ, quia ceſſat dolus: quia ad iſtud poteſt reſponderi, quòd iſtud poſſet procedere in dubio quando eſt dubium de loco limitrofo, & quis excedit modicum limites, ſicuti ſolet dici de aratura quæ fit in confinio prædiorum: iuxta notata per gloſſ. Bald. & Salicet. in l. final. C. finium reg. ſecus in limitibus territoriorũ, qui dicuntur poteſtates, vbi non poteſt prætendi ignorantia: quia regulariter flumina, montes & viæ publicæ dicuntur diuidere territoria: ſecundum Bald. in c. ex lite-
5 ris. de proba. † nam etiam remedia poſſeſſoria habent locum pro territorijs & actu iuriſdictionis. ca. licèt. de probatio. l. iij. §. ſi de vi. ff. de vi & vi arm. &
6 ibi per Bar. Non obſtat etiam ſi dicatur, † quòd dominus non tenetur ex facto officiariorum ſeu familiæ. c. cùm ad ſedem. de reſti. ſpol. l. quoties. ff. de noxal. quia ad iſtud poſſet reſponderi quòd illud eſt verum regulariter, niſi dominus vtatur eorum opera in officio: quia tunc tenetur dominus ex delicto familiæ, niſi exhibeat familiares & officiarios. l. j. §. ſi familiæ. & ibi Bart. & l. ſi cùm exhibuiſſent. ff. de publica. Et licèt vaſallus prætendat ꝙ princeps detineat de eius territorio: tamen ex quo princeps eſt in poſſeſsiõe talis territorij & iuriſdictiõis in toto, vel in parte, nõ debet vaſallus authoritate propria ius ſibi dicere. l. extat. ff. quod me. cau. l. ſi quis. C. fin. reg. l. meminerint. & l. ſi quis in tãtam. C. vnde vi. Sed debet vaſallus requirere dominum & ſibi ſupplicare quòd faciat ſibi iuſtitiam. & ſi recuſauerit, debet adire eius curiam, antequã procedat ad aliquam viam facti. c. j. §. fin. de milite vaſal. qui contu. eſt, cum ibi not. Et præmiſſa faciunt ad queſtionem ſuper controuerſia limitum mandamentorum Viſiliæ & Sechillinæ: quia de hoc præſenti anno 1510. de menſe Iunij Raymundus murianæ caſtellanus Sechillinæ, Petrus Pollet, Petrus Guinet & grapharius caſtellaniæ dicti loci Sechillinæ, viſitauerunt quoddam iter publicum vltra riuum Cuchon veniẽdo ad locum lacus mortui vbi exit aqua dicti lacus mortui in loco vocato Giller, & ibi plantauerunt vnam crucem nemorum de directo tendẽdo verſus medietatem dicti lacus, & ad quandã rupẽ Corberiæ ſeu du Plat, vbi eſt magna diſtantia loci. Et ab alia parte dictæ crucis tendit verſus rippariam Remanchiæ & riuum mortuũ in deſcenſu montis, vbi eſt etiam magna diſtantia loci. Et cum præmiſſa perueniſſent ad notitiam procuratoris generalis Delph. obtulit ſupplicationem narrando quòd præmiſſa fuerunt geſta infrà mandamentum Delphinale Viſiliæ tendendo abſtinere Freydæ ad dictum lacum mortuũ, vbi exit aqua dicti lacus mortui progrediendo vſque ad dictum riuum Cuchon, & quòd ab antiquo officiarij Delphinales ſunt in poſſeſsione, ſeu quaſi exercitij iuriſdictionis & viſitandi itinera, vſque ad dictum riuum Cuchon, palàm, publicè, & ſine contradictione, & ſuper hoc petijt ſumi informationes & committi alteri ex dominis curiæ quòd accedat ſuper loco volendo prętendere ꝙ dictus riuus Cuchon diuidat territoria Viſiliæ, & Sechillinę, & etiam parœcias ſancti Ioannis de Vallibus, & Sechillinæ, licèt vt fertur, quia aliter non vidi ſaltem de præſenti limites antiqui Sechillinæ progredientur vſque ad dictum lacum mortuum, vbi exit aqua dicti lacus mortui, aliter ad præſens non declaro. Sed quæ ſuprà ſcripſi, feci, vt meliùs perpenderem veritatem rei de qua agitur. Veruntamen dicti officiarij Sechillinæ prætendunt quòd occaſione premiſſorum non debeat procedi contra ipſos per viam inqueſtæ, ſed alia via ordinaria iuxta tenorem libertatis

Delphinalis,capitulo xxxvj.cuius tenor ſequitur, Item voluit, & conceſsit dictus dominus Delphinus, quòd pro occupatione rerum Delphinalium facta ſeu facienda per quoſcunque ſuos ſubditos, per viam inqueſtæ vel alias,niſi dumtaxat via ordinaria non poſsit procedi, quomodolibet contra eos, licèt ad minùs videretur, quòd dicti officiales Sichillinæ deberent reſpondere cum iuramento an fecerint dictam viſitationem, & crucem appoſuerint,de quibus ſuprà fit mentio: de cuius mandato fecerunt. Relinquo cogintandum.

ARGVMENTVM.

Exercens iuriſdictionem in alieno territorio, in quam delicti ſpeciem cadat. Et quòd ante omnia reſtitutio fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Nemo inuitus de territorio alieno trahendus.*
2 *Territorium alienum ingrediens quòd efficitur, & habetur ut priuatus.*
3 *Iniuriarũ actio quòd pro ui ablatiua & turbatiua detur. & num. 11. & 14.*
4 *Mutato territorio, mutatur & poteſtas.*
5 *Spoliatus ante omnia uenit reſtituendus.*
6 *Quid ſi de facto procedatur.*
7 *Retinendæ poſſeßionis in interdicto, cui poſſeßio adiudicanda.*
8 *Poſſeſſoria remedia libellum non requirunt.*
9 *Teſtes in ſummario iudicio, an in plenario iudicio fidem faciant.*
10 *Spoliatus litigare non tenetur.*
12 *Ciuiliter & criminaliter, pro ui ablatiua & turbatiua agi poteſt.*
13 *Pro rerum Delphinalium occupatione facta, per inquiſitionis uiam non procedendum.*
15 *Statuti pœna quandoquè augetur, quandoquè minuitur.*
16 *Exceptio litis finitæ, ſi opponatur & ſit dubia, quòd in meritis cauſæ reſeruari poßit.*

Quæſtio CCCCXXIX.

QVAERITVR quando ſit violatio territorij exercendo iuriſdictionem in alieno territorio in quem ſpeciem delicti cadat, & ſi debeat ante omnia fieri reſtitutio priſtinæ libertati, & res ad priſtinum ſtatum reduci, & an exceptio per quam excipitur delictum, ſeu factum, non eſſe punibile, habeat vim litis finitæ, & ſi poſsit opponi ad proceſſum. Et in effectu quoad ſpeciem delicti fuit iam tactum in quæſtione præcedenti: quia aliqui tenent, quòd ſit officium magiſtratus. l. iij. §. finali. ff. ad legem Iuliam maieſtatis. Aliqui tenent quòd ſit crimen falſi, vtendo inſignijs in alieno territorio. l. qui nomine. & l. eos. C. ad legem Corneli. de falſis. aliqui tenent quòd cenſetur irrogata iniuria domino loci territorij, vbi exercetur talis iuriſdictio: quia eſt prohibitum ponere pedem in territorio alieno cauſa exercitionis iuriſdictionis. l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſeruitus vendicetur. Et ideò cenſetur iniuria irrogata: ſecundum Baldum, Angelum, & Florianum. ibi capitul. ex parte. le primo. de verborum ſignificatione. etiam ſi principium ſit licitum: quia quis inſequatur malefactorem in territo-
1 rio proprio: ſed aufugit in territorio alieno, † quia non debet capi in alieno territorio, aliâs debet incontinenti relaxari: ſecundum Salicetum in l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. verſi. idem Celſus.
2 ff. de ædilitio edicto. † quia quando quis ingreditur territorium alienum habetur pro priuato. l. fin. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. ſecundum Baldum in dicto §. Ariſto. & hoc etiam tenet Bartolus in eius diſputatione incipiente, Lapus. in ſo-
3 lutione dictæ quæſtionis. † quòd competat actio iniuriæ iſto caſu. allegat l. iniuriarum. §. ſi quis per iniuriam. ff. de iniurijs. Et pro hoc facit l. fina. C. de apparitor. proconſulis & legati. aliâs ſub titulo de apparatoribus magiſtr. milit. libro duodecimo. vbi non debet quis vſurpare, quòd ad eius officium non pertinet: ſecundum Ioannem de Platea ibi, l. ij. de apparit. præfect. prætor. libro duodecimo. l. in prouincijs. C. de numerar. & actuar. l. libro duodecimo. faciunt notata per dominum Guydonem Papæ deciſione ccccxxiij. Nec obſtat ſi dicatur quod debet attendi principium, quando eſt licitum. l. capite quinto. & l. quod ait. §. primo. ff. de adulterijs.
4 quia iſtud non procedit in caſu iſto: † quia ex quo mutatur territorium, mutatur poteſtas iudicis. Bartolus in dicto §. Ariſto. l. cùm vnus. §. his qui. ff. de bonis authoritate iudicum poſsidend. Et ita etiam tenet Baldus in l. requirendi. C. de ſeruitutibus. & Bartolus in l. ſi cui. §. finali. ff. de accuſationibus.
5 quia † debet ante omnia fieri reparatio violationis territorij, & res ad priſtinum ſtatum reduci: vt ibi habetur, ſicuti dicitur de violatione immunitatis eccleſiæ: quia debet ante omnia reſtitui priſtinę libertati. l. præſenti. in principio, & ibi Bartolus & §. ſanè. C. de ſacroſanctis eccleſijs. Et pro præmiſsis
6 facit, † quia quando fit violatio territorij proceditur de facto ſine vocatione partis. & ita etiam de facto reuocari debet: iuxta notata per gloſſam in l. minor. in principio, ff. de euictionibus. & per Ioannem Andræam in additionibus ad Speculatorem in titulo de ſentent. prolat. §. ſpecies. verſiculo, eſt quoque. in additione incipient. ab eo de præcepto. & Bartolus in l. ij. C. de ſeruitutibus & aqua. decimatertia columna, Angelus, Ioannes de Imola, & Alexander in l. de vnoquoque. ff. de re iudicata. & Alexander de Imola conſilio quinto, in ſecundo
7 volumine. † tum etiam quando agitur remedio poſſeſſorio retinendæ vti poſsidetis lite pendente, quãdo apparet per ſummariam cognitionem, quis poſsideat, tũc debet gaudere commodo poſſeſsionis, & iudex debet mandare alteri parti ne accedat ad poſſeſsionem, ne partes veniãt ad rixas. l. æquiſſimum. in principio. ff. de vſufructu. l. ſi ſeruus. C. quod cum eo, qui in aliena poteſtat. cum ibi notatis per gloſſam, Cynum, Baldum, Salicetum, Paulum de Caſtro, & in hoc proceditur ſummariè ſine libello: ſecundum Iacobum de Areti. & Iacobum Butrigarium, quos refert & ſequitur Baldus in l. ordinarij. C. de rei vendicatione. & in l. ſi de proprietate. C. ſi à non competent. iudice. Et pro hoc facit capitu. cùm perſonæ. §. quòd ſi tales. de priuilegijs. libro ſexto. quia lite pendente debet gaudere commodo poſſeſsionis. & ibi habetur. capitulo primo. vt lite pendente. & ita tenet dominus Guido Papæ deciſione quingenteſimaſeptuageſimaoctaua. allegat Petrum Iacobum in titulo, de nega. verſiculo,

item no-

item notandum. Et hoc etiam tenet Speculator in titulo de libelli conceptione. §. nunc videndum.
8 verſiculo, vigeſimoſecundo. † quando vtraq; pars ſe contendit poſsidere, tunc iudex debet occurrere ſine libello receptis teſtibus adiudicauit poſſeſsionem clariùs probanti per iura ibi per ipſum allegata & ibi etiam per Ioannem Andræam in additionibus qui refert quæſtionem de facto Bononiæ de quodam nemore inter quoſdam nobiles, & communitatem: quia iſta quæſtio debet expediri ſine libello propter naturam cauſæ, quæ eſt momentanea. & Ioannes Fabri in l. finali. C. de edicto diui Adriani tollendo. & hoc etiam tenet Paulus de Caſtro conſilio, quinto. vbi tractat, an lite pendente iudex poſsit dare ordinem, quòd alter vtatur com-
9 modo poſſeſsionis ſummariè cognoſcendo, † & an tales atteſtationes teſtium faciant fidem in plenario iudicio inter eaſdem partes, & maximè eſſe prouidendum per officium iudicis l. Aquilius Regulus. ff. de donationibus. & per Bartolum in l. de vſu. ff. de varijs & extraordinarijs cognitionibus. multò fortiùs eſſet prouidendum quando agitur re
19 medio reintegrandæ: † quia quis non debet litigare ſpoliatus. capitulo, cùm dilectus. de ordine cognitionum. capitulo, frequens. de reſtitutione ſpoliatorum, libro ſexto. capitulo, in literis. de reſtitution. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iuliam de
11 vi publica. Et pro præmiſsis, † quòd pro vi turbatiua, vel expulſiua competat actio iniuriæ. facit l. qui pendentem. in fine. ff. de actionibus empti. l. ſeruus non in omnibus. ff. de actionibus & obligationibus. l. hoc iure. ff. de regulis iur. l. iniuriarum. §. ſi quis me. & l. item apud Labeonem. §. ſi quis bona. ff. de iniurijs. & hoc ibi notat Bartolus, quòd pro violentia ablatiua vel turbatiua competit actio iniuriæ. & etiam venit reſtitutio damni: ſecundum Angelum ibi: & per Bartolum in dicta l. ſi quis ad ſe fundum. pro quo allégat l. vulgaris. §.
12 qui furti. ff. de furtis. † & poteſt agere ciuiliter, & criminaliter. dicta l. ſi quis ad ſe fundum. & ibi Bartolus. Et pro præmiſsis etiam facit deciſio Tholoſana quadringēteſimadecima. De pœna illius qui exercet actum iuriſdictionis in alieno territorio, aliter ad præſens non declaro: quia adhuc pendet lis occaſione præmiſſorum corā curia inter fiſcum & dictos officiarios Sichillinæ. Sed ſolū quod id ſcribo, hoc facio vt meliùs veritas intelligatur. facit tamen quod habetur per gloſſam Baldum Salicetum, in l. finali. C. finium regundorum. Dum gloſſa ibi, videtur tenere quod turbare aliquem in finibus ſeu limitibus territorij non ſit delictum, quod eſt verum: ſecundum Bartolum & Salicetum ibi, quando quis eſſet ductus iuſto errore, vt quia habuit ab eius authore, aliàs ſecus. l. quarta. §. poſt litem. & §. ſi dicuntur. ff. finium regundorum. de quo latiùs per Bartolum, & Salicetum in dicta l. finali. Nec obſtat præmiſsis ſi dicatur, quòd quando non præcedit accuſatio, iudex non debet admittere: & ſuper hoc debet permitti cauſæ cognitio, an ſit procedendum ſuper delicto vel nè: iuxta notata per Bartolum in l. ſecunda. C. vt nemo priuatus titulos prædijs ſuis vel alienis imponat, vel vela regia ſuſpendat. adeò, quòd non dicitur receptus inter reos pendente iſta cognitione, donec iudex pronunciauit eſſe procedendum ſuper accuſatione. & ita videtur in caſu iſto, quòd non ſit procedendum ad vlteriora propter libertatem patriæ. capitu. xxx-
13 vj. vbi habetur, quòd † pro occupatione rerum vel iurium Delphinalium facta, vel fienda, non poſsit procedi per viam inqueſtæ vel aliâs niſi via ordinaria. Et ideò vbi non eſt delictum punibile non debet recipi accuſatio, nec ſcribi in actis, & talis exceptio impedit litis ingreſſum: ſecundum Bartolum in l. ſi ſeruus. C. de ijs qui ad eccleſias confugiunt. De quo per Alexandrum & Iaſonem in dicta l. ſecunda. C. de mod. mulct. Quia ad iſtud poteſt reſponderi, quia licèt verba dictæ libertatis videantur dubia: quia poſſent dare occaſionem delinquendi & ſic non debent obſeruari. l. conuenire. ff. de pactis dotalibus. iuxta notata per Hoſtienſem & Panormitanum in capitulo ſecundo. de delictis puerorum. tamen adhuc inhærendo verbis dictæ libertatis, non videtur procedere in caſu iſto: quia loquitur dicta libertas in ſimplici occupatio-
14 ne iurium Delphinalium non autem † loquitur quando committitur officium magiſtratus exercendo actum iuriſdictionis in alieno territorio, vbi etiam dicitur fieri violatio territorij, & competit actio iniuriæ prout ſupradictum fuit. Et licèt iudex iurauerit obſeruare ſtatuta, tamen intelligitur de iuſtis & rationabilibus. capitulo primo. de iureiurando, libro ſexto. faciunt notata per Bartolum in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de officio proconſulis & legati. in vigeſimatertia quæſtione. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notantur infam. & per Salicetum in l. & ſi ſeuerior. C. eodem titulo. & per dominum Guidonem Papę deciſione ducen
15 teſimaſexta. † quia ex cauſa pœna ſtatuti poteſt augeri, vel minui, nec per hoc incurritur periuriū: ſecundum Doctores ibi. Et de materia quando ex forma ſtatuti delictum non eſt punibile, an poſsit procedi per viam inquiſitionis, vel accuſationis, & ſi talis exceptio impediat proceſſum habetur per Baldum in l. prima. §. Offilius putat. ff. ne quis eum qui in ius vocatus vi eximat. & in l. de-
16 curiones. C. de his qui notantur infamia. † licèt etiam quando exceptio litis finitæ, quando opponitur ad proceſſum, & eſt dubia, quia requirit altiorem indaginem, poteſt reſeruari in meritis. iuxta notata per gloſſam & Doctores in capitulo primo. de lite conteſtata, libro ſexto. & in capitulo, cùm contingat. de officio delegat. & per Bartolum & cęteros in l. nam poſtea. in principio. ff. de iureiurand. & per Alexand. de Imol. in l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebellianum.

ARGVMENTVM.

De limitibus territoriorum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium & petitorium ubi cōcurrunt, quòd priùs poſſeſſorium terminandum eſt, antequàm ad petitorium deueniatur, & num. 5.*
2 *Finium regundorum iudicium proprietati cohæret.*
3 *Finium regundorum iudicium à rei uendicatione differentia.*
4 *Fines ſeu limites qui propria authoritate occupat, quòd pœnam incurrat.*

Quæſtio CCCCXXX.

QVAERITVR de modo procedendi in
materia limitum territoriorum. Et in † effe-
ctu priùs debet cognoſci & terminari quęſtio poſ-
ſeſsionis quã perueniatur ad quęſtionẽ proprieta-
tis.l.ſi quis.C.fini.regun. & ibi glo. quæ ponit mo-
dum probandi actus poſſeſsionis, vſque ad quẽ lo-
cum poſsideat: vt quia quis petijt ſeminari, arari &
2 coli terram. † Et licèt quęſtio finium regundorum
cohæreat proprietati, vt ibi habetur: tamen priùs
debet terminari quæſtio poſſeſsiõis, & deinde per-
ueniri ad quæſtionem proprietatis. Nec obſtat ſi di
catur quòd in reivendicatione cõſtito de iure pro-
prietatis totum debet reſtitui: quia ad iſtud reſpon
3 detur † quòd in hoc iſtud iudicium differt à rei ven
dicatione: quia in iſto iudicio finium regundorum
quandoquè nõ totum reſtituitur, ſed alteri adiudi
catur, & ille iſti, in eius æſtimatione cõdemnatur.
vt ſic competenter loca diſtinguantur. l. ij. & l. ſeq.
ff. fin. regund. & inſt. de acti. §. quædam. & de offic.
iudi. §. ſi finitum. ſecundum gloſ. in d. l. ſi quis. vnde
ſecundum Cyn. in d. l. ſi quis. quandoquè actio fi-
nium regũdorum cohæret proprietati, & quando-
què non: & iſtud totum poteſt explicari in hoc iu-
dicio. l. ij. §. quædam. ff. de interdict. & quandoquè
4 non cohæret, de quo ibi latiùs per ipſum † & quan
do quis propria authoritate quis occupat confines
ſeu limites incurrit pœnam. l. ſi conſtiterit. C. fini.
regun. vbi eſt pœna priuationis proprietatis in re
propria, & in re aliena eſt pœna æſtimationis: vt
ibi habetur, & qualiter differat à conſtitutione l. ſi
quis in tantam. C. vnde vi. ibi habetur. Bar. verò in
5 d. l. ſi quis. dicit † in ſummario quòd primò de poſ-
ſeſsione, ſecundò de proprietate debet iudicari: ter-
tiò per agri menſores fines ponuntur, etiam parte
abſente per contumaciam, & quãdo eſt ſolùm con
tentio ſolum de finibus & non de proprietate po-
teſt procedi ad diffinitiuam etiam lite conteſtata:
ſecundum Barto. ibi, quia non fit miſsio in poſſeſ-
ſionem ex primo vel ſecundo decreto. authen. ſi om
nes creditores. C. ſi exe. abe. abſti Albe. verò in d. l.
ſi quis. in ſummario dicit, quòd priùs terminatur
poſſeſſorium quàm petitorium. l. ordinarij. C. de rei
vendic. l. vis. C. de probati. l. incerti. C. de interd. l. ſi
de vi. ff. de iudi. Bal. in d. l. ſi quis. tenet, quòd iudex
in hoc iudicio limitũ primò quærit de poſſeſsione,
deinde quo titulo quiſque poſsideat de quo ibi la-
tiùs per ipſum Ang. ibi, idẽ tenet Pau. de Ca. in d. l.
ſi quis. tenet quòd ideò in tali iudicio limitũ priùs
quęritur de poſſeſsione, vt incumbat onus proban
di de proprietate aduerſario. l. exitus controuerſiæ.
ff. de acquir. poſſe.

ARGVMENTVM.

Confeſsio extraiudicialis de computorum reddi-
tione vbi plus datum quàm acceptum eſt, an nuda
dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Cautio nuda an actionem pariat.*
2 *Quid de ſtipulatione.*
3 *Litera priuata fidem non facit.*
4 *Teſtimonium de ſimilitudine literæ an ualeat.*
5 *Scriptura ſigillo publico roboratur.*

Quæſtio CCCCXXXI.

QVAERITVR an confeſsio extraiudi-
cialis facta ex cauſa redditionis computi
miſsiarum & expenſarum plus factarum, quàm re-
ceptorum dicatur nuda, an verò dicatur diſcre-
ta, & cum cauſa legitima, & ſi ſit probatoria, cùm
habeat ſignetum, & ſigillum prælati. Dubium fa-
1 cit, † quia cautio nuda non parit actionem. l. cum
de indebito §. final. ff. de probationi. cap. ſi cautio.
2 de fid. inſtru. † & idem in ſtipulatione quando eſt
factũ ſine cauſa, quia habet obſtare exceptio doli.
l. ij. §. circa. ff. de excep. do. Et no. per gloſ. & doct. in
l. generaliter. C. de non nume. pecu. & in l. à Titio.
3 ff. de verbor. obliga. † præterea litera priuata non
facit fidem. l. inſtrumenta. l. exemplo. l. rationes. C.
de proba. nec obſtat ſi dicatur, † quòd aliqui teſtes
deponunt de ſimilitudine literæ: quia ad iſtud re-
ſpondetur, quod tale teſtimoniũ nõ valet, nec con-
cludit: quia non fuerunt præſentes, nec viderũt ſcri
bere: nam poſſent erroneæ deponere: quia ex tem-
poris variatione, calami, & attramenti mutatione
inducitur diſsimilitudo literæ. vt in auth. de inſtru.
cau. & fid. in princip. & §. ſi quis igitur. col. vj. l. ſcri
pturas. C. qui pot. in pign. hab. Non obſtat etiam ſi
4 dicatur. quòd † ſigillum publicum dat robur ſcri-
pturæ. l. ſi qua per calumniam. C. de epi. & cler. ca. j.
& ij. de fid. inſtr. quia ad iſtud reſpondetur, quòd
iſtud ſigillum erat ſigillum cameræ, & ſic non erat
deputatum ad iſtum vſum apochæ, & concluſionis
computorum. c. ſignificauit. de appella. nec fuit re-
cognitum quod haberet caracterem, nec literas, &
nomen ſigillantis. iuxta not. per Io. Fabr. in §. poſ-
ſunt. inſt. de teſtam. Sed pro contraria parte facit, ꝙ
dicta confeſsio appodixæ ex cauſa computi miſsia-
rum & expẽſarum ſit valida, & legitima. l. Publia.
ff. depoſit. l. ſi quis ex argentarijs. §. rationem. ff. de
eden. ſecundum Sali. in l. j. C. de confeſ. & in l. iube
mus. C. de libe. cauſ. & hoc verum quando pars eſt
præſens, & acceptat. ſecundũ Cyn. in d. l. j. C. de con
feſ. in vj. q. & ibi Sali. in xv. oppoſ. & in l. generali-
ter. C. de non nu. pec. licèt quando confeſsio ema-
nat in ſcriptis, videatur valere etiam inter abſen-
tes: quia litera ſemper loquitur. iuxta notata per
Bartolum in l. certum. § ſi quis abſens. ff. de confeſ
ſis. de quo me ibi remitto: & an confeſsio nuda ex-
traiudicialis, inducat ſemiplenam probationem,
etiam ſine cauſa: Speculator tenet quòd ſic. in ti-
tulo de confeſsis. §. nunc videndum. verſiculo, ſed
quæ ratio. & quando eſt facta in abſentia partis,
ſaltem facit ſemiplenam probationem: ſecundum
Bartolum in l. admonendi. ff. de iureiurando. Et
quando confeſsio extraiudicialis eſt geminata,
etiam ſine cauſa, eſt valida: ſecundum Bartolum in
l. cùm ſcimus. C. de agricolis & cenſit. libro vndeci
mo. Et maximè ratione iuramenti, quando inter-
uenit: ſecundum gloſſam in capitulo, quotiens cor
dis. prima quęſtione ſeptima. & Baldus in l. j. C. de
confeſsis. & in rubrica C. res inter alios acta. Nec
obſtat ſi dicatur, quòd pactum nudum eſt vali-
dum de iure canonico. capitulo primo, de pactis.
quia ad iſtud reſpondetur, quòd hoc verum quan-
do eſt factum cum cauſa, aliàs non. ca. iuramenti.
xxij. q. vltima. ſecundum Pan. in c. fi. de ſuc. ab inte.
per docto. in d. c. ſi cautio. de fid. inſtr. Veruntamen
quia pro

quia pro parte aduerſa fuerunt producta quædam computa, extracta ab archiuo Epiſcopatus Valentiæ: in quibus continetur dicta appodixa, vigore cuius agitur: ideò facit fidem in ea parte contra producẽtem. authentica! ad hęc. C. de fide inſtru. c. cùm olim. de cenſi. cùm ibi not. per Inno. & Panor. Et præmiſſa faciunt ad quęſtionem ſuper proceſſu diffinito de hoc præſenti an̄o natiuitatis domini milleſimo quingenteſimo decimo. in vigilia beati Ioãnis Baptiſtę in manibus magiſtri Gulielmi Gallifceti ſecretarij inter nobilem Claudium Plouerij ciuem Valentiæ hæreditario nomine Ioannis Plouerij eius patris olim theſaurarij & receptoris generalis domini quondam Ludouici de Pictauia, Epiſcopi valentinenſis & diœceſis ex vna, & magnificum dominum Aymarum de Pictauia, dominum ſancti Valerij tanquàm hæredem dicti domini Ludouici Epiſcopi per certa media in actis deducta: quia dictus Plouerij petebat ſummã quinque millium vndecim florenorum, vndecim groſſorum, & decem ſeptem denariorum, vigore cuiuſdam apochę dicti domini Ludouici ſignatæ, & ſigillatæ de dicta ſumma datæ in caſtro Ceriniani de anno natiuitatis domini. 1462. die xxvij. menſis Marcij ex cauſa reductionis computi, expenſarum & miſiarum, errore calculi pro vtraque parte ſemper ſaluo. fuerunt extracta duodecim dubia inter dominos vt melius veritas dicti proceſſus haberetur, quorum primum dubium erat, ſi dicta apocha de dicta ſumma ſuprà mentionata eſſet in forma probatoria, & cũ cauſa legitima: ideò duxi fieri hic aliqualem mentionem ex quo proceſſus eſt diffinitus.

ARGVMENTVM.

Bona aliqua tenẽs ex duplici titulo, an pręſumatur tenere ex titulo ſibi vtiliore.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditaria bona tenens, ea poteſt tenere citra ius & nomen hæredis.*

Quæſtio CCCCXXXII.

QVAERITVR quando quis tenet bona hęreditaria alicuius, & habet aliundè titulũ, an in dubio præſumatur tenere titulo ſibi vtiliori. Et prima facie videretur dicendum quòd ſic. l. j. C. credit. euictio. pignor. ten. iuxta nota. per Bar. in l. gerit. ff. de acquirend. hæredita. quia licẽt quis te-
1 neat bona † hæreditaria: tamen poteſt tenere citra ius & nomẽ hæredis, quando aliundè appa ret de alio titulo. l. pro hærede. ff. de acquirend. hæredi. Et iſtud etiam facit pro alio dubio extracto in dicta cauſa dict. Plouerij: quia ipſe probauerat qualiter dictus dominus ſancti Valerij tenet baroniam Seriniaci, quæ fuit de bonis domine Policem Ruffe matris dicti domini Ludouici de Pictauia, Epiſcopi Valentinenſis & diœceſis, & nobilis Ioannis de Pictauia domini Capriliarum, & pariter fuerunt hæredes earum matris, & licẽt dictus dominus Ludouicus prædeceſſerit ſuperſtitè dicto domino Capriliarũ, ſubſtituto, & quòd dictus dominus ſancti Valerij eius hæres ſoluiſſet plura onera dictæ Baroniæ Seriniaci, veruntamen quia circa finem dicti proceſſus produxit quaſdam literas tam monitorias, quàm etiam Seneſcali Bellicardi, impetratas contra dominum Curſolij. in quibus fatetur ſe hæredem dicti domini Ludouici de Pictauia, cùm beneficio inuentarij: ideò non eſt ſuper hoc dubio aliter inſiſtendum: quia ſola animi deſtinatione quis efficitur hæres. l. Auia. C. de iure. dot.

ARGVMENTVM.

De detractione quartarum inter liberos primi gradus.

SVMMARIVM

1 *Legitima filiorum quanta.*

Quæſtio CCCCXXXIII.

QVAERITVR ſuper detractione quartarum inter liberos primi gradus: quia per tenorem teſtamenti dictæ dominæ polixenæ apparet quod habebat quinque liberos, & fecit hętedes vniuerſales dictos dominum Ludouicum de Pictauia, & nobilem Ioannem dominum Capriliarum, ipſos ſubſtituendo reciprocè, licẽt ipſa prælegauerit dicto domino Ludouico quandam eius domum Auinionis: & ita ſecundum numerum liberorum
1 tempore † mortis dicti teſtatoris diuidendo hæreditatem in duodecim vncias, legitima omnium liberorum erit ſemis: & ad partem dicti domini Ludouici peruenit vna vncia cum quinto alterius vnciæ pro eius legitima. authentica, nouiſsima. C. de inoffic. teſtamen. & de reſiduo ſex vnciarum detrahitur trebellianica, quæ aſcendit ad vnam vnciam cum dimidia: quæ adhuc diuiditur inter dictos dominos dominum Ludouicum, & dominum Capriliarum fratres, quia erant de liberis primi gradus, & diuerſo tempore grauati, & ſic potuerunt detrahere duas quartas. c. Raynutius. & c. Raynardus. de teſta. l. iubemus. C. ad trebel. & in l. quanquã. cũ ibi not. C. ad leg. falcid.

ARGVMENTVM.

Hæres prælati non cõfecto inuentario an teneatur creditoribus vltra vires hæreditarias.

SVMMARIVM.

1 *AEs alienum detrahendum eſt ante legitimam.*

2 *Hæres non conficiens inuentariũ de iuris rigore, tenetur creditoribus & legarijs ultra uires hæreditarias: ſecus tamen in foro conſcientiæ. & nu. 3.*

4 *Princeps interdum iudicat ſecundum conſuetudinem.*

Quæſtio CCCCXXXIIII.

QVAERITVR an hæres alicuius prælati eccleſiæ teneatur vltra vires hæreditarias etiam non confecto inuentario, & ſi debeat detra-
1 hi æs alienum ſolutum? Et in effectu ante † detractionem legitimæ debet detrahi æs alienum. l. Papinianus. §. quarta. ff. de innoffi. teſtamẽ. & licẽt dictus dominus ſancti Valerij prætendat ſoluiſſe pro ære alieno dictæ baroniæ Seriniaci domino de lexio treſdecim mille florenorũ auri, computatis viginti quatuor ſolidos turonenſes pro quolibet floreno, vigore arreſti, ſeu ſententiæ latæ per Parlamẽtum Tholoſæ: & vltra pro dotibus certarum filiarum dictæ dominæ Policenę: ita quod dictus dominus ſancti Valerij velit prætendere, quòd non teneatur vltra vires patrimonij proprij dicti domini Ludouici de Pictauia: detractis detrahẽdis: tamen

fieri expenſæ eccleſiæ:ſecundum Panormita. in ca. vt præteritæ.de elect.& in dict.capi.j.de ſolut.& in eius diſputatione incipiente, Sempronius.vbi format ſex dubia,de quo etiam per Bartol.in l.in hæreditate.C.de peti.hære. Adde deciſio. Tholoſa. cccxcvij. quòd licèt Epiſcopus poſsit donare inter viuos.l.vel lx. in eccleſia inferiori vel pro magnificãdis ſepulturis.cano.bonæ rei.xij.quæſt. ij.& capit. apoſtolicæ.de dona.ſecus in teſtamento:& pariter expenſa funeris prælati debet fieri de bonis eccleſiæ etiam ſi habeat bona patrimonialia dum tamen talis expenſa non fiat ad pompam.Et iſtud erat vnum principale dubium,in dicto proceſſu dicti Plouerij & domini ſancti Valerij : quia dictus Plouerij primo egerat contra dictum dominum ſancti Valerij tanquàm hæredem dicti domini Ludouici de Pictauia Epiſcopi Valentinenſis, & diœceſis pro bonis patrimonialibus non facta priùs diſcuſsione ſuper bonis ſpolij, licèt pater dicti Plouerij fuiſſet deputatus vnus ex æſtimatoribus dictorum bonorum ſpolij.Nec obſtat ſi dicatur quòd dictus dominus Epiſcopus obligauerat patri dicti Plouerij eius bona: quia ad iſtud reſpondetur,quòd ipſe videtur contraxiſſe tanquàm prælatus eccleſiæ , ex quo ſe intitulat Epiſcopum,& in eius ſigillo imprimitur croſsia. faciũt not. per Bartol.in l.j.§.nunciatio.ff.de oper.noui nuncia.præterea vbi eſſet locus hypothecariæ actioni contra bonorum poſſeſſores,eſſet prius neceſſe diſcutere bona ſpolij ex quo debitum eſt' contractũ pro negotio eccleſiæ,& pro officiario & ſeruitore, prout ſupradictum fuit.

ARGVMEMTVM.

Obligatio ſecunda inter eaſdem partes facta quantitatis diuerſæ,&c,alio tempore quòd ex cauſa quæ prior obligatio , facta eſſe non cenſeatur : nec prior obligatio per ſecundam nouatur : imò peti poſſunt ambæ.

SVMMARIVM

1 *Alimenta bis legata quòd ſemel tantùm præſtentur.*
2 *Quantitas una licèt bis promiſſa fuerit, quòd non niſi ſemel debeatur.*
3 *Obligatio facta ſuper certa quantitate pecuniæ poſtmodum & ſecundò promittitur eadem quantitas diuerſo tamen tempore , an diuerſa debita præſumantur , an vnum.*
4 *Quid ſi diuerſæ ſint ſummæ?*
5 *Quid in quitantijs.*

Quæſtio CCCCXXXVIII.

QVAERITVR an ſecunda obligatio diuerſæ quantitatis facta inter eaſdem partes diuerſo tempore præſumatur ex eadem cauſa debiti facta : adeò quoad effectum habeat nouare præcedentem obligationem,an verò econtrà præſumãtur eſſe diuerſæ quantitates,adeò quòd licitè ambę peti poſsint. Dubiũ facit ex quo diuerſæ ſcripturę, & ſic quòd ambæ ſummæ licitè peti poſsit.l.quinquaginta.ff.de proba.l.planè.§.j.ff.de lega.j.l.cùm centum.ff.de adimen.lega.l.triticum.ff.de verbor. obligat.cum ibi notat. Non obſtat l. Sempronius Proculo. ff. de legat.ij. vbi debetur ſolùm minor quantitas:quia licèt ibi ſint diuerſæ ſcripturæ : tamen ſint de eodem tempore , & non diuerſæ,& ſic quòd in dubio debeatur minor ſumma. Non ob-
ſtat etiam l.libertis.l.ij.ff.de alimen.& ciba. lega.
1 vbi habetur,† quòd licèt legentur alimenta bis : ta
men non debentur niſi pro ſemel : quia ibi fiunt le
gata ex eadem cauſa debiti alimentorum: vel quia
tale legatum non recipit duplicationem : ſecundũ
Salyce.& Floria.in dict.l.quinquaginta. Non ob-
ſtat etiam l.qui bis.& l.ſi dari.ff.de verbo. obli. vbi
2 vna† licèt quantitas fuerit bis promiſſa:tamẽ non
debetur,niſi ſemel:quia ad iſtud reſpondetur quòd
ibi fit animo nouandi,ſaltem tacitè:aut quia appa
3 ret de intentione partium,aliter non.† Et ideò quã
do apparet de numeratione per teſtes,& poſteà di-
uerſo tempore fit promiſsio de eadem quantitate
per ſtipulationem præſumuntur diuerſa debita, ni-
ſi aliter appareat de intentione partium : vt quia
fuit dictum , quòd in hac vltima obligatione inclu
dantur præcedentes obligationes:ſecundum Bart.
in dict.l.planè.§.ſi eadem.ff de legat.j.& in l.ij.ff.
de noua.& in dict.l.cùm centum.ff.de adimen. le-
ga.vbi facit certam diſtinctionem,quando ſecun-
da ſcriptura habet relationem ad primam: quia in
dubio non debetur,niſi vna ſumma,de quo ibi la-
tiùs per ipſum. Sed idem Bartol.in dict.l. triticum.
ff.de verbor.obliga.videtur facere differentiam in
confeſsionibus extraiudicialibus,vbi in dubio prę
ſumitur eadem quantitas : ſecus in confeſsione iu-
diciali:vel ſtipulatione, vbi deberetur vtraque quã
titas,niſi apponatur clauſula computata omni alia
quantitate,prout ſuprà dictum fuit:ſecundum An-
ge.in dict.l.planè.§.ſi agas.de quo per Specu.in tit.
de iſtru.edit.§.poſtquàm.verſicu.vbi autem, & per
4 Alexan.de Imol.conſil.iiij.in j.volumi. † quia pro
pter diuerſitatem ſummarum præſumitur diuerſi-
tas obligationum:ſecundum Bartol. Ange. Ioann.
de Imol.in l.ſcire debemus.ff.de verbor.obligationi
ſi aliter conditio perſonæ debitoris eſſet ruralis ar-
gumento.l.cum de in debito.ff.de proba.& maxi-
mè præſumitur ſumma duplicata,quando aliter o-
5 bligatio redderetur inutilis , † & idem videtur in
quitantijs , quòd in dubio præſumuntur diuerſæ
quantitates:ſecundum gloſſ.in l.ne caſu .C.de di-
ſcu.libr.x.niſi fiat mentio quòd vna includatur in
alia,prout ſuprà dictum fuit,faciunt etiam not.per
gloſſ.& doctor.in l.Valerius. ff.de præto.ſtipu. &
in l.fina.C.de noua.de illo qui ſe obligauit ſoluere
in certis nundinis:an præſumatur eadem quanti-
tas vel ne. Et licèt hodie non fiat nouatio niſi ex-
preſsè dicatur: vt in.§.prætereà. inſti.quib. mod.o-
bliga.tolla.& dict.l.fina.C.de noua.tamen adhuc
in caſibus in quibus antiquitùs fiebat nouatio etiã
habet locum ope.exceptionis, & ibi notatur per
gloſſ.& doctor.& iſtud etiam facit pro dicta cauſa
Plouerij, & domini ſancti Valerij:quia poſt primã
obligationem appodixæ dicti domini Ludouici de
Pictauia,Epiſcopi Valẽtinenſis,& diœceſis de ſum
ma quinque millium vndecim florenorum vnde-
cim groſſorum ,& decẽ ſeptẽ denariorũ ex poſt fa-
cto fuit lata quædam ſententia arbitralis inter eaſ-
dem partes,de ſumma duorum mille ſex centũ ſex-
decim florenorum nouem groſſorum quindecim
denariorum,non facta ſpeciali mentione de prima
obligatione,licèt pro computa exhibita appareret
quòd eſſet eadem cauſa debiti, & ſic per ſecundam
obliga-

obligationē derogat primæ, vt etiā retulerūt certi auditores cameræ computorum aſſūptæ in diffinitione dicti proceſſus.

ARGVMENTVM.

Extracta facta ſuper copia ſcripturæ priuatæ ex Epiſcopi archiuo authoritate publica valet: & maximè ſtante ſuper hoc conſuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Extracta facta ex archiuo Epiſcopi etiam ſuper ſcriptura priuata magiſtratus authoritate teſtimonium publicum habet.*

2 *Epiſcopus ſigillum uel archiuum publicum habere dicitur.*

3 *Scriptura priuata loci publici ratione quòd fidem faciat.*

4 *Scriptura priuata ex archiuo publico extracta licèt in territorio fidem faciat: tamen extra territorium ſecus.*

5 *Copia fidem nullam facit.*

Quæſtio CCCCXXXIX.

QVAERITVR an ſcriptura priuata extracta ab archiuo alicuius Epiſcopi faciat fidem, & maximè quando extrahitur ſuper copia, & ſi valeat conſuetudo ſuper hoc. Et prima facie videretur dicendum quòd ſic. authentica, ad hæc.
1 C. de fide. inſtrumen. † quia habet teſtimonium publicum: etiam ſi non ſit confectum manu publica: dum tamen extrahatur authoritate magiſtratus: ſecundum gloſſ. ibi, etiam ſi ſit ſcriptura priuata. l. moris. §. ſolet. ff. de pœn. l. in fraudem. §. quotiens. ff. de iure fiſc. cap. ad audientiam. de præſcrip. verb. ſufficit. quòd liber ſit repertus in camera Cardinalis ad hoc vt faciat fidem: vnde ſecundum Ange. in dict. authentica, ad hæc. licèt ſcriptura reperta in archiuo publico, licèt non ſit publica, tamen facit fidem: dum tamen notarius atteſtetur. Nec obſtat præmiſsis ſi dicatur, quòd exemplum ſumptum ſuper copia, non facit fidem, etiam parte vocata. l. Cēſimus. C. de diuer. præſcrip. iuxta notat. per doctor. in authentica. ſi quis in aliquo documento. C. de edend. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd hoc verum, niſi conſuetudo aliter diſponat. cap. cùm dilectus. de fide inſtru. faciunt nota. in cap. ſicut. de proba.
2 † Nam Epiſcopus dicitur habere ſigillum vel archiuum publicum. ca. ij. cùm ibi nota. de fide inſtrumen. cap. poſt ceſsionem. de proba. l. ſi qua per ca-
3 lumniam. cùm ibi nota. C. de epiſco. & cleri. † & ſic ratione loci publici ſcriptura priuata fidem facit: ſecundum Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de inſtru. edi. §. nūc dicendū. in addi. magna. verſ. Quintum ſupplementum. & per Bal. in l. exemplo. C. de proba. & in rubr. C. de fid. inſtru. circa finem, vbi te-
4 net, † quòd licèt ſcriptura priuata extracta ab archiuo publico faciat fidem infrà territorium: ſecus ſi extra territorium: quia tunc non faceret fidem: & de archiuo publico, & quę requirantur habetur latè per Ely. in dict. ca. ad audientiam. de pręſcript. vbi ponit decem concluſiones, & inter cętera, quòd requiratur quòd ſit officiarius publicus deputatus ad cuſtodiam talis archiui publici. & iſto caſu exēplum extractum à tali archiuo publico facit fidem: ſecundum Inno. in ca. j. de procura. & Ang. in dict. authentica, ſi quis in aliquo documento. C. de edēd. Et iſtud erat vnum principale dubium in dicto proceſſu dicti Plouerij & domini ſancti Valerij: quia pro parte dicti domini ſancti Valerij per magiſtrū Calliſſeti ſecretarium curiæ & ex cōmiſsione fuerunt extracta quędā computa vocato dict. Plouerij in domo Epiſcopali Valentiæ, ſuper quadam copia vbi cōtinebatur quædam ordinatio arbitrorū per quā dicta ſumma appodixæ de qua agitur fuit reducta ad minorem quantitatem, & apponebatur
5 pro parte dicti Plouerij ꝙ non faciebāt fidē: † quia copia non facit fidem: prout ſunt iura notoria. l. ij. ff. de fid. inſtru. Sed ſuper hoc pro parte dicti domini ſancti Valerij fuit deducta & probata conſuetudo ꝙ in talibus theſaurarij & receptores qñ remanent creditores per finē cōputi retinēt originale penes ſe, & copia ponitur in camera domus Epiſcopalis Valentiæ ad hoc deputata, & talibus copijs eſt ſolita adhiberi fides, & aliâs prout in dicto proceſſu cōtinetur: quia hic ſolū cauſa memoriæ tāgo pūcta principaliora, vt meliùs veritas intelligatur.

ARGVMENTVM.

Pro arbitrorum poteſtate ſeu ſententia an ſit præſumendum.

SVMMARIVM.

1 *Pro poteſtate alicuius non præſumi regulare, maximè arbitrorum uel delegati.*

2 *Sententia arbitrorum quòd ualeat, ſi in ſententia narratiua de illorum poteſtate mentio fiat: aut ſententia partibus præſentibus & adſentientibus lata ſit: & ſi de compromiſſo non appareat.*

Quæſtio CCCCLX.

QVAERITVR an laudū ſeu ſentētia arbitrorū ſit nulla defectu poteſtatis, an verò ſit præſumēdum pro poteſtate, propter verba narratiua ſententiæ in quibus ſit mentio ꝙ arbitri ſeu arbitratores fuerunt electi de concenſu partium, & quando ſententia eſt lata partibus præſentibus &
1 non contradicentibus. Et in effectu, † regulariter non pręſumitur pro parte alicuius maximè arbitrorum vel delegati. l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbitr. capit. cùm in iure paritus. de officio delegat. nec poteſt emologari laudum vbi non apparet de poteſtate compromiſsi. capit. examinata. de confirma. vtil. vel inutil. ſecundum Bald. de pace conſtan. ſuper verbo, ſententiæ. Sed pro contra-
2 ria parte facit in caſu iſto, † quando in narratiua ſententiæ ſit mentio de poteſtate arbitrorum, vel quando eſt lata partibus præſentibus & conſentiētibus: quia tūc poteſt peti executio laudi, licèt de cōpromiſſo nō appareat. ſecūdum Ang. in l. ſciēdum. ff. de verb. obli. & eſt ratio ſecundū ipſum: quia partes potuiſſent facere illos tūc arbitros: ſecus in iudice vel delegato: quia priuatorū cōſenſus nō tribuit iuriſdictionē. l. priuatorū. C. de iuriſdi. om. iudic. & ita etiā tenet Io. de Imol. in d. l. ſciendū. ff. de verb. oblig. quia vbicunq; partes in inſtrumēto aliquid denunciāt, ſuper quo habēt poteſtatē diſponendi, tūc ſtatur eorū aſſertioni. l. optimā. C. de cōtrahē. & cōmit. ſtipu. & pariter pręſumūtur pro poteſtate arbitrorū propter quaſdā literas productas per dictū Plouerij ad cōpellandū dictū dñm quondā Ludouicū de Pictauia medicū ante ordinationē arbitrorū infrà eundem annū. Et iſtud etiā erat vnū principale dubiū in dicto proceſſu, ſi præſumeretur pro poteſtate dictorū arbitrorū per iura ſuprà allegata.

ARGVMENTVM.

Hæres theſaurarij vel publici receptoris quòd ad rationum ſiue computorum & reliquorum redditionem de adminiſtratis per defunctum reddere teneatur.

SVMMARIVM

1 *Adminiſtrator quiſquis fuerit rationes reddere tenetur.*
2 *Theſaurarij ſeu receptores ſi in exigendo quod ſibi fuerat cõmiſſum negligentes ſint, quòd id quod reliquum eſt, ſoluere teneantur.*
3 *Theſaurarij ſeu receptores rationes ſcripto edere tenentur.*
4 *Receptores generales rationes quomodò conficere debeãt.*

Quæſtio CCCCXLI.

QVAERITVR an hęres alicuius theſaurarij ſeu receptoris teneatur ad redditionem computi & reliquorũ integraliter de adminiſtratis per defunctũ. Et in effectu actiones tranſeunt in hæredẽ actiuè & paſſiuè. l. ſi pactum. ff. de proba. l. veteris. C. de contrahen. & cõmit. ſtipu. l. iuriſgentiũ. §. ſi pactorum. ff. de pact. l. j. C. vt acti. ab hære. & cõ
1 tra hære. incipi. & ita eſt in propoſito: † quia quibus adminiſtrator tenetur reddere computum & reliqua, & oritur actio directa & contraria: ſicuti in actione generali tutelæ, negotiorum geſtorum, mãdati, & ſimilium. l. j. & ij. ff. de nogo. geſt. toto tit. ff.
2 de tute. & ratio diſtra. Quinimò † iſti theſaurarij & receptores quãdo fuerunt negligẽtes in exigendo vel recuperãdo iura eorum receptæ & officij tenẽtur ſoluere & emẽdare de proprio l. miſſi opinatores. C. de exactor. tribu. li. x. Adde an iſti receptores quãdo nõ exigunt ad plenum an teneãt amẽdare de ſuo, glo. in l. j. ff. de mune. & hono. & per Bar. in l. fi. §. mixta. eo. tit. & in l. iij. §. actor. ff. de re iudi. & per glo. Bar. Io. de Pla. in l. ij. C. de appo. pu. lib. x. & in l. j. C. de omni agro deſer. lib. xj. & per Ioan. de Pla. in l. j. C. vt nullus ex vica. pro alie. debi. libr. xj. & debet attẽdi cõſuetudo, aut ſtatutum ſuper hoc: ſecundum Bartol. in d. §. mixta. vide de materia de exactoribus talliarũ per do. Gui. Pap. deci. lxxxvij. Item etiã finito officio debent facere bonam receptam, vt ibi habetur. l. ſuſceptores. la j. C. de ſuſcept. libr. x. & debent reddere cõputum quolibet anno.
3 ſecundum Bar. ibi † & debent reddere computum in ſcriptis: ſecundum Bart. in l. apparitores. eod. tit. & etiam debet ſoluere reliqua. l. ſtatu liberi. §. fina. ff. de ſtatu libe. l. cùm ſeruus. ff. de condi. & demon. niſi aliter conſuetudine ſeruaretur, quòd finito officio reſtæ debitorum remanerent ſucceſſori in officio: vt in dict. l. miſſi opinatores. notatur. ſed quando hæres receptoris tenetur facere bonam receptam, tunc debent ſibi remanere iura & actiones
4 contra debitores, vt ibi habetur. † Nam receptor generalis in redditione computi prius debet incipere computum & receptã, & deinde ab expenſa ſeu miſia: ſecundum glo. in l. Thais. §. libertatem. ff. de fideicommiſſ. liber. vnde quando receptor aliquid occultat de recepta, punitur in pœna dupli vel quadrupli. Et iſtud erat etiam vnum dubium in dicto proceſſu Plouerij: quia eius pater fuerat receptor generalis dicti quondam domini Ludouici de Pictauia Epiſcopi Valentinenſis & Dyenſis, & in eius computis non fecerat receptam generalem, de quo oppoſuerat dictus dominus Sancti Valerij & aliàs prout pleniùs conſtat in dicto proceſſu diffinito in manibus dicti Galliffeti. Sed quia iſtud tangeret bona ſpolij prælati in quibus ſuccedit ſucceſſor in Epiſcopatu, & non hæres prælati, cap. quia ſæpè. de elect. lib. vj. & capit. præſenti. de offic ordi. libr. vj. & cle. ſtatutum. de electio. authentica licentiam. C. de epiſco. & cleri. ideò iſtud eſſet opponere de iure tertij, ideò relinquo cogitandum: licèt dictus Plouerij prætenderet ꝙ eius pater non tenebatur, niſi de receptis per concluſionem computorum.

ARGVMENTVM.

Si in rationibus reddendis erratũ ſit, iudicis partes eſſe nouos auditores cõmittere, qui rationibus auditis referant an, erratum ſit vel non.

Quæſtio CCCCXLII.

QVAERITVR quando agitur de redditione auiſione computorum erroris calculi, an iudex debeat deputare aliquos expertos in arte ad calculandum & reuidendum talia computa, ſi ſit error vel ne. & dicendum quòd ſic. l. ſi cui libertas. ff. de condi. & demonſtra. & ibi per Bartol. l. ij. C. de vſur. & fruct. lega. ſecundum Barto. in l. creditor. ff. de diſtra. pigno. & in l. inſtar. C. de iure fiſc. lib. x. Et iſtud fuit obſeruatum in dicto proceſſu diffinito dicti Plouerij & domini ſancti Valerij: quia dictus dominus ſancti Valerij propoſuerat errorem in computis patris dicti Plouerij, & petijt deputari aliquos auditores cameræ computorum, & ita fuit obſeruatum: quia fuerunt deputati domini auditores Fiardi & Cocti, qui fecerunt eorum relationem verbalẽ in diffinitione dicti proceſſus inquantum concernit dicta computa.

ARGVMENTVM.

Cauſam nouam agendi proponens iudicio pendente, quòd reus à prima cum expenſis abſoluendus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Clauſ. generalis, peto iuſtitiam miniſtrari, quòd nõ refeſratur ubi ſpecialis clauſula expreſſa ſit.*

Quæſtio CCCCXLIII

QVAERITVR quando pendente iudicio proponitur alia cauſa noua agendi, an debeat ferri abſolutoria ab obſeruatione iudicij cum expenſis, an verò debeat pronunciari ſuper meritis ſaluis expenſis contra actorem. Et videretur dicendum quòd non tenet iudicium, licèt probetur de alia cauſa ex quo intentio libellantis fondatur ſuper alia cauſa. l. habebat. ff. de inſtitu. ſecundum Bartol. in l. j. ff. de edend. Innocen. & Panormita. in capitu. ex parte. de priuileg. & Alexan. de Imol. conſil. cxxj. in j. volumi. faciunt notat. per docto. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de verborum obligationi. & in l. edita. C. de edend. Nec
1 obſtat † clauſula generalis, peto iuſtitiam miniſtrari: quia non refertur vbi eſt cauſa ſpecialis expreſſa. Et iſtud etiam erat vnũ dubium in dicto proceſſu Plouerij: quia à principio proceſſus ipſe egit hæreditario nomine eius patris, & fuit lis conteſtata: ſed ex

ta: ſed ex poſt facto, circa fin. dicti proceſſus dictus Plouerij propoſuit aliā cauſam agendi videlicet, ꝙ dictū debitū de quo agebatur cū alijs debitis eius patris fuerant ſibi data per eius patrē in contractu matrimonij dicti Claudij Plouerij cū nobili Symoneta Rabotæ, licèt dictus Plouerij prætēderet ꝙ nō propoſuit præciſè nouā cauſam agēdi, niſi cauſatiuè quatenùs expedierit. de quo me refero in actis dictę cauſæ.

ARGVMENVTM.

Pecunia depoſiti depoſitariū propter domini volūtatem vti non debet: & mercedem quandoquè accipere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſter & depoſitarius non niſi ſimplices cuſtodes & commendatarij ſunt.*

2 *Rerum depoſitarum dominium quòd in depoſitarium & ſequeſtrum non transferatur. & nu. præceden.*

3 *Depoſitarius re depoſita præter domini voluntatem utens furtum committit.*

4 *Vſuræ hodie ratione intereſſe petuntur.*

5 *Sequeſter uel depoſitarius, an & quando ſuæ cuſtodiæ mercedem ſeu ſalarium recipere debeant.*

6 *Iudici ſalarium conſtitui non poteſt.*

Quæſtio CCCCXLIIII.

QVAERITVR an ſit licitū ſequeſtro vel depoſitario vti pecunia depoſita, & vbi eſſet permiſſum an teneatur reddere rationem de intereſſe honeſtè lucri, & an debeat cōſtitui ſalariū ſeque-
1 ſtro. Et in effectu dubiū facit: † quia ſequeſter vel depoſitarius nō eſt, niſi ſimplex cuſtos & cōmendatarius, adeò ꝙ non traſferatur dominiū in depoſitarū. l. licèt. §. rei depoſitæ. & l. Lucius. ff. depo. faciūt not. per glo. & doct. in ca. nemo. de elect. libr. vj. pro quo etiā facit glo. in l. cū quid. ff. ſi cert. pet. in quæſtione illa tolle an pecunia, an in dubio ſit mutuū, vel donatio, aut depoſitū, licèt in dubio quādo numeratur pecunia ad pondus: vel numerū intelligatur mutuū, & trāsfertur dominiū: & in dubio videtur actū, ꝙ tantūdem reddatur in genere: ſecūdum glo. in l. eius. verſ. quas verò. ff. ſi cert. pet. & in l. die ſponſalitiorū. ff. depo. ſecus ſi pecunia eſſet conſignata & deſignata in ſacculo. quia tunc eſſet depoſitum. ſecundum gloſ. ibi l. ſacculū. & l. Lucius. eo.
2 titu. † Sed in ſequeſtro videretur diuerſa ratio: quia non interuenit iuxta cauſa trāsferendi dominium pecunię ſequeſtratæ in perſonam ſequeſtri. l. nunquàm nuda. ff. de acqui. rer. domi. & ſic debet rema-
3 nere in natura depoſiti ſeu ſequeſtri: † quia quando depoſitarius vtitur re depoſita cōtra voluntatem domini committitur furtū. l. ſi depoſiti. C. depoſit. & in caſu in quo depoſitarius vtitur pecunia depoſita antiquitùs tenebatur ad vſuras. l. ſi depoſitam. C. depoſit. & licèt hodie vſurę ſint prohibi-
4 tę: † tamen poſſunt peti ratione intereſſe. l. ſi meum. ff. pro ſoc. l. curabit. C. de acti. empt. ſecundum glo. in l. cunctos populos. C. de ſumma trini. & in c. conqueſtus. de vſu. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ pecunia cōputatur inter bona quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: iuxta. nota. per gloſſ. in l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad trebel. quia tutor poteſt darę pecuniā pupillarē mutuo, ſeu ad honeſtum lucrum, authentica nouiſſimè. C. de admi. tut. Quia ad iſtud reſpondetur: ſecundum glo. ibi, ꝙ tale lucrum con debet remanere tutori. l. ſi negotia. ff. de nego. geſt. de hac materia etiā habetur per Io. And. in addi ad Spe. in rub. depoſit. & in deci. Tholoſ. clxvij. & per Alex. conſ. lxxx. in ij. volu. & per Cyn. Bald. in l. incendiū. C. ſi
5 cert. pet. † Sed redeundo ad quęſitū de ſalario ſequeſtri vel depoſitarij, quando ſequeſter remaneret in damno debet ei cōſtitui ſalariū, quia officiū nō debet eſſe alicui nociuum. l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmod. teſta. apper. l. j. C. de præbend. ſola. libro. x. l. mulieri, in opus ſalinarum. ff. de cap. pau. reuer. l. fina. ff. de bonis author. iudi. poſſid. & hoc voluit Bal. in l. ſi oleum. & Ang. in l. intereſſe. ff. dę acqui. poſ. & d. Franc. de Cur. in repetitione. l. j. C. de prohibi. pecu. ſequeſt. aliàs in tract. de ſequeſtris in xxiiij. quæſt. & ideò quando ſequeſter non habęret domum ſufficientem pro cuſtodia rei ſequeſtratæ: poteſt vnam domum conducere expenſis fructuum, vel rerum. l. is cui, §. qui legatorum. ff. vt in poſſ. lega. faciūt not. per Bar. in l. litibus. C. de agrico. & cenſi. libr. x. & per Salyc. in d. l. j. C. dę prohib. pecu. ſequeſt. Adde Bal. in l. ſi oleū. ff. de dona. vbi tenet ꝙ ſequeſter poteſt accipere mercedē cuſtodiæ ſuæ, & hoc quando eligitur à partibus, ſed nō quando per iudicem publica authoritate, licèt damnum non debet ſibi inferri. l. fin. circa fin. C. de bon. autho. iudi. poſſ. licèt illud quòd glo. dicit de mercede eſt diuinare: ſecundum Bal. ibi. Sed in caſu iſto de quo agitur non apparet ꝙ ſequeſter fuerit in damno, nec quod locauerit aliquas domos pro cuſtodia rerū ſequeſtratarū. Quinimò ipſe vſus eſt pecunia ſequeſtrata pro negotijs ſuis, quæ poterat implicari ad aliquod honeſtū lucrū. c. per tuas. de dona. inter vi. & vxo. cū ibi not. per Io. And. & Panor. & per Io. de Imol. in l. inſula. §. vſuras. ff. ſolut. matri. faciūt not. per glo. & doct. in d. authen. nouiſſimè. C. de admi. tuto. Et præmiſſa faciūt ad quæſtionē ſuper executione arreſti, ſeu ſentētiæ latæ ſuper bonis ſpolij reuerēdi dñi quondā Ioānis Deſpinay Epiſcopi Valētinenſis & Dyēſis vbi nobilis Ioānes de Saliente grauaterius fuerat deputatus ſequeſter ſub manu Delphinali, & vſus fuerat pecunia dicti ſpolij de ſumma ſexdecim centū librarū turonēſiū ſaluo pluri & alia bona mobilia dicti ſpolij inuētariſata erāt repoſita in domibus Epiſcopalibus Valētiæ, & Dyenſis reſpectiuè, nec apparebat ꝙ paſſus fuerit dānum in locatiōe domorū. Sed hoc nō obſtāte petebatur ſibi cōſtitui ſalarium: quia talis ſe-
6 queſter propriè nō eſt officialis: quia iudici nō pōt cōſtitui ſalariū: ſecūdū gl. in l. de iure: ff. ad munici. aliàs ad pręſens nō declaro: quia quęſtio pēdet corā me, licèt ſatis appareat reſpōſio ex ſuprà ſcriptis.

ARGVMENTVM.

Sequeſter de bonis vel fructibus qui ſeruando ſeruari non poſſunt, an & quando teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſter de culpa & negligentia tenetur.*

2 *Fructus & mobilia quando ſeruari non poſſe dicantur.*

3 *Res quæ tractu temporis deteriorantur q. æſtimandæ ſint.*

Quæſtio CCCCXLV.

QVAERITVR an ſequeſter teneatur de bonis mobilibus vel fructibus qui ſeruando

ſeruari non poſſunt, ſi conſumantur vel deterioré-
tur, ſi non vendiderit & pretium collocauerit ſeu
conſeruauerit. Et in effectu: † ſequeſter tenetur de
1 culpa ſeu negligẽtia qñ nõ venit.d.l.res quę ſeruãdo
ſeruari nõ poſſunt l.diuus.ff.de peti.hęre.l.ſi oleũ.ff.
de dona.& ibi per Ba rto.quia ipſe tenetur vendere
tales res &,de pretio rati onem reddere.facit l.impe
ratores.§.fin.cum ibi nota. per Ang. Areti.ff. de ap
pel.& per Salyce.in dict.l.j. C.de prohibi.pecu. ſe-
queſt.& Franciſ.de Cut.in dict.tractatu.de ſequeſ.
2 quæſt.xxiij.† & dicuntur ſeruari non poſſe,quãdo
non poſſunt ſeruari vltra triennium:ſecundum glo.
in l.j.C.ſi aduerſus vſuca.facit l.quæ tutores. C.de
admi.tut.& de intereſſe deteriorationis habetur in
l.domos.ff.de legat.j.& in l.mulier.§. ff.ad tre
bel.veruntamen de rebus quæ vſu ſucceſſu tempo-
ris conſumuntur,eſt vtile quòd à principio inuen-
tarij æſtimantur:ſecundum Salyc.in l.fina.arbitri.
tutel.& in l.fin.C.de magiſt.conue.licèt Bal.ibi ali
ter videatur ſentire. Veruntamen ex quo ſucceſſu
temporis cõſumuntur,ſufficeret reddere in eodem
ſtatu,quo ſunt:quando redduntur,ſi non interue-
nerit culpa:ſecundum Barto. in l.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus aut alius prælatus an poſsit teſtari de
bonis mobilibus eccleſiæ ad pias cauſas, & pro
magnificandis ſepulturis,& an valeat conſuetudo
in talibus.

SVMMARIVM.

1 *Prelatus regulariter non teſtatur de bonis aut fructi-
bus eccleſie,niſi pro remuneratione ſeruitiorum.*
2 *Prelati equiperantur in uita uſufructuario in morte
uſuario.*
3 *Prelatus per uiam teſtamenti non teſtatur etiam ad pias
cauſas.*
4 *Prelatus eger poteſt donare de bonis intuitu eccleſie quę
ſitus.*
5 *Conſuetudo eccleſiæ nociua non ualet.*
6 *Conſuetudo quòd prelatus teſtari de bonis eccleſie
poßit, ualet.*
7 *Heredes prelati aut canonici in quibuſdam eccleſijs perci-
piunt fructus beneficiorum intra annum obitus, dedu-
ctis tamen oneribus pro ſeruitio diuino.*

Quæſtio CCCCXXXXVI.

QVAERITVR an Epiſcopus ſeu alius
prælatus eccleſiæ poſsit teſtari etiam de bo-
nis eccleſiæ, ſaltem mobilibus ad pias cauſas, ſeu
pro magnificandis ſepulturis:& an valeat conſue-
1 tudo in talibus? Et in effectu regulariter †prælatus
eccleſiæ non põt teſtari de fructibus aut alijs bonis
eccleſiæ.cap.fin.de pecu.cleri.ca.j.& cap. relatum.
le ij.de teſta.authentica.licentiam.C.de epiſ.& cle
ri.niſi pro remuneratione moderata ſeruitiorum.d.
2 capit.relatum. † quia tales prælati æquiparantur
in vita vſufructuario,& in morte vſuario:ideò non
poſſunt teſtari de bonis eccleſiæ: ſecundum gloſſ.
in cap.præſenti.de offi.ordi.lib.vj.quòd totus mõ-
dus allegat,licèt dict.gloſſ.videatur facere differen
tiam, quando eſt beneficiũ in adminiſtratione, &
tũc non poſsit teſtari:ſecus ſi beneficiũ ſit ſimplex
ſine adminiſtratione:vt canonia,vel capella: vt ibi
notatur veruntamen per modum teſtamenti:ſeu vl
3 timæ diſpoſitionis prælatus nõ poteſt teſtari: † etiã
ad pias cauſas:ſecundum Bald.in dict. authentica
licentiam:quia etiam pro magnificandis ſepultu
ris non poſſet teſtari:ſecundum Archid.in ca. quia
Ioannes.xij.quæſt.v.& in ca.bonę rei.xij.quæſt.ij.
& Panormi.in ca.apoſtolicæ.de dona.Et eſt ratio
quia teſtamentum porrigitur ad tempus, quo non
eſt futurus prælatus:& ideò nõ poteſt teſtari etiam
pro anima:ſecundum Panor.in rubr.de teſta.ca.re-
quiſiſti.de teſta.& ſic non obſtat dict.c.bonæ. & c.
apoſtolicæ.quia licèt Epiſcopus inter viuos poſsit
donare quinquageſimam pro fundatione nouę ec-
cleſię,ſeu religionis,vel quinquageſimã, vel ſexa-
geſimam pro manificãdis ſepulturis:ſecus in teſta-
mento vel vltima volũtate prout ſuprà dictum
4 fuit.veruntamẽ Epiſcopus in ægritudine † conſti-
tutus de rebus mobilibus intuitu eccleſiæ quęſitis
poteſt facere donationẽ moderatam.c.ad hęc.dict.
ca.relatũ.le ij.de teſta.c.cæterùm.de dona. Facit ca.
pręſenti.§.porrò.de offic.ordi.lib.vj.& pariter po-
teſt facere donationẽ remuneratoriã:ſecundũ Ioã.
And.in addi.ad Specu.in rubr.de reb.eccl.nõ alie.
dum tamẽ conſtet verè de meritis,& ſeruitijs,aliter
quàm per confeſsionẽ prælati. l.qui teſtamentum.
ff.de proba.l.ſi fortè.ff.de caſtran.pecu.facit c.cùm
olim.le.ij.de priuile.& de hac materia etiam habe-
tur,per Barba.in tracta.de pręſta.Cardi.& per Phi
lip.Franc.in rubr.de teſta.Sed redeundo ad quæſi-
tũ,an valeat conſuetudo teſtandi de bonis mobili-
bus,ſeu fructibus eccleſię? Dubiũ facit,quia poſſet
5 eſſe † nociua eccleſię:& ſic non deberet tenere.ca.j.
de conſue.veruntamẽ ſecundum Hoſti.in ſumma
de dona.§.& quid.& in titu.de ijs quę fi.à pręla.§.
in quibus.verſ.ſed nũquid generalis cõſuetudo ha
bet quòd pręlati ſuam pecuniã,æquos fructus,&
res ſe mouentes,& res mobiles donãt pro libito vo
lũtatis:& de iſta conſuetudine teſtãdi de bonis mo
6 bilibus eccleſię,quod † valeat,tenet glo.in ſumma.
xij.quęſt.v.& Ioan. And.in c.nemo.de reg.iur. lib.
vj.in mercu.& ibi refert de conſuetudine in aliqui-
7 bus eccleſijs,ꝙ hæredes pręlati,ſeu † canonici ſuc-
cedunt in fructibus etiam percipiendis infrà anni
obitus, deductis oneribus pro ſeruitio diuino, de
quo per Panor.in ca.in officijs.& repetitione capi-
tuli,cũ eſſes.de teſta.licèt eſſet ſecurus obtinere li-
cẽtiã à Papa teſtãdi de bonis,ſeu fructibus eccleſiæ
ſaltẽ vſque ad certã quantitatẽ: veruntamẽ quãdo
ſucceſſor Epiſcopi in Epiſcopatu cõſentit expeditio
ni legatorũ in hoc debet habere reſpectus:quia ad
ipſum ſpectãt bona ſpolij.c.quia ſæpè.de elect.libr.
vj.& dict.ca.pręſenti.in fin.& cle.ſtatutũ.de elect.
Et pręmiſſa faciunt ad quęſtionem ſuper proceſſu,
bonorum ſpolij reuerendi quondam domini Ioan
nis Deſpinay Epiſcopi Valẽtinenſis & Dyenſis,vbi
in eius teſtamento pro eius anima mille ſcuta di-
ctis eius eccleſijs Valentiæ & Dyenſis. & pro parte
capitulorum dictarum eccleſiarum fuerat inducta
conſuetudo teſtandi per Epiſcopos dictarũ eccleſia
rum ad pias cauſas:& pariter reuerendus dominus
Gaſpardus de Turnone Epiſcopus modernus Va-
lẽtinenſis & Dyenſis conſentijt expeditioni dicto-
rum legatorum.&c.

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis an ſit neceſſaria in teſtamentis
ad pias cauſas.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Legata non debentur niſi adita hæreditate.*
2 *Executores deputati à teſtatore habentur loco hæredis.*
3 *Teſtator nō uidetur mortuus inteſtatus, qui deputauit executores ſuæ ultimæ uoluntatis.*

Quæſtio CCCCXLVII.

QVAERITVR an valeat teſtamentum ad pias cauſas, ſi non adeatur hæreditas: & an exequutores ordinati in teſtamento ad diſtribuendum bona defuncti habeantur loco hæredis?
1 Et in effectu regulariter non valent legata, † niſi adeatur hæreditas.l.eam quam.C.de fideicommiſſis.l.ſi nemo.ff.de teſta.tute.etiam quoad legata ad pias cauſas requiritur quòd adeatur hæreditas, ſaltem ab inteſtato.ſecundum glo.ſingularé in l. cum filio.§.j.ff.de hæred.inſt. de quo ibi latiùs per Io.de Imol.& per Barto.& cæteros in l.j.C.de ſac. ſanct. eccle. Veruntamen quādo teſtator ordinat eius bona
2 vēdi,& diſtribui inter pauperes Chriſti,& † deputantur executores, tenent locum hęredis.l.nulli. & ibi Bartt.& Bal. & in l: ſi quis ad declinandum. C.de epiſc.& cler.& per Bar.in l.centurio. ff.de vulga.& pup.& in l.alio.ff.de alim.& cib.leg. faciunt nota.per Inno.in c. Ioannes.& c.cùm tibi.de teſta. quia ex quo ſunt deputati exequutores, non vide-
3 tur teſtator † mortuus inteſtatus: vt ibi habetur.& in c.iudicante.de teſta. & vbi exequutores recuſarent exequi,tunc diœceſanus exequeretur.d.l.nulli.de quo etiam in deciſ. Tholo.lxxxix.Et præmiſſa faciunt etiam ad quęſtionem ſuper teſtamento dicti domini Ioannis Deſpinay, cum dicto Pariſius Epiſcopi Valentinenſis & Dyenſis: in quo teſtamento legauerat dictis eccleſijs Valētiæ,& Dyen.mille ſcuta auri.Itē legauitomnia bona ſua mobilia exiſtentia in domibus Epiſcopatuum Valeń. & Dienſis ſucceſſori meo, dūmodò eligatur à capitulo ſeu capitulis.& alia bona reliquit ad vſus pauperum,& nominauit certos exequutores,qui conſtituerūt certos procuratores in cauſa ſpolij, & nō apparebat aliter de aditione hæreditatis.

ARGVMENTVM.

Remedium reintegrandæ an competat pro iuribus incorporalibus.

SVMMARIVM.

1 *Iura incorporalia propriè non poßidentur.*
2 *Patientia in incorporalibus habetur loco traditionis.*
3 *Recedendum non eſt à uerbis ſtatuti.*
4 *Executione reintegrationis facta, cenſetur facta adiudicatio expenſarum.*

Quæſtio CCCCXLVIII.

QVAERITVR an remedium reintegrandę ſtatuti, ſi quis per literas. Habeat locum etiam pro iuribus incorporalibus: vti tributis, & ſi ex cauſa facta reintegratione poſsit refuſio expenſarum reſeruari in meritis, ſeu fine litis? Et in effectu verba dicti ſtatuti etiam præſupponunt quòd pro iuribus incorporalibus poſsit implorari dictū ſtatutum.ibi dum dicitur in poſſeſsione vel quaſi:
1 quia iura incorporalia † propriè non poſsidentur. l.ſeruus.§.incorporales.ff.de acquir.rer.domin.niſi
2 quaſi, & quodammodo: quia patientia † habetur loco traditionis in iſtis iuribus incorporalibus. l. quotiens.ff.de ſeru. Et ideò habent locum remedia poſſeſſoria in iſtis iuribus incorporalibus ſaltem quoad effectum.vt ibi notat. l.iij.§.ſi denique.ff.de vi & vi arma.etiam in tributis,& annuis pręſtationibus,maximè de iure canonico.c.querelam.de electio.& not.per Doct.in c.peruenit.de cenſi. Et prę ſertim quando cohęrent rei:ſecundum Bart. in l.ſi. ff.quor.bon.& per Doctor.in l.ſi certis annis. C.de pact.& in l.cùm de in rem verſo.ff.de vſu. Et ita notatur per dominum Guid.Pap.in dicto ſtatuto, ſuper verbo,vel quaſi. Sed quoad refuſionem expenſarum,ſi ex cauſa poſſunt reſeruari in meritis? Dubium facit, quia à verbis ſtatuti non eſt recedendum.l.proſpexit.ff.qui & à quib.manum.lice.nam verba dicti ſtatuti habent quòd cōſtito de duobus extremis,videlicet,de poſſeſsione & eiectione,pars debet ante omnia reintegrari, omni appellatione, & oppoſitiōe ceſſantibus: & debet fieri refuſio expenſarum, ita quòd facta exequutione reintegra-
4 tionis cenſetur facta adiudicatio † expenſarum: & pars violēta citatur ſuper taxa,& declaratione mulctę,& purgata violentia per in ſtatum priſtinum reſtitutionem auditur poſteà violētus: & maximè in ſuprema curia parlamenti ante omnia refundūtur expenſę: licèt in curia inferiori interdum quādo apparet euidēs nullitas,differtur refuſio expenſarum. faciunt notat.per Inno. & cęteros in c.ſępè.de appella.ſecundum dominum Guid. Pap. in dicto ſtatuto.ſuper verbo, omni appellatione & oppoſitione ceſſantibus.Et præmiſſa faciunt ad quęſtionem ſuper ſtatuto, ſi quis per literas. Intētato per dominum Clarimontis,contra Anthonium Monon ſuper ſolutione vnius mutonis à tenentibus ouile in eius mandamēto eorum eius iudice ordinario. Sed ex poſtfacto cauſa fuit aduocata coram curia: & dictus Anthonius Monom pretendebat,quòd tale tributum debet ſolui à tenentibus ouile de ouibus & hedis extraneis: ſecus de proprijs. Et pariter allegabat aliquas nullitates reintegratas. Et ideò ſi debeat reſeruari refuſio expenſarum in meritis,relinquo cogitandum:quia adhuc pendet lis coram curia.Et pariter pendet ſimilis quęſtio ſuper ſtatuto, ſi quis per literas. Intentando per relictā & hęredes nobilis Petri Siluonis contra homines communitatis Liberonis prętextu quorundam nemorum: quia fuit ordinatum ante omnia refundi expenſas,licèt cauſa fuiſſet cœpta priùs coram iudice ordinario Valentię,ex commiſsis curię,ſuper contrario poſſeſſorio. Et deinde dicta relicta dicti nobilis Petri Siluonis tacito de dicta litis pendentia intentauit ſtatutum coram curia:relinquo cogitandum, & me ſemper refero veritati.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus aut eius officialis an habeant capturam perſonæ contra laicos.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictione conceſſa omnia uidentur conceſſa ſine quibus iuriſdictio non poteſt exerceri.*
2 *Epiſcopus non debet uti familia contra laicum.*
3 *Epiſcopus in ſubſidium pro executione ſuæ ſententiæ im-*

plorat auxilium brachij ſecularis.
5 *Matrimonium ante copulam poteſt diſſolui per ingreſſum religionis.*
6 *Infamia irrogatur per capturam.*
7 *Reſiſtere de facto licèt quando quis capitur iniuſtè.*
8 *Epiſcopus poteſt incarcerare laicum in caſu hæreſis.*

Quæſtio CCCCXLIX.

QVAERITVR an Epiſcopus, ſeu eius vi
carius, & officialis habeant capturam con-
tra laicos in cauſa matrimoniali, & alijs cauſis ſpi-
ritualibus? Et in effectu prima facie videretur di-
cendum quòd ſic: & maximè in cauſa criminali:
quia in cauſis ad forum eccleſiaſticum pertinenti-
bus iudex ſecularis debet ſeruare ſententiam iudi
cis eccleſiaſtici, & econtrà. capitu.fin. de exceptio.
lib.vj.& ibi gloſ.qui ponit certos caſus, in quibus
laicus ſortitur forum coram iudice eccleſiaſtico.fa
cit cle. diſpendioſam.de iudic. Prætereà ex quo eſt
1 conceſſa iuriſdictio iudici † eccleſiaſtico in certis
caſibus, videntur conceſſa omnia, ſine quibus iuriſ
dictio commodè exerceri non poſſet.l.ij.ff.de iuriſ-
dict.omn.c.prætereà.& c.ſanè.de off.dele. Et iſtam
partem videntur tenere Ioan. Andr. in c.ſi Epiſco-
pus.de offi.ord.lib.vj.in nouella.& ibi ſequitur Ge
mi.de quo ibi per Pe.de Anch.& Phil. Fran. Sed in
contrarium facit d.c.ſi Epiſcopus.à contrario ſen-
ſu:quia licèt ſit permiſſa captura Epiſcopo in eius
clericos, & ſubditos infrà eius diœceſim in caſibus
à iure permiſsis:ergo à contrario ſenſu erit ſecus in
perſonis laicis. Et pro hoc facit c.ſi clericos. de ſen.
excom.lib.vj.& iſtam partẽ videtur tenere Io. An-
dræ.in addi.ad Spec.in rubr. de offi. ordin.aliàs eſt
ſub rubric.de maior.& obedi.quia Epiſcopus non
2 debet vti † familia contra laicos, nec habere fami-
liam:ſecundum Inno.in c.ſi quando.de offi.deleg.
licèt pro executione eius ſententiæ habeat cenſu-
ram eccleſiaſticam.c.dilecto.de ſent.exco. lib.vj.&
3 in defectum & ſubſidium poſsit † implorare auxi-
lium brachij ſecularis. iuxta notata in cap.j.de offi
ci.ord. De hac materia etiam habetur per Old.con
ſilio lxxxvj. & per Pet.de Anch. in repetitione c.ea
quæ.de reg. iur.lib.vj.licèt in caſu † hæreſis Epiſco
pus & inquiſitor habeãt capturã cõtra laicos.c.per
hoc.c.vt officiũ.de hęre.lib.vj.cle.multorũ.de hęre.
Sed in cauſa matrimoniali videtur eſſe diuerſa ra-
tio, maximè qñ matrimoniũ nondũ eſt cõſummatũ
5 per copulã carnalẽ: quia † tunc ante copulam car
nalem poſſet diſſolui matrimonium per ingreſſum
religionis.cap.ex publico. de conuerſ.coniugat. Et
ideò non poſſunt præcisè ſponſi ſiue per verba de
futuro, ſiue de præſenti, compelli ad ſolemnizan-
dum matrimonium, niſi cauſatiuè, & per cẽſuram
eccleſiaſticam.capit.ex literis. el j. & ca.requiſiuit.
de ſponſal. Nec obſtat ſi dicatur, quòd quando ali
ter ſponſorum reddit captiuum in manibus curiæ
Epiſcopi, quod debeat permitti captura alterius
ſponſi, vt magis habeatur veritas.argu.cap.j.de iu-
di.libro vj.quia licèt pars poſsit aſsignari etiam in
ciuilibus ad reſpondendum perſonaliter, quando
meliùs nouit veritatem: vt ibi habetur. & in l.fi.C.
de procuratorib. tamen non debet capi: ſed debet
procedi per alia iuris remedia, aliâs ſequeretur ab-
6 ſurdum, & eſſet dare occaſionẽ rixæ: quia † per ca-
pturam irrogatur ignominia, & infamia. faciunt
nota.per gloſſam in l.ſi prouocatione. C.de appel.
& in clemen.paſtoralis:§.denique.de re iudic. adeò
7 quòd quãdo quis † capitur iniuſtè de facto, & per
violentiam, licitum eſt reſiſtere etiam per parentes,
& amicos.iuxta notata per Bartol. & cæteros in l.
prohibitum.C.de iure fiſci.lib.x.& in l.ſi in ſeruitu
te.ff.de furtis.& in l.vt vim.ff.de iuſtit.& iur.& per
Cyn.in l.ab executione.C.quorum appellation.&
in l.j.C.vnde vi.& per Inno.& Panor.in c.ſi quan-
do.de offic.deleg. Et præmiſſa faciunt ad quæſtio-
nem ſuper quadam cauſa matrimoniali Guigonæ
Cochactæ, filię Vincentij Cochacti, cõtra Michaë-
lem Cerlim parochiæ ripparum mãdamenti Mon-
tiſregalis:quia dicta Guigona prętendebat eſſe ma
trimonium per verba de præſenti cũ dicto Michaë-
le Cerlim, & recurrerat ad dominum officialẽ Gra
tipolitanum, qui conceſſerat literas capturæ con-
tra dictum Cerlim, & commiſerat ſeruitoribus no-
bilis Nicolai de Gauaneria, qui cœperant dictum
Michaëlem Cerlim, & fuit ei ſuccurſum per eius
parentes & amicos: & ipſam remouerunt in ne-
more de Cicles, deinde fuit facta querela in curia
parlamenti Gratianopolitani: & partibus auditis
fuit ordinatum per modũ prouiſionis, quòd dicta
captura non proceſſerat rectè, nec ritè, & aliâs pro-
ut pleniùs continetur in actis dictæ cauſæ: me ſem-
per referendo veritati: de qua materia etiam habe-
tur per Panor.& Feli.in c.ſignificaſti. de offi. dele.

ARGVMENTVM.

Captura perſonæ an ſit permiſſa pro debitis fiſca-
libus.

SVMMARIVM.

1 *Priuatorum in debitis nõ poteſt procedi ad capturam perſonæ: in fiſcalibus verò ſic per modum arreſti, & non per modum carceris.*
2 *Debitor quando eſt ſuſpectus de fuga poteſt incarcerari.*

Quæſtio CCCCL.

QVAERITVR an pro debitis fiſcalibus
ſit permiſſa perſonæ captura. Et videretur
1 dicendum quod ſic prima facie per modum † arre-
ſti, & nõ per modum carceris. l. nemo carcerem. &
l.quotiens.C.de exacto.tributo.lib.x.faciunt nota.
per Bartolum in l.ſacrilegij. ff.ad leg. Iul.peculi.ſe-
cus in debitis priuatorum: quia non poteſt proce-
di ad capturam perſonæ:ſecundum gloſſ. in l. iij.§.
prætereà.ff.de excuſati. tutorum. Et tunc cedendo
bonis quis euitaret carcerem. Verùtamen fuerunt
conceſſæ quædam literæ Regis Caroli V. domini
Delphini de anno Domini 1377.die xxij. mẽſis Au
guſti.per quas mandatur quòd in hac patria Del-
phinus non procedatur ad capturam perſonæ pro
debitis fiſcalibus:quæ ſunt regiſtratæ in magno li-
bro pargameni folio cxlv. Neſcio ſi fuerint obſer-
uatæ, vel ne. Veruntamen quando perſona debito-
2 ris † eſſet ſuſpecta de fuga, eſſet licita captura. etiã
creditor poſſet capere propria authoritate.l.air præ
tor.§.ſi debitorem.ff.de his quæ in frau.credito.fa-
ciunt notata per Baldum Ioan.de Imo. & Alex.in
l.ij.in princ.ff.ſolu.mat.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus quando competit pluribus vt ſin
gulis vel

gulis vel vniuerſis quomodò præſentari debeat, vt præſentatio valeat.

SVMMARIVM.

1 *Plures patroni quando ſunt, quòd tutiùs eſt, ut præſentatio in communi fiat, quàm per maiorem partem.*
2 *Quid ſi diſcordent.*
3 *Prælato maius ius competit in inſtituendo, quàm patrono in præſentando.*
4 *Inſtitutio facta contempto patrono, quòd ipſo iure nulla ſit.*
5 *Inſtitutio ſecunda quòd non, niſi quaſſata prima ualeat.*
6 *Patronus ubi beneficium contulerit, quòd nihilominùs præſentare poteſt, nec ob hoc inſtitutio impeditur.*

Quæſtio CCCCLI.

QVAERITVR quando competit ius patronatus eccleſiæ pluribus vel particularibus, vel ſub nomine collectiuo de modo præſentandi, & ſi debeant conuenire & præſtare conſenſum in communi, vel particulari, & ſi data diſcordia debeat præferri magis idoneus, vel præſentatus à maiori parte, & ſi ſola inſtitutio Epiſcopi ſeu eius vicarij ſufficiat ad colorandum poſſeſſorium. Et in effectu quando ſunt plures patroni ſi poſsint præſentare alternatim vicibus, vel quando patronus deſcedit relictis pluribus hæredibus habetur, in cle. plures. de iure patrona. per glo. & docto. Veruntamen
1 adueniēte vacatione, † ſi patroni debeant inſimul conuenire, & præſentare de conſenſu communi, an verò ſufficiat quòd maior pars patronorum cōſentiet & præſentet: & videretur prima facie dicēdum quòd ſic. c. quoniam. de iur. patron. licèt Panormi. ibi in hoc videatur tenere contrarium: quia quando fit præſentatio in communi actus eſt magis ſecurus, & deliberatus: per iura ibi per ipſum allega-
2 ta: † & vbi patroni diſcordāt Epiſcopus poſſet inſtituere magis idoneum, de quo ibi latiùs per Doctores & per in tractatu iuris patronatus. Verùtamē iſto caſu inſtitutio diœceſani ſufficeret in poſſeſſorio ad colorandū poſſeſſoriū. arg. cle. de cau. poſſeſ. & proprie. & hoc tenent domini de Rota in antiquis deciſi. Et vbi relinquitur ius patronatus pluribus particulariter & collegio ſeu ſyndicis cum copula: & tūc videtur diuiſum ius patronatus in duas partes. argum. l. interdum. & l. ſi Titius. ff. de hęredi. inſtituen. & l. ſi. C. de inſtit. & ſubſtitut. ſecundum in dicto tractatu de iure patronatus. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa poſſeſſorij cuiuſdam capellæ in eccleſia parœcialis vallis Loyſiæ ſeu Putæ in patria Brianſoneſij: quia fuerat relictum ius patronatus quibuſdā particularibus & ſyndicis loci, ita ꝙ ſyndicus præſentauerat magis idoneū, & aliàs prout in actis cauſę pleniùs continetur: quia nō recordor de omnibus, cùm ad præſens ſim abſens & extra locum ſtudij mei Gratianopolitani. Et quando reuerſus fuero cum Dei auxilio cum libris latiùs tractare hanc quæſtionem intendo. Veruntamen pro præ
3 miſsis etiam facit, † ꝙ prælatus plus iuris habet in inſtituendo, quàm patronus in præſentando. capit. cùm dilectus. de officio legat. c. dilectus. de iure pa-
4 tronatus. Nec obſtat ſi dicatur, † quòd inſtitutio facta contempto patrono eſt ipſo iure nulla. cano. decernimus. decimaſexta, quæſtione ſexta. vbi inſtitutio facta contempto patrono eſt ipſo iure irrita, licèt aliqui exponant ideſt irritanda. de quo per Panormitanum in capitulo illud. de iure patronatus. & in capitulo cùm Bertoldus. de re iudicata. Nec
5 obſtat etiam ſi dicatur, † quòd non valeat ſecunda inſtitutio, niſi prius caſſata prima. capitul. auditis. cum ibi notatis de electionibus. & in capitul. inter dilectos. de exceſsib. prælator. capitulo, poſt relatum. §. quoniam. de conceſs. præben. quia illud verum, quando ambæ collationes fierent ab eodem collatore eodem medio & reſpectu. capitu. final. de iure patronatus. quia prima collatio nulla, non præſtaret impedimentum ſecundum. capitul. non præſtat. de regul. iur. libro vj. capitulo noſti. de electio.
6 & dicto capitulo finali, de iure patronatus. † vbi ſi patronus contulit beneficium nihilominùs poteſt ad illud præſentare. Et ideò ſi fuerit facta: pleno iure de beneficio patronato, non impedit inſtitutionem fiendam, ab eodem collatore ad præſentationem patroni: ſecundum glo. in pragma. ſanct. in titulo de collationibus. §. quòd ſi quis. ſuper verbo, eo ipſo. & hoc tenendo illam opinionem, quòd collatio facta ſpreto patrono, ſit ipſo iure nulla. dicto canon. decernimus. decimaſexta quæſtione ſeptima. capitul. ex inſinuatione. de iure patronatus. ſecundum Fredericum de Sen. in tractatu permutat. quæſtione trigeſimaprima. Nec pariter quando prima inſtitutio eſt facta ad præſentationem eius, qui non poterat præſentare, impediet ſecundam fiendam ad præſentationem veri patroni. cùm huiuſmodi inſtitutiones fiant diuerſis medijs. dicto canone decernimus. vbi Epiſcopus tenetur inſtituere præſentatum non obſtante priore collatione per eum facta ſine conſenſu patroni: ſecundum glo. in dict. pragma. ſanctio. vbi ſuprà.

ARGVMENTVM.

De tempore inſtituēdi ad præſentationem: & quid ſi inferior prælat[illegible] inſtituere aut cōfirmare recuſet

SVMMARIVM.

1 *Immediatus ſi inſtituere præſentatū recuſauerit, ſuperior adeūdus eſt, qui tempus præfiget, quo lapſo prouidebit. & numero 5.*
2 *Inſtitutionis conferendæ nullum tempus determinatum eſt, præſentationis uerò certum.*
3 *Patrono laico ad præſentandum menſes quatuor dantur, eccleſiaſtico uerò ſex.*
4 *Quid in electione.*
6 *Inſtitutio facta propter inferioris negligentiam, quòd titulum ſaltem coloratum in poſſeſſorio tribuat.*

Quæſtio CCCCLII.

QVAERITVR de tempore inſtituendi ad præſentationem patroni, vel confirmandi. Et quid iuris quando prælatus inferior Epiſcopo recuſat, aut differt inſtituere aut confirmare an teneat inſtitutio vel prouiſio Epiſcopi, vt tribuat titulum
1 coloratū in poſſeſſorio. Et in effectu † quando immediatus ſuperioris recuſat inſtituere præſentatum per patronum: tunc poteſt adiri alius ſuperior, qui præfiget terminum inferiori ad inſtituendum, aliàs lapſo termino poterit prouidere. cap. nullus. de iure
2 patr. & ibi per Pan. & in c. ij. de conceſ. præb. † quia non eſt ſtatutū tem pus certū ad inſtituendū: vt ibi
3 notatur, licet ſit † certum tempus ad præſentādum in patrono laico quatuor menſes, & in patrono ec-

cleſiaſtico ſex menſes.c.j.de iur.patr.lib.vj.& idem
4 eſt † in tempore eligendi,vbi ſtatuitur certum tem
pus.c.ne pro defectu.de elect. & ad petendum con-
firmationem. c.quàm ſit. de elect.lib.vj.Sed non re
peritur tempus certum ad confirmandum vel inſti-
5 tuendum: † ſi tamen ille ad quem pertinet confir-
matio vel inſtitutio ſit negligẽs, poterit ei ſuperior
præfigere tempus ad confirmandum vel inſtituen-
dum,quo elapſo ſupplicauit.facit quod notatur in
c.ad apoſtolicæ.de iudi.lib.vj.in glo.fi.Panor.in c.
poſtquàm.de elect.& in c.nulla.de conceſ.præben.
& glo.in pragm.ſanct.in titu.de colla. §.viſum eſt.
6 ſuper verb.præſentandum. † & talis inſtitutio præ
bet titulum coloratum in poſſeſſorio,propter negli
gentiam inferioris.per iura ſuprà allega.facit c.di-
lectus.de offi.leg.& c.cùm dilectus.de iur.patro.Et
quod habetur per dominos de Rota in antiqu.de-
ciſi. Et pręmiſſa faciunt ad quęſtionem ſuper
cauſa poſſeſſorij, cuiuſdam capellæ in eccleſia Bur
gi Valeñ.nuper diffinita ad vtilitatẽ cuiuſdam do-
mini Reyeti, quoniã obtinuerat præſentationem
patroni,quem præſentauit dominis capellanis di-
ctæ eccleſiæ Burgi,& cùm ipſi fuiſſent negligentes
habuit recurſum ad vicarium domini Epiſcopi Va
leñ.qui ipſum inſtituit. Et aliàs prout pleniùs appa
ret in actis dictæ cauſæ diffinitæ in manibus magi
ſtri Chapuiſij ſecretarij cauſæ.

ARGVMENTVM.

De iure conflandi Valentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta principum ſine tertij præiudicio conceſſa eſſe intelliguntur.*

Quæſtio CCCCLIII.

QVAERITVR de quodam iure vulgariter dicto conflandi nauigia tyragij ſalis in quodã annullo meniorum Ripparię ciuitatis Valeñ. quia dominus Epiſcopus Valent. vltra ius pedagij prætendit, quòd quando naues ſale oneratæ ſunt, viagium ſalis ibi ſuprà Rodanum tranſit, quòd debent conductores talis viagij retrahere viagium:& conflare in dicto annullo ponendo ibi vnum funem vocatum pometam,deſuper vna parua naui:quia groſſa funis vocatur mallia, etachiatur in magna naui:& cũ illo magno fune etachiato cum equis faciunt tyragium ſalis à parte regni, vbi equi progrediuntur verſus quaſdam inſulas.& tale ius conflandi eſt vna prærogatiua,quæ ab antiquo debetur dicto domino Epiſcopo Valẽtiæ qui eſt dominus temporalis dictæ ciuitatis Valentiæ,& habet ius pedagij, etiam ſupra Rodanum ab illa parte. Veruntamen vt intelligo ciues & habitantes Valentiæ, quando conducunt firmam ſalis nomine proprio firmant tyragij ſalis,excuſantur à ſolutione pedagij, & iure conflandi: ſecus ſi ſint vecturarij ſalis. Sed pro contraria parte dicti firmarij ſalis obtinuerunt reſcriptum, quòd talis conſuetudo conflandi naues tyragij ſalis eſt multùm præiudiciabilis reipublicæ & daret occaſionẽ naufragiandi & periclitandi naues oneratas ſale,quæ habent communiter eorum tranſitum à parte regni cum equis & magno ſumptu,ita ꝙ ſi oporteret retrahere dictas naues oneratas à parte dictæ ciuitatis Valentiæ pro conflando eſt ſumptuoſum cum expenſa talis viagij pro quolibet die aſcendit ad centum francos.& pariter eſt periculum naufragij, & maximè tempore innundationis & abundãtię aquarum. Sed ex aduerſo replicant dicti officiales domini Valentiæ,quòd non eſt memoria hominis quòd propter dictum ius cõflandi,euenerit aliquod naufragium vel periculum. Præterea talis prærogatiua
1 quæ eſt de iuribus eccleſiæ,non debet tolli: † quia
reſcriptum principis intelligitur ſine pręiudicio tertij: tunc etiam quia tales quando adducunt tales naues ad conflandum in dicto annullo ciuitas Valentiæ præualet:quia ibidem remanent nauicularij aliquo tempore & accipiunt de victualibus, vel de habitibus,vel alijs neceſſarijs, tum etiam quando tales nauicularij ſeu nautæ volunt euitare tale ius conflandi ſunt ſoliti petere licentiam à dicto domino Epiſcopo ſeu eius officiali, vel arrendatore non conflandi, & ſunt ſoliti ſoluere aliquod ius, ita vt intellexi à quodam experto,quòd tale ius conflandi poteſt valere annuatim dicto Epiſcopo ſeu eius arrendatoribus quinquaginta ſcuta auri. Si vero dicatur concuſſio vel arrenſonamentum aliquid exigendo prętextu præmiſſorum relinquo cogitandum. Et vlterius intellexi à dicto experto, ꝙ quando fit viagium ſalis ſuper Rodanũ quòd ſunt quatuor groſſæ barchię ſeu naues ſale oneratę & quod eſt groſſa mallia ſeu groſſus funis cum quo excapantur dictæ groſſæ naues,& cum illo groſſo fune equi trahũt dictum viagium ſalis, & ſunt quatuor vel quinque paruæ naues ad deſeruiẽdum magnis nauibus,& ſunt ibi etiã alij funes qui vocãtur paruæ malliæ,& inter cæteros funes vnus vocatur la prineta,cum quo fit conflaxio ponendo in annulo dictorum mæniorum rippariæ ciuitatis Valentiæ prout ſuprà dictum fuit. Et vlteriùs eſt ſciendum quòd in dicta ripparia ciuitatis Valeñ.inter cætera portalia eſt vnum portale ſalis, & ab vtroque latere ab extra, à parte dictæ rippariæ Rodani ſunt affixi certi crocheti ferri:& pariter certæ bouclæ, ſeu annuli ferrei, & vt fertur ſufficit ꝙ fiat conflaxio in altero crochetorum ſeu bouclarũ ferri, ita quòd ſufficit quòd fecerint intrari in dictis crochetis,ſeu annulis ſeu alterius ipſorum funem vocatum pometam,& quod fiat vnus nodus,& quòd illicò poſſunt recedere naucherij cõducentes naues licèt antiquitùs vt fertur,debebãt ibi manere per tres dies ad finem,quòd ciuitas meliùs valeret. Sed de tempore domini Ludouici Delphini antequàm perueniſſet ad coronam vt prætenditur dedit quandam prouiſionem,ꝙ dictæ barchæ ſeu naues ſale oneratæ non tantũ manerent vnde talia ſigna crochetorum,& bouclarum ferri, denotãt ſignum dominij, ſeu proprietatis & pereminentię.l.quòd ſi nequè.§.fi.ff.de rei vend.ſecundum Bald.in l.autem dos data.C.de don.ante nup.& idem in annualibus, quia poſſunt cognoſci per ſigna ſeu ſtigmata. l.ſtigmata.C.de fabricen.lib.xj.ſecundum Bart.

ARGVMENTVM.

De iure pryſiarum Valentiæ.

Quæſtio CCCCLIIII.

QVAERITVR de quodam alio tributo ciuitatis Valentiæ, vulgariter dicto ius Pryſiarum ſeu pictarum, quòd bannitus domini Epiſcopi Valentiæ prætendit ad ſe pertinere prætextu dicti officij,videlicèt quia de domibus quæ vendũtur in ciui-

tur in ciuitate Valentię, quæ mouentur de directo dominio dicti domini Epiſcopi dictus baiulus accipit tertiã partẽ laudimiorũ, & de alijs domibus quę emuntur & quę non mouẽtur de directo dño d. dñi Epiſcopi, dictus baiulus prætendit quod debet habere ius pryſiarum ſeu pictarum ad rationem ſex denariorũ paruorum ſeu vnius quarti pro floreno etiã habito reſpectu ad totum vniuerſale pretium licèt dominus directus alius quàm dominus Epiſcopus receperit eius laudimium ad rationem pryſię partis hoc eſt vnius groſsi pro floreno, quoniam dominus directus non habet baiulum, & vbi habet baiulum ad rationem octauæ partis, hoc eſt vnum groſſum cum dimidio pro floreno. Sed ex aduerſo pro parte ciuitatis Valentiæ prætenditur quod eſt libertas ciuibus conceſſa: quòd non debetur laudimium, vbi non eſt baiulus: debetur ſolùm laudimium ad rationem pryſię partis, & vbi eſt baiulus ad rationem octauę partis: prout ſupra dictum fuit. & quod nihil aliud debetur per ciues & habitatores dictæ ciuitatis Valentiæ, niſi duntaxt laudimiũ domino directo: ſed dictus baiulus pretendit, quòd imò vltra laudimium debitum domino directo alteri quàm domino Epiſcopo Valentiæ debet habere dictum ius pryſiarum, & pictarum ad rationem vnius quarti pro floreno. Veruntamen vt intellexi quando magna eccleſia ſancti Appollinaris Valentiæ & eius membra habent domos & poſſeſsiones infra dictam ciuitatem Valentiæ quæ venduntur & nominentur de eorum directo dominio, percipiunt laudimium, & dictus baiulus nihil percipit de dictis pryſijs ſeu pictis ad rationem vnius quarti pro floreno. Verũtamen de iſto iure pictatiorum fit mentio in c. ſi quis Papa. lxxix. diſtinct. Et ſecundum glo. ibi dicitur ſcriptura obligatoria: & ſecundum hoc pictatium dicitur à pingendo, vel dicuntur pictatio quædam munera: & ſecundum hoc dicitur à petendo de quo etiam habetur in cap. pictatium. xxx. quæſti. iij.

SVMMARIVM.

1 *Princeps an ſit fundatus de iure communi in eccleſiarũ tẽporalitate & iuriſdictione temporali.*
2 *Quid de Epiſcopo.*
3 *Quid de Imperatore.*
4 *Imperator dignitatis culmen habere dicitur.*
5 *Temporalitas eccleſiæ dependet ab Imperio.*
6 *Imperator quò ad iuriſdictionem de iure communi fundatus eſt.*
7 *Delphinus habẽs cauſam ab Imperatore quòd de iure cõmuni in iuriſdictione fundatus ſit.*
8 *Princeps concedens uillam uel caſtrum laico uel eccleſiæ, quod in dubio ius ſuperioritatis & appellationis reſeruatum eſſe cenſeatur.*
9 *Rex in regno ſuo eſt monarcha, & intentionem de iure cõmuni fundatam habet.*
10 *Appellationes ratione feudi etiã eccleſiaſtici quod ad feudi dominum deuolui debeant.*
11 *Epiſcopus in temporalibus quòd ut Comes uel laicus iudicat.*
12 *Prelati in regno Franciæ quòd in temporalibus ad iudicem laicum non Archiepiſcopum appellare teneantur.*
13 *Epiſcopi Hiſpanienſes quòd in ſignum ſuperioritatis Regis manus deoſculantur.*
14 *Allodiale nihil in regno Franciæ.*
15 *Imperatoris uel Regis ſuperioritas in homagio ligio an cẽſeatur reſeruata.*
16 *Homagium ſub conditione factum non niſi conditionibus impletis ualet.*
17 *Inueſtituræ tenor attendendus.*
18 *Contractus principis uim legis habet.*
19 *Prohibitio facta de non alienando in contractu principis dominij translationem impedit.*
20 *Ligius duorum an quis eſſe poßit.*
21 *Ligij hominis an omnia bona ſint ſubdita.*
22 *Recognitio an ualeat in præiudicium prioris domini.*
23 *Pactum ut quis certo loco nõ acquirat, quòd ualidum ſit.*
24 *Prouinciæ Comitatus antequàm coronæ Franciæ uniretur erat de homagio Imperatoris.*
25 *Homagia facta alio quàm uero domino, quòd ipſi uero domino non præiudicant.*
26 *De conceßione Frederici II. Imperatoris Guigoni Delphino Comiti Viennæ & Albonis Comitatuum Vappincii & Ebreduni cum allodialibus tam in dictis Comitatibus Vappincẽ. & Ebredunẽ. quàm Viennæ & Albonis & Grationopolis conſtitutis.*
27 *Allodij conceßio quid importet.*
28 *Beneficium principis largè interpretandum.*
29 *Dyoeceſis appellatione an ciuitas ueniat.*
30 *Appellatio ſi modo in uno loco modo in alio indiſcriminatim deuoluatur, an ob hoc conſuetudo legitimè præſcripta cenſeatur.*
31 *Præſcriptio contra ſupremam principis poteſtatem non currit.*
32 *Superioritatem denotant perceptiones leydæ bladorum tributorum annuorum & aliorum iurium.*
33 *Villæ uel caſtri ſi de iuriſdictione diſceptetur, quòd in dubio de territorio propinquiori & adiacenti intelligatur.*
34 *Regiones & territoria uijs pubblicis, montibus & fluminibus diſtinguntur.*
35 *Limites petentes ſicut epiſcopatum & prouinciarum limites ſunt impræſcriptibiles.*

Quæſtio CCCCLV.

QVAERITVR an Imperator ſeu alius princeps ab eo cauſam habens in eius patria fundet eius intentionem de iure communi ſuper iuriſdictione temporali: & alijs bonis temporalibus eccleſiarum inferiorum à Romana eccleſia reſpectu reſortus appellationum, & iuris ſuperioritatis. Et an in dubio talia bona temporalia præſumẽtur feudalia: & ad quem ſit appellandum, & an debeat attendi tenor homagij ſeu inueſtituræ: & an debeant probari conditiones feudi, & homagij eſſe adimpletas, etiam ex parte domini, & an prohibitio alienatorũ vel de non acquirẽdo impediat tranſlationem dominij in contractu principis: & an poſſit fieri homagium ligium duobus dominis, & ſi teneat ſecundum homagium, ad pręiudicium primi. Et ſi in dubio ſemper cenſeatur reſeruatum homagium Imperatoris ſeu antiquioris domini: & ſi ratione homagij ligij omnia bona tam feudalia quã nõ feudalia ſint ſub iuriſdictione domini. Et ſi per recognitionem homagij alterius domini acquiratur aliqua poſſeſsio maximè quando fit mala fide & per emulationem: & de interpretatione iſtius dictionis, allodium, & an in conceſsione allodij comprehẽdatur ius ſuperioritatis & appellatorũ. Et ſi appellatione comitatus veniat territorium, vel ciui-

Quæſtio CCCCXXX.

QVAERITVR de modo procedendi in
materia limitum territoriorum. Et in † effe-
ctu priùs debet cognoſci & terminari quæſtio poſ-
ſeſsionis quã perueniatur ad quæſtionẽ proprieta-
tis.l.ſi quis.C.fini.regun.& ibi glo. quæ ponit mo-
dum probandi actus poſſeſsionis, vſque ad quẽ lo-
cum poſsideat: vt quia quis petijt ſeminari, arari &
2 coli terram. † Et licèt quæſtio finium regundorum
cohæreat proprietati, vt ibi habetur: tamen priùs
debet terminari quæſtio poſſeſsiõis, & deinde per-
ueniri ad quæſtionem proprietatis. Nec obſtat ſi di
catur quòd in reiuendicatione cõſtito de iure pro-
prietatis totum debet reſtitui: quia ad iſtud reſpon
3 detur † quòd in hoc iſtud iudicium differt à rei ven
dicatione: quia in iſto iudicio finium regundorum
quandoquè nõ totum reſtituitur, ſed alteri adiudi
catur, & ille iſti, in eius æſtimatione cõdemnatur.
vt ſic competenter loca diſtinguantur. l. ij.& l.ſeq.
ff.fin.regund.& inſt.de acti.§.quædam. & de offic.
iudi.§.ſi finitum.ſecundum gloſ.in d.l.ſi quis.vnde
ſecundum Cyn. in d. l. ſi quis. quandoquè actio fi-
nium regũdorum cohæret proprietati, & quando-
què non: & iſtud totum poteſt explicari in hoc iu-
dicio.l.ij.§.quædam. ff.de interdict. & quandoquè
4 non cohæret, de quo ibi latiùs per ipſum † & quan
do quis propria authoritate quis occupat confines
ſeu limites incurrit pœnam. l. ſi conſtiterit. C.fini.
regun. vbi eſt pœna priuationis proprietatis in re
propria, & in re aliena eſt pœna æſtimationis: vt
ibi habetur, & qualiter differat à conſtitutione l. ſi
quis in tantam.C.vnde vi. ibi habetur. Bar.verò in
5 d.l.ſi quis.dicit † in ſummario quòd primò de poſ-
ſeſsione, ſecundò de proprietate debet iudicari: ter-
tiò per agri menſores fines ponuntur, etiam parte
abſente per contumaciam, & quãdo eſt ſolùm con
tentio ſolum de finibus & non de proprietate po-
teſt procedi ad diffinitiuam etiam lite conteſtata:
ſecundum Barto.ibi, quia non fit miſsio in poſſeſ-
ſionem ex primo vel ſecundo decreto.authen.ſi om
nes creditores.C.ſi exe.abe.abſti Albe. verò in d.l.
ſi quis. in ſummario dicit, quòd priùs terminatur
poſſeſſorium quàm petitorium.l.ordinarij.C.de rei
vendic.l.vis.C.de probati.l.incerti.C.de interd.l.ſi
de vi.ff.de iudi, Bal. in d.l.ſi quis.tenet, quòd iudex
in hoc iudicio limitũ primò quærit de poſſeſsione,
deinde quo titulo quiſque poſsideat de quo ibi la-
tiùs per ipſum Ang. ibi, idẽ tenet Pau.de Ca.in d.l.
ſi quis. tenet quòd ideò in tali iudicio limitũ priùs
quæritur de poſſeſsione, vt incumbat onus proban
di de proprietate aduerſario.l.exitus controuerſiæ.
ff.de acquir.poſſe.

ARGVMENTVM.

Confeſsio extraiudicialis de computorum reddi-
tione vbi plus datum quàm acceptum eſt, an nuda
dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Cautio nuda an actionem pariat.*
2 *Quid de ſtipulatione.*
3 *Litera priuata fidem non facit.*
4 *Teſtimonium de ſimilitudine literæ an valeat.*
5 *Scriptura ſigillo publico roboratur.*

Quæſtio CCCCXXXI.

QVAERITVR an confeſsio extraiudi-
cialis facta ex cauſa redditionis computi
miſſarum & expenſarum plus factarum, quàm re-
ceptorum dicatur nuda, an verò dicatur diſcre-
ta, & cum cauſa legitima, & ſi ſit probatoria, cum
habeat ſignetum, & ſigillum prælati. Dubium fa-
1 cit, † quia cautio nuda non parit actionem. l. cum
de indebito §.final.ff.de probationi. cap. ſi cautio.
2 de fid.inſtru. † & idem in ſtipulatione quando eſt
factũ ſine cauſa, quia habet obſtare exceptio doli.
l.ij.§.circa.ff.de excep.do. Et no.per gloſ. & doct.in
l.generaliter.C.de non nume.pecu.& in l. à Titio.
3 ff.de verbor.obliga. † præterea litera priuata non
facit fidem.l.inſtrumenta.l.exemplo.l.rationes.C.
de proba.nec obſtat ſi dicatur, † quòd aliqui teſtes
deponunt de ſimilitudine literæ: quia ad iſtud re-
ſpondetur, quod tale teſtimoniũ nõ valet, nec con-
cludit: quia non fuerunt præſentes, nec viderũt ſcri
bere: nam poſſent erroneæ deponere: quia ex tem-
poris variatione, calami, & attramenti mutatione
inducitur diſsimilitudo literæ. vt in auth.de inſtru.
cau.& fid.in princip.& §.ſi quis igitur.col.vj. l.ſcri
pturas.C.qui pot.in pign.hab. Non obſtat etiam ſi
4 dicatur. quòd † ſigillum publicum dat robur ſcri-
pturæ.l.ſi qua per calumniam.C.de epi.& cler.ca.j.
& ij.de fid.inſtr. quia ad iſtud reſpondetur, quòd
iſtud ſigillum erat ſigillum cameræ, & ſic non erat
deputatum ad iſtum vſum apochæ, & concluſionis
computorum.c.ſignificauit.de appella.nec fuit re-
cognitum quod haberet caracterem, nec literas, &
nomen ſigillantis.iuxta not.per Io. Fabr.in §. poſ-
ſunt.inſt.de teſtam. Sed pro contraria parte facit, quòd
dicta confeſsio appodixæ ex cauſa computi miſſa-
rum & expẽſarum ſit valida, & legitima. l. Publia.
ff.depoſit.l.ſi quis ex argentarijs.§. rationem. ff. de
eden.ſecundum Sali.in l.j.C.de confeſ. & in l.iube
mus.C.de libe.cauſ.& hoc verum quando pars eſt
præſens, & acceptat.ſecundũ Cyn.in d.l.j.C.de con
feſ.in vj.q.& ibi Sali.in xv.oppoſ. & in l. generali-
ter.C.de non nu.pec. licèt quando confeſsio ema-
nat in ſcriptis, videatur valere etiam inter abſen-
tes: quia litera ſemper loquitur. iuxta notata per
Bartolum in l.certum.§.ſi quis abſens. ff.de confeſ
ſis.de quo me ibi remitto: & an confeſsio nuda ex-
traiudicialis, inducat ſemiplenam probationem,
etiam ſine cauſa: Speculator tenet quòd ſic. in ti-
tulo de confeſsis. §.nunc videndum. verſiculo, ſed
quæ ratio. & quando eſt facta in abſentia partis,
ſaltem facit ſemiplenam probationem: ſecundum
Bartolum in l. admonendi. ff. de iureiurando. Et
quando confeſsio extraiudicialis eſt geminata,
etiam ſine cauſa, eſt valida: ſecundum Bartolum in
l.cùm ſcimus.C.de agricolis & cenſit. libro vndeci
mo. Et maximè ratione iuramenti, quando inter-
uenit: ſecundum gloſſam in capitulo, quotiens cor
dis.prima quæſtione ſeptima.& Baldus in l. j.C.de
confeſsis.& in rubrica C. res inter alios acta. Nec
obſtat ſi dicatur, quòd pactum nudum eſt vali-
dum de iure canonico. capitulo primo, de pactis.
quia ad iſtud reſpondetur, quòd hoc verum quan-
do eſt factum cum cauſa, aliàs non. ca. iuramenti.
xxij.q.vltima.ſecundum Pan.in c.fi.de ſuc.ab inte.
per docto.in d.c.ſi cautio.de fid.inſtr. Veruntamen
quia pro

quia pro parte aduerſa fuerunt producta quædam computa, extracta ab archiuo Epiſcopatus Valentiæ:in quibus continetur dicta appodixa, vigore cuius agitur:ideò facit fidem in ea parte contra producẽtem.authentica! ad hęc.C.de fide inſtru.c. cùm olim.de cenſi.cùm ibi not.per Inno.& Panor. Et præmiſſa faciunt ad quęſtionem ſuper proceſſu diffinito de hoc præſenti an'no natiuitatis domini milleſimo quingenteſimo decimo.in vigilia,beati Ioãnis Baptiſtę in manibus magiſtri Gulielmi Gallifferi ſecretarij inter nobilem Claudium Plouerij ciuem Valentiæ hæreditario nomine Ioannis Plouerij eius patris olim theſaurarij & receptoris generalis domini quondam Ludouici de Pictauia, Epiſcopi valentinenſis & diœceſis ex vna,& magnificum dominum Aymarum de Pictauia,dominum ſancti Valerij tanquàm hæredem dicti domiui Ludouici Epiſcopi per certa media in actis deducta: quia dictus Plouerij petebat ſummã quinque millium vndecim florenorum,vndecim groſſorum, & decem ſeptem denariorum,vigore cuiuſdam apochę dicti domini Ludouici ſignatæ, & ſigillatæ de dicta ſumma datæ in caſtro Ceriniani de anno natiuitatis domini. 1462.die xxvij.menſis Marcij ex cauſa reductionis computi, expenſarum & miſiarum,errore calculi pro vtraque parte ſemper ſaluo. fuerunt extracta duodecim dubia inter dominos vt melius veritas dicti proceſſus haberetur, quorum primum dubium erat,ſi dicta apocha de dicta ſumma ſuprà mentionata eſſet in forma probatoria,& cũ cauſa legitima:ideò duxi fieri hic aliqualem mentionem ex quo proceſſus eſt diffinitus.

ARGVMENTVM.

Bona aliqua tenẽs ex duplici titulo,an pręſumatur tenere ex titulo ſibi vtiliore.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditaria bona tenens, ea poteſt tenere citra ius & nomen hæredis.*

Quæſtio CCCCXXXII.

QVAERITVR quando quis tenet bona hęreditaria alicuius,& habet aliundè titulũ, an in dubio præſumatur tenere titulo ſibi vtiliori. Et prima facie videretur dicendum quòd ſic.l.j.C. credit.euictio.pignor.ten. iuxta nota.per Bar.in l. gerit.ff.de acquirend.hæredita.quia licèt quis te-
1 neat bona † hæreditaria : tamen poteſt tenere citra ius & nomẽ hæredis, quando aliundè apparet de alio titulo.l.pro hærede.ff.de acquirend. hæredi.Et iſtud etiam facit pro alio dubio extracto in dicta cauſa dict.Plouerij:quia ipſe probauerat qualiter dictus dominus ſancti Valerij tenet baroniam Seriniaci,quæ fuit de bonis dominæ Policem Ruffe matris dicti domini Ludouici de Pictauia,Epiſcopi Valentinenſis & diœceſis, & nobilis Ioannis de Pictauia domini Capriliarum,& pariter fuerunt hæredes earum matris,& licèt dictus dominus Ludouicus prædeceſſerit ſuperſtitè dicto domino Capriliarũ,ſubſtituto,& quòd dictus dominus ſancti Valerij eius hæres ſoluiſſet plura onera dictæ Baroniæ Seriniaci, veruntamen quia circa finem dicti proceſſus produxit quaſdam literas tam monitorias,quàm etiam Seneſcali Bellicardi,impetratas contra dominum Curſolij.in quibus fatetur ſe hæredem dicti domini Ludouici de Pictauia, cùm beneficio inuentarij: ideò non eſt ſuper hoc dubio aliter inſiſtendum : quia ſola animi deſtinatione quis efficitur hæres.l.Auia.C.de iure.dot.

ARGVMENTVM.

De detractione quartarum inter liberos primi gradus.

SVMMARIVM

1 *Legitima filiorum quanta.*

Quæſtio CCCCXXXIII.

QVAERITVR ſuper detractione quartarum inter liberos primi gradus:quia per tenorem teſtamenti dictæ dominæ polixenæ apparet quod habebat quinque liberos,& fecit hęredes vniuerſales dictos dominum Ludouicum de Pictauia,& nobilem Ioannem dominum Capriliarum, ipſos ſubſtituendo reciprocè, licèt ipſa prælegauerit dicto domino Ludouico quandam eius domum Auinionis:& ita ſecundum numerum liberorum
1 tempore † mortis dicti teſtatoris diuidendo hæreditatem in duodecim vncias,legitima omnium liberorum erit ſemis: & ad partem dicti domini Ludouici peruenit vna vncia cum quinto alterius vnciæ pro eius legitima.authentica, nouiſsima.C. de inoffic.teſtamen.& de reſiduo ſex vnciarum detrahitur trebellianica,quæ aſcendit ad vnam vnciam cum dimidia:quæ adhuc diuiditur inter dictos dominos dominum Ludouicum,& dominum Capriliarum fratres,quia erant de liberis primi gradus, & diuerſo tempore grauati,& ſic potuerunt detrahere duas quartas.c. Raynutius. & c. Raynardus. de teſta.l. iubemus.C.ad trebel.& in l.quanquã.cũ ibi not.C.ad leg.falcid.

ARGVMENTVM.

Hæres prælati non cõfecto inuentario an teneatur creditoribus vltra vires hæreditarias.

SVMMARIVM.

1 *AEs alienum detrahendum eſt ante legitimam.*
2 *Hæres non conficiens inuentariũ de iuris rigore, tenetur creditoribus & legatarijs ultra uires hæreditarias: ſecus tamen in foro conſcientiæ. & nu. 3.*
4 *Princeps interdum iudicat ſecundum conſuetudinem.*

Quæſtio CCCCXXXIIII.

QVAERITVR an hæres alicuius prælati eccleſiæ teneatur vltra vires hæreditarias etiam non' confecto inuentario,& ſi debeat detra-
1 hi æs alienum ſolutum ? Et in effectu ante † detractionem legitimæ debet detrahi æs alienum.l. Papinianus.§.quarta.ff.de innoffi.teſtamẽ.& licèt dictus dominus ſancti Valerij prætendat ſoluiſſe pro ære alieno dictæ baroniæ Seriniaci domino de lexio treſdecim mille florenorũ auri, computatis vigintiquatuor ſolidos turonenſes pro quolibet floreno, vigore arreſti,ſeu ſententiæ latæ per Parlamẽtum Tholoſæ:& vltra pro dotibus certarum filiarum dictæ dominæ Policenę:ita quod dictus dominus ſancti Valerij velit prætendere,quòd non teneatur vltra vires patrimonij proprij dicti domini Ludouici de Pictauia:detractis detrahẽdis: tamen

2 de rigore iuris † ex quo non apparet, quòd ipſe cõfecerit inuentarium in forma iuris vocatis creditoribus, & legatarijs ipſe deberet teneri vltra vires hęreditarias: iuxta l. fina. C. de iure deli. Nec obſtat ſi dicatur quòd poſt mortem dicti domini Ludouici de Pictauia Epiſcopi Valentinenſis, & diœceſis, fuerit confectum inuentarium per officialem Valentiæ ad inſtantiam procuratoris domini quondam Gerardi de Curſolio Epiſcopi Valentinenſis: & diœceſis, immediati ſucceſſoris dicti domini Ludouici de Pictauia in dictis Epiſcopalibus, etiam vocato dicto quondam Ioanne Plouerij, & alijs creditoribus. quinimò dictus Ioannes Plouerij fuit vnus ex æſtimatoribus dictorum bonorum ſpolij dicti domini Ludouici de Pictauia: quia ad iſtud reſpondetur quòd non fuit confectum inuentarium de bonis patrimonialibus dicti domini Ludouici de Pictauia, præterea non fuit ſeruata forma iuris:
3 iuxta dict. l. fina. veruntamen in foro † conſcientiæ hęres non tenetur vltra vires hęreditarias etiam ſi non confecerit inuentarium: ſecundum Ioann. Andr. in nouella. in capitu. quanquàm. de vſur. lib. vj. & Bartol. in rubric. ff. de acquirend. hæred. & ibi refert opinionem Theologorum ita communiter tenere: & attenta qualitate perſonæ defuncti, videlicet dicti domini Ludouici de Pictauia, qui erat ec
4 cleſiaſtica perſona: & quia etiam † princeps aut alij magiſtratus ſuperiores poſſunt interdum iudicare ſecundum conſcientiam: iuxta nota. per Cyn. Bartol. in l. j. C. vt quæ deſunt aduo. iu. ſuppl.

ARGVMENTVM.

De modo probandi ſimulationem contractus.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio debiti ex quo eſt redacta in ſcriptis, eius contrarium non probatur, niſi per aliam ſcripturam.*

2 *Intellect. ad l. generaliter. C. de non numerata pecun.*

3 *Contractus factus propter timorem principis præſumitur ſimulatus: & talis ſimulatio impedit obligationem, & tráslationem dominij.*

Quæſtio CCCCXXXV.

QVAERITVR de modo probandi ſimulationem contractus, & an poſsit proba-
1 ri per teſtes, & coniecturas? Dubium facit, quia ex quo † confeſsio debiti eſt redacta in ſcriptis, non poteſt probari contrarium, niſi per aliam ſcripturam. l. generaliter. C. de non nume. pecu. Sed in contrarium facit cap. ad noſtram. de emptio. & vendit. & cap. illo vos. de pigno. & quod habetur in l. emptione. C. plus vale. quòd agi. & hoc quando talis ſimulatio tendit ad remotionem conſenſus: ſecundum Bald. in l. j. C. plus vale. quòd agi. & in l. multum intereſt. C. ſi quis alte. vel ſib. faciunt notat. per gloſſ. & doctor. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pact. Nec obſtat dict. l. generaliter. quia loquitur in
2 caſu ſpeciali, † quando ſcriptura eſt de ſubſtantia contractus: quando fuit actum, quòd aliter non valeret, niſi fieret ſcriptura. iuxta l. contractus. C. de fide inſtrumen. & per Bald. in dict. l. generaliter. & inter cæteros modos probandi ſimulationem cõ
3 [illegible], quando fit † contractus propter timorem principis, vt quia apparenter fit contractus, licèt in mente & voluntate partium aliud geratur: & talis ſimulatio impedit obligationem, & tráslationé dominij poſſeſsionis. l. nuda. ff. de contrahen. empt. l. imaginaria. ff. de regu. iur. l. emptio. ff. de ritu. nu. ſecundum Bartol. in l. emptor. ff. de aqua pluuia arcend. & per eundem Bartol. in cõſil. lxvj. incipiente Factum tale eſt, Petrus Nycole. de quo per Angel. Areti. inſtit. de except. circa finem princip. Et præſertim quando in aliquo contractu apponitur clauſula inſolita: quia reddit contractum magis ſuſpectum: ſecundum gloſſ. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condi. inſtituen. & iſtud facit pro dicta cauſa diffinitiua inter dictum Claudium Plouerij, & dominum ſancti Valerij: quia aduerſus dictam appodixam vigore cuius experiebatur dictus Plouerij opponebatur de ſimulatione: quia de tempore illo dominus Ludouicus de Pictauia Epiſcopus Valentinenſis, & diœceſis erat fugatus extra præſentem patriam in eius caſtro Ceriniani propter timorem Regis Ludouici xj. domini Delphinij: prout pleniùs fuit deductum in dicto proceſſu diffinito in manibus Galliffeti. Sed quia iſta ſimulatio ſi qua fuerit purgata, fuit per quandã ſententiam arbitrorum, vbi prima ſumma fuit reducta ad minorem, ideò non eſt vlterius in hoc inſiſtendum.

ARGVMENTVM.

Pręſcriptio xxx. annorum an procedat etiam cũ mala fide in perſonali actione?

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio xxx. annorum dicitur odioſa ex negligentia non petentis.*

2 *Debitor ſciens ſe debitorem non præſcribit, cùm bona conſcientia.*

Quæſtio CCCCXXXVI.

QVAERITVR an in actione perſonali procedat præſcriptio xxx. annorum, etiam cùm mala fide. Dubium facit, quia talis præſcri-
1 ptio dicitur merè † odioſa ex neglĩgẽtia non petentis. l. malè agitur. l. omnis. & l. ſi quis emptionis. & l. cùm notiſsimum. C. de præſcriptio. xxx. vel xl. annorum, faciunt notata per gloſſ. & doctores in l. fina. C. de edict. diui Adria. & in l. more. C. de rei vendicatio. quia in tali præſcriptione nihil agitur, nec aliquid detinetur: & ideò præſcriptio procedit cùm mala fide: ſecundum Bartol. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucapio. & Innocen. in capitu. cura. de iure patrona. Sed in contrarium facit capitu. vigilanti. & capit. fina. de præſcriptio. & capitu. poſ-
2 ſeſſor. de regu. iur. libro vj. quia ex quo debitor † ſit ſe debitorem, non poteſt præſcribere cum bona conſcientia: ſecundum Angel. Ioann. de Imol. in dict. §. ſi viam. & ideò bene fecit Bartol. in hoc articulo: quando ſe ſubmiſit iudicio Theologorum, & ſanctæ matris eccleſiæ: nam præſcriptio cum mala fide dicitur iniquum præſidium: vt in authentico, vt eccleſ. Roma. gaude. §. j. & iſtud facit etiam, quia aduerſus dictam appodixam dicti Plouerij fuit appoſita exceptio præſcriptionis xxx. annorũ, vſque ad tempus incohationis litis: ſed quia etiam talis præſcriptio fuit interrupta per quandam ſententiam arbitralem producta in actis: ideò ſuper hoc non eſt etiam inſiſtendum.

ARGV-

ARGVMENVTM.

Prælati debita an ſuper bonis ſpolij vel patrimonialibus ſolui debeant.

SVMMARIVM.

1 *Debita contracta ratione eccleſiæ quòd de bonis ſolui debeant.*
2 *Bona ſpolij quæ dicantur.*
3 *Impēſæ neceſſariæ pro eccleſiæ miniſtris facta quòd eccleſiæ intuitu factæ videantur.*
4 *Prælatum ali ab eccleſia regulare.*
5 *Prælatus eccleſiæ q; per mendicata ſuffragia ſiue oſtiatim victum quærere non teneatur.*
6 *Patrimonium militis & prælati dupex.*
7 *Conſuetudo quòd prælatus eccleſiæ de bonis mobilibus teſtari poſſit an valeat.*
8 *Infirmitatis & funeris impenſæ quòd de bonis eccleſiæ nō patrimonialibus ſolui debeant.*

Quæſtio CCCCXXXVII.

QVAERITVR an debita prælati defuncti debeat ſolui ſuper bonis ſpolij eccleſiæ, anverò debeant ſolui ſuper bonis patrimonialibus prælati defuncti, & ſi debeat attendi conſuetudo
1 ſuper hoc. Et in effectu † quando debita ſunt contracta pro negotijs eccleſiæ, vel pro ſubſtentatione vitæ prælati, vel pro ſeruitoribus & miniſtris prælatorum, tunc debent ſolui ſuper bonis ſpolij. cap.
2 præſenti. §. porrò. de offic. ordi. libr. vj. † quia non dicuntur bona ſpolij, niſi ſolutis debitis, de hisquę fuerunt neceſſaria pro ſeruitoribus & miniſtris, ac incumbentibus oneribus: vt ibi habetur: & ſecundum gloſſ. ibi ſuper verbo, debitis. remanet eccleſia obligata, & ſucceſſor ſicut hæres filius tenetur ſoluere debita patris. capitu. j. de ſolut. de quo ibi per Panormita. & in cap. ex præſentium. de pigno. Nam iſto caſu bona dicuntur ære alieno deducto:
3 vt ibi habetur l. mulier bona. ff. de iure dot. † Nam iſte expenſæ neceſſariæ pro ſeruitoribus: & miniſtris eccleſiæ dicuntur factæ intuitu eccleſiæ, & pro vtilitate ipſius: ſecundum Geminia. & Philip. Frá. in dict. §. porrò. Nec obſtat ſi dicatur, quòd ad hoc vt dicatur contractum debitum, contractum pro vtilitate eccleſiæ, quòd non debeat ſtari ſimplici confeſsioni prælati, ſed aliter probari quod fuerit conuerſum in vtilitaté eccleſiæ. c. hoc ius porrectū. xij. quæſtio. ij. & authentic. hoc ius porrectum. C. de ſacro ſanct. eccleſ. c. quod quibuſdam. de fideiuſſo. & l. ciuitas ff. ſi cert. petat. quia ad iſtud reſpondetur, quòd ſatis apparet de vtilitate eccleſiæ per computa producta. faciunt notata per gloſſ. & doctor. in capit. dudum. l. ij. de elect. Et maximè quando debita concernunt remunerationem ſeruitorum eccleſiæ. l. per tuas. de dona. & ibi Panormi. capit. cæterùm. eodem titu. vbi attenditur conſuetudo. & c. capit. relatum. l. ij. de teſta. & quando prælatus contrahit pro neceſsitate ſuæ perſonæ nō eſt neceſſe probare aliter quòd fuerit conuerſum in v-
4 tilitaté eccleſiæ: † quia eccleſia tenetur alimentare prælatum. dict. capitu. j. de ſolut. & pro hoc facit: quando prælatus habet beneficium & patrimoniū poteſt viuere de fructibus beneficij & impignorare fructus pro ſua neceſsitate, & fructus patrimonij conſeruare: ſecundum Innoc. in capit. Epiſcopus de præbend. & Panormi. in repetitione ca. cùm eſſes. de teſta. in quarta quæſtio. vide in ſimili Panormita. in cap. peruenit. de fideiuſ. & cap. olim. l. ij. de reſtitu. ſpoliato. quando Epiſcopus pro ſubſtentatione ſuæ perſonæ ſe obligat, vt quia eſt expulſus à ſuo Epiſcopatu, tunc cenſetur obligatio nomine eccleſiæ, vide gloſſ. & doctor. in capit. repræhenſibilis. de appella. & licèt prælatus non poſſit ſpecialiter hypothecare bona eccleſiæ: tamen generaliter ſic: ſecundum Panormita. in cap. nulli. de reb. eccleſi. non alie. vide gloſſ. in capit. paſtoralis. in fine de appella. vide gloſſ. in cap. ex literis. de pigno. quòd bona prælati ſunt tacitè hypothecata pro adminiſtratione, vide Calde. conſil. j. in titu. de ſolut. & Felyn. in capit. cùm dilecta. de reſcript. cir-
5 ca finem. † Nam prælatus eccleſiæ non debet mendicare in opprobrium ordinis clericalis: ſecundum gloſſ. in capit. cùm Mutinenſis. de electio. & in cap. ſtudeat. l. diſt. facit quod habetur per gloſſ. in cap. cùm ſecundū. de præben. & ibi Panormit. qui format quæſtionem, quando prælatus habet hæredes ratione patrimonij, an debeát prius compelli & diſcuti, antequàm perueniatur contra ſucceſſorem in beneficio. & ibi refert Hoſtien. tenere, quòd ſic, licèt Panormita. teneat contrariū, maximè quando obligatio eſt realiter contracta intuitu eccleſiæ. c. veniens. de tranſact. cap. dilecti. de foro competē. faciūt not. per Panormi. poſt gl. in c. niſi. de prębē. Et pro præmiſsis facit capitu. Epiſcopi. capit. manifeſtè. & capit. ſi manifeſtè. xij. quæſtio. j. vbi probatur quòd debita debeant prius ſolui de bonis eccleſiæ, quàm de bonis patrimonialibus. facit authentica licentiam. C. de Epiſco. & cleric. domini de Rot. in antiquis, ſub titu. de probat. deciſi. incipiente, cū camera tenent, quòd viuente prælato eius debita debent ſolui de fructibus beneficij. capit. peruenit. de fide iuſ. ſecundum Archidiaco. Ioann. Andr. in nouella. in capit. ſtatutum. §. acceſſorem. de reſcrip. libr. vj. ſed poſt mortem creditores deberent probare fuiſſe conuerſum in vtilitatem eccleſiæ de quo ibi latiùs, Oldra. verò conſi. cclxix. incipiente. Quęritur. videtur ſentire, quòd debita contracta intuitu eccleſiæ debent ſequi Epiſcopalia bona, dum taxat, & non hæredes Epiſcopi, ſicuti de milite dici-
6 tur: † qui habet duplex patrimoniū, videlicet caſtrēſe & paganicū: nā debita contracta in bello ſequuntur peculium caſtrenſe: ſecus ſi ſint contracta alibi. l. ſi certarum. §. j. ff. de teſta. mili. & licèt creditores viuente milite poſsint eligere in quibus bonis fiat executio. l. creditoris. ff. da diſtra. pigno. tamen ſecus eſt poſt mortē militis. quia fit diſtinctio patrimoniorum: quia creditores perdunt iſtam electionem: ſecundum Bald. ibi, ſi tamen bona vnius patrimonij non ſufficerent, tunc ſuppletur ſuper alio patrimonij vt ſoluatur creditoribus: ſecundū Barto. ibi, & iſtud facit in argumentum quòd quando fiſcus eccleſiæ habet plures cameras, quòd illud quòd nō poteſt ſolui ex vna, debet ſuppleri ex alia: ſecundum Bald. ibi. An autem valeat conſuetudo quòd prælatus eccleſiæ poſsit teſtari de bonis mobilibus? gloſſ. in ſumma xij. quæſtio. v. tenet quòd ſic. de quo per Archidia. ibi, & per Ioann. Andr. in capit. nemo. de regu. iur. libr. vj. in mercu. & per Pa-
8 normita. in capit. in officijs. de teſta. † reſpectu verò expenſæ infirmitatis vel funeris prælati debet

fieri expenſæ eccleſiæ:ſecundum Panormita. in ca. vt prætetitæ.de elect.& in dict.capi.j.de ſolut.& in eius diſputatione incipiente, Sempronius.vbi format ſex dubia,de quo etiam per Bartol.in l.in hæreditate.C.de peti.hære. Adde deciſio. Tholoſa. cccexcvij. quòd licèt Epiſcopus poſsit donare inter viuos. l.vel lx. in eccleſia inferiori vel pro magnificãdis ſepulturis.cano.bonæ rei.xij.quæſt. ij.& capit. apoſtolicæ.de dona.ſecus in teſtamento:& pariter expenſa funeris prælati debet fieri de bonis eccleſiæ etiam ſi habeat bona patrimonialia dum tamen talis expenſa non fiat ad pompam.Et iſtud erat vnum principale dubium,in dicto proceſſu dicti Plouerij & domini ſancti Valerij : quia dictus Plouerij primo egerat contra dictum dominum ſancti Valerij tanquàm hæredem dicti domini Ludouici de Pictauia Epiſcopi Valentinenſis, & diœceſis pro bonis patrimonialibus non facta priùs diſcuſsione ſuper bonis ſpolij, licèt pater dicti Plouerij fuiſſet deputatus vnus ex æſtimatoribus dictorum bonorum ſpolij.Nec obſtat ſi dicatur quòd dictus dominus Epiſcopus obligauerat patri dicti Plouerij eius bona: quia ad iſtud reſpondetur,quòd ipſe videtur contraxiſſe tanquàm prælatus eccleſiæ, ex quo ſe intitulat Epiſcopum,& in eius ſigillo imprimitur croſsia. faciũt not. per Bartol.in l.j.§.nunciatio.ff.de oper.noui nuncia.prætereà vbi eſſet locus hypothecariæ actioni contra bonorum poſſeſſores,eſſet prius neceſſe diſcutere bona ſpolij ex quo debitum eſt contractũ pro negotio eccleſiæ,& pro officiario & ſeruitore, prout ſupradictum fuit.

ARGVMEMTVM.

Obligatio ſecunda inter eaſdem partes facta quantitatis diuerſæ,&,alio tempore quòd ex cauſa quæ prior obligatio, facta eſſe non cenſeatur: nec prior obligatio per ſecundam nouatur: imò peti poſſunt ambæ.

SVMMARIVM

1 *Alimenta bis legata quòd ſemel tantùm præſtentur.*
2 *Quantitas una licèt bis promiſſa fuerit, quòd non niſi ſemel debeatur.*
3 *Obligatio facta ſuper certa quantitate pecuniæ poſtmodum & ſecundò promittitur eadem quantitas diuerſo tamen tempore, an diuerſa debita præſumantur, an unum.*
4 *Quid ſi diuerſæ ſint ſummæ?*
5 *Quid in quitantijs.*

Quæſtio CCCCXXXVIII.

QVAERITVR an ſecunda obligatio diuerſæ quantitatis facta inter eaſdem partes diuerſo tempore præſumatur ex eadem cauſa debiti facta : adeò quoad effectum habeat nouare præcedentem obligationem,an verò econtrà præſumãtur eſſe diuerſæ quantitates,adeò quòd licitè ambę peti poſsint. Dubiũ facit ex quo diuerſæ ſcripturę, & ſic quòd ambæ ſummæ licitè peti poſsit.l.quinquaginta.ff.de proba.l.planè.§.j.ff.de lega.j.l.cùm centum.ff.de adimen.lega.l.triticum.ff.de verbor. obligat.cum ibi notat. Non obſtat l. Sempronius Proculo. ff. de legat.ij. vbi debetur ſolùm minor quantitas:quia licèt ibi ſint diuerſæ ſcripturæ : tamen ſint de eodem tempore, & non diuerſæ,& ſic quòd in dubio debeatur minor ſumma. Non obſtat etiam l.libertis.l.ij.ff.de alimen.& ciba. lega.
1 vbi habetur,† quòd licèt legentur alimenta bis : tamen non debentur niſi pro ſemel : quia ibi fiunt legata ex eadem cauſa debiti alimentorum: vel quia tale legatum non recipit duplicationem : ſecundũ Salyce.& Floria.in dict.l.quinquaginta. Non obſtat etiam l.qui bis.& l.ſi dari.ff.de verbo. obli. vbi
2 vna† licèt quantitas fuerit bis promiſſa:tamẽ non debetur,niſi ſemel:quia ad iſtud reſpondetur quòd ibi fit animo nouandi,ſaltem tacitè:aut quia appa
3 ret de intentione partium,aliter non.† Et ideò quãdo apparet de numeratione per teſtes,& poſteà diuerſo tempore fit promiſsio de eadem quantitate per ſtipulationem præſumuntur diuerſa debita, niſi aliter appareat de intentione partium : vt quia fuit dictum , quòd in hac vltima obligatione includantur præcedentes obligationes:ſecundum Bart. in dict.l.planè.§.ſi eadem.ff de legat.j.& in l.ij.ff. de noua.& in dict.l.cùm centum.ff.de adimen. lega.vbi facit certam diſtinctionem,quando ſecunda ſcriptura habet relationem ad primam: quia in dubio non debetur,niſi vna ſumma,de quo ibi latiùs per ipſum. Sed idem Bartol.in dict.l. triticum. ff.de verbor.obliga.videtur facere differentiam in confeſsionibus extraiudicialibus,vbi in dubio pręſumitur eadem quantitas : ſecus in confeſsione iudiciali:vel ſtipulatione, vbi debetetur vtraque quãtitas,niſi apponatur clauſula computata omni alia quantitate,prout ſuprà dictum fuit:ſecundum Ange.in dict.l.planè.§.ſi agas.de quo per Specu.in tit. de iſtru.edit.§.poſtquàm.verſicu.vbi autem, & per
4 Alexan.de Imol.conſil.iiij.in j.volumi. † quia propter diuerſitatem ſummarum præſumitur diuerſitas obligationum:ſecundum Bartol. Ange. Ioann. de Imol.in l.ſcire debemus.ff.de verbor.obligat.niſi aliter conditio perſonæ debitoris eſſet ruralis argumento.l.cum de in debito.ff.de proba.& maximè præſumitur ſumma duplicata,quando aliter o-
5 bligatio redderetur inutilis, † & idem videtur in quitantijs, quòd in dubio præſumuntur diuerſæ quantitates:ſecundum gloſſ.in l.ne caſu .C.de diſcu.libr.x.niſi fiat mentio quòd vna includatur in alia,prout ſuprà dictum fuit,faciunt etiam not.per gloſſ.& doctor.in l.Valerius. ff.de præto.ſtipu. & in l.fina.C.de noua.de illo qui ſe obligauit ſoluere in certis nundinis:an præſumatur eadem quantitas vel ne. Et licèt hodie non fiat nouatio niſi expreſsè dicatur: vt in.§.prætereà. inſti.quib. mod.obliga.tolla.& dict.l.fina.C.de noua.tamen adhuc in caſibus in quibus antiquitùs fiebat nouatio etiã habet locum ope.exceptionis, & ibi notatur per gloſſ.& doctor.& iſtud etiam facit pro dicta cauſa Plouerij, & domini ſancti Valerij:quia poſt primã obligationem appodixæ dicti domini Ludouici de Pictauia,Epiſcopi Valẽtinenſis,& diœceſis de ſumma quinque millium vndecim florenorum vndecim groſſorum ,& decẽ ſeptẽ denariorũ ex poſt facto fuit lata quædam ſententia arbitralis inter eaſdem partes,de ſumma duorum mille ſex centũ ſexdecim florenorum nouem groſſorum quindecim denariorum,non facta ſpeciali mentione de prima obligatione,licèt pro computa exhibita appareret quòd,eſſet eadem cauſa debiti, & ſic per ſecundam obliga-

obligationē derogat primæ, vt etiā retulerūt certi
auditores cameræ computorum aſſumptæ in diffi-
nitione dicti proceſſus.

ARGVMENTVM.

Extracta facta ſuper copia ſcripturæ priuatæ ex
Epiſcopi archiuo authoritate publica valet: & ma
ximè ſtante ſuper hoc conſuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Extracta facta ex archiuo Epiſcopi etiam ſuper ſcriptu-
ra priuata magiſtratus authoritate teſtimonium pu-
blicum habet.*
2 *Epiſcopus ſigillum uel archiuum publicum habere di-
citur.*
3 *Scriptura priuata loci publici ratione quòd fidem faciat.*
4 *Scriptura priuata ex archiuo publico extracta licèt in ter-
ritorio fidem faciat: tamen extra territorium ſecus.*
5 *Copia fidem nullam facit.*

Quæſtio CCCCXXXIX.

QVAERITVR an ſcriptura priuata ex-
tracta ab archiuo alicuius Epiſcopi faciat
fidem, & maximè quando extrahitur ſuper copia,
& ſi valeat conſuetudo ſuper hoc. Et prima facie
videretur dicendum quòd ſic. authentica, ad hæc.
1 C. de fide. inſtrumen. † quia habet teſtimonium pu
blicum: etiam ſi non ſit confectum manu publica:
dum tamen extrahatur authoritate magiſtratus:
ſecundum gloſſ. ibi, etiam ſi ſit ſcriptura priuata.
l. moris. §. ſolet. ff. de pœn. l. in fraudem. §. quotiens.
ff. de iure fiſc. cap. ad audientiam. de præſcrip. verb.
ſufficit. quòd liber ſit repertus in camera Cardina
lis ad hoc vt faciat fidem: vnde ſecundum Ange. in
dict. authentica, ad hæc. licèt ſcriptura reperta in ar
chiuo publico, licèt non ſit publica, tamen facit fi-
dem: dum tamen notarius atteſtetur. Nec obſtat
præmiſsis ſi dicatur, quòd exemplum ſumptum ſu-
per copia, non facit fidem, etiam parte vocata. l. Cē
ſimus. C. de diuer. præſcrip. iuxta notat. per doctor.
in authentica. ſi quis in aliquo documento. C. de
edend. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd hoc ve-
rum, niſi conſuetudo aliter diſponat. cap. cùm dile-
ctus. de fide inſtru. faciunt nota. in cap. ſicut. de pro
2 ba. † Nam Epiſcopus dicitur habere ſigillum vel ar
chiuum publicum. ca. ij. cùm ibi nota. de fide inſtru
men. cap. poſt ceſsionem. de proba. l. ſi qua per ca-
3 lumniam. cùm ibi nota. C. de epiſco. & cleri. † & ſic
ratione loci publici ſcriptura priuata fidem facit:
ſecundum Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de in-
ſtru. edi. §. nūc dicendū. in addi. magna. verſ. Quin
tum ſupplementum. & per Bal. in l. exemplo. C. de
proba. & in rubr. C. de fid. inſtru. circa finem, vbi te
4 net, † quòd licèt ſcriptura priuata extracta ab ar-
chiuo publico faciat fidem infrà territorium: ſecus
ſi extra territorium: quia tunc non faceret fidem: &
de archiuo publico, & quę requirantur habetur la-
tè per Ecly. in dict. ca. ad audientiam. de pręſcript.
vbi ponit decem concluſiones, & inter cętera, quòd
requiratur quòd ſit officiarius publicus deputatus
ad cuſtodiam talis archiui publici. & iſto caſu exē-
plum extractum à tali archiuo publico facit fidem:
ſecundum Inno. in ca. j. de procura. & Ang. in dict.
authentica, ſi quis in aliquo documento. C. de edēd.
Et iſtud erat vnum principale dubium in dicto pro
ceſſu dicti Plouerij & domini ſancti Valerij: quia
pro parte dicti domini ſancti Valerij per magiſtrū
Calliſſeti ſecretarium curiæ & ex cōmiſsione fue-
runt extracta quædā computa vocato dict. Ploue-
rij in domo Epiſcopali Valentiæ, ſuper quadam co
pia vbi cōtinebatur quædam ordinatio arbitrorū
per quā dicta ſumma appodixæ de qua agitur fuit
reducta ad minorem quantitatem, & apponebatur
5 pro parte dicti Plouerij ꝙ non faciebāt fidē: † quia
copia non facit fidem: prout ſunt iura notoria. l. ij.
ff. de fid. inſtru. Sed ſuper hoc pro parte dicti domi-
ni ſancti Valerij fuit deducta & probata conſuetu-
do ꝙ in talibus theſaurarij & receptores qñ rema-
nent creditores per finē cōputi retinēt originale pe
nes ſe, & copia ponitur in camera domus Epiſcopa
lis Valentiæ ad hoc deputata, & talibus copijs eſt
ſolita adhiberi fides, & aliâs prout in dicto proceſ
ſu cōtinetur: quia hic ſolū cauſa memoriæ tāgo pū
cta principaliora, vt meliùs veritas intelligatur.

ARGVMENTVM.

Pro arbitrorum poteſtate ſeu ſententia an ſit præ-
ſumendum.

SVMMARIVM.

1 *Pro poteſtate alicuius non præſumi regulare, maximè arbi-
trorum uel delegati.*
2 *Sententia arbitrorum quòd ualeat, ſi in ſententia narrati-
ua de illorum poteſtate mentio fiat: aut ſententia parti
bus præſentibus & adſentientibus lata ſit: & ſi de com
promiſſo non appareat.*

Quæſtio CCCCLX.

QVAERITVR an laudū ſeu ſentētia arbi
trorū ſit nulla defectu poteſtatis, an verò ſit
præſumēdum pro poteſtate, propter verba narrati-
ua ſententiæ in quibus fit mentio ꝙ arbitri ſeu ar-
bitratores fuerunt electi de conſenſu partium, &
quando ſententia eſt lata partibus præſentibus &
1 non contradicentibus. Et in effectu, † regulari-
ter non pręſumitur pro parte alicuius maximè arbi
trorum vel delegati. l. non diſtinguemus. §. de offi-
cio. ff. de arbitr. capit. cùm in iure paritus. de officio
delegat. nec poteſt emologari laudum vbi non ap-
paret de poteſtate compromiſsi. capit. examinata.
de confirma. vtil. vel inutil. ſecundum Bald. de pa-
ce conſtan. ſuper verbo, ſententiæ. Sed pro contra-
2 ria parte facit in caſu iſto, † quando in narratiua
ſententiæ fit mentio de poteſtate arbitrorum, vel
quando eſt lata partibus præſentibus & conſentiē
tibus: quia tūc poteſt peti executio laudi, licèt de cō
promiſſo nō appareat. ſecūdum Ang. in l. ſciēdum.
ff. de verb. obli. & eſt ratio ſecundū ipſum: quia par
tes potuiſſent facere illos tūc arbitros: ſecus in iudi
ce vel delegato: quia priuatorū cōſenſus nō tribuit
iuriſdictionē. l. priuatorū. C. de iuriſdi. om. iudic. &
ita etiā tenet Io. de Imol. in d. l. ſciendū. ff. de verb.
oblig. quia vbicunq; partes in inſtrumēto aliquid
denunciāt, ſuper quo habēt poteſtatē diſponendi,
tūc ſtatur eorū aſſertioni. l. optimā. C. de cōtrahē. &
cōmit. ſtipu. & pariter pręſumūtur pro poteſtate ar
bitrorū propter quaſdā literas productas per dictū
Plouerij ad cōpellandū dictū dñm quondā Ludoui
cū de Pictauia medicū ante ordinationē arbitro-
rū infrà eundem annū. Et iſtud etiā erat vnū princi-
pale dubiū in dicto proceſſu, ſi præſumeretur pro
poteſtate dictorū arbitrorū per iura ſuprà allegata.

ARGVMENTVM.

Hæres theſaurarij vel publici receptoris quòd ad rationum ſiue computorum & reliquorum redditionem de adminiſtratis per defunctum reddere teneatur.

SVMMARIVM

1 *Adminiſtrator quiſquis fuerit rationes reddere tenetur.*

2 *Theſaurarij ſeu receptores ſi in exigendo quod ſibi fuerat cōmiſſum negligentes ſint, quòd id quod reliquum eſt, ſoluere teneantur.*

3 *Theſaurarij ſeu receptores rationes ſcripto edere tenentur.*

4 *Receptores generales rationes quomodò conficere debeāt.*

Quæſtio CCCCXLI.

QVAERITVR an hæres alicuius theſaurarij ſeu receptoris teneatur ad redditionem computi & reliquorū integraliter de adminiſtratis per defunctū. Et in effectu actiones tranſeunt in hæredē actiuè & paſsiuè. l. ſi pactum. ff. de proba. l. veteris. C. de contrahen. & cōmit. ſtipu. l. iuriſgentiū. §. ſi pactorum. ff. de pact. l. j. C. vt acti. ab hære. & cō
1 tra hære. incipi. & ita eſt in propoſito: † quia quibus adminiſtrator tenetur reddere computum & reliqua, & oritur actio directa & contraria: ſicuti in actione generali tutelæ, negotiorum geſtorum, mādati, & ſimilium. l. j. & ij. ff. de nego. geſt. toto tit. ff.
2 de tute. & ratio diſtra. Quinimò † iſti theſaurarij & receptores quādo fuerunt negligētes in exigendo vel recuperādo iura eorum receptæ & officij tenētur ſoluere & emēdare de proprio l. miſsi opinatores. C. de exactor. tribu. li. x. Adde an iſti receptores quādo nō exigunt ad plenum an teneāt amēdare de ſuo, glo. in l. j. ff. de mune. & hono. & per Bar. in l. fi. §. mixta. eo. tit. & in l. iij. §. actor. ff. de re iudi. & per glo. Bar. Io. de Pla. in l. ij. C. de appo. pu. lib. x. & in l. j. C. de omni agro deſer. lib. xj. & per Ioan. de Pla. in l. j. C. vt nullus ex vica. pro alie. debi. libr. xj. & debet attēdi cōſuetudo, aut ſtatutum ſuper hoc: ſecundum Bartol. in d. §. mixta. vide de materia de exactoribus talliarū per do. Gui. Pap. deci. lxxxvij. Item etiā finito officio debent facere bonam receptam, vt ibi habetur. l. ſuſceptores. la j. C. de ſuſcept. libr. x. & debent reddere cōputum quolibet anno.
3 ſecundum Bar. ibi † & debent reddere computum in ſcriptis: ſecundum Bart. in l. apparitores. eod. tit. & etiam debet ſoluere reliqua. l. ſtatu liberi. §. fina. ff. de ſtatu libe. l. cùm ſeruus. ff. de condi. & demon. niſi aliter conſuetudine ſeruaretur, quòd finito officio reſtæ debitorum remanerent ſucceſſori in officio: vt in dict. l. miſsi opinatores. notatur. ſed quando hæres receptoris tenetur facere bonam receptam, tunc debent ſibi remanere iura & actiones
4 contra debitores, vt ibi habetur. † Nam receptor generalis in redditione computi prius debet incipere computum & receptā, & deinde ab expenſa ſeu miſia: ſecundum glo. in l. Thais. §. libertatem. ff. de fideicommiſs. liber. vnde quando receptor aliquid occultat de recepta, punitur in pœna dupli vel quadrupli. Et iſtud erat etiam vnum dubium in dicto proceſſu Plouerij: quia eius pater fuerat receptor generalis dicti quondam domini Ludouici de Pictauia Epiſcopi Valentinenſis & Dyenſis, & in eius computis non fecerat receptam generalem, de quo oppoſuerat dictus dominus Sancti Valerij & aliâs prout pleniùs conſtat in dicto proceſſu diffinito in manibus dicti Galliſſeti. Sed quia iſtud tangeret bona ſpolij prælati in quibus ſuccedit ſucceſſor in Epiſcopatu, & non hæres prælati, cap. quia ſæpè. de elect. libr. vj. & capit. præſenti. de offic ordi. libr. vj. & cle. ſtatutum. de electio. authentica licentiam. C. de epiſco. & cleri. ideò iſtud eſſet opponere de iure tertij, ideò relinquo cogitandum: licèt dictus Plouerij prætenderet ꝙ eius pater non tenebatur, niſi de receptis per concluſionem computorum.

ARGVMENTVM.

Si in rationibus reddendis erratū ſit, iudicis partes eſſe nouos auditores cōmittere, qui rationibus auditis referant an, erratum ſit vel non.

Quæſtio CCCCXLII.

QVAERITVR quando agitur de redditione auiſione computorum erroris calculi, an iudex debeat deputare aliquos expertos in arte ad calculandum & reuidendum talia computa, ſi ſit error vel ne. & dicendum quòd ſic. l. ſi cui libertas. ff. de condi. & demonſtra. & ibi per Bartol. l. ij. C. de vſur. & fruct. lega. ſecundum Barto. in l. creditor. ff. de diſtra. pigno. & in l. inſtar. C. de iure fiſc. lib. x. Et iſtud fuit obſeruatum in dicto proceſſu diffinito dicti Plouerij & domini ſancti Valerij: quia dictus dominus ſancti Valerij propoſuerat errorem in computis patris dicti Plouerij, & petijt deputari aliquos auditores cameræ computorum, & ita fuit obſeruatum: quia fuerunt deputati domini auditores Fiardi & Cocti, qui fecerunt eorum relationem verbalē in diffinitione dicti proceſſus inquantum concernit dicta computa.

ARGVMENTVM.

Cauſam nouam agendi proponens iudicio pendente, quòd reus à prima cum expenſis abſoluendus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Clauſ. generalis, peto iuſtitiam miniſtrari, quòd nō reſtatur ubi ſpecialis clauſula expreſſa ſit.*

Quæſtio CCCCXLIII

QVAERITVR quando pendente iudicio proponitur alia cauſa noua agendi, an debeat ferri abſolutoria ab obſeruatione iudicij cum expenſis, an verò debeat pronunciari ſuper meritis ſaluis expenſis contra actorem. Et videretur dicendum quòd non tenet iudicium, licèt probetur de alia cauſa ex quo intentio libellantis fundatur ſuper alia cauſa. l. habebat. ff. de inſtitu. ſecundum Bartol. in l. j. ff. de edend. Innocen. & Panormita. in capitu. ex parte. de priuileg. & Alexan. de Imol. conſil. xxxj. in j. volumi. faciunt notat. per docto. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de verborum obligationi. & in l. edita. C. de edend. Nec
1 obſtat † clauſula generalis, peto iuſtitiam miniſtrari: quia non refertur vbi eſt cauſa ſpecialis expreſſa. Et iſtud etiam erat vnū dubium in dicto proceſſu Plouerij: quia à principio proceſſus ipſe egit hæreditario nomine eius patris, & fuit lis conteſtata: ſed ex

ta:ſed ex poſt facto,circa fin.dicti proceſſus dictus
Plouerij propoſuit aliã cauſam agendi videlicet,ꝙ
dictũ debitũ de quo agebatur cũ alijs debitis eius
patris fuerant ſibi data per eius patrẽ in contractu
matrimonij dicti Claudij Plouerij cũ nobili Symo-
neta Rabotæ, licèt dictus Plouerij prætẽderet ꝙ
nõ propoſuit præciſè nouã cauſam agẽdi,niſi cau-
ſatiuè quatenùs expedierit.de quo me refero in a-
ctis dictę cauſæ.

ARGVMENVTM.

Pecunia depoſiti depoſitariũ propter domini volũ-
tatem vti non debet:& mercedem quandoquè ac-
cipere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſter & depoſitarius non niſi ſimplices cuſtodes &
commendatarij ſunt.*
2 *Rerum depoſitarum dominium quòd in depoſitarium & ſe
queſtrum non transferatur. & nu. præceden.*
3 *Depoſitarius re depoſita præter domini uoluntatem u tens
furtum committit.*
4 *Vſuræ hodie ratione intereſſe petuntur.*
5 *Sequeſter uel depoſitarius,an & quando ſuæ cuſtodiæ mer
cedem ſeu ſalarium recipere debeant.*
6 *Iudici ſalarium conſtitui non poteſt.*

Quæſtio CCCCXLIIII.

QVAERITVR an ſit licitũ ſequeſtro vel
depoſitario vti pecunia depoſita, &vbi eſſet
permiſſum an teneatur reddere rationem de intereſ
ſe honeſtè lucri,& an debeat cõſtitui ſalariũ ſeque-
1 ſtro. Et in effectu dubiũ facit: † quia ſequeſter vel
depoſitarius nõ eſt,niſi ſimplex cuſtos & cõmenda
tarius,adeò ꝙ non trasferatur dominiũ in depoſita
rũ.l.licèt.§.rei depoſitæ.& l.Lucius.ff. depo.faciũt
not.per glo.& doct.in ca.nemo.de elect.libr.vj.pro
quo etiã facit glo.in l.cũ quid.ff.ſi cert. pet.in quæ
ſtione illa tolle an pecuniã, an in dubio ſit mutuũ,
vel donatio,aut depoſitũ,licèt in dubio quãdo nu-
meratur pecunia ad pondus:vel numerũ intelliga-
tur mutuũ,& trãsfertur dominiũ:& in dubio vide-
tur actũ,ꝙ tantũdem reddatur in genere: ſecũdum
glo.in l.eius.verſ.quas verò.ff.ſi cert.pet.& in l.die
ſponſalitiorũ.ff.depo.ſecus ſi pecunia eſſet conſi-
gnata & deſignata in ſacculo.quia tunc eſſet depo
ſitum.ſecundum gloſ.ibi l.ſacculũ.& l. Lucius.eo.
2 titu.† Sed in ſequeſtro videretur diuerſa ratio:quia
non interuenit iuxta cauſa trãsferendi dominium
pecunię ſequeſtratæ in perſonam ſequeſtri.l. nun-
quàm nuda.ff.de acqui.rer.domi.& ſic debet rema
3 nere in natura depoſiti ſeu ſequeſtri: † quia quan-
do depoſitarius vtitur re depoſita cõtra volunta-
tem domini committitur furtũ.l.ſi depoſiti.C.de-
poſit.& in caſu in quo depoſitarius vtitur pecunia
depoſita antiquitùs tenebatur ad vſuras.l. ſi de-
poſitam.C.depoſit.& licèt hodie vſurę ſint prohibi
4 tę:†tamen poſſunt peti ratione intereſſe.l.ſi meum.
ff.pro ſoc.l.curabit.C.de acti.empt.ſecundum glo.
in l.cunctos.populos.C.de ſumma trini.& in c.con
queſtus.de vſu.Nec obſtat ſi dicatur ꝙ pecunia cõ
putatur inter bona quæ ſeruando ſeruari non poſ-
ſunt:iuxta.nota.per gloſſ.in l.j.§.fuit quæſitum.ff.
ad trebel.quia tutor poteſt darę pecuniã pupillarẽ
mutuo,ſeu ad honeſtum lucrum,authentica nouiſ
ſimè.C.de admi.tut. Quia ad iſtud reſpondetur:ſe-
cundum glo.ibi,ꝙ tale lucrum con debet remane-
re tutori.l.ſi negotia.ff.de nego.geſt.de hac mate-
ria etiã habetur per Io.And.in addi ad Spe.in rub.
depoſit.&,in deci. Tholoſ.clxvij.& per Alex.conſ.
lxxx.in ij.volu.& per Cyn.Bald.in l.incendiũ.C.ſi
5 cert.pet.† Sed redeundo ad quęſitũ de ſalario ſeque
ſtri vel depoſitarij,quando ſequeſter remaneret in
damno debet ei cõſtitui ſalariũ,quia officiũ nõ de-
bet eſſe alicui nociuum.l. ſi quis ex ſignatoribus.
ff.quemadmod.teſta.apper.l.j.C.de præbend.ſolæ.
libro.x.l.mulieri,in opus ſalinarum.ff.de cap.pau,
reuer.l.fina.ff.de bonis author.iudi.poſsid. & hoc
voluit Bal.in l.ſi oleum.& Ang.in l.intereſſe. ff.dę
acqui.poſ.& d.Franc.de Cur.in repetitione.l.j. C.
de prohibi.pecu.ſequeſt.aliàs in tract.de ſequeſtris
in xxiiij.quæſt.& ideò quando ſequeſter non habę
ret domum ſufficientem pro cuſtodia rei ſequeſtra
tæ:poteſt vnam domum conducere expenſis fru-
ctuum,vel rerum.l.is cui,§,qui legatorum.ff.vt in
poſſ.lega.faciũt not.per Bar.in l.litibus.C.de agri-
co.& cenſi.libr.x.& per Salyc.in d.l.j.C.dę prohib.
pecu.ſequeſt.Adde Bal.in l.ſi oleũ.ff.de dona.vbi
tenet ꝙ ſequeſter poteſt accipere mercedẽ cuſtodiæ
ſuæ,& hoc quando eligitur à partibus,ſed nõ quan
do per iudicem publica authoritate,licèt damnum
non debet ſibi inferri.l.fin.circa fin.C.de bon.au-
tho.iudi.poſs.licèt illud quòd glo.dicit de mercede
eſt diuinare: ſecundum Bal.ibi.Sed in caſu iſto de
quo agitur non apparet ꝙ ſequeſter fuerit in dam-
no, nec quod locauerit aliquas domos pro cuſto-
dia rerũ ſequeſtratarũ. Quinimò ipſe vſus eſt pecu
nia ſequeſtrata pro negotijs ſuis,quæ poterat im-
plicari ad aliquod honeſtũ lucrũ.c.per tuas.de do-
na.inter vi.& vxo.cũ ibi not.per Io.And.& Panor.
& per Io.de Imol.in l.inſula.§.vſuras.ff.ſolut.ma-
tri.faciũt not.per glo.& doct.in d.authen.nouiſſi-
mè.C.de admi.tuto.Et præmiſſa faciũt ad quæſtio
nẽ ſuper executione arreſti, ſeu ſẽtẽtiæ latæ ſuper
bonis ſpolij reuerẽdi dñi quondã Ioãnis Deſpinay
Epiſcopi Valẽtinenſis & Dyẽſis vbi nobilis Ioãnes
de Saliente grauaterius fuerat deputatus ſequeſter
ſub manu Delphinali, & vſus fuerat pecunia dicti
ſpolij de ſumma ſexdecim centũ librarũ.turonẽſiũ
ſaluo pluri & alia bona mobilia dicti ſpolij inuẽto
riſata erãt repoſita in domibus Epiſcopalibus Valẽ
tiæ,& Dyenſis reſpectiuè, nec apparebat ꝙ paſſus
fuerit dãnum in locatiõe domorũ.Sed hoc nõ ob-
ſtãte petebatur ſibi cõſtitui ſalarium:quia talis ſe-
queſter propriè nõ eſt officialis: quia iudici nõ põt
cõſtitui ſalariũ:ſecũdũ gl.in l.de iure:ff.ad munici.
aliàs ad pręſens nõ declaro:quia quęſtio pẽdet' co-
rã me,licèt ſatis appareat reſpõſio ex ſuprà ſcriptis.

ARGVMENTVM.

Sequeſter de bonis vel fructibus qui ſeruando ſer-
uari non poſſunt,an & quando teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſter de culpa & negligentia tenetur.*
2 *Fructus & mobilia quando ſeruari non poſſe dicantur.*
3 *Res quæ tractu temporis deteriorantur q. æſtimandæ ſint.*

Quæſtio CCCCXLV.

QVAERITVR an ſequeſter teneatur de
bonis mobilibus vel fructibus qui ſeruando

ſeruari non poſſunt, ſi conſumantur vel deterioré-tur, ſi non vendiderit & pretium collocauerit ſeu
1 conſeruauerit. Et in effectu: † ſequeſter tenetur de culpa ſeu negligẽtia qñ nõ venit.d.l.res quę ſeruãdo ſeruari nõ poſſunt l.diuus.ff.de peti.hęre.l.ſi oleũ.ff. de dona.& ibi per Barto.quia ipſe tenetur vendere tales res &,de pretio rationem reddere.facit l.impe ratores.§.fin.cum ibi nota.per Ang.Areti.ff.de ap pel.& per Salyce.in dict.l.j.C.de prohibi.pecu. ſe-queſt.& Franciſ.de Cur.in dict.tractatu.de ſeqſ.
2 quæſt.xxiij.† & dicuntur ſeruari non poſſe,quãdo non poſſunt ſeruari vltra triennium:ſecundum glo. in l.j.C.ſi aduerſus vſucа.facit l.quæ tutores. C.de admi.tut.& de intereſſe deteriorationis habetur in l.domos.ff.de legat.j.& in l.mulier.§. ff.ad tre bel.veruntamen de rebus quæ vſu ſucceſſu tempo-ris conſumuntur,eſt vtile quòd à principio inuen-tarij æſtimantur:ſecundum Salyc.in l.fina.arbitri. tutel.& in l.fin.C.de magiſt.conue.licèt Bal.ibi ali ter videatur ſentire. Veruntamen ex quo ſucceſſu temporis cõſumuntur,ſufficeret reddere in eodem ſtatu,quo ſunt:quando redduntur,ſi non interue-nerit culpa:ſecundum Barto. in l.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus aut alius prælatus an poſsit teſtari de bonis mobilibus eccleſiæ ad pias cauſas, & pro magnificandis ſepulturis,& an valeat conſuetudo in talibus.

SVMMARIVM.

1 *Prelatus regulariter non teſtatur de bonis aut fructi-bus eccleſie, niſi pro remuneratione ſeruitiorum.*
2 *Prelati æquiparantur in uita uſufructuario in morte uſuario.*
3 *Prelatus per uiam teſtamenti non teſtatur etiam ad pias cauſas.*
4 *Prelatus æger poteſt donare de bonis intuitu eccleſie quæ ſitus.*
5 *Conſuetudo eccleſie nociua non ualet.*
6 *Conſuetudo quòd prælatus teſtari de bonis eccleſie poßit, ualet.*
7 *Hæredes prælati aut canonici in quibuſdam eccleſijs perci-piunt fructus beneficiorum intra annum obitus, dedu-ctis tamen oneribus pro ſeruitio diuino.*

Quæſtio CCCCXXXXVI.

QVAERITVR an Epiſcopus ſeu alius prælatus eccleſiæ poſsit teſtari etiam de bo-nis eccleſiæ, ſaltem mobilibus ad pias cauſas, ſeu pro magnificandis ſepulturis:& an valeat conſue-
1 tudo in talibus? Et in effectu regulariter †prælatus eccleſiæ non põt teſtari de fructibus aut alijs bonis eccleſiæ.cap.fin.de pecu.cleri.ca.j.& cap. relatum. le ij.de teſta.authentica.licentiam.C.de epiſ.& cle ri.niſi pro remuneratione moderata ſeruitiorum.d.
2 capit.relatum. † quia tales prælati æquiparantur in vita vſufructuario,& in morte vſuario:ideò non poſſunt teſtari de bonis eccleſiæ: ſecundum gloſſ. in cap.præſenti.de offi.ordi.lib.vj.quòd totus mõ-dus allegat,licèt dict.gloſſ.videatur facere differen tiam, quando eſt beneficiũ in adminiſtratione, & tũc non poſsit teſtari:ſecus ſi beneficiũ ſit ſimplex ſine adminiſtratione:vt canonia,vel capella: vt ibi notatur veruntamen per modum teſtamenti:ſeu vl
3 timæ diſpoſitionis prælatus nõ poteſt teſtari: † etiã ad pias cauſas:ſecundum Bald.in dict. authentica: licentiam:quia etiam pro magnificandis ſepultu-ris non poſſet teſtari:ſecundum Archid.in ca. quia Ioannes.xij.quæſt.v.& in ca.bonę rei.xij.quæſt.ij. & Panormi.in ca.apoſtolicæ.de dona.Et eſt ratio, quia teſtamentum porrigitur ad tempus, quo non eſt futurus prælatus:& ideò nõ poteſt teſtari etiam pro anima:ſecundum Panor.in rubr.de teſta.ca.re-quiſiſti.de teſta.& ſic non obſtat dict.c.bonæ. & c. apoſtolicæ.quia licèt Epiſcopus inter viuos poſsit donare quinquageſimam pro fundatione nouę ec-cleſię,ſeu religionis,vel quinquageſimã , vel ſexa-geſimam pro manificãdis ſepulturis:ſecus in teſta-mento vel vltima volũtate prout ſuprà dictum
4 fuit.veruntamẽ Epiſcopus in ægritudine † conſti-tutus de rebus mobilibus intuitu eccleſiæ quęſitis poteſt facere donationẽ moderatam.c.ad hęc.dict. ca.relatũ.le ij.de teſta.c.cæterùm.de dona. facit ca. pręſenti.§.porrò.de offic.ordi.lib.vj.& pariter po-teſt facere donationẽ remuneratoriã:ſecundũ Ioã. And.in addi.ad Specu.in rubr.de reb.eccl.nõ alie. dum tamẽ conſtet verè de meritis,& ſeruitijs,aliter quàm per confeſsionẽ prælati. l.qui teſtamentum. ff.de proba.l.ſi fortè.ff.de caſtran.pecu.facit c.cùm olim.le.ij.de priuile.& de hac materia etiam habe-tur,per Barba.in tracta.de pręſta.Cardi.& per Phi lip.Franc.in rubr.de teſta.Sed redeundo ad quæſi-tũ,an valeat conſuetudo teſtandi de bonis mobili-bus,ſeu fructibus eccleſię?Dubiũ facit,quia poſſet
5 eſſe †nociua eccleſię:& ſic nõn deberet tenere.ca.j. de conſue.veruntamẽ ſecundum Hoſti.in ſumma de dona.§.& quid.& in titu.de ijs quę fi.à pręla.§. in quibus.verſ.ſed nũquid generalis cõſuetudo ha bet quòd pręlati ſuam pecuniã,æquos fructus,& res ſe mouentes,& reſ im obiles donãt pro libito vo lũtatis:& de iſta conſuetudine teſtãdi de bonis mo
6 bilibus eccleſię,quod † valeat,tenet glo.in ſumma. xij.quęſt.v.& Ioan.And.in c.nemo.de reg.iur.lib. vj.in mercu.& ibi refert de conſuetudine in aliqui-
7 bus eccleſijs,ꝙ hæredes prelati,ſeu † canonici ſuc-cedunt in fructibus etiam percipiendis infrà annũ obitus, deductis oneribus pro ſeruitio diuino,de quo per Panor.in ca.in officijs.& repetitione capi-tuli,cũ eſſes.de teſta.licèt eſſet ſecurus obtinere li-cẽtiã à Papa teſtãdi de bonis,ſeu fructibus eccleſiæ ſaltẽ vſque ad certã quantitatẽ: veruntamẽ quãdo ſucceſſor Epiſcopi in Epiſcopatu cõſentit expeditio ni legatorũ in hoc debet habere reſpectus:quia ad ipſum ſpectãt bona ſpolij.c.quia ſæpè.de elect.libr. vj.& dict.ca.pręſenti.in fin.& cle.ſtatutũ.de elect. Et pręmiſſa faciunt ad quęſtionem ſuper proceſſu, bonorum ſpolij reuerendi quondam domini Ioan nis Deſpinay Epiſcopi Valẽtinenſis & Dyenſis,vbi in eius teſtamento pro eius anima mille ſcuta di-ctis eius eccleſijs Valentiæ & Dyenſis. & pro parte capitulorum dictarum eccleſiarum fuerat inducta conſuetudo teſtandi per Epiſcopos dictarũ eccleſia rum ad pias cauſas:& pariter reuerendus dominus Gaſpardus de Turnone Epiſcopus modernus Va-lẽtinenſis & Dyenſis conſentijt expeditioni dicto-rum legatorum.&c.

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis an ſit neceſſaria in teſtamentis ad pias cauſas.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Legata non debentur niſi adita hæreditate.*
2 *Executores deputati à teſtatore habentur loco hæredis.*
3 *Teſtator nõ uidetur mortuus inteſtatus, qui deputauit executores ſuæ ultimæ uoluntatis.*

Quæſtio CCCCXLVII.

QVAERITVR an valeat teſtamentum ad pias cauſas, ſi non adeatur hæreditas: & an exequutores ordinati in teſtamento ad diſtribuendum bona defuncti habeantur loco hæredis?
1 Et in effectu regulariter non valent legata, † niſi adeatur hæreditas.l.eam quam. C.de fideicommiſſis.l.ſi nemo.ff.de teſta.tute.etiam quoad legata ad pias cauſas requiritur quòd adeatur hæreditas, ſaltem ab inteſtato.ſecundum glo.ſingularẽ in l. cum filio.§.j.ff.de hæred.inſt. de quo ibi latiùs per Io.de Imol.& per Barto.& cæteros in l.j.C.de ſac. ſanct. eccle. Veruntamen quãdo teſtator ordinat eius bo-
2 na vẽdi,& diſtribui inter pauperes Chriſti,& † deputantur executores, tenent locum hẹredis.l.nulli. & ibi Bart.& Bal. & in l. ſi quis ad declinandum. C.de epiſc.& cler.& per Bar.in l.centurio. ff.de vulga.& pup.& in l.alio.ff.de alim.& cib.leg. faciunt nota.per Inno.in c. Ioannes.& c.cùm tibi.de teſta. quia ex quo ſunt deputati exequutores, non vide-
3 tur teſtator † mortuus inteſtatus: vt ibi habetur.& in c.iudicante.de teſta. & vbi exequutores recuſarent exequi,tunc diœceſanus exequeretur.d.l.nulli.de quo etiam in deciſ. Tholo.lxxxix.Et præmiſſa faciunt etiam ad queſtionem ſuper teſtamento dicti domini Ioannis Deſpinay, cum dicto Pariſius Epiſcopi Valentinenſis & Dyenſis: in quo teſtamento legauerat dictis eccleſijs Valẽtiæ,& Dyen.mille ſcuta auri. Itẽ legauit omnia bona ſua mobilia exiſtentia in domibus Epiſcopatuum Valeñ. & Dienſis ſucceſſori meo, dũmodò eligatur à capitulo ſeu capitulis.& alia bona reliquit ad vſus pauperum,& nominauit certos exequutores,qui conſtituerũt certos procuratores in cauſa ſpolij, & nõ apparebat aliter de aditione hæreditatis.

ARGVMENTVM.

Remedium reintegrandæ an competat pro iuribus incorporalibus.

SVMMARIVM.

1 *Iura incorporalia propriè non poßidentur.*
2 *Patientia in incorporalibus habetur loco traditionis.*
3 *Recedendum non eſt à uerbis ſtatuti.*
4 *Executione reintegrationis facta,cenſetur facta adiudicatio expenſarum.*

Quæſtio CCCCXLVIII.

QVAERITVR an remedium reintegrandę ſtatuti, ſi quis per literas. Habeat locum etiam pro iuribus incorporalibus: vti tributis, & ſi ex cauſa facta reintegratione poſsit refuſio expenſarum reſeruari in meritis, ſeu fine litis? Et in effectu verba dicti ſtatuti etiam præſupponunt quòd pro iuribus incorporalibus poſsit implorari dictũ ſtatutum.ibi dum dicitur in poſſeſsione vel quaſi:
1 quia iura incorporalia † propriè non poſsidentur. l.ſeruus.§.incorporales.ff.de acquir.rer.domin.niſi
2 quaſi, & quodammodo: quia patientiã † habetur loco traditionis in iſtis iuribus incorporalibus. l. quotiens.ff.de ſeru. Et ideò habent locum remedia poſſeſſoria in iſtis iuribus incorporalibus ſaltem quoad effectum.vt ibi notat. l.iij.§.ſi denique.ff.de vi & vi arma.etiam in tributis,& annuis prẹſtationibus,maximè de iure canonico.c.querelam.de electio.& not.per Doct.in c.peruenit.de cenſi. Et prẹſertim quando coherent rei:ſecundum Bart. in l.ſi. ff.quor.bon.& per Doctor.in l.ſi certis annis. C.de pact.& in l.cùm de in rem verſo.ff.de vſu. Et ita notatur per dominum Guid.Pap.in dicto ſtatuto, ſuper verbo,vel quaſi. Sed quoad refuſionem expen-
3 ſarum,ſi ex cauſa poſſunt reſeruari in meritis? Dubium facit, quia à verbis ſtatuti non eſt recedendum.l.proſpexit.ff.qui & à quib.manum.lice.nam verba dicti ſtatuti habent quòd cõſtito de duobus extremis,videlicet,de poſſeſsione & eiectione,pars debet ante omnia reintegrari, omni appellatione, & oppoſitiõe ceſſantibus: & debet fieri refuſio expenſarum, ita quòd facta exequutione reintegra-
4 tionis cenſetur facta adiudicatio † expenſarum: & pars violẽta citatur ſuper taxa,& declaratione mulctę, & purgata violentia per in ſtatum priſtinum reſtitutionem auditur poſteà violẽtus: & maximè in ſuprema curia parlamenti ante omnia refundũtur expenſę: licèt in curia inferiori interdum quãdo apparet euidẽs nullitas,differtur refuſio expenſarum. faciunt notat.per Inno. & cęteros in c.ſępè.de appella.ſecundum dominum Guid.Pap. in dicto ſtatuto.ſuper verbo, omni appellatione & oppoſitione ceſſantibus.Et præmiſſa faciunt ad queſtionem ſuper ſtatuto, ſi quis per literas. Intẽtato per dominum Clarimontis,contra Anthonium Monon ſuper ſolutione vnius mutonis à tenentibus ouile in eius mandamẽto eorum eius iudice ordinario. Sed ex poſtfacto cauſa fuit aduocata coram curia: & dictus Anthonius Monom prętendebat,quòd tale tributum debet ſolui à tenentibus ouile de ouibus & hedis extraneis: ſecus de proprijs. Et pariter allegabat aliquas nullitates reintegratas. Et ideò ſi debeat reſeruari refuſio expenſarum in meritis,relinquo cogitandum:quia adhuc pendet lis coram curia.Et pariter pendet ſimilis queſtio ſuper ſtatuto, ſi quis per literas. Intentando per relictã & hęredes nobilis Petri Siluonis contra homines communitatis Liberonis prętextu quorundam nemorum: quia fuit ordinatum ante omnia refundi expenſas,licèt cauſa fuiſſet cœpta priùs coram iudice ordinario Valentię,ex commiſsis curię,ſuper contrario poſſeſſorio. Et deinde dicta relicta dicti nobilis Petri Siluonis tacito de dicta litis pendentia intentauit ſtatutum coram curia:relinquo cogitandum, & me ſemper refero veritati.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus aut eius officialis an habeant capturam perſonæ contra laicos.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictione conceſſa omnia uidentur conceſſa ſine quibus iuriſdictio non poteſt exerceri.*
2 *Epiſcopus non debet uti familia contra laicum.*
3 *Epiſcopus in ſubſidium pro executione ſuæ ſententiæ im-*

plorat auxilium brachij ſecularis.
5 *Matrimonium ante copulam poteſt diſſolui per ingreſſum religionis.*
6 *Infamia irrogatur per capturam.*
7 *Reſiſtere de facto licèt quando quis capitur iniuſtè.*
8 *Epiſcopus poteſt incarcerare laicum in caſu hæreſis.*

Quæſtio CCCCXLIX.

QVAERITVR an Epiſcopus, ſeu eius vicarius, & officialis habeant capturam contra laicos in cauſa matrimoniali,& alijs cauſis ſpiritualibus? Et in effectu prima facie videretur dicendum quòd ſic: & maximè in cauſa criminali: quia in cauſis ad forum eccleſiaſticum pertinentibus iudex ſecularis debet ſeruare ſententiam iudicis eccleſiaſtici,& econtrà. capitu.fin. de exceptio. lib.vj.& ibi gloſ.qui ponit certos caſus, in quibus laicus ſortitur forum coram iudice eccleſiaſtico.facit cle. diſpendioſam.de iudic. Prætereà ex quo eſt
1 conceſſa iuriſdictio iudici † eccleſiaſtico in certis caſibus,videntur conceſſa omnia,ſine quibus iuriſdictio commodè exerceri non poſſet.l.aj.ff.de iuriſdict.omn.c.præterea.& c.ſanè.de off.dele. Et iſtam partem videntur tenere Ioan. Andr. in c.ſi Epiſcopus.de offi.ord.lib.vj.in nouella.& ibi ſequitur Gemi.de quo ibi per Pe.de Anch.& Phil. Fran. Sed in contrarium facit d.c.ſi Epiſcopus.à contrario ſenſu:quia licèt ſit permiſſa captura Epiſcopo in eius clericos,& ſubditos infrà eius diœceſim in caſibus à iure permiſsis:ergo à contrario ſenſu erit ſecus in perſonis laicis.Et pro hoc facit c.ſi clericos. de ſen. excom.lib.vj.& iſtam partã videtur tenere Io. Andræ.in addi.ad Spec.in rubr. de offi. ordin.aliàs eſt ſub rubric.de maior.& obedi.quia Epiſcopus non
2 debet vti † familia contra laicos, nec habere familiam:ſecundum Inno.in c.ſi quando.de offi.deleg. licèt pro executione eius ſententiæ habeat cenſuram eccleſiaſticam.c.dilecto.de ſent.exco. lib.vj.&
3 in defectum & ſubſidium poſsit † implorare auxilium brachij ſecularis. iuxta notata in cap.j.de offi ci.ord.De hac materia etiam habetur per Old.conſilio lxxxvj. & per Pet.de Anch. in repetitione c.ea quæ.de reg. iur.lib.vj.licèt in caſu † hæreſis Epiſcopus & inquiſitor habeãt capturã cõtra laicos.c.per hoc.c.vt officiũ.de hęre.lib.vj.cle.multorũ.de hęre. Sed in cauſa matrimoniali videtur eſſe diuerſa ratio,maximè qñ matrimoniũ nondũ eſt cõſummatũ
5 per copulã carnalẽ: quia † tunc ante copulam carnalem poſſet diſſolui matrimonium per ingreſſum religionis.cap.ex publico. de conuerſ.coniugat.Et ideò non poſſunt præcisè ſponſi ſiue per verba de futuro, ſiue de præſenti, compelli ad ſolemnizandum matrimonium, niſi cauſatiuè, & per cẽſuram eccleſiaſticam.capit.ex literis. el j. & ca.requiſiuit. de ſponſal.Nec obſtat ſi dicatur, quòd quando aliter ſponſorum reddit captiuum in manibus curiæ Epiſcopi, quod debeat permitti captura alterius ſponſi,vt magis habeatur veritas.argu.cap.j.de iudi.libro vj.quia licèt pars poſsit aſsignari etiam in ciuilibus ad reſpondendum perſonaliter, quando meliùs nouit veritatem: vt ibi habetur. & in l.fi.C. de procuratorib. tamen non debet capi: ſed debet procedi per alia iuris remedia, aliâs ſequeretur ab-
6 ſurdum,& eſſet dare occaſionẽ rixæ:quia † per capturam irrogatur ignominia, & infamia. faciunt nota.per gloſſam in l.ſi prouocatione. C.de appel. & in clemen.paſtoralis:§.denique.de re iudic.adeò
7 quòd quãdo quis † capitur iniuſtè de facto, & per violentiam,licitum eſt reſiſtere etiam per parentes, & amicos.iuxta notata per Bartol. & cæteros in l. prohibitum.C.de iure fiſci.lib.x.& in l.ſi in ſeruitute.ff.de furtis.& in l.vt vim.ff.de iuſtit.& iur.& per Cyn.in l.ab executione.G.quorum appellation.& in l.j.C.vnde vi.& per Inno.& Panor.in c.ſi quando.de offic.deleg.Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper quadam cauſa matrimoniali Guigonæ Cochactæ,filię Vinçentij Cochacti,cõtra Michaëlem Cerlim parochiæ ripparum mãdamenti Montiſregalis:quia dicta Guigona prętendebat eſſe matrimonium per verba de præſenti cũ dicto Michaële Cerlim, & recurrerat ad dominum officialẽ Gratipolitanum, qui conceſſerat literas capturæ contra dictum Cerlim,& commiſerat ſeruitoribus nobilis Nicolai de Gauaneria, qui cœperant dictum Michaëlem Cerlim, & fuit ei ſuccurſum per eius parentes & amicos: & ipſam remouerunt in nemore de Cicles, deinde fuit facta querela in curia parlamenti Gratianopolitani: & partibus auditis fuit ordinatum per modũ prouiſionis, quòd dicta captura non proceſſerat rectè,nec ritè,& aliâs prout pleniùs continetur in actis dictæ cauſæ: me ſemper referendo veritati: de qua materia etiam habetur per Panor.& Feli.in c.ſignificaſti. de offi. dele.

ARGVMENTVM.

Captura perſonæ an ſit permiſſa pro debitis fiſcalibus.

SVMMARIVM.

1 *Priuatorum in debitis nõ poteſt procedi ad capturam perſonæ:in fiſcalibus verò ſic per modum arreſti, & non per modum carceris.*
2 *Debitor quando eſt ſuſpectus de fuga poteſt incarcerari.*

Quæſtio CCCCL.

QVAERITVR an pro debitis fiſcalibus ſit permiſſa perſonæ captura. Et videretur
1 dicendum quod ſic prima facie per modum † arreſti,& nõ per modum carceris. l. nemo carcerem. & l.quotiens.C.de exacto.tributo.lib.x.faciunt nota. per Bartolum in l.ſacrilegij. ff.ad leg. Iul.pecul.ſecus in debitis priuatorum: quia non poteſt procedi ad capturam perſonæ:ſecundum gloſſ. in l. iij.§. præterea.ff.de excuſati. tutorum. Et tunc cedendo bonis quis euitaret carcerem. Verũtamen fuerunt conceſſæ quædam literæ Regis Caroli V. domini Delphini de anno Domini 1377.die xxij. mẽſis Augusti.per quas mandatur quòd in hac patria Delphinus non procedatur ad capturam perſonæ pro debitis fiſcalibus:quæ ſunt regiſtratæ in magno libro pargameni folio cxlv. Neſcio ſi fuerint obſeruatæ,vel ne. Veruntamen quando perſona debito-
2 ris † eſſet ſuſpecta de fuga,eſſet licita captura. etiã creditor poſſet capere propria authoritate.l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.de his quæ in frau.credito.faciunt notata per Baldum Ioan.de Imo. & Alex.in l.ij.in princ.ff.ſolu.mat.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus quando competit pluribus vt ſingulis vel

gulis vel vniuerſis quomodò præſentari debeat, vt præſentatio valeat.

SVMMARIVM.

1 *Plures patroni quando ſunt, quòd tutiùs eſt, ut præſentatio in communi fiat, quàm per maiorem partem.*
2 *Quid ſi diſcordent.*
3 *Prælato maius ius competit in inſtituendo, quàm patrono in præſentando.*
4 *Inſtitutio facta contempto patrono, quòd ipſo iure nulla ſit.*
5 *Inſtitutio ſecunda quòd non, niſi quaſſata prima ualeat.*
6 *Patronus ubi beneficium contulerit, quòd nihilominùs præſentare poteſt, nec ob hoc inſtitutio impeditur.*

Quæſtio CCCCLI.

QVAERITVR quando competit ius patronatus eccleſiæ pluribus vel particularibus, vel ſub nomine collectiuo de modo pręſentandi, & ſi debeant conuenire & pręſtare conſenſum in communi, vel particulari, & ſi data diſcordia debeat pręferri magis idoneus, vel pręſentatus à maiori parte, & ſi ſola inſtitutio Epiſcopi ſeu eius vicarij ſufficiat ad colorandum poſſeſſorium. Et in effectu quando ſunt plures patroni ſi poſſint pręſentare alternatim vicibus, vel quando patronus deceſſit relictis pluribus hęredibus habetur, in cle. plures. de iure patrona. per glo. & docto. Veruntamen
1 adueniēte vacatione, † ſi patroni debeant inſimul conuenire, & pręſentare de conſenſu communi, an verò ſufficiat quòd maior pars patronorum cōſentiet & pręſentet: & videretur prima facie dicēdum quòd ſic. c. quoniam. de iur. patron. licèt Panormi. ibi in hoc videatur tenere contrarium: quia quando fit pręſentatio in communi actus eſt magis ſecurus, & deliberatus: per iura ibi per ipſum allega-
2 ta: † & vbi patroni diſcordāt Epiſcopus poſſet inſtituere magis idoneum, de quo ibi latiùs per Doctores & per   in tractatu iuris patronatus. Verūtamē iſto caſu inſtitutio diœceſani ſufficeret in poſſeſſorio ad colorandū poſſeſſoriū. arg. cle. de cau. poſſeſ. & proprie. & hoc tenent domini de Rota in antiquis deciſi. Et vbi relinquitur ius patronatus pluribus particulariter & collegio ſeu ſyndicis cum copula: & tūc videtur diuiſum ius patronatus in duas partes. argum. l. interdum. & l. ſi Titius. ff. de hęredi. inſtituen. & l. ſi. C. de inſtit. & ſubſtitut. ſecundum   in dicto tractatu de iure patronatus. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa poſſeſſorij cuiuſdam capellæ in eccleſia parœcialis vallis Loyſiæ ſeu Putæ in patria Brianſoneſij: quia fuerat relictum ius patronatus quibuſdā particularibus & ſyndicis loci, ita ꝙ ſyndicus pręſentauerat magis idoneū, & aliàs prout in actis cauſę pleniùs continetur: quia nō recordor de omnibus, cùm ad præſens ſim abſens & extra locum ſtudij mei Gratianopolitani. Et quando reuerſus fuero cum Dei auxilio cum libris latiùs tractare hanc quæſtionem intendo. Veruntamen pro præ-
3 miſſis etiam facit, † ꝙ pręlatus plus iuris habet in inſtituendo, quàm patronus in pręſentando. capit. cùm dilectus. de officio legat. c. dilectus. de iure pa-
4 tronatus. Nec obſtat ſi dicatur, † quòd inſtitutio facta contempto patrono eſt ipſo iure nulla. cano. decernimus. decimaſexta, quæſtione ſexta. vbi inſtitutio facta contempto patrono eſt ipſo iure irrita, licèt aliqui exponant ideſt irritanda. de quo per Panormitanum in capitulo illud. de iure patronatus. & in capitulo cùm Bertoldus. de re iudicata. Nec
5 obſtat etiam ſi dicatur, † quòd non valeat ſecunda inſtitutio, niſi prius caſſata prima. capitul. auditis. cum ibi notatis de electionibus. & in capitul. inter dilectos. de exceſsib. prælator. capitulo, poſt relatum. §. quoniam. de conceſs. pręben. quia illud verum, quando ambæ collationes fierent ab eodem collatore eodem medio & reſpectu. capitu. final. de iure patronatus. quia prima collatio nulla, non pręſtaret impedimentum ſecundum. capitul. non pręſtat. de regul. iur. libro vj. capitulo noſti. de electio.
6 & dicto capitulo finali, de iure patronatus. † vbi ſi patronus contulit beneficium nihilominùs poteſt ad illud præſentare. Et ideò ſi fuerit facta pleno iure de beneficio patronato, non impedit inſtitutionem fiendam, ab eodem collatore ad pręſentationem patroni: ſecundum glo. in pragma. ſanct. in titulo de collationibus. §. quòd ſi quis. ſuper verbo, eo ipſo. & hoc tenendo illam opinionem, quòd collatio facta ſpreto patrono, ſit ipſo iure nulla. dicto canon. decernimus. decimaſexta quæſtione ſeptima. capitul. ex inſinuatione. de iure patronatus. ſecundum Fredericum de Sen. in tractatu permutat. quęſtione trigeſimaprima. Nec pariter quando prima inſtitutio eſt facta ad pręſentationem eius, qui non poterat pręſentare, impediet ſecundam fiendam ad pręſentationem veri patroni. cùm huiuſmodi inſtitutiones fiant diuerſis medijs. dicto canone decernimus. vbi Epiſcopus tenetur inſtituere pręſentatum non obſtante priore collatione per eum facta ſine conſenſu patroni: ſecundum glo. in dict. pragma. ſanctio. vbi ſuprà.

ARGVMENTVM.

De tempore inſtituēdi ad pręſentationem: & quid ſi inferior pręlat[illegible] inſtituere aut cōfirmare recuſet.

SVMMARIVM.

1 *Immediatus ſi inſtituere præſentatū recuſauerit, ſuperior adeūdus eſt, qui tempus præfiget, quo lapſo prouidebit. & numero 5.*
2 *Inſtitutionis conferendæ nullum tempus determinatum eſt, præſentationis uerò certum.*
3 *Patrono laico ad præſentandum menſes quatuor dantur, eccleſiaſtico uerò ſex.*
4 *Quid in electione.*
6 *Inſtitutio facta propter inferioris negligentiam, quòd titulum ſaltem coloratum in poſſeſſorio tribuat.*

Quæſtio CCCCLII.

QVAERITVR de tempore inſtituendi ad pręſentationem patroni, vel confirmandi. Et quid iuris quando pręlatus inferior Epiſcopo recuſat, aut differt inſtituere aut conformare an teneat inſtitutio vel prouiſio Epiſcopi, vt tribuat titulum
1 coloratū in poſſeſſorio. Et in effectu † quando immediatus ſuperioris recuſat inſtituere pręſentatum per patronum: tunc poteſt adiri alius ſuperior, qui pręfiget terminum inferiori ad inſtituendum, aliàs lapſo termino poterit prouidere. cap. nullus. de iure
2 patr. & ibi per Pan. & in c. ij. de conceſ. pręb. † quia non eſt ſtatutū tempus certū ad inſtituendū: vt ibi
3 notatur, licet ſit † certum tempus ad præſentādum in patrono laico quatuor menſes, & in patrono ec-

cleſiaſtico ſex menſes.c.i.de iur.patr.lib.vj.& idem
4 eſt † in tempore eligendi,vbi ſtatuitur certum tem
pus.c.ne pro defectu.de elect. & ad petendum con-
firmationem. c.quàm ſit. de elect.lib.vj.Sed non re
peritur tempus certum ad confirmandum vel inſti-
5 tuendum: † ſi tamen ille ad quem pertinet confir-
matio vel inſtitutio ſit negligẽs, poterit ei ſuperior
præfigere tempus ad confirmandum vel inſtituen-
dum,quo elapſo ſupplicauit.facit quod notatur in
c.ad apoſtolicæ.de iudi.lib.vj.in glo.fi.Panor.in c.
poſtquàm.de elect.& in c.nulla.de conceſ.præben.
& glo.in pragm.ſanct.in titu.de colla. §.viſum eſt.
6 ſuper verb.præſentandum. † & talis inſtitutio præ
bet titulum coloratum in poſſeſſorio,propter negli
gentiam inferioris.per iura ſuprà allega.facit c.di-
lectus.de offi.leg.& c.cùm dilectus.de iur.patro.Et
quod habetur per dominos de Rota in antiqu.de-
ciſi. Et premiſſa faciunt ad queſtionem ſuper
cauſa poſſeſſorij, cuiuſdam capellæ in eccleſia Bur
gi Valeñ.nuper diffinita ad vtilitatẽ cuiuſdam do-
mini Reyeti, quoniã obtinuerat præſentationem
patroni,quem præſentauit dominus capellanis di-
ctæ eccleſiæ Burgi,& cùm ipſi fuiſſent negligentes
habuit recurſum ad vicarium domini Epiſcopi Va
leñ.qui ipſum inſtituit. Et aliàs prout pleniùs appa
ret in actis dictæ cauſæ diffinitæ in manibus magi
ſtri Chapuiſij ſecretarij cauſæ.

ARGVMENTVM.

De iure conflandi Valentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta principum ſine tertij præiudicio conceſſa eſſe intelliguntur.*

Quæſtio CCCCLIII.

QVAERITVR de quodam iure vulgariter dicto conflandi nauigia tyragij ſalis in quodã annullo meniorum Ripparię ciuitatis Valeñ. quia dominus Epiſcopus Valent. vltra ius pedagij prætendit, quòd quando naues ſale oneratæ ſunt, viagium ſalis ibi ſuprà Rodanum tranſit, quòd debent conductores talis viagij retrahere viagium:& conflare in dicto annullo ponendo ibi vnum funem vocatum pometam,deſuper vna parua naui:quia groſſa funis vocatur mallia, etachiatur in magna naui:& cũ illo magno fune etachiato cum equis faciunt tyragium ſalis à parte regni, vbi equi progrediuntur verſus quaſdam inſulas.& tale ius conflandi eſt vna prærogatiua,quæ ab antiquo debetur dicto domino Epiſcopo Valẽtiæ qui eſt dominus temporalis dictæ ciuitatis Valentiæ,& habet ius pedagij, etiam ſupra Rodanum ab illa parte. Veruntamen vt intelligo ciues & habitantes Valentiæ, quando conducunt firmam ſalis nomine proprio firmant tyragij ſalis,excuſantur à ſolutione pedagij, & iure conflandi: ſecus ſi ſint vecturarij ſalis. Sed pro contraria parte dicti firmarij ſalis obtinuerunt reſcriptum, quòd talis conſuetudo conflandi naues tyragij ſalis eſt multùm præiudiciabilis reipublicæ & daret occaſionẽ naufragiandi & periclitandi naues oneratas ſale,quæ habent communiter eorum tranſitum à parte regni cum equis & magno ſumptu,ita ꝙ ſi oporteret retrahere dictas naues oneratas à parte dictæ ciuitatis Valentiæ pro conflando eſt ſumptuoſum cum expenſa talis viagij pro quolibet die aſcendit ad centum francos.& pariter eſt periculum naufragij, & maximè tempore innundationis & abundãtię aquarum. Sed ex aduerſo replicant dicti officiales domini Valentiæ,quòd non eſt memoria hominis quòd propter dictum ius cõflandi,euenerit aliquod naufragium vel periculum. Præterea talis prærogatiua
1 quæ eſt de iuribus eccleſiæ,non debet tolli: † quia reſcriptum principis intelligitur ſine prẹiudicio tertij: tunc etiam quia tales quando adducunt tales naues ad conflandum in dicto annullo ciuitas Valentiæ præualet:quia ibidem remanent nauicularij aliquo tempore & accipiunt de victualibus, vel de habitibus,vel alijs neceſſarijs, tum etiam quando tales nauicularij ſeu nautæ volunt euitare tale ius conflandi ſunt ſoliti petere licentiam à dicto domino Epiſcopo ſeu eius officiali, vel arrendatore non conflandi, & ſunt ſoliti ſoluere aliquod ius, ita vt intellexi à quodam experto,quòd tale ius conflandi poteſt valere annuatim dicto Epiſcopo ſeu eius arrendatoribus quinquaginta ſcuta auri. Si verò dicatur concuſſio vel arrenſonamentum aliquid exigendo prẹtextu præmiſſorum relinquo cogitandum. Et vlterius intellexi à dicto experto, ꝙ quando fit viagium ſalis ſuper Rodanũ quòd ſunt quatuor groſſæ barchię ſeu naues ſale oneratę & quod eſt groſſa mallia ſeu groſſus funis cum quo excapantur dictæ groſſæ naues,& cum illo groſſo fune equi trahũt dictum viagium ſalis, & ſunt quatuor vel quinque paruæ naues ad deſeruiẽdum magnis nauibus,& ſunt ibi etiã alij funes qui vocãtur paruæ malliæ,& inter cæteros funes vnus vocatur laz prieueta,cum quo fit conflaxio ponendo in annulo dictorum mæniorum rippariæ ciuitatis Valentiæ prout ſuprà dictum fuit. Et vlteriùs eſt ſciendum quòd in dicta ripparia ciuitatis Valeñ.inter cætera portalia eſt vnum portale ſalis, & ab vtroque latere ab extra, à parte dictæ rippariæ Rodani ſunt affixi certi crocheti ferri:& pariter certæ bouclæ, ſeu annuli ferrei, & vt fertur ſufficit ꝙ fiat conflaxio in altero crochetorum ſeu bouclarũ ferri, ita quòd ſufficit quòd fecerint intrari in dictis crochetis,ſeu annulis ſeu alterius ipſorum funem vocatum pometam,& quod fiat vnus nodus,& quòd illicò poſſunt recedere naucherij cõducentes naues licèt antiquitùs vt fertur,debebãt ibi manere per tres dies ad finem,quòd ciuitas meliùs valeret. Sed de tempore domini Ludouici Delphini antequàm perueniſſet ad coronam vt prætenditur dedit quandam prouiſionem,ꝙ dictæ barchæ ſeu naues ſale oneratæ non tantũ manerent vnde talia ſigna crochetorum,& bouclarum ferri, denotãt ſignum dominij, ſeu proprietatis & peremineutię.l.quòd ſi nequẽ.§.fi.ff.de rei vend.ſecundum Bald.in l.autem dos data.C.de don.ante nup.& idem in annualibus, quia poſſunt cognoſci per ſigna ſeu ſtigmata. l.ſtigmata.C.de fabricen.lib.xj.ſecundum Bart.

ARGVMENTVM.

De iure pryſiarum Valentiæ.

Quæſtio CCCCLIIII.

QVAERITVR de quodam alio tributo ciuitatis Valentiæ, vulgariter dicto ius Pryſiarum ſeu pictarum, quòd bannitus domini Epiſcopi Valentiæ prætendit ad ſe pertinere prætextu dicti officij,videlicèt quia de domibus quæ vendũtur in ciui-

tur in ciui-

tur in ciuitate Valentię, quæ mouentur de directo dominio dicti domini Epiſcopi dictus baiulus accipit tertiã partẽ laudimiorũ, & de alijs domibusque emuntur & quę non mouẽtur de directo dño d. dñi Epiſcopi, dictus baiulus prætendit quod debet habere ius pryſiarum ſeu pictarum ad rationem ſex denariorũ paruorum ſeu vnius quarti pro floreno etiã habito reſpectu ad totum vniuerſale pretium licèt dominus directus alius quàm dominus Epiſcopus receperit eius laudimium ad rationem pryſię partis hoc eſt vnius groſsi pro floreno, quoniam dominus directus non habet baiulum, & vbi habet baiulum ad rationem octauæ partis, hoc eſt vnum groſſum cum dimidio pro floreno. Sed ex aduerſo pro parte ciuitatis Valentiæ prætenditur quod eſt libertas ciuibus conceſſa: quòd non debetur laudimium, vbi non eſt baiulus: debetur ſolùm laudimium ad rationem pryſię partis, & vbi eſt baiulus ad rationem octauę partis: prout ſupra dictum fuit. & quod nihil aliud debetur per ciues & habitatores dictæ ciuitatis Valentiæ, niſi duntaxt laudimiũ domino directo: ſed dictus baiulus prętendit, quòd imò vltra laudimium debitum domino directo alteri quàm domino Epiſcopo Valentiæ debet habere dictum ius pryſiarum, & pictarum ad rationem vnius quarti pro floreno. Veruntamen vt intellexi quando magna eccleſia ſancti Appollinaris Valentiæ & eius membra habent domos & poſſeſsiones infra dictam ciuitatem Valentiæ quæ venduntur & nominentur de eorum directo dominio, percipiunt laudimium, & dictus baiulus nihil percipit de dictis pryſijs ſeu pictis ad rationem vnius quarti pro floreno. Verũtamen de iſto iure pictatiorum fit mentio in c. ſi quis Papa. lxxix. diſtinct. Et ſecundum glo. ibi dicitur ſcriptura obligatoria: & ſecundum hoc pictatium dicitur à pingendo, vel dicuntur pictatio quædam munera: & ſecundum hoc dicitur à petendo de quo etiam habetur in cap. pictatium. xxx. quæſti. iij.

SVMMARIVM.

1 *Princeps an ſit fundatus de iure communi in eccleſiarũ temporalitate & iuriſdictione temporali.*
2 *Quid de Epiſcopo.*
3 *Quid de Imperatore.*
4 *Imperator dignitatis culmen habere dicitur.*
5 *Temporalitas eccleſiæ dependet ab Imperio.*
6 *Imperator quò ad iuriſdictionem de iure communi fundatus eſt.*
7 *Delphinus habẽs cauſam ab Imperatore quòd de iure cõmuni in iuriſdictione fundatus ſit.*
8 *Princeps concedens uillam uel caſtrum laico uel eccleſiæ, quod in dubio ius ſuperioritatis & appellationis reſeruatum eſſe cenſeatur.*
9 *Rex in regno ſuo eſt monarcha, & intentionem de iure cõmuni fundatam habet.*
10 *Appellationes ratione feudi etiã eccleſiaſtici quod ad feudi dominum deuolui debeant.*
11 *Epiſcopus in temporalibus quòd ut Comes uel laicus iudicat.*
12 *Prælati in regno Franciæ quòd in temporalibus ad iudicem laicum non Archiepiſcopum appellare teneantur.*
13 *Epiſcopi Hiſpanienſes quòd in ſignum ſuperioritatis Regis manus deoſculantur.*
14 *Allodiale nihil in regno Franciæ.*
15 *Imperatoris uel Regis ſuperioritas in homagio ligio an cenſeatur reſeruata.*
16 *Homagium ſub conditione factum non niſi conditionibus impletis ualet.*
17 *Inueſtituræ tenor attendendus.*
18 *Contractus principis uim legis habet.*
19 *Prohibitio facta de non alienando in contractu principis dominij translationem impedit.*
20 *Ligius duorum an quis eſſe poſsit.*
21 *Ligij hominis an omnia bona ſint ſubdita.*
22 *Recognitio an ualeat in præiudicium prioris domini.*
23 *Pactum ut quis certo loco nõ acquirat, quòd ualidum ſit.*
24 *Prouinciæ Comitatus antequàm coronæ Franciæ uniretur erat de homagio Imperatoris.*
25 *Homagia facta alio quàm uero domino, quòd ipſi uero domino non præiudicant.*
26 *De conceſsione Frederici II. Imperatoris Guigoni Delphino Comiti Viennæ & Albonis Comitatuum Vappincẽ & Ebreduni cum allodialibus tam in dictis Comitatibus Vappincẽ. & Ebredunẽ. quàm Viennæ & Albonis & Gratianopolis conſtitutis.*
27 *Allodij conceſsio quid importet.*
28 *Beneficium principis largè interpretandum.*
29 *Dyoeceſis appellatione an ciuitas ueniat.*
30 *Appellatio ſi modo in uno loco modo in alio indiſcriminatim deuoluatur, an ob hoc conſuetudo legitimè præſcripta cenſeatur.*
31 *Præſcriptio contra ſupremam principis poteſtatem non currit.*
32 *Superioritatem denotant perceptiones leydæ bladorum tributorum annuorum & aliorum iurium.*
33 *Villæ uel caſtri ſi de iuriſdictione diſceptetur, quòd in dubio de territorio propinquiori & adiacenti intelligatur.*
34 *Regiones & territoria uijs pubblicis, montibus & fluminibus diſtinguntur.*
35 *Limites petentes ſicut epiſcopatum & prouinciarum limites ſunt impræſcriptibiles.*

Quæſtio CCCCLV.

QVAERITVR an Imperator ſeu alius princeps ab eo cauſam habens in eius patria fundet eius intentionem de iure communi ſuper iuriſdictione temporali: & alijs bonis temporalibus eccleſiarum inferiorum à Romana eccleſia reſpectu reſortus appellationum, & iuris ſuperioritatis. Et an in dubio talia bona temporalia præſumẽtur feudalia: & ad quem ſit appellandum, & an debeat attendi tenor homagij ſeu inueſtituræ: & an debeant probari conditiones feudi, & homagij eſſe adimpletas, etiam ex parte domini, & an prohibitio alienatorũ vel de non acquirẽdo impediat tranſlationem dominij in contractu principis: & an poſſit fieri homagium ligium duobus dominis, & ſi teneat ſecundum homagium, ad pręiudicium primi. Et ſi in dubio ſemper cenſeatur reſeruatum homagium Imperatoris ſeu antiquioris domini: & ſi ratione homagij ligij omnia bona tam feudalia quã nõ feudalia ſint ſub iuriſdictione domini. Et ſi per recognitionem homagij alterius domini acquiratur aliqua poſſeſsio maximè quando ſit mala fide & per emulationem: & de interpretatione iſtius dictionis, allodium, & an in conceſsione allodij comprehẽdatur ius ſuperioritatis & appellatorũ. Et ſi appellatione comitatus veniat territorium, vel ciui-

cleſiaſtico ſex menſes.c.j.de iur.patr.lib.vj.& idem
4 eſt † in tempore eligendi, vbi ſtatuitur certum tempus.c.ne pro defectu.de elect. & ad petendum confirmationem. c.quàm ſit. de elect.lib.vj.Sed non reperitur tempus certum ad confirmandum vel inſti-
5 tuendum: † ſi tamen ille ad quem pertinet confirmatio vel inſtitutio ſit negligẽs, poterit ei ſuperior præfigere tempus ad confirmandum vel inſtituendum, quo elapſo ſupplicauit. facit quod notatur in c.ad apoſtolicæ.de iudi.lib.vj.in glo.fi.Panor.in c. poſtquàm.de elect.& in c.nulla.de conceſ.præben. & glo.in pragm.ſanct.in titu.de colla. §.viſum eſt.
6 ſuper verb.præſentandum. † & talis inſtitutio præbet titulum coloratum in poſſeſſorio, propter negligentiam inferioris.per iura ſuprà allega.facit c.dilectus.de offi.leg.& c.cùm dilectus.de iur.patro. Et quod habetur per dominos de Rota in antiqu.deciſi. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa poſſeſſorij, cuiuſdam capellæ in eccleſia Burgi Valeñ.nuper diffinita ad vtilitatẽ cuiuſdam domini Reyeti, quoniã obtinuerat præſentationem patroni, quem præſentauit dominis capellanis dictæ eccleſiæ Burgi, & cùm ipſi fuiſſent negligentes habuit recurſum ad vicarium domini Epiſcopi Valeñ.qui ipſum inſtituit. Et aliàs prout pleniùs apparet in actis dictæ cauſæ diffinitæ in manibus magiſtri Chapuiſij ſecretarij cauſæ.

ARGVMENTVM.

De iure conflandi Valentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta principum ſine tertij præiudicio conceſſa eſſe intelliguntur.*

Quæſtio CCCCLIII.

QVAERITVR de quodam iure vulgariter dicto conflandi nauigia tyragij ſalis in quodã annullo meniorum Ripparię ciuitatis Valeñ. quia dominus Epiſcopus Valent. vltra ius pedagij prætendit, quòd quando naues ſale oneratæ ſunt, viagium ſalis ibi ſuprà Rodanum tranſit, quòd debent conductores talis viagij retrahere viagium: & conflare in dicto annullo ponendo ibi vnum funem vocatum pometam, deſuper vna partua naui: quia groſſã funis vocatur mallia, etachiatur in magna naui: & cũ illo magno fune etachiato cum equis faciunt tyragium ſalis à parte regni, vbi equi progrediuntur verſus quaſdam inſulas. & tale ius conflandi eſt vna prærogatiua, quæ ab antiquo debetur dicto domino Epiſcopo Valẽtiæ qui eſt dominus temporalis dictæ ciuitatis Valentiæ, & habet ius pedagij, etiam ſupra Rodanum ab illa parte. Veruntamen vt intelligo ciues & habitantes Valentiæ, quando conducunt firmam ſalis nomine proprio firmant tyragij ſalis, excuſantur à ſolutione pedagij, & iure conflandi: ſecus ſi ſint vecturarij ſalis. Sed pro contraria parte dicti firmarij ſalis obtinuerunt reſcriptum, quòd talis conſuetudo conflandi naues tyragij ſalis eſt multùm præiudiciabilis reipublicæ & daret occaſionẽ naufragiandi & periclitandi naues oneratas ſale, quæ habent communiter eorum tranſitum à parte regni cum equis & magno ſumptu, ita ꝙ ſi oporteret retrahere dictas naues oneratas à parte dictæ ciuitatis Valentiæ pro conflando eſt ſumptuoſum cum expenſa talis viagij pro quolibet die aſcendit ad centum francos. & pariter eſt periculum naufragij, & maximè tempore innundationis & abundãtię aquarum. Sed ex aduerſo replicant dicti officiales domini Valentiæ, quòd non eſt memoria hominis quòd propter dictum ius cõflandi, euenerit aliquod naufragium vel periculum. Præterea talis prærogatiua
1 quæ eſt de iuribus eccleſiæ, non debet tolli: † quia reſcriptum principis intelligitur ſine prędiudicio tertij: tunc etiam quia tales quando adducunt tales naues ad conflandum in dicto annullo ciuitas Valentiæ præualet: quia ibidem remanent nauicularij aliquo tempore & accipiunt de victualibus, vel de habitibus, vel alijs neceſſarijs, tum etiam quando tales nauicularij ſeu nautæ volunt euitare tale ius conflandi ſunt ſoliti petere licentiam à dicto domino Epiſcopo ſeu eius officiali, vel arrendatore non conflandi, & ſunt ſoliti ſoluere aliquod ius, ita vt intellexi à quodam experto, quòd tale ius conflandi poteſt valere annuatim dicto Epiſcopo ſeu eius arrendatoribus quinquaginta ſcuta auri. Si verò dicatur concuſsio vel arrenſonamentum aliquid exigendo prętextu præmiſſorum relinquo cogitandum. Et vlterius intellexi à dicto experto, ꝙ quando fit viagium ſalis ſuper Rodanũ quòd ſunt quatuor groſſæ barchię ſeu naues ſale oneratę & quod eſt groſſa mallia ſeu groſſus funis cum quo excapantur dictæ groſſæ naues, & cum illo groſſo fune equi trahũt dictum viagium ſalis, & ſunt quatuor vel quinque paruæ naues ad deſeruiẽdum magnis nauibus, & ſunt ibi etiã alij funes qui vocatur paruæ malliæ, & inter cæteros funes vnus vocatur laz priueta, cum quo fit conflaxio ponendo in annulo dictorum mæniorum rippariæ ciuitatis Valentiæ prout ſuprà dictum fuit. Et vlteriùs eſt ſciendum quòd in dicta ripparia ciuitatis Valeñ.inter cætera portalia eſt vnum portale ſalis, & ab vtroque latere ab extra, à parte dictæ rippariæ Rodani ſunt affixi certi crocheti ferri: & pariter certæ bouclæ, ſeu annuli ferrei, & vt fertur ſufficit ꝙ fiat conflaxio in altero crochetorum ſeu bouclarũ ferri, ita quòd ſufficit quòd fecerint intrari in dictis crochetis, ſeu annulis ſeu alterius ipſorum funem vocatum pometam, & quod fiat vnus nodus, & quòd illicò poſſunt recedere naucherij cõducentes naues licèt antiquitùs vt fertur, debebãt ibi manere per tres dies ad finem, quòd ciuitas meliùs valeret. Sed de tempore domini Ludouici Delphini antequàm peruenisſet ad coronam vt prætenditur dedit quandam prouiſionem, ꝙ dictæ barchæ ſeu naues ſale oneratæ non tantũ manerent vnde talia ſigna crochetorum, & bouclarum ferri, denotãt ſignum dominij, ſeu proprietatis & peremimentię.l.quòd ſi nequè.§. fi.ff.de rei vend.ſecundum Bald.in l.autem dos data.C.de don.ante nup.& idem in annualibus, quia poſſunt cognoſci per ſigna ſeu ſtigmata. l.ſtigmata.C.de fabricen.lib.xj ſecundum Bart.

ARGVMENTVM.

De iure pryſiarum Valentiæ.

Quæſtio CCCCLIIII.

QVAERITVR de quodam alio tributo ciuitatis Valentiæ, vulgariter dicto ius Pryſiarum ſeu pictarum, quòd bannitus domini Epiſcopi Valentiæ prætendit ad ſe pertinere prætextu dicti officij, videlicèt quia de domibus quæ vendũtur in ciui-

tur in ciuitate Valentię, quæ mouentur de directo dominio dicti domini Epiſcopi dictus baiulus accipit tertiã partẽ laudimiorũ, & de alijs domibusſquę emuntur & quę non mouẽtur de directo dño d. dñi Epiſcopi, dictus baiulus prætendit quod debet habere ius pryſiarum ſeu pictarum ad rationem ſex denariorũ paruorum ſeu vnius quarti pro floreno etiã habito reſpectu ad totum vniuerſale pretium licèt dominus directus alius quàm dominus Epiſcopus receperit eius laudimium ad rationem pryſię partis hoc eſt vnius groſſi pro floreno, quoniam dominus directus non habet baiulum, & vbi habet baiulum ad rationem octauæ partis, hoc eſt vnum groſſum cum dimidio pro floreno. Sed ex aduerſo pro parte ciuitatis Valentiæ prætenditur quod eſt libertas ciuibus conceſſa: quòd non debetur laudimium, vbi non eſt baiulus: debetur ſolùm laudimium ad rationem pryſię partis, & vbi eſt baiulus ad rationem octauę partis: prout ſupra dictum fuit. & quod nihil aliud debetur per ciues & habitatores dictæ ciuitatis Valentiæ, niſi duntaxt laudimiũ domino directo: ſed dictus baiulus prętendit, quòd imò vltra laudimium debitum domino directo alteri quàm domino Epiſcopo Valentiæ debet habere dictum ius pryſiarum, & pictarum ad rationem vnius quarti pro floreno. Veruntamen vt intellexi quando magna eccleſia ſancti Appollinaris Valentiæ & eius membra habent domos & poſſeſsiones infra dictam ciuitatem Valentiæ quæ venduntur & nominentur de eorum directo dominio, percipiunt laudimium, & dictus baiulus nihil percipit de dictis pryſijs ſeu pictis ad rationem vnius quarti pro floreno. Verũtamen de iſto iure pictatiorum fit mentio in c. ſi quis Papa. lxxix. diſtinct. Et ſecundum glo. ibi dicitur ſcriptura obligatoria: & ſecundum hoc pictatium dicitur à pingendo, vel dicuntur pictatio quædam munera: & ſecundum hoc dicitur à petendo de quo etiam habetur in cap. pictatium. xxx. quæſti. iij.

SVMMARIVM.

1 *Princeps an ſit fundatus de iure communi in eccleſiarũ temporalitate & iuriſdictione temporali.*
2 *Quid de Epiſcopo.*
3 *Quid de Imperatore.*
4 *Imperator dignitatis culmen habere dicitur.*
5 *Temporalitas eccleſiæ dependet ab Imperio.*
6 *Imperator quò ad iuriſdictionem de iure communi fundatus eſt.*
7 *Delphinus habẽs cauſam ab Imperatore quòd de iure cõmuni in iuriſdictione fundatus ſit.*
8 *Princeps concedens uillam uel caſtrum laico uel eccleſiæ, quod in dubio ius ſuperioritatis & appellationis reſeruatum eſſe cenſeatur.*
9 *Rex in regno ſuo eſt monarcha, & intentionem de iure cõmuni fundatam habet.*
10 *Appellationes ratione feudi etiã eccleſiaſtici quod ad feudi dominum deuolui debeant.*
11 *Epiſcopus in temporalibus quòd ut Comes uel Laicus iudicat.*
12 *Prælati in regno Franciæ quòd in temporalibus ad iudicem laicum non Archiepiſcopum appellare teneantur.*
13 *Epiſcopi Hiſpanienſes quòd in ſignum ſuperioritatis Regis manus deoſculantur.*
14 *Allodiale nihil in regno Franciæ.*
15 *Imperatoris uel Regis ſuperioritas in homagio ligio an cenſeatur reſeruata.*
16 *Homagium ſub conditione factum non niſi conditionibus impletis ualet.*
17 *Inueſtituræ tenor attendendus.*
18 *Contractus principis uim legis habet.*
19 *Prohibitio facta de non alienando in contractu principis dominij translationem impedit.*
20 *Ligius duorum an quis eſſe poßit.*
21 *Ligij hominis an omnia bona ſint ſubdita.*
22 *Recognitio an ualeat in præiudicium prioris domini.*
23 *Pactum ut quis certo loco nõ acquirat, quòd ualidum ſit.*
24 *Prouinciæ Comitatus antequàm coronæ Franciæ uniretur erat de homagio Imperatoris.*
25 *Homagia facta alio quàm uero domino, quòd ipſi uero domino non præiudicant.*
26 *De conceßione Frederici II. Imperatoris Guigoni Delphino Comiti Viennæ & Albonis Comitatuum Vappincenſ & Ebreduni cum allodialibus tam in dictis Comitatibus Vappincen. & Ebreduneñ. quàm Viennæ & Albonis & Grationopolis conſtitutis.*
27 *Allodij conceßio quid importet.*
28 *Beneficium principis largè interpretandum.*
29 *Dyoeceſis appellatione an ciuitas ueniat.*
30 *Appellatio ſi modo in uno loco modo in alio indiſcriminatim deuoluatur, an ob hoc conſuetudo legitimè præſcripta cenſeatur.*
31 *Præſcriptio contra ſupremam principis poteſtatem non currit.*
32 *Superioritatem denotant perceptiones leydæ bladorum tributorum annuorum & aliorum iurium.*
33 *Villæ uel caſtri ſi de iuriſdictione diſceptetur, quòd in dubio de territorio propinquiori & adiacenti intelligatur.*
34 *Regiones & territoria uijs pubblicis, montibus & fluminibus diſtinguntur.*
35 *Limites petentes ſicut epiſcopatum & prouinciarum limites ſunt impræſcriptibiles.*

Quæſtio CCCCLV.

QVAERITVR an Imperator ſeu alius princeps ab eo cauſam habens in eius patria fundet eius intentionem de iure communi ſuper iuriſdictione temporali: & alijs bonis temporalibus eccleſiarum inferiorum à Romana eccleſia reſpectu reſortus appellationum, & iuris ſuperioritatis. Et an in dubio talia bona temporalia præſumẽtur feudalia: & ad quem ſit appellandum, & an debeat attendi tenor homagij ſeu inueſtituræ: & an debeant probari conditiones feudi, & homagij eſſe adimpletas, etiam ex parte domini, & an prohibitio alienatorũ vel de non acquirẽdo impediat tranſlationem dominij in contractu principis: & an poſſit fieri homagium ligium duobus dominis, & ſi teneat ſecundum homagium, ad pręiudicium primi. Et ſi in dubio ſemper cenſeatur reſeruatum homagium Imperatoris ſeu antiquioris domini: & ſi ratione homagij ligij omnia bona tam feudalia quã nõ feudalia ſint ſub iuriſdictione domini. Et ſi per recognitionem homagij alterius domini acquiratur aliqua poſſeſsio maximè quando fit mala fide & per emulationem: & de interpretatione iſtius dictionis, allodium, & an in conceſsione allodij comprehẽdatur ius ſuperioritatis & appellatorũ. Et ſi appellatione comitatus veniat territorium, vel ciui-

tas. Et an currat præſcriptio contra ſupremam po-
teſtatem principis, & limitum dignitatum ſecula-
rium, & an in dubio quando agitur de talibus limi
tibus in dubio debeat fieri adiudicatio territorio,
ſeu iuriſdictioni magis adiacenti. & quia iſta quæ-
ſtio eſt valdè ardua, cum agatur de reſſortu iuriſdi-
ctionis temporalitatis pręlatorum pręſentis patrię,
maximè de temporalitate Epiſcopatus Vappinci &
caſtrorū Douzera, & caſtri nom de Rap Epiſcopa
tus Viuarienſis, & loci de Bechiuilein & Aguillote
riæ Archiepiſcopatus Lugduni à parte Delphina.
& citra Rodanum. & de præſenti cauſa ſit aduoca
tus coram magno conſilio Chriſtianiſsimi Regis
domini noſtri Delphini. ideò ſub paucis verbis re-
ſcribā pro cōſeruatione iuris & prærogatiuarū prę
fati Regis domini noſtri Delphini in hac eius pa-
tria Delphinali. Et primò præſuppoſito quòd ciui
tas Vappinci, & caſtra temporalitatis dicti epiſco-
patus Vappinci ſint ſita & introcluſa infra præſen
1 tem patriam: † ſequitur dicendum quòd dominus
noſter Delphinus ſit fundatus de iure cōmuni quò
ad iuriſdictionem temporalem eccleſiæ & reſortus
infra eius territorium. l. pupillus. §. territoriū. ff. de
2 verb. ſig. † ſicuti de Epiſcopo dicitur, qui infra eius
diœceſim fundat eius intentionem quò ad iuriſdi-
ctionem ſpiritualem. c. omnis baſilicę. xvj. quæſtio.
3 vij. † Et idē in Imperatore qui fundat eius intentio
nem in temporalitate de iure communi propter ex-
cellentiam eius dignitatis. l. deprecatio. ff. ad leg.
Rod. de Iac. c. in apibus. vij. quæſtio. j. ſecundum
Ioan. Andr. poſt Hoſtien. in cap. dilecto. de officio
4 Archiepiſ. † quia Imperator in temporalibus dici
tur habere apicem dignitatis. Et ideò prę excellit in
temporalibus quoſcunque. c. ſolitè. de maiorita. &
obedien. ſecūdum glo. in clemen. Romani. in prin
cipi. de iu. iurand. ſuper verbo, apicem. & Innocen.
in c. nouerit. de ſenten. excommu. tenet quòd Impe
rator vniuerſis clericis & laicis in tēporalibus prę-
eſſe debet, niſi in his quæ eccleſijs ab ipſis ſit dona-
tū, & in quibus per eorum priuilegia muniuntur: ſe
cundum Barto. in l. in omnibus. ff. ad Trebellia. &
ita ſentit Card. Flor. in dict. clem. Romani. de iure
5 patro. in princ. † Et in dubio temporalitas eccleſię
depēdet ab imperio ſaltem in rebus feudalibus ex-
ceptis terris, & rebus donatis per Imperatorem Cō
ſtantinum eccleſiæ Romanæ in perſonā Papæ Sil-
ueſtri: quia in dictis rebus donatis eccleſia Roma-
na habet plenum dominium, & non ſubijciuntur
alicui: iuxta c. Conſtantinus. xcvj. diſtinct. pro quo
facit: quia temporalitas eccleſię procedit de iure cō
muni humano: hinc eſt quòd iſta pronomina meū
tuum, de iure naturali ſeu diuino nōdum erant in-
troducta. c. quo iure. viij. diſtin. & iſtud ſentit Bald.
in l. cùm multa. C. de bon. quæ liber. & clarius Bar
tha. in tracta. gabel. in j. parte. quęſti. ij. & Augu. de
Ancha. in tracta. de pote. eccleſi. quęſtio. xxxvj. Et
6 pro præmiſsis † quòd Imperator fundet de iure cō
muni ſitam intentionem quò ad iuriſdictionem tē-
poralem & protectionem. tenet glo. in l. bene à Ze
none. C. de quadr. pręſcr. & l. Barbarius Philippus.
ff. de de offic. præto. Et idem eſt in alio principe qui
habet cauſam ab Imperatore: ſecūdum Antho. de
Butri. & Panor. in dict. cap. dilecto. de offic. Archi.
7 Et ita eſt in propoſito, † quia dominus noſter Del-
phinus habet cauſam ab Imperatore, & ſic eſt fun
datus de iure communi, in dicta iuriſdictione tem-
porali Vappinci & caſtrorum eiuſdem. Et pro præ-
miſsis etiam facit quod voluit Ioan. Andr. in addi.
ad Specu. in ti. de iuriſdict. omnium iudic. verſicul.
8 quæ ſunt meri imperij, † quando princeps conce-
dit villā vel caſtrum laico vel eccleſię inferiori Ro
manæ eccleſię, quòd in dubio cēſetur reſeruatū ius
ſuperioritatis, & appellationum. Et idem tenet An
gel. in l. j. §. fina. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſ.
Non obſtat præmiſsis ſi dicatur, quòd licèt clerici
ſeu eccleſię teneant bona temporalia infra Regnū
ſeu prouinciam alicuius domini temporalis, non
propterea ſubijciuntur dominis temporalibus, vt
præſumantur feudalia, vel de dominio directo ali-
cuius, nec propter hoc tenentur iurare fidelitatem:
c. minus. de iureiuran. c. nouerint. x. quæſti. j. Quia
ad iſtud reſpondetur, quia licèt domini temporales
non fundent intentionem ſuam ratione feudi vel
directi dominij: tamen ſecus eſt quoad iuriſdictio-
nem: ſecundum Hoſtien. Panor. & Ioan. de Imol.
in dict. c. nimis. Et quòd domini temporales fun-
dent intentionem ſuam ſuper bonis temporalibus
eccleſię quoad iuriſdictionem temporalem tenet
etiam Panormi. in cap. ſi diligenti de præſcript. &
Corae. in tracta. de poteſta. & excellentia Regia,
9 quæ lex vbi tenet † quòd Rex in Regno ſuo eſt
monarcha, & habet intentionem fundatam de iure
communi. Idem tenet Ioan. Fabr. in l. cunctos po-
pulos. C. de ſumma trini. Et maximè quando prin-
ceps habet cauſam ab Imperatore prout ſupradi-
ctum fuit. licèt in cauſa iſta appareat de tribus ho-
magijs Imperatorū qualiter Epiſcopi Vappinceñ.
recognouerūt temporalem eccleſię Vappincen. de
homagio Imperij, videlicèt ciuitatem Vappinci. &
caſtra ibi deſignata à riparia Durantiæ verſus Vap
pincum: & vſque ad villam Buxi. Et deinde fuit re
10 miſſum allodium domino noſtro Delphino † ita
quòd ratione feudi à iudice temporali eccleſiæ de-
bent deuolui appellationes ad dominū feudi, ſeu
dominum noſtrum Delphinum. cap. verum. cap. ex
tranſmiſſa. de fo. competen. cap. Romana. §. debet.
de appella. lib. vj. & ibi glo. quam ſequuntur com-
muniter docto. & in dict. c. ſolitæ. & maio. & obed.
11 quia † iſto caſu Epiſcopus non iudicat vt clericus
ſed vt Comes, vel laycus per ſe aut interpoſitā per-
ſonam. c. fina. ne clerici vel monach. lib. vj. Et ideò
iſto caſu non debet appellari ad Archiepiſcopum
ſed ad dominum feudi temporalem: ſecundū Bar.
in l. ſi quando. C. de appella. & in l. j. §. ſi quis in ap-
pellatione. ff. de appella. & ideò ſecundum Specul.
12 in titul. de appella. §. nunc tractemus. in fi. † in Re
gno Francię non audiuntur pręlati in temporali-
bus volendo appellare ad Archiepiſcopum. & pro
pręmiſsis facit quod voluit Archiepi. in c. duo ſunt
xcvj. diſtinct. vbi refert de conſuetudine Regni Hi
13 ſpanię, † quòd Epiſcopi oſculantur manus Regis
quia iſtud procedit quando Epiſcopus eſt Comes:
ſicuti faciunt alij magnates. & ita ibi ſequūtur Ge
mi. & Præpo. & ex quo eſt appellandum ad domi-
num feudi, eſt ſignum ſuperioritatis. c. de primati-
bus xcix. diſtinct. ſecundum Præpo. ibi dict. l. j. §. ſi
quis. ff. de appella. vide Pet. Iac. in tit. de ciui. ex qui
4 vaſſa in arbore ſucceſ. Fran. vbi refert, † quòd in
Regno

Regno Franciæ nihil eſt allodiale. Non obſtat ſi apponatur de quodam prætenſo homagio temporalitatis dictæ ciuitatis Vappinci, vt prętendatur facto Comiti prouinciæ per quendam Epiſcopum Odonem de quo refert dominus Guid. Papæ. Deci. cccclj. & cccclx. licèt idem dominus Gui. Pap. nõ faciat mentionem de dictis homagijs Imperatorũ, nec de remiſsione facta domino noſtro Delphino, & ſic nõ obſtãt dictę deciſiones, quia ad iſtud reſpõdetur, quòd etiam in dicto homagio fit mentio iuxta priuilegium Frederici Imperatoris, & licèt ibi non inſeratur: tamen ex quo ad illud fit relatio, nõ affert præiudicium priori homagio Imperatoris. c. j. §. fina. de prohi. feu. per Freder. quia ſemper debet reſeruari antiquior dominus. c. j. §. hic finitur lex.
15 de conſue. recti. inci. † Et vbi non fieret expreſſa reſeruatio de homagio ligio Imperatori vel Regis: tamen tacitè intelligitur. c. j. in princip. de no. fide. for. c. Imperialem. §. fina. de prohib. alien. per Fred. Et idem in Rege Franciæ: quia in dubio cenſetur reſeruata eius authoritas in eius Regno. cùm nõ recognoſcat ſuperiorẽ. c. per venerabilẽ. qui filij ſunt legi. ſecundũ Spec. in titu. de feu. §. quoniã. verſ. xv.
16 facit cap. venientes. de iureiurand. † Prætereà dictũ prætenſum homagium, vt prætenditur, factum per dictum dominum Odonem Epiſcopum Vappinceñ. Comiti Prouinciæ: eſt conditionatum, & portionatum & ſic vbi eſſet validum non poſſet ſe iuuare dictus dominus Comes Prouinciæ cùm non apparet eſſe adimpletas conditiones & pactiones per ipſum promiſsas: quia debet probari contractũ pro ſui parte adimpletũ, l. quęro. §. inter locatorem. ff. loca. l. Iulianus. §. offerri. ff. de action. empt. etiam in materia feudali vbi eſt obligatio vltro citróque obligatoria. c. j. in fin. de for. fideli. ſecundum Bald. in ca. j. qualiter do. proprie. priue. quia debet obſeruari forma homagi & inueſtiturę, cùm habeat vim contractus. c. j. de duob. fratri. à capi. inueſti. nàm ſe
17 cundum Barto. ibi † tenor inueſtiturę eſt ſemper diligẽter attendendus: quia derogat iuri feudorum: ſecundum Aluaro Præpo. & Barba. in additio. ad Bald. ibi c. j. de feu. non habente pro. feud. natu. Et idem Bald. in prooemio feudorum in quarta diuiſi. Prætereà per tenorẽ homagij domini Roberti Epiſcopi Vappinceñ. diu ante Frederico imperatori de temporalitate & Regalijs ciuitatis Vappinci expreſsè prohibetur & cauetur quòd aliquo tempore in toto vel in parte non habeat ſe ſubtrahere à dominio imperij, & aliàs vt ibi pleniùs continetur. datum Thaurini milleſimo ccxxxviij. de mẽſe Apri-
18 lis. & ita † talis contractus Imperatoris habet vim legis. l. Cęſar. ff. de public. l. donationes. C. de dona. inter virum & vxor. & maximè in caſu iſto vbi dominus feudi habet ius in re propter directum dominium. c. j. §. j. de inueſti. de re alie. fact. Et ſic prohibitio in cõtractu in ratione iuris realis impedit tranſlationem dominij. l. ſi creditor. §. fina. ff. de diſtra. pigno. ſecundum Barto. in l. filiusfami. §. diui. ff. de lega. j. & ita ibi in terminis tenet dominus Ambro. Appozo. in repetitione dict. §. diui. in xv. fallentia.
19 vbi tenet, quòd † prohibitio facta de non alienando in cõtractu principis impedit tranſlatonem dominij, cùm habeat vim legis: prout ſupradictũ fuit. Tum etiam ex quo per prius fuit factũ homagium ligium Imperatori qui habet ſupremã poteſtatem in temporalibus de dict. tẽporalitate Vappinci non potuit dictus Odo Epiſcopus facere aliud homagium ligium de dicta temporalitate Vappinci dict. Comiti Prouinciæ, & Forcalquerij, cùm per verba dicti homagij domini Odonis Epiſcopi Vappinci facta dicto Comiti apparet quòd ſit ligium: quia reſeruatur maius dominium dict. Comiti Prouincię: & in mutatione domini ſeu poſſeſſoris, ponatur vexillum ſeu banneria dicti Comitis in turri dicti Epi
20 ſcopatus Vappinci. Et ita non potuit fieri: † quia quis non poteſt eſſe homo ligius duorũ: ſecundum glo. in clemen. paſtoralis, de re iudic. ſuper verbo, homo ligius. Et idem tenet Specu. in tit. de feud. §. quoniam. verſi. x. Bal. in prælud ijs feudorum in vij. diuiſione. & Præpoſi. in xiij. diuiſione: quia dicitur ligius, quaſi ligatus domino ſuo ſoli. & ibi etiã per Iaſ. in prelu. feud. in vij. diuiſione. & maximè quia in dicto homagio dicti domini Odonis Epiſcopi Vappinci facto dicto Comiti Forcalquerij non reſeruantur homagia Imperatoris prius facta. Et idẽ tenet dominus Iaco. in tractatu feudo. ſuper verbo in feud. in vij. diuiſione. Tum etiam ex quo dicti domini Epiſcopi Vappinceñ. prius fecerunt homagia Imperatoribus de temporalitate ciuitatis Vappinci & caſtrorum dictæ eccleſię. ibi nominatorũ. & etiam pro acquirendo in dioeceſi Vappinceñ. & infra limites ibi declaratos, iuxta priuilegium conceſſum Gulielmo Epiſcopo Vappinceñ. per Fredericum primum Imperatorem datum Pappiæ anno incarnationis domini 1184. inſertum in confirmatione Frederici Imperatoris in perſonã Roberti Epiſcopi Vappinceñ. de anno incarnationis domini 1238. de menſe Aprilis apud Thaurinũ.
21 Sequitur † dicendum quòd omnia bona hominis ligij dicũtur eſſe ſub iuriſdictione domini, nedum feudalia ſed etiam alia: ſecundum Specu. in tit. de feud. §. quoniam. verſi. xvij. & domi. Iacob. vbi ſupra, multò fortiùs in caſu iſto vbi expreſsè cauetur quòd pro acquirendo comprędenderetur ſub eodem
22 homagio. † Et per conſequens non tenet dicta recognitio dicti domini Odonis Epiſcopi Vappiceñ. ex poſt facta dicto Comiti Prouincię, & Forcalquerij de dicta temporalitate Vappinci ad præiudiciũ priorum homagiorum Imperatorũ: nec per talem præſtationẽ homagij dicti Odonis Epiſcopo Vappinci acquiritur aliqua poſſeſsio iuriſdictionis: ſecundum Innocen. in cap. dilectus. de capel. monacho. & Specu. in titu. de iuriſdictio. omnium iudic. circa fin. etiam ſi quis faceret recognoſci homines & auoare & renuntiare iuriſdictioni prioris domini, non per hoc acquireretur iuriſdictionem poſſeſſionis ad præiudicium priorum dominorum, vt ibi habetur. Et pro hoc facit quod voluit Panor. poſt Hoſtien. in cap. vox. circa fin. de for. compe. vbi tenet quòd quando vaſallus recognoſcit alium dominum, quòd non præiudicat vero domino etiam reſpectu poſſeſsionis aliàs eſſet in facultate vaſalli ſe ſubtrahere à vero domino, quòd eſſet abſurdũ, & maximè quando vaſallus facit cum mala fide, prout in caſu iſto: quia per tenorem dictæ prætenſę recognitionis homagij dicti Odonis Epiſcopi Vappinceñ. factæ dicto Comiti Prouinciæ & Forcalquerij fuit facta per emulationem & inuidiam, eo

quia conſules Vappinci remiſerant cōſulatum ſeu coſiſiam domino noſtro Delphino in perſonam dominę Beatriſiæ eius matris. Et ideò dict. Comes debebat procurare quòd dictus Epiſcopus repeteret dictum conſulatum, & ex hoc apparet de mala fide & emulatione dicti Odonis Epiſcopi, & etiam dicti Comitis Forcalquerij: quia venit contra pactiones per ipſum factas cum prędeceſſoribus dñi noſtri Delphini, vt non poſſet acquirere dict. Comes nec ſe creſcere infra limites Comitatus Vappincẽ.
23 & Delphina. † quod pactum de non acquirendo eſt validum infra metas alterius domini, maximè quando fit acquiſitio ratione domini. iuxta nota. per Cyn. & Bard. in l. fina. C. de reb. alie. non alien. Et ideò ad iſtos fines pro parte domini Humberti Delphini fuerunt factæ proteſtationes ſuper reuocatione & anullatione. dictæ recognitionis dicti domini Odonis Epiſcopi Vappinceñ. vt reperitur in camera computorum Delphi. de anno domini milleſimo ccxcvij. die nona menſis Iullij, & pariter apparet de mala fide d. Comitis Prouinciæ & For
24 calquerij in quantum de dicto tempore † ante quã dictus Comitatus Prouinciæ peruenisset ad coronam Franciæ ipſe Comes erat vaſallus Imperatoris ratione Comitatus Prouinciæ: d: cta clem. paſtoralis. de re iudic. ſuper verbo, prouinciarum. & verſ. deniq;. vt refert Barto. in extrauag. contra rebelles. ſuper verbo rebellando, & ſic non debebat recipere dicta homagia temporalitatis Vappinci ad præiudicium homagiorum Imperatoris licèt de pręſenti Rex teneat Comitatum Prouinciæ, & vt pręſu-
25 mo liberũ ab homagio Imperatoris. Et † eodem modo poteſt reſponderi ad prætenſam recognitionem vt pretenditur facta de dicta tẽporalitate Vappinci per dominum Gauffredum Epiſcopũ Vappinci ad opus dicti domini Comitis Prouinciæ & Forcalquerij: quia eodem morbo laborant, & non poterunt fieri ad præiudicium præcedentium homa-
26 giorum Imperij prout ſupradictum fuit. † Reſtat nunc videre ſuper validitate bulæ Frederici ij. Imperatoris conceſsionis factæ domino Guigoni Delphino Comiti Viennæ, & Alberius eius conſanguineo fideli, vbi confirmauit ſibi Comitatũ Vappincentij & Ebreduneñ. Et vlterius ex abundantiori gratia allodia tàm in prædicto Vappincen. Comitatu, & Ebreduneñ. quàm in Vienneſij. & Albonis ac Grationopol. ciuitatibus conſtituta, eidem conceſsit vt tamen Comitatus & alia ſupradicta teneat ab Imperio pro ſe & hæredibus ſuis. datum ve
27 rij 1 2 4 7. de menſe Iunij † quia per huiuſmodi cõceſsionem allodiorum licèt prima facie allodiũ dicatur liberum & cum pleno dominio: cap. ij. ſi de feud. controuerſia fuerit, & quòd in feudo dicatur ſeruitus: ſecundum glo. in l. ſi cuius. §. i. ff. de vſufru. & quòd allodium ſit liberum: ſecundum glo. in c. ſi quis. §. interdum. ff. de relig. & ſumpti. funer. & in l. penult. C. de inge. & manu. teſta. & in c. ſi familiæ. C. familiæ erciſcund. tamen proter hoc non excludit ſuperioritatem & iuriſdictionem. c. j. §. adhuc. de pac. iuramẽn. firman. ſecundum Oldra. conſil. xlix. incipiente Conſueuit dubitari. circa finem. & Alber. in dict. l. ſi familiæ. pro quo allegant Hoſti. in cap. nimis. de iureiuran. & ita etiam tenet Iaſ. in pręlu. feud. circa finem in xiij. diuiſione. Et ita in caſu iſto per dictam cõceſsionem allodialium debet comprehendi temporalitas ciuitatis Vappinci & caſtrornm eiuſdem ecclesiæ cum preſupponatur eſ
28 ſe infra dictos limittes Comitatus Vappinceñ. † Et maximè vbi agitur de beneficio principis debet fieri larga interpretatio. l. fina. ff. de conſtitu. princip.
29 cap. cùm dilecti. de dona. † ita quòd etiam appellatione diœceſis, venit ciuitas. c. j. de rer. permuta. lib. vj. & ibi per gloſſ. & docto. l. qui ex vico. ff. ad munici. & ibi gl. ꝙ Virgilius licèt fuerit natus in vico: tamẽ dicitur Mãtuanus. & ſic nõ obſtat c. Rodulphus: quia loquitur in reſcrip. ad lites: ſecundũ glo. & cõmuniter doct. ibi. Et ideò in ſtatutis & conſtitutionibus appellatione diœceſis venit ciuitas: ſecundum Hoſtien. Ioan. Andr. in cap. j. de offic. or. & pro hoc facit l. nulli. verſic. qui ex vico. C. de epiſco. & cleric. vbi illi de vico vel territorio dicuntur de ciuitate. & ibi notat Paul. de Caſtr. faciunt not. per Barto. in l. ij. ff. de verbo. ſignifica, facit c. ſi ciuitas. de ſenten. excommu. libr. vj. In nouella. & Geminia. in cap fœlicis. de pœn. lib. vj. vbi ſecundum ipſos in beneficijs principis appellatione ciuitatis venit diœceſis, & econtra. & idem in Comitatu. cap. veniens. de reſcript. & ibi Panormi. & eſt verbum magis amplum, & continet ciuitatem & territorium: ſecundum Felyn. in dict. cap. Rodulphus. de reſcri. facit c. j. qui dica. Du March. Come. Non obſtat ſi dicatur, quòd appellationes à iudice temporali Vappinci conſueuerunt deuolui ad gubernatorem Auinionis vel ad Archiepiſcopum A-
30 queñ. † quia per hoc non probatur conſuetudo legitimè pręſcripta: quia nõ fuit appellatum vniformiter: faciunt notata per Bart. in l. ſolerẽt. §. j. ff. de offic. procon. & leg. propreteà dominus noſter. Delphi. ſeu eius curia parlamẽti eſt in poſſeſsione ſeu quaſi iuriſdictionis tẽporalis & exercitij in d. ciuitate Vappinci per viam querelæ recurſus & ad ſonum campanę cognoſcit & in poſſeſſorio beneficiorum, & etiam per viam reddvctionis temporalitatis Epiſcopatus ſede vacante: ita quòd exercendo iuriſdictionem in vno loco vel in vno actu iuriſdictionis retinetur iuriſdictio in toto: ſecũdum Innocen. in cap. dilectus. de capel. monacho. & Spec. in titu. de iuriſdict. omnium iudic. verſic. illud etiã. & in titul. de præſcrip. verſicu. ſed pone. pro quo allegat. l. ſi ſtillicidij. in fine. ff. quemadmo. ſeruit. amitta. licèt etiam ex alio capite aduerſus ſupremã
31 poteſtatem † principis non currat præſcriptio. cap. cùm non liceat. de præſcrip. l. comperit. de præſcri xxx. vel xl. anno. ſecundum Inno. in cap. bonæ. de ij. de poſtula. prælato. & Bald. in authen. q. tas actiones. C. de ſacro ſanct. eccleſ. Poſtremò dominus no
32 ſter Delphinus percipit † in dict. ciuitate Vappinci quàm plura alia iura vt coffiã ſeu leydam bladorum tributa annua quæ denotant ſignũ ſubiectionis. c. omnis. de cen. ſecundum Bald. in l. ſoluit. ff. de offic. procon. & lega. ibi iudicem communẽ pil-
33 lorum & ſimilia. † Et ideò quãdo diſputatur de iuriſdictione caſtri vel villæ, intelligitur in dubio de territorio magis adiacen. ſecundum Bald. in cap. olim. de pręſcrip. & Alexan. de Imol. in additio. ad Bartol. in l. ſi cõuenitur. §. ſi nuda. ff. de pign. actio. & ita eſt in caſu iſto pro parte domini noſtri Delphini. Et præmiſſa etiam poſſunt adaptari ad quęſtionem lo

ſtionē locorū Douzere, & Caſtrinoui de Rapto, nec non locorū de Becheuillein & Guillioteriæ quæ ſunt ſita citra Rodanum & infra limites præſentis patriæ & introcluſæ & ſic dñs noſter Delphinus eſt fundatus de iure cōmuni quoad iuriſdictionem & ius ſuperioritatis prout ſupradictū fuit. pro quo
34 facit, † quia viæ publicæ mōtes & flumina diſtinguunt territoria, & dicuntur limites patentes: ſecundum Io. And. in c. cū cauſam. de proba. & Bal. in c.
35 ex literis. eod. tit. † & tales limites patentes nō poſſunt preſcribi: ſicuti dicitur de limitibus epiſcopatuum & prouinciarū: ſecundū Panor. in c. ſuper eo. de perro. poſt Hoſtiē. quem ibi refert Panor. aliter ad præſens non declaro quia adhuc pendet cauſa eorū in magno conſilio & nondum fuit facta declaratio ſuper pręmiſſa: ſed ſemper me refero veritati. ſalua etiā in omnibus pręmiſsis determinatiōe ſanctę matris eccleſię, & pręmiſſa ſcripſi etiam in præcepto verbali curiæ.

SVMMARIVM.

1 Rex *an concilium congregare poßit.*
2 *Papa an ſit ſupra concilium. & nu. 18.*
3 *Papa an poßit facere reſeruationes contra pragmaticam ſanctionem.*
4 *Papa an bellum Chriſtiano principi indicere poßit.*
5 *Concilium generale ſine Papæ authoritate conuocari non poteſt.*
6 *Congregatio omnis, item adiuratio & conſpiratio illicitæ præſumuntur.*
7 *Congregationes in Francia non niſi cum Regis licentia faciendæ ſunt.*
8 *Prælati & clerici quòd de temporali diſtrictu dicantur. Item patriæ priuilegijs & libertatibus gaudēt. & nu. 13*
9 *Clerici quòd ciuium appellatione ueniant, & reipublicæ pars dicantur.*
10 *Laicis & clericis permiſum pro ſuarum rerum tuitione ſe ipſos & amicos congregare.*
11 *Iudex licèt ex forma ſtatuti uel commißionis ſapientis cōſilium requirere teneatur: tñ non niſi iuſtū ſequi tenetur.*
12 *Congregatio tendens ad bonum finem, maximè ad eccleſiæ utilitatem licita eſt.*
14 *Clodoueo regnante & iuſſu illius in Gallia prima ſynodus Aureliæ habita fuit*
15 *Clodoueus à Remigio baptizatus.*
16 *Reges an de ſalutis neceßitate temporalitatem à Papa recognoſcere teneantur.*
17 *Papæ aut Regis poteſtatem in controuerſiam trahere periculoſum.*
19 *Concilio generali lex Papæ an imponi poßit.*
20 *Papa concilia generalia neque diſſoluere, neq; illis derogare poteſt. & nume. 26.*
21 *Concilij generalis decreta maioris ſunt uirtutis quàm quæ à Papa eduntur.*
22 *Papa ius diuinum etiam uſque ad ſanguinem & animā tueri tenetur.*
23 *Papa poteſtatis plenitudine contra electiones uti non niſi cum magna cauſa, debet.*
24 *Eugenius IIII. concilium Baſilienſe diſſo luit.*
25 *Conciliorum Conſtantiæ & Baſileæ decreta ſuper diſſolutione & translatione concilij Baſilienſis*
27 *Laicus in temporalibus an obedire Papæ teneatur. Quid in ſpiritualibus.*
28 *Papa de bonis temporalibus clericorum etiam ad libitum & de poteſtatis plenitudine diſponere non poteſt.*
29 *Dignitates uel perſonatus extraneis non concedi Galliæ generalis conſuetudinis eſt.*
30 *Rex Franciæ cathedralium eccleſiarum patronus eſt.*
31 *Rex Franciæ merè laicus non eſt.*
32 *Rex Franciæ morbo regio malè affectos ſolo tactu manus priſtinæ ualetudini reſtituit.*
33 *Papa an ſolutus ſit rationis dictamine.*
34 *Papa an ſine cauſa Epiſcopum deponere poßit.*
35 *Papam contra concilia generalia diſpenſare non, niſi cum rationabili cauſa, poſſe.*
36 *Papam can. Si quis ſuadente. 17. queſti. 4. tollere nō niſi cum concilio generali poſſe.*
37 *Argumentum de toto ad partem & econtra, ualidum eſt.*
38 *Iuſtam cauſam in Papa præſumi regulare. fallit nu. 39.*
40 *Petrus reprehenſus à Paulo.*
41 *Balaam ab aſino.*
42 *Dauid à Nathan.*
43 *Papæ decretum cauſans ſcandalum in populo quòd iuſta cauſa latum eſſe credendum non eſt.*
44 *Papa an pragmaticæ ſanctionis decreto derogare poßit.*
45 *Expectatiuæ ſeu reſeruationes decreti tēpore incognitæ.*
46 *Papa parte inaudita pragmaticæ ſanctioni nec alijs in priuilegijs derogare non niſi hi quos negotium tangit, uocentur, poteſt.*
47 *Chriſtus legem non ſoluere ſed adimplere uenit. Quid igitur Papa qui ſe tantùm Chriſti uicarium aſſerit facere teneatur.*
48 *Papam effectus domare neceſſum, ne perſonarum quidem acceptor ſit.*
49 *Karolus magnus Francorū Rex patriciatus dignitate donatus fuit.*
50 *Celeſtinus Papa diluculo, gratias impertiebat ueſperi reuocabat.*
51 *Moſes bello interfuit. Paulus item.*
52 *Bellum qualiter iniuſtum dicatur.*
53 *Clericorum arma quæ eſſe debeant.*
54 *Bellum ut dicatur iuſtum quæ requirantur.*
55 *Deus Optimus Maximus nullam inter iuramentum & ſimplicem loquelam differentiam facit.*
56 *Roberti Regis Ioanni XXII. Papæ cum ei bellum minaretur, reſponſum.*
57 *Bellum antequàm fiat diffidatione opus eſt.*
58 *Bellum iuſtum non, niſi iuſta cauſa appareat, dicitur.*
59 *Papa ut priuatus peccato obnoxius eſt.*
60 *Eccleſia uniuerſalis impeccabilis.*
61 *Papa an negotia ardua ſine Cardinalium concilio explicare poßit.*
62 *Papam quòd unum ex Cardinalibus excommunicare non, niſi cum aliorum Cardinalium conſilio, poſſe*
63 *Cardinales presbyteri & diacones quòd fidelitatis iuramentum Papæ præſtare non teneantur.*
64 *Quo remedio ſit conſulendum.*
65 *Papa monitioni euangelicæ ſubijcitur.*
66 *Princeps in cauſa propria de honeſtate iudicare non debet*
67 *Appellari à Papa ad futurū conciliū an poßit & econtrà.*
68 *Appellatio ab Archiepiſcopo ad concilium prouinciale.*
69 *Papa an ſententiam ſuam in melius commutare teneatur.*
70 *Deus ſententiam ſuam comminatoriam commutat.*
71 *Concilium generale an & quando in Papam iuriſdictionē habeat.*
72 *Concilij generalis conuocandi modus.*
73 *Papæ indurato corde non auſcultandum.*
64 *Papa à confeſſore de noxis argui poteſt, & niſi ab illis reſilierit abſoluendus non eſt.*
65 *Papæ præcepto nō obediēdū propter notoriū peccatū: maxi*

tiè ſi ex eo enorme & irreparabile damnum emergeret, & nume. 66.

77 *Papæ mãdato continente peccatũ uel ſcandalũ, aut uniuerſalis eccleſiæ ſtatus turbatio timeretur nõ obtẽperãdũ.*

78 *Quid ſi de re temporali inter laicos ageretur.*

79 *Papæ iniuſtis reſcriptis neq; parendũ, neq; obtẽperãdum.*

Quæſtio CCCCLVI.

QVAERITVR ſuper epiſtola trãſmiſſa per Regiam maieſtatẽ & Delphinalem eius curiæ parlamenti Delphinalis, vt poſsit fieri congruum reſponſum tangenda ſunt puncta ſubſcri-
1 pta. Et primò † ſi ſit licitum Regi congregare Prælatos & gentes eccleſiæ Regni & Delphinatus pro facto concernẽte ſtatum eccleſię Gallicanę ſaltem
2 per modũ conſilij deliberatorij: † Secundò ſi Papa ſit ſupra concilium generale, adeò ꝙ poſsit tollere aut derogare ſtatutis & cõſtitutionibus cõcilij Baſilienſis, & priuilegijs eccleſiæ Gallicanæ, & ſi propter hoc dicatur perturbari, ſcãdaliſari, ſeu decolo-
3 rari ſtatus vniuerſalis eccleſię: † & an Papa poſsit facere reſeruationes, & concedere gratias expecta-
4 tiuas non obſtãte decreto pragmaticę ſanct. † Tertiò ſi ſit licitũ Papę indicere bellũ cõtra aliquẽ principem Chriſtianũ, & declarare ſe pro eius inimico & eius ſtatũ turbare & reuoluere ſaltẽ ſine cauſa iuſta & rationabili. Quartò quo remedio ſit conſulendũ Regiæ maieſtati in præmiſsis. Hic inſeritur, primò tenor d. epiſtolę tranſmiſſę de hoc præſenti anno 1510. circa principium menſis Auguſti.

A noz amez & feaux conſeilliers les gens de noſtre court de parlement du Daulphine.

De par le Roy Daulphin.

Noz amez & feaulx vous auez bien peu cognoiſtre cõme puis certain tẽps en ça noſtre ſainct pere le Pape à fait pluſieurs entreprinſes & choſes contraires aux priuileges & libertez de leglise Gallicane & loix de noſtre Royaume. Leſquelles pour pluſieurs bons regards nous auons ſupportez & tolleres patiẽment, eſperant que par remonſtrance ou autrement ſon plaiſir feuſt ſen deporter: mais en lieu de ce faire il s'eſt ouuertemẽt declare en guerre contre nous, & à volu troubler & reuolter noz eſtaz en Italie, & principalemẽt ceux de Gennes. A ceſte cauſe deſirãt y remedier & pourueoir voulons & vous mãdons que pour auiſer la forme que autrefoys à eté tenue en telles & ſemblables choſes, & telle qu'auons à contenir, vous deputez quelque nõbre d'entre vous pour y vacquer & entendre. Et nous aduertir de ce qui ſera auiſé pour à l'aſemblée que faiſons à Orleans à la fin du moys d'Aouſt prochainement venant des prelatz & gens degliſe de noſtredict Royaume nous y puiſsions prãdre vne bonne & reſolue deliberation & cõcluſion à l'hõneur & ſeruice de Dieu & de la dicte egliſe, & au bien de nous, & de notredict Royaume pays & ſeignories, & ſeureté de noſdictz eſtaz. Donné à Blais le penultiéme iour de Iulliet.

LOYS Robertet.

Et deueniendo ad primum punctum præmittenda eſt proteſtatio in principio medio & fine in omnibus ſalua ſemper reuerentia ſanctę ſedis apoſtolicæ. Et ꝙ omnia ſubijciãtur determinationi ſanctæ matris eccleſię: iux. c. dãnamus. in fi. de ſumma trin. prout in ſimili dicit Bal. in rubr. C. ſi quis ali. teſta. prohi. in princip. & fi. in tractatu ſciſmatis, & ꝙ in ſimili ponit Bart. in l. ſequitur. §. ſi viã. ff. de vſucap. Et deueniendo ad rem, dubium facit, an talis con-
5 gregatio ſit licita † quia loquẽdo de concilio generali nõ poteſt cõuocari ſine authoritate Romani Pontificis. c. j. c. ij. & c. multis. quęſti. xvij. diſt. aliàs diceretur conciliabulũ ſeu cõuenticulum: vt ibi habetur. Et ideò quãdo Papa habet ſuſpectas aliquas cõgregationes poteſt illas prohibere: ſecundũ Bal.
6 in l. nullus. C. de ſumma tri. † Præterea regulariter omnis congratio, adiuratio ſeu conſpiratio præſumitur illicita. c. j. §. cõuenticulas. de pac. iuram. & l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. cõfu. c. coniurationũ. & c. cõſpirationũ. xj. q. j. ſecdm Inno. in c. j. de ſciſma. quia tales cõſpirationes nõ de zelo iuſtitię, ſed de odij fomite procedere videntur: ſecdm Archi. in c. cõſtitutionẽ. de verb. ſig. lib. vj. & Bal. in d. §. cõuẽticulas. & in l. j. C. de mono. Tum etiã quia ſecularibus nulla videtur attributa facultas authoritatis quoad perſonas eccleſiaſticas. c. eccleſia ſanctę Mariæ. de conſti. Sed in cõtrariũ videtur veritas in
7 caſu iſto: † quia authoritas cõgregãdi populũ pertinet ad Regẽ in eius Regno & patria. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. ibi ædificia collata. Et hoc ibi tenet Pau. de Caſt. in repetione, & Inno. in c. cũ ab eccleſiarũ. de offic. ordi. & Io. Fab. in §. vniuerſitatis. inſti. de rer. diui. vbi tenet, ꝙ curia Francię non permittit congregationẽ vniuerſitatis ſine licentia
8 domini. † Præterea prælati & clerici dicuntur de diſtrictu temporali. c. fi. de offic. deleg. lib. vj. Et ideò gaudent priuilegijs & libertatibus patrię: ſecundũ Ioan. And. ibi in nouella & Pet. de Ancha. c. dilecti. de for. compe. & ibi quòd clerici dicuntur eſſe
9 de prouincia: ſecundum Fely. ibi † & etiam veniũt appellatione ciuium. c. cùm nullus. de tempo. ordi. lib. vj. Et ideò ſacerdotes ſeu clerici dicuntur pars rei publicæ: ſecundum Bald. in l. j. §. huius ſtudij. ff. iuſti. & iur. & ſunt de diſtrictu ciuitatis: ſecdm ipſum & Iaſo. ibi Et pro iſta parte ꝙ prælati teneãtur comparere ad mandatum Regis facit c. cù m parati. de appella. maximè quando tenẽt Regalia ſeu temporalia à Rege vt ibi habetur per glo. Innoc. & cæteros, & per Archid. in c. vnic. x. q. iij. c. ſi Epiſcopus. xviij. diſtinct. vbi fit mentio de pręceptione Regia & ibi glo. quòd quilibet debet venire quando vocatur propter negotium Regni, & vt deferatur Regię maieſta. & hoc etiam tenent Archi. Ioan. And. in nouella, & quę. in cap. j. de clericis coniuga. lib. vj. vbi tenent quòd prælati qui tenent temporalia à Rege, debent venire ad vocationem Regis ad præſtandum auxilium & conſilium: quia vaſallus inter cætera debet præſtrare domino auxilium & cõſilium. c. de forma. xij. q. v. C. de forma fideli. adde gloſſ. in cap. reprehenſibile. xxiij. q. viij. quando Epiſcopus tenet regalia à Rege & vocatur à Papa vel Rege cui potiùs ſit parendum & per glo. & docto. in

10 docto.in dict.c.cùm parati.de appel. † Tum etiam quia eſt permiſſum tàm laicis quàm clericis ſe congregare & cõuocare amicos pro defenſione ſua & rerum ſuarum:ſecũdũ Bal.in Margarita ad Inno. ſuper verbo,congregare.faciũt not.per glo.& Bar. in l.iij.§.cùm igitur.ff.de vi & vi arma.& in l.prohibitum.C.de iur.fiſ.lib.x.& per Inno.& cæteros: in c.ſi quãdo.de offi.deleg. nõ obſtat quod ſupra fuit oppoſitũ de cõcilio generali: quia iſta cõgregatio non fit per modum concilij generalis,nec ꝙ in aliquo derogetur authoritati Romani Pontificis quo ad authoritatẽ cõgregandi cõcilium generale: ſed duntaxat per modum concilij deliberatorij habendi ab eius prælatis & clericis aduerſus grauamina ſibi illata vel inferẽda.facit quod habetur per gl.in c.nulli fas.xix.diſtin.& per frat. Antho. in ſumma iij.parte.titu.xxiiij.c.j.& per Inno.in c.ſolet.de ſenten.excõmu.lib.vj.& per Sali.in l.vnic.C.de raptu virgi.vbi tenẽt quòd petendo conſiliũ ab aduocatis & peritis non incurritur ſententia excõmunicationis. Adde in ſimili gl.in proœmi.ff.de his quę in teſta.delen.quòd iudex non debet habere conſiliũ ab aduocatis litis.ſed ſecundũ Bar.ibi poteſt habere collationẽ non vt credatur aduocatis niſi inquãtum viſum fuerit iudici,& ita in effectu tenet Bal.
11 in l.placet.C.de ſacro ſanct.eccleſi.pro quo † facit quia quãdo ex forma ſtatuti vel cõmiſsionis iudex tenetur habere cõſiliũ ſapiẽtis licèt teneatur requirere, tamẽ non debet ſequi niſi ſit iuſtum: cùm conſiliũ non ſit actus iuriſdictiõis.c.ſi pro vtilitate. de offi.dele.& ibi glo.Inn.& cęteri.c.in geneſi.de ele. c.cũ alter de arbi.per Bar.in l.j.§.ſi plures.ff.de exerc.facit l.cõſilij.ff.de reg.iur.c.nullus ex cõſilio.de regu.iu.lib.vj.Non obſtat etiam ſecundo in quantum fuit oppoſitum,ꝙ in dubio cõgregatio præſumatur illicita: quia ad iſtud reſpõdetur,ꝙ iſtud fal
12 lit in caſu iſto † qñ cõgregatio tẽdit ad bonũ finẽ. c.ſanè.xvj.q.vij.& ibi glo.ꝙ talis cõiuratio quę tẽdit ad bonũ finẽ,nõ dicitur vitioſa.& idẽ tenet gl.in c.ſi qui clericorũ.xj.q.j.quia talis congregatio quę fit ad malum reprobandũ eſt licita.Et idẽ qñ fit pro vtilitate eccleſię:ſecũdm Arch.Io.And.Pet.de Anch. Gemi.& Philip.Franc.in d.c.conſtitutionẽ.de verbo.ſign.lib.vj.Io.And.Pano.in c.exhibita.de iud. & Feli.in c.ſi.de teſti.cogen.Et ideò clerici contra Epiſcopũ,quãdo eſt ſuſpectus de adminiſtratione rerũ eccleſię, vel quando grauantur,poſſunt ſe cõgregare.& idem de monachis & religioſis contra Abbatem,quando fit ad bonũ finẽ,& iſto caſu quãdo talis congregatio fit ex cauſa iuſta non dicitur cõſpiratio,ſed concordia:vt in authenti.vt cũ de appella.cog.colla.viij.§.ſi quis de prædictis. ſecundũ docto.in d.c.conſtitutionem. Non obſtat tertiò in quantum fuit oppoſitũ quòd deficit authoritas poteſtatis ſecularis quoad perſonas eccleſiaſticas: quia prout ſupra dictum fuit, hìc agitur de vtilitate eccleſiarũ vt iura ordinariorũ, & vt priuilegia eccleſię Gallicanæ conſeruẽtur & ſic eſt licita congre
13 gatio,prout ſupra dictũ fuit:† cùm clerici ſint de diſtrictu temporali,& pars reipublicę: prout ſupra dictũ fuit.Et prout apparet per finẽ dictę epiſtolę Regis domini noſtri Delphini de eius bona intẽtione, & quod tendit ad bonum finem ad habendũ deliberationem ad honorem & ſeruitium Dei & eccleſiæ. Præmiſſa etiam corroborantur exemplo in cronicis Franciæ:quia vt refert Specul.hyſto.libr.
14 xxij.c. xxiij.vbi refert, quòd prima † ſynodus fuit habita Orelianis iuſſu Regis Clodouei Fran. vbi inter fuerũt xxxij.Epiſcopi, vbi fuerunt factæ plures conſtitutiones concernentes ſtatum eccleſiæ & clericorum,& vt refert glo.in pragmati.ſanctio. in tit.de elect.c.ij.ſuper verb.reſeruatiões.fuit primus
15 Rex Franciæ † baptiſatus à ſancto Remigio. Secunda etiam apparet in cronica Regis Philippi le Bel in ij.volumi.fol.cxxviij. & fol. cxxxij. qualiter Bonifacius VIII. mandauit quendam nuntium vocatum Archidiaconum Narbonæ ad præfatum Regem ſuper pluribus capitulis,& inter cætera, ꝙ Rex haberet recognoſcere temporalitatem Regni à Papa.& ſuper hoc Rex fecit congregationẽ prælatorum Pariſius,qui ſe oppoſuerunt ratione temporalitatis,& non ſpiritualis: quia pręfatus Papa Bonifacius VIII.compilauerat vnam extrauagantem incipientem,vnam ſanctã,vbi declarauerat, ꝙ
16 de † neceſsitate ſalutis principes debebant recognoſcere temporalitatem ab eccleſia Romana. tamen Clemens V. ex poſt reuocauit & declarauit quòd non haberet pręiudicare Regi Franciæ:vt refert Cardi. Flo.in clemen.j.de immu. eccle.in prin. & glo.in pragmati.ſanctio.in princip.ſuper verbo, Dei gratia.in fi. Tertia etiam corroboratur in cronica Karoli V. in iij. volumin. cronicarum fol. xxxviij.& fol.xlj.de ſciſmate inter Vrbanum VI.& Clementem VII.quia Rex Karolus fecit congregationem prælatorum & doctorum tam in Theologia,quàm vtriuſque iuris ſuper obedientia cui eſſet obediendum de dictis duobus contendentibus in papatu. Quarta etiam de tempore Karoli VI.in dict.iij. volumin. fol. 100. vbi fuit facta congregatio prælatorũ Pariſius pro vnione eccleſiæ poſt obitum Papę Clementis,& in pluribus alijs partibus dictarum cronicarum apparet quòd Reges cõſueuerunt cõuocare eorum prælatos Regni & Delphinatus quando agitur de ſtatu eccleſiæ pro conſultatione habenda.Et nouiſsimè de tempore Regis Ludouici XI. fuit facta congregatio Aureliæ duplici de cauſa.prima ſuper obſeruatione pragm. ſuper annatis eccleſiarum propter magnam pecuniã quę exportabatur Romę. & cùm Rex veniſſet Aurelię congregatis ibi prælatis remiſit apud Lugdunum.& aliàs vt habetur in cronica Roberti Gaguini.fol.cvj. Ad ſecundũ principale punctum in quo iacet maior difficultas, quia de re tã ardua &
17 graui agitur:† cùm diſputare de poteſtate Papę vel Regis ſit periculoſum,cùm ſit inſtar ſacrilegij. l.ij. C.de crimi.ſacri.& eſt quaſi ponere os in cælũ.c. in tantùm.xxj.diſtin. Veruntamen cum proteſtatione
18 de qua ſupra videretur prima facie, † quòd Papa ſit ſuprà concilium generale, & quòd poſsit diſſoluere concilium & derogare.c.ſignificaſti.de electi. vnde ſecundum Ioan.And.ibi ſtandum eſt ſententię Papę ſi contradicat concilio.iiij.diſtin.c.in iſtis. & xv.diſtin.ſicut.quia ſolus Papa ſine concilio vel eius parte poteſt interpretari ſtatuta concilij gene
19 ralis.c.nec licuit.xvij.q.v. † quia conciliũ non põt imponere legẽ Papę d.c.ſignificaſti: quia Chriſtus cõmiſit beato Petro Clauigero terrã ſimul in celeſtis imperij iura.c.oẽs.xxij.diſt.&Papa gerit vicem

non puri hominis,ſed Dei. Et ideò Dei & Papæ eſt idem conciſtorium:ſecundum Hoſti.in c.quãto.de transla.prȩla.&ideò habet plenitudinẽ poteſtatis. c.ij.de prȩben.lib.vj.clem.j.vt lit.pend.c. cũcta per mundum.& c.per principalem.ix.q.iij. & eſt ſupra ius poſitiuũ.c.propoſuit.de conce.prȩben.&eſt ſolutus legibus & canonibus:ſecundũ gloſ. in c.j.de
20 cõſti.Sed pro contraria parte facit,† ꝙ Papa non poſsit diſſoluere cõcilia generalia, nec illis derogare,quia fuerunt promulgata cum maiori deliberatione & digeſtione & conciliũ generale repræſentat vniuerſalẽ eccleſiã.c.eccleſia.de conſe. diſt.iv.j. & debet præualere plurimorũ ſententia. c.j.de his quæ fiunt à maio.par.capi.& ideò licèt Papa ſit in concilio generali tanquã caput:tamen lex edita in
21 concilio generali fit nomine ipſius concilij,† quia eſt maioris roboris quã ſolius Papȩ:ſecundũ Pan. in c.j.de pact.& in c.cõſenſus.de reb.eccle.nõ alie. & in c.j.de ſponſa.quia orbis eſt maior vrbe.c. legimus.xciij.diſt.& not.per glo.in d.c.ſicut.Et pro prȩmiſsis facit c.& ſi illa.j.q.vij.vbi fit mentio quãdo ſtatus eccleſiȩ decoloratur.& in c.mandaſtis. ij. q. v.vbi Papa ſe purgauit corã concilio generali.Prȩtereà ſi Papa ſine cauſa vellet derogare, & vnico verbo tollere & cõtrauenire concilijs generalibus eſſet pertubare & decolorare ſtatũ vniuerſalis eccleſiȩ,quod non eſt dicendum:ſecundũ glo.in c.literas.de reſti.ſpol.& in d.c.propoſuit.de cõceſ.prȩben.& Inno.in c.quãto.de conſue.& pro hoc facit quod habetur per gl.in c.ſi Papa.xl.diſ.§.j.Prȩtereà electiones etiã procedunt de iure diuino ſicuti dicitur quãdo mortuo Iuda apoſtolo inſimul elegerũt Bernabã & Mathiã:ſed ſors cecidit ſupra Mathiã. actuum i.& xxj.diſtin.c.clericos. Et ita Papa non
22 debet derogare iuri diuino † ſed debet defendere vſq; ad ſanguinem & animã.c.ſunt quidã.xxv.q.j. licèt gloſſ.ibi velit tenere quòd Papa poſsit diſpenſare contra apoſtolum,&interdum contra generale ſtatum eccleſiæ,licèt non contra articulos fidei, per iura ibi allegata.& in dict.cap. ſicut. xv. diſtin. nam licèt præualeat authoritas ſanctorum, quantum ad exponendum ſanctam ſcripturam: tamen quantum ad cauſas diffiniendas præualet authoritas Romanorum Pontificum.c. decretales. xx.diſtinct.& ibi gloſſ. Nam Papa ſemper præſumitur bonus.xj.diſtinct.cap.j.Veruntamen licèt Papa de plenitudine poteſtatis poſsit tollere conſtitutionẽ concilij generalis: ſecundũ gloſſ.ſingularem in c.
23 vbi periculum.in princip. de elect.lib.vj. † tamen Papa contra electiones de raro & ſine magna cauſa non debet vti plenitudine poteſtatis: ſecundum Innocen.in cap.innotuit.de electi. Prætereà Rex habet iuſtam cauſam ſe opponendi aduerſus promotiones apoſtolicas prælatorum, quando timet de conſpiratione prælatorum aut reuelatione ſecretorum:ſecundum Innocen.in c.ſuper his.de accuſati. Veruntamen Papa non debet reſcribere contra ſtatum concilij generalis & eccleſiȩ, niſi ex magna &rationabili cauſa,&alijs.not.ſecundum Innocen.in dict.cap.quanta.de conſuetud. quinimò Papa non debet conſtituere legem generalem ſine Cardinalibus.ſecundum Archidia.poſt Tan.in d. cap.ſunt quidam.xxv.quæſtio.j. Nec obſtat præ-
24 miſsis ſi dicatur, † quòd Papa Eugenius IIII. diſſoluit concilium generale Baſiliæ. Et licèt ex poſt facto reuocauerit dictam diſſolutionem:tamẽ iterum reuocauit dictum concilium Baſileæ & trãſtulit apud Ferrariam,vt in pragmatica ſanctio. in titul.de cauſis.§. ſtatuit. verſicu.ne tamen.& nota. per glo.in procemio pragmaticæ ſanctio. ſuper verbo Martini V. Et iſtam partem quòd Papa potuerit diſſoluere concilium Baſileȩ,tenet frater Anth. in ſumma.parte ij.titul.iij.cap.xj.§.j. Et licèt dictũ concilium à principio fuerit canonicè congregatũ & poſteà authoritate Eugenij confirmatũ: tamen ex quo dictum concilium fuit diſſolutum propter reductionem Græcorum.Et inde apud Florentiam propter ſuperuenientẽ peſtem dictum cõcilium Baſileæ effectum eſt conciliabulum:vt refert Antho. vbi ſupra.& iſtam partẽ tenet do.Cataldin.de Bouco in tractatu de transla.ſacri concilij Baſileæ. Sed ad iſtud reſpondet gloſſ.pragmatic.ſanct.ſuper di-
25 cto verbo, querenti. † quòd decreta conciliorum Conſtantienſis & Baſilienſis prouiderunt quòd tale concilium Baſileȩ non poterat diſſolui nec alibi transferri vt in conſtitutione dicti concilij Conſtãtiȩ incipiente frequens.inſerta in dicta pragmatica ſanctio.de autho.& poteſta.ſacro.conci.c.ij.Et iſtã partem tenet Ludo. Roma.concilio cclxxx. inci-
26 piente, Quæſtio eſt, † quòd Papa non poteſt derogare concilio Baſilienſi, nec valet prouiſio Papæ de beneficio electiuo infra tempus eligendi per iura ibi per ipſum allegata. Et quia iſta materia reperitur in conflictu opinionum ideò ponam caſus minus dubios. Prætereà in camera computorum Delphinalis reperiuntur quȩdam literȩ declarationis factæ inter dominum noſtrũ Papã Eugenium IIII. & ambaſsiatores Regis Karoli VIII. miſſos pro dicta pragmat.qualiter Rex declarauit iuſta dictũ accordium,quòd dicta pragmatica habeat effectũ à die acceptionis factæ Bituris per eccleſiam Gallicanam,& ſic præſumendum eſt quòd Papa Eugenius approbauerit dictam pragmaticam, poſt dictam diſſolutionem, cùm dictȩ literȩ fuerint factæ
27 de anno 1441.die menſis Auguſti. Primus † caſus, quamuis Papa non ſubijciatur legibus & canonibus: tamen non poteſt tollere leges Regni in concernentibus forum ſecularem: ſecundum glo. in cap.poſſeſſor.de regul.iur.libr.vj.& in cap.ij. de arbi.eodem lib.ſecundum Fel.in dict.c. canonum. de conſti.in iij.declaratione:quia laicus non tenetur obedire Papæ in temporalibus. Quinimò nec in ſpiritualibus,quando mandatum Papæ contineret hȩreſim,vel quando vehementer præſumeretur ſtatum eccleſiæ turbari,vel etiam fortè alia mala ventura eſſe:quia tunc peccarent laici obediendo, cùm debeant præcauere futura mala: ſecũdum Innocen.in cap.inquiſitioni. de ſenten. excommuni. quem communiter ſequuntur cȩteri docto.Nec pariter tenetur laicus parere Papæ iniuſtè præcipienti,in temporalibus: ſecundum Innocen.in dict.c. inquiſitioni.& Alexand.de Imol. conſilio iij. in v. volumi.& pro hoc facit glo.in cap.ij. de maiorita. & obedien.Et pro præmiſsis facit,quia ſicuti Imperator vel Rex non poteſt reuocare priuilegia conceſſa eccleſiæ.l.priuilegia.C.de ſacro ſanct.eccleſi. iuxta nota.per Innocen.in c.nouit. de iudic. & in cap.in noſtra.de iniu.ita etiam e contra Papa non poteſt tol

poteſt tollere ius quæſitum laico per legē canoni-
cam:ſecundum Pau.de Caſtr.conſi.cccxviij. in or-
dine meo,per iura ibi per ipſum allegata, & per Fe
lin.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit. in iij. decla-
ratione.Et ſicuti Papa non poteſt diſponere de bo-
nis temporalibus laicorum nec vti plenitudine po
28 teſtatis: † ita etiam non poteſt ad libitum volunta
tis etiam diſponere de plenitudine poteſtatis de bo
nis patrimonialibus clericorum:ſecūdum Anto.de
Butr.in c.conſtitutus.de relig.dom. & Panor. in c.
cùm dilectus.de iur.patr.Et iſtud bene facit pro ſe-
reniſsimo Rege Franciæ domino noſtro Delphi-
no,qui habet plura iura,priuilegia & libertates cō
ceſſas per Romanam eccleſiam, quòd nō poſsint
reuocari.facit c. Adrianus.le ij.lxiij.diſtinct. Nam
29 de † priuilegio ſeu generali conſuetudine Frāciæ
pręſcripta dignitates vel perſonatus non cōcedun-
tur extraneis:vt refert & ſequitur Hen. Bohy. in c.
dilectus.de conceſ.præb.& Præpo. in c.nullus inui
30 tis. lxj. diſt. Nam † Rex Franciæ in ſuo regno eſt
patronus eccleſiarum cathedralium: ſecundum Ar
chi.in c.lectis.lxiij.diſt.& Bald. in c.quanto. de iu-
di.& Corce.in tractat.de poteſta.& excell. Regi.q.
xxxiiij.vide Gem.Card. Alex.in d. c.lectis. lxiij. di-
ſtin.& ibi Card. Alex.quòd ſit ſpeciale in iſtis eccle
ſijs cathedralibus.& in pluribus eccleſijs ſui regni
habet ius regaliæ in beneficijs, quæ non cadunt in
reſeruatione beneficiorum vacantium apud ſedem
per ceſſum,vel deceſſum: vt referunt Ioan.And.in
nouella Petrus de Ancha.Gemi.& Phili. Franc.in
c.ij.de præben.libro vj.Et maximè procedit in Re-
31 ge Franciæ,qui † non eſt merè laicus, qui vngitur
vnguento vel chriſmate cœlitùs miſſo per colum-
bam in ampulā Remis in monaſterio S. Remigij
32 qui primū Regē Franciæ baptiſauit. † Item ad ſo
lum tactum manus certos infirmos ſanare dicitur:
ſecundum Doct. vbi ſuprà. Et pro hoc facit quod
voluit glo.in regula cancellariç xl.in fin vbi refert
de pragmā. ſanct.quòd non cōfert eccleſias cathe
drales in regno Franciæ, ſicuti in regno Hiſpaniæ
Papa non confert dictas eccleſias pontificales ſine
conſenſu Regis. vt refert ibi gloſſ.& de hoc etiam
habetur per Gulielmum de Monteſeria ſuper prag
matic.ſanct in v.parte de prærogatiua Regis Fran
ciæ in dignitatibus electiuis & pontificalibus.
Secundus caſus pręſuppoſito ſed non conceſſo, &
citra pręiudicium veritatis, quòd Papa ſit ſolutus
33 canonibus, & ſuprà concilium generale: † tamen
nō eſt ſolutus dictamine rationis & ſubijcitur men
ti legis & æquitati naturali: ſecundum Ioan. And.
in c.ſignificaſti.de for.compet.Et ideò Papa debet
eſſe bonus pater familiâs:iuxta authoritatem euan
gelij:paſce oues meas. Ioan.xx.& ideò licèt glo. in
c.per principalem.ix. quæſt.iij. teneat, quòd Papa
poſsit deponere vnum Epiſcopum non autem om-
34 nes: quia decoloraretur ſtatus eccleſię: attamē nō
debet deponere vnum Epiſcopum ſine cauſa ra-
tionabili & euidenti.c. niſi cùm pridem. de renun-
tia. quia iſtud eſſet contra ordinationem apoſtolo
rum, qui ordinauerunt, vt Epiſcopi & alij presby-
teri ponerentur In eccleſijs, & eſſent perpetui: er-
go Papa non debet facere: cùm iſtud cōcernat ſta
tum eccleſiæ vniuerſalis in conſequentia. Nam
ſi poſſet remouere vnū Epiſcopum etiam remoue-
ret plurimos,& ſic decoloraretur ſtatus eccleſiæ. c.
peruenit.xj.q j. vbi habetur,ſi ſua vnicuique iuriſ-
dictio non ſeruetur, ordo eccleſiaſticus confunde-
tur. & ita tenet Pan. in eius diſputatione incipien-
te,Epiſcopus in ſolutione primi dubij.col.x. Et ibi
35 etiam tenet † quòd Papa nō poteſt diſpenſare.con
tra concilia generalia ſine cauſa rationabili quan-
do concernit ſtatum eccleſię vniuerſalis.capit.quæ
36 ad perpetuam.Et econtra xxvj.q.j. Et ideò † Papa
nō poſſet tollere ſine cōcilio generali. c.ſi quis ſua-
dente.xvij.q.iiij.ſecundum Abba.antiq. in c.nulli.
de ſenten.excommu. quia generaretur ſcandalum
in eccleſia,& decoloraretur ſtatus eccleſię.Et quan
do turbatur ſtatus eccleſię vnius regni vel prouin-
cię in conſequentia dicitur turbari & ſcandalizari
ſtatus vniuerſalis eccleſię:ſecundum Panor.in c.li-
teras.de reſtitut.ſpoliat.vbi ponit exemplum quòd
Papa daret facultatem Regi cognoſcendi, & pu-
niendi clericos ſuæ prouincię decoloraretur ſtatus
37 eccleſię vniuerſalis: † quia bonum eſt argumen-
tum de toto ad partem.& econtrà.l.quę de tota. ff.
de rei vendicat.capi.paſtoralis. §.item cùm totum.
de offic.& poteſt deleg.maximè in natione Franc.
quę eſt magna. & ita in hac materia arguit Prępo.
de toto ad partem in repetitione. ca.j.xv.diſt.xxiij.
column. in octauo argumento. & ita etiam vide-
tur tenere Ludouicus Roman.conſi.cccxlv. incip.
Circa primum.in iiij.column. dum ibi tenet quòd
quando Papa trāsfert aliquos Epiſcopos ſine cau-
ſa rationabili, dicitur turbare ſtatum vniuerſalis
eccleſię:quia alij Epiſcopi poſſent terreri,& redde-
rentur timidiores,& eſſet contra libertatem eccle-
ſiæ.facit quod habetur per Inno.in cap.nouerit.de
ſenten.excommun.& per Bartol. in l. j.§.quæ one-
randę.ff. quarum rerum actio non dat. & in auth.
caſſa.C.de ſacroſanct.eccle. Adde tamen Feli. in c.
fina.de maioritat.& obedien.qui tenet quòd quan
do fit mentio de poteſtate Papę in his quę ſunt de
iure diuino non debet argui de toto ad partem per
iura & plura exempla ibi per ipſum allegata.& in-
ter cętera quòd Papa non poteſt ſtatuere vniuer-
ſaliter ſuper non ſolutione decimarum, & tamen
particulariter ſtatuit & diſpenſat: ſecundum glo-
ſam in capitul.à nobis. de decr.licèt Prępoſitus vbi
ſuprà arguat de toto ad partem etiam vbi fit men-
38 tio de poteſtate Papæ. Tertius caſus, † quòd licèt
regulariter in romano pontifice pręſumatur iuſta
cauſa.cap.non nos xl.diſtinct.& hoc pręſumptiuè
& in dubio:ſecundum gloſſ. ibi,ſicuti in alio prin-
cipe ſecundum glo. in l. relegati.ff.de pœn.& Inn.
in d.c.quæ in eccleſiarum.de conſtitutio.& Cyn.in
39 l.reſcripta. C.de precibus Imperator. offeren.† ta-
men iſtud fallit quando Papa diſpenſat vel dero-
gat contra ſtatum vniuerſalis eccleſię: quia tunc
non eſt pręſumendum pro iuſta cauſa: ſecundum
Innocentium in cap.quanto.de conſuetudi.& Pa-
normitan.in dicta diſputatione incipiente,Epiſco-
pus.in xij.column.nec in hoc eſſet tollerandus, ſed
40 poſſet reſiſti ciuiliter exemplo Pauli, † qui repre-
hendit Petrum iudayzādo in moribus cum Iudęis
conuerſis, & ſibi reſiſtit facie ad faciem. & Paulus
ij.quęſtione ſeptima.& habetur ad Galatas ſecun-
do:ſecūdum Panormitanum,vbi ſuprà. Et pro hoc
31 etiam poſſet adduci hiſtoria † Balaam, & aſinæ

quę loquuta eſt miraculosè,& reprehendit dictum
Balaam.Numer.xxij.& canon. nos ſi incompeten
ter.§.item cùm Balaam. ſecunda quæſtio. ſeptima.
32 & idem de Nathan † qui reprenēdit Dauid de ho-
micidio & adulterio.vt ibi habetur.§.Item cū Da-
33 uid. Et ita eſt in propoſito, † vbi Papa modernus
vellet derogare,& contrauenire priuilegijs & liber
tatibus & legibus regni,eſſet decolorare ſtatum ec
cleſiæ,& inducere ſcandalum, & ſic non eſt præſu-
menda iuſta cauſa : nam debet euitare ſcandalum.
capitu.nihil.de præſcription. capit. vt conſtitueretur.quinquageſima diſtinct. capit. cùm teneamur.
de præben.& maximè quando timetur ſcandalum
populi.capitul.ij.de operis noui nunciation. Et ita
etiam quòd non ſit præſumenda iuſta cauſa in po-
pulo propter ſcandalum, vel per turbationem ſta-
tus eccleſiæ tenent Panormitanus Felin.in capit.ſi
quando.de reſcriptis.Et idem tenent in dicto capi-
tulo,quæ in eccleſiarum.de conſtitutio. quòd non
ſit præſumēda iuſta cauſa in Papa vel alio princi-
pe,quādo timeretur ſcandalum , vel timeretur tur-
batio ſtatus eccleſiæ, aut quando ageretur contra
non ſubditum.& idem tenet Hyeronymus de Cor
ne.in quodam eius cōſilio ſuper interdicto contra
Florentinos in xiiij.colum. Quartus caſus ſuper re
34 ſeruationibus & gratijs expectatiuis, † an Papa
poſsit concedere non obſtante decreto pragmati-
cæ ſanction.Et in effectu cōcilium Baſilienſe pro-
uidet in hoc,propter plura inconueniētia quæ de-
clarātur in exordio dictæ pragmaticæ ſanctionis,
& etiam in titulo de collatio. capit. j. & in titul. de
reſeruationi . Ita quòd in eccleſijs electiuis prohi-
bentur fieri ſpeciales reſeruationes, niſi ex magna
rationabili & euidenti cauſa in literis apoſtolicis
nominatim exprimenda , & exceptis reſeruationi-
bus in corpore iuris clauſis,& in terris romanæ ec-
cleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectis. vt in titulo
de electionib.capitu.j.§.quibus.& capit.ij. & idem
in gratijs expectatiuis quæ prohibentur fieri pro-
pter ambitionem & votum captandæ mortis . vt in
titulo de collationibus. capit.j.excepto de vno be-
neficio tempore pontificatus iuxta formam. capit.
mandatum. ſuper hoc tales reſeruationes videntur
35 exoſæ,& ſic reſtringendæ: † quia antiquitùs de iu-
re decretorum non erant cognitæ tales reſeruatio-
nes & expectatiuæ, nec fatigabantur ordinarij : vt
refert Io. And.in addition.ad Speculat . in rubrica
de conceſsione præbend . pluréſque alias rationes
ponit gloſſa in dicta pragmatica ſanctione, in titu
lo de electionibus capit.ij. ſuper verbo reſeruatio-
nes , per quas debeant ceſſare iſtæ reſeruationes,
& gratiæ expectatiuæ. De quo me remitto ibi cau-
ſa breuitatis.& per Gulielmum de Montferrat ſu-
per dicta pragmatica in j.ij.& iij.partibus,& in tra
ctatu domini Ioannis de Selua de beneficio in ij.
36 parte prima & ij. quæſtion. † Præterea Papa non
debet derogare pragmaticæ ſanction.nec alijs pri-
uilegijs & libertatibus regni, & Delphinat. parte
inaudita.capitulo j. de cauſa ppſſeſsion . quia eſſet
tollere citationem & defenſionem, quæ ſunt de iu-
re naturali,& diuino.capitulo, Deus omnipotens.
ij.q.j.Nam Dominus antequàm puniret mala So-
domitæ , & Adam ipſos vocauit , nec poteſt Papa
vel Imperator defectum citationis ſupplere. clem.
paſtoralis.§.cæterum.de re iudicat.ſecundum An-
gelum in l.ſi accuſatoribus.C.de accuſation.& in-
37 ſcript.conſilio cliiij.in octaua colum.† Nam Chri
ſtus non venit ſoluere legem ſed adimplere . Mat-
thæi v . & per conſequens Papa qui eſt vicarius
Chriſti nō debet ſoluere, nec derogare decretis pa
trum ſuper electionibus & iuribus ordinariorum.
Ad tertium principale punctum in quo præſuppo-
nitur,ſecūdum tenorem dictæ epiſtolæ regiæ quòd
Papa ſe declarauerit apertè in guerra cōtra Regē,
& quòd tentauerit turbare & reuoluere ſtatum re-
giæ maieſtatis in Italia,& principaliter quoad Ia-
nuenſes iſtę videntur cauſę pernicioſi exempli, re-
38 uerentia cui decet ſalua: quia † Papa debet eſſe na
turalis & ſine acceptatione perſonarum , exemplo
Chriſti dicentis Paſce oues meas, vt fiat vnum oui
le & vnus paſtor,maximè in Rege Franciæ & eius
prędeceſſoribus, qui ſemper ſuccurrerunt & adiu-
uauerunt eccleſiam Romanam.& ipſam præſerua
uerunt ab oppreſsionibus : vt in dicto capitulo A-
39 drianus.le ij. lxiij. diſtinction. & Carolo † magno
fuit conceſſa per eccleſiam ſumma patritiatus di-
gnitas:vt ibi habetur.& per gloſſam in capitulo ve
nialem . de electionibus . Et nouiſsimè Chriſtia-
nus Rex dominus noſter Delphinus modernus in
propria perſona cum eius magno exercitu acceſsit
ad guerram de mandato Papæ contra Venetos pro
recuperatiōe patrimonij eccleſię ſancti Petri quod
occupabant dicti Veneti ita quòd mediante auxi-
lio Regis Papa recuperauit dictas terras eccleſiæ
occupatas per Venetos prout eſt notorium, & per
pręſens regia maieſtas mandauerat eius capita-
neos & exercitum pro ſuccurſu Papæ Moderni ad
expellendum rebelles eccleſię in ciuitate Bono-
nienſi , ita quòd mirandum videtur & non ſine
ſcādalo , quòd Papa ſe declarauit in guerra, niſi vt
40 ita dicatur ſicuti refert Baldus poſt † Ioannem
Andręam de Celeſtino , qui de mane faciebat gra-
tiam & de ſerò auferebat : ſecundum Baldum in c.
j.de natur . feudi. Nec obſtat præmiſsis ſi dicatur
quòd eſt licitum Papę indicere bellum tam con-
tra Chriſtianos quàm infideles . capitulo igitur.
cano.hortatu. canon.omni.xxiij. quæſti. viij. nam
41 legitur† quòd Paulus interfuit bello.cano.Maxi-
mianus.xxiij.q.iij.Et etiam Moyſes. ca. fin. xxxvj.
diſtinct.& capi. pro humani. de homicid.lib.vj. Et
in dubio pręſumitur cauſa iuſta in Papa: prout ſu-
pradictum fuit : Quia ad iſtud reſpondetur quòd
non apparet de aliquali iuſta cauſa propter quam
Papa debuerit ſe declarare in guerra contra Re-
gem,& ſic non eſt iuſtum bellum, ſed volūtarium.
42 Nam † bellum dicitur iniuſtum quinque modis:
Hoſt.in ſumma de treug. & pac. §.quid ſit iuſtum.
videlicèt quando bellum non fit pro repetendis re-
bus,vel pro diffinitione patriæ . Secundò quando
fit voluntariè ſine iuſta cauſa.canon.noli.xxiij.q.j.
Tertiò quando fit ad vindictam.cano.quid culpa-
tur.queſtio.eadem. Quartò ſi non fit authore prin-
cipe.cap.j.& ij.xxiij.queſti.ij. Quintò dicitur bel-
lum iniuſtum ratione perſonæ: quia clerici propriè
43 non debent mouere arma: † quia arma clericorum
debent eſſe lachrumę & orationes. can.conuenior.
vigeſimatertia queſtione octaua . Adde canon.re-
prehenſibile.vigeſimatertia queſtio. octaua. quòd
Epiſco

Epiſcopi & milites Chriſti debent vacare oratio-
nibus, ſi tamen eſſet immutabilis exercitus pro de-
fenſione ciuitatis aut patriæ poſſent cum laicis ar-
ma mouere. c. omni tempore. c. ſi vlla. xxiij. q. viij.
c. placet. cum ibi nota. de homici. capitu. peruenit.
44 de immunitate eccleſia. E contrà ad † hoc vt dica-
tur bellum iuſtum tria principalia requiruntur, vi-
delicèt authoritas principis eccleſiaſtici, quando
pugnatur pro eccleſia, vel ſecularis quando pugna
tur pro temporalibus. d. c. quid culpatur. & xxiij. q.
ij. c. j. Secundo requiritur iuſta cauſa, ſi illi, contra
quos bellum mouetur ex aliqua culpa hoc memi-
nerint. c. dominus noſter. xxxiij. q. ij. Tertiò requiri
tur intẽtio recta, vt bonũ promoueatur, & malum
euitetur. d. c. quid culpatur. & can. militare. xxiij.
quæſtione j. ſecundum Paulum de Caſtro in di-
cta l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia & iure. in repetition.
Sed neutrum iſtorum interuenit, vt debuerit Papa
ſe declarare in guerra contra Regem. Quinimò vt
præſumendum eſt: Papa adhęſit in liga de Cãbray
facta inter principes Chriſtianos contra dictos Ve
netos, quia tales ligæ inter principes non recogno-
ſcentes ſuperiorem ſunt permiſſę: ſecundum Barto
lum in l. ſodales. ff. de colleg. illicit. etiam in Papa
canon. ego Ludouicus. ſexageſimatertia diſtincti.
& hoc ibi notat Præpoſ. vbi Papa fecit fœdus cum
Rege Ludouico, & ita Papa adſtringitur ex pro-
miſſ one, voto, & iuramento: ita quòd ſeipſum ab-
ſoluere non poteſt: ſecundum Antoni. de Butrio in
dicto capitulo canonum. de conſtitutionibus. Et
ibi ſequitur Felinus in ſexta declaratione: pro quo
allegant notata in capitulo quanto de iureiurand.
vbi licèt Papa ſit ſupra ius: hoc tamen intelligitur
45 claue diſcretionis præcedente. † Nam Deus non
facit differentiam inter iuramentum & ſimplicem
loquelam. ca no. iuramenti. vigeſimaſecunda quę-
ſtione quinta. Et maximè inter principes, vbi ſola
interpoſitio fidei habetur pro iuramento iuxta no-
tata per Ioannem Andræam in nouella in capitu-
lo primo. de ſepulturis. libro ſexto. quia graue eſt fi
dem fallere. l. prima. ff. de conſtituta pecunia. & ex
quo Papa mouet guerram cõtra Imperatorem vel
alium principem ſine cauſa legitima licitum eſt ſe
defendere, etiam cum exercitu: ſecundum Baldum
in titulo de pace conſtantiæ. §. in Chriſti nomine.
46 & ibi refert de Rege Roberto, † quòd cùm Ioan
nes Papa XXII. minaretur eidem de faciendo mi
rabilia: Rex Robertus reſpondit Papę, vos facie-
tis, & nos faciemus, & me iuuabo. Et maximè ille
contra quem indicitur bellum, poteſt ſe defendere
ſiue ſit iuſtum bellum ſiue iniuſtum. l. vt vim. ff. de
iuſtitia & iure. iuxta notata per gloſſam Bartolum
Paulum de Caſtro Iaſonem in dicta l. ex hoc iure.
eodem titulo. Adde Panormitan. in cap. ſicut. le ij.
de iureiurand. quòd Imperator poſſet indicere bel
lum contra perſonam Papę non contra eccleſiam
& hoc quando Papa eſſet hereticus & non poſſet
iudicari per eccleſiam, vel ſciſmaticus vel aliâs in-
corruptibilis, & eccleſia non habeat quid faciat, de
quo ſe remittit ad not. in c. principes. & c. Regum.
xxiij. q. v. & ad alia iura per ipſum in d. ca. ſicut. al-
47 lega. † Prętereà in omni bello antequàm fiat re-
quiritur diffidatio aliâs diceretur proditio: ſecun-
dum Ioan. And. in nouel. in d. c. pro humani. de ho
micid. lib. vj. & Bald. in auth. item nulla communi-
tas. C. de ſacroſanct. eccl. & in l. ij. C. de ſeru. & aqu.
& latè proſequitur Barbat. conſi. xxxviij. in j. volu-
48 mi. & ibi tenet, † quando nõ appellat de iuſta cau
ſa belli, non pręſumitur iuſtum: & maximè quãdo
fit contra conuentionem, & quòd requiritur priùs
diffidatio, & ita puto in caſu iſto, quòd non pręceſ
ſerit diffidatio facta Regi ex parte Papę, & ſic non
fuit licitum Papę. ſalua eius reuerentia ſe declara-
re apertè in guerra contra Regem eius filium Chri
49 ſtianiſsimum: † quia Papa vt priuatus poteſt pec-
care, & quando non vult ſe corrigere, & eſt noto-
rium habet ſcandalizare eccleſiam: ſecundum glo.
in dict. c. ſi Papa. xl. diſtin. licèt eccleſia vniuerſalis.
non poſsit errare: quia Epiſcopus orauit pro ea. ſe-
cundum gl. ſingularem in c. à recta. xxiiij. q. j. dum
50 ibi tenet, † quòd eccleſia non poſsit errare. non in-
telligitur de Papa cùm poſsit peccare & errare, ſed
de eccleſia vniuerſali, cùm fides poſsit remanere in
vno ſolo: ſicuti de beata virgine. dicitur cap. noua.
de pœnitentia & remiſsio. Nam eccleſia vtilis quæ
dicitur congregatio fidelium, dicitur columba vni
51 ca ſine ruga & macula. c. omnibus. xxiiij. q. j. † Et
licèt Papa non debeat explicare negotia ardua ſi-
ne conſilio cardinalium: iuxta notata per Io. An-
dręin nouella in ca. ſuper eo. de heret. lib. vj. tamen
non eſt pręſumendum, quòd Papa ſe declarauerit
in guerra contra Regem de conſilio Cardinalium.
Et ita etiam tenet Barba. conſi. xl. in iiij. volum. co
lumn. xx. vbi tenet vt ſuprà quòd Papa non debet
explicare ardua negotia ſine cõſilio Cardinalium,
& quòd non ſufficeret in particulari habere conſi-
lium vel conſenſum aliquorum Cardinalium niſi
ccccxliiij. loquitur de expenſis refectionis putei &
viarũ priuatarũ, quia ſpectat ad vicinos l. ij. §. vici-
nales. ff. ne quid in loc. publ. ſecus in expenſis pon-
tiũ: quia requiritur authoritas principis aut ſaltem
35 dñorum curiæ, & ibi format quæſtionẽ: † ſi condu
ctor domus teneatur ad expẽſas putei, vel pro carre
ria reparanda. & tenet quòd non, ſed dñs domus. l.
hij qui. C. de agrico. & cenſi. lib. x. & ſi colonus ſol-
uat, poterit imputare & deducere dño. l. ædibus. ff.
de via publi. l. colonus. & l. cũ fundum. ff. de vi & vi
arma. cũ ibi not. faciũt not. per Bal. in d. §. munere.
de pac. cõſtan. vbi loquitur etiã de expenſis ſoluen
di plateã, quę fit cauſa honoris. ꝙ eccleſia non tene
39 tur †. Et pro præmiſsis facit, de expenſæ facta per
colonũ, ꝙ poſsit deducere aut repetere. l. dominus.
§. in conducto. l. colonus. & ibi glo. l. ſed addes. §. ii
Inquilinus. le j. & ij. ff. loca. & per Spe. in ti. de loca.
§. poſtquã. verſ. ſed quæritur, & ibi Io. Andr. in ad-
di. p Bar. in l. impenſæ. ff. de impen. in rer. do. fac. &
in l. prædia. §. antepenul. ff. de fundo inſtruct. & ibi
facit differentiã quãdo expenſæ coloni eſt duratu-
ra pro tẽpore locationis ſolum, & tũc nõ repetit: a-
liâs ſecus, niſi aliter cõſuetudine caueretur, ſed idẽ
Bar. in d. l. ædiles. ff. de via. pub. videtur tenere, ꝙ cõ
ductor teneatur purgare viã expenſis pẽſionis, licèt
ibi aliquãtulum obſtare loquatur, habetur de hac
materia per Bald in l. iij. C. de act. & oblig. & in l. j.
C. de iure emphyt. & per Iaſo. in glo. ij. & iij. & in l.
ij eo. tit. in vij. notabili. & hoc ſufficiant pro nunc
de iſta quæſtione, laus Deo.

ARGVMENTVM.

De munerum patrimoniorum, realiũ & mixtorum
itẽ & ordinariorũ & extraordinariorũ pręſtatione.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeßio ſola domicilium non facit.*
2 *Domini domorum locatarum qui domicilium ibi non habe-
an ad collectas, quæ perſonis pro rebus imponuntur, ſol
uere teneantur.*
3 *Fænerator etiam in loco in quo domicilium non habet
collectas ſoluere tenetur.*
4 *Collectæ quæ perſonis pro rebus imponitur, quòd ſecun-
dum æs & libram facienda ſit.*
5 *Forenſes ad munera patrimonialia & realia tenentur.*
6 *A munerũ patrimonialiũ præſtationę nullus excuſantus eſt
ne nobiles quidem, pontifices & eccleſiæ.*
7 *Munera patrimonialia & realia in loco quo res ſitæ ſunt,
præſtantur.*
8 *Forenſes qui aliquid domino aut communitati in quo poſ-
ſeßiones ſunt ſitæ nonnullam fructuum portionem an-
nuatim præſtantur quod ad munerum patrimonialium
præſtationem non tenentur!*
Quid in emphyteuticarijs?
6 *Pro principis iucũdo aduentu, murorũ ciuitatis, & viarũ
inſtauratiõe, & aquarũ mũdatiõe oẽs teneri regulare.*
10 *Plures poſſeßiones in diuerſis locis habẽtes quod in quo
libet territorio collectam ſoluere teneantur.*
11 *Locatores pro inquilinorũ ſolutiõe moleſtandi non ſunt.*
12 *Artifices an ad collectas teneantur.*
13 *Collectæ quæ perſonis pro rebus imponuntur, quòd non
niſi in loco domicilij ſoluantur & ſi in pluribus territo
rijs bona ſita ſint.*

Quæſtio CCCCLIX.

QVAERITVR an inquilini domorum
&artizani ſeu artifices tenecátur ad collectas
ſe 1 tallias pro bonis mobilibus ſeu ratione lucri eo
rum artis,& an domini domorum locatarum excu
ſentur a tallijs maximè quando ſunt forēſes,& ali
bi habitant,& ſi teneantur pro muneribus ordina-
rijs ſeu realibus in tranſitu armigerorum , ſeu pro
fortificatione ciuitatis,& reparatione ripariæ Dra
ni,etiam ſi tales nobiles forenſes recipiant armige-
ros in eorum domibus.Et in effectu ſola poſſeſ-
ſio non facit domicilium.l.libertus.§.ſola ratio. &
1 §.ſola domus.ff.ad municipa.† nec tenetur ad tal-
lias ſeu collectas quæ imponuntur perſonis pro re-
bus,niſi haberet ibi domicilium:vt ibi habetur l.re
ſcripto.§.fina.l.munerum. §.patrimoniorum. ff.de
mune.& honor.l.cùm neque. & l.priuilegio. C.de
inco.&vbi quis domi.lib.x.niſi ciuitas haberet hoc
priuilegium.dict.l.priuilegio.& dict.§.ſola.vel niſi
ex conſuetudine forenſes tenerentur.l.j.C.de auro
3 coro.libr.x.& ibi Bartol.fallit † in fœneratore qui
exercet vſuram : quia tenetur ad tallias in loco vbi
exercet etiam ſi non habeat ibi domicilium. l.filij.
§.fina.& ibi gloſſ.ff.ad municipa.dict.l.munerum.
§.patrimoniorum.ff.de mune.& honor.& hoc etiā
tenet ibi Bartol.& gloſſ.& Ioan.de Plat.in l.indi-
ctiones.C.de anno.& tribu.lib.x.& Bar.in l.j.C.de
mulier.& in quo loco.libr.x.vbi tractat de materia
munerum,& ibi tenet quòd in æſtimo diſtribuun-
4 tur omnia mobilia & immobilia † & quòd colle-
cta imponitur perſonis pro rebus : ſecundum æs &
libram,tam magnis quàm paruis,hoc eſt quod ille
qui plus habet de bonis,plus ſoluat : & ille qui mi-
nus habet,minus ſoluat.l.j.C.de apoch.publi. lib.
x.& ibi per doct.& ideò in literis talliarum in hijs
partibus eſt ſolita apponi illa clauſula, le fort por-
tant le foyble &c.& idem eſt in mercatoribus vel
alijs perſonis habentibus ſolum pecuniam, & non
prædia : quia debent ſoluere collectas: ſecundum
Ioan.de Platea.in dict.l. indictiones. C.de anno.
5 & tribu.† Sed in muneribus patrimonialibus ſeu
realibus tenentur etiam forenſes pro prædijs & poſ
ſeſsionibus,quas ibi habent.l.forma.§.ſi verò.ff.de
6 cenſi.& d.l.munerum.§.patrimoniorum.ita † quod
nullus habet excuſationem nec nobiles nec ponti-
fex,nec eccleſia:ſecundum Bart.in dict.§.patrimo-
niorum.l.iubemus nullam.C.de ſacro ſanct. eccle-
7 ſijs.† quia talia munera patrimonialia præſtantur
in illis locis in quibus poſsidentur prædia. dict.l.j.
C.de mulie.in quo loco:&debent prçſtari ab omni
bus etiam alienigenis:dum modo aliquid poſsi-
deant ibi,l.ij.C.de mune.patrimo.libr.x.l.priuatæ.
C.de execu.muner.lib.x.quòd pro munere patrimo
niali & reali quis debet ſoluere in loco vbi ſunt res
ſitæ.l.forma.§.ſi verò.ff.de cenſib.l. patrimoniorū.
C.de munere patrimonia.libr.x.dict.l.priuatæ. vn-
8 de ſecundum Bartol. Ioan.de Plat.ibi,quandò † il
li qui habent poſſeſsiones in aliquo territorio,& fa
ciunt annuatim certam portionem fructuum do-
mino vel communitati loci, non tenentur ad col-
lectas: & idem in prædijs emphyteuticorum.quæ fa
ciunt annuatim cenſum eccleſiæ,vel principi. Ad-
9 de etiam quòd in munere reali † in aduentu princi
pis:vel etiam pro reparatione murorum ciuitatis
vel viarum aut aduerſus impetum fluminis omnes
tenentur etiam domus Auguſtalis.l.cùm ad fœli-
ciſsimam.C.de qui.mune.ne.&l.abſit.C. de priui-
leg.domus Auguſtæ.libr.x. & in extrauaganti. de
pac.conſtan.ſuper verbo, munici.ciuit.facit lex ad
inſtructionem.C.de ſacro ſanct.eccle.faciunt not.
per Ioan. Andr.in nouella.Petr.de Ancha. Gemi-
nia.in capit.j.de immuni.eccle.libr. vj.& licèt quis
habeat prædia & poſſeſsiones in diuerſis territorijs
tamen debet ſoluere vbique : vbi ſunt prædia ſita:
11 vt ibi habetur,& in capitu.fina. de paro. † & ideò
locatores domorum non debent moleſtari propter
12 ſolutionem collectarum inquilinorum:† quia ipſi
ſolum cotiſantur pro eorum bonis mobilibus,&lu
cro artis. Adde ꝙ iſti artiſani qui non habent niſi
artem ex qua viuunt ita quòd vix poteſt ſuppetere
pro alimentis dicuntur pauperes, & excuſantur à
tallia:ſecundum Bald.in authentic.defuncto.C.ad
Tertul.facit gloſſ.in l.omnis.la j.C.de anno.& tri-
but.libr.x.vnde Bald.in l.etiam.C.de execu. ſentē.
circa finem.vide Lucam de penna in l.agros.C.de
fund.limit.lib.x.& in l.fi.de quib.muner.& prçſta.
libr.x.in xv.quæſtio.quòd pro quæſtu.rerum mobi
lium quis tenetur ad collectas & in l.fi.C.de fund.
limit.libr.x.& per Ioan.de Pla.in l.indictiones.C.
de anno.&tribu.lib.x.& licèt quādo quis collecta
tur in vno loco vbi res eſt ſita: tamen pro eadem re
non debet in alio loco collectari:ſecundum gloſſ.
in d.l.j.C.de mulie.& in quo loco munera.lib.x.ſed
pro diuerſis rebus in diuerſis locis cotiſantur qui
muneribus patrimonialibus,&ita ſentit Io.de Pla.
in dict.l.j.& domi.Gui.Pap.deciſ.lxxxvij. dum ibi
facit diſtinctionem quando in loco domicilij vel
originis imponitur collecta & non habetur conſi-
deratio bonorum alibi ſitorum:tunc compellitur
contribuere alibi, & vbi etiam tenet quando fit
peræquatio talliæ,quòd peræquatores habent re-
ſpectū tam ad bona mobilia quàm immobilia:iux-
ta nota.per Barto.in dict.l.j.C.de mulier.in quo lo
co munera.prout pleniùs ſuprà fuit tactum: verun-
13 tamen in ſubſidijs Delphinalibus:† quæ imponun
tur perſonis pro rebus,licèt quis habeat bona in di
uerſis territorijs, tamen ſolum debet contribuere
in loco domicilij habendo etiam reſpectū ad bona
alibi ſita,vt in loco domicilij magis tallietur : ſecū
dum domi. Guid.Pap.deciſio.ccclxxxvj.de quo e-
tiam habetur deciſio.v.veruntamen quando foren
ſes ſeu alienigenæ talliantur pro reparationibus ca
ſtrorum,villarum vintenorum,tunc ſolum contri-
buunt pro medietate, ex ordinatione domini gu-
bernatoris:vt refert do.Guid.Pap.deciſio.j.Et præ-
miſſa faciunt ad quæſtionem ſuper tallia impoſita
in hac ciuitate Grationopolis:pro tranſitu armige
rorum:de quo ſuprà fuit tactum in quæſtione præ-
cedenti:quia aliqui nobiles habētes domos in hac
ciuitate,& prædia alibi fouentes domiciliū in mā-
dato Buxeriæ in parœcia de Barraſlibus vti nobi-
les Pilati volebant ſe excuſare quod eorum inqui-
lini iam coatribuerant & ſoluerant in dicta tallia:
ſed ſuper hoc replicabatur ꝙ dicti inquilini domo
rum non ſoluerant talliam pro dictis domibus &
prædijs dictorum nobilium,ſed dumtaxat pro eo-
rum bonis mobilibus,& lucro artis. & vbi apparue
rit,ꝙ dicti nobiles extra ciuitatem receperunt armi
geros in eo-

geros in eorum domibus illud concernit bona ibidem exiſtentia, & non concernit bona immobilia exiſtẽtia in ciuitate & in territorio eiuſdem:& ideò tale onus reale ſeu patrimoniale debet ſolui in quolibet loco vbi exiſtunt bona per iura ſuprà allegata. Super hoc fuit lata quædam ordinatio,de cuius tenore non bene recordor, & ideò me refero veritati iuris. Et pro præmiſsis quòd in collecta habeatur etiã reſpectus ad bona immobilia mobilia capita animalium.facit l.fi.& ibi gl.C.de imm.nemi.conc.& l.fi.de mun.patr.lib.x. & ibi Io.de Pla.

ARGVMENTVM.

Caſtrum ciuitatis metropolis, an expenſis inferiorum caſtrorum inſtaurandus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Imperatorem Romæ coronari neceſſe.*

2 *Inferiores eccleſiæ ſeu capellæ, an pro principalis eccleſiæ inſtauratione contribuere teneantur.*

3 *Plebs an pro capellarũ inſtauratione cõtribuere teneatur.*

4 *Priuilegium ciuitati conceſſum, an ad ſuburbia ſiue territorium extendatur.*

5 *Acceſſorium an ad ſuum principale influat.*

6 *Eccleſiæ unitæ principali priuilegia, an principali eccleſiæ transferantur.*

7 *Murorum urbis refectioni qui teneantur.*

8 *Muri, pontes, aquæductus, cloacæ & ſimilia, qua pecunia reſtauranda ſunt.*

9 *Muri ciuitatis uel uillæ, quòd non niſi principe conſulto inſtaurari debeant.*

10 *Murorum reſtauratio per quos fieri debeat.*

11 *Munus inſtaurationis murorum, uiarum, pontiũ, & aquæductuum, quòd patrimoniale ſit.*

12 *Collecta ſoluenda eo loco quo bona ſita ſunt.*

13 *Forenſes pro murorum, pontium, & aquæductuum reſtauratione contribuere non tenentur.*

14 *Vaſalli qui ſub ſignis Imperatoris militant, quòd à muneribus immunes ſint.*

15 *Vaſallus diues, domino in neceßitate conſtituto ſubuenire tenetur.*

Quæſtio CCCCLX.

QVAERITVR an pro reparatione caſtri vel citadellæ ciuitatis quæ eſt caput patriç teneãtur caſtra & alia loca inferiora cõtribuere in expenſa talis reparationis. Et prima facie videretur dicendum quòd ſic: quia membra nõ debent recedere à capite.c.cùm non liceat.de præſcri. quia debet attẽdi caput beneficij, ſeu loci, licèt membra alibi ſint.l.cùm in diuerſis officijs.ff.de reli.& ſum. fu. ſicuti etiã dicitur de capite alicuius ſancti: quia attenditur ille locus:ſecundum gl. in c. in eccleſiaſtico.xiij.q.ij.ſicuti etiã dicitur de Barone qui poſsidet caput baroniç,licèt alij poſsideant aliqua membra:ſecundum Io.de Plat.in l.fi. C.vt digni.ord.ſerue.lib.xij.& pro hac parte facit l.j.ff.de offic.prçfe. Augu.cum ibi notatis per gloſſ.vbi in ingreſſu alicuius prouinciæ ſeu patriæ ſufficit intrare & accipere poſſeſsionem Alexandriç ſeu principalis ciuitatis:ſicuti de Papa vel Imperatore,quia conſequebantur imperium quando intrabant Romam: ſe-
1 cundum Ang.ibi,& ideò † neceſſe eſt quòd Imperator Romæ coronetur: ſecundum Bald.ibi & ſufficit attingere poſſeſsionem eccleſiç tanquàm principalioris mẽbri,vt quis dicatur in poſſeſsione beneficij, licèt alius poſsideat podera & poſſeſsiones:ſecundum Bald.poſt Gul.de Cuneo.ibi,& pro hoc etiam facit c.in nomine domini.xxiij. diſt. vbi poſt electionem Romani pontificis, debet fieri introniſatio in ſede. & c.vt noſtrum.de offi.arch.vbi ſufficit quòd fiat inſtalatio in ſede Epiſcopi, vel alterius prælati & hoc tenet Inno.in c.in literis.de re
2 ſtitu.ſpolia.& pro iſta parte facit,ſicuti ſolet † dici quòd eccleſiæ inferiores ſeu capellæ debent contribuere pro reparatione eccleſię plebis ſeu principalis eccleſiæ.c.fi.de his quæ fi. à ma.part.cap. ſecun-
3 dum Fred.de Sen.conſi.ccxxiiij.† & econtrà: plebs debet cõtribuere pro reparatione capellarũ reddendo vicem pro vice:ſecundum Frede.vbi ſup. Et pro hoc etiam facit gloſ.in §.ſi quis igitur.in auth.qui. mod.nat.eff.ſui.colla.vij.quę tenet,quòd caſtra & villę ſoluunt collectas ſub ciuitate.& pro hoc facit l.qui ex hoc vico.ff.ad munici. & ibi glo.quòd Virgilius dicitur Mantuanus, licèt non fuerit ibi natus,ſed in vico l.pupillus.§.incolę.ff.de verb. ſigni. l.nulli.§.quòd ſi in vico. C. de epiſcopis & clericis. Paul.de Caſtr. ꝙ illi de vico & territorio dicuntur
4 pars ciuitatis: † & ideò priuilegium conceſſum ciuitati ſe extendit ad illos de territorio: ſecundum glo.in l.reſtituendę.C.de aduo.diuer.iudi.& in authen.vt eccleſia Roma.collat.ij.& ſolet notari per doct.in rub.ff.ſolu.mat. Sed pro contraria parte facit quia ciuitas & territorium ſunt diuerſa: quia vrbis appellatio muris finitur.l.ij.& l.pupillus.§.vrbs ff.de verbo.ſigni.& ciuitas & diœceſis pro diuerſis accipiuntur.c.Rodulphus.de reſcript.c.fi.de præb. li.vj.c.ſi ciuitas.de ſen.exc. eo.li. à ſpeciali ceſſante. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ priuilegiũ conceſſum ciuitati tanquã capiti ſe extẽdat ad loca inferiora:quia illud procedit iure acceſſorij:quia acceſſoriũ ſequitur naturam principalis.c.acceſſoriũ.de reg.iu.lib.
5 vj.ſed non econtrà: † quia acceſſorium non influit ad principale.l.ex pupillari.ff.de vulg.& pupill. Et ideò priuilegium conceſſum comitatui non ſe ex-
6 tendit ad ciuitatem:ſecundum Ang. ibi, † & quando vna eccleſia vnitur acceſſoriè alicui eccleſię principali,tunc priuilegia eccleſiæ vnitę non transferuntur ad eccleſiam principalem,cui fit vnio:ſecundum Bald. Ange.& cæteros in d. l.ex pupillari.pro quo facit l.inſulę.ff.de iud.& no.per glo.& doct.in l.petens. C.de pact. prætereà pro iſta parte facit gl. glo.in l.fi.C.de præſcrip.lon.temp.quæ tenet,quòd ſingulę ciuitates habẽt hodie ſua regimina,vt olim ſingulæ prouinciç.& quod habetur per glo. & Barto.in l.item illa.ff.de conſtit.pecu.quia ex quo territoria ſunt ſeparata debent ſubijci & ſolui onera quilibet in ſuo loco, ne duplici oneri quis grauetur: iux.no.per glo.& Doct.in l.j.C.de mul.in quo loc. mu.li.x. Et pro iſta parte facit l. ad portus.& l.
7 omnes.la ij.C.de ope. pu.† vbi tale onus reparationis męniorũ& murorũ ciuitatis & caſtri ſpectat ad onus incolarũ & illorũ, qui habent prædia & poſſeſsiones in loco, ſecundũ facultatẽ bonorũ,& nullus excuſatur,vt ibi habetur.l.fina.de immunita.nemini concedend.& l.ad fœlicisſimam. & l.fina.C. de quibus muneribus nemi. ſe excuſar. libr.x.l.abſit.C.de priuile.domus Auguſta.lib.xj.faciunt notata in l.ad inſtructionem.C.de ſacroſanctis eccle.

8 Quinimò † in tali refectione murorum,pontium,
& impetus aquæ, primò debet conuerti tertia pars
gabellarum,pedagiorum, & aliorum iurium tallia
rum & impoſitionũ quæ percipit princeps vel com
munitas in loco.l.ne ſplendidiſsimè.C.de ope.pub.
& ibi glo.quæ tenet,quòd idem in clericis,qui per-
cipiunt decimas,quòd tenentur pro tertia parte ad
reparationem eccleſiæ.& pro hoc facit l.fi.C. de ve
ctig.l.ij.C.de diuer.prę.vrb.lib.xj.& ibi per Bar. &
Io.de Plat. quòd pro reſtauratione talium muro-
rum debet conuerti dicta tertia pars emolumento-
rum.& idem in reparatiõe aquæductus propter im
petuoſitatẽ l.ad reparationẽ.C.de aquęduct.lib.xj.
9 Et † talis reparatio refectionis murorum, vel mæ-
niorum villæ vel ciuitatis regulariter non debet fie
ri ſine licentia principis vel præſidis.l.ſacra.§.mu-
ros.ff.de rer. licèt gloſſ. ibi videbatur tenere quòd
ſit permiſſum vniuerſitati.l.intra vrbem. & dicta l.
omnes.la ij.C.de oper.public.vbi ſecundum gloſſ.
in renouatione murorũ requiritur authoritas prin-
cipis vel pręſidis. & idem tenet gloſſ. in dict.l.re-
ſtaurationi.C.de diuerſis prædi.libr.xj. de quo ha-
betur per Bartolum in l. opus nouum.ff.de operib.
10 publi.& pro præmiſsis † quòd talis expenſa repara
tionis murorum & męniorum ciuitatis debeat fie-
ri per ſubditos loci,ſeu habentes ibi prædia & non
per extraneos.facit l.pro locis.& l. nemo. C.de an-
non.& tribu.libr. x.& hoc tenet Ioannes de Plate.
in d.l.pro locis.&quia non tenentur ſoluere anno-
nam vel tributum extra locũ ſuæ prouincię: ſcdm
glo.Barto.& Io.de Plat.In dict.l.nemo.accipiendo
prouinciam pro foro domicilij: iuxta nota.in dict.
l. item illa.ff.de conſtitutionib. & quia illi qui ha-
bent prędia propè caſtrum debent primo grauari,
& deinde viciniores.l.quicunque. la ij. C. de omni
agro deſert.lib.xj.& vbi Io.de Pla.& pro hoc facit
in ſimili quando tranſit exercitus armigerorum, &
fit expẽſa pro victu quòd prædia illius loci debent
conferre.l.ſi pendentes.§.ſi quis cloacarij.ff.de vſu
fructu.ſecundum Baldum in l. neminem. C.de ſa-
croſanctis eccleſijs. Et pro præmiſsis etiam facit
Ioannes Andræ.in addition. ad Specul. in titul.de
cenſitis.§.nunc dicendum.in additio.incipien.erat
alia quæſtio.vbi tractat quando nobiles in caſtra
vel villa ciuitati ſubiectis ædificat aliquas domos,
& eſt facta parua villa,& imponitur aliquod onus
an debeant contribuere cum illis de ciuitate, an ve
rò debeant contribuere cum illis de caſtro vel vil-
la videtur diſtinguere, quòd quando dominus ſeu
prior propter loci diſtantiam vel hominum excre-
ſcentiam velit nouam villam facere cum ſuo terri-
torio tunc talis villa de nouo constructa eſſet ex-
empta à prima, ſicuti quando vna prouincia diui-
ditur in duas.l.ſi eadem.ff.de aſſeſſoribus. aliàs ſe-
cus,dicta l.inſulæ. ff. de iudicijs. & l.qui ex vico.ff.
ad municipal.Petr.Iaco.in titulo de refection.mu-
rorũ.tenet quòd primò debet applicari tertia pars
canonis iuris publici,& tributi,per dictã l.ne ſplen
didiſsimè.C.de oper.publicis.& per alia iura ſuprà
allegata,& vbi iſta tertia pars non ſufficit ſi vniuer
ſitas habeat bona potuerit vendere aliquam rem
vniuerſitatis.l.finali.C.de vendi.rer.ciuilium. libr.
xj.& vbi non ſunt bona vniuerſitatis poteſt impo-
ni collecta pro viribus ſingulorum. dicta l. omnes.
la ij.C.de operib.publi. & tale onus imponitur ſo-
lùm municipi & incolis : quia imponitur perſonis
pro rebus l.reſcripto.§.finali. ff. ad municipales. &
tunc debet haberi conſideratio aliorum bonorum
alibi ſitorum : niſi foueret domiciliũ in duobus lo
cis.l. Labeo. ff.ad municipal. quia tunc pro eadem
re quis non deberet contribuere in duobus locis. l.
prima.C.de mulier.in quo loco.libro decimo. cum
ibi notatis,per gloſſam & doctores ibi. Et licèt ali-
quis habitet extra ciuitatem, dum tamen habitet
in territorio & continentibus ædificijs : tamen de-
bent contribuere in tali expenſa. dicta l. qui ex vi-
co.ergo ſecus ſi habitant extra territorium: prout
ſentit Petrus, Ioannes Fabri in dicta.l.omnes.la ij.
C.de operibus publicis. tenet quòd iudex ordina-
rius poteſt compellere ſubditos ad reparationem
murorum ciuitatis ſeu caſtri:ſecus ſi conſtruantur
11 de nouo.de quo ibi per ipſum.& pariter ibi † tenet
quòd tale munus reparationis murorum, viarum
& pontium eſt patrimoniale. l.honor.§.viarum.ff.
de muneribus & honorib.& eſt differentia in mo-
12 do imponendi collectam: † quia forenſes ſeu extra
nei qui habent poſſeſsiones in loco debent ſolu:ſe
cundum quod habent de poſſeſsione. Sed ciuibus
& incolis imponitur collecta pro ſolido & libra.l.
ſancimus.C.de aduocatis diuerſorum iudicum : ſe-
cundum Ioannem Fabrũ in dict l.omnes.& ibi di
cit,quòd illa l.omnes.ratione talis reparationis ha
bet locum vbi inſtat periculum, vel in locis limi-
trofis:ſecùs fortè in patria pacifica diſtante ab ini-
micis vel vbi reparatio non eſſet vtilis. de quo ibi
per eum. dominus Guid.Pap.deciſi.vij.tenet,quòd
13 in hac patria per ordinationẽ factã †extranei habẽ
tes prædia in aliquo loco non tenẽntur contribue-
re pro reparationibus caſtrorum & vilarũ,niſi pro
dicto ſolido & dicta libra, pro præmiſsis etiam fa-
cit in ſimili.c.licèt.ſi de feud.contr.inter domin.vbi
vaſallus non tenetur ſubuenire domino indigenti
de pecunia.l.j.C.ne ope. colla.exiſt. & l. ij.C.vt ru-
ſtici ad nullum officium. libro vndecimo. & quòd
habetur per gloſſam & doctores in dicta l. ne-
minem.C. de ſacroſanct. eccleſi. vbi pro expenſis
tranſitus armigerorum principis debent primò ſe
præmunire de eorum ſtipendijs & marſupio pro-
prio, & ſi non ſufficit de bonis, quòd capiatur
de bonis communitatum locorum. Veruntamen
licèt Imperator ſeu alius princeps propter aliquam
imminentem neceſsitatem, vt puta pro defenſione
14 imperij poſsint imponere collectã: † tamen vaſalli
qui ſunt in ſeruicio principis & ipſum aſſociant
non tenentur contribuere in tali collecta:iuxta ca-
put primum. §.firmiter. de prohibita feudi aliena-
tione per Fredericum,ne duplici onere grauantur:
ſecundum Præpoſitum in capitulo primo.quæ ſint
regalia.& licèt ſupradictum fuerit quod vaſallus
non teneatur ſubuenire domino de eius pecunia:
dicto capitulo licèt.nec poſsint domini pro ſua ne-
ceſsitate rem vaſalli,nec imponere collectã: ſecun-
dum Baldum in l.cùm multa.C.de bonis quæ liber-
ris. licèt poſsit imponere charitatiuũ neceſſarium
tempore neceſsitatis pro valore operę: ſecundum
Baldum in l.prim.in fine. C. de operis libertorum.
15 Veruntamen † tempore magnæ neceſsitatis vaſal-
lus diues tenetur ſubuenire domino, quando eſt in
periculo:

periculo: ſecundum Ioannem de Anani. conſilio ſeptimo. incipient. Viſis & ponderatis. & Iaſonem in l. ii ex toto. in principio. de legatis primo. & pro hoc facit primo Regum capitulo octauo. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa appellationis quorundã vaſallorũ & communitatũ patriæ Aſtenſis appellantiũ & procuratorẽ fiſcalẽ Regiũ ciuitatis Aſtẽſis appellatũ ſuper reparatione caſtri citadellę dictæ ciuitatis Aſtenſis, ſi ſubditi teneantur contribuere in dicta expenſa reparationis dicti caſtri citadellę. aliter ad pręſens non declaro: quia adhuc pendet cauſa coram curia.

ARGVMENTVM.

Confeſsio facta in extremis pro conſcientiæ exonceratione an reuocari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsionem factam in teſtamento uim probatoriam & inductiuam non habere regulare.*
2 *Confeſsio facta in extremis ad conſcientiæ exonerationem quod actionem non pariat.*

Quæſtio CCCCLXI.

QVAERITVR an confeſsio facta in extremis parte abſente probet, & an poſsit reuocari maximè quando tẽdit in exonerationem con-
1 ſcientiæ. Et in effectu † licèt confeſsio facta in teſtamento regulariter non habeat effectũ probatorium ſed inductiuum, quia bene oritur actio pro tali legato. l. Lucius. §. quiſquis. ff. de legatis ſecundo. & ibi Bartolus, & in l. cùm quis decedens. §. codicillis. ff. de legatis tertio. & in l. prima. C. de falſi. niſi talis confeſsio eſſet facta cum iuramento, vel notario ſtipulante: vt notatur per Bartolum in di-
2 cto §. codicillis. † tamen iſtud fallit quando talis confeſsio emanat ad exonerationem conſcientiæ: ſecundum Baldum in l. rationes. C. de probationibus. vel etiam de æquitate canonica, vbi ſola mens videtur ſufficere: ſecundum Baldum in l. generaliter. C. de non numerata pecunia. in decima quæſtione. allegat legem, ſi ego. §. finali. ff. de iure dotium. facit quod habetur per gloſſam in canone quotiens cordis oculus prima quæſtione ſeptima. & per Calderinum conſilio vigeſimoquinto. in titulo de teſtamentis. & per Felinum in capitulo ſi cautio. de fide inſtrumentorum. Nec obſtat ſi dicatur, quòd quãdo fit cõfeſsio cauſa liberationis debet tenere etiam abſente parte. iuxta notata per gloſſam in l. non ſolum. §. ſi liberationis. ff. de liberatione legat. ſicuti tenet confeſsio cauſa liberationis etiã ſine cauſa. l. tale pactum. in principio cum ibi notatis. ff. de pactis. quia de hoc articulo ſunt opiniones, de quo per Baldum in dicto §. ſi liberationis. & per Salicetum in l. poſtquàm liti. C. de pactis. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa compulſoriarum nobilis Gaufredi Buaterij hæredis domini Ioffredi de eccleſia & dominæ Aliſię coniugum contra Simondum & Bartholomæum Raffum & Aliſiam de eccleſia donatam vxorem dicti Simondi Raffum pro eo quia dicta domina Aliſia de eccleſia vxor dicti domini Ioffredi fecerat quandam declarationem quòd ipſa erat onerata ex parte dict. domini Ioffredi eius mariti de relinquendo dictum debitum dict. Aliſiæ donatę aliter ad præſens non declaro.

ARGVMENTVM.

Teſtes ſingulares an fidem faciant.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſingulares nullam fidem faciunt.*
2 *Teſtes loci & temporis diuerſitate ſingulares redduntur.*
3 *Teſtibus ſingularibus locus eſt ubi non nihil in genere probandum eſt.*

Quæſtio CCCCLXII.

QVAERITVR an teſtes ſingulares probent in re ciuili & reiterabili. Dubium facit
1 quia † teſtes ſingulares non probant. capitulo dilecti. de electionibus. capitulo licèt. de probationibus. quia non ſunt conteſtes, & tantum probat vnus teſtis ſicut mille: ſecundum Baldum in l. iuriſiurandi. C. de teſtibus. & licèt iuramentum ſuppletiuum deferatur quando eſt vnus teſtis idoneus qui deponit de aliquo actu: ſecus quando ſunt plures teſtes ſingulares: ſecundum Baldum in l. de quibus. ff. de legibus. & in rubrica de controuerſia in-
2 ueſtituræ. † nam diuerſitas loci & temporis reddit teſtes ſingulares: ſicuti dicitur de teſtibus Suſannæ Daniel. decimotertio. capitulo, & per gloſſam in l. teſtium. C. de teſtibus. & ibi per Cynum in penulti. quęſtione. & de mateira ſingularitatis teſtium habetur per Alexandrum conſilio centeſimo. & conſilio centeſimoquadrageſimoprimo. in primo volumine. & in ſecundo volumine conſilio centeſimo ſeptuageſimoſexto. & per Alexandrum in l. inter pares. ff. de re iudicat. Sed in contrarium facit: quia diuerſitas in iſtis circunſtantijs non reddit teſtimonium ſingulare in actu reiterabili, dum tamen tendant ad eundem effectum. l. qui ſententia. C. de pœnis. & ibi Baldus & per gloſſam in l. ob carmen. §. finali. ff. de teſtibus. & ibi per Baldum & Alexandrum in additionibus. & in canone nihilominùs. tertia quæſtione nona. & per Pètrum de Ancharano conſilio ducenteſimoſeptuageſimooctauo. & pro iſta parte facit quod habetur per Salicetum in l. quicunque. C. de hæreticis. & per Bartolum in
3 l. actor. C. de probationibus. † quando agitur de aliquid probando in genere, vt hæreticum, vel decimam vel iuriſdictionem admittuntur teſtes ſingulares, licèt deponant de diuerſis actibus in ſpecie. & per Baldum in l. j. C. de teſtament. & per Alexandrum in conſilio quadrageſimotertio. in primo volumine. Et iſtud etiam facit pro dicta cauſa dicti Buaterij contra dictos Raffum & dictæ Aliſiæ interuentæ vbi fuerant examinati quatuor teſtes ſuper dicta declaratione voluntatis dictę dominæ Aliſiæ de eccleſia: quia teſtes videbantur aliquantulum ſingulares, licèt eſſet vnus teſtis notarius qui receperat vnum codicillum dictæ dominæ Aliſię, qui deponebat de dicta declaratione, & ſic videbatur quoddammodo teſtis approbatus. facit l. Theopompus. cum ibi notatis. ff. de dote pręlegata.

ARGVMENTVM.

De compromiſſo facto inter plures, ita vt tertius eligere poſsit.

S V M M A R I V M.

1 *Compromiſſum de perſona incerta non tenet.*
2 *Arbitri duo, ubi diſcordes ſunt, ut tertium eligant, per ordinarium iudicem cogi poſſunt.*
3 *Quid ſi arbitri partim ſint clerici partim laici.*
4 *C. cùm a nobis de arbitr. uarij intellectus.*
5 *Arbitria à principio uoluntaria ſunt, ex poſt facto neceſſaria ad pronuntiandum.*
6 *Tertius electus ab arbitris an arbiter dicatur.*

Quæſtio CCCCLXIII.

QVAERITVR an valeat cópromiſſum factū in duos arbitros ita quòd ipſis diſcordantibus eligatur tertius, & per quem poſsint cogi arbitri ad pronuntiandum vel eligendum tertium: & ſi talis tertius dicatur arbiter vel conſultor, & de modo pronunciandi. Et in effectu prima facie videretur dicendum quòd tale cópromiſſum de eligendo tertium non teneat. l. item ſi vnus. §. ſi in duos.
1 ff. de arbitr. & maximè de perſona incerta: † quia compromiſſum de perſona incerta non tenet. c. innotuit. de arbitr. l. ſi merces. in princip. ff. loca. quia arbitri poſſent diſſentire in eligendo tertium, & ſic compromiſſum eſſet ſine exitu: ſecus ſi eſſet certa perſona, ſecundum vnam opinionem. Verùtamen
2 vbi fuit ſimpliciter † factum cópromiſſum in duos & ſunt diſcordes: tunc poſſunt cogi per iudicem ordinarium ad eligēdum tertium idoneum cuius authoritati pareatur. dict. l. item ſi vnus. §. principali-
3 ter. ff. de arbitr. † Et vbi arbitri eſſent partim laici, & partim clerici: tūc debent cogi tam per iudicem laicum ordinarium quàm eccleſiaſticum: ſecúdum Barto. in l. iuriſperitos. §. cùm oriundum. ff. de excuſation. tutorum. in lectura ad Nicol. de Neapol. & ita etiam ſentit Specu. in titu. de arbi. §. ſequitur. de quibus. verſ. hoc quoque notandum. & verſicu. ſed quid. & vbi arbitri eſſent omnes clerici, vel maior pars tunc deberēt cogi per iudicem eccleſiaſticum quia maius dignū trahit ad ſe minus dignum: iuxta nota. per Bartol. in l. præcipimus. §. eodem. C. de appellatio. & in l. ſodales. ff. de colleg. illi. & in l. ſo-
4 lent. ff. de aliment. & cibar. lega. Nec obſtat † cap. cùm à nobis. de arbi. vbi videtur valere compromiſſum, quod in caſu diſcordię ſtetur ordinationi duorū mediatorū, quia ſunt plures intellectus: quia nō fuerunt veri arbitri ibi electi. vel ſecundū vnū intellectū, quādo arbitri ſunt concordes in ſententia tenet compromiſſum, licèt fuiſſet dictum de eligendo tertium in caſu diſcordiæ: quia vtile per inutile non vitiatur. de quo latiùs per Panor. poſt Inno. in dicto ca. innotuit. vbi Panor. ponit ſex intellectus.
5 Et † licèt arbitria à principio ſint libera, tamen ex quo ſemel acceptauerunt, poſſunt cogi ad pronuntiandum. l. iij. in principio. ff. de arbitris. & hoc per iudicem ordinarium, vt ibi habetur. & quando eligitur iſte tertius idoneus poteſt cogi ad acceptan-
6 dum: ſecundum gloſ. in dicto §. principaliter. † ſed talis tertius non dicitur arbiter, ſed potiùs conſultor: nec debet pronunciate, ſed debet dicere ſuam opinionem: & ſecundum illam arbitri debent pronuntiare. de quo pleniûs per Baldum in dict. §. principaliter. & per Specu. in titul. de arbitr. §. ſequitur. de quibus. verſicu. hoc quoque notandum. Et præmiſſa faciūt ad quęſtionem ſuper cauſa recurſus prioratus Belli montis Veleñ. diœceſis inter reuerendiſsimum dominum Claudiū de Turnone Epiſcopum Viuarienſem & reuerendiſsimum dominum Aymarum de Claromonte prothonotarium: quia partes elegerunt quatuor arbitros, qui erant diſcordes in pronuntiando: quia duo arbitri volebant quòd ante omnia cognoſceretur ſuper ſententijs obtentis in petitorio: alij verò duo arbitri volebant, quòd cognoſceretur ſimul & ſemel de titulis, iuribus & ſententijs partium, & ſuper hoc fuit ordinatum, quòd arbitri eligenret vnū tertium idoneū. Aliter ad præſens non declaro: quia adhuc lis pendet, & pro pręmiſsis etiam facit quod habetur in c. ſuſpiciens. de offic. iudi. delega. & in c. cùm ſpeciali. de appellat.

A R G V M E N T V M.

Arbitratores diſcordantes vt tertium eligant, an cogi poſsint.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitratores ad inſtar proſenetarum rediguntur.*
2 *Arbitratores de negotio ſibi ipſis commiſſo cum partibus informare tenentur.*
3 *Arbitratores ubi diſcordes ſunt, partium partes erunt, ſi uelint, tertium eligere.*

Quæſtio CCCCLXIIII.

QVAERITVR quid iuris in arbitratoribus, quādo ſunt diſcordes an poſsint cogi ad eligendum tertium. Bald. in cap. j. de inueſtitur. in
1 mar. facta, videtur tenere quòd non: † quia arbitratores rediguntur ad inſtar proſenetarū. l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de abitr. & in proſenetis non eſt tractandum de electione tertij: quia proſenetę debent
2 aloqui teſtibus & ita eſt in arbitratoribus: † quia debent ſe informare cum partibus. & ita etiam tenet Baldus in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecundis nuptijs. & ibi tenet quòd iſto caſu quando arbitratores ſunt diſcordes, partes bebent eligere tertium ſi volunt: & ibi etiam format quæſtionem quando fuit compromiſſum in arbitris & arbitratores quis debet eligere: quia debet attendi modus procedendi: de quo etiam per Alex. de Imo. in l. inter pares. ff. de re iudic.

A R G V M E N T V M.

Compromitti in iudicem ordinarium poteſt.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ordinarius arbiter non eligitur.*
2 *Compromitti in iudicem ordinarium tanquàm in arbitratorem poſſe, iuris ciuilis eſt.*
3 *Compromiſſum in dominos parlamenti fieri poteſt.*

Quæſtio CCCCLXV.

QVAERITVR an poſsit compromitti in iudicem ordinarium: & an partes poſsint compelli ad concordiam. Et in effectu prima facie
1 videtur dicendū † quòd iudex ordinarius non poſſit eligi arbiter: quia non poſſet ſe ipſum cogere & propter

propter metum iuriſdictionis.l.ſed ſi infernum.§.ſi iudex.ff.de arbitr.& iij.quæſt.vij.§.tria.verſ.ſi quis
2 verò † ſed bene poteſt compromitti in iudicem tan quam in arbitratorem.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbi.ſecundũ glo.in dict.§.ſi iudex.l.j.§.& poſt operis.ff.de oper.noui nunti.& hoc de iure ciuili: ſecus de iure canonico:quia poteſt compromitti in iudicem ordinarium.c.cum tẽpore. de arbit. ſecundum vnam opinionem, de quo ibi latiùs per doctor. & quando partes diu ſteterunt in lite poſſunt cogi ad concordiam.argumen.l.æquiſsimum.ff.de vſufru. ſecundum gloſſ.in cap.placuit.& cap.ſtudendum. xc. diſtinct.de quo latiùs per Alexand. de Imol.in dict.§.& poſt operis.vide domi. Guid. Papæ deciſi.
3 lxix.vbi † poteſt fieri compromiſſum in dominos parlamenti.

ARGVMENTVM.

An poſt ſententiam latam quæ in rem iudicatam tranſiuit compromitti poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Compromitti de re iudicata & finita non poteſt.*

2 *De partium conſenſu à priore tranſactione reſilire, & ad ſecundam deuenire poteſt.*

3 *Sententia lata contra ſententiam quæ in rem iudicatam trãſiuit, nulla eſt.*

4 *Compromitti de re iudicata poteſt modo in compromiſſo poneretur, non obſtante ſententia.*

Quæſtio CCCCLXVI.

QVAERITVR an poſt ſentẽtiam latam quæ tranſiuit in rem iudicatam poſsit fieri cõ promiſſum. Et videretur dicendum quòd non: quia
1 de re † finita & iudicata non poteſt compromitti, vel trãſigi.c.expoſita.de arbi.l.poſt rem.ff.de tran-
2 ſact.ſi ex cauſa.C.de tranſact. † licèt de conſenſu partium poſſet fieri ſecunda tranſactio & diſcedi à prima.l.ſi diuerſa pars.C.de tranſactio.ſecus in ſententia quę non pendet ex poteſtate partium:ſecun
3 dum glo.in dict.l.ſi diuerſa pars: † quia non valeret ſecunda ſententia lata contra primam quę tranſiuit in rem iudicatã.l.j.C.quãdo prouo.nõ eſt ne-
4 ceſſe. † Veruntamen etiam poſſet compromitti de re iudicata, quando in compromiſſo fieret mentio expreſſa non obſtante ſententia:ſecũdum Bald. in dict.l.ſi diuerſa pars.& in l.eleganter.in princip.ff. de condi.indebi.& in dict.l.poſt rem. quia videtur tunc renuntiare ſententiæ.ſed an requiratur ſpecialis clauſula, non obſtãte tali ſententia, habetur per Iaſo.in dict.l.ſi cauſa cognita. Alia limitatio ponitur per Alexand.ibi quando victor intentaſſet primam actionem, vel niſi in inſtrumento fieret mentio quòd penderet lis, vel niſi interueniſſet iuramẽtum, vel niſi fieret compromiſſum in arbitratorem. de quo latiùs per Alexandr.in dict.l.ſi ex cauſa.

ARGVMENTVM.

Exceptio defectus iuriſdictionis aut alterius inſtrumenti an ſuper compulſorijs admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nullitatis inſtrumenti quando contra compulſorias opponi poſſit.*

2 *Conſuetudo licèt notoria ſit, proponere eam oportet.*

Quæſtio CCCCLXVII.

QVAERITVR an aduerſus ſtylum compulſoriarum admittatur exceptio defectus ſolemnitatis inſtrumẽti vti, quòd deficiat iuriſdictio, vel alia ſolemnitas, de quibus habetur per glo.in l. generali.C.de tabu.lib.x.& an de cõſuetudine adhibeatur fides, licèt non ſit indictio: & an talis conſuetudo debeat proponi & probari, maximè quando eſt notoria in loco: & ſi credatur doctori referenti conſuetudinem.& in effectu, licèt per ſtatutum Delphinale aduerſus cõpulſor. impetratas ſuper inſtrumento publico ad vires & ſubmiſsionẽ curiæ non admittantur niſi ſeptem exceptiones per dictionem taxatiuam, vti ſolutionis, falſi, pact. nõ petendo, exceptionis & aliarum ibi declaratarum
1 tamen † vltra illas admittitur exceptio nullitatis inſtrumenti quando deficit ſolemnitas: quia tunc non dicitur inſtrumentum publicum: ſecundum Bald.in l.j.§.hæc parui.ff.quod vi aut clàm. & in l. diuus.ff.de teſtamen.milit. & in dict.§. hæc parui. ponit exemplum quando in inſtrumento deficit iuriſdictio vel quando opponeretur cõtra perſonam quòd quis non habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio:vt in minore.in l.j.C.qui legi. perſo. & l. fina.C.ſi aduerſus rem iudica.ſed bene valeret conſuetudo quòd adhibeatur plena fides inſtrumento licèt omittatur indictio:ſecundum Ioan. Andr. in data libri ſexti in mercurialibus.& talis conſuetudo viget in hac patria Delphinali vbi recipiuntur inſtrumenta ſine indictone, & ſunt probatoria: ſecundum domi. Guid. Papæ.deciſi.cclxij. & vbi ta-
2 lis conſuetudo eſſet notoria ſaltem † deberet proponi:iuxta not.per glo. in clemen.j. appellanti. de appella.& licèt docto.famoſ.referenti conſuetudinem ſit ſtandum:iuxta nota.per gloſ. in l. dos à patre profecta.C.ſolu.matrimo.& Bald. in repetitione leg.de quibus.ff de legib.& Guid. Papæ deciſi. lxix.tamen Alexand.de Imol.in l.poſt dotem.ff.ſolu.matrimo.tenet contrarium, & Iaſon in dict.l.de quibus.circa finem.& quòd etiam conſuetudo notoria debet probari aut ſaltem proponi:quia iudex quando conſuetudo eſt notoria. poteſt ſupplere: ſecũdum glo.in l.j. C. qui & aduerſus quos.de quo latiùs per Alexand.de Imol.in l.j.C.vt quæ deſunt aduoc.iudex ſuppleat.Et præmiſſa faciunt ad quęſtionem ſuper cauſa appellationis Aymari Blaſij Laurẽtij de Prato fideiuſſores & Laurentiũ de Prato, contra Ioannẽ Iauelli:quia dict. Iauelli impetrauit cõpulſorias cõtra d. fideiuſſores ſuper inſtrumento publico, vbi dificiebat indictio, & fuerat oppoſitum: ſed curia non admiſit talem exceptionem ſuper quo prima facie erat dubius per iura ſupra allegata ſaltem quòd debuiſſet haberi relatio practicantis ſuper dicta conſuetudine & ſtyllo notatis relinquo cogitandum.

ARGVMENTVM.

Adiectus ſolutioni, ſi in libello aut compulſorijs omittatur, neque libellus neque compulſoriæ vitiantur.

SVMMARIVM

1 *Libellus aut compulſoriæ ſi ſuper obligatione alternatiua fiant, an alternatiuæ mẽtionem in illis fieri neceſſum ſit.*

2 *Solutioni adiectus in libello aut compulſorijs poni non neceſſum.*

Quæſtio CCCCLXVIII.

QVAERITVR quando in inſtrumento obligationis quis promittit ſoluere creditori, aut alteri ibi nominato an in libello ſeu compulſorijs debeat fieri mentio de tali adiecto ad ſolutio
1 nem? Dubium facit: † quia in obligatone alternatiua debet fieri mentio de tali alternatiua, aliâs diceretur quis plus petere cauſa.§.ſic itaque. inſtitu. de action.& c.j. de plus petit.ſed in contrarium videtur veritas in caſu iſto: quia obligatio non quæritur tali adiecto ad ſolutioné ſed eſt procurator, qui reuocatur per litis cõteſtationem l.eum qui.§. qui filio.ff.de verb.o bliga.l. ſi quis decem in mellæ. ff.
2 de ſolutio. † nec eſt fienda mentio in libello de tali adiecto ad ſolutionem. Et iſtud facit pro dict. inſtrumento obligationis dicti Iauelli, vbi dictus de Prato ſe obligauerat dicto Iauelli in viginti ſeſtarijs frumenti ſoluendi dicto Iauelli aut procuratori piarum cauſarum beatæ Mariæ Grationop. & dictus Iauelli impetrauerat compulſorias ſimpliciter contra dictos fideiuſſores abſque faciendũ mentionem de dicto adiecto ad ſolutionem.

ARGVMENTVM.

De cautione in cauſa recurſus.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ curiæ ſupremæ aut præfecti prætorio executioni demandari debent, nec recurſus cautione præſtita remorari:*

Quæſtio CCCCLXIX.

QVAERITVR quando fit executio ſententiæ latæ in curia parlamenti à qua fuit recurſus ante cautioné præſtitam & nó petitã debeat retractari executio, & ſi ſufficiat præſtari cautio iuratoria facta diligentia de reperiẽdo fideiuſſorem:
1 Et in effectu regulariter † ſententia curiæ parlamẽti ſeu præfectoris poſsit mandari executionem: tamen ſi fuerit recurſus infra decem dies debet præſtari cautio ſeu fideiuſſorem: authentica quæ ſupplicatio.C.d precib.Impera.offerend.adeò quòd ſi fiat executio non præſtita cautione debebit reuocari & retractari: ſed Bald.ibi, nec reualidatur executio, licèt ex poſt facto præſtetur cautio: ſecundũ Guid.Pap.deciſi.50.quòd eſt intelligendum quando cautio fuerit preſtita per parté recurrenté aliâs ſecus: iuxta nota.in ciuili per glo. Paul. de Caſtro, & Iaſ.in l.vniuerſa.C. de precib.Imperat. offeren. & vlterius vbi non poſſet reperiri cautio fideiuſſoria, ſufficeret cautio iuratoria in caſu iſto: argumẽ. authenti.generariter.C.de epiſcop.& cleric.ſecundum domi.Guid.Pap.deciſi.clxxxix.& ita fuit concluſum in cauſa parlamenti ſuper executio ſententiæ latæ ſuper poſſeſſorio cuiuſdã capellę moioſis domini Antho. Veyreti, quond.d.Petri de Cuneo.

ARGVMENTVM.

Semẽtia declaratoria in beneficialibus an tribuat titulum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia à qua appellatum non eſt, quòd illi cõtra quem lata eſt, præiudicet.*
2 *Sententia declaratoria titulum non tribuit.*
3 *Beneficium obtentum occaſione iniuſtæ ſententiæ quòd ſalua conſcientia teneri non poteſt.*
4 *Denuntiatio euangelica agi poteſt contra eum qui tenet beneficium ex iniuſto titulo.*
5 *Sententia iniuſta in beneficialibus contra ſuperiorem in rem iudicatam non tranſit.*
6 *Confeßio in beneficialibus licèt confitenti præiudicet: parti tamen aduerſus titulum non tribuit*
7 *Ingreſſus uitioſus in beneficijs non admittendus.*
8 *Sententia in qua periculum animæ uerſatur, nunquam in rem iudicatam tranſit.*
9 *Sententia quæ ex actorum inſpectione euidenter iniqua eſt nullitati comparatur.*
10 *Executio ſententiæ quæ ex actorum inſpectione euidenter apparet nulla, quòd nullitatis exceptione & iuriſdictionis defectu impediatur.*

Quæſtio CCCCLXX.

QVAERITVR an ſententia declaratoria in beneficialibus tribuat titulum & ſi tranſeat in rem iudicatam quoad partem aut ſuperiorem, & quid iuris in foro contentioſo, & an iudex ſecularis teneatur ſtare tali ſententię ſaltem per implorationem brachij ſecularis. Et in effectu uidetur
1 dicendum, † quod ex quo non fuit appellatum; talis ſententia præiudicat illi contra quem eſt lata ex quo pars acquieuit.cap.cùm dilecti.de electi.c. cùm olim.de dol.& contuma.cap.quid ad conſultationem, de re iudic.ſecundum glo.in cap.j. de cõceſsio.præbend.& Innocen.in cap.ad aures.c.mandatum.de reſcript.Hoſtien.in ſumma de conceſsi.
2 prębend.& hoc in foro contentioſo: † ueruntamen talis ſententia declaratoria no tribuit titulum.l. ſicut.§.hoc ſi quidem.ff.ſi ſeruitu.vendic.cap. forus. de verbo.ſignifica.quia qui declarat nihil de nouo dat.l.hæredes palam.§.ſi tantùm.ff.de teſtamen. &
3 ideò † quandocunque talis qui obtinuit ſententiã iniuſtam habuit ſententiam iniuſtitiæ non poteſt tenere ſalua cóſcientia illud beneficium, nec iuuatur curſu temporis: iuxt.nota.per glo.& Deci.in c. contingit.de dolo & contuma.& ideò non eſſet tu
4 tus in foro conſcientiæ & poſsit † agi cõtra ipſum per viam denuntiationis euangelicæ dicẽdo quod ille tenet beneficium eccleſiaſticum ſine titulo ſecũdum Antho.de But.Ioan.de Imo.in dict.c.j.de cõ
5 ceſ.præbend.† nec etiã tranſit talis ſentẽtia in rem iudicatam quoad ſuperioré: quia iudex ex officio ſuo poſſet inquirere de titulo contra illũ qui obtinuit talem ſententiam & cogeretur oſtendere titulum.cap.ordinarij de officio ordina.lib.vj.cap. conſtitutus.& c.ablato.de appella.& in pragm. ſanct. de pacifi.poſſeſſ.§.ordinarij.& fortè retractata ſententia per viam denuntiationis euangelicæ vel per officiũ iudicis poterit beneficium reſtitui. primo ſecũdum glo.in dict.cap.j.de paci.poſſeſs.in princ.ſuper verbo, triennio. ſicuti ſolet dici de confeſsione
6 in benefici, † quòd licèt pręiudicet confitenti.cap. ij.de confeſ.lib.vj.& glo.in cap poſt electionem.de conceſ præbend.tamen talis confeſsio non præbet titulum parti aduerſæ quia talis confeſsio præbet inſtitutionem: quia non dependet à parte dare titulum in beneficialibus: ſecundum Archidiac. Ioan. Andr.in dict.cap.ij.de confeſ.lib.vj.& Ioan Andr.
7 in cap.j.de eo qui mitti.in poſſeſsio.lib.vj. † Nam

in beneficia

vbi verſatur periculum animæ ſententia nunquam tranſit in rem iudicatam: ſecundum glo. fi. in c. inter monaſteriũ de re iudica. & xxxv. quæſt. ix. ſicuti de matrimonio carnali dicitur: cap. lator. c. conſanguinei. de re iudi. quia in beneficialibus propter periculum animæ iudex poteſt ſupplere ex officio. c. cùm nobis. de elect. c. exceptionem. de exceptio. ſecundum glo. in c. cupientes. §. cæterùm. ſuper verb.
9 cõtumacia. de elect. lib. vj. † Et quãdo ſentẽtia cõtinet euidenter iniquitatẽ per inſpectionem actorum æquiparatur nullitati: ſecundum Innocen. in cap. fraternitatis. de frigi. & male. cap. inter cætera. de re iudic. & ibi Panor. & Feli. etiam ſi eſſent tres ſententiæ conformes non debent mandari executioni.
10 clement. vt calumnijs. de re iudic. † quando opponitur de tali notoria & euidenti nullitate: ſecundũ Bald. & Salic. in l. j. C. ne liceat in vna ea. cauſ. ter prouoca. vel etiam quando opponeretur de nullitate defectu iuriſdictionis: ſecundum glo. in clemen. j. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. de quo pleniùs per Alexandr. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. oper. noui nun. & quando apparet de tali euidenti nullitate vel iniquitate ſententiæ iudicis eccleſiaſtici, iudex ſecularis non debet ſtare, etiam ſi requiratur in auxilium brachij ſecularis: iuxta nota. per Innocen. & cæteros, in cap. j. de offic. ordi. & per Feli. in cap. j. de iureiuran. ſed debet ſuperſedit donec pleniùs fuerit cognitum per iudicem eccleſiaſticum competentem. c. de cætero. de re iudic. & licèt ſententia lata in foro eccleſiaſtico debeat ſeruari in foro tẽporali & econtrà inter eaſdem partes. cap. fi. de excepti. Lib. vj. tamen hoc verum, niſi appareret de euidenti iniquitate vel nullitate: prout ſupra dictum fuit. Et præmiſſa faciunt etiam ad quæſtio. ſuper dict. cauſa prioratus Bellimontis Velonẽ. diœceſis inter dictum dominum Epiſcopum Viuarienſ. & dominum prothonotarium de Claromonte vbi partes obtinuerunt plures & diuerſas ſententias ſuper petitorio & opponunt huic iudic. de nullitate & euidenti iniuſtitia.

ARGVMENTVM.

Sententia an in appellationis cauſa iuſtam litigandi cauſam præbeat.

SVMMARIVM.

1 *Actor originarius qui doloſe acta cauſæ producere omiſit an cadat à cauſa & in expenſis plectendus ſit.*
2 *Quid in eo qui in prima inſtantia exceptionem peremptoriam non oppoſuit.*
3 *Opponens in electum poſt conſecrationem non auditur.*
4 *Sententia lata in prima inſtantia excuſa ab expenſarum cõdemnatione in cauſa appellationis.*
5 *Appellans quòd malam cauſam habere præſumatur. fallit at nume. 6. & ad finem uſque deciſ.*

Quæſtio CCCCLXXI.

QVAERITVR an ſentẽtia lata in prima inſtãtia præbeat iuſtã cauſam litigandi in cauſa appellationis vt præſeruetur à condemnatione expenſarũ, & quando appellatur & actor originarius non producit acta in ſecunda inſtantia ſeu omittit ſcienter producere, an audiatur appellans, & ſi propter hoc debeat condemnari in expẽſis, & non producendo acta. Et prima facie videretur dicendum
1 quòd † talis quando omittit ſcienter & doloſè producere acta, quòd non debet audiri poſtmodum in
2 cauſa appellationis: † ſicuti de illo dicitur, qui ſciẽter & doloſè omittit ſcienter opponere exceptionẽ peremptoriam in prima inſtantia: quia non debet audiri in cauſa appellationis: ſed debet condemnari in expenſis. c. exceptionem. de excepti. ſecundum glo. in c. ad audientiam. le ij. de reſcript. & in c. inter monaſterium. de re iudic. & in cap. diffinitiuam. §. item ſi ſcientia. ij. quæſtion. vj. Nec obſtat l. per hanc. C. de temporibus appella. & c. cùm Ioannes Heremita. de fid. inſtrumen. vbi in cauſa appellationis à diffinitiua poteſt iterum deduci & probari quod non fuit deductũ in prima inſtãtia: quia hoc verũ, niſi ſciẽter & doloſè fuerit omiſſum in prima inſtantia: ſecundum Bald. in d. l. per hoc. in princi. ſecus ſi ex ſimplicitate: ſecundum Feli. in dict. cap. ad audientiam. vel niſi ageretur in cauſa eccleſiæ: ſecundum doct. in dict. cap. inter monaſterium. licèt ſecundum Ioan. de Imol. & Feli. in dict. cap. ad audientiam. & in dict. cap. inter monaſteriũ. etiam ſi ſciẽter & doloſè fuerit omiſſum deduci in prima inſtantia adhuc poterit deduci in cauſa appellationis per dictam l. per hanc. ſed fortè pars quæ omiſit propter tarditatem debet condemnari in expenſis: ſecundum ipſos dict. cap. ad audientiã. & in dict. c. inter monaſteriũ. per dict. c. exceptionẽ. faciunt no. per Bald. poſt Guliel. de Cuneo in l. cogi. C. de petione hæred. & pro præmiſ. poſſet adduci quòd no. per Innocen. & Franci. de Aret. in c. ſuper his. de acuſa. de illo qui omittit opponere in perſonam ele-
3 cti tempore cõfirmationis: † quia non auditur poſt tẽpus conſecrationis. Sed redeundo ad quæſitũ quãdo quis obtinuit ſententiam in prima inſtantia vel ſecunda an ſit iuſta cauſa excuſandi ab expenſis in tertia inſtantia cauſæ appellationis: & in effectu gloſſ. in l. generaliter. §. j. C. de reb. creditor. ſuper
4 verbo, diſpendij. tenet † quod ſententia lata in prima inſtantia excuſat à condemnatione expenſarum in cauſa appellationis propter præſumptionẽ primę ſententię. Et licèt Bart. ibi faciat differentiã quãdo fertur ſententia contraria in cauſa appellationis ex nouiter productis, quòd appellatus propter primam ſententiã excuſetur ab expẽſis in cauſa appellationis: tamen ſecundum aliam opinionem, quando ille qui ſuccumbit in cauſa appellationis fouebat iniuſtam cauſam in negotio principali, debet etiam condẽnari in expenſis, quia temerè litigabat: ſecundum Salic. ibi, de quo per Cyn. & cæteros ibi & per Bart. in l. tutor. §. tutor. ff. de adminiſtr. tuto. & per glo. in cap. iuris ignorantia. de regul. iuris. lib. vj. & per Ioan. Andr. Antho. de Butri. Ioan. de Imol. & Panor. in cap finem litibus. de dolo & contuma. & per glo. in cap patet. & c. omninò. ij. quæſtio. vj. & maximè quando appellans ſuccumbit in cauſa appellatiõis dict. c. omninò. c. ſæpè. cap. reprehenſibilis. c. vt debitus. de appella.
5 quia † appellans ſemper præſumitur habere malã cauſam propter præſumptionẽ primæ ſententiæ. l. Herennius. §. Gaya. ff. de euict. c. in præſentia. de renun. ſecundum Bald. in additio. ad Specu. de appella. verſic. qui appellat. niſi appellans haberet probabilem cauſam litigandi: quia habebat communem opinionem docto. pro ſe vel alicuius docto. famoſi

iux.not.per Baldum in l.Clodius.ff.de acq.hæred. vel quia litigabatur de caſu legis difficili, vel quia erat dubium de intellectu legis.iux.no.per glo. inſti.de oblig.quæex quaſi delict.in princ.& Ioann. And.& Panor. in d.c.finem litibus.de dol. & cont. & per Barto. Alexand.& Iaſo.in l.properandum.§. ſin autem alterultra. C.de iudic. & per glo.in pragmatic.ſanction.in tit.contra friuole appellantes. cap.j.ſuper verbo, expenſarum,vbi latè tractat de hac materia. Et præmiſſa faciũt ad quæſtionem ſuper cauſa appellationis Petri Colũberij appellantis loci Criſtearnaudi. cõtra Humbertum Roleti quia in prima inſtantia dictus Colũberij obtinuit ſententiã ſuper compulſorijs de ſumma ſex florenorũ pro arreragijs cuiuſdam penſionis ſex groſſorum,& dictus Roleti appellauit ad curiam appellationum,vbi dictus Columberij omiſit perducere acta quæ tenebatur producere,cùm eſſet actor originarius, & in non producendo acta dictus Columberij ſuccubuit cum expenſis:deinde appellauit ad curiam parlamenti vbi ipſe Columberius produxit acta & ex nouiter productis obtinuit ſententiam cũ expẽſis omniũ expẽſarũ:quia dictus Roleti recognouerat dictam penſionem & non poterat prætẽdere ignorantiam in caſu proprio,& temerè litigabat,licèt potuiſſet eſſe dubiũ de expenſis ſecũdę inſtantiæ,vbi dictus Columberij omiſerat producere acta ſeu eius procurator.& propter tarditatem productionis actorum in d.ij. inſtantia debebat condẽnari in illis ſecundis expenſis vſque ad diem productionis actorum in dicta vltima ſententia: iuxta not.per Ioan.de Imol.& Feli.in dict.cap. inter monaſterium.de re iudic.& in dict.c. ad audientiã. le ij. de reſcript. tamen maior pars dominorum fuit in contrarium:quia dictus Roleti fouebat malam cauſam in principali,& poterat eſſe certificatus de eius iniuſtitia.

ARGVMENTVM.

Subſidium charitatiuum concilij generalis ratione an impartiẽdum ſit,& inde collectæ fieri debeãt, & qui teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi ſubditos tallijs & exactionibus grauari non debent.*
2 *Cauſæ petendi charitatiuum ſubſidium.nume.4.*
3 *Monaſteria an teneãtur ad charitatiuum ſubſidium.nu.4.*
5 *Superior quis adeundus ad compellendos ſubditos ad onera ſibi ratione beneficiorum impoſita.*
6 *Metropolitanus eſt iudex quando eſt contentio,quòd collecta eſt exceſſiua.*
7 *Prælati inferiores poſſunt petere charitatiuũ ſubſidium.*
8 *Nemo liberalis in neceſſitatibus.*
9 *Munus ordinarium qualiter dicatur.*
10 *Munus Reale tranſit ad conductorem, non ad dominum: & nu.14.*
11 *Copula,&,ponitur inter diuerſa.*
12 *Verbum etiam minimum contractus debet operari.*
13 *Pactum de ſoluẽdo cẽſum aut alia onera,eſt ualidum quò ad paciſcentes.*
15 *Emphyteuta eccleſiæ gaudet eodem priuilegio ſicut eccleſia.*
16 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.*
17 *Charitatiuum ſubſidium non præſcribitur.& nu.21.*
18 *Clauſula cum omni honore,onere & chargijs, an trahatur ad extraordinarias erogationes:& an ad iucundum aduentum*
19 *Generalis renuntiatio caſus fortuiti non comprehendit caſum inſolitum.*
20 *Intellectus l.fiſtulas.§.frumenta.ff.de contrahend. empti.*

Quæſtio CCCCLXXII.

QVAERITVR an ſit iuſta cauſa petendi charitatiuum ſubſidium in clero alicuius patriæ ſeu prouinciæ diœceſis, quando prælati accedunt ad concilium generale,vel ad Papam,aut Regem pro negotijs tangentibus rem publicam, & negotium eccleſiæ,& ſi talis leua ſeu collecta dicatur munus ordinariũ, ſeu Reale: & ſi indatur ad onus arrendatorũ in pecunia,&per quem ſubditi debeãt
1 cõpelli. Et in effectu regulariter † prohibetur Epiſcopis grauare ſubditos tallijs, & alijs exactionibus.c.cũ apoſtolus.verſi.prohibemus. de cenſi.niſi manifeſta,& rationabilis cauſa neceſſitatis extiterit,vt ibi habetur.& ſi de hoc dubitetur,ſtatur arbitrio ſuperioris:ſecundum glo. ibi, & inter cæteras
2 cauſas † rationabiles propter quas poſſit peti iſtud charitatiuũ ſubſidium eſt,quando acceditur ad cõcilium generale,vel ad Papam,vel ad Regem.cap. ſi Epiſcopus.xviij.diſtin.cap.vnic.x. quæſtio.iij. & licèt glo.in dict.c.vnic.not.argumen. quòd pro itinere ad Papam,vel ad Regem non poſſunt Epiſcopi vltra ſtatutũ petere:tamen à contrario ſentit, quòd moderatum auxilium poſſunt petere. Et hoc tenẽt Ioan. Antho.de Butri.& Panor. in dict.c. cùm apoſtolus.& Innocen.& cæteri.in c.j.de ſtat.regu. vbi etiam monaſteria quãuis ſint exempta à lege diœceſana:tamen tenentur contribuere in dicta expẽſa pro eorum eccleſijs,& capellis,maximè cum habeant populum per ſe, aut vicarium perpetuum.licèt Innoc.in dict.c.j.de ſta.mo. videatur tenere quòd charitatiuum ſubſidium ſit de lege iuriſdictionis actus:interdum lex dyœſana comprehendit etiam legem iuriſdictionis, de quo per glo.x.quæſtio.j.in ſumma,& in c.dilectus.de offic.ordina. & quando ſubeſt neceſſitas Epiſcopus poteſt facere collectã: ſecundum glo.x.quęſtio.iij.in ſumma.quod eſt in-
4 telligendum,† quando facultates ſuę non ſuppetunt,vt videtur ſentire Panormi. in dict.c.cùm apoſtolus.de cenſi.& Bald. in c.conquerente.de offic. ordina.ſunt quę plures aliæ cauſę legitimè & rationabiles propter quas poteſt peti iſtud charitatiuũ ſubſidium , vti quãdo Epiſcopus acquiſiuit aliqua bona ad opus eccleſiæ,vel eſt in litigio pro iuribus eccleſię.facit c.ſi propter debita.de reſcrip.li.vj.vel pro itinere ad Papam,vel Imperatorem, vel aliam ſimilem cauſam:ſecundum Ioan. Antho. de Butr. Ioan.de Imol.& Panor.in dict. cap. conquerente. & c.dilectus.de offic. ordi.ſecus ſi eſſet culpa Epiſcopi,& eſſet prodigus:ſecundum docto. in dict.c. conquerente.& eccleſiæ exemptæ debent cõtribuere in dictis expenſis charitatiui ſubſidij: clemen.j. §.nonnulli.verſi.in exigendo.de except.prælato.&
5 ibi Cardi. Flor. Ioan.de Imol. Quis † autem ſuperior debeat adiri ad compellẽdum ſubditos: Innoc. in dict.c.cùm apoſtolus.primò refert de Papa, aut Archiepiſcopo,& etiam de Epiſcopo,niſi eſſet contentio, quòd cauſa non eſſet rationabilis,vel quòd collecta

6 collecta eſſet exceſsiua: quia † tūc Archiepiſcopus metropolitanus eſſet iudex, aut deberent eligi arbitri. iuxta notata in cap. paſtoralis. de offici. ordina. & hoc etiam ſequitur Ioan. Andr. Anthoni. de Butri. & Panor. in dict. cap. cùm apoſtolus. de cenſib. an autē prælati inferiores poſsint licitē petere iſtud charitatiuū ſubſidium ab eorū ſubditis. Card. Flo.
7 in clemen. j. de exce. prælato. §. eadem. in fin. † videtur tenere quòd ſic, cùm militet eadem ratio: dum tamen eccleſię ſint exemptę, de quo ibi latiùs per ipſum. vide dictum cap. cùm apoſtolus. verſicu. Archidiac. de cen. & ibi gloſſ. ſuper verbo exactiones. quæ videtur tenere quòd idem ſit in alijs inferioribus prēlatis, quando eſt cauſa rationabilis, de quo ibi per Henric. Bohic. de modo verò petendi dictum charitatiuum ſubſidium ponit Ioan. Andr. in dict. cap. conquerente. & ibi ſequitur Antho. de Butri. & Ioan. de Imol. quia Epiſcopus debet facere congregari eius clerum etiam de conſenſu capituli. cap. quæſiuit. de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu capituli. & exprimere amicabiliter & charitatiuè cauſas neceſsitatis propter quas petit dictum charitatiuum ſubſidium. Et vbi ſubditi ſine cauſa rationabili recuſarent, tunc poterūt compelli prout ſupradictum fuit. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ iſtud charitiuum ſubſidium eſt liberalitatis: cùm procedat cum charitate, & ſic non debet eſſe neceſſitatis: quia ad iſtud reſpondetur ſecundum Ioan. in dict. cap. cùm apoſtolus. quòd vbi non proficit charitas, tunc exhibenda eſt poteſtas. cap. licèt. & cap. & qui emendat. xlv. diſtinct. c. cauendum. x. quæſtio. iij. & etiam ſequitur Anthoni. de Butr. Panorm. in dict. cap. cùm apoſtolus. Bald. in dict. cap.
8 cōquerente. quia in neceſsitatibus † nemo liberalis exiſtit. l. rem alienam. ff. de adimen. lega. & ex præmiſsis apparet, quòd iſta leua, ſeu collecta quæ imponitur in clero propter charitatiuū ſubſidium ex cauſa rationabili, dicitur munus ordinariū. quia habet cauſam certam, & determinatam à iure communi: ſecundum Gulielm. de Cune. in l. neceſsitatē.
9 C. de ſacro ſanct. eccleſi. etiam dicitur munus † ordinariū, quando imponitur à lege, ſenatus conſulto, aut cōſtitutione principis. l. vnic. C. de vac. mune. libr. x. & ibi Bartol. Ioannes de Plate. & idem Bartol. in l. his qui. ff. de iur. immunitatis. & in l. licitatio. §. mercatores. ff. de public. & clariùs in l. j. C. de muli. & in quo lo. lib. x. circa finem. quia ex quo pręcedunt literæ conſtitutionis principis, & habent cauſam certam, & perpetuam, dicitur munus ordinarium: ſecundum Bald. in l. fina. C. ſine cen. & reliq. verſicu. aduer. & in extrauagan. de pace conſtan. ſuper verbo, nuntiatione. Et tale onus
10 eſt † reale, & tranſit ad conductorem. l. cùm in plures. §. vehiculum. ff. loca. facit l. hactenus. & l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij. ff. de vſufruc. Et quando quis arrendat fundum, ſeu beneficium numis, ſeu pecunia ex quo arrendator ſeu cenſorius aut colonus percipiunt fructus, tenetur ſoluere collectam, & non dominus. l. j. C. de anno. & tribu. lib. x. & ibi per Bartol. Ioannem de Plate. argumen. l. ſi ſine hęrede. §. Lucius. ff. de adminiſtratio. tutorum. niſi aliter conſuetudine caueretur. & idem Bart. & Ioannes de Imol. in l. interdum. §. quotiens. ff. de public. nec tenetur dominus ſoluere pro numis: quia pręſumetur feciſſe melius forum propter dicta onera. Et ita tenet Panormita. in cap. tua nobis. le ij. de deci. & clariùs Iaſon in l. j. C. de iur. emphy. in x. col. verſi. item quod dictum eſt de colono: quia iſta collecta concernit fructus, & eſt de oneribus incumbētibus beneficij. cap. præſenti. §. porrò. de offici. ordina. libro vj. cum ibi notatis per gloſſ. domin. Philipp. Franc. quia colonus qui percipit fructus, tenetur ſoluere gabellam, ſeu datia: ſecundum Bartol. in dict. §. quamuis. & Bartha. in tractatu gabella. in quinta parte. quæſtion. ij. Prætereà per tenorem arrendamēti expreſsè dicitur, cum omni honore, & onere, & chargijs. Nam iſta co-
11 pula, &, ponitur inter † diuerſa. iuxta notata per gloſſ. in rubric. ff. de iuris & fact. ignranti. & venit etiam augmentatiuè. l. Seię. §. Gayo. cum ibi nota. per Bartol. ff. de fundo inſtruct. & ita dicta verba important quòd intelligantur tàm de oneribus ordinarijs, quàm extraordinarijs: quia aliàs verba nō operarentur effectum: quod non eſt dicendum. l. ſi quando. ff. de lega. j. cap. ſi Papa. de priuileg. libr.
12 vj. quia minimum verbum in contractu † appoſitum, debet operari effectum: ſecundum Baldum, in rubric. C. de contrahen. empti. in x. quæſti. attenta dictione vniuerſali ibi appoſita: faciunt not. per gloſſ. in clemen. j. de foro competent. ſuper verbo, omnimodam. & per Alexan. de Imol. in l. quędam. §. nihil. ff. de edend. nam pactum de ſoluendo tri-
31 butum, aut cenſum, † aut alia onera eſt validum quò ad paciſcentes. l. Epiſtola. §. pactum. & l. inter debitorem. cum ibi notatis per gloſſam, & doctores. ff. de pact. l. ſecunda. & l. final. & authent. ſed periculum. C. ſine cenſ. vel reliq. cum ibi notatis per gloſſam. & doctor. Etiam ex pacto eccleſia tenetur ad talia onera: ſecundum Ioannem Andrę. & Panormitanum in cap. non minus. de immuni. eccleſi. vel etiam tanquàm tenens rem oneratam tranſit cum onere ſuo. cap. ſi vobis. cap. ſæpè principes. vigeſimatertia quæſtione octaua, l. Imperatores. ff. de public. cap. ex literis. de pignor. cap. paſtoralis. verſicu. fructus. de decim. cap. ſi Epiſcopus. decimaoctaua diſtinctio. nam ex quo arrenda-
14 tor percipit fructus, inſolidùm † tenetur ad gabellas, datia, & collectas, quæ imponuntur propter fructus: ſecundum Frederic. de Senis conſil. centeſimodecimoprim. Nec obſtat ſi dicatur quòd ruſtici, & coloni eccleſiæ non debeant angarijs, & perangarijs fatigari. cap. eccleſiarum ſeruos. duodeci-
15 ma quæſtion. ſecunda. & gaudeant † eodem priuilegio ſicut eccleſia. cap. ſecundo. de foro competenti. cum ibi notatis. l. ij. C. de epiſcop. & cleric. & per notata, per Bartolum in l. priuatę. C. de exſcu. muner. libro x. Quia ad iſtud reſpondetur ſecundum Freder. vbi ſupra. iſtud eſt onus reale, & tranſit cum onere ſuo: prout ſupra dictum fuit. Prætereà eccleſia in caſu iſto de iure communi tenetur pro expenſis concilij generalis: prout ſupra dictum fuit, & ſic etiam arrendator, ſeu collonus qui percipit fructus tenetur inſolidùm. Et maximè ex pacto poteſt aſtringi quis ad ſol-
16 uendum talia onera: quia contractus † accipiunt legem ex conuentione partium. l. j. §. ſi conueniat. ff. depoſi. Nam in contradictione rei ſuæ licitum eſt apponere onus. cap. verum. de conditi.

appoſi.l.in traditionibus.ff.de pact. Et pariter cenſus appoſitus in fundatione eccleſiæ, debet ſolui. cap. Elutherus. xviij. quæſtion.ij. c. præterea. le ij. de iu.e patro.dum tamen non ſit ſuper manſo. vbi conſtituitur eccleſia.cap.j.de cenſi.Et quod dictum eſt ſupra de charitatiuo ſubſidio, quòd poſsit peti ex cauſa manifeſta,& rationabili dict.c.cùm apo-
17 ſtolus.de cenſi.non poteſt † præſcribi in cõtrariũ: quia eſſet contra bonum charitatis: ſecundum Antho.de Butri.& Panormi.ibi. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper concilio grenerali nouiſsimè incepto Piſis,& emanauerunt literę patẽtes ſereniſſimi Regis domini noſtri Delphini, de hoc præſenti anno domini 1511. de menſe Octobri, vel circa vt clerici ſeculares,regulares,exempti nõ exempti, percipientes beneficia contribuant in expenſis prę latorum regni,& Delphinal.qui acceſſerunt ad dictum concilium. Et fuerũt præſentatæ curiæ,& cõceſſę literę placitorię,prouiſo quòd ſubditi non extrahantur extra patriam.& pariter in certo arrendamento beneficij ſub certa annua pecunia fuit dictum,cum omni honore,& onere, & chargijs &c. Nec obſtat pręmiſsis ſi dicatur, quòd talis clauſu-
18 la in † arrendamento poſita cum omni honore, & onere,& chargijs non referẽtur ad extraordinarias & inſolitas erogationes,ſeu pręſtationes.l. Seio.§. medico.ff.de annu.lega. Et ideò in arrẽdamento Epiſcopatus,vel Archidiaconatus non venit illud quod eſt ſolitum dari pro iucundo aduentu Epiſcopi, vel Archidiaconi: ſecundum Oldra. conſil. cxxix.Bal.Ioã.de Imol.Pau.de Caſtr.& Alex.in l. diuortio.§.ob donationes.verſi.quòd ſi in anno.ff. ſolu.matrim.quia non cenſetur eſſe in fructu, cùm non habeat certam & determinatã præſtationem: quia ad iſtud reſpondetur ſecundũ Oldr.vbi ſupra quòd iſtud donũ quod præſtatur pro iucundo aduẽtu,eſt perſonale,& debetur ratione perſonæ, nõ autẽ eſt reale,nec debetur ratione Archiepiſcopatus:nec eſt ordinariũ:ſecus in charitatiuo ſubſidio, quod debetur ratione expenſæ concilij generalis: quia eſt ordinarium, & eſt reale, & concernit fructus beneficij:&eſt de incumbentibus oneribus beneficij: ſicuti dicitur de expenſa procurationis legatorum, & decimæ Papalis.dict. cap. præſenti.§. porrò.de offic.ordina.lib.vj.cum ibi nota.per glo. Gemini.Philip.Franc.Non obſtat etiam ſi dicatur quòd generalis renuntiatio caſus fortuiti non cõ-
19 prehendit † caſum inſolitum,& qui non ſolet euenire de mille annis.l.ſi fiſtulas.§.frumenta.ff.de cõtrahend.emptio.ſecundum Barto.in dict.l. Seio. §. medico.ff. de annuis legat.Et prout dicit Albe.in dict.§.frumenta. de ſtatuto Paduę quando contingit incendium in ciuitate & territorio eiuſdem, quod villa tenetur emendare damnum, & accidit caſus in villa de Motegna, vbi euenit ex fulgore ignis, ita quòd dicta villa fuit ferè tota combuſta: quòd iſto caſu villa non teneatur:quia mens ſtatuentiũ non fuit punienda, niſi negligentiam, & culpam non curãtium extinguere ignem : ſed in caſu iſtud incendium proceſsit iudicio celeſti, & nunquam euenerat ſimile incendium: quia ad iſtud poſſet re-
20 ſponderi de † intellectu dict. l.fiſtulas.§.frumenta. quia aliqui doct.tenent contra Bart.quòd etiam ſe extendit ad caſum inſolitum: ſecundum Baldum Paul.de Caſtr.& Alexand.in l.ſed &ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio.Sali.in l.licèt.C.loc.de quo latè per Iaſ.in dict.§.quæſitum.vel ſecundo poteſt reſponderi quòd iſte caſus collectę pro expenſis cõcilij generalis non eſt inſolitus:quia procedit de iure cõmuni prout ſupradictum fuit, & in iure nihil eſt ſuperfluum.§.quibus.in procemio.C.nec tollitur ius commune per definitionem,licèt caſus non euenerit de centum annis.iuxt.nota.per Bartol. in l.arboribus.§.ſed ſi agrum. ff. de vſufructu. & per Baldum Saly. in l.malè agitur. C. de præſcriptio. xxx.annor. vbi vaſallus vel emphyteota non præſcribit libertatem,licèt dominus non petierat ſer-
21 uitiũ. Et maximè in charitatiuo † ſubſidio, vbi nõ cadit præſcriptio: ſecundum Anthonium de Butr. & Panor.in cap.cùm apoſtolus.verſi. prohibemus. de cen.facit l.comperit.ibi not. C.de præſcription. xxx.vel quadraginta annor. aliter ad præſens non declaro, ſed me refero veritati, & ſalua ſemper in premiſsis determinatione ſanctę matris eccleſiæ, cui pręmiſſa ſubijciuntur. Et aliquid tetigi in tractatu decimę Papalis.quæſtion.xx.inſertis.in j.volumi.cauſarum arduarum.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus an laico vel priuato legari poſsit & quomodò.

SVMMARIVM.

1 *Legatum iuriſpatronatus factum laico non valet ſine conſenſu Epiſcopi.*
2 *Patronus prohibetur donare ius patronatus eccleſiæ priuato ſine conſenſu Epiſcopi.*
3 *Solemnitas extrinſeca nõ præſumitur,niſi ex diuturnitate temporis.*
4 *Conſenſus Epiſcopi præſumitur interueniſſe dummodò eccleſia ſit in forma eccleſiæ.*

Quæſtio CCCCLXXIII.

QVAERITVR an fundator eccleſię poſſit legare ius patronatus eccleſię laico, ſeu priuato ſine conſenſu Epiſcopi, & ſi præſumatur interueniſſe ex diuturnitate temporis: & ſi ſufficiat tacitus conſenſus Epiſcopi, ſeu Archiepiſcopi. Et
1 in effectu non valet † tale legatum factum laico, niſi interueniant conſenſus Epiſcopi: ſecundum Ioannem Andr. Anthonium de Butri.Panormi.in cap.cùm ſeculum.de iur.patro. quia legatum dici-
2 tur donatio.l.legatũ.ff.de leg.ij.&† patronus prohibetur donare ius patronatus priuato. cap. illud. de iure patron.ſine conſenſu Epiſcopi: ſecus ſi vellet donare eccleſiæ.cap.j.de iur.patrona.libr.vj. Et ideò vtile eſt, quòd viuente tempore, vel poſt mortem interueniat conſenſus Epiſcopi ante præſentationem : quia aliàs non teneret præſentatio : ſecundum docto.in dict.cap . cùm ſeculum. Et interim ante conſenſum Epiſcopi ius patronatus remaneret apud hęredem:ſecundum doctor.in dict.cap. cùm ſeculum.Et quòd non poſsit legari, tenet Aretinus in cap.pręſens clericus.xx.quæſtio.iij.de quo latè per Rochũ de Curte.in tract. iur.patron. ſuper ver. ipſe,vel is à quo cauſam habuit. in vij.q. & ibi refert Car

refert Cardi.tenere quòd legatarius poterit præſentare interim ſub ſpe approbationis Epiſcopi. Veruntamen Frede.de Sen.conſi. ccxxv. incipien. Si opinio Io.videtur tenere, ꝙ ius patronatus poſſit legari,& ꝙ inſtitutus in re certa admittatur:ſecundum glo.in cap.conſtitutum.xvj.quæſtio.j.& licèt regulariter nō præſumatur pro authoritate Epiſcopi, quòd interuenerit ipſius conſenſus: cùm ſo-
3 lemnitas † extrinſeca nō preſumatur. l.quęcunq;. §.fi.ff.de public.tamen ex diurnitate tēporis preſumetur.ar.l.ſi filius.C.de pet.hęred.l.qui alienam.in princ.ff.de acqui.hęre.cū ibi not.per doct.maximè Bal.Ang.&Alex.pro quo facit gl.in c.ea noſcitur. de his quę fiunt à prela.ſine cōſenſu capi. ſuper verbo,debet.cum ibi not.per Io.de Imol.& Panor. & in c.peruenit.de emp.& vēd.maximè quādo interuenit curſus xxx.annorū:tamen in his terminis prę
4 ſumitur cōſenſus Epiſcopi † interueniſſe,dummodo eccleſia ſit inferior eccleſię: quia ibi publicę celebrentur miſſę,vel quia habet campanā.c.patentibus.de priuile.ſecundū Archi.in c.nemo.de cōſecr. diſtin.j.& idem tenet Feli.in c.de quarta.de preſcri. Iaſ.l.in ſi certis annis.C.de pac.licèt cōtrariū tenuerit Pan.cōſil.cvj.in ij.vol.& preſumatur pro cōſenſu Epiſcopi,tenet Roch.de Cur.in d. tracta.de iur. patro.ſuper verb.pro eo.quòd de diœceſani cōſenſu. queſtio.vij.& q.ſeq.tenet quòd ſufficit tacitus cōſenſus Epiſcopi,quādo cōſtat eum ſciuiſſe quod actum eſt,& non cōtradixiſſe.per glo.in c. iura. de iur.patr.de quo latiùs in d.tract.in viij.q.Et pręmiſſa faciunt ad queſtionē ſuper proceſſu poſſeſſorij cappellę beatę Marię infra eccleſiā parœcialē caſtri Iodulphi fundatę inter d. Anthon. Chaſtrati ſupplicātē,&d. Thomā Millū ſupplicatū:quia per tenorē teſtamēti dñi Guliel.Iageri cōditi de anno dñi 1454. die xix.mēſis Decēb.inter cętera ibi ordinata,fit mētio ꝙ ipſe fundauit d.capellā,&ꝙ ipſe ordinauit, & cōſtituit primū & ſecundū cōſules d. loci de caſtro Redupho patronos d.cappellę:quibus cōſulibus legauit.& quòd ad ipſos ſpectet electio,ſeu preſentatio,quādo d.capella carebit rectore:ita quòd ille preſentandus ſit capellanus oriundus d.loci de caſtro Rodulpho:& ſi tūc tēporis nō reperiatur capellanus,preſentetur extraneus,qui teneatur reſidentiā facere perſonaliter,& miſſari ſolemnia celebrare:& aliàs,prout pleniùs in d. teſtamento cōtinetur,& vacante d.capella per obitum d.Claudij Agni Sadonus de pontitio primus conſul, Io.Anthonij ſecundus conſul preſentauerit d. do. Thomā Millum dño vicario Ebredu.qui ipſum inſtituit de anno natiuitatis dñi 1519.die xxvj.mēſis Decēbris:&quia dictus Millus erat extraneus d. vicarius ad requiſitionē dictorū conſulū diſpenſauit pro hac vice cum dict. Milli ſuper qualitatibus & modis iuris patronatus.Ex aduerſo dictus dom. Anthonius Chaſtracti Impetrauit à domino locūtenen.legati de latere,diē iiij.Ianuarij ſequēti iure deuoluto, volendo prętendere quòd dictus Thomas ſit extraneus & ꝙ non fuerint ſeruatę qualitates,& modi adiecti in fundatione dicti iuris patronatus:& aliàs per acta apparet.aliter ad pręſens nō declaro:quia ſententia nondum eſt publicata, & pēdet cauſa in manibus magiſtri Iohan. Chapuys alterius ſecretarij.

ARGVMENTVM.

Patronus in fundatione pacta, modum & formam cum Epiſcopi conſenſu apponere poteſt,quibus in dubio non derogatur.

SVMMARIVM.

1 *Patronus in fundatione eccleſiæ modum & formam apponere non,niſi cum Epiſcopi conſenſu,poteſt.*
2 *Eccleſiæ patronatæ ſtatus an alterari poßit.*
3 *Patronatus iuri laici quòd legatus de latere derogare non poteſt.*
4 *Patronatum beneficium cōmendationi non affectum.*
5 *Patronus in eccleſiæ fundatione quòd pacta onerosa cum Epiſcopi conſenſu apponi poteſt.*
6 *Patronus poſt fundationem quòd neque pacta,neque conſuetudine, neq; formam eccleſiæ præſcribere etiam cum Epiſcopi conſenſu poteſt.*
7 *Papa in dubio ſtatuto appoſito in beneficij fundatione derogare non intelligitur.*

Quæſtio CCCCLXXIIII.

QVAERITVR an patronus in fundatione poſſit apponere pacta modum,aut conditionem & ſi requiratur cōſenſus Epiſcopi:& ſi poſſit diſpenſari per Epiſcopum de conſenſu patroni vel eius hæredis: & quid iuris poſt fundationem.
1 Et † in effectu à principio poſſet apponi de conſenſu Epiſcopi.cap.cùm dilectus.de conſue.ſecundum Antho.de Butri.Io.de Imol.& Panor.ibi, & ideò ſi ordinetur quòd preſentatus ſit presbyter aut de certo genere,debet obſeruari:ſecus ſi non interueniret cōſenſus Epiſcopi.cap. nobis.de iur.patro.& ibi Panor.quando teſtator in eius teſtamento ordinat conſtrui capellam ſub certis modis, requiritur
2 conſenſus Epiſcopi, aliàs non teneret. † iſto caſu Epiſcopus non poſſet ſtatuere contra inſtitutionē beneficij:ſecundum Hoſtien.& Ioan.Cald. quos ſequuntur Ioan.de Imol.Antho.de But.& Panor. & Feli.in cap.cùm acceſsiſſent.de conſtitu.licèt ex cauſa neceſsitatis de conſenſu patroni pro vna vice poſſet diſpenſari:ſecundum docto.ibi. Quid autem de conſenſu hæredis ibi habetur de qua queſtione etiam habetur in dicto tractatu de iure patrona.ſuper verbo,honorificum.in iij.quæſtio. vbi
3 etiā tenet † quòd laicus de latere non poteſt derogare iuri patronatus laici.cap.dilectus.de offic.lega.c.cùm dilectus.de iur. patron. ſecundum glo.in clemen.per literas.de preben.Gemini.in cap. quāuis.de reſcript.lib.vj.pro quo facit: † quia benefi-
4 cium patronatum non poteſt commendari: ſecundum glo.in cap.nemo.de elect.libr.vj. habetur etiā in dicto tracta.de iure patrona.ſuper verb.de diœceſani conſenſu.in x.queſtio.quòd ſufficit ſolus cōſenſus Epiſcopi,abſque conſenſu capituli.Et pariter ſede vacante capitulum poſſet preſtare conſen-
5 ſum.in xj.quæſtione. † & pariter tempore fundationis de conſenſu Epiſcopi poſſunt apponi pacta grauamina.in xij.queſtion.facit cap.ſignificatum. de præbend.cum ibi notatis.per gloſſ. Panormita. & in dicto.tracta.in dicto verbo,de diœceſani con
6 ſenſu. in xiij.queſtione.quòd † poſt fundationem non poſſunt apponi pacta & cōditiones etiā de cōſenſu Epiſcopi.dict.cap.cùm dilectus.de conſuetu. & ibi gloſſ.Panormi. & Felin.in cap.ſignificauit. de teſtib.facit gloſſ.in cap.piæ mentis.& in capitu.

monaſterium. xvj.q. vij.vbi debent obſeruari mo-
di appoſiti tempore fundationis: ergo ſecus ſi poſt
velit immutare:& habetur etiam in d. tractatu vbi
ſupra.q.xiiij.& xv.& iſtud etiam facit in dicta cau
ſa cappellæ de caſtro Rodulpho: quia per teſtamé
tum d. Gulielmi Bageri fundatoris apparet quòd
dicta capella fuerat prius fundata, & ſic eſt dubiú
ſi ex poſt poterit apponi modus, quòd præſentetur
7 oriũdus,& quòd ſit capellanus.† Et in dubio Papa
non intelligitur derogare ſtatuto appoſito in fun-
datione beneficij ſiue per clericũ ſiue laicum,vel in
teſtamentis eorum.arg.c.ei cui.de præbend. lib.vj.
cle.per literas.de præben.cũ ibi not.per glo. ſecun-
dum Rotam,in nouis deciſi.tertia ſub tit.de reſcri.
& Panor.in c.cùm in cunctis.§. inferiora. de elect.
multò fortiùs in inſtitutione Epiſcopi non videtur
derogare ſtatuto ſeu orodinationi teſtamentariæ
patroni fundatoris.

ARGVMENTVM.

Inſtitutio contempto patrono facta nulla eſt, nec
reualidatur lapſu temporis, niſi ordinarius clauſ.
Aliâs quouis modo vacauerit,vtatur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio contempto patrono facta an & quando irrita ſit.& nu.9.*
2 *Inſtitutio contempto patrono an & quando reualidetur. & nu.6.*
3 *Quid ſi Epiſcopus conferret iure deuoluto.*
4 *Inſtitutio Epiſcopi ſola quantum ad poſſeſſorium an ualeat.*
5 *Quid ſi Epiſcopus diuerſo iure inſtituat non quaſſata prima?*
7 *Ordinarius quòd uti poßit clauſula, & aliâs quouiſmodo uacauerit.*
8 *Clauſula, Si nõ ualet quod ago, ut ago, ualeat ut ualere poteſt: quòd in ſpiritualibus locum habeat.*

Quæſtio CCCCLXXV.

QVAERITVR an collatio facta pleno
iure beneficij patronati cõtempto patrono ſit
nulla ipſo iure:& an reualidetur per lapſum tẽporis
quadrimeſtris, patroni laici ſeu ſemeſtris patroni
eccleſiaſtici:& an in iure deuoluto etiam reualide-
tur,an teneat ſecunda inſtitutio non caſſata prima
quando ſit diuerſo iure. Et in effectu tex.in c.decer
1 nimus.xvj. quæſtio.vij. probat, † quòd inſtitutio
contempto patrono ſit irrita.& in c.ex inſinuatio-
ne.de iur.patro.quãdo quis obtinet beneficium ſi-
ne præſentatione patroni,dicitur detentor & occu
pator,& debet expelli. dominus Guid. Pap.deciſi.
ccclxxiiij.quòd inſtitutio contempto patrono eſt
nulla, quando laicus patronus proſequitur cõtem
ptum infra quadrimeſtre,& quando eſt patronus
laicus infra ſex mẽſes: iuxta cap.j.de iure patrona.
libr.vj.ſed reſpectu patroni eccleſiaſtici legatus de
latere poſſet conferre.cap.dilectus.de offic.lega. c.
cùm dilectus.de iure patro.ſecus in patronatu laici
ſecundum glo.in clemen.literas.de præbenb. vide
Feli.in tracta. quando literæ appoſtolicę noceant
patronis.&in c.cùm Bartholdus.de re iudi. Nec ob
ſtat c.illud.de iure patro. vbi dicitur,quòd talis in-
ſtitutio facta contempto patrono eſt irritãda: quia
ſecundum Panormi.eſt nuncianda irrita:vel ſicuti
de facto proceſsit,ita etiam debet caſſari: ſecũdum
glo.in l.j.ff.de feu. Et hoc verum quòd eſt nulla pa
trono inſtante:ſecundum Panor.in dict. cap. illud.
& in cap.cùm Baltholdus. de re iudica. nam talis
inſtitutio ſine conſenſu patroni nihil iuris tribuit:
ſecundũ Inno. Io. And. Panor.in d.c.ex inſinuatio
ne.de iure patrona. Et idem tenet Ioan. Andr.in c.
ij.de offic.ordina.libr.vj.in nouella in quæſtio.ibi
tacta,quando patronus inſtat coram vicario caſſa
ri inſtitutionem factam per Epiſcopum ſine cõſen-
ſu patroni.de quo ibi per Petr.de Ancha.& Gemi-
2 ni. † Veruntamen patrono non inſtante infra tem
pus tunc reualidaretur inſtitutio Epiſcopi, qui eſt
fundatus de iure communi.c.omnes Baſilicæ. xvj.
quæſtion.vij.c.de zenodochijs. de reli.domi.ſecun
dum do.de Rot.in antiquis.in titu.de iure patron.
incipien.not.infra tempus.quia ſufficit quòd inter
ueniat expreſſus vel tacitus conſenſus patroni
per lapſum temporis: quia ab initio competit ius
Epiſcopo,& non competit patrono ius præſentan-
di,niſi ex gratia.c.quoniam.cum ibi nota. de iure
patrona.& ſic non obſtat.c.non firmatur.de regu.
iur.libr.vj. Et iſtam partem quòd reualidetur inſti
tutio Epiſcopi per lapſum temporis prę ſentandi,te
net Cardi. Flor.in clem.j.in princip.de ſupplen.ne-
gligen.prælato.in vj.quęſtio.Panor. Fely.in dict.c.
cũ Bartholdus.quòd tenet inſtitutio Epiſcopi pa-
3 trono non inſtãte: † ſecus autem ſi Epiſcopus con
ferret iure deuoluto propter negligentiam patroni
ante tempus:quia tũc per lapſum temporis non re-
ualidaretur,ſed eſſet opus noua prouiſione.cap. ex
parte.de conceſ.præbend.ſecundum do.de Rot. in
antiquis,vbi ſupra.& licèt do.de Rot.in nouis de-
4 ciſi.cxcij.videantur tenere, † quòd ſola inſtitutio
Epiſcopi ſufficiat in poſſeſſorio:quia prælatus plus
iuris habet in inſtituẽdo quã patronus in præſentã
do.c.dictus.de offic.lega.tamen debet intelligi pa-
trono non inſtãte:quia tacitè ratificat per lapſum
5 termini: prout ſupra dictum fuit. † Et quando
Epiſcopus primo confert ſeu inſtituit ſine conſen-
ſu patroni ſeu ſpreto patrono, tũc non impedit in-
ſtitutionem habendam ab eodem ad præſentatio-
nem patroni:quia Epiſcopus tunc inſtituit alio iu-
re,etiam non caſſata prima.& non obſtante appel
latione primi:quia ſua non intereſt ex quo talis in-
ſtitutio facta ſpreto patrono eſt nulla.c. fin.de iure
patro.vbi caſus.& hoc tenet glo.in prag.ſanct. tit.
de colla.c.j.§.quòd ſi quis.ſuper verbo,tempore. Et
idem eſt quando Epiſcopus feciſſet inſtitutionem
ad præſentationem non veri patroni:quia non im-
pediret fieri ſecundam inſtitutionem veri patroni
etiam nõ caſſata prima:quia iſtæ inſtitutiones fiũt
diuerſis medijs:ſecundum glo. in pragma. ſanctio.
6 vbi ſupra. Et quòd ſupra dictũ fuit, † quòd inſtitu-
tio Epiſcopi facta ſpreto patrono reualidetur per la
pſum temporis,iſtud procecedit, maximè quando
Epiſcopus inſtituit,& aliâs prouidit cum clauſula
& aliâs quouis modo vacauerit:iuxta not. in cap.
7 ſuſceptum.de reſcript.lib.vj. † quia etiam ordina-
rius poteſt vti dicta clauſula cùm non reperiatur
prohibitum.cap.nuper.de ſenten.ex commu.ſecun
dum glo.in pragmatic.ſanctio.tit.de cauſ.§.j.verſi.
attendentes.ſuper verb.aliâs quouis modo. Et iſto
caſu habet locum etiam in ſpiritualibus illa regu-
la, ſi non

8 la, † ſi non valet quod ago: valeat vt valere poteſt,
ex quo conſtat de intentione conferentis: iuxt. no-
tat. per Panormita. in capit. cùm ſuper. de offic. de-
legat. & de hac materia etiam habetur per Ro-
chum de Curte in tractat. iuris patronatus. ſuper
verbo, honorificum. in prima quæſtione, vbi tenet
9 quòd † communis opinio tenet, quòd inſtitutio fa
cta ſpreto patrono eſt nulla. cum certis limitatio-
nibus ibi declaratis. Et præmiſſa poſſunt adapta-
ri ad quæſtionem ſuper cauſa poſſeſſorij eccleſiæ.
ſancti Agripani in manibus magiſtri Rolini inter
dominũ Ioannẽ Chapuyſij, qui innititur vigore eu
iuſdam prouiſionis apoſtolicæ mandati de proui-
dendo, & dominum Michaelem Buaterij, & do-
minum Iuonem Menonis: quia vacante dicta pa-
rœciali eccleſia per obitum domini Petri Chan-
terelli vltimi rectoris quidam procurator domi-
ni prioris ſancti Roberti adhuc viuente dicto Chã
terelli præſentauit dict. Michaelem Buaterij, & di-
ctus Epiſcopus Grationopolis inſtituit, deinde poſt
obitum dicti Chanterelli dictus reuerendus domi-
nus Epiſcopus Grationopolis iure deuoluto con-
tulit dicto domino Aymoni Menonis ſpreto domi
no priore ſancti Roberti patrono: deinde paulò
poſt idem dict. Epiſcopus ſeu eius vicarius inſtituit
Micheletum Buaterij alium fratrem ad preſentatio
nem patroni cum clauſula, & inſuper quòd citetur
dictus Menonis exibiturus & dicturus eius inſtitu-
tiones caſſari non debeat, ſuper quo appellauit di-
ctus Menonis ad ſedem Metropolitanã veſtram, ali
ter ad præſens non declaro: quia adhuc cauſa pen-
det, & aliâs prout apparet in actis.

ARGVMENTVM.

Collatio ſeu inſtitutio beneficij, an & quando ſub modo & ad tempus fieri poſsit. Pactio autẽ inter patronũ & præſentatum quòd in tertij fauorem renũtiet eſt ſymoniaca: & an cũ ſymoniaco diſpenſetur.

SVMMARIVM.

1 *Collationem beneficij ſeu prouiſionem perpetuam, puram & ſimplicem eſſe debere regulare: fallit ut nu. 3.*
2 *Quid in electione?*
4 *Papa an cum monacho filio Regis, principis, uel magni nobilis ut matrimonium contrahat ſobolis habendæ gratia, & prole ſuſcepta quòd ad monaſterium remittatur.*
5 *Pactum inter patronum & præſentatum, ut præſentatus filio uel nepoti patroni uel tertio renunciet an ſymoniacum ſit.*
6 *Renuntiatio beneficij quòd purè & ſimpliciter facienda ſit, licèt ut alij detur fieri poßit, modo in pactum non deducatur.*
7 *Symonia mentalis quòd ſola pœnitentia tollatur.*
8 *Pactum factum in permutatione ut tertio renunciet, ſymoniacum eſt.*
9 *Collatio ſeu inſtitutio beneficij ſymoniaca an ipſo iure nulla ſit.*
10 *Quid in electione?*
11 *Quid in renuntiatione in renuntiantis præiudicium facta?*
12 *Diſpenſare cum ſymoniaco, an & quando & quis poßit.*
13 *Exceptio criminis ſymoniæ an admittatur in poſſeſſorio.*
4 *Symoniacus ipſo iure priuatus eſt.*
15 *Collatio ſi indigno aut homicidæ fiat, tenet donec priuetur.*
16 *Symoniæ crimen an coram ſeculari iudice opponi poßit.*
17 *Symoniacus fur & latro dicitur qui fructus omnes reſtituere tenetur.*
18 *Ius patronatus an ad ſuperiorem immediatum deuoluatur, ſi patronus indignum uel minus idoneum præſentauerit.*
19 *Quid in legato de latere.*
20 *Patronus laicus qui indignum aut minus idoneum præſentauit, quòd iure patronatus priuetur niſi infrà tempus uariauerit.*
21 *Mediatores & ſocij criminis in odium ſymoniæ in teſtes admittuntur.*

Quæſtio CCCCLXXVI.

QVAERITVR an collatio vel inſtitu-
tio beneficij, ſeu electio poſsint fieri ſub mo
do aut conditione vel ad tempus: & ſi pactio facta
inter patronum & præſentatum, vt debeat reſigna
re, ſeu renuntiare beneficium vni tertio ſit ſymona
ca ipſo iure: & ſi poſsit diſpenſari in crimine ſymo-
niæ, & per quem: & ſi præſentando indignum de-
uoluatur poteſtas ad ſuperiorem: & ſi legatus de la
tere, ſeu eius locumtenens poſsit præuenire etiam
in iure deuoluto: & ſi crimen ſymoniæ habeat ob-
ſtare in poſſeſſorio coram iudice ſeculari. Et in effe
1 ctu † regulariter collatio ſeu prouiſio beneficij de-
bet eſſe perpetua, pura & ſimplex. capi. ſanctorum.
lxx. diſtin. c. quam pio. j. quæſti. ij. can. j. vt benefic.
2 eccleſia. ſine dimi. conſe. † idem eſt in electione. ca.
3 ij. de elect. libr. vj. † fallit in Papa qui poteſt ad tem
pus conferre. capit. paſtoralis. vij. quæſtio. j. cap. ve-
niens. de filijs preſby. & ibi gloſſ. capit. ſi gratioſæ.
de reſcript. libr. vj. alius autem non poteſt: ſecun-
dum gloſſ. ibi, nec enim couenit moribus noſtris fi
lium habere temporalem. l. ſi tibi filius. aliâs inci-
pit, quæſitum. ff. de adoptio. & ſecundum Bald. illa
adiectio temporis viciat ipſo iure, ſicuti non fieri
monachus ad tempus. facit l. actus legitimi. ff. de re
gul. iur. cap. actus legitimi. de regu. iur. libro vj. &
4 ibi Ioan. And. in mercu. an † Papa poſsit diſpẽſare
cum monacho filio Regis, principis aut alterius
magni nobilis, vt contrahat matrimonium, donec
habuerit prolem, & ne deficiat proles, & poſt
quod reuertatur ad monaſterium, & ſicuti prohi-
betur electio cõditionalis, incerta, alternatiua. dict.
capitu. ij. de electio. libro vj. ita habet locum in col-
latione ſeu prouiſione beneficij: ſecundum gloſſ.
ibi: niſi ſit talis conditio, quæ tacitæ ineſt: vt ſi con
feratur præbenda, ſi vacat, vel ſi capax es, de quo
ibi per gloſſ. quæ refert opiniones, & in capitu. ſi-
gnificaſti. de elect. & ibi Panormita. quando con-
fertur ſecũdum beneficium incompatibile, quia
poteſt apponi conditio, ſi renuntiet. poſt gloſſ. in
clemen. ij. de iure patrona. ſuper verbo, præſentare.
quòd patronus laicus poteſt præſentare plures al-
ternatiuè. & per Felin. in capit. cùm Bartholdus. de
re iudic. & pariter patronus poteſt præſentare ſub
condi. ſecundum Lap. allega. viij. & Rochum de
Curte in tractat. iuris patrona. ſuper verbo hono-
rificum. quæſtio. viij. vide La. in dict. alleg. viij. qui
tractat de eo vt quis duas. de elect. lib. vj. Sed redeũ-
5 do ad quæſitum, † quando inter patronum & præ-
ſentatum fit pactum, quòd renuntiet tertio nepoti,
aut amico, an ſit ſymonia. & dicendum eſt quòd
ſic. capit. fin. de pact. etiam in iure patronatus: quia

eſt annexum ſpeciali. c.preterea.de tranſa.c.de iure.d iur.patro.c.quá pio.j.q.ij.c.querelam.de ſymo. c.ordinationes.j.quæſtio.j. quia debet ceſſare omnis pactio: vt ibi habetur:imò ſola voluntate committitur ſymonia, ſicut in vſura. ſecundum gloſſ. in cap.ex parte.le j.de offic. delega.cap.qui ſtudet.
6 j.quæſti.j. † Et ideò renũtiatio beneficij debet fieri purè,& ſimpliciter,licèt poſſet fieri vt alij detur, dũ tamen nõ deducatur in pactũ:ſcdm glo.in d.c.ordinatiões.j.q.j. ſecus ſi deducatur in pactũ:ſcdm glo.
7 in cap.dilecto.de præbend.† Veruntamen quando committitur ſymonia mẽte ſeu voluntate,ſola pœnitentia tollitur: ſecundum gloſſ.in cap.fina.& c. conſulere.de ſymon.de quo ibi per doctor.Et in ter
8 minis † quando deducitur in pactum in permutatione, vt quis teneatur renuntiare nepoti tertio amico committitur ſymonia: ſecundum Ioannem Andr.in nouella in cap.j.de re.permu.lib.vj. & ibi ſequitur Petr.de Anchar.Gomet. facit c.cùm vniuerſorum.de rer.permutati. Patronus vendens ius patronatus licèt committat ſymoniam: temen non priuatur iure patronatus:ſecundum Archidi. in c. qui ſtudet.j.queſti.j. quia ius ſolùm annullat contractum.idem tenet de bellum.in additi.ad Panormita.in cap.de iure.de iure patrona. Et eadem ratione videretur dicendum quãdo patronus preſentat ſymoniacè, quòd non debeat priuari iure patronatus: quia ius annullat talem preſentationem ſy-
9 moniacã:relinquo cogitãdum. † Sed an talis collatio ſeu prouiſio beneficij ſit ipſo iure nulla : & dicendum eſt quòd ſic. cap.de iure.de iur.patrona.& ibi glo.ſuper verbo, irritum. & ſymonia nondum committitur in merè ſpiritualibus, ſed in annexis ſpiritualibus:ſecundum gl.&.ibi Panorm.& in cap. quæſitum.de rer.permuta.Et quòd collatio ſymoniaca ſit nulla,tenet Inno.in dict.c. cùm vniuerſorum.de rer.permuta.& Archidia.in dict.c. ordina-
10 tiones.j.quæſtio.j. † Et idem in electione.c.ſi. alicu
11 ius.de elect.& † idem in renuntiatione ſymoniacè facta etiam ad præiudicium renuntiantis: ſecundũ Imol.in dict.c.cùm vniuerſorum.& Archidia. in c. dudum.de præbend.lib.vj.& ita etiam tenet deciſi.
12 Tholo.ccccxxxviij. † Sed an poſſit diſpẽſari cum ſymoniaco & per quem.& in effectu quando quis eſt ignorans & ſymonia committitur ignorãte illo cui fit collatio beneficij & agitur de beneficio ſimplici,tunc facta renuntiare etiã Epiſcopus poſſet diſpẽſare.c.præſentiũ.j.q.v.c.de ſymoniacę.de ſymo. ſecus ſi eſſet beneficiũ habens prelaturã vel curam animarũ.quia Epiſcopus non diſpenſaret.c. penul. de elect.cũ illis verò qui ſymoniam cõmiſerint, vel ipſis ſcientibus ſolus Papa diſpenſat.c.poſt tranſlãtionẽ.de renunti.Nec obſtat.c.nobis.de ſymo. vbi dicitur ꝙ electio ſymoniaca eſt reprobanda, & ſic ꝙ requiratur ſententia:quia ibi ponitur dictio, penitùs.& ſic ꝙ ſit nulla ipſo iure : & ita etiã cauetur in pragma.ſanc.de elect.c.ſicut.§.vnde. & ibi glo. ſuper verb.ipſo iure.& idem in cõfirmatione ſymoniaca.d.c.ſicut.§.facta.de quo per gl.ibi,ſuper verbo,ſymonia cã.Nec obſtat d.c.nobis.quãdo aliqui in fraudem electi ignorantes committũt ſymoniã, vel quando cõtradicente electo : quia non videtur preiudicare electo.c.ſicut.le ij.de ſym.quia ad iſtud reſpondetur:vt per glo.in d.§.facta.ſuper verbo,ſy-
13 moniacam. † Sed an talis exceptio criminis ſymonię debeat admitti in poſſeſſorio.Et prima facie videretur dicẽdum quòd non,maximè in poſſeſſorio reintegrandę.c.item cùm quis.de reſtit.ſpoli. etiam cum infamia.ſecundũ Inno.in c. inter dilectos. de exceſsib.prel.glo.in q.j.in ſumma quæ tenet, ꝙ excepto criminis ſymonię.obſtat in poſſeſſorio reintegrãdę in beneficio: ſed prępoſit. Cardin. & Alex. tenẽt cõtrariũ per iura ibi per ipſum alleg.licèt Archid.& Gemi.ibi non improbent glo.& Nico.Mil
14 li.in repertorio ſuper verb.ſymonia.tenent, † ꝙ ſymoniacus eſt ipſo iure priuatus. & ſuper verb.renuntiatus.& deciſi. Tholoſan. ccccxxxviij. Et licèt in interdicto adipiſcẽdę non admittatur exceptio criminis. c.accedens.de accuſ.hoc verũ niſi ſit cũ infa
15 mia:ſecundũ Inno.in d.c. inter dilectos. † Et quando fit collatio beneficij indigno ſeu homicidę tenet collatio,donec priuetur:ſecundũ Inno. in c.cũ noſtris.de conce.preben.licèt Panor. ibi diſtingat an homicidium vel irregularitas preuenerit collationem,quo caſu non tenet : ſecus ſi ſuperuenerit: quia tunc requiritur ſententia.de quo latiùs per Pa
16 nor.in d.c.inter dilectos. † Sed præſuppoſito ꝙ crimẽ ſymonię ſit merè eccleſiaſticum:tunc poſſet dubitari ſi poſsit opponi corã iudice ſeculari:iuxt.no. per glo.& doct. in c.cũ ſit generale.de for. cõpe. & c.tuã.de ordi.cogni.niſi dicatur per modũ queſtionis facti:iuxt.not.per Bart.in l. Titia.ff.ſolu.matri & in l.omni innouatione.C.de ſacro ſanc.eccle. & in l.quotiès.C.de iudi. Veruntamen tenendo ꝙ crimen ſymonię adnullet ipſo iure collationẽ, vel inſtitutionẽ beneficij,aut electionẽ,tunc non diceretur titulus coloratus,& haberet obſtare in poſſeſſorio.cle.j.de cauſ.poſ.& propri.iuxt.no.per Ioan.de Imol.& Panor.in d.c.cùm noſtris.Sed an requiratur ſententia declaratoria criminis ſymonię per iu-
17 dicem eccleſiaſticũ relinquo cogitandũ.Et † ſymoniacus dicitur fur & latro,& tenetur reſtituere oẽs fructus.d.c.ordinationes.j.q.j.ſecundum Hoſti. in ſumma de ſymo.§.qualiter cõmittatur.verſ. ſed nũ
18 quid. † & patronus laicus preſentando indigũ ſeu minus idoneũ priuatur ipſo iure &deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem.§.ſi quis oratorij domum.in auth.de ſanct.epiſc.col.ix.&maximè in patrono eccleſiaſtico c.cũ in cũctis.de elect.Et iſto caſu fieret deuolutio ad proximũ ſuperiorẽ,ad quem pertinet inſtitutio,licèt ſit inferior Epiſcopo:ſecundum glo ſingularẽ in cle.j.de negli.prela.& glo.in pragma. ſanct.ti.de colla.§.ꝙſi quis.ſuper verb.proximum.
19 Sed † quid de legato de latere, an poſsit preuenire in iure deuoluto:dubiũ facit: quia ibi dicitur, ꝙ fit deuolutio gradatim ad proximũ ſuperiorẽ. Verũtamẽ Guliel. demõſtrat ſuper prag.ſan.in j.parte circa fi.videtur tenere ꝙ Papa poſſet preuenire in iſto iure deuoluto.ergo idẽ in legato de latere.c. ſi à ſede.de preben.libr.vj.& in d.prag. ſanct. de colla.§. neq; etiã.Nam legatus de latere põt cõferre etiã beneficia deuoluta ad Papã,per Lateranẽ.cõciliũ:iux. not.per glo.& doct.in c.j.de offi.lega. libr.vj. & in cle.ſi de bñficio.de prebẽ.& c.dilectus.de offi.lega. & c.cũ dilectus.de iur.patr.ꝙ legatus de latere põt cõferre beneficiũ patronatus eccleſię.relinquo cogitandũ.Sed in quantũ ſupra dictũ fuit,quãdo patronus laicus preſentat minus idoneũ ꝙ priuetur, & deuol-

& deuoluatur ad ſuperiorẽ, tenet Hoſti. in ſum. de
20 iur. patr. §. in quibus differtur. verſ. pœnáq;. † Sed
in cõtrariũ tenẽt gl. Anto. de But. Io. de Imol. in d.
c. cũ vos. & cõiter doct. de offi. ordi. quia patronus
laicus infra tẽpus poſſet variare. c. ſi aũt. de iur. pa-
tro. de quo me remitto ad no. in d. c. cũ vos. Et quod
ſupra dictũ fuit quãdo cõmittitur ſymonia in bene
ficio aliquo ignorante, quòd præiudicet: ſecus in
officio temporali: ſecundum gloſſ. in l. in j. ff. ad le-
gem Iuli. de ambi. & pariter in curia Romana
ceſſat ſymonia, de quo ibi per gloſſ. & docto. & in
l. Barbarius Philippus. ff. de offic. præto. & per Ca-
21 no. in cap. j. de ſymo. † Et pariter eſt ſpeciale in cri
mine ſymoniæ, quãdo agitur ciuiliter, quòd admit
tuntur in teſtes mediatores & ſocij criminis. cap. j.
de teſtib. libr. vj. facit cap. tanta. & cap. per tuas. de
ſymo. Et præmiſſa faciunt ad factum ſuper illo pro
ceſſu poſſeſſorij capellæ beatę Marię caſtri Rodul
phi domini Chaſtracti contra domi. Thomam
Millini: quia fuit probatum quòd in pręſentatione
dictorum cõſulum caſtri Rodulphi quam fecerũt
dicto Millini interuenerit pactio quòd dict. Milli-
ni promiſit & iurauit reſignare ad opus d. Martini
Agni. & maior dñorũ curię fuit in opinione, quòd
tale crimen ſymoniæ inficit ipſo facto titulum di-
cti Millini, & quòd non debet permitti vitioſus in-
greſſus in beneficialibus, etiam coram iudice ſecu-
lari. c. eum qui. de eo qui mitti. in poſſeſ. cauſa rei
ſeruan. libr. vj. me refero ſemper veritati.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta penſionem, ſeruitutem vel vſufructũ feudo ſine domini conſenſu imponere poteſt: & quid ſi conſenſus domini interuenerit, & an laudemia debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota uel uaſallus emphyteoſi ſeruitutem imponere poteſt.*
2 *Quid de hypotheca?*
3 *Penſio ſi feudo per emphyteotam imponatur, quòd non niſi domino conſentiente, realis eſſe poßit.*
4 *Laudemia an pro penſionis conſtitutione debeantur.*
5 *Emphyteota domino inconſulto uſumfructum conſtituere poteſt.*

Quæſtio CCCCLXXVII.

QVAERITVR an emphyteuta aut va-
ſallus ſuper emphyteoſi vel feudo poſsint
imponere penſionem aut ſeruitutem vel vſumfru-
ctum, vel hypothecam ſine conſenſu domini: & an
talis penſio ſit realis: & ſi interuenerit cõſenſus do-
mini: & an poſsit agi ad ſolutionem laudimij quan
do alienatur penſio ſaltem ex conſuetudine. Et in
effectu licèt prohibitione alienationis prohibeatur
impoſitio ſeruitutis aut hypothecæ. l. fi. C. reb. alie.
1 non alienan. † tamen emphyteota poteſt impone-
re ſeruitutem. l. & in prouinciali. C. de ſeruitu. & a-
qua. & ibi per Bald. & eſt glo. in l. iij. ff. de ſerui. Et
idem in feudo. cap. j. §. de inueſtit. de re aliena. fac.
2 Et † idem in hypotheca reſpectu emphyteutę. l.
lex vectigali. ff. de pigno. ſed reſoluto iure emphy-
theutę, reſoluitur ſeruitus vel hypotheca, vt ibi
3 habetur: † ſed reſpectu penſionis eſt perſonalis, &
non ſequitur fundum. l. fina. ff. de contrahend. em-
ptio. niſi dominus directus conſentiat: quia iſto ca-
ſu efficitur realis. & ſi reuertatur ad dominum, tene
tur ſoluere & approbare: ſecundum Paul. de Caſtr.
Alexandr. de Imol. poſt Gulielmum de Cune. in l.
adoptiuum. §. patronum. ff. de in iu. bo. & Iaſo. in
l. ij. C. de iur. emphyt. in glo. ſuper verbo, terminum.
in xxiij. quęſtion. Et iſto caſu poſſet agi contra ter-
4 tium poſſeſſorẽ ad penſionem, † & ad ſolutionem
laudimij pretij penſionis, maximè ſtante conſuetu-
dine ſuper hoc: ſecundum Petr. Ia. in titu. de actio-
ne pro re emphyteo. quę cecidit in commiſſum, cir-
ca finem. Et pręmiſſa faciunt ad quęſtionem ſuper
cauſa aduocata à curia Criſtę Ioãnis Picconis pro
curator fiſcalis contra Ludouicum Chapuyſij ſu-
per acquiſitione cuiuſdam annuę penſionis trium
florenorum pretio quadraginta florenorum, ſuper
quadam domo quæ mouetur de emphyteoſi fiſci.
Et fuit probata conſuetudo ſoluendi laudimium
de pretio pẽſionum ad rationem ij. ſeſter. pro flore
no. & d. ſer. pro beneficio ſeu iure miſialis. & pa-
riter emphyteota poteſt conſtituere vſumfructum
ſine conſenſu domini: ſecundum Bald. in l. j. §. item
ſi in fundo. ff. quib. mo. vſufr. amitta. per illum tex.

ARGVMENTVM.

Minoris quinque & viginti annis adulti tamen venditio rei immobilis curatori aut aliâs tutori curatore ad hoc conſtituto iudice præſente parẽtibus & amicis nonnullis an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitates quæ in minoris immobilium uenditione requirebãtur, ſi omiſſæ ſint an puberis iuramẽto ſuppleãtur.*
2 *Tutor uel curator quòd à pupillo uel adulto emere poßint modo id palam & cum bona fide fiat.*
3 *Subſtantialia pacti ſi non ſeruentur, quòd quicquid eſt actum, reſcindendum ſit.*
4 *Verb. hæc res ſit inempta, uenditio ſit nulla, uel habeatur pro non empta quòd contractus reſolutoria ſint, & eiuſdem ſignificationis.*
5 *Venditiõe facta per uerba reſolutiua dñium nõ trãsfertur.*
6 *Moræ purgationi lite conteſtata locus non eſt.*
7 *Pactũ legis cõmiſſoriæ in emptiõib & uẽditionib. permißũ.*
8 *Quæ incontinenti fiunt contractui ineſſe dicuntur maximè ubi fiunt eodem tempore, eodem loco, coram eiſdem teſtibus & per eundem notarium.*

Quæſtio CCCCLXXVIII.

QVAERITVR quando ſit venditio rei
immobilis per adultum minorem xxv. annis
curatori ſeu olim tutori dato curatore ad illũ actũ,
& in pręſentia iudicis & certarũ parentum & ami-
corum cum pacto reſolutorio quòd pretium appli-
cetur pro ſororibus maritãdis, & non aliâs. & ꝙ vẽ
ditio ſit nulla & fiat ſcriptura ad partẽ eodẽ tẽpore
& eodẽ loco coram eiſdam teſtibus per eundẽ nota
riũ, & ꝙ reſtituãtur priſtię, an iſto caſu ſi non adim-
pleatur pactum retrotransferatur dominiũ ſine tra
1 ditione. Et † in effectu licèt non interuenerit ſolem
nitas iuris, quę requiritur in venditione immobiliũ
minorum: iuxta l. lex quę tutores. C. de admini. tu-
torum. l. j. ff. de re. eo. & ibi glo. ſuper verbo, æs alie
num: tamen iuramentum puberis ſupplet defe-
ctum ſolemnitatis authenti. ſacramenta puberum

2 C.ſi aduer.vendi. †Et pariter tutor vel curator pōt emere à pupillo vel adulto palam cùm bona fide. l. cùm ipſe.C.de contrahend. emptio. † Veruntamen in caſu iſto attentis clauſulis appoſitis in contractu, & quòd non fuit adimpleta couentio attenta minoritate pretij, debet reſcindi venditio, & res vendita reſtitui cum fructibus.l. cùm te.C. de pact.inter empt.& vendi.cōpoſi.& maximè quando hoc fuit contractum. vt ibi per gloſſ.& doctor. Nec oſtat ſi dicatur, quòd in contractibus nominatis non habeat locum condictio ob cauſam, ſiue ex capite pœnitentiæ, ſiue ex capite cauſæ non ſequutæ.l.fina.ff.de condictio.ob cauſam: ſed debet agi ad intereſſe.l.ea conditione.C.de reſcind. vendi.quia fallit in caſu iſto, quando quis non fuiſſet aliàs contracturus, quod præſumitur ex paruitate pretij.dict.l.cùm te.prætereà hic fuit appoſitum pactum reſolutoriū per verba directa: ſicuti in pacto legis commiſſoriæ.l.commiſſoriæ.l.ſi à te.C. de pact.inter empto.& vendi.compo.l.j.& ij.ff.de leg. commiſſo.l.ſi quis hac.ff.de rei vendi.vbi retro trāſfertur dominium ſine traditione: vt ibi habetur, & per glo.in l.ſi ager.ff.de rei vendi.& in l.traditionibus.C.de pact.& in l.ab emptione.ff.de pact.& licèt verba reſolutoria per verba directa dicantur, quan
4 do dicitur, ſi pretium non fuerit ſolutum infrà certum terminum, res ſit inempta: tamen idem eſt ſi dicatur, quòd venditio ſit nulla, vel habeatur pro nō facta: ſecundum Pau.de Caſt in l.j.circa finem.ff.de donatio.Paul.de Caſtr.& Alexand. in l.qui habēti.§.j.ff.de acqui.poſſe.Cin.in l.fi.C.de reb.alie.non alie.Bald.in l.ea lege. C. de condict.
5 ob cauſam, vbi ſecundum ipſos † quando in contractu prohibitio de non alienando fit per verba reſolutiua, tunc impedit translationem dominij: vt quando dicitur, quòd venditio habeatur pro nulla: quia habent vim pacti legis commiſſoriæ, vbi trāſfertur dominium ipſo iure. Et licèt in tali pacto ſoluendi pretium non fuerit appoſitum certum tempus: tamen ex quo apparet quòd ſorores ex poſt fuerint nuptę & lapſum ſit tempus congruum, contrahitur mora.l. interdum.ff.de verbor. obligat.
6 Et maximè †poſt litis conteſtationem non fuit locus purgationi moræ: iuxta nota.in l.ſi inſulam.ff. de verbor.obliga.licèt durante proceſſu non fuit facta aliqua obligatio. Nec obſtat ſi dicatur, quòd eſt ſpeciale ſolùm in pactis legis commiſſoriæ & adiectionis in diem, vt retro transferatur dominiū ipſo iure, propter frequentiam contractuum: ſecūdum gloſſ.Bart.& Ange.in dict.l.j.in fine.ff.de dona.etiam ſi in reacheto apponantur verba reſolutiua ipſo iure, quia non traſfertur dominium, ſed eſt opus reuenditione: ſecundum Ioan.de Imol.in ca. illo vos.de pigno. Alexan.de Imol.in conſil.x.in j. volumi. Iaſo.in dict.l.ab emptione.ff.de pact. quia ad iſtud reſpondetur quòd in caſu, iſta verba in hoc contractu habent vim pacti legis commiſſo
7 riæ†quod eſt permiſſum in vēditiōibus & emptionibus. Et pariter non obſtat ſi dicatur, quòd requiritur quòd iſtud pactum reſolutorium fiat in eodem contractu: ſecundum glo.in dict.l.ab emptione.ſuper verbo, cogaris.ſed in caſu iſto fuit ſcriptura ſeparatum de confeſſione pretij & pacto reſoluto-
8 rio. Quia ad iſtud reſpondetur, † quòd ſatis dicitur fieri in eodem cōtractu, ex quo fuit factum dictum actum incōtinenti eodē tempore, eodem loco, coram eiſdem teſtibus, & per eundem notarium: iuxta.not.per Bal. Ange.in l.in hijs.§.mulier.ff.ſolu. matr.& per Bald.in l.legem.C.de pact.& ibi etiam per Iaſo. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper proceſſu ſupplicationis nobilis Gaſpardi de Molena contra hęredes Aymonis Giraudi: quia de tempore quo dictus Gaſpardus erat pubes minor xxv. annis vendidit dicto Aymoni olim eius tutori quādam eius vineam ſitam in loco coſtarum continens circa xxx. foſſariatas pretio centum quinquaginta ſcutorum, etiam de licentia curatorum, caſu quo matrimonio alterius ſuarum ſororum ſortiretur effectum, & non aliâs. & dict. Gaſpardus in eodem inſtrumento confeſſus fuit habuiſſe pretium: & in vno inſtrumento ad partem dictus Aymo incontinenti, coram eiſdem teſtibus confeſſus fuit debere dictum pretium ſoluēdū pro dotibus alterius ſuarum ſororum, aliàs quòd venditio ſit nulla: & ꝙ teneatur reſtituere preyſias: & aliâs prout in inſtrumentis productis continetur, aliter ad pręſens non declaro: quia cauſa nondum eſt diffinita.

ARGVMENTVM.

Quale ius patroni præſentatione præſentato quæratur.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatione patroni laici uel eccleſiaſtici quod ius præſentato quæratur. & nu.6.*
2 *Præſentatio quid.*
3 *Præſentatus ut inſtituatur agere poteſt. & nu.9.*
4 *Patronus laicus uariare poteſt: eccleſiaſticus non.*
5 *Ordinario licèt liberum ſit quem ex præſentatis eligere uoluerit: tenetur tamen primo præſentato ad intereſſe, aut ſibi prouidere. & nu.8.*
7 *Qui ſuo iure utitur, nulli iniuriam facit.*
10 *Collatione ſola, aut inſtitutione uel electionis confirmatione an poſſeßio transferatur.*

Quæſtio CCCCLXXIX.

QVAERITVR quale ius quæratur per præſentationem patroni.& ſi per inſtitutio-
1 nem ſubſequutam transferatur poſſeſſio. † Et in effectu quando agitur de præſentatione patroni
2 laici non acquiritur ius in eccleſia: † quia præſentatio dicitur quoddam præambulum ad inſti-
3 tutionem. capit.quod autem.de iure patrona. † & quando patronus laicus remanet in eadem voluntate abſque variando, tunc præſentatus poteſt agere vt inſtituatur, ſicut electus poteſt agere, vt ſua electio confirmetur.capit. poſtquàm. de electio. ſecundum gloſſ. in capitu.cùm Barthol-
4 dus.de re iudic. † & licèt patronus laicus poſſit variare accumulatiuè. dict.capit. quod autem. & capit.cùm autem.de iure patrona. ſecus in patro-
5 no eccleſiaſtico: vt ibi habetur. † Et ſit in arbitrio Epiſcopi inſtituere quem vult, & ſit melior conditio poſſidentis: vt ibi habetur: tamen Epiſcopus tenetur primo præſentato ad intereſſe ſeu ſibi prouidere.capit.paſtoralis.de iure patrona.
6 vnde ſecundū Inno.in cap.quod ſicut.de elect. † inter pręſentatū & eccleſiam nullum vinculum cōtrahitur, cùm nullum ius acquiratur.d.ca. paſtoralis. licèt aliter

licèt aliter tenuerit in cap.dilectus.de offic.leg.vnde ſecundum glo. ibi per præſentationem patroni laici nõ quęritur ius plenum:ſed bene quæritur ius ad petendum inſtitutionem,ſi patronus non mutet voluntatem ſuam,ſicuti in electo:ſecus in patrono eccleſiaſtico:quia pleniùs ius quæritur,cùm nõ poſſit variare.Nec obſtat ſi dicatur,quòd prælatus plus iuris habeat in inſtituendo,quã patronus in pręſentando. Quia ad iſtud reſpõdetur ſecundum glo.in dict.c.dilectus.quòd hoc verum: quia ſi patronus laicus non præſentet infra quatuor menſes, tunc per inſtitutionem quis conſequitur plenum ius.c. cùm propter.de iur.patrona.& inſtitutio contempto patrono iſto caſu eſt valida lapſo tempore ad pręſentãdum. Et ſic non obſtat.c.decernimus. xvj. quæſtio.vij.ſecundum Panor.& Feli.in dict.c.cùm Bartholdus.Et ideò quãdo patronus laicus præſentauit duos ſimul,vel ſucceſsiue antequam Epiſcopus ſpreuerit primum:tunc eſt in optione Epiſcopi ſeu debẽtis inſtituere eligere quem voluerit ex illis præſentatis.d.c.cũ inter.nec iſto caſu habet primus pręſentatus aliquam actionẽ cõtra Epiſcopum etiã ad aliud beneficiũ:quia patrono licuit variare aliũ accumulãdo,non autem ex toto recedendo:vt not. Ioan.And.in c.in re communi. de regu.iur.lib.vj. in mercu.& Epiſcopo licuit vti authoritate à iure
7 ſibi conceſſa.† non enim ex illis iniuriã facit: quia vtitur iure ſuo. c.cùm eccleſia.de electi.c.qui peccat.xxiij.quęſtio.iiij.Et vbi Epiſcopus differret inſtituere aliquem ex ipſis:tunc patronus poteſt inſtare,vt Epiſcopus compellatur per ſuperiorem.arg.c. decernimus.& c.cùm filijs.xvj. quęſti.vij. c.nullus.
8 de iure patro. † Si verò patronus laicus primò præſentat vnum quem Epiſcopus malitioſè ſeu ſine ex cauſa legitima recuſat inſtituere, poſtmodùm patronus præſentat ſecundum quem Epiſcopus inſtituit:tunc valet inſtitutio facta ſecũdo. d.c.quod autem.cap.cùm autem.c.paſtoralis.de iur.patron.ſed Epiſcopus tenetur prouidere primo præſentato de beneficio.dict.c.paſtoralis.quando malitioſè recuſauit:vt ibi habetur.& pręſumitur malitioſè facere Epiſcopus quãdo primus pręſentatus erat idoneus: quia bene ſciebat cantare & lege,& erat bonæ famæ:ſecundum Panor.poſt glo.in dict.cap. paſtoralis.de quo ibi latiùs per doctor. vbi verò patronus
9 laicus perſeuerat in prima præſentatione: † tunc præſentatus poterit agere,vt Epiſcopus compellatur ipſum inſtituere:quia ius eſt ſibi quæſitum ex præſentatione. d.c. cùm Bartholdus.& poteſt agere etiam contra intruſum vt remoueatur: quia per præſentationem ſibi acquiritur ius ad beneficium petendum ſaltem implorando officium ſuperioris: ſecundum Panor.in d.c.cùm Bartholdus.& quando prima inſtitutio fuit facta ab illo qui non eſt patronus,nec in poſſeſsione præſentandi:tunc eſt nulla.& ſi fiat ſecũda inſtitutio ad præſentationẽ veri patroni, tunc tenet etiã non caſſata prima : ſecundum Panor.in d.c.cùm Bartholdus.& licèt in bulla apoſtolica apponatur clauſula,ſi non fuerit alteri ius quęſitũ,& ꝙ tollat ius quęſitũ ad rem ex acceptatione gratię apoſtolicę:ſecus in iure quæſito ex electione ad rem vel ex pręſentatione patroni laici vel electi:ſecundũ deciſi.domi. Aegidij Bellemeræ clvij.& Feli.in dict.cap.cùm Bartholdus.de re iudica.Et per electionem acquiritur ius prælaturę in habitu, ſed non exercitium:ſecundum glo.in c.quantò.lxiij.diſtinct.de quo per Feli.in dict.c.cùm Bartholdus.facit glo.in clemen.j.vt lit. pẽden. & in l. priuatorum.C.de iuriſdictio.omnium iudic. & de iſto iure ad rem vel in re,habetur in c.penul. de pręben.lib.vj.& c.fi.de cõceſ. pręben. eod.lib.dicit Panor.in cap.authoritate.de inſtitu.in c.ij.de conſue. in c.tranſmiſſa.de elect.quando quis habet literas tituli in beneficio,& non eſt aliquis aduerſarius in beneficio,poteſt adminiſtrare maximè quando inueſtitur de beneficio per annulum vel birretũ, vel datur licentia accipiendi poſſeſsionem propria authoritate.facit dict.c.paſtoralis.de priuileg. Sed redeundo ad quæſitum,quòd per ſolam collationem vel inſtitutionem aut confirmationem electionis non trãsferatur poſſeſsio,ſed requiritur inſtallatio. cap.vt noſtrum.de offic. Archid.c.paſtoralis.de priuileg.nec debet quis propria authoritate adipiſci poſſeſsionem beneficij.c.eum qui.de pręben.lib.vj aliâs priuaretur iure ſuo.ſecundum Archidi. ibi de quo habetur per glo.in pragmac.ſanct.in tit.de pacific.poſſeſ.in princip.

ARGVMENTVM.

Patronus per procuratorẽ & per literas poteſt præſentare,& pręſentatus ad ordinarium deſcendere, vt ab ipſo examinetur.& inſtituatur,tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio per procuratorem fieri poteſt.*
2 *Præſentatio donationis eſt ſpecies,quæ in generali mandato non uenit.*
3 *Præſentatio per negotiorum geſtorem,procuratorem, uel coniunctam perſonam nomine patroni facta ratificata intra præſentationis tempus uallida eſt.*
4 *Præſentatus quòd ordinario intra tẽpora ſtatuta ſe perſonaliter præſentare teneatur,& quare.*
5 *Præſentatio literis fieri poteſt.*
6 *Inſtitutio facta præſentato abſente ordinario noto uallida eſt.*
7 *Præſentationis mentio ſi in inſtitutione fiat,quòd eam interueniſſe præſumendum eſt.*

Quæſtio CCCCLXXX.

QVAERITVR an ſit licitum patrono pręſentare per procuratorẽ vel per literas.Et ſi debeat pręſentatus actualiter fieri ſeu exhibitio pręſentati Epiſcopo,ſeu alteri ſuperiori vt ipſum videat & examinet an ſit idoneus,& quando fit mentio in literis inſtitutionis Epiſcopi de præſentatione patroni an ſit ſtandum abſque exhibitione lite-
1 rarum pręſentationis.Et in effectu † poteſt fieri pręſentatio per procuratorem.c. fi. de conceſ. pręben. &ibi hoc tenent cõmuniter Doc.facit c.accedens: cum ibi not.de pręben.& hoc tenet Lap.alleg.viij, & lxxviij.Panor.in c.ex inſinuatione.de iur.patrona.ſicuti etiam electio poteſt fieri per procuratorẽ de collegio.c.quapropter.§.illud.de electi. cap. penul.eod.tit.lib.vj.l.ſi is qui Sticum.ff. de procura.l. item eorum.§.j.ff.quod cuiuſque vniuer. Et debet conſtitui procuratio ſpecialis ad præſentandum.c.
2 dilecto.de teſtib.& ibi Feli.& eſt ratio,† quia pręſentatio eſt quędam donatio,quę non venit in generali mandato.l.contra iuris ciuilis regulas.§.ſi filius.ff.de pact.c.fin.de offic.vica.lib.vj. & ita tenet

Rochus de curtè.in tracta.iuris patrona.ſuper verbo,honorificum.in v.quæſtio. veruntamen ſufficit ſecundum ipſum generale mandatum ad præſentandum in genere abſque exprimendo de tali beneficio,& hoc quoad beneficia vacantia:ſecus quoad vacatura, ne videatur in fraudem conſilij Lateranenſis:ſecundum ipſum, & per doctor.in d.
3 capit.fina.de conce.præbend.† Veruntamen quando negotiorum geſtor vel procurator, aut coniuncta perſona præſentaret nomine patroni, & ſequeretur ratificatio infrà tempus quod datur patronis ad præſentandum,valeret:ſecundum Roch. in dict.tract.quæſtio.v.allegat nota.in dict.capitu. accedens.& in capitu.quod ſicut.de elect.gloſſ. in capitu.quàm ſit.de elect.libr. vj.de Bellen.in addi. ad Panormita.in capit.cura.de iure patrona.& poteſt etiam fieri præſentatio alicuius abſentis per literas.capitu.ea noſcitur.de hij.quæ fiunt à præla.
4 ſine conſen.capitu.& ibi gloſſ. † licèt præſentatus infrà tempus ſtatutum, debeat ſe præſentare perſonaliter Epiſcopo ſeu alteri ſuperiori, qui habet inſtituere,ad finem ipſum videndi,& examinandi, ſi ſit idoneus, & hoc ibi tenent Ioan.de Imol. Panormita.quia præſentatus debet eſſe præſens,& ſe exibere ſenſibus corporeis illius,qui habet inſtituere:ſecundum gloſſ.in clementi.dudum.de ſepultu.
5 ſuper verbo, literarum.† Nam præſentatio poteſt fieri per literas: ſecundum gloſſ.in clemen.j.de exceſſ.præla.ſuper verbo, literarum. & ad hoc etiam tenet Lapus allegatione.lxxv.& domi.de Rota in no.ſub titul.de iure patrona.deciſio.iij. incipiente, Item nõ ſufficit nam non ſufficit patrono,quòd elegerit vel nominauerit aliquem in præſentandum, niſi præſentatus infrà tempus ſe præſentauerit,& exibuerit Epiſcopo ſeu alteri ſuperiori ad obtinendum inſtitutionem: ſecundum Archidiaco. Ioan. And.in nouella in capitu.j.de præbend.libr.vj. Io. Andr.in capitu.fi na.de iure patrona.in capit.capitulum.circa finem.de reſcript.& in capitu.j.de iure
6 patrona.libr.vj.in nouel.& ibi Gomet. † veruntamen vbi iſte præſentatus eſſet notus Epiſcopo,poſſet fieri inſtitutio abſenti: ſecundum Panormit. in dict.capit.ea noſcitur.& Rochum de Curte in tracta.de iure patro.ſuper verbo, honorificum.in vj. quæſtio.& ſufficit præſentatio quòd præſentauerit Epiſcopo infrà tempus quadrimeſtre, quando patronus eſt laicus vel ſemeſtre quando patronus eſt eccleſiaſticus, licèt Epiſcopus recuſet inſtitutionẽ: quia non præiudicet patrono: ſecundum domi.de Rota.in no.de iure patro.incipiente item ſecundum omnes.& quando in literis inſtitutionis Epiſcopi aut alterius ſuperioris fit mentio de præſentatione,ad præſentationem talis patroni,tunc præſumendum eſt de literis præſentationis patroni, licèt ibi non inſerantur:ſecundum domi.de Rota in no. titu.de iure patrona.incipiente,ſed retento eodem themate, per iura ibi allegata: & maximè ad obuiandum fraudibus, ne patroni habeant variare,& ne impugnent inſtitutionem, defectu literarum conſenſus patroni:iuxta capitu. decernimus. xvj.quæſtione.vij.literæ præſentationis remanent pœnes Epiſcopos,& bene cuſtodiuntur:ſecundum do.de Rota.vbi ſuprà.vt in ſimili arbitror in curia Romana,quando fiunt renuntiationes beneficiorum poteſtas procuratoris remanet pœnes camerã apoſtolicam,& regiſtrantur.quia aliâs vidi ſcribi in camera apoſtolica pro talibus poteſtatibus procuratoris.

ARGVMENTVM.

Factum procuratoris vbi pœna inſligenda ſit, patrono non præiudicat.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium uiuentis ſcienter impetrans quibus pœnis ſubijciatur.& nu.3.*
2 *Beneficia debent eſſe perpetua.*
4 *Beneficium uiuentis impetrans an ratione ignorantiæ propter famam à pœnis excuſetur.*
5 *Dictum notabilis uiri quòd iuſtam credulitatis cauſam inducat.*
6 *Procuratoris quãtumcunq; generalis etiam cũ libera factũ quòd domino ad pœnam incurrendam non præiudicat, ſiue in ciuilibus,ſiue in beneficialibus.*
7 *Procuratoris negligentia domino nociua.*
8 *Procurator conſtitutus ad præſentandum,ſi indignum præſentet domino non præiudicat quoad pœnam.*
9 *Præſentatus immiſcens ſe adminiſtrationi beneficij antequàm inſtituatur,iure ſuo priuatur.*
10 *Procurator ſi præſentarit indignum, aut uiuentis beneficium ſcienter ad quem deuolutio fiat.*
11 *Quid ſi ex falſa cauſa,aut ante tempus?*
12 *Patronus laicus intra quod tempus uariare teneatur,& cumulatiuè non priuatiuè uariat.*
13 *Patronus iteratò præſentare poteſt,ſi prior præſentatio nulla fuerit.*
14 *Appellandum non eſt à ſecunda præſentatione à uero patrono facta.*
15 *Appellari à termino nimis breui licitum.*
16 *Sententia præcipitationis ratione nulla reddi quandoquè poteſt.*
17 *Parte non citata procedi poteſt, ſi abſenti defenſionem nõ competere notorium ſit.*

Quæſtio CCCCLXXXI.

QVAERITVR quando procurator patroni præſentat aliquem ad beneficium viuentis, & ſequitur inſtitutio ſcienter aut ignoranter, an factum procuratoris præiudicet patrono,& ad quem fiat deuolutio, quãdo præſentatur minùs idoneus,& ſi teneat ſecunda præſentatio patroni eccleſiaſtici cum inſtitutione ſequuta etiam non caſſata prima,& ſi ſit locus appellationi,præſertim ratione præcipitationis, quãdo vocatur prius inſtitutus,& ſi pendente cauſa poſſeſſorij,debeat ſuper
1 cedi in cauſa appellatiõs ſuper petitorio.† Et in effectu quando quis impetrat beneficium viuentis ſcienter talis collatio non tenet.capit.j. de conceſſ. præbend.& vltra incurrit pœnam inhabilitatis ad illud beneficium:ſecundum Anto.de Butrio Ioan. de Imol.Panormita.quia ſicuti in matrimonio carnali quãdo quis contrahit matrimonium cum muliere viuente marito,poſt mortem prohibetur contrahere cum tali.cap.ij.& capit.fin.de eo qui duxit in matrimo.quam pollu.per adulte.ita non poteſt conſequi illam eccleſiam quam voluit adulterare viuente ſponſo.Et hoc etiam cauetur in regula cancellariæ.xx.& hoc quando quis impetrat beneficium viuentis ab inferiore à Papa, & eſt ratio ſe-
2 cundum Panormita.in dict.cap.j. † quia beneficia

dabent

debent eſſe perpetua ſecundum antiquam ordinationem.capitu.ſatis perueſum.lvj. diſtinctio. toto titu. de cleric.ægro.& nemo debet priuari ſuo beneficio ſine manifeſta & iuſta cauſa. canon. inuentum.xvj.quæſtio.vij.capitu.fina.de cleri.ægro. ſed in Papa poteſt dubitari,licèt ſecundum Panormit. in dict.capit.j.non fuit viſum quòd fecerit ſine cauſa. facit quod habetur in capitu.ſi gratioſæ. de reſcript.libro vj. & in canon.per principalem.x.quæſtio . iij. patitur etiam aliam pœnam qui facit ſe
3 ſubrogari in beneficium viuentis,† quia debet repelli à communione eccleſiaſtica & deponi. cano. in primis.ij.quæſtio.j. canon.non furem. & cano. eum qui.vij.quæſtio.j.& vltra patitur pœnam infamiæ.cano.audiuimus. iij.quæſtion.ij.canon. infames.vj.quæſtio.j.& ſolus Papa diſpenſat cum tali:ſecundum Panormita.in dict.capitu.j.de conce.
4 præbend.† Sed ratione ignorantiæ,quis excuſatur à dicta pœna : ſecundum gloſſ.in dict.capit.j. pro
5 quo allegat l.ſi quis inficiatus.ff.depoſiti.† & fortè diceretur iuſta cauſa ignorantiæ propter famam publicam in loco,dum tamen non eſſet nimis ſubitanea,& accelerata:quia quis non debet eſſe de facili credulus.l.j.ff.de eo.per quem fac.eſt.cùm ibi notat.per Angel.& Iaſo.& quòd fama publica inducat iuſtam cauſam credulitatis , & præſeruet à pœna calumniæ & temeritatis.facit l.fina.ff.de hæredi.inſtituen.l.cùm quidam.§. quod dicitur. ff.de acquirend.hæredita.& ibi Bartol.& in l.ij.C.ſi ſeruus vel liber.ad decuri.aſpira.libr.x.& per gloſſ.& Felin.in capitu.cùm contingat.de offic.deleg.quia interdum mors probatur per vnum teſtem aut aliā præſumptionem aut famam publicam : ſecundum gloſſ.in l.ſi quidem.C.ſoluto matrimo.& ibi Bart. & in l.ij.§.ſi dubitetur.ff.quemadmo.teſta. apperi.
6 &† dictum vnius notabilis viri inducit iuſtam cauſam credulitatis . ſecundum gloſſ.in l. Titio fundus.circa finem.ff.de condi.& demõnſtra. & licèt regulariter geſta procuratoris præiudicent domino ſiue in iudicialibus.cap.ij.de confe.lib.vj.l.non ſolum.l.Plaucius.cùm ibi nota.ff.de procura.l.iiij. ſiue in extraiudicialibus.l.iuſiurandum.§.ſi procurator.ff.de iureiurand.l.ſi procuratorem.§.ſi tutores.ff.mandat.& maximè quando eſt procurator cum libera .l.procurator cui.& l.ſi procurator totorum.cùm ibi notat.ff.de procura.l.ſi liberam.C.
6 quòd cùm eo. † tamen iſtud ceſſat quando dominus incideret in delictum,aut pœnam: quia in generali mandato etiam cum libera non venit illicitum,aut quod dominus incidat in pœnam.l.ſi procurator.ff.de condict. inde. l.iij.§. ſi procurator. ff. quod qui.iu.& ibi doctores.& idem in beneficialibus & ſpiritualibus.capitu.ſi compromiſſarius.ver ſicu.ſi verò eligat.de elect.libro vj.capitu.ſi Epiſcopus.de præbend.eod.titu.& hoc tenet gloſſ.in cap. dilecto.de præbend.de quo etiam habetur per glo. & doctor.in capit.j.vt lite non conteſta.& in l.j.§. ſi procurator.ff.ſi qui.ius dicen.non obtempera.& maximè quando ageretur de priuatione totius cauſæ contumacia procuratoris non præiudicaret domino: ſecundum Angel.ibi,& hoc verum in geſtis procuratoris in faciendo : ſecus in geſtis in omit-
7 tendo,& non faciendo: † quia negligentia procuratoris præiudicat domino.dict.cap.ſi compromiſſarius.quia maior dicitur mora in faciendo quàm in omittendo:ſecundum gloſſ.in l.ſi mora.ff.ſolut. matrimo.Et pro præmiſsis facit, quia procurator conſtitutus ad eligendum:ſi eligat perſonam indignam, non facit incidere dominum in pœnam priuationis pro illa vice:iuxta capit.cùm in cunctis.§. clerici.de elect.ſecundum Geminia.in capit.penul. §.habentis.de elect.libro vj.à contrario ſenſu: quia ſecus eſſet ſi conſtituiſſet procuratorem ſpecialiter ad eligendum certam perſonam indignam.d. capit.penulti.§.porrò.& capit.ſi compromiſſarius. §.j.vel ratam habuiſſet.& hoc tenet Iaſon.in dict. l.ſi procurator.ff.de condi.indebi.& Felin. in dict. cap.j.vt lite non conteſta. Ergo idem quando patronus conſtituit procuratorem ad præſentandum: quia ſi procurator præſentet indignum non facit
9 patronū incidere in pœnam: † quia præſentatio dicitur quædam electio.capit. quærelam.de elect. ſecundum gloſſ.in capit.fina.de elect.libro vj.nam ſicuti per electionem quæritur ius electo,vt poſsit agere&petere confirmationem:ita etiam acquiritur præſentatio ius vt poſsit petere inſtitutionem à ſuperiore.capit.quod autem.capit.paſtoralis. de iure patrona.ſecundum gloſſ.in capit.dilectus.de offic. lega.& in capit.cùm Bartholdus.de re iudi.& ſicuti quando electus ſe ingerit ad iuſtitiam per ſe aut interpoſitam perſonam incurrit pœnam priuatio-
9 nis ipſo iure.capitu.auaritiæ.de elect.libro.vj.† ita etiam quando præſentatus ante inſtitutionem ſe ingerit adminiſtrationi priuatur iure ſuo: ſecundū Lapum.alle.viij. Et pro præmiſsis quòd ex facto procuratoris dominus non incurrit pœnam tenet Gomet.in capit.eum qui.§.fina. de præbend. libro vj.quia dominus non patitur pœnam.dict.capit.ex facto procuratoris.quia non cenſetur datus ad illicita.& idem tenet Lapus alle.cxix.& Felin.in d.
10 cap. j.vt lite nō conteſta. † Sed præſuppoſito quòd procurator præſentet aliquem indignum ſeu ad beneficium viuentis , & ſequatur inſtitutio Epiſcopi an fiat deuolutio ad Epiſcopum, dubiū facit:quia licèt quando patronus eccleſiaſticus præſentat indignum,fiat deuolutio ad Epiſcopum ſeu illum ad quem pertinet inſtitutio.capit.cùm vos.de offic. ordi.& per gloſſ.in cle.quia regulares.de ſupplend. negligen.præla.ſuper verbo,diſpoſitionem. tamen quando Epiſcopus aut alius ſuperior inſtituit aliquem præſentatum ad beneficium viuentis : tunc non deberet fieri deuolutio ad eundem , ſed proximum.c.cùm ſcimus.x. quæſtio.iij.capi.licèt.de ſuppled.negligen.præla.quia iſtud eſt ordinarium , ꝙ proximus ſuperior ſupplet negligentiam aut defectum inferioris .capit.ne pro defectu.de elect.ſecundum gloſſ. in capitu.cùm in cunctis.§.clerici.in gloſſ.fina.de elect.in pragmati.ſanct.tit. de colla. capit.j. §.quòd ſi quis.& ibi glo.ſuper verbo,proximi. Nec obſtat dict.cap.cùm in cunctis.§.clerici.in fine,vbi fit deuolutio de Epiſcopo ad capitlum.capit.nulla. de conceſs.præbend. Quia ad iſtud reſpōdetur: ſecundum Innocen.& Ioan. And.in dict.capit. cum in cūctis .§.clerici.ꝙ in collationibus & prouiſionibus beneficiorum pertinentium ad Epiſcopum iure proprio fit deuolutio ad capitulum:ſecus ſi collatio beneficiorum ſpectet ad Epiſcopum iure deuoluto: quia tunc fit deuolutio ad Metropolitanum.

ſeu proximum ſuperiorem. dict.c.licet. de ſupplen. neglige.prælato. Et eſt ratio differentię: quia quando collatio pertinet ad Epiſcopum iure proprio, facit tanquàm Epiſcopus, & tunc eſt maior vnio inter Epiſcopum & capitulum: quia tunc Epiſcopus dicitur caput capituli.c.nouit.de his quę fiunt à præla. ſine conſenſu capituli. faciunt nota. per Inno.in c.requiſiſti.de teſtamen.ſed quando Epiſcopus confert iure deuoluto iſto caſu Epiſcopus facit tanquàm ſuperior. Nec obſtat litera in dict.c. cùm in cũctis.§.clerici.verſ.Epiſcopus.ibi cõſenſerit.vbi videtur probari in iure conſeruãdi electionẽ aut inſtituendi ad præſentationem patroni, quòd ſi Epiſcopus confirmet aut inſtituat de perſona indigna, quòd fit deuolutio ad capitulum: ſecundum Inno.& Ioan. And.& Henr.Bohic.quia illud procedit, quando Epiſcopus interfuit in capitulo tanquàm canonicus.c.poſtulaſtis.de conceſs.præben. c.à collatione.de appella.lib.vj.cum ibi nota.aliàs ſecus: quia fieret deuolutio ad Metropolitanũ, & ſic non poſſet fieri deuolutio de Epiſcopo, qui fecit inſtitutionem de perſona minus idonea ad præſentationem patroni ad eundem.cap.fi.de inſtitu.cap. per veſtras.de iure patro. Nec obſtat quod habetur per Ioan. And.in cap.quanquàm.de electio.lib.vj. in nouella, quòd beneficia quæ vacant iure deuoluto ad Epiſcopum, quòd ſede vacante tranſeunt ad capitulum: quia ſunt iuriſdictionis, Reſpõdetur ſecundum Ioan.de Imol.poſt Antho.de Butri.in d. cap.cùm in cunctis.§.clerici. quia viuente Epiſcopo non tranſit iuriſdictio ad capitulum: ſecus mortuo Epiſcopo.c.cùm te.de maior.& obedi.& quod ſupra dictum fuit, quòd in iure confirmãdi vel inſtituendi ratione negligentiæ vel delicti perſonæ ꝙ fiat deuolutio ad Archiepiſcopum vel capitulum, quando collatio ſpectat iure proprio ad Epiſcopũ ſecundum opiniones ſupra relatas, hoc verum quãdo ſcienter prouidetur indigno: ſecus ſi ignoranter quia tunc rediret poteſtas ad patronum ſaltem caſſata prima.c.innotuit de. electio. cap. ſi electio. de electio.lib.vj.ſecundum Innoc.in dict.cap.cùm in cunctis.& ibi per Antho.de But. Et quando fit deuolutio de Epiſcopo ad capitulum, deuolutio tunc fit vno ictu: quia poterit inſtituere, vel confirmare ſicut Epiſcopus: ſecundum Antho.de Butr.ibi c.ne
11 pro defectu. de elect.† Et quando collatio beneficij fit iure deuoluto ex ſimili cauſa ſeu ante tẽpus, tũc nõ tenet, nec firmatur tractu tẽporis.c. ex parte. de conceſ.præben.ſecundum domi.de Rota in antiquis titul.de iure patrona.deci.incipien.not. Et maximè in beneficio patronato, quando fit inſtitutio contempto patrono.c decernimus. xvj.quæſti.vij. & ſic in tali caſu iuris deuoluti non tenet collatio ipſo iure, cùm deficiat poteſtas in cõferẽte per modum per quem iſto caſu, & ſic nõ dicitur titulus coloratus: iuxta not. in c.cum noſtris.de conceſſion. præben.iux.not.per glo.in clemen.j.de cau.poſſ.& propri.& in pragmatic.ſancti.titu.de pacific.poſſe. c.j.in princip.ſuper verbo, coloratũ. Et licèt patronus eccleſiaſticus prohibeatur variare, ex quo primò præſentau it.cap.paſtoralis.de iur.patrona. ſecus in patrono laico.c.quod autem.& c.cùm autẽ.
12 de iur.patrona. † quia poſſunt variare antequàm primò præſentatus fuerit admiſſus per Epiſcopum, & hoc accumulatiuè non priuatiuè: quia erit in optione Epiſcopi admittere quẽ vult, licèt teneatur primo ad intereſſe.dict.c.paſtoralis.iuxta nota. per
13 Panor.in dict.c.cùm Bartoldus.de re iudica. † tamen quando prima præſentatio eſt nulla non prohibetur patronus ſiue laicus ſecundo pręſentare.c. cùm laici.de iure patr.ſiue eccleſiaſticus.c.fi.de iure patro.quia nõ præſtat impedimentũ, quod de iure non ſortitur effectũ: ſecundum glo.ibi c.non præſtat.de regu.iur.lib.vj.ſecundum Cardi. Flor.in clemen.j.de iure patro.in ix.quæſtiõ.& ibi Ioan. de Imol.Panor.in c.j.de iudic.poſt gloſſ.ſuper verbo, pluere. Rochus de Cur.in tract.iur.patr.ſuper ver-
14 bo, honorificum.in ix.queſtione.† nec eſt locus appellationi ſaltem poſtquàm verus patronus pręſentauit.c.paſtoralis.c.fi.de iur.patro.quia nõ intereſt primo præſentato, ne fiat ſecũda pręſentatio vallida: & nõ ſolẽt audiri appellãtes, niſi quorũ intereſt. c.non ſolent.ij.quæſtio.vj.cap.cùm inter.ij.de elec. c.ex ore.de his quę fiunt à maior.parte capit. Et ita ex quo prima pręſentatio facta per procuratorem ad beneficium viuentis cum inſtitutione ſequuta non tenet, nec pariter alia inſtitutio facta iure deuoluto, antequàm ſit lapſum tempus Lateranẽ.concilij.vj.menſium.iuxta c.ij.cap.per diuerſitatem.c.ex parte.de conceſ.prębeni. non tenet ipſo iure, prout ſupra dictum, non debet præſtare impedimentũ vero patrono eccleſiaſtico quo minùs prę ſentare aliũ idoneũ poſſit. Et poteſt fieri inſtitutio ad præſentationẽ veri patroni etiã non caſſata prima.c.decernimus.xvj.queſtion.vij.quia nunc Epiſcopus inſtituit diuerſo iure: ſecundum glo.in pragmact.ſanct.in tit.de colla.c.j.§.quòd ſi quis.ſuper verbo, eo ipſo. Fely.in dict.cap.cùm Bartholdus.de re iudic. Nec obſtat ſi dicatur, quòd ex quo quis citatur ſuper inſtitutione ſecundi aut tertij pręſentati quòd debeat audiri: quia dicitur defenſor neceſſarius, & ſibi non eſt denegãda defenſio.c. cùm inter.cum ibi no.per Innocen.de excep.quia eo ipſo quòd actor facit citari reum habilitet eius perſonã, vt ibi habetur & per Bartol.in l.cùm mulier.la j. ff. ſolu.matrimo.& in l.de pupillo. §.ſeruo.ff. de ope. noui nuntia.nam omnis citatus ſimpliciter eſt audiendus: ſecundũ Bald.in l.fi.C.de edict.diui Adri. tollen.in v.quæſtio. Et maximè quando intereſt alicuius ratione poſſeſſionis.c.veniens.le ij.de teſtib.
15 c.licèt Epiſcopus.de pręben.lib.vj. † Pręterea à nimis breui termino dilationis poteſt appellari. cap. j.de dilatio.& maximè concurrente duo, videlicet breuitas termini, & quòd ſit peremptorius, & non ſufficeret vnũ ſine alio: quinimò aliqui tenẽt quòd curia propter hęc non daret literas. de quo ibi per Panormi.& quis dicatur breuis terminus relinqui-
16 tur arbitrio iudicis: vt ibi not. † Tum etiam quia ratione pręcipitationis ſentẽtia poteſt reddi nulla. cap.tum ex literis. & ibi glo. ſuper verbo, inſtitutus.de in integrum reſtituti.quia cenſetur eſſe ſine cauſę cognitione.faciunt nota.per Barto.in l.prolatam.C.de ſenten. & interlocuto. omnium iudic. iſtud eſt difficile contrarium.veruntamen non obſtante dicta appellatione friuola ſuper notorio defectu, non fieret reuocatio attentati, quando notoriè apparet de non iure petentis fieri reuocationem attentati: iuxta notata.per Innocen.in cap. conſtitutus.de

tutus.de fili.presby.maximè in beneficialibus, ne
permittatur vitioſus ingreſſus.cap.ex frequētibus.
de inſti.cap.eum qui.de eo qui mitti.in poſſeſ.cau.
lib.vj.Et etiam ratione peccati, ex quo non habet
titulum,non debet fieri reſtitutio:ſecundum domi.
de Rot.in nou.in titul.vt lit.penden. deci.ij.Et vbi
vertitur periculum animę,iudex ſupplet ex officio.
c.cùm nobis.de electio. ſecundum glo.in cap.inci-
pientes. §.cæterùm.ſuper verb.cōtumacia.de elect.
lib. vj.Et hoc tenet etiam Oldrad.conſil.xviij.inci
pien.Circa primū.in iij.& iiij.dubijs.nec debet ex-
ſpectari euentus tēporis appelatiōis quando appel
latur fruſtratoriè. Et fruſtra expectatur, quod ex-
pectatū non prodeſt. l. aliquando.§.fina.ff.ad Vel-
17 leia.l.cùm hæres.§.fina.de acquiren.hæred. † præ-
tereà,quando eſt notorium abſenti defenſionē nō
competere poteſt procedi parte nō citata: ſecundū
glo.in cap.cùm olim.de re.iudic.multò fortiùs non
debet ordo iudiciarius ſeruari. Tum etiam quia ex
primordio tituli poſterior formatur euentus.l.j. C.
de impo.lucra.deſcript.libr.x.in fi. ſecundū Oldra.
in d.cōſi.xviij.Et ſic cùm per exibitionem tituli ap
pareat ꝙ ſit inſtitutus non debet vlterior proceſſus
formari. Nec obſtat dictum Innocē.in dict.c.cùm
inter.quando quis ſpecialiter citatur,quòd dicitur
defenſor neceſſarius.& quod debet audiri etiam ſi
nō doceat de intereſſe.facit l.libertus à patrono.ff.
in ius.voca.cum ibi not.per Bald.& Paul.de Caſt.
quia in caſu iſto dicitur defenſor neceſſarius quan
do actio ſpecialiter dirigitur contra ipſum: ſecus ſi
emanauerit citatio cauſatiuè, ſi ſuā intereſſe putaue
rit:ſecundū Feli.in d.c.cū inter.per gl.in l.vni.C.ſi
ſeruus manda. tum etiam quia notoriè per acta ap
paret de non iure partis.& pēdente cauſa ſuper poſ
ſeſſorio ſuſpenditur cauſa petitorij.cap. paſtoralis.
de cauſ.poſ.& propri.clem.j.de cauſ.poſ.& propri.

ARGVMENTVM.

De mandati apoſtolici gratia.

SVMMARIVM.

1 *Verba in gratijs expectatiuis diligenter attendenda ſunt, nec ſunt extendenda.*
2 *Clauſula motus proprij propter concedentis intentionem gratiam non ampliat.*
3 *Religioſus an & quando præfici uel præſentari ad eccleſiam parœcialem poßit. & nu. 5. & 10.*
4 *Veh ſoli.*
5 *Monachus ad eccleſiaſticos honores promoueri non, niſi cum Abbatis licentia, poteſt.*
6 *Canonici regulares eccleſiæ parœciali præfici poſſunt etiā ſi ſocium non habeant.*
7 *Monachus tranſiens ad eccleſiam quòd à regula non abſoluatur.*
8 *Quid ſi ad Epiſcopatum tranſeat?*
9 *Quid ſi ad eccleſiam parœcialem quæ Abbatis iuriſdictioni non ſubiacet.*
11 *Patronus an præſentare poßit religioſum ad eccleſiam parœcialem.*
12 *Beneficia omnia de iure communi ſecularia ſunt.*
13 *Papa mandans prouideri monacho de beneficio, an de ſeculari prouideri poßit.*
14 *Eccleſiæ regulares an ſeculares eſſe poßint remißiuè.*

Quæſtio CCCCLXXXII.

QVAERITVR an gratia apoſtolica in
forma c.mandatum.cum duobus ſequentib.
de reſcrip.quæ dirigitur alicui monaſterio & con-
uentui ordinis ſancti benedicti tàm coniunctim
quàm diuiſim de beneficio eccleſiaſtico ſolito
regi per monachos cum cura vel ſine cura etiam
ſi ſit parœcialis eccleſia cum clauſula motus pro-
prij, an ſe extendat ad beneficium ſeculare ali-
cuius parœcialis eccleſię ſolitum regi per ſeculares
de patronatu dicti monaſterij dependentis.Dubiū
1 facit: † quia verba mandati in gratijs expectatiuis
debent diligenter attendi,nec debent extendi cum
ſint ambitioſa.cap.quamuis.& cap.cùm in illis.de
præben.lib.vj.quia beneficium ſolitum regi per re
gulares non debet conferri ſecularibus, nec econ-
trà.cap.cum beneficio.ca.cùm ſingula.§. prohibe-
mus.de præben.libr.vj.c. quia regulares. de ſupplē
da negligen.præla.quia mandatum aliter adimple
ri non poſſet.c.cui de non ſacerdotali.de præbend.
lib.vj.cap.ſuſceptum.de reſcrip.lib.vj. niſi de inten
tione mandantis aliud appareret expreſsè:vt ibi ha
betur,& qualiter intelligatur expreſsè,qn̄ hoc caue
tur in literis ibi per glo. ſicuti ſolet dici de clauſula
ex certa ſciētia,qn̄ eſt expreſſa in literis: ſcd̄m gl.in
clemen.& ſi principalis.de reſcrip.Nec obſtat clau
ſula, motu proprio:quia licèt exprimatur in literis
2 & præſeruet à ſurreptione: tamen † non ampliat
gratiam, maximè contra intentionem conceden-
tis.cap.ſi motu proprio. cum ibi notatis.de præbē.
3 libr.vj.Nec obſtat ſi dicatur,† quòd religioſus po-
teſt præfici ad eccleſiam parœcialem: iuxta notat.
per gloſſ.& Præpo.in cap.priſcis putas.lxv. diſtin.
& per gloſſ.& Panormita.in cap. quòd Dei timo-
rem.de ſtatu mona.& etiam patronus maximè ec-
cleſiaſticus poteſt præſentare monachum ad eccle-
ſiam parœcialem propter officium prædicandi.d.
capit.quòd Dei timorem.ſecundum Frederic.con-
ſil.cxxxvj.& maximè quando fit per Papam aut
Epiſcopum, de quo ibi latiùs, & per conſequens ſi
de iure communi monachus vel regularis poſsit
præfici eccleſiæ parœciali ſatis dicetur beneficium
eccleſiaſticum ſolutum regi per monachos: quia
ad iſtud reſpondetur, quòd iſtud non procedit in
monacho nigro ordinis ſancti Benedicti, qui de-
bent tenere vitam ſolitariam, nec debent eſſe ſine
ſocio.capitu.ij.de ſtatu mona.de quo per dominos
de Rota in nouis in titu.de iure patrona.deciſi.in-
cipiente, Item in religioſo.& ideò talis prouiſio ſi-
ne diſpenſatione non tenet:ſecundum dominos de
Rota in nouis.in titu.de præbend.deciſio.incipiē-
te.Item quòd collatio.quia monachus mūdo mor
tuus eſt, licèt Deo viuat.xvj.quæſtio.j. capit. mo-
nachus.& cap.placuit.& capit.grauè.vnde religio
ſus poteſt præfici eccleſiæ parœciali.capit.in parœ
cia.capit. cùm pro vtilitate.xvj. quæſtio.j. & hoc
de voluntate Abbatis & authoritate Epiſcopi, vt
ibi habetur, & ideò ſi patronus præſentat Epiſco-
po aliquem monachum tenetur Epiſcopus eum in
ſtituere, & ſecundum aliquos cum ſubeſt neceſ-
ſitas & vtilitas.Nec obſtat capitul.monachi. de
ſtatu monachor. vbi non debent poni monachi
ſinguli,niſi habeant ſocium:iuxta dictum Salomo
4 nis, † veh ſoli:quia cùm ceciderit, nō eſt qui ſuble-
uet eum:quia ſecundum glo.in dict. c. in parœcia.
monachi non debēt præfici eccleſijs parœcialibus
niſi ſubſit neceſsitas vel vtilitas. ſed certè ſecūdum

glo.idem eſt de quolibet alio clerico: vel ſecũdum glo.in dict.cap.monachi.de iure communi monachi prohibẽtur pręfici in parœciali eccleſia, niſi ex diſpenſatione pro vtilitate eccleſiæ, & hoc in eccleſijs quæ non pertinent ad eos pleno iure: vel ſecundum glo.in cap.j.de capel.mona. in monaſterijs in quibus eſt cura animarum, & parœcia cum populo vbi eſt congretio monachorum non debet præfici eccleſię parœciali monachus clauſtralis, ſed debet preſentari capellanus ſecularis per monaſteriũ. & inſtitui per Epiſcopum, ita quòd debet eſſe perpetuus, & ad Epiſcopũ pertinet depoſitio cum cauſæ cognitione.cap.j.de capel.monach. Nec obſtat ſi dicatur, quòd in proprio monaſterio monachus potiùs debeat admitti ad parœcialẽ eccleſiã: quia concurrit fauor eccleſiæ & curiæ animarũ. & iſtud eſt difficile cõtrariũ ſecundum Pano.ibi qui ponit duos intellectus, & ſecundum primum intellectum procedit quãdo monachus eligeretur à populo parœciæ & inſtitueretur per Epiſcopum vel ſecundũ alium intellectum procedit vbi eſt monachorũ congregatio. Nam licet vt monachus poſsit pręfici eccleſiæ parœciali extra monaſterium: ſecus in monaſterio licèt Panormitanus videatur tenere, quòd monachi non debent præfici eccleſiæ parœciali, niſi in defectum, quo non reperirentur clerici ſeculares idonei. glo.verò in clemen.ne in agro.§.ad hoc. de ſtatu monachor.tenet quòd quando monachus eſt perpetuus inſtitutus ad curam populi nihil habet commune cum monaſterio.cap.ne pro cuiuſlibet.xvj.quæſtion.j.& ſic non tenetur habere ſociũ, & aliàs vt ibi pleniùs habetur per gloſſ. & doctor.
5 glo.verò in cap.j.lviij.diſtinct.tenet, † quòd nullus monachus poteſt promoueri ad eccleſiaſticos honores ſine licentia Abbatis. gloſſ. vero in ſumma xvj.queſtio.j.tenet quòd regimen populi poteſt cõmitti monacho ab Epiſcopo de licentia Abbatis, & ibi tractat an requiratur diſpenſatio de iure antiquo vel de iure nouo, & quòd hodie poſſunt pręfici eccleſiæ ſeculari pro vtilitate eccleſiæ de conſenſu Epiſcopi, & hoc in eccleſijs non ſubditis pleno iure: ſecus ſi eſſent ſubditę pleno iure: quia tunc ſufficeret conſenſus Abbatis. cap. viſis xvj.quæſtion.
6 ij.& hoc de monachis. † de regularibus canonicis non eſt dubium: quia poſſunt præfici eccleſiæ parœciali etiam ſi non habeant ſocium, niſi commodè fieri poſsit.dict.cap.quòd Dei timorem. ſecus in monachis qui tenentur habere ſocium ſui ordinis: ſecundum gloſſ.in ſumma xvj. quæſtion.j. & licèt
7 monachus præficiatur eccleſię parœciali: † tamen non abſoluitur à regula: quia debet ſeruare habitum continentię, & non debet habere proprium: in his enim non abſoluitur, licèt trãſeat ad eccleſiã ſecularem, ſed in ieiunio, ſilentio & vigilijs abſolui-
8 tur.† Et ſi monachus tranſit ad Epiſcopatum ex toto abſoluitur à iuriſdictione Abbatis.capitul.ſtatutum.decimaoctaua quæſtio. prima: quia efficitur
9 de filio pater. † quando tranſit ad eccleſiam ſecularem, quę non eſt ſubiecta Abbati in ſpiritualibus vel temporalibus qualiter procedat habetur per gloſſ.dict.cap.de monachis.& ibi tenet circa finem, quòd quando monachus tranſit ad eccleſiam ſecularem eximitur à regula quoad vſum carnium. glo.verò in ſumma, decimaſexta quęſtion. ſecund. tractat an in capellis monachorum presbyteri ſint inſtituendi per monachos, de quo ibi. Panormita. verò in dict.cap. monachi. de ſtatu monachorum, tenet, quòd quãdo eccleſia parœcialis eſt ſubiecta monaſterio, quòd non deſinit eſſe obediẽtialis monaſterij, tunc monachus non debet conſtitui in eccleſia parœciali ſine ſocio ſui ordinis: ſecus ſi promoueatur tãquàm clericus ſecularis ad eccleſiã parœcialem: quia tunc deſinit eſſe monachus monaſterij: nec vllam communionem habet cum monaſterio: & ideò iſto caſu Abbas non tenetur ſibi dare. cap.ne pro cuiuſlibet. xvj. quęſtion.j. ſecundum gloſſ.in clemen.ne in agro.§.ad hæc.de ſtatu monachorum, & ita etiam tenent Hoſti.& Ioannes Andrę.in dict.cap.quod Dei timorem.de ſtatu monachorum.Et ibi Panormitan. refert communem
10 opinionem, † quòd monachus poſsit promoueri ad eccleſiam parœcialem etiam ſine diſpenſatione, licèt Panormi.ibi aliter videatur ſentire, niſi haberet ſocium.& iſtam partem etiam tenet gloſſ.in clementi j.de electi.quòd monachus poteſt promoueri ad eccleſiam parœcialem, de quo vide per dominos de Rota in nouis in titul. de iure patronatus,
11 deciſ. Item in religioſum.vbi tractant † an patronus poſsit pręſentare religioſum ad eccleſiam parœcialem.& in titul.de præbend. deciſio. incipien. item fuit dubitatum, quando impetratur beneficiũ ſolitum Regi per ſeculares: quia tunc impetrans debet probare ſtatutum beneficij ſecularis per vltimum actum & ſaltem per decem annos: iuxta cap.
12 cùm de beneficio.de prębend.lib.vj. † cùm omnia beneficia de iure communi ſunt ſecularia: & de facili res reuertitur ad ſuam naturam.c.ab exordio. xxv.diſtinct.l.ſi vnus.§. pactus. verſicu. quod & in ſpecie. Archidia.verò in cap.peruenit.xviij.quęſti. ij.primo tenet quòd eccleſię regulares non debent fieri ſeculares, & pro hoc allegat.cap. poſſeſsiones. de reb.eccleſi.non alienand.& ibi refert Hoſtien. tenere, quòd ſi Papa mandet prouideri ſeculari de aliquo beneficio eccleſiaſtico, non extenditur hoc mandatum ad eccleſias quę conſueuerunt regi per regulares, ſiue agatur de eccleſia parœciali, ſiue de prębenda: quia non eſt arandum in boue & aſino. cap.cauſam quæ.c.cùm in magiſtrum. c. officij. de elect.& hoc quando per quadraginta annos continuos religioſi ſine interpoſitione adminiſtrarent. De quo ſe remittit ad cap.cùm de beneficio.de prębend.lib.vj.quia perſona intermedia hanc conſuetudinem interrũpit, & requiritur, quòd in eccleſia ſint ad minus duo monachi, vbi cõſueuerint morari.cap.penult.& cap.vlti.de capel.monacho. Quid
13 in caſu conuerſo, † quando Papa mandat prouideri monacho de aliquo beneficio, an poterit prouideri be beneficio ſeculari? & tenet quòd non: quia ſtatus antiquus alicuius eccleſię debet obſeruari, niſi aliter de certa ſcientia Papę mandaretur Fred.de Sen.in dict. conſil. cxxxvj. etiam reſpondendo ad contraria, tenet quòd patronus poteſt præſentare monachum etiam ſi per actus vltimus fuerit ſolita regi per ſeculares: ſecundum iura per ipſum allegata.Geminia. in dicto capitul. cùm de beneficio.de præbend.libr. vj. tenet quòd verbum qualitatiuum adiectum in literis beneficialibus intelligitur ſecundum qualitatem perſonæ impetrantis, &

trantis, & vbi non poſſet conſtare de ſtatu eccleſiæ: quia quandoquè fuit gubernata per clericos, quandoquè per religioſos. allegat Ioan. Monach. tenere, quòd debet attendi ſtatus vltimorum poſſeſſorum pro maiori parte, de quo ibi latiùs per ipſum & clementi. j. de ſupplend. negligent. prælato vt ibi Cardin. Floren. quia quando eccleſiæ ſunt regulares non debent præfici ſeculares, nec econtrà. c. in nona. xvj. quæſtion. vij. niſi in defectum quando non reperirentur idonei. de quo ibi in vj. contrario, & in clementi. j. de electio. Veruntamen ſecundum Frederic. de Sen. conſil. cxxxvj. ad hoc vt dicatur beneficium conſuetum & ſolitum regi per religioſos & ecôtrà per ſeculares, hoc debet intelligi actu vel habitu: quia licèt per vltimos actus eccleſia parœcialis fuerit gubernata per ſecularem, non impeditur quim monachus aut canonicus regularis poſsit præfici eccleſiæ parœciali. de hac materia etiam habetur per Hoſtien. in ſumma de ſtatu monacho §. verum populum. verſicul. ſciendum. & verſicul. ſed nunquid. & ibi quando monachus præficitur eccleſiæ parœciali an teneatur ſeruare regu-
14 lam: † vide etiã an regulares eccleſiæ poſsint effici de ſtatu ſecularium, & econtrà per Hoſtiẽ. in ſumma. de relig. domi §. hæc vtrum. & §. vel econuerſo. & pro hoc facit cap. inter quatuor. cum ibi nota. de religioſ. domib. & cap. ad audientiam. le ij. de eccleſi. ædifi. & de materia an monachus aut canonicus regularis poſsint præfici eccleſię parœciali: vide etiam per Henric. Bohic in dict. capitul. quod Dei timorem. de ſtatu monach. non tamen poſſunt præfici ad beneficium ſimplex ſeu capellam: ſecundum Panormita. ibi.

ARGVMENTVM.

Inſtitutio de beneficio patronato patrono côtempto per Epiſcopum facta, an ſit nulla: & an vicarius adiri poterit.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Epiſcopi an inſtitutum ab Epiſcopo contempto patrono, ad patroni petitionem deſtituere & præſentatum inſtituere poſsit.*

2 *Vicarium generalem Epiſcopo præſente iuriſdictionẽ exercere poſſe regulare.*

Quæſtio CCCCLXXXIII.

QVAERITVR an inſtituitio facta per Epiſcopum de beneficio patronato contempto patrono ſit nulla, & ſi poſsit adiri vicarius ſeu officialis Epiſcopi ſuper caſſatione talis inſtitutionis factæ per Epiſcopum, & ſi teneat ſecunda inſtitutio facta per vicarium, & an in præſentia Epiſcopi ceſſet iuriſdictio officialis aut vicarij. Et in effectu prima facie videretur dicendum quòd licèt ex generali poteſtate officialis trãsferatur cauſarum cognitio: non tamen transfertur poteſtas inquirendi aut puniendi aliquorum exceſſus ſeu aliquos à ſuis beneficijs vel adminiſtrationibus amouendi. capitul. licèt. de officio vicar. libro vj. vnde Ioan. And. ibi in nouella format queſtionẽ in terminis,
1 an iſto caſu † vicarius ad petitionẽ patroni poſsit remouere inſtitutum per Epiſcopum vel alium in eccleſia, & inſtituere præſentatum ab ipſo patrono. & quod fuit quæſtio diſputata, tenuit diſputans, quòd ſic: quia hic non agitur de crimine vel priuatione clerici propter crimẽ, ſed petitur declarari eũ ius non habere, & proceditur per modum actionis ciuilis: iuxta nota. per Innocen. & Ioannem Andr. in cap. querelam. de electION. Præterea officialis cognoſcit de matrimonio carnali: ergo idem in ſpirituali. cap. quoniam frequenter. § porrò. vt lite non conteſtata. & quia etiam de neceſsitate præſentatus à patrono eſt inſtituendus. capitu. decernimus. xvj. quæſtion. vij. aliâs inſtitutio facta contempto patrono eſſet nulla, vt ibi notatur, & dicitur facta contempto patrono quando fuit facta ſine conſenſu patroni: vt patronus laicus præſentaſſet infra quadrimeſtre: & patronus eccleſiaſticus infra ſemeſtre. capitul. j. de iure patrona. lib. vj. aliâs ſi Epiſcopus conferret iure deuoluto propter negligentiam eſſet imputandum patrono: & maximè præmiſſa procedunt quando vicarius procedit in abſentia Epiſcopi. & pariter ceſſaret dubium quando appareret de ſpeciali conceſsione vicarij. dict. cap. licèt. de officio vicar. libr. vj. ſaluo tamen quod infrà dicetur. Petr. de Ancha. in dict. cap. licèt. refert Ioan. Monac. tenere eſſe prohibitum vicario de criminibus inquirere, & aliquem admouere à ſuo beneficio, & quod dictio, ſeu: venit copulatiuè: ſed communiter tenetur contrarium: ſecundum Ioannem Andræ. in nouella ibi, quia illa dictio, ſeu: diſiungit & ad eius veritatem ſufficit alterum adimpleri, & ita etiam tenet Petr. de Anchar. & ibi etiam refert Lapum tenere quòd vicarius nõ poteſt cognoſcere de inſtitutione facta per Epiſcopum, nec amouere inſtitutum ad petitionem patroni: quia licèt non agatur criminaliter, tamen non poteſt cognoſcere de tali inſtitutione Epiſcopi niſi cum ſpeciali & expreſſa conceſsione cap. inferior. xxj. diſtin. nec valeret côſuetudo quòd minor haberet iuriſdictionem: ſecundum Archidiaco. cap. cum inferior. de maior. & obed. & ita etiam ibi ſequitur Gemini. & Præpo. & pro hoc facit l. ſi hominem. ff. mandati. vbi procurator non poteſt reſcindere factum domini. & ſecundum Petrum de Ancha. procedit opinio Ioan. Andræ. & diſputãtis: ſecundum Lapum quãdo inſtitutio non eſſet facta per Epiſcopũ, ſed per alium inferiorem: puta per plebanum. Gemin. verò in dict. cap. licèt. aliâs, ſecundo de officio vica. libr. vj. refert opinionem Lapi abbatis ſupra relatam, vt vicarius non poſsit ſe intromittere, ex quo Epiſcopus inſtituit, niſi appareret de expreſſa & ſpeciali commiſsione Epiſcopi, nec ſufficeret ſi exprimeretur aliquod de requirentibus ſpeciale mandatum ſecuta clauſula generali iuxta cap. qui ad agẽdum. §. ſed ſi aliquis. de procur. lib. vj. Philip. Franc in dict. cap. licèt, tenet idem quòd Lapus per dict. cap. inferior. xxj. diſtinctio. nec ſufficeret clauſula generalis cum expreſsione aliquorum caſuum ſpecialium. cap. dudum. §. nos igitur. de præben. lib. vj.
2 clem. non poteſt. de procura. † & licèt vicarius generalis regulariter poteſt exercere iuriſdictionẽ in eius pręſentia, ſicuti in abſentia, niſi in caſibus expreſsis. cap. cùm nullus. de tempor. ordinan. libr. vj. neque etiam præſente Archiepiſcopo, vel vicino, profert ſentẽtiam excômunicationis vel interdicti in ſuffraganeum. cap. j. de offici. ordina. libr. vj. & pro hoc facit: quia ſenatores in pręſentia principis

non poſſunt facere ſtatutũ:niſi à principe cõfirmetur:ſecundũ Bal.in l.humanũ.C.de legi.facit.c.volentes.cum ibi not.de offic.leg.& c.antiqua.de priuileg.faciunt not.per Bar.in l.quarta.§.ſi tam vicinũ.ff.de damn.infe.&in §.nulla.de defenſor.ciuit.colla.ij.& in deciſ.Tholo.cccclxxx.& per glo.in pragmat.ſanct.in titu.de colla.c.j.§.item voluit.ſuper verbo,vicario.circa finẽ.vbi ſola præſentia Epiſcopi non reuocatur vicarius:& aliqua poſſunt vicarij in abſentia Epiſcopi.

ARGVMENTVM.

Pretij paucitate & pacto de retrouendendo, an emptionis contractus ſimulatus,fraudulentus vel pigneratitius cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus c.ad noſtram.de emptio.& venditione.*
2 *Contractus qualitas ex pretij qualitate quæ ſit arguitur.& nu.20.*
3 *Intellectus c.illo vos.de pignor.*
4 *Fraus committitur ubi pannum loco pecuniæ emptionis titulo detur,qui incontinenti à venditoribus redimitur.*
Fraus arguitur quando pannum pretij loco datur.
5 *Pecuniæ omnia obſecundant.*
6 *Dolus ex facti qualitate & pretij modicitate arguitur.*
7 *Contractus uſurarius cenſetur quando præter ſortem aliquid ſoluitur: pretium modicum interuenit & his qui contraxit uſuras exercere ſolitus eſt:& nu.28.*
8 *Pigneratitium contractum eſſe tenet Butrius, cui pretij paucitas & pactum redimendi ad certum tempus interuenerunt.*
9 *Quid ſi contractus emptionis factus fuerit cum pretij modicitate & pacto de redimendo poſt ſeptennium, ut interim emptor fructus lucraretur.*
10 *Contractus ſimulatus an iuramento firmetur.& nu.23.*
11 *Simulationis exceptionis renuntiatio an ualeat.*
12 *Quid ſi uenditor remaneat in poſſeſſione.*
13 *Quid ſi uſurarius emit cum pacto de reuendendo & iuſtũ pretium non interuenit.*
14 *Dict.uix,quid ſignificationis importet.*
15 *Conjecturæ quæ cum pacto de reuendendo faciunt contractum ſimulatum.*
16 *Contractus an ſolo pacto de reuendendo cum pretij modicitate fiat ſimulatus,ſiue fœneratitius.& nu.19.*
17 *Famæ probatio in ſimulatione probãda plurimũ prodeſt.*
18 *Quid ſi uerb.uerè,& non fictè,in emptionis inſtrumento apponentur.*
21 *Res an minus ualeat propter pactum redimendi.*
22 *Vſurarij quandoquè bonos contractus faciunt.*
24 *Contractus ubi originalis cauſa eſt mutuum, quòd fœneratitius cenſeatur*
25 *Quid ſi deceptio pretij eſſet infra dimidiam iuſti pretij.*
26 *Quid ſi contractus redimendi ex interuallo fiat,an contractus ſimulatus cenſeatur.*
27 *Quid ſi duo inſtrumenta fiant.*
29 *Deceptio ubi dimidiam iuſti pretij non contingit,contractus licitus eſt.*
30 *Contrahentibus ſe in pretio decipere,licere.*
31 *Res tantùm ualet quantum uendi poteſt.*
32 *Valor communis quòd tempore contractus attendatur & probetur.*

Quæſtio CCCCLXXXIIII.

QVAERITVR an contractus emptionis præſumatur ſimulatus,fraudulentus,pigneratitius ex paucitate pretij cum Reacheto da eò vt fructus cõputentur in ſortẽ, an verò requiratur ꝙ emptor conſueuerit fœnerari, & ſi fiat differentia quãdo reachetum fit incontinenti in eodem inſtrumento,vel ad partem,aut ex interuallo:& ſi ſit licitum contrahentibus ad inuicem ſe decipere in pretio etiam in foro conſcientiæ,& ſi habeat locum illa regula, tantùm valet res quantùm vendi poteſt. Et in effectu iſta materia eſt difficilis,& principaliter iacet ſuper intellectu c.ad noſtram.de emptio.
1 & vendi.& c.illo vos.de pigno. † Nam ſecundum glo.in dict.cap.ad noſtram.ſuper verbo,exemptionis. licèt ſcriptura haberet,quòd ſit emptio: tamen in veritate,fuit pignus.& iſtud patet, ſeu præſumitur propter pactum de retro vendendo poſt certum tempus:quia emptor interim volebat lucrari fructus,aliàs ſi non ageretur in fraudem emptor licitè lucraretur fructus.l.ij.C.de pact. inter empt.& venditorem appoſit.Præterea in dict.cap.ad noſtram. erat deceptio in pretio: quia vix dimidiam iuſti
2 pretij contingebat, † & ſic ex qualitate pretij poteſt argui qualitas contractus, maximè præſumptiuè quo ad dolum: ſecundum gloſſ. in dict.cap. ad noſtram.l.cùm hij.§.modus.ff. de tranſact. & maximè cum alijs coniecturis:ſecundum gloſſ.in l.dolus.C.de reſcindenda venditio.& maximè quando à principio fiebat mentio de mutuo.dict. capitu.ad
3 noſtram.& pariter in dict.cap. † illo vos. præſumitur contractus pignoris propter pacta ibi adiecta, videlicèt quòd emptor computaret fructus in ſortem,in reſolutione contractus:& pariter quòd aliquid acciperet vltra ſortem, & præſertim cum ille conſueuerit exercere. Innocen.in dict. cap. ad noſtram.tenet quòd non ſufficeret paruitas pretij,niſi eſſet pactum de reuendendo poſt certum tempus. & in dict.cap.illo vos. tenet quòd poteſt iudicari ex pluribus præſumptionibus. Ioannes Andr.in dicto cap.ad noſtram. tenet quòd præſumitur fraus quando à principio debitor petit mutuum,ſed creditor recuſat, ſed ſe offert emere pro eodem pretio vſque ad certum tempus, & maximè quando pretium eſt modicum.& ſecundum Hoſtien.omne iuramentum eſt ſuſpectum, & quod de facili præſumendum eſt contra vſurarios,& quòd faciunt multas barraterias & fraudes.& ibi declarat Ioan. Andræas, & inter cætera,quòd volunt fieri duo inſtrumẽta primum:venditionis purè,ſecundum reacheti. Hodie verò faciunt fieri inſtrumentum venditionis purè,nec volunt in eodem vel alio inſtrumẽto facere pactum de reuendendo, ſed volunt quòd debitores confidant eis tanquàm ſacriſtæ, ne per illud inſtrumentum reacheti , contineatur mutuum ponitque ibi plures alias fraudes, & inter cæ-
4 teras † quando aliquis indiget pecunia vendunt ei de panno aut alias mercantias,& deinde recmũt viliori pretio, aut per interpoſitam perſonam:quia
5 pecuniæ † omnia obediunt:eccleſiaſtes.1.& Virgilius AEneydos libr.iij. Quid non mortalia pectora curant, auri ſacra fames: ſecundum Ioan. And. in capitul.ſicut.le ij.de ſymon. & ſecundum eund.
6 Ioan. And.in d.cap.ad noſtram.in fi.† ex qualitate facti & modicitate pretij arguitur dolus emptio.& idem Ioan. Andr.in dict . capitu. illo vos.ex duobus præſumitur cõtractus pignoris: quia ibi fiebat pactum,

pactum, quòd computarentur fructus in ſortem cõtra naturam contractus emptionis, & quòd aliquid daretur vltra ſortem: & tertium, quia conſueuerat fœnerari. & tandem Ioan. And. refert Iaco. de Are. & Cyn. in l. iij. C. plus va. quod agit. tenere, ꝙ licèt appareret de tribus, videlicet emptorẽ vſurariũ, & nõ interueniſſet iuſtum pretium, cũ pacto de reuendendo, per hoc non præſumeretur pignus. Nec obſtat dict. capit. illo vos. de pignor. quia ibi ſunt duę aliæ coniecturæ, per quas præſumitur contractus pignoris, videlicet de computando fructus in ſortem, & de aliquid tradendo vltra ſortem, & tandem in dict. capit. illo vos. circa finem tenet, quòd iuramentum facit præſumi contra vſurarium: quia debitores quando indigent pecunia, de facili permittunt creditoribus qualitercunque poſsit habere pecunias. Henric. Bohic. in dict. capit. ad noſtram. de
7 emptio. & venditio. † tenet, quòd talis contractus præſumitur vſurarius ex tribus, videlicet quòd pretium eſt modicum reſpectu valoris rei: ſecũdo quãdo perſoluitur vltra ſortem. Tertiò quando cõſue-
8 uit exercere vſuras: † Anto. de Butr. in dict. capit. ad noſtram. tenet, quòd ibi præſumitur contractus pignoris propter paruitatem pretij cum pacto de reuendendo ad certum tempus & non ante: quia per hoc apparet quòd à principio habuit intentionem lucrandi fructus: & pariter ſecundum Hoſtien. à principio debitor petebat mutuum aliâs ſola paruitas pretij cum reacheto non præſumeret contractum ſimulatum, & per hoc intelligit gloſſ. in cap. conqueſtus. de vſur. & Archid. in capit. plerique. xiiij. quæſti. iij. & quòd de facili eſt præſumendum contra vſurarios: quia peſſimũ genus hominum. & quia expedit animabus ipſorum conſulere. cap. iuuenis. de ſponſa. idem verò Anto. de Butrio in d. capit. illo vos. facit differentiam, quando reſolutio contractus pendet à facultate venditoris procedit dict. cap. ad noſtram. & tunc ex paruitate pretij cum pacto reſolutorio de retro vendendo maximè poſt certum tempus præſumitur contractus ſimulatus. Si verò reſolutio contractus pendet à poteſtate emptoris: tunc ſi intercedat vnum de pactis ibi appoſitis, videlicet quòd fructus computentur in ſortem, præſumitur contractus ſimulatus, & ſi apponatur aliud pactum, videlicet de ſoluendo creditori vltra ſortem iudicatur contractus vſurarius, & aliâs prout ibi pleniùs per ipſum do. Cardi. Flo. in dict. capit. ad noſtram. not. quòd plus debet conſiderari quod iuſtum fuit in veritate, quàm quòd ſimulatè fuit conceptum ſeu ſcriptum, deinde tenet
9 quòd dict. capitu. ad noſtram. procedit: † quia ibi fuit reachetum poſt ſeptennium cum modicitate pretij, ad finẽ vt emptor iterum lucraretur fructus. ſed in dict. capitu. illo vos. licèt eſſet pactum de reuendendo liberum, & quòd potuiſſet ſtatim reuendi: tamen erat aliud pactum de reuendẽdo maiori pretio, ſeu de aliquid tradendo vltra ſortem: ſecus ſi pro eodem pretio: quia tunc licèt emptori eſſe ſine damno repetendo rem ante omnem fructum perceptum: & per hoc decidit quæſtionem factam in qua conſulit quando quis recepit mutuo centum & non poterat probari vſurarius, & fecit fieri inſtrumentum venditionis pretio centum, de quodam pretio valoris ducenta: deinde fecit fieri inſtrumẽtum reacheti duorum annorum ſibi reddito pretio cẽtũ quærebatur an probato maiori valore rei venditæ contractus eſſet fœneratitius ſeu pignoris. Et decidit quòd non obſtat dict. capit. illo vos. quia ibi fuit appoſitum pactum de computando fructus in ſortem, pro quo etiam allegat Cyn. in dict. l. iij. C. plus vale. quod agi. Non obſtat ſi dicatur quòd in dict. capitu. ad noſtram. poterat agi ad reſciſsionem contractus, propter deceptionem pretij: iuxt. l. ij. C. de reſcinden. vendi. quia ſecundum Gof. ibi, non erat contractus vẽditionis: ſed pignoris. prætereà ſecundum Cardina. Flori. in dict. capit. ad noſtram. non erat deceptio vltra dimidiam iuſti pretij, dum ibi dicitur vix dimidiam: an quod vix fit tamen fit. capit. ij. de cogna. ſpi. & eſt bene notandum, quòd venditio iudicatur fraudulenta: quia à principio debitor petebat mutuum: & quòd reachetum non poterat fieri ante ſeptennium, & ibi ponit plures modos præſumendi contractum pignoratitium, & plures fraudes vſurariorum in tantũ quòd opporteat debitorẽ confidere vſurario, ſicut ſacriſtę: quia non permittunt facere pactum de reuendendo per
10 inſtrumentum, & tandem circa finem, tenet quòd cõtractus ſimulatus nõ firmatur iuramẽto. per glo.
11 in d. l. iij. C. plus vale quod agi. † Nec valet renuntiatio exceptionis ſimulationis in eodem inſtrumẽto: iuxta nota. per Barto. in l. nemo. ff. de legat. j. ſecus ſi ex interuallo. l. ij. C. de his quæ vi me. cau. idẽ verò Cardi. Flor. in dict. capit. illo vos. de pigno. exponit dictionem præſertim, in fine: ſecundum aliquos pro tantùm, & tunc ex qualitate perſonæ præſumitur contractus pignoris. in glo. fina. ibi, ſed ſecundum ipſum accipitur pro maximè, & ſic ꝙ duo ſufficiant ad probandum contractum ſimulatum. Primò quãdo quis computat fructus in ſortem. Secundò quando aliquid ſoluitur vltra ſortem. & pa-
12 riter eſt alia coniectura † quando venditor remanet in poſſeſsione ſeu tenuta: vt quia reconduxit ab emptore. l. ſicut. §. ſuperuacuum. & l. voluntate primò reſpõſo. ff. quib. mod. pig. vel hypot. ſolui. & per gloſſ. in l fina. C. de remiſsio. pignoris. de quo latiùs per eudem Cardi. in dict. capit. illo vos. & cir-
13 ca finem format quæſtionem de † vſurario quando emit cum pacto de reuendendo, & non interuenit iuxtum pretium. & refert Iaco. de Arena & Cyn. in dict. l. iij. C. plus valere quod agi. tenere, quòd non probatur contractus ſimulatus: & ibi reſpondet ad dict. capit. illo vos. & ad d. ct. capit. ad noſtram. Ioan. de Imol. in dict. capit. ad noſtram. primò ex-
14 ponit illa verba, † vix dimidiam: quia poteſt accipi pro non, & ſic erat deceptio vltra dimidiam iuſti pretij: ſed non fuit intentatum remedium l. ij. C. de reſcinden. vendi. quia non expediebat: quia erat contractus pignoris propter fructus computandos. Si verò dicatur quòd illa dictio, vix: denotat veritatem: quia illud quod vix fit. l. vix certis. de iudic. tunc non habuiſſet locum remedium dict. l. ij. quia non interuenit deceptio vltra dimidiam iuſti pretij: ſed ſolùm in dimidia: iuxta nota. in capit. cum cauſa. de emptio. & vendi. & ibi poſt Petr. de
15 Anchara. declarat † coniecturas propter quas contractus venditus cũ pacto de retrò vendendo præſu

matur ſimulatus: vt quia talis emptor erat vſurarius. Item reachetum non erat liberum, quia non poterat redimere ante ſeptẽnium. Item à principio fuit petitum pecuniam mutuari: Item etiã concurrebat paruitas pretij, & ideò nimirum ſi contractus
16 ibi præſumatur ſimulatus: † & ideò ſolum pactum de reuendendo cum paruitate pretij non fecerat cõtractum ſimulatum, niſi apponeretur pactum de reuendendo poſt certum tempus, & non ante. deinde ibi refert quæſtionem in qua conſuluit Card. Flor. quando fit reachetum, pro eodem pretio, & etiam refert opinionem Cyn. in d.l.iij.C. plus vale. quem videtur ſequi Ioan. Cardi. Flor. & domi. Petrus in dict. capitu. illo vos. licèt Anto. de Butri. voluerit tenere contrarium quando concurrit paruitas pretij cum reacheto, & maximè quando fit poſt certum tempus, & idem tenet gloſ. in dict. cap. conqueſtus. de vſur. & archidiacon. in dict. capitu. plerique. xiiij. quæſtio. iij. & iſtam partem videtur tenere Ioan. de Imola. licèt per verba ſatis implicita, dum dicit, quòd rationabiliter poteſt teneri. gloſſ. in dict. cap. conqueſtus & ibi etiam format quæſtionem an ſi-
17 mulatio poſſit probari per teſtes, & † quòd pariter probatio famæ multum prodeſt, in talibus. & etiã format quæſtionem quando in contractu dicitur,
18 quòd † venditor vendit rem verè & non fictæ: quòd facit præſumi contractum magis ſuſpectum, & pariter ponit an contractus ſimulatus firmetur iuramento, & ſi poſſit renunciari exceptioni cumulationis. idem verò Ioannes de Imol. in dict. capit. illo vos. exponit dictionem, præſertim: pro tantum, tunc requiritur qualitas vſurarij: ſecus ſi exponatur pro maximè, prout in dubio præſumitur. & etiam refert opinionem Cyni in dict. l. tertia. & ibi etiam tractat de contractu reſolutorio: deinde extra gloſſ. iterum refricat opinionem Cyni in dict. l. tertia. & ibi videtur tenere, quòd duobus concurrentibus videlicet, paruitas pretij cum reacheto præſumatur contractus ſimulatus, & vſurarius: quia tunc pendet facultas reſolutionis, à poteſtate venditoris, & tunc procedit dict. capitu. ad noſtram. Si verò reſolutio pendet à poteſtate emptoris, & tunc procedit dict. capitul. illo vos. quando interuenit pactum de computandis fructibus in ſortem, vel quod aliquid detur vltra ſortem. Si verò iſto caſu ſufficiat paruitas pretij cum pacto de reſoluendo, an ſufficiat, habetur ibi per ipſum, licèt iſto caſu procedetur ſecundũ ipſam
19 opinionẽ Cyn. ſuprà relatã, † Panormitanus in d. capitu. ad noſtram. in ſecundo notabili notat argumentum, quòd pactum de retro vendendo cum modicitate pretij, facit præſumi contractum fœneratitium, licèt ſecundum ipſum ille textus ex toto hoc non probat, ſed ſe remittit ſuper gloſſ. in verbo, patet. diſtinguit certos caſus. & inter cæteros in ſecundo caſu quando interuenit pactum de retro vendendo cum modicitate pretij, an ex iſtis duobus debeat præſumi contractus fœneratitius: & iſte caſus eſt magis dubiùs, ſuper quo allegat Cynum poſt Iacobum de Arena in dict. l. iij. C. plus vale. quod agi. & tandem idem Panormita. in dict. capitu. ad noſtram. inclinat in illam partem quòd ex illis duobus videlicet ex modicitate pretij cum reacheto præſumatur contractus fœneratitius, & pro hoc allegat gloſſ. in dict. capitu. conqueſtus. de vſur. & Archidiaco. in dict. capitu. plerique. xiiij. quæſtio. iij. & Anto. de Butrio in dict. capitu. illo vos. licèt hoc expreſsè non probatur iure. Veruntamen pro hac parte allegat gloſſ. in dict. capitu. ad noſtram. ſuper verbo, patet. iuncta gloſſ. ſequenti
3 ſuper verbo, dimidiam. † quia ex modicitate pretij præſumitur qualitas contractus: ſecundum gloſſ. in l. j. ff. de ſuperfi. & dict. l. cum hij. §. nodus. ff. de tranſactio. veruntamen ſecundum ipſum non ſufficeret iniuſtitia pretij, ſed debet eſſe pretium valdè tenue duplici reſpectu. Primò quia licitum eſt
21 contrahentibus in pretio ſe decipere. † Secundo quia res vendita, valet minùs propter reachetum. l. fundi partem. ff. de contrahenda. emptio. & hoc tenet Baldus in dict. l. ij. C. de reſcindend. venditio. in octaua quæſtione, licèt ibi referat opiniones de quo ibi per eum, & per Panthaleo. Calderici in repetitione dictæ l. ij. C. de reſcinden. venditione. columna trigeſimatertia. in decimatertia fallen. & iſtam partem quòd præſumatur contractus fœneratitius ex modicitate pretij cum reacheto tenet Bartho. de Bellen. in additioni. ad Panormita. in dict. capit. ad noſtram. idem verò Panormita. in dict. capitu. conqueſtus. de vſuris, videtur tenere dict. gloſſ. ſingularem, de quo ſe remittit ad notata per eum in dict. capit. ad noſtram. & capit. illo vos. gloſſ. verò in dict. l. iij. aliàs incipit, emptione. C. plus valere quod agitur, tenet quòd quando emptio eſt facta cauſa pignoris in fraudẽ, non valet ex quo eſt ſimulata, nec tenet iuramentum. Cyn. in dict. l. emptione. in iij. quæſtione tenet, quòd ex modicitate pretij non pręſumitur contractus fœneratitius: quia licèt contrahentibus ad inuicem ſe decipere: l. in cauſæ. §. penultimo. ff. de minori. Nec obſtat l. per diuerſas. C. mandati. vbi ex paruitate pretij ceſſio præſumitur ſimulata: quia loquitur in diuerſo caſu, cùm teneat ceſſio pro concurrenti quantitate, & deductis expenſis &c. Quinimò idem Cyn. in dict. l. emptione. tenet in quarta quæſtione poſt Iacobum de Are. quid etiam ſi tria concurrerent videlicet, quòd emptor eſſet vſurarius cum modicitate pretij & pacto de retro vendendo non iudicaretur contractus vſurarius. & ibi reſpondet ad dict. capitul. ad noſtram. de emptione & venditione, & ad dict. capitul. illo vos. de pignoribus, Baldus verò in dict. l. emptione. tenet poſt Oddo. quòd quando cauſa originalis fuit cauſa mutui, tunc cõmuni pacto de retro vendendo præſumitur contractus fœneratitius: ſi verò non conſtaret de originali mutuo, tunc ex tali pacto de retro vendendo pro eodem pretio non præſumeretur contractus fœ-
22 neratitius, licèt emptor eſſet vſurarius, † quia vſurarij ſæpè faciunt bonos contractus. & ita intelligitur opinio Iacobi de Arena. & Cynus in dicta l. emptione. & licèt in contractu eſſent appoſita iſta verba verè vendidit, & non in fraudem vſurarum. ex iſtis verbis inſtrumentum non eſſet magis ſo

magis ſuſpectum, nec minus allegat gloſſ. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condi. inſti. & idem Bal

23 dus in dicta l. emptione. etiam tenet † quòd contractus ſimulatus non firmatur iuramento: ſecus ſi eſſet factus in fraudē vſurarum: quia tūc ſecundum Oddo. ſtandum eſt iuramento donec relaxaretur per Epiſcopum, niſi perſonæ eſſent mutatæ morte: quia tunc ſpirituale vinculum iuramenti morte ſopitum eſt. capitu. veritatis. de iure iurand. idem verò Baldus in capit. primo, de feudo dato inuicem de emphyteu. tenet quòd quando fit pactum legis commiſſoriæ ex interuallo, quòd tale pactum valet ad excipiendum. l. Titius. ff. de pignoribus l: ſecundum Bartolum in l. Callipodius. aliàs incipit, quamuis. ff. de ſolutio. & idem Baldus in dict. capit. j. de feudo dato, format quęſtionem de fœneratore, qui emit domum cum pacto de retro vendendo poſt quinquennium, an præſumatur talis contractus fœneratitius de quo ibi per Epiſcopum, quia obſcure loquitur. Albericus verò dicta l. emptione. format quæſtionem, an ex paruitate pretij præſumatur pignus, & ibi tenet quòd non. ex hoc ſolo non probaretur contractus fœneratitius, niſi eſſent aliæ coniecturæ: vt quia eſſet modicitas pretij cum pacto de retro vendendo, & maximè quando actor eſſet vſurarius, & ibi tenet contra Iacobū de Arena: quinimò tenet quòd quando res vendita eſt maioris pretij cum pacto de retro vendendo præſumitur contractus pignoratitius, de quo latiùs per ipſum. Angelus verò in dicta l. emptione. tenet quòd ſicuti contractus eſt ſimulatus, ita eſt iuramentum, nec eſt opus diſpenſatione, licèt eſſet cautum petere. idem Angelus in l. ij. C. de pactis inter empto. & vendito. apposi. tenet quòd tale pactum de reuendendo in foro iudiciali tenet: ſecus in foro conſcientiæ, quando recipiens inſtrumentum in mente non gerebat emere: ſed pignus accipere, quia in tali foro conſcientiæ mens iudicat, & ideò quis debet eſſe cautus, vt quis in mente à principio intendat emere, & non recipere pignus: Salycetus verò in dicta l. emptione. refert opinionem Oddo. quando creditor dixit ſe paratum mutuare, ſed volebat fieri venditionem certi

24 prædij pro eodem pretio. † Nam talis contractus iudicatur fœneratitius: quia originalis cauſa fuit mutui: ſecus ſi non fuiſſet factus ſermo de mutuo: quia tunc ex ſolo pacto de reuendendo, etiam ſi res plus valeret, non iudicatur contractus vſurarius, etiam ſi emptor eſſet vſurarius: quia vſurarii non perhibentur inire veros contractus. Nec obſtant dicta capitul. ad noſtram. & capitul. illo vos. quia ibi erant alia adiuncta adminicula ad viam aperiendam præſumtioni vſurariorum, & ſic tenet opio. Iacobi de Arenà & Cyn. ſuprà relatis. in dict. l. emptione. & quando in inſtrumento dicitur rem verè vendidit & tradidit, & non ſimulatè: nec in fraudem vſurarum, quòd contractus propter illa verba ideò minus imò magis redderetur ſuſpectus. per gloſſam in dicta l. ſi quis ſub conditione. ff. de conditionib. inſtitutionum. Paulus de Caſtro in l. ſecunda. C. de pactis inter emptorem & venditorem appoſitis. videtur tenere quòd quando venditio eſſet facta pro multo minori pretio quàm valeret cùm pacto de retro vendendo, quòd præſumatur contractus pignoris: aliàs ſecus. ſed idem Paulus de Caſtro in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum petatur, videtur tenere, quod iſto caſu non præſumatur contractus ſimulatus in fraudem vſurarum, niſi emptor fuiſſet conſuetus fœnerari, licèt gloſſa in dicto. §. ſi tibi. teneat, quòd non debeat attendi an quis conſueuerit fœnerari, niſi in contractu mutui, & non in alijs contractibus, & ſic quod in dubio non debeat præſumi contractus vſurarius: ſecundum Bald. & Iaſo. ibi per l. qui retentionem. C. de vſuris. Cardinalis Florenti. in clementina j. §. finali de vſuris in decimaoctaua quæſtione tenet, quòd ex ſolo pacto de retro vendendo cùm modico pretio non præſumatur contractus ſimulatus, etiam in foro conſcientiæ, de quo ibi per ipſum Romanum conſilio trecenteſimoquarto videtur tenere, quòd ex ſola paucitate pretij non argueretur contractus ſimulatus, niſi eſſet vilißimum pretium in gradu ſuperlatiuo: puta quia venderetur res communis valoris mille pro centum, & pro hoc allegat textum in capitul. j. §. donare. verſic. quis enim quali. olim. feudum alienare poſſ. ſecus ſi paucitas

25 pretij † eſſet infrà dimidiam iuſti pretij: quia tunc non eſſet contractus ſimulatus, & pariter requirerentur aliæ coniecturæ de quibus ibi per ipſum Archidiaconum in dicto capitulo pleriquè. decimaquarta quæſtione tertia, videtur ſentire, quòd ex ſola modicitate pretij, cum reacheto non probetur contractus pignoris, dum allegat Rayneriū tenere, quòd requiruntur aliæ coniecturæ, videlicet quod modicum eſt pretium reſpectu valoris rei. item ex eo quod aliquid ſoluitur vltra ſortem receptam. item ex eo quod emptor conſueuit exercere vſuras, & hæc probantur in dicto capitul. ad noſtram. de emptione & venditione. & dicto capitul. illo vos. de pignoribus, ſecundum Rayneri. de Penna forti. Alexander de Imola conſilio vigeſimooctauo in quinto volumine videtur tenere, ꝙ ex ſola modicitate pretij cum reacheto non præſumatur contractus pignoris per plura iura & authoritates ibi allegatas. Nec obſtat l. per diuerſas. & l. ab Anaſtaſio. C. mandati, vbi ceſsio actionis præſumitur ſimulata ex paruitate pretij, vel quando eſt partim donata, & partim vendita: quia eſt ſpeciale in odium redemptorum litium, ſecundum Balduin in l. ij. C. de reſcindenda venditione, & in l. ſi quis cùm aliter. ff.

26 de verborum obligationibus. † prætereà quando fit reachetum ex interuallo: tunc non inducit ſimulationem, quia opportet quod fiat in principio ſeu incontinenti. l. quarta. §. ſi ab ignoto. de manumiſſ. vindicta: ſecundum Baldū in l. fina. C. ſi ſeruus exte. ſe emi mandauerit in decima quæſt: iuxta notata per Iacobum Butrigarium in l. pacta nouiſsima. C. de pactis. facit l. cùm in plures. §. loca-

tor. ff. locati. & pro hoc facit l. doli mali exceptio. verſi. idemque. ff. de noua. & quòd habetur per Bartol. & cæteros in l. nemo poteſt. ff. de legat. j. vbi fit differentia quando fit renuntiatio ſimulationis in eodem inſtrumento & incótinenti, vel ex interuallo. & in l. ſi ex cautione. C. de non nume ra. pecu. & idem in pacto legis commiſſoriæ, quando fit ex interuallo, quòd valet ſaltem ad excipiendum. l. ſi Titius. ff. de pignor. actio. ſecundú Barto in l. quãuis. alias incipit Calipodius. ff. de ſolu.

27 † Veruntamen quando fieret contractus venditionis ad partem & inſtrumenti reachetú ſeparatim incontinenti eſſet eiuſdem effectus, licèt fierent duo inſtrumenta ex quo fuit factum incontinenti: & coram eiſdem teſtibus: iuxta nota. per Bald. in l. in his. §. mulier. ff. ſolu. matrimo. & in l. legem. C. de pact. & in authét. ſi quis in aliquo documéto. C. de vſur. licèt in pacto ſolutorio requiratur, quòd fiat tempore cótractus, vt habeat effectum: ſecus ſi poſt: ſecundum glo. ſingula. in l. ab emptione. ſuper verbo, cogaris. ff. de pact. ſecundum Alexan. in l. qui abſenti. §. j. ff. de acquiren. poſſeſ: vide etiam Alexand. in dict. conſil. xxviij. in v. volumi. qui tractat plenè de intellectu l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus modis pig. vel hythe. ſolui. quando véditor reperitur poſsidere ſi præſumatur contractus ſimulatus. Prætereà etiam tractat Alexan. in dict. conſi. xxviij. in v. volumi. quando in contractu venditionis vel reacheti apponuntur clauſulæ inſolitæ, ſi per hoc præſumatur contractus ſimulatus, de quo ibi vide per ipſum etiam quãdo reachetum fit ex interuallo adhibetur nouus cóſenſus adeò vt purgetur præcedens ſimulatio, ſi qua eſſet. l. penulti. ff. de condi. ob turb. cauſ. l. ij. C. de his quę vi. & ita ſentit Roma. in dict. conſ. ccciiij. in fin. Cœpo. in tractat de contracti. emptionum, & locationum, in principio in iij. colú. quando fiunt duo inſtruméta, vnum venditionis & aliud reacheti ad partem, & quòd talis contractus reacheti eſt licitus etiam de iure diuino, vt Leui. xx. licèt quando reachetum fieret ex interuallo cum iuramento magis valeret: ſecundum ipſum in dict. tractatu. in vij. præſump. per iura ſuprà allegat. & de hac materia etiam latiùs tractat in dict. tractatu. in vj. caſu principali, vbi tractat iſtam quæſtio. an ex modicitate pretij, cum reacheto præſumatur contractus pignoris, & arguit ad ambas partes & ibi tenet,

28 † quòd communiter requiruntur tres coniecturæ, videlicet modicitas pretij, reachetum & quòd conſueuerit fœnerari. & ſuper hoc allegat Lauren. de Rodulphis in tractatu vſurarum: quia requiritur quòd cóſueuerit fœnerari, vel ſimiles contractus inire & etiam tractat in iij. caſu in ſecunda præſumptione. & ibi reſpondet ad glo. in dict. capitu. conqueſtus. de vſur. dum ibi dicitur, & præcipuè, ſi emptor conſueuerit exercere officium: quia illa dictio, præcipuè, habundat. & ſic de neceſsitate requiritur illa coniectura. & ibi etiam tractat

29 † quando deceptio non contingit dimidiam iuſti pretij, tunc licitus eſt contractus.

30 † quia licitum eſt contrahentibus naturaliter ſe in pretio circóuenire. l. in cauſę. §. Póponius. ff. de mino. l. item ſi in pretio. §. quemadmodum ff. loca. etiam de iure canonico: ſecundum gloſſ. in cap. cùm dilecti. de empt. & vendi. & in ca. cum cauſa. in fin. de teſti. etiam in foro conſcientię: ſecundum Panormi. ibi, quando non interuenit dolus partis, & deceptio non eſt vltra dimidiam iuſti pretij, ſed citra dimidiam iuſti pretij: quia tũc non datur aliquod remedium, licèt ſecundum Bald. ibi, quando interuenit deceptio in pretio etiam citra dimidiam iuſti pretij, non conuenit bono viro: ſecundum gloſſ. in l. ſemper in conuentionibus ff. de regu. iur. & ſic in foro conſcientię non cõuenit bono viro decipere, & ita tenet Anto. de Butr. in ca. in ciuitate. de vſur. & ibi per Ioan. de Anan. qui refert feciſſe retractari quẽdam contractum factum cum Epiſcopo: quia confitebatur, quòd erat bonus vir: & per Iaſo. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. de quo habetur latè per Cœpo. in dict. tracta. in ſecunda præſumptione, & per Panthaleum in repetitione dict. l. ij. C. de reſcin. védit. col. xl. & ſequenti. & col. xliij.

31 Nec obſtat ſi dicatur, † quòd tantum valet res, quantum vendi poteſt. l. ſi ſeruus. la ij. & ibi gloſſ. ſuper verbo, inuenerit. ff. de condi. furti. quia ad iſtud reſpondetur ſecundum Bartol. ibi quòd iſtud intelligitur quando venditur homini ſcienti conditionem rei venditæ. l. mortis cauſa. § fi. ff. de donatio. cauſa mortis. & ibi gloſſ. item etiam intelligitur quantum vendi poteſt communiter in loco publico, & pluribus diebus & non de vno momento. l. pretia rerum. §. fina. ff. ad leg. falcid. item intelligitur quando tractatur de æſtimatione rerum mobilium, aliàs vbi tractaretur de æſtimatione rerum immobilium debet fieri æſtimatio: ſecundum gloſ. in dict. l. ij. C. de reſcin. vendi. ſecundum Bartol. in dict. l. ſi ſeruus. la ij. ff. de condi. furti.

32 † & etiam debet probari communis valor: de tempore contractus. l. ſi voluntate. C. de reſcind. vendi. de quo habetur latè per Cœpol. in dicta ſecunda præſumptione, & per Pantha. in dict. l. ij. C. de reſcin. védit. col. lxvj. & ſequentibus Alexander de Imol. in materia reacheti an tranſeat contra ſingularem poſſeſſorem loquitur conſil. x. in j. volumi. & videtur tenere quòd non, & etiam dominus Franciſ. de Curte conſil. xij. & ibi quando verba reacheti ſunt reſolutiua. Ioã. And. de Anan. conſ. lviij. tenet quòd in contractu debet potiùs attendi mens & ſenſus quàm verba. l. ſed Celſus. §. in emptis. ff. de contra. emptio. l. etiam. ff. de iure dot. & ibi Ioan. Andr. de Anan. ponit plures coniecturas ad probandum, quòd contractus ſit ſimulatus, vti quando eſt vilitas pretij cum reacheto, & præſertim quando reachetum eſt factum ad tempus etiam ſi non ſit conſuetus fœnerari, prætereà etiam quãdo venditor remanet in poſſeſsione & ex certis alijs coniecturis ibi declaratis, & ibi Ludo. Bologni. in additione qui pro hoc alleg. Hoſti. in ſumma de vſu. §. qualiter. ver. & breuiter. & ibi etiam declarat coniecturas propter quas cótractus præſumitur ſimulatus. & etiam Io. de Anania conſi. lxxxviij. tractat etiam an ſit licitum contrahentibus ſe decipere in pretio citra dimidium iuſti pretij. & dicendum eſt quod ſic: ſecus in menſura. cap. per tuas. de probati. & ibi per Lodoi. in addi. & de materia cótractus pignoris ſimulati etiam habetur per dominum Laurétium Olcaney dict. conſil. lxxxiij. collumn. clxvj. & conſil. lxxxiij. coll. clxviij.

ARGVMENTVM.

Valor rei quomodò probetur.

SVMMARIVM.

1 *Pretia rerum non ſingulorum affectibus conſtituuntur. & nume. 37.*
2 *Res immobilis quando æſtimanda ſit quæ conſiderãda ſunt. & nu. 8. & 18.*
3 *Rei mobilis pretium ex foro publico deſumendum eſt.*
4 *Rei ualor ſi teſtibus probetur, quòd teſtibus de affirmatiua deponentibus credendum ſit, non de negatiua deponentibus & nu. 14.*
5 *Intereſſe qualiter probetur.*
6 *Intereſſe triplex.*
7 *Intereſſe quomodò probandum ſit. & nu. 32. & 44.*
8 *Rei ualor quomodò & unde probetur. & nu. 10. 11. 12. & 18. & per totum.*
9 *Expenſæ an per iuramentum illius, qui eas fecit, probari poßint.*
11 *Teſtis de rei ualore deponens, qui dicit quòd tantùm daret an illius teſtimonium ualeat, ul ſingularis ſit.*
12 *Rei ualor ut probetur quandoquè in rem præſentem deſcẽditur.*
Practica in re immobili probanda optima.
13 *Res qui fructum non ferunt quòd tantùm æſtimantur, quantùm uendi poſſunt.*
15 *Teſtes qui interrogati ſuper rei ualore minus æſtimarunt quàm iuſtus ualor eſſet, quòd nihilominus ſuper uero ualore adhuc interrogari poſſunt.*
16 *Articuli quomodò fiendi quando rei ualor probandus ſit.*
17 *Res tantùm ualet quantùm uendi poteſt, quomodò intelligatur.*
18 *Teſtes deponentes ſuper ualore rei quòd in dubio de communi pretio depoſuiſſe præſumendum ſit.*
19 *Partes contendentes ſuper rei æſtimatione ſi de æſtimatoribus eligendis conuenire non poßint quid agendum.*
20 *Teſtes de his quæ non uiderunt teſtificari rectè non poſſe regulare.*
31 *Dict. plus, indeterminatæ eſt ſignificationis.*
22 *Pretium an inſtrumentis probari poßit. & nu. 25.*
23 *Rerum immobilium æſtimatio quòd probè per uicinos fieri poteſt.*
24 *Teſtes ubi deponunt de minori uel maiori ſumma quòd iudicis arbitrio ſtandum ſit.*
26 *Teſtis deponens per dictionem plus, an probet.*
27 *In maiori quantitate an minor inſit. & nu. 53. & 55.*
28 *Teſtis deponens quòd res uno anno antequam uenderetur ualebat centum. an ob hoc præſumatur, quòd hodie tantùm ualeat.*
29 *Remedio l. ij. de reſcindend. uendi. C. locus non eſt, quando plus datur quàm res ualeat.*
30 *Quid in pacto redimendi, & deceptio ultra dimidiam interuenit.*
31 *Quid ſi cum eccleſia contractum ſit, an locus ſit remedio. l. ij. de reſcindend. uendi. C.*
33 *Rei immobilis ualor contractus tempore quomodò probetur.*
34 *Quid de re mobili.*
35 *Remedium l. ij. C. de reſcindend. uendion. an locus ſit in re ſubhaſtata*
36 *Articuli dandi ſunt de tempore uenditionis ſuper rei ualore. & nu. 40.*
38 *Valor rei etiam per uenditiones factas in loco & eodẽ tempore, probatur.*
39 *Iudex an ex officio æſtimatores committere poßit.*
41 *Rei ualor etiam libro æſtimi authoritate publica facto, probatur.*
42 *Negatiua coarctata loco, tẽpore, rebus uel perſonis quòd probari poßit.*
43 *Iudex an ex officio de rei ualore ſe informare poßit.*
45 *Teſtes ſui teſtimonij cauſam reddere etiam non interrogati tenentur.*
46 *Teſtes deponentes de diuerſis quantitatibus, an conteſtes dicantur.*
47 *Teſtes deponentes de cẽtum, an per dictionem taxatiuam tantùm deponere uideantur.*
48 *Valor rei immobilis probandi modi uarij.*
49 *Teſtibus deponentibus per uerb. credit, an ſit credendum.*
50 *In teſtibus an in maiori quantitate, minor inſit.*
51 *Teſtibus affirmantibus de maiori ſumma an potiùs ſit credendum quàm teſtibus denegantibus de minori ſumma & non plus.*
52 *Teſtes deponentes de actu mutui unus dicit decẽ alter quinque non probant.*
54 *AEſtimatio rei quomodò fienda ſit ſecundum Alexan.*
56 *Poſitio quæ partim falſa eſt partim uerò uera an in totum negari poßit.*
57 *Teſtes deponentes uariè de poſſeßionis tempore an ſingulares ſint. & nu. ſeq.*

Quæſtio CCCCLXXXV.

QVAERITVR de modo probandi valorem ſeu æſtimationem alicuius rei immobilis
vel mobilis: & ſi poſsit probari per inſtrumenta, &
ſuper teſtes, & ſi debeant ſe referre ad communem
valorem, & quid iuris quando teſtes deponunt de
diuerſa ſumma, vti quia aliqui teſtes deponunt de
minori ſumma, & aliqui de maiori ſumma: & an in
maiori ineſt minor in teſtibus, & ſi debeãt ſe referre ad tempus contractus ante vel poſt, & ſi poſsint
deputari æſtimotores per partes vel iudicem. Et in
effectu quia iſta materia æſtimationis alicuius rei
eſt difficilima & inuoluta: ideò referam opiniones.
Nam ſecundum glo. in dict. l. ij. C. de reſcind. ven-
1 ditio. † Pretia rerum non conſtituuntur ex affectio
ne ſingulorum. l. in lege falci. §. fina. & l. pretia rerum. §. fina. ff. ad legem falcidiam. & l. ſi ſeruus. ff.
2 ad legem Aquil. & † deberent inſpici venditiones
locorum circonuicinorum, qualitas rei, & quantitas fructuum. l. ſi quos. C. de reſcinden. vendi. & per
alia iura in dict. l. ij. allegata, & debet inſpici tempus contractus. l. non intelligitur. §. diui. ff. de iure
fiſci. l. ſi voluntate. in fin. C. de reſcindenda vendit.
& hoc verum in rebus immobilibus. Sed in rebus
mobilibus pretium ſemper eſt certum: ſecundum
3 glo. in dict. l. ij. † quia debet attendi pretium quod
eſt in foro publico. l. ſeptẽ diebus. C. de eroga. mil.
annon. lib. xij. vnde ſecundum Bartol. ibi ſi frumentum, bladum aut alia res mobilis plus vel minus vẽ
datur extra mercatum ſeu forum publicum nõ debet attendi niſi pretium quod habetur in foro publico. & ibi etiam ſequitur Ioan. de Plate. Glo. verò in l. diem proferre. §. ſi plures. verſicu. inde quæritur. ff. de arbit. tenet in teſtibus quòd ſi vnus teſtis
deponat, quòd res valet centum & non plus, duo
4 dicunt quòd valet ducentum, † ſtabitur duobus aſ
ſerentibus affirmatiuam, magis quàm decem negã
tibus, licèt ſit ſecus in arbitris. gloſſ. verò in dict. l.
in leg. e falcidi. § fi. tenet quòd debet attendi ſecun
dum tempus preteritum contractus ſecundum com

mune pretium licèt interdū attendatur ratione ſanguinis, vel vtilitatis, vel ratione confinium, & in dict. l. pretia rerum. §. ſi. tenet quòd debet fieri articulus de loco de tempore, & de tempore vbertatis vel cariſtiæ, ſi diu durauerit: ſecus ſi parum. Glo. verò in §. non ſolùm. inſtitu. de verb. oblig. ſuper verbo, probare. tenet † quòd intereſſe debet probari
5 per teſtes niſi petatur ex dolo alterius: tunc per ſolū ſacramētum. l. ſemper. §. in hoc interd. cto. ff. quod vi aut clàm. & l. ſi quando. C. vnde vi. cap. fi. de his quę vi met. & de hoc etiam habetur per glo. in l. fi. ff. de pacto. ſtipu. gloſſ. verò in l. j. C. de ſentent. quę
6 pro eo quod inter. ſuper verbo dupli. † tenet quòd eſt triplex intereſſe: videlicèt conuentū, commune
7 & ſingulare. Et pariter ſuper verb. ſubtilitatis, † tenet quod poteſt fieri probatio intereſſe per teſtes vel per inſtrumenta, & quòd teſtes debent deponere quod tantùm cuiuſlibet regulariter intereſſet, ſi quis haberet rem notam: non autem debet deponere quòd tantū ſua intereſſet. Glo. in cap. cùm cau-
8 ſam. de teſtib. tenet ꝙ † valor rei probetur ex qualitate rei & quantitate redditutim. l. ſingulos. C. de reſcinden. vendi. vel etiam æſtimatur ſecundum ꝙ vendi poteſt. & per alia iura ibi allegata. Glo. verò
9 in cap. dilecti. de foro competen. † tenet quòd expenſę probabuntur per iuramentum illius qui eas fecit: iuxt. l. ſanſi. cum ibi nota. damna verò & intereſſe probantur per teſtes, licèt ſit ſecurus à principio adijcere certam ſummam propter difficultatem probandi. dict. l. fina. ff. de pacto. ſtipula. & d. §. non ſolùm. inſtitu. de verbo. oblig. Cyn. in dict. l. ij.
10 C. de reſcin. vendi. in xiiij. q. tractat † de modo probandi veram æſtimationem rei ex vicinitate locorum & rei conditione. idem verò Cyn. in dict. l. j. C. de ſenten quæ pro eo. tractat de hac materia in v. quæſtio. & ibi diſtinguit quando actio deſcendit ex re ciuili, & interdum poteſt probari per iuramentum in litem, interdum deſcēdit ex delicto, & tunc poteſt probari per iuramentum dict. l. ſi quando. C. vnde vi. interdum agitur de æſtimatione rei extentis vel non extentis, & ibi etiam diſtinguit intereſſe ſingularę ſeu affectionis & intereſſe commune, & quando non poteſt liquidè probari: tunc poteſt probari per argumenta & coniecturas. l. non omnis. §. à barbaris. ff. de re mili. & iudex debet ex officio æſtimare, & ad certam quantitatem reducere per ſe aut expertos in arte l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund. nupt. Ioan. Fabr. in dict. l. vnic. C. de ſenten. quæ pro eo. circa finem. tenet quādo intereſſe venit ex delicto, quòd tunc poteſt probari per teſtes. de quo ibi latiùs per ipſum Bartol. in dict. l. ij. C. de reſcindend. vendi. circa finem videtur tene-
11 re, quòd † non valeret teſtimonium teſtis de cauſa ſcientiæ, quando diceret: quia tātundē daret: quia quilibet teſtis eſſet ſingularis: quia oportet quòd deponat de communi pretio, & quòd vēditor remaneat deceptus vltra dimidiam iuſti pretij ſeu communis: ſi tamen teſtes aderent ſuæ depoſitioni ꝙ tantundem dediſſent pro communi æſtimatione, quòd ſufficeret: quia teſtificantur circa idem, & videntur cōteſtes. Poſſet etiam probari æſtimatio, ꝙ inſpiciantur venditiones factæ in illo loco, & in illis contracta, & quantitates fructuum & qualita-
12 tes rei. poſſet etiam fieri alia practica † quòd iudex accederet ſuper loco & inſpiceret, vel mitteret duos bonos probos æſtimatores, qui inueſtigarēt & referrent, & ideò debent mitti periti in arte, & quando teſtes deponerent quòd tunc temporis, ante & poſt viderunt quāpluſimos homines volentes eam emere pro tāto pretio cōmuni æſtimatione: & vbi non reperirentur teſtes, debent fieri articuli: ſecundum quod ibi declarat: & hoc in rebus immobilibus: ſed in rebus mobilibus quę conſiſtunt in numero, pondere & menſura qualiter probetur ſe remittit ad nota. in dict. l. pretia rerum. §. non nunquam. ff ad legem falcid. ſi verò agatur in alijs re-
13 bus mobilibus. † vt in libro & ſimilibus quę non portant fructum: tunc æſtimantur res quātum vendi poſſunt. l. ſi ſeruus. ff. de condict. furti. idem verò Bartol. in dict. l. j. C. de ſenten. quæ pro eo. circa fin. tractat de modo probandi intereſſe, de quo ibi per ipſum idem Bar. in dict. l. diem proferre. §. ſi plures. poſt glo. ff. de arbit. vbi glo. format quęſtionem an ſtetur plus teſtibus deponentibus de minori quantitate, an verò ſtetur teſtibus deponentibus de ma-
14 iori quantitate, & licèt gloſſ. teneat † ꝙ ſtetur plus duobus affirmantibus: tamen ibi diſtinguit quando teſtis deponit de actu de quo non habet cognitionem: vt quia dicit ſe neſcire, & iſto caſu plus creditur duobus affirmantibus: ſi verò teſtis interrogatus deponit non ſolùm ſe neſcire: imò deponit ꝙ hoc non eſt, tunc recurrendum eſt ad l. ob carmen. §. fina. ff. de teſtib. idem Bart. in l. cùm furti. ff. de in litem iuran. tenet quòd licèt quis ſciret quòd res valet centum: ſi tamen valeat plus, non tamen incur-
15 rit periurium. & ideò infert, † quòd ſi teſtes fuerūt ſemel examinati ſuper articulo quòd res valet centum, & poſt publicationem teſtium fieret articulus quòd valet centum quinquaginta, quòd teſtis poſſit adhuc examinari, quia iſti articuli non ſunt contrarij, licèt ſint diuerſi. cap. cùm cauſa. de teſtib. & pariter idem Barto. in dict. l. cui furti. format quæſtionem quando teſtis vidit poſſediſſe decem annis & plus, quòd talis adiectio plus, nil operatur: quia eſt incerta. de quo ſe remittit ad gl. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cau. maio. & per Gulielm. de Cune. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cauti. idem Bartol. in l. fin. §. qui indiuiſam. ff. de lega. ſecund. circa finem. format queſtionem quādo teſtes dicūt valere rem centum, quòd intelligatur dictio tantùm: ſecundum glo. ibi, & ideò ſi alij teſtes deponant rem valere centum quinquaginta, quòd iſti teſtes videntur contrarij, licèt ſecundum Barto. ibi in contrarium faciat dict. l. cùm furti. idem Barto. in dict. l. pretia rerum. §. non nullam. ff. ad leg. falci. diſtinguit ſuper æſtimatione vnius fundi aut alte-
16 rius rei immobilis ex qua fructus percipitur: † quia debet fieri articulus tanti redditus, & tanti valoris communis, & tantùm communiter venderetur: ſi verò tractatur de re ex qua fructus non percipitur, vt de ſpecie, videlicèt de libro vel Cipho: & tūc debet fieri articulus quòd tantùm vendidiſſet, & de loco vt de tēpore, & quādo agitur de frumento, & alijs victualibus partium in foro publico. Idem Barto. in l. ſi quidem. C. de tranſa. tenet quòd quando creditor dat quitātiam debitori de aliqua ſumma non ſibi preiudicat, ſi debitor tenebatur in maiori quantitate, niſi eſſet appoſita dictio taxatiua.

allegat

allegat notata in l. ſi cùm dos. in princi. ff. rer. amo.
& per glo. & doct. in l. rationes. C. de proba. idem
verò Bartol. in l. ſi ſeruus. la ij. de condic. furt. tract.
17 de illo articulo, † tantùm res valet quantùm vendi
poteſt. quod intelligit homini ſcienti conditionem
rei, & quantùm vendi poteſt communiter, & in lo-
co publico, pluribus perſonis, & pluribus diebus,
non vna die, non vno momento. & hoc quãdo tra-
ctatur de æſtimatione rerum mobilium: ſi verò tra-
ctetur de æſtimatione rei immobilis, ſe remittit ad
nota. per glo. & doctor. in dict. l. ij. C. de reſcinden.
venditi. Bald. verò in dict. l. ij. C. de reſcind. venditi.
verb. poteſt. verſicu. vidimus quæ pertinent. vbi tra
ctat qualiter debeat probari æſtimatio rerum poſt
glo. dicit quòd quando ſunt res immobiles: vt fun-
di, domus, vel etiam mobiles: vt libri, equi, & ſimi-
lia. poſt Nico. de Mat. quòd ſi teſtes dicunt, quòd
tantùm potuit de illa re habere, vel quòd ipſi teſtes
tantùm darent, ſi appareat de aliqua affectione di-
ctorũ teſtium de illa re, puta, quia fuit ſuorum ma-
iorum, vel habent ibi vicina prædia vel ſimilia: tũc
tale teſtimonium non probat: ſi verò non apparet
de aliqua ſingulari affectione ſatis putat, quòd ta
18 le teſtimonium probat: † quia in dubio præſumen
dum eſt, quòd depoſuerunt de communi pretio. l. ſi
pactum. ff. de probatio. poteſt etiam probari pretiũ
per quantitatem fructuum & pariter iudex ex offi-
cio ſuo poteſt æſtimare, & ſi vult quòd eligantur
æſtimatores qui habeãt iurare. l. hac edictali. §. his il
19 lud. C. de ſecund. nup. † & ſi partes non cõcordant
in eligendo, iudex poteſt eligere: & vbi æſtimato-
res diſcordarent, debet eligi tertius. l. item ſi vnus. §.
penul. ff. de arbi. debent tamen teſtes & arbitrato-
res ſe referre ad tempus cõtractus. l. ſi voluntate. in
fi. C. de reſcin. vend. l. ſi fundum. ff. de noua. & ideò
ſi facies rei eſſet mutata: puta, quia olim erat terre-
num ſeu terra culta, nunc verò ſunt vites, ſeu vineę:
vel vbi olim erat incultum, nunc verò cultum, vel
ècontrà non procederet tunc teſtificatio æſtimato-
20 rum: † quia quòd oculus non vidit, teſtificari non
poteſt: &c. & ibi etiam tractat quando res eſt vendi
ta pro decem, & teſtes dicunt ꝙ tempore cõtractus
21 valebat quindecim & plus, † quòd illa dictio plus,
eſt indeterminata & incerta: & ideò non probat: ſe
cus ſi teſtes dicerẽt, quòd res valet xvj. & plus: quia
22 tunc probaret. & ibi etiam tractat, † ꝙ per inſtru-
menta põt probari precium loquendo de probatio
ne coniecturali: ſecus quòad probationem plenam
& ſubſtantialem, niſi æſtimatio eſſet facta publica
authoritate: in libro æſtimi communis de quo ibi
23 plenius per ipſum. & vlterius tenet, † quòd æſtima
tio rerum immobiliũ meliùs probatur per vicinos,
quàm alios: quia præſumũtur ſcire. l. j. ff. de flumi. l.
ſi vicinus. C de nup. Et licèt teſtes regulariter ſuper
pretio rei debeant probare de tempore contractus:
tamẽ ſi deponunt per vnum annum ante probant,
præſumitur: ſecundum Ia. de R a. quia non præſumi
tur in tam breui tempore deterioratio rei in pretio
niſi aliud probaretur per guerras, vel aliàs hominũ
paſſiones. & vlterius ibi format quęſtionem quan
do aliqui teſtes deponunt de minori ſumma, & ali-
24 qui de maiori, † quòd plus creditur illis teſtibus
in quibus non cadit aliqua affectio, & iſtud relin-
quitur arbitrio iudicis, & vbi non appareret de ali
qua affectione dictorum teſtium hinc inde, tũc ſta-
retur magis teſtibus affirmantibus cęteris paribus
quàm negantibus. l. diem proferre. §. ſi plures. & ibi
glo. ff. de arbi. idem verò Bald. in dict. l. j. C. de ſen-
ten. quę pro eo. verſi. reſtat quęrere quomodò pro-
betur intereſſe per teſtes. & ibi tenet quòd teſtes nõ
debent eſſe ſingulares, ſed conteſtes: vt quia depo-
nunt ſecundum eorum peritiam. & ibi etiam tenet,
25 quòd † per inſtrumẽta venditionum probatur pręſens rei valor, quando ſunt de proximo. idem verò
Bald. in dict. l. diem proferre. § ſi plures. ff. de arbit.
facit differentiam quando teſtes deponunt per ne-
gatiuam in qua cadit cognitio iudicij peritię artis,
quòd tunc probant, & aliàs prout ibi pleniùs per
ipſum. Idem verò Bald. in l. cùm furti. ff. de in litem
26 iuran. tenet, † ꝙ quando teſtis deponit per iſtam
dictionem plus, quòd non probat. idem verò Bald.
in l. ex facto. §. item quęro. ff. de vulga. & pupil. te-
27 net † quòd interdum in maiori tempore non ineſt
minus. & idem in quantitatibus quando veniunt
diſtrictiuè Albe. in dict. l. ij. C. de reſcindend. ven-
ditio. qualiter probetur deceptio pretij & ibi for-
28 mat quęſtionem † quando probatum eſt rem va-
luiſſe centum per annum ante venditionem, an va
leat tale teſtimonium. & videretur dicendum ꝙ ſic
per authẽt. ſed quamnis. C. de rei vxor. action. quia
non præſumitur deterioratio rei, niſi probetur. &
hoc ibi tenet Cyn. Sed in contrarium tenet Alexã.
in dict. l. ij. quia debet probari de tempore contra-
29 ctus. & pariter ibi tenet † quando emptor dat plus
valens, ꝙ tunc non habet locum remedium dictę l.
ij. quia res bene poteſt vendi pro parte, & pro par-
te nõ: licèt ſecus in receptiõe, licèt Cyn. videatur te
nere contrarium, & ibi etiam tenet Idem Alber. ꝙ
30 quamuis † in cõtractu venditionis interueniat re a
chetum, & ſit deceptio vltra dimidiam iuſti pretij:
31 tamen habebit locum, & ibi etiam tractat † quan-
do quis cõtrahit cum eccleſia an habeat locum re-
medium dict. l. ij. & allegat glo. in cap. hoc ius por-
rectum. x. quęſtion. ij. quando quis contrahit cum
eccleſia nõ debet eſſe deceptio. de quo ibi latiùs per
ipſum. Idem verò Albe. in dict. l. j. C. de ſenten. quę
32 pro eo. verſicu. ſequitur videre qualiter † intereſſe
probetur ſiue per iuramentum in litem ſiue per te-
ſtes, quando probatur de intereſſe rei extantis, &
tunc probatur per teſtes idem de æſtimatione rei
peremptę quando teſtes. habent notitiam, & ibi
etiam tractat quando teſtes deponunt ſuper inter-
eſſe ſingularis affectionis, vel de cõmuni intereſſe,
& quod poteſt probari alijs modis per confeſſionẽ
aduerſarij vel etiam per inſtrumenta vel inſpectio-
nem oculorum, & poſſet etiam iudex deputare æſti
matores, & ideò iudices malè faciunt, quando ita
citò abſoluunt reum, quando non eſt probatum
intereſſe ſeu æſtimatio valoris. Ange. in dict. l. ij. C.
de reſcind. vend. primo videtur tenere glo. ꝙ poteſt
probari per venditiones locorum circumuicinorũ,
& pariter ꝙ iudex vadat & inſpiciat illã rem: quia
æſtimatio rei committitur arbitrio iudicis. l. fi. C. de
iur. do. impe. vel quòd mittat peritos in arte ad æ-
ſtimandum. & hoc verum ad probandũ æſtimatio-
33 nẽ de pręſenti: ſed in materia d. l. ij. † debet proba-
ri deceptio de tempore contractus, ſed de tempore
præterito, nec iudex, nec æſtimatores habent peri-

tiam: & ideò vtiliùs eſt, quòd fiat articulus de tē-
pore contractus, & de communi valore, de quan-
titate fructuum, & qualitate rei, & hoc de rebus
34 immobilibus. † Si verò agatur de rebus mobili-
bus recipientibus functionem in ſuo genere vel nō
recipientibus qualiter æſtimentur, ibi habetur per
ipſum. idem verò Ang. in l. ſi quos. C. de reſcinden.
vendi. ibi ponit modum articulādi ſuper valore rei
ex quantitate fructuū & qualitate rei, & ibi etiam
35 tractat quando res † ſubaſtatur ad inquantum pu
blicum ad inſtantiam illius cui pertinet: tunc non
poteſt allegari deceptio vltra dimidiam iuſti pre-
tij: ſecus ſi fiat ſubaſtatio ad inſtantiam alterius,
idem verò Ang. in l. cum furti. ff. de iur. iuran. tenet
quòd quando teſtis deponit aliquem poſſediſſe de
cem annis & plus, quod illa dictio plus, nihil ope-
ratur, idem verò Ang. in dict. l. ex facta. §. item quæ
ro. format quæſtionem de teſtibus, quando depo-
nunt de diuerſis quantitatibus in valore rei, an in
maiore ſumma inſit minor: ſecus in mutuo. & hoc
quādo ſunt quatuor cōteſtes, de quo ibi latiùs per
ipſum: idem verò Ang. in dict. l. pretia rerum. §. j. ff.
ad leg. falcid. primò tractat de valore rei quantum
vendi poteſt cum ſuis ſuperoſsibus & ſpinellis ad
inſtar vnius æqui vel aſini, & hoc homini ſcienti
conditionem eius, & quatenùs vendi poteſt cum
minori grauamine venditorum: exemplum, ſi ven
di poteſt ſine cautione, euictione, vt præſenti pecu-
nia, & pariter non ſufficit probare quòd tali die in
foro: quia non habetur conſideratio tam breui tē-
36 poris: † vt ideò debet articulari, quòd tali tempore
cōmuniter valuit ante & poſt, & ſi fuit annus cari-
ſtiæ, tunc attenditur ille annus, & quādo agitur de
valore de præſenti poteſt fieri æſtimatio per iudi-
cem, vel per peritos in arte, vel quòd ponatur in fo-
ro publico ad ſubaſtandum, & tunc non haberet
locum deceptio vltra dimidiam iuſti pretij, & aliàs
vt ibi pleniùs habetur per ipſum, Salyce. verò in d.
l. ij. C. de reſcindend. vendi. in xx. quæſti. tractat de
37 modo probandi æſtimationem rei. † Et in effectu
primo refert gloſſ. quando teſtes deponunt quòd
tantùm darent, quòd non probant: quia pretia re-
rum non conſtituuntur ex affectione ſingulorum.
l. ſi ſeruus. ff. ad leg. Aquil. ſecus ſi deponerent quā-
do pro communi æſtimatione tantùm darent: ſecū
dum Bar. in l. nemo. ff. de rebus dubijs. ſed idem Sa
lyce. tenet contrarium, niſi aliter haberet notitiam
rei: & reddituū, licèt ibi obſcurè loquatur, & videa
tur inclinare, quòd ſi teſtis deponat, quòd res valet
tantum ſecundum communem æſtimationem in-
terrogatus de cauſa ſcientiæ, quia tantùm daret,
quia ſic communiter haberi poſſet. & ibi refert
opinionem Bald. ſuprà relatam, quando teſtis de-
ponit, quòd tantùm daret, & non apparet de affe-
38 ctione: † & pariter poteſt probari valor rei per ven
ditiones factas in loco, & per quantitatem reddituū
& qualitatem rei & per æſtimatores, ſed ſecundum
39 Salic. poſſet eſſe dubium † ſi iudex ex officio poſsit
interponere officium ſuper æſtimatione rei quādo
pars tenetur probare, & tenet, quòd ſic. per dictam
l. j. C. de ſenten. quæ pro eo. verſi. in alijs. ibi, per ſuā
ſubtilitatem requirere. & idem Salic. in dict. l. ij. re
40 fert opinionē Bald. † quòd debeat articulare de
tempore contractus ante & poſt: licèt fortè ſecun-
dum ipſum ſufficiēter probare de anteriori tempo
re non multum remoto: & ibi etiam tractat quan-
do teſtis deponit quòd res valet quindecim & plus,
an illa adiectio aliquid, plus, operetur. deinde tra-
ctat quæſtionem, an per inſtrumenta poſsit proba-
ri valor rei, & tenet quòd ſic præſumptiuè, ſed non
41 quò ad plenam probationem, † niſi eſſet liber æſti
mi cōmunis, factus authoritate publica: quia tunc
probaret. & hoc verum quando eſſet de proximo,
aliàs ſecus: quia nō præſumeretur tempore contra-
ctus, de quo ibi latiùs per ipſum. & tandem ibi for-
mat quæſtionem quando teſtes deponunt de mino
ri & maiori quantitate, quibus ſit magis credendū.
42 Veruntamen † tenet quòd quando negatiua cadit
in ſenſum & cognitionem teſtis: vt quia eſt finita
coarctata loco, tempore, rebus, vel perſonis, quòd
tūc creditur magis duobus negantibus, quàm vni
affirmanti, & quando ſunt tres teſtes, qui deponūt
de valore rei, videlicèt vnus de centum: ſecundus te
ſtis deponit de centum & decem: tertius teſtis, de-
ponit de centum & viginti, quòd tunc eligitur me-
dia via: quia valebit teſtimonium de centum &
decem. Nec obſtat capitu. j. de arbitr. lib. vj. & dict.
l. diem proferre. §. ſi plures. verſi. inde quæritur. ff. de
arbi. quia loquitur in arbitr. & eſt differentia inter
laudum ſeu ſententiam arbitrorum & delegato
rum, & aliud eſt in teſtibus. & conſequenter quan-
do teſtes deponunt de diuerſis ſummis an ſint ſin-
gulares: & an conueniant in minori ſumma, Salic.
43 ibi facit certā diſtinctionem quę videatur. † & an
etiam iudex poſsit ſe informare de valore rei, & te-
net quòd ſic: quia diſceptatio æſtimationis rei per-
tinet ad iudicem. l. fin. in fi. C. de iur. dom. impe. &
tandē ibi tractat de æſtimatione rerum mobilium:
quia debet dicere teſtis tali tempore valuit tantùm
ante & poſt, & hoc quando non extat res, aliàs vbi
extaret iudex faceret exhiberi & æſtimari, & aliàs
vt ibi pleniùs per ipſum. & in fine tractat quando
venditor eſt deceptus in pretio an idem præſuma-
tur error. de quo ibi per ipſum. Idem verò Salic. in
d. l. j. C. de ſenten. quę pro eo quod intereſt in xix.
44 oppoſitione † tenet quòd intereſſe debet declara-
ri & probari per probationes teſtium & inſtrumen
toroum: & ibi ponit quinque ſpecies probationis
intereſſe, & ibi tractat qualiter probetur intereſſe
cōuentum, quia probatur per teſtes & inſtrumenta.
l. fi. ff. de præto. ſtipu. ſed intereſſe commune proba
tur per teſtes de tēpore cōtractus: ſed reſpectu ſingu
laris intereſſe qualiter teſtes deponere debeant iſta
eſt magna difficultas: quia debent deponere ꝙ tan
tùm cuiuſlibet intereſſet, & interrogati de cauſa
ſcientiæ qualiter deponere debeant ibi habetur la-
tè per ipſum. Idem verò Sali. in dict. l. cùm furti. ff.
de condictio. furt. not. quòd in maiori ſumma ineſt
minor: & ſi teſtis deponat quòd res valet tantum
& plus, quòd illa adiectio nihil operatur. Paulus
de Caſtr. in dict. l. ij. C. de reſcindend. venditi. circa
finem tractat ſub paucis verbis de modo probandi
valorē rei per æſtimatores, & ibi tenet, contra Ang.
ꝙ etiam poteſt probari æſtimatio etiā quò ad tem-
pus pręſens vel præteritum: quia ex pręſenti tem-
pore pręſumitur in pręteritum, ſi non erat longum
tempus: iuxta nota. per Cyn. in l. ſi minorem. C. de
in integ. idem verò in dict. l. cùm furti. ff. de in lit.
iurand. te-

iuran. tenet ꝙ licèt quis iuret ꝙ res valeat cētū licèt valeat plus, nō tamē intelligitur dictio taxatiua tā tùm, & pro hoc alle. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. & ibi Bal. idem verò Pau. de Caſt. in d. l. pretia rerū. aliàs l. in lege. §. corpora. ff. ad leg. falcid. dicit poſt Bald. ꝙ d. l. deberet ſcribi literis aureis. & ibi ponit modū formandi articulum. & etiā de libro cataſtri & etiā ꝙ teſtes deponētes de valore rei poſſunt deponere per verbū credit, dum tamē deponāt pro cōmuni æſtimatione: ſecundū Bar. in l. fi. C. de fundis nauicu. lib. xj. & ibi ponit modū æſtimandi per æſti
45 matores, † & ꝙ teſtes debent reddere cauſam teſtimonij etiā non interrogati. & ꝙ per ſubaſtationē non probatur iuſtum pretiū, & ꝙ non obſtante ſtatuto poſſet allegari magnus exceſſus in pretio, & ꝙ pōt etiā probari pretiū ſecūdū quātitatē fructuū & qualitatē rei. idē verò Pau. de Caſt. in l. ex facto. §. itē quæro. ff. de vulg. & pup. in ſimili tenet quādo quis habet iuriſdictionem vſq; ad decē & alius vſq; ad centū, ꝙ ille qui habet iuriſdictonem in centum nō poterit exercere iuriſdictonē in cauſis decē librarū. idem verò Pau. de Caſt. in l. j. §. ſi ſtipulāti. ff. de verbo. obli. tractat queſtionē an in maiori ſumma cōtineatur minor ſiue negatiuè ſiue affirmatiuè. Ioā. de Imol. in d. l. ex facto. §. item quæro. ff. de vulg. & pupil. format queſtionē quando deputatur iudex vſq; ad ſummā x. librarū, & alter vſq; ad centum, ꝙ de ſumma decē, & infrà nō cognoſcet iudex cētū li
46 brarum: & pariter ibi tractat † quādo teſtes deponunt de minori vel maiori quātitate ſi dicantur cōteſtes. idem verò Ioānes de Imol. in l. fi. §. qui indi
47 uiſam. ff. de leg. ij. format queſtionē † quādo teſtes deponūt de centū an videantur deponere per dictionem taxatiuā tantū. & videtur tenere & nō. & ideò ſi alij teſtes deponant de maiori quātitate nō erunt contrarij. idem verò Io. de Imol. in d. l. pretia rerū.
48 tractat qualiter † probetur valor rei immobilis, & ibi ponit plures modos. Primò per inſpectionē oculorū, per declaratioē fiendā per iudicē. l. fi. C. de iur. do. impe. Secundò per relationem peritorum cum iuramento. Tertiò per librum æſtimi communis. Quartò per ſubaſtationem & ſi interueniat decretum iudicis, an impediat remediū dictę leg. ij. C. de reſcinden. vendi. Quintò poteſt probari per teſtes. & iſte modus videtur magis difficilis, & tunc debet deponere de communi valore, licèt quando teſtis deponeret, quòd tantùm valeret: quia habet notam conditionem ipſius rei, & tantùm daret pro
49 communi æſtimatione, † quòd valeret teſtimonium etiam ſi teſtis deponeret per verbum credit, aliàs ſi teſtis deponeret quòd tantùm daret, non probaret: ſecundum Barto. & ibi tenet opinionem Bart. contra Bald. & ibi etiam tractat de pretio rei mobilis & qualiter probetur etiam tēpore cariſtiæ ibi habetur per ipſum idem verò Ioan. de Imol. in
50 l. inter pares. ff. de re iudic. tractat queſtionem † an in teſtibus habeat locum illa regula, quòd in maiori ſumma ineſt ſeu continetur minor. & ibi ponit exemplum quando vnus teſtis deponit de decem: ſecundus de quindecim, & tertius de viginti, an ſaltē probetur valor in decem. Et idem poteſt quæri in tempore quando vnus teſtis deponit de decem annis, & alter de quindecim, & alter de viginti. Et in effectu Archid. in ca. nihilominus. iij. q. ix. tenet ꝙ non probatur etiam poſſeſsio decem annorum, vel de ſumma de decem: quia teſtes videntur ſingulares: quia in quolibet actu requiritur pluralitas teſtium ſaltem duorum. l. vbi numerus. licèt Ioan. de Imol. in dict. l. inter pares. tenet contra Archid. ſub dubio fortè: quia non poteſt negari, quoniā teſtes deponentes de maiori ſumma vel de maiori tempore: iuxt. not. per glo. in ſimili. in ca. j. de arbi. ſed dubium poteſt eſſe quando duo teſtes deponūt quòd res valet decem & non plus, & duo teſtes deponūt
51 de quindecim: quia videtur † quòd debeat plus ſtari duobus affirmantibus de maiori ſumma quàm de negantibus de minori ſumma, & non plus: iuxt. nota. per glo. in l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbitr. verſic. inde quæritur, ſed ſuper hoc ſe remittit ad notata per Bald. in dict. §. ſi plures. & in l. j. §. j ff. de ventre inſpic. quia illa glo. non videtur procedere, quando teſtes deponunt contrariam aſſertionē ſuper eo quòd poteſt cadere in eorum ſenſum, & ſic videtur ꝙ debeat ſtari maiori numero, & ſi eſſent pares, inſpiceretur dignitas teſtium, & qui veriſimiliora dicerent. l. ob carmen. §. fi. ff. de teſtib. & vbi eſſent omninò pares fortè magis ſtaretur affirmantibus, quàm negantibus: ſecundum Ioan. de Imol. in dict. l. inter pares. Et pręmiſſa procedunt quan-
52 do teſtes deponunt de valore rei: † ſecus ſi deponerent de actu mutui: quia ſi vnus teſtis deponeret quòd vidit mutuari decem alter quinque, tunc non probarent: quia viderentur deponere de diuerſis mutuis: ſcdm Io. And. in c. j. de arb. lib. vj. in nouella. Quid aūtem qñ teſtes deponūt de actu iuriſdictionis vel decimę, vel actu iuriſdictionis habetur per Io. de Imol. in d. l. inter pares. ff. de re iudi. & de hac materia etiā habetur per eundē Io. de Imol. in l. j. §. ſi ſtipulanti. ff. de verb. obli. Idē verò Io. de Imol. in c. cū cauſam. le ij. de teſtib. etiā aliquid tractat qñ teſtes deponunt de valore rei, & etiā in c. cū cauſam. de empti. & vend. verſicu. circa ſecundum, videlicèt de modo probandi, & vbi etiam tenet quòd teſtes debent deponere de communi æſtimatione. & licet teſtes deponant de quantitate annui redditus, tamen adhuc debent deponere etiam de communi pretio, videlicèt quòd tantùm conſueuerint vendi, & pariter iudex ex officio poterit æſtimare per inſpectionem rei cum probis. l. vt tantùm. §. æſtimatio. ff. de ſeruo corrupto. l. prima. in fine. C. de iure domi. impet. pluréſque alias quæſtiones tractat ibidem in hac materia quæ poterunt videri. Alexand. de Imol. in l. qui quartam. in principio. ff. de lega. primo, colligit notabile,
53 quòd † maiori ſummæ ineſt minor. & ibi querit quid in teſtibus, & ibi tradit plures remiſsiones. idem verò Alexander in l. in lege. §. corpora. ff. ad legem falcidiam. tenet quòd per inſtrumenta veterum emptionum non probatur neceſſariò valor rei, niſi producerentur multa inſtrumenta de proximo, & quòd aſcenderēt ad cōmunem valorē, & ita limitat Bal. in l. vnic. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. idem verò Alexan d. in dict. l. pretia rerum. ff. ad legem falcidi. tractat de hac materia æſtima-
54 tionis alicuius rei, † & ꝙ poteſt fieri per iudicem qui poterit rem inſpicere, & de qualitate rei ſe informare, & quòd poterit etiam fieri per æſtimatores, & etiam per librum æſtimi communis de quo ibi la-

tiùs per ipſum.idem verò Alexan.in l.cùm furti.ff.
de iur.iuran.tenet quòd quando teſtes fuerunt exa
minati ſuper articulo de minori quantitate quòd
etiã poſt publicationẽ teſtiũ poterunt examinari ſu
per articulo de maiori quantitate:quia non viden-
tur cõtrarij,ſed diuerſi.Nec obſtat glo.in l.fi.§.qui
indiuiſam ff.de leg.ij.vbi minori ſumma videtur in
telligi dictio taxatiua tantùm. quia illa glo.nõ pro
cedit in teſtibus.Idem verò Alex.in d.l.inter pares.
ff.de re iudi.ibi tractat etiã de iſta materia quando
teſtes deponũt de diuerſis tẽporibus,quia tunc quã
do incipiunt ab vno anno tũc diuerſitas non indu-
cit omnimodã ſingularitatẽ teſtiũ : & ideò vidẽtur
deponere de minori tẽpore,de quo ibi latiùs per ip-
ſum.idem verò Alex.in d.l.ex facto.§. item quæro.
ff.de vulga.& pupil.& ibi tenet poſt Bal.ꝗ quãdo
iudex eſt deputatus in cauſis decẽ librarũ & alius
iudex in cauſis vſq; ad centũ,ꝗ in cauſ.x.librarũ,&
infra non cognoſcet iudex de centũ,& ibi etiã tra-
ctat an in maiori ſumma ineſt minor.& an poſitio-
ni partim falſæ poſſit negari in totum. Idem verò
Alex.in d.l.j.§.ſi ſtipulanti.ff.de verb.obli.etiã tra-
ctat quãdo teſtes deponũt de diuerſis ſummis,an di
cãtur ſingulares,& quãdo cõſtaret ꝗ deponerẽt de
eadẽ ſumma,tũc probarẽt de minori ſumma: ſicuti
in inſtrumẽtis cõfectis eodẽ tẽpore.l.Sẽpronius Pro
culo.ff.de leg.ij.Idem verò Alex.cõſi.lxiiij. incipiẽ
te,Viſa cõſultatiõe.in ij.volu.tractat amplè de iſta
materia quãdo teſtes deponũt de diuerſitate ſum-
marũ,an tũc in maiori ſumma contineatur minor
quãdo apparet ꝗ deponũt de eodẽ facto an videan
tur cõteſtes?Et ibi arguit ad ambas partes,& an ſit
ſtandũ maiori numero teſtiũ : de quo ibi latiùs per
ipſum.Iaſ.verò in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cer.pet. te-
55 net poſt Bal.Pau.de Caſt. & Alex. † ꝗ in minori
ſumma prolata diſpoſitiuè intelligitur dictio taxa-
tiua tantũ.& pro hoc allegat tex.in l.penul.§. fi. &
glo.in l.venditor hominis.in princ.ff.de acti.empt.
ſecus quando ſumma profertur ex parte creditoris
enũtiatiuè.l.ratiões.ibi glo.& Bal.C.de prob. quid
autẽ in teſte quãdo deponit de aliqua ſumma an vi
deatur deponere taxatiuè.ſe remittit ad not.per gl.
& Bar.in l.fi.§.qui indiuiſam.ff.de lega.ij. idẽ verò
Iaſ.in d.l.ex facto.§.item quæro.ff.de vulg.& pupi.
tenet poſt Sal.ꝗlicèt in maiori ſumma inſit minor:
fallit quãdo fuit facta ſpecialis mentio de minori.
idem verò Iaſ.in l.qui quartã.in princ.ff.de leg.j.te
net,ꝗin maiori ſumma ineſt minor ſiue loquamur
in quãtitate cõtinua ſiue indiſcreta, hoc eſt dicere,
ſiue loquamur quotitatiuè per quotã bonorũ, ſiue
quãtitatiuè per quãtitates,etiã procedit iſta in cõdi
tiõibus quę debẽt ꝓpriè impleri.l.iij.§. ſi plus.ff.de
ſtat.lib.&ideò iſtud etiã intelligitur ex proprietate
ſermonis,&nõ ex interpretatiõe:ſcdm Are.licèt ali
qui teneãt contrariũ,de quo ibi latiùsper ipſum.idẽ
verò Iaſ.in l.cũ furti.ff. de cõdi. furt.tenet poſt Bal.
quãdo teſtis fuit examinatus ꝗ res valet centũ,po-
terit etiã examinari poſt publicationẽ teſtiũ ſuper
articulo,ꝗ res valet 150.Idẽverò Iaſ.in l.j.§.ſi ſtipu
lanti.ff.de verb.obli.in iiij. notab. tracta.in maiori
ſumma inſit minor de proprietate ſermonis,& non
ex interpretatiõe: de quo ibi latiùs per ipſum etiã ſi
habeat locum in cõditionibus.&pariter quãdo ma
ior ſumma profertur affirmatiuè: ſecus ſi negatiuè
& pariter in materia odioſa in maiori numero non
ineſt minor numerus.c. cui de non ſacerdotali. de
prębẽ.lib.vj.idem verò Iaſ.in d.§.ſi ſtipulãte. extra
gl.reaſſumit materiã an in maiori ſumma inſit mi-
nor etiã adimendo legatum in maiori ſumma.l.iij.
§.ſi quis plus.ff.de adimẽ.lega.& ibi idem Iaſ.in d.
§.ſi ſtipulante. ponit ſeptẽ limitationes. Franc. de
Acoli.de Aret.in d.l.qui quartã.ff.de leg.j.etiã tra-
ctat de iſta materia,an in maiori ſumma inſit mi-
nor etiã in teſtibus & ibi ſe refert aliàs conſuluiſſe
in ciuitate Mantuæ.ſed idem de Are.in d.l.j.§.ſi ſti
pulanti.etiã tractat de hac materia.&quid in arbi-
tris quando fit proteſtatio,ꝗ non intendit cõdem-
nare in minori ſumma.de quo per glo.in c.j.&pari
ter tractat idem Are.in d.§.ſi ſtipulãte.quãdo iudi-
ces vel arbitri cõdemnãt in diuerſis ſummis, an re-
quiratur ad hoc vt teneat ſumma lata in minori
ſumma,ꝗ fiat abſolutoria in reſiduo:de quo ibi la-
tiùs per ipſum & ibi ponit limitationem quãdo iu-
riſdictio iudicis eſſet limitata:quia tunc in maiori
ſumma nõ ineſt minor:iu xt.not.per glo.& Bart. in
l.fi.ff.de iuriſ.om .iudi.& pariter in fideiuſſore vbi
pro forma requiritur ꝗ fideiubeat pro eadẽ quãti-
tate principalis debitoris:quia ſi fideiubeat pro ma
iori quãtitate nõ tenet.l.grecè.§.illud.ff.de fideiuſ.
& pariter tractat idẽ de Are.in d.§.ſi ſtipulanti. qñ
56 poſitio † eſt partim falſa & partim vera,an poſſit ne
gari in totũ.Bart.& Soci.in d.l.j.§.ſi ſtipulãti.ff. de
verbo.obli.etiã tractat de hac materia,an in maio-
ri ſumma ineſt minor etiã in teſtibus.&allegat etiã
glo.in c. plus.de regu.iur.lib r.vj.& dict.c. ſi cui.de
præbend.lib.vj.de quo ibi latiùs per ipſum.Specul.
verò in tit.de teſtib.§.poſtquàm.verſic. quid ſi plu-
res.vbi tractat quando teſtes contradicunt adinui-
cẽ,ſiue producãtur ab eadem parte, ſiue à diuerſis.
& vnus teſtis deponit de decẽ alter de xv.&alter de
xx.ꝗ non videntur adinuicẽ cõtraria dicere:per iu-
57 ra ibi allega. Archi.in c.nihilominus.iij.q.ix. † te-
net ꝗ quãdo teſtes deponunt de tempore poſſeſſio
nis: quia vnus teſtis deponit de decem annis alter
xx.annis,& alter de xxx.ꝗ vidẽtur ſingulares:quia
in quolibet facto requirũtur duo teſtes.Nec obſtat
ſi dicatur ꝗ in maiori ſumma ineſt minor:quia for
tè in teſtibus aliter eſt dicendum.Io.And.in c.cùm
cauſam.le ij.de teſtib.aliquid tractat de probatio-
ne veri pretij.ſed idem Io.And.in c.j.de arbi.lib.vj.
in nouella tenet ꝗ qñ actor petit quinq;,& vnus te
ſtis deponit de v.ſecũdus deponit de x.& ibi refert,
ꝗ nõ valet teſtimoniũ:quia nõ valẽt teſtimonia te
ſtiũ qñ diſcordãt in circõſtantijs puta,in loco vel tẽ
pore.d.c.nihilominuùs.multò minus quãdo diſcor
dant in re.Nec obſtat dictũ Spec.vbi.ſ.quia nõ lo-
quitur in terminis quęſtionis de numero: ſed quan
do teſtes deponũt de decima vel iuriſdictione:quia
videntur deponere de eodẽ facto. Antho.de But.in
d.c.cũ cauſam.le ij.de teſti.tractat quãdo teſtis de-
ponit de valore rei ꝗ licèt teſtis primo depoſuerit
de minori quãtitate:tamẽ ſi ex poſt deponat de ma-
iori non eſt contrarium,quãdo deponunt de facto
habente cauſam manentem & non momẽtaneam:
quia modo poterit ſcire,ꝗ anteà neſciebat. Item ve
rò Antho.in c cùm cauſam.de empt.& vendi. in ij.
mẽbro de modò probãdi valorẽ rei etiã tractat quã
de teſtis deponit ꝗ tantũ darem pro cõi æſtimatio-
ne. & etiam

ne.& etiã quãdo eſſent factę vẽditiões ante & poſt de tali pretio.& etiã ponit de modo articulãdi etiã quãdo prædiũ eſt tanti redditus annuatim. Ioã. de Imol.etiã in d.c.cum cauſa. tractat de hac materia circa fi. Panor.verò in d.c.cùm cauſa.de teſtib. etiã tractat de modo probãdi valorẽ rei,& ꝙ teſtes etiã non interrogati reddere cauſam teſtimonij de quo etiam ibi per Feli.Pet.de Ancha.in d.c.j.de arbitr. lib.vj.etiã tractat an in teſtibus teſtes probent quã do deponunt de maiori vel minori quãtitate,& ibi videtur facere differentiã quando teſtes deponunt de diuerſo tẽpore vel de diuerſo numero in materia decimarũ vel iuriſdictionis. Verũtamen tenet quã-do teſtes deponunt de æſtimatione rei ſiue deponãt de maiori quãtitate vel minori,ſiue affirmatiuè vel negatiuè,ꝙ tunc quãdo negatiua cadit in ſenſum teſtis,tunc ſtatur maiori numero teſtium,& cæteris paribus ſtatur potiùs teſtibus deponẽtib.ſuper affir matiua quã negatiua.in d.l.diem proferre.§.ſi plu-res.ff.de arbi.veruntamen quãdo teſtes deponunt ſuper mutuo de diuerſis quãtitatibus nõ probant: quia videntur ſingulares: quia viderẽtur deponere de diuerſis mutuis. Gemi.etiã in d.c.j.de arbi. libr. vj.idem videtur tenere,& etiam quãdo teſte depo-
58 nerent † in materia poſſeſsionis & præſcriptionis ꝙ probarẽt licèt deponerẽt de diuerſis temporibus quãdo probarẽt de eodẽ principio: vt quia depone rent à tali tẽpore &c.& idem videtur tenere etiam Philip. Fran.ibi.Et præmiſſa faciunt ad quæſtionẽ ſuper cauſa reſcripti Ioachini & Nicolai de argu-tio cõtra honeſtã Gertrudẽ relictã & hæredẽ ma-giſtri Iuoneti Alberti loci Montilij adimarij.quia Anthonius de Argutio pater dictorũ Ioachini & Ludouici vẽdidit d. Iuoneto quoddã tenemẽtũ ter ræ continens ſeptẽ ſextariarũ vel circa,pretio,quin quaginta florenorũ & cũ reacheto ſex annorũ ad partẽ in quadã apodiſa & ſecundum aliquos teſtes ex interuallo xvj.dierũ ſuper quo d.de Agutio prętendebãt, ꝙ de tẽpore contractus dict. petia terræ valebat cõiter ſexaginta florenos, & ſuper hoc fe-cerunt fieri quandã æſtimam per quatuor probos parte non vocata,qui fuerunt ex poſt repetiti parte vocata volendo innuere,ꝙ dictus cõtractus erat ſi-mulatus & pigneratitius, & ꝙ fructus debebãt cõ putari in ſortẽ.Sed ex aduerſo ꝓ parte dictę Gertru dę fuit probatũ ꝙ de tempore cõtractus dicta petia terrę erat cõis valoris quinquaginta flerenorũ & non vltra,& ꝙ per ante modicum dictũ contractũ fuerat æſtimata ad dictos quinquaginta florenos, & fuerunt examinati x.vel xij.teſtes,& erat dubiũ quis probauerat melius intentionẽ ſuam,&pariter de validitate dicti contractus,ſi præſumatur pigno ratitius de quo fuit tactum in q.præcedenti. aliter non declaro ad præſens, quia nondũ ſententia eſt promulgata.

ARGVMENTVM.

Donatio quando dicatur inter viuos, vel mortuos & quid requirit. Item quot teſtes vt inſtrumentum ſuſpectum reddatur vel reprobetur,requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis ad ſui eſſentiã quinq; teſtes requirit.*
2 *Donatio inter viuos quot teſtes requirat.*
3 *Donatio ſimplex quingentos excedens aureos inſinuatione indiget.*
4 *Donationis defectus an iuramento ſuppleatur.*
5 *Donatio in dubio quòd inter viuos præſumatur, etiam ſi ab affecto mala ualetudine fieret*
6 *Quid ſi in donatione mortis mentio fiat.*
Quid ſi actus geminatus ſit.
Quid ſi facta ſit coniunctio.
Quid ſi uſufructus reſeruaretur.
Quid ſi pauciores quàm quinque teſtes eſſent.
7 *Donatio facta ſub illis uerb. donauit inter uiuos donatione irreuocabili,quòd donatio inter uiuos ſit,etiã ſi mortis mentio facta ſit.*
8 *Inſtrumentum ut reprobetur aut ſuſpectus reddatur quod teſtes requirantur.*
9 *Inſtrumentum dicto unius teſtis deſcripti in inſtrumento ſuſpectum non redditur, ſi teſtium numerus ſufficiens ſuperſit.& nume.11.*
10 *Teſti uel notario dicente in mortis articulo ſe falſum dixiſſe,partibus non præiudicat.*
12 *Teſtis primo dicto iurato ſtandum eſſe regulare.*
13 *Teſtis dictum ad hoc ut ad torturam indicium faciat, quæ requirantur.*
14 *Teſti deponenti in proprio facto non credendum.*
15 *Teſtis inſtrumentarius quòd à partibus approbatus cenſeatur.*
16 *Pro inſtrumento cæteris paribus præſumendum.*
17 *Teſtis deponens contra inſtrumentum quòd omni exceptione maior eſſe debeat.*
18 *Teſtis deponens contra inſtrumentum quòd ſui dicti rationem etiam non interrogatus reddere teneatur.*
19 *Teſtes extranei non minus tres uel quatuor reprobandum inſtrumentum admittuntur.*
20 *Probatio bonæ famæ indicia eleuat.*
21 *Probatiões lucæ meridiana clariores in delictis requirũtur.*

Quæſtio CCCCLXXXVI.

QVAERITVR quando in ſcriptura donationis reperiuntur quinq; teſtes vltra notarium,quorũ tres ex poſt facto reperiũtur mortui & duo teſtes ſuperſtites qui deponũt pro donatione,licèt vnus variauerit ex poſt:& deinde redeat ad primã depoſitionẽ pro donatione,& notarius ſemper perſeueret pro donatione,an reſultet indiciũ ſufficiens ad torturã contra notariũ præſertim quando eſt malę famæ,& contra teſtes viles qui variauerũt & an in dubio præſumatur donatio inter viuos. Et
1 in effectu. † licèt in donatione cauſa mortis requirantur quinq; teſtes.l.ſi.C.de dona.cau.mortis,niſi talis donatio fieret inter liberos:quia tunc ſufficerent duo,vt ibi habetur: † tamẽ in donatione inter
2 viuos ſufficiunt duo aut tres,maximè de conſuetudine:iuxta not.per glo.in c.pluralis locutio.de reg. iur.& per Bald.in authen. ſed nouo iure.C.ſi cert.
3 pet.in fi.†.licèt vbi donatio ſimplex excederet quingẽtos aureos requireret inſinuationẽ coram iudice l.ſancimus.& l.in donationibus.C.de dona.niſi di-
4 ceretur, † ꝙ iuramentũ ſuppleret deffectũ donationis.de quo me remitto ad not.per Io.de Imol.in repetiti.c.cũ cõtingat.de iur.iurã. † & in dubio pręſu
5 mitur donatio inter viuos etiã ſi donatio fieret ab illo qui eſt in infirmitate cõſtitutus.l.Seia.§.fi.ff.de don.cau.mor.vt no.per gl.in l.Seia.ff.de dot. pręle.
6 Nec obſtat ſi dicatur,† ꝙ quãdo in donatiõe fit mẽtio mortis,in dubio præſumitur donatio cau.mort.

d.l.Seia.& not.per glo.& doct.in l.fi.C.de pact. &
per gl.& Bart.& cæteros in l.quæ dotis.ff.ſolu.ma
tri.niſi eſſet actus geminatus:ſecundũ Bar.ibi, l.cũ
maritus.in fi.ff.de pact.dota.vel quãdo fieret dona
tio cõiunctæ perſonæ:ſecundũ vnam opinionẽ, vel
quando fieret reſeruatio vſus fructus, vel quãdo eſ
ſent pauciores teſtes,quàm quinq;: vt potius actus
valeret,quàm periret.l.quotiens. ff.de re.iuris.iuxt.
nota.per Cin.in l.licèt. C.de pact.de quo latiùs per
7 Alexã. de Imol.in d.l.quę dotis. † Veruntamen li-
cèt in donatione fiat mentio mortis:tamẽ vbi appo
nũtur in donatione illa verba , ꝙ donator donauit
inter viuos irreuocabili donatione , tũc dicitur do-
natio inter viuos.l.vbi ita donatur.ff.de dona.cau.
mort.vt licèt in donatione interueniſſet iuramentũ
de non cõtraueniendo:tamen hoc non obſtãte vbi
eſſet facta mentio mortis diſceretur donatio cauſa
mortis:quia iuramentũ debet interpretari ſecundũ
naturam actus.l.fi.C.de nõ numer.pecu.ſecundum
8 Bald.in l.cũ quis.ff.de condi.ob cau. † Sed redeun
do ad quæſitum de modo reprobandi inſtrumentũ
an requirantur plures teſtes intrinſeci vel intrinſe-
ci,& an ſufficiat vnus teſtis ad reprobandũ ſeu red
dendũ inſtrumentũ ſuſpectũ?Et videtur dicendũ ꝙ
ſic,maximè in vltimis voluntatibus.l.j.§.ſi quis ne
get.ff.quẽadmo.teſta.appe.&ibi per glo.& ideò ſe
cundũ Alex.ibi,in addi.ad Bart.quãdo vnus teſtis
deſcriptus contradicit inſtrumẽto dicendo ſe non
intendiſſe,facit indicium ad torturã cõtra notariũ.
per iura ibi per ipſum allegata. & ibi refert ꝙ ha-
buit quæſtionẽ de facto de quodã teſte appoſito à
notario in inſtrumẽto , qui teſtis illa die erat extra
ciuitatẽ,ita ꝙ non poterat intereſſe:iuxt.l.optimã.
C.de cõtrahen.& cõmit.ſtip.nã tunc niſi oppona-
tur à parte ꝙ inſtrumentũ eſt falſum,eſt ſufficiens
indicium ad torquendũ notarium : ſecundũ Alex.
vbi ſuprà. Veruntamẽ ſecundũ Bal.in d.§.ſi quis ne
get . licèt quãdo duo ex teſtibus inſtrumẽtarijs cõ
tradicãt inſtrumẽto, &dicãt ſe nõ interfuiſſe:inſtru
mentũ dicatur falſum etiã ſi remaneat ſufficiẽs nu
merus,nec dicũtur teſtes ſingulares vt ibi declarat.
tamen hoc verũ, niſi tale inſtrumentũ cõprobetur
per alios teſtes:quia tunc ceſſat talis falſitas.l.opti-
mã. ſecundũ glo. in §.item verborũ.inſti.de inutil.
9 ſtipu.†Nam dictũ vnius teſtis de aſcriptis in inſtru
mento non reddit inſtrumentũ ſuſpectũ,quãdo re-
manẽt tot teſtes quot ſufficiũt ad inſtrumentũ : ſe-
cundũ glo.in d.l.j.§.ſi quis neget.ff.quemad. teſta.
apper.& ibi ſequitur Bart.& cõiter cæteri: per l.iij.
C.ſi ex falſ.inſtru.etiã ſi tales teſtes deſcripti in in-
ſtrumento à principio inſtrumenti fuerint deſcri-
pti,licèt ex poſt facto mortui fuerint, quando talis
ſcriptura eſt publicata:ſecundũ glo.in l.tabularijs.
ff.quẽadmo.teſta.appe.& in authẽ.de here.& falſi.
§.ſi verò abſunt. colla.j.& hoc tenet Paul.de Caſt.
poſt Bal.in l.hęredes palã.in princ.ff.de teſta. etiã,
ſi eſſent duo teſtes, qui cõtradicerent inſtrumento,
dum tamen remaneret numerus neceſſarius,etiã ſi
alij teſtes eſſent mortui:&maximè quãdo inſtrumẽ
tum quoadiuuatur per alios teſtes, prout ſupra di-
ctum fuit.pręthereà dictũ vnius teſtis deſcripti in in-
ſtrumẽto nõ reddit inſtrumẽtũ ſuſpectũ,qñ cõtradi
cit,vt faciat indiciũ ad torturã cõtra notariũ,pręſer
tim vbi talis teſtis per prius depoſuit pro inſtrumẽ-
to,quia ſtaretur primę depoſitioni, maximè quãdo
interuenit iuramentum.c.per tuas.cum ibi not.per
glo.& Panor.de prob.c.ſicut.de teſti.ſecundũ glo.
in c.veniẽs.le grand. & in c.cùm in tua.de teſtib.&
10 Bar.in l.eos.ff.de falſ.Adeò † & in tantũ ꝙ ſi teſtis
in articulo mortis diceret ſe falſum teſtimoniũ di-
xiſſe nõ præiudicaret parti:ſm̃ Bart.in l. ſi quis in
§.ſi quis moriẽs.ff.ad ſenat.Sil.&Bal.in auth.ſi di-
catur.C.de teſti.& idem in tabellione:quia ſi confi
teatur recepiſſe falſum inſtrumentum,non pręiudi
cat parti:ſecundũ Bal.& Sali.in l.generaliter.C.de
nõ nume.vide glo.& Ang.in l.j.C.de calum. & Fe
lin.in c.literas.de pręſump.Nec obſtat ſi dicatur,ꝙ
d.teſtis inſtrumentarius qui variauit, & cõtradicit
inſtrumento cum iuramento non apparet ꝙ fuerit
examinatus iudicialiter & cũ iuramento in prima
depoſitione,licèt quidã vocatus antequã depoſue-
rit,ꝙ d.teſtis cũ iuramẽto per manũ notarij confeſ-
ſus fuerit dictã donationẽ. Quia ad iſtud responde
tur,ꝙ d.teſtis in prima reſpõſione facta corã primo
iudice cum iuramento,confeſſus fuit dictã dona-
tionẽ,licèt quidã clericus vocatus de Muſino omi-
ſerit ſcribere,licèt etiã quãdo teſtis primò dicit vnũ
extra iudiciũ,& ex poſt variet,ſtatur primò dicto:
ſecundũ Bar.in d.l.eos.ff.de falſ.licèt ſuper hoc ſint
opiniones:vt not.per Panor.in d.c.per tuas. de pro
11 bati. † prætereà dictum vnius teſtis inſtrumentarij
quãdo cõtradicit inſtrumẽto,non reddit inſtrumẽ-
tum ſuſpectũ,quãdo ſupereſt numerus neceſſarius
teſtium:ſecundũ glo.in d.l.j.§.ſi quis neget.ff.quẽ-
admo.teſta.& ſecũtur cõiter doct.in c.cùm Ioãnes
12 Hæremita.de fid.inſtru. † & licèt regulariter ſit ſtã
dum primo dicto teſtis iurato, prout ſupra dictũ
fuit:tamẽ hoc fallit quãdo prima examinatio teſtis
eſſet nulla,& nõ ritè facta:ſecundũ glo.in c.cũ cau
13 ſa.le grand.in fi.de teſtib. Tum etiã † licèt depoſi-
ſitio vnius teſtis faciat indiciũ ad torturã : ſecundũ
glo.in l.ſi quis.C.ad leg.Iul.maieſt.tamen requiri-
tur,ꝙ ſit omni exceptione maior,ita ꝙ nihil poſſit
opponi aduerſus teſtem.l.maritus. & ibi per glo.&
Bar.ff.de quæſti.& ita ſequitur do.Fran.Bru.in tra
cta.q.in princ.prætereà requiritur ꝙ talis teſtis ad
hoc vt faciat indiciũ,ꝙ deponat de viſu & de nego
tio principali.& not.in facto proprio,& alię circũ-
ſtãtiæ non reſiſtãt:ſecundũ Io.And.in c. cùm in cõ
templatione.de regu.iur.Bal.in l.ij.C.quorũ appel.
non recip.& Fran.Butr.in d.tractatu q.& ita eſt in
propoſito,quia d.Lauoneri teſtis inſtrumentarius
14 eſt vilis,& nõ eſt omni exceptione maior. † Et pa-
riter deponit in facto proprio,& ſic non eſt ſibi cre
15 dendũ.l.nullus.ff.de teſti.†Nec obſtat ſi dicatur,ꝙ
ex quo d.teſtis eſt deſcriptus in inſtrumento, ꝙ vi-
deatur approbatus per partes:ſecundũ gl.in l.inui-
ti.la j.ff.de teſti quia ad iſtud reſpõdetur,ꝙ potuit
eſſe ꝙ tempore cõtractus dictus teſtis erat idoneus:
ſed quòd ex poſt facto ipſe mutauit conditionem,
&ſic debet inſpici canditio & qualitas perſonæ te-
ſtis de tempore teſtimonij.l.iij.in princip. ff.de te-
ſtib.de quo etiam ſolet notari per glo.& doct. in l.
ad teſtium. §. conditionem.ff.de teſtamen. atten-
to etiam quòd dictus Lauonerij in eius vltima re-
ſponſione perſeuerat pro donatione.Prætereà quia
ſunt alię circunſtantiæ,quę faciunt contrà dictum
Lauonerij in quantum in vna reſpõſione & depo-
ſitione de-

ſitione depoſuit contra inſtrumentum, quia Claudius Peychier alter teſtis inſtrumẽtarius, & Petrus Bralier notarius cum iuramento depoſuerunt pro
16 donatione, & perſeuerauerunt: † & cęteris paribus præſumendum eſt in dubio pro inſtrumento. l. cum precibus. C. de probati. cap. ad audientiam. de pręſcript. ſecundum Bart. in dict. l. j. §. ſi quis neget. ff. quemadmodum teſtamen. appe. & doct. in l. in exercendis C. de fid. inſtrumen. & cap. cùm Ioan. Hæremi. de fid. inſtrum. Non obſtat ſi dicatur, quòd non debeat attẽdi depoſitio notarij ex quo eſt vnus teſtis inſtumentarius, qui contradicit inſtrumẽto: ſecundum do Antho. & Panor. in dict. c. cùm Ioan. Hæremita. & Salic. in dict. l. in exercendis. quia ad iſtud reſpondetur, quòd illud procedit quando nõ ſupereſt alius numerus teſtium neceſſarius: quia tunc reddit inſtrumẽtum ſuſpectum, aliâs ſecus: ſecundum Feli. in dict. cap. cùm Ioan. Hæremita. & Io. de Imol. in dict. §. ſi quis neget. quia adhuc remanet authoritas notarij, & poſſet examinari vt teſtis faciunt nota. per glo. & doctor. & cæteros in l. Domitius Labeo. ff de teſtam. & in l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. face. poſſunt. maximè quia inſtrumentũ dictę donationis quoad iuuatur per alios teſtes etiam non inſtrumẽtarios. facit quòd habetur per glo. & docto. in §. item verborum. inſtit. de inutil. ſtipu. Non obſtat etiam ſi dicatur, ꝙ dictus notarius eſt malè famatus, & quòd deliquit in officio & ꝙ fuerit condẽnatus de falſo, & ſic pręſumendũ eſt cõtra ipſum. l. ſi quid. C. de ſuſcept. lib. j. iux. no. per glo. Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. cogetur ff. de dan. Quia ad iſtud reſpondetur, ꝙ non apparet quòd d. notarius fuerit vocatus, & ſic ſententia lata ſuper falſo non pręiudicat notario nõ vocato: ſecundũ Bar. & Ang. in l. Lucius. ff. de his qui no. infami. l. ſi vteris. C. de fid. inſtru. & ita etiã tenet Felin præterea etiã ſentẽtia & alia acta iudiciaria debẽt probari per ſcripturã, & non per teſtes, maximè vbi nõ apparet de caſu fortuito perditionis actorũ. c. quõ cõtra falſam. de proba. l. geſta. cũ ibi not. per Sali. C. de re iudi. & per Bal. in l. emãcipatiõe. C. de fid. inſtru. & idẽ dicendũ eſt de Benedicto Peychier teſte nõ inſtrumẽtario, qui prima vice fuit examinatus vocata parte per viceſeneſcallũ Lugduni, & depoſuit pro donatione ex auditu dici à donatario licèt ex poſt variauerit corã viceballiuo Vieneñ. & terreturris: & vltimatè corã curia perſeuerat pro donatione, & ſic ſtandũ eſt primę depoſitioni iuratæ, prout ſ. dictũ fuit. Prætereà etiã adiuuatur d. inſtrumentũ per aliquos alios teſtes non deſcriptos in inſtrumento, qui viderũt de tẽpore donationis dictũ notariũ ſcribere ſuper menſa in domo Simondi de Malederia in loco Feyſini pręſentis patrię Delphi. & ꝙ in diceſſu ipſius d. Simondi habuit dicere d. no-
17 tario certa verba de d. donatione. † Tum etiã quãdo ſunt aliqui teſtes qui deponunt cõtra inſtrumẽtum, debẽt eſſe omni exceptione maiores. d. l. optimam C. de contrahen. & cõmit. ſtipu. §. item verborũ. inſtit. de inutil. ſtipu. ſecundũ Bar. & Sali. in d. l. in exercendis. C. de fid. inſtrum. Io. Fab. & Ang. de Are. in d. § item verborũ. & Fel. in d. c. cũ Ioãnes. &
18 per glo. in c. tertio loco. de proba. † Et pariter requiritur ꝙ tales teſtes reddant cauſam teſtimonij etiã non interrogati: ſecundũ Bal. in l. presbyteri. C. de
19 epiſco. & cleri. † prætereà non debẽt admitti teſtes extranei ad reprobandũ inſtrumẽtũ niſi ad minus ſint tres vel quatuor: ſecundũ glo. in d. l. in exercendis. licèt glo. in c. ſi teſtes. iiij. q. iij. teneat, ꝙ requiratur ad minus quatuor: quia inſtrumentũ publicũ obtinet vicẽ duorũ, & tabellio eſt maior vno teſte. c. quoniã contra falſam. de proba. & ſic oportet ꝙ ad minus ſint quatuor teſtes. Et pariter debet cõſiderari an agatur de facto lõginquo vel recẽti: quia memoria hominis eſt labilis, & teſtes ex diuturnitate temporis poſſent variare. l. iij. §. duæ cauſæ. ff. de Carbo. edict. ſecundũ glo. in d. c. tertio loco. de proba. & ibi tenet ꝙ requirũtur ad minus quatuor teſtes, licèt glo. in d. c. cùm Ioannes. de fid. inſtru. teneat, ꝙ ad minus requirãtur quatuor vel quinq; teſtes: quia tabellio æquipollet duobus teſtibus. de iſta materia habetur per Alex. cõſ. lxxvij. vbi declarat indicia cõtra notarios ſeu teſtes, & maximè in delictis, quę cõmittuntur occultè: iuxt. not. per Bal. in l. iij. C. de epiſc. & cleri. habetur etiã per eundem Alex. conſi. lxiij. & ibi latè de modo probãdi vel cõprobãdi inſtrumentũ & etiã in v. volu. conſil. xciij. & ibi circa fi. tenet ꝙ ſi vnus teſtis quoadiuuat inſtrumentũ, & duo teſtes deponunt contra, & notarius non eſt, ꝙ adhuc non reprobatur inſtrumentũ cùm ſit præſumptio pro inſtrumẽto: ſecundũ Io. de Imol. in d. c. cùm Io. Hæremita. circa fin. de fid. inſtru. & licèt fuerit probatũ de mala fama d. notarij: tamen ipſe probauit de cõtrario, videlicet ꝙ ſit homo bonę famę & honeſtę cõuerſationis. & pariter fuit facta viſitatio notarũ & ſcripturarũ d. Bralier, & praticantiũ etiã facta cõparatione ad notã d. donationis, & ꝙ apparet ſine vitio, & quòd potuit in-
20 teruenire de d. tempore. pro quo facit etiã, † quia cæteris paribus probatio bonę famę habet minuere indicia contra ipſum: ſecundũ glo. in c. qualiter & quando. de accuſa. & Bar. in l. deſertorẽ. §. ſed ſi
21 ex improuiſo. ff. de re mili. † & licèt in delictis debeant eſſe probationes luce meridiana clariores. l. ſciant cuncti. C. de proba. & ideo requiritur, ꝙ teſtes ſint omni exceptione maiores: tàm in perſona, quã in dictis ſcdm Bal. & Sali. ibi, & per glo. & Bal. in l. j. §. idem Cornelio. ff. de quęſtio. tamẽ ſecus qñ agitur de probatione innoceñ. quia tunc admittentur teſtes familiares: ſecundũ Specu. in tit. de inquiſi §. j. verſ. ſed nunquid. & Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de teſte. §. j. verſic. quid ſi olim. per iura ibi allegata. & per Bal. & Sali. in l. parentes. C. de teſti. facit glo. in c. cleric. lxxxj. diſtin. Et pręmiſſa faciũt ad quæſtio ſuper cauſa ſupplicationis & appellationis Claudij Pecheti cõtra fiſcũ, & nobilẽ Annã Bullioude vxorẽ Ioan. Odoberti marcatoris Lugduni aduocatæ à curia viceballiui Vieneñ. & terręturris pręextu & ad cauſam cuiuſdã donationis vt pręteditur, factę per Simondũ Bulloudũ quondã de eius bonis nobilibus Margaritę vxori nobilis quondã Antho. Buaterij argentarij, & Catherinæ vxori Simondi de Maladeria receptę per dictũ Petrũ Bralier notariũ Lugduni in loco Feyſini ſub certis reſeruationibus ibi declaratis, vbi ſunt deſcripti quinq; teſtes, quorũ tres ſunt mortui, & fuit probatũ ꝙ tpe donationis erãt in humanis, & alij duo teſtes adhuc ſuperſunt videlicèt Claudius Peycheti & Io. Lauouerij & procedẽdo in negotio pricipali

coram curia fiſcus & dicta Anna vxor dict. Ioannis Odoberti quę ſe prætendit hęredem teſtamentariam dicti Simondi Bullioudi eius fratris dederunt titulos contra dictum Petrum Bralier notariũ & dictum Claudium Peychier & dictum Lauonerij teſtes inſtrumẽtarios. & petierunt dictũ inſtrumentum donationis declarari fuiſſe falſi fabricatum, & ipſos puniri ſecundum caſus exigẽtiam cum iniuria damnis & intereſſe: & etiam petierunt ipſum torqueri. & ecõtrà dicti Bralier & teſtes inſtrumẽtarij ſuprà nominati petierũt ſe abſolui, & nõ eſſe torquendos cum iniuria, intereſſe & expenſis, & aliàs prout in actis pleniùs continetur.

ARGVMENTVM.

Teſtes viles & ignoti varia deponentes an torqueri poſsint, & cui dicto inhęrendum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis uaria aut contraria deponens an in falſum incidat.*

2 *Teſtis corrigens dictum ſuum uel contrarium deponens ex interuallo quòd ſubornatus præſumatur.*

3 *Teſtis dicto primo ſtandum eſt, ubi cõtrarium depoſuerit.*

4 *Teſtibus ignotis & uilibus uariando ueritatem corrumpere ſatagentibus, quòd non niſi uerberibus cæſis, & tortis credatur.*

5 *Teſtis falſum dicens ex malignitate pœna falſi puniendus eſt: ſecus ſi errore.*

6 *Teſtes ea quæ depoſuerunt partibus non, niſi publicationem, pandere debent. & nume. 9.*

7 *Teſtis ſi uacillauerit ob hoc à teſtimonio omninò nõ repellitur, quamuis minus credatur.*

8 *Teſtis quando dicatur uariare, contradicere & uacillare.*

10 *Viles perſonæ in criminibus exceptis ad teſtimonium ferendum non niſi cum tormentis admittuntur.*

11 *Teſtimonium uitiatur in totum quando uarietas ſubſtantiam, uel principalis negotij circunſtantias tangit.*

12 *Dicto ultimo in tormentis ſtandum. & nu. 17.*

13 *Teſtis ubi uariat quòd dictum ſuum incontinenti corrigere poteſt.*

14 *Teſtes an torqueri poßint.*

15 *Ignoti & uiles artifices ad teſtimonium non niſi cum tormentis admittuntur.*

16 *Solemnitas tanta in uiliorum perſonarũ quæſtione requiratur, ſicut in alijs perſonis.*

18 *Teſtis, qui parti eſt locutus, cuius dicto ſtandum ſit.*

19 *Quæſtionem fieri qui petit quòd iurare teneatur ſe non calumniæ cauſa petere.*

20 *Seruus ſi producatur in teſtem ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus ſemper quæſtioni ſubijciendus eſt.*

21 *Teſtis in dignitate non conſtitutus ſe interfuiſſe negotio aſſerens, & uacillans torqueri debet. Item ſi de mendacio conuinceretur.*

22 *Infamia iuris uel facti teſtem an & quando à teſtimonio repellat.*

23 *Infamis infamia iuris in crimine hæreſis, læſæ maieſtatis, ſacrilegij & ſi de facto proprio deponeret, teſtimonium admittitur.*

24 *Verb. Aliter ueritas haberi non poteſt: quomodò intelligenda ſint.*

25 *Falſum nedum in dicendo, ſed etiam in omittendo committitur.*

26 *Teſtes omnes uacillantes quòd pro ueritate habenda torqueri poſſunt.*

27 *Teſtimonij falſi ſigna uacillatio, trepidatio & coloris mutatio.*

28 *Teſtis qui dicit ſe non recordari cùm ueritatem teneat, falſum committit.*

29 *Teſtis uariatio circa principale negotium quòd teſtem ipſum à teſtimonio repellat.*

30 *Teſtes narrandi diuerſitate ſingulares non redduntur, ſi in facto conueniant.*

31 *Teſtis ſecundo dicto ſtatur quando unum extraiudicium dicit, & poſtmodùm aliud in iudicio.*

Quæſtio CCCCLXXXVII.

QVAERITVR quando teſtes ſunt viles, ignoti, & qui deponunt varia an debeãt ſubijci torturę & cuius dicto ſit ſtandum, an ante torturam, vel in tortura, & an poſsint excuſari à tortura
1 propter ætatem. Et in effectu, † quando teſtis deponit varia vel contraria incidit in falſum. l. qui falſa. ff. de teſtib. l. eos. ff. de falſi. niſi teſtis incontinenti vellet corrigere dictum ſuum antequàm iudex di-
2 ſcedat à loco. c. престереà de teſtib. cogend. † quia quando teſtis ex interuallo vult corrigere dictum ſuum, vel deponit contrarium præſumitur poſteà ſubornatus, licèt etiã ſecundum glo. ibi, in hoc etiã debet attendi qualitas perſonę: quia poſſet eſſe teſtis ita bonæ reputationis & vitę ſanctimonialis ꝙ poſſet dictum ſuum corrigere etiam ex interuallo: quia tũc ceſſaret præſumptio ſubornationis: ſecun-
3 dum Panormi. ibi, † & quando teſtis ex interuallo deponit cõtrarium, tunc ſtatur primo dicto: ſecundum glo. in cap. veniens. le ij. & in cap. cùm in tua. de teſtib. & hoc quando primum dictum fuit iuratum, licèt propter variationem debilitetur primum dictum: ſecundum Innocen. & cęteros, in dict. cap. prętereà. glo. in authen. de teſtib. §. ſi verò igno-
4 ti. col. vij. † tenet quando teſtes ſunt ignoti, vt ꝙ feſtinant corrumpere veritatem, tunc non creditur eis, niſi cum verberibus ſeu tormẽtis, & idem quando ſunt teſtes viles, & hoc in ſubſidium, ſed glo. in §. ſi verò. eodem titul. quando teſtes contraria ſibi dicunt, & tunc ſi de eodem teſte quando facit aſtutia ſeu dolo punitur, & ſubijcitur tormentis, ſi verò fuerũt ducti, aliquo errore excuſantur: vnde ſecundum Barto. in dict. §. ſi verò ignoti. quando tales teſtes ignoti vel viles ſunt rogati à partibus, tunc admittuntur ſine tormentis, aliâs vbi non eſſent rogati, tunc ſi ſint viles & feſtinent corrumpere veritatem, tunc non creditur eis, niſi cum tormentis, aliâs ſecus. l. vnius. §. teſtes. ff. de quęſtio. idem verò Bar. in §. ſi verò. eodem titu. format quęſtio. an iudex poterit punire teſtem quando variat pœna falſi: videtur tenere quòd non, ſed extraordinariè de quo ſe remittit ad notata, in l. nullum. C. de teſtib. & in ca.
5 presbyteri. v. quęſtio. vltim. Angel. † verò in dict. authen. de teſtib. §. hæc licèt. diſtinguit quando teſtis dicit falſum ex malignitate, tunc punitur pœna falſi: ſecus ſi errore fortuito: vt in ruſtico nõ intelligente. glo. in l. ij. ff. de teſtib ſuper verbo, vacillat. videtur tenere ꝙ non ſit adhibẽda fides, ſaltem in totum quando vacillat. l. in teſtibus. l. qui falſa. eodem titu. quia puniuntur pœna falſi, quando ordinariè accuſantur, vel pro motu iudicis ſine accuſatore. Salic. in dict. l. qui falſa. declarat quando teſtis dicitur vacillare vel variare: & notarius nõ debet ſcribere, niſi quando iudex pręcipit: quia iſtud cadit in cognitione iudicis, & nõ notarij & ibi etiã

tractat

tractat quando teſtis primò dicit vnum extra iudi-
cium & poſteà aliud in iudicio, quòd ſtatur ſecun-
do dicto iudiciali, & non primo: quia non eſt niſi
quædã aſſertio extra iudicialis. & pariter ibi, tenet
quòd quando teſtis in articulo mortis vult reuoca
re dictum ſuum, quòd non præiudicat parti. & pari
6 ter ibi not. ex textu † quòd teſtes non debent reue-
lare partibus ante publicationem, & examinatores
debent aduertere partes ſuper hoc. Floria. in dict. l.
7 j. ff. de teſtib. † tenet quòd licèt teſtis non debeat
vacillare: tamen nõ propter hoc repellitur omninò
licèt ei minus credatur. & idem tenet in l. ij. eod. tit.
vbi ponit differentiam inter variare, contradicere,
8 & vacillare: quia † teſtis dicitur variare quando
primo dicit vnũ & poſteà dicit cõtrarium, non aſ-
ſignans aliquam cauſam: contradicere quando di
cit duo incompatibilia: vacillare quando dubitan-
do & timendo loquitur. & alias prout ibi pleniùs
declarat idem Flor. in dict. l. qui falſa. eod. titul. te-
net quòd licèt variatio teſtis repellat eius dictum,
& faciat eum puniri: hoc verum quando iſta falſi-
tas vel varietas contingit ſuper circonſtantijs quæ
tangunt negotium principale: in alijs autem ſecus.
& pariter ibi notat quando teſtis reuelat dictum
ſuum ante publicationem debet puniri. Et ideò
9 eſt † ſolitum fieri perceptum teſtibus, ne reuelent
dictum ſuum ante publicationem. & pro hoc facit
l. ſi quis aliquid. §. inſtrumẽta. ff. de pœn. & pariter
idem Flor. dict. l. qui falſa. refert dictum Barto. in l.
eos. ff. de falſ. quando teſtis primo dicit vnum extra
iudicium, & aliud dicit in iudicio, quòd ſtatur pri-
mo dicto. Et pro hoc allegat glo. in cap. literas. de
præſumpti. licèt ibi reſpondeat, ꝙ loquatur in cau-
ſa matrimoniali. & idem tenet contra Bart. & pro
hoc alleg. glo. in c. cùm cauſam. le grand. de teſtib.
& Bal. in c. j. quid ſi. de inueſtitu. & glo. in l. ſolam.
C. de teſti. glo. verò in c. item qui falſa. iiij. quæſtio.
ij. ſe remittit ad nota. in c. vt noſtrum. vt eccleſia. be
neficia. glo. in cap. illi. v. quæſtio. v. tenet ꝙ viles te
ſtes ſecundum vnam opinionem admittuntur con
tra clericos cum tormẽtis. & poſt tenet quòd illud
intelligitur in criminibus exceptis: vt in crimine læ
ſæ maieſtatis, ſymoniæ & ſimilibus. quòd in crimi
10 nibus † exceptis, vti hæreſis, leſę maieſtatis & ſymo
nię viles perſonę licèt admittantur ad accuſandum
non tamẽ admittũtur ad teſtimoniũ, niſi cum tor-
mento: ſecundum glo. in cap cùm P. Mancouella.
de accuſati. & ibi Innocen. qui facit differentiam
in iſtis criminibus exceptis inter accuſationem &
teſtimonium: quia infames & viles admittuntur
ad accuſandum, ſed non ad teſtimonium. & ita te-
net Alexand. in apoſtillis ad Barto. in l. in accuſa-
tionibus. ff. ad legem Iul. maieſt. faciunt notat. in
c. tãta. & cap. licèt Eli. & cap. per tuas. le j. de ſymo.
& per Specul. in titu. de teſte. §. ceſſat. verſi. xxj. vbi
creditur vni teſti reuelanti inſidias factas eſſe Papę
ſeu conſpirationem. & idem in crimine læſę maie-
ſtatis. cap. ſi quis Papa. lxxix. diſtin. & vj. quæſtio.
j. §. verum licèt. glo. in dict. cap. ſi quis Papa. tenet
in accuſatione. ſi quis non poteſt probare, punitur:
quia tacere debuit, ex quo probare non poterat. de
Matha in cap. in primis. ij. quęſtio. j. & per gloſſ. in
ſumma. ij. quæſtio. vij. & per Bart. in tracta. de epi-
ſcopo. in iij. parte, viij. partis. Specu. in titu. de teſti.
11 §. j. verſicu. item quòd aliquid. † tenet quando te-
ſtis aliquid addit de mẽdacio, quòd vitiatur in totũ.
c. ſi ad ſacras. 110. diſt. quod eſt verum quando talis
falſitas tangit ſubſtantiam vel circõſtantias nego
tij principalis: aliâs ſecus de quo ibi latiùs per ipſum
& Ioan. Andr. in addit. glo. verò in dict. l. eos. ff. de
falſi. facit mentionem quando teſtis deponit diuer
ſa & falſa vel varia, de quo ſe remittit ad nota. in §.
ſi verò. in authen. de teſtib. colla. vij. Sed Bartol. in
dict. l. eos. videtur diſtinguere quando teſtis dicit
teſtimonia varia & diuerſa pro eadem parte ſuper
diuerſis articulis: vel quando dicit varia & diuerſa
teſtimonia in eadẽ cauſa pro diuerſis partibus pro
actore & reo: vel quando teſtis variauit inter diuer
ſas partes, & in diuerſis inſtantijs: ſecundum Bar-
tol. quia licèt acta facta in vna cauſa non faciunt fi
dem inter diuerſas partes: iuxta notat. in l. is apud
quem. C. de edend. tamen fallit quando vnus teſtis
deponit diuerſa in diuerſis inſtantijs: quia faciet fi
dem contrà eundem teſtem. Nec obſtat l. ſi poſtula
uerit. §. ratio enim. aliâs incipit, ſi negauerit. ff. de
12 adulte. quia † ibi ſtatur vltimo dicto teſtis cum tor
mentis. Nec obſtat dict. §. quia verò. in authenti. de
teſtib. colla. vij. & dict. cap. præterea de teſti. cogẽ.
quia licèt teſtis poſsit ſe corrigere incõtinenti: hoc
verum quando allegat cauſas erroris, & iudici vi-
deatur: ſecus quando teſtis dicit diuerſa. & ibi etiã
facit certam diſtinctionem, an ſit ſtandum primo
vel ſecundo dicto teſtis, & quando teſtis primo di-
cit vnum extrà iudicium, & poſteà dicit diuerſa in
iudicio, & quando teſtis ſe refert eius primę depoſi
tioni vide, ibi per ipſum, & ibi dat etiam conſi-
lium, vt primo interrogetur teſtis extra iudicium,
vt non poſsit variare. De quo ibi etiam per Alexan.
in addi. in dict. l. eos. Et pariter idem Bart. in dict. l.
eos. tenet, quòd diuerſitas ſeu varietas præiudicat.
quando eſt circa negotium principale, vel circa cir
conſtantias negotij principalis: ſecus ſi circa ali-
quas demonſtrationes: vt circa nomẽ aut pronomẽ
& ibi latiùs per Alexand. in addi. ad Bart. idem ve-
rò Bart. in d. l. ſi poſtulauerit. §. ſed ſi negauerit. te-
13 net, ꝙ quando teſtis variat, † quòd tunc poteſt cor
rigere dictum ſuum incontinenti, quando ſponte
facit: ſecus ſi metu tormentorum: quia tunc antè
publicationem ſtaretur dicto poſt tormenta, & ibi
Alexand. in additio. not. ꝙ ſi teſtis vnum dicit ſine
tormentis, & aliud in tormẽtis, ſtatur vltimo dicto:
ſecundum Bartol. in dict. l. eos. & Bald. in l. iij.
C. de falſi. Et quid ſi in tormentis non perſeuraue
rit remittit ſe ad nota. per Bald. in l. fina. C. de accu
ſa. idem verò Barto. in l. libero. ff. de quæſtion. facit
14 certam diſtinctionem † an liber homo teſtis pro-
ductus poſsit torqueri: quia ſi ſint presbyteri, qui
varia teſtimonia dicant, tunc non torquẽtur, licèt
aliâs de falſo puniantur. l. presbyteri. C. de epiſco.
& cleri. ſi verò ſint in dignitate vel officio ſeculari
poſiti, tunc nõ poſſunt torqueri, niſi in vno de duo-
bus caſibus, videlicèt quãdo vacillant vel quando
15 conuincũtur de mẽdacio: † ſi verò ſint teſtes igno-
ti viles artifices facientes viles artes, ſecundum ali-
quos, non admittuntur ad teſtimonium, niſi cum
tormentis: ſed ſecundum Bar. imò creditur vbi non
vacillant, ſed eis non adhibetur tanta fides ſicut a-
lijs. de quo ibi latiùs per ipſum. & in l. vnius. §. te-

ſtes.& §.iudex.ff.de quæſti.& ibi tractat an in iſtis
16 indicijs † ad torquendũ teſtem requiratur ſolemni
tas,quę requiritur in alijs perſonis:iux.l.cuſtodias.
ff.de publi.iudic.& videtur ꝙ non.de quo per Bar.
in dict.l.vnius.§.iudex.Bal.verò in l.iij.C.de adul.
tenet,quòd quando teſtis præſumitur ſcire verita-
tem,& eam non dicit,debet torqueri in criminali-
bus ſimiliter torquetur vacillans, & omnes illi qui
bus non creditur ſine tormentis,& pręter hos caſus
teſtis nunquàm debet torqueri,& eſt notandum,ſe
17 cundũ ipſum, † ꝙ ſi teſtis ſine tormentis dicit vnũ,
& poſteà tortus dicit contrarium: tenet ſecundum
dictum,&non primum.d.l.ſi poſtulauerit.§.ſi nega
uerit.ſecus eſſet ſi ſua ſpõte:quia tũc tenet primũ di
ctum,& non ſecundũ:niſi correxiſſet ſe immediatè.
cap.prætereà.de teſtib.cogend.Idem verò Bald.in
l.fina.C.de quæſtion.facit differentiam de tortura
partis,quod tunc requiritur perſeuerantia.l.ij.ff.de
cuſtod.reor.ſed quando teſtis eſt tortus, tunc non
requiritur perſeuerantia:quia teſtis non poteſt di-
ctum ſuum ex interuallo corrigere.dict.c.prętereà.
de teſtib.cogen.& hoc de correctione ſpontanea,
non de extorta per tormenta.dict.l.ſi poſtulauerit.
Nam quando teſtis torquetur, tunc torquetur in
alios.& iſto caſu torquetur teſtis ſiue in ciuili, ſiue
in criminali,quando eſt vilis perſona, & tunc re-
quiruntur duo,videlicèt ꝙ interfuerit facto,& ꝙ va
cillet:ſecundũ Cin.in d.l.fi.C.de quęſti.in iiij.q.Al
be.in rub.C.de quęſti.refert qñ teſtis eſt vilis,ꝙ nõ
creditur ſine tormentis.Ang.in dict.l.fi.C.de quæ-
ſtio.loquendo de teſte qui torquetur in alium non
requiritur perſeuerantia:imò ſtatur primo dicto.§.
18 quia verò.in authen.de teſtib.colla.vij. † & hoc ve
rum quando fuit loquutus parti: ſi autem non fuit
loquutus parti,& repetitus in tormentis dicit con-
trarium,tunc ſtandum eſt poſteriori dicto,licèt ibi
referat Dynum tenere quòd neutri dicto ſtetur,per
dict.l.qui falſa.deinde refert Bartol.in dict.l.eos.
quando teſtis variat ſine tormentis, & tunc habet
locum dict.l.qui falſa.aut variat in tormentis: &
tunc ſtatur vltimo dicto reſeruato ſi non fuit loqu
tus cum parte, prout ſuprà dictũ fuit.& adhuc erit
arbitrium iudici ſi primum dictum eſſet veriſimi-
lius.& tandem concludit poſt glo.ibi quòd etiam
in teſte requiritur perſeuerantia:quia ſtatur primo
dicto & non vltimo,quando ſe corrigit abſque tor
mentis,& abſque cauſa rationabili, ſed ſi corrigit
ſe in tormentis & repetitur,non ſtatur primo dicto
nec ſecundo:ſed iterum debet repeti & ſtabitur illi
dicto in quo perſeuerabit tanquam vero.& ita in-
telligit glo.ibi,& opinionē Dini dicentis neutri di
cto ſtandum,niſi repetatur tertio,& ſaluo arbitrio
iudicis:& etiam quòd non locutus fuerit cum par-
te:quia tunc ſtaretur primo dicto,& non poſterio-
19 ribus.vide dict.l.fin.C.de quæſti.in fi. † quòd pars
quæ petit fieri quæſtionem debet iurare,quòd non
petat calumnię cauſa.& ibi glo.& ita tenet Alber.
in rubric.C.de quæſtio.Sali.in l.interrogari.C.de
20 quæſti.videtur tenere poſt glo.ibi † quòd quando
ſeruus producitur in teſtem ſiue in ciuilibus, ſiue
in criminalibus,tunc torquetur non præcedente in
dicio.propter eius vilitatem ex ſola præſumptione
vilitatis:ſi verò teſtis fuerit liber:tunc ſecũdum Sa
21 lice.in dict.l.fi.C.de quæſti. † quando non eſt in di
gnitate eccleſiaſtica, & aſſerunt ſe interfuiſſe nego
tio,& vacillant, poſſunt torqueri,vel quando con-
uinceretur de mendacio:ſi verò teſtis eſſet vilis per
ſona: tunc ſecũdum aliquos non creditur, niſi cum
tormentis:vel ſecundum glo.in dict.§.ſi verò igno-
ti.de teſti.colla.vij.requiruntur duo,videlicèt,ꝙ ſit
vilis perſona,& quòd feſtinauerit corrumpere veri-
tatem,videlicèt quando ſponte vadit ad deponen-
dum ſe reddendo ſuſpectum:ſecundum Salic.in d.
l.fi.C.de quęſti.glo.in l.j.C.de ſumma trini.ſuper
22 verb.diuina.dum ibi tractat,† an infamia iuris vel
facti repellat à teſtimonio.& videtur tenere quoad
infamiam facti,non repellit,licèt in l.Caſſius.ff.de
dona.teneat contrarium.de quo per Sinum in d.l.
j.C.de ſumma trini.facit differentiam an ſint infa-
mes per ſententiam,vel non:ſed quò ad infamiam
facti nõ repellit à teſtimonio,licèt minus credatur:
poſſent tamen dicti teſtes eſſe tantùm viles & igno
ti,quòd eſſent neceſſaria tormenta: per dictum §.ſi
verò ignoti.& hoc in cauſa ciuili: ſed in cauſa cri-
minali non admitterentur, niſi in ſubſidium: licèt
ſecundũ Bal.tales teſtes admitterentur ad inquiren
dum & informandũ,& nõ ad condẽnandũ in ſub-
ſidiũ,& cum tormentis:de quo ibi per Albe.Salic.
& cæteros.Iaſ.in dict.l.j.C.de ſumma trini.circa fi
nem,tenet quòd infamia iuris repellit à teſtimonio
23 nec faceret indicium.† fallit in crimine hæreſis &
læſæ maieſtatis,ſacrilegij, vel quãdo deponeret de
facto proprio.& pariter fallit in ſubſidium & cum
tormentis,& pariter fallit quando eſſent rogati à
partibus,& pariter ibi tractat de infamia facti, an
repellat à teſtimonio,& tenet ꝙ nõ regulariter: fal
24 lit in certis caſibus.& circa fin.ibi tractat † quali-
ter intelligatur,ꝙ aliter veritas haberi non poteſt:
quia debet intelligi quando ex natura negotij veri
ſimiliter habitu & actu plures interuenire non po-
tuerunt: aliàs ſecus quãdo ex accidenti contingat,
quòd alij teſtes non fuerint præſentes: ſecundum
Anthon.de Butri.in cap.tertio loco.de proba.Bar.
25 in l.presbyteri.C.de epiſc.& cler.notat,† quòd fal
ſum committitur non ſolùm in dicendo,ſed in tacẽ
do,quod facit contra teſtes & notariũ qui omittũt.
idem Berto.in l.nullum.C.de teſtib.poſt gloſſ.for-
mat quæſtionem de teſte quando fuit punitus ex
officio iudicis ſi poſſit ex poſt puniri pœna falſi.de
quo ibi per ipſum Barto.Sed Bald.in d.l.presby
26 teri.C.de epiſcop.& cleri.not.† quòd omnes in te
ſtimonio vacillantes poſſunt & debẽt torqueri pro
eruenda veritate,& iſto caſu notarius de mandato
27 iudicis debet ſcribere quomodò teſtis † vacillat,tre
pidat vel mutat colorem in facie: quia omnia iſta
ſunt ſigna falſi teſtimonij: ſecundum Innoc.in c.
quoniam contra falſam.de probat.& idem ineptè
quãdo interrogatur & trepidat vel mutat colorem:
ſecundum Barto.in l.de minore.§.plurimum.ff.de
quæſti.& in hoc verſatur arbitrium iudicis ex alijs
circonſtantijs non ex ſolo pallore vultus vel trepi-
datione:ſecundum Bald.in dict.l.presbyteri.& ibi
28 etiam tenet † quòd quando teſtis ſit veritatem, &
deponit quòd nõ recordatur, committit falſum in
tacendo.Salic.in dict.l.presbyteri.not poſt glo.ibi
quòd ex ſola vacillatione quis non ſubiicitur tor-
turæ,niſi dicat ſe interfuiſſe facto.Bald.in d.l.nul-
lum.C.de teſtib.tenet quòd vacillans debet puniri
quando

quando variat, quod eſt intelligendum quando variat in dicto, & quando teſtis dicit extra iudicium, & poſteà aliud dicit in iudicio, quod debet puniri licèt debeat attendi illud quod dicitur in iudicio. allegat glo. in cap. cùm cauſa. de teſtib. & quando teſtis vacillat notarius non debet ſcribere niſi de mandato iudicis, & ibi etiam format quæſtionem, quòd quando eſt iuratum tenere ſecretum in palatio, & quis vult probare ſecretum, non eſt ei credendum: quia aut eſt falſus, quia mētitur: aut periurus, quia reuelat. allegat Ioan. Andr. in cap. literas. de præſumpt. Ioan. de Imol. in l. de his. §. fi. ff. de hære.
29 institu. tenet, † quòd variatio teſtis circa negotiū principale, vel circa circōſtantias negotij principalis præiudicicat: aliàs ſecus. gloſſ. in cap. cùm eccleſia. de cauſ. poſſeſ. & proprieta. ſuper verb. vacillaſſe: tenet, ꝙ variatio repellit teſtes in negotio principali. ſeu ſubſtantia: ſecus ſi eſſet diuerſitas in narratione verborum, dum tamen cōueniant in effectu. cap. pura. iij. quæſtio. ix. cap. nihil. de verbo. ſignifi. c. cùm contra. de quo per Antho. de Butr. in dict. c. cùm eccleſia. glo. in cap. dudum. de conuerſ. coniuga. ſuper verbo, ſubſtantia. notat quòd nihil refert narrādi diuerſitas vbi eadem dicuntur. & eſt argumentum ſecundū glo. pro teſtib. diuerſo modo narrantibus, dum tamen in ſubſtantia facti nō diſcordant. cap. in ſcripturis. viij. q. j. Et idem in effectu te-
30 ner gl. in c. nihil dicto. de verbo. ſign. † quia diuerſitas narrādi non reddit teſtes ſingulares, dū tamen conueniāt in facto & effectu: niſi ageretur de actu, vbi requiretur ſolēnitas verborum: vt in teſtamēto: quia ſi teſtes deponerēt de inſtitutione heredis per diuerſa verba, licèt conuenirent de perſona heredis non probarent: ſecundum Antho. de Butri. & Panor. in dict. c. nihil. & quando cōtrarietas teſtium eſt in modico non præiudicat: ſecundum Antho. de Butri. in cap. ij. de regula. an autem teſtes debeāt extensè & ad plenum deponere, ita quòd ſcriba debeat ſcribere ſeriatim ne ſufficeret ſe referre ad primum teſtem vbi notarius ſcripſit plenè: vide per Ioā. And. Antho. de Butr. & Panor. in dict. c. nihil. Panormi. in cap. per tuas. de proba. format quęſtio-
31 nem de teſte † quando primò aſſeruit vnum extrà iudicium, & poſteà ponit oppoſitum in iudicio, ꝙ creditur ſecundo dicto iurato: per gloſſ. in dict. cap. per tuas. nec punietur de falſo: quia potuit eſſe, ꝙ extra iudicium vt cōplaceret partibus, licèt minus credatur: de quo ibi latiùs per ipſum. & in c. cùm in tua. de teſtib. & ibi an ſufficiat, quòd teſtes referāt ſe ſuæ primæ depoſitioni. Deinde facit certam diſtinctionem. & in cap. præterea. de teſtib. cogen. & per Fel. in dict. cap. cùm in tua. & ibi an ſufficiat, ꝙ teſtis. vide etiam per Alexan. conſi. v. vbi tenet, ꝙ varietas teſtium non nocet quando non eſt circa ſubſtantiam facti. & premiſſa poſſunt adaptari ad quæſtionem ſuper dicta cauſa nobilis Annæ Bullioudæ vxoris dicti Ioannis Odoberti mercatoris Lugduni contra dictum Petrum Bralier notarium Claudium Peychier Ioannem Rauonerij Benedictum Peychier: quia dicti Lauonerius & Peychier fuerunt varij, an excuſantur ex aliqua cauſa cum ſint ruſtici, & an ſit ſtandum primo dicto iurato: reſpōſio patet ex præmiſſis aliter ad pręſens nō declaro, quia adhuc cauſa pendet coram curia. Adde ꝙ quando primū dictum teſtis eſt iuratum, licèt extraiudicialiter ſtādum eſt illi, licèt ex poſt dicat cōtrariū in iudicio: ſecundum Panor. in cap. per tuas. de probatio. Et idem quando pro primo dicto concurrent coniecturæ: ſecundum Panor. in cap. literas. de præſump. Feli. in cap. cùm in tua. de teſtib. & pariter quando teſtis eſſet notę fidei etiam ex interuallo poſſet corrigere dictum ſuum: ſecundum Felin. poſt Bald. & Panormi. in cap. præterea. de teſti. cogend. & etiam quando ſecundum dictum teſtis ſe ſe cumpatitur cum primo, tūc teſtis etiam ex interuallo poſſet corrigere dictū ſuū, vt quia primò dicit ſe nō recordari, & ex poſt recordatus, dicit veritatem: ſecundum Feli. in d. cap. præterea. Bart. & Alexan. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de dāno infect. Bald. in capitu. j. quid ſit inueſtitu. & per Ange. in l. tabellarium. ff. de furt. facit c. ſuper his. de pœn. & c. vt noſtrū. vt eccleſia benefi. vbi reſpōdens contraria habetur ſuſpectus, & mendacium eſt indicium ad torturam: ſecundum Barto. in l. fin. ff. de quæſtio.

ARGVMENTVM.

Falſitas & corruptela quomodò probentur. Et an neceſſum ſit vtrumque probare.

SVMMAARIVM

1 *Clauſ. Citra onus ſuperfluæ probationis.*
2 *Teſtis qui pecuniam accipit ut teſtificetur, falſum cōmittit.*
3 *Teſtes qui prece, pretio, amore, timore, uel odio deponunt, quòd periurium committere uidentur.*
4 *Corruptus pretio ut teſtificetur eſt inhabilis.*
5 *Teſtis non citatus ſi producatur, reprobandus non eſt.*
6 *Teſtibus pro expenſis pecunias polliceri licitum.*
7 *Quid ſi teſtis in itinere depredaretur nonne ei licitum ſit non nihil à producente caperet*
8 *Corruptela quomodò probetur, uſque in fi.*
9 *Teſtes corrupti ad probādum corruptelam ubi aliter probari non poteſt, in ſubſidium admittuntur.*
10 *Probatio in ſubſidium qualiter dicatur.*

Quæſtio CCCCLXXXVIII.

QVAERITVR de modo probandi corruptelam teſtium pretio vel prece: & ſi ſtetur dicto teſtium ſuper corruptela ad eorum præiudicium, & etiam ad preiudiciū partis, & maximè quādo aliter probari non poteſt, & ſi debeat probari vtrunque, videlicèt falſitas & corruptela. Et in effectu glo. in l. diuus. ff. de re iudic. primò refert, quòd ſufficit probare ꝙ teſtis dixerit falſum, vel ꝙ fuerit corruptus pretio vel precibus. Sed in contrarium tenet Plac. & maximè quādo aliquis ſe aſtrinxit probare vtrunque: ſed ſi non ſe aſtrinxerit, tunc ſufficeret probare alterū de quo ibi latiùs per Bart. qui facit differentiam quando in eadem oratione vel in diuerſis orationibus: & ideò cauti aduocati
1 apponunt in fine libelli ſeu articulorū † citra onus ſuperfluæ probationis. & quando teſtes ſunt corrupti pecunia ſufficit ad ipſos reprobēdum licèt non
2 probetur de falſo: ſecundum Bar. in dict. l. † diuus. quia eo ipſo quòd teſtis accipit pecuniam, committit falſum. l. j. §. j. ff. de falſ. etiam ſi teſtis dixerit verum. ſicuti quando datur pecunia iudici vt dicat rectum iudicium. & hoc etiam tenet ibi Barto. quia teſtes debent dicere teſtimonium gratis, & pro hoc

facit lex.ij ff.de condi.ob turpē.& l.venalis.C. quã
do prouoca.non eſt neceſſe. Sed Ioan. de Imol. in
d.l.diuus.videtur tenere, quod licèt teſtes ſolùm
fuerint corrupti prece & non pecunia,quod repro-
batur teſtimonium,etiam ſi teſtes verum dicant:
3 quia † teſtis videtur periurus quando eſt corruptus
prece vel pretio vel amore vel timore vel odio:iux-
ta nota.per gloſſ.in c.fraternitatis.de teſti.& iſtam
partem videtur tenere gloſſ.in cap.licèt.de proba.
Alexa.in d.l.diuus.refert opiniones,quãdo aliquis
ſe adſtrinxit ad probandum falſum & corruptelam,
& tunc ſi probetur corruptela per pecuniam, tunc
ſufficit:quia cenſetur committere falſum, prout iu
prædictum fuit:ſi vero probetur corruptela prece
vel amore,tunc ante ſententiam ſufficeret:alias ſe-
cus,de quo ibi latiùs per ipſum Feli.in ca.j.de teſti.
4 notat, † quòd corruptio per pretium inhabilitat te
ſtem etiam ſi fiat vt verum dicat.ca.non ſana. xiiij.
quæſtio.v.& etiam incurrit pœnam falſi, quando
recuſat teſtificari.l.j.ſed & ſi quis.ff.de fal.& maxi-
me quando accipit pecuniam ne dicat teſtimoniũ.
& hoc verum, niſi faceret in fraudem teſtimonij fe
rendi:iuxta.nota.per Bartol.in l.j.§. cùm quis.ff.de
conqui.& licèt teſtis prohibeatur corrumpi pretio.
dict.cap.j.de teſti.tamen non prohibetur rogari te-
5 ſtis ad teſtimonium : † & ideo ſi teſtis producatur
abſque citatione non reprobatur : quia potuit ro-
6 gari per partem:† & pariter pro expenſis teſtium li-
citè poſſet promitti pecunia.cap.ſtatutum §. profe
rendo.de teſti.libr.vj.ſecundum Panormita. in d.
ca.j.& idem ſi aliquid daretur teſti in recompenſa-
tionem operarum quas perdit: ſecundum Bald. &
7 Felin.ibi † & ſi teſtis ſpoliaretur per itinera à latro
nibus, licèt non recuperet damnum à producente:
tamen de vrbanitate,ſi aliquid daretur,non vitiare
tur:dum tamen interueniat ſcientia iudicis: ſecun-
dum Felin.ibi,de hac materia vide per Panormita.
& Felin.in dict.cap.licèt.de proba.& ibi in gloſſ.iu
per verbo,opponi, vbi Felin.ponit plures conclu-
ſiones & limitationes. Sed redeundo ad quæſitũ,
8 de modo probandi corruptelam teſtium.† Et in ef-
fectu teſtes qui deponunt ſe fuiſſe corruptos, licèt
credatur eis ad eorum præiudicium:tamen non cre
datur ad præiudicium aliorum, cum allegent turpi
tudinem ſuam, & ſint periuri.cap.ſicut.de teſti. Et
hoc ibi notat Panormit.& clariùs Felin.ibi.in cap.
cùm in tua.de teſti.quia corruptio teſtis poteſt pro
bari per alios teſtes,ſed non per eoſdem:niſi ad præ
9 iudicium ipſorum: dict.cap.ſicut.† Veruntamen in
ſubſidium vbi non poſſet haberi alia probatio te-
ſtes corrupti admitterentur ad probandum corru-
ptelam contra corrumpentem,ne veritas pereat:ſe-
cundum Bald.in cap.fina.de teſti.cogend.& ibi te-
net ſimpliciter,quòd teſtes minus idonei iſto caſu
admittentur ne veritas pereat, & hoc ſequitur Fe-
li.ibi in defectum probationis admittuntur minùs
idonei:ſecundum Panormit.ibi,cap.cùm dilecti.de
elect.& ſecundum Felin.in dict.cap.fin.vbi potuiſ
et probari per alios nõ fuiſſent habiles de quo ibi
10 latiùs per ipſum, † & dicitur in ſubſidium & defe-
ctum probationis cum ex negotij ſeu criminis na-
tura non poteſt haberi probatio legitima:tunc ad-
mittitur probatio minùs legitima : ſecundum Pa-
normit.ibi pro quo allegat ca.cùm dilecti.de elect.
& cap.prætereà.de teſti.& ita tenet Anto.de Butr.
in cap.tertio loco.de proba.quando natura nego-
tij hoc habet,vt non poſsint veriſimiliter occurrere
alij teſtes:ſecus ſi caſualiter non interfuerint:& ita
tenet Iaſon in l.cunctos populos.C.de ſumma tri-
nitate in fine.

ARGVMENTVM.

Tabelliones creare qui poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Tabelliones & notarios eos creare poſſe qui ſuperiorem non recognoſcunt.*
2 *Comites & prælati in eorum iuriſdictione notarios creare poſſunt.*
3 *Archiepiſcopus Ebredunenſis notarios ex priuilegio creat.*
4 *Notarius laicus electionis inſtrumentum conficere poteſt.*
5 *Tabellio à Papa creatus quòd ubicunque terrarum inſtrumenta recipere & conficere poteſt.*
6 *Archiepiſcopi & Epiſcopi per eorum diœceſes tabelliones & notarios creare poſſunt.*
7 *Tabelliones & notarij creati à Papa uel principibus ſuperiorem non recognoſcentibus, vel Comitibus qui principis authoritate faciunt,quòd ubicunque terrarum inſtrumenta recipere & conficere poſſunt.*
8 *Tabellio creatus ſtatuti ciuitatis uirtute quòd inſtrumenta extra ciuitatis territorium recipere non poteſt.*
9 *Iuriſdictio iudicum chartulariorum qui iuriſdictionem inter aſſentientes tantùm habent,prorogari poteſt.*
10 *Notarius in iuriſdictione uoluntaria quòd officio duplici fungi poßit : ſcribæ ſcilicèt,& interponentis authoritatem.*
11 *Tabellionis officium improrogabile.*
12 *Quid de notarij officio.*
13 *Notarij officij communis reputatio ad inſtrumenti ualiditatem abſque literæ demonſtratione, an ſufficiat.*
14 *In factis antiquis pro notarij poteſtate præſumitur.*

Quæſtio CCCCLXXXIX.

QVAERITVR quis poſsit creare tabellio
nes:& ſi quilibet iudex ſiue eccleſiaſticus ſi
ue ſecularis poſsit infrà eius territorium creare ta-
belliones: & an valeant inſtrumenta alibi recepta
an teneant & faciant fidem, & an tabellio creatus
authoritate eccleſiaſtica poſsit recipere in tempo-
ralibus,& ecõtrà:ſi notarius creatus authoritate ſe
culari valeat recipere inſtrumẽtũ in ſpiritualibus:
& an communis reputatio notarij ſufficiat ad vali
1 ditatem inſtrumentorum.† Et in effectu ad Papam
vel Imperatorem, vel ad Reges habentes ſuppre-
mum imperiũ ſpectat authoritas creandi tabellio-
nes:ſecundum Inno.in capit.cũ P Tabellio.de fi-
de inſtrumen.vel etiam ex priuilegio vel conſuetu
dine.l.j.C.de emanci.libe.vel etiã quãdo ſunt prin
cipes,vel alij domini non recognoſcentes ſuperio-
rem ſaltem de facto : quia poſſunt exercere iura re-
galiæ:de quibus in cap.j. quæ ſint rega.ſecundum
2 Bart.in l.infamen.ff.de publi.iudi.& pariter † Co-
mites & prælati in terris ſuæ iuriſdictionis poſſunt
creare notarios :ſecundum Hoſtien.in ſumma de
3 fid. inſtrumen.§.quibus inſtrumẽtis.& ibi † refert
de Archiepiſcopo Ebreduni qui gaudet ex priuile-
gio:& ibi etiam refert de Comitibus prouinciæ &
Sabaudiæ, & pro hoc allegat in authentico:de ta-
be.§.pe-

bel. §. penulti. colla. iiij. & pariter idem Hoſtien. videtur tenere, quòd quilibet infra iuriſdictionem ſibi commiſſam poſsit creare tabellionem, de quo ſe remittit ad nota. per ipſum in ſumma. ne cleric. vel mona. ſecula. §. quæ ſunt pręmiſſa. verſicu. ſed poteſt. & verſi. non debet. & ita etiam tenet Specu. in titu. de inſtrumen. & dic. §. reſtat. verſicul. quis poteſt. & quia non videtur prohibitum: ergo videtur permiſſum. Adde Specula. in tit. de inſtrumen. edit. §. reſtat. verſi. & not. quòd tabellio creatus ab Imperatore Papę, vel ab eo cui ſpeciale priuilegio fuit indultum poteſt vbique etiam in Francia, Anglia, Hiſpania inſtrumēta cōficere. vide in ver. quid de hijs. quādo creatur ab Epiſcopo Comite & vniuerſitate, quòd poſsit etiam extra territorium recipere de conſenſu expreſſo partium, niſi prohibeatur per eum in cuius iuriſdictione recipitur, inſtrumētū vide ibi per Ioan. Andr. in addit. an officium notarij poſsit prorogari, & iſtud facit pro ſtatuto Delphi. prohibente recipi in hac patria inſtrumēta per notarios imperiales niſi ſint cōfirmati authoritate Delphini. vide Spe. vbi ſuprà in dict. §. reſtat. verſi. quid ſi tabellio. & verſicu. ſequent. an tabellio eccleſiaſticus poſsit recipere in temporalibus negotijs, & ecōtrà, an notarius laicus poſsit recipere in ſpiritualibus, & per Bald. in l. j. C. de ſumma trinita. in ix. colum. & Cardina. Flo. in cap. ſicut. ne cleri. vel mo. in iij. queſtiōe, quòd valent inſtrumenta recepta per clericum notarium ante prohibitionē. & in v. & vj. quæſtioni. de laico notario, quòd & recipere in ſpiritualibus, & etiam de clerico notario quòd poteſt recipere in temporalibus & ibi Panormit. vide Bart. in l. vniuerſos. C. de decu. libr. x. & in l. ſeruus. ff. de teſtamen. & pro iſta parte facit cap. quia propter. de elect. & ibi per gloſſ. ſu-
4 per verbo, redacta. & Panor. † quòd notarius laicus poteſt recipere inſtrumentum electionis: & etiam poteſt eſſe procurator in cauſis ſpiritualibus. cap. j. pe procura. libr. vj. & iſtam partem tenet Ioā. de Imol. in dict. cap. cùm P Tabellio. & ibi refert, quòd eſt communis opinio: niſi dominus temporalis prohibuiſſet. & ibi reſpondet ad cap. per venerabilem. qui filij ſint legiti. Veruntamen Hoſtien. in ſumma. de fide inſtru. dict. §. quibus inſtrumentis.
5 tenet, † quòd licèt tabellio à Papa vbique poſsit cōficere, & recipere inſtrumēta. c. cūcta per mundū. & ca. per principalem. ix. quæſt. iij. tamen ſecus eſt, quando eſt creatus à principe ſeculari: quia talis tabellio non debet recipere extra prouinciam, nec etiam poterit recipere inſtrumentum in ſpiritualibus: quia nō eſt licitum mittere falcem in meſſem alienam. verba Gregorij in cap. ſcriptum. vj. quæſt.
6 iij. licèt quilibet † Archiepiſcopus vel Epiſcopus infrà ſuam diœceſim poſſunt creare tabelliones. & idem de alio habente iuriſdictionem ad ſcribendū acta iudicij. c. quoniā cōtra falſam. de probat. Bartol. verò in l. nec ei. aliās incipit, non aliter. ff. de adopt. format quæſtionem quis poſsit iſtos tabelliones creare. Et primò arguit, ꝙ ſolus princeps per actuarios. C. de munera. & actua. libr. xij. deinde tenet quòd quilibet magiſtratus infrà territorium ſuum poteſt creare tabelliones ſeu notarios. in authen. de defenſ. ciui. §. ex priuilegio. colū. iij. quia eius eſt creatio, cuius eſt remotio: vt in authent. de armis, in fine colum. vj. & in authen. de tabel. §. penul. col. iiij. & l. iubemus. C. de defenſo. ciui. & pro hoc allegat caſum in l. ſi duos. libr. xj. & idem Bart. in dict. l. non aliter. tenet quòd tabellio non poteſt recipere inſtrumenta extra territorium illius, qui ipſum creauit: licèt ſi receperit infra territorium, facit fidem, etiam extra territorium: ſed idem Bartol. in l. j. & ij. ff. de offic. procon. facit differentiam an quis fuerit creatus ab inferiore à principe, & iſto caſu non poteſt exercere: nec recipere inſtrumentū
7 extra iuriſdictionem creantis: † ſecus ſi ſit creatus à Papa, vel à principe, vel à Comitibus, qui faciunt principis authoritate, quia vbicunque poterant recipere inſtrumenta cùm ſit actus voluntariæ iuriſdictionis. d. l. j. & ij. & pro hoc allegat gl. in l. nō ſolùm. §. & ſi ex teſtamento. & not. per Spec. in dict. §. reſtat. ver. & not. & in ver. quid de his. & ſecundū Ioan. Andr. in addi. in verſic. ſed quis poteſt facere. quando notarij deliquunt ordinarij poſſunt ipſos deſtituere & priuare. l. iubemus. §. his tabellionibus. C. de ſacro ſanct. eccleſi. idem verò Barto. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinita. in vij. quæſt.
8 circa ſtatuta permiſſoria. ibi tenet, † quòd quando per ſtatutum ciuitatis permittitur creatio tabellionis: tunc non poterit conficere inſtrumētum extra territorium ciuitatis: quia eſt creatus ab inferiori à principe. dict. l. ij. & pro hoc allegat etiam cap. Romana. §. nec clericos. de foro competent. libr. vj. licèt ſi recipiantur infrà territorium faciant fidem vbique, vel etiam ratione conſuetudinis adhibetur fides, etiam extra territorium. cap. cùm dilectus. de fide inſtrumen. idem verò Barto. in l. j. C. de emanci. libe. tenet quòd notarius creatus authoritate cōmunis vnius ciuitatis, poteſt facere inſtrumenta in alia ciuitate, quæ vires habebunt in omni loco, &
9 pro hoc facit gloſſ. in l. j. ff. de iudic. quæ tenet, † ꝙ iuriſdictio iſtorum iudicum chartulariorū, qui non habent niſi iuriſdictionem voluntariam inter conſentientes, poteſt prorogari. & ita videtur dicendū de officio tabellionis. per gloſſ. in authenti. de tabellio. §. penulti. colum. iiij. Idem Bartol. in l. apud procōſul. ff. de manu. vindict. ten et, quòd notarius creatus ab inferiore principe etiam à Rege non poteſt recipere inſtrumenta extra regnum. Bald. verò in dict. l. cunctos populos. C. de ſumma trinita. xv. colum. verſi. & vlterius quæro: quādo ſtatutum permittit, quòd presbyter poſsit conficere inſtrumenta, & tenet quòd valet tale ſtatutum ſicuti valeret, quòd credatur ſcripturæ mercatoris, vel campſoris & probent talia inſtrumenta recepta infrà territorium, vbique de quo ibi latiùs per ipſum idem verò Bald. in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacro ſanct. eccle
10 ſi. tenet, † quòd in iuriſdictione voluntaria notarius poteſt fungi duplici officio, videlicet ſcribendi & etiam interponendi authoritatem. idem verò Bald. in l. repetita. C. de epiſco. & cleri. poſt Guliel.
11 de Cuneo tenet, † quòd officium tabellionis nō poteſt prorogari. de quo ibi latiùs per ipſum Ioā. Andr. in dict. cap. cùm P. Tabellio. de fide inſtrumen. poſt Innocen. quòd non eſt mirum, ſi ad ſolùm Papam vel Imperatorem, ſeu principē pertineat creare tabelliones, quòd credatur vni pelli beſtiæ mortuæ. & ideò iſta probatio eſt miraculoſa, nec valeret pactū quod credatur ſcripturæ priuatæ: de quo

ibi latiùs per ipſum do. Ioan.de Imol.in d.ct.cap.cũ P. Tabellio.tenet quòd Papa Imperator & Reges ſaltem non recognoſcentes ſuperiorem: iuxta cap.per venerabilem.qui filij ſint legiti.vel niſi cóſuetudo haberet:iuxta dict.cap.cùm dilectus.de fide inſtrumento.& ibi etiam refert opinio. Hoſtiẽ. quòd inferior à principe poſsit dare authoritatem creandi tabelliones infrà ſuam iuriſdictionem.tandem idem Ioan.de Imol.in dict.cap.cũ P.tabellio.

12 tenet † quòd officium notarij non poteſt prorogari:vt de conſenſu partium poſsit recipere inſtrumẽtum extra territorium conſtituentis.allegat Ioan. Andr.in addit.ad Speculat.§.reſtat.verſic.quid de his.& pariter tractat Ioan.de Imol.de notario creato à Papa an poſsit recipere inſtrumenta in terris imperij,& econtrà,an notarius creatus ab imperatore,poſsit recipere inſtrumenta in terris eccleſiæ? Et tenet quòd ſic cõmuniter.& quòd tolleratur. tenet Feli.in dict.cap.cùm P Tabellio.de fid.inſtrumen.in xiij.quæſt.quòd tabellio imperialis, vel apoſtolicus poſsit vbique recipere inſtrumenta. & allegat conſuetudinẽ vigere ſuper hoc. Item in xiiij. quæſtio.tenet quòd notarius extra territorium inter ſubditos poteſt recipere inſtrumentum.& econtrà infrà territorium inter extraneos.itẽ in xv.quæſtio.tractat an notarius poſsit extra territorium de conſenſu partium recipere inſtrumentum,& ſi poteſtas notarij poſsit prorogari actum in notario actorum ex quo incepit ſcribere non debet deputari alius niſi ex iuſta cauſa : ſecundum gloſſ.§.ſi verò adſunt.ſuper verbo, inuentariũ.de hære.& fal. col.j.l.j.C.de ſportul.& ſumptu.& ibi per Bal.& Ange.& maximè quã notarij actoris tenet ad firmam & titu.oneroſo, & non debet exerceri per alios nec aduocari ad eorum præiudicium: faciunt.per Bal.in l.j.ff.de offic.conſul. in xvij.quæſtio.& in l. repetita.C.de epiſco.& cleric. Nec obſtat dict.capitu.per venerabilem qui filij ſunt legit.quia loquitur in legitimatione, & eſt diuerſa ratio ab inſtrumento: quia inſtrumenta conficiuntur de voluntate eorũ, de quorum præiudicio agitur: & ideò faciliùs habent effectum.Sed legitimatio interdum fit ſine cóſenſu eorum de quorum præiudicio agitur,vt tangit Bartol.in l.Gallus.§.quid ſi tantùm.ff. de liber. & poſtu de iſta materia etiam habetur per Anto. de But.Panormi.& Felin.in dict.c.cũ P. tabellio. & de materia prorogationis iudicum chartulariorum,vel notariorum,etiam habetur per Ange.in l. teſtamenta.& l.conſulta.& ibi per Bald. Alexand. de Imol.& Iaſo.C.de teſta.& per Alexan.in addi. ad Bald.in l.j.ff.de iudi.& domi. Guido Pap.deciſ. cccxvij.vbi tenet quòd fortè de æquitate canonica clericus iuratus curiæ Grayſinodani,vel curiæ officialatus,poteſt recipere inſtrumentum,& ita tollerat cõſuetudo.de hac materia aliàs ſcripſi in q.xv. cauſarum arduarum in tractatu de fide inſtrumen-

13 torum.q.cc.vj.& tribus ſequentibus. † An autem ſufficiat communis reputatio officij notarij ad validationem inſtrumenti abſque alia iuſtificatione literæ tabellionatus:iuxta l.Barbarius Philippus.ff. de officio prętо.propter publicam vtilitatem,& maximè quando fuit in diutina poſſeſsione officij tabellionatus:quia tunc videtur ſufficere quando eſt contentio cum alio quàm cum notario: ſecundum Innocen.in cap.veniens.de verbor. ſignific. & iſtã partem tenet Ioan. Fab.inſtitu.de teſtament.§. ſed cùm quis.& Barto.in l.generali.C.de tabular.lib.x. Bald.in l.j.C.ad Macedo. Salice.in l.j.C.de teſta. ſed contrarium tenet Spec.in titu.de inſtrumento. edit.§.reſtat.verſi.quid ſi his.& verſi.ex pręmiſsis. & ibi Ioan.And.in addi.quia non valent inſtrumẽta recepta per notarium putatiuum.l.Herennius. ff.de decu.& hoc ibi videtur tenere Bartol.de quo etiam ibi per Alexand.in addi.ad Bar.de quo aliàs ſcripſi in vol.vltimarum voluntatum folio. cxxxv.

14 verſi. † Veruntamen in factis antiquis præſumitur pro poteſtate notarij:ſecundum Bald.in authenti. quas actiones.C.de ſacro ſanct.eccleſi. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa inquiſitionali contra dictos Petrum Bralier notarium, Claudium Peychier,& cæteros:quia dictus Bralier ſolùm fuit creatus clericus curiæ officialatus Lugduni,qui recepit inſtrumentum dictæ donationis factæ per Simõdum Bullioudi dictis Margaritæ & Catherinæ eius ſororibus,in loco Feyſini à parte Delphinatus, licèt ſit infrà diœceſim Lugduni,& de conſuetudine inſtrumẽta intitulantur ſub nomine officialis ſicuti in curia officialatus, Viennæ:veruntamen fuit probata communis reputatio dicti Bralier pro notario &c.

ARGVMENTVM.

Pro debito communitatis an collecta cõtra particulares imponi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitatis pars maior,an obeſſe minori poßit. & num. 4.*

2 *Vniuerſitatis quæ ſunt, ad ſingulares non pertinet,& econtra.*

3 *Vniuerſitatis homines teſtes eſſe non poſſunt in cauſa uniuerſitatis,commodum uel incõmodum cuius ſingulos de uniuerſitate particulatim tangit.*

5 *Communitas,cuius burſa ſoluendo non eſt, quòd collectas facere,& ad id compelli poteſt.*

6 *Particularium bona pro debita communitatis capi non debere regulare.*

7 *Particularis pro communitatis debito an inſolidùm cõueniri poßit.*

8 *Exactores collectarum uniuerſitatis quòd inſolidùm cõueniri poſſunt.*

9 *Pauperes à collectis immunes eſſe debent.*

10 *Collecta an per æs & libram, an ſecundum capita imponenda ſit.*

11 *Vniuerſitas quando non eſt ſoluẽdo,qui ſoluere teneãtur.*

12 *Procurator conſtitutus à capitulo quòd à capitulo ipſo expenſas habere teneatur.*

13 *Is contra quem litigatur an in uniuerſitatis expenſis contribuere teneatur.*

14 *Maior pars minori non præiudicat, quando agitur de re communi pluribus ut ſingulis fallit.ut nu.15.16.17.18.*

19 *Communitas quæ ſoluendo non eſt,maior pars collectam imponere poteſt etiam in ſingulorum præiudicium.*

20 *Communitas archam communem ſiue bona in communi in quibus executio fieri poßit, habere poteſt.*

Quæſtio CCCCXC.

QVAERITVR an maior pars communitatis ſeu vniuerſitatis præiudicet minori in collecta ſeu tallia,expenſæ litis pro obſeruatione libertatum

bertatum alicuius loci: & ſi attendatur maior pars numeri perſonarū: licèt in minori parte ſint ditio-
1 res. Dubium facit: † quia vbi agitur de aliqua re cō muni pluribus vt vniuerſis: tunc licèt maior pars poſsit præiudicare minori: iuxta l. quod maior. ff. ad municip. c. cùm inter canonicos. de elect. tamen ſecus eſt quādo agitur de re communi, vt ſingulis. l. per fundum. ff. de ſerui. ruſti. prædi. ſecundum gl. in cap. cùm omnes. de conſti. & in ca. quod omnes tangit. de regu. iur. libr. vj. quia iſto caſu in re com muni potior eſt conditio prohibentis. l. Sabinus. ff. comm. diui. c. in re communi. de reg. iu. li. vj. Et pro
2 præmiſsis facit: † quia quæ ſunt vniuerſitatis: non ſunt ſingulorum. l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rer. diuiſ. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. c. qui manumittitur. xij. quæſt. ij. & contrà ea quę ſunt ſingulorum, non ſunt vniuerſitatis. l. ſicut. §. ſi quid vniuerſitati. ff. quod cuiuſque vni-
3 uerſi. † & ideò quando commodum & incommodum in particulari ſpectat ad ſingulos de vniuerſitate: tunc non poterunt illi de vniuerſitate eſſe teſtes in caſu vniuerſitatis: vti in cauſa nemorum vel paſcuorum: iuxta not. per gloſſ. in dict. l. ſicut. §. ſi quid. ff. quod cuiuſque vniuerſi. ſecundum Cyn. & cæteros in l. parentes. C. de teſti. & Bart. in dict. l. in tantum. §. vniuerſitatis. & in d. §. qui manumittitur. & ibi per Alexā. & Iaſon. quia tunc cenſetur cauſa propria. l. j. §. in propria. ff. quando appellandū ſit. ſecundum Cæpol. in tracta. ſeruitutum ruſti. prædi. in tit. de ſerui. iur. paſcend. Sed præmiſsis nō obſtātibus contrariū videtur veritas in caſu iſto † in facto
4 collectæ ſeu talliæ: quando non imponitur pro neceſsitate communitati, quòd maior pars prçiudicet minori. dict. l. quod maior. ff. ad municip. l. aliud. §.
5 refertur. ff. de reg. iur. † quia quando communitas non habet burſam cōmunē, vnde poſsit ſatisfacere: tūc compelluntur conſules ſeu communitas ad faciendum collectā, vt aliquid habeant commune pro ſatisfaciendo: ſecundū glo. in l. j. §. ꝙ ſi nemo. ff. quod cuiuſque vniuerſi. & iſto caſu cōmunitas poſſet imponere collectam pro neceſsitate ipſius communitatis: ſecundum Bart. ibi, ſecus ſi fieret pro donando: quia tunc eſſet decretum ambitioſum. l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordi. vel ſi fieret collecta pro vtilitate totius imperij: quia tunc requireretur authoritas principis. l. j. C. de ſuper indicto. libr. x. licèt ſecundum Bart. ibi, quando fieret collecta pro neceſsitate ciuitatis, vel prouincię, poſſet fieri, de quo ibi per ipſum, & in l. j. C. de mulie. in quo loco munera ſuſcipiunt. & quòd cōmunitas pro neceſsitate poſsit ſibi imponere collectā, & quòd poſsint ad id adſtringi, tenet etiam gloſſ. in authen. quib. modis naturales efficiantur ſui, colla. vj. & ita tenent etiā Bal. & Ang. in dict. l. j. §. quibus. aliàs incipit, quòd ſi nemo. ff. quod cuiuſq; vniuer. & pariter poſſunt cogi ad faciendum ſyndicum: ſecundum Paul. de Caſt. ibi. † Nam pro debito communitatis: licèt regulariter non debeant capi bona particularium: tamen vbi non habent bona communia: compelluntur facere collectam. & pro hoc allegat Pau. de Caſtr. text. in l. j. C. de ſumptibus iniūcti numeris. li. xj. ſed nō poſſet communitas imponere collectam applicandā cameræ fiſcali ſine authoritate principis: ſecundum Pau. de Caſt. in dict. § quibus. dict. l. j. C.

de ſuperindict. & quòd poſsit imponi collecta quādo communitas non habet, vnde ſoluere poſsit, tenet Spec. in tit. de execut. ſentent. §. ſequitur. verſ. ſi vniuerſitas. & Bald. in l. etiam. C. de execu. & ibi tenet quòd non poſſent capi bona ſingulorum, niſi hoc haberet conſuetudo: & ideò apparet facere collectam, & idem tenet Barto. in l. ſolent. in fine. ff. de alimē. & cibari. lega. & in l. iiij. §. ait prętor. ff. de re iudic. & ibi tenet, quòd vbi illi de vniuerſitate recuſarent imponere collectam, quòd iudex poterit im-
7 ponere. † Et iſto caſu non debet aliquis capi inſoli-
8 dùm, niſi pro parte ſua. † Veruntamē vbi eſſent aliqui deputati exactores lapſo termino poterunt capi & conueniri: & ſi ſint aliqui pauperes de vniuerſitate, qui non poſſunt ſoluere, tunc alij de vniuerſitate habebunt ſoluere. l. j. C. de omni agro deſerto.
9 libr. xj. † & quòd ratione paupertatis quis excuſetur, tenet gloſſ. & ibi per Barto. & Ioan. de Pla. in l. omnes. la. j. C. de anno. & tribu. libr. x. & in l. j. C. de
10 appo. pub. lib. x. † & an collecta debeat imponi per æs & libram ſecundum quantitatē patrimonij, an verò ſecundum capita fumāciū, in hoc debet attendi cauſa, propter quam imponitur: ſecundum Bart. & Ang. in dict. l. iiij. §. actor. ff. de re iudi. & de hac materia etiam habetur per Ioan. de Imol. in dict. §. actor. & ibi tenet, quòd vniuerſitas poteſt imponere ſibi collectam. de quo etiam ibi per Pau. de Caſt. & Alexand. Et pro præmiſsis etiam facit glo. in ca-
11 pit. cùm dilecta. in fine de reſcrip. quæ tenet, † quòd quando collegium non habet vnde ſoluere poſsit creditori, quòd tunc ſinguli tenentur ſoluere quaſi de corpore collegij. & hoc ibi notant Panormita. & Felyn. quòd quando vniuerſitas eſt obligata pecuniariter, & non habet vnde ſoluat, quòd poſſunt compelli ſinguli, vt exoneretur vniuerſitas. & pro iſta parte facit etiam gloſſ. in capit. cùm inter canonicos. de elect. quæ tenet, quòd vbi eſt maior pars capituli dicitur eſſe capitulum, & poteſt conſtituere procuratorem, qui habebit expenſas, & maximè quando ſunt duæ partes collegij: quia ſufficit maior pars præſentium. l. nominationum. C. de decuri. libr. x. & l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſi. ſecundū gloſſ. in dict. l. quod maior. ff. ad municipa. Sed re-
12 deundo ad quæſitum, † de expenſis procuratoris, quòd debeat habere à capitulo: ſecundum gloſſ. in dict. capit. cùm inter canonicos. Goſ. quem ibi allegat Panormita. videtur tenere contrarium: quia non debet iſti prouideri de bonis aduerſariorum: Sed Panormita. ibi diſtinguit, quòd maior pars debet habere expenſas, ex quo litigat pro iuribus eccleſiæ: quia præſumitur moueri bono zelo, ſi verò maior pars capituli fouet iniuſtam cauſam, debet de proprio ſoluere. gloſſ. verò in capitu. cùm non deceat. de electio. libro vj. in fine,
13 tenet † quòd quando aliquis de canonicis accedit pro negotio electionis, vel ad curiam, quòd debeat contribuere pro rata expenſarū. & idem de illo qui patitur damnum, quòd tunc contribuit in expenſis pro rata & pro hoc allegat l. nauis. onuſtæ. §. cùm autem. ff. ad legem Rodiam de iactu. & ita etiam tenet Speculator in titu. de cenſit. §. nunc dicendum. verſiculo quid ſit damnum. & ibi etiam ſequitur Ioannes Andræas in addit. ad Speculato. & hoc etiam tenet Barto. in l. ab om-

nibus.§.ſi Titio.ff.de lega.j.& ibi tenet quòd quādo ciuitas imponit collectam pro ſoluendo alicui ciui dictæ ciuitatis, ꝙ ipſe etiam cótribuat pro ſua rata: & ibi etiam ſequitur Bar. Ange. Ioā.de Imol. Pau.de Caſt.& ibi etiam formāt certas alias quæſtiones.pro quo facit l.qui hæredi.§. ſi.ff.de condi.
14 & demon.Nec obſtat quod ſuprà dictum fuit, † ꝙ quando agitur de re communi, pluribus & ſingulis:tunc maior pars non habet præiudicare minori: ſed requiritur conſenſus omnium.dict.l.per fundū. ff.de ſerui.ruſtic.prædi.& per gloſſ.in dict.cap.cùm omnes.de conſtitu.quia ſecundum gloſſ.ibi fallit, quandò quis vtitur ad vſum deſtinatum:quia tunc non attenditur contradictio alterius.l.ſi heredem.
15 ff.communi diui . † Præterea fauore libertatis etiam in actu communi, vt ſingulis maior pars habet præiudiciare minori.l.ſuum.§.fina.& l.maiori.& in l.reſcriptum.ff.de pact.ſecundum Bartol.in dict.l.quod maior.ff.ad municip.& Henric. Bohic in dict.ca.cū omnes.& pro hoc allegat Ariſto.viij. thopic.Prauus eſt ſocius qui impedit commune opus: & ita eſt in caſu ſimili,vt quis liberetur à tri-
16 butis.† Prǽtereà fauore libertatis etiam maior pars habet prǽiudicare minori etiā ſi cócernat actū particularis.l.j.C.de cōm.ſeruo.manu.§.olim erat.inſti. de dona. & ita debet eſſe in caſu iſto,cum agatur de libertate tributorum:& maximè quādo pars minor quæ contradicit maiori facit per colluſionem
17 & inſtigationē domini loci.† Prætereà etiam in re communi,pluribus vt ſingulis maior pars pôteſt præiudicare minori fauore dirimendarum litium. l.duo ex tribus.ff.de re iudi.ſecundum Bart.in dict. l.quod maior.ff.ad municip.& Fely.in d.ca.cū oēs.
18 de conſti. † tum etiam maior pars poteſt præiudicare minori in re communi:vt ſingulis,quando facit ex authoritate ſuperioris.c.fin.de his quæ fiunt à maiori part.capitu.ſecundum Vincent.ibi,quem ibi refert Ioan.Andr.& cæteri:quia ibi ſinguli canonici tenentur contribuere de fructibus pro frabrica eccleſiæ: quia hoc fiebat de mandato Papæ. Et iſtud facit pro ſtylo curiæ prælati quando aliqua communitas litigat coram curia:quia quando petit licentiam impartiri ſe congregandi, & faciendi vnam talliam,& curia eſt ſolita impartiri præſente caſtellano conſentiente maiori,& ſaniori parte: ita quòd iſto caſu ſi ſint aliqui recuſantes compellūtur,& requiritur in tali caſu quòd omnes vel maior pars interfuerit:iuxta not.per Bar.in l.fin.C. de prædijs decu.libr.x. & iſtud tenet Felin.in d.c.cùm
19 omnes.in vj.fallentia:dū ibi,† tenet & infert in facto collectę:quādo cómunitas nō habet vnde ſoluere:tūc maior pars poteſt imponere collectā:& præiudicare ſingulis.Et præmiſſa faciūt ad quæſtionē, ſuper cauſa ſupplicationis hominū Altærippæ. cōtra dominū loci ſuper obſeruatione ſuarū libertatū vbi fuit impartita licētia dictis hominibus imponēdi vnā collectā, ſeu talliam vſque ad certā ſummā conſentiente maiore parte:& fuerūt aliqui particulares qui ſe oppoſuerunt:& ſe declarauerunt quòd non volunt litigare,& ſe obtulerunt ſoluere domino loci tributa de quibus agitur,& aliâs prout in actis dictæ cauſæ dicitur pleniùs contineri,aliter ad præſens don declaro: quia nondum fuit declaratum per curiam: ſed me refero veritati. Veruntamen in caſu iſto fuerunt inſpectæ literæ impoſitionis talliæ ad inſtantiam certorum particulariū & eorum adherentiū, & nō per modū vniuerſitatis:& ideò fuit conceſſa tallia pro proſecutiōe litis, dū tñ conſentiat maior pars ſupplicantiū, & ſic fuit ordinatū ꝙ non præiudicat alijs particularibus, qui nō faciūt partē. Adde de modo cōgregandi & conuocandi aliquam communitatem,& ad quem ſpectat conuocatio, & ſi requirantur duæ partes totius communitatis,& an requiratur cōſenſus maioris partis totius cōmunitatis,an verò ſufficiat maioritas habito reſpectu ad minorem partē,& an debeat præſtari cōſenſus in cōmuni,an verò ſufficiat in particulari,vide per Bar.in repetitiōe l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.in ij.q.principali, cū v.q.ſeq. & in l.ij.& l.nominationū.C.de decu.lib.x. & in l. ꝙ maior pars.ff.ad munici.& per Panor.in c. quoniā.de iur.patro.& per Alex.de Imol.in l.& ſuum. §.hodie.ff.de pact.& per Io.Calde.conſ.j.de cenſi. & ibi tenet:ꝙ attenditur maioritas reſpectu numeri perſonarū,& nō ratione diuitiarū,aut dignitatū. facit l.fi.C.qui bo.ced.poſ. Itē ꝙ vniuerſitas pōt habere archā cōmmunē &bona in cōmuni in quibus primò debet fieri executio.l.j.§.ꝙ ſi nemo.ff.ꝙ cui.vni.§.vniuerſitatis.inſti.de rer.diui.& ibi per Ioan. Fabrum,& Angel.Aretin.

ARGVMENTVM.

Particularis exempti à tallijs, ſeu collectis pars an cæteris de vniuerſitate accreſcat.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum uni particulari, non cenſetur cōceſſum uni uniuerſitati,nec econtrà.*
2 *Faciliùs ſupportatur quod à pluribus ſoluitur,quàm quod à paucis.*
3 *Imperator qui eximit aliquem à collectis quod illius pars cæteris de uniuerſitate accreſcet.*
4 *Quid de alijs principibus.& nu.4.*
5 *Quid ſi immunitas à principe motu proprio concedatur.*
6 *Vniuerſitas totam collectam ſoluere tenetur:etiam ſi quis ob paupertatem à collectæ ſolutione excuſaretur.*
7 *Pauperes quorum induſtria ad uictum,& alimenta omninō neceſſaria eſt,à tributorum ſolutiōe excuſandi ſunt.*
8 *Quid ſi Imperator uel Papa à nonnullis collectis immunitatem concedat.*

Quæſtio CCCCXCI.

QVAERITVR quādo decima imponitur in aliqua patria aut diœceſi,pro aliqua certa ſumma:vel quādo vniuerſitas alicuius loci tenetur alicui dño ad aliquā annuā præſtationē,& dñs per priuilegiū eximit aliquem particularē, an vniuerſitas teneatur ad integram collectā:an verò debeat detrahi pro rata ad præiudicium dñi. Iſtā quęſtionē format Specu.in tit.de cenſi.§.nūc dicēdum. verſic.Quid ſi vniuerſitas.& primò arguit quòd vniuerſitas teneatur ſoluere integrā collectam.l.va-
1 cuatis.C.de decu.lib.x.† quia priuilegium conceſſum vni particulari,non ſenſetur cóceſſum vniuerſitati,nec ecōtrà.l.in tantū.§.vniuerſitatis.ff.de rer. diui.Sed in cōtrariū decidit,ꝙ vniuerſitas ſe pōt excuſare ꝓ parte illius.l.creditores.C. de pact. & ita e
2 tiā.tenet Io.And.in add.ad Spe.ibidē.†quia faciliùs ſupporta-

ſupportatur quod à pluribus ſoluitur.l.omnes. la
ij.in fi.C.de oper.publi.l.ciuilia.l.munera.& l.fi.C.
de muneri.patri.libr.x.l. actores.C.de exact.tribu.
libr.x.& ibi glo.ꝙ leuiùs portetur quod à pluribus
portatur.& iſtā partē idē Io. And.tenet in c.perue-
nit.de immunit.eccleſi.quia ſequeretur abſurdū ſi
cócederetur priuilegiū aliquibus & remanerēt pau
ci ad ſoluēdū,& eſſet onus inſuportabile.do.Car-
di. Flor.in dict.c.peruenit.etiā diſputat quæſtionē
quādo dominus tēporalis dat ſubdito ſuo immuni
tatē ne teneatur ad collectas,an præiudicet vniuer
3 ſitati:& tādē ibi tenet poſt Hoſti.& Ioā. And. † ꝙ
Imperator poteſt cócedere:quia habet plenitudinē
poteſtatis:& idē de alijs principibus, ꝙ poſſunt có
cedere talia priuilegia,Sed prætextu taliū priuile-
giorū vniuerſitas nó eſt onerāda,ſed dominus pro
pter priuilegiū:tātò minus recipiet ab vniuerſitate:
& hoc quādo alij de vniuerſitate nimiū grauaren-
tur,etiā ſi priuilegiū eſſet cóceſſum motu proprio:
quia quādo afferret enormè dānū,poſſet recurri ad
principē qui prouideat.c.ſuggeſtū.de deci. & idem
in priuilegijs Papæ,quādo nimiū grauāt in contri-
butione legatorū Papæ,quādo ſunt aliqui priuile-
giati,quia alij clerici remanerēt nimiū grauati: &
ideò poſſent appellare ne ſoluāt, niſi pro rata ipſo-
rū. Verūtamē vniuerſitas æquanimiter debet ſuffi-
cere modicā læſionē. Anto.de Butr.in d.c peruenit.
tenet ꝙ tale priuilegiū immunitatis nō debet præ-
iudicare vniuerſitati: ſed debet detrahi ſumma cō-
4 cernēs priuilegiatū: † Panor.in d.c.peruenit.de im-
munit.eccle.in quarta cōcluſióe tenet,ꝙ nō ſolùm
Imperator:ſed etiā dñi inferiores poſſunt immuni-
tatē talliarū & exactionum cōcedere:ſed in hoc eſt
differentia,quia quando aliquis dñs inferior citra
principē cócedit talē immunitatē:tūc nó præiudi-
5 cat vniuerſitati,ſed detrahitur pro rata:† ſecus quā
do talis immunitas concederetur à principe motu
proprio:quia tūc præiudicaret vniuerſitati,& tene
retur ſoluere integrā collectā:& hoc etiā tenet Io.
And.ibi,quādo priuilegiū fuit cóceſſum ab Impe-
ratore proprio motu:& non per ambitionē:vel im-
portunitatē præſentē:niſi tale priuilegiū afferret e-
normè dānū: quia tūc eſſet implorandū remedium
principis,aliâs vniuerſitas debet ſufferre modicam
læſionē:quia reſtitutio in integrū nó datur pro mo
dico.l.Seio.ff.de in inte.reſti.& licèt debeat cócedi,
iſto caſu priuilegiū proprio motu:hoc verū, niſi in
reſcripto ſit appoſita clauſula derogatoria: nó ob-
ſtāte tali lege:ſecundū Bar.in d.l.vacuatis.C.de de-
cu.lib.x.& in l.fi.C.ſi cótra ius vel vti.pub.c.ex par
6 te.de capel.mona.† Verūtamen quādo aliquis ex-
cuſaretur à ſolutióe collectæ,ſeu talliæ,propter pau
pertatē,tūc cōmunitas teneretur ſoluere collectam
integrā:ſecundū Bar.in l.ij.C.de appo. publi.lib.x.
& in l.iiij.§.actor.ff.de re iudi.& facit glo.in l.om-
nes.C.de anno.libr.x.& quod habetur per Bald.in
authē.defuncto.C.ad Tertu.& in l.etiā. circa fi.C.
7 de except.rei iudi.† ꝙ quādo ſunt aliqui pauperes
quorū induſtria ſit neceſſaria ad alimēta & vitā ex
cuſantur à ſolutione talliæ. Idē verò Panor.in c. ac
8 cedētes.de præſcript.format etiā quæſtionē † quan
do Papa aut alius princeps cócedit priuilegiū im-
munitatis ab aliquibus collectis & procurationi-
bus an remaneat onus integrū alijs de vniuerſitate
ad ſoluendū. Et videretur dicendū ꝙ ſic d.c. accedē
tes.& c.cū inſtātia.de cēſi.& l.ab omnibus.in prin.
ff.de lega. j.Et tandē Panor.diſtinguit quādo iſtud
onus ſoluēdi collectā incumbit pluribus inſolidū,
aut pro virili portione:& ſi pro virili portióe,& tūc
aut ex cōtractu,aut ex vltima voluntate:aut ex di-
poſitione iuris cōmunis,aut ex cōſuetudine:& quā
do ex diſpoſitione iuris cómunis,iſto caſu Impera
tor ſolus pót eximere regulariter in temporibus,&
Papa in ſpiritualibus,& onus accreſcit alijs:ſecūdū
Ioā. Andr.in c.ij.de immuni.eccle.alij verò Reges,
principes & Barones & ſimiles nō habētes iura im-
perij,licèt poſsint eximere aliquē in eorū præiudi-
ciū,nō tamē ad aliorū præiudiciū & reipublicæ.l.
vacuatis. C.de decu.lib.x.de quo latiùs per Panor-
mita.in dict.capit.accedentes.de præſcript.

ARGVMENVTM.

Epiſcopus quādo præſentatū idoneū inſtituere dif-
fert,quomodò ipſi præſentato prouidendum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus idoneus cui inſtitutio ab Epiſcopo denegata eſt, quòd ſuperiorem,ut ſibi prouideatur,adire poteſt.*
2 *Præſentatum ubi Epiſcopus inſtituere denegat uel differt, quòd Archiepiſcopus adiri poterit,ut intra certū tēpus Epiſcopus præſentatum inſtituat.*
3 *Præſentatus cui Epiſcopus inſtitutionem denegauit, quòd ad Archiepiſcopum appellare poteſt.*
4 *Præſentatus per patronū eccleſiaſticū q. iuſtam appellādi cauſam habeat,ſi eum inſtituere Epiſcopus recuſarit.*
5 *Quid in inferiore Epiſcopo qui inſtituēdi poteſtatē habet.*
6 *Inſtitutionis tempus nullum determinatum.*
Inſtitutionis tempus arbitrarium.
7 *Confirmationis electionis tempus indeterminatum.*
8 *Iudex appellationis an tertiū citare poterit,ut compareat, ſi ſua interreſſe putauerit.*
9 *Citatio cauſatiua,ſeu conditionalis etiā iudex laicus concedere poteſt.*
10 *Reus pro una & eadē re ad diuerſa iudicia nō eſt trahēdus.*
11 *In citatione tres actus conſiderandi ſunt.*

Quæſtio CCCCXCII.

QVAERITVR quādo Epiſcopus recuſat
vel differt inſtituere præſentatū per patronū
eccleſiaſticū vel laicū,an talis præſentatus habeat
iuſtā cauſam appellādi,vel quærelādi corā Archie
piſcopo metropolitano,ſeu eius vicario,& ſi in cau
ſa appellationis metropolitanus poſsit citare ter-
tiū cauſatiuè ſeu cōditionaliter,ſi ſua interreſſe pu
tauerit:& ſi in hoc derogetur pragmaticæ ſanctio-
1 nis.† Et in effectu † quando Epiſcopus recuſat vel
differt inſtituere præſentatū idoneū per patronum,
pót adiri ſuperior.c.nullus.de iur.patro. qū Epiſco
pus recuſat ſine cā rationabili: tūc poterit cogi per
Archiepiſcopū:& ſibi præfigi certus terminus infrà
quē inſtituat,aliâs poterit ſupplere & inſtituere. &
hoc ibi ſentit Inno.Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ in d.c.
nullus.fit ſolū mētio de Papa:ergo videtur ſecus in
Archiepiſc.quia regulariter Archiepiſcopus nō ha
bet iuriſdictionē in ſubditos ſuffraganeorū,nec ſup
plet defectū inferioris,niſi in caſibus à iure permiſ-
ſis. ca.paſtoralis.de offi.ordi.quia ad iſtud reſpon-
detur ſecūdū Io. And.in d.c.nullus.de iure patro.ꝙ
licèt ſecundū Hoſti.debeat adiri iſto caſu ſolus Pa

pa, hęc verũ quoad licentiã dandã inſtituẽdi in de-
2 fectũ Epiſcopi: † tamẽ quoad poteſtatẽ cogẽdi Epi
ſcopũ, & ſibi pręfigẽdi terminũ ad inſtituẽdũ pote-
rit adiri Archiepiſcopus. & ita etiã ſequũtur Cardi.
Flor. Anto. de Butr. & Panor. in d. c. nullus. Verũta
mẽ licèt per viã querelę nõ poſsit adiri Archiepiſco
pus in defectũ Epiſcopi, niſi ad ſibi pręfigiendũ ter
3 minũ: d. c. nullus. & c. ex literis. de iur. patro. † tamẽ
bene poteſt adiri per viã appellationis, quãdo Epi-
ſcopus recuſat inſtituere. c. ij. & c. paſtoralis. de iur.
patro. & ibi per glo. & doct. quia in cauſa appella-
tionis Archiepiſcopus eſt immediatus ſuperior E-
piſcopi: ſeu eius vicarij: ad quẽ debet appellari. c. j.
de offi. lega. c. duo. de offi. ordi. & notatur per gloſ.
& doct. in d. c. paſtoralis. de offi. ordi. quia appella-
tio debet fieri de minori ad maiorẽ, nec valeret con
ſuetudo, ꝙ à ſententia vicarij, ſeu officialis Epiſcopi
appelletur ad eundẽ Epiſcopũ. c. ij. de cõſue. libr. vj.
& maximẽ tenet appellatio cui eſt deferendũ, quan
do quis eſt præſentatus idoneus per patronũ eccle-
ſiaſticũ, qui nõ poteſt variare. c. cũ autem. & d. c. pa
4 ſtoralis. de iur. patro. † quia iſto caſu quãdo Epiſco
pus recuſat inſtituere præſentatũ per patronũ eccle
ſiaſticũ, talis præſentatus habet iuſtã & legitimam
5 cauſam appellãdi. & idẽ poſſet dici de alio inferio-
re qui haberet poteſtatẽ inſtituẽdi: quia ſi recuſaret
inſtituere, poſſet appellari ad Epiſcopũ. iux. not. per
gloſſ. ſingularẽ in cle. j. de ſupplen. neglig. præla. ſu
per verbo, diſpoſitionẽ. & ita etiam tenet in effectu
do. Rochus de Curte in ſuo tracta. de iure patro. ſu
per verbo, diœceſani conſenſu. in v. quæſt. Verun-
tamẽ ibi tenet ꝙ ſi Epiſcopus iuſſu Archiepiſcopi
infrà certũ terminũ præfixum nolit inſtituere, tunc
Archiepiſcopus poterit ſupplere & inſtituere. alle-
gat not. per Panor. in c. ij. & in c. ex parte. de cõceſ.
præbẽ. & in c. auaritię. de præbẽd. & licèt patronus
laicus habeat quatuor mẽſes ad præſentãdũ, & pa-
tronus eccleſiaſticus vj. menſes. c. j. de iur. patro. lib.
6 vj. † tamẽ quoad tẽpus inſtituẽdi nõ eſt tẽpus deter
minatũ & limitatũ ad inſtituendum: ſed eſt arbitra
riũ. & vbi Epiſcopus nimium differret, poſſet adiri
Archiepiſcopus, prout ſuprà dictũ fuit: ſecundũ Pa
nor. in c. ij. de conceſ. præbẽd. & ſecundũ ipſum ta-
le tẽpus inſtituẽdi, nõ debet eſſe ita ꝓlixũ, ſicut in
illo qui habet cõferre, qui habet vj. menſes: quia ex
quo patronus præſentauit ſuperior nõ habet face-
re, niſi examinare præſentatũ, & eſſet abſurdũ ſi il-
le qui habet inſtituere, haberet vj. menſes: quia ni-
7 miũ vacaret beneficiũ. † & idẽ eſt in tempore cõfir
mationis electionis: quia nõ eſt tẽpus certũ ad con
firmandũ, ſecundũ Panor. in d. c. ij. & in repetitiõe
c. extirpãdę. §. qui verò. de cõceſ. præbẽd. & iſto ca-
ſu quãdo Epiſcopus differt inſtituere, vel cõfirma-
re debet recurri ad ſuperiorẽ, qui præfiget terminũ,
debẽti inſtituere: & ſi nõ inſtitueret, ſuperior ſupple
bit, vel etiã poterit appellare: ſecundũ glo. in d. ca.
paſtoralis. de iur. patro. & ita etiã tenet Panor. cõſ
xxviij. in ij. vol. & Rochus de Curte in d. tract. iur.
patrona. ſuper verbo, honorificũ. in. xxv. q. Nec ob
ſtat ſi dicatur, ꝙ per talem appellationẽ: licèt deuol
uat cauſam ad ſuperiorẽ, ꝙ nõ deuoluit poteſtatem
cõferendi, ſicuti quãdo appellatur ante electionẽ:
iuxt. not. in ſimili per Ioã. de Imol. in c. cùm M. de
cõſti. verſi. & per prædicta. licèt in contrariũ faciat
cle. auditor. de reſcrip. ſuper hoc relinquo, cogitan-
8 do. Sed redeũdo ad quęſitũ, † an iudex appellatiõis
poſsit citare tertiũ ad cõparẽdũ cauſatiue, ſi ſua pu-
tauerit intereſſe. dubiũ facit propter ca. Romana.
§. in aliũ. de appel. lib. vj. & l. creditor. in prin. ff. mã
dati, vbi iudex appellationis nõ habet cognitionẽ,
etiã per viã attẽtati. Quia ad iſtud reſpõdetur, ꝙ
iudex appellationis nõ poteſt citare tertiũ ad cõpa
rendũ inuitũ, ſed volentẽ ſicut ſentiũt Petr. de An-
cha. Geminia. & Philip. Frãc. in d. §. in aliũ. & ideò
tertius bene admitteretur ad cõtradicendũ pro ſuo
intereſſe. c. veniens. le ij. de teſti. l. à diuo Pio. §. ſi ſu
per rebus. ff. de re iudi. vel etiã iudex appellationis
haberet iuriſdictionẽ contra tertiũ qñ impediretur
ſua iuriſdictio. c. Romana. de ſent. exco. ſecũdũ glo.
9 in d. §. in aliũ. vnde in caſu iſto † talis citatio condi
tionaliter, ſeu cauſatiuẽ, ſi ſua interreſſe putauerit.
nõ arctat præciſè, & poteſt fieri per iudicẽ laicũ: ſe-
cundũ Bald. Pau. de Caſt. Alex. & Iaſo. in l. teſtamẽ
ta. C. de teſta. & Saly. in l. cõſulta. eod. tit. Ange. &
Io. de Imol. in l. j. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui plus quã
per legẽ fal. quia iſto caſu talis citatio dicitur quæ-
dã denũciatio extraiudicialis, ex quo nõ arctat cita
tũ: quia iudiciũ redditur in inuitũ. l. inter ſtipulãtẽ.
§. j. ff. de verb. obli. & iſto caſu quãdo citatio fit cau
ſatiuẽ, citatus diceretur reus voluntarius, & nõ ad-
mitteretur, niſi doceret de ſuo interreſſe: ſecus ſi ci-
taretur ſimpliciter, quia tũc diceretur reus neceſſa-
rius, cui nõ obſtaret excõmunicatio: ſecũdũ Inno.
in c. cũ inter. de excep. Et ita in effectu tenet Bar. in
l. fi. in v. q. C. de edit. diui Adri. tollen. Nec obſtat ſi
10 dicatur, † ꝙ reus pro eadẽ re nõ debeat trahi ad di-
uerſa iudicia. c. diſpẽdia. de reſcrip. lib. vj. l. j. & ij. ff.
de quibus rebus. ad eundẽ iu. eatur. l. vbi iudiciũ. ff.
de iudi. quia eſſet nimium laborioſum. & ſumptuo
ſum, ſi reus fatigaretur diuerſis proceſsibus: ſecun-
dũ Inno. in c. cũ M. de cõſti. Quia ad iſtud reſpõde
tur, ꝙ reus debet opponere, aliâs teneret proceſſus
corã vtroq; iudice, maximẽ quãdo iudices ſunt pa-
res: ſecus in Papa cauſam aduocãte, vel eius delega
to: ſecundũ Inno. in d. c. cũ M. & ſecundũ Ioan. de
Imol. reus debet ſe opponere & petere cauſam re-
mitti corã primo iudice, per d. l. vbi iudiciũ. ex quo
ibi cauſa eſt præuenta, licèt in dubio vbi appareret
de literis citatorijs exequatis præſumeretur pręſum
ptio pro maiori iudice: arg. c. ſi à ſede. de præbẽ. lib.
vj. & c. cũ parati. cũ ibi nota. de appella. & l. contra
11 pupillũ. §. j. ff. de re iudi. † quia in citatione cõſiderã
tur tres actus, videlicèt litera cõmiſsionis, executio;
& dieta iudicis: ſecundũ Bald. in l. omnes. §. fin. ve
rò. C. de epiſ. & cleri. & cũ nõ appareat de literis ci-
tatorijs alterius iudicis, pręſumitur fraus. iuxt. not.
per Bal. Io. de Imol. & Alex. in l. ſi ſeruus plurium.
§. j. ff. de leg. j. & licèt appelletur à recuſatione Epi-
ſcopi in nõ inſtituẽdo ad Archiepiſcopũ, nõ propte
reà derogatur in aliquo decreto pragmaticæ ſan-
ctionis, cũ fuerit appellatũ ad immediatũ ſuperio-
rẽ. c. j. §. neq; de cauſis. in pragma. ſanctio. Et præ-
miſſa faciũt ad quęſtionẽ ſuper cauſa ſupplicatio-
nis dñi Ioãnis Cloterandi, qui obtinuit collationẽ
eccleſię parœcialis Vorapij à reuerẽdo dño Epiſco-
po Grationopolitano, vt prętẽditur, iure deuoluto:
& fuit tractus in cauſa corã dño officiali Grationo
polis ad inſtãtiã cuiuſdã Ougerij: & qui Cloterandi
ſupplica-

ſupplicauit in curia Parlamenti, & petijt inhiberi domino Ioanni Odenondi, qui proſequitur quandam cauſam appellationis coram domino officiali Viennę: contra reuerendum dominum Epiſcopum Grationopolitanũ, qui recuſauit ipſum inſtituere ad præſentationem procuratoris prioris prioratus Vorappij patroni dictę parœcialis eccleſiæ: & in dicta cauſa petijt ſibi concedi literas citatorias ad citandum dictum Cloterandi poſſeſſorem dictæ parœcialis eccleſiæ ad comparendum, ſi ſua intereſſe putauerit, & aliàs prout in actis pleniùs apparet: quia fuit dubitatum ſi deberet præciſè inhiberi, attamen fuit deliberatum exhortari officialem Viennæ: & inhiberi parti, ne moleſtent dictum Cloterãdi vltra formam iuris, & pragmaticæ ſanctionis. ſuper hoc me refero veritati, propter opinones ſuprà relatas.

ARGVMENTVM.

Effectus citationis cauſatiuæ, ſi ſua interſit.

SVMMARIVM

1 *Citatio conditionalis ualida.*
2 *Excõmunicatus defendendo & excipiendo in iudicio ſtare poteſt: ſecus in agendo. Idem in bannito. & nu. ſequenti.*
3 *Quid de liberto.*
4 *Vocatus in ius, Si ſua intereſſe putauerit, quòd non niſi uelit iudicio ſiſtere teneatur. & ſi iudicio ſiſtat, reus uolũtarius dicetur. & nu. 6.*
5 *Excõmunicatus uel bannitus remedium l. Diffamari. C. de ingen. & manumi. cũ intentare non poſſit: iudicis tamen officium ſuper exceptione ut perpetuum imponatur ſilentium implorare poteſt.*
7 *Citatus ſi ſua interſit, ſi nõ compareat, quòd ut contumax, neque habendus neque plectendus ſit.*
8 *Defenſio neceſſaria ſeruo & excommunicato permiſſa.*
9 *Citatio, ſi ſua intereſſe putauerit: quòd dicatur quædam extraiudicialis denunciatio.*
10 *Citatio, Si de iure tuo confidis: ualida.*

Quæſtio CCCCXCIII.

QVAERITVR de effectu citationis cauſatiuæ, ſeu conditionalis, quando quis citatur, Si ſua intereſſe putauerit. & ſi talis citatio arctet citatum clericum, vel laicum, vt poſsit multari, vel condemnari in exppenſis: & ſi iſto caſu citatus dicatur reus voluntarius, vel neceſſarius, vt videatur habilitatus ad ſe defendẽdum, etiam ſi ſit excõmunicatus vel bannitus. Et in effectu de iſta citatione habetur in c. ſignificauit. de teſti. ibi, & receptioni. teſtium, ſi velint, interfuit. & hoc ibi notat Feli. & per Bald. in authentica, ſed & ſi quis ab aliquo. C. de teſti. ibi, ex ea quæro. & pro hoc eſt gloſſ. in l. ea quidem. C. ſi manci. ita fuerit aliena. vt manu. in fi-
1 ne, & hoc ibi notant Ang. & Saly. quòd † valet citatio conditionalis: vnde ſecundum Bart. in l. libertus. la. j. ff. de in ius voc. poſt Guliel. de Cuneo. Ex-
2 communicatus † licèt non audiatur agendo: ſecus in defendendo & excipiendo: & hoc quando eſt vera exceptio, & contineat excluſionem agentis: ſecus ſi habeat vim accuſationis. l. quoniã Alexandrum. C. de adulte. & idem in bannito de quo ibi latiùs per ipſum, & ibi etiam format quæſtionem an excommunicatus poſsit allegare exceptionem cõ-
3 penſationis, † & an libertus poſsit facere citari ſuũ patronum, vt ſibi ſtatuatur terminus certus ad agẽdũ vel defendẽdũ ſine impetratione veniæ, & tenet ꝙ nõ: quia cẽſetur partes actoris ex ſubſtinere quo primò prouocat ad iudiciũ, licèt quoad alia dicatur partes rei ſubſtinere: faciunt not. in l. diffamari. C. de iugen. & manu. Bald. in d. l. libertus. tenet quòd excommunicatus bene poteſt allegare exceptionẽ defenſionis: ſed non impugnationis. Ang. in dict. l. libertus. tenet quòd libertus poteſt allegare defenſionem ſuam: ſed non poterit reconuenire, vel accuſare. & idem in excommunicato vel bannito. Pau. de Caſtr. in dict. l. libertus. facit differentiam inter reũ neceſſarium & volũtarium: quia in reo neceſſario qui vocatur ad iudiciũ purè & ſimpliciter, qui tenetur comparere: & eo ipſo eſt firmata eius perſona in iudicio, tunc auditur excipiendo: & ſe defendendo, etiam ſi ſit excommunicatus, vel bannitus: iuxta not. in ſimili per Inno. in capit. cùm inter. de except. ſecus in reo voluntario: qui petit declarari certum terminum ad agẽdum, vel quando quis petit declarari ſententiam nullam: quia tũc diceretur reus voluntarius. & idem in citatione generali vel
4 ſpeciali, † quando quis citatur ad comparendum, ſi ſua interreſſe putauerit: quia tunc non cogitur comparere, & ſi compareat, diceretur vol ũ tariè cõparere: ſecundum Pau. de Caſt. in dict. l. libertus. &
5 ita in effectu tenet Alexan. de Imol. vbi tenet: † ꝙ bannitus vel excommunicatus non poteſt intentare remedium dictæ l. diffamari. Veruntamen poterit implorare officium iudicis ſuper exceptione: & imponatur ei perpetuum ſilentium: ſecundũ Anto. de Butr. in dict. cap. cùm inter. de exceptio. licèt idem Alexan. in dict. l. libertus. teneat contrarium. de quo ibi latiùs per ipſum: & per Iaſo. qui tenet, ꝙ
6 quando † quis citatur ſub conditione, ſi ſua interreſſe putauerit. non cogitur comparere ſi non vult, & dicitur reus voluntarius: ſecundũ Bald. in l. fi. C. de edict. diui Adri. in v. queſt. & iſto caſu citatus nõ poteſt dici contumax, nec poteſt multari. Nã ſi nõ credit intereſſe, citatio eum non ligat. & ita etiam tenet Bald. in cap. j. de mili. vaſ. qui contu. verſic. &
7 nota. vbi tenet, † quòd quando quis citatur ſi ſua crediderit interreſſe. non poteſt puniri tanquàm cõtumax: quia conditio ſub qua fuit citatus, defecit. idem Bald. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatis dare cogan. facit differentiã inter defenſionem
8 neceſſariam & voluntariã: † quia in defenſione neceſſaria ſeruus, vel excommunicatus admittitur. l. ſeruos. ff. de accuſa. ſecus in defenſione voluntaria: quando quis veniret ad defendendum ſpontè aliquã actũ: iux. not. in ſimili per Inno. in c. cũ venerabilis. & c. cũ inter. de except. Et ita in effectu tenet ibi Iaſon. Idem verò Bar. in l. cũ mulier. ff. ſolu. matri. tenet, ꝙ exbannitus vocatus in iudicio admittitur ad ſe defendendũ nõ obſtãte ſtatuto: quia eo ipſo ꝙ citatur in iudicio, cẽſetur habilitata eius perſona. idẽ Bar. in l. de pupillo. §. ſeruo. ff. de ope. no. nũcia. tenet ꝙ defenſio neceſſaria permittitur ſeruo, vel excõmunicato: vt quia cõtra eũ expreſsè dirigitur petitio: quia eo ipſo ꝙ citatur habilitatur eius perſona: ſecus in defenſione voluntaria, vbi non dirigitur certa petitio: quia tunc non admitteretur excommunicatus vel bãnitus de quo etiam ibi per Alexan. in addi. ad Barto. & in lectura. in §. ſi in publico verſic. ſeruo. & ibi etiam tractat de citatione generali vel ſpeciali quando quis citatur ſi ſua

intereſſe putauerit:quia tunc dicitur reus volunta
rius.de quo etiam per Ioan. de Imol.in dict.§. ſi in
publico.verſic.ſeruo.vbi ſe remittit ad nota.ibi per
Barto.& in cap.exhibita.de iudi.domi.Iaſon.in d.
§.ſeruo.etiã tractat de iſta materia defenſionis ne-
ceſſariæ,vel volũtariæ,& de citatione generali vel
ſpeciali.ſi ſua intereſſe putauerit:quia tunc non di-
ceretur defenſor neceſſarius,& non audiretur excõ
municatus,vel bannitus,de quo etiam per Cœpol.
Veronē. cautela.xcvij. & iſto caſu etiam poſſet cle
ricus citari coram iudice laico cauſatiuè,& cõditio
naliter,ſi ſua intereſſe putauerit:ſecundũ Bar.Pau.
de Caſtr.Alex.& Iaſo.in l.teſtamenta. C.de teſta.
& Saly.in l.conſulta.eod.tit. & per Ang.& Ioã.de
Imol.in l.j.§.hæc ſtipulatio.ff.ſi cui plus.quàm per
9 leg.falci.† quia iſta citatio,ſi ſua intereſſe putaue-
rit.dicitur quædam denunciatio extraiudicialis:ſe-
cundum Ange ibi,licèt eſſet ſecuriùs reſcribere per
literas requiſitorias iudici eccleſiaſtico ad concedẽ
dum literas nexæ ad citandum clericum.de iſta ma
teria etiam habetur per domi.Maria. Socinum in
tractatu de citationibus in quinto principali arti-
culo,quæſt.xiij.vbi tractat de generali citatiõe ad
citandum omnes qui ſe volunt exponere: iuxta ca.
cùm in tua.qui matrimo.accuſ.poſſunt.&in cap.ſi.
de elect.lib.vj.&iſto caſu poſſunt citari nominatim
vel generaliter.& ſi non compareant,facit eis præ-
iudicium:iuxta not.per Inno.in cap.dilecti.de ex-
cept.& quòd talis citatio per edicta non arctat ali-
quem,de quo ibi latiùs per ipſum, & per eũdem So
cin.in dict.tracta.in xx.articulo principali.q.xiiij.
vbi tractat qualiter citatio poſſit fieri per verba fa-
cultatis: vel ſi tua putaueris intereſſe.& talis cita-
tio ſi non compareat,facit præiudicium:ſecundum
Specu.in tit.de cita.§.ſequitur.verſi.illud autem.&
10 idem Soci.etiam tenet,† quòd valet citatio,ſi de iu
re tuo confidis:ſecundum Bald.in dict.l.diffamari.
C.de inge.& manu.& ſic iſto caſu nõ debet eſſe prę
ceptiua,ſeu neceſſaria:ſecundum Ange.in l.nonnũ
quam.ff.de iudi.& Bald.in l.peremptorium.cod.ti.
& hoc quando tertius citatur de cuius intereſſe du
bitatur.Nec poteſt fieri comminatio pœnæ vel ex-
penſarum:ſecus ſi fieret citatio contra reum princi-
palem:quia tunc bene debet fieri per verba præce-
ptiua , & ſub comminatione expenſarum de quo
ibi latiùs per ipſum. Et præmiſſa poſſunt adaptari,
ad quendam quæſtionem arduam de quodam ex-
ploratore vulgariter vocato,eſpie,de partibus Ita-
liæ,qui tranſeundo per præſentem patriam fuit ca-
ptus & inculpauit quæendam prælatum:& quòd ſi
bi aportauit quaſdam literas ex parte certorũ ca-
pitaneorum Venetorum,& fuit dubitatum de mo-
do citandi talem prælatum in tali inquiſitione ſi de
beret citari præciſè & præceptiuè, vel cauſatiuè, ſi
ſua intereſſe putauerit,ad finẽ:vt dicta acta faciant
præiudicium.reſponſio patet ex præmiſsis.

ARGVMENTVM.

De modo adhibito in fundatione capellæ: inſtitu-
tio item facta de beneficio patronato præter funda
toris voluntatem ipſo iure nulla eſt.

SVMMARIVM.

1 *Patronus à principio fundationis quòd de Epiſcopi conſen*
ſu nonnihil ſibi peculiare retinere poteſt.
2 *Inſtitutio ſecunda beneficij patronati,prima non caſſata*
an ualeat.
3 *Inſtitutio facta contempto patrono eſt ipſo iure nulla.*
4 *Inſtitutio Epiſcopi ſine præſentatione patroni facta,an tra*
ctu temporis ualidari poßit.
5 *Inſtitutio ſola Epiſcopi an in poſſeſſorio ſufficiat.*
6 *Epiſcopus iuris patronatus formam ,neque alterare,neque*
ſuper ipſam diſpenſare poteſt.& nu.9.
7 *Epiſcopus conferendo iure deuoluto quòd fundationis be-*
neficij naturam ſeruare teneatur.
8 *Conſenſus ex temporis diuturnitate à principio interueniſ*
ſe præſumitur.
10 *Papa quòd ſtatuto fundationis derogare nunquam intelli*
gitur,etiam ſi clauſula motus proprij adpoſita eſſet.

Quæſtio CCCCXCIIII.

QVAERITVR an inſtitutio diœceſani
de capella iuris patronatus eccleſię facta ad
præſentationem patroni eccleſiaſtici non ſeruata
forma,ſeu modo adhibito in fundatione: videlicet
vt debeat præferri in dicta capella, quando reperi-
tur aliquis idoneus de progeniæ & genere ipſius
fundatoris:quia fuit inſtitutus extraneus infrà ſe-
meſtræ:ſed poſt ſemeſtre fuit inſtitutus infrà quin-
que menſes quidem proximior de genere fundato-
ris , non caſſata prima inſtitutione: & ſi poſsit le-
gari ius patronatus eccleſiæ:& ſi teneat ſecunda in
ſtitutio non caſſata prima.Et in effectu de iſta quæ
ſtione ſuprà fuit tactum quæſt.cccxv. & ſequenti-
1 bus:tamen pro nunc poſſet dici,† quòd patronus à
principio fundationis poteſt ſibi reſeruare ex per-
miſsione Epiſcopi cenſus aut alium modum.capit.
Eleutherus.xviij.quæſti.ij.cap.prætereà.le.ij.de iur.
patrona.ne retrahantur laici ad benefaciendum ec
cleſię:iuxta not.per Imola.& Panormit.in ca.cùm
dilectus.de conſue.& quando dicitur,quòd præfe-
ratur proximior in genere dicti fundatoris,intel-
ligitur de cognomine & nomine agnatorum.l.j.&
ij.ff.de libe.cauſa.l.j.ff.de iur.immu.Nec oſtat ſi di
2 catur,† quòd non tenet ſecunda inſtitutio non caſ
ſata prima. cap.inter dilectos.de exceſsio. prælato.
quia illud verum quãdo procedunt eodem iure:ſe-
3 cus ſi diuerſo:†quia quando fit prima inſtitutio cõ
tempto patrono, eſt ipſo iure nulla.c. decernimus.
xvij.quæſt. vij.& in c.illud.de iur.patrona. & ideò
valet ſecunda inſtitutio facta ad præſentationẽ pa
troni:quia procedit diuerſo iure:ſecundum gloſ.in
pragma.ſanctio.tit.de colla.§.vt verò.verſ.eo ipſo.
4 Veruntamen †quando eſſet facta prima inſtitutio
ſine præſentatione patroni reualidaretur poſt tem-
pus quadrimeſtre in patronatu laici,vel poſt tẽpus
ſemeſtre in patronatu clerici , quando non fuiſſet
reclamatus per patronum,prout fuit tactum ſuprà
quæſtio. ccccIxxv. & ita videtur in propoſito quia
iſte ſecundus qui ſe prętendit de genere fundatoris
venit poſt ſemeſtre iure patroni clerici, & ſic infrà
vndecimũ menſem.& ita videtur ratificata prima
5 inſtitutio : † quinimò ſola inſtitutio prelati eſt ſuf
ficiens in poſſeſſorio:ſecundum do.de Rota.in no-
uis deciſion.cxcij.quia plus iuris habet prelatus in
inſtituendo,quàm patronus in præſentando. capit.
dilectus. de officio legati, capitul. cùm dilectus.
6 de iure patrona. ſed redeundo ad quæſitum † quòd
Epiſco-

Epiſcopus non poſsit alterare formam iuris patronatus, nec diſpenſare: habetur latè per domi. Antho. Panor. Ioan. de Imol. & Felin. in cap. cùm acceſsiſſent. de conſtituti. & ibi infert Felin. quòd licèt patronus perdiderit pro illa vice ius præſentandi propter negligentiam: † tamen Epiſcopus qui
7 confert iure deuoluto debet ſeruare naturam fundationis beneficij, & ideò quando deuoluitur poteſtas ad Epiſcopum propter negligētiam iuris eligendi capituli vbi debebat fieri electio de gremio vnius monaſterij debet ſeruari talis cōſuetudo: ſeſecundum Ioan. Andr. in cap. contra eum. de regu. iur. lib. vj. in mercurialibus. & pro hoc facit cap. ne pro defectu. de elect. & clemen. j. de ſupplen. negli. prælto. ibi illa videlicèt &c. de quo latiùs per Feli. in dict. cap. cùm acceſsiſſent. Nec obſtat ſi dicatur, quòd non apparet de conſenſu & authoritate Epiſcopi, & ſic quòd non interuenerunt cōditiones appoſitæ per laicum in fundatione. cap. nobis. de iur. patron. etiam ſi ex poſt facto patronus velit ſibi reſeruare. cap. ſignificauit. de teſtib. & hoc voluerunt Antho. de Butr. & Panor. in cap. cùm acceſsiſſent.
8 Quia ad iſtud reſpondetur † quòd ex diuturnitate temporis præſumitur cōſenſus Epiſcopi. argumen. l. ſi filius. C. de peti. hæredit. & per glo. in cap. ea noſcitur. de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu capit. & hoc videtur tenere domi. Rochus de Cur. in tracta. iur. patro. ſuper verbo, de diœceſani conſenſu. queſtio. vj. vbi tractat de legato iuris patronatus facto eccleſiæ. & quæſtio. vij. vbi tractat an præſumatur interfuiſſe cōſenſus & authoritas Epiſcopi quādo cappella eſt in forma eccleſiæ: vt quia habet altare & campanam. allega. Archidia. in cap. nemo. de conſecra. diſtinct. j. & pariter idem Rochus in dicto tractatu. in viij. quæſtion. an ſufficiat tacitus conſenſus Epiſcopi quando ſciuit & non reclamauit de quo ibi latiùs per ipſum. & pariter in j. queſtio. tractat an ſufficiat ſolus conſenſus Epiſcopi abſque conſenſu capituli, & tenet quòd ſic, & pariter in xij. quæſtio. tractat an tempore fundationis factę de eccleſia in teſtamento laicum requiratur authoritas Epiſcopi de quo ibi latiùs per ipſum. Sed redeundo ad quæſitum quòd non teneat inſtitutio de beneficio patronato non ſeruata volūtate fundatoris, quādo ordinauit quòd debeāt præferri illis de genere ſuo & progenie facit, quòd habetur per Hoſtien. in cap. cùm acceſsiſſent. de conſtitu.
9 vbi voluit, † ꝙ diœceſanus nō poteſt alterare qualitatem beneficij patronati ſine conſenſu patroni. & ibi ſequuntur Anthon. de Butri. Ioan. de Imol. Panormi. & Felin. pro quo facit glo. in clemen. per literas. de præbend. & quando præſentatio eſt nulla non ſeruata forma iuris patronatus poſſet patronus ſiue clericus ſiue laicus variare & pręſentare ſecundò. c. ſi. cum ibi not. & pro hoc facit quod habetur per Felin. in tractatu, quando literæ appoſtolicæ noceant patronis eccleſiarū poſt titulum & lite non conteſt. & poſt ſermonē de indulgentijs. Nam
10 Papa † nunquā intelligitur derogare ſtatuto fundationis eccleſiæ: ſecundum do. de Rota in nouis, in tit. de reſcript. deci. iij. vide c. ei cui. de præbē. lib. vj. glo. in clemen. per literas. de præben. Panor. in cap. cùm in cunctis. §. inferiora. de elect. faciunt no. per Io. Andr. in nouella. Pet. de Ancha. & Gemini. in cap. ij. de pręben. libr. vj. Rot. in nou. deciſ. j. incipiente, Itē ſi ſtatutum. & deci. vj. in titu. de pręben. etiam ſi ſit clau. motu proprio. Papa non intelligit derogare ſtatuto appoſito in prima fundatione. & per Felin. in tracta. quando literæ apoſtolicæ noceant iuri patronorū. in vij. ampliatione. facit quod habetur in regula cancellariæ xl. & ibi per glo. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa poſſeſſorij capellę fundatæ in eccleſia parœcali authoris inter dictum Claudium Chapuiſij ſupplicantē & dictum Guillieti ſupplicatum, & dictum Claudium de Turgone interuentum qui deceſsit lite pendente: quia in teſtamento domini Ioannis de Turgone fundatoris dictæ capellæ ipſe legauit ius patronatus dictę capellæ eccleſię prioratus de Chauano, & ordinauit quòd illi de genere ſuo ſeu progenie debeant preferri in dicta capella, quando vacabit. & poſt obitum dicti fundatoris do. Ioan. de Turgone nepos dicti fundatoris fuit admiſſus ad dictam capellam. deinde vacauit per eius obitum: & dominus prior de Chauano præſentauit dictum dominum Claudium Chapuiſij qui fuit inſtitutus per dominum vicarium Lugdunē. infra vj. menſes: & quia dictus Chapuiſij erat extraneus, & in eius inſtitutione tacuit de forma patronatus dictus dominus Claudius de Turgone impetrauit poſt vj. menſ. dictam capellam iure deuoluto à dicto domino vicario Lugduni. Et in dubio præſumitur ꝙ in dicta fundatione interuenerit authoritas & conſenſus diœceſeni ex lapſu tēporis quadraginta annorum & vltra: ſecundum Archidia. in cap. nemo. de conſecr. diſtinct. j. & maximè quādo capella habet ſigna eccleſiæ, vti campana, altare & ibi celebratur publicè, ita ꝙ præſumitur tollerētia & tacitus conſenſus Epiſcopi: iuxt. nota. in cap. ea noſcitar. de his quæ fiunt à maio. part. capi. & in c. peruenit. de empti. & vendit. & per Rochum de Curt. in tracta. iur. pratronatus, ſuper verbo, diœceſani cōſenſu. aliter ad præſens non declaro: ſed me refero veritati.

ARGVMENTVM.

Titulis pluribus in cauſa beneficiali vti licitū. Fama quandoque à beneficij viuentis collatione excuſat. Item de regul. de veriſimili notitia.

SVMMARIVM.

1 *Dominium ex pluribus titulis quæri non poſſe regulare. fallit ut nu. 10. & 15.*

2 *Conſenſus qui confirmationem præcedit, quòd certus eſſe debeat.*

3 *In iure quæſito quis uti duplici conceſsione ſine titulo pōt.*

4 *Ius quærendum confirmationis decretum requirit, quod ſuper certo eſſe debet. quæſitum uerò decretum ſeu cōfirmationem non requirit.*

5 *Collatio acceptata taciti conſenſus uim habet.*

6 *Poſſeßio beneficij in iure quæſito quòd uirtute duplicis collationis etiam à diuerſis factæ peti poteſt.*

7 *Occupans ſcienter uiuentis beneficium, quòd amplius ad illud aſſumi non debeat. & nu. 12.*

8 *Exceptionibus pluribus etiam contrarijs uti nullus prohibetur.*

9 *Literæ ad beneficia ubi plures ab eadem perſona impetrantur: & ſecundæ de primis nullam mentionem faciunt, ꝙ præſentationis tempus attendatur.*

12 *Literæ plures ad idem beneficium & ab eadẽ perſona impetratæ, quòd fraudulenter obtentæ præſumantur.*

13 *Literæ plures impetratæ ab eadem perſona, ad idem beneficium & eadem forma ualent.*

14 *Literæ ad lites ſi plures ab eodem & ſuper eodem negotio ad cautelam non, niſi præter abuſum utiantur.*

Quid in literis ad beneficia.

16 *Titulos uarios ſuper eodem beneficio quis cõſequi poteſt: & illis ius ſuum tueri.*

17 *Dubitans de titulo ſi alium impetret, q. renũtiatio prioris non inducatur: ſed utroque ad ſui iuris defenſionem uti poterit.*

18 *Poſſeßionem qui ex titulo minus idoneo apprehendit: ſi poſtmodum titulus ualidus ſuperueniat, an noua poſſeſſionis apprehenſione opus erit.*

19 *Electus ante quàm confirmetur, conſenſum præſtet oportet.*

20 *Impetrans ſcienter beneficium uiuentis deponendus & priuandus eſt, efficitúrque inhabilis ad illud officium etiam cum noua prouiſione.*

21 *Beneficium uiuentis impetrans infamiam incurrit. Quid de intruſo nulla intruſionis mentione facta?*

22 *Clauſ. Motus proprij quòd à ſurreptione præſeruet.*

23 *Impetrans beneficium uiuentis licèt poſtmodùm beneficiatus obdormiat in domino, quòd ſecunda impetratio nullius momenti ac uirtutis ſit.*

24 *Fama publica an à pœna impetrãtis uiuentis beneficiũ excuſat. & à qua pœna. & nu. 26.*

25 *Fama iuſtam credendi cauſam præbet.*

27 *Mors alicuius an per famam & per coniecturam probari poßit.*

28 *Credulus nimis de alterius morte quis eſſe non debet.*

29 *Regula de uerißimili notitia, an in legato de latere & ordinario locum habeat.*

30 *Regul. de uerißimili notitia, quòd extendi poßit licèt, pœnalis ſit.*

31 *Collatio legati de latere ſeu eius locumtenentis non impeditur ordinarij collatione non ritè facta, licèt tempore prior ſit.*

32 *Electio ſecunda per priorem nullam non impeditur.*

33 *Citatio nulla præuentionem non inducit.*

34 *Prouiſio apoſtolica patroni præſentatione non, niſi collatori præſentata fuerit, impeditur.*

35 *Collatio affectata præuentionem non inducit.*

36 *Sententia pœnæ occupãtis beneficium uiuentis, an & quæ requiratur.*

37 *Sententia diſpoſitiua licèt locum non ſit quando pœna ipſo iure uel facto imponitur: declaratoria tamen requiritur.*

38 *Poſſeſſorium reintegrandæ criminis exceptione non impeditur.*

39 *Symoniæ crimen ipſo iure ſeu facto priuationem inducit.*

40 *Fructus ſi petiti non ſunt in iudicio poſſeſſorio cauſæ beneficialis an, quando & qui ueniant.*

41 *Delicta paria mutua compenſatione tolluntur.*

Quæſtio CCCCXCV.

QVAERITVR an in cauſa poſſeſſorij beneficij eccleſiaſtici quis poſsit vti pluribus titulis ab eodem collatore obtẽptis. Et ſi producendo poſteriorem collationem videatur approbaſſe & confiteri contenta in ipſa, adeò vt fiat ſibi præiudicium: & an fama publica excuſet à pœna impetrantis beneficium viuentis, & intruſionis beneficij: & an in collatione ordinarij habeat locum regula cancellariç de tempore veriſimili: & an ſtante nullitate collationis ordinarij fiat præuentio, an verò teneat prouiſio legati de latere non obſtante præuentione horæ. Et in effectu dubium facit propter cap. vt quis duas. de electio. lib. vj. vbi prohibetur electus proſequi duas electiones, & confirmationem ambarum etiam cũ proteſtatione, etiam ſi proteſtetur ſe eſſe contentum altera per quam ſuæ intentionis cõſequi poſsit effectum, vt ibi habetur
1 nam dominium † non poteſt acquiri ex pluribus titulis ſeu cauſis. l. poſsideri. §. ex pluribus. ff. de acqui ren. poſſeſ. quia quod meum eſt, ex alia cauſa meũ fieri non poteſt, niſi meum eſſe deſierit. c. inter dilectos. verſ. cæterum. de fid. inſtrumen. §. ſic itaque. inſtitu. de actio. §. ſed & ſi. inſtitu. de lega. Nec obſtat cap. poſt electionem. de conceſs. præben. ibi, tam ratione primę quàm ſecundæ conceſsionis ſibi aſsignatum: quia ille Rogerius ibi nominatus petebat Archidiaconatum ratione tam primę quã ſecundæ cõceſsionis per ſedẽ apoſtol: cã ſibi cõſeruari. Quia ad iſtud reſpondetur ſecundum glo. in dict. cap. vt quis duas. ſuper verb. ex vna. quòd ibi non dicitur quòd fuerit admiſſus. vnde ſecũdum glo. ibi, ſi prima valuit, ſecunda non valuit: ſi ſecunda valuit ergo prima non valuit. vnde ſecundum glo. in dicto cap. inter dilectos. ſuper verbo, quod meum. quando quis aſsignat plures cauſas ſui dominij, cùm hoc eſſe non poſsit, ſuccumbit. per iura ibi allegata. Veruntamen licèt effectus fuerit dominus ratione vnius tituli, ratione alterius tituli competit ſibi licèt iſte titulus ſit nullus. l. nemo. ff. de excep. cap. nullus pluribus. de regul. iur. lib. vj. Vnde vt veritas iſtius articuli melius habeatur, referã gradatim opiniones dicti Archidiac. in dict. cap. vt quis duas. tenet, quòd quando duo tituli ex eodem fonte deſcendunt, ita quòd ſecundus titulus nihil adijcit iuri primo, niſi ad quandam futuram vel imminentem oppoſitionem vel impugnationem tollendam ſeu ad defenſionem primi tituli, tũc quis poteſt vti vtroque titulo: vt probatur in l. cùm res. C. de prob. Ioan. Andr. in nouella in dict. cap. vt quis duas. tenet quòd electus prohibetur proſequi duas electiones ſimul, aut diuiſim: quia † conſenſus electi qui
2 præcedit confirmationem, debet fieri ſuper certo. cap. j. de poſtul. lib. vj. ſic conſenſus eligentium debet eſſe certus. cap. ij. de electi. eod. lib. & ibi tenet poſt Archid. quòd quando pendet lis inter duos, & Papa vel alius ſuperior vni illorum adiudicat eccleſiam, videtur confirmare. Petr. de Ancha. in dict. c. vt quis duas. ibi facit tres regulas prohibitiuas cumulationis, & etiam reſpondet ad l. cõtra maiores. C. de inoffic. teſtamen. vbi electa vna actione ſi ſuccumbat, poteſt redire ad aliam. Et licèt vna actio intentata poſsit mutari & emendari ante litem conteſtatam. l. edita actio. C. de edend. tamen hoc verum, niſi electione tollantur. l. j. C. de fur. l. cùm filius Varus. ff. de lega. ij. l. quod in hæredem. §. eligen. ff. de tribut. ſecundum gloſ. in dict. cap. vt quis duas. de elect. lib. vj. in fi. Gemini. in dict. c. vt quis duas. tenet dum reſpondet ad dict. cap. poſt electionem. de conceſ. prębend. quòd loquitur in iure quęſito. ſed in d. cap. vt quis duas. loquitur in iure quærendo ante cõfirmationem. quia † in iure quæſito
3 quis põt vti dublici conceſsione ſeu titul. & eſt ratio diuerſitatis. † quia in iure quærendo requiritur dece-
4

tur decretum cõfirmationis: & decretum debet eſ-
ſe ſuper certo.cap.j.de conceſ.prębend.lib.vj.clem.
j.eod.titul.ſed in iure quæſito non requiritur decre
tum ſeu cõfirmatio: & allegat tenere Pau.de Alea.
& Cald.conſi.vij.in titu.de elect.vel poteſt aſsigna
ri alia ratio:ſecundum Gemin.quia conſenſus qui
præſtatur electioni,debet eſſe certus.cap.quam ſit.
de elect.lib.vj.nec poteſt electus petere cõfirmatio
nem antequàm conſentiat, vt ibi habetur, & ideò
debet eligere alteram electionem. Sed in collatio-
ne beneficij quando agitur ad poſſeſsionem, non
5 requiritur nouus conſenſus: quia † collatio acce-
ptata habet vim taciti conſenſus.clemen.j.de con-
ceſsi.præbend. Philip. Fran. in dict. capitu.vt quis
duas. facit differentiam inter ius quærendum
6 & quęſitum. quia in † quæſito quis poteſt petere
poſſeſsionem beneficij virtute duplicis collationis,
etiam à diuerſis factæ.dict. c. poſt electionis. & ſic
ſentit,quòd etiam virtute duplici collationis ab eo
dem collatore factæ,propter illam dictionẽ, etiam,
quæ includit.l. etiam. cum ibi not.C.ſi tut. cu. in-
terue.glo.in dict.cap.poſt electionem. de conceſsi.
præb.ſuper verbo,reſignatione. ſentit,quòd Roge
rius qui habuit conceſsionẽ capituli Eboraceñ.nõ
probauit de reſignatione Honorij, vel ſi probaſſet
non tenuit nec ratione primæ cõceſsionis capituli
Eboraceñ.nec ſecũdæ factæ per Archiepiſc.Ebora-
ceñ.ex quo dictus Rogerius ſemel ſcienter occupa
uit locum viuentis,videlicèt dicti Honorij.j. quæ-
7 ſtio.j.§.in in primis.Inno.idem ibi tenet,† quando
ſcienter occupauit locum viuentis vlterius ad eam
aſſumi non poteſt.ij.queſti.j.cap.in perſonis. ſecus
ſi ignoranter.cap.præſentium.vij.quæſtio.j.Hoſti.
in dict.cap.poſt electionem.§.ipſius.tenet, quòd di
ctus Rogerius qui nitebatur primæ & ſecundæ cõ
ceſsioni fatuè innitebatur. & ex quo ſemel ſcien-
ter occupauit locum viuentis vlterius ad illum non
poteſt aſſumi per iura ſuprà allegata, & pro etiam
allegat c.j. de eo qui ducit in matrim.quam pollu.
per adulte.idem Hoſtien.in dict.cap.inter dilectos.
§.cęterũ.de fid.inſtrum.tenet quòd licèt titulus do
mini non poſsit duplicari: tamen quandoq; quis
ex duplici titulo excipit.dict.cap. poſt electionem.
8 & eſt ratio ſecundum ipſum:quia † nemo prohibe
tur vti pluribus exceptionibus quamuis cõtrarijs.
l.nemo. ff.de exceptio. c.nullus pluribus..de regul.
iur. lib.vj.Ioan.Andr. in dict.cap.poſt electionem.
ſuper verbo,ſecundæ.not.quòd idem poteſt peti ex
pluribus &diuerſis cauſis.de quo remittit ad nota.
in dict.cap.vt quis duas.Glo.in cap.in noſtra.de re
9 ſcript. † quando impetrantur plures literæ ad be-
neficia ab eodem,& ſecundę non faciũt mentionẽ
de primis,quòd attendatur tempus præſentationis.
& ſi primæ non ſint anullatę per exceptionẽ, tunc
valent ſecundæ literæ,licèt non faciant mẽtionem
de primis. ſed ſecundum Io. Andr. ibi poſt Hoſti.
quòd neutræ valent,ex quo fraudulenter impetra-
tæ ſunt,quòd præſumitur quando ſimul fuerunt im
petratę,& non faciunt mentionem de primis. Si ve
rò diuerſo tempore valet receptio authoritate pri-
marum:ſed nõ ſi fiat authoritate ſecundarũ. Idem
Ioan.Andr.in nouella.in cap.cùm perſonę. de pri-
10 uile.lib.vj.poſt Ioan.Mo.ad dictam regulam. † ꝙ
dominium nõ poſsit acquiri ex pluribus cauſis,po-
nit duas fallentias.Primò quãdo eſt dubium de pri
ma cauſa ex qua dico meum: quia tunc ad cautelã
poteſt meum fieri ex ſecunda.dict.c. poſt electionẽ.
de conceſs.prębend.ſic eſt in priuilegijs ſi dubium
ſit,an plena libertas detur per verba priuilegij, tũc
poterit corroborari per conſuetudinem, ſeu pręſcri
ptionem quadraginta annorum.dict.cap.cùm per-
ſonę.verſi.quòd ſi tales.de priuileg.lib.vj.Secundò
fallit quando mihi pinguiùs prouidetur per ſecũ-
dam prouiſionem,quàm per primam.l.fundo.ff.ad
legem falcid.& ſecundum glo.ibi fit mutatio domi
nij ex noua cauſa extrinſeca ſuperueniente, per
quam pinguiùs prouidetur adueniente conditione
fundus remanet hęredi iure legati aliundè facti, &
detrahitur tanquàm æs alienum.faciunt notata in
l.cùm nemo.C.de acquiren.poſſe.Et licèt res poſsit
deberi ex pluribus cauſis in actione perſonali,ta-
men non poteſt acquiri iure dominij ex pluribus
cauſis.l.non ex pluribus.ff.de regul.iur.dict.l.poſ-
ſideri.§.ex pluribus.ff.de acquiren.poſſeſ. Cardin.
Flor.in d.cap.poſt electionem.de conceſ.præbend.
in ij.nota.quòd idem petitur ex diuerſis cauſis. de
quo in dict.cap.vt quis duas. de elect.lib.vj. deinde
not.quòd qui eſt in poſſeſsione beneficij, poteſt ſe
tueri duabus collationibus,ſeu duobus titulis:licèt
petens ſe confirmari nõ poſsit petere ex vna electio
ne.dict.cap.vt quis duas.quia cõfirmatio eſt quod-
dam decretum quod non poteſt fieri ſuper incerto.
Et quòd poſsidens poſsit vti duobus titulis allegat
conſuluiſſe Paul.de Leaza.in queſtio.facti.&iſtud
eſt valde vtile ſecundum ipſum vt quandocunque
dubitat an inſtituens habuerit petere, vel an ex
alia cauſa poſsit inſtitutio vitiari faciat de nouo ſe
inſtitui ſine præiudicio prioris tituli. & hoc modo
poteſt acquirere alium titulum. Idem Card.in dict.
cap.inter dilectos.de fid.inſtrum.in glo.ſuper verb.
quod meum.tenet,quòd reus poteſt vti pluribus de
fenſionibus contrarijs.c.nullus pluribus.de regul.
iur.lib.vj.& ex hoc vtile eſt beneficiato ſi dubitat
collatorem non potuiſſe conferre, quod obtineat
etiam ab alio ad cautelam,in quantum prima col-
latio non valeat,quod probat dict.cap.poſt electio
nem.idem Cardi. Flor.in cap.in noſtra.de reſcript.
in j.oppo.refert opiniones quando impetrãtur plu-
res literæ ab eodem ad lites de quo remittit ad not.
per glo.& docto.in cap.ex tenore.de reſcript.Hi ve
rò impetrantur ad beneficia ab eodem etiam ſi in
ſecundis literis non fiat mentio de primis, quando
impetratur ab eodem & ad idem beneficium, tunc
ſecũdum glo.non punitur impetratio,ſed vſus. ſed
11 Hoſtien.contra, † quia præſumũtur fraudulenter
impetratæ ſiue ſub eadem data ſiue diuerſa vt vide-
tur tenere in prima quæſtione: licèt in literis ad li-
tes quando impetrãtur ad cautelam ſub eadem da-
ta ad eoſdem iudices ſit permiſſum ſicuti de eodem
inſtrumẽto vel actu poſſunt fieri plena inſtrumen-
ta:ſecundum glo.in dict.c.ex tenore.ſed poſtquam
inceperit agere per alteras,reliquæ non valent: ſed
ſecundum eund.Card.in dict.c.in noſtra. in xij. &
vltima queſtio.de diuerſis literis impetratis ad be-
neficia ab eodem & ad idem beneficium non ſe im
pediunt inuicem,ſi eadem eſt forma:iuxt. not.in d.
cap.ex tenore.non poteſt tamen ſecundum ipſum
ex pluribus titulis acquiri vnicum beneficium.d.c.

vt quis duas. Antho.de Butri.in dict.c.poſt electio
12 nem.not.contra illum, † qui facit ſe inſtitui in lo-
cum viuentis:quia efficitur perpetuò inhabilis ad
illud beneficium etiam ex noua collatione: & pari
ter not.argu.quem in iudicio poſſe proſequi duas
prouiſiones & accumulare à diuerſis & diuerſo tē-
pore factas de quo ſe remittit ad not.in dict.cap. vt
quis duas.idem Antho.de Butr.in dict.c.inter dile-
ctos.tenet, ꝙ agēdo quādo aliquis allegat plures
titulos ſuccumbat:ſecus ſi excipiendo alleget plu-
res titulos:quia nullus prohibetur vti pluribus ex-
ceptionibus.c.nullus pluribus.de reg.iur.lib.vj.idē
verò Antho.in dict.c.in noſtra.de reſcript. nota.ꝙ
ſecundæ literæ non facientes mentionem de prima
rum receptione non valent,ſicut in literis conten-
tioſis,& quod debet eſſe ſpecialis mētio.deinde di-
13 ſtinguit poſt Ioan.Cald. quando impetrātur † plu
res literæ ab eodem ad idem beneficium & eadem
forma,& eædem valent:quia præſumitur vna gra-
tia & plura exempla: vt not.in d. c.ex tenore. ſaluo
quòd nō poteſt accumulare plures titulos ex pluri
bus literis.dict.c.vt quis duas.quandoquè impetrā
tur plures literæ ad diuerſa beneficia: tūc ibi diſtin
guit plures caſus deinde ibi format certas quęſtio-
nes Ioan.de Imol.in dict.cap.poſt electionem.no.
quē poſſe accumulare & proſequi in iudicio duas
diuerſas prouiſiones à diuerſis,& diuerſo tempore
factas,licèt ſecundum ipſum hodie nō videtur pro
cedere ſi obijciatur.per dict.c.vt quis duas.& dicen
ti alteram prouiſionem præceſsiſſe incumbit onus
probandi.iuxt.nota.in cap.duobus.de reſcript. lib.
vj.& quando quis permittit ſe inſtitui in locum vi-
uentis,perpetuò videtur inhabilis ad illud benefi-
cium,etiam ſi velit conſequi ex noua collatione.
iuxt.nota.per glo.in dict.c. poſt electionem. ſuper
verb.poſt reſignationem.& per Io.And.in c.j. de
conceſ.præben.Idem Ioan.de Imol.in dict.c.inter
dilectos.de fid.inſtrumen.in glo. ſuper verb. quòd
meum eſt.tractat quòd dominium non poteſt aqui
ri ex pluribus cauſis ſucceſsiuè:ſecus ſi concurrant
eodem tēpore.l.in numerationibus.ff.de ſolu.idem
Ioan.de Imol.in dict.cap.in noſtra.no. quòd vt va
leant ſecundæ literæ ad beneficia, debet fieri men-
tio de beneficio prius obtento,& ibi diſtinguit tres
14 caſus,& circa primum caſum † quando impetran-
tur plures literæ ab eodem, & ſuper eodem nego-
tio ad lites ad cautelam non viciantur,niſi propter
abuſum:tamen in literis ad beneficia quādo ſimul
impetrantur,non valent: quia videntur fraudulen
ter impetrari, niſi eſſent impetratæ ex cauſa igno-
rantiæ:vt quia aliquis impetraſſet beneficiū per ſe,
& procurator ſuus impetraſſet alias literas: iuxt. c.
gratia.de reſcript. lib.vj.ſi tamē fuerit receptus per
alteras literas illarum literarū nō poterit poſtea vti
alijs literis . & præmiſſa procedunt qñ impetrātur
plures literę eodē tēpore ad beneficiū pro eodē:vbi
autē eſſent impetratæ plures literæ ſucceſsiuè & di-
uerſo tpe:tunc ſecundę literæ non facientes mētio
nem de primis videntur ſubreptitiæ, & non vale-
rent:multò fortiùs quando vigore primarum litera
rum fuiſſet iam receptus ſeu adeptus poſſeſsionem
beneficij de quo latiùs ibi per ipſum Panorm.in c.
cùm olim.le ij. de priuile. circa finem.not.quòd im
petrando ſecundum priuilegium exemptionis etiā
ab alio ſuperiore non videtur impetrans renunciare
priori priuilegio ſuper eodem obtento, & quòd po
teſt ſe defendere ex vtroque & quòd clericus dubi-
tans de validitate ſui tituli impetrando alium titu-
lum ab alio ſuperiore non videtur renuntiare prio
15 ri titulo:non tamen poteſt agere † quia ex diuer-
ſis titulis non poteſt acquiri dominium: prout ſu-
pra dictum fuit.& facit l.ſi vt certo.§.ſi duobus ve-
hiculū.ff.commod. tamen poteſt ſe defendere plu-
ribus titulis & defenſionibus, dum modo ſucceſsi-
uè.c.nullus pluribus.de reg.iur.lib.vj.idem Panor.
in dict.cap.poſt electionem. de conceſ.præben. no.
16 quòd † quis poteſt conſequi varios titulos ſuper
eodem beneficio &ratione illorum ſe defendere,&
quòd ille text.in hoc eſt multum notabilis, & ne-
ſcit alibi.Nec obſtat dict.cap.vt quis duas. de ele-
ctio.lib. vj. quia loquitur agendo: quia non poteſt
quis petere confirmationem ex duabus electioni-
bus, ſed oportet quòd eligat: ſecus ex duobus ti-
tulis ſe defendendo.& ideò ſecūdum ipſum eſt cau
17 tela, † quando quis dubitat de titulo ſuo,quòd im
petret alium titulum quia non inducitur renuntia-
tio, ſed poterit vti vtroque ad defenſionem. deinde
no.contra illum qui occupat beneficium, quia effi
citur perpetuò inhabilis ad illud beneficium: &
non ſolùm talis,ſed etiam ille qui aliquo quæſito
colore fecit ſe inſtitui in locum viuentis:ſicut in d.
c.poſt electionem.vbi ille Rogerius poſt collatio-
nem factam Honorio credēs capitulum habere po
teſtatē iure deuoluto conſenſijt inſtitui de archidia
conatu collato prius dict.Honorio.& ex hoc colla
tio ſecundo loco facta dicto Rogerio de eodem be
neficio non tenet:quia dictus Rogerius fuit ſciens
ſeu in ſupina ignorantia:ſecus ſi probabiliter igno
raret,iuxt.nota.in cap.j.de conceſ.præben.& ibi te
net,quòd ſolus Papa in hoc diſpenſat.idem Panor
mita.in cap.cùm olim.de re iudic.in glo.ſuper ver-
bo, donationis.not.contra illum qui primò recipit
titulum beneficij de ſuperiore:deinde recipit ab in-
feriore aliam collationem, videtur facere in cluſio
nem ſuperioris:& ſi faciat ſine cauſa ratione ingra
titudinis debet priuari beneficio, ſicut in vaſallo
qui ab alio recognoſcit in feudū: ſecus ſi faciat ad
cautelā:quia dubitat probabiliter de validitate pri
mę collationis.iuxta no.in d. cap.poſt electionem.
idem Panormita.in dict.cap.in noſtra. de reſcript.
ſuper iſto articulo quando impetrantur plures lite
ræ ad beneficia ab eodem ſub eadem data aut ſuc-
ceſsiuè ſub diuerſa data ibi diſtinguit poſt alios.
Veruntamen ex quo ſemel vſus eſt aliquibus lite-
ris,reliquæ annullantur.& quando ſunt plures lite
ræ ad idem beneficium ſub eadem data & forma,
quia videtur vna litera,licèt pluries exemplata:ſecū
dum glo.in dict.cap.ex tenore de reſcript.prout ſu-
prà dictum fuit: nunquid autem ex poſt facto ad
idem beneficium poſsit impetrari alius titulus ad
cautelam, & tenet ꝙ ſic. per dict cap. poſt electio-
nem.& cap.ex parte Aſtenſis.de conceſsi. præben.
non tamen vt cōſequatur ius ex vtroq; titulo in be
neficio.quia eſſet contra dict.c.vt quis duas.de ele
ction.lib.vj.ſed vt poſsit ſe defendere ex vtroque ti
tulo. Ioan.de Imo.in dict.cap.ex parte. Hoſtien.de
conceſ.præben.not.quòd ille qui ſcit ſe habere titu
lum inualidum cautè facit ſi procuret habere titu-
lum vali-

lum validum, vt ſic mutet cauſam poſſeſsionis de
nulla in aliquã ſecundum ea quę habentur, in l.cũ
nemo.C.de acquiren.poſſeſ.facit quod habetur in
18 dict.c.poſt electionem. † licèt quando ſupereſſet ti
tulus non eſſet opus noua apprehenſione poſſeſsio
nis l.quædam mulier.ff. de rei vẽdi.§.interdum. in-
ſtitu.de rer.diui.quia fit quædam conuerſio & mu-
tatio ex cauſa ſuperuenięti:ſecundum Bald.in l. ij.
C.de ſerui.& aqua.verſi.ſed pone aliquis.etiã Feli.
in dict.cap.in noſtra.de reſcri.in hac materia in ef-
fectu tenet,quòd quãdo impetrantur plures literæ
ad idem beneficium ab eodem ſub eadem data &
forma valent: quia vna videtur litera, licèt pluries
exemplata:deinde tractat qualiter multiplicatur ti
tulus ad cautelam per dict.cap.poſt electionem. &
ibi allegat plures authoritates docto.& ponit cer-
tas limitationes vt puta, quando impetraretur ſe-
cundus titulus ab inferiore,niſi fieret ad cautelam:
ſecundum Panormita.in cap.cùm olim.de re iudic.
vel quando primus titulus, & ſecundus titulus ad
diuerſos effectus tenderẽt in eadem perſona:vt pu-
ta ſi quis habeat primum titulum, deinde impetret
in commendam,deſinit habere illum primum titu
lum conferentem ius in re:ſecundum Ludo.de Ro.
conſi.cccl.prout infra latiùs tangetur. vnde domi.
de Rota in antiquis ſub tit.de reſcript. incipiente,
not.ꝙ vbi quis .in numero xlix. aliàs lxix.quando
quis pro beneficio habendo obtinet duas gratias
à Papa, & vſus ſecunda & non prima: quia iſtę gra
tię non ſunt contrarię,ſed ſunt diuerſæ & tenden-
tes ad eũdem effectum,ideò vna acceptata non ex-
cluditur ab alia per iura ibi allegata. & hoc verum
ſi eodem contextũ & ſub eadem data ſunt impetra
tæ:ſecus ſi ſub diuerſis temporibus ſunt impetratę.
allegãt Ioan.And.in dict.cap.in noſtra.de reſcrip.
licèt ibi ſi bene inſpiciatur fortè aliter idem Ioan.
Andr.videtur ſentire,licèt idem domini de Rot. in
antiquis deciſ.clxxx.incipiẽ.not.quòd vbi aliquis.
teneãt, quando impetrantur plures literæ ſub eadẽ
data cõtinẽtes diuerſas gratias & formas nõ debet
vti ambabus, niſi conſulto Papa.Sed reſpõdent ꝙ
iſtud poſſet procedere quãdo vellet vti eodem tem-
pore:ſi tamen vſus fuerit vna litera,nec fuerit dedu
cta ad effectũ, non prohibetur vti alia litera. alleg.
nota.in dict.cap.in noſtra.Cardi. Flor.in cõſil.lxix.
incipiente, Vacante quadam parœciali.tenet quòd
licèt impetrentur plures literæ reſpectu eundẽ bene
ficium, quòd valent, ſicut quando impetrantur ad
lites: iuxt.cap.ex tenore.de reſcript.quando impe-
trãtur ſub eadem data & forma ad eoſdem iudices
& in literis beneficialibus idẽ videtur: quia non vi
detur diuerſa ratione,cùm ceſſet præſumptio ambi
tionis ad plura beneficia de qua fit mentio in d.c.
in noſtra & licèt in aliquibus literis plus addatur
in quantum fit mentio de iure patronatus: quia nõ
mutatur forma in ſubſtantia,nec põt excipi de pri-
mo reſcripto ex quo non fuit vſus.Panor. etiam in
cap.veniens.de præſcript tenet quòd an cautelam
quis poteſt vti duplici titulo beneficii ad defenſio-
nem. Ioan Cald.conſi.vij.in titu.de elect.tenet quã
do agit poſſeſſorio beneficij ſiue ſit actor ſiue reus
poteſt vti duplici titulo ſiue vnius ſiue diuerſorum.
dict.cap poſt electionem.de conceſ. præbend. quia
ille Rogerius petebat confirmari ex duplici conceſ
ſione,ſiue etiam ſit reus.& ibi reſpondet ad dict.c.
vt quis duas.de electio.lib.vj.quia loquitur in iure
quærendo:ſecus in iure quæſito .& ibi ponit ratio-
nem diuerſitatis. Lapus de Caſte.allegat vj. tractat
an electio poſsit fieri ſi vacauerit per mortem, vel
aliàs quouis modo. & alleg.viij. an dict. c. vt quis
duas.habeat locum in præſentationibus patrono-
rũ.& alleg.cxxxij. aliàs ſi.quòd quis poteſt vti du-
plici collatione:ſecus in electionibus.dict.c.vt quis
19 duas. † quia electus ante confirmationẽ debet præ
ſtare conſenſum purè.c. quàm ſit.de elect.libr. & ſi
vteretur duplici electione,vel alteri vtiliori non poſ
ſet purè conſentire. Roma.conſil.cccl. tenet, quòd
licèt quis poſsit vti duplici titulo beneficij,quando
tendũt ad eundem effectum:ſecus ſi ad diuerſos ef-
fectus:vt quãdo quis habet collationem beneficij
& poſt impetrat in commendam: quia videtur re-
nuntiare primo titulo.per iura ibi per ipſum allega
ta in ſecũdo dubio. Idem Roma.conſi. ccccxxxiij.
etiam tenet,quòd poteſt vti duplici collatione ad
eundem effectum per cap. poſt electionem.ſecus in
duplici electione:quia confirmatio dicitur quoddã
decretum,quod non poteſt fieri ſuper incerto.dict.
c.vt quis duas. ſecundum dict. allegation. cxxxij.
de hac materia etiam aliquid ſcripſi in j.volu. cau-
ſarum mixtarum in magno tracta.electionis quæ-
ſtio.cviij. Adde de intruſo glo. in cap. propter.xix.
diſtin.quòd geſta ab intruſo vel vitioſo electo caſ-
ſari debent. & ibi per Præpo. quot modis dicatur
intruſus,& per Feli.in cap.veniens.de accuſ. & ibi
quando quis tractat beneficium non leuatis bullis
perdit ius ſuum,& allegat regulam cancellariæ &
Panormi.in c.in noſtra.de reſcript.circa finem alle
gat cõſtitutionẽ Bonifacij viij.incipientẽ,inuentę.
vide Card.in cle.i.§.fi. de conceſsi. præbend. quòd
ſi tempore vacationis quis non habet literas, tamẽ
poterit acceptare, dum tamẽ poſteà habeat literas.
licèt talis acceptatio non habeat omnem effectum
ac ſi habuiſſet literas.& videtur ſequi ibi Ioan. de
Imol.vide nota.per Barto.& cæteros in l. multum
intereſt.ff.de condi.& demonſtr.Cald conſil.vij.ti.
de prębend. Nicol. in reperto. ſuper verbo, gra-
tia. Fel.in cap.eam te.& cap.paſtoralis.de reſcript.
Quantum ad ſecundum aliud quæſitum de pœna
impetrantis ſeu occupantis beneficium viuentis &
ſe intendentis in beneficio percipiendo fructus, &
ſi excuſetur propter famam publicam de morte ali-
20 cuius. Et in effectu † quãdo impetratur ſcienter eſt
locus depoſitioni & priuationi beneficij.cap.in pri
mis.ij.quæſtio.j.c.non furem.vij.q.j.ſecus ſi igno-
ranter.c.præſentium. vij. quæſtio.j. ſecundum glo.
in cap.j.de conceſ.præben.ſed talis ignorantia non
debet eſſe ſupina:ſecundum Panor.in cap.poſt ele-
ctionem.de conceſ.præben.imò quando ſciẽter im
petrat efficitur inhabilis ad illud beneficium ex no
ua collatione:ſecundum glo.in dict.c.poſt electio-
nem.ſuper verbo, reſignationem. & ſequuntur ibi
Innocen. Hoſtien. Ioan. Andr.Car.& communiter
cæteri vt probatur in dict.cap. poſt electionem.ibi,
tam ratione primæ quàm ſecundę conceſsionis. &
quia dictus Rogerius poſt primam conceſsionem
archidiaconatus factam de beneficio viuentis obti
nuit nouam collationem,quæ non tenuit. Et ſolus
Papa diſpenſat in hoc caſu:ſecundum Panor.in d.

c.j. nam quemadmodum quis prohibetur ducere in vxorem cum qua contraxit viuente marito. cap. fin.de eo qui duxit in vxor. quam poluit per adult. ita etiã in matrimonio ſpirituali beneficij eccleſia-
21 ſtici: quia † talis etiam impetrando beneficium viuentis efficitur infamis.cap. audiuimus.iij.quæſti. ij.ſicuti de intruſo quando impetrat beneficiũ non facta mentione de intruſione:quia cenſetur ſubreptitia,& non tenet.cap.eum qui.de præben. lib.vj. facit glo.ibi ſuper verb.obtinebit.& Gemini.ibi ſequitur.& hoc tenet Panormi. in cap. cùm iam dudum.de præbend.in cap. prætereà. de iure patrona. in cap.quiſquis. c.qualiter. & cap. dudum.le ij.de elect.Cald.conſi.xiij.in tit.de reſcript. & conſil.xj.
22 titul.de præbend. niſi eſſet adſerta † clauſula proprio motu:quia præſeruat à ſubreptione.cap.ſi motu.de præbend.lib.vj.ſed in contrariũ tenet glo. in clemen.ſi Romanus.de præben.quia talis clauſula proprio motu non tollit deffectum inhabilitatis vel irregularitatis perſonæ,quam incurrit occupando beneficiũ ſine titulo,vel non operatur cõtra intentionẽ cõcedentis.&hoc tenet Nico.de Mil.in repertorio ſuper dictione,gratia.ver.xliij.& pariter debet fieri mentio de fructibus perceptis durante intruſione,niſi fuerint conuerſi in vtilitatem eccleſiæ aut conuenta quictãtia in cancellaria ſeu facta cõpoſitio.de quo per Io. And.in addi.ad Specu.tit. de lega.aliàs de diſpenſa.§.videndum.inſti. de qua materia habetur per Feli.in cap.poſtulaſti.circa finem.& in capit.in noſtra. in ij.corolario,de reſcri
23 ptis.& in deciſ. Tholo.cccclxxx. † Et quando ſemel quis impetrauit beneficiũ viuẽtis licèt poſt mo riatur,ſecũda impetratio eiuſdẽ eſt nullius roboris & momenti:vt in regula cancellariæ xx.& an clauſula motu proprio,præſeruat, ibi habetur per glo. Non obſtat quod voluit Petr.de Ancha.& Cardi. Flo.in dict.clemen.ſi Romanus.de præbend. dum tenent,quando quis impetrat ſecũdum beneficium faciendo mentionem de primo.licèt nõ narret qualitatem poſſeſsionis,quòd eſſet intruſus,quòd propter hoc non redditur gratia ſubreptitia,etiã ſi fuerit dictum ꝙ canonicè fuerit obtentum primum beneficium:niſi fuiſſet inhabilis tenendo plura beneficia curata, aut duplices eccleſias:iuxt. capit. dudum.le ij.de election.& extrauagans. Execrabilis. Io.xxij. quia ad iſtud reſpõdetur quòd plures docto.tenent contrarium:prout ſupra dictum fuit per dict.cap.eum qui.de præben.lib.vj.de quo habetur per Feli.in dict.cap.poſtulaſti.& cap.in noſtra. de reſcript.in ſecundo corolario. Sed opus eſt vide-
24 re † fama publica,de morte alicuius an excuſet à pœna impetrantis beneficium viuentis? Et videretur dicendum quòd ſic:quia videtur facere ignorãter,&ſic excuſatur.dict.cap.præſentium. vij.quæſt. j.ſecundum glo.in dict.c.j.de conceſ.præb.prætereà fama publica excuſat à pœna & calumnia.l.ij.C.ſi ſeru.vel lib.ad decu.li.x.& ibi tenẽt Bar. Io.de Pla. & Bart. in l.miles.§.mulier.ff.de adult.ꝙ fama publica excuſat à dolo & à pœna falſę accuſationis. & ibi etiam per Angel.faciunt not.in l. fina. ff. de hæred.inſtitu.& in l.cùm quidam.§. quod dicitur. ff.de acquiren.hęred.& iſtam partem tenet Oldra. conſil.ccciiij.incipien.infraſcriptæ allegatiões ſub titul.de iure iurand.& de verbo ſigni.&quòd iſtud probetur ſecundum ipſum ex ſolutione duarum legũ.l.quidam.§.fi.ff.de dona.& l. neceſſarios. C. de capti.& poſtlimi.reuer.& pro hoc etiam allegat authenti.hodie quanticunque.C.de repu.& maximè quando agitur de probatione mortis,quæ eſt naturæ conſona.l.ſi quidam.cùm ibi nota.C.ſolu.matr.
25 Nam † fama præbet iuſtam cauſam credendi: ſecũdum glo.in cap.cùm cõtingat.de reſcript.facit glo. in l.ſi tutor.C.de periculo tu. Quinimò dictũ vnius nobilis perſonæ præbet iuſtam cauſam credendi,& excuſat credentẽ:ſecundum glo.in l. Titio fundus, ff.de condi.& demonſt.quam multum extollit. Felin.in dict.c.cùm contingat.ſecus ſi eſſet locus cõditionis:ſecundum glo.in dict.c.cùm contingat. & iſtam partem tenet Feli.in dict.cap.in noſtra.de reſcript.in ij.corollario. Et idem Felin.in dict.cap.in
26 noſtra.d.corolario. tenet † ꝙ fama publica excuſat à pœna impetrationis beneficij viuẽtis,dum tamen ſit nota illi de cuius ſententia agitur: ſecundũ Feli.in cap.cùm contingat. de reſcript.circa finem licèt quis non debeat ita de facili credere. Veruntamen in caſu iſto talis fama non debet eſſe momentanea,ſed quòd largo tempore durauerit, & quòd non fuerit procurata ab illis qui volunt ſe excuſare pretextu famæ:ſecundum Barto & Ange.in dict.l. miles.§.mulier.ff.de adulter.nec quòd proceſſerit à procuratore partis:ſecundum Angel. ibi & debet probari per duos teſtes,qui iurant maiorẽ partem populi conſentire:ſecundum glo.in l.iij.§. eiuſdem iſtius principis.ſuper verb.cõfirmat.ff.de teſtib. & oportet quòd fama habuerit originẽ à prouidis & honeſtis perſonis non quidem à maliuolis & maledicis:nõ ſemel tãtùm,ſi ſępè.c.qualiter & quãdo.le ij. de accuſa.& de modo probandi famam habetur per Barto.in l.de minore.§.plurimum. aliàs tormenta.ff.de quæſtio. Sed redeundo ad quęſitum,ꝙ
27 poſsit † probari mors alicuius per famã & coniecturas,facit l.non omnis.§.à barbaris. ff.de re iudi. & maximè vbi agitur de longinquo:& de loco remoto,& de modico præiudicio.iuxt.nota per gloſ. Cin.Bart. Ang.& Salice.in l.ſi quidem.C.ſolu.matri.& per Cin.& Ang.in d. authen. hodie. C.de repud.&ibi refertur de Penelope vxore caſta,quę nõ credidit ita de facili de morte Vlixis eius viri. facit cap.cùm per bellicam.xxxiiij. quæſtio.ij. & cap. in præſentia de ſpon.capit.dñs.de ſecu.nupt. & quod habetur per glo.& doct. in cap.quoniam frequenter.§.ſi autem.vt lit.non conteſta.& per glo. Barto. Ang.&Io.de Imol.in l.ij.§.ſi dubitetur.ff.quemadmodum teſtamen.apperian. Veruntamen in materia beneficiali,quòd ſufficiat probare mortem per famam ad effectum acceptandi beneficium. videtur ſentire Albe.in dict.authen.hodie.C.de repu.& pro hoc allegat clemen.j.§.fina. de conceſ.præben. vbi requiritur quòd vacatio beneficij in loco vel eccleſia beneficij ſit publicè nota.ſed non apperiũt doct.ibi ſi ſufficiat quòd ſit nota beneficij vacatio per famam relinquo cogitandũ. Veruntamen quia quando acceptatur beneficium viuentis,non videtur prouidendũ irreparabilem,cum beneficium debeat reſtitui priori prælato. dict. cap. præſentium. vij.queſti.j.& ideò videretur ſufficere probare mortem per famam:iuxta nota. per Angel. in dict. authen.hodie.vbi facit differentiam inter prædictum

recuperabile

recuperabile & irrecuperabile. Et maximè in pœnalibus, vbi debet fieri benignior interpretatio. ca. in pœnis. de regu. iur. lib. vj. l. ſi præſes. ff. de pœn. licèt ſecundum Io. de Imol. in d. §. ſi dubitetur. quando mors eſt de recenti, & in loco in quo poſſunt haberi veré probationes, non ſufficeret probare mortẽ per famã. ſup hoc relinquo cogitãdũ. & licèt poſſet notari præſumptio bonę fidei ratione qualitatis perſonæ, quando eſt circonſpectus valdè diſciplinatus. l. ſed & reprobari. ff. de excu. tut. cũ ibi not. per Bal. itaq; iſto caſu licitũ eſt recedere à regu. iur. c. niſi eſſent. de præb. cũ ibi no. p gl. quę tenet, q̃ rõne qualitatis præſumitur licitũ, quod aliàs eſſet illicitũ. & ibi Pa. & Inn. in c. j. de cler. pereg. Iaſ. in auth. in bonis.
28 C. de iudic. tñ ex alio capite retorqueretur: † quia quis de facili nõ debet eſſe nimis credulus de morte alterius. l. j. in princi. ff. de eo per quẽ fac. cũ ibi not. per doct. & maximè Iaſ. facit glo. in c. magnũ. xxiij. q. iiij. & licèt tempore primæ collationis de beneficio viuentis factæ talis non eſſet pręſens eius procurator ſe intruſit, & quòd habuit ratũ. ita pręſumetur ambitio, quæ repellit in beneficialibus. c. quia in tantũ. cùm iam dudũ. de præb. & ibi per Panor. c. in ſcripturis. v. q. j. vbi beneficium deſiderantibus debet denegari, & fugiẽtibus offerri. l. ſi quemquã C. de epiſco. & cleri. & ambitio eſt peccatũ mortale: ſecundũ Panor. in d. c. cùm iam dudũ. & pro pręmiſsis facit quod habetur per glo. in prag. ſanct. tit. de colla. §. neq; etiã collationes. vbi refert conſtitutionẽ Othonis legati, quæ incipit, Ad elidendum. vbi prohibetur ne prætextu opinionis vel famæ quę de morte habeatur, abſentis conferatur beneficiũ: ſed expectet prelatus donec pleniùs de alterutro inſtruatur. Quoad tertium quæſitum de tẽpore veriſimili vacatione beneficiũ per tantũ tẽmpus poſt tempus obitus effluxerit, quòd veriſimiliter ad notitiam Papæ peruenire potuerit perueniſſe: vt in regula cancellariæ xxviij. aliàs gratię ſint nullius roboris vel momenti. Et in effectu glo. ibi diſputat an
29 dict. † regula cãcellariæ de tẽpore veriſimili procedat in legato de latere, vel ordinariè. & poſt plures ratiões hincinde adductas gl. tenet q̃ ſic, cũ ſit eadẽ ratio, & ſic idẽ ius. l. à Titio. ff. de verb. obli. l. illud.
30 ff. ad le. Aqui. quia † d. cõſtitutio emanauit ad tollẽdũ fraudes & ambitiões, & ſic ad tollendũ peccata fauore animę: & ſic põt extẽdi, licèt ſit pœnalis, & exorbitans: ſecundũ Io. And. & cæteros in c. ex tenore. qui filij ſunt legiti. & pro iſta parte facit cap. ſtatutum. in fin. de præbend. titul. vj. vbi ad obuiandum fraudibus quando dignitates & beneficia vacant apud curiam poſt menſem, hij ad quos ſpectat collatio, poſſet conferre per ſe ipſos, non per vicarios: vel ipſis agentibus in remotis per ſuos vicarios gñales: quia ſcd̃m gl. ibi p prius ipſi erãt ſoliti creare vicarios in vrbe ad fraudandũ Papam, de talibus fraudibus obuiandis: quia in materia beneficiali debent attendi dietæ legales. cap. præſenti. §. loco. de præbend. libr. vj. aut ſaltem dietæ vulgares: ſecundum diſtantiam locorum, qualitatem perſonarum & temporũ: iuxta nota. per gloſſ. & doctor. in cap. cupientes. in princip. ſuper verbo, commodè. & §. quòd per viginti. de electio. libr. vj. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verbo. obliga. quia eſt arbitrarium iudici, cùm non ſit vtendum duplomate. §. lo ca. inſtitu. de inuti. ſtipul. Veruntamen in electione Papæ vbi expectantur abſentes per decem dies etiam poſſunt vti duplomate. & licèt eſſent ita remoti, quod veriſimiliter infra decem dies cõmodè venire non poſſent, fortè audiuerunt de infirmitate Papæ, vel alia cauſa venire cæperunt ante mortem Papæ, ita quòd poterunt intereſſe: & ideò non debent expectari Cardinales per decem dies poſt mortem Papæ. vt ibi habetur. Et quòd dicta regula cancellarię xxviij. de tempore veriſimili procedat in legato de latere vel ordinario, tenet gloſſ. in pragma. ſanctio. titul. de collati. c. j. §. neque. ſuper verbo, faciendas.
31 Ad quartum dubium videtur dicẽdum † quòd, vbi præſupponeretur quòd præuẽtio ordinarij non eſſet ritè facta & quòd proceſſerit nulliter collatio ordinarij ſeu aliàs fraudulenter, quòd non impediret collationem legati de latere ſeu eius locuntenẽte: iuxta cap. ſi à ſede. de præben. lib. vj. per cap. non præſtat impedimẽtũ. de reg. iur. lib. vj. ſicuti dicitur
32 de † electione, quando eſt nulla, quòd non impedit ſecundam electionem. ca. congregato. cap. ſcriptum. c. conſideramus. cap. auditis. cum ibi not. per glo. & docto. de electi. idem in prima præſentatione ſiue eccleſiaſtici, ſiue laici quãdo eſt nulla, quòd non impedit ſecundam præſentationem. cap. cùm laici. cap. fina. de iure patrona. & ibi per glo. & docto. ſicuti de optione legata: quia ſi optio facta non tenet, poteſt fieri alia optio. l. ij. l. optiõe. ff. de optio. lega. & hoc tenet Card. Flo. in clem. j. in princip. de iur. patr. in ix. q. & Rochus de Curt. in tract. iur. patro. ſuper verb. honorificum. in ix. q. ſimile videmus
33 in præuentione iudiciali † quãdo citatio eſt nulla nõ inducit preuentionẽ: iuxt. not. per glo. in l. ſi pater. ne de ſtat. defunct. poſt quinq; iura. l. accuſaturus. ff. de adult. & hoc tenet Ang. in l. ſi quis poſteà. ff. de iudic. gloſſ. in c. cùm plures. de offic. deleg. lib. vj. ſuper verbo, quo poteſt. Et in terminis in actu etiam extraiudiciali collationis beneficiorum
34 quando collatio ordinarij aut † præſentatio patroni antequam fuerit præſentata collatori quòd nõ impediat prouiſionem appoſtolicam, tenet glo. in pragma. ſanctio. titul. de collati. cap. j. §. item circa. ſuper verbo, non valeant. faciunt nota. in ſimili per Bartol. in l. non impetrauit. §. non quæuis. ff. de bon. poſſeſ. contra tabu. & in l. diuus. ff. de teſta. mili. & l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clàm. & prout ſ. dictũ fuit qñ citatio eſt nulla, nõ inducit præuẽtionẽ litis tenet etiam Ludo. Rom. cõſil. ccccxij. in ij. col ul. Et pariter impedit præuentionem litis, quando apparet de fraude: vt quando quis timens accuſari ſeu inquiri de debito corã vno iudice, facit ſubmittere vnum accuſatorẽ coram alio iudice: ſecundum Bald. Io. de Imol. Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. ſi ſeruus pluriũ. §. ſi quis. ff. de le. j. Ang. in l. pen. ff. de peritio. hæred. Et eadem ratione videtur in collationibus beneficiorum quando fit præuentio fraudulenta. d. c. ſtatutũ. de proba. lib. vj. cum ibi not. per
35 glo. & doct. propter ambitionem † quando collatio eſt affectata. argu. §. tria. inſtit. de excuſa. tuto. l. ſpadonem. §. fi. de excuſ. tuto. vti etiam quãdo quis haberet amicos in loco infirmitatis habẽtis beneficium ad nuntiandũ de morte: prout etiã ſentit glo.
36 in d. regula cancellarię xxviij. Ad v. dubium, † ſi requiratur ſentẽtia declaratoria ſuper pœna occupã-

tis beneficium viuentis,ſeu intẽtionis,& de fraude
præuentionis,& ſi concernat petitoriũ,& poſsit op
36 poni coram iudice ſeculari.Et in effectu † quantũ
cunq; imponatur pœna ipſo iure aut facto:licèt nõ
37 requiratur ſententia diſpoſitiua,† tamẽ acquiritur
ſententia declaratoria.c.cũ ſecundum leges.de hę-
reti.lib.vj.ſecundũ Archid.Io.And.in nouel.in c.j.
de homi.lib.vj.faciunt not.per Bart.in l.eius qui
delato.ẽ.ff.de iur.fiſ.& per glo.& doct.in l.in crimi
nali.C.de iuriſ.om.iud.&per Iaſ.in l.ſi quis maior.
C.de tranſa.& ſi trahit pœnę ſecum executionem,
vt quoad infamiã.Bar.ibi poſt glo. tenet quòd ſic,
& etiam priuationis actionis ſed non reſtitutionis
datorũ: ſecundũ Bal.Ang.& Pau.de Caſt.de quo
per Alex.ibi, ſed ꝙ requiratur ſentẽtia quãdo quis
eſt indignus beneficio propter delictũ, vti homici-
dia, & ꝙ interim ſit capax videtur tenere Inno. in
38 c.in noſtris. de cõce preb.† verũtamẽ exceptio cri-
minis regulariter nõobſtat in poſſeſſorio reintegrã
dę.c.item cùm quis.de reſti.ſpolia. de quo per Inn.
Panor.in c.inter dilectos.de excep.præla. & ibi Pa
nor.circa finem. tenet quòd etiam crimen ſymonię
39 non obſtaret de quo dubitarẽ:† quia inducit priua
tionẽ ipſo facto,ſeu ipſo iure:quo caſu bene obſta-
ret ſi offertur probatio incontinenti: ſecundum Pa
nor.in d.c.item cùm quis.facit c. accuſatum.c. tan-
ta.de ſymo.& per glo.in ſumma.iij.q.j.ſicuti in cri
mine hæreſis.ſecundũ glo.in c.quo iure viij.diſtin.
& in c.ſuper cauſa.ij.q.iiij. Ad vj.dubiũ,ſi in iſto iu
dicio poſſeſſorio cauſę beneficialis veniãt fructus
40 etiam ſi nõ ſint petiti. † Et in effectu in interdicto
vti poſsideris veniunt fructus à tempore litis conte
ſtatæ.l.in interdictis.ff.de interdi. quia retrò nõ tra
hitur, vt ibi habetur:ſecus in interdicto vnde vi:
quia fructus veniũt à tempore eiectionis.l.j.§.à die.
ff de vi & vi arma. Veruntamẽ in interdicto vti poſ
ſideris etiã veniunt fructus ratione malæ fidei:ſecũ
dum Bart.in d l.in interdicto. de hoc etiã habetur
per Ioan.Fab inſti. de interdict. §. retinendæ. Sed
quando non fuerint petiti:tunc quoad fructus per-
ceptos iudicio pẽdente veniũt officio iudicis.l. ædi
les.§ ſciendum.ff.de ædil edict.ſed alij fructus per-
cepti non:ſecundũ Inno. Archid.Io.de Imol.& Pa
nor.in c grauis.de reſtitu. ſpoli. circa finẽ.Bal. in l.
cùm propriam.C.ſi quis alte. vel ſib. Et præmiſſa
faciunt ad quæſtionẽ ſuper cauſa poſſeſſorij eccle-
ſię parœcialis ſancti Thomę aquæ Iſarę,quæ va-
cauit vltimatè per obitũ domini de Codrando, qui
obijt in ciuitate Vienẽ.de anno incarnationis do
mini 1 5 1 9. aliàs natiuitatis domini 1 5 1 0. die xij.
menſis Ianuarij inter primam horã,&ſecundã poſt
mediam noctem.Et alter cõtendentiũ qui erat ſup-
plicans impetrauit à domino locũtenente Auinio-
nis domini legati de latere eodem die hora vj. poſt
meridiem reus verò impetrauit ab ordinario eadẽ
die de mane hora vj.ante meridiem,licèt etiam ab
ordinario obtinuerit aliam collationẽ die xiij.dicti
menſis Ianuarij,quam primo produxerat in proceſ
ſu & iſta ſecunda collatio erat poſterior quam col
latio locumtenentis, legati de latere de vno die,li-
cèt ex poſt produxerit aliam collationem , & aliàs
prout plenius in actis cauſæ. Et fuerũt plura dubia
in diffinitiõe dicti proceſſus ſupra tacta,me ſemper
referendo veritati:dictęq; partes vna erga alterã op
poſuerunt de tempore veriſimili dictę regulæ cãcel
larię xxviij.Et quòd non efluxerat tantum tempus
à tempore ꝙ veriſimiliter potuiſſet haberi notitia
mortis dicti de Codrando etiam vtendo diplomate
iuxt.d.l.cõtinuus.§.cùm ita.ff.de verb.oblig. prout
ſupra ſcriptum fuit,ita quòd exceptio doli tollitur
41 per replicationem doli:† quia paria delicta mutua
compenſatione tolluntur.l. viro.l.cùm mulier.ff.ſo
lu.matrimo.cum ibi nota.

ARGVMENTVM.

De præuentione horę.

SVMMARIVM.

1 *Horæ prioritas in reſcriptis an & quando attendatur.*
2 *Horæ data teſtibus probari poteſt.*
3 *Horę ratione in inſtrumentis.prioritas & poſterioritas at tenditur.*
Quid in dubio.

Quæſtio CCCCXCVI.

QVAERITVR an fiat pręuentio ratio-
ne vnius horæ,ſiue in materia beneficiali,ſi-
ue in alio actu,licèt habeat datam eiuſdem diei. Et
1 in effectu,glo.in c.duobus.de reſcript.lib.vj. † te-
net quòd ſic:dum tamen appareat de data horarũ
cuiuſlibet reſcripti.vt quia in vno reſcripto dicitur
tali die ante tertiam,&in alio reſcripto dicitur poſt
veſperas.ſed ſecundum glo.ibi non eſt iſtud in viu,
2 licèt etiam † iſta dicta horæ poſsit probari per te-
ſtes.Et iſtud etiam tenet glo.in c.ſi à ſede.de præb.
lib.vj.aliàs ſi non eſſet data horæ niſi in vno reſcri
pto,& in alio reſcripto de eadem die non eſſet data
horæ ad prius & poſterius,& ſic non eſſet probata
prioritas:quia probatio horę nõ offuſcat in aliquo
hanc probationem:quia potuit illa hora fuiſſe po-
ſterior,& ſic non cõcludit neceſſariò:& ideò Feli.
in c.paſtoralis.de reſcrip.relinquid ſuper hoc cogi-
tandũ.Glo.tamen in l.ſi ex pluribus.§.fi.ff.de ſolu.
3 in fi.vt † ꝙ ratione horę vnũ teſtamentum dicitur
prius altero.& illa glo.extollit Bal.in l. Imperator.
la j.ff.de ſtat.ho.& de data horę vide Panor.Bal.&
Iaſ.in l.j.ff.ſolu.mat. Verũtamẽ ſecundũ ipſum quã
do in eod.inſtrumento reperiuntur duo actus,quo-
rum vnus requiritur eſſe prior, in dubio pręſumitur
præcedere:ſecundũ Rotam in antiq.tit.de preſum.
deciſ.l.per gl.in c.venerabilibus.de ſent.exco. lib.
vj.iuxt.not.per Bal.in l. cùm in teſtamenti. §. hæc
verba.ff.de hære.inſti.& per dom.de Rot.in nouis
ſub tit.de excep.deci.ij.& in tit.vt lit.pend.in nouis
deciſ.xij.& AEgid.Ballame.dcxcix.de curiore quã
do citauit: & citatus impetrauit cõmiſsionẽ illius
cauſę pro qua fuit citatus pręſumitur ꝙ cõmiſsio
precceſſerit.Et in actu duorũ codicillorũ eiuſdẽ datę
quãdo in vno derogatur alteri pręſumitur poſterior
l.cùm proximatis.de condit. cum ibi nota.per doct.
nam ſi in diuerſis ſcripturis reperiatur habitus &
priuatio pręſumitur priuatio:quia priuatio pręſup
ponit habitũ:ſecũdũ Bal.in c.ij.de offi.dele.& Bal.
in prooemi.C.§.quibus.dicens ꝙ ſi eodem die repe
ritur promiſsio & refutatio præſumitur refutatio
ſeu quictatio poſterior.Et pariter in ordine ſcriptu
ræ quando in rogatione ſeu prothocollo notarij
reperiũtur plures rogationes ſeu notæ eiuſdem da-
tæ,præſumitur ſecundum ordinem ſcripturę, pro il
lo primo deſcripto, etiã in eadẽ charta ſi fiant duo
inſtrumenta.

inſtrumenta: ſecundum Bart. & Bal. in d. §. quibus: fallit niſi ex ordine intellectus appareat inſtrumentum ſecundo loco ſcriptū debuiſſe præcedere: quia præſumitur errore ſcriptū: ſecundum Bald. Ang. & Io. de Imol. in dict. l. cùm inſtrumento. §. j. ff. de hæred. inſti. & ideò ſi in inſtrumento emancipationis filij reperiatur priùs ſcripta donatio quā emancipatio, præſumitur emancipatio præceſſiſſe: quia aliter donatio nō teneret. l. ij. C. de inoffic. do. faciūt not. per Bar. & cæteros. in l. j. §. ſi prius. ff. de vulg. & pupil. & Bal. in l. de rebus. C. de dona. ante nup. Fel. in d. c. paſtoralis. de reſcriptis. facit l. nec enim. ff. de ſolu. & Iaſ. in l. j. ff. ſolu. matrimo. in princip.

ARGVMENTVM.

De crimine ſymoniæ: & quando articulus ſpiritualis incidit coram iudice ſeculari an ſuperſedere debeat donec articulus ille per iudicē eccleſiaſticum ſit diſcuſſus.

SVMMAAIVM

1 *Reintegrationem in poſſeſſorio reintegrandæ criminis exceptione non impediri regulare. & nu. 6. fallit in crimine notorio cum infamia & hæreſi, qui titulum inficit, uel quando crimen perſonam inhabilem redderet.*

2 *Criminalis quæſtio an & quando ciuilem ceſſare faciat.*

3 *Criminalis quæſtio ſi in ciuili incidat, quòd ambæ una ſententia terminandæ ſint.*

4 *Clericus qui crimen cōmiſit, ob quod deponendus ſit, quòd non, niſi cum cauſæ cognitione deponendus ſit.*

5 *Quid ſi homicidæ beneficium conferatur?*

8 *Symoniæ crimen priuationi locum ipſo iure facit. & nu. 11.*

9 *Renūtiatio in pactum deducta, quòd in fauorem talis fiat, ſymoniaca dicitur.*

10 *Quid ſi in renuntiatione nonnulli modi apponantur.*

13 *Exceptiones criminis inhabilitantis perſonam, uel inducentis priuationem ipſo iure, quòd in interdicto retinendæ admittendæ ſint.*

14 *Symoniæ criminis exceptio q. interdicto recuperādæ obſtet.*

15 *Sententia declaratoria an in ſymoniæ crimine requiratur.*

16 *Quæſtio ſpiritualis ſi coram iudice ſeculari incidat, an ſuperſedendū erit à negotio principali donec plenè cognitum ſit. & nu. ſeq.*

17 *Iudex qui de principali cognoſcere poteſt, poterit & de incidenti cognoſcere.*

18 *Iudex de cauſa merè ſpirituali uel eccleſiaſtica nō niſi pars confiteatur cognoſcere poteſt.*

19 *Quæſtio ſpiritualis ubi remittenda ſit, an iudex ſecularis iudici eccleſiaſtico quæſtiōis terminādæ tempus præfigere poſſit.*

20 *Exceptio excommunicationis quæ opponitur coram iudice ſeculari coram quo probanda ſit.*

21 *Vſurarum repetitio coram iudice ſeculari fieri poteſt.*

22 *Canoniſtæ fecerunt iura ſibi pro uoluntatis libidine.*

23 *Quæſtio criminis ſi incidat coram pedaneo iudice, quòd de illa cognoſcere non pronuntiare poterit.*

24 *Teſtis falſum deponēs coram iudice ciuili, quòd in eum incidenter animaduerti poteſt.*

25 *Intellectus l. quotiens. C. de iudic.*

Quæſtio CCCCXCVII.

QVAERITVR an in cauſa poſſeſſorij beneficij eccleſiaſtici coram iudice ſeculari habeat obſtare exceptio criminis ſymoniæ, aut alterius criminis: & quando incidit quæſtio articuli ſpiritualis ſi curia poſſit cognoſcere per modum informationis abſq; pronūtiando: & ſi requiratur ſententia declaratoria iudicis eccleſiaſtici: & an renuntiatio ſeu collatio beneficij eccleſiaſtici ſymoniacè facta ſit ipſo iure nulla: & ſi authoritas Papæ excuſet à ſymonia, quando in procuratorio ad reſignandū fiat mentio ad fauorem talis aut aliæ pactiones. Et

1 in effectu regulariter in † poſſeſſorio reintegrandæ non habet obſtare nec impedire exceptio criminis reintegrationem. c. item cùm quis. de reſtitu. ſpoli. quia iſta opponendo præſumitur aduerſarius inimicus: vt ibi habetur. l. ſi maritus. C. de dona. inter vir.

2 & vxo. nec obſtat † ſi dicatur, quòd quæſtio criminalis debet facere interim ſilere quæſtionē ciuilē. l. fi. C. de ordin. iudi. quia quæſtio criminalis eſt maior. l. per minorem. ff. de iudi. quia illud verū quando ambæ quæſtiones deducerentur principaliter: ſecùs ſi quæſtio criminalis deducatur incidenter per viam exceptionis: quia tunc de vtraq; poteſt cognoſci. l. pen. C. de ordi. iudi. & ibi per glo. & doct. licèt ſcdm Iac. But. & Bal. in d. l. fi. C. de ordi. iud. crimē de quo opponebatur aut agebatur extinguebat quæſtionē ciuilē, & ſic erat quæſtio præiudicialis: aliàs non obſtāte crimine quis habet adminiſtrationē ſuorū bonorū, & poteſt agere, & ſibi poteſt ſolui. l. aufertur. §. in reatu. ff. de iur. fiſc. l. reo criminis. ff. de ſolu. l.

3 poſt contractū. ff. de dona. † Et quādo crimen incidit quæſtioni ciuili: tunc vtraq; quæſtio poteſt decidi eadē ſententia: quia pronuntiando ſuper principali tacitè pronuntiatur ſuper incidenti. l. j. & ij. C. de ordi. iudi. c. j. de ordi. cogni. cum ibi not. per glo. & doct. vel ſecundū Pau. de Caſt. in d. l. penul. C. de ordi. iudi. etiā quādo deducitur quæſtio criminalis ſimili incidēter poterit pronūtiari ſuper incidēti per modū cauſæ vel rationis pronuntiādo ſuper principali: vt cōdēno debitorē: quia inſtrumentū debiti reperitur verū & non falſum. Bal. verò in d. l. ſi maritus. la j. C. de dona. inter vi. & vxo. dū reſpōdet ad dictā l. quoniā. aliàs fi. C. de ordi. iudi. ibi erat delictū ex diuerſa cauſa. & ideò quæſtio criminalis interim ſuſpendit quæſtionē ciuilē, niſi ciuilis eſſet præiudicialis. l. quoniam. C. de adulte. §. præiudiciales. inſti. de act. ſecus ſi crimē de quo opponitur cōtingat cauſam de qua agitur: quia de vtroq; cognoſcit. c. j. in fi. de excepti. l. ij. §. ſi publico. ff. de adulte. vnde ſecundum Bald. in d. l. ſi maritus. infert ad quæſtio-

4 nē de † clerico qui perpetrauit delictū ex quo veniret deponēdus, vel ſi fiat depoſitio ipſo facto: tamē non debet ſpoliari per vim, ſed cauſa cognita d. l. ſi maritus. & pro hoc facit c. licèt Epiſcopus. de præben. lib. vj. l. ſi deſerta. C. ſi propter pu. penſi. Et pro hoc facit quod voluit Inno. in c. cum noſtris. de cōceſſi. præben. & in c. inter dilectos. de exceſ. prælat.

5 vbi ſecundū ipſum † poteſt fieri collatio beneficij homicidæ vel indigno: quia eſt capax beneficij ante ſententiam: ſed ſententia lata cauſa cognita ſibi aufertur beneficiū, licèt interim poſſet ſecum diſpē-

6 ſari, vel poſſet reſignare. † Multò minus non haberet obſtare exceptio criminis in interdicto retinendæ: quia non eſt licitum dño impunè turbare poſſeſſorē. c. eum qui. de præben. libr. vj. ſecundū Panor.

7 in c. in literis. circa finem, de reſtitu. ſpol. † niſi eſſet exceptio criminis cum infamia & notoria. ca. accedens. c. ſi conſtiterit. de accuſ. vel niſi inficeret petitorium & poſſeſſoriū: vt in crimine hæreſis. c. quo iure. viij. diſt. & ibi glo. quā ſequūtur Gemi. & Præ

po.vel quando inhabilitaret perſonã:vt in excómu
nicatione:ſecundũ glo.in c.ex inſinuatione.de pro
8 cura. † Verũtamẽ in crimine ſymoniç eſt locus pri-
uationi ipſo iure. c.de iure.de iur. patrona.adeo ꝙ
renuntiatio beneficij,vel collatio eſt ipſo iure nul-
la.c.ordinationes.j.quęſti.j.& ibi Archid.& Inno.
in c.cùm vniuerſorum.de rer.permu.quia renuntia
9 tio beneficij debet fieri purè & ſimpliciter,† itaq; ſi
deducatur in pactum,quòd fiat renuntiatio ad fa-
uorem talis,dicitur ſymonia:ſecus ſi in mente gera
tur:ſecundum glo.in dict.c.ordinationes.j. quæſti.
j.& in c.dilecto.de præbend.& not. per glo. & do-
cto.in c.ex parte.le j.de offic.deleg.& in c.cùm pri-
dem.de pact.& in cap.ſuper hoc.de renuntia.ſuper
verb.pecunię.licèt ibi videatur tenere quòd priuari
debet ſymoniacus:&ſic ſentit,quòd requiratur ſen
10 tentia. † Veruntamen licèt in procuratorio ad reſi
gnandũ inſerantur aliquæ reſeruationes modi aut
pactiones:tamen in hoc attenditur authoritas ſupe
rioris,in cuius manibus fit renuntiatio. ita quòd ſi
admiſerit talem renuntiationem ſimpliciter non vi
tiatur:ſecundũ Bal.poſt glo.in cap.cùm inter.ij.de
elect.Nec eſt locus in renuntiatione beneficij repe
titioni vel cõtractui do,vt des,vel do vt facias:ſecũ
11 dum glo.ibi. † Et quòd in crimine ſymoniæ ſit lo-
cus priuationi beneficij ipſo iure, & reddatur inha
bilis ,habetur,in pragmatic. ſanct. titu.de electio.
cap.j.§.deinde eligant. ſuper verb. ipſo iure. & ſu-
per verbo, perpetuò.& in deci. Tholo.cccexxxviij.
& tales ſymoniaci ſunt inhabiles ad dict.beneficia
& excommunicati ipſo facto:vt in pragmat. ſanct.
vbi ſ.in beneficijs electiuis.& ſic talis exceptio cri-
minis quod inhabilitat perſonam admititur in poſ
ſeſſorio,iuxta not.per Antho.de Butri.in dict. cap.
item cùm quis.de reſtitu.ſpolia.circa finem.vbi te-
12 net, † quòd regulariter crimen non repellit ab agẽ
13 do.iiij.queſt.vlti.c.olim.† fallit in certis caſibus,vt
quia inhabilitat perſonam,vel inducit priuationẽ
ipſo iure:ſecus ſi veniret priuandus:ſecundum In-
noc.in cap.inter dilectos.de exceſsi.præla.vel quia
eſſet notorium.cap.ad petitionem.de accuſa. aliàs
non repellit exceptio criminis,etiam ſi ſit manife-
ſta:ſecundum glo.in cap.quod ſuſpecti.iij. quæſti.
v.etiam ſi quis offerat ſe probare incontinenti : ſe-
cundum glo.in cap.ſuper cauſa.ij.quæſtio.v.iudex
tamen ex officio poſſet admittere talem exceptio-
nẽ criminis propter infamiam ad euitandum ſcan-
dalum.faciunt not.per glo.in ſumma.iij.q.j. Ioan.
de Imol.in d.c.cùm quis.in fi.tenet,quòd exceptio
criminis in poſſeſſorio admittitur quando inhabili
tat perſonã,vel quando priuat ipſo iure,vt in hære
tico.c.cùm ſecundum leges de hæret.lib.vj. ſecus ſi
eſſet priuandus per ſententiam:niſi in cauſa benefi
ciali, ſi eſſet notorium, vel aliter poſſet conſtare,
per no.in dict.c.ad petitionem.& cap.ſi conſtiterit.
de accuſa. Panor.in dict.c.item cùm quis. de reſtit.
ſpol.videtur inhęrere diſtinctioni.d. Antho.de quo
ibi latiùs per ipſum. Veruntamen ſecundum glo.in
14 ſumma.iij.q.j. † exceptio criminis ſymoniæ habet
obſtare in interdicto recuperandæ.allegat cap. ac-
cuſatum.c.tanta.de ſymo. vbi pẽdente cauſa ſuper
crimine ſymoniæ fit ſuſpenſio ab adminiſtratione
ſpiritualiũ:multò fortiùs habet repellere ſymonia-
cum. & ibi videntur ſequi Archi.& Gemi. cùm nó
improbent glo.ſed Præpo. ibi reprobat illam glo.
quia in crimine ſymoniæ non incurritur pœna ipſo
iure:ſed venit priuandus.allegat c.dilectus.le ij. &
c.inſinuatum.de ſymo. veruntamen ſecundum pra
gma.ſanct. irrogatur pœna priuationis ipſo iure:
15 prout ſupra dictum fuit. † Sed præſuppoſito & ci-
tra pręiudicium veritatis,quòd eſſet locus priuatio
ni ipſo iure in crimine ſymoniæ, an requiratur ſen
tẽtia declaratoria. Et in effectu quantũcunq; incur
ratur pœna ipſo iure,requiritur ſententia declara-
toria.c.cùm ſecundum leges.de hæret.lib.vj. ſecun
dũ Archi. Io. And.in nouel.in c.j.de homi.lib.vj.&
per Iaſ.poſt alios in l.ſi quis maior.C.de tranſa. de
iſta quæſti.etiã aliquid fuit tactũ ſuprà q. cccxvij.
vide Ang.in l.interdũ.§.&ſi tibi.ff.qui poti.in pig.
habe.quando eſt fama publica non requiritur ſen
tentia per Præpo.in c.quanto.de diuor.quando fa
ctũ eſt notoriũ.faciunt no.in c.peruenit.le j.c.con-
ſuluit.de appe.Sed redeundo ad principale quęſitũ
qñ corã iudice laico ſeu ſeculari incidit articulus
ſpiritualis, vt exceptio criminis ſymoniæ quod eſt
merè eccleſiaſticũ,iuxt.no.per gl.& doct.in c.cũ ſit
generale.de fo.cõp.aut criminis vſuræ,aut quæſtio
16 matrimonij,& ſic de ſimilibus,† an interim debeat
ſuperſedi per iudicẽ ſecularẽ,donec cognito & va-
cuato tali articulo per iudicem eccleſiaſticũ:iux.c.
tuã.de ordi.cogn.c.lator.c.cauſam. le ij.qui fil.ſint
17 legi.c.ſi iudex.de ſent.excõi.lib.vj.licèt † regulari-
ter iudex etiã ſecularis qui põt cognoſcere de prin-
cipali,poteſt etiã cognoſcere de quęſtione inciden
ti,licèt eſſet maioris iuriſdictionis.l. quotiẽs. C.de
iudic.maximè in ordinario:ſed in delegato nõ poſ-
ſet cognoſcere de incidenti,ſi eſſet maioris iuriſdi-
ctionis ſeu diuerſæ ſpeciei:iuxta not.per Bart. in l.
ij.ff.de iuriſd.om.iudi.licèt aliqui teneant idem in
delegato,de quo ibi per Alex.de Imol.& Iaſ.& e-
cõtrà qñ quæſtio incidẽs eſt minoris iuriſdictionis
quã quęſtio principalis:vt quia iudex eſt deputatus
in cauſis criminalibus poterit incidenter cognoſce
re de cauſa pecuniaria ſeu ciuili. l. interdum.§.qui
furem.ff.de fur.&hoc ibi not. Bart. Ang. Bal. Ang.
& Pau.de Caſtr.in l.ſolemus.§.latrunculator.ff.de
de iudi.& pariter iudex maleficiorũ poterit dare cu
ratorẽ ad litem:ſecundũ Bal. in d.§. latrunculator.
allegat l.fi.§.j.C.de adminiſt.tuto.c.fi.§.j. de iudic.
lib.vj.Sed quoad quæſtionẽ ſpiritualem quãdo in-
cidit in lite coram iudice ſeculari an iudex ſecula-
ris poterit cognoſcere.Spec.in tit.de primo decre.§.
reſtat.verſ.quid ſi agatur. tenet quòd in actiõe prę-
iudiciali, an quis ſit filius, & in paterna poteſtate li
cèt incidenter deducatur quæſtio matrimonij:quia
agitur extraordinariè,iudex poteſt recipere proba
tiones ſuper filiatione & pronuntiare : ſecundum
Vbertũ de Bobio:vnde etiã idem Spe.in ti.de recõu.
§.nũc dicamus.verſ.ſed nũquid incidẽter.videtur te
nere ꝙ iudex ſecularis ſummariè põt ſe informare,
& in verſ.& not.& verſ.&trado.videtur tenere ꝙ li
cèt iudex ſecularis cognoſcat de tali quæſt.ſpiritua
li,non tamen pronũtiat.Bart.in l. Titia.ff.ſolu.ma.
& in d.l.ij.ff.de iuriſd.om.iud.& in l.omni innoua-
tione.C.de ſacr.ſanct.eccle.& in d.l.quotiens.C.de
iudi.tenet ꝙ quando incidit quæſtio ſpiritualis co
ram iudice ſeculari,tunc poteſt cognoſcere per mo
dum quęſtionis facti,ſed non per modũ quęſtionis
iuris.&

iuris. & ibi ponit exemplū, puta, quia corā iudice ſeculari negatur quòd fuerit cōtractū matrimonium per verba de præſenti: pars vult probare, poteſt iudex ſecularis admittere probationes & recipere: ſecus ſi oriretur quęſtio iuris: vt quia allegaretur impedimētū cōſanguignitatis vel aliud: quia iſto caſu iudex ſecularis debet remittere iudici eccleſiaſtico. & idem in cōtractu vſurario, quādo incidit quęſtio facti: ſecus ſi quęſtio iuris incidat: prout ibi declarat aliâs Epiſcopi & alij iudices eccleſiaſtici poſſent attrahere oēs cauſas ad forū eccleſiaſticū: ſecundū Bar. in d. l. omni innouatiōe. Bal. in l. filiū. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. diſtinguit. Aut ſumus in cauſa ſummaria, vti in cauſa alimētorū: & iſto caſu poteſt probari matrimoniū coram iudice ſeculari: quia non præiudicat principali quæſtioni. l. penul. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. aut ſumus in cauſa quæ requirit plenā cognitionem, & tunc aut eſt quęſtio de potentia, & tunc eſt quæſtio iuris videlicèt an potuerit eſſe matrimoniū: aut eſt quęſtio de actu, videlicèt an fuerit contractū matrimoniū, & tūc iudex ſecularis poteſt cognoſcere, aliâs chriſtiani eſſent peioris cōditionis quàm iudęi & pagani qui probāt eorū matrimonia corā poteſtate. & ſic reſidet cum opinione Bart. quia quæſtio iuris ſtat in determinatione eccleſię, ſecus in quęſtione facti, niſi ageretur de fœdere matrimonij inter cōiuges viuētes: quia tunc ſpectaret ad iudiciū eccleſię: ſecus poſt mortē: quia quęſtio veniret incidēter. Et quādo cōſtat per cōfeſſionē partiū de matrimonio non requiritur iudiciū eccleſię. ſecundū Bald. in d. l. filium & pariter quando eſt quęſtio adulterij vel ſucceſsionis ab inteſtato, mundus non curat ꝙ recurratur ad iudiciū eccleſiæ: quia ſecundū hoc quęſtio adulterij non poſſet ire niſi per manus Epiſcoporū Bal. in l. vbicunq;. ff. de interro. acti. teneret ꝙ licèt coram iudice ſeculari incidat quęſtio ſpiritualis ſuper matrimonio vel clericatu, iudex poteſt interrogate partes, & ſi cōfiteatur pars tenet, quia ſic de plano: ſecundum Spec. de recōuen. vbi ſ. allegat idem Bald. in d. l. Titia. tenet ꝙ debet inſpici ſub qua forma iſta quęſtio ſpiritualis deducatur corā iudice ſeculari: quia ſi deducatur per modū meri facti extracti à ſpiritualitate, & tunc cognoſcit iudex ſecularis: ſecus ſi includat ſpiritualitatē. & ibi refert dictū Spec. de recōuen. ſ. relatū, quando quęſtio ſpiritualis incidit vel emergit corā iudice ſeculari per modū diſceptationis, & tunc cognoſcit iudex eccleſiaſticus: ſecus ſi de plano partes cōfiteantur vel incidat aut emergit quęſtio ſpiritualis non in figura iudicij: quia tunc cognoſcit iudex ſecularis. idem Bal. in d. l. omni innouatione. C. de ſacr. ſanct. eccle. refert opinionē Bar. quando quæſtio ſpiritualis deducitur per modū meri facti, & tūc iudex ſecularis cognoſcit: ſecus ſi per modū quęſtiōis iuris: vt allegantur cōiecturę ad detegendum cōtractū vſurariū: iux. c. illo vos. de pigno. & c. ad noſtrā. de empt. & vendi. & tūc iudex eccleſiaſticus cognoſcit: allegat Pau. de Alia. in cle. j. de vſu. ſed Bal. in d. l. omni innouatiōe. reprobat iſtā diſtinctionē Bar. quia
18 nullomodo † iudex ſecularis poteſt cognoſcere de cauſa merè ſpirituali, ſicut de matrimonio vel de cauſa eccleſiaſtica, ſicut de vſura: quia nō habet iuriſdictionē ſuper hoc. & hoc ſi cōtradicatur: ſecus ſi fiat cōfeſſio de plano: quia tunc tenet: ſecundū Spec. de recōuen. ſ. allegat. Idem Bal. in d. l. quoties. C. de iudi. in effectu nō ſequitur diſtinct. Bar. quando deducitur corā iudice ſeculari articulus ſpiritualis per modum quęſtionis vel iuris: prout ſ. dictum
19 fuit, niſi eſſet quæſtio calculi. † Et eo caſu quo articulus ſpiritualis qui incidit vel emergit corā iudice ſeculari eſt remittendus corā iudice eccleſiaſtio: iudex ſecularis non poteſt præfigere terminū ad probandum coram iudice eccleſiaſtico. c. ex inſinuatione. de appella. ſecundū Bart. in l. ij. in princip. ff. de re iud. Sed bene poſſet fieri reſponſio poſitionibus & teneret cōfeſsio, quādo aduerſarius non peteret remitti has reſpōſiones ad Epiſcopū: ſecundū Bal. in d. l. quotiens: & Spec. ibi quando non requiritur diſceptatio ſeu cōteſtatio litis: & ꝙ tenerēt ſtatuta & cōſuetudines in ſequēda informatione: ſecus in
20 attribuēda iuriſdictione, & ibi format † quæſtionē quādo apparet exceptio excōicatiōis corā iudice ſeculari an debeat fieri probatio corā Epiſcopo etiā per inſtrumentū, & tenet ꝙ ſic: licèt inſtrumentū dicatur probatio probata, de quo ibi per ipſum. facit. c. pia. de excep. lib. vj. & cle. j. de excep. cum ibi not. Et licèt in d. c. pia. ſtatuatur terminus octo dierum ad probandū excōmunicationem die oppoſitionis minimè cōputata: tamē vidi practicari quādo talis exceptio excōicationis proponitur corā iudice ſeculari aſsigatur ſibi certus terminus ad faciendū fidē de literis excōicatiōis ſeu de regiſtro executiōis: Nam iudices ſeculares debent admittere & obſeruare exceptionē excōicationis corā ipſis in repellēdo actores. c. decernimus. de ſent. excō. lib. vj. Idem
21 Bald. in l. eos. §. ſuper eſt. de vſur. in fi. tenet † quòd repetitio vſurarum poteſt fieri coram iudice ſeculari ſeruādo iuris ordinem. Nec obſtat clem. in. diſpēdioſam. de iudi. quia Papa non intendit nec poteſt ſecundum ipſum, tollere iuris ordinem in foro ſeculari. allegat glo. in d. clem. ſuper verb. vſuris. de hac quęſtione habetur per Fred. de Sen. conſi. xcvj. incipiente, Apparet quædā. vbi facit differentiā quādo ſuper vſura vertitur quæſtio facti vel iuris. Alex. de Imol. in appo. ad Bal. in d. l. eos. §. ſuper. ſe remittit ad quęſtionē quā diſputauit an cauſa vſuraria ſit eccleſiaſtica. idē Bal. in authē. ad hoc. C. de lat. libe. tollend. videtur tenere ꝙ ſuper fœdere matrimonij iudex ſecularis nō poteſt pronuntiare, nec principaliter, nec incidēter: cùm naturaliter ſpectet ad forū eccleſię: ſecus in vſura: quia incidēter poſſet cognoſcere. de quo ſe remittit ad no. in d. clem. diſpendioſam. tamen poteſt pronutiare ſuper filiatione vel ſuper nullitate teſtamēti, vel ꝙ iudex ſecularis non pronuntiet principaliter ſuper matrimonio, ſed cauſatiuè, videlicet teſtamentum non tenere: quia factum à filioſa. vel filium ſuccedere: quia legitimus eſt. nam aliud eſt directò pronuntiare aliud per modum cauſæ. l. j. C. de ordi. iudi. faciunt not. per Pau. de Caſt. in l. cū ciuili. C. de ordi. iudi. idem Bal. in l. j. C. de ſen. quę ſine cer. in fi. tenet, quòd in caſibus in quibus debentur vſuræ de iure canonico & ciuili, tūc iudex ſecularis poteſt in eis condēnare: aut cōſtat nō deberi, & tūc poteſt abſoluere: aut eſt dubiū & tūc eſt cauſa eccleſiaſtica, & ptinet ad Epiſcopū: vt not. per glo. in ſumma. xj. q. j. & hęc diſtinctio nō eſt adhibenda in ſpiritualibus cauſis: quia ibi indi

ſtinctè iudex ſecularis nó poteſt pronuntiare de ip
ſis:tamen ſi de ipſis veritas conſtet:de plano per có
feſsionem,non eſt neceſſaria diſputatio fori. item
ſi videt apertam calumniam non debet dimittere
proceſſum ſuum per ambages. Idem Bal. in authé.
ei qui iurat.C.de bon.autho.iudic.poſsi.in viij.col.
verſi.quæro qualiter fiat miſsio ſi pater. allegat d.
Specu.de primo decre.§.reſtat.verſi.quid ſi agatur.
& etiam opinioné Barto. quando eſt quæſtio facti
aut impedimenti, & tandem tenet quando agitur
ſummariè de plano, vel per confeſsioné pariter túc
iudex ſecularis pót cognoſcere:ſecus ſi procedatur
ordinariè:attamen vbi ſufficit probare quaſi poſſeſ
ſionem quæſtio non eſt ſpiritualis,& ideò bene po
teſt cognoſcere coram quo mouetur poſſeſſorium.
& iſtud poteſt adaptari in curia parlamenti, vbi co
gnoſcitur in poſſeſſorio in beneficialibus etiam ex
indulto apoſtolico,vt refert d.Guid.Pap.deciſ.j. &
quia poſſeſsio eſt quid téporale: ſecúdum glo.in c.
ij.de iura.calú. & ideò ſi incidat quæſtio ſecularis
poſſet cognoſcere ſalua ſemper determinatióe ſan-
ctę matris eccleſiæ. Idem Bald.in l.non ignorat. C.
qui accuſa.non poſſ.in fi.facit certá diſtinctioné co
ram quo iudice probetur quęſtio ſpiritualis ſeu ec-
cleſiaſtica,an ſint eiuſdé fori,& tunc probetur co-
ram iudice cauſæ: aut ſunt diuerſi fori, & tunc aut
loquimur de contradictoria eſt probatio contra ne
ganté,& debet remitti ad ſuum iudicem.d.c. tuam.
de ordi. cogni.aut de probatione quæ fit de plano
per confeſsioné aduerſarij,tunc non oportet ꝙ fuit
remiſsio:quia non indigens diſceptatione vbi reus
fatetur:ſecundum Spec.de recon.vbi ſupra. & ideò
ſecundú Bald.in d.l.non ignorat. quando quæſtio
adulterij vertitur corá poteſtate non debet pati ꝙ
reus neget matrimoniú,quia túc debet probatio re
mitti ad Epiſcopú ſuper matrimonio,aliás non va-
leret,niſi ſtatutú aliter diſponeret: quia ſicuti pars
poteſt inutilem probationé confirmare: ſecundum
Inno.in c.cauſam.de teſtib.ſic ſtatutú poteſt face-
re inter ſubditos ſuos. allegat glo. in contrariú de
decre.decu.lib.x.& ita ſecundú ipſum obſeruat có
ſuetudo.ſed Alex.in appo.ad Bal.in d.l.non igno-
rat. allegat.ij.in dict.l. Titia.ff.ſolu.matrim.tenere
ꝙ in hoc nó teneat dictú ſtatutum per iura ibi alle.
Cin.in d.l.quotiens.de iud.in effectu refert ꝓ ſecú
22 dum canoniſtas † qui faciút ſibi iura pro libito vo
luntatis.d.l.quotiés.ſeruaretur ad cómodú ipſorú,
nó aút cótra eos, quia iudex eccleſiaſticus bene po
teſt cognoſcere incidenter de cauſa ciuili, ſed non
ecótrà:quia iudex ſecularis non poteſt cognoſcere
incidéter de articulo ſpirituali,& hoc faciút ꝓpter
ambitú iuriſdictionis ſeruádę.ſed Bal.ibi reprobat
iſtá rationé. Albe.in d.l. quotiés. format quęſtioné
quádo corá iudice ſeculari incidit quęſtio exceptio
nis, ſuper qua diſputatur de validitate, & ibi tenet
ꝙ iudex eccleſiaſticus debet cognoſcere: ſed econ-
trà ſi corá iudice eccleſiaſtico incidat quęſtio de re
ciuili habet cognoſcere.c.de prudétia.de don.inter
vi.& vx.& de don.poſt diuor.reſti.ſed certè pari ra
tione ſecularia non debent tractari per ipſos: ſed ſe
cundú Albe.ipſi volentes ex toto dominari iura ar
bitraria fecerint in eorú fauoré &ibi etiá tenet quá
do clericus deponit teſtimoniú corá iudice ſeculari
& opponuntur crimina,ꝙ iudex ſecularis poteſt co
gnoſcere ad repellendú à teſtimonio non ad puniē
dum.l.nullum.de teſtib.c.teſtimonium.de teſti.pro
quo allegat Inno.in c.verum.de for. comp. de quo
23 ibi per Panor.† licèt quádo incidit quęſtio crimina
lis ſeu ſimile corá iudice pedaneo poterit cognoſce
re:ſed non pronuntiare. l.ſi lis.C.de falſis. ſecundú
glo.in d.l.nullú.teneat ꝙ poterit puniri extraordi-
nariè.ſed Bart.in l.diuus.la ij.ff.de falſ.tenet quòd
debet remittere ad ſuperioré:ſed Bal.in l.ij.C.ne li.
potét. quando quis producit inſtrumentú pœnale
poteſt puniri abſq; alio proceſſu: quia eſt notoriú
iudici vt iudici. Ang.in l.ij.ff.de iuriſd.om. iud. te-
net ꝙ quando mandatur iuriſdictio,videntur om-
nia mandari cum dependen.& cónexis ſine quibus
iuriſdictio explicari nó poſset.limitat quando talis
cui cómittitur eſſet capax,aliás ſecus.& ponit exé-
plú quádo Epiſcopus cómittit cauſam hæreditatis
laico: nam tranſibit iuriſdictio ſpiritualis:vt ſi obij
ciatur de matrimonio non poterit cognoſcere.cap.
tuam.de ordi.cogni.c.lator.c.cauſam.le ij.qui filij
ſunt legi.ſed ſuper hoc aliqui nouiſsi.docto.tenent
in dict.l.ij.contra Ang. Idem Ange.in d.l. quotiés.
C.de iudic.tenet quòd quandò incidit coram iudi-
ce ſeculari articulus ſpiritualis quòd debet remitti
ad iudicem eccleſiaſticum coram quo non eſt ne-
ceſſarius dádus libellus nec litiſcóteſtatio ſicut nō
erat neceſſe coram primo iudice.allegat Inno.in d.
c.lator.qui fil.ſunt legi.vnde ſecúdum ipſum Ang.
24 in d.l.quotiens.quando teſtis deponit falſum co-
ram iudice cauſarum ciuilium,aut notarius falſifi
cat acta,quòd poteſt eum incidenter punire: ſecun
dum glo.& Cin.in d.l.nullum.C.de teſti.licèt Bart.
contra in dict.l.diuus.ſed Ang.diſtinguit inter de-
legatum & ordinariú:quia delegatus nó poteſt pu
nire:ſed debet remittere ad deleganté,quod intelli
gerem,niſi in delegato principis:iuxt.not.per Ang.
in dict.l.ij.ff.de iuriſdictio. om. iudic. in ordinario
verò poteſt punire extraordinariè. Salice.in dict.l.
quotiens.C.de iudic. tenet, quòd dict.l. quotiens.
25 procedit † quando principalis quęſtio & incidens
ſunt eiuſdem fori:ſecus ſi diuerſi. & ideò ſi corá iu-
dice ſeculari incidat quęſtio ſpiritualis remittitur
iudici eccleſiaſtico.d.c.tuam.& idem in cauſa vſu-
raria,quæ dicitur eccleſiaſtica.c.quoniá.de vſu.no.
in c.ex tenore.de for. comp. & ideò ſecundú ipſum
ſi contra inſtrumentú opponatur quæſtio vſuraria
debet remitti probáda coram iudice eccleſiaſtico.
c.ſi iudex laicus.de ſenten.excói.lib.vj. facit quod
habetur per glo.in ſum.xj.q.j.& xiiij.q.j.c.j.& per
gl.in c.j.x.diſt. Io.de Imol.in d.l. Titia.ff.ſolu. ma
trimo. refert opinioné Bar.quando articulus ſpiri-
tualis incidit corá iudice ſeculari per modum quæ-
ſtionis facti vel iuris, vt quando incidit quęſtio ma
trimonij,vel quæſtio vſuraria:& refert plures doct.
pro oppinione Bart.& ibi refert etiá opinioné Spe.
& Bal.quòd licèt iudex ſecularis de quæſtione ſpi-
rituali non cognoſcat per viam contentioſam : ta-
men ſecus ſi de plano vellet ſe informare: ſecundú
Specul.de reconuen.l.j.ſupra allegata.

ARGVMENTVM.

Feneſtras habétibus ſuper ambulatorio per quod
itur ad furnum, quòd aquas proijcere etiam domi
no ſoli inuito liceat. Et de immittendi & proijcien
di ſeruitutibus.

SVMMARIVM

1 *Immittere aquam aut aliquid aliud in alieno non, niſi domino nolente licere.*

2 *Domino ſuperioris partis domus aquam per feneſtras proijcere ne iniuriandi animo id faciat, licere.*

3 *Solum liberum præſumitur ad cœlum uſque.*

4 *Stillicidium in alienum immittere an ſit licitum.*

5 *Immiſſum uel iniũctum & protectum, quod dicatur.*

6 *AEr inficitur ex fœtoribus & immondicijs: item & peſtis inde cauſatur.*

7 *Canale ad uiam publicam facere ſitnè licitum.*

8 *Proijcientes aquam uel immunditias in uia publica, ſi quem offendant, quòd pœna dupli teneantur.*

9 *Stillicidium ſi in fundum uicini cadat, quid denotet.*

10 *Seruitus ſtillicidij quod de ſola aqua pluuiali intelligatur.*

11 *Seruitutem aquæ proijciendæ habens, ſi aquas fœtidas proijciat, ueluti urinam quòd ad intereſſe & iniuriarũ actione teneatur.*

12 *Cloacam facere qua uia publica deterior reddatur, nemini licere: nec per eam nonnihil fœtidum aut turpe immittere licere.*

13 *Canale in muro communi facere ne alteri officiat licitum.*

14 *Termæ ſeu balnea in muro communi facere, modo murus deterior non reddatur, licitum.*

15 *In re communi an prohibentis conditio ſit potior, quando ſocio non intereſt.*

16 *Canale in muro communi ponere aquæ pluuiæ colligendæ gratia ne ſocio officiat, & ſibi proſit, ponenti licitum.*

17 *Opus quod in muro cõmuni fit ſocio ſciente & nõ contradicente quòd tolli non poſſit, ſed ad intereſſe agi poteſt.*

18 *Protectum in tecto ſiue pendeat ſuper ſolo alieno, ſiue requieſcat: an propria authoritate euellere poſſit. & cuius ſit. 19.*

20 *Proiectum quod dicatur.*

21 *Immiſſum quid.*

22 *Subgrundæ quæ dicantur.*

23 *Protectum quod dicatur.*

24 *Subgrunda licèt pendeat ſuper fundo alieno, ædificantis tamen remanet: nec authoritate propria deſtrui debet.*

25 *Actio in factum contra habentes ſubgrundas uel protectũ non datur.*

26 *Mœniana, ſeu ſubgrunda quando iuxta priuati domũ ædificantur ipſo ſciente & non contradicente, licèt muri lineam excedant diſrui non debent.*

27 *Solarium ſeu uolarium facere ſuper ſtillicidium an liceat.*

28 *In muris communibus eleuandis lex municipalis attendi debet.*

29 *Incõmodum magnum uel paruum quomodò intelligatur.*

30 *Conſuetudo generalis & notoria, an & quando proponere & probare teneatur.*

31 *Notorium licèt ab onere probandi releuet, non tamen ab onere proponendi.*

Quæſtio CCCCXCVIII.

QVAERITVR an ſit licitum parietijs domorum habentibus feneſtras ſuper ambulatorio per quod acceditur ad furnũ, qui deſeruit reipublicæ proijcere aquas lauatorias, excubilias & alias immundicias inuito domino ſoli non obſtãte ſtillicidio aquæ, & ſi ſit licitum facere canale ad conducẽdum aquam ſuper ſuo ad viam publicam, & quid in ſubgrunda: & ſi in talibus debeat attẽdi cõſuetudo: & quid iuris de luminarijs ſeu lucanis: & quando non intereſt ſocij, & an ſit licitum pario authoritate propria tollere tale opus. Et idem poſſet quæri an ſit licitum prohibere in curte, orto aut alio fundo aquam lauatoriã & alias immundicias. Et videtur dicendum quòd non. l. ſicut autem.
1 §. Ariſto Cerelio. ff. ſi ſeruitu. vendi. vbi † prohibetur immunitati aquam aut aliud in alieno: & ſecũdum Bald. & Flori. ibi, non eſt licitum immittere pedem in territorio alieno, nec falſem in meſſem alienam. & licèt gloſſ. ibi ſuper verbo, iure. velit facere differẽtiam inter fumum & aquam, & quòd dominus partis inferioris poſsit facere ignem pro vſu ſuæ familiæ, ex quo aſcendit fumus ſuperius: quia fumus aſcendit naturaliter: ſecus in aqua quę proijcitur: tamen idem eſt: ſecundum Bartol. Ang.
2 Paul. de Caſt. ibi, † dum tamen dominus partis ſuperioris proijciat aquam per ſuum ſolarium, & nõ faciat animo iniuriandi: ſeu per deſpectum, aut emulationem: aliàs ſecus. l. penulti. ff. de iniur. & ſic ſentiunt doctores, quòd extra ſolariũ ſuum non eſt licitum proijcere aquam aut alias res in ſolo alie-
3 no: † quia ſolum præſumitur liberum vſque ad cœlum. l. fin. ff. de ſerui. niſi probaretur ſeruitus proijciendi. dict. §. Ariſto. nam ſolũ debet eſſe liberum vſque ad cœlum ſiue ſit pubicum ſiue priuatum: ſecundum Paulus de Caſtro. in dict. l. fina. §. penulti.
4 ff. quod vi aut clam. l. Altius. C. de ſerui. † Nec eſt licitum immittere proiectum aquæ ductus in alieno. l. quemadmodum. §. ſi protectum. ff. ad le g. Aquil. etiam ſi quis incipiat in ſuo, & immittit in alieno: à vicino poſſeſſo: ſecundum Flo. ibi, & tunc poteſt quis euellere authoritate ꝓpria: ſecus ſi eſſet protectũ quod penderet ſuper alieno, quia non deberet propria authoritate tollere: ſed debet agere negatoria: ſecundum doctores ibi, & Bart. & cæteros in
5 l. j. §. nunciatio. ff. de oper. noui nuncia. † & dicitur immiſſum vel iniũctum. quando requieſcit in alieno: ſed protectum quando pendet, & non tangit. dict. §. ſi protectum. ſecundum Pau. de Caſt. in dict. l. fina. ff. de ſerui. Et pro præmiſsis facit l. ſi quãdo. § ſecundũ. ff ſi ſerui. vendi. vbi prohibetur in pariete alicuius facere ſterquiliniũ ex quo paries alterius deteriore redditur ſeu madeſcebat. l. fiſtulas. eod. ti. & ibi Bartol. quòd non licèt habere canale in proprio per quod aqua immittatur in alieno: & non licèt facere aquarolum in proprio, per quod aqua inundaret parietem vicini: nam nec directè vel inductè non debet immitti in alienum: ſecundũ Bal. Ange. Flori. ibi. Quinimò in muro communi non eſt licitum vni ſociorum facere canale ſeu aquarolum. l. ſi fiſtulæ. & l. fiſtulam. ff. de ſerui. vrban. prædi. & ibi Barto. quia talis humor corrumpit murũ: ſecundum Ange. ibi: multofortiùs eſt prohibitum proijcere in fundo alieno: ſeu tali ambulatorio furni: qui deſeruit reipublicæ immundicias morticinia lauaIias excubilias. l. ædiles. in fine. ff. de vi. pu. l. ij. §. idem ait. ff. ne quid in loco public. quia oritur malus odor. & ſecundũ glo. ibi non eſt licitum propè exercere artem ſulfurariam. & ſecundũ Bartol. ibi non eſt licitum facere in ſuo ex quo fœtor vel
6 putredo fit in via. & §. ſi quis cloacam. eadẽ l. † quia etiam talibus immundicijs & fœtoribus, aer inficitur. & peſtis & aliæ infirmitates generãtur. l. j. §. i. ff. de cloa. l. penu. §. in opere. ff. quod vi aut clam. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de ope. noui. nuncia. Nec

obſtat ſi dicatur, †quòd licitū eſt facere canale ad conducendum aquæ ductum ad viam publicam.d. l.ij.§.ſi quis cloacam.& §.ſequent.ff.ne quid in loco public.quia verum eſt, dum tamen non tranſeat per fundum alienum, prout ſuprà dictum fuit. & dum tamen via publica non efficiatur deterior, propter iſtos fœtores.dict.l.ij.§.deteriorem. ne quid in loco publi.& quando tranſiret per fundum vicini, poſsit tollere propria authoritate.dict.l. quemadmodum.§.ſi protectum.ff.ad leg. Aquil. ſecundum Flori.in dict.l.fiſtulas.ff. ſi ſerui.vendi. Quinimò quando fit aquæ ductus ad fontem vel ad aliam cōmoditatem publicam per fundum vicini ſi tranſeat per domum vel fundū priuati debet manuteneri, & fieri expenſis publicis:& ita quòd non afferatur dānum vicino:ſecundum Flo.in dict.l.fiſtulas.& Cœpol.in tract.ſerui.vrba.prædi.tit.de aquæ duct. pro quo facit l.venditor.§.ſi conſtat.ff.communi prædio.vrbano. Nec refert an ſit locus publicus vel iter per quòd vulgò itur:quia habet locum edictum de hij.qui deiecer.vel effud.l.j.§.ſumma. ff. de hijs qui deiece.vel effud.ſecundum Bar.Bal.& Flo. ibi, & ideò Ang.Areti.inſtitu.de obliga. quæ ex quaſi.de
8 lict.§.item is notat contra illas perſonas † quæ de die vel nocte proijciunt aquas vel immundicias in vias: quia ſi lædunt aliquem, tenentur in duplum. de iſta materia etiam habetur per Cœpo.in dict.tracta.de aquæ proiectu:quia ſecundum ipſum nō eſt licitum proijcere aquam in fundo vicini.dict.l.ſicuti.§.Ariſto.ff.ſi ſerui.vendi.ſecus in via publica: dū tamen non noceat vſui publico, vel tranſeuntibus, niſi aliter ſtatuto vel conſuetudine caueretur. d.l. ij.in prin.ff.ne quid in lo. pub. & communiter ſecundū ipſum per ſtatutū aliter prouidetur, & ideò qn̄ pediſſecę proijciūt lauatorias per feneſtras & vaſtet habitus per iter per quod vulgò acceditur, tenet dominus. de iſta materia, etiam habetur per Cœpo.in dict.tract.ſerui.vrba.prædi.titu.de aquarolo.capit. lxvii. & ibi format certas quæſtiones, faciunt not. per Ang.in l.inter quos.ff.de damno infect.& in l.
9 quidem Hyberus.ff.de ſerui.vrba.prædi.† Nec obſtat quando ſtillicidium cadit in archam ſeu fundum vacan.quòd denotat cauſam dominij, inquantum progreditur ſtillicidium.l.olimpico.§.Lucius. ff.de ſerui.vrba.prædi.ſecundum Bal.ibi. Quia ad iſtud reſpondetur quòd non poteſt proijcere propter hoc lauaturas, ſeu aquam in fundum vicini ſaltem vltra ſtillicidium.dict.l.ſicuti.§. Ariſto.ff.ſi ſerui.vendi. Quinimò nec infrà ſolum ſtillicidij: quia præſumeretur facere per emulationem & deſpectū: quia deuaſtaret murum propter humorē.d.l. fiſtulas.ff.ſi ſerui.vendi.& maximè ſi murus eſſet communis.l.fiſtulam.ff.de ſerui.vrba. prædi.prout ſuprà dictum fuit, licèt etiam quando quis poſsidet ſolum loci inferioris ſtillicidij nō denotat cauſam dominij: ſed ſeruitutis, & debet ſtillicidium reſtringi: vt minus noceat.l.ſeruitutes.§.ſtillicidium.ff. de ſerui.vrb.prædi.attamen non debet immittere aliā aquam in loco ſtillicidij: quia eſſet ſeruitus ſeruitutis, quod eſt prohibitum.l.ex meo.ff.de ſerui.ruſti. præd.ſecundū Bal.& Sal.in l.aquā.C.de ſerui. Præ
10 tereà † in ſeruitute ſtillicidij intelligitur de aqua cælitus cadente ſeu pluuiali, ita ꝙ non eſt licitum inducere aliam aquam.l.ſeruitutes.§. ſi ſeruitus.& §.ſequent.ff.de ſerui.vrba.prædi.l.j.§.item quæritur.ff.de aqua quoti.vel æſti. ſecundum Io.de Ferra in titu.de confeſ.acti.ſuper verbo, ſeruitus tigni. in fin. & poſſet deſtruere murum, prout ſuprà dictū fuit. Et pro premiſsis facit l.j.ff.de ſerui.vrba.prædi. ibi,& denique proijciendi.& ſecundum Ange. ibi, habens domum iuxta ortum, vel pratum, vel clauſtrum vicini non poteſt ex illa domo aliquid proijcere in ſolum vicini ſui citra ſeruitutem conſtitutam:& ſecundum Flo.non poteſt proijcere aquam vel quid ſimile, cùm non appareat de ſeruitute conſtituta, & res præſumitur libera.l.Altius. C. de ſerui.& aqua.& licèt quis prætendat ſe in poſſeſsionē ſeu quaſi ſeruitutis: tamen in negatoria ſuccumbere debet, niſi appareat de iure ſeruitutis: iuxta not. per gloſſ. & doctor. in dict. l.ſicuti.§.ſed ſi quæritur.ff.ſi ſerui.vendi.& ita etiam tenet Cœpol.in d. tracta.ſerui.vrba.in titu.de ſeruitu.proijciendi.in j. quæſtione: vbi prohibitum eſt proijcere aquam in curte vicini per dict.§.Ariſto.niſi appareat de ſerui
11 tute impoſita;† & eo caſu vbi apparet de ſeruitute impoſita adhuc prohibetur proijcere res fœtidas, vti ſtercus & vrinam ſecundum ipſum: aliâs tenetur ad intereſſe & actione iniuriarum, vt ibi quæſtio.iiij.& v.per text. in l.j.§.j.& ij.& l.penult.§. pe. ff.quod vi aut clam. & l.ij.§.idem ait.ff.ne quid in loco publ.& ita etiam tenet in tit.de cloac.in principio.quia ex fœtoribus aer inficitur.per iura ſuprà allegata. & quòd cloaca non debet purgari de die
12 propter fœtorem. † & licèt quis poſsit facere in domo ſua ſeu fundo extrà immittere aquam in viam publicam ſeu facere aquæ ductum vſque ad viam publicam.l.ij.§.ſi quis cloacam.ff. ne quid in loco public.tamen hoc verum, niſi via redderetur deterior: vt ibi habetur.& pariter non eſt licitum immittere ad viam publicam aliquid fœtidū & turpe.d. l.ædiles.ff.de via public.ſecundum Cœpol.in d.tit. de cloac.quæſtio.iiij.& v.& eadem ratio militat etiam ſi ſit iter priuatum, quod deſeruit reipublicæ. dict.l.j.§.ſumma.ff.de hijs qui deiec.vel effud.vt ſit prohibitum proijcere aliquid fœtitum.& tale ius prohibendi competit illis de illa contracta: ſecundum gloſſ.in l.ij.§.penulti.ff.ne quid in loco publi. ſuper verbo, actoris.& Cœpol.vbi ſuprà quæſt. vij.
13 & idem Cœpol.in tit.de fiſtula tenet, † quòd in muro communi nō eſt licitum facere canale, per quod recipiatur aqua in muro cōmuni: vel in proprio muro quando inundaret parietem vicini: ſecus ſi per tale canale non tangeretur in muro communi: ſed aduerteretur aqua ſuper tectum proprium, aut ad viam publicam: ſecundum Pau.de Caſt.in l.j.ff. de ſerui.vrba.prędi.& Cœpol.in titu.de ſerui.ſtilli. & pro hoc facit: quia licitū eſt facere in muro communi, quādo non præiudicaret ſocio, & ſublato opere non impediret refectionem. dict.l.fiſtulam. ff. de ſerui.vrba.prædi.& ibi notant Bar.Ang.& Flo. Veruntamen quādo in tali canali ad aduertēdum & conducendum aquam ſuprà ſe interueniat conſenſus parerij adhuc eſſet ſecurus. Et pro hoc facit quod habetur per Cœpol.in dict.tract.de ſerui.vr-
14 bano.prædi.in tit.† de balneo.ſiue ſtufa quòd poteſt fieri in muro communi, dum tamen paries cōmunis non lædatur, aliâs ſecus.l.quidam Hyberus. & l.fiſtulam.§.j.ff.de ſerui.vrbano.prædi. ſicuti de ſcala affixa

ſcala affixa muro communi quæ de facili moueri
poteſt.dict.l.fiſtula.§.fin.ſiue ſit ſcala nemorum ſi-
ue lapidum, quæ poteſt affigi muro communi:ſe-
cundum Cœpo.in dict.tracta.in dict.titu.de ſcalis,
& ibi ampliat Cœpola in quacunque alia re com-
muni vel ædificio, quando non intereſt ſocij,vel
quando eſſet modica miſsio,nec pondus magnum
ſubſtineret murus propter talem miſsionem,fortè
poſſet fieri talis miſsio in muro communi d.l. qui-
dam Hyberus.verſic.parietem.& l.ſi ædes commu
nes.ff.commu. diuidund.& l.in parietis. ff.de dam.
infect. & maximè quando talis reficiẽdo altiando
tale opus aduertẽdo aquam pluuialem ſuprà ſe nõ
facit cauſa ſeruitutis acquirendæ ſuper parerio.l.
in re communi.ff.de ſeruit.vrbano. prædi.& ſic nõ
obſtat ſi dicatur, quòd in re communi potior ſit cõ
ditio prohibẽtis.l. Sabinus.ff.communi diuidund.
l.parietem.ff.de ſerui.vrba.prædi.capit.in re com-
15 muni.de reg.iu.li.vj. † quia illud fallit quãdo non
intereſt ſocio:ſecundum glo.in dict.l.Sabinus. &
in dict.capit.in re communi.Cin.& Alber.in l.ſi vt
proponis.C.de ædif.priua.vt quia ſocio licitum eſt
incruſtare aut depingere parietem communem.d.
l.quidam Hyberus.quia bocherando & blanchiẽ
do murum cõmunẽ efficitur fortior & ſecurior,vel
reficiẽdo.l.ſi vt proponis.C.de ædif.pri.l.ſi ædibus.
& in reficiendo. ff.de dam. infe.& idem quãdo mo
dicum intereſt:quia de modico non curat prætor.l.
ſcio.ff.de in integr.reſtitutio. vbi pro modico non
datur in integrum reſtitutio.l.ſi oleum. in fine cũ
l.ſequent.ff.de do.& hoc videtur tenere Flori.in d.
l.Sabinus. in fin. quando ſocius vult aliquid pone
re ad aquam colligendam, quod poteſt: quia non
præiudicat ſocio.& hoc etiam tenet Ange.in l.j. C.
16 qui teſta. facer. poſſ. vbi tenet † quando ſocius vult
ponere canale ad murum communem ad colligen
dum aquam pluuialem non offendens ſocium per
mittitur, & quòd hoc probatur dict.l.fiſtulam. in
prin.& §.fi.cum l.ſeq.ff.de ſerui.vrb.prædi.quia de
bet attendi ratio legis ſi præiudicet ſocio ſaltem
in magno vel nè:nam quãdo canale nõ tangit mu
rum, & aqua auertitur & ducitur extra murũ com-
munem ad ſolum propriũ ædificãtis nõ intereſt ſo
cij:quia ratio putrefactionis & madidationis muri
ri communis.dict.l.fiſtulã. & hoc etiam ſentit An-
ge.in l.inter quos.ff.de damno infect.ſecus ſi aqua
conduceretur per canale infrà murum communẽ,
& madidaretur,licèt quando canale appodiaretur
muro communi abſque præiudicio:deberet permit
ti:ſecundum An.in dict.l.j.C.qui teſta.facere poſſ.
& quia quod cõmune eſt, meum eſt ſaltem quoad
plures effectus.l.ſerui electione.§.Labeo.ff. de leg.
j.cum ibi nota. per doctor.facit quod habetur per
Dyn.& Nicol. Bohe. in dict.cap.in re communi.fa
cit gloſſ.in l.reſcripta.C.de preci.imperat. offer. ſu-
per verb.nõ lędat. quia non attenditur quando mo
dicum læditur aliquis. per l.quoties.eod.titu.& Ia-
ſon in d.l.reſcripta.colligit regulam quando nemi-
ni nocet & alteri prodeſt, de facili concedendũ eſt.
l.j.§.idem autem.l.ij.§.item Varus.ff.de aqua pluu.
arcend.vnde ſecundum Alber.in d.l.reſcripta.in fi.
poſt gloſſ.& Odof.paria ſunt non lædere, & modi
cum lædere.allegat l.habitatores.ff.locat.l.j.§.fi.ff.
ſi vſuſfr. peta.& maximè quando agitur de ædifi-
cio turris, quæ tendit ad munitionem & fortifica-
tionem ciuitatis.l.turres.cum ibi not.per Ange. C.
de ope.publi.ſicuti dicitur de opere ſeu ædificio fa-
cto in ſolo publico nemine prohibente, quod non
nocet vſui publico: quia non tollitur, ne vrbs rui-
nis deformetur, licèt conſtituatur vectigal. l.ij.§.ſi
quis nemine. ff.ne quid in lo.publ.& ibi Bart.aliàs
ſi poſſet nocere reipublicæ tolleretur: nec obſtaret
poſtremò, nec teneret reſcriptum in contrarium. l.
præſcriptio.C.de ope.pub.Nec obſtat l.ſed & ſi in-
ter.ff.de ſeruit.vrb.præd.vbi quando immittitur ex
ædibus communibus in proprias,ſiue ecõtrà, quan
do aliquid immittitur ex proprijs in communibus
ædibus poteſt tolli propria authoritate per ſociũ:
ſecundũ glo.ibi.& Bart.ibi,quę not.quòd ſicuti il-
lud quod immittitur in re mea propria à me poſſeſ-
ſa,poſſum tollere authoritate propria:ita etiã quan
do immittitur in re cõmuni licitũ eſt ſocio tollere.
& ita tenet Flor.ibi.& pro hoc facit l.ſi vitẽ §.ſi ad
ianuã.ff.quod vi aut clam. & ibi Bar.& in l.ſi duo.
§.item videamus.& §.Labeo.ff.vti poſsi.licèt idem
Bar.in d.l.j.§.nunciatio.ff.de ope.no.nunc. teneat,
quòd ſocius non poſsit tollere propria authoritate
ædificium alterius ſocij in re cõmuni: ſecus aduer-
ſus tertium:de quo ſe remittit ad nota.per eum in l.
de pupillo.§.ſi plurium.ff.de ope.nou.nuncia. item
17 quando † fit opus in muro communi ſciẽte ſocio
& non cõtradicente non debet tolli, ſed poſſet ag
ad intereſſe:ſecundum glo.& Ange.in l.in re com-
muni.ff.de ſerui.vrb.præd.glo.in l.Sabinus.ff.com
mu.diuid.ſed quicquid ſit ceſſat dicta oppoſitio in
caſu iſto,quando murus communis altius efficitur
18 per alterum ſocium † & facit protectũ in cooper-
torio licèt aliquid pendeat ſuper ſolo alieno, quia
nõ eſt licitũ euellere propria authoritate:quia pen-
det in aëre: ſecus ſi requieſceret in fundo alieno,
aut communi:dicta l.quemadmodum. §. ſi prote-
ctum. ff.ad leg.Aqui.& ibi Bart.Bal.& idem Bart.
in d.§.Labeo.qui facit differentiam quando pen-
det in aëre aut requieſcit, aut tangit, de iſta mate-
ria habetur per Cæpol.in dicto tract.in titulo de ti-
19 gno iniunct.in vij.q.Et † tale protectum dicitur il-
lius in cuius ædibus requieſcit,licèt protegat & pẽ-
deat ſuper ſolo alterius. d.l.quemadmodum.§.j.ſe-
cundum Bart.in l.quod conclaue.ff.de damn.infe.
de quo per Cæpo.in d.tract.in titu.de ſerui. proteg.
pro hoc facit l.malum.§.inter proiectum. ff.de ver-
20 bo.ſigni.vbi † protectum dicitur quando eſt ſuprà
ſolum, & non requieſcit: vt ſunt Mæniana & ſub-
21 grundæ: † ſed immiſſum dicitur quod requieſcit
in aliquo loco, vti tigna, trabes quę immittun-
tur,in primo caſu non datur interdictum vti poſsi-
detis:in ſecundo ſic. d. l.ſi duo.§.item videamus. &
§.Labeo.ff.vti poſsidetis.in primo caſu non eſt lici
tum tollere propria authoritate, in ſecundo ſic: ſe-
cundum gloſſ.in d.l.malum. §. ſi protectum. dict.l.
22 quemadmodum. † nam ſubgrundæ dicuntur ſum
mitates ædificiorum:ſecundum glo.in d. §.ſi proie-
ctum.vel ſecundum glo.in l.ſi verò.§.prætor ait. ff.
de hijs qui deie.vel effu.ſubgrundæ dicuntur ſtilli-
cidium extenſum, quia in iſtis partibus tales ſub-
grundæ ſeu vulgariter dictæ ſubrundæ ſunt de la-
pidibus,& ſuper illis requieſcit ſinus tecti ſeu coo-
23 pertorij ſuper quo cadit aqua ſtillicidij:† ſed prote

ctum dicitur ſolarium: ſecundum glo. in dict. §. prætor ait. Et vulgariter poſſunt nuncupari bardat. Et
24 licèt † ſubgrũda facta in ſuo muro protendatur ſu
prà ſolum alterius ſeu pendeat: tamen remanet ædi
ficanti, nec debet quis propria authoritate deſtruere, licèt non appareat de ſeruitute. d. l. quemadmodum. §. j. ſecundum Cæp. in d. tract. de ſerui. proteg. in iiij. q. Et licitum eſt habere tales ſubgrundas aut protectum licèt pendeant ſuper viam publicam ſeu iter quo vulgò acceditur quãdo ſunt affixę muro:
25 & de facili non poſſunt nocere. † contra ſic haben
tes non datur actio in factum: ſecundum Flo. in d. §. prætor ait. & Cæpol. vbi suprà q. v. Et quòd ſuper hoc debet ſtari ſtatuto aut conſuetudini loci: iuxt.
26 not. per glo. & doct. in l. j. C. de ædi. priu. † Et quan
do talis meniana ſeu ſubgrunda ædificatur iuxta domum priuati ipſo ſciente, & non contradicente, etiam ſi excedat lineam muri, non debent dirui: ſecundum gloſſ. in l. meniana. C. de ædif. pri. & Cæp. in dict. tract. in titu. de menia. & gloſſ. in l. Sabinus. ff. communi diui. Ang. in l. in re communi. ff. de ſerui. vrba. prædi. & licitum eſt in tali ſtillicidio tecto, ſeu coopertorio quod requieſcit ſub tali ſubgrunda facere luminaria ſeu feneſtras, quæ vulgariter dicuntur lucanæ, inquantũ protendit ſaltem ſolum ſuum à parte ſuperiori. d. l. ſi vitem. §. placet. ff. quod vi aut clam. & l. fi. ff. de ſeruit. l. altiùs. C. de ſerui. & aqua. ſecundum Cæpo. in dict. tract. de ſtilli. ſeu te-
27 cto. q. ij. & q. iij. † an ſit licitum ſuper ſtillicidiũ fa
cere ſolarium ſeu bardat, aut iardinũ ſicut fit Venetijs, Neopolis in Catholonia & pariter in iiij. q. quã do quis habet ſuam domum depreſſam contiguam cum domo vicini facit eleuare murum, quòd debet diuertere aquam per vnũ canale ſupra tectum proprium aut ſuper viam publicam. Et licitum etiam eſt facere feneſtram nemoris quæ vocatur balconus quatenùs protenditur ſuum ſtillicidium, ſicuti dicitur de ianua. l. fi. §. fi. ff. de ſerui. vrb. præd. ſecundum Cæpo. in d. tract. in titu. de feneſtra. & idem de ſpecularibus quæ vulgariter dicuntur geloſiæ de nemore, quæ affiguntur feneſtris, vt ibi aſsiſtentes maximè mulieres poſsint videre & non videri. l. quęſitum. §. ſpecularia. ff. de fund. inſt. l. ſed ſi quid. ff. de vſufruct. & Cæpol. in d. tract. in tit. de ſpecu. Et quando ædificatur murus poſsint appodiari ponticelli, & fuſtę in muro vicini quando alibi commodè non poteſt fieri. l. refectionis. ff. commu. pręd. ſe-
28 cundum Cępol. in d. tract. in tit. de armatura. † Et
quia quando ædificatur in muro communi & eleuatur per alterum pareriũ, ſi poſsit accipi in totum reliquendo ſigna muri communis, debet attẽdi lex municipalis loci. l. ij. in prin. & ibi glo. & Bart. ff. ne quid in loc. publi. & in eadem l. §. tractatum. & ibi Bar. quòd poſſunt fieri põticelli ſupra viam in Italia per ſtatutũ & in quibuſdam terris & in quibuſdã eſt cõſuetudo. Et in talibus ædificijs debet attendi conſuetudo loci. l. j. & l. pręſes. C. de ſeruit. & aq. l. & an in totum. C. de ædif. priu. & ibi glo. quæ nota. de authoritate cõſuetudinis in talibus. & ſecundum Angel. ibi debet attendi antiqua conſuetudo quę dicitur, quando frequentiſsimè obſeruatur in oppido, & non ſolùm per binum actum, licèt ſecundum Odof. debet ſufficere binum actum quod eſt verum ſecundum Ange. ſi pluries eſt ſolitum obſeruari, & pręſertim in ædificijs turrium debet attendi conſuetudo: ſecundum glo. in l. j. C. de ædifi. priua. ſeu ſtatutum, & ibi not. Ang. Sali. facit l. turres. cum ibi not. per Ang. C. de oper. public. nam debet attẽdi vetuſtas loci. l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quoti. & æſti. quia habet vim conſtitutionis, & priuilegij. c. ſuper quibuſdam. §. pręterea. de verbor. ſignifi. faciunt not. per Bart. in repeti. l. quominùs. ff. de flum. in ij. q. & per Bal. in c. j. ſi quis de mã ſo. ſi de feud. fuer. controu. & quòd debeat attendi conſuetudo in talibus tenet Alber. in l. altius. C. de ſerui. & aqu. & etiam gloſ. in l. qui luminibus. ff. de ſeruit. vrba. pr ędi. & Cępo. in dicto tractat. ſeruitu. in tit. de mœnia. & in tit. de ponticello. & ibi etiam tenet, quando fit conceſsio ædificandi in ſolo publico, quod intelligitur ſine graui ſeu magno incommodo alterius: iuxta not. per gloſ. in l. ij. §. ſi quis à
29 principe. ff. ne quid in loc. pub. † Et qualiter intel
ligatur paruum aut magnum incommodum relinquitur arbitrio iudicis. ſecũdum ipſum. pro quo allegat glo. in §. pretium ſuper verbo, diffiniemus. inſt.
30 de contrah. emp. † Et quando conſuetudo eſt noto
ria ſeu generalis, nõ eſt neceſſe proponere, nec probare. arg. l. emptorem. ff. de act. empt. ſecũdum Bar. in repetitione l. ij. C. quæ ſit long. conſue. in xxv. q. & Bald. in l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugit. & in l. j. C. vt quę deſunt aduo. circa finem. & ibi an iudex poſſit ſupplere in conſuetudine notoria, licèt eſſet ſecurius allegare & proponere conſuetudinẽ notoriam:
31 quia † licèt notorium releuet ab onere probãdi, ta-
men non releuat ab onere proponendi. ſecundum glo. in cle. appellanti. de appel. de quo articulo habetur per Alex. in d. l. j. C. vt quę deſunt. & per Iaſo. in repetitione l. de quibus. ff. de legi. circa finem. & an credatur doctori famoſo alleganti conſuetudinem habetur ibi per ipſum: poſt Barto. & in l. dos à patre profecta. C. ſolut. matri. & per Io. de Imol. & Alexan. in l. poſt dotem. ff. ſolu. matri. & per do. Guido. Pa. deci. cxxxix. Sed quia principaliter in hac q. debebat tangi an ſit licitum proijcere aquam, lauaturas ſcubilias in fundo alterius ſeu ambulatorio furni, quod deſeruit rei publicę, quia ſatis videtur tactum, & de certis alijs quæſtionibus incidẽtibus ſatis pertinentibus, ideò vlteriùs non inſiſto. Et faciunt præmiſſa ad quæſtionem ſuper ambulatorio furni domus heredis egregij domini quondã Ioannis Porreti habentium cauſam à ſucceſſoribus nobilis quondã Anthonii Bruni, vbi parerij vel Gulielmus Sancherancij Anthonius eius nepos egregius do. Franciſcus Feiſini, nobilis & egregius Ioannes Sauluage auditor camere ſeu Anthonius Abrilis eius inquilinus ſeu eorũ famuli, & pediſſecę proijciebãt dictas aquas, lauaturas, ſcubilias & immundicias in dicto ambulatorio, ita quòd erant immundicię in magna quantitate, & erat fœtor & malus odor, & quãdo portabantur panes aut paſtę ad furnum erat magnum pręiudicium reipublicę quoad ibi tranſeuntes vbi plurimum affluit populus propter furnum. Et ideò fuit commiſſum alteri ex dominis curię qui acceſsit ſuper loco vocatis partibus, & conſulibus, & certis probis. Et deinde fuit redacta ſcripto viſitatio loci cum relationibus proborum: & facta publicatione lata ordinario per quam fuit prohibitum dictis parerijs, ne de cætero

proijciant

proijciant per ſe aut eorum familiares in dicto ambulatorio, & ꝙ habeant remouere dictas immunditias appoſitas infra certum tempus, prout quemlibet concernere poteſt. Et quod habeant facere in eorum domibus cloacas ſeu eygueria ſubterranea. Et pariter fuit præceptum dictis hæredibus d. Ioannis Porreti, quod faciant pauire dictum ambulatoriũ, vt aqua pluuialis faciliùs currat & labatur ad carreriam publicam, & aliàs prout pleniùs conſtat tenore dictæ ordinationis latæ in manibus magiſtri Ioannis Chapuiſij ſecretarij cauſæ. adde quod ſuprà fuit tactum quando ſit opus in re propria à ſe poſſeſſa per aliũ, quòd poſsit tolli authoritate propria: iuxta l. quemadmodum. §. ſi protectum. ff. ad leg. Aqui. an procedat in re communi. iuxta l. ſed ſi inter. verſi. aut rem perdere. ff. de ſeru. vrb. præd. ſecundum vnum intellectum: tamẽ intelligitur quando ex ædibus proprijs ſit immiſſum quod requieſcit: ſecus ſi proiectum, quod pendet. vt ibi in verſi. idem fiet. in verbo proiectum, quia eſt differentia. l. malum. §. j. ff. de verbo. ſigni. licèt ſecundum Barto. Pau. de Caſt. in l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. nou. nun. etiam in re communi non eſſet licitum authoritate propria tollere. veruntamẽ etiam in re propria poſſeſſa, quòd ſit licitũ tollere intelligitur in opere manu facto artificiali: ſecus ſi talis opus naturaliter creſceret ſeu fieret: quia tunc non eſſet licitum tollere authoritate propria. l. j. C. de interdi. ſecundum Cin. Io. Fa. Bar. Albe. in l. j. C. de interd. item quando rami arboris pendent ſuper agrum vel domum debet primò denunciari. l. j. §. ſi arbor. ff. de arbo. cæden. etiam Barto. Alex. in appo. & per Barto. ibi, in tract. ſeruit. vrb. præd. in tit. de arbo. vide Bald. in d. l. j. C. de inter. qui videtur aliter loqui. vide gloſſ. in d. l. j. §. fi. ff. de arbo. ced. in fin. Inno. Panor. & cæteros in c. j. de immu. eccleſi.

ARGVMENTVM.

In re propria ædificare, ædificia inſtaurare, & ſarta tecta omnia reddere, prout vnuſquiſq; voluerit permiſſum, modò ne id ad alterius æmulationem fiat.

SVMMARIVM.

1 *Rei propriæ quiſque dominus & arbiter.*
2 *Murum communem inſtaurare uni ex ſocijs licitum.*
3 *Solum omne ad cœlum uſque liberum.*
4 *Stillicidium aut tectum in ſolo publico porrigere licitum non eſt.*
5 *Stillicidium altius habens, quòd aliò aquam diuertere teneatur.*

Quæſtio CCCCXCIX.

QVAERITVR an ſit licitum vnicuique ſtillicidium ſeu tectum cooperire etiam in muro communi, & porrigere extrà parietem pro libito voluntatis, & an ſit licitum in muro communi eleuato, vel iuxta apponere canale cauſa deriuandi aquam ſuprà ſolum propriũ, vel ad viam pu-
1 blicam. Et in effectu ſuper ſuo ſolo poteſt: † quia in re propria quilibet eſt dominus & arbiter. l. in re mandata. C. mand. & in proprio licitum eſt ædificare pro libito volũtatis. l. cùm eo. & l. qui luminibus. ff. de ſeru. vrb. prędi. l. altiùs. cum ibi no. C. de ſerui.
2 & pariter † licitum eſt ſocio cooperire murũ communem: quia in hoc non fit conditio ſocij deterior. l. fiſtulam. l. quidam Hyberus. ff. de ſerui. vrb. præd. ſecundum Cæpo. in tract. ſeruitu. vrbanor. prædio. in titu. de parie. ſeu muro. coll. ix. ſed ſi porrigeret ſuper ſolum vicini, non poſſet. l. fi. §. fi. ff. de ſeruit. vrba. prędi. ibi, neque ſtillicidium in domo vicini ca-
3 dat. Et eſt ratio: † quia ſolum vicini debet eſſe liberum vſque ad cœlum. l. fi. ff. de ſerui. niſi aliter ſtatuto aut conſuetudine ſeruaretur, quia tũc poſſet fieri protectum, archus, aut põticellus ſuprà ſolum publicum: ſecundum Ang. & Flor. pro quo allegant l. & an in totum. C. de ædif. priua. & glo. in rubr. C. quę ſit long. conſue. & quòd ſolùm regulariter debeat eſſe liberum vſque ad cœlum. facit, l. placet. §. in opere. & l. fi. §. ſi quis proiectum. ff. quod vi aut clam. niſi eſſet ſeruitus ſtillicidij impoſita, quo caſu poterit porrigere tectum: ſecundum formam impoſitam & non vltrà: licèt benè poſſet retrocedere, & conditionem loci ſtillicidij facere leuiorem. l. ſeruitutes. §. ſtillicidium. ff. de ſeruitut. vrba. pręd. & hoc loquendo de ſolo priuato: ſecundum Cępo. in d. tra-
4 cta. in tit. de ſtillicidio ſeu tecto, † ſed in ſolo publico etiam non eſt licitum porrigere ſtillicidium ſeu tectum: quia ſolum publicum debet eſſe liberum vſque ad cœlum. d. l. fi. ff. de ſerui. l. ij. §. tractatum. ff. ne quid in loc. pub. fiat. quinimò ſecundum glo. ibi faciliùs permitteretur in ſolo priuato quàm publico. argu. l. refectionis. ff. commu. præd. vrb. & ſic eadem ratio videtur de ſolo publico, ſicut priuato: vt debeat eſſe liberum: ſecundum Cępo. in d. tit. de ſtillici. ſeu tecto, niſi aliter ſtatuto aut cõſuetudine ſeruaretur: ſecundum Cępo. ibi & Bart. in d. l. ij. in princi. poſt glo. & in d. §. tractatum. ff. ne quid in loc. publi. prout ſuprà fuit tactum, & in q. præcedenti. Et quando quis eleuet murum ſuum contiguum, licèt non poſsit facere, quòd aqua ſtillicidij cadat ſuper ſtillicidium vicini. l. quemadmodũ. §. ſi protectum. ff. ad leg. Aqui. l. ſi vitem. § qui ad ianuam. ff. quod vi aut clam. l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſerui. vend. tamen
5 ille qui † habet altiùs ſtillicidium debet diuertere aquam per vnũ canale, vel aliter quatenùs ſe protendit ſtillicidiũ vicini quod eſt inferiùs: ita quòd illa aqua non caſsitet ſuper ſtillicidio inferiori vicini: ſed ſuper ſolum publicum vel proprium: ſecundum Cępo. in dicto titu. de ſtillicidio, ſeu tecto, & quod habuit iſtum Veronę. Idẽ in effectu tenet Ange. in l. j. C. qui teſtam. face. poſ. quãdo quis vult appodiare in muro cõi canale ad cõducendũ aquam pluuialem non offendendo ſocium: ſicuti de ſcala dicitur. l. fiſtulam. §. fi. ff. de ſerui. vrb. præd. & Pau. de Caſt. in l. j. ff. de ſerui. vrb. pręd. quia poteſt poni canale iuxta tectum ad conducendum aquam in viam publicam. Et idem videtur in ſubgrunda: iuxta l. malum. §. ſi proiectum. ff. de verbo. ſign. de quo fuit tactum in q. pręcedenti, licèt vt fertur ſtat conſuetudo in hac ciuitate Gratianop. in turribus viſitatum, quòd coopertoria habent ſtillicidium ſuper ſolo pareriorũ abſque aliquo canali ne patiantur difformitatem: quia talia coopertoria ſunt tota & alta, & non poteſt cadere magna aqua. facit l. turres. C. de oper. publ. cum ibi not. per Ang. & debet attendi conſuetudo in talibus prout ſuprà dictũ fuit. Et quando non eſt pręiudicium aduerſarij ſaltem magnũ, quia nõ poſſet cõmodè ædificari ab illa parte per parerium: quia aliàs cenſeretur facere per emulationem. l. opus. ff. de ope. publi.

ARGVMENTVM.

Solum ſuper quo ſtillicidium cadit an illius ſit cuius eſt ſtillicidium ipſum. Quid ſi ſtillicidium protendatur in fundum vicini nonnè incruſtare ſolum & aquæductum facere teneatur ne vicini ædes aut murus putrefiat.

SVMMARIVM.

1 *Solum ſuper quo ſtillicidium cadit, an eius ſit, cuius eſt ſtillicidium ipſum.*
2 *Stillicidium in priuato ſolo proprietatis cauſam denotat: ſecus in publico.*
3 *Stillicidium in dubio an quis iure ſeruitutis, an uerò proprietatis & dominij iure habere cenſeatur.*
4 *Stillicidium habens ſi ſolum ſubtus ſtillicidium poßideat, quòd in eo ædificare, quatenùs ſtillicidiū ipſum protenditur, poßit: ſecus ſi non poßideat.*
5 *Dominus ſoli ſtillicidio ſeruientis, quòd ſub ſtillicidio ædificare in ſtillicidij præiudicium non poteſt. & nu. 11.*
6 *Stillicidium habenti aquam in unum locum, per canale deducere minimè licere.*
7 *Stillicidium habenti murum eleuare licitum eſt.*
8 *Stillicidium arctari poteſt: protendi uerò non niſi cum domini prædij ſeruientis conſenſu poteſt.*
9 *Stillicidium ſi inter duas domos labatur, quòd ſtillicidij dominus ſolum incruſtare teneatur.*
10 *Stillicidium habenti an & quando liceat in inferioris muris parte oſtium facere.*

Quæſtio CCCCC.

QVAERITVR an ſolum vbi cadit ſtillicidium dicatur illius, qui habet ſtillicidium
ſiue ſit ſolum priuatum, ſiue publicum: & an teneatur incruſtare ſolum ſeu mundare, & facere aquæductum ſuis ſumptibus ne putrefiat murus vicini: Et ſi in loco ſtillicidij poſsit fieri ædificium ad præiudicium ſtillicidij: & quale ſpacium debeat dimitti: & ſi poſsit fieri hoſtiū, aut aliquid poni pro concurrēti rigore ſtillicidij. Et in effectu videtur dicen-
1 dum † quòd ſolum vbi cadit ſtillicidium ſit illius,
qui habet ſtillicidium. l. fi. §. Lucius. ff. de ſerui. vrb. præd. quia talia ſtillicidia denotāt cauſam proprietatis & dominij: ſecundum Bald. Flori. ibi. Et hoc quando nō apparet de impoſitione ſeruitutis: aliàs ſecus: quia tunc non haberet ſtillicidium propter dominium ſoli inferioris, ſi propter ſeruitutem appoſitam, quæ nō ſe extendit ad dominium. l. ſeruitutes. §. ſtillicidium. ff. de ſeruitu. vrban. prædio. ibi: quia in noſtro magis. &c. ſecundum Cæpo. in dict. tract. ſerui. vrba. prædio. in tit. de ſeru. ſtill. auerten-
2 di & non auerten. in ix. q. † Et licèt ſtillicidium de-
notet cauſam proprietatis in ſolo priuato: ſecus in ſolo publico. quia licèt locus inferior ſub ſtillicidio nō eſſet domini ſtillicidij, poſſet tamē aliquid poni vſque ad ſtillicidium. d. l. ſeruitutes. §. j. ſecundum Cępo. vbi ſuprà & ſuper hoc eſſet ſtandum conſuetudini, ſecundum ipſum. l. an in totum. C. de ædific.
3 priua. † Et in dubio an præſumatur iure ſeruitutis
ſtillicidij, an verò iure proprietatis & dominij inquantùm ſe extendit rigor ſtillicidij. Cæpo. in d. ix. q. diſtinguit quis poſsideat: quia ſi dominus areæ poſsideat ſubtus ſtillicidium ibi faciendo ortum, vel tenendo, aut aliàs: tunc ille qui habet ſtillicidiū præſumetur iure ſeruitutis, & econtrà ſi ille qui habet ſtillicidium poſsideat illud ſolū inferius præſumetur iure dominij vel proprietatis: Et eſt vtile ſcire: quia ſi ille qui habet ſtillicidium poſsideat ſo-
4 lum inferius præſumetur iure dominij, † & poterit
facere ponticellum vel caſellam neceſſariam vel foueam cauam vel feneſtram, aut ſerratam quatenus ſe extendit rigor ſtillicidij tanquàm in ſuo, aliàs ſecus. l. altius. C. de ſerui. & aqu. ſecundum Cępo. vbi ſuprà. veruntamen quando quis habet ſtillicidium tecti ſuper ſolum alterius ſiue iure ſeruitutis ſiue iure dominij non eſt licitum alicui ædificare ſubtus ſubgrundam ſtillicidij tecti quando impediretur caſsitatio tecti. dict. l. final. §. final. ff. de ſeruitu. vrb. prædio. & ibi per Ang. Et hoc quatenùs rigor ſtillicidij patitur: vt ibi habetur, & per Cæpol. vbi ſuprà, aliàs vbi non eſſet ſtillicidium, & quis haberet palatium vel domum iuxta ortum alterius, & haberet feneſtras dimiſſo legitimo ſpacio quis poſſet ædificare in orto ſuo, & obſcurare feneſtras: ſecundum Ang. in l. qui luminibus. circa finem. ff. de
5 ſerui. vrba. præd. † Et quòd dominus areæ, ſeu ſoli,
vbi cadit ſtillicidium non poſsit ædificare ad præiudicium ſtillicidij. facit l. ſeruitutes, quæ in ſuperficie. §. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrb. pręd. & ibi Ange. ſecus ſi non præiudicet ſtillicidio: quia dominus areę poterit ædificare. d. l. ſeruitutes. §. qui in area. & ibi
6 etiam not. Ang. † nec poteſt ille qui habet ſtillici-
dium conducere aquam ad vnum locum per canale: quia aqua eſſet groſsior & magis impetuoſa cū deſcenderet inferius. d. l. ſeruitutes. §. ſi ſeruitus. verſic. ſi anteà. ſecundum Cæpo. in dicto tractat. ſeru.
7 vrb. prædi. in tit. de ſerui. ſtilli. auerten. in iij. q. † Et
pariter ille qui habet ſtillicidium benè poteſt eleuare murum vbi cadit ſtillicidium: quia aqua quādo deſcendit de alto cadit leniùs, & interdum ex vi venti non cadit directò inferiùs, ſed non poteſt inferiùs deprimere: quia aqua tunc fortiùs deſcenderet. d. §. ſi ſeruitus. ſecundum Cæpol. vbi ſuprà q. iij.
8 Et † pariter ille qui habet ſtillicidium per duos pedes, non debet ampliare vltra: ſed econtrà benè poſſet retrocedere: quia ſeruitus efficeretur leuior. d. §.
9 ſi ſeruitus. ſecundum Cæpol. vbi ſuprà q. iiij. † Et
quādo quis habet ſtillicidium inter domum ſuam, & domum vicini, & ſtillicidium cadit inferius, in medio: tunc tenetur incruſtare ſolum vbi cadit ſtillicidium, vt aqua habeat conductum, ne afferat damnum vicino: ſecundum Cæp. in tit. de pariete ſeu muro, in ij. col. allegat l. fiſtulam. ff. de ſeruit. vrba. præd. vbi fit mentio de humore aquę ne noceat muro, & l. fiſtulas. ff. ſi ſeru. vend. vbi fit mentio quando quis habet fiſtulas ſeu canale ad conducendum aquam in viam publicam. dum tamen non præiudicaret paretio, vti quando tales fiſtulæ eſſent ruptæ, ita quòd inūdat parietem vicini, poteſt experiri ne liceat ex meo flumina in tuum parietem fluere. Et ſic à contrario quando tales fiſtulæ ſeu canalia eſſent ſecura; ſi cuti de lapide aut plumbo, ita ꝙ non immineret periculum poſſet cōduci aqua ad viam publicam: l. j. §. ſi quis cloacam. ff. ne quid in loco
10 publ. † Sed reſpectu oſtij, an qui habet ſtillicidium
poſsit facere in parte inferiori muri oſtium pro veniendo ad illum locum, & videretur dicendum ꝙ ſic, quando tendit ad viam publicam. d. l. fi. §. fin. ff. de ſerui. vrb. pręd. vel quando ſtillicidium eſt inter duos muros, ita quòd aqua non poteſt habere curſum, &

ſum, & marceſtem, & deſtruere fundamenta parietis, aliàs ſecus, quando afferret vtilitatem, nec eſſet neceſsitas, ſed daretur occaſio tranſeundi per fundum vicini, quod non eſt permiſſum. l. diuus. ff. de ſeruit. ruſtic. prędio. & hoc tenet Cępo. in dict. tractat. ſeruit. vrbano. predior. in titu. de oſtio. & ita limitat per ipſum dicta in titu. de pariete ſiue muro, in ij. col. verſi. ſed nũquid vicinus. & maximè quando eſt locus medius priuatus vſque ad viam publicam, qui debet impedire ſeruitutem. l. qui ſella. §. fi. ff. de ſerui. ruſti. pręd. & iſtud probatur in d. l. fin. §. fi. ff. de ſeruit. vrba. prędi. ibi, neque itineri vicini noceret. & de hoc etiam fuit tactum ſuprà q. iij. Et
11 licèt † dominus areæ, ſeu ſoli ſeruientis vbi cadit ſtillicidium non poſsit ædificare ad præiudicium ſtillicidij, d. l. ſeruitutes quæ in ſuperficie. §. ſi ſeruitus. & §. fi. ff. ſi ſeruitus vendi. quatenus ſe extendit rigor ſtillicidij, prout ſuprà dictum fuit: verũtamen adhuc vltra ſpacium ſtillicidij quod eſt duorũ, vel trium pedum formã ſtillicidij debet dimitti aliud ſpacium iuxt. l. fi. ff. fin. regun. quia ſi ædificetur murus ſimpliciter, debet dimitti ſpacium vnius pedis, vel ſi ædificetur domus ſpacium duorum pedum vltra ſpacium ſtillicidij: ſecundum Cæpo. in d. tracta. de ſerui. ſtillic. auert. q. viij.

ARGVMENTVM.

Aedificia ſi fiant, vel arbores plantentur iuxta domum vel prædium alienum, ſpacium quale relinquendum ſit.

SVMMARIVM.

1 *L. final. ff. finium regun. enodatio.*
2 *Finium regundorum actio, quòd non niſi pro ruſticorum prædiorum confinibus directè datur.*
3 *Murus crudus quid.*
4 *Murus ex quibus conficiatur.*
5 *Paries quid.*
6 *Sepem uel maceriam ædificaturus, quot ſpatium dimittere teneatur.*
7 *Murum constructurus quòd unius pedis ſpacium dimittere teneatur.*
8 *Domum ædificaturus ſpacium duorum pedum relinquere tenetur.*
9 *Penum aut foueam effodiens, quòd tantum ſpacij quãtum altitudinis erit, relinquere teneatur.*
10 *Puteum qui effoderit paſſum relinquat oportet.*
11 *Ficum aut oliuam ſerens nouem pedes dimittere tenetur. Quid de alijs arboribus.*
12 *Paſſus quinque pedum, pes quindecim digitorum.*
13 *Quid ſi arboris radices tantùm excreuerint, ut fundamentis ædificij noceant.*
14 *Quid ſi arbor pendeat ſuper agrum uicini? Quid ſi ſuper domum?*
15 *Finium regũdorum iudicio in prædijs urbanis, an locus ſit.*
16 *Iudicium finium regundorum locum habet ſi ædificium iuxta ruſticum prædium conſtruatur.*
17 *Domus ſi iuxta prædium ruſticum ædificetur quòd ſpacium duorum pedum dimittere teneatur.*
18 *Inuecta & illata per conductorẽ uel inquilinum in urbanis prædijs tacitè pro penſione domus domino hypothecata ſunt. in ruſticis uerò ſecus, niſi domino ſciente.*
19 *Prædium urbanum uel ruſticum dicitur à prædij qualitate non à loco.*
20 *Inquilinus à domo dicitur: colonus uerò à prædio ruſtico.*
21 *Mænianum unde dicatur.*
22 *Aedificiũ ſi fiat, quòd ex lateribus ſpacij nihil relinquendũ.*
23 *Aedificare in ſua area omnibus liberum ſpacio legitimo dimiſſo.*
24 *Spacium quale in ædificijs dimitti debeat quòd ſtatutis & conſuetudinibus ſi quæ ſint ſtandum eſt.*
25 *L. fin. ff. fini. regun. intellectus.*
26 *Quid ſi paries ligneus conſtruatur, an ſpacium dimittendum ſit.*
27 *Materies ſeu murus crudus ſi ædificetur quòd nullum ſpacium relinquere teneatur.*

Quæſtio CCCCCI.

QVAERITVR quale ſpacium debet dimitti quando fiunt ædificia iuxta domũ priuatam, aut publicam, ſeu prædium vrbanũ, aut iuxta agrum, ſeu fundum ſiue prędium ruſticum, & de ſpacio plantationis arborum & de differentia inter murum, parietem, congeriem: & de differentia inter prædium vrbanum & ruſticum: & ſi iudicium finium regundorum habeat locum in prædijs vrbanis. Et cui ſpectet ſpacium quod dimittitur in ædificijs: & quando ædificia fiunt de latere an requiratur aliquod ſpacium. Et in effectu tex. in l. fi. ff. fi. regũ. quę fuit gręcè edita Athenis per Solonẽ, & interpretatio vulg. in latino, ibi, ſi quis ſepem. ſecundum gloſ. ſuper verb. ita eſt. & qñ quis vult effodere ſepẽ vel maceriem iuxta alterius regionẽ, terminum non excedat. & ſecũdum Flor. ibi d. l. fi. poteſt
1 intelligi dupliciter. † primò quãdo ædificatur in vrbe ſeu prædijs vrbanis, & tunc obſtant contraria formata in glo. Secundo modo intelligitur, quãdo ædificatur iuxta agrum ſeu prędiũ ruſticũ, & tunc ceſſabũt cõtraria, & iſte intellectus videtur verior: quia loquitur de hac actione finium regundorum,
2 quæ non † datur niſi pro confinibus prędiorum ruſticorum. l. iiij. §. hoc autem iudiciũ. ff. fin. regun. ſaltẽ directò: quia vtiliter benè daretur pro confinibus prędiorum vrbanorũ. l. ij. cum ibi no. ff. fin. reg. & l. j. C. de interd. & intelligendo de prędijs ruſticis illa verba in d. l. fi. ibi, iuxta regionem alterius, intelliguntur iuxta prædiũ ruſticum alterius. Et pariter terminum nõ excedat quãdo ædificat ſepẽ, quæ dicitur cluenda gracilis nemorũ, vel de palicio, vel
3 maceriẽ ſeu materiã, q̃ dicitur † murus crudus, de la
4 pidibus, ſine gipſo, calce ſeu cimẽto: ſed ecõtrà † murus dicitur factus de lapidibus cũ calce ſeu cimẽto. l. quæ ad rationẽ § paries. ff. de verb. ſign. ſecũdum glo. in d. l. fi. ff. fin. reg. ſuper verbo murũ. & pariter
5 paries † dicitur murus de lapidibus ſine cimẽto. d. §. paries. ſecundũ gloſ. in l. ſi precario. ſu per verb. in tuo. ff. com. pre vrb. & in l. æde ſacra. §. j. ff. de contr. empt. & non debet excedere terminũ: quia ſecundũ
6 Flo. in d. l. fi. debet ædificare † ſepem aut parietem de lapidibus ſine cimento in ſuo terreno, & nõ te-
7 netur dimittere vltra ſepem vel maceriẽ. † Et quando quis ædificaret murũ de lapidibus cũ cimento ſeu calce vulgariter dicto morterio in hijs partibus tũc debet dimittere ſpacium vnius pedis iuxta a-
8 grum ſeu pratum alterius. † Et ſi ædificet domum,
9 debet dimittere ſpacium duorum pedum. † Si autem effoderit ſepulchrum aut foueam, tunc debet dimittere tantum ſpacium ſicut eſt de profundi tate. Nec obſtat l. tenetur. §. ſi locum. ff. de actioni. empt. vbi quis emerat locum ſepulchri, & venditor

per prius fecerat ædificium non dimiſſo ſpatio: &
emptor non gaudet beneficio d. l. fi. quia tempore
ædificationis non habebat ius inferendi: vt ſecun-
dum gl. ibi, emptor poteſt experiri alternatiuè con-
trà venditorē, actione ex empto ad intereſſe, vel vt
tollatur ædificiū. & ſecundū Barto. in d. §. ſi locum.
venditor quando facit rem deteriorē antequàm tra
dat tenetur. vel ſecundum Alber. venditor tenetur
tollere ædificium vel ad intereſſe. Nec obſtat d. l. fi.
ff. fini. regund. quia loquitur quando ædificatur ſe-
pulchrum propè aliud ædificium. ſed in dicto §. ſi
locum. eſt econtrà: quia fuerat ædificatum aliud
ædificium propè ſepulchrum, & hoc ſentit Salic. in
d. §. ſi locum. quia vēditor ædificauerat iuxta ſepul
chrum, magis quàm conuenerat. & Paul. de Caſtr.
quando venditor antequàm tradat faciat aliquid
in re vendita vel circa rem venditā poteſt compelli
10 vt deſtruat: † ſi autem quis effodiat puteum iuxta
regionē alterius tenetur dimittere de ſpatio vnum
11 paſſum. † Et ſi plantet oliuam aut ficum debet di-
mittere nouem pedes: ſi autem plantet alia ligna
arborum duos pedes. dict. l. fi. & ſecundum Flor. in
12 d. l. fin. † paſſus dicitur quinque pedum, & pes xv.
digitorum. ſecundum Iſido. vt refert gloſ. in c. ſicut
antiquitus. xvij. quę. iiij. Et qualiter debeat fieri di-
numeratio paſſuum, pedū, leucarum, dietarū habe-
tur per glo. & doct. in l. j. ff. ſi quis caut. & in l. iij. ff.
de verbo. ſignif. & ibi Batto. quòd in talibus debet
attendi conſuetudo. & in l. continuus. §. cùm ita. ff.
de verbo. oblig. aliàs aliquid ſcripſi in ij. vol. cauſa.
arduarum in quodam tract. arbor. q. v. circa fi. dicti
voluminis. & Flor. in d. l. fi. extollit cōſiderationem
quam habuit legiſlator in ædificando. & inter cæ-
tera ſtatuit terminum duorum pedum in ædifican-
do domum. Nec obſtat d. l. j. C. de interd. vbi atten-
13 ditur qñ arbor † plantata emiſit radices, & nocent
fundamento domus, & ſic attenditur ſi noceat vel
nè: quia ſecundum Flor. in d. l. fi. intelligitur quādo
quis à principio legitimè plantauit arborē dimiſſo
ſpacio: ſed ex poſtfacto radices creuerunt ſubtus
fundamētum domus: quo caſu attēditur ſi noceat:
ſecus ſi à principio illicitè plantauerat non dimiſſo
ſpacio: quia tunc totum euelleretur. ſecundū gloſ.
in d. l. j. C. de interdi. in fin. & ibi ſequuntur Ioann.
14 Fab. Albe. & Salic. † Si verò arbor penderet ſuper
agrum vicini, tunc debet denuntiari domino arbo
ris, quòd coerceat ramos arborum à terra per xv. pe
des, aliàs poſſet propria authoritate euellere: ſed
quando arbor pendet ſuper domum debet euelli à
ſtipite. l. j. §. ſi arbor. & §. deinde. ff. de arbor. cęd. l. ſi
plures. §. ſi arbor. ff. arbo. furt. ceſa. & de ratione dif
ferentiæ vide Cin. & Bal. in d. l. j. C. de interd. & per
Cæpo. in tract. ſerui. vrb. præd. ſub titulo de arbo. &
15 licèt † in prędijs vrbanis propriè non habeat lo-
cum iudicium finium regundorum: quia ædificia
dicuntur vicina, & plerunquè diſcernuntur com-
munibus parietibus. l. ſed & loci. §. hoc iudiciū. ff. fi
nium regund. tamen in ortis & prędijs ruſticis exi-
ſtentibus in vrbe quando non dependent à domo,
nec deſeruiunt, ſed deputantur ad cloſturam & red
ditum, habet locum iudicium finium regūdorum:
vt ibi habetur, & hoc ibi not. Flor. & pariter in præ
dijs vrbanis haberet locum vtile iudicium finium
regundo. ſecundum Odofr. vt ibi refert Flor. vnde
glo. in l. ij. eo. tit. dat plures ſolutiones. Primò quan
do interuenit ædificium datur vtilis, non autem di-
recta: vt in d. §. hoc iudicium. vel ſecundò in d. l. ij.
ædificium non erat cauſa habitandi: vt l. eo iure. §.
ſtabula. ff. in quib. cau. pig. vel hypo. tac. contr. pro
hoc facit l. vrbana. ff. de ver. ſigni. quia attenditur ſi
ædificium ſit cauſa habitandi: quia tūc dicitur vr-
banum, licèt ſit in rure. facit c. is qui. de ſepul. li. vj.
vbi interdum quis vadit ad habitādum in rure cau
ſa recreationis vt ibi, vel vt ruralia exerceat. vel ter
tiò, ſecundum gloſſ. in d. l. ij. vnus habet prædium,
alter ædificium, & ſic datur vtilis ibi. in d. §. hoc iu-
dicium. erat vtrunque ædificium, vnde non datur,
16 & ſic ſecundum iſtam ſolutionē † quando cōſtrui-
tur ædificiū iuxta prędiū ruſticū, habet locum hoc
iudicium: quia ſi cōſtruatur murus iuxta prædium
ruſticū debet dimitti ſpaciū vnius pedis, ſi verò con
17 ſtruatur domus † iuxtà prędiū ruſticū, debet dimit
ti ſpacium duorū pedum: iuxtà d. l. fi. ff. fin. reg. vel
quartò ſecundum glo. in in dict. l. ij. vtrunque ædi
ficiū erat ruſticum, ſed loco termini erat ædificium
& iſto caſu quando ædificium fit ad clauturā, ſeu
caſu limitis & bornæ, non eſt licitum ædificare in
dicto ædificio per alterum parietiorum altero inui-
to: ſecundum Cępo. in d. tract. ſeruit. vrbæ. prædior.
titulo de pariete ſiue muro, circa finem: niſi aliter
ex conuentione partium caueretur. l. cum duobus.
§. item Mela. ff. pro ſoc. & quando ædificium eſt lo
co termini ſeu limitis, vidi vt plurimū vti in limiti-
bus territoriorum, quòd apponuntur pilloni lapidum
talliatorum cum armis vel ad modū crucis, & com
petit iudicium finium regundorum. & licèt in text.
in d. l. eo iure. §. ſtabula. ff. in quib. cau. pig. vel hyp.
ſolui, dicatur quòd ſtabula quæ non ſunt in conti-
nentibus ædificijs non multum differunt ab vrba-
18 nis ædificijs: tamen ſecūdum glo. differunt † quia
in vrbanis prędijs inuecta & illata per inquilinum
ſeu conductorem ſunt tacitè hypothecata domino
etiam ignorante: ſecùs in ruſticis prædijs, niſi domi
no ſciente: vt ibi habetur. l. item quia. ff. de pact. &
l. certi iuris, C. de loca. & condu. & de ratione diffe-
rentiæ ibi habetur per gloſſ. & Doctor. Nec obſtat
l. vrbana. la ſecunde, ff. de verborum ſignification.
vbi vrbanum prędium non locus, ſed materia fa-
cit. Et ideò vrbana ædificia dicuntur non ſolùm in
oppidis, ſed etiam fortè ſtabula meritoriæ volupta
tis cauſa in villis vici dicuntur. & etiam orti quan-
do ſunt in ædificijs dicuntur vrbana prędia: ſecus ſi
ſunt in redditu & vinarij & olitorij, quando ſunt
in redditu magis non ſunt vrbana. quia reſponde-
tur ſecundum gloſſam in dicto §. ſtabula. quòd in
dicta l. vrbana. loquitur de ſtabulis quæ iniuncta
ſunt ædificijs, & gratia habitandi. facit l. prędijs. ff.
de legatis tertio. vel ſecundum gloſſam in dicto §.
ſtabula. vrbanum prędium hic ſtrictè accipitur
pro eo tantùm quod eſt in vrbe. prima verior eſt, ſe-
cundum gloſſam: ſed Bartolus in dicto §. ſtabula.
poſt Nicolaum Matheſilanum tenet, quòd in
textu ibi, non multum differunt ab vrbanis, quòd
in nihilo differt per iura ibi allegata, & ſecundum
gloſſam in dicta l. vrbana. ædificia vrbana dicun-
tur ſiue in ciuitate ſiue in villa. §. prędiorum. inſtit.
de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. l. j. ff. com-
munia prædior. nam prędium ruſticum, vel ſubur-
banum

banum,quod ab vrbanis nõ loco ſed qualitate ſecernitur.l.ſi prędium.C.de pręd.mino.vnde ſecundum glo.pro eodem ponitur ruſticum & ſuburbanum:vel ſuburbanum eſt quod eſt iuxta vrbanum: vt orti in ciuitate.& ſecundum gloſſ.vrbanũ poteſt eſſe in rure & in ciuitate,& ecõtrà, ruſticũ poteſt eſſe in ciuitate & extrà:vnde ſecundum Cyn. in d.l.ſi
19 prædium.† prędium ruſticum vel vrbanum non dicitur à loco ſed à qualitate prędij:& ideò moderni reprobant glo.in l.emptorem.C.locat. & in §.item ſeruiana.inſt.de acti.quę tenet,quòd colonus dicitur in rure,inquilinus in ciuitate:quia colonus etiã poteſt dici in ciuitate,& ecõtrà,inquilinus in rure, ſecundum qualitatẽ ædificij:& ita etiã tenet Albe.
20 in d.l.ſi prędiũ.† quia inquilinus dicitur à domo, etiã ſi ſit in rure,ſiue in ciuitate:& econtrà,colonus dicitur reſpectu prędij ruſtici, ſiue ſit in rure ſiue in ciuitate.& ibi etiã ſequitur Sali.idem Sali.in d.l.eo iure.§.ſtabulam. tenet ꝙ quando ſtabulum eſt deputatum ad vſum patris ſit pro equis, quòd cẽſetur prędium vrbanum : ſecus ſi ſit deputatum pro alijs animalibus ad vſus rurales , vel pro macello , quia erit ruſticum. Nec obſtat pręmiſsis l. męniana. C. de ædif.priua.vbi quando vult ædificare iuxta ædificium priuatum debet dimittere ſpaciũ x. pedum. & ſi iuxtà ædificium publicum debet dimittere ſpacium xv.pedum:quia ad hoc reſpondetur:ſecũdum glo. in d.l.fin.ff.finium regundo.quòd quidam dicunt.d.l.fi.corrigi per d.l.męniana. alij dicũt quòd d. l. męniana. loquitur in męnianis ſiue ſolarijs. in d.l.fin.loquitur in cęteris ædificationibus,vel conſtructionibus,quod eſt eſt verius, cùm non debeamus ſic promptè legem corrigere: vt in auth. quib. modis natur.effi.ſui.§.tribus.colla.vj. velut ibi, vel hîc non iuſta habetur differentia: ibi,ſic.gloſ.verò
21 in d.l.męniana.exponit † męniana,ideſt ſolaria:vt ff.ne quid in loco publ. l.ij.§.cùm quidam.& ibi fit mentio de velo,quod ponitur in męniano: quia velat lumen. & dicitur męnianum à męnibus. l. malum.§.j.ff.de verbor.ſignif.& dicitur velum de panno,vel alia materia, quando nocet luminibus priuati:quia competit vtile interdictum.d.§.cùm quidam.& ibi glo.vnde gloſſ.in d.l.męniana tenet, ꝙ dict.l.męniana.loquitur quando fit opus iuxta ædificia.ſed dict.l.fina.ff.finium regun.loquitur quando fit opus iuxta agrum vel ſepem: & ideò ſtatuitur aliud ſpacium quod in dict l.męniana.glo.in d. l.męniana. in fin.tenet quòd d.l.męniana.non ſeruatur.Io.Fab.ibi tenet, quòd loquitur in ædificijs męnianis,aliàs ſolarijs.nam inter domũ & domum priuatas ſufficit dimittere duos pedes. Ang. ibi te-
22 net † quãdo ædificia ſunt ex obiecto, debet dimitti ſpaciũ:ſecus ſi fiant ex latere: quia tunc nõ requiritur aliquod interuallum . & ideò ſecũdum ipſum videmus habitatores domorũ habere muros communes.Sali.ibi tenet quòd loquitur in ædificijs męnianis.Et licèt in l.Imperatores.ff.de ſeruit.vrban.
23 pręd. † dicatur quòd ſit licitum liberè ædificare in ſua area dimiſſo ſpacio legitimo à vicina inſula:tamen ſecundum glo.ibi, debet dimitti ſpacium: iuxtà d.l.męniana.C.de ædif.priu. Nec obſtat l. fin.§. cũ autem.C.de ſeruit.vbi prohibetur ædificari iuxta aream vicini vbi triturantur blada ſeu ſeceſsiantur quando alibi non poteſt haberi: quia eſt ſpeciale in caſu illo,vbi cẽſetur impoſita ſeruitus ipſo iure,ſecundum communiter doct. de iſta materia habetur per Cæpo.in tit.de męnia.in tract.ſerui.vrba.
24 prędi. & ibi tenet † quale ſpatiũ debeat dimitti in ædificijs,ſiue priuatis,ſiue publicis debet ſtari ſtatutis & conſuetudinibus locorum ſi quæ ſint. l.j. & l. an in totum.C.de ædif.priua.ſecundum glo. in d.l. j.& in rub.C.quæ ſit lon.conſu. de iſta materia etiã habetur per eundem Cępo.in d.tract.ſerui. vrb.prædi.in tit.de pariete ſeu muro, & ibi primò ponit differentiam inter murum & parietem,iuxta l.quæ ad iura pertinet.ff.de verb.ſign.deinde tractat de intellectu dict.l.fi.ff.fini.reg.& d.l.męniana.C.de ædifi.
25 priua.& tandem tenet † quòd d.l.fin.habet locum ſiue ædificetur iuxta prædium ruſticum ſiue vrbanum,& quòd d.l.męniana.loquitur in ædificijs męnianis ſeu ſolarijs.& d. l.final.in alijs ædificationibus ſeu conſtructionibus.& ita tenet gloſ. in d.l.fi.
26 & Azo.in ſum.C.de ædif.priua. † Quid autem in pariete ligneo an ſit licitum conſtruere etiam non dimiſſo ſpacio etiam affringendo in via in ſuis confinibus.& idem Cępo.tenet quòd ſic ad ſimilitudinem volentis conſtruere ſepem aut maceriem: iuxta d.l.fi.& ibi murus vel domus ædificiũ, illud ſpacium quod dimittitur remanet priori domino qui reliquit ſpatium:ſecundum Cępo.in d.tit.de parie. ſeu muro.iij.col.& pariter in d.titu.de męnia. tenet opinio. Ang.in d.l.męniana.C.de ædif.priu.quando ædificantur domus à latere nõ eſt neceſſe dimittere aliquod ſpaciũ:ſecus ſi fieret ab obiecto . & de materia cuius ſit illud ſpacium quod dimittitur inter duas domos à latere vel à poſteriori & de via vicinali ex collatione fundorũ,ſi poſsint claudi.iuxta l.ij.§.viarum.& §.vicinales.ff.ne quid in loc.public.vide per Cępo.in tract.ſerui.vrba.prędio. in titu.de ingreſſu ſeu introitu. & pariter de ſtabulo habetur in eodem tract.tit.de ſtabulo.& facit gloſ. in l.palam.in prin.ff.de rit. nupt. & de differẽtia inter maceriem quæ dicitur murus ſiccus ſeu crudus,qui poteſt fieri in confinio non dimiſſo aliquo ſpacio ſicut de ſepe dicitur: iuxta l.fi.ff.fin.regund.& murum qui fit cum calce & cimento vbi debet dimitti ſpatiũ:vide per Cęp.in eod.tract.in tit. de macerie.

SVMMARIVM.

1 *Materies domus in mea curte poſita me inſcio, quòd propria authoritate tollere poſſum.*

Quæſtio CCCCCII.

QVAERITVR quando interponitur aliquis attractus ædificij in curte alicuius, an dominus poſsit remouere propria authoritate, & præſertim quãdo ibi eſt interpoſitus per modũ precarij.
1 † Et videtur dicendũ quòd ſic. l. quemadmodum.§.j.ff.ad le. Aqui.cui l.ſi inter. §.qui ad ianuã. ff.quòd vi aut clam.etiam quis poteſt tollere propria authoritate ſine denuntiatione: ſecundum gl. in l.ſi precario.ff.com.præd.& hoc quando lapides aut calcis vel arena ſeu tigna fuerũt poſita ſine voluntate domini,aliàs vbi interueniſſet voluntas domini deberet priùs denunciari, ꝙ moueãtur aliàs dñs teneretur ad intereſſe: ſecundũ Pau.de Caſt.in d.l.ſi precario.& in dubio qñ dominus cõſentit,ꝙ attractus ponatur in ſuo, hoc videtur potiùs iure precarij quàm iure donationis ſeruitutis: ſecũdum

Ang.in dict.l.ſi precario.de quo latiùs per Cep. in tractatu ſaruitutum vrbanorum prædiorum. in titulo de materia.

SVMMARIVM.

1 *Operarijs ædificiorum armaturam in muro uicini ponere, ſi aliter commodè fieri non poteſt, licere: ſecus in fundo uicini. & nume.2.*

Quæſtio CCCCCIII.

QVAERITVR an ſit licitũ operarijs ædificiorum ponere armaturas ſeu chaphalia & appodiare in muro ſeu fundo ſuprà ſolũ vicini cau-
1 ſa ædificandi. † Et videtur dicendũ quòd ſic, quando aliter commodè fieri non poteſt.l.refectionis.ff. commu.prædio.pro quo etiam facit l.ſi iter.ff.ſi ſeruit.vend.& l.veteres.ff.de itine. actúque priuat. Et
2 licèt† ſit licitum appodiare armaturam in muro vicini in caſu neceſsitatis:ſecus in fundo vicini:ſecũdum aliquos, vt ibi requieſcat: ſed bene poteſt ponere ad tempus ex cauſa neceſsitatis, prout ſupradictum fuit:ſecundum Cæpo.in dicto tractatu ſeruitutis vrba.prædio.in titu.de armatura.

ARGVMENTVM.

De ſurreptionis exceptione contra literas gratię:& an ſit iuramento ſtandum.

SVMMARIVM.

1 *Homicidij pœna capitalis.*
2 *Homicidium in dubio doloſè factum præſumitur.*
3 *Animus occidendi ex gladij & loci uulneris qualitate præſumitur.*
4 *Aggreſſoris iuramento quòd animum occidendi non habuerit non ſtatur.*
5 *Quando duo uulnerauerunt & uulneratus in fata ceßit, quomodò teneantur.*
6 *Contra cautelam cuiuſdam aduocati.*
7 *Iudices ubi de maleficio conſtat, quòd ſtatim animaduertere teneantur.*
8 *Dominus præſens & gladio accinctus, quòd an ex ſerui, cuius opere utebatur, delicto teneatur. & num.20.*
9 *Vt quis de auxilio teneatur, ſufficit ut gladio accinctus ſit.*
10 *Dominus ex ſerui delicto tenetur, cũ prohibere potuerit, & non prohibuit.*
11 *Iudex ex officio corpus exhumari uiſurus, an uulnera ſint letalia, iubere poteſt.*
12 *Iudex an præſens eſſe debeat in uulnerum uiſitatione.*
13 *Veniæ facilitas incentiuum delinquendi tribuit.*
14 *Surreptione minima ipſo iure, gratiam uitiari.*
15 *Facti qualitates omnes in gratijs exprimendæ ſunt.*
16 *Gratiam impetrans quòd eam iuſtificare teneatur.*
17 *Ad ſui defenſionem facere uidetur, qui incontinenti facit.*
18 *Homicidij uoluntarij pœna mors naturalis.*
19 *Delicta iterata aggrauant.*

Quæſtio CCCCCIIII.

QVAERITVR an exceptio ſurreptionis vel obreptionis impediat interinationem literarũ gratiæ abolitionis homicidij, & ſi in dubio præſumatur homicidium voluntarium ſeu appenſatè, & animo occidendi factum ex qualitate gladij vel loci vulneris: & quãdo famulus ſuperuenit, qui intulit vnum vulnus læthale, an vterque teneantur de homicidio: & ſi ſit licitum offenſo repercutere & inſequi aggreſſorem. & ſi pręſumatur ad defenſionem vel ad vindictam, & ſi ſit ſtandum iuramento alicuius, quòd non habuit animum occidendi, & ſi in aliquo alleuiet quòd aggreſſor ſit homo armiger vtilis in guerra, etiam quando quis habet aliquando cauſam doloris: & ſi ſecundæ literæ ampliationis gratiæ abolitionis debeant interina-
1 ri. Et in effectu de pœna homicidij † quòd ſit capitalis hodie non habita diſtinctione qualitatis perſonarum: facit inſtitut.de public.iudicijs. etiam de iure diuino, quando quis per induſtriam proximum ſuum occiderit, & per inſidias ab altari meo euelles eum vt moriatur. Exod. xxj. & de homicid. capitu.j.& de multiplici ſpecie homicidij habetur.
2 per glo.in capitu. ſicut. le j.de homicid. † Et in dubio homicidium vel aliud delictum præſumitur doloſè factum. l.j.C.ad legem Corneliam de ſiccar. l. ſi non conuicij.C.de iniur.capitu.j.de pręſumptioni.cum ibi notatis. Et ideò ſecundum Inn. malum ſub damnum illatum, ſemper præſumitur factum malo animo, niſi probetur contrarium: facit l. j. §. diuus.ff.ad legem Corneliam de ſiccar.& ideò multò fortiùs quando quis in domo aliena aggreditur aliquem enſe ſeu raperia euaginatũ aut extractum pręſumitur malo animo& doloſè factũ: quoniã pręſumendum eſt contra aggreſſorem, & qui primò prouocat & euaginat gladium.l.j.§.cùm arietes.ff. ſi quadrup.paupe.feciſ. & ibi per gloſſ. & doctores & per Florianum in l.ſcientiam. §. qui cùm aliter. ff.ad leg. Aq.facit l.quoniam multa facinora.C.ad
3 legem Iuliam de vi publ. † & etiam ex qualitate gladij, vel etiam loci vulneris in capite præſumitur animus occidendi, & licèt quando inferuntur plura vulnera, & per plures illata debeat inſpici ictus vnius cuiuſque.l.fin.ff.ad legem Corneliam de ſicarijs. tamen quando delinquunt ex propoſito omnes tenentur: ſecundum Baldum ibi & pariter pręſumitur animus occidẽdi ex tractura cutelli, quem quis defert ad latus: ſecundum Angelum in dicto §.diuus. & pariter præſumitur animus occidendi, quando quis comminatur mortem, & erat inimicus: ſecundum Cardin. Flor.in clement. j.de homicid.in xxvj.& xxvij.quæſtionibus. licèt iſtæ coniecturæ ſint arbitrariæ iudici: ſecundum Ioannem de
4 Imol.in dict. clem.j. de homicidio. † Veruntamen non eſt ſtandum iuramento aggreſſoris quòd non habuerit animum occidendi ad præiudicium alterius in foro cõtentioſo: ſecus in foro animę & conſcientiæ: ſecundum glo.in capitu.ſignificaſti. le primo.& cap.ſignificaſti. le ij.de homicid. Nec obſtat gloſſ.in dict.l.j.C.ad leg.Cornel.de ſiccar. vbi probatur animus non occidendi per iuramentum purgationis: quia requiruntur aliæ coniecturæ, quòd fuerit factum ex impetu vti, quia pręcedebat amicitia, vel affinitas, vel conſanguinitas de quo ibi per Ange.& licèt quando dominus prius intulit vulnera in capite: tamen quãdo ſuperuenit ſacculus qui intulit vulnus à latere ex quo citiùs moritur: tamẽ primus etiam tenetur de occiſo.l.ita vulneratus. ff. ad leg. Aqui.& hoc quando vtrunque vulnus eſſet mortiferum ſeu letale, licèt maturiùs moriatur: ſecus ſi primum vulnus nó eſſet letale.l.huic ſcripturæ.§.ſi ſeruus. ff. ad leg. Aquili. Nec obſtat l.item
5 Mela.§.Celſus.ff.ad leg. Aqui.vbi dicitur, † quando primus vulnerat mortiferè & ſecundus exanimauerit,

mauerit, quòd ſecūdus tenetur de occiſo: quia mo-
ritur ex illo vulnere, & primus non tenetur niſi de
vulnerato. Quia ad iſtud reſpondetur: ſecundum
glo. in d. l. ita vulneratus. quia in dict. §. Celſus. non
erat certum an quis fuiſſet moriturus ex primo vul
nere: ſecus quando eſt certum ꝙ quis fuiſſet etiam
moriturus. vnde ſecundum Bal. in d. l. ita vulnera-
tus. mors trahitur ad diem vulneris, & ibi notat,
quòd per fictionem quis fingitur bis mortuus tem
pore primi vulneris, & tempore ſecūdi vulneris. &
6 pariter notat † contra cautelam cuiuſdam iniqui
aduocati, qui dedit conſilium quando quis fuerat
vulneratus mortiferè, quòd occideretur per ſecun-
dum, vt primus liberaretur. ſed iſtud cōſilium non
prodeſt, quando eſt certum quòd primum vulnus
eſſet letale: ſecus ſi eſſet dubium, & quòd præmium
talis aduocati eſſet quòd deberet laqueo ſuſpendi.
7 & ibi in fine notat, † quando conſtat de maleficio,
iudices debent eſſe prompti ad puniēdum, nec de-
bent multum ponderare iuris ſubtilitates propter
fauorem reipublicæ, vt maleficia puniantur. l. lici-
tatio. §. quòd illicitè. ff. de publicanis. vnde ſecun-
dum Florianum in dicta l. item Mela. nota quan-
do præſtatur conſilium ad euitandum primum vul
nerātem vt vulneretur per alium vulneratus vt ma
turiùs occidatur: tale conſilium eſt pernicioſi exem
pli, & ideò non eſt tenendum, qui primus etiam te-
netur de occiſo ex quo primum vulnus eſt letale.
Quinimò de iure canonico etiam ſi primum vul-
nus non eſſet letale ex quo prębuit cauſam mortis,
vterque tenetur de occiſo in foro animæ: ſecūdum
gloſſam in dicto capitulo ſignificaſti. le ſecundo.
de homicidio. Et Florianus in dicto §. Celſus. de
quo etiam per ipſum in dicta l. ita vulneratus. ff. ad
legem Aquiliam. & maximè in caſu iſto licèt famu
lus ſecundò intulerit vulnus letale ex quo matu-
8 riùs moritur: † tamen dominus tenetur ex delicto
famuli ex quo vtitur eius opera, & aſtabat in porta
cum gladio. facit quod habetur in l. j. §. familiæ. &
l. ſi cūm exhibuiſſent. ff. de publican. ſaltem ex quo
dominus non prohibuit cūm potuiſſet prohibere:
& pariter dominus poſt vulnus illatum per ſeruito
rem iterum vulnerauit & percuſſit dictum vulnera
tum, & ſic ex reiteratione prǽſumitur magis contrà
9 dictum aggreſſorem. & ſufficit, † quòd quis ha-
beat arma ad latus vt teneatur de auxilio: quia ma
giſter reddebatur audacior, faciunt nota. per Bar-
tolum in l. ij. in principio, ff. de vi & vi armat. & per
Angelum Aretinum in tractatu maleficiorum. ſu-
per verbo, dictus Andræas arma. & pro pręmiſsis
facit quod decidit Baldus in l. non ideò minùs. C.
de accuſationibus. circa finem. verſiculo ſed iuxta
hoc, vbi loquitur de domino & famulo quādo fuit
illatum vnum vulnus à domino, & alterum vulnus
à famulo, & deinde moritur vulneratus, an domi-
nus teneatur pro principali, vel etiam de auxilio, &
finaliter fuit determinatum quòd dominus ratio-
ne ſui vulneris tenetur vt principalis ex ratione vul
neris famuli de auxilio & ope. Nec obſtat ſi dica-
tur quòd ex iſtis vulneribus non ſequitur niſi vnus
effectus mortis, & ſic quod debet reputari vt vnum:
quia ſecundum ipſum illud eſſet verum quando eſ
ſent illata vulnera ab vna perſona: ſecus ſi à diuer-
ſis & quodlibet vulnus eſt letale: quia quilibet te-
netur inſolidūm. dicta l. ita vulneratus. & ita fuit iu-
dicatum Peruſij, vt ibi refert. & pro prę miſsis facit
10 l. in lege. §. quoties. ff. ad legem Aquiliam. † vbi do
minus tenetur ex delicto ſerui quando potuit pro-
hibere. de quo ibi latè per Florianum. Veruntamen
quia ad iudicem ſpectet cuncta rimari. canon. iudi-
11 cantem. xxx. quæſti. v. † Et pariter iudex ex officio
poſſet facere exhumari corpus defuncti ad viden-
dum, ſi vulnera ſint lætalia: ſecundum Baldum in
l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. & in hoc ſtandū eſt iudi
cio medicorum & ſirurgorum, an vulnera ſint le-
talia vel nè. l. ſemel. C. de re militari. libr. xij. l. j. ff. de
ventre inſpiciendo. & notatur per Bartolum in di-
cta l. finali. ff. ad legem Corn. de ſicca. & in proœm.
fforum. & per canoniſtas in ca. propoſuiſti. de pro-
batio. & in dict. cap. ſignificaſti. le ij. de homicid. &
debet fieri ſuper hoc diligens inquiſitio iudicis oc-
12 caſione dictorum vulnerum. † Quinimò iudex de-
bet eſſe præſens in tali viſitatione vulnerum, aut ſal
tem in relatione medicorum: iuxta notata in ſimili
per Baldum Angelum in l. j. ff. de ferijs. in fine. ibi,
aut vt aſpectu atrox iniuria æſtimetur. & ibi per
Alexand. in l. j. §. ſed excipiuntur. vnde ſuper inte-
rinatione talium literarum gratiæ & abolitionis iu
13 dices debent benè aduertere: nam † facilitas veniæ
incentiuum tribuit delinquendi. cano. eſt iniuſta.
xxiij. q. iiij. circa finem. capit. vt clericorum. de vita
& honeſt. clerico. & ibi Panormit. notat quod iudi
ces non debent eſſe faciles in indulgentia pœna-
14 rum. nam † in literis gratiæ minima ſubreptio vi-
tiat ipſo iure. c. ad audientiam. le ſecund. cap. poſtu
laſti. de reſcrip. & hoc tenet Baldus & Iaſ. in l. præ-
15 ſcriptione. C. ſi contra ius vel vtilita. public. † quia
debet exprimi quęlibet qualitas facti. & ideò quan
do quis impetrat literas abolitionis gratiæ pro ſe-
cundo homicidio tacito de primo, tunc non tenent
tales literæ: ſecundum Bald. poſt Guliel. in l. iij. C.
16 de epiſco. audien. † & ad onus impetrātis gratiam
ſpectat iuſtificare gratiam, ſaltem quòad expreſſa
ſecundum Ioan. And. in cap. j. de lit. conte. lib. vj. in
nouella & per Cyn. in dict. l. præſcriptione. circa fi-
nem, & Pau. de Caſt. in l. ſi quando. C. de dilationi.
vnde aduerſus dictas literas gratiæ abolitionis hæ-
redes occiſi opponebant de ſurreptione & obre-
ptione. Primò inquantùm impetrās expreſsit quan
do intrauit in domo non penſabat in aliquo malo.
Secundò quòd impetrans vidit aduerſarium, qui
ponebat manum in eius enſe ſeu rapperia, & ad fi-
nem ne offenderetur: quia in tali caſu ſufficit ter-
ror armorum: iuxta not. per glo. & doct. in l. j. C. vn-
de vi. & tamen non fuit probatū: ſed potiùs de con-
trario: quia à principio euaginauit enſem: & percuſ
ſit aduerſariū pluribus ictibus reiteratis tā in capi-
te, quā in brachio ſeu manu. Tertiò quia fuit taci-
tum ꝙ impetrās ibat bochiatus cum eius famulo.
Quartò quia fuit tacitum de verbis comminato-
rijs priùs prolatis per dictum impetrantem contra
aduerſarium. Nec obſtat ſi dicatur quòd dictus oc-
ciſus poſtquàm fuit aggreſſus, & vulneratus poſt
dicta vulnera inſequutus fuit dictum impetrātem,
& quòd vulnerauit ipſum, & ſic quòd nō fecit ani-
mo defendendi ſed ad vindictam. l. ſcientiam. §. qui
cūm aliter. ff. ad leg. Aqui. ſecundum glo. in d. l. j. in
fi. C. vnde vi. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd non

fuit legitimè probatum per impetrantem, ſaltem quòd
aggreſſus intulerit aliqua vulnera impetranti: pro-
pterea licitum eſt repercutere incontinenti, quan-
do aliter euadere non poſſet. l. ſi ex plagis. §. taber-
17 narius. ff. ad leg. Aqui. † & in dubio præſumitur fa-
cere ad ſui defenſionem, quando fit incontinenti,
& vt aggreſſor iterùm ipſum non inuadat: ſecun-
dum glo. ibi, de quo etiam per Bart. & Flor. & ma-
ximè quando aggreſſus eſt celatus in aliquo loco:
ſecundum glo. in clem. j. de homici. tunc etiam fuit
tacitum in dictis literis gratiæ qualiter poſt aggreſ
ſionem & vulnera illata dictus impetrans ſe iacta-
uit quòd ipſe percuſſerat ſeu vulnerauerat dictum
aggreſſum taliter quòd nunquàm faceret ictum de
ſuo enſe, aut alia ſimilia verba: facit capit. quàm ſit
graue. de exceſs. prælato. præterea opponebatur, quòd
dictum homicidium fuerat perpetratum dolosè ap
penſatè ex impreſia ſeu per inſidias, ſeu de ſtato pe-
de ſeu certo propoſito, & quòd non eſt ſolitum in
tali caſu cócedi gratiam per ſereniſsimum Regem
dominum noſtrum Delphinũ etiam de ſtylo eius
cancellariæ: multò minùs debet concedi per eius lo
cumtenentem. Sed in contrarium fuit deductum &
iuſtificatum pro parte impetrantis & aggredientis,
quòd ipſe eſt de nobili genere procreatus, bonæ vo-
cis & famæ, bonus armiger, & quod ipſe iam ſerui
uit lógo tempore in armatis ſereniſsimi Regis do-
mini noſtri Delphini, & adhuc de præſenti ſeruit
pro vno homine armigero ſub comitiua cuiuſdam
capitanei, & quòd ipſe portat l'enſeigne, ſeu le
guidon, & ſic quòd eſt iuſta cauſa mitigandi pœ-
nam iuris. l. ad beſtias. ff. de pœnis. Præterea dictus
impetrans quando vidit eius aduerſarium in tali lo
co ſedentem in conſpectu cuiuſdã dominę, fuit mo
tus aliquali calore iracundiæ, & dolore: ita quòd
non potuit ſe reformare, quin percuteret aduerſa-
rium de eius enſe. facit l. ſi adulterium. §. Imperato
res. ff. de adult. & l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad leg. Iuli.
repe. vbi eſt text. ſing. quãdo homicidium vel aliud
delictum committitur à calore iracundiæ, quòd mi
nùs punitur: ſecundum Alex. Ant. de Imol. in apo-
ſtil. ad Bart. & Ludo. de Ro. in l. cùm mulier. ff. ſo-
lu. matr. & Felin. in c. dilecti. de except. etiam ſi do-
lor iracundiæ ſit ortus ex alia cauſa quã ex facto of
18 fenſi: † quia aliàs regulariter pro homicidio volun
tario eſt pœna mortis naturalis. l. iij. C. de epiſc. au-
dienti. ibi, homicida ſeu parricida quod fecit ſem-
19 per expectet: ſecundum Bald. & Pau. de Caſtr. † Et
maximè quando delictum eſt reiteratum: quia ag-
grauat: ſecundum glo. ibi, nam dicitur delictũ reite
ratum dicens ex bino actu: ſecundum Alberic. ibi.
Nec obſtat de famulo dicti impetrantis, quòd intu
lerit vnum vulnus letale: quia non apparet quòd fe
cerit de mandato domini, & ſic non tenetur ex de-
licto famuli. c. cùm ad ſedem. de reſtit. ſpolia. c. quia
præſentatus. j. q. iiij. l. j. §. fami. ff. de public. cum ibi
20 not. † niſi dominus fuiſſet præſens tempore deli-
cti famuli, & potuiſſet prohibere, & nó prohibuit.
l. in lege. §. quotiens. ff. ad leg. Aqu. cum ibi not. per
Flor. & Feli. in c. Petrus. de homici. Et præmiſſa fa
ciunt ad quæſtionem ſuper cauſa interinationis li-
terarum gratiæ abolitionis nobilis Ioannis Falco-
nis contra fiſcum, & nobilem dominum Ioannem
Odonis militem aliàs de Triol fratrẽ, & hæredem
nobilis Ioffredi Odonis occiſi prætextũ homicidij
perpetrati in perſonã dicti Ioffredi tam per dictum
Falconis, quàm per quendam eius famulum voca-
tum le moroz de anno domini 1513. de mẽſe Aprilis
in domo eorundem nobilium coniugatorum vo-
cata de Clerenonorum mandamenti ſancti Ioan-
nis Altaueonis: quia plura obijciebantur aduer-
ſus dictas literas. Et tãdem idem Falconis obtinuit
literas ſecundæ iuſsionis & ampliationis prima-
rum literarum, quæ fuerunt interinatæ, & perpe-
tuum ſilentium impoſitum parti fiſcali, & parti pri
uatæ quò ad hoc reſeruato dicto domino Ioannis
Odonis iure proſequendi eius intereſſe contra di-
ctum Falconis coram curia, dum & quando volue
rit & ſua intereſſe putauerit & vlteriùs dictus Fal-
conis fuit condemnatus erga fiſcum in centum li-
bris turoñ. pro reparatione conſiſtorij Dalphinalis
iuxta edictum Dalphinale, & in alijs centum libris
turoñ. pro remedio animæ defuncti erogandis ar-
bitrio curiæ & aliàs prout pleniùs conſtat actis di-
ctæ cauſæ in manibus magiſtri Ioannis Ventoleti
ſecretarij cauſæ, & reſpectu expenſarum litis nihil
fuit pronuntiatum, quia non fuit petitum, licèt ea-
dem die arreſti ſententię & poſt ipſius prolationem
dictus dominus Ioãnes Odonis frater defuncti de-
derit requeſtam vbi petijt dictas expenſas litis, &
fuit decretum citari partem. verũtamen eadem die
ſententiæ poſſunt peti expenſæ litis & alia acceſ-
ſoria. l. Paulus. la prima. ff. de re iudica. cum ibi no-
tatis. Nec obſtat l. iiij. C. depoſit. vbi lata ſententia
diffinitiua officium iudicis in acceſſorijs conqui-
ſcit: quia ad iſtud poteſt reſponderi, quòd ibi eſt
ſpeciale in odium vſurarum, vel quòd ibi in diffini
tiua loquitur per dictionem taxatiuam tantummo
dò, vel ſecundum Albe. ibi d. l. limitatur ſecundùm
d. l. Paulus. fortè ſupplendo eadem die.

ARGVMENTVM.

De teſtium publicatione.

SVMMARIVM.

1 *Atteſtationes teſtium ſunt de actis cauſæ.*
2 *Depoſitiones teſtium & publicationes, an ſint de ſubſtan-tia proceſſus.*
3 *Teſtibus non niſi publicatis creditur.*
4 *Teſtium publicationem de ſubſtantia proceſſus nõ eſſe Baldus aſſerit.*
5 *Teſtes in curia Romana non niſi in ultima inſtantia publicantur.*
6 *Teſtium publicatio non fit in magno Regis conſilio & curijs ſupremis Galliæ.*
7 *Atteſtationes teſtium ante publicationem, an pars retrahere poßit.*
8 *Teſtium & tabellionum nomina, an & quando edi debent.*

Quæſtio CCCCCV.

QVAERITVR an atteſtationes teſtium & publicatio ſint de ordine ſubſtãtiali pro-
ceſſus, & ſi pars poſsit retrahere atteſtationes te-
ſtium iuratorum parte vocata: & ſi pars aduerſa
rea poſsit petere publicationem teſtium non
obſtante concordia partis actricis, & interuen-
1 te. Et in effectu † atteſtationes teſtium dicuntur de
actis. c. quoniam contra falſam. ibi, teſtium depo-
ſitiones. de proba. & ibi non fit mentio de publica-
tione te-

tione teſtium.ſed tex.in c.cùm I. & A.de re iudica.
ibi,minimè publicatis. Nec videtur probare,quòd
requiratur publicatio teſtiũ, & quòd pars debeat
habere viſionem.capit. qualiter & quando. le ij. §.
debet.de accuſatio.vnde ſecundum glo.in cap. fin.
de hæreticis. lib.vj.ſuper verbo, iudicis debent tra-
di nomina cum dictis, vt poſsit de falſo arguere: &
ſe plenè defendere: tamen ſi hoc omitteretur parte
tacente, non vitiaretur proceſſus.ſed gloſ.in l.pro-
latam.C.de ſenten.& interloc.om.iudi.tenet quòd
2 depoſitiones † teſtium & publicatio ſunt de ordi-
ne iudiciali & ſubſtantiali.ſed Bart. ibi tenet quòd
examinatio teſtiũ & publicatio non ſunt de ordine
ſubſtantiali: quia poſſet ſubſtentari ſententia ſine
teſtibus,& per alias rationes ibi per ipſum adductas
3 de quo etiam per glo.in l.ſolam.C.de teſtib.† quia
non creditur teſtibus niſi publicatis: & ibi videtur
ſequi Bart.& in l.geſta.C.de re iudic.& ibi Bart. ꝙ
dicta teſtiũ non faciũt fidem niſi ſint publicata per
iudicẽ,aut eius ſucceſſorẽ in officio vide per Alex.
in addi.ad Bart.in d.l.prolatam.qui ibi refert plu-
res opiniones:& inter cæteras,quòd publicatio te-
ſtium eſt de ordine ſubſtantiali parte petente,ita ꝙ
ſi omitteretur publicatio teſtiũ,ſentẽtia eſſet nulla.
de quo etiã vide ibi per Bal. Ang.& Paul.de Caſtr.
& per doct.in dict.c.cùm I. & A. vide Bal.in cap.j.
ſi de inueſtit.inter domi.& vaſal.lis oriat.vbi tenet
4 ꝙ † publicatio teſtiũ non eſt de ſubſtãtia proceſ-
5 ſus † & in curia Romana teſtes non publicantur,
niſi in vltima inſtantia,facit capi.fina.de hæretic.
lib.vj.cum ibi nota.& idem in magno conſilio Re-
gis & Parlamenti Franciæ non fit publicatio te-
ſtium.Sed redeundo ad quęſitum ex quo pars pro-
duxit teſtes & iurauerunt & examinati fuerũt par-
6 te vocata † an poſsit retrahere ante publicationem
parte contradicente: & videtur dicendum quòd
non: quia teſtis debet deponere veritatem pro vtra
que parte.l. presbyteri. & authen. ſed iudex.C. de
Epiſco.& cleric.& hoc videtur tenere gloſſ.in l.j.
§.editiones.ff.de edend.in glo.magna circa finem,
ſicuti dicitur de inſtrumento producto: quia facit
fidem contra producentem, & non poteſt retrahi
ſaltem quominùs regiſtretur in actis: ſecundũ Spe-
culato.in titu.de procu.§.ratione. & Bal.in dict. §.
editiones.circa finem:& hoc verum quando fit pro
ductio teſtium aut inſtrumenti in iudicio: ſecus ſi
in camera pro informatione iudicis:ſecundũ Paul.
de Caſt.ibi, de quo etiam ibi per Alexan.de Imol.
& Iaſonem, qui etiam format quæſtionem quan-
do producens inſtrumentum, quòd pars poſſet re-
nuntiare productioni reintegra.l.ſi aduerſarius.C.
de fide inſtrumen.vide gloſſ.in dict.§. editiones. in
7 fine,quę tenet † quòd debent edi nomina teſtium,
& tabellionum quando fit productio inſtrumenti,
niſi eſſet timor ne aduerſarius qui petit edi, ſubor-
naret teſtes:ſed reſpectu productionis teſtium non
debent edi nomina teſtium examinandorum in iu-
dicio.l. non ex omnibus.ff.de arbitr.& ibi per glo.
& Bald.& Specula.in titu.de teſte.§.qualiter. verſi
cu.poſt hoc dubitat,& ibi per Ioan. Andr. in addi.
ad Specula.& ſequitur Alexan.in dict.§.editiones.
circa finem.Nec obſtat glo.ibi in fine,quia loqui-
tur in editione teſtium inſtrumenti producti, qui
debent edi:ſecus in teſtibus producendis:quia non
debent edi aduerſario ante publicationes propter
timorẽ ſubornationis.Et præmiſſa faciunt pro hac
quæſtione ſuper cauſa ſupplicationis nobilis Bata
zardi de monte Albano domini de Burgo contra
nobilem & egregiã dominam Ludouicam de ſan-
cto Præieto relictam domini montis Mauri, & de
Ayſio,in qua cauſa interuenit nobilis Ludouicus
de monte Albano,dominus de Rico bello,& pro-
ducit teſtes vocatis partibus. Et tandem nobiles
Batazardus & Ludouicus concordauerunt,& vo-
lebant retrahere examinationes teſtium dicti inter
uẽti ante publicationem: & dicta domina petebat
fieri publicationem dictorum teſtium,& ita fuit or
dinatum in manibus Meuonis.

ARGVMENTVM.

Papa de fructibus beneficiorũ teſtandi licentiam dare poteſt.

Quæſtio CCCCCVI.

QVAERITVR an Papa poſsit diſpenſare ſeu dare licentiam & facultatem Archiepiſcopo ſeu Epiſcopo vel alteri prelato ſeculari aut regulari ſeu rectori eccleſiæ vel religioſo teſtandi ſeu diſponendi de fructibus beneficiorum, ſeu de bonis mobilibus acquiſitis in tuitu eccleſiæ:& ſi in hoc debeat præferri ſucceſſor in beneficio in bonis ſpolij:& qualiter intelligantur illa verba appoſita in indulto apoſtolico:volumus autem vt in eorundem eccleſiaſticorum diſpoſitione bonorum iuxta quantitatem reſiduum erga eccleſias à quibus eadem percepiſti te liberalem exhibeas, prout conſcientia tibi dictauerit, & animæ tuæ ſaluti videas expedire: & quid iuris quando prælatus habebat plura beneficia. & ideò vt ſecuriùs veritas habeatur,hic inſerũtur verba dicti indulti apoſtolici. Iulius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri Roſtagno Archiepiſcopo Ebrudunẽſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quia præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem,& ea quæ viſibilem habent eſſentiam tendunt viſibiliter ad nõ eſſe, cum hac ſalubri meditatione præmeditans diem cur peregrinationis extremum diſpoſitione teſtamentaria deſiderans præuenire. Nos itaque quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijſque eccleſiaſticis ſententijs cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſiõe vel cauſa latis,ſi quibus vel quomodolibet innodatus exiſtis ad effectum dumtaxat præſentium conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſcentes motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiã: ſed de noſtra mera liberalitate, vt de bonis tuis vndecunque non per eccleſiam ſeu eccleſias tibi commiſſas, aliàs tamen licitè acquiſitis, qui ad te pertinere quomodolibet dignoſcuntur liberè teſtari valeas, ac de bonis mobilibus eccleſiaſticis tuæ diſpoſitioni ſeu adminiſtrationi commiſsis, quæ tamen non fuerunt alterius ſeu alterarum eccleſiarum tibi commiſſarum miniſterio ſeu alicui ſpeciali earũdem eccleſiarum diuino cultu ſeu vſui deputata. Necnon de quibuſcunque bonis mobilibus à te per eccleſiam ſeu eccleſias licitè acquiſitis pro decentibus & honeſtis expenſis tui funeris: & pro remuneratione illorum

habet vim diffinitiuę quando habet perpetuã cauſam abſolutionis: vt quia reus ſoluit actori lite pendente: vt inſtitu. de perpet. & tempo. acti. §. final. & iſto caſu reus condemnatus in expenſis: ſecundum Ioan. Fabr. ibi, Alexand. de Imol. in d. l. ſi vni. aliàs incipit, Pomponius. ff. de re iudic. tenet q̃n non liquet de cauſa & apropinquat tempus inſtãtiæ infrà quòd iudex tenetur ferre ſententiam ſub pœna quòd ſi iudex iuret non liquere de cauſa, quòd iudex poterit abſoluere partes ab obſeruatione iudicij, & euitabit pœnam ſtatuti. glo. in dict. c. ſignificauerunt. in fin. de teſti. tenet ꝙ non dicitur liquere de cauſa antequàm ſit concluſum in cauſa: ita ꝙ ſecundum aliquos acta nõ inducunt notoriũ antequàm ſit concluſum in cauſa: de quo habetur in c. cum olim. de verbo. ſignifi. de quo latè per Feli. in dict. cap. ſignificauerũt. Et præmiſſa poſſunt adaptari ad quæſtionem ſuper cauſa ſupplicationis Petri Reynerij mercatoris Valentiæ contra officiarios curiæ officialatus Valentiæ, vbi dictus Reynerius in ſua ſupplicatione narrauit, quòd intitulabatur in dict. curia ad inſtãtiam procuratoris fiſcalis ſine priuato denuntiatore contra libertates dictæ ciuitatis, de quibus non curauit facere fidẽ: & ideò fuit cõcluſum ꝙ dict. officiarij abſoluerẽtur ab obſeruatione iudicij cum expenſis: aliter ad præſens non declaro: quia nodum eſt publicata ſententia.

ARGVMENTVM.

Qui contractus ſint permiſsi inter virũ & vxorem.

SVMMARIVM

1 *Contractus omnes inter uirum & uxorem permiſſos eſſe regulare, donatione excepta.*

2 *Vxor à uiro rem etiam immobilem emere poteſt.*

3 *Societas inter uirum & uxorem matrimonio conſtante iniri poteſt.*

4 *Mulier nubendo, an omnia bona ſua in dotem conſtituere uideatur.*

5 *Bona paraphernalia alienari non prohibentur.*

6 *Vir in bonis paraphernalibus fructus ſuos non niſi quatenus de uxoris uoluntate expenderit, facit.*

7 *Quid ſi uir & uxor in eodem inſtrumento de re uxoris acquirant.*

8 *Mulierem beneficio authenti. Si qua mulier. C. ad Velleia. renuntiare poſſe Ioan. Fabr. tenet.*

9 *Maritus pro uxore ſe obligare non prohibetur.*

10 *Vir & uxor in eodem inſtrumento uendens, ualet contractus, & quilibet pro quota tenetur.*

11 *Quid ſi mulier principaliter ſe obliget, & maritus intercedat.*

12 *Maritus & uxor ſi ſe ſimul obligauerunt, ita ut mulier ipſo iure non teneatur, an maritus inſolidùm teneatur uel in nihilum.*

13 *Vir & uxor quando pro uno tertio in eodem inſtrumento principaliter obligato intercedunt, & mulier Velleiani beneficio renuntiauit, an locus erit authen. ſi quis mulier.*

14 *Quid ſi uir uendit & mulier ſe obliget cum uiro iuri hypothecarum renuntiando.*

15 *Mulier ſi confiteatur in eodem inſtrumento pecuniam in utilitatem ſui conuerſam fuiſſe, an ſine alia probatione ſufficiat.*

Quid ſi confiteatur coram iudice & in forma iudicij. & numer. 17.

16 *Maritus & uxor rem dotalem uẽdentes ſi pretium recepiſſe confiteãtur: & ſoluto matrimonio mulier totam ſummam repetat, an repellatur & nume. 19.*

18 *Mulier ſi pro dote filiæ uiro adſentiente nonnihil dederit, ualet donatio.*

20 *Mulier ſi emit fundum de mariti pecunia, fundus pretij loco non niſi in ſubſidium uenit.*

21 *Quid ſi maritus emat de pecunia dotali conſentiente uxore.*

22 *Maritus qui uxore conſentiente & iurante rem dotalem uendidit, ſoluto matrimonio pretium uxori reſtituere tenetur.*

23 *Quid ſi maritus uendat ſine uxoris conſenſu.*

24 *Rem pretij loco non ſuccedere regulare. fallit in uiro & uxore. Item in officiali emente de pecunia domini: & ad finem uſque, & quando pretium loco rei ſuccedat.*

25 *Pater & filius confitentes in eodem inſtrumento ſe dotem recepiſſe, quomodò tenebuntur.*

Quæſtio CCCCCVIII.

QVAERITVR an regulariter omnis cõtractus ſit permiſſus inter maritum & vxorẽ excepta donatione: & ſi mulier quæ tranſit ad ſecũda vota in dubio videatur conſtituere bona in dotem: & quid iuris quando in eodem contractu permutationis maritus & vxor nominantur ad permutandum cum tertio de re pertinente inſolidum vxori ſi teneat contractus ad præiudicium vxoris, & ſi quæratur ius marito pro medietate in re
1 permutata per tertium. Et in effectu † regulariter omnis contractus eſt permiſſus inter maritũ & vxorem excepta donatione. l. ſi ſponſus. §. cura. ff. de donatio. inter vir. & vxo. dum tamen fiat ſine fictione ſimulationis & ſine fraude, quæ in dubio non præſumitur: ſecundũ glo. ibi per iura ibi allegata. hinc
2 eſt, † quòd vxor poteſt emere à marito aliquã rem etiam immobilem, etiam ſi maritus confiteatur recepiſſe pretium ab vxore: quia ſtandum eſt tali confeſsioni. l. generaliter. C. de non nume. pecu. ſecundum Salice. in l. ſi mater. C. de contrahend. emptio. maximè quando in inſtrumento dicitur, quòd mulier emit de propria pecunia ipſius mulieris. Idem Salic. etiam tenet in l. ſi non verum. C. de dona. in-
3 ter virum & vxo. & pariter † conſtante matrimonio poteſt contrahi ſocietas inter vir. & vxor. l. cò diuerſo. verſ. ſi mulier. ff. ſolu. matrimo. & ibi Bald. & in hoc caſu ceſſat præſumptio l. quintus. ff. de donati. inter vir. & vxo. quia non præſumitur quæſitum de bonis mariti ex quo conſtat per inſtrumentum, ſecundum Salice. in dict. l. ſi mater. & Alexan.
4 conſil. xxiiij. in j. volu. † Et licèt mulier nubendo videatur conſtituere omnia bona in dotem: ſecundum glo. in l. mulier bona. ff. de iur. dot. de quo per Bald. poſt glo. in l. nulla. C. de iur. dot. tamen hoc verum, quando pręcedit tractatus dotis: ſecundum Bald. in cap. ex parte. de conſue. & idem eſt in ſecũdo matrimonio, quòd in dubio mulier videatur bona tranſtuliſſe in dotẽ pręcedentis matrimonij. l. in his. §. vxor diuortio. ff. ſolu. matrimo. ſecũdum Bar. in l. cùm de in rẽ verſo. ff. de vſur. faciunt not. in authen. quamuis. C. de rei vxo. actio. ſed quia in caſu iſto, primus maritus legauit domum & certa prædia vxori: & deinde poſt mortem mariti vxor tranſit ad ſecunda vota, nec apparet quòd conſtituerit,

in dotem,& ſic non conſtat quòd dicta prædia ſint
5 dotalia:ſed † paraphernalia quæ non prohibentur alienari:ſecundum Ioan.Fabr.Inſtit. quis aliena. licet,vel non:quia maritus non poteſt adminiſtrare tales res paraphernales ſine conſenſu vxoris: ſecundum Bal.in dict.cap.ex parte. de conſue.l.fi.C. de pact.conuen.ſuper do.l.maritus.ff.ad leg.falcid. licèt idem Bald.in l.maritus.C.de procur.poſt Iac. Butr.tenet,quòd ſunt tria genera rerum vxoris: primæ ſunt res dotales:& in iſtis maritus habet plenã adminiſtrationẽ. Quędã ſunt res paraphernales,& in iſtis maritus nõ habet adminiſtrationem,niſi de conſenſu mulieris expreſſo vel tacito: vt quia mulier ſibi tradidit inſtrumenta &c.& ita etiam tenet
6 Barto.in dict.l.maritus.†Et in iſtis bonis paraphernalibus maritus non facit fructus ſuos, niſi quatenus expendit de voluntate mulieris: ſecũdum Bal. in d.cap.ex parte. Quędam ſunt bona vxoris extra dotem,quę retinet ſibi,& maritus non poteſt adminiſtrare ſine mandato vxoris.d.l.maritus.ſed redeũ
7 do ad principale quæſitũ, † quãdo maritus & vxor in eodem inſtrumẽto acquirunt ſeu permutant de re propria vxoris cum extraneo an acquiratur pro re permutata marito pro medietate quoad rem permutatam per extraneum:dubium facit propter authenti.ſi qua mulier.C.ad Velleia.quæ ſumitur ex authen.vt nulli.iudi.§.& illud. col. ix. vbi habetur quando vir & vxor in eodem inſtrumento crediti mulier conſentit marito,vel ſe aut rem ſuam obligat nullatenus obligatur:& ſecundum glo.in dict. authenti.ſi qua mulier.non tenet ipſo iure talis cõtractus ad præiudicium vxoris, niſi manifeſtè probetur,quòd fuerit verſum in vtilitatem vxoris: nec tenet iuramentum: ſecundum glo.ibi, & licèt glo. in dict.§.& illud.dict.authen.loquatur quãdo mulier intercesſit pro marito: quia prohibetur eadem ratione qua ſunt prohibitę donationes inter virum & vxorem,ne mutuo ſe ſpolient. de quo latiùs per glo.in dict.authen.ſi qua mulier. Veruntamẽ quia iſta materia aliquantulum reperitur intricata: ideò referam opiniones doctorum, vt meliùs potero. nã ſecundum Iaco.de Bello viſ. quando vxor ſimul cum viro in eodẽ inſtrumento contrahit:tunc non tenet,niſi probetur manifeſtè quòd fuerit verſum in propriam vtilitatem vxoris. Idem tenet ibi Bar. & in dubio præſumitur mulier intercedere,quando ſe obligat cum viro: & ideò mulier quæ conſentit viro alienanti,& ſe obligat confitendo pecuniam in ſui vtilitatem eſſe verſam,nullum ſibi generatur præiudicium,niſi manifeſtè oſtendatur in eius vtilitatem eſſe verſam:ſecũdum Ang.in dict.§.& illud. Spe. in titu.de ſolu & oblig.§.ante omnia.verſ.ſed quæritur.&verſ.ſed pone quando vir & vxor in eodem inſtrumento publico ſe obligant & efficiuntur duo rei debendi,quòd nõ tenetur vxor, niſi probetur verſum in vtilitatem ipſius niſi iuraret,& fuiſſet certiorata:ſecundum Ioan. And.ibi in additio. per cap.cùm contingat.de iure iuran.& in ca. licèt mulieres.eodem titul.lib.vj. & per Ioan. Andr.in additio.ad Specu.in titul.de renuntia.& conclu.§. j.verſ.& vide Cin. in dict.authen. ſi qua mulier.C. ad Velleia.quærit quę ſit ratio prohibitionis,& ibi refert glo.tenere, ne mutuò amore ſe ſpoliant ſicuti in dona.inter vir.& vxor. ſed non adheret gloſſ. quia ſequeretur abſurdum quòd maritus non poſſet ſe obligare pro vxore:& ideò reddit aliam rationem: quia maritus faciliùs induxit mulierem ad conſentiendum quàm econtrà:& ideò eſt maius periculum,& ſic cautius agendum.& in fi. tractat an poſsit renuntiari beneficio dict.authen.ſi qua mulier.& tenet quòd non: ſed non loquitur de iuramẽ
8 to. † Ioan.Fab.in dict.authen.ſi qua mulier. tenet quòd de iure canonico poſsit renuntiari cum iuramento per dictum c.cùm contingat. Alber.in dict. authen.ſi qua mulier.primò tractat de ratione prohibitionis,& tenet cum opinione Cyn.ſ. recitata: quia maritus faciliùs induceret vxorẽ vt ſe pro eo obligaret quàm econtrà,& ſic ſentiunt doctores,ꝙ
9 maritus† non prohibetur ſe obligare pro vxore.Et tandem idem Albe.reffert opiniones ꝙ dict.authẽ. ſi qua mulier.habeat ſolùm locum quando in eod. inſtrumento maritus ſe obligat, & mulier intercedit pro viro:licèt ſecundum ipſum aduocati Pergami tenent,quòd dict. authen.procedat ſiue mulier ſe obliget principaliter cum marito ſiue acceſſoriè fideiubendo.& ita tenet Specu. in dict.verſicu. ſed quæritur.& ita ſecũdum Alb.ita obſeruatur & fortè æquior eſt iſta opinio fauore mulierum, & ne fraus fieret huic authen.& idem Albe. refert Iaco.
10 Butri. † quando maritus & vxor eandem rem vendunt in eodem inſtrumẽto,ꝙ quilibet pro parte tenetur,& valet:quia neuter pro altero obligetur,nec habet locum beneficium dictæ authent. ſi qua mulier.Si verò ſimul & inſolidùm vendunt,aut totum pretium ad mulierem peruenit,& valet: quia tunc magis maritus cenſetur intercedere,ꝓ muliere,quã ecõtrà l.vir vxori.in fi.ff.ad Velleia.aut totum pretium non peruenit ad mulierem,& tunc cenſetur fideiubere,& iuuatur beneficio dictæ authen. ſi qua
11 mulier.Sed quid iuris † quãdo vxor ſe obligat principaliter & maritus pro ea fideiubet,an valeat talis obligatio?Et ibi refert Dyn.iſtam quęſtionem habuiſſe de facto cum d. Albe.& Oddo. & conſuluerunt talem obligationẽ valere,tàm de iure.ff.quàm C.l.ſeu mancipia.in princip.ff.ad Velleia.l.iij.in fi. C.ne vxor pro mari.Nec obſtat dict.authen.ſi qua mulier.quia loquitur quandò vxor pro marito intercedit,vel quia ambo inſolidùm ſe principaliter obligãt,& hoc niſi in fraudẽ fieret,& de fraude cõ
12 ſtaret.Sed quid iuris † qñ maritus & vxor ſe ſimul obligauerunt,ita quòd mulier ipſo iure non tenetur,an maritus teneatur inſolidùm,vel pro dimidio vel in nihilum? Et in effectum ſecundum Albe. in dict.authen.ſi qua mulier.maritus tenetur inſolidũ ſubducta muliere,per l.ſi Titius.ff.ad Velleia. Nec obſtat dict.authenti.ſi qua mulier. quia obligatio habetur nulla quoad mulierem,non quoad maritum.Sed quid iuris quãdo maritus & vxor pro vno tertio in eodem inſtrumento principaliter obligãt, & mulier renuntiauit beneficio Velleiani, an habeat locum d.auth.ſi qua mulier.& ibi tenet Albe. quòd non: quia dict.authen. ſi qua mulier. ſolùm procedit quando mulier ſe obligat pro viro. & de hoc eſt caſus de iure canonico.in l.ex reſcripto. de
14 iur.iurand. quid autem quando † vir vendit,& mulier ſe obligat cum viro renuntiando iuri hypothecarum,an valeat?& tenet quòd ſic,quoad renũtiationem hypothecæ,an autem mulier poſsit renuntiare be-

tiare beneficio dict. authentic. & tenet quòd non: quia dicta authen. eſt prohibitoria, nec valet etiam cum iuramento de iure ciuili; ſecus de iure canonico. doct. cap. cùm cõtingat. de iureiuran. c. licèt mu
15 lieres. de iure iurand. † Quid autem quando mulier in eodem inſtrumento confiteatur pecuniam fuiſſe cõuerſam in eius vtilitatem, an ſufficiat ſine alia probatione? Et ibi refert Guid. de Suza tenere quòd ſic; licèt in contrarium faciat quod ſolet dixi de confeſsione prælati confitentis pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem eccleſiæ. de quo in authentic. hoc ius porrectum. C. de ſacro ſanct. eccle. vnde Albe. tenet talem confeſsionem non tenere, per dict. authen. in corpore vnde ſumitur. §. & illud. vt nulli iudi. col. ix. vbi dicitur manifeſtis probationibus debere conſtare pecuniã in vtilitatem mulieris fuiſſe conuerſam, aliàs metu vel amore virorum mulieres de facili confiterentur: & aliâs vt ibi pleniùs habetur per eundem Albe. ſed Bald. in dict. authenti. ſi qua mulier. C. ad Velleia. vbi tenet dum ibi dicitur, crediti inſtrumento põt exponi mutui, quando pecunia fuit data: vel ſecundum Oddo. intelligitur in omni credito: quia creditoris nomẽ eſt generale. l. j. ff. ſi cer. pet. & ſimiliter nomẽ pecunię eſt generale. l. ij. §. fi. ff. de conſtit. pecu. & ibi refert tenere Ny. de Ma. quia eadem eſt ratio in alijs creditis. & licèt ibi loquatur, quando mulier cõſentit proprio viro: tamen idem eſt, quando mulier conſentit ſeu contrahit cum alijs, qui ſunt in poteſtate viri ſeu ſoceri, etiã cũ fratribus mariti quãdo ſunt in poteſtate ſoceri. & licèt mulier non teneatur, ſecus in marito: quia vtile per inutile non vitiatur: nec eſt ſtandum confeſsioni mulieris: ſecundum Bald. ibi poſt Ny.
16 de Ma. ſed quid iuris † quãdo vir & vxor in eod. inſtrumento vendũt rem dotalẽ, & confitentur ambo recepiſſe pretiũ: deinde ſoluto matrimonio mulier repetit totam quantitatem, an repellatur? & ibi refert conſil. Bart. tenentis ipſam repelli pro dimidia. l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duob. reis deben. Nec obſtat ſi dicatur quòd non eſt ſtandum confeſsioni mulieris, prout ſupra dictum fuit: niſi interueniſſet iuramentum: licet ſecundum Bal. tale iuramentum non videtur permiſſorium, ex quo venit acceſſoriè, & in fraudem legis: iuxt. no. in l. cùm quis de-
17 cedens. §. Titia. ff. de lega. iij. † Quid autem quando mulier coram iudice & in figura iudicij mulier confitetur pecuniã fuiſſe verſam in vtilitatem ſuã, an ſit ſtãdum tali confeſsioni? Et dicendũ eſt quòd ſic: ſecundum Bal. Quid autẽ quando mulier poſt ſentẽtiam opponit de remedio dictę authen. ſi qua mulier. an poſsit opponere, & tenet quod ſic, per iura ibi per ipſum allega. Quid autem quãdo mulier conſentit in contractu mariti: & maritus dat ſibi excambium æquipollens, an ſufficiat, vel quando fit permutatio dotis pro alia re æquipolente, habetur per Bal. ibi, & quid iuris quando vir & vxor in eodem inſtrumento ſe cõſtituunt principales debitores, an teneat talis contractus. Et in effectu tenet, quòd non ad preiudicium mulieris. vide Alexã. de Imol. in addi. ad Bal. in dict. authen. ſi qua mulier.
18 vbi ponit limitationem † quando vxor permittente marito dat aliquid pro dote filiæ, quòd tenet: ſecundũ Bal. in l. j. ff. ſolu. mat. & iſtud quotidiè praticatur, quando maritantur filiæ: quia pater & mater aliquid dant pro dote filiæ ſimul vel ſeparatim idem Bald. poſt glo. in l. ſcripturæ. C. de fid. inſtrumen. dum ibi gloſſ. ponit exemplum in duobus inſtrumen. productus in quorum altero continetur ꝙ maritus emit, & in alio continetur, quòd emit cum vxore eandẽ rem: quia non tenent iſta inſtrumẽta propter cõtrarietatẽ, & ſibi derogãt. quia nõ eſt veriſimile, quòd eodem die & loco & teſtibus proceſſerint duæ emptiones difformes. Sed vbi non eſſet niſi vnum inſtrumentũ, bene teneret, & iſtud quotidiè fit, quando maritus pro ſe & vxore emit: ſecundum Bald. in dict. l. ſcripturæ. pro quo allegat text. in authentic. de non alien. §. in emphyteoſim. col. ij. idem Bald. in l. ſi liqueat. C. de inoffic. dona. not. ꝙ non ille donat qui verbo, ſed ille qui conſentit, quũdo erat conſentiẽtis. & per hoc allegat conſuluiſſe Barto. quòd ſi vir vel vxor in eodem inſtrumento donant rem viri, quòd vir videtur donare totum. Sed allegat Fran. de Piſis, conſuluiſſe contrarium videlicèt quòd iſta donatio non tenuit, niſi in parte viri, quantum ad dominium transferendum. Sed Bald. tenet quòd opinio Bart. verior eſt, & pro iſta parte Alexan. in additio. ad Bald. allegat. l. ſi res. ff. de iur. dot. idem Bald. in l. mater. C. de rei vendi. in quinta col. verſ. modò quęritur. & verſi. ſed hìc quęro quando vir & vxor vendunt in eodem inſtrumẽto, an mulier habeat recuperationẽ pretij. & idem poſſet quęri de fratre & ſorore quando vendunt in
19 eodem inſtrumento. Deinde quęrit de tali caſu, maritus & vxor vendiderunt fundum dotalem cum iuramento, ita ꝙ valet contractus: quia iuramentum excludit impedimentum prohibitionis alienationis, & mulier confitetur participaſſe pretium: modò quæritur, quid & quantum debeat repetere mulier ſoluto matrimonio? Et in effectu tenet, quòd mulier non poteſt repetere niſi dimidiam pretij, & hoc verum, niſi prius appareret quòd maritus recepiſſet pretium: & ideò cautè mulieres faciunt ſibi caueri à viro, vt ex huiuſmodi confeſsione participationis pretij non poſsit eis afferri præiudicium. idem Bal. in l. ſi vt proponis. C. de rei vẽdi. poſt glo.
20 quęrit † de vxore emente de pecunia viri, quòd nõ ſuccedit res loco pretij: niſi in ſubſidium. l. ſi ex ea pecunia. C. de rei vendic. ſed in l. j. C. ſi quis alte. vel
21 ſib. tenet d. glo. † quãdo vir emit ex pecunia dotali aliquas res de voluntate vxoris, quòd tunc cedit res loco pretij, licèt requiratur concurſus vtriuſque per iura ibi allegata, & econtrà quando vxor dat marito pecuniam ex qua maritus emit, & maritus non eſt ſoluendo: tunc in ſubſidium datur vxori rei vẽdicatio vtilis. l. vxor marito. ff. de don. inter vir. & vxorẽ. Sed glo. in l. ex pecunia. C. de iur. dot. vbi in tex. habetur, quòd res empta ex pecunia non eſt dotalis, niſi ſecundũ gl. ibi hoc ageretur ex vxore & viro, vt dos fieret, & eſſet vtile mulieri. l. res ex pecunia. & l. ita cõſtante. ff. de iure dot. ſic econtrà in ſpeciebus venditis pecunia efficitur dos, & pecunia ſuccedit loco rei quãdo hoc agitur inter coniuges. l. ſi ex lapidicinis. ff. de iure dot. ſed Bald. in dict. l. ſi vt proponis. C. de rei vendi. aliquãdo inſtrumẽtum obſcurè loquitur de quo me ibi remitto. idem Bal. in l. j. C. ſi quis alte. vel ſibi, tenet de pecunia dotali quod eſt ſpeciale quando placuit viro & vxori: vt fieret permutatio de pecunia in aliam rem. l. ſi ita

cōſtante.& l.cùm vir.§.res.ff.de iur.dot.idem Bald. in l.j.C.de duob.reis deben.format quęſtionē quādo vir & vxor vendiderunt rem cum iuramento,& vxor confeſſa fuit participaſſe pretium cùm viro: nunc in repetitione dotis obijcitur ſibi compenſatio pecunię quam confeſſa eſt . ad ſe perueniſſe ex bonis viri vtrum poſsit opponi iſta compenſatio? Reſpondet quòd non:ſi verò tota pecunia peruenit ad virum, quòd illa confeſsio eſt facta propter viri gratiam,ſed ſi hoc non poteſt probari, conſuluit Bart.compenſationem locum habere:quia mulier non præſumitur in inſtrumento poſita nugatoriè:& ſic ſecundum opinionem Bar.mulier non poteſt repetere,niſi pro parte,licèt idem Bald. ibi non determinet. idem Bald.in l.ſi eum ſeruum.ff.ſi cert.

22 peta. format quæſtionem † quando maritus vendit fundum dotalem muliere cōſentiente & iurante,an maritus teneatur vxori ad pretium. Et primò arguit quòd non,de l.Proculus.ff.de iur.dot.ſed in contrarium tenet,quòd ſoluto matrimonio maritus tenetur ad reſtitutionem pecunię.ſi verò mulier confeſſa fuerit participaſſe pretium non expreſſa quantitate,non præiudicat.& idem etiam ſi fuerit expreſſa quātitas:quia non præiudicat mulieri,niſi quoad rem alienatam.prætereà talis confeſsio videtur ſimulata,& pariter iuramētum ſimulatum. De quo ibi latiùs per ipſum. Quid verò quando vir vendit rem dotalem ſine conſenſu vxoris, quòd vxor non poteſt reuocare nec vendere cōſtante matrimonio.l.doce ancillam.& ibi Bald. Ange.Salic. & Paul.de Caſtr.per glo.inſtit.qui.alie.li.& ibi per Ioan. Fabr. & cæteros. quia mulier non eſt domina conſtante matrimonio, niſi ſpe: ſecundum glo. ibi de quo habetur in l. in rebus. C.de iur.dot.hoc verum: niſi maritus vergeret ad inopiam: iuxt.l. vbi adhuc.C.de iur.dot.quo caſu ſecundū aliquos mulier agit hypothecaria:& ſecundum aliquos rei vendicatione directa, vel vtili: & ideò vidēdum eſt de modò concludendi in libello vxoris : ſecundum docto.in dict.l.doce ancillam. facit quod habetur per glo.in l.cùm vir.ff.de vſucap.cum ibi nota. per Barto.Ang.& Ioan.de Imol.& per eundē de Imo. in repeptitione.c.cùm contingat. de iur. iurand.in glo.magna facit l.ſi prædiū.C.de iure dot. Et idem

24 Bald.etiam quærit † vtrum res ſuccedat loco pretij.& tenet,quod non regulariter: per iura ibi per ipſum allegata.fallit in viro & vxore,quando vnus habet cauſam ab altero:quia tunc in ſubſidium res ſuccedit loco pretij.l.marito. ff.de don.inter vir. & vxorem.& idem de officiali, quando emit de pecunia domini:quia tūc in ſubſidium dominus poteſt vindicare.idem Bald.in l.j.ff.ſolu.matri.in xv.priuilegio dotis tenet, quòd vxor & maritus in eodem inſtrumento poſſunt pro dote filiæ obligari, licèt aliàs regulariter vxor in eodem inſtrumento prohibeatur cum viro ſe obligare.dict.authen.ſi qua mulier.C.ad Vellei.facit glo.in l.defenſionis facultas. C.de iur.fiſc.lib.x.idem Bald.in l.ſi conſtante. §.ſi vxor. ff.ſolu.matri.tenet quando vir & vxor in eodem inſtrumento donant rem viri, quanquam iſta donatio intelligatur pro parte cuiuſlibet. l. reos.§. cùm in tabulis..ff.de duobus reis deben.tamen per tacitum conſenſum viri roboratur factum mulieris etiam ſi eſſet facta donatio in eccleſia, quòd transferetur dominium ſine traditione,& ita refert Bal conſuluiſſe. Idem Bal. in l.ſi cùm dotem.§.trāſgre-

25 diamur.ff.ſolu.matri.format quæſtionem,† quando dos datur filio de voluntate patris, an pater teneatur inſolidū,de quo ibi latiùs per ipſum. Veruntamen quādo pater & filius in eodem inſtrumento cōfitentur dotē receptam,an præſumatur inſolidū, aut verò pro dimidia cuiuſlibet, & ibi refert vnam opinionem, quando pater gubernat,quòd præſumitur ad patrem pecuniam perueniſſe. idem Bald. in l.ſi vxorem.C.de cōdit.inſert.tenet,quòd mulier poteſt contrahere ſocietatem cum viro,& acquirit ſibi,& pariter quando ſtipulantur in eodem contractu.allegat glo.in d.l.ſcripturæ. C.de fid.inſtru. Ang.verò in d.authen.ſi qua mulier.C. ad velleia. tenet quando mulier iurauit in contractu viri,tunc ratione iuramenti tenet:niſi induceretur donatio, quo caſu, ſecundum aliquos, non firmaretur iuramento.de quo ſe remittit ad notata per ipſum in l. iubemus.C. ad Velleia. & ibi etiam tenet quando mulier conſentit viro alienanti rem mulieris,quando non eſt dotalis,nec donata propter nuptias. de quo ibi latiùs per ipſum. idem Ange.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſolu.matrim.quando pater & filius in inſtrumento dotali confitentur recepiſſe dotem nurus:& pater gubernat omnia : tunc præſumendum eſt dotem ad ipſum perueniſſe. Sali. in dict.authen.ſi qua mulier.tenet quādo maritus & vxor in eodem inſtrumento contrahunt, quòd non tenet ad præiudicium mulieris:ſecus in præiudicium viri.& ibi tenet quòd dicta authen. ibi etiā habet locum,quando contrahitur cum patre mariti vel fratre. & ibi etiam refert opinionem Bartol. quando in eodem inſtrumēto vir & vxor vendant rem dotalem,& confitētur recepiſſe pretium, quòd ſoluto matrimonio mulier non poteſt repetere,niſi pro medietate,licèt Salic.teneat contrarium : quia tale iuramentum præſumitur appoſitum in fraudē legis:per iura ibi per ipſum allegata. Paul.de Caſt. in dict.authenti.ſi qua mulier.tenet quando in cōtractu mulieris cum viro iurat, quòd ratione iuramenti de iure canonico tenetur:Bart.conſi.cxxiiij. incipiens,Punctus quæſtionis talis eſt: domina P. nupſit L. etiā quādo maritus & vxor in eodem inſtrumento vendunt fundum dotalem, quilibet inſolidùm, & confeſsi fuerunt pretium, nunc ſoluto matrimonio primò quæritur, an inſolidùm pretiū præſumatur perueniſſe ad vxorem, ex eo ꝙ inſolidùm vēdidit cum viro, & ꝙ videantur duo rei debendi obligati emptori:tamen inter ſe dicūtur quādam communionem habere:vt illud quòd percipitur ex illo contractu,venit inter eos communicandum,& ſic præſumendum eſt quòd pretium inter eos æqualiter peruenerit:quia in perceptione pretij non fuit dictum,quilibet inſolidùm:& ſic intelligetur quòd quilibet pro parte ſua receperit.l. reos.§. cùm in tabulis.ff.de duobus reis deben.&talis medietas pretij poteſt peti actione de dote : quia dictū pretiū ſuccedit loco rei dotalis,&poteſt peti actione ex ſtipulatu pro dote.l.ſi ex lapidicinis.ff.de iur. dot.Nec obſtat ſi dicatur,quòd non fuit dictum, vt pretium loco rei ſuccederet,quando fuit conuentum inter maritum & vxorem:iuxt.ea quæ habentur per glo.in l.pecunia.C.de iur.dot.quia ad iſtud reſponde-

reſpondetur quòd tacitè videtur actum: ſecundum Bartol. in dicto conſilo ſuprà allegato. & pro hoc allegat gloſſ. in l. final. in fine. ff. de iure dot. quia videtur eſſe quędam permutatio: de vna re in aliam cauſam dotis. præterea quia dos eſt nomen iuris vniuerſitatis. l. quod dicitur. ff. de impenſi. in rebus dot. & in iudicijs vniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei. l. ſi rem & pretium. ff. de petitio. hęredita. & pro hoc allegat gloſſ. in l. Labeo. §. item ſi dominus. ff. de verbor. ſignifica. Cyn. qui tenet, quòd in re data in dotem pretium ſuccedit loco rei: & econtrà l. res in dotem datæ. & l. res quæ in dotem. ff. de iur. dot. Nec obſtat ſi dicatur, quòd iſtud poteſt eſſe verum quando interuenit conſenſus mulieris, & eſt vtile mulieri. l. ita conſtante. ff. de iur. dot. quia reſpondetur, quòd ſufficit tacitus conſenſus mulieris, maximè quando eſt vtile mulieri. dicta l. fina. ſecundum Bartol. in dicto conſilio cxxiiij. ſuprà allegato. & facit l. vxor marito. ff. de donati. inter virum & vxorem. & in l. ſi æſtimatis. ff. ſolu. matrimonio. cum ibi notatis, per gloſſam, & doctores & in l. ex pecunia. C. de iure dotio. & in dict. l. Labeo. la j. §. item dominus. ff. de verbo. ſignifica. vbi gloſſ. enumerat caſus ſpeciales in quibus pretium ſuccedit loco rei & ècontrà. Ioan. de Imol. in l. cùm vir. ff. de vſucap. in v. colum. format quæſtionem, quando vir & vxor ſimul vendunt rem dotalem: & quilibet inſolidùm ſeu pro parte an teneatur vxor ad pretium pro dimidia parte, quando venditio nó tenet? Et videretur, primò dicendum, quòd ſic, ex quo pretium fuit vtrique ſolutum. l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duob. reis debend. & pro hoc allegat Bartol. in dicto conſilio cxxiiij. ſed in contrarium facit dicta authentica. ſi qua mulier. C. ad Velleia. & pro hoc allegat Specul. in dict. titul. de ſolu. & libera. ſuprà allegatum. & iſtam partem putat veriorem: quia vt experientia docet, maritus recipit pecuniam: licèt pro cautela emptoris faciat deſcribere nomen vxoris in contractu: quæ non audet reſiſtere voluntati viri, etiam ſi in inſtrumento diceretur, quòd pecunia fuiſſet numerata vxoris: niſi probaretur verſum in vtilitatem mulieris. idem Ioannes de Imol. in repetitione cap. cùm contingat. de iur. iurand. ſuper gloſſ. final. xvij. colum. ibi allegat opiniones, & tandem tenet opinionem Specu. quòd mulier non teneatur, per iura ſupra allegata. Nec obſtat dict. l. reos. §. cùm in tabulis. quia illud procedit regulariter in illis, qui poſſunt ſe obligare: ſed fallit in muliere, quæ non poteſt ſe obligare pro viro, nec pro alijs, niſi maritus & vxor darent pro dote filiæ fundum communem interueniente iuramento. & ibi etiam tenet, quòd ſoluto matrimonio mulier poterit repetere totum pretium ab hæredibus mariti, per iura ibi allegata, niſi probaretur manifeſtè pretium eſſe conuerſum in vtilitatem vxoris: & hoc verum quando maritus & vxor ſe obligauerunt de emptione inſolidùm: ſecus ſi mulier ſe obligaſſet pro dimidia. & ſic poſſet procedere opinio Bartol. ſupra relata. Si autem vir vendidiſſet de conſenſu mulieris: tunc vir teneretur: ſecus ſi mulier alienauerit ſine conſenſu viri: quia tunc mulier teneretur. de quo ibi latiùs per ipſum.

ARGVMENTVM.

De pœna quæ blaſphematores ſeu maledicos in Deum & ſanctos maneat.

SVMMARIVM.

1 *Maledici ſeu blaſphematores in Deū & ſanctos pœnaque.*
2 *Blaſphemiæ ſeu maledicentiæ crimen mixti fori eſt: nec pœna unius per alterius pœnam impeditur.*
3 *Blaſphemiæ criminis Iudæi cognitio cuius ſit.*
4 *Maledici appellatione etiam in materia ſtatutaria blaſphemus uenit.*
5 *In blaſphemiæ ſeu maledicentiæ crimine animaduertendo conſuetudo ſeu ſtatuta attendenda ſunt.*
6 *Iurantes per capillos aut membra Dei capite plectendi ſunt.*
7 *Sodomiæ crimen committentium pœna capitalis eſt.*
8 *Reiteratio deliberationem præſupponit.*
9 *Delicti enormitate quandoquè pœna ſtatutaria augetur.*

Quæſtio CCCCCIX.

QVAERITVR de pœna blaſphematoris ſeu maledici in vituperium Chriſti noſtri redemptoris, & glorioſæ virginis Mariæ eius piiſsimè matris, & ſi pœna ſtatutaria propter acerbitatem delicti poſsit augeri. Et in effectu
1 † pœna maledici ſeu blaſphematoris in Deum & virginem Mariam de iure canonico eſt pœnitentia publica in foribus eccleſiæ per certos dies. capitul. ij. de maledi. & etiā poteſt interdum concurrere pœna pecuniaria quò ad iudicem ſecularem:
2 † quia tale delictum eſt mixti fori: nec pœna impoſita per vnum impedit pœnam imponendam per alium: ſecundum Panormitanum, ibi pro quo facit quod habetur per Bald. in l. placet. C. de ſacro ſanct. eccleſi. & in l. j. C. de ſumma trini. & per Calder. in titul. de Iudæ. conſil. ij. &
3 † de tali crimine blaſphemiæ etiam perpetrato per Iudæum iudex ſecularis poſſet cognoſcere & punire. ſecūdū Pet. de Ancha. conſil. cxcvij. & Ioannes de Anania in rubric. de Iudæ. colum. penultima verſic. adde prædict. & in dict. cap. fin. de maledicis. quamuis. Cald. in d. cap. j. de Iudæ. videatur tenere quòd punitio criminis blaſphemiæ contra Iudæos pertineat ſoli iudici eccleſiaſtico: niſi quatenus quo iudex eccleſiaſticus imploraret auxilium brachij ſecularis in ſubſidiū. Et ita videtur tenere Stepha. Aufrerij in repetitione clemen. j. de officio. ordin. aliàs de poteſta. ſecu. ſuper eccleſi. in quarta regula xiiij. fallenti. folio. xxxv.
4 † & in materia ſtatutaria appellatione maledici etiam venit blaſphemator: ſecundum Barto. in l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iu. iur. & in tali caſu
5 † debet attendi conſuetudo vel ſtatutum: ſecundum Bald. in l. ij. C. de reb. cred. & iureiuran. Et ita etiam ſentit Panormi. in dict. c. ij. de maledi.
6 † Veruntamen quando fit iuramentum illicitum per capillos aut membrū Dei aut blaſphemia contra Deum & virginem Mariam eſt pœna capitalis: vt in authenti. vt non lux. contra natu. colla. vj. §. quoniam. &
7 † idem de illo qui committit crimen ſodomiæ contra naturam: quia loquendo de tali crimine aer inficitur. l. cùm vir nubit in fœminam. C. ad leg. Iul. de adulte. & ſecundum gloſſ. in d. authen. vt non luxu. propter tale crimen ſodomiæ perierunt duæ ciuitates: vt in ſancta ſcriptura habetur. Nam propter caſus emergentes interdum licitum eſt leges transgredi: ſecundum

Innoc. in cap.j.de conſtitutio.pro quo facit l.aut damna.§. nonnunquam.ff.de pœnis.quia non poteſt dici grauiùs delictum quàm offendere diuinam maieſtatem.capitu.vergentis.de hæret. & maximè quando talis blaſphemia ſapit infidelitatem contra articulos fidei, & quando talis reiterauit talem
8 blaſphemiam:† quia reiteratio præſupponit deliberationē:ſecundum glo.in cap.ſi quis iratus.ij.queſtio.iij.&propter enormitatem delicti poteſt pœna ſtatutaria augeri:iuxta ea quę habentur per docto. in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.in famia.l.& ſi ſeuerior.C.ex quib.cau.infa.irroga. facit dict.l.aut damna.§. nonnunquam.ff.de pœn. vbi multis craſſantibus opus eſt exēplar.& hoc tenet domi.Guid.Pap. deciſ.ccvj.Quinimò ſecundū aliquos per pœnam ſtatutariam non tollitur pœna iuris.communis:iuxta ea quę habentur per Cyn.& cæteros in l.ſi ſepulchra.C.de ſepul.viola. Et præmiſſa faciunt ad hanc quæſtionem ſuper proceſſu appellationis nouiſsimè diffinito contra Telmonem Bordanni parœcię de Chenis mandamēti pōtis Iurnanis, qui horribiliter blaſphemauerat Chriſtum & virginem Mariā in pręſentia plurium reiterando: & qui mitigando fuit condemnatus ad pœnam perforationis linguę cum ferro candente in ſcanno mali conſilij Grationop.ſuper vno echauffali.& etiam ad quandam aliam pœnam deuotam & honorabilem in loco delicti dictæ parœciæ de Chenis, vt quadam die dominica in camiſia, pedibus nudis,capite diſcoperto, cum fune in collo, cū vna face ceræ ponderis duarum librarū ardente in eius manibus populo congregato habeat accedere ad dictam parœciam de Chenis durante magna miſſa & genibus flexis habeat offerre dictam facem coram imagine crucifixi & beatę virginis Marię in ſignum pœnitentiæ ſalutaris.Et pro præmiſſis facit cap. quamuis.in fine,de offici. ordin. libr. vj.vbi fit mētio de percutiēte aut proſternēte imaginē.& c.iij.de purg.vulg.vbi fit mentio de ferro candente.Et pręmiſſa etiā faciunt ad caſum,qui vt fertur accidit in prouincia in loco Pertuſij de tempore Regis Reynerij & Reginę vltimæ eius conſortis de quodam iudice, qui proiecerat lapidem contra imaginem beatę virginis Mariæ, pluráque verba inhoneſta contra rei veritatem de beata virgine protulerat,adeò quòd fuit condemnatus ad pœnam mortis ſcoriationis perſonę viuæ.

ARGVMENTVM.

Reſignatio cauſa permutatiōis de pingui beneficio cum tenui facta nepoti inuicem à ſene egrotoita vt intra viceſimum diem obierit, ambitioſa eſt & reprobata. De natura copulæ,&c.

SVMMARIVM.

1 *Dict.* & *,diuerſa coniungit.*
2 *Copulatiua ut uerificetur, omnium copulatorum concurſum requirit.*
3 *Copula,* & *,quandoquè pro diſiunctiua,quandoquè pro alternatiua,interdum expoſitiuè ſumitur.*
4 *Copula,* & *,in mandatis ampliatiuè accipitur.*
5 *Permutatio in beneficialibus quæ eſſe debeat.*
6 *Reſignatio facta in graui infirmitate nepoti minori ambitioſa eſt* & *reprobata.*
7 *Reſignans infirmus,ſi intra uiginti dies obdormiat in domino, quòd per obitum non per reſigationem uacare uideatur,etiam ſi ſit regale de uiginti diebus in prouiſione derogatum.*

Quæſtio CCCCCX.

QVAERITVR quando ſit reſignatio beneficij curati ex cauſa permutationis cum aliqua capella tenui in manibus viceuicarij Archiepiſcopi habentis poteſtatem recipiendi reſignationem in beneficijs ex cauſa permutationis, & beneficijs patronatis an illa copula &, ſtet propriè,vt requiratur concurſus omnium copulatorū, an verò veniat expoſitiuè & ampliatiuè:&etiam pręſumatur permutatio fraudulenta , quando permutatur beneficium eccleſiaſticum pingue cum tenui, & maximè quando ſit permutatio inter attinentes,& etiam quando alter reſignans tempore reſignationis detinetur aliqua infirmitate graui,& moritur infra viginti dies:& quid iuris in officijs temporalibus. Et in effectu quia iſte titulus quæſtionis continet plura capita:ideò videndum eſt de quolibet ſummariè: quia de pręſenti nō ſum ſuper libris, ſed ſum in rure ex commiſsione curię mihi directa. Veruntamen ſuper primo capite dictę queſ-
1 tionis † de natura copulę,&, eſt copulare diuerſa ſecundum gloſſ. in rubric.ff.de iur.& fact. ignorā.
2 & † ad verificationem ipſius copulę requiritur omnia copulata verificari ſeu concurſum omnium. l. ſi hęredi.ff.de hęredib.inſtituen.& hoc regulariter:
3 ſed fallit in pluribus. † Quia interdum copula,&, accipitur pro diſiuncta vel alternatiua. l.fina.ff. de verbo ſignifica. & interdum accipitur expoſitiuè vt euitetur cōtrarietas.l.ſi.C.de ordi.cogni.de quo per Bartol.in l.ſi is qui cc.§. vtrum. ff. de reb. dub. Et in commiſsionibus & reſcriptis accipitur copula,&,diſiunctiuè:ſecundum gloſſ.in capit.ij.de re-
4 ſcript. † Et pariter in mandatis accitur ampliatiuè: ſecundum Bald. in l.j. C.de furt. & maximè ne reddatur diſpoſitio inutilis , & vt potiùs actus valeat quàm corruat. argumen. l.quoties. ff.de regul.iur. faciunt nota.per Bartol.poſt gloſſ.in l.diuus.ff. de re iudic.& per docto.in cap.licèt. de proba.& ita videtur in propoſito : quia licèt in poteſtate vicarij Archiepiſcopi ſeu eius locumtenentis fiat mentio cum poteſtate conferendi & prouidendi de beneficijs permutatis & patronatis: tamen illa copula non accipitur propriè,ſed venit ampliatiuè, & habebit locum in beneficio permutato , licèt non appareat de patronatu alicuius. Quantum autem ad ſecundam partem queſiti an dicta permutatio pręſumatur ſymoniaca & fraudulenta. Et prima facie videretur dicendum quòd ſic ex paritate beneficij pinguis vel tenuis.cap.ij.de renun.libr.vj.cum
5 ibi notatis per gloſſ.& doctor. † Nam permutatio in beneficialibus debet eſſe pura, ſimplex abſque aliquali intentione deprauata nepotis aut alterius gradus parentelæ, aliâs committitur ſymonia ſaltem mentalis: ſecundum gloſſ. in capitu.ex parte. le j.de officio delega.& in capitu. dilectus. le j.de
6 pręb.& in cap.ordinationes.j.q.j. Prętereà † quando ſit reſignatio beneficij durāte infirmitate graui videtur ambitioſa & reprobata.d.c.ij.de renuntia. lib.vj.

libr. vj. & hoc videtur tenere Angel. in l. iubemus. C. de repu. & Alexand. in l. fructus. ff. ſolut. matrimo. Et maximè quando fit reſignatione poti minori, de quo per Panormita. in cap. de præſumptionib. & iſtud facit pro regula cancellariæ xviij.
7 † quando reſignans beneficium in infirmitate conſtitutus moritur ex dicta infirmitate infra viginti dies, quòd tunc cenſetur vacare per mortẽ, & non per reſignationem. cap. ſuſceptum. de reſcript. libr. vj. ſecundum regulam cancellariæ vbi ſupra licèt in prouiſione apoſtolica alterius contendentium fuerit expreſsè derogatum dictæ regulæ cancellariæ de tempore obitus viginti dierum. Et etiã alteri regulæ cancellariæ, & pariter interdum vidi obſeruari in reſignatione beneficiorum temporalium, quòd fit exhibitio coram curia perſonæ reſignãtis, & petitur fieri literas teſtimoniales de ſanitate reſignantis, ad obuiendum fraudibus. & interdum vidi quòd in literis Regijs & Delphinalibus dum tamen reſignans non fuerit in infirmate tempore reſignationis, & quòd ſuperuixerit poſt reſignationem per tantum tempus &c. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa poſſeſſorij eccleſiæ parœcialis Reuentini diœceſis Viennenſis inter dominum Petrum Nicoleti & dominum Antonium Mõtagnerij: quia fuit facta reſignatio per dominum Georgium Albi vltimum rectorem dictæ parœcialis eccleſiæ, ex cauſa permutationis cũ quadam capella ſanctæ Crucis dicti domini Petri Nicoleti ſita in eccleſia ſancti Seuerij ciuitatis Viẽnæ in manibus domini Andreæ Grolerij canonici eccleſiæ cathedralis ſancti Mauricij Viennę vicevicarij viennę, vbi in eius poteſtate fit mentio de beneficijs permutatis & patronatis per copula, prout ſuprà dictum fuit: & fuit paſſata dicta permutatio de anno domini milleſimo quingẽteſimo, die viceſima mẽſis Nouembris. & in craſtinum fuit authoriſata per dictum dominũ Grolerij: deinde fuit ſubſequuta prouiſio apoſtolica de eodem anno quarto Kalend. Decembris, quæ cadit xxix. menſis Nouembris. vbi fuit facta mentio de dicta reſignatione ex cauſa permutationis, eidem prouidendo, & quatenùs eſt confirmando, derogando dictæ regulæ cancellariæ, de tempore obitus viginti dierum: & alteri regulæ, de tempore non veriſimili cum alijs clauſulis derogatorijs. dictus verò Mõtagnerij impetrauit dictam parœcialem eccleſiam Reuentini à domino Gulielmo Palmerij decano Viennæ vicario domini Archiepiſcopi Viennæ die prima mẽſis Decembris eiuſdem anni per obitum dicti domini Georgij Albi, & aliàs prout pleniùs per acta cauſæ apparet in manibus magiſtri Andreæ Rolini ſecretarij cauſæ.

ARGVMENTVM.

Indulto Cardinalis an literis derogatorijs prouiſionis apoſtolicæ derogari poſsit.

SVMMAAIVM

1 *Literis generalibus apoſtolicis an Cardinales comprehendantur.*

2 *Clericorum appellatione etiam in odioſis Cardinales ueniunt.*

Quæſtio CCCCCXI.

QVAERITVR ſuper clauſulis derogatorijs prouiſionis apoſtolicæ d. domi. Petri Nicoleti: vbi derogatur priuilegijs, ſtatutis dñi Archiepiſcopi Viennæ in quacunque forma verborum exiſtant, etiam ſi de verbo ad verbum eſſet ſienda mentio, an ſit ſufficienter derogatum indulto apoſtolico reuerendiſsimi domini Cardinalis de ſancto Seuerino Archiepiſcopi Viennenſis ſibi cõceſſo, quòd non poſsint conferri beneficia dependentia ab eius eccleſia Viennẽſi, per aliumã quàm per ipſum aut eius vicarium, etiam per literas apoſtolicas, cum decreto irritante ex certis beneficijs apud curiam vacantibus, etiam ſi dictus dominus Cardinalis ſit abſens à curia, de licentia tamen Papæ, & aliàs prout ibi pleniùs continetur. & an in dubio literæ generales apoſtolicę comprehendant dominos Cardinales. Et in effectu an iſtæ clauſulæ derogatoriæ generales habeant vim caſus ſpecialis, ac ſi fuiſſet derogatum ſpecialiter propter verba ibi appoſita. Et videtur dicendum quòd ſic, l. ſi omnes. C. de præſcript. triginta aut quadragintã annorum. cum ibi notat. per Bald. & Angel. & per Ioan. Andr. in nouella in capit. j. de exceſs. prælat. lib. vj. & hoc tenet Panormita. in capit. cùm inſtãtia. de cenſib. faciunt notata per Bartol. in extrauaganti. ad reprimendum. ſuper verbo, non obſtantibus.
1 Nec † obſtat ſi dicatur, ꝙ per literas generales apoſtolicas odioſas non comprehenduntur domini Cardinales, quia ſunt de latere Papæ, & pars corporis: & non eſt veriſimile quòd voluerit contra ipſos ſtatuere: ſecundum Ioan. Monac. & Innocen. quem refert Ioan. Andr. in nouella: & ſequitur in ca. j. de ſchiſma. libr. vj. & etiam ſequitur Barba. in tractatu de præſtan. Cardina. quæſtio. Quia ad
2 iſtud reſpondetur, † quòd imò etiam in odioſis appellatione clericorum, etiam veniunt Cardinales. cap. ij. de cleri. non reſiden. & ibi per Hoſtien. & Panormita. & hoc tenuerunt Geminia. Philip. Franc. in dict. capi. de ſchiſma. lib. vj. & ibi referunt, quòd Ioan. Monac. ſe correxit in ſuper quadam extrauaganti, dicendo quòd erat ſuſpectus: quia erat Cardinalis. Prætereà in hac materia fuit probata abſentia dicti domini Cardinalis à curia de tẽpore collationis & prouiſionis dicti domini Petri Nicoleti. & quòd ipſe dominus Cardinalis fuerat in concilio Piſano: nec fuit probata licentia Iulij Papæ ſecundi, & aliàs prout pleniùs per acta cauſæ apparet. aliter ad præſens non declaro: quia licèt ſententia ſit concluſa per curiam, nondum tamen eſt publicata.

ARGVMENTVM.

Iudices ſeculares de beneficiorum poſſeſſorio ſiue retinendæ ſiue reintegrandæ cognoſcunt.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium rei ſpiritualis quid temporale dicitur.*

2 *Iudex ſecularis de poſſeſſorio beneficiorum cognoſcere poteſt.*

3 *Remedium reintegrandæ, iuxta formam Stat. Si quis per literas. an inter eccleſiaſticas perſonas corã iudice laico locus ſibi uendicet?*

Quæſtio CCCCCXII.

QVAERITVR an ſuper poſſeſſorio beneficiorum eccleſiaſticorũ licitè poſsint adiri iudices inferiores à curia, etiam ſi ſint Viceballiui, ſeu viceſeneſcalli, ſiue interdicto retinendæ aut reintegrandę, etiam in ſtatuto, ſi quis per literas. Et in effectu licèt pro re ſpirituali debeat adiri iudex eccleſiaſticus, clemen. diſpendioſam. de iudi. ca. decernimus. de iudic. † tamen poſſeſſorium rei ſpiritualis dicitur quid temporale: ſecundum glo. in ca. literis. de iur. calum. & ideò ſecundũ Vincen. in c. ſi.
1 de iudic. † iudex ſecularis poteſt cognoſcere ſuper poſſeſſorio, & ita ſeruatur de conſuetudine notoria in curia parlamenti Delphinalis: quia à principio quando aliqui impetrauerunt aliqua beneficia vacantia, & adepti fuerũt poſſeſsionem, ſunt ſoliti porrigere ſupplicationem in curia petendo ſe manuteneri: & tunc facta fide de titulo & miſsione in poſſeſsionem, curia eſt ſolita dare prouiſionem manutentionis cum oppoſitione in vim citationis: & facta exequutione in arce beneficij, ſi ſint opponentes aſsignantur ad certam diem coram curia, & ibi incohatur proceſſus, & partes faciunt fidem de eorum titulis & iuribus antequàm audiantur: & ita etiam refert domi. Guid. Papæ deci. j. & ibi allegat bullam Papæ Martini V. & etiã in deci. lxxxv. & ccvij. & ccccclij. de quo latiùs habetur in repetitione d. Stepha. Auffreri. clemẽ. j. de offi. ordi. in tractatu de poteſta. ſecul. in ſecunda regu. xxiiij. fallentia. & hoc quando agitur de poſſeſſorio iure ordinario vocata parte: † ſecus ſi agatur iure extraordinario remedio reintegrandæ: iuxta formã ſtatuti Delphinalis, ſi quis per literas. quia tunc non haberet locũ inter perſonas eccleſiſticas corã iudice ſeculari: quia ſtatuta laicorũ non ligant clericos. authen. caſſa. C. de ſacro. ſanct. eccleſi. c. eccleſia ſanctę Mariæ. de conſtitu. ſecundum d. Guid. Pap. ſuper dict. ſtatuto, ſi quis. ſuper verbo clandeſtinè. Veruntamen ex poſt facto vidi obſeruari cõtrarium in dict. curia, quod etiam implorant d. ſtatutum, ſi quis per literas. inter eccleſiaſticas perſonas, ſiue pro beneficio ſiue pro re temporali: pro quo facit quod habetur per domi. Auffre. vbi. s. præthereà dictum ſtatutum, ſi quis per literas. per dominum Antoniũ Montagnerij intentatum coram locumtenente Viceballiui Vienneſij, & terræ turris contra dictum dominum Petrum Nicoleti & certos familiares occaſione domus dictæ eccleſiæ parœcialis Reuentini proceſsit de facto & nulliter cum reintegratione ſubſecuta: quia dictus Montagnerij non poteſt prætẽdere poſſediſſe per decem dies ſciente & patiente dicto domino Nicoleti. quia dictus dominus Nicoleti fuit primus poſſeſſor cum titulo: & fuit ſibi licitum recuperare poſſeſsionem ſaltẽ naturalem occupatam ipſo abſente quamprimùm fuit ſibi opportunum. c. olim. le j. de reſtit. ſpoliat. facit l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. cum l. ſequenti. cum ibi nota. ff. de acquiren. poſſeſ. quia dictus Nicoleti non fuit ſuſpicatus ſe poſſe repelli: ſed ꝙ primum ſciuit & recuperauit eius poſſeſsionem: facit quod habetur per glo. & Bart. in l. iij. §. eũ igitur. & l. qui poſſeſsionem. ff. de vi & vi arma. & ideò fuit concluſum per dominos curię dictam reintegrationem nulliter proceſsiſſe.

ARGVMENTVM.

Gratia officij obtenta cum clauſ. Quandiu nobis placuerit, an concedentis morte ante interinationem & adeptam poſſeſsionem expiret.

SVMMARIVM.

1 Papa in prælati promotione ſi ſua propria beneficia dum ſolet, ſibi retinet, quòd morte Papæ gratia expiret.

2 Iudex qui aliquem relegat ad tempus, ſi interim moriatur, an tale bannum reuocetur.

3 Gratia prouiſionis beneficij cum executoris datione, an concedentis morte re integra expiret?

4 Gratia principis ſolo uerbo perficitur.

5 Gratia ius in re etiam abſenti poſt acceptationem & ante poſſeſsionis apprehenſionem acquiritur.

6 Clauſula quandiu placuerit, officij perpetuitatem inducit.

Quæſtio CCCCCXIII.

QVAERITVR an gratia reſignationis alicuius officij temporalis admiſſa & paſſata per Regem Ludouicum XII. dominum noſtrum Delphinũ literis cõfectis cum illa clauſ. quãdiu nobis placuerit, expiret ante præſentationem literarum & interinationem, & adeptam poſſeſsionẽ vel ne, & an ſit opus noua prouiſione ſeu confirmatione. Et in effectu dubium facit propter c. ſi gratioſæ. de reſcript. lib. vj. vbi habetur, † quando in pro-
1 motiõe alicuius prælati Papa reſeruat ſibi ſua propria beneficia vſque ad bene placitum ſuæ voluntatis, & contingit quòd Papa moritur: tunc expirat talis gratia. & pro hoc facit quod voluit Bal. in c. j. de feudo gard. quando princeps cõcedit aliquod feudum quandiu ſibi placuerit, quòd princeps poteſt reuocare quandocunq; vult. & pro hac parte facit quod voluit Bart. in l. centeſimis. §. j. ff. de verbor. obli. quãdo aliquid promittit cùm voluerit, quòd expirat talis promiſsio per mortem promiſſoris: &
2 ideò † quando iudex per eius ſententiam bannit ſeu confinat aliquem vſque ad tale tempus, & interim moriatur iudex, eſt dubium ſi tale bannum reuocetur. de quo etiam per docto. in l. fina. C. de contrahen. emptio. Præthereà de ſtylo curiæ parlamenti Delphinalis fuit & eſt ſolitum obſeruari, quòd tales literæ debent ante omnia præſentari curię, deinde interinari & accipi poſſeſsio. Et ita ſtylus debet obſeruari. c. quàm graui. de fal. præthereà requiritur præſentatio literarum. c. ſuper eo. le ij. de appella. ſed pro contraria parte facit c. ſi ſuper gratia. de of-
3 fici. dele. lib. vj. vbi habetur † quòd gratia prouiſionis alicuius beneficij cum datione executoris non expirat re integra morte cõcedẽtis. & pro hoc facit c. cum cui. de pręb. lib. vj. vbi facultas alicui conceſſa prouidendi de beneficijs eccleſiaſticis in genere, non expirat morte cõcedentis: ſecus ſi eſſet conceſſa in ſpecie. de quo ibi latiùs habetur. Secundò
4 pro hac parte facit: † quia gratia principis ſolo verbo perficitur, viuę vocis oraculo etiam nundum literis confectis. §. perficiuntur. inſtitu. de dona. l. perfectam. C. de dona. quæ ſub mo. & hoc tenuerunt Archidia. Ioan. Andræ. in nouella. Geme. & cæteri in procœmio vj. Bal. in l. humanum. C. de legi. quia litera non eſt de ſubſtantia gratiæ, ſed dumtaxat ad probationem. de quo etiam per Baldum in l. ſi

qua per

quia per calumniam. C. de epiſcop. & clericis. & licet in reſcriptis ad lites requiratur citatio, ſeu quòd delegatus vſus fuerit ad hoc: vt re integra non expiret morte concedentis. capitu. licèt. capitu. gratum. de officio delegati. capitu. fina. de officio legat. l. & quia. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. ſecùs in ordinario, vbi non expirat poteſtas morte cócedentis. dict. l. quia. cap. ij. de officio legat. libr. vj.
5 † Tamen in literis de gratia perficiuntur ſolo verbo, nec expirant morte concedentis prout ſuprà dictum fuit: quia per talem gratiã acquiritur ius in re etiã abſenti poſt acceptationem etiam ante apprehenſam poſſeſſionem. c. ſi tibi. de præbendis libr. vj. Et ideò emanauit regula cancellariæ: quãdo Papa moritur nondum confectis literis quod rationi congruit, & conficiũtur literæ de eadẽ data ſub nomine tamen noui pontificis: vt habetur in regula cancellariæ. Nec obſtat dict. c. ſi gratioſè. de reſcriptis libro vj. Quia loquitur in re odioſa pluralitatis beneficiorum: ſecus in re fauorabili gratiæ prouiſionis beneficij. dict. capi. ſi ſuper gratia. de officio delegati libr. vj. ſecundum gloſſam, & Doctor. vbi ſuprà.
6 † Prætereà illa clauſula, quandiu nobis placuerit, inducit perpetuitatem officij: quia beneficium principis decet eſſe perpetuò manſurum. cap. decet. de regu. libr. vj. & hoc tenet Bartolus in l. iuriſperitos. ff. de excuſatione tutorum. in additionib. Nicolaus de Neapol. Baldus in l. quiſquis. C. ſi certum petatur. & per nouiſsimos in l. præſidibus. ff. de rebus creditis. Et vt fertur emanarunt ordinationes regiæ, quòd officia ſint perpetua ad vitam, nec debeant reuocari dum benè fecerint, nec in officio deliquerint. Et pręmiſſa faciunt ad hanc quæſtionem ſuper reſignatione officij ſecretarij magiſtri Petri Ioffredi ad opus Iacobi Ioffredi eius filij: & dum dicta reſignatio fuit admiſſa per Regem Ludouicum XII. dominum noſtrum Delphinum nuper defunctum, cuius anima requieſcat in pace, & fuerunt literæ confectæ. Dictus verò Ioffredi diſtulit præſentare per aliquos dies, & interim venerũt noua de obitu præfati Regis, poſt cuius obitum dicti Ioffredi pater & filius præſentauerunt dictas literas ad effectum obtinendi dictam interinationem, & fuit dubitatum inter dominos curiæ, ſi iſtud poſſet fieri, & vt tutiùs agatur curia conceſsit acta de præſentatione literarum, & quòd interim dicti Ioffredi procurent obtinere literas confirmationis à Rege moderno Franciſco domino noſtro Delphino. aliter ad præſens non declarat. ſed quæ hic ſcribuntur, hoc feci ad maiorem certitudinem veritatis habendæ.

ARGVMENTVM.

Coniugum alteri an liceat ſe propria authoritate ſeparare, ſiue propter fornicationem, ſiue malam tractationem, ſiue aliàs, & an ſententia requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Tribus modis quis accuſatur de adulterio, & an & quãdo liceat mulieri maritum accuſare, ſicut marito uxorem. & nume. 2. & 13.*

3 *Maritus celans crimen uxoris meretricis dicitur patronus turpitudinis.*

4 *Pœna mulieris adulteræ.*

5 *De lucro dotis propter adulterium. & nu. ſeq.*

6 *Coram quo iudice agatur pro adulterio, & an talis cauſa dicatur miſti fori. nu. 7. & ſeq.*

8 *Intellectus cap. gaudemus. de conuerſion. coniugatorum. & numer. ſequen.*

9 *Mulier inuita an detrudatur in monaſterium.*

10 *Annus profeßionis quando prorogatur.*

11 *Iudex eccleſiaſticus an poßit imponere pœnam uerberũ pro adulterio remißiuè.*

12 *Intellectus authen. ſed hodie. C. de adulter.*

14 *Adulterium an ex ſuſpitiõibus probetur, & de modo illud probandi.*

15 *Suſpitio triplex.*

16 *Ratio quare liceat uiro accuſare uxorem de adulterio, ſed non contrà. & nu. ſeq.*

17 *Thorus propriè quid.*

18 *Filius ſemper præſumitur natus ex matrimonio, licèt mater interdum rem habeat cum alio, quàm marito.*

19 *Adulterium committitur cum nupta.*

21 *Diuortium hodie propter fornicationem aut hæreſim non fit, niſi quò ad ſeparationem thori, non quò ad uinculũ matrimonij: intellige inter fideles: ſecùs inter infideles, & paganos.*

22 *Mulier aut maritus an poſſunt ex cauſa fornicationis quãdo prætenditur notoria, propria authoritate non expectata iudicis ſententia relinquere ſe. & an ſit locus reſtitutioni dotis, &c. & nu. ſeq.*

23 *Notorium qualiter & quando dicatur.*

24 *Eccleſia non iudicat de occultis.*

25 *De reſtitutione dotis poſt ſeparationem. & quando maritus uel non mulieri ad alimenta teneatur.*

26 *Diuortium triplex.*

27 *Mulier perdit legatum ſibi relictum à marito, propter adulterium.*

28 *Ob dotem promiſſam & non ſolutã, an maritus poßit expellere uxorem, & remittere parentibus.*

Quæſtio CCCCCXIIII.

QVAERITVR an vxor licitè poſsit ſe authoritate propria ſeparare à conſortio, & domo mariti propter fornicationem, aut malam tractationem, aut quando maritus vergit ad inopiam: & ſi requiratur ſententia priùs lata, maximè quãdo fornicatio ſeu adulterium eſt notorium per confeſſionem, aut ſententiam latam in alio iudicio, & inter alias partes, & an ſit locus repetitioni dotis iſto caſu conſtante matrimonio, etiam cum fructibus præteritis loco alimentorum: & ſi competat vxori ius accuſandi maritũ de adulterio. Et quia iſta quęſtio habet plura capita, ideò præmittendũ eſt, quòd
1 tribus modis quis poteſt † accuſari de adulterio: quia vno modo agitur denuntiando ad pœnitentiam: & iſto caſu quilibet admittitur. capitu. ſi peccauerit. ij. quæſtione j. cap. nouit. de iudicijs. c. cùm ex iniuncto de hęret. Secundo modo fit accuſatio ad ſeparationem thori, & vt dotẽ, vel donationem propter nuptias quis recipiat: & iſto caſu admittitur vxor contra virum. capitu. j. vt lite non conteſtata. & econtrà maritus admittitur contra vxorem. c. plerunquè. de donatione inter virum & vxorem. c. ex literis. de diuortio. Quia in hoc caſu maritus &

vxor non iudicantur ad imparia. can. ſi quis vxorem.xxxij. quæſtione prima.ca.pręcepit.xxxij. quæſtione quinta,& ad hanc accuſationem nullus admittitur,niſi maritus, & vxor, quorum intereſt. d. cano.ſi quis vxoré.& cap.pręcepit. ſecundum Hoſtien.in cap.literis. de preſumptionib. & in ſum ma de diuortijs. §. quot modis, & in ſumma de adulte. §. ſed hęc locum. & Ioann. Andr. & Henric. Boic in cap. tuę. de procura. Tertiò modo fit accuſatio adulterij ad pœnam legitimam infligendam,& iſto
2 caſu † mulier non admittitur contra maritum, licèt econtrà maritus admittatur ad accuſandũ vxorem infra ſexaginta dies à tẽpore diuortij,ſeu adulterij. l. miles. in principio & l. is qui.§.final.ff. de adulter. &l.publico.l.iure mariti.& l.caſtitati.& l. ſiue metum.C.ad leg.iul.de adulte.c. aliquando.& cap.ſi maritus.iiij.quæſtion.iiij. adeo & in tantùm quòd vbi maritus ſciens non accuſaret mulierem de adulterio diceretur leno: & incurreret pœnam lenocinij.l.crimen.C.de adulter.nam ſicut maritus dicitur crudelis, &iniquus,qui caſtam dimittit vxorem:ſic econtrà dicitur fatuus, & iniuſtus, qui re-
3 tinet meretricem: quia dicitur † patronus turpitudinis, qui celat crimen vxoris.capitu. ſicut. trigeſimaſecunda quæſtione prima, & pro hoc facit cap. publico,iudicio trigeſimaſecũda quęſtione prima, vbi mulieres nõ habent accuſationẽ adulterij in iudicio publico,quãuis de matrimonio violato queri velint:vt ibi habetur:licèt gl.ibi velit tenere, quòd mulieres non habeant priuilegium idem, ſicut mariti:quia mariti accuſant infrà ſexſaginta dies iure mariti ſine inſcriptione, & ſine metu calumniæ: ſed poſt ſexſaginta dies non poteſt accuſare niſi iure communi,& tamen ibi tractat an ſecundum iura canonica vxor poſſit accuſare etiam de iure ciui-
4 li, cùm ſit commutata † pœna in muliere,in pœnã intruſionis monaſterij, de quo ibi latiùs per gloſſ. & in dict.cap.aliquando,& cap.ſi maritus. quarta quæſtione quarta,&ibi gloſſ.que tractat in quibus maritus accuſat iure mariti,& ſi iure nouo debeat ſe inſcribere: licèt faciat differentiam,an maritus agat ciuiliter ad lucrum dotis,& tunc non tenetur ſe inſtruere: ſecus ſi criminaliter.& ſicuti propter adulterium mulier perdit dotẽ,ita etiam bonaparaphernalia: ſecundũ gl.ſingularem in d.ca.plerumquè.& licèt antiquitus maritus non accuſaret vxorem de adulterio retenta vxore in domo,ita quòd requirebatur prius diuortium.l. miles.§.volenti.ff. de adulte.l.crimen.C.de adulterijs tamen hodie poteſt accuſare,& ſi accuſatio vera oſtendatur, poterit mittere repudium: ſi verò maritus non potuerit comprobare,tũc debet ſubijci eidem pœnæ,& mulier poterit mittere repudium, & lucrari dotem, & donationem propter nuptias. authẽ. ſed nouo iure.C.de adulterijs.& ibi per gloſſ. & in authentica vt liceat ma.& aui.§. quia verò plurimas. collatio. octaua,& in authentic. vt nulli iudi.§.ſi verò. & §. adulteram.collatione nona, & authentica ſed hodie.C.de adulterijs. vbi pro pœna adulterij mulier verberatur,& in monaſterium detruditur: vt ibi habetur: ita quòd ſi habeat liberos,duæ partes eius ſubſtantiæ applicantur liberis, & tertia pars monaſterio. & econtrà ſi non habeat liberos, ſed parentes,tunc applicatur tertia pars parentibus, & duæ partes monaſterio: quibus non exiſtentibus, omnia bona mulieris applicantur monaſterio. Verum tamen ſi ſint aliqua pacta, remanent ſalua marito: & iſto caſu maritus poterit ſibi reconſiliare vxorem, & iſto caſu prolongatur annus profeſsionis infrà biennium,& interim non eſt monacha. Nec
5 obſtat ſi dicatur, quòd propter adulterium † vxoris maritus lucratur dotem ſine aliquo pacto: vt dict. l. conſenſu. §. vir quoque. C. de repudijs & dicto.§. quia verò. & §. adulteram. in authentica vt liceat mat.& aui.collatione octaua:quia ſecundum aliquos, illud corrigitur.vel ſecundum gloſſ. in dicta authentic. ſed hodie.illa iura loquuntur quando maritus agit ciuiliter ad lucrum dotis: ſecus ſi agat criminaliter: quia tunc maritus tenetur ſe inſcribere. iuxta dictam authentic. ſed hodie. &
6 iſta eſt pœna legalis,& pertinet ad iudicem † ſecularem: niſi mulier eſſet de foro, & iuriſdictione tẽporali eccleſiæ.ſecundum Innocent.in dicto capit. tuæ.de procura. & maritus poſſet retinere vxorem, &liberare à pœna, vel etiam poſſet cõmutare pœnam ex cauſa. ſi verò mulier non ſit de foro temporali eccleſiæ, nõ debet de adulterio coram eccleſiaſtico iudice cõueniri,niſi ageretur ad ſeparationem thori propter adulterium. nam quando agitur ad ſeparationem thori, debet agi coram iudice eccleſiaſtico. & dicitur cauſa mixta: quia participat de pœna adulterij propter ſeparationẽ thori, & etiam dicitur ciuilis, propter lucri factionem dotis,&donationis propter nuptias, quæ veniunt acceſſoriẽ ad matrimonium.cap. per veſtras, & cap. plerumquè.de donatio. inter virum & vxorem, ſecundum Cardin. Flo. Ioan.de Imol.in dict.capit.tuæ.de procurat.licèt ſecundum Ioann. & Vincen. quos refert Panormit.in dict. cap.tuę.etiam mulier poſſet accuſari criminaliter de adulterio coram iudice eccleſiaſtico. per cap.gaudemus.de conuer. coniuga. & iſtam partem tenet Panor.in dict. cap.tuę. quia hodie in muliere pro adulterio non imponitur pœna mortis. Et ideò iudex eccleſiaſticus poteſt cognoſcere propter ſacramentum matrimonij: quia
7 adulteri dicuntur ſacrilegi, & ſic † dicetur miſti fori,& erit locus pręuentioni.& idem tenet in cap. primo de offic.ordinar. & in c.cùm ſit generale. de for.compet. licèt ibi teneat, quòd quando agitur coram iudice ſeculari de adulterio criminaliter ad pœnam intruſionis monaſterij, quòd executio ſententię pertinebit ad iudicem eccleſiaſticum: cum monaſteria non dicantur ſubiecta iudici ſeculari. Et quòd crimen adulterij dicatur miſti fori etiam quando agitur criminaliter, tenet idem Panormitan. in dicto capitul. gaudemus. de conuerſione coniu.licèt Imo.in dicto capitu. tuę. tenuerit contrarium:vt ſolus iudex ſecularis debeat cognoſcere de adulterio, quando agitur criminaliter, & pro hoc etiam idem Panormitanus in dict. capitu. gaudemus.allegat tenere Pet.& Abbatem pro opinione Innocent. capitu.lex debet. trigeſimatertia quæſtione quinta,& idem tenet Ioannes Andręas in nouella, in capitul. final.de foro competenti libro ſexto, vbi tenet quòd crimen adulterij ſolùm dicitur fori eccleſiaſtici,quando agitur ad ſeparationem

8 tionem thori. Nec obſtat † dictum capitulū gaudemus. vbi mulier, quæ relicto maritali thoro, lapſu carnis, ſi maritus eam reconciliare non voluerit, debet collocari in monaſterio: quia ſecundum gloſſam ibi, debet intelligi ſecundum dictam authenticam ſed hodie: quando agitur criminaliter coram iudice ſeculari: ſecus ſi ageretur ciuiliter ad ſeparationem thori: quia tunc debet agi coram iudice eccleſiaſtico. dicto capitulo tuę de procuratoribus, & hoc tenuerunt Petrus & Abbas, quos refert Panormita. in dicto capitulo gaudemus. de conuerſione coniugatorum. quia ibi non imponitur pœna mulieri, ſed prouidetur: vt collocetur mulier in clauſtro, vt honeſtè ibi viuat. Ex hoc † inferunt, quòd mulier inuita non poteſt collocari in clauſtro, niſi velit: ſecus ſi agatur criminaliter coram iudice ſeculari: quia tunc poterit imponi pœna intruſionis monaſterij: iuxta dictam authenticam, ſed hodie. C. de adulterijs. vbi ſit mentio quòd adultera verberata in monaſterio mittatur: ſed in dicto capitulo gaudemus. fit mentio per verbum collocare. que videntur diuerſa: ſed Hoſtienſis in dicto capitulo gaudemus. poſuit alium intellectum, videlicèt quòd ibi ſtatuitur noua pœna contra diſpoſitionē iuris ciuilis. Nam ſecundū ius ciuile mulier non poteſt profiteri infrà biennium: ſed ſecundum dictū capitulū gaudemus. ſi maritus monitus non vult mulierem recipere, poteſt incontinenti collocari in monaſterio, & profiteri poterit: nec licebit marito illam de monaſterio eruere. & opinionē Hoſtien. ſequitur Cardinalis in dicto capitulo gaudemus. quia quando agitur coram iudice eccleſiaſtico, lata ſententia diuortij, ſi maritus non vult reconſiliare vxorem, collocabitur in monaſterio, vbi profitebitur, & manebit perpetuò, & hoc ibi facit tex-

10 tus, vt perpetuam pœnitentiam agat: † ſecus ſi agatur coram iudice ſeculari: quia datur biennium: & eſt caſus ſpecialis vbi prorogatur annus profeſsionis in biennium. & ita ſequitur Cardinal. Floren. eo caſu, quo ipſa mulier velit ſpontè profiteri, & ingredi monaſterium, aliàs ſecus: quia non deberet ad hoc cogi. capitulo ſignificauit. de conuerſione coiug. quia iſta ſpiritualia non debent cogi ab inuitis. capit. maiores. verſi. verum. de baptiſmo, aliàs autem muliere nolente profiteri debet obſeruari dicta authentica. ſed hodie. quia in dicto capitulo gaudemus. Papa non expreſsit, quòd debeant profiteri. An autem

11 iudex † eccleſiaſticus poſſet imponere pœnam verberum, habetur ibi per Cardinalem Florentinum, & quando mulier collocatur in monaſterio, ne ſit oneroſa matrimonio, collocabitur cum rebus ſuis: & vbi non haberet bona, monaſterium faciet de ſuo. capitulo dicto octuageſimaprima, diſtinctione, & de pœnitentijs diſtinctione prima canone impoſituna. de hoc ibi in vltima gloſſa, & idem Cardinalis in vltima quæſtione in dicto capitulo gaudemus. tenet illam opinionem, an maritus lucretur dotem propter adulterium vxoris, tenet quòd ſic, etiam hodie quando agitur ciuiliter. dicta lege conſenſu. §. vir. C. de repudijs. ſi verò agatur criminaliter, ſeruetur dicta authentica, ſec hodie. & licèt ibi in fine dicatur, quòd ſeruentur pacta marito: tamen illud non infert, quin etiam quando agitur criminaliter etiam ceſſante pacto mulier priuetur dote, ſi probatum fuerit adulterium. per dictum authenticam vt liceat mat. & auię. §. quia verò plurimas. collatione octaua: ſecundum Cardinalem Florentinum in dicto capitulo gaudemus. ſed non loquitur quando extant liberi, quibus debeant applicari duę partes ſubſtantię vxoris, & ter-

12 tia pars monaſterio, niſi diceretur † quòd dicta authentica. ſed hodie loquatur de alijs bonis vxoris, quàm dotis: ſuper quo relinquo cogitandum. De hac materia priuationis dotis aut donationis propter nuptias propter adulterium vxoris, vel mariti etiam tetigi in tertio volemine cauſarum mixtarum à principio in quodem tractatu dotis quæſtione nona, & certis alijs quæſtionibus ſequentibus. Anthonius de Butrio in dicto capitulo gaudemus. notat, quòd ſententia ſeparationis matrimonij quo ad thorum non tranſit in rem iudicatam, quando volente marito ab illo recedere poteſt. & pro hoc facit. capitulo lator. & capitulo tenor. cùm ibi notatis, de re iudicata. deinde tenet quòd dictū capitulū gaudemus. intelligitur ſecundum dictam anthenticam ſed hodie. quando agitur criminaliter, & quòd pœna intruſiouis monaſterij eſt ſecularis: deinde refert opinionem Hoſtienſis ſupra relatam: cum qua videntur reſidere. Panor. verò in d. c. gaudemus. de conuerſione coniugatorum videtur tenere contra opinionem Hoſtienſis: quia eſſet pręiudicialis maritis: & quia corrigeret diſpoſitionem iuris ciuilis: quia dicta authentica ſed hodie. C. de adulterijs, loquitur in accuſatione criminali: ſed in dicto capitulo gaudemus. non fit mentio de aliqua accuſatione. & ibi facit differantiam quando agitur ciuiliter, & tunc ſeparatur matrimonium quoad thorum: & maritus lucratur dotem. dicta l. conſenſu. C. de repudijs, & dicto capitulo plerumquè. de donatione inter virum & vxorem. & ideò in dicto capitulo gaudemus. non fit mentio de bonis: Si verò agatur criminaliter cōtra mulierem de adulterio, tunc vltra detruſionem monaſterij duę partes ſuarum dotium applicantur liberis, ſi quos habet, & tertia pars applicatur monaſterio: prout ſupra dictum fuit. Et ſic ſecundum ipſum vtiliùs eſt marito vxorem accuſare ciuiliter, quàm criminaliter. Tertia diſtinctio plus eidem Panormitano placet, quàm opinio quorumdam, in dicta authentica ſed hodie. tenentium, quòd hodie maritus nihil lucratur. propter dictam authenticam, ſed hodie. Sed redeundo ad

13 quęſitum an mulier † habeat ius accuſandi maritum de adulterio: gloſſa in dicta l. prima C. ad legem Iuliam de adulterijs, facit differentiam: quia mulieres quamuis poſsint accuſare de matrimonio violato, non tamen de thoro violato. & ideò ſi maritus ſe immiſcuit alteri mulieri ſolutę, non accuſatur de adulterio. l. inter libe-

ras.§.j.ff. de adulterijs. xxxvj. quæſtione j.capitu.
cùm ergo.ſi verò maritus accedat ad aliam mulie-
rem vxoratam:tunc non dicitur violari thorus mu-
lieris mariti,ſed thorus viri adulteræ, nec competit
vxori adulteri ius accuſandi de adulterio:quia mu-
lier prohibetur accuſare maritum,etiam iure extra
nei: cùm non proſequatur ſuam vel ſuorum iniu-
riam.l.de crimine.C.de his qui accuſar. nó poſſunt.
ſecundum gloſſam in dict.l.j.C.de adulterijs.Vnde
ſecundum Baldum in dict.l.j.licèt maritus retineat
amaſiam,ſeu concubinam in domo,mulier non po
teſt accuſare maritum, nec amaſiam criminaliter,
licèt poſſet agere actione iniuriarum, cùm violetur
matrimonium.Sed gloſſ.ibi videtur tenere contra-
rium. Veruntamen iſto caſu propter adulteriũ ma-
riti vxor poteſt dimittere virum,& lucratur dotem.
ſecundum gloſſam in dict.l.j.& pro hoc allegat di-
ctam l.conſenſu.§.cauſas.aliàs §. hæc niſi.C. de re-
pudijs.& ita debent intelligi capitu. nemo. trigeſi-
maſecunda quæſtione iiij. in principio. & capitu.
præcepit.& capitu.præceptum. Et capitu. chriſtia-
na.trigeſimaſecunda quæſtione v. & ibi gloſſ. no-
tat quòd vxor poteſt accuſare virum de adulterio,
licèt ſecus ſecundum leges, de quo ſe remittit ad
notata. in cano. miſericordes. §. publico iudicio
trigeſimaſecunda quæſtione j. & in effectu poſt
opiniones recitatas,videtur tenere quod ſit permiſ-
ſum vxori accuſare maritum de adulterio ciuiliter
ad ſeparationem thori,vt,lucretur donationẽ pro-
pter nuptias:non vt vir in corpore puniatur, & ad
tantùm agitur ſecundum canonẽ. Vnde ſecundum
Archidiaconum in dict.§. publico iudicio.crimen
adulterij licèt ſit publicum,& quilibet poſsit accu-
ſare quantùm ad pœnam legalem: ſecus quantùm
ad ſeparationem thori pertinet ſolis coniugibus.&
ibi refert Goffredum quòd hodie ſecundum legem
maritus accuſat vxorem de adulterio conſtante ma
trimonio, nec iure mariti: quia ſe inſcribit ad pœ-
nam tallionis Et ſi fuerit probatum mulier non pu
nitur ad pœnam capitis,ſed ad intruſionem mona-
ſterij:& ſi maritus deficiat in probatione vltra pœ-
nam intruſionis monaſterij condemnabitur in pœ
na pecuniaria.de quo ibi latiùs per ipſum Præpoſi-
tum Cardinalem Alexandri.in dict.capitu. ſi mari-
14 tus.iiij.quæſtion.iiij.tenet † quòd licèt maritus poſ
ſit accuſare vxorem de adulterio ex ſuſpitionibus
abſque vinculo inſcriptionis,hoc intelligitur de ſu
ſpitione violenta:ſecus de ſuſpitione temeraria. ij.
quæſtione j.capitu.j.& capit. ſemper. Veruntamen
ex tali ſuſpitione non debet condemnari,licèt mari
tus excuſetur à pœna calumniæ. de quo in capitu.
dixit dominus trigeſimaſecunda quæſtione j. nam
ſecundum gloſſam ibi ſola ſuſpitio fornicationis
non eſt cauſa iuſta dimittendi vxorem, ſed eſt mo-
dus probandi:quia per ſuſpitionem probatur forni
catio:vti ſi timeat venter incognitæ à viro,vel ſi vir
fuit abſens certis annis,& ipſo reuerſo reperiat pue
rum in domo.l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel alie
ni.& de modo probandi adulterium per coniectu-
ras & ſuſpitiones habetur per Hoſtienſem in ſum-
ma de diuortijs,§.quot modis.verſicu.ſed nulla.ca-
pitu.literis. & capitu. literas. de præſumptionibus.
de quo etiam habetur per Bartolum in l.ij.§. finali.
ff.de adulterijs.quia non poteſt haberi probatio de
directo,niſi præſumptiuè:ſecundum Ioannem An-
dræam,& Panormitanum,in cap.prætereà. de teſti
bus.vel etiam quando reperiuntur in loco ſecreto
oſculantes.ſecundum Bartolum in l.ij.ff. de furtis.
& in l.capite quinto.ff.de adulter.per gloſſ.& Bar-
to.in l.j.de extraordinari. criminibus.vnde ſecun-
15 dum glo.in dict.capitu.dixit, quòd triplex † eſt ſu-
ſpitio, videlicet probabilis,tenuis & violenta. &
quòd ibi loquitur de violenta ſuſpitione. Et ſi quę-
16 ratur de ratione diuerſitatis † quare ſit permiſſum
marito accuſare vxorem de adulterio,ſed non econ
trà non eſt licitum vxori accuſare maritum de adul
terio. Cyn. dict. l. j. reddit rationem poſt gloſſam
qui vxor non habet thorum, & ſic non poteſt præ-
tendere fuiſſe violatum thorum:etiam ſi maritus in
lecto conſueto induceret ſecũ aliam mulierem. ſe-
17 cundum Salicetum ibi:quia propriè † thorus dici-
tur ipſa mulier,ſuper qua recumbit, quando mari-
tus ſubagitat ipſam. Et ideò in euuangelio dicitur
ꝙ vnus quiſque vir ſciat ſe poſsidere vas ſuæ vxo-
ris.& hoc ibi ſentit Salicetus.alia ratio redditur ibi
per Cynum:quia propter adulterium vxoris fit ma-
ius præiudicium marito,propter prolem:quia quan
do vxor participat carnaliter cum alio viro, poſſet
ſuccedere partus alienus. l. ſuper ſtatu. C. de quæ-
ſtionibus. Et iſtam rationem etiam ponit Albenc
in dict.l.j.C.de adulterijs. Ioannes Andræas, Hen-
ricus Boic, & cæteri Doctores, in dict. capitu. tue
18 de procuratoribus.quia † ſemper filius pręſumitur
natus ex matrimonio,licèt mater interdum ſe com
miſceat cum alio viro.l.miles.§.defuncto.& ibi per
Angelum.ff.de adulterijs. & per Bartolum in l. fi-
lium.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni.iur.& per Cyn,
in l.ſi vicinis.C.de nuptijs.& quãdo agitur de adul
terio inter maritum & vxorẽ debet probari de ma-
trimonio,aut ſaltem quòd habeantur, aut reputen
tur pro coniugibus.l.ſi vxor.§.ſed ſi ea.ff.de adulte
rijs.& ibi per Bart. & per Baldum in l. ita demùm.
circa finem.C.de procuratoribus. Et ideò non dici-
19 tur † adulterium,niſi cum muliere nupta.dict.l.in-
ter liberas.ff.de adulte. Nec obſtat ſi dicatur,quòd
ex quo agitur de probatione matrimonij, quòd nó
debeat fieri coram iudice ſeculari: vt in cap. tuam.
de ordine cognitionum. Quia ad iſtud reſpõdetur
ſecundum Baldum in l.quoties.C.de iudicijs.quod
20 de conſuetudine † generali contrarium ſeruatur,
quando incidit cauſa ſpiritualis criminali: licèt ſe-
cundum Bartolum in l. Titia. ff. ſoluto matrimo-
nio.quando deducitur articulus ſpiritualis per mo
dum quæſtiõis facti,tunc poteſt talis articulus pro
bari coram iudice ſeculari. de quo ibi latiùs per ip-
ſum.& licèt propter adulterium ſeu fornicationem
alter coniugium poſſet agere ad ſeparationẽ thori
coram iudice eccleſiaſtico,prout ſuprà dictum fuit,
tamen ſecus eſt quò ad vinculũ matrimonij, quod
eſt indiſſolubile. capitu. licitè. trigeſima ſecunda
quæſtione vij.& ideò alter coniugum, qui nó com
miſit fornicationem debet continere. nam quos
Deus coniunxit,nemo ſeparet.capitu.deindè.xxvj.
diſtinctione.capitu.an quod.& capitu.quos Deus.
xxxiij.quæſtione ij.capit. de infidelibus, de conſan
guinitate & affinitate.cap.quanto.& c.gaudemus.
21 de diuort.quia hodie non fit diuortium,ſeu † repu
dium ex cauſa fornicationis,niſi quò ad thorũ glo.
in l.diuortio

in l. diuortio. in princip. ff. de negot. geſt. & pro hoc facit c. ex hac. & c. quanto. cum ibi not. de diuor. & ſicuti ex cauſa fornicationis carnalis fit ſeperatio thori: ſic etiam ex cauſa fornicationis ſpiritualis, quando alter coniugum labitur in hæreſim, vel in errorem gentilitatis fit ſeparatio thori, non tamen fit ſeparatio vinculi matrimonij: quia alter coniugum, qui relinquitur viuente altero nõ poterit tranſire ad ſecundas nuptias. c. de illa. ca. quanto. de diuort. & hoc quãdo agitur de matrimonio fidelium, & chriſtianorum, vbi matrimonium cõſummatum dicitur verum, & rectum, vt nõ poſsit diſſolui quò ad vinculum matrimonij: ſecus quò ad ſeparationem thori, & mutuam ſeruitutem: ſecus quoad infideles & paganos. quia quando alter coniugum conuertitur ad fidem, & alter coniugum non vult cohabitare, vel non poſsit ſine contumelia creatoris, tunc poteſt diſſolui matrimonium etiam quoad vinculum matrimonij. d. c. quanto. de diuor. quia licèt matrimonium dicatur verum inter infideles & paganos: non tamen dicitur rectum. de quo qualiter intelligatur, habetur in dict. c. quanto. per Ioannem And. & Præpoſi. Sed redeundo ad principale

22 quæſitum, † an vxor, vel maritus ex cauſa fornicationis quando prætenditur notoria poſsit propria authoritate relinquere virum, vel econtrà vxorem non expectata ſententia, & ſi ſit locus reſtitutioni dotis cũ fructibus, vel reſtitutiõis donationis propter nuptias: quia iſta queſtio eſt dubia propter opiniones doctorum: & ideò referam opiniones doctorum cum eorum motiuis. Et primò pro parte affirmatiua facit capit. ſignificaſti. de diuort. vbi maritus propter adulterium notorium vxoris dimiſit vxorem ſine iudicio eccleſiæ: licèt ſecundum aliquos ibi adulterium emanauit poſt ſeparationem: ſecus ſi ante: vt in c. porrò. eod. tit. quæ videntur contraria vnum alteri, & eſt difficile cõtrarium: ſecũdũ doct. ibi. & pro hoc facit c. ex literis. & c. de illa de diuor. vbi propter fornicationẽ ſpiritualem hęreſis licitum eſt alteri coniugum ſine iudicio eccleſię recedere: & ſecundum Panormi. ibi, quando adulterium eſt notorium alter coniugum poteſt recedere propria authoritate: & in hoc æquiparatur fornicationi ſpirituali: licèt ſit differẽtia quoad fornicationem ſpiritualem, etiam ſi non ſit notoria: quia licitum eſt dimittere propter periculum hæreſis: ſecundum Panormit. ibi. Secundò pro iſta parte facit ca. intelleximus. de adulte. vbi maritus propter adulterium vxoris ipſam à maritali conſortio depulit. &

23 ibi adulterium dicitur notorium † per euidentiam facti, vel per confeſsionem. cap. noſtra. & cap. tua nos. & cap. fin. de cohabi. clerico. & mulier. ca. cùm olim. de verbo. ſigni. vbi offenſa dicitur manifeſta, de qua apparet per cõfeſsionem, vel probationem in iudicio factam. Tertiò pro iſta parte facit ca. dixit dominus. xxxij. quæ. j. vbi dominus in euãgelio permittit dimittere vxorem, vel ecõtrà ex cauſa fornicationis, vbicunque eſt fornicatio, vel fornicationis ſuſpicio liberè vxor dimittitur. & in c. Apoſtolus. xxxij. q. vij. vbi ex ſola cauſa fornicationis licitum eſt viro diſcedere ab vxore, vel econtrà, vxori diſcedere à viro: licèt apoſtolus ſimpliciter dicat, non diſcedere in cõiugio vxorem à viro. Quia debet intelligi, niſi ex cauſa fornicationis. Et licèt dominus in euangelio permiſerit viro ex cauſa fornicationis dimittere vxorem & econtrà, non tamen iuſsit fieri. Nec obſtat ſi dicatur, quòd ſaltem requiritur ſentẽtia: quia nemo debet ius ſibi dicere l. j. C. ne quis in ſua cauſa iudicet: quia ad iſtud reſpondetur quòd ſententia in caſu iſto dicitur lata à iudice iudicum, videlicèt à Deo. in euãgelio Matthæ. xviij. ibi, quod ergo Deus cõiunxit, homo non ſeparet. item ibi dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. nec eſt opus alia ſentẽtia hominis, quãtum ad hoc, vt maritus non teneatur reddere debitum coniugale vxori adulteræ, quia talis ſententia eſt lata à iudice iudicum. dict. capit. dixit dominus. xxxij. q. j. & inter infideles, quando alter cõiugum conuertitur ad fidem, & alter nolit ſibi cohabitare tunc ſoluitur matrimonium ipſo iure. ſecundũ glo. in cap. ſi infidelis. xxviij. quæ. j. nec obſtat ſi dicatur ꝙ ſit neceſſaria declaratio facti: ſecundum gloſ. in cle. præſenti. de cẽſib. ſuper verbo, conſtiterit. & in clem. ij. de pœn. & in cap. cùm ſecundum. de hæret. licèt incurratur pœna ipſo iure: tamẽ requiritur declaratio prout ſuprà dictum fuit. & per Bartol. in l. eius qui delatorẽ. ff. de iur. fiſc. de quo etiã habetur per doct. in l. ſi quis maior. C. de trãſ. & in tali declaratoria requiritur citatio partis. ſecũdum glo. in d. clem. præſenti. de quo habetur per Panor. & Præpoſ. in c. peruenit. & c. cõſuluit. le j. de appell. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd quando factum eſt notorium, non eſt opus alia declaratoria. l. ij. §. ſinautem. C. de iura. calum. ſecundum Ange. l. idémque. §. ſi tibi. ff. qui pot. in pign. habe. & Præpoſi. in d. c. quanto. de diuort. & in tali caſu dicitur notorium, quando eſt publica fama: ſecundũ Hoſti. & Ioan. And. in c. porrò. de diuort. vel quando poteſt probari infrà octo dies. arg. c. pia. de excepti. lib. vj. & c. ſolet. de ſent. excom. eod. lib. & licèt ex cauſa fornicationis ſit licitum dimittere coniugem abſque alia ſententia prout ſuprà dictum fuit: tamen non imponitur neceſsitas dimittendi: quia licèt Deus permiſerit, non tamen iuſsit. dict. cap. apoſtolus. xxxij. q. j. nec eſt quoad hoc recurrendum ad alium iudicem: tum quia ſemel conceſſum eſt: tum ſi contrarium pronunciaretur, non teneret ſententia lata per inferiorem. c. inferior. xxj. diſtinct. quantùm verò ad lucrandum dotem, non loquitur dominus, & ideò recurrendum eſt ad iudicem: ſecundum Hoſt. & Io. And. in d. c. porrò. Quartò pro iſta parte facit can. Agathoſa. xxvij. q. ij. vbi maritus ingreſſus religionem propter adulterium vxoris, poteſt excipere de adulterio aduerſus mulierem repetentem virum. licèt ſecũdum glo. ibi, ſuper verbo, nec quodam. ageret petitorio, aliâs ſi ageretur poſſeſſorio ante omnia reſtitueretur. c. ex conqueſtione. de reſtitut. ſpolia. Verum vxor propter adulteriũ dimittitur à marito ſine authoritate eccleſię quoad debitum carnale, & aliam mutuam ſeruitutem: tamẽ eccleſia ſemper audiet coniugem, donec fuerit ſibi facta fides de adulterio: quia eccleſia non iudicat de occultis. c. tua. in fin. de ſimonia. cap. j. vt eccle. benefi. ſine dimi. ſecundum Hoſt. & Io. And. in dicto c. porrò. Et iſtam partem quando adulterium eſt notorium, ꝙ poſsit dimitti coniunx non expectata ſententia, te-

net glo.in ca.fi.de adulter.quia eo ipſo quòd alter coniugum fornicatur:alius poteſt ſibi denegare debitum & eam poteſt expellere de ſua domo,ex quo notorium eſt adulterium. Et iſtam partem tenet Innocen.in cap.inquiſitoni. de ſenten. excommunica.& Hoſt. in ſumma de ſponſa.§.fin.& in tit.de adu.§.quæ pœna.licèt ibi videatur limitare quoad debitum carnale:ſecus quoad aliam mutuam ſeruitutem.& ibi etiam format quęſtionem:quādo maritus non poteſt probare adulteriū,licèt in cōſciētia benè ſciat. de quo ſe remittit ad notata in ca. inquiſitioni.de ſententia excomm.ſed idem Hoſt. in ſumma,de diuor.§.quot modis.verſi. & hoc intellexit. refert Goffr. tenere quando quis dimittit vxorem propriam propter adulterium,quòd habet obſtare exceptio adulterij notorij aduerſus vxorem, quando tale adulterium eſt commiſſum poſt eiectionem factam per maritum:aliàs ſecus: quia non licet tunc viro vxorem dimittere. & ibi ponit caſus in quibus mulier excuſatur aduerſus adulterium. Iſtam partem quòd propter adulterium notorium maritus poſsit propria authoritate relinquere vxorem vel econtrà,tenet Panor. in pluribus locis.primò in c.ex parte.de ſponſa.per iura ibi allegata. licèt in d.ca.porrò.de diuor.in primo notabili aliter videatur ſentire:videlicèt quòd matrimoniū ſemel contractum, non debet reſcindi abſque iudicio eccleſiæ.etiam ſi impedimentum ſit notorium : quia non debet tantum ſacramentum reſcindi.& etiam in gloſ.ſecunda, quia homines falluntur in diſcernendo quādo aliquid dicatur notorium:& plerunque ignorant quid ſit notorium. ſecundum gl. in ca.manifeſta.ij.q.j.& ideò debet requiri iudiciū eccleſiæ.Nec obſtat ſi dicatur, quòd quādo agitur poſſeſſorio reintegrandæ, habet obſtare defectus notorius proprietatis.ca.ſignificaſti. de diuort. vbi ſecundum Inno.ibi etiam procedit in cauſa matrimoniali.& iſtud eſt contrarium difficilimū: ſecundum Panor.in d.c.porrò.& ibi dat tres ſolutiones. Primò quòd in d.c.porrò.non excipiebatur de parentela notoria.vel ſecundò reſpondet quòd parentela habet obſtare quoad carnalem copulā: ſecus quoad alia mutua ſeruitia: vel tertiò reſpondetur quòd loquitur dictum cap.porrò. in notorio,quòd non poteſt certitudinaliter probari: ſecus in notorio facti,quod poteſt probari,licèt adhęreat ſecundæ ſolutioni. Idem Panor.in c.plerunque. de donation.inter vir.& vxor. tenet, quòd maritus propria authoritate poteſt abijcere à ſe vxorem adulteram, qñ adulteriū eſt notoriū etiā quoad effectū lucrādi dotē:& econtrà, qñ adulteriū mariti eſt notorium. idem Pan.in c.gaudemus.de conuer.cōiu.ibi refert quòd doctor. tranſeunt cum glo. ibi,quòd propter adulterium etiam notorium nō debet maritus propria authoritate relinquere vxorem,ſed debet expectare ſententiā eccleſię,licèt ibi teneat contrarium. idem Panor.in d.c.fi.de adulte.poſt glo.concludit, quòd quando adulterium eſt manifeſtum,maritus propria authoritate poteſt denegare debitum coniugale. & eam de domo expellere : licèt ibi referat Io.Cald.tenētem quoad lucrum dotis, quòd requiratur ſententia:cùm illa ſit mera pœna, & non debet imponi niſi per iudicem.xxiij.q.iij.§.nihil. Veruntamen ipſe tenet quòd non requiratur ſententia ſiue adulteriū ſit manifeſtum,ſiue occultū. Fatetur tamen quòd eccleſia cōpellit ad reſtitutionē ſi non fiat fides de adulterio.Et idem Panorm.in c.de illa.de diuor.tenet quòd maritus poteſt propria authoritate dimittere vxorem, quādo adulterium eſt notorium. Sed pro contraria parte. quòd maritus propter adulterium vxoris etiam notoriū non poſſit propria authoritate relinquere vxorē, nec econtrà ſine iudicio eccleſiæ:facit capi. in hoc capitulo. xxxiij.q.ij.aliâs incip.c.ſiue de coniugij.§.in hoc capitulo.xxxiij.q.ij.vbi tex.quòd nō licet marito ſua authoritate dimittere vxorem.& ibi redditur ratio: quia ſeparatio eſt pœna,& pœna nulli eſt inferenda niſi per iudicem.ſecundò videtur text.in c.ſeculares.xxxiij.q.ij. & in ca.multorum.xxxv.q.vj. vbi prohibetur coniugibus ſe dimittere vnus alterum, donec cauſa examinata,& diſcuſſa fuerit per iudicem eccleſiaſticum. Tertiò pro hac parte facit ca. tuæ.de procur.verſic.ſi verò vir. vbi pro adulterio, quando vir vult diſcedere à cohabitatione vxoris vel econtrà debet priùs adiri coram iudice eccleſiaſtico.& ad idem text.in c.j.vt lit. non conteſta. vbi etiam debet priùs adiri coram iudice eccleſiaſtico ad ſeparationem thori. Quartò pro hac parte facit cap laudabilem. vt lit.penden.vbi lite pendente ſuper adulterio alter coniugum nō debet priuari conſortio alterius coniugis. Quintò pro hac parte facit.d.c.porrò.ſæpiùs allegatum de diuor. vbi etiam pro notorio impedimento alter coniugum authoritate propria nō debet dimittere coniugem. quinimò ante omnia debet fieri reſtitutio.& eſt ratio duplex:ſecundum gloſ.ibi,quia ſententia diuortij eſt pœna,& pœna non eſt inferenda,niſi per iudicem. ca.in hoc capitulo.xxxiij.q.ij. Secunda ratio quia nemo ſibi debet ius dicere in cauſa propria. l.j.C. ne quis in ſua cau.iudi.l.nullus. C.de Iudæ.nō obſtat ſi dicatur,quando adulterium eſt notorium q non ſit ſeruandus ordo iuris.c.de manifeſta.ij. q.j. c.euidentia.de accuſ.c.ad noſtram.le ij.de iureiur. Quia ad iſtud reſpondetur ſecūdum gloſ.ibi, quia non eſt ordo ſeruandus,niſi quoad ſentētiam: quia ibi requiritur citatio partis.c.Deus omnipotens.ij. q.j.& ſententia debet ferri.c.cùm ſit romana.de appel.& d.c.porrò. vel ſecūdum Hoſt. & Ioan. And. in d.c.porrò.non eſt ordo iuris ſeruandus in examinatione:ſecus in ſententia.prætereà licèt notorium non indigeat probatione:tamen debet proponi coram iudice:ſecundum gloſ.in clement. appellanti. de appellatio.non obſtat ſi dicatur, quòd adulterium dicitur notorium per confeſsionem partis,vel per euidentiam facti,aut per ſententiam.dict. c.intelleximus.de adult.& c.veſtra.& cap.fin.de coha. cler.& mul.quia ad iſtud reſpondetur,quando ageretur in eadem cauſa & inſtantia, & inter eaſdem partes:aliàs ſecus l.j.& ij.C.res int. ali. & c. quamuis.de re iudi.quia acta facta inter alias partes non præiudicant, nec probant, niſi quoad qualequale præiudicium.iuxta notata per glo.Bar. Alex.in l.is apud quem.C.de eden. etiam loquendo de confeſſione:vt ibi habetur in l.cùm lite.ff. iudi. ſol. & per Inno.& Panor.& cæteros in c.cauſam quæ. le i.de teſti.& pro præmiſsis facit,quia in iſtis delictis connexis,vti in adulterio & ſimilibus ſententia cōdemnatoria contra vnum,nō præiudicat alteri.l.denunciaſſe.§.

cia ſſe. §. quæritur. ff. de adulte. ſecus in abſolutoria & vt ibi habetur. l. & ſi crimine. C. de adult. licèt in confeſsione facta per vnum in iſtis delictis cõnexis facit aliquam præſumptionem contra aliũ, ſed non ſufficit ad condemnandum: ſecundum gloſ. in c. ordinatos. l ix. diſt. c. inculpatum. ij. q. v. de quo habetur in c. ſignificaſti. de adult. Præterea in caſibus in quibus ſententia lata non præiudicat alteri, nec etiam acta, ſeu probationes, & econtrà. ſecundum Bart. in l. ſæpè. ff. de re iud. & in l. ſi mater. §. ſi. ff. de re iud. & in terminis in materia adulterij ad hoc vt adulterium dicatur notorium per confeſsionem, requiritur facta in eodem iudicio, & in eadem inſtantia. ſecundum Hoſt. in c. intelleximus. & in cap. ſi. de adult. pro quo facit glo. in c. multi. ij. q. j. vbi ſententia lata in vno iudicio licèt faciat fidem in alio inter eaſdem perſonas: ſecus inter diuerſas perſonas. ſecundum glo. ibi, & maximè quando diuerſificatur modus agendi, & ad alium finem. c. veniens. le ij. de teſtib. cum ibi notat. Et iſta pars quòd alter coniugum authoritate propria nõ poſsit relinquere alterum coniugem, nec ipſum expellere, niſi præcedat ſententia: tenet glo. in ſumma. xxxij. q. j. & ibi refert Hu. tenere, quòd requiratur ſententia eccleſiæ. licèt ibi in fin. videatur tenere quando mulier publicè moraretur cum adultero, vel quãdo eſt con iuncta per ſententiam, vel confeſſa crimen, quòd tunc maritus poſſet relinquere. licèt Archid. ibi videatur tenere, quòd maritus non poſſet dimittere authoritate propria. pro quo allegat c. nihil. xxxij. q. vj. & iſtam opinionem Hu. quòd requiratur ſententia eccleſiæ ad hoc, vt maritus poſſet expellere vxorem. refert glo. in d. c. ſi. de adulte. & ita videtur tenere Hoſt. in ſi. quòd requiratur ſententia diuortij. & idem tenet in c. ex parte. §. fin. de ſponſa. quòd requiratur priùs ſententia. & ita tenet ibi gloſ. quia debet prius cauſa fornicationis manifeſtè probari, & ſentẽtia ſequi. & idem tenet glo. in c. gaudemus, de cõuerſ. coniug. vbi requiritur ſententia, etiam ſi adulterium ſit notoriũ. & ibi videtur ſequi Hoſti. & idem tenet glo. in d. c. porrò. de diuor. poſt gloſſ. vbi tenet eſto quòd adulteriũ, vel aliud impedimẽtum matrimonij eſt notorium, ordo iuris eſt ſeruandus in ſententiando: igitur ex nulla cauſa etiam ſi de fornicatione quæratur quacunque licitum eſt viro vxorem relinquere, niſi ſentẽtia prius lata per eccleſiam: per iura ibi per ipſum allegata. & hęc eſt communis opinio ſecundum ipſum, licèt videatur limitare, niſi quoad debitum carnale reddendum, aut aliam mutuam ſeruitutem ex cauſa fornicationis, vel quando eſt ſuſpicio violenta licitum eſt relinquere coniugem: quia Deus in euãgelio qui eſt iudex iudicum, permiſit nõ autem iuſsit: prout iam ſuprà dictum fuit. Quantum verò ad lucrandum dotem hoc non iubet dominus, nec permittit: ideò recurrendum eſt ad iudicem. dicto c. plerunquè. de donat. inter vir. & vxor. veruntamen ſecundum ipſum, quando vir vel vxor dimittit alterum ſine authoritate eccleſiæ, ſemper eccleſia audiet cõiugem, donec ſibi fuerit facta fides de adulterio. Idem Hoſti. in c. de illa. de diuort. §. ſi verò. videtur facere differentiam inter fornicationem ſpiritualem, & carnalem: quia in fornicatione ſpirituali coniunx poteſt dimittere alterum coniugem ante ſententiam: ſecus in adulterio carnali. de quo ſe remittit ad notat. in ca. porrò. de diuort. Io. in d. cap. porrò. de diuor. poſt Hoſ. tenet, quòd communis opinio eſt, ꝙ etiam propter fornicationem non licet virò relinquere vxorem, niſi ſententia priùs lata: dicit tamen quoad debitum reddendum iam eſt ſententia lata à iudice iudicum, qui ob cauſam fornicatiõis permiſit coniugem relinqui, ſed quoad lucrandum dotem non iubet, nec permittit: & ideò recurrendum eſt ad iudicem: prout iam ſuprà fuit relatum. Henricus Bohic. in dicto capitulo ſignificaſti. format quæſtionem, an propter notoriam fornicationem mulieris vir poſsit propria authoritate expellere vxorem, & ſi expulerit, an teneatur ipſam recipere. & ibi refert aliquos tenere, ꝙ ſi fornicatio mulieris ſit notoria quandiu ipſa non recedit à viro, nec publicè moratur cum adultero, non poteſt eam dimittere authoritate propria, vel expellere: quod ſi fecerit cogetur eam recipere. d. ca. porrò. ſi autem illam expulerit, & poſteà adulteratur notoriè: nõ tenetur maritus eam recipere. & idem ſi publicè moretur cum adultero. & ibi etiam tenet quòd petenti reſtitutionẽ, obſtat exceptio adulterij notorij poſt ſpoliationem commiſsi. de quo ibi latiùs per ipſum. & ibi ponit certos caſus, in quibus non ſit reſtitutio vxoris marito, de quibus per Hoſtienſ. in capitul. ex tranſmiſſa. de reſtitution. ſpoliatorum. Deinde reaſſumit quæſtionem, an vir vxorem adulterã poſſit propria authoritate dimittere: & ibi refert ſanctum Thomã prout pleniùs per ipſum, & ibi etiam ponit certos caſus, in quibus adultera non poteſt accuſari de adulterio. Idem Henri. Boy. in c. fin. de adulte. quærit an pendente accuſatione de adulterio vxoris, maritus teneatur reddere debitum vxori. & ibi facit certam diſtinctionem: quia aut adulterium eſt notorium: & tunc nec reddere, nec exigere debet: aut eſt occultũ: & tunc ſecus, & aliàs prout ibi pleniùs habetur per ipſum Card. Flor. in d. c. porrò. in effectu videtur tenere poſt gl. quòd requiratur ſententia, antequàm maritus poſsit ſe ſeparare ab vxore, & econtrà, etiam ſi adulterium ſit notorium. Quinimò etiam requiritur citatio partis: ſecundum gloſſ. in c. ad noſtram. le iij. de iureiur. nec obſtat c. ſignificaſti. eod. tit. vbi quando agitur poſſeſſorio habet obſtare exceptio notorij adulterii: quia ad iſtud reſpõdetur: ſecundum aliquos, quòd debet fieri diſtinctio an adulterium ſurgat poſt ſpoliationem, & tunc habet obſtare exceptio adulterij notorij: ſecus ſi fuiſſet perpetratũ. de quo ibi latiùs per ipſum. idem Card. Flo. in d. c. ſi. de adulter. querit an maritus poſsit vxori adulteræ ſubtrahere debitum ſine iudicio eccleſiæ: & ibi facit certam diſtinctionem: & tandem tenet quòd maritus nõ poteſt retinere dotem propter adulterium vxoris, ſed debet recurri ad iudicem, licèt quando adulterium eſt notorium, vir poteſt expellere vxorem propria authoritate: ſecundum glo. in d. c. ſi. Nec obſt. d. c. porrò. quia loquitur de impedimento conſanguinitatis notorię, de quo ibi latiùs per ipſum. & ibi format certas quæſtiones, quãdo maritus expulit vxorẽ, an poſsit alimẽta petere à marito, antequàm feratur ſententia. Anth. de Butr. in d. c. porrò. videtur poſt gloſſ. quòd ſententia, etiam ſi adulterium ſit notorium. de quo ibi latiùs per ipſum. & in c. ſi-

dum gloſſ. in capitu. ſignificaſti. de diuort. & econtrà quando mulier non eſt in ſeruitio viri propter culpam ipſius viri, quòd tenetur reſtituere dotem mulieri. & pro hoc allegat dictam additionem incipienté, dixit Odofredus. licèt idem Alexand. aliter ſentiat in dicta l. ij. in principio. ff. ſolut. matrimon. prout ſuprà dictum fuit. idem verò Alexander de Imola conſilio lxxviij. in v. volumin. tractat de hac materia, quando mulier de domo viri ſponte recedit. & ibi allegat Speculatorem in titulo de ſponſa lib. §. fin. verſiculo, quid ſit mulier. vbi tenet, quòd iſto caſu quando mulier veniens nó admittitur per maritum, tunc poteſt petere reſtitutionem: & quòd interim maritus non tenetur ad expenſas niſi à tempore quo reuerſa eſt. Sed idem Alexander in dicto conſilio lxxviij. primò arguit, quòd maritus teneatur ad expenſas alimentorum à tempore quo reuerſa eſt: pro quo allegat gloſſam in dicto cap. ſignificaſti. de diuor. Deinde ibi arguit pro contraria parte & adijcit plura fundaméta, maximè quãdo procurator mulieris non eſt benè fundatus. de quo ibi latiùs per ipſum. Angelus verò in l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. ff. ſoluto matrimon. tenet quando conſtante matrimonio vir vergit ad inopiam ſine culpa ſua: vt quia propter infelicitatem facti vel fortunæ, quòd non eſt locus repetitioni dotis: & pro hoc allegat Iacobum de Arena in l. vbi adhuc. C. de iure dotium. licèt Angelus in dicto §. ſi maritus. aliter videatur loqui, etiam quando maritus expellitur à ciuitate propter partialitatem, vel bannum, mulier non tenetur ſequi virum, & quando mulier non eſt in ſeruitio mariti propter culpã mariti, maritus tenetur ipſam alere: ſecus ſi propter temeritatem vxoris non ſit in ſeruitio mariti: quia tunc maritus non tenetur ipſam alere. Ioannes de Imola in dicta l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. format quæſtioné quando maritus vergit ad inopiam ſine culpa, & an mulier teneatur ſequi maritum. de quo ibi per eum. Paulus de Caſtro in dicta l. ij. in principio. ff. ſolut. matrimonio, ponit certos caſus in quibus ſit reſtitutio dotis: & præſertim propter inopiam mariti: licèt propriè non ſit reſtitutio. idem Paulus de Caſtr. in dicta l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. poſt Iacobum de Arena, format quæſtionem, quando vir vergit ad inopiam ſine culpa ſua, quòd non ſit locus repetitioni dotis. idem Paulus de Caſtro in dicta l. cùm mulier. la ij. ff. ſolu. matrimon. format quæſtionem an maritus per viam exceptióis adulterij poſſit conſequi lucrum dotis: quia quidam voluerunt tenere quòd hodie non poſſit, niſi maritus accuſet criminaliter vxorem de adulterio. Niſi fortè diceretur, ꝙ maritus expuliſſet vxorem, vel ſibi non adminiſtraret neceſſaria: & vxor repeteret dotem: quia iſto caſu iſte articulus debet remitti ad iudicem eccleſiaſticum. de quo ſe remittit ad notata per ipſum in l. viro. ff. ſoluto matrimonio. quia iſto caſu quando maritus expulit vxorem à domo, non ſuſtinet onera matrimonij. vnde idem Paulus de Caſtro in dicta l. viro. ff. ſoluto matrimon. ibidem format quæſtionem, quando mulier non replicat de lenocinio, ſed de adulterio mariti commiſſo cum alia muliere, an poſſit ipſum repellere à lucro dotis: & tenet quòd ſic: quia maritus pudicitiam, quam ipſe non ſeruauit, non debet à muliere expoſcere. l. ſi vxor. §. iudex. ff. de adulteri. pro quo etiam allegat gloſſam in l. prima, C. de adulterijs. & capitulo, intelleximus. de adulterijs. & capitulo, ſignificaſti. de diuortijs. & idem tenet, quando maritus commiſit ſimplicem fornicationem cum nó nupta: quia iſto caſu non poterit accuſare vxorem de adulterio ad finem lucrandi dotem, ex quo commiſit fornicationem. per rationem dicti §. iudex. idem Paulus de Caſtro, in dicta l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſoluto matrimonio. tenet quando maritus expulit vxorem, vel ſe abſentauit, & de alimentis ſibi non prouidit, & mortua eſt mulier, quòd maritus non lucratur dotem ex forma ſtatuti: ex quo non ſuſtinuit onera matrimonij: & quòd habuit iſtum caſum Florentiæ: & pro hoc etiam allegat Baldum in authentica, dos data. C. de donatio. ante nupr. & iſtud procedit ſiue loquamur in lucro ſtatuti ſiue in lucro pacti. ſecundum Bald. ibi, idem Pau. de Caſtro conſili. trecenteſimononageſimoſecundo. incipiente, Quodam libello. videtur tenere, quòd propter malam tractationem vxoris, non ſit locus repetitioni dotis: ſed quòd debeat agi ad prouiſionem alimentorum. & idem tenet propter adulterium mariti, quod non ſit locus lucro dotis, donec ſententia lata per iudicem eccleſiaſticum ſuper ſeparatione thori. nec pariter eſt locus plenariæ reſtitutioni dotis propter inopiam mariti: iuxta l. vbi adhuc. C. de iure dotium. & l. ſi conſtante. in principio. ff. ſoluto matrimonio. & in capitulo, per veſtras. de donationibus inter virum & vxorem. quia iſto caſu ſit reſtitutio per aſsignationé dotis, quæ deſeruit pro vxore, liberis, & marito. dicta l. vbi adhuc. Nec obſtat præmiſsis ſi dicatur, quando maritus non ſuſtinet onera matrimonij tenetur reſtituere vxori integros fructus. l. finali, in principio, ff. de exceptione doli. l. inſulam. §. vſuras. ff. ſoluto matrimonio. quia ad iſtud reſpondetur ſecundum Paulum de Caſtro in dicto conſilio, trecenteſimononageſimoſecundo. quòd oporteret probare de quantitate fructuum dotis: quia tunc dos debet eſſe, vbi onera matrimonij ſuſtinentur. l. is qui. in principio. de iure dotium. & hoc ſtante culpa mariti, vti ex cauſa fornicationis, vel quando maritus verberat ſeueriter vxorem: quia tunc eſt ſibi licitum fugere. capitulo, ex tranſmiſſa. de reſtitutione ſpoliatorum. adeò quòd maritus tenetur alimenta præſtare etiam extra domum mariti. ſecundum Baldum in l. prima, C. de legatis. faciunt notata per Cynum, Baldum, Albericum, & Salicet. in dicta l. quòd in vxorem. C. de negotijs geſtis. ſecus ſi mulier recederet ſine cauſa legitima: quia tunc maritus non teneretur ad alimenta: ſecundum Baldum in dicta l. prima, C. de legatis. quia tunc mulier non eſt in obſequio viri, culpa ipſius mulieris: ſecundum doctores in dicta l quod in vxorem. vnde Baldus in capitulo, ex parte. de conſuetudin. tenet quando mulier fecit ſe pollui per adulterium, nihil debet habere de bonis mariti: nec debet ali à viro. Nam grauiùs eſt in mente viri adulterium vxoris, quàm homicidium filij. allegat l. codicillis. §. matre. ff. de legatis ſecundo. vnde ſecundum Baldum in dicto capitulo, ex parte. triplex dicitur di-

26 uortium, † videlicèt temerarium, quando vxor temerariè, & ſine iuſta cauſa ſe diuertit à viro: & iſto caſu licèt non perdat dotem: tamen non debet ali extra domum mariti expenſis ipſius mariti: quia ipſa debet operari in domo mariti. l. ſicut. ff. de ope. libe. Secundum dicitur repudium cauſariū: vt propter furorē: & iſto caſu debet ali ex redditibus dotis. l. ſi cùm dotem. §. ſinautem in ſæuiſsimo. ff. ſolu. matri. Tertium dicitur diuortium ignominioſum, propter adulterium: & tunc vxor perdit dotem per ſententiam, non ipſo facto: quia ſi vxor decederet ante ſententiam, pœna non tranſiret ad hæredes. l. j. C. ne ex deli. def. idem Bald. in c. tuæ. de procu. tenet, quando vxor petit diuortium propter adulterium mariti, dos ſibi debet reſtitui: ſecus ſi ſuccumbat: & licèt vxor ſit ebrioſa, propter hoc nó perdit dotem, & licèt agatur ad ſeparationē thori, tamen adhuc poſſet criminaliter puniri, & licèt vxor non ſe immiſceat copulæ carnali cú alio, ſi tamen ſe permittat oſculari, & manibus poſitis ad mamilas tangi: poteſt agi ad ſeparationem thori, & ad amiſsionem dotis: quia ludus impudicitiæ debet puniri, &
27 pariter† vxor perdit legatum factum per maritum propter adulterium. iuxta notata per glo. & doct. in l. ſororem. C. de his quib. vt indig. idem Bald. in c. j. vt lit. non conte. tenet, quòd mulier nó tenetur redire ad maritum à quo ſe ſeparauit, niſi vir caueat de non offendendo eam de facto: & ꝙ tenetur etiam cauere de expellendo concubinam: quia non benè conueniunt, nec in vno lecto commorantur: quia focaria conſueuit inſidiari vitæ vxoris, pro quo allegat glo. in l. non aliter. ff. de vſu & habit. Sed poſſet quæri quando aliquis promittit dotem marito, & nó ſoluitur, an poſsit expellere vxorem, & remittere eius parentibus: & dicendum eſt quòd ſic. l. ſi. C. ad velle. ibi, & ſic à viro forſitā repelli &c. & hoc ibi notat Bald. & in d. l. quòd in vxorem. C. de negot. geſt. & iſto caſu non tenetur maritus alimentare vxorem, nec ſupportare onera matrimonij: ſecundum gloſ. in auth. de non elig. ſecundò nubē. §. illud. ſuper verbo, onera. col. j. & idem tenet Bald. in l. ſi donaturus. §. j. ff. de cond. ob cau. & ibi Alex. de Imo. qui ponit certas limitationes: vti quādo pater vxoris vel frater promiſiſſent dotē, & feciſſent diligentiam de ſoluendo: quia nó tenentur niſi inquantùm facere poſſūnt. de hac materia etiam habetur per Alexandrum, & cæteros in dicta l. ſi cùm dotem. §. ſinautem in ſæuiſsimo. & in d. l. inſulam. §. vſuras. ff. ſol. mat. & aliquid per Ang. Are. inſt. de act. §. fuerat. Fred. de Sen. conſi. clxxvj. incip. Domino Conrado. tenet quādo maritus expulit vxorem à domo propter adulteriū, quod non eſt notorium, maritus lite pendente debeat alimentare vxorem: quia mulier non debet priuari, niſi lata ſētētia. & pro hoc etiam allegat Hoſt. in c. ex parte. de accuſ. idem Fre. de Sen. conſi. ccxxxv. tenet, quando propter adulterium notorium vxor eſt expulſa, ꝙ ſibi petenti reſtitutionem obſtat exceptio adulterij notorij: & quòd æquiparantur confeſsio, vel ſentētia, & quando agitur ad ſeparationem thori pertinet ad iudicem eccleſiaſticum. & quòd quæſtio dotis, & alimentorum iure acceſſorij pertinet ad forū eccleſiæ: & quòd iudex eccleſiaſticus poſſet inhibere iudici ſeculari, vt habeat ſuperſedere lite pendente. iuxta capitulum tuam. de quo ibi latiùs per ipſum. Ioannes de Campe. in tractatu de dote, tertia part. quæſtione decimaquarta. tenet quando vxor non eſt in ſeruitio mariti culpa ipſius mariti, tunc tenetur reſtituere dotem vxori. pro quo allegat Ioannem Andr. in addit. ad Specula. in titul. de donatione inter vir. & vxo. aliâs de dote poſt diuortium reſti. §. nunc aliqua. in additione incipiente, Dixit Odofr. & Baldus in l. fina. C. de ſent. quæ ſine cert. quantita. & alia iura ſuprà allega. & econtrà quando mulier non eſt in ſeruitio mariti culpa ipſius mulieris, non debet habere alimenta à marito. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa appellationis Philip. Albi ciuitatis Valentiæ, contra Claudiam Pachodi eius vxorem, vbi dicta vxor ſe ſeparauit ſua authoritate propria abſque iudicio eccleſię, propter fornicationem cuiuſdam puellę ancillę domus, & quia etiam dictus Albi malè tractabat dictam vxorem ipſam verberādo, & diſsipabat bona dotalia vxoris, & in prima inſtantia dicta vxor coram iudice ſeculari egit ad repetitionem bonorum dotalium cum fructibus, & pro iuſtificatione ſuę intentionis produxit ſententiam latam ad inſtantiam fiſci, & dictę iuuenculę contra dictum Albi, vbi fuit condemnatus ad certam pœnam pecuniariam, vbi etiam dictus Albi confeſſus fuit cócubuiſſe cum dicta ancilla, & participaſſe carnaliter cum ipſa, licèt dicta vxor in dicta cauſa nó fuit euocata, nec interuenit, & ſic videtur quodammodò res inter alios acta. Veruntamē dicta vxor obtinuit ſententiam in prima inſtantia ſuper repetitione dotis cum fructibus, à qua fuit appellatū ad iudicem appellationum Valentiæ. Deinde in tertia inſtātia fuit appellatum ad curiam, & in diffinitione vertebatur dubiū, ſi prima ſententia fuerit iuſtè lata, & ſi fuerit licitum dictę vxori ſe ſeparare à viro ſine iudicio eccleſię: & ſi requirebatur priùs ſententia ſuper ſeparatione thori: & ſi fornicatio diceretur notoria per confeſsionem, aut ſententiam latam in alia inſtantia, & tandem maior pars dominorū curię fuit quòd prima ſentētia fuit iuſtè lata, licèt aliqui ex dominis eſſent dubij propter rationes & opiniones doctorum ſuprà relatas. attamen me refero veritati, quę nunquàm fallit, nec fallitur.

ARGVMENTVM.

Literę abolitionis per clericum à principe obtentę, coram iudice ſeculari, verificandę ſunt, & interinandæ.

SVMMARIVM.

1 *Clerici à iudicis ſecularis poteſtate immunes ſunt.*

2 *Clericus delicti abolitiōe donatus à principe ſeculari, quòd ut abolitionis literæ interinentur, ſeculare forum ſortiatur oportet.*

3 *Clerici in criminibus mixtis, temporalis pœnæ ratione forum ſeculare ſortiuntur.*

4 *Princeps ſecularis an criminum abolitiones, ſeu gratias impartiri poßit.*

5 *Regem Galliæ clericis, criminis abolitionē dare poſſe, conſuetudinis regni eſt.*

Proconſulis

6 *Proconſulis officium durat, donec is qui in illius locum ſuf fectus eſt, patriam ingrediatur.*
7 *Curiæ parlamenteæ, in integrum aduerſus ſententiam, & infamiam reſtituere poſſunt.*
8 *Gratia conceſſa per principem etiam re integra concedentis morte non expirat.*

Quæſtio CCCCCXV.

QVAERITVR vtrùm princeps ſecularis, ſeu eius locum tenens poſsit concedere presbytero, ſeu clerico coniugato cum vnica virgine abolitionem criminis, etiam quando fuit condemnatus per iudicem eccleſiaſticum, & fuerit ſuſpenſus à patrocinio in curia ſeculari, & antequàm literæ abolitionis fuerint præſentatæ curiæ parlamenti pro interinatione locumtenẽs principis, qui conceſsit, reuocetur. Et in effectu, † licèt perſonæ
1 clericorũ ſint exemptæ à poteſtate ſeculari, & gaudeant priuilegio perſonæ: c. ſi quis ſuadente diabolo. xvij. q. iiij. & etiam priuilegio fori, ne conueniantur coram iudice ſeculari. c. ſi diligẽti. de for. comp. etiam in clerico coniugato cum vnica, & virgine, quãdo agitur de crimine, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter. c. vnic. de cleri. coniug. libr. vj. & tali priuilegio non poteſt renunciari: d. c. ſi diligenti. Et maximè, quia priuilegium fori clericorũ eſt de iure diuino: vt in pſal. Nolite tangere chriſtos meos. ſecundum Inno. & cæteros in c. ij. de maio. & obed. & per Cardin. Flor. in repetit. c. perpendimus. de ſent. excom.
2 Veruntamen † in caſu iſto, quando clericus delinquit in crimine graui, & impetrat gratiã abolitionis à principe ſeculari, & petit interinari gratiam: tũc efficitur actor, & procurator fiſci efficitur reus: tunc clericus debet ſequi forum rei laici. ca. cùm ſit generale. de for. comp. & pro hoc facit glo. in auth. clericus. C. de epiſc. & cler. vbi licèt ſecundum glo. iudex laicus non poſſet condemnare clericum: tamen poteſt ipſum abſoluere. & pro hoc facit l. fin. cum ibi not. C. vbi ſenat. vel clari. conu. Nec obſtat ſi dicatur, quòd quando clericus eſt condemnatus de leui crimine: tunc Epiſcopus poteſt diſpenſare: ſi verò ſit condẽnatus de graui crimine, recurrendum
3 eſt ad Papam. Quia ad iſtud reſpondetur, † quòd quando ex eodem delicto imponuntur diuerſæ pœnæ, maximè in crimine miſti fori: tunc licèt ſit punitus per iudicem eccleſiaſticum pœna canonica: tamen poſſet puniri per iudicem ſecularem pœna ciuili. l. placet. C. de ſacroſan. eccle. c. fœlicis. de pœn. lib. vj. cum ibi notat. per Io. Andr. in nouell. & in c. tuæ. de procu. Et maximè quando talis clericus exercet officium temporale in curia temporali: quia videtur offendere aures iudicis. facit l. nullum. C. de teſti. & c. ſacerdotibus. C. ne cler. vel mon. Et maximè in clerico cõiugato. & hoc videtur tenere Stepha. Aufre. in d. repeti. cle. j. de offic. ord. in tract. de poteſt. ſecula. ſuper eccle. in j. regula xvij fallent. Et iſtud procedit maximè in caſu iſto: quia iſte clericus coniugatus cum vnica & virgine, exercebat officium procuratoris in curia ſeculari: & præſtabat patrocinium, & abuſus eſt in officio fungendo, fingendo ſe procuratorẽ fiſcalem curiæ cõmunis Gratianop. & ſub vmbra officij faciendo fieri de nocte apperturam cameræ cuiuſdam iuuẽculæ, ita quòd videtur exercuiſſe officium magiſtratus. l. j. ff. ad legem Iuli. maie. & pariter incidiſſe in pœnam falſi, vtendo falſis inſignijs. l. eos. ff. de fal. cum ibi nota. per Bar. De hac quæſtiõe an princeps ſecularis poſſit concedere abolitionem clerico in delictis habetur per do. Guid. Pap. deciſ. ccccclxij. & ibi videtur tenere quòd ſic. Habetur etiam per Steph. Aufr. in d. repetitione clem. j. de offic. ord. circa finem. & ibi arguit ad ambas partes, licèt in tract. de pote. ſecula. ſuper eccleſia. in iiij. regula ij. fallen. fol. xxxiij. re
5 ferat † conſuetudinem regni Franciæ ita ſeruare, quòd Rex poteſt cõcedere clericis abolitionem in delictis maximè inquantum cõcernit bona immobilia clerici, quæ ſunt ſubdita dominis temporalibus loci. xj. q. j. c. cùm ergo. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ in caſu iſto literæ abolitionis conceſſæ per magnificum dominũ S. Valerij, pro tũc locumtenentem generalẽ ſereniſsimi noſtri Regis Delphini dicto clerico cõiugato cũ vnica virgine, antequã dictus impetrãs pręſentauerit dictas literas curię fuit prouiſum de alio locumtenente ſeu gubernatore Delphinalis, & ſic quòd dictus dominus ſancti Valerij, pro tunc locumtenens non potuerit concedere tales literas in tempus futuri ſucceſſoris. l. eum qui. ff. de iuriſd. omni. iudi. Quia ad iſtud reſpondetur,
6 quòd † adhuc durat officiũ proconſulis donec ſucceſſor intrauerit patriam, aut ſaltem adeptus fuerit poſſeſsionem per ſe aut per alium. l. obſeruare. & l. aliquando. ff. de offic. proconſu. & lega. licèt ſecundum Bald. in d. l. aliquando. vbi reuocatio proconſulis eſſet notoria non tenerent conceſsiones officiorũ per ipſum factæ. veruntamen in caſu iſto fuit habitus reſpectus quòd curia parlamenti quæ prohibuerat dicto clerico ne patrocinaretur in officio procurationis in dicta curia, eadem curia quæ vtitur authoritate ſenatus & præfectorum prætorio,
7 qui poſſunt † reſtituere in integrum aduerſus ſententiam & infamiam. l. j. §. de qua. ff. de poſtul. not. per Inno. & cæteros in c. cùm te. de re iudic. eadem curia authoritate ſua ordinaria potuit reuocare di-
8 ctam inhibitionem factam. Attẽto etiam † ex quo gratia ſemel eſt conceſſa per principem ſeu eius locumtenentem ad id poteſtatem habentem non reuocatur etiam re integra morte concedentis. c. ſi ſuper gratia. de officio deleg. lib. vj. vt pleniùs fuit tactum in quæſtione præcedenti. Et pręmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper interinatione literarum abolitiõis magiſtri Bernardi Balliui procuratoris Grationop. per ipſum obtentarum à præfato magnifico domino S. Valerij locumtenentis ſuper quibuſdam violentijs per dictũ Balliui perpetratis. de quo pleniùs in actis dictæ cauſæ in manibus magiſtri Franciſci Rodulphi ſecretarij fiſcalis dictæ curiæ.

ARGVMENTVM.

Alteri partium præcipi poteſt, vt productionis, & examinationis tempore diſcedat, ne teſtes terreat, aut impediat ne teſtentur.

SVMMARIVM.

1 *Præſidi prouinciæ & familiaribus eius cum puellis ſubditis per metũ & terrorem matrimoniũ contrahere vetitum.*
2 *Synodus recuſari poteſt, ubi ſynodi caput ſuſpectum eſt.*
3 *Præſes prouinciæ ſi cũ aliquo ex ſuis ſubditis litiget, quòd productionis & examinationis tempore abeſſe debeat.*

Quæſtio CCCCCXVI.

QVAERITVR an durante tempore productionis & examinationis teſtium alicuius partis poſsit opponi aduerſus aduerſarium, quòd ſe abſentet à loco eius officij, vbi fit examen teſtium propter timorem ne inferat terrorem minacem teſtibus, & ne impediat teſtes, aut aliâs euitetur ſubornatio teſtium. Dubiũ facit propter l.j.C. ſi quac.
1 præd.pot.mat. † vbi prohibetur præſidi prouincię, aut eius familiaribus cum aliquibus puellis ſubditis propter metum aut terrorem contrahere matrimonium.cum ibi notatis, & in l.j.C. ſi rector prou. aliâs debet abbſentare locum.vnde ſecundum Bal
2 dum, ibi, quando † caput ſynodi eſt ſuſpectũ, etiam poteſt recuſari ſynodus. licèt ſecundum Ang.ibi ille poteſtas ſeu magiſtratus, qui poteſt inferre terrorem minacem, aut oſtendere vultũ terribilem quando habet merum & mixtum imperium, & poteſtatem terrẽdi & torquẽdi.l.ſi pupillus. §. territorium. ff.de verbo.ſig.l.merum imperium. cum ibi notat. per glo.& doct. ff. de iuriſ.omn.iud.& ideò dict.l.j. C.ſi rect. prou. non procedit in iudice damnorum, aut alio viliſsimo, aut pedaneo iudice: ſecundum Ang.ibi & idem Bald.in l.ij.C.ne lice. poten.quando fit ceſsio actionis potentiori, debet intelligi de iſtis maioribus magiſtratibus: quia habent poteſtatem terrendi & inferendi terrorem minacem: ſecus in inferioribus iudicibus, qui non habent poteſtatem terrendi.vt in iudice chartulario.iuxta notata per glo.& Doct.in l. j.ff.de iudi.& idem tenet Panor.in c.ij.de alie.iud.mutan.cau.fact. Et ibi etiam loquitur de ſcabinis, qui vulgariter dicuntur in ciuitate Pariſius echeuin. Vnde intelligo quòd in regno Franciæ maximè in magno conſilio obſerua-
3 tur: † quando pendet lis inter aliquem magnũ magiſtratum vti pręſides prouincię & ſubditos patriæ quòd durante examine teſtiũ pręſes prouinciæ debet ſe abſentare à loco. Et præmiſſa faciũt ad quęſtionem ſuper cauſa fiſcali & conſulum Crimiaci contra Anthoniũ Guichardeti vicecaſtellanum Crimiaci: quia dicti conſules petierũt quòd durante examine teſtium pro eorum parte examinandorum dictus Guichardeti ratione eius officij ſuper quo dominus commiſſarius habita deliberatione cum dominis curiæ parlamenti viuæ vocis oraculo antequàm accederet ad locum Crimiaci, attento ꝙ dictus Guichardeti non eſt de maioribus magiſtratibus, qui habent merũ mixtum imperium & poteſtatem torquendi, ideò ordinauit dictum Guichardeti non teneri abſentare locum durante dicto examine, præſtita tamen priùs cautione iuratoria per dictum Guichardeti in manibus dicti domini commiſſarij de non inferendo minas aut moleſtias per ſe aut interpoſitam perſonam dictis teſtibus producendis & econtrà, dicti conſules præſtant ſimile iuramẽtum in manibus dicti domini commiſſarij, & aliàs prout pleniùs cõtinetur in dicta ordinatione.

ARGVMENTVM.

Indicia in cauſa criminali vbi dubia ſunt, quòd iudici vt veritas inueniatur, ſimulare, allicere, & terrere licitum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Simulare, terrere, & reum allicere eruendæ veritatis cauſa iudici licere. & nu.4.*

2 *Item & periculum facere.*

3 *Experientiæ quæ fiunt ut furtum inueniatur, an ut reus torturæ ſubijciatur, ſufficiant.*

5 *Iudex qui delicti ueniam delinquenti, ſi ueritas fateatur, promittit: an ex tali confeſsione delinquentem condemnare poßit.*

6 *Iudex qui ſubdito ſecuritatem dedit, ut iudicio ſiſtat, ſi homicidij aut alio crimine reus inueniatur, an & quando in eum iudex animaduertere poßit. & nu.7.*

7 *Iudici ſaluum conductum bannito inculpato de alio crimine dare an liceat.*

8 *Mentiri non eſt licitum in foro conſcientiæ.*

9 *Reus ad torturæ locũ ſi confiteatur, an talis confeßio dicatur facta in tormentis, an formidine tormentorum? & num.ſeq. uſque in fi.*

10 *Terror in dubio in iudice præſumitur.*

11 *Torus leuiter pro non torto habetur.*

12 *Quid ſi reus ad torturæ locum ligatus ductus, confiteatur, an confeßio tormentorum metu facta dicatur?*

Quæſtio CCCCCXVII.

QVAERITVR quando in cauſa criminali indicia ſunt dubia, an ſit licitũ iudici cauſa veritatis explorãdæ aliquid ſimulare & fingere, & facere duci reum ad locum tormẽti ad terrorem incutiendũ cauſa veritatis inueſtigandæ, licèt non habeat animũ torquendi, & an talis confeſsio quæ ſequitur dicatur formidine tormẽtorum emanata. Et idem poſſet quæri an ſit licitum iudici allicere reum ad confitendum. Et in effectu Pan.in c.affer-
1 te.de præſumpt.tenet † quòd licitum eſt iudici aliquid ſimulare cauſa veritatis inueſtigandæ: & ibi ponit exemplũ pro iudicibus, qui faciũt duci reum ad locum tormenti ad incutiẽdum terrorem. & pro hoc allegat c.dominus.xxiij.q.ij. vbi licitum eſt in bello vti inſidijs.& ſecundũ glo. ibi idem eſt in aduocato, ſi habet iuſtam cauſam, licitum eſt decipere aduerſarium.facit quod habetur per glo. in c.cupientes.de elect.lib.vj.in princip. ſuper verb. malignantium. & pro hoc facit l. verbum precibus. C. ex quib.cau.infa.irro.& ibi per gloſſ.quòd licitum eſt iudici cauſa veritatis habẽdæ facere experimen-
2 tum. & ibi notat Bald. † quòd iudex poteſt facere quaſdam experientias pro inuentione maleficij. & ideò ſecundũ Pau.de Caſt.quando reus negat ſcripturam ſuam, iudex poteſt eum facere ſcribere manu propria ad ipſum conuincendum de periurio, vt fiat comparatio literarũ.& ibi etiam ſequitur Alexan.in add.ad Bal.in d.l.verbum. Ang. verò in d.l.
3 verbum.not. † ꝙ iſtæ experientiæ quæ fiunt ob inueniendũ furtũ, non ſunt ſufficientes ad torturam. Sali.ibidem not. ꝙ permittitur iudici facere experiẽtias naturales, pro inueſtigatione delicti nõ maleficas: vt toto tit.de malefi.& mathe. Feli.in d.c.af-
4 ferte.not. † ꝙ licitũ eſt iudici aliquid ſimulare cauſa veritatis indagandæ.& pro hoc alleg.in ſimili c. non enim.xxij.q.ij.de Abrahã qui ex pręcepto ſibi facto per Angelum volebat imolare Iſaac. & in c. vtilem.§.ſed quæritur. ead.q. quãdo Abraham deſcendens in Aegiptum rogauit Sarrã eius vxorem, ꝙ diceret ſe ſororẽ dicti Abrahę, ne Aegiptij ipſum interficerent propter pulchritudinem dictæ Sarræ. vnde ſecundũ Arch.in d.c.vtilem. refert de Alexandro Papa IIII.dũ haberet præ manibus quendam

Epiſcopum ſymoniacũ promiſit ei in ſecreto, quòd ſi publicè fateretur delictum ſuum, diſpenſaret cum eo. & ſtatim cùm ille confeſſus fuit coram cardinalibus depoſuit eum. & pro hoc facit quod habetur per Archidicon. & Præpoſi. in capit. nos in quemquam, ſecunda, quæſtione prima, vbi dicunt
5 quòd † iudex promittens delinquenti remittere ſibi delictum ſi confitetur: ex tali confeſsione poteſt eum condemnare. & excuſatur iudex ex tali ſimulatione, licèt viderint aliquos iudices qui exſecrantur talem ſimulationem: vt refert Felyn. in dicto capitul. afferte. & pro præmiſsis facit quod habetur in §. ſed neque. de manda. princip. collatione tertia vbi licèt iudex in cauſa ciuili poſsit dari fiduciam debitori ad comparendum infrà triginta dies: ta-
6 men in † criminali ſi dederit fiduciam ſeu ſecuritatem ſubdito delinquenti vt compareat, & repererit ipſum culpabilem de homicidio vel alio delicto poteſt ipſum punire non obſtante tali ſecuritate: ſecundum gloſſ. ibi quam ſequitur Iacobus de Bel. viſu. & Bartolus: quia iſte eſt bonus dolus ad conuincendum delinquentem. l. j. §. non fuit. ff. de dolo. quia licitum eſt decipere hoſtem, vt ibi habetur: vnde Bald. ibi refert primò, quando iudex volens punire malefactorem ſibi promiſit fiduciam ſeu ſaluum conductum, & poſteà volentem punire, & non ſeruare fidem, vtrum poteſt legitimè facere? primò arguit, quòd ſic: quia eſt bonus dolus. econtrà arguit: quia fides hoſti eſt ſeruanda. l. prima. ff. de conſtituta pecunia l. conuentione. ff. de pactis. capitul. noli. vigeſimatertia, quæſtione prima, & ibi per gloſſ. vnde idem Baldus poſt Gui. quando talis eſt caſus, quòd poteſt quis inuitus extrahi de eccleſia, vel de alio loco exẽpto: & tunc non debet ſeruari fides: vt ſunt homicidæ & alij: ſi verò non poteſt extrahi inuitus, licèt ſecundum Cynu. indiſtinctè & ſemper debet ſeruari fides: vt refert Cyn. in l. præſenti. C. de iis qui ad eccleſi. confu. & hæc eſt opinio æquior. Sed idem Bar. in d. §. non fuit. facit differẽtiam quando iudex dat talem licentiam cauſa cognita, & tunc eſt ſeruanda. & pro hoc allegat quod habetur in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. vbi ſecundum glo. iudex poteſt dare ex cauſa licentiam comparendi deportato. de quo ibi latiùs per Barto. Angel. Ioan. de Imo. in dict. l. is qui reus. Si verò iudex det talem licentiã ſine cauſę cognitione: tunc nõ tenet ad præiudicium reipublicæ. l. relegat. ff. de pœ. ſecundum Baldum in dicto. §. non fuit. & ita etiã in effectu ſequitur Angel. in dict. §. non fuit. Ioan. de Imol. in dict. l. is qui reus. ff. de publi. iudic. circa
7 finem latiùs exorditur hunc articulum, † an iudex poſsit dare ſaluum conductum bannito, quando inculpatur de alio maleficio. & ibi refert oppiniones ſupra relatas. & tandem diſtinguit quando iudex dat ſaluum conductum ex cauſa: vt puta, propter inueſtigandam veritatem alicuius rei: & tunc debeat ſeruare. argumentum dict. l. is qui. cum gloſſ. aut iudex dat ſaluum conductum ſine cauſa alicui, qui poterat capi: & tunc non debet ſeruari. de quo ibi latiùs per ipſum. & tãdem infert ad id quod quotidiè faciunt iudices maleficiorum: quia dicunt capto pro maleficio, quòd promittunt ſibi quòd ſi dicat veritatem non patietur aliquod malum: nam talis promiſsio videtur nulla, per ea quæ ſupra ſunt dicta l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. & l. ius publicum. ff. de pact. & hoc verũ in foro contentioſo:
8 ſecus fortè † in foro conſcientiæ, vbi non eſt licitum mentiri. vigeſimaſecunda quæſtione ſecunda, capitul. primo: ſecundum Ioann. de Imol. in dict. l. is qui reus. & pro hoc facit: quia iudex in delictis nõ debet fungi officio ſubgerentis. l. prima §. qui quæſtionem. ff. de quæſtionib. & ideò iudex maximè in hac ſuprema curia, quæ poteſt iudicare interdum ſecundum conſcientiam, debet bene aduertere antequàm alliciat, ſeu aliquid promittat delinquenti, quòd non puniat, ſi dicat veritatem & cetera. de materia ſalui conductus etiam aliquid tetigi ſupra quæſtione ſexcenteſima nonageſimaſexta, Sed re-
9 deundo ad primũ quæſitum, † quando iudex facit duci reum ad locum tormentų, & tertiorem intinẽdum cauſa veritatis habendæ, ita quòd nõ ducitur ligatus: ſi contingat quòd confiteatur, an talis cõfeſsio dicatur facta in tormentis vel formidine tormentorum. Et videretur dicendũ prima facie quòd ſic, ex quo eſt ductus ad funem torturę: ſicuti, quando iudex facit ſpoliare aliquem antè locum tormẽ-
10 ti: † quia in iudice in dubio præſumitur terror. l. nouiſsimè. ff. quod falſo tutore, cum ibi notatis per Bartol. & Baldum, & ita videtur ſentire idem Bartolus in l. prima §. diuus. ff. de quæſtionibus. l. j. dum ibi tenet, quòd confeſsio dicitur facta per tormenta, quando eſt poſitus in tormentis, vel ductus ad tormenta, licèt ſecundum ipſum non ſufficeret leuis territio. l. apud Labeonem. §. quæſtionem. ff. de quæſtionibus, & ſecundum Bald. in l. prima C. de confeſsi. in quinta columna. in dubio con-
11 feſsio videtur facta metu tormentorũ: licèt † quando quis eſt leuiter tortus habetur pro non torto: ſecundum Baldu. in l. obſeruare. C. quorum appellatio. non recipiũt. & ibi eſt tex. quãdo confeſsio fit formidine tormentorum. veruntamen ſecundum Angel. in dict. l. apud Labeonem. §. quæſtionem. ff.
12 de iniur. † quando delatus ducitur ad locum funis curli ligatus: tunc confeſsio dicitur metu tormentorum: ſecus ſi non ſit ligatus: quia dicitur tunc leuis territio. & idem poteſt dici de duro carcere quando patitur famen aut frigus: quia tunc carcer dicitur mala manſio: licèt regulariter carcer fiat ad cuſtodiam l. aut damnum. §. ſolent ff. de pœn. & capitul. quãuis de pœnis. libro ſexto de hac materia habetur per Alber. de Gandi. in ſuo tractatu maleficiorum in titul. de quæſtionib. in v. column. verſi. ſed quid ſi ducatur, quando quis ducitur ad pedem torture, ſed non ligantur manus de retro, ſed tantùm minatur ſibi de torquẽdo eum, ſi non confiteatur & ob eas minas confeſſus fuerit. & ibi tenet quòd talis confeſsio dicatur facta metu tormentorum: ſecus ſi iudex comminatus fuerit extra locum tormentorum: quia tũc diceretur leuis territio. de quo ibi latiùs per ipſum. de hac materia etiam ſcripſi in volumine maleficiorum in principio, ſuper quadã congreſsione & verberio perpetratis in hac ciuitate Grationopolis. de tempore quo eram iudex cõmunis dictę ciuitatis antequàm fuiſſem effectus conſiliarius Delphinalis, vbi tractaui aliquas quæſtiones in materia quæſtionis. & in prima quæſtione te

rigi quæ dicatur confeſsio facta formidine tormentorum & cætera. Et præmiſſa faciunt id quæſtioné ſuper cauſa appellationis Petri Ponteti barbitonſoris Viennæ, qui appellauit à quadam interloquutoria torturæ lata per vice Bailliuum Viennesij & terræ turris ſeu eius locũtenentem ſuper furto ſubſtrationis certorũ proceſſuum: aliter ad præſens nó declaro: quia adhuc pendet cauſa coram curia, licèt fuerit ordinatum ipſum adduci ad carceres portæ troynæ expenſis dicti Ponteti, attento quòd appellauit: iuxta notata in l. eos. §. ſuper hijs. C. de apppella.

ARGVMENTVM.

Scriptura cautionis ſine data, ſubſcriptione & ſigno raperta inter notas notarij defuncti, quòd neque ſuppleri neque groſſari neque in publicam formam redigi poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Imbreuiatura ad hoc ut fidem faciat, requiritur ut instrumenti publici ſolemnitatem habeat.*
2 *Imbreuiatura ſignata & ſubſcripta plenam fidem facit.*
3 *Commiſſus expeditioni imbreuiaturarum notarij defuncti quòd neque addere neque detrahere quicquam poteſt.*
4 *Notæ defectus teſtibus probari poteſt: item & dictæ notæ ueritas. & num. 8.*
5 *Notarius ſubrogatus ſolemnitates omiſſas à notorio defuncto ſupplere non poteſt.*
6 *Nota notarij defuncti ut groſſari poſſit, requiritur, ut notarius rogatus ſit.*
7 *Quid ſi notarij nomen in nota non exprimatur.*

Quæſtio CCCCCXVIII.

QVAERITVR an ſcriptura cautionis receptæ in iudicio coram commiſſario deffectuoſa in data, ſubſcripione & ſigneto, licèt fuerit reperta inter notas & ſcripturas notarij defuncti poſsit ſuppleri, groſſari & in formam publicam redigi. Et prima facie videretur dicendum quòd non:
1 quia † ad hoc vt imbreuiatura notarij faciat plenã fidem requiritur, quòd habeat ſolemnitatem inſtrumenti publici. de qua per glo. in l. generali. C. de tabul. libro decimo: ſecundum Ioan. Andr. in addit. ad Specu. in tit. de inſtrum. edit. §. videndum reſtat. verſicul. & nota. & Alber. in l. contractus. C. de fide inſtrum. & Bald. de pac. Conſtan. ſuper verbo, die
2 lunæ. vbi tenet, † quòd imbreuiatura notarij plenè probat, quando habet ſignum & ſubſcriptionem: & talis ſubſcriptio & ſignum notarij non poſſunt alteri delegari: ſecundum Specu. in titul. de inſtrument. edit. §. oſtenſo. verſicul. illud quoque. Bald. in l. Imperator. ff. de ſtat. homin. & in l. ſi quis ex argentarijs. §. j. ff. de edend. & in rubrica. C. de fide inſtrum. & quòd talis imbreuiatura notarij defuncti defectuoſa in ſolemnitate inſtrumenti non poſsit ſuppleri nec groſſari tenet Alexand. conſilio cliij.
3 in ſecundo volumine. † quia notarius deputatus ad groſſandũ in prothocolũ notarij defuncti nihil debet addere nec minuere, niſi quòd ſecundum inuenit in imbreuiatura notarij de functi. capitu. cùm P. tabellio. de fide inſtrum. cum ibi not. per doct. & in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & poſthum. vnde quando imbreuiatura notarij non eſt in mondum, ſed eſt appoſtilata vel interlineata nó facit fidem, nec poteſt ſumi aliud inſtrumentum ex ipſa: ſecundum Bald. & Angel. in l. Lucius. ff. de teſtamento militar. licèt idem Bald. in l. fideicõmiſſa. §. j. ff. de legat. iij. videatur ſentire quòd nota notarij defuncti eſto quòd non ſit ſignata, nec ſubſcripta, quòd faciat fidem, & quòd poſsit leuari inſtrumentum. & pro hoc facit quod voluerunt Cyn. Baldus Salyc. in dict. l. contractus. de fide inſtrum. vbi videntur tenere, quando reperitur nota. ſeu imbreuiatura notarij defuncti eſto quòd non ſit ſignata, nec ſubſcripta, ꝙ pót groſſari & authenticari authoritate iudicis: quia ad iſtud reſpódetur, ꝙ requiritur, ꝙ talis nota ſit redacta, in quinterno notarij à principio ſignati, vel quando ſunt tales notæ repertæ ſunt in mondum redactę: prout videntur ſentire ibi doctores Bal. in dict. l. fideicommiſſa. §. quoties. ff. de legatis tertio, & maximè non poteſt groſſari quando caret ſolemnitate: ſecundum Angel. conſil. ccxx. Petr. de Ancha. conſi. ccccij. & Alexand. in dict. conſil. cliij. in ſecundo volumine. & ſic non debet talis nota defectuoſa redigi in formam publicam, nec de ea confici inſtrumentum publicũ: quia nihil debet addi nec diminui prout ſupra dict. fuit. licèt ſecũ. Saly. ind. l. cõtractus notarius ſubrogatus
4 iuxta ſtylum & conſuetudinem notarij † defuncti. veruntamen talis nota defectuoſa poſſet ſuppleri per teſtes, & probari veritas dictæ notæ: ſecundum Panormitan. in dict. c. cũ P. tabellio. & Alexand. in
5 d. conſi. cliij. in ſecundo volumine. † prætereà prout ſupra dictum fuit notarius ſubrogatus non poteſt ſupplere ſolemnitatẽ omiſſam notarij defuncti: ſecundũ Spe. in tit. de inſtru. & editio. §. inſtrumentũ verſi. item opponitur. & Ioan. Andr. in addi. ad Spe. in tit. de inſtru. edi. §. oſtenſo. verſ. quid ſit abbreuia
6 tura attento etiam, quia ad hoc † vt nota notarij defuncti poſsit groſſari requiritur, ꝙ notarius ſit rogatus, qui ibi non appareret ipſum nó eſſe rogatũ, non poſſet alius notarius groſſare: ſecundum Alexan. in d. conſ. cliij. ſupra allegato. Nec obſtat ſi dicatur, quòd in dubio notarius præſumitur rogatus: ſecus in teſtibus: ſecundum glo. in. §. nos autem. in auth. de tab. col. iiij. quia ad iſtud reſpódetur, quòd licèt ſint opiniones an notarius præſumatur rogatus: quia Inno. in ca. j. de fide. inſtrum. tenuit quòd
7 nó pręſumatur rogatus. † prætereà requiritur quòd nomen notarij exprimatur in nota notarij, aliàs nó poſſet ſuppleri per alium: ſecundum Bald. in rubri. C. de fi. inſtr. & in d. l. Gallus. §. idem credendum. & ibi per. Ange. & Ioan. de Imol. quia declaratio voluntatis notarij defuncti non trãſit ad alium. faciũt notata per gl. & doct. in l. Pomponius ſcribit, ſi frumentum. ff. de rei vendi. Nec obſtat ſi dicatur quando in nota notarij apponitur illa clauſula actum quòd præſumatur pro conſummatione actus: ſecũdum Bald. in auth. quòd ſine. C. de teſta. quia iſtud non procederet quando per inſpectionem dictæ imbreuiaturæ appareret de defectu ſolẽnitatis inſtrumenti. quia talis negatiua defectus ſolemnitatis inſtrumen-

inſtrumenti ſeu actorum probatur per inſpectionē: ſecundum Panormit. in cap. j. de lit. contest. Barto. in l. iiij. §. condemnatum: quia iſta negatiua coarta tur ad literam. l. ij. C. de errore aduo. & Io. de Imol. 8 in l. ſciendū ff. de verb. oblig. † veruntamen, prout ſupra dictū fuit, talis nota ſeu ſcriptura notarij defuncti poſſet probari & quoadiuuari per teſtes: ſecundum Panor. in d. c. cūm P. tabellio. de fid. inſtru. & Alexan. in d. conſi. clij. in ij. volumine & pro hoc facit glo. cum ibi notatis per Io. Fab. in §. item ver borum. inſti. de inutil. ſtipulati. vbi inſtrumentum poteſt quoadiuuari per teſtes intrinſecos & extrinſecos Et premiſſa faciunt ad quęſtionem ſuper cau ſa compulſoriarum R. d. Abbatis Cluniacen. Contra hæredes Hyeroni. de Columberia, Caroli Marialis, Ioā. Giroudi pro mediate quatuor mille librarum turonen. de bonis ſpolij domini quōdam Anthonii de Balſaco Epiſcopi Valētinen. & Dieſ. in quo proceſſu fuit petitum pro parte dicti do. Ab batis afferri per cuſtodes papirorum magiſtri quōdam Nathalis Matheronis ſecretarij Delphinalis notā cautionis præſtitæ per nobiles Ludonicū de Pererio habitatorem Lugduni, & Frācíſcum Bourſerij dit lebran pro domino Ioanne de Spiney ſuc ceſſoris in dictis epiſcopalibus poſt obitū dicti Anthonij de Balſaco, & pro bonis ipſius ſpolij. Et in dicta cautiōe deficiebat annus milleſimus cccc. & ſolū dicebatur in duobus folijs præcedētibus martis tertia martij. xcij. Et pariter in folio dictę cautionis erant certæ poſtilæ, & vt prætenditur, raturæ: licèt pro parte dicti domini Abbatis fuerūt examinati certi teſtes ſuper veritate dictæ cautionis & ſimilitudine literæ dicti magiſtri Natalis Matheronis. & pariter fuerunt adhibitæ aliæ ſcripturę, & certa manualia ipſius Matheronis. Et fuit petitum pro parte dicti domini Abbatis dictam cautionem redigi in formam publicam, & confici inſtrumentū publicum etiam vocatis hæredibus dicti Ludouici de perio. Sed curia omnibus maturè conſideratis ordinauit dictam cautionem non eſſe redigendam in formam publicam, ſeu inſtrumentum conficiendū: declarans tamen curia quòd vbi dictus dominus Abbas ſe voluerit iuuare actis dictæ curiæ ſuper verificatione dictæ cautionis, quòd ſibi ſit licitum: & vbi voluerit experiri contra aliquos prætextu dictę cautionis & actorum confectorum coram curia pręfata curia conceſsit ſibi literas opportunas citatorias etiam requiſitorias, dum & quando voluerit, & ſua intereſſe putauerit. Et quia dicta cautio fuit reperta in filcia in certis folijs: ideò reddebatur magis debilis, vt non deberet adhiberi fides inſtrumēto. not. per Alexand. de Imol. in d. conſi. clij. in ſecundo volumine, niſi vt ſupra: quia fuerunt examinati certi teſtes & etiam certi ſecretarij ſuper ſtylo & ſimilitudine literæ dicti Matheronis. de qua materia aliâs ſcripſi in primo volumine cauſarum ac duarum in quodam tractatu de fide inſtrumentorum quæſtio. vj. vij. x.

ARGVMENTVM.

Sententia lata pro reo an & quando fideiuſſori proſit, & econtrà, & quid de iureiurando, & iudicio ſiſtendo.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio reiiudicatæ fideiuſſori prodeſt.*
2 *Actio quæ reo competit, regulariter & fideiuſſori competit.*
3 *Exceptio iuriſiurandi quando in rem eſt iuratum, quòd fideiuſſori ſicut & reo proſit: ſecus ſi in perſonam. & num. 11.*
4 *Pactum factum à reo fideiuſſori proficuum eſt, niſi perſonale ſit.*
5 *Fideiuſſor in rem ſuam quando dicatur.*
6 *Sententia lata pro reo fideiuſſori prodeſt. & num. 14.*
7 *Fideiuſſor poſt ſententiam in cautione de iudicio ſiſti uel de repreſentando nō tenetur. item ſi actor negligens ſit menſibus quatuor effluxis liberatur fideiuſſor.*
8 *Sententia abſolutoria rei an fideiuſſori proſit: & econtrà, ſententia lata pro fideiuſſore reo principali proſit, uariorum doctor. opiniones hic referuntur.*
9 *Iuramentum & ſententia ſolutionis uim habent.*
10 *Sententia lata pro fideiuſſore reo prodeſt, etiam ſi fideiuſſori non interſit.*
11 *In maleficijs connexis uno condemnato, alius condemnatus non cenſetur.*
12 *Malefactore abſoluto an mandatarius abſolutus uideatur.*
13 *Auxilio præſtanti abſoluto ob cauſam, an principalis abſolutus cenſeatur.*

Quæſtio CCCCCXIX.

QVAERITVR an ſententia lata pro reo proſit fideiuſſori ſiue in ciuili ſiue in criminali. Et quid econtrà, an ſententia lata pro fideiuſſore proſit reo: & quid in iureiurādo, an iuramētum rei proſit fideiuſſori, & quid econtrà ſi iuramētum fideiuſſoris proſit reo: & quid in clauſula de iudicio ſiſti, vel de ſe præſentādo an lata ſententia expiret ſaltem abſolutoria, & quid etiam in pacto. Et in effectu eſt textus in l. exceptiones §. rei autem. 1 ff. de exceptionibus † quòd exceptio rei iudicatæ prodeſt fideiuſſori & certæ aliæ exceptiones ibi nominatæ. Nec obſtat ſecundum gloſſam ibi, quòd per ſententiam non tollitur naturalis obligatio. l. Iulianus verum debitorem. ff. de condictione in debiti. ergo fideiuſſor non videtur liberatus. l. vbicunque. ff. de fideiuſſor. quia ſecūdum gloſſam ibi exceptio rei iudicatæ coheret rei, & prodeſt fideiuſſori: ſecus in caſu dictæ l. vbicunque. quia exceptio erat perſonalis. & ſicuti exceptio iuris iurandi quæ prodeſt reo, etiam prodeſt fideiuſſori, & econtrà: quia habet vim ſolutionis. l. duobus. §. quòd ſi reus ff. de iureiurando. ita etiam in re iudicata l. final. § final. ff. de iureiurando, vbi tex- 2 tus notabilis Et pro præmiſsis facit: † quia exceptio quæ competit reo, regulariter competit fideiuſſori inſtit. de replicationibus. §. defenſiones l. defenſiones. C. de except. l. omnes. ff. de except. & 3 econtrà † exceptio iuriſiurandi, quando eſt iura-

tũ in rẽ, prodeſt fideiuſſori ſicut&reo: ſecus ſi in perſonã. l. j. §. ſi fideiuſſor. ff. quarũ rerũ actio. nõ datur facit l. tam mandotori. cum ibi notatis. C. de non numerata pecun. & in l. ex qua perſona. ff. de fide-
4 iuſſo. † de pacto verò facto à reo, prodeſt fideiuſſoriã: niſi ſit perſonale, per dictionẽ taxatiuã. l. & hære di. §. fin. & l. niſi hoc dictum. ff. de pact. & hoc quando fideiuſſor eſſet habiturus regreſſum contra principalem: ſecus ſi fideiuſſor fideiuſsiſſet animo donandi: quia tunc non eſſet locus actioni mandati. dict. l. quod dictum. ff. de pact. niſi eſſet dictum specialiter, quòd tale pactum prodeſſet fideiuſſori: ſecundum gloſſ. ibi. Sed econtrà pactum fideiuſſoris non prodeſt reo. l. fideiuſſoris. ff. de pact. niſi eſſet fideiuſſor in rem ſuam: quia hoc caſu fideiuſſor pro reo accipiendus eſt. l. ſed & ſi fideiuſſor. ff. de pact.
5 & † dicitur fideiuſſor in rẽ ſuam quando quis cauet pro ſuo procuratore. l. de die. §. qui mulierẽ. ff. qui ſatisdar. cog. & quod ſuprà dictum fuit, quando aliquis fideiubet pro aliquo animo donandi, quòd nõ habet regreſſum contrà debitorem, & quòd ideò pactum rei n prodeſt fideiuſſori. d. l. quod dictũ. quia nõ intereſt fideiuſſoris, ex quo nõ habet regreſſum cõtra fideiuſſorem. eadem ratione poſſet dici in materia delegationis vel quãdo vnus conſtituit ſe ſoluturum pro alio animo nouandi per ſtipulationẽ. l. delegare. ff. de nou. l. item illa. §. fi. & l. vbi quis. ff. de conſti. pecun. & ibi Bart. & per Cyn. in l. fi. C. de conſti. pecu. faciunt notata per Bar. in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. quando campſor promittit ſoluere pro alio &c. & præmiſſa habent locum etiã in fideiuſſore de iudicio ſiſti vel repræſentando, vel de iudicato
6 ſoluendo: † quia ſententia lata pro reò prodeſt fideiuſſori: vt probatur in d. l. duobus. §. ſi ei qui. ff. de iureiurãd. facit lex finalis. C. de vſu. rei iudi. licèt etiã in cautione de iudicio ſiſti, vel de ſe repræſentando fideiuſſor liberetur per primã exhibitionẽ, vel præſentationem rei principalis: ſecundũ d. §. ſi ei qui. de quo ibi latè per Alexand. & Iaſon. & per doct. in l. ſi finita. in princi. ff. de dam. infect. niſi fuit adie-
7 cta illa clauſula tocies quoties. † verũtamẽ in cautiõe de iudicio ſiſti vel de repræſentãdo fideiuſſor nõ tenetur poſt ſententiã. l. grecè. §. & poſt litẽ. ff. de fideiuſ. vel etiam quando actor eſt negligens, fideiuſſor liberatur in cauſa priuata per lapſum quatuor menſiũ. l. penultim. C. de fideiuſſo. de cuius intellectu habetur ibi per Bart. Sed redeundo ad quę
8 ſitum † an ſetentia abſolutoria rei proſit fideiuſſori & econtrà, ſententia lata pro fideiuſſore proſit reo principali. Super hoc paſſu referã opiniones, vt melius potero. Nam Bar. in l. fi. ff. de pact. tenet in quęſtione facti, quæ acciditBononiæ de reo abſoluto ratione adminiſtrationis officij, & ſic exceptio incepit competere debitori, nec ex poſt factum rei principalis habet pręiudicare ipſi fideiuſſori, ex quo fuit ſibi ius quæſitum. Et iſtam partem tenet Alber. de Roſa. in ij. parte ſtatutorum quæſt. 146. quã refert & ſequitur Iaſon in dict. l. fi. etiam ſi vigore ſtatuti diceretur, quòd fieret reuiſio adminiſtrationis officialis non obſtante ſententia prius lata: quia iſtud non debet præiudicare fideiuſſori, cui fuit ius quæſitum. idem Bartol. in l. aduerſus. ff. de arbitr. poſt gloſſ. ibi tenet, quòd ſententia lata pro fideiuſſore non porrigitur ad principalem: ſecus & econtrà, de quo ſe remittit ad notata per eum in l. final. §. final. ff. de iureiurand. quia iſto caſu quando fertur ſententia pro fideiuſſore non prodeſt reo: quia non intereſt fideiuſſoris quando petitur à reo, ſed econtrà ſic: ſecundum gloſſ. in dict. l. aduerſus. veruntamẽ vbi intereſſet fideiuſſoris, vt quia quis fideiubet pro procuratore, tunc ſententia lata pro fideiuſſore prodeſt & reo. l. ſed & ſi fideiuſſor. ff. de pact. licèt de rato interſit fideiuſſoris: ſecundum glo. in dict. l. aduerſus. vel ſi erant ſocij vt ibi per gloſſ. Bal. verò in dict. l. aduerſus. inducit hanc quæſtionem ſuper contractu, qui impugnatur de vſura coram iudice eccleſiaſtico, qui fecit inhibitionem creditori & cętera, ad inſtantiam rei & cętera, quòd ſe extendit ad fideiuſſorem & cętera. idem verò Bald. in dict. l. duobus. §. à fideiuſſore. ff. de iureiurando tenet, quòd ſententia abſolutoria lata ſuper re, quaſi non fuerit contractum pro fideiuſſore, quòd proſit reo. allegat Dyn in capitul. rati habitio. circa finem. de regulis iuris: ſicuti in iuramento: quia in dubio præſumitur iuramentũ latum ſuper re ſeu facto, & nõ ſuper perſona, & ſic quòd videtur idem in ſententia. Sed in contrarium tenet Barto. ibi poſt Ricard. malombre per dict. l. aduerſus. in fine. ff. de arbit. & quòd aliud ſit in ſententia, quàm in iuramẽto. quia ſententia in dubio videtur lata, quia non probatum. per l. Iulianus verum debitorem. ff. de condict. indeb. idẽ. Barto. in dict. l. fina. §. final. ff. de iureiurand. vbi æquiparãtur iuramentum & ſenten-
9 tia: † quia habent vim ſolutionis. vnde ſecundũ [illegible] tol. ibi poſt gloſſ. quando fertur ſententia pro reo, tunc prodeſt fideiuſſori, quando fideiuſſor eſſet habiturus regreſſum contra reum, aliàs ſecus: & econtrà, ſententia lata pro fideiuſſore proſit reo, quando reus poſſet redire contra fideiuſſorem: vt quia fideiuſsit in rem ſuam: prout ſupra dictum fuit. pro quo allegat l. prim. ff. rem ratam haberi cum ibi notatis per gloſſ. idem Bartolus in l. ex duobus ff.
10 de duob. rei. debend. in quarta quæſtione † tenet, quòd ſententia pro fideiuſſore lata prodeſt reo, etiam ſi fideiuſſoris non interſit. & pro hoc allegat dicta l. duobus. §. à fideiuſſore. ff. de iureiur. idem Bartolus in l. amiſſi. §. final. ff. de fideiuſſoribus, tenet, quòd debet conſiderari an ſententia fuerit lata tanquàm non debitum, vel quia non probatur, licèt de hoc ſe remittat ad dictam l. ex duobus. idem Bartol. in l. denuntiaſſe. aliàs incipit, qui vxori. §.
11 quæritur. ff. de adulterijs tenet, † quòd in maleficijs connexis condemnato vno, non cenſetur, condemnatus alius: vt in adulterio vel falſo. idem Bartol. in l. adulter. §. ſi eo tempore. ff. de adulterijs, format
12 quæſtionem, † an abſoluto malefactore, videatur abſolutus mandararius & ibi allegat, Dynum in dicto capitul. rati habitio: de regulis iuris libro ſexto, qui facit differentiã quando reus abſoluitur ſuper facto: vt quia pronuntiatur delictum non fuiſſe commiſſum, & tunc prodeſt mandatori: ſecus ſi pronuntietur ſuper iure, vt quia pronũtiatur quòd reus non fuit in culpa: & tunc non prodeſt mandatori, & in hoc approbat Dynum: ſecus in primo membro, quando pronuntiatur ſuper facto non fuiſſe commiſſum delictũ: quia tunc non proderit

mandatori

mandatori: ſecundum Richar. Malumbre de quo latiùs per eundem Bartol. in d. §. ſi eo tempore. Bal. in dict. l. duobus. §. à fideiuſſore. ff. de iur. iurand. refert opinionem Dyn. in dict. cap. ratiha. de regu. iuris lib. vj. quādo † quis accuſatur de auxilio & fauore maleficij & abſoluitur adiecta cauſa: quia non fuit cōmiſſum maleficium principale: videtur abſolutus principalis, ſed ibi refert opinionem Rica. Malumb. tenentis contrarium: vnde pro cōcordia tenet, quòd in re ciuili quoad damni reſartionem eſt vera opinio Dyn. per iura ibi allegata: quia abſolutoria habet vim ſolutionis ſed in criminali ſecus: quia ſolutio vnius non prodeſt alteri. & ibi etiā tractat nunquid in delictis defenſio rei proſit auxilianti vel mādanti. idem verò Bal. in l. tam mādatori. C. de non nume. pecu. vbi tenet, quòd quando reus eſt abſolutus, quòd fideiuſſor eſt tutus ope exceptionis per iura ibi allegata Albe. in dict. l. fin. §.
14 ſi fideiuſſor. ff. de iureiurand. colligit † quòd ſententia lata pro fideiuſſore proſit principali. quod intelligit ſecundum ea quę notantur in l. aduerſus. ff. de arbitr. Salice. in dict. l. duobus. §. quod autem. ff. de iur. iurand. videtur tenere quòd non ſit idem in ſententia abſolutoria. de quo ſe remittit per Dyn. in d. c. rati habitio. & per Bart. in dict. l. ſi adulter. §. ſi eo tempore. ff. de adulte. ſed idem Salic. in d. l. fi. §. fi. ff. de iur. iurand. facit diferentiā an fideiuſſor ſit habiturus regreſſum contra principalem: & tunc talis ſententia prodeſt, aliâs ſecus: iuxta notata in dict. l. aduerſus. ff. de arbitr. & ſic ſecundū ipſum non per omnia procedit æquiparatio iuramenti & ſententiæ. Paul. de Caſt. in dict. l. duobus. §. quod ſi reus. format quæſtionem, an ſententia lata pro vno ipſorum rei vel fideiuſſoris proſit alteri, & ibi videtur diſtinguere ſicut in pacto: quia aut erat talis fideiuſſor, qui poterat repetere, & tunc prodeſt, aliâs ipſi reo non prodeſſet, aut non poterat repetere: & tunc ſecus. dict. l. quod dictum. ff. de pact. Quid autem in cauſa criminali ibi habetur per ipſum, & quid econtrà quando ſententia eſt lata pro fideiuſſore? & tunc debent attendi verba ſententiæ, ſi fideiuſſor fuerit abſolutus ex eo quia debitum principale nō erat contractum, vel principaliter nō tenebatur, & tunc proſit principali: aut quia ipſe nō fideiuſſit, & tunc ſecus: ſecundum opinionem Dyn. licèt Ricar Malum. in eius diſputatione tenuerit contrarium quem ſequitur Bartol. ibi, licèt contrarium videatur tenere. in dicta. l. ex duobus. ff. de duobus reis. in iiij. queſtione: & hoc fuit inaduertenter: ſecundum Paul. de Caſt. tamen idem Pau. Caſt.
15 in dict. l. fi. ff. de iureiurand. videtur tenere, † quòd iuramentum vnius indiſtinctè proſit alteri etiam ſi fideiuſſit animo donandi: ſed quando non fideiuſſit animo donandi, ſed repetendi idem videtur in ſententia quod in iuramento: per text. notabilē & ita videtur ibi intelligere Bartol. Alexan. de Imol. quærit quid in ſententia lata pro fideiuſſore. ibi refert opiniones. Io. de Imol. in d. l. ex duobus. ff. de duobus reis deben. tenet opinionem Ricardi Malumbre. & contra Bart. ibi. & idem tenet in l. admiſſi. §. final. ff. de fideiuſſo. Paul. de Caſt. in dict. l. admiſſi. §. fina. ff. de fideiuſſ. vt videtur tenere opinionem Richar. Malumb. aliud ſit in iuramēto aliud in ſententia. Et præmiſſa etiam faciunt ad quæſtionem ſuper dicta cauſa domini Abbatis Cluniaceñ. qui prætendit habere ius ſpolij bonorum domini Anthonij de Balſaco Epiſcopi Valētineñ. & Dyenſis pro medietate. ſed quia fuit lata ſententia in curia parlamenti Delphina. pro domino Iohanne de Spiney ſucceſſore in dictis epiſcopatibus, ibi fuit ſublata manus Delphina. ad ipſius vtilitatē. & ideò quæſtio iacet an talis ſententia proſit fideiuſſorib. & maximè de iudicato ſoluendo, ſuper quo relinquo cogitandum: quia nondum fuit facta declaratio per curiam.

ARGVMENTVM.

Parlamētum Delphinale an ferias indicere poteſt, maximè ob peſtem & calores æſtiuos.

SVMMARIVM.

1 *Ferias indicere principis eſt, maximè repentinas.*
2 *Feriarum repentinarum cauſæ.*
3 *Ferijs repentinis renuntiari non poteſt.*
4 *Feriæ in honorem Dei ſolemnes dicuntur.*
5 *Feriæ meſſium & uindemiarum ob hominum neceſſitatem indicuntur.*
6 *Ius ſemper redditur in principis curia, ut in parlamentis Franciæ.*
7 *Curiæ parlamenteæ an ex cauſa ferias indicere poßint.*
8 *Feriæ quòd ratione mortalitatis indici poſſunt.*
9 *Aeris intemperies, infirmitas, peſtis, & timor de nō ſiſtendo iudicio excuſant.*
10 *Mortem fugere unumquenq; teneri.*
11 *Medicorum iudicio ſtandum tam ſuper aeris corruptione, quàm ſuper citati complexione.*
12 *Clericus ſeu rector eccleſiæ an peſtis tempore reſidentiæ ſubiaceant.*
13 *Feriæ militum commeatus ratione quandoquè indicuntur.*
14 *Ferias ſecundum regionis conſuetudinem legatum indicere teneri: & inditas ſeruare.*
15 *Feriæ ſtatuto uel cōſuetudine indici poſſunt, & inditas etiā in honorem Dei tolli.*
16 *Iudices qui legis condendæ poteſtatem habent, quòd in diebus feriatis etiam in honorem Dei procedere poſſunt.*

Quæſtio CCCCCXIX.

QVAERITVR an curia parlamenti Delphinalis ex cauſa rationabili poſſit introducere ferias ſolēnes, vt per aliquod tempus ceſſetur ab audientia: vti propter peſtem, calores æſtiuos, tranſitum armigerorum: & ſi per conſuetudinem, aut ſtatutū poſſunt tolli feriæ. Dubium facit: quia
1 ad † ſolum principem ſpectat inducere ferias præ-
2 ſertim repentinas. l. à nullo. C. de feri. † quia tales feriæ inducuntur ob res proſperè geſtas, vel in honorem principis. l. ſed & ſi per prętorem. ff. ex quib. cauſ. maior. & exemplificatur quādo naſcitur filius principis: ſecūdum gloſſ. in dict. l. à nullo. vel quando vxorem duxit, vel quando princeps venit de nouo ad aliquem ciuitatem, vel in die ſuæ coronationis: iuxta nota. per glo. in l. placet. C. de ſacr. ſanctis eccle. quo caſu poteſt imponere ſuperindictum. l. j. C. de ſuperindic. libr. x. l. fina. C. de ferijs. & ibi glo. ſuper verbo, ortum. & pro Specul. in titul. de ferijs. §. j. verſicu. repentinæ. & ibi exprimit iſtos caſus, & etiam propter gaudium victoriæ de inimicis. fac. l. vnic. C. public. læti. vel conſulum libr. xij. & tales feriæ repentinæ gaudent eodem priuilegio fe

riarum inductarum in honorem Dei. ſecundũ glo.
in clemen.ſæpè.de verbo.ſignifica.ſuper verbo ob-
3 neceſsitates feriarum.† & non poteſt renuntiari ta
libus ferijs repentinis:ſecundum glo.ibi, vnde glo.
in c.fi.de feri.diſtinguit inter iſtas ferias:quia quę-
4 dam † dicuntur introductæ in honorem Dei, & il-
lę debēt ſeruari & ceſſare iudiciũ:vt ibi,& l.omnes.
& l.dies feſtos.C.de feri. & dicũtur ſolemnes ferię.
ſunt etiam aliæ feriæ ob reuerentiam principis quę
5 dicuntur ſolemnes prout ſupra dictum fuit. † Aliæ
etiam dicuntur feriæ ob neceſsitatem hominum:vt
tempore vindemiarum vel meſsium,& dicuntur ſo
lemnes,quia homines occupantur circa rem ruſti-
cam.l.j.ff.de ferijs.& inducũtur varijs temporibus
ſecundum diuerſitatem locorum: quia quidam tar
diùs colligunt meſſes ſiue vindemiant, quidam ci-
tiùs.l.præſides.ff.de ferijs.de quo latiùs per gloſſ.in
dict.cap.fi.& per Specu.in titul.de ferijs.§.j. verſic.
repentinę.& idem ius quod ſtatuitur in ferijs ob ho
norem Dei introductis,obſeruatur in ferijs repenti
nis:ſecundum gloſſ in dict.clemen.ſæpè.ſuper ver-
bo,feriarum.de verb.ſignifica. veruntamen ſecun-
6 dum Specu.in titu.de ferijs.§.feriarũ.in fi. † In cu-
ria principis ſemper redditur ius,& per hoc excuſa
tur curia Regis Franciæ tempore parlamentorum
ſemper redditur ius,vt venientes de longinquis par
tibus citiùs expediantur.& ibi etiam per Ioannem
Andr.in addi.ad Specu.refert in curia Romana ꝙ
procurationes remotarum partium poſſunt com-
pelli reſpõdere,etiam quia nulla lex poteſt curiam
principis cohartare quin poſsit quolibet tẽpore ius
reddere.l.præſenti.C.de his qui ad eccleſi. confug.
ibi,præſentata conſtituta &c.nam ipſe princeps di
citur lex animata in terris.in authen.de conſtitu.§.
penul.in fin.colla.iiij. Sed redeundo ad quæſitum
7 an † curia parlamenti interdum poſsit concedere
ferias ex cauſa,vti tempore peſtis,vel propter calo-
res æſtiuos,vel ſimilem cauſam:& videretur dicen
dum prima facie,quòd non.cap.cùm dilecti.de do-
lo & contuma.circa finem, & ibi glo. ſuper verbo,
calores.ꝙ mẽſis Auguſtus non excuſat quominùs
quis teneatur proſequi eius appellationem.& idem
gloſſ.in c.ſi verò.de iureiurand.refert de vltra mon
tano ſiue Gallo, qui iurat ſe moraturum Romæ in
Auguſto: quia tenetur ratione talis iuramenti,
quia non venit directè in detrimentum ſalutis hu-
manæ, licèt occaſionaliter: vnde ſecundum Pa-
normi.in dict.c.cùm dilecti.licèt in curia Romana
tempore menſis Auguſti ſit aëris intemperies pro-
pter calorem: tamen quis non excuſatur, quando
tempore peſtis & mortalitatis citatus non excuſa-
retur,niſi aliter feriæ inducerentur:ſecundum An-
8 thonium de Butr.ibi,& ſic præſupponit, † quòd ra
tione mortalitatis poſſent induci ferię,pro quo al-
legat glo.in clemen.quandiu.de appell. ſuper ver-
bo,alias.vbi glo.loquitur de tempore mortalitatis:
vel peſtis,quando cœpit eſſe in loco appellationis
proſequendæ,licèt ibi loquatur de conſenſu partiũ
&c.& pro hoc facit c.ad ſupplicationem. de renun
tia. quando quis non poteſt ſecurè commorari: ſe-
cundum glo.ibi,propter intemperiem aëris.lxxiiij.
diſtinct.c.quorundam.vel quia habebat ibi capita
les inimicos.facit clemen.paſtoralis.de re iudi.Sed
9 glo.in c.communis filius.xxiij.diſtinct.† tenet quẽ
excuſari debere propter intemperiam aëris,vel etiã
excuſatur propter infirmitatem aut timorem ſuorũ
aut quando faceret contra trãſitum per terram ini-
micorum.dict.cap.cùm dilecti.de dol. & contuma.
cap.accedens.le ij.vt lit.non conteſta.nec ſufficeret
offerre literas ſalui conductus:vt ibi habetur: quia
debet eſſe tutus acceſſus,aliâs poſſet appellari.cap.
ex parte.le j.de appel.quia iudices debent aſsigna-
re locum idoneum & ſecurum.dict.clemen.paſtora
lis.§.Piſanáque ciuitas.Et quòd quis excuſetur: vt
non cõpareat in iudicio durante peſte in loco iudi-
cij .facit glo.in l.de ætate.ff.ad Trebel. & Bartol.
aliâs in l.recuſare.§.ſi quis alio.eod. titul. & etiam
Angel. Ioan. de Imol. Alexand.& latè per Felin.
in dict.cap.accedens.facit glo.in clemen. in agro.
§.cæterùm.de ſtatu.mona. vbi ratione infirmitatis
quis excuſatur,quando religioſus nõ reſidet in mo
naſterio:ſecundum glo.ibi,ſuper verbo rationabi-
li.& quando peſtis vrgens eſſet notoria in loco iu-
dicij ſufficeret proponere corã iudice: ſecundũ glo.
in clemen.appellanti.de appella.veruntamen ſi de-
beat proponi talis exceptio,aliâs ſi ſit locus appel-
lationi,vide not.per glo.& doct.in dict.c. ex parte.
& in dict.cap.accedens.le ij. & latè per Alexan.in
dict.l.de ætate.aliâs incipit,recuſare.§. ſi quis alio.
vnde glo.in c.communis filius.xxiij. diſtinct. tenet
quòd propter infirmitatem ſuorum excuſatur ſiue
propter timorem ſuorum,& pariter propter intem-
periẽ loci excuſatur.c.quorundam lxxiiij. diſtinct.
facit etiam cap.ſtatutum. §. cùm verò.de reſcriptis
lib.vj.& ibi glo.ſuper verbo,non audens. quando
in loco iudicij pars Gibellinorum vel Guelphorũ
regnat,vel quis eſt relegatus.de quo etiam per glo.
& doct.in l. ij.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis caut. &
ibi an quis teneatur mittere procuratorem.& in l.j.
ff.de diuerſ.& tempo.præſcript.& per glo.in cap.ſi
egrotans.v.quæſti.iij.vnde ſecundum Panor.in d.
c.cùm dilecti.poſt glo.ſuper verbo, calores. de dol.
& contuma.j.allegat,quando tempore peſtis redde
retur ius, quis citatus non excuſaretur, niſi eſſent
inductę ferię.deinde allegat in cõtrarium glo.in d.
c.communis filius.& Barto.in dict.l.de ætate. dein
de diſtinguit quòd quando aëris corruptio eſt ve-
hemens,& complexio citati quòd veriſimiliter du-
10 bitaretur de morte, tunc excuſaretur: † quia quili-
bet tenetur fugere mortem & locum peſtis.c. nego
tiatorem. lxxxviij. diſtinct. aliâs diceretur tentare
11 Deum.cap.ſi nulla.xxiij.quæſtio.viij. † Si verò aër
non ſit adeò corruptus quòd ſit periculum, & com
plexio citati,non eſt talis:tunc citatus non excuſa-
retur.per glo.in dict.cap.ſi verò.de iur.iuran.vnde
12 ſecũdum Ioan.de Imol.in † hoc ſtandum eſt iudi-
cio medicorum, tam ſuper corruptione aëris quàm
ſuper complexione citati.l.ſemel.C.de re milit.libr.
13 xij.& iſtud facit † quòd clericus abſens tempore pe
ſtis nõ teneatur facere reſidentiã:ſecundũ eund.Io.
de Imol.in cap.fi.de cleri.non reſiden.quod eſt ve-
rum,niſi eccleſia pateretur defectum in miniſtris ec
cleſiæ,quia tunc deberent venire: ſecũdum ipſum.
cap.penul .eod.titul.vnde Ioan. Andr. Panor. in d.
c.ſi verò.debet attendi imminens infirmitas, & cõ-
plexio iurantis ſi immineret periculũ mortis, non
eſſet ſtandũ.Et iſtud facit ſecũdum Panor.ibi con-
tra regulam Cartuſieñ.quando ex iudicio medic o-
rum ex-

rum expertorum appareat aliquem fratrem Cartu ſieñ. aliter non poſſe curari & ſanari niſi mediante æſu carnium. de quo ibi latiùs per ipſum. & per Io. Andr. in cap. ij. de obſerua. ienu. vt in cap. ij. in nouella de deci. lib. vj. & ſi quęratur quare non prohibeatur vinum quod eſt maioris nutrimenti quàm æſus carnium? reſpondetur ſecũdum Felin. in dict. c. ſi verò. qui allegat beatum Thom. ſecunda ſecũdæ quæſtio. xlvij. articulo vlti. & in iiij. ſen. diſtinc. xv. quæſtion. ij. articul. j. vbi dicit quòd virtus vini non eſt duratiua & augmentatiua ſpirituũ ſicut carnes, licèt vinum faciliùs incitet quàm carnes: tamẽ eius incitatio non durat ſicut incitatio carnium, & dat ſimile ſicut in leguminibus. vide cap. à crapula, cum ibi not. de vi. & honeſt. cler. Ex pręmiſsis appa
13 ret de cauſis iuſtis ad inducẽdum ferias, † & idem videtur in tranſitu armigerorum: quia gentes vbi tranſeunt, ſunt occupatæ: vt experientia docet. facit l. præſides. ff. de feri. vbi præſes loci poteſt declarare tempora feriarum iux. conſuetudinem loci. & ceſſante conſuetudine vel ſtatuto ſeruaretur meta appoſita in l. ij. C. de ferijs. facit l. ij. §. j. verſic. ſanè. ibi, quoties res vrget. & l. ij. l. ſolet. ibi & ſi quæ ſimiles ſunt. ff. de feri. vbi ponũt certi caſus quibus proceditur in iudicio tempore feriarum & ſimiles. facit cap. fin. de feri. ibi, niſi neceſsitas vrgeat, vel pietas ſuadeat, facit etiam l. ſi in aliquã rem. ff. de offi-
14 cio proconſul. & lega. vbi legatus † ſeu ille qui pręſidet debet dare ferias ſecundum mores & conſuetudines patrię: licèt ſecundum gloſſ. ibi dare exponat, id eſt, datas obſeruare, & confirmare. & ibi Baldus notat, quòd legatus debet ſeruare ferias conſuetas, & quòd non valet ſententia lata tẽpore feriato. idem Bald. in l. ſi feriatis. ff. de feri. te-
15 net quòd † per ſtatuta vel conſuetudines locorum poſſunt induci feriæ, & inductæ etiam in honorem Dei tolli. allegat cap. capellanus. de ferijs. Barto. in l. j. ff. de teſtamen. mili. & in l. filiusfami. ff. de dona. tenet quando ex mandato vel ſtatuto ſuperioris iudex poteſt procedere ſine ſtrepitu & ſolemnitate iuris, quòd poterit procedere tempore feriato etiam in honorem Dei: quia tales feriæ ſunt introductæ de iure ciuili. & idem tenet in tract. repreſa. in iiij. q. ix. quęſtionis principalis. & maximè propter ſuſpitionem fugæ debitoris. facit glo. in l. fina. C. de fer. licèt idem Bartol. in dict. tract. vbi ſupra. in fin. te-
16 neat in † iſtis magnis iudicibus qui habẽt poteſtatem legis condendæ poſſunt procedere tempore feriato in honorem Dei. facit l. formã. aliàs normam. C. de offic. pręfect. præto. l. non ambigitur. ff. de legi. de quo etiam per eundem Barto. in l. prouinciarum. C. de feri. per gloſſ. & Bald. in quadraginta. C. de ferijs. & in l. milites. C. de teſtamen. milita. in authen. ſed omninò. C. ne vxor pro marit. ſed idem Barto. in extrauag. ad reprimendum. ſuper verbo, & figura. tenet in ferijs ad honorem Dei non poteſt procedi: quia ſunt introductæ de iure diuino, & de præcepto legis, Sabbata ſanctifices. Pau. de Ca. in dict. l. quadraginta. C. de feri. refert aliquos tenere, quòd in diebus dominicis non poterit procedi, quia ſucceditur loco ſabbati: de quo ibi per ipſum, & per doct. in clemen. ſepè. de verbo. ſignifi. in princip. ſuper verbo, tempore etiam feriarum. ob neceſsitatem hominũ &c. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem. de hoc præſenti anno 1516. de menſe Auguſti vbi propter nimios calores curia ad requiſitionem procuratorum praticantium conceſsit ferias, & ceſſauit ab audiẽtia vſq; ad vigiliam beati Matthæi apoſtoli menſis Septembris, deinde fuerunt continuatæ dictæ ferię vſque poſt ſanctos, etiã ſecundum ſtatuta Delphinalia.

ARGVMENTVM.

Locum maiorum transferre in alium cauſa ſubſiſtente prouinciæ iudicem poſſe, modò in ſua ſit iuriſdictione: eóſq; quorum intereſt, adeſſe oportere.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in ſuorum maiorum loco ſedere debet iudicium redditurus.*
2 *Iudicis perſona an locum faciat.*
3 *Arbiter iudicium redditurus quo loco ſedeat, non refert, modo honeſtus ſit.*
4 *Iudex ex cauſa locum ad tempus mutare poteſt.*
5 *Aduocati & procuratores partium an mutati iudicij locũ ſequi teneantur.*

Quæſtio CCCCCXXI.

QVAERITVR an propter peſtem, aut aliam infirmitatem contagioſam ſit licitum viceballiuis, & alijs iudicibus transferre locum ſedis alibi infra eius territorium ad tempus. & an aduocati & procuratores cauſarum teneantur ſequi
1 locum iudicij mutati. Dubium facit: † quia iudex debet ſedere in loco ſuorum maiorum ſolito, & ibi ius reddere. l. penult. ff. de iuſtiti. & iur. adeò quòd ſi ſentẽtia diceretur alibi, poſsit dici nulla. l. cùm ſententiam. C. de ſenten. & interlocut. omnium iudic. & ibi habetur quòd ſententia non debet proferri in loco ſecreto. l. ſi vt proponis. la ij. C. quomod. &
2 quando iud. † Nec obſtat l. voluit. §. quod ait prætor. ff. de interroga. actio. vbi habetur, quòd perſona iudicis facit locum, & non econtrà. & ideò non refert ſi domi vel in itinere fiat, vt ibi habetur: quia ſecundum glo. ibi illud procedit in actu, qui non requirit plenam cauſæ cognitionem, aliàs ſecus. & ideò poſſunt fieri interrogationes coram iudice: quia non requirunt plenam cauſę cognitionẽ ſecundum Barto. ibi, & pro hoc facit glo. in rubri. ff. de interroga. acti. vbi in iſtis interrogationibus non requiritur libellus: quia proceditur per officiũ iudicis miſericorditer. Non obſtat etiam l. ſi cùm
3 dies. §. ſi arbiter. ff. de arbi. vbi ſufficit, † quòd arbiter ſedeat in aliquo loco honeſto: quia illud procedit in dubio, quando in compromiſſo non fuit ſpecialiter dictum de loco vbi debeat ſedere arbiter, quia tunc intelligitur de loco compromiſsi. Verun
4 tamen † iudex ex cauſa peſtis aut ſimili cauſa poſſet mutare ad tempus locum iudicij: iuxt. nota. per glo. & docto. in l. de ætate. ff. ad Trebe. l. & pleniùs
5 fuit tactum in quęſtione pręcedẽti. † Sed an iſto caſu aduocati & procuratores partium teneantur ſequi locum iudicij mutati, dum tamen in eadem prouincia, & videretur dicendũ quòd non. l. ſancimus. la j. C. de aduoca. diuer. iudic. ibi, in eodem dumtaxat loco. etiam glo. verò in l. ſed & hæ. §. non ſolùm. ff. de procura. arguit ad ambas partes, & tandem diſtinguit, an ſedes iudicij mutati ſit multum vel parum remota. argu. l. Mœnia. §. fina. in fi. ff. de annu.

lega. Bartol. in dict. §. ibi videtur ſequi gloſſ. Ange. verò in dict. §. non ſolùm. vbi text. dicit, defendere in competenti tribunali. tenet quòd aduocatus tenetur defendere: dum tamen nõ ſit extra ciuitatem vel diœceſim. Bald. in dict. l. ſancimus. tenet, quòd aduocatus non cogitur exercere officium aduocationis in alio loco, quàm vbi ſuſcepit aduocationẽ. de quo ſe remittit ad nota. in dict. §. non ſolùm. glo. verò in l. j. C. de ſuffrag. aduo. format quæſtionem, an aduocatus teneatur exire prouinciam in cauſa appellationis. de quo ſe remittit ad nota. in dict. §. non ſolùm. vnde Bald. in dict. l. j. circa finem tenet, quòd quãdo aduocatus exit prouinciam, quòd debet fieri ſumptibus clientuli, & nõ pedes, ſed eques ſecundum qualitatem perſonæ. & ſimilis quæſtio vertitur in cauſa appellationis, an aduocatus vel procurator teneatur defendere, maximè in alio loco, de quo per glo. & docto. in dict. l. j. C. de ſuffrag. aduo. & in l. inuitus. C. de procu. & in cap. non iniuſtè. de procur. & an teneatur appellare & proſequi appellationem ibi habetur.

ARGVMENTVM.

A primis ſponſalibus iuratis & verba de præſenti odorantibus ſi recedatur, an ab altera partium ad intereſſe agi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Recedere non licet à primis ſponſalibus iuratis: & recedenti debet imponi pœnitentia de fide irrita.*

2 *Cauſæ propter quas liceat recedere à primis ſponſalibus de futuro.*

3 *Contra contrahentẽ ſecũda ſpõſalia per uerba de præſenti & ſecuta copula carnali an poßit agi ad intereſſe. nu. 5.*

4 *Matrimonia ſunt libera.*

6 *Opinionum dato conflictu in dubio illa eſt tenenda, quæ fauet matrimonio.*

Quæſtio CCCCCXXII.

QVAERITVR quando primò contrahãtur ſponſalia iurata per verba de futuro, qui per receptionem numerum vti annulorum, etiam bibendo nomine matrimonij, vel per alia ſigna aut verba denotantia conſenſum de præſenti, an tranſeant in ſponſalia de præſenti: & cõtrà quãdo non trãſeũt in ſpõſalia de præſenti, an cõtrahendo cum alia ſponſa, vel ſponſo per verba de præſenti diſſoluantur prima ſponſalia de futuro: & an competat primo ſponſo, vel ſponſæ ad ſuæ iniuriæ: & ad intereſſe, præſertim quãdo ſubſunt iuſtæ cauſæ diſcendẽdi à primis ſponſalibus & quæ ſint illæ iuſtæ cauſæ diſcendẽdi à primis ſpõſalibus de futuro? Et in effe-
1 ctu non eſt licitũ † recedere à primis ſpõſalibus, maximè iuratis. cap. ex literis. le ij. de ſponſalib. quia aliàs deberet ei imponi pœnitentia de fide irrita. c. ſicut. de ſponſa. cap. j. de ſponſ. duo. vbi loquitur de fide mentita, & peccat mortaliter ille qui recedit à dictis primis ſponſalibus iuratis: ſecundum gloſſ. in dict. c. ex literis. quinimò etiam vbi recederetur à primis ſponſalibus de futuro ſine cauſa rationabili, quis peccaret mortaliter: ſecundũ Ioan. de Imo. in l. Titia. in princip. ff. de verbo. obliga. circa fi. Et ſi quæratur qui ſint iſtæ cauſæ, propter quas poteſt
2 recedi à dictis primis ſponſalibus † de futuro. glo. fi. in dict. cap. ex literis. ponit tres cauſas: puta conſanguinitas, vel affinitas, vel aliquod aliud perpetuum impedimendimentum. ſed text. in c. quemadmodum. de iureiurand. dicit quando poſt cõtracta ſponſalia de futuro ſuperuenit in altero ſpõſorum fornicatio, quia intelligitur in iuramento tacita cõditio, ſi contra regulam deſponſationis, vel etiam quando ſuperueniret infirmitas lepræ, vel alia contagioſa: aut difformitas. vt ibi habetur Hoſtien. in ſumma de ſponſalib. §. & qualiter diſſoluantur: ponit plures cauſas propter quas ſit licitum recedere à primis ſpõſalibus: puta propter infirmitatem corporalem vel ſpiritualem: puta propter hęreſim: quia ibi eſt mœchatio. c. non ſolùm. xxviij. quæſtio. j. & licèt eccleſia non faciat differentiam inter ſimplicem loquelam, vel iuramentum. c. iuramenti. xxij. quæſtio. ij. tamen ſecundum aliquos quando ſponſalia eſſent firmata iuramento, eſſent maioris firmitatis: quia non ſepararẽtur per affinitatem ſuperuenientem, niſi ad minus eſſent duo teſtes. c. ij. c. fraternitati. de eo qui cogno. conſan. vxo. de quo latiùs per Hoſtien. vbi ſupra, qui ponit exemplum, & plures alios caſus ponit, & ibi ponit certos verſus: deinde tenet circa fin. quòd debet conſtare de tali caſu rationabili coram iudice competenti: quia propria authoritate non debent diſcedere: quia dicitur pœna illi qui relinquitur, ſeu quaſi quædam pœna, quæ non eſt infligẽda ſine iudice: & pariter ſoluuntur prima ſponſalia de futuro, quando ſuperuenit fortius vinculum: videlicèt per ſponſalia de præſenti ſubſecuta. cap. ſicut. & cap. ſi inter. de ſponſalib. cap. j. de ſponſa. duo. licèt vt ſuprà dictum fuit, quis peccat mortaliter contra veniendo primis ſponſalibus: & pariter de iure ciuili poſt biennium licitum eſt recedere à primis ſponſalibus. l. ij. C. de ſponſa. de quo per Panormi. in cap. ſicut. de ſponſ. & idem Panormi. in cap. requiſiuit. de ſponſal. tenet quòd cauſa rationabilis propter quam poteſt recedi à primis ſponſalibus de futuro relinquitur arbitrio iudicis: quid enim ſi ſponſus proſequitur ſponſam odio capitali, & econtrà ſponſa proſequitur ſponſum odio capitali: & ſperatur ſequi homicidiũ, vel adulterium &c. & idem Panormi. in dict. cap. ex literis. le ij. de ſponſa. tenet, quando ſponſa abhorret ſponſum vel econtrà ſponſus ſponſam non compellitur quis ad ſolemniſandum matrimonium: quia poſſent ſequi difficiles exitus. dict. c. requiſiuit. & idem tenet Alexand. conſi. ccxij. aliàs xiij. incipien. Viſis & diſcuſsis, vt quando ſuperueniũt minæ, vel guerræ &c. glo. verò in cap. ſcit quippe. §. his xxvij. quæſtio. ij. ponit ſeptem caſus, in quibus ſponſa de futuro licitè poteſt recedere à ſponſo: & in ſexto caſu, quando ſponſa contrahit cum alio per verba de præſenti, ſed in hoc eſt peccatum. Panormi. conſil. xlviij. in primo volum. in ij. dubio, quando ſuperuenit fornicatio ſpõſę eſt iuſta cauſa recedendi à ſpõſalibus de futuro. idem eſt in fornicatione ſponſæ quia quantum ad iſta non iudicantur ad imparia xxxij. quæſtio vj. cap. pandemus. de diuor. Præpo. in cap. de illis. de ſponſa. & ibi tractat an ſponſa de futuro teneatur ſequi ſponſum vacabundum: & etiam ponit caſum abſentiæ ſponſi & ſponſa non poſſet tantùm ſpectare, quòd poſſet implorare officium iudicis ad nubendum. & ibi ponit xxij. caſus, in quibus poteſt recedi à ſponſalibus de futuro: & inter cæteros, quando timetur ſœuitia ſponſi. & in iſtis caſi-

iſtis caſibus requiritur ſententia ſeparationis iudicis eccleſiaſtici.fallit in certis caſibus,in quibus diſſoluuntur ſponſalia ipſo iure. de quibus ibi per ipſum.Nec obſtat præmiſſis l.fi.C.de ſpõſa.verũ.c.his illud quoq; adijcimus.vt etiã ſi legibus,&c.& l.ſi legibus.C.de epiſcop.audien vbi non imputatur ipõſæ quando ignorauit conditionem perſonę ſponſi, vel etiam quando parentes ſponſę ignorauerunt: & in dubio præſumitur ignorantia.l. verius. ff.de probat.ſecundum gloſſ.in dict.l. ſi legibus.de quo per Bartol.& Bald. & ibi per Alexand. in apoſtil. Bald.C.de ſponſal.& etiam per Sal.ibi,& hoc facit ad ſtatutum,vt creditor poſſit facere capere creditorem ſuſpectum:ꝙ debet intellegi quãdo ſuperuenit cauſa ſuſpitionis poſt cõtractum: vel ſi anteã creditor ignorabat:& iſta ignorantia poſſit probari per iuramentum,quando eſſet veriſimilis.ſecundũ glo.in l.ſi cui.§. his de criminibus.& in c.nulli. verſi.veriſimiliter.de elect.lib.vj.& in c.paſtoralis. de exceptio.niſi eſſet vox,&fama in cõtrarium.ſed iſtud fortè poſſet procedere de iure ciuili.ſed de iure canonico fortè eſſet aliud:quia in dict.c. quẽadmodum.de iur.iurand.ſolùm fit mentio quando poſt ſponſalia de futuro ſuperuenit cauſa rationabilis: vti fornicationis, vel difformitatis perſonæ: ſuper hoc remitto cogitãdum. Sed redeundo ad quæſitũ quando ſtat per alterum ſponſi vel ſponſæ, ꝙ non ſolemniſetur matrimoniũ: quia cõtraxit cum alio per verba de pręſenti,& etiam ſecuta copula carna
3 li,an poſſit agi ad intereſſe † contra ſponſam, vel eius parentes,aut alios, qui procurauerunt contrahere cum ſecundo ſponſo per verba de pręſenti: vt quia ſponſa erat diues.glo.in l.ij.ff.de ſponſa. format quæſtionem,& non decidit.ſed in l.ſi ſtipuler.
4 ff.de verbo.oblig.tenet quod non:quia † matrimonia ſunt libera.l. Titia.in princip.eod.tit. licèt glo. ibi aliter videatur tenere:& ſecundũ Bar.ibi poſſet
5 peti intereſſe † ratione damni emergentis: & maximè quando interueniret duobus:non autem poſſet peti intereſſe ratione lucri ceſſantis.de quo ibi per docto.& in l.j.C.de ſponſa.& per Panor.In dict.c. gemma.circa finem.de ſponſa.verũtamen vbi eſſet cauſa rationabilis recedendi à ſponſalibus,ille per quem ſtaret,excuſaretur ab iniuria: ſecundũ Alex. de Imol.conſi.ccxij.in ſecundovolu.incipien. Viſis & diſcuſſis.ſed vbi prima ſponſalia à principio eſſent de futuro,& ex poſt ſuperueniſſet cõſenſus de pręſenti expreſſus per verba,acta,vel tactus,cõſenſus per receptionẽ annuli,& aliorũ munerũ.iuxt.ea quę habentur per glo.& doct in c.fi.de deſpon.impu.tunc contrahendo ex poſt facto,cũ ſecundo ſpõſo per verba de præſenti,& copula carnali ſubſecuta,tunc teneretur non ſolùm de iniuria.l.item apud Labeonem.§.ſponſum.ff.de iniur.ſed etiam teneretur de adulterio:quia nedum eſt prohibitum vitare matriomoniũ, ſed etiam ſpem matrimonij.l.ſi vxor. §.diuus.& l.miles.§.quærebatur. ff.de adulte. & ibi per glo.& Bart.& Ang.quia intelligitur in ſponſa per verba de præſenti.l.propter. C. ad legẽ Iuli. de adulte.nam in ſponſa vel ſponſo de præſenti committitur mœchia: ſecus in ſponſa de futuro: ſecundũ glo.in c.quidam.xxvij.q.ij.de hac materia aliàs ſcripſi in ℣.volu.cauſarum mixtarũ,in quodã tractatu ibi inſerto.q.lvij.& q.lxxiij.& q.lxxvj.& quæſt. lxxxvj.Et præmiſſa faciunt ad quęſtionẽ de quodã proceſſu agitato coram curia inter Petrum Gaſtelli oriundum patriæ Britanniæ barbitonſorem iuncto fiſco contra Ponſeti Correſij hoſpitem villę ſancti Antho.& Ioan.de fonte coniuges,& Anthonij Blachi,olim firmariũ curiæ ſancti Nicocellini, & certos alios:pro eo quia dictus Gaſtelli ſpõſus primò contraxerat ſponſalia iurata cum Maria filia dictorum hoſpitum, qui dederant eorũ bona contemplatione matrimonij, & talia ſponſalia licèt à principio eſſent per verba de futuro:tamen ex poſt facto vt fertur,interuenerãt verba de præſenti & receptio annullorũ, & certorũ aliorum munerũ per quæ poſſet præſumi pro matrimonio:iuxt. not. per glo.& docto.in c.fi.de deſpon.impu.attento etiam quia probatur ꝙ dicti ſponſi biberunt ad inuicem nomine matrimonij, ſuper quo an per tale ſignum probetur matrimoniũ habetur per Præpoſ.in cap. ex parte.de ſponſa.ita ꝙ in dubio eſſet potiùs præſumendum pro matrimonio.c.licèt.in fi.le ij.de proba.c.ſi de re iudic.c.videtur.qui matri. accuſa.poſ
6 ſunt.l.in ambiguis.ff.de iur.dot.adeò † quòd dato conflictu opinionum,debet teneri opinio quæ fauet matrimonio:ſecundum Hoſti. Io. And. Panor. in c.ij.de cogna.ſpiri. & ex poſt facto dicta Maria ad introductionem ſuorum parentum & certarum aliarum perſonarũ,contraxit de facto ſponſalia de pręſenti cũ Ioanne Barry clerico dicti Antho. Blacchin copula carnali interueniẽte:ideò quòd dictus Gaſtelli primus ſponſus egit ad iniuriã & intereſſe occaſione præmiſſorũ,aliter nõ declaro,quia nõdũ ſentẽtia eſt publicata,ſed me ſemper referoveritati.

ARGVMENTVM.

Faber ferrarius ſiue mareſcallus,ſi quid in arte ſua præter æquũ & bonum cõmiſerit,ad quæ teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Pronexeta ſolùm tenetur de dolo & lata culpa.*
2 *Commendatio generalis non obligat.*
3 *Dolus in dubio non præſumitur.*
4 *Actio de dolo non datur pro modica re, ſecus in actione furti quæ datur pro uno ouo.*
5 *Medicus aut iudex an & quando teneatur de leui aut leuiſſima culpa. & nu. 7.*
6 *Iudex qui per imperitiam condemnauit aliquem ad mortẽ, tenetur arbitrio iudicis.*

Quæſtio CCCCCXXIII.

QVAERITVR an mareſcallus equorum pollicendo ſanare equum, & certa alia verba proferendo,vt quis reddatur audacior ad emendum equum,faciat litem ſuam, vt teneatur ad damna & intereſſe, & ad reſtitutionem pretij. & idem poſſet quæri in omni alio artifice. Dubium facit: quia ꝑpriè talis mareſcallus ſeu artifex dicitur pro
1 xeneta,ſeu coretarius equorũ, qui † tenetur ſolùm de dolo & lata culpa, laudando, & cõmendando equũ.l.ij.ff.de proxen.l.j.§.j.& l.ſi menſor.ff.ſi mẽſor falſ.modum dixer. ſed in caſu iſto non interuenit dolus,nec calliditas,nec lata culpa,quæ dicitur ignorare quòd omnes ſciũt.l.ꝙ Nerua.cum ibi no. per glo.& Barto.ff depoſ.& per glo.in §.præterea. inſtitu.quib.mod.re.contrahi.obli.quia fuit probatum dictum mareſcallum eſſe peritum:nam cõmen

2 datio generalis † non obligat: & maximè quando
res empta eſt in promptu, & emptor non ignorauerit:
quia bene ſciebat in caſu iſto dictũ equum eſſe
inclauatum.l.ea quæ commendandi.ff. de contrahen.
empti.quia dictus emptor bene ſcire potuit.l.
quod venditor.ff.de do. quia iſtud non dicit mare-
3 ſcallus cauſa emptoris decipiẽdi:† quia in dubio do
lus non prçſumitur: & maximè quãdo vicium erat
apparẽs: vt hic in pede: vt ibi habetur per glo. attento
ꝙ fui probata bona fama d.mareſcali,& peritia.
nec obſtat l.elegãter.§.fi.& l.quod ſi cùm ſcires.ff.
de do.vbi habetur quando quis cauſa lucri aliquẽ
affirmat idoneum, ꝙ tenetur de dolo quando facit
cauſa decipiendi, quòd datur actio de dolo: quia in
caſu iſto non interuenit dolus: prout ſupra di-
4 ctum fuit. licèt etiam actio de dolo † non datur pro
modica re: niſi vſq; ad duos aureos.l.ſi oleũ.§.fi.& l.
id eſt.ff.de dol. licèt actio furti detur pro vno numo:
ſecundũ glo. ibi, quia furta frequentius fiunt: ſecun
dũ glo. ibi, in verb. quã dolus. & not. in §.gallinarũ.
inſti.de rer.diui. nec obſtat etiã ſi dicatur, ꝙ imperi
tia culpç annumeratur.l.imperitia.ff.de regu.iur.&
ſecũdum glo. ibi, ponit exemplum in medico, in iudice,
& in quolibet artifice: vt inſti.ad leg. Aquil.§.
præterea.& §.imperitia.l.illicitas.§.ſicuti.ff.de offi.
præſid. vbi non imputatur medico euentus mortali
tatis, niſi per imperitiam: quia non eſt in medico, vt
ſemper releuetur eger.l. ſi quis fundũ.§.imperitia.
& §.Celſus.ff.loca. & ibi loquitur de artifice.l.idem
iuris.ff.ad leg. Aquil.& ibi glo. loquitur de medico
5 qui † locauit operas ſuas qui de culpa leui tenetur:
ſi verò gratis mederetur teneretur de leuiſsima cul-
pa: ſecundũ aliquos.l.ad procuratorem. C. manda.
vel ſecundũ alios tenetur de leui, ſicuti de quaſi ge-
ſtore. & iſtam partem tenet glo. in dict.l.idem iuris
& talis leuis culpa dicitur ratione deſidiæ, & negli
gentiç: ſed leuiſsima culpa dicitur, quando quocun
que modo potuit præuidere ſecundũ glo. in §. præ-
tereà.inſtitu.quib.mod.obli.re contrahi.& pro hoc
facit c. nõ eſt ſine culpa.de reg.iur.lib.vj.& l.culpa
eſt.ff.eod.tit.& ponitur exemplum in medico impe
rito, aut iudice imperito: quia nõ debet ſe immiſce-
re rei ad ſe non pertinenti, quando eſt imperitus.&
iſto caſu tenetur actione in factũ in quantum reli-
gioni iudicantis videbitur equum.l.ſi iudex.ff.de
vari.& extra. cognitionibus. & ſecundum glo. ibi
quando iudex iudicat per imprudentiã, non tene-
tur inſolidùm, niſi doloſè faceret: ſed in caſu iſto
non fuit probatus dolus, nec machinatio ſtudioſa.
& iſto caſu non tenetur propter imperitiã, niſi in
quantum facere poteſt: ſecundum Bald. in cap.j.§.
iudices.de pac.iuram.firman. & pariter non tene-
tur de leuiſsima culpa, nec de intereſſe cauſa lucri:
ſecundum Alexan. in addi. ad Barto. in dict.l.ſi iu-
dex.ff.de va.& extra.cogni.l.ſi quis in cõſcribẽdo.
in fi.C.de pac.& pro præmiſsis facit inſtitu.de obli.
quæ ex quaſi delict. naſcun. quando iudex iudicat
per imprudentiam facit litem ſuam: & tenetur in
quantum viſum fuerit religioni iudicãtis.& ſecun-
dum glo. ibi, quando iudex iudicat in materia diffi
cili, vt in l.Gallus.ff.de libe.& poſt. mitiùs punitur.
6 quid † autem quando iudex per imprudentiã con-
demnauit hominem ad mortẽ iniuſtè, an teneatur
pœna mortis? & dicendum eſt quòd non, ſed tene-
7 tur arbitrio iudicis. † Et pro præmiſsis facit etiam
c.ad aures.de æta.& quali. vbi habetur, quando medicus
adhibuit diligentiã, non imputatur ſibi euentus
mortalitatis, & iſto caſu quando iudex aut me-
dicus aut alius artifex facit litem ſuam propter imperitiam
eſt vis in modo libellandi: ſecũdum Ang.
in l.ſi filiusfamiliâs. ff.de iudicijs. quia debet dici
quatenus eorum religioni videbitur, & non ad certam
ſummam, quando agitur propter imperitiam.
Nec obſtat ſi dicatur quando medicus, aut alius artifex
in quo cadit induſtria, & peritia, non tenetur
niſi de lata culpa: ſecũdum Dyn. in dict.cap.non eſt
ſine culpa.de regu.iur.lib.vj.l.vel cuius.ff. ſi menſ.
falſ.mod.dixerit.& ita tenet Bart. in l.ij.ff.de proxene.
licet idem Bar. in d.l.quod Nerua.ff.depoſ. in ix.
quæſti. in fin. videatur facere differentiam quando
aduocatus vel medicus faciunt gratis, vt homines
ad eos accedant, & homines magis in eos confidãt
& decipiantur: ſed quando fit pecunia accepta, tũc
eſt locatio, & homines magis cogitant & non imputatur
illud, quod videtur ſe aſſerere peritum, prætereà
talis emptor equi, qui petit reddi pretium debebat
offerre reddere equum: ſicuti dictum in redibitoria
actione.l.redibere.in princip.ff.de ædili.edicto.
l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio.empti. & pariter
non apparet de ſolutione pretij duorum equorũ:
nec quod fuerit habita fides de pretio: & ſic non
competit ſibi ius agendi.§.venditç.inſti.de empti.
& vendi. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ non poteſt opponi
de iure tertij: quia imò poteſt in caſu iſto, ex quo
eſt excluſiuum ipſo iure intentionis iuris agentis.l.
cùm ſeruum.cum ibi not.C.de ſer.fugi.& iſto caſu
iudex poſſet repellere actorem: ſecundum glo. in l.
vbi pactum.C.de tranſact.facit l.ſi pupilli.§.videamus.
ff.de nego.geſti. quando deficit actio agenti
&c. & l.fin.C.de rei vendi. Et præmiſſa faciunt ad
cauſam appellationis nouiſsimè diffinitã Ioannis
Buchilliati mareſcalli Grationop. contra Andrçã
Ardineſi, aliâs Damolet, hoſpitem inter ſignũ mulæ
Grationop. quia dictus hoſpes emerat vnũ equũ
inclauatũ pretio duorũ ſcutorum ſolis, à quodã extraneo:
& dictus Buchilliati promiſerat ſanari infra
ſeptem, aut octo dies, ita ꝙ d. Buchilliati apposuerit
manum in dicto equo, & ligauerat pedem adeo,
ꝙ aliqui alij mareſcalli fecerũt relationẽ iuratoriã,
ꝙ non debebat ligare pedẽ, &c. ſed idem Buchilliati
probauerat ꝙ erat peritus, & bonç vocis & famç,
& ꝙ adhibuerat bonã diligentiã: & quod d. hoſpes
ſibi prohibuerat domum, quòd non intraret pro curando
dictum equũ: & aliàs prout in actis continetur:
& tandem curia per ſuum arreſtum pronunciauit
bene appellatũ & malè iudicatum per iudicẽ à
quo. & ſuccedendo in loco primi iudicis certis bonis
reſpectibus condemnauit d. Buchilliadũ mareſcallũ
ad reddendum dicta duo ſcuta ſolis dict. Damolet
prouiſo ꝙ ipſe reddat d. equum d. mareſcallo
ſine cuſtu expenſ. omniũ inſtantiarũ compẽſando.

ARGVMEMTVM.

De malè eligentibus.

SVMMARIVM.

1 *Gerens per alium negotia ſua tenetur de facto illius, nec liberatur cedendo actionem.*
2 *Negotiorum geſtor tenetur de culpa ſua, & ſui ſubſtituti.*

Eligere

3 *Eligere inſufficientem ignoranter culpa eſt: ſecus ſi ſcienter. nume. 6.*

4 *Periculum cuius ſit, ſi quis mandet nuntium cum pecunia ad ſoluendum creditori, & nuntius aufugiat.*

5 *Electio mala eſt in culpa.*

7 *Medicum imperitum adhibere, & non adhibere, parificantur: intellige quando eſt locus in quo peritorum copia haberi poteſt: aliàs ſecus.*

Quæſtio CCCCCXXIIII.

QVAERITVR an mala electio ſit in culpa, quando quis eligit aduocatum, aut medicum, aut alium artificem minus expertum? & videtur dicendum quòd ſic. l. cùm plures. §. ſeruum. ff. locat. l. nam & Seruius. la j. §. fina. ff. de nego. geſt. & ibi gloſſ. ſuper verbo, elegeris. quæ allegat concordantias, & ibi Barto. notat, quando quis gerit
1 per alium tenetur † de facto illius, nec liberatur cedendo actionem. Ratio eſt: quia non tenetur ideò quia habet actionẽ: ſed quia imprudẽter elegit: ſeu mandauit: nec excuſatur, quãdo putauit talem cui commiſit eſſe ſufficientem. l. ſed an vltro. §. final. ff. de nego. geſt. Bald. in dict. l. nam & Seruius. §. fina.
2 tenet quòd geſtor † tenetur de culpa ſua, & de culpa ſubſtituti, & ideò quando tenetur ratione culpę non liberatur cedendo: ſecus ſi teneretur ratione actionis, quam habet: quia liberaretur cedendo. l. quod debetur. ff. de pecul. & ibi glo. ſi. quæ nota. regulam ſuper hoc. Bald. verò in dict. §. fin. not. quod
3 eſt culpa eligerere inſufficientem † ignorãter ſecus ſi ſcienter quia eſſet dolus. Paul. de Caſtr. in dict. l. nam & Seruius. §. fin. not. quòd quando quis tenetur ratione in malę eligendo, non liberatur cedendo actionem: ſecus ſi teneretur, quia habet actionẽ cõtra alium. dict. l. quod debetur. glo. verò in l. eum qui. §. ſed & ſi. & in l. qui non tam idoneum elegerit. ff. commo. in illa quæſtion quãdo quis mandat
4 nuntium cum pecunia † ad ſoluendum creditori, & nuntius aufugit, cuius ſit periculũ: quia ſi à principio creditor mandauerit debitori quòd mittat pecuniam per certum nuntium, tũc eſt periculum creditoris, aliàs eſt ſecus: quia in dubio videtur eſſe actum vt ipſe debitor & non alius per ferret. & iſtud perpenditur ex qualitate perſonarum, & dignitate. & in hoc caſu debitor eligendo nuntium videtur in culpa propter malam electionem. Si verò voluit creditor vt mitteretur per debitorem, nec fuit cogitatum per quẽ, tunc ſi debitor elegit idoneum videtur liberatus: ſecundum Ioan. & pro hoc facit l. argentum. ff. commo. & maximè quando eſt ſeruitor debitoris: quia in ſuo datur venia, & non in extraneo. l. ſi. §. ſeruorũ. ff. nau. caup. & maximè quando eſt bonæ induſtriæ. l. item apud Labeonem. §. ſi. de præſcript. verb. & pro hoc etiam facit quod habetur in l. ſi quis vxori. §. apud Labeonem. ff. de fur. cum ibi notatis per Bartol. & Ang. idem verò Bar. in dict. l. eum qui. §. ſed ſi dum. cum l. ſequenti. ff. commoda. facit certam diſtinctionem iuxta nota. per gloſſ. ibidem diſtinguendo: tamen ſecundum formam mandati, & inſtructionis nuntij, & ſi domi nus cõſueuerat talem nunciũ deſtinare: & tunc poterat ſibi credere, aliàs ſecus: quia quis non debet credere ſine literis. de quo ibi per ipſum, & ibi tangit quæſtionem de nuntio, qui portat literas credẽtiæ, an ſit ſibi credendum, de quo ſe remittit ad nota. per ipſum, in l. Lucius. ff. de fideiuſſo. gloſſ. verò in l. ij. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixe. not. quòd mala ele-
5 ctio † eſt in culpa per iurij. ibi per ipſum allegata. gloſſ. verò in dict. l. cùm in plures. §. ſeruum. ff. loca.
6 no. quòd ille qui eligit imperitum † ſcienter pro perito locaſſe videtur. & etiam ibi not. quòd mala electio ſit in culpa. & ibi Sali. quòd talis cenſetur eſſe in culpa. glo. verò in l. idem iuris. ff. ad legem Aqui. not. de medico, qui locauit operas ſuas, tenetur de leui culpa. & idem ſi gratis dabat operam. glo. verò in l. quod ſi nolit. §. ſi mancipiũ. ff. de ædil. edict. ſu-
7 per verbo, adhibuerit. tenet † quòd adhibere malũ medicum, vel malum aduocatum, & etiam de hærede teſtatoris, quando non adhibuit bonum medicum pro infirmitate defuncti, quia priuatur hæreditate. & ibi Ange. etiam notat, quòd adhibere malum medicum, vel non adhibere parificantur: & hoc quando eſt in loco inſigni, vbi eſt copia medicorum peritorum: aliàs ſecus. & ibi ponit formam de modo articulandi, & etiam de vulnerato, quando nõ adhibuit medicum, vel minus peritum, quòd præſumitur deceſsiſſe culpa ſua, nõ ex vulnere, quã do vulnus ſecundum iudicium medicorum poterat ſe habere ad vitam, & ad mortem. glo. verò in l. ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolu. matrimo. not. quando aliquis perijt negligentia alicuius: quia non adhibuit medicum in infirmitate curando, tunc cenſetur in culpa, de quo ibi latiùs per doctor. & maximè per Alexand. pro præmiſsis etiam facit, quòd habetur per gloſſ. & docto. in l. ij. ff. quod quiſque iur. de iudice quando eligit aſſeſſorem imperitum, & quod habetur per glo. & Panorm. in cap. ſignificante. de pignor. quando eligitur nuntius ad portandum pecuniam, an dicatur in culpa: veruntamen ad excuſandum aliquem de mala electione alicuius quando ponitur in facto, quod tales nuntij, aut officiarij electi per prius fuerant exerciti tale officiũ. iuxt. nota. per Bald. in rubri. C. de pœn. iudic. & per Salice. in l. fi na. C. eod. titu. & idem poſſet dici de vicario, ſeu officiali Epiſcopi: iuxt. no. per dom. de Rot. in nouis deciſ. lxxxij. & facit cap. cùm quis. de ſent. excommu. lib. vj. & præmiſſa poſſunt facere etiam ad quæſtionem præcedentem contra dictum Damoleti hoſpitem, quando elegit dictum mareſcalũ pro ſanãdo equũ, vbi apparuiſſet legitimè quòd fuiſſet imperitus: quia debebat eligere magis peritum.

ARGVMENTVM.

Duorum vic s gerere in republica, an & quando quis poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Officiorũ pluralitas prohibetur, quãdo ſunt inc õpatibilia*

2 *Iuriſdictionis uoluntariæ in actu poteſt quis uice duorum fungi: ſecus in actu iuriſdictionis contentioſæ.*

Quæſtio CCCCCXXV.

QVAERITVR an quis licitè in aliquo actu concernente ſtatum reipublicæ poſsit fungi vices du orum, quando habet officium adminiſtrationis iuſtitię. Dubiũ facit propter repugnantiam. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Treb el. l. ſi plures. ff. de pact. quia etiam in officijs tẽpora libus
1 prohibetur † pluralitas officiorum, quando ſunt incompatibilia: iuxt. no. per Bald. in prima conſtitutione C. §. ideóque. ſed in contrarium facit, quia
2 in actu † voluntarię iuriſdictionis quis poteſt fun-

gi vice duorum l.ſi conſul.cum l.ſequ ff.de adopti. facit quod ſolet notari per glo.& Bald. & per glo. & docto.in c.à collatione. de appella.lib.vj.prout in caſu iſto,quãdo agitur de ſtatu reipublicę:quia agitur per modum voluntarię iuriſdictionis, & non contentioſæ. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem pro quadam differẽtia nouiſsimè orta in tribus ſtatibus præſentis patriæ Delphinal. Grationopol de hoc præſenti anno domini milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo, die ſeptima menſis Auguſti: quia opponebatur aduerſus nobilem, & potentem Anthonium de Medulione, domini Breyſsiaci,& de Riperijs,quòd non debebat intereſſe in dicta cõgregatione trium ſtatuũ: pro eo quia eſt balliuus montium,& habet officium adminiſtrationis iuſtitiæ &idem opponebatur aduerſus nobilem,& egregium dominum Philibertum de Arcus, doctorem, domini ſancti Mauricij, viceballiui Grayſinodani,allego etiam quòd de tempore quondã nobilis & potentis Stephani de Poyſiaco domini Altę Ripæ balliui montium, quòd ipſe fuit repulſus à dictis tribus ſtatibus:pro eo quia erat balliuus montium.Et ſuper hoc fuerat data vna requeſta curiæ & dominis cõmiſſarijs videlicet domino Malibeſſi, & domino Henrico Boier, domino de capella, militi generali prę̨ſentis patrię.&tãdem curia cum dict.commiſſarijs illicò fecit vocari dictum dominum Breyſsiaci, & dictum dominũ viceballiuum Grayſinodani,& egregium dominum Gaſpardum de fonte, procuratorem trium ſtatuum præſentis patrię:& auditis ſummariæ partibus ad finé,ne interrumperentur dicti tres ſtatus,præfata curia cum dictis dominis commiſſarijs ordinauit pro nunc,& per modum prouiſionis,& citra preiudicium iuris partium,quòd dicti domini Breyſiaci, & viceballiuus interſint in dictis tribus ſtatibus,& proſequatur partes eorum iura coram curia dum & quando voluerint, & ſua intereſſe putauerint,& aliâs prout pleniùs cõtinetur ordinatione lata in manibus magiſtri Ioannis Chapuiſij ſecretarii dictę curię. & de hac materia ſeu ſimili aliâs ſcripſi in primo volumine cauſarum arduarum in quodam tractatu ibi inſerto,de fide inſtrumentorum.q.lxx.

ARGVMENTVM.

Mandatum apoſtolicum de prouidendo an in dubio ſe extendat ad beneficium in eccleſia cathedrali exiſtens.

SVMMARIVM.

1 *Literæ ſuper obtinendis beneficijs cùm ambitioſæ ſint, reſtringendæ ſunt.*

2 *Eccleſiæ cathedralis nomen in literis apoſtolicis non exprimitur.*

3 *Canonici cathedralis eccleſiæ in proceſsionibus abbatibus præferendi ſunt.*

4 *Beneficiorum appellatione quæ beneficia ueniant.*

5 *Quid in diſpenſationibus ſuper beneficiorum pluralitate.*

6 *Quid ſi in dubio prouideri de prima uacatura mandetur.*

7 *Papa ſi mandauerit prouideri in aliqua eccleſia ubi ſunt tantũmodò præbendæ,quòd præbendæ ueniant,& prouidendum erit de præbenda.*

8 *Proceſſus factus per delegatum præter delegantis intentionem & reſcripti formam,nullus eſt.*

9 *Papa ſi prouideri de competenti beneficio reſcripſerit, ſecundum perſonæ qualitatem prouidendum erit.*

10 *Mandatum de prouidendo in dubio de quo beneficio intelligendum ſit.*

11 *Reſcripta ad beneficia ſunt ſtricti iuris,& ſic in dubio ad beneficia ſimplicia reſtingenda.*

12 *Madatum de prouidendo in quo ſunt præbendæ & alia beneficia,quòd in dubio præbendæ non comprehẽdantur.*

13 *Canonici dicuntur clerici primi gradus.& nu.22.*

14 *Beneficij appellatione largo ſumpto uocabulo uenit præbenda:ſecus ſi ſtrictè.& nu.24.*

15 *Beneficij appellatione in eccleſia collegiata an præbendæ ueniant.*

16 *Quid ſi mandetur prouideri de beneficio ad Epiſcopi collationem ſpectante?& nu.19.*

17 *Beneficij appellatione in diſpenſatione illegitimi an canonicatus eccleſiæ cathedralis ueniant.*

18 *Papa ubi mandatum de prouidendo,ſi pro alijs nõ ſcripſerimus,cõcedit,an etiam ſi pro uno ſolo ſcripſerit, uideligatur.& nu.20.*

21 *Mandato de prouidendo in aliqua eccleſiarũ ciuitatis uel diœceſis cum clauſ.motus proprij,an eccleſia cathedralis comprehendatur.*

23 *Papa ſui pontificatus tempore quòd quamlibet eccleſiã ſiue cathedralem ſiue collegiatam grauare non, niſi una præbenda poteſt.*

25 *Præbenda beneficij titulus dicitur.*

Quæſtio CCCCCXXVI.

QVAERITVR an mandatum apoſtolicum de prouidendo ſi pro alijs non ſcripſerimus,cum clauſula motu proprio directum Archiepiſcopo decano & capitulo eccleſię Viennẽ. de beneficio vacante aut vacaturo ad collationem, prouiſionem,vel electionem ad eos communiter,vel diuiſim ſpectante an talis prouiſio ſe extendat ad prębendas canonicatus aut aliud beneficium in eccleſia cathedrali:dubium facit:quia licèt aliâs in beneficijs ſit interpretatio pleniſsima faciẽda:tamen ſu-
1 per † obtinendis beneficijs,literę cùm ſint ambitioſę,debent reſtringi.cap.quamuis.lo.j.in princip. de præbend.lib.vj.& ideò licèt nomine eccleſiarum ciuitatis comprehẽdatur eccleſia cathedralis: tamen quando mãdatur prouideri in aliqua eccleſiarum ciuitatis vel diœceſim non includitur eccleſia cathedralis propter ipſius honorem,ſub hac generalitate.dict.c.quamuis.§. quanquàm. pro quo facit c. cùm olim.aliàs finale.de præbend. vbi etiam quando mandauit prouideri in aliqua eccleſia ciuitatis vel diœceſi, non ſe extendit ad rectoriam vel dignitatem:vt ibi habetur. licèt aliâs appellatione eccleſię ſolùm intelligatur de eccleſia cathedrali, tanquam excellentiori. capitu. cùm clerici. cum
2 ibi not.de verbo.ſignifica. † & ideò de ſtylo curiæ Romanæ quando fit mentio in literis apoſtolicis de eccleſia alicuius ciuitatis non ſolet exprimi nomen ſancti, ſub cuius titulo eſt erecta eccleſia cathedralis aliâs literę redderentur ſubreptitiæ:ſecundum glo.in d. ca.quamuis.§.quãquàm. de pręben. lib.vj.ſuper verbo.extendit.quia vt dictum eſt, appellatione eccleſiæ intelligitur de cathedrali tanquam excellentiori & potiori ſignificato: ſicuti ſolet dici quando fit ſermo de apoſtolico quòd intelligitur de Paulo:ſecundum gloſſ.inſtitu.de iur.natura.genti.& ciui.§.ſed ius ciuile.verſi.ſed quoties.

& ideò

& ideò ſecundum Gemin.in d.§.quamuis.§.quan-
3 quã. † in proceſsiõibus canonici eccleſiæ cathedra
lis debent præferri abbatibus,licèt aliàs appellatio
4 ne † beneficiorũ intelligatur ſiue electiuorum,ſiue
collectiuorũ & etiam cõprehenduntur maiora be-
neficia & minora curata & dignitates:ſecũdum gl.
in c.j.de regu.iur.lib.vj.& in c.mandatũ.de reſcrip.
& in c.j.de rerum permuta.lib.vj. licèt etiã quando
fit mẽtio de beneficio intelligitur de eccleſiaſtico:
ſecũdum glo.in clem.j.de ſupplen.negli.prælat. de
quo plenè per do. Ioan.de Selua in tractatu de be-
nefi.in j.parte.quæſt.iij.& facit etiã glo.in cle. au-
ditor.de reſcrip ſuper verbo, beneficio.quod ſumi-
tur largè vt cõprehẽdat etiam dignitates. facit etiã
quod habetur per glo.in pragma ſanctio.in titu.de
collat. c.j.§.volens.& §.non tamen intendit. ſuper
verbo,de beneficio.ꝙ appellatione beneficij cõpre
henduntur omnia beneficia maiora & minora, col
latiua,ſiue curata,ſiue dignitates. ſed ſi cõprehen-
dant præbendæ & canonicatus in eccleſia cathe-
drali maximè vbi ſunt alia beneficia in eadẽ eccle-
ſia poſſet eſſe dubium, niſi mandaretur prouideri
de beneficio cõpetenti,& impetrans eſſet idoneus,
quo caſu poſſet prouideri in eccleſia cathedrali. iu
xta c.pro illorũ.de præbend.& ideò vt clariùs pro-
cedatur in hac materia referã opiniones, vnde In-
noc.in d.c.cùm olim.aliàs fi.de præbẽ.primò tenet,
quòd quãdo mandatur prouideri in beneficio præ-
bẽdali vel alio, ꝙ poterit prouideri in cura anima-
rum.alij dicunt ꝙ non,ſed in altaribus & decimis,
& etiã eccleſijs quæ non habent curas animarũ ali-
qui dicũt,quòd nõ prohibentur prouideri in bene-
ficio habente curam animarum: ſed in dignitate:
quia ibi loquitur quãdo eccleſia habet canonicos,
& priorem:& licèt mãdetur prouideri in beneficio
habente curam animarũ,non tamen poteſt proui-
deri in aliqua dignitate vel perſonatu neque etiam
5 in plebanatu alicuius plebis.& idẽ videtur in † di-
ſpenſationibus ſuper pluralitate beneficiorũ: & in
6 dubio † quando mandatur prouideri de prima vac
catura,nõ debet prouideri de præbenda. de quo ibi
pleniùs per ipſum Hoſtien.in d.c.cũ olim.§.cũ igi-
tur format quæſtionẽ quãdo Papa mandat proui-
deri in aliqua eccleſia in qua ſunt præbẽdæ & alia
minora beneficia,ꝙ non cõprehenditur pręebenda,
7 niſi ſit ſpecialiter nominata:ſecũdum Goffre. † ſed
vbi nõ eſſent alia beneficia niſi præbendæ tunc po
terit prouideri,vt valeat reſcriptũ:quinimò etiã vbi
eſſent alia beneficia,tunc debet attẽdi qualitas pro
qua ſcribitur,etiam ſi mãdetur prouideri in aliqua
eccleſiarũ,& quando executor procedit vltrà inten
tionem concedentis proceſſus eſt nullus:& ibi etiã
format quæſtionẽ quando mandatur prouideri de
beneficio præbendali vel alio,an poterit prouideri
de beneficio cum cura?& tenet ꝙ ſic:ſed non de di-
gnitate,& ibi tenet ꝙ in impetratiõibus beneficio-
rum & diſpẽſationibus eſt facienda ſtricta interpre
tatio.de quo ibi latiùs per ipſum Ioan. Andr. in d.
c.cùm olim. tenet quando mandatur prouideri de
beneficio in aliqua eccleſia,ꝙ tunc nõ poterit pro-
uideri de præbenda,vbi ſunt alia beneficia:niſi mã
daretur prouideri de beneficio competenti. dict. c.
pro illorum. de præbend. Nec obſtat c. tua nobis.
de verborum ſignificatio. Vbi ſint ſub nomine be-
neficiorũ in generali fit larga interpretatio,vt com
prehendantur omnes clerici maiores & minores:
& idem de beneficijs:ſecundum gloſſ.ibi: quia ibi
fit indulgentia ad tempus & eſt fauor: ſed hic eſt
perpetua & ambitioſa:ſecundum Ioannem Andr.
8 ibi:vbi etiam tenet,† quòd proceſſus factus per de-
legatum contra intentionẽ delegantis, & formam
reſcripti, ꝙ eſt nullus. de quo ibi latiùs per ipſum.
Henri.Boic in d.c.cùm olim.el j.tractat quę grauę
afficiunt præbendas.ſecund.tractat an appellatio-
ne beneficij præbenda cõtineatur.& ibi facit certã
diſtinctionem quãdo fit mẽtio de beneficio in iure
vel priuilegio eccleſiæ.& deindè quærit an in impe-
tratione videlicet beneficiorũ extẽdatur ad præbẽ-
das,quando mandatur prouideri in aliqua eccleſia
non continetur præbenda,niſi ſpecialiter nomina-
ta,cùm talis impetratio eſt ambitioſa, & ſit reſtrin-
genda. c.quamuis.lo j.& c.cùm in illis.§.cùm autẽ.
9 & c.ſi pluribus.§.j.de præbend.libr. vj. † niſi man-
daretur prouideri de beneficio cõpetenti:quia tunc
ſecundum qualitatem perſonæ, & aliàs prout ibi:
per ipſum habetur. Cardina. Floren in dict. c. cùm
olim.de præbend.in tertio notabili notat,quòd re-
ſcripta beneficialia ſunt ſtrictæ interpretationis:
quia nomine beneficij nõ venit dignitas vel recto-
ria & pariter quando mandatur prouideri in ali-
qua eccleſia ciuitatis,vel diœceſis non comprehen
ditur eccleſia cathedralis.dict.c.quãuis.§.j. de præ-
bend.libr.vj.de quo ibi latiùs per ipſum: & ibidem
in ij.quęſtione,quando Papa mandat prouideri in
aliqua eccleſiarum vbi ſunt beneficia & præben-
dæ,quòd non poterit prouideri de præbenda: ſecũ-
dum Goffred.licèt ibi teneat contrarium: quia ap-
pellatione beneficij venit etiam præbenda. c. dile-
cto.de præbend.Et maximè quãdo mandatur pro-
uideri de beneficio cõpetenti.c.pro illorum.de prę-
bendis.& ibidem format plures quæſtiones, & in-
ter cæteras. in x. quæſtione. quando Papa mandat
prouideri alicui de beneficio, quòd debet admitti
exceptio,quòd impetrãs habeat aliud beneficium
ſufficiens, etiã ſi iam prouiderit: quia nunc appa-
ret,quòd non potuit prouidere: quia prouiſio non
potuit conſequi effectũ cùm ſit nulla,& quòd man
datum Papæ non trahitur ad talem perſonam.c.po
ſtulaſti.de reſcript. & hoc quando fuit mandatum
certæ perſonæ. Ant.de Butr.in d.c.fi.de præb. not.
10 ꝙ † in mãdato de prouidẽdo.in dubio intelligitur
de ſimplici beneficio, & ibi in ij.q. tractat an inclu
datur præbẽdale beneficium etiã Io. de Imol.in d.
11 c. fi.de præben. notat, † quòd reſcriptum impetra-
tum ad beneficia ſunt ſtricti iuris: & ideò in dubio
reſtringitur ad beneficium ſimplex. de quo ibi la-
tiùs per ipſum. ſed quando mandatur prouideri in
aliqua eccleſia ciuitatis vel diœceſis an comprehẽ-
dantur beneficia eccleſiæ cathedralis ſe remittit ad
nota.in c.quamuis.le j.de præbend.libr. vj. Panor-
mitanus in dict.c.fina.de præbend.tractat quęſtio-
12 nem quando † Papa mandat prouideri de benefi-
cio in aliqua eccleſia, & ibidem ſint præbendæ &
alia beneficia, ꝙ in dubio non comprehenduntur
13 præbẽdæ: quia ſunt honorabiliores. † Nam cano-
nici dicuntur clerici primi gradus,& alij clerici di-
cuntur ſecundi gradus: ſecundum Innocent.in c.
ſedes.de reſcript.licèt Cardina. Floren in dict.c.fin.

de præbē.aliter videatur ſentire, & prout ſuprà fuit relatum.glo.in c.j.de regu.iur.lib.vj.tenet quòd beneficium ibi ſumitur largo modo, vt comprehēdat dignitates, perſonatus, eccleſias omnes, cum cura, & ſine cura, quæ cum titulo habentur. per iura ibi alleg. Gloſſ.in c.poſtulaſti.de reſcript.ſuper verbo, beneficium. tenet ꝙ intelligitur vicaria ſiue præbenda, ſiue aliud beneficim.j.quæſt.ij. c. ex multis. & c.tua nobis.de verbo.ſignifi.& ibi Felin.circa dictam gl.facit certas concluſiones. Prima, quòd appellatione beneficij largo ſumpto vocabulo venit præbenda, & in ſecunda concluſione appellatione beneficij in materia ſtricta non venit præbenda. d. c.fi.de præben.& ideò licèt Epiſcopus poſsit diſpenſare cum illegitimo ſuper ſimplici beneficio: non tamen ſuper præbenda. & ibi ponit certas fallentias, & inter cæteras, quòd licèt non comprehendatur
15 in eccleſia cathedrali de præbenda, † ſecus in eccleſia collegiata non cathedrali.argu.c.quamuis.le j. de præbend.lib.vj.propter prçheminentiam eccleſiæ cathedralis: niſi in mādato apoſtolico fieret mētio de eccleſia cathedrali: ſecundum Calde.in tit.de præbend.cōſil.xxxj.& quia tunc comprehēdantur canonicatus: ſecundum gloſſ.in dict. c.quamuis. & maximè quando non ſunt alia beneficia. fallit etiā
16 quando † in gratia apoſtolica mandaretur prouideri de beneficio ad collationē Epiſcopi: quia tunc comprehenderetur etiā præbenda in eccleſia cathedrali, pro quo facit: quia dictum c.quamuis. le j.de præben.lib.vj.loquitur in alia forma, videlicet quādo dicitur de aliqua eccleſiarū ciuitatis vel diœceſis ibi, dum dicitur hoc caſu: ergo ſecus quādo mandatur Epiſcopo prouideri de beneficio: ſecundum Rot.in nouis.de conceſſ.præben.deciſio.viij.& Io. Andr.in nouella in dict.c.quamuis. licèt Feli. in d. c.poſtulaſti.referat, quòd Ioan. Andræ. in additio. ad Speculat.in titu. de actio.ſeu petitio.retractauit eius opinionem: vt refert Geminia.in dict.c.quamuis.fallit etiam in caſu.c.tua nobis.de verbo. ſigni. vbi etiam comprehenduntur præbendæ. iuxta c.ſi propter.de reſcript.lib.vj.licèt Oldra.conſi.clxxxv. ſub rubrica de præben.videatur tenere quando mādatur Epiſcopo prouideri de beneficio ſpectāte ad eius collationem quòd non cōprehendatur digni-
17 tas ſeu præbenda in eccleſia cathedrali.† Sed quid in diſpenſatione ad beneficia eccleſiaſtica facta cū illegitimo, an extendatur ad canonicatus eccleſiæ cathedralis? Et videretur dicendum quòd non, niſi diceret ad quecunque beneficia: ſecūdum Rotam in nouis, de filijs præsbyterorum.deciſio.ij. & de officio ordina.deciſio.iiij.in antiquis.& de filijs preſbytero.deciſio.j.& de proba.ij.in antiquis. quia ibi requiritur maior induſtria, licèt Epiſcopus poſſet diſpenſare de ſimplici beneficio.& idē in canonicatu quando verba diſpenſationis ſunt ampla & nō ſtricta nec arida: ſecundum Oldra.conſ.ccxv. Deinde dicitur etiam in eccleſia cathedrali vel metropolitana per iura ibi allegata.& idem Calder. de filijs presbyte.conſil.j. Archid.in d.c.j.de filijs presbyte. libr.vj.& ibi per Gemini.de quo habetur latiùs per Feli.in d.c.poſtulaſti.vbi ſ.& in c. in noſtra. de reſcript.in xxxix.corelario vbi tenet, ꝙ d.c.quamuis. le j.verſi.quanquàm.de præben.libr.vj.quòd in diſpenſatione in dubio non comprehenditur canonicatus eccleſiæ cathedralis.de quo ibi latiùs per ipſum Specul. in tit.de actio.ſeu petitio.§.ſuper petitionibus. verſi. item an mandatur prouideri in aliqua eccleſiarū ciuitatis vel diœceſis nō poteſt prouideri in eccleſia cathedrali.& ibi Io. And. in addi. verſic. item cautè.quando Papa mandat prouideri de beneficio ſpectāte ad collationem Epiſcopi, vel Epiſcopi & capituli, quòd illa forma includit eccleſiam cathedralem, licèt referat aliquos de curia tenere contrarium per rationes ibidem adductas, licèt idem Ioan. Andr.poſt plures argumentationes videatur inhærere opinioni vt cōprehendatur eccleſia cathedralis, ſicuti in gratia in forma pauperum, vbi expreſsè prohibetur, ne prouideatur in eccleſia cathedrali: ergo ſecus vbi non ſit prohibitio de eccleſia cathedrali. Archidia.in c. j. de filijs presbyterorum.lib.vj.videtur tenere, quòd Epiſcopus poſsit diſpenſare cū illegitimo ad minores ordines & ad beneficium ſimplex ſine cura, & etiam ad præben-
18 dam.idem Archidia.in d.c.quamuis.le j.tenet, † ꝙ quando Papa concedit mandatum de prouidendo ſi pro alijs nō ſcripſerimus, an intelligatur etiam ſi pro vno tantū ſcripſerit? & tenet quòd ſic, quia pluralis locutio reſoluitur in ſingularitatē iſto caſu, ita quòd nō tenēt ſecundę literæ & ita ſeruat curia. & in verbo, quanquā.tractat, an poterit prouidere de dignitate, alicuius eccleſiæ, quæ ſit caput dignitatis.etiam Ioan. Andr.in dict.c.quamuis.le j.de præben.lib.vj. in nouella in illa clauſula ſi pro alijs nō ſcripſerimus, quòd intelligatur etiā ſi pro vno ſcripſerit, prout ſuprà dictum fuit, deindè tenet in text.
19 ibi, hoc caſu † quando Papa mandat prouideri de beneficio ad collationē Epiſcopi: tunc includitur eccleſia cathedralis: quia eſt ſpeciale, quādo Papa mandat prouideri in aliqua eccleſiarū ciuitatis vel diœceſis: quia non comprehenditur eccleſia cathedralis.Calde.conſil.xxxj.in titu.de præben.tenet, ꝙ quādo eſt facta mētio de eccleſia cathedrali, quòd veniant canonicatus eccleſiæ cathedralis. Petr. de Anchar.in dict.c.quamuis.le j.de præbend.libr. vj.
20 tenet † quòd ad illam clem.adiectam in mandato apoſtolico, ſi pro alijs nō ſcripſerit. intelligitur etiā ſi pro vno ſcripſerit: ſicuti ſolet dici de conditione ſi ſine liberis: quia licèt quis nō habeat niſi vnicum filium vel filiam deficit conditio: quia non dicitur decedere ſine liberis.l.non eſt.ff.de verbo.ſignifica. & pariter idem Petr.de Ancha. tenet opinionē Io. Andr.ſuprà relatam. quando Papa mandat prouideri de aliquo beneficio ad collationem Epiſcopi, quòd tunc cōprehenditur eccleſia cathedralis: quia iſto caſu ſunt diuerſæ formæ, quando mādatur prouideri de beneficio in aliqua eccleſiarum ciuitatis vel diœceſis, vt hoc caſu non includatur eccleſia cathedralis.d.c.quamuis.§. quanquàm. & alia eſt diuerſa forma quando mandatur prouideri de beneficio ad collationem Epiſcopi: quia tunc includeretur eccleſia cathedralis, & idem ſi maudaretur prouideri de beneficio alicuius prouinciæ, aut regni, aut principatus: quia tunc fieret vberior interpretatio.dict.c.quamuis.in fi.ſecundum Petr.de Ancha. ibi: & iſtam partem etiam tenent Geminia. & Phil. Franc.in dict.c.quamuis.§.quanquàm. quinimò ſi
21 fuiſſet. † mandatū prouideri in aliqua eccleſiarum ciuitatis vel diœceſis cum clauſula motu proprio, etiam inclu-

etiam includeretur eccleſia cathedralis: ſecundum Phil. Franc. ibi: quia iſto caſu talis clauſula habet vim ampliatiuam. per c. ſi pluribus. de præben. lib. vj. & ſatis dicitur apparere de mente Papæ. facit gl. in d. c. quamuis. §. quanquàm. ſuper verbo, extẽdit. Gloſſ. verò in pragmati. ſanctio. in titu. de colla. c. j. §. non tamen intendit. ſuper verbo, præbendas. vbi tractat plenè an appellatione beneficij veniant prębendæ in eccleſia cathedrali: quia iſto caſu non veniret canonicatus eccleſiæ cathedralis propter pręheminentiam & honorem ipſius eccleſiæ cathedra-
22 lis d. c. quamuis. §. quanquàm. † quia canonici eccleſiæ cathedralis dicuntur clerici primi gradus: & alij clerici ſimpliciter beneficiati, dicuntur ſecundi gradus: ſecundum Innoc. in c. ſedes. de reſcript. niſi mandaretur prouideri de beneficio competenti ſecundum qualitatem perſonæ. c. pro illorum. de prębend. Idem ſi ſimpliciter mandaretur prouideri de beneficio ad collationem Epiſcopi: quia tunc poterit prouideri de præbẽda in eccleſia cathedrali: per d. c. quamuis. le j. de præben. lib. vj. ſecundum Ioan. Andr. in nouel. & ita ſequũtur moderni ibi, de quo ibi latiùs in pragma. ſanctio. vbi ſuprà. Præterea ſecundum tenorem pragmaticæ non eſt permiſſum Romano pontifici tempore ſui pontificatus concedere expectatiuam iuxta formam c. mandatum. & duobus ſequentibus, de reſcript. de vno beneficio ad collationem: in qua fuerint decẽ beneficia: quia ſi minùs non poſſet collator grauari, & de duobus, vbi fuerint quinquaginta: ſi ergo fuerint viginti triginta, quadraginta, & minùs quinquaginta nó poterit collator grauari: ſecundum glo. in d. §. non intẽdit. ita vt eadem eccleſia cathedralis vel collegiata duas prębendas ſuo tempore nó conferatur, &c. Et ſecundum glo. ibi, ſuper verbo, conferatur. intelligitur modo prædicto per formam mandati, & gratiæ expectatiuæ: quia iure præuẽtionis poteſt Romanus pontifex præbendas dictarum eccleſiarum, & alia beneficia collatiua conferre: vt ibi habetur.
23 §. neque etiam. & ſic videretur, † quòd Romanus pontifex tempore ſui pontificatus & ſuo tempore non poſsit grauare eccleſiam cathedralem vel collegiatam de duabus præbendis etiam ſi excedat numerũ quinquaginta: ſecùs in alijs beneficijs: ſecundum glo. in d. §. non intendit. ſuper verbo, præbendas. ſuper quo relinquo cogitandum. do. Io. de Selua in ſuo tracta. de benefic. in prima parte quæſtio. iij. plenè tractat an appellatione beneficij comprehendantur præbendæ & canonicatus & ibi ponit certas fallentias, vbi etiam appellatione beneficij veniunt etiam præbendæ & canonicatus, & inter cæteras poſt quartã limitationem quãdo in reſcripto continetur clauſula motu proprio. pro quo allegat dict. c. ſi pluribus. de præbend. lib. vj. & ibi etiam tractat an appellatione præbendæ veniant alia beneficia, & quando mandatur prouideri alicui de aliquo beneficio in aliqua eccleſia. & ibidem ſint præbendæ & alia beneficia quòd non poterit prouideri de præbendis: ſecundum Doctores in capitu. fina. de præbendis. veruntamen quando mandatur prouideri de beneficio ad collationẽ Epiſcopi poterit prouideri de præbenda in eccleſia cathedrali prout ſuprà dictum fuit. & ibi allegat Rotam deciſio. xij. & deciſion. cexiij. de quo ibi latiùs per ipſum & etiam idem de Selua in dicto tractatu de benefi. iij. parte. quæſt. xlv. & ibi tenet, ꝙ quando in eccleſia cathedrali ſint præbendæ & alia beneficia ꝙ non poterit prouideri de præbendis, licèt alia beneficia æqualiter abundent: ſecũdum Inno. in c. fraternitatẽ. de ſepul. Veruntamen quãdo mandatur ſimpliciter de beneficio ad collationẽ Epiſcopi poterit prouideri de prębenda in eccleſia cathedrali: ſecundum ipſum. per d. c. quamuis. le j. de pręben. lib. vj. à cõtrario ſenſu prout pleniùs ſuprà fuit tactum: nam appellatione beneficij comprehẽduntur minora beneficia, præbendæ & maiora beneficia: ſecundum glo. in clem. j. de cau. poſſ. & proprie.
25 & ibi Cardi. Flo. in iij. quæſt. † vnde verbũ beneficium. cõprehendit præbendas, cũ dicitur titulus beneficij. c. cũ ij. de conſti. ſecũdum Ioan. de Selua in d. tract. de benefi. j. parte. q. iij. tertia col.

ARGVMENTVM.

Diſpenſatio defectus natalium cum clauſula motus proprij facta in mandato de prouidendo valet.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimè nati ordinum & beneficiorum eccleſiaſticorum non niſi cum diſpenſatione capaces ſunt.*
2 *Epiſcopus quãdo concubinarium notum ordinat, quòd ſecum ipſo facto diſpenſare uideatur.*
3 *Papa uel Epiſcopus ſcienter ordinans defectum natalium patientem, an eum famæ reſtituere uideantur.*
4 *Diſpenſationem allegans eam probare tenetur.*
5 *Clerici uoluptuoſè uiuentes fructus ſuos non faciunt.*
6 *Papa uel Imperator ſcienter indignum promouentes, quòd ipſum habilitare, & omnem infamiæ notam abſtergere uideantur.*
7 *Quid in inferioribus à Papa & principe.*
8 *Spurietatis qualitates in legitimatione exprimendæ ſunt.*
9 *In legitimatione neque nomina neque circunſtantias parentum exprimere ſtylus curiæ romanæ permittit.*
10 *Clauſula ex certa ſcientia an in literis legitimationis exprimenda ſit.*
11 *In reſcripto Papæ ſufficit quòd ex facti narratione de certa ſcientia appareat.*
12 *Clauſula ex certa ſcientia, ad hoc ut effectum operetur, an clauſula derogatoria opus ſit.*
13 *Clauſula ex certa ſcientia uim clauſulæ derogatoriæ habet.*

Quæſtio CCCCCXXVII.

QVAERITVR an in mãdato apoſtolico de prouidẽdo de beneficio eccleſiaſtico alicui illegitimè nato, de viro coniugato & muliere ſoluta, & vt accepimus ſufficiẽter diſpenſato cũ clauſula proprio motu, an videatur talis cui ſit talis prouiſio ſufficienter diſpenſatus & habilitatus, & de effectu clauſulæ, ex certa ſcientia, ſi requiratur, ꝙ
1 exprimatur in literis. Dubium facit: † quia tales illegitimè nati, qui patiũtur defectũ natalium, ſunt incapaces ad ordines eccleſiaſticos ſaltẽ maiores, & beneficia eccleſiaſtica, niſi cũ eis diſpenſetur. c. j. & ij. de fili. presby. lib. vj. ſed nõ pręſumitur pro diſpenſatiõe, niſi expreſsè dicatur: maximè niſi fieret diſpenſatio cũ cauſæ cognitione ex cauſa neceſsitatis vel vtilitatis: quia aliàs nõ diceretur diſpenſatio, ſed diſsipatio: ſecundum Innoc. in c. cùm ad monaſterium. de ſta. monach. & pro præmiſsis facit quod habetur per glo. Inno. Hoſtien. Io. And. & cæteros in c. veniens. de filijs presbyt. in c. diuerſis fallacijs.

de cleric.coniuga.in c.ij.de ſciſmati.vnde ſecúdum
2 glo.in c.qui in aliquo.lj.diſtinc.† quando Epiſco-
pus ordinat concubinariú notum,videtur ſecú ipſo
facto diſpenſare:ſecus ſi ignotú.de quo ibi latius c.
ſi ſeruus.liij.diſt.Et idem in effectu vult glo.in c.ſi ei
qui.lxxx.diſt.imò dicit quòd debet probari diſpen-
ſatio , nec crederetur ſuper hoc dicto Epiſcopi , niſi
conferret ordinẽ notæ,etiá ſine examinatione:quia
ipſo facto videtur diſpenſatú:ſecus ſi ignoto cõfer-
ret.vnde glo.in c.cũ autem.In princ.xliiij.diſt.col-
3 ligit argu.quãdo † Papa vel Epiſcopus ſcienter or-
dinat aliquẽ,videtur ipſum reſtituere famæ,cùm fa
ma & ſacerdotiú ſibi ſunt annexa, ſed ſecũdum gl.
ibi iſtud eſt factũ : quia quis debet probare ſecum
fuiſſe diſpẽſatú. d.c.ij.de ſciſma. vnde ſecundũ Ar-
4 chidia.in d. c.cũ autem. † qui allegat diſpenſatio-
nem debet probare: quia eſt cótra iuris cõmunis di
5 ſpoſitionẽ.& ibi etiam tractatur, † ꝙ clerici qui vi-
uunt voluptuosè nõ facientes ſeruitium vel minùs
benè nõ faciunt fructus ſuos,ſed tenẽtur ad reſtitu
tionẽ,& committunt furtũ & ſacrilegium: niſi ali-
qua iuſta cauſa ſit impeditus. Et ibi etiam ſequitur
Geminia.Et pariter quò ad illum articulũ quando
ſuperior gerit aliquẽ actum cum inferiore inhabili
cum cauſæ cognitione,ſi habeat poteſtatẽ diſpen-
ſandi,ꝙ videtur diſpenſatum , licèt nõ exprimatur
verbũ diſpenſo.alleg.Inno.in d.c.veniens.Io.And.
in d.c.diuerſis fallacijs.ij. de ſciſma. vide etiam per
Cardi.Alex.ibi.& de materia diſpenſatiõis vide gl.
in c.requiritur.§.niſi rigor.j.q.vij. Sed redeundo ad
quæſitũ eſt differentia in Papa aut Imperatore,aut
6 alijs inferioribus: † quia in Papa vel Imperatore
promouẽdo ſcienter aliquẽ inhabilem , infamẽ ſeu
incapacẽ ad beneficiũ eccleſiaſticũ videtur ipſum
habilitare: & abſtergere omnẽ infamiã.l.Imperia-
lis.§.ſimiles.C.de nupt.& ibi no.Bart.Bald.Ange.
& in terminis ibi tenet Bal.quãdo Papa promouet
Epiſcopũ illegitimè natũ, videtur ipſum habilitare
& diſpenſare.Et pro hoc videtur caſus in ſimili in l.
Idem Vlpianus.ff.de excu.tuto.& ibi not.Barto.&
Bald.l.Barbarius Philippus.ff.de offi.prætor.quin-
imò ſecũdum aliquos,quãdo Imperator promouet
ſeruũ ad officiũ dignitatis etiam ignoráter , conſe-
quitur libertatẽ,& tenẽt geſta per ipſum in officio,
ſaltẽ ratione cõmunis erroris. Et licèt aliqui velint
facere differẽtiam inter Papam & Imperatorẽ : ta-
men ſecundum Iaſo.ibi:idẽ eſt.Dum tamen appa-
reat,ꝙ ſciẽter quis fuerit promotus ad tale officiũ:
7 ſecus † eſt in inferioribus à Papa vel principe:quia
promouẽdo inhabilẽ non videtur diſpenſatũ: ſecũ-
dum glo.in c.j.de æta.& qualita.lib. vj. Et ꝙ Papa
in promouẽdo inhabilem ad beneficiũ videatur di-
ſpenſatũ,tenẽt Panor.Feli.in c. prætereà. de teſtib.
cogen.& Bar.in l.ij.C.ſi ſer.aut liber.ad decu. aſpi-
rauerit.libr. x.& Ange.& Io.de Imol.in l. quidam
conſulebãt.ff.de re iudi. & idem tenẽt Panor. Feli.
in c.ſi quãdo.de reſcript.Idem Panor. in c. diuerſis
fallacijs.de cleri.coniug.vbi facit differentiã in tali
caſu inter Papã & alios inferiores. & in c.ij. de ſci-
ſma.& ibi latè per Io.de Agna.& idẽ Feli.in c. po-
ſtulaſti.& c.nõnulli.col.xvj.& ſeq.in iiij.fallentia.
de reſcrip.Franc.de Are.conſil.lviij. incipien. Dili-
genter.& Barba.conſ.xxvj.& ſequen.in ij. volumi
ne.Nec obſtat dicere,ꝙ ad hoc vt videatur diſpen-
8 ſare ſuper deffectu natalium requiritur,† quòd fiat
expreſſa mẽtio de qualitate ſpurietatis & nepharij
coitus.c.fi.de filijs presby.c.j.& ij.eod.tit.libr.vj.l.j.
§.fi.ff.de natal.reſti.ſecũdum Io.And.in additio.ad
Spec.in rubric.qui filij ſunt legiti.verſ.quæro. Bal.
in l.eam quam.C. de fideicõmiſſ. Quia ad iſtud re-
ſpondetur,ꝙ ſatis videtur facta expreſſa mentio in
bulla prouiſionis apoſtolicæ,dum ibi dicitur geni-
9 to de viro coniugato & muliere ſoluta. † nam ſty-
lus curiæ Romanæ habet, ꝙ non eſt neceſſe expri-
mere nomina cognomina & circunſtantias paren-
tum:ſecundum Hoſtien.Ioan.Andr.in d.c.fi.de fi-
lijs presbyter.quia ſufficit exprimere , ꝙ fuerit na-
tus de viro cõiugato & muliere ſoluta:prout ſupra
dictum fuit:niſi ageretur de filio naturali Comitis,
Ducis , aut principis:vbi iura magis aborrẽt talem
prolem baſtardinã.l.ſi qua illuſtris.C.ad orficia.ſe-
cundum Hoſtien.& Ioan.And.In d.c.fi. de quo la
tiùs per Antho.de Roſellis in ſuo tracta. legitima-
tionum.in j.lib.& etiam ij.de cauſa formali.& etiã
ſcripſi ſuper quadam legitimatione cuiuſdam filiæ
baſtardæ cuiuſdam magni domini & Baronis du-
catus Burgundiæ in ij. volumine cauſarũ mixtarũ
in tracta. primò genituræ.quæſtio.xlviij. Non ob-
10 ſtat etiam dicere, † ꝙ non apparet de illa clauſula
ex certa ſcientia:quia nõ fuit expreſſa in literis apo
ſtolicis quod tamen requiritur,ꝙ exprimatur:ſecũ
dum gl.in clem.ij.de reſcrip.in fi. Quia ad iſtud re-
ſpondetur , quòd imò ſufficit quòd ex ſerie facti &
narratione literarũ apoſtolicarũ appareat de ſcien-
tia Papæ:ſecundum Ioan. de Imol. & Panor. in d.
clemẽ.in fi.& eſt glo.in c.cũ olim.le ij.ſuper verbo,
& monacho.de priuileg.& iſtud etiam tenet *Inno.*
in decretali præſenti edita in concilio *Lugdunen-
ſi*, aliâs c.ſtatutũ.de reſcrip.lib.vj.de quo per gl.ibi:
ſuper verbo,canonicis.& verbo literarũ.& per glo.
& Bart.in l.vniuerſis. C. de precibus Impera. offe-
ren.& in l.fi.C.ſi contra ius vel vtili. publi.pro quo
facit d.l.idem Vlpianus.§.ſunt & alij.ff.de excu.tu-
tor.& d.l.quidam conſulebãt.ff.de re iudic.cum ibi
nota.per Ioan.& Alexan.de Imol.& per Franc.de
Aret.in d.conſ.lxviij.& per Barba.in dict. conſilijs
xxvj.xxvij.in ij.volumine.de quo per Ioan.Calder.
conſi.viij.in titu.de reſcript.& ibi tractat quãdo in
reſcripto apoſtolico fit mentio de minori ætate, an
videatur diſpenſatum.& conſi.xxij.in tit.de regula
& quòd non ſit neceſſe ꝙ in literis exprimatur clau
ſula ex certa ſcientia,ſicuti in clauſula proprio mo-
11 tu.c.ſi motu.de præben.lib.vj. † ſed ſufficiat,quòd
appareat de ſciẽtia Papæ.ex narratione facti. tenet
Panor.in c.ad hæc.de reſcript.in fi. & latè per Feli.
12 in c.cũ inter.de except.Non obſtat etiã dicere, † ꝙ
talis clauſula ex certa ſcientia,nõ operatur effectũ,
niſi apponatur clauſula derogatoria:ſecũdum glo.
in l.iij.§.ſi is à quo.ff.quod quiſque iuris. Quia ad
iſtud reſpondetur,imò talis clauſula ex certa ſcien-
tia,operatur effectũ,niſi ageretur de magno præiu-
dicio tertij.argum.l.ij.§.meritò.& §. ſi quis à princi
pe.ff.ne quis in loco publico.l.nec auus.C.de eman
cipatio.liberorũ.c.quamuis.de reſcript.libr.vj.licèt
in caſu iſto tẽpore impetrationis dictæ prouiſionis
non ageretur de prę iudicio alicuius:quia nondum
erant impetratæ aliæ literæ mandati de prouiden-
do in dicta.eccleſia Vieñ.licèt etiam in dictis literis

prouiſionis

prouiſionis ſint etiam adiectæ clauſulæ derogato-
13 riæ, prout ibi videri poteſt. † Prætereà talis clauſula ex certa ſcientia, habet vim clauſulæ derogatoriæ: ſecundum glo. in d. l. vniuerſis. C. de preci. Imp. offer. & in d. l. fi. C. ſi contra ius vel vtil. publ. de quo per Panor. & Felin. in d. c. nonnulli. col. xvj. de reſcrip. & in c. poſtulaſti. eod. tit. vbi ponit plures declarationes ſuper materia legitimationis. tum etiam in dictis literis apoſtolicis etiam Papa atteſtatur de dicta diſpenſatione defectus natalium, & ita credendum eſt dicto Papæ, etiam de his quę geſsit ante apoſtolatum. capit. cùm à nobis. in fin. de teſtib. cum ibi notatis per docto. cùm ibi atteſtetur de facto proprio, ſuper quo fundatur eius intentio. cle. j. de prob. Nec obſtat dicere, quòd dicta cle. j. ſit ſublata per pragmaticā ſanctionem, vt in titul. de ſublati. clem. in literis. de probat. quia hoc verum vbi tractatur de præiudicio tertij, quando aſſeritur ipſum renunciaſſe beneficio, vel reſeruaſſe: ſed hic non agitur de præiudicio tertij, prout ſuprà dictum fuit. præthereà correctio iurium eſt euitanda. l. præcipimus. C. de appella. Quia quod non mutatur, ſtare non prohibetur. l. ſancimus. C. de teſta. & ita remanent iura antiqua nō correcta. d. c. cùm à nobis. in fi. facit l. nam & poſteriores. ff. de legi.

ARGVMENTVM.

Compromitti in religioſum tanquàm in arbitrum non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus neque nolle, neque velle habet.*
2 *Monachi arbitri eſſe non niſi cum ſuperioris licentia, vel ſui iuris quaſi emancipati viuentes ſint, poſſunt.*
3 *Excommunicatus, arbiter eſſe non poteſt: licèt arbitrator eſſe poſsit.*
4 *Monachus neque arbiter, neque arbitrator eſſe poteſt.*
5 *Sacerdos ſimplex arbiter eſſe poteſt.*
6 *Religioſus licèt arbiter eſſe non poſsit: arbitrator tamē cum ſui abbatis licentia, aut ſi adminiſtrationem habeat, eſſe poteſt.*
7 *Monachus ſeruo equiparatur.*
8 *Monachus factus Epiſcopus an arbiter eſſe poſsit.*
9 *Compromitti in monachum tanquàm arbitrum nō poteſt.*
10 *Monachus ut arbiter eſſe poſsit quæ requiruntur.*
11 *Monachis, iudices, aduocatos & arbitros eſſe, nō niſi cum abbatis licentia, licere.*
12 *Religioſum arbitratorem eſſe ſine abbatis licentia, tenet Pau. de Leazar.*

Quæſtio CCCCCXXVIII.

QVAERITVR an poſsit fieri compromiſ-
1 ſum in perſonam religioſi: dubiū facit: † quia religioſus non habet velle, vel nolle, ſed dependet à poteſtate ſuperioris. c. ſi religioſus. & cap quorundam. de elect. lib. vj. & pariter non poteſt eſſe executor in vltima volūtate alicuius, niſi priùs petita, & obtenta licencia à ſuperiore. ca. religioſus. de teſtamen. lib. vj. nec poteſt eſſe etiam procurator ſine licentia ſuperioris, nec alium ſubſtituere. clem. religioſus. de procurator. veruntamen Spec. in tit. de arbitr. §. fi. verſi. ſed quæro diligenter. & verſi. ſed nun
2 quid Abbas. videtur tenere † quòd non, niſi de licentia ſuperioris, niſi ſint priores ſui iuris, & quando emācipati viuūt. vt in verſ. an in regulares. per l. ſi quis ex conſenſu. C. de epiſco. audiē. l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio ff. de arbit. & Spec. vbi ſuprà. verſi. ſed quis de ſimplici monacho. & eodem titul. Ioan. And. in addi. ad Spec. de arbit. §. j. in fin. vnde
3 glo. in l. Pedius. ff. de arbi. tenet, quòd † excommunicatus non poteſt eſſe arbiter. & idem de monacho: licèt ſecūdum Barto. excommunicatus poteſt
4 eſſe arbitrator. ſed in §. in ſeruū. † de monacho non poteſt eſſe arbiter, ne arbitrator. De quo ſe remittit ad notata per Syn. in l. ſi qui ex conſe nſu. C. de epiſcop. aud. idem Bart. in l. non diſtinguemus. §. ſacer
5 dotia. eod. titul. † tenet in ſimplici ſacerdote, quòd poteſt eſſe arbiter: ſecus ſi eſt monachus vel regularis. de quo ſe remittit ad not. per eum in d. l. Pedius.
6 Bald. in d. l. Pedius. tenet, quòd † religioſus nō poteſt eſſe arbiter. quia dicitur ſeruus ſuæ religionis: ſed poteſt eſſe arbitrator de licentia ſui abbatis, vel etiam ſine licentia ſi habet adminiſtrationem: puta aliquem prioratum: quia tunc cenſetur emancipatus à ſuo abbate. de quo ſe remittit ad nota. per Specul. in titu. de arbi. §. ſequitur. verſic. ſed quæro diligenter. Et per Archi. in cano. de præſentium. xj. q. j. idem Bald. in d. §. ſacerdotio. notat quòd ſacerdos poteſt eſſe arbiter licèt videatur ſentire in ſummario quādo qualitas ſacerdotij ſuperuenit poſt compromiſſum. Syn. in l. ſi quis ex conſenſu. C. de epiſc. audi. format quæſtionem de monacho an poſsit eſſe arbiter aut arbitrator & ibi refert Iac. & Pet. te-
7 nere, quòd non: † quia æquiparatur ſeruo. deinde refert alios tenere, quòd poteſt eſſe arbitrator quia pertinet ad pacem, licèt referat alios tenere contra-
8 rium. † Quid autem de monacho facto Epiſcopo an poſsit eſſe arbiter? & ibi tenet quòd ſic. Alber. in d. l. ſi qui. tenet poſt Syn. quòd abbas, prior & monachus nō poſſunt eſſe arbitri, ſed arbitratores ſic.
9 Bald. in d. l. ſi qui. tenet, † quòd non poteſt compromitti in monachum tanquàm arbitrum: ſecus in arbitratorē de licentia ſuperioris, niſi eſſet factus Epiſcopus. per d. l. ſi qui. & quia augmētatur dignitas, Sali. in d. l. ſi qui ex conſenſu. tenet, quòd poteſt fieri compromiſſum in Epiſcopum in nō ſubditis ſeu laicis. de quo ibi latiùs per ipſum Hoſt. in ſumm. de
10 arbitris. §. quis poſsit eſſe arbiter. in fi. tenet, † quòd monachus non poteſt eſſe arbiter niſi de licentia ſuperioris. & quòd duo requiruntur, videlicèt quòd abbas imperet, & vtilitas monaſterij hoc expoſcat.
11 xvj. q. j. c. monachi. tenet, † quòd monachi nō debēt eſſe iudices vel aduocati vel arbitri ſine licētia abbatis: quia abbas habet monachos in eius poteſtate: ſed econtrà abbas poteſt facere ſine licentia alicuius, niſi ſint cauſæ miſerabilium perſonarum. & ſecundum gloſſ. ibi quando monachi mouent aliquam cauſam, quòd præſumitur quòd ſemper bono zelo mouent. & facit c. monachi. cum ibi notat. per glo. eadem q. Card. Flor. in cle. & ſi principalis. de reſcript. q. xix. & xxj. ibi refert opiniones an religioſus poſsit eſſe arbiter. & ſecundum Lauden. ſit
12 de licentia abbatis. Paul. de Leazar. tenet, † quòd religioſus poterit eſſe arbitrator ſine licentia abbatis: quia eſt opus pietatis: quia poteſt facere eleēmoſinam de licentia abbatis. & tandem ibi diſtinguit ſi vertatur vtilitas monaſterij vel nō. de quo ibi latiùs per ipſum Io de Imol. in d. cle. & ſi principalis. etiam format quæſtionem, an religioſus poſsit eſſe

arbiter & ibi refert opiniones, & an monachus æ-
quiparetur ſeruo.de quo ibi latiùs per ipſum domi.
Lanfran.de Oriano in tractatu de arbitr. col. xiiij.
verſ.hactenùs.in ij.q.format q. de religioſo Epiſco
po & Abbate,an poſsint eſſe arbitri vel arbitrato-
res.& idem de fratre minore vel prædicatore, quòd
poſsint eſſe de licentia ſuperioris. per capitulo, ij.
de teſta.lib.vj.& ibi etiam loquitur de monacho fa
cto Epiſcopo,de quo ibi latiùs per ipſum.

ARGVMENTVM.

Immunitas à gabellis an abuſu,fraude,vel enormi
damno perdatur.item vt exemptionis priuilegium,
valeat, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio qui abutitur an priuari mereatur. & num. 9.*
2 *Gabellam ſeu pedagium fraudantis pœna,quæ.*
3 *Gabellam fraudantis pœna,an in forenſi locum habeat.*
4 *Pedagium mercis emptor ſoluere tenetur.*
5 *Merces,quas uehendas,ut pedagium non ſolueretur, exem*
ptus ſuſcepit,confiſcationi ſubiacent.
6 *Receptus pro ciue,aut incola an iiſdē priuilegijs & præro*
gatiuis,quibus ciues originarij gaudēt,gaudere debeat.
7 *Receptus in ciuem,an uerè uel fictè receptus uideatur.*
8 *Priuilegium exemptionis extraneo conceſſum, quòd tempo*
ris tractu damnum enorme affert, an reuocari poßit.
10 *Exemptionis priuilegium ad hoc ut ualeat,quòd clauſula,*
motus proprij,aut ſpecifica derogatoria requiratur.
11 *Priuilegium quibus in caſibus perdatur caſus ſpeciales.*
12 *Succeſſor principis contractu prædeceſſoris ſtare tenetur.*
13 *Princeps ſucceſſori legem imponere non poſſe regulare.*
14 *Priuilegium prædeceſſoris, quòd per principem ex cauſa,*
& moderari,& reſtringi,poßit.

Quæſtio CCCCCXXIX.

QVAERITVR an propter abuſum ſeu
fraudem, aut enorme damnum ſubſecutum
perdatur priuilegium exemptionis, à ſolutione pe-
dagiorum, gabellarum: & ſi mutatio domicilij de
vno loco ad alium eiuſdem prouinciæ, vt quis con
ſequatur libertatem exemptionis præſumatur frau
1 dulenta. Et in effectu † quando quis abutitur priui
legio meretur perdere illud.c.priuilegium. xj. q.iij.
c.vbi.lxxiij.diſtinct.c.tuarum.de priuile.l.iudæos.
C.de iudæis.quia prætextu liciti nō debet commit
ti illicitum.l.qui ſub prætextu. C.de ſacroſanct.ec-
cle.& idem videtur dicendum in fraudante gabel-
lam ſeu pedagium,quādo exemptus cum ſuis mer-
cibus portat alienas,vt pro alienis non ſoluatur pe
dagium.l.cùm proponas.cum ibi nota.C. de nauti.
fœno. & in l.cotem ferro.§. dominus. ff. de publi-
ca.licèt ſint opiniones, an debeat cōfiſcari in toto,
tàm pro rebus licitis,quàm illicitis. de quo ibi per
2 doctores. quia † pœna fraudantis gabellam ſeu pe
dagium dicitur pœna commiſsi,quando nō ſolui-
tur pedagium,vel quando nō fit profeſſio. l.j. & ij.
C.de vectig.l.commiſſa.ff.de public.etiam ſi gabel
larius non interpellet tranſeuntem,cùm tacere poſ
ſit donec tranſeat.l.fi.§.diui.ff.de public. niſi tran-
ſiens fuiſſet in errore:quia ſoluendo duplum libera
retur:vt ibi habetur,& per Barth. in tracta.gab.ix.
parte q.ij. & an vltra pœnam fraudantis gabellam
poſsit procedi per viam inquiſitionis criminaliter,
3 habetur per Bartha.vbi ſuprà q.xx. † & etiam pœ-
na fraudantis gabellam habet locum in forēſi: ſe-
4 cūdū Barth.vbi ſuprà q.xxj. † Et emptor mercis te-
netur ſoluere pedagium,& nō venditor. l.debet. in
fi.ff.de ædi.actio.ſecundum Barth.in d.tract.gabel
5 la.vij.parte q.j.& ideò quando vēditor † exemptus
accipit onus reddendi merces in tali loco,vt nō ſol-
uatur pedagiū:& vt chariùs vēdantur merces, vide
tur fieri in fraudem: quia poteſt fieri fraus de con-
tractu ad contractum.l.cōtra legē. ff. de legi. cū ibi
not.per glo.& doct.ſicuti etiam quando exemptus
petat res alienas.l.fi.C.de anno.& tribu. ſimile ha-
betur,quando exemptus facit emi nomine proprio
res alterius,qui nō eſt exemptus, vt nō ſoluat colle
ctas:quia debent res confiſcari.l. j. C.de nauic.non
excuſan.lib.x.& ibi Bar.de quo per Barth.in dicto
tractatu in vij.parte.q.xx.Sed opus eſt videre quan
6 do † aliqui recipiūtur pro ciuibus,& incolis in ali-
qua ciuitate vel villa propinqua exempta & libe-
ra à ſolutione pedagiorum,& gabellarum an gau-
deant priuilegio exemptionis, & ſi dicatur facere
in fraudem, & maximè quando non eſt potens
ad emendum tales merces, & maximè quando
exercet artem mercantiæ in vna ſpecie, vti raſello-
rum, fuſtarum & alterius nemoris: vbi pedagium
valdè grauatur & ſuſtinet enorme damnum. Et in
7 effectu † quando aliqui recipiuntur pro ciuibus di
citur fictè fieri:& propriè ſtatutum exemptionis, &
libertatis non habet locum:iuxta nota.per gloſſ.&
Bald.in l.ciues.C.de appellatio.licèt Barth.in dict.
tracta.in vij.part.in xix.& xx.quæſtionibus teneat
contrarium:quia in fauorabilibus gaudent tali pri
legio:ſecus in odioſis,& hoc fraude ceſſante,prout
continebatur in ſentētia ſeu ordinatione ſuper hoc
lata.Sed quando apparet de fraude & dolo per con
iecturas:iuxta l.dolum.C.de dol.fraus & dolus ne-
mini patrocinari debent.c.ſedes.de reſcrip. cum ſi-
milib.& ideò quando fit mutatio domicilij in vil-
la vel ciuitate propinqua eiuſdem prouinciæ præſu
mitur facere in fraudem,ex quo erat præuentus in
primo domicilio.l.incola.la ij.cum ibi no. per glo.
& Bart.ff. ad muni.& per Bald.in rubr.de maio.&
obed quia præſumitur retinere primū domicilium
originis:ſecundum Bald.in auth. & omninò. C.ne
fil.pro patr.verſ. de quo per Barto. in tracta.
8 repreſa. vij.parte q. † Præterea quando tale priuile
gium exemptionis,ex poſt facto ſucceſſu temporis
affert enorme damnum tali pedagio, vt poſſet ani-
hillari,ſaltem in maiori parte, tūc tale priuilegium
poteſt reuocari aut ſaltem moderari. c. ſuggeſtum.
de decimis.& ibi per gloſſ. quæ enumerat caſus in
9 quibus priuilegium reuocatur. † etiā propter abu-
ſum,prout ſuprà dictum fuit.de quo etiam per Pa-
nor.in c peruenit.poſt Io. And.de immuni.eccle.&
per Panor.& Felin.in c.accedentes.de præſcrip.vbi
10 etiam videntur tenere, † quòd ad hoc vt valeat ta-
le priuilegium exemptionis, requiritur ꝙ habeant
clauſulam motu proprio,aut ſaltem derogatoriam
ſpecificam.l.omnium.C.de vecti.& comm.l.vacua
tis.C.de decuri.lib.x.de quo per Barth. in dicto tra
ctat.gabellar.vij.parte.q.ix.vbi etiam tenet, ꝙ ſuffi
ceret:quòd eſſet appoſita in priuilegio clauſula ex
certa ſcientia.de quo ibi latiùs per ipſum. Pro præ-
miſsis facit quod habetur per glo.in c.decet conceſ
11 ſum.de regu.iur.lib.vj.in quibus † ponit caſus ſpe-
ciales in

ciales in quibus perditur priuilegium, vti propter abuſum, delictum, negligentiam contrariũ factum ſuperueniens enorme præiudicium, & hoc in reali priuilegio: quia in perſonali expirat cum perſona. c. priuilegium. de regu. iur. lib. vj. licèt in dubio priuilegium præſumatur reale. ſecundum Bart. in l. ſi pater. ff. de ſeru. lega. & ſolet etiam notari in c. cùm veniſſent. de inſti. & l. quia tale. ff. ſolut. matrim. vnde ſecundum glo. in d. c. decet. de reg. iur. verba priuilegij ſunt interpretanda à principe, ita quòd alteri enorme præiudicium non afferat. & in hoc quis non debet cõtrauenire propria authoritate: ſed debet proponere querelam principi. & ſecũdum gloſ. in d. c. decet. ſuper verbo, manſurum. iſtud verbum decet. quãtum ad ſubditos: importat neceſsitatem: quantùm ad ipſum principem honeſtatẽ: ipſe enim priuilegium per ſe conceſſum diminuere, vel moderari, & etiam in totum tollere poteſt. per iura ibi allegata. Et iſtud facit pro declaratiõe ſeu reſtrictione facta per dominum quondam Ludouicum Delphinum primogenitum Franciæ, de anno domini 1450. in loco ſancti Donati de tempore quo reſidebat in hac patria Delphinatus: vbi peruento ad ipſius notitiam, quòd pedagia & gabellæ Delphinales patiebantur enorme præiudicium propter quaſdam libertates exemptionis illa reducit, & reſtrinxit pro ſimplici vſus vitæ alicuius abſque commercio mercantiæ. iuxta l. vniuerſi. C. de vectigal. Nec obſtat dicere quòd tales libertates exẽptionis fuerunt conceſſæ per retro romanorum Imperatores in toto imperio, & ſic quòd non potuerunt per ſucceſſorem minui vel reſtringi, maximè quãdo tales libertates exemptionis tranſiuiſſent in cõtractum: iuxta not. per Inno. in cap. nouit. de iudic. per Barto. in l. qui ſemel. ff. de iur. immunita. per Baldum in
12 l. qui ſe patris. C. vnde lib. † ita quòd ſucceſſor principis tenetur ſeruare contractum prædeceſſoris: ſecundum Cin. & cæteros. in l. digna vox. C. de legib. & docto. in l. princeps. ff. de legib. quia ad iſtud po-
13 teſt reſponderi: † quòd regulariter princeps nõ poteſt imponere legem ſucceſſori: quia par in parem nõ habet imperium. l. nam & magiſtratus. ff. de a-
14 big. vel poteſt dici † quòd ex cauſa princeps poteſt moderari, & reſtringere priuilegium prædeceſſoris propter enorme præiudicium, & ex alijs cauſis ſuprà declaratis. & maximè quia in hac patria Delphinatus dominus noſter Delphinus non recognoſcit ſuperiorem in temporalibus, ſed vtitur iure imperij: iuxta not. per Bal. in l. infamen. ff. de publi. iudi. & per Bald. in l exempla. C. de proba. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionẽ de duobus proceſsibus nuperrimè diffinitis in hac curia parlamenti Delphinatus, de hoc præſenti anno domini 1518. die xxiij. menſis Decembris in manibus magiſtri Franciſci Rodulphi ſecretarij patrimonialis, inter fiſcum & Ioannem de Voyſia contra Ludouicum Chiualerij aliàs Perrini filium & hęredem Anthonij Perrini, & alter proceſſus fiſci contra Gulielmum Guelliſij qui mutauerant domicilium à loco Caſſenatici ad hanc ciuitatem Gratiano. propinquam, & vt preſumitur in fraudẽ cauſa mercandi, & conducendi raſellos & fuſtas per flumina publica Iſaræ, & Rodani, vt gauderent libertate Gratiañ. exẽptiõis à ſolutiõe pedagiorũ & gabellarũ. Veruntamẽ fuit pronuntiatũ ipſos nõ debere gaudere dicta libertate exẽptionis propter abuſus per ipſos cõmiſſos. & ex alijs de cauſis ex actis apparẽtibus me ſemper referendo veritati, quæ nõ fallit, nec fallitur. Nec obſtat etiam dicere, inquantũ ſuprà dictum fuit, quòd priuilegium poteſt mutari aut interpretari per principem ſi dicatur, ꝙ priuilegium eſt latiſsimè interpretandum ad præiudicium concedentis. l. beneficium. ff. de conſt. quia ad illud reſpõdetur quòd illud loquitur in beneficio: ſecus in priuilegio, quod eſt contra ius: ſecundum Iaſon. in d. l. beneficium. & per glo. in c. j. de conſtitut. lib. vj. quia talia priuilegia exemptionis à ſolutione pedagiorum & gabellarum dicuntur contra ius. l. omnium. C. de vectiga. l. vacuatis. C. de decuri. lib. vj. de hac materia quando portãtur blada aut alia victualia cauſa ſui vſus etiam ſcripſi ſuprà quæſt. ccccclxxxvj.

ARGVMENTVM.

De venatione & piſcatione.

SVMMARIVM.

1 *Venatio clamoſa quæ ſit, & quibus competat.*
2 *Venatio arenoſa quæ & quibus competat.*
3 *Venatio ſaltuoſa laicis permiſſa.*
4 *Venatio ſpatioſa ſeu recreatiua quæ ut naturæ calor excitetur ſit, laicis permiſſa.*
5 *Venatio oppreſsiua quæ, & quando permiſſa.*
6 *Venatio quæque ſit Epiſcopis probibita.*
7 *Venatorem ſanctum nuſquàm legit Hieronimus.*
8 *Euſtachius ſanctus, & uenator.*
9 *Clericus an propter uenationem deponi poßit.*
10 *Clericis piſcari, an uel non liceat.*
11 *Venationes & occupationes monachis probibitæ.*
12 *Saltus quid.*
13 *Viuaria quid.*
14 *Domini terrarum, an uenditiones & piſcationes prohibere poßint.*
15 *Venationes & piſcationes ſunt iuriſgẽtium & naturalis: & primo occupanti efficiuntur.*
16 *Venatio capta in fundo alieno, an & quãdo capientis fiat.*
17 *Piſcari in mari omnibus licitum: item & in fluminibus publicis.*
18 *Columbos in alterius columbaria, ſub furti pœna accipere prohibitum.*

Quæſtio CCCCCXXX.

QVAERITVR an venatio ferarum beſtiarum auium, perdicũ, leporum, cuniculorum & ſimilium ſit licita plebeijs, ruſticis, nobilibus, clericis: & ſi poſsit fieri prohibitio per dominos locorum. Et in effectu prima facie eſſet diſtin-
1 guendum de multiplici ſpecie venationis: † quia quędam dicitur clamoſa & laborioſa, vti ad apros vrſos, leones, & ſimiles beſtias feras. c. j. §. nemo retia. de pac. tenen. l. j. C. de venat. fera. lib. xj. & talis venatio eſt licita laicis: ſecus clericis, niſi in caſu neceſsitatis, quando tales beſtiæ deuaſtarent fructus bonorum eccleſiæ vel religionis: quia tunc talis venatio eſſet eis licita: ſecundum Gaufre. in ſumma de cleric. vena. & hoc etiam tenet Henri. Boyc
2 in c. j. eod. tit. † Quædam venatio dicitur arenoſa, vt quando aliquis homo debellaret cum aliqua beſtia fera dentoſa cauſa virtutis exercitij, & tunc ſi faciat ſine pretio, eſt præmiſſa laicis. l. j. §. item ſene

venatio capta in fundo alieno efficitur capientis: ſecundum glo. in d. l. diuus. nec tenetur reddere domino fundi: ſecundum glo. in d. l. diuus. communiter approbatam, licèt glo. in d. §. planè. inſtit. de rer. diui. aliter videatur tenere, licèt Flori. in d. l. diuus. pro concordia videatur facere certã diſtinctionem, quando quis capit venationẽ in fundo alieno poſt prohibitionem domini, & tunc venatio capta ſpectat domino fundi, aliàs ſecus. ſed non tenet iſtam diſtinctionem, ſed facit aliã: quia aut venatio conſiſtit in annuo redditu, vt quando nemus vel ſaltus eſt ſterilis, & non affert aliam vtilitatem, quàm venationem: iuxta l. venationem. ff. de vſur. & l. item fundus. §. occupationem. & l. vſufructuarium. §. in viuarijs. ff. de vſufruct. vel quando feræ beſtiæ venationes ſunt introcluſæ in viuario ſeu parcu, tunc eſſet prohibitũ venari, & tales venationes captæ pertinerent domino fundi. Veruntamen in talibus debet attendi conſuetudo vel ſtatutum. c. j. §. nemo retia. de pac. tenend. cum ibi nota. per And. de Iſer. & cæteros, & Io. Fabr. in d §. feræ. inſt. de rer. diui. vbi refert de conſuetudine baronum Franciæ, in garenis, quòd prohibent venationes, & idem in piſcatura: ſecundum ipſum in §. flumina. inſt. de rer. diu. & per deci. Guid. Pap. deci. ccxviij. & maximè quia principes & nobiles delectantur in venationibus: ſecundũ Ang. in d. l. diuus. & ibi refert de quodam nobili in ciuitate, qui cæperat multas venationes. in fundo alieno poſt prohibitionẽ, & fuit iudicatũ pro nobili, licèt ipſe teneretur actione iniuriarum propter prohibitionem domini. l. iniuriarum. § fi. ff. de iniur. cum ibi not. per Bart. & Ange.

16 Et † pro præmiſſis quòd tales prohibitiones venationum aut piſcationum ſint contra ius, tenẽt Hoſti. & Io. And. & Car. Flo. in c. non eſt. de deci. quia tales prohibitiones præſumuntur factæ per violentiam & impreſsionem: & ideò tales plebeij & venatores non debent timere tales prohibitiones: ſed ne ſoluant pœnas, quando eſſent coacti, niſi acquieuiſſent talibus prohibitionibus & proclamationibus factis: vt quia fuiſſent inqueſtati, & ſoluiſſent ipſas condemnationes: quia viderentur renuntiare eorum priuilegio. l. j. ff. de nund. iuxt. not. per Bart. & Io. de Plat. in l. ij. C. de hijs qui ſpon. nume. ſuſti. lib. x. Veruntamen ſecundum dom. Iaco. in tractat. feudorum, ſuper verbo, cum venationibus. quando fiunt tales proclamationes, per dominos locorum ſubditi debent proteſtari, quòd non conſentiunt talibus proclamationibus & prohibitionibus. de iſta materia etiam habetur latè per dom. Cępo. in tract. ſeruitut. ruſti. præd. in titu. de occupa. & quando ex forma ſtatuti fuit facta prohibitio venationis caliarũ & perdicum: tunc ſi quis venaretur pro aduentu principis, non excuſaretur à pœna ſtatuti: ſecũdum Io. de Plat. in l. j. C. vt nulli lice. in Fred. lib. xj. Nec obſtat dicere, ſi opponatur de libertate Delph. cap. xxxj. vbi dominus noſter Delphinus conceſsit baronibus & nobilibus Delphi. & aliarum terrarum ſuarum quòd poſsint impunè venari in Delphinatu & alijs ſuis terris, nemoribus & foreſtis, exceptis foreſtis de Clav & de planeyſe, ac garenis cuniculorum & leporum quibuſcunque, & ſic quòd à contrario ſenſu, quòd ſit prohibitum plebeijs & ruſticis venari niſi dicatur, quòd ſit eis licitum venari ad vrſos, apros, lupos, leones, & alias feras beſtias noxias. d. §. nemo retia. & l. j. C. de vena. fer. lib. x. quia ad iſtud reſpondetur, quòd per edictum domini quondam Ioannis Comenarum comitis gubernatoris Delph. fuit facta declaratio, quòd in montibus eſſet licita venatio leporũ perdicũ & aliarum ferarum plebeijs & ruſticis maximè vbi abundant tales beſtiæ, & quòd deuaſtarent fructus terræ. pro quo facit quòd voluit Goffred. in ſumm. de cler. venat. quia aliter homines in montibus commodè viuere non poſſent, & maximè quando abſtinẽt à retijs & inſtrumento de la tonne. De materia venationis vide Iacob. Rebuf. in l. j. C. de vena. fera. lib. xj. qui ibi format quæſtionem an Comites, Barones & domini in eorum territorijs poſſint prohibere venationes. maximè quãdo tales feræ beſtię ſunt introcluſæ muro, aut clauſura: quia tunc vti in parcu poteſt prohiberi venatio. & idem in perdicibus, quãdo quis vellet venari à la tonne, aut alio inſtrumento ad finem capiendi in magna abũdantia, ita quòd poſſent abſorberi & depopulari, & eſſet præiudicium reipublicæ: quia tunc poſſet prohiberi venatio etiam per iudices, ſecundũ ipſum. Vide etiam an in mari aut alio flumine poſsit præſcribi ius piſcandi aut prohibendi nauigationẽ niſi ſoluto pedagio, per Ang. & Paul. de Caſt. in l. fi. ff. de vſuc. & per Bart. & Ang. in l. iniuriarum. §. fi. & l. ſanè. ff. de iniur. & ibi de goffro maris venetorum: & quando etiam flumen trãſit inter duas ciuitates cui ſpectet, de quo etiam per Cæpo. in tract. ſeruit. in tit. de flumi. & per Bald. in c. ex literis. de prob. & per do. Iac. in tract. feud. ſuper verb. cum piſcationibus. Et præmiſſa faciunt ad quęſtionem ſuper proceſſu hominum monaſterij Clarimontis contra magnific. D. Clarimõtis ſuper proclamationibus & prohibitionibus factis per officiarios ipſius occaſione venationis leporum, perdicũ, cuniculorum & piſcationum, vbi dictus proceſſus fuit diffinitus ad vtilitatem dicti domini Clarimõtis, & aliàs prout in actis cauſę cõtinetur, me ſemper referẽdo veritati prout ſuprà dictum fuit. Adde de materia piſcationis per Cęp. in tract. ſerui. ruſt. præd. in rubr. de piſca. & ibi

17 quòd † licitum eſt piſcari in mari quod eſt cõmune omnibus. l. venditor. ff. commu. præd. & per alia iura ibi allega. & idem in quolibet flumine publico. & ibi ponit plures fall. vide etiam in tract. ſerui.

18 vrba. præd. in rubr. de columbaria, † ꝙ eſt prohibitũ accipere colũbos ſub pœna furti, & ibi latiùs per ipſum. Adde etiã ꝙ emanauerũt certę literę regię & Delph. ſuper prohibitione venationis & piſcatiõis reſpectiuę, ſuper quarũ pręſentatione pendet ad faciendũ reſponſum de hoc præſenti anno D. 1579. die vij. mẽſis Ianua. & diebus ſeq. & inter cętera cauetur & prohibetur piſcatura piſciũ tempore quo piſces pariunt ſeu freant, videlicèt à medio menſis Martij vſque ad medium menſis Maij.

ARGVMENTVM.

Decima an & quando debeatur ex piſcatione, & quid in molendinis.

SVMMARIVM.

1 *Decima an ex uenatione & piſcatione debeatur.*
2 *Decima ex molendinis debetur.*
3 *Decima que debetur ex uenatione piſcatione & molendinis, an prædialis uel perſonalis ſit, remiſſiuè.*

Quæſtio CCCCCXXXI.

QVAERITVR an de venatione beſtiarum & piſcatione piſciũ aut molendinorum etiam ſi vertantur ad ventum debeatur decima curato parœciali, & ſi talis decima dicatur prædialis vel perſonalis. Et in effectu text. in c. non eſt. de de-
1 cim. probat † quòd debeat ſolui decima de talibus venationibus, & piſcationibus, & maximè quan-
2 do conſiſtunt in annuo redditu: † & idẽ de molendinis quæ molũt ſuper aqua. c. peruenit. de deci. & idẽ quando molendina molunt ad ventũ. c. ex trãſmiſſa. de decim. ſi verò talis decima ſit prædialis, vel perſonalis, & cui debeat ſolui habetur per docto. in dict. cap. non eſt.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus bonorum & caſtrorum in quibus ſint ſiluæ nemora, ſaltus, viuaria, parcus, flumina & ſtãna ſi relictus ſit, piſcationis & venationis ius relictus cenſetur.

Quæſtio CCCCCXXXII.

QVAERITVR quãdo relinquitur vſusfructus alicui dominę bonorum caſtrorum vbi ſunt foreſtæ, nemora, ſtãna, flumina, parcus, viuaria, & ſaltus, an in tali vſufructu veniat ius venationis, & piſcationis? Et dicendum eſt quòd ſic, quãdo non eſt alius fructus venationis. l. venationem. ff. de vſur. l. item fundi. §. aucupationum. l. vſufructuarium. §. in viuarijs. ff. de vſufruct. veruntamen quando tales feræ beſtiæ venationes eſſent introcluſæ in aliquo parcu ſeu muro, aut cloenda inſula tunc talis vſusfructuarius deberet ponere tantundem de dictis beſtijs feris ſeu de dictis piſcibus in ſtanno. d. l. vſufructuariũ. §. in viuarijs. & ibi Ange. & Io. de Ana. in d. rubr. de cler. ven. & in c. fi. eo. tit.

ARGVMENTVM.

Animal ferũ ſi à venatore in alterius territorio capiatur, quid illius territorij dño præſtare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Venator qui in alterius territorio aprum cœpit, caput domino dare tenetur. De ceruo verò ſpatulam dextram.*
2 *Retia tẽdere in alieno territorio nõ niſi venia petita licere.*
3 *Venari in alieno fundo etiam cõtra domini prohibitionem licere.*
4 *Feræ beſtiæ nigræ quæ dicantur: quæ ruffæ.*
5 *Venatores ſi aliquam beſtiam emodauerant, eam perſequi etiam in fundo alieno poſſunt: quã ſi alius capiat, quid facere teneatur.*

Quæſtio CCCCCXXXIII.

QVAERITVR de iure domini quando capitur aliqua fera beſtia in territorio alicuius domini, & ſi ſit licitum tendere retia pro venatione in alieno territorio: & poſtquàm fera beſtia eſt emodata per venatores ſi poſſunt ſequi eorũ venationem beſtiarum nigrarum vel ruffarum: & ſi requiratur aliquod tempus ad expectandũ primum venatorem. Et in effectu tam de iure, quàm etiam
1 de conſuetudine, vt intelligo † pro iure domini eſt ſolitum aufferri caput apri ſeu ſanglaris vſque ad ſpatulas, & de ceruo ſpatula dextra & pro hoc facit quod voluit Baldus de pace conſtantiæ. ſuper verbo, libellariæ. & licèt nobiles poſſint venari cum canibus & auibus: iuxt. nota. per Andræam de Iſern. in c. j. §. nemo retia. de pac. conſt. etiam ſecundum libertatem patriæ, prout iam ſuprà dictum fuit: & faciunt not. per Ang. in l. diuus. ff. de ſerui. ruſt. præ
2 dio. † tamen non debent tendere retia ſeu alia inſtrumenta in alieno territorio niſi petita licentia à
3 domino loci ſeu eius officiariorũ: † licèt quis poſſit venari in fundo alieno etiam cõtra prohibitionem domini. §. feræ. inſtit. de rer. diuiſ. & d. l. diuus. & pleniùs fuit tactum ſuprà in pręcedentibus quęſtionibus, attamẽ tenetur actione iniuriarum. l. iniuria-
4 rum. §. ſi. ff. de iniu. † Et vocantur feræ beſtię nigrę vti aper, vrſus: beſtię verò ruffę, vti ceruus, bichia, & ſic de ſimilibus. Et quando aliquis nobilis reperitur in venatione ruſticorum eſt ſolitus accipere
5 ius domini. † Et ex quo aliqui nobiles, aut alij venatores emodauerũt aliquam beſtiam nigram vel ruffam poſſent illam ſequi etiam in alieno territorio: & ſi alius accipiat, poteſt illam occidere & dare ventrem, ſeu la curée canibus: tamẽ reſiduum tenetur ſeruare per xxiiij. horas ad ſciendũ ſi primus venator veniat, vt eidem ſeruetur, & maximè quando primus venator iam vulnerauit feram beſtiam. Veruntamen ſi alius accipiat efficitur occupãtis: quia multa accidere poſſunt, vt primus capere non poſſit. §. illud. inſt. de rer. diui. l. naturalem. §. illud. ff. de acquir. rer. domi. etiam ſi talis beſtia ſit poſita in laqueum primi. l. in laqueum. ff. de acqu. rer. dom. ſecundum glo. in d. l. naturalem. §. illud. & ibi refert quòd de lege lombardorum primus vulnerans ſeu emodans expectatur per ſpacium xxiiij. horarum, & poſteà accipitur efficientis. Et in talibus attenditur conſuetudo: ſecundum Cæpo. in tract. ſerui. ruſti. pręd. in rub. de occupa. De iſta materia venationis aliàs ſcripſi antequàm eſſem conſiliarius Delphi. in ij. volu. cauſarum arduarum. fol. ccccxij. vbi poſui octo quęſtiones cum certis apoſtillis ibidem deſcriptis à margine. habetur etiam per domin. Nico. Boër. ſuper conſuetudine ciuitatis Bituriceñ. & ſeptenæ. tit. de conſue. pręd. §. v. fo. cix. & ſeq.

ARGVMENTVM.

De erectione & tranſlatione loci religionis mendicantium.

SVMMARIVM.

1 *Capellam in aliena parœcia erigere non, niſi cum eccleſiæ baptiſmalis rectoris conſenſu, debere regulare.*
2 *Decurio ſiue curatus ſi ſacellum intra fines ſuæ parœciæ ædificet, quòd illius adminiſtratio ad ipſum curatum pertinebit.*
3 *Exempti in locis non exẽptis oratoria ſiue capellas cõſtruere non niſi cum diœceſani licentia, poſſunt.*
4 *§. Cæterùm. clem. quia contingit. de relig. domi. intellectus.*
5 *Fundatio religionis priuilegiata.*
6 *Religionis nouum ordinem creare ſolus Papa poteſt.*
7 *Mendicantibus noua loca habitationis gratia acquirere, antiqua alienare vel mutare non niſi cum Papæ licentia permiſſum: ſecus ſi non habitationis cauſa.*
8 *Domus ſi mendicantibus legetur, vendere tenentur, & de pretio alimenta parare.*
9 *Papa poteſt moderare reuocare derogare & in totum tollere priuilegium mendicantium.*
10 *C. j. de exceſ. prel. lib. 6. intellectus.*
11 *C. j. de exceſ. præla. lib. 6. diſpoſitio procedit in mulieribus religioſis ordinis mendicantium.*

In clauſula

12 *In clauſula derogatoria cōcedentis uoluntas attendi debet.*
13 *Priuilegijs in corpore iuris non inſertis clauſula generali derogatur etiam abſque alia ſpeciali mentione facta.*
14 *Mendicantibus pro cœnobij ampliatione acquirere etiam ſine licentia Papæ permiſſum.*
15 *Acquirere de nouo, quomodò intelligatur.*
16 *Mendicantibus ſine Papæ licentia ædificia quæſita poſt c. j. de exceſſ. prælato. inſtaurare & de loco ad locū transferre licitum.*
17 *Cœnobium neceßitate ſuggerente de loco ad locum transferri poteſt.*
18 *Pontifices ſummi largi ſunt ubi de cœnobij constructione tractatur.*
19 *Religioſis ad arctiorem regulam transferri uenia ſuperiori petita permiſſum.*
20 *Sepultura quando in mendicantium eccleſia eligitur quarta canonica parœciali eccleſiæ ſalua remanet.*
21 *Oblationes quæ religioſorum eccleſijs fiunt, religioni remanent.*

Quæſtio CCCCCXXXIIII.

QVAERITVR de tranſlatione loci religionis obſeruantiæ ordinis ſancti Franciſci, ſi poſsit in loco vicino transferri de licentia Papæ, & ſi poſsit fundari in aliena parœcia: & ſi valeat priuilegiū, vt non fondetur aliqua religio ſeu erigatur infrà limites parœciæ alicuius ſprioratus. & ſi requiratur ſpecialis clauſula derogatoria & nominatim talis priuilegij. Et in effectu † licèt regula-
1 riter non debeat erigi capella ſeu eccleſia in aliena parœcia ſine conſenſu rectoris eccleſiæ baptiſmalis. c. eccleſiæ. c. quęcūque. xvj. q. j. c. j. cū ibi not. per gl. fi. & Panormi. de no. ope. nunc. c. ad audiētiam / le j. de eccle. ædi. & facit gl. in c. eā te. de æta. & quali. vbi tenet, ꝙ † ſi curatus ædificet capellam infrà
2 eius parœciam, ꝙ efficitur ſub regimine eiuſdē rectorum. licèt ſecundum Panor. in d. c. ad audientiā. Illa gl. intelligitur quādo talis capella de nouo conſtructa eſſet vicina primę eccleſiæ. de quo ibi latiùs per ipſum & pro hoc etiā facit c. authoritate. de pri-
3 uile. lib. vj. vbi habetur † quòd exempti in locis nō exemptis. non poſſunt conſtruere oratoria vel cappellas ſine licentia diœceſanorū: quia requiritur licentia Epiſcopi, & ꝙ ponat primū lapidem in fundatione eccleſiæ. c. nemo. de cōſecra. diſt. j. c. nemo. & hoc ſine præiudicio eccleſiæ baptiſmalis. ſaltem magno. d. c. eccleſię. prout ſuprà dictū fuit facit etiā
4 clem. † quia cōtingit. §. cæterū. de reli. domi. vbi hoſpitalia habentia altare & cymiterium ab antiquo, quòd intelligitur ſine præiudicio parœcialis eccleſiæ. pro quo facit ius cōmune. c. ex trāſmiſſa. de pręſcript. c. ad decimas. de reſtit. ſpolia. lib. vj. niſi aliter conſuetudine caueretur: de quo per gl. & Docto. in d. clem. quia cōtingit. §. cæterū. ſed quia hìc agitur
5 de fundatione religionis, † quæ eſt multum priuilegiata: quia ſumma ratio dicitur, quæ pro religione facit l. ſunt perſonæ. ff. de reli. & ſumpt. fune. Et pro quibus iura fauent. c. minis. & c. ſequen. de exceſſu.
6 præla. † quia ad ſolum Papā ſpectat creare nouum ordinem ſeu religionē. c. j. de reli. domi. libr. vj. & §. ſanè. eo. c. vbi ad prædicatorū & minorum ordines verſatur euidens vtilitas eccleſiæ, ꝙ etiam in ordinibus heremitarum ſancti Auguſtini & Carmelitarum quorū inſtitutio præceſsit in ſuo ſtatu permaneat vt ibi habetur: & licèt dicti mendicantes in ciuitatibus, caſtris, villis aut alijs locis ad habitandū domos, vel loca de nouo ſuſcipiunt ſeu olim ſuſce-
7 pta dimittunt ſe transferētes ad alia: † & ideò prohibētur acquirere noua loca ad habitandū, vel antiqua alienare, vel mutare ſine ſpeciali licentia Papæ. c. j. de exceſſ. prælat. lib. vj. & quòd fiat ſpecialis mentio de hac cōſtitutione. vt ibi habetur: & ſecundum gl. ibidem ſuper verbo, ad habitandū: ſecus ſi acquirerent loca, aliâs quàm ad habitandum: quia benè poſſent acquirere ſine licentia Papæ. Nec obſtat dicere, ꝙ mendicantes non poſſent acquirere, cū nō debeant habere propriū: quia dicitur mēdicitas quibus victū tribuit incerta mēdicitas, & prohibētur habere redditus & poſſeſsiōes: ſecundū gl. in d. c. j. ſuper verbo, mēdicātes. c. j. de reli. dom. li. vj. §. cōfirmatos. Quia ad iſtud reſpondetur: ſecundū gl.
8 ibi ſuper verbo, dñi. † ꝙ ſi eis legetur domus, ꝙ benè poterit vēdi, & pretiū conuerti pro alimētis dictorum mēdicātium: quia tunc dicūtur viuere ex eleemoſinis. & vlteriùs dicit gl. ibidem, ꝙ mendicantes benè poterūt reficere veterē eccleſiam. c. Iudæi. & c. cōſuluit. de Iudæ. & licèt dicti mēdicantes per prius haberent priuilegia ante conſtitutionē dicti c. j. de exceſſ. præla. tamen ibi Papa derogat dictis priuile-
9 gijs, † cùm Papa poſsit derogare, reuocare, moderare & in totum tollere priuilegium: ſecundum gl. ibi ſuper verbo, ſuffragari. & inquantū ibi dicitur, ꝙ diuerſa ſcandala proueniebāt ex prædictis acquiſitionibus ad habitandū intelligitur ſecūdum Io. And. in nouella ibi: reſpectu clericorū & aliorum religioſorum quibus appropinquabant mendicātes: quia erant multi religioſi priuilegiati ne aſſertā menſuram ſeu infrà certos limites mēdicātes ſe appropinquarent & hoc ſequitur Petrus de Ancha. Gemin. Philip. Franc. & ſecundū Pet. de Ancha. Gemi. Philip. Franc. poſt Abbatē † d. c. j. Intelligitur de locis acquiſitis ad habitandum ante dictam conſtitutionem: ſecus de acquiſitis poſt iſtā decretalem: quia illa prohibitio ceſſat: quia prohibet illa conſtitutio admitti quæſita hactenùs nō quæſita poſt ipſam cōſtitutionē propter illam dictionē hactenùs, quæ in-
11 telligitur vſque nunc. & † pariter d. c. j. procedit in mulieribus religioſis ordinis mendicantium: ſecundum Doctor. ibi: quia maſculinū in hoc caſu cōcipit fœmininū: & pariter ad hoc vt derogetur d. c. j. Requiritur ſpecialis licētia ſedis apoſtolicæ, vt ibi habetur, & ꝙ fiat expreſſa mentio de dicta prohibitione: & ſecūdum glo. ibi ſuper verbo, mentionem. debet fieri ſpecialis mentio in reſcripto de iure communi, de quo ſe remittit ad nota. per Spec. in titu. de inſtru. edit. §. nunc autē. ver. & ſcias. de quo pleniùs per ipſum Io. And. in d. c. j. in nouella. vbi inter cæ-
12 tera dicit, † ꝙ in clauſula derogatoria debet attendi voluntas cōcedentis, & ob ideò quia faciliùs tollitur ius ſpeciale, quā commune. l. eius qui. ff. de teſta. milit. prout cōtingit in caſu iſto in licētia ſedis apoſtolicæ cōceſſa quibuſdam religioſis obſeruantię ordinis ſancti Franciſci ad certū locum vbi ſpecialiter derogatur. d. c. j. de exceſſ. præla. lib. vj. multò fortiùs cenſetur derogatū priuilegijs certorū religioſorū de non ſe appropinquādo propè mēdicantes infrà certos limites: † quia cēſetur derogatū talibus priuilegijs, ex quo nō ſunt inſerta in corpore iuris: quia tunc ſufficit clauſula derogatoria gene-

ralis:ſecundum Bart.in extrauaganti ad reprimendum.ſuper verbo,nõ obſtantibus. & per Bald.in l. humanũ.C.de legi.de hac materia etiã clauſulę derogatoriæ ſcripſi in alio volumine cauſarũ eccleſiaſticarũ in x.& xj.quæſtionibus.fol.ccccxc. cũ apoſtilis ibi deſcriptis. Et licèt mẽdicantes prohibeantur acquirere noua loca ad habitandũ,vel ſe tranſferendũ ſine ſpeciali licentia ſedis apoſtolicæ.d.c.j.
14 tamen † benè poſſunt acquirere pro ampliatione ſuarum conuentũ & eccleſiarũ: vt conſulit Oldra. conſil.clxxxviij.aliàs lxxxix.incip. Thema tale eſt. in conuentu heremitarũ ſancti Auguſtini cõtiguo ciuitati Caſtellæ prout etiam referũt Gemin. Phil. Frãc.in d c.j.& licèt antiquitùs eſſet permiſſum dictis mẽdicantibus ſe transferre ad honorabiliores ciuitates & villas,vbi religioſè & honeſtè cõmorari valeant.c.nimis praua.le.ij.de exceſſ.præla. verſi. ad hoc ne fratres,&c. Tamen hodie aliter immutatum eſt.per d c.j.de exceſſ.præla.lib.vj.& hodie trãſgreſſores incurrũt ſentẽtiam excõmunicatiõis ipſo
15 iure.clem.cupientes.in princ.de pœn. & † qualiter intelligatur de nouo acquiri ad habitãdum dicitur nouũ reſpectu principij:quia nunquã fuit.c.nõ autem.vij.q.j.c.quid per nouellæ.de verbo.ſign.ſecus autẽ quando ſemel fuit,& poſteà deſijt eſſe: ſecundum glo.in c.de mona.xvij.q.ij.quia nõ prohibentur loco deſtructa reficere:prout ſuprà dictum fuit: quia qui reficit,nõ dicitur ædificare de nouo.c.conſuluit.de Iudæ.& in c.iij.de iure patron.l.j.§.ſi quis
16 ædificiũ. ff. de ope.noui nunt.† & præſertim in caſu iſto in locis acquiſitis poſt d.c.j.de exceſſ. præla. lib.vj.quia in illis poteſt fieri mutatio de loco ad locũ etiã ſine licẽtia Papę.ſecũdum Lapũ & Abbatẽ. & fuit obſeruatũ Bononiæ ibi propè in quadã religione obſeruãtiæ ſuprà montem ſanctæ Mariæ. & hoc obtinuerũt à principio licentiã Papæ ibi ædificandi.& ex poſt facto:quia erat ventus frigidus & deliberauerũt mutare ab alia parte , & quòd licitè potuerunt mutare ſine noua licentia Papæ, vt referunt Geminianus & Philippus Francus in dict. capitu.j. & pro hoc etiam facit quòd voluit Lapus
17 allegatione lxviij. † vbi ex cauſa neceſsitatis poteſt fieri mutatio monaſterij ad alium locum : vt propter difficultatem loci , aut propter intemperiem aëris.cap.tribus.de conſecratio. diſtinction. j. & ibi gloſſ. Et prout referunt Ioannes Andræas in nouella. & Geminianus in dict.cap.j. Summi pontifices ſunt largi quando tractatur de noua religione conſtruenda:ſecùs ſi de mutanda facit capit.ſedes.de reſcriptis. Veruntamen in caſu iſto licèt fuerit obtẽta licẽtia Papę ſuper cõſtructiõe eccleſię religionis:tamen ex poſt facto etiã fuit obtẽta licẽtia ſuper mutatione & tranſlatione loci , & ex cauſa: quia ſecũdus locus eſt magis aptus & propè villam ſatis populatã. Verũtamen tales mendicantes benè poſſunt de licẽtia eorũ ſuperioris loca ad habitandum in aliquo loco vbi nõ ſit habitatio hominũ de propinquo pro tenẽdo vitam heremiticã ſeu ſolitariã.d.c.j.de exceſſ.præla.lib.vj.§.ſi.& licèt dicti mẽdicãtes nõ poſsint acquirere noua loca ad habitandum,aut ſe transferẽdum ſine ſpeciali licẽtia Papę per modũ vniuerſi : ſecus per modũ particularium:
19 quia † benè poſſunt religioſi transferri ad arctiorẽ regulã ſeu religionẽ petita licentia ſuperioris,licèt nõ obtẽta.c.licèt regula.ſecũdum Petr. de Anchar. in d.c.j.de hac materia tranſlatiõis loci religionis. aliàs ſcripſi antequã eſſem cõſiliarius Delphinalis in d.volu.cauſarũ eccleſiaſticarũ in quadam cauſa apoſtolica fratrũ minorũ conuẽtualiũ opidi Chamberiaci cõtra fratres obſeruãtiæ beatæ Marię Aegitianę ſuper mutatiõe loc. xxx.paſſuũ,& aliàs prout ibi pleniùs cõtinetur. Nam magis fauetur eccleſijs de nouo ædificãdis:ſecũdum Cepo.in tracta.ſeruit. vrba.prędio.titu.de ſepul.vbi ponit plura dicta notabilia de religiõe conſtruẽda.pro quo facit l. ſunt perſonę.ff.de reli.licèt etiã eccleſia parœcialis poſſit ſe opponere aduerſus cõſtructionẽ nouę eccleſię ſaltẽ quãdo pateretur magnũ damnũ.c.eccleſię. & c.quicũque.xvj.q.j.prout ſuprà dictũ fuit:tamen ex cauſa benè poteſt cõſtrui noua eccleſia de authoritate Epiſcopi.c.ad audientiã.le j.& c.tua. de eccleſ. ædifi.multò fortiùs de authoritate Papæ,qui poſſet etiã dare de iuribus vnius eccleſiæ.c.conſtitutus.de relig.domi.cũ ibi not.per gl.& doc.tamen mẽdicãtes nõ poſſunt ſe opponere,cũ nõ habeant populũ, nec parœciã,niſi haberẽt priuilegiũ infrà certos limites,& tunc in exitũ limitũ poſſet ædificari: ſecundum Frede.conſ.ccj.& ibi ponit de modo mẽſurandi. Et pręmiſſa faciũt pro hac quæſtiõe ſuper proceſſu ſupplicatiõis nuper diffinito in iſtis ſentẽtijs latis in curia parlamẽti Delphiñ.de anno Dñi 1518. die xxiij.mẽſis Decembris D. Aymari Albi prioris villæ Coſtæ ſancti Andreæ & eius cõuentus contra quoſdam religioſos obſeruãtiæ ſancti Frãciſci,qui volebãt de nouo ædificare eccleſiã de authoritate Papæ in quodã prato propè dictam villã , licèt per priùs incepiſſent cõſtruere eccleſiã in quodã villagio propè vigorẽ donationis factæ per dominũ Petrum Varciæ fundatorẽ,qui ibi eſt ſepultus:licèt habuerint licẽtiam Papæ mutãdi locũ. Et in effectu ratione incompetentiæ iudicis fuerunt dicti fratres abſoluti ab obſeruatione iudicij expenſis compẽſatis, & remiſſe partes iudici eccleſiaſtico cõpetẽti ſeruata forma pragmaticæ ſanctionis & cõcordatorũ:licèt dictus prior Coſtæ & eius religioſi prætenderent habere priuilegium apoſtolicũ de non ædificando aliam religionẽ ſeu eccleſiã infrà certos limites.de alia materia etiã ſcripſi in primo volumine cauſarũ mixtarũ ſuper cõſtructione cuiuſdã oratorij fundati ſuper portu Ruppis Gratioñ. per fratrem Antoniũ Ribardi priori ſiluæ benedictæ,ordinis Cartuſieñ. & de altari viatico ſeu portatili per xiiij. quę-
20 ſtiões,& inter cæteras.ſuper vj.q. Adde etiam † ꝙ quãdo eligitur ſepultura in eccleſia mẽdicantium, remanet ſalua quarta canonica eccleſiæ parœciali.
21 clem.dudũm.§.huiuſmodi.& §.verũ.de ſepul. † Itẽ quòd ad oblationes , licèt ſint de iure parocæ:tamen quando fiunt in eccleſijs religionũ remanent religioni:quia non habent parœciã, nec populum:ſecundum Panormitan. & Felin. in cap. dilectus. de officio ordinar. Adde etiam,quòd licèt dictus prior Coſtæ prætendat habere parœciam ſeu curam animarum ſolitam regi per vicariũ perpetuum : tamen non poteſt prætendere habere præiudicium in erectione dictæ nouæ religionis obſeruantiæ ratione iurium parœcialium funerandi iuris decimæ oblationum & ſimilium de quibus in cap. tranſmiſſæ. de præſcriptionibus. & in capitu. paſtoralis. de his

quæ fiunt à

quæ fiunt à præl.& in rub.de parroc.quia dicti fratres obſeruantię non percipiunt dicta iura etiam ſepulturæ, niſi electa,& etiam in tumulo maiorū nec miniſtrant ſacramenta eccleſię:iuxta clem. religioſi.de exceſ.prælat.

ARGVMENTVM.

Eccleſia ædificata in ſolo alieno, ſolo nō cædit:ſed ille cuius eſt ſolum iuſto pretio vendere tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Vendere rem propriam quem compelli nō debere regulare.*
2 *Solo quicquid inædificatur, ipſi ſolo cedit.*
3 *Rem ſuam uendere quandoquè quem cogi maximè utilitatis publicæ cauſa & eccleſiæ fauore.*
4 *Eccleſiæ ædificandæ maior fauor tribuitur quàm eccleſiæ ædificatæ.*
5 *Scholarum ædificandarum gratia rem quandoquè quis inuitus uendit.*
6 *Eccleſia an ratione emphyteuſeos ad manus capaces tranſportare teneatur.*
7 *Quid ſi emphyteuſis unius eccleſiæ ad aliam tranſeat.*

Quæſtio CCCCCXXXV.

QVAERITVR an in aliquo prędio ruſtico ſeu prato emphyteuticario quod moueatur de dominio directo alicuius nobilis, aut alterius perſonæ, an poſsit aſtringi ad recipiendū communem valorem ſeu æſtimationē dicti prati: & an iſto caſu ſolū ſeu fundus cedat ædificio, an verò econtrà eccleſia cogatur ad traſponendum dictum pratum emphyteuticariū infrà annū & diem. Dubium
1 facit: † quia regulariter quis non adſtringitur vendere vel emere rem propriam.l. nec emere.C.de iur.
2 delib.l.inuitum.C.de contr.empt. † Et pariter ædificium cedit ſolo, & non econtrà.l.ij.C.de rei vend. & ibi glo.quicquid plantatur ſeriturvel ædificatur
3 omne cedit ſolo. † Sed contrarium videtur in caſu iſto fauore eccleſię & ratione publicę vtilitatis.vbi quis adſtringitur ad vendēdum rem ſuam. l.item ſi verberatum.ff.de rei ven.& iſtud eſt ſpeciale, quòd ſolum cedit ædificio:ſecundum glo.in ca. apoſtolicos.xij.q.ij.de quo plenè per Alex.de Imol. in l.j.§. nunciatio.& §.item videamus.ff.de ope. nou. nun. & pro hoc facit l.ſi quis ſepulchrum.in princi.ff.de relig.& ſump.fun. vbi habetur, quòd quando quis non habet viam ſeu iter cauſa accedēdi ad eius ſepulchrum, poteſt aſtringi vicinus ad præſtandum iter per eius prædium mediante recompenſa: & iſta ratione quando religioſi in loco ſuo nō habent loca condendi, debent ei aſsignari fauore religionis, & vicinus cogitur vendere domum fauore publicę vtilitatis.l.ij.ff.de is qui ſunt ſui vel alie. iur. ſecundum Flori.in l.iij.§.locus. ff.de religio. & ſumpt.fune.Guli.de Cun.in l.decernimus.C.de epiſc.& cleric. Ang.in l.j.in fi.ff.ſolut.matr. pro quo facit cap. apoſtolicæ.de dona.& hoc tenet Cæpo.in tract. ſeruit.vrba.pręd. & nedū hoc procedit in eccleſia iam
4 ædificata, ſed etiam ædificanda: † quia magis fauetur eccleſijs de nouo ædificandis quàm iam conſtructis: quia de nouo conſtruenda religio magis viget.facit quod habetur in c.ſi.de reſcript. libr.vj. & cle.ſi.eod.titul. & nedum procedit in eccleſijs ædificandis: ſed etiam pro clauſtro, & pro domibus de nouo faciendis, aut agendis neceſſarijs pro monaſterio virorum & monialium eadē ratione, quod eſt ſingulariter tenendum: ſecundum Cæpol. in d. rubr.de ſepul.& ibi refert ita aliàs obtinuiſſe Vero
5 nę. Et † idem pro ſcholis fabricandis, vt quis cogatur vendere domum iuſto pretio: iuxta not.per glo.
6 & doctores in d.l.j.in fin.ff.ſolut.matrim. † Et licèt tale prędium in quo ædificatur eccleſia moueatur de directo dominio & emphyteuſi alterius, itaq; aliàs eccleſia poſſet compelli ad tranſponēdum ad manus capaces infra annum: arg. c.longinquitate. xij.q.ij.& c.imperialem.§.prætereà.le j. aliàs ſi quis infeudatus.de prohi.feud.alie.per Frede.iuxta not. per Spec.in titu.de loc.§.nunc aliqua.verſ.cxvij. & cliiij.cum ibi not.per Ioan. And.in add. & per glo. in l.fin.ſuper verbo, vetari.& Iaſ.C.de iur.emph.& per glo.& Doct.in c.potuit.de loca.& faciunt not. in c.in præſentia.de proba.& in auth.ingreſsi.C.de ſacroſ.eccl.quia eccleſia cenſetur de perſonis prohibitis ad emphyteuſim, cùm res eccleſiaſtica prohibeatur alienari, & dominus non poſſet percipere ſuum laudimium, nec alia iura directi dominij: vt notatur in iuribus ſuprà allegatis. & in l.ſi quis ita promiſerit.§.ea lege.ff.de verbo.obli. Veruntamen in caſu iſto, dicta iura non procederent, quando agitur de eccleſia ædificāda in aliquo fundo, vbi compellitur vendere iuſto pretio: prout ſuprà dictū fuit: & nūc diſtinguitur ſi talis fundus ſit allodialis vel de fundo alterius quando ædificatur eccleſia in aliquo ſolo, prout refert Cæpo.in dict.titu.de ſepul. & ita vidi obſeruari in hac ciuitate Gratianop.in domo quę quōdam fuit nobilis Petri Rolandi domini Argenſonis contigua conuentui monialium S. Clarę Gratioñ. quæ domus cum orto mouebatur de emphyteuſi, & dominio directo, vt fertur, dominorum capituli eccleſię beatę Marię Gratioñ.& vt premittitur, acceperunt recompenſam honeſtam: tamē me refero veritati. Et premiſſa faciūt ad quęſtionem ſuper dicto proceſſu diffinito dicti domini Prioris Coſtę, vbi interuenerat nobilis Gullielmus Albi, qui pretendebat quòd dictum pratum vbi dicti fratres de obſeruantia volebāt ædificare eorum eccleſiam mouebatur de directo dominio dicti Albi, & vt pretenditur, in certa parte de directo dominio dicti prioratus Coſtæ, ſub certo annuo cenſu, & fecerant examinari teſtes ſuper dicta identitate rei. veruntamen dicti fratres obſeruantiæ fuerunt abſoluti ab obſeruatione iudicij per modum per quem. Et quoad negotium principale partes fuerunt remiſſæ, coram iudice eccleſiaſtico competen
7 ti, prout dictum fuit in precedēti quęſtione. † Non obſtat pręmiſsis ſi opponatur quando emphyteuſis vnius eccleſię tranſit ad aliam eccleſiam, quòd iſto caſu eſt in electione primę eccleſię infra biennium retinere penſionem emphyteuſis: aut quòd dicta emphyteuſis tranſeat ad manus capaces: vt in authenti.de alienatione & emphyteuſi.§.j.verſicu. ſi verò contigerit. & ibi per Bartolū & Angelum. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd ibi non loquitur quando agitur de noua eccleſia religionis fundandæ, vbi quis aſtringitur alienare recepta debita æſtimatione.l.filiusfamil.§.ſi quis alicui. ff.de lega. j.ſecundum Cæpo.in tract.ſeruitut.prædi. ruſticor. vrban.titu.de ſepul.prout ſuprà dictum fuit: aut ſaltem deberet fieri recōpenſa in re immobili pro em-

phyteoſi eccleſiæ.de qua materia habetur per Specu.in tit.de loca.§.nunc aliqua. verſicu.cxvj.cxvij.cxx.cliij.& in tit.de ſtat.monach.ver.xlv.& per Iaſo.in l.fi.C.de iur.emphy.ſuper verbo, vetari. & ibi per Iaſo.& etiam in l.ij.eod.tit.extrà gloſſ.q.xvj.de quo ibi latiùs per ipſum, prout pleniùs etiam ſuprà fuit tactum.

ARGVMENTVM.

Crimen vſurarum cuius fori ſit, & an præuentioni ſit locus,& an præuẽtio per ſimplicem informationem facta cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecularis incidenter de uſura cognoſcere poteſt.*
2 *Vſuræ quando ſunt facti uel iuris.*
3 *Vſuræ crimen ſi per uiam principalis quæſtionis & animaduerſionis agitetur, cognitio cuius erit.*
4 *Clem.diſpendioſam.de iudic.declaratio.*
5 *Vſura mentalis.*
Symonia mentalis.
6 *Epiſcopus in eum quem de uſura ſuſpectum habet, inquirere poteſt, & pœnitentiam canonicam imponere.*
7 *Quid ſi notoriè de uſura conſtet.*
8 *Quid ſi ſit in actoris arbitrio corã quo iudice experiri uelit*
9 *Quando dubitatur de ſubſtantia contractus, an uſurarius ſit uel nè, iudex eccleſiaſticus cognoſcit.*
10 *Quid ſi dubitetur de facto.*
11 *C.poſt miſerabilem.de uſuris explicatio.*
12 *Pecunia pecuniam non parit.*
13 *Punitus de uſura per iudicem eccleſiaſticum, an etiam iudex ſecularis in eum animaduertere poterit.*
14 *Præuentio per ſimplicem informationem abſque citatione non inducitur.*
15 *Crimina quæ dicantur ciuilia, & quæ eccleſiaſtica.*

Quæſtio CCCCCXXXVI.

QVAERITVR an crimen vſurarium ſit merè eccleſiaſticum aut ciuile vel mixtũ:& an ſit locus præuentioni inter iudicem eccleſiaſticum & ſecularem: & ſi per ſumptionẽ informationum abſque citatione dicatur fieri præuentio talis delicti vſuræ. Et in effectu quia talis quæſtio eſt ardua & difficilis in iure; ideò referã opiniones: quia hîc agitur de crimine vſuræ per viam principalis quæſtionis,& correctionis delicti ſeu peccati: nam
1 vbi † ageretur per viam quæſtionis incidentis: vt quia coram iudice ſeculari exciperetur, & deduceretur exceptio vſuraria aduerſus inſtrumentum garentigię productum, vbi eſſet vltra ſummam ſortis alia ſumma dupli, aut alia, tunc de iure ciuili iudex ſecularis poſſet cognoſcere.l.quoties.C.de iudi.cũ ibi notatis: ſecus de iure canonico quando talis exceptio concernit articulum ſpiritualẽ, debet remitti iudici eccleſiaſtico: c.tuam.de ordi.cogn.c.lator.
2 qui fil.ſint leg.niſi diceretur † quãdo talis exceptio vſuræ eſſet meri facti: vt ſi vltra ſortem eſſet aliquid datum vel promiſſum: ſecundum Bar.in l. Titia.ff. ſolu.matrimo.& in l.omni nouatione. C.de ſacroſanct.eccle.& in d.l.quoties.C.de iudi.ſecus ſi eſſet quæſtio iuris: vt in iſtis venditionibus frumẽti quæ fiunt, ante tempus, & tunc debet recurri ad Epiſcopum: ſecũdum Bar.vbi ſuprà, de quo latiùs per doctores vbi ſuprà, ad quos me remitto. Sed redeundo
3 ad quæſitum: † quãdo agitur de crimine vſuræ per viam principalis quæſtionis & punitionis an pertineat ad iudicem eccleſiaſticum vel ſecularem? Et prima facie diceretur dicẽdum quòd pertineret ad iudicem eccleſiaſticum.cle.diſpendioſam.de iudic.
4 ibi ſuper matrimonijs, vel vſuris. † Et licèt ibi glo. ſuper verbo, vſuris.exemplificet quando vſurę repetuntur vel petitur compenſari: ſecus quando creditor petit debitum,& debitor excipit, quòd ſit vſurarium: quia tunc non ageretur ſummariè, licèt ibi referat opin. Vinc.& Lau.quæ placet Archi. xxiij.q. iiij.c.quid dicam.& Gof.de for.compe.c.cùm ſit.ꝙ vſuræ poſſunt peti contra laicum in foro ſeculari: decretalis tamen iſta, diſpendioſam: nõ haberet locum in illo foro ſeculari. Pet.de Anch.in d.clem. diſpendioſam.format quæſtionem quando coram iudice ſeculari excipitur quòd debitũ eſt vſurarium, an iudex ſecularis poterit cognoſcere: & ibi refert Io.de Lig.in c.tuam.de ordi. cogni.tenere quando eſt quęſtio de ſoluto:& ſic non prohibito, quòd tũc poſſet cognoſcere: ſecus ſi eſſet quæſtio, an id quod petitur, ſit vſura: quia tũc debet remitti ad iudicem eccleſiaſticum:& ibi etiam refert Bart.in d.l. Titia. & idem quando opponitur quæſtio matrimonij coram iudice ſeculari: prout ibi latiùs per ipſum. Cardi. Flor.in d.cle.diſpendioſam.in xxxj.q.& xxxiiij. q.quando agitur de vſuris in foro ſeculari, tenet,ꝙ quando agitur in foro ſeculari, licèt ibi referat glo. tenere, quòd non:& inde referat alias opiniones in contrarium, de quo ſe remittit ad notata per ipſum in repetitione c.in ciuitate.de vſuris.& in clem.j.de vſur.q.xviij.& in c.cùm ſit.de for.compe.nam in d. cle.j.de vſur.in d.xviij.q.refert Hugo.& Lau. in d. c. quid dicam. xiiij. q. iiij. an agatur de prohibito vel conceſſo. & ibi etiam refert quando partes confitentur cõtractum &c.de quo ibi latiùs per ipſum. de eadem materia habetur per eundem Cardi. in d. clem.j.de vſur.in §.ſanè.in xv.q.vbi quęrit quando vſuræ ſubiacent reſtitutioni, in quo foro repetãtur. & ibi diſtinguit de triplici vſura & de vſura mentali, quòd petuntur in foro animæ ſeu conſcientiæ.& idem tractat in eadem cle.j.in xxiiij.& xxv.q.vj.de
5 vſura † mentali & de ſymonia mentali & de ratione diuerſitatis inter vſuram mentalẽ & ſymoniam mentalem,& in xxvj.q.an ſoluens vſuram peccet. Io.de Imo.in d.cle.diſpendioſam.ſuper verbo, vſuris.tenet petitionis formam attendi debere: quia ſi concludatur cauſam vſurariam eſſe: tũc ſpectat ad iudicem eccleſiaſticũ & habet locum d. cle.diſpendioſam, ſecus ſi principaliter ſit, quæſtio de debito: licèt debitor dicat debitum eſſe vſurarium: quia tunc non habet locum dict. clemen. diſpendioſam. in modo procedendi. Ioann.de Imol. in dict.clem. diſpendioſam.ſuper verbo vſuris. refert opiniones, & tandem tenet quòd fortè ſeruaretur opinio glo. vt iudex eccleſiaſticus cognoſcat de vſura: quia ſufficiunt leuiores probatiões de iure canonico. Pan. in d.cle.diſpendioſam.ſe remittit ad no. per eum in c.cùm ſit generale.de foro compe.ſed idem Panor. in cap.ad noſtram.le ſecundo.de iureiurand.vbi videtur text.quòd etiam coram iudice ſeculari poteſt repeti vſura: ſed ibi reſpondet, quòd erat aſſertio ſeu narratio partis. & non Papę: veruntamen tenet quòd coram iudice eccleſiaſtico proceditur in peccato vſuræ ex officio quòd debet procedere ad pœniten-

pœnitentiam imponendam:quãdo habet aliquem
ſuſpectum de vſura.& pro hoc facit glo.in c. conſu
luit.de vſu.vbi pro mentali vſura quando quis mu
tuat abſque pactione,cum intentione tamẽ recipiẽ
di aliquod lucrum,quòd tunc tenentur in foro ani
mæ,glo.verò in ſumma xj.quæſti.j.vbi tenet,quòd
in crimine vſurarũ cognoſcit iudex eccleſiaſticus
glo.verò in c.ex literis.circa finem.de iur.iurand.te
net quòd cauſa vſurarum eſt ſpiritualis.gloſſ. verò
in c.cùm ſit generale.de for.competen.inter cætera
crimina eccleſiaſtica enumerat crimen vſurarum.
Hoſti.in ſumma.de vſur. tractat de materia vſuræ
per plures.§.& in fine qua pœna teneantur Goffr.
in ſumma de foro compe.verſicu. ſunt autem. tra-
ctat de cauſis ſpectantibus ad iudicem eccleſiaſti-
cum,& ibi exprimit de crimine vſurarum,quòd ſpe
ctet ad iudicẽ eccleſiaſticũ,pro quo allegat c. quia
in omnibus.& c.cùm tu.de vſur. deinde refert vnã
opinionem ꝙ clerici coram iudicibus eccleſiaſticis
conueniuntur. Deinde videtur tenere quòd crimen
vſurarum,ſecundum canones ſit crimen eccleſiaſti
cum.de quo ibi latiùs per ipſum Ioan. Andr.in d.c.
cùm ſit generale.refert Goffre.vbi ſupra Archid.in
c.quid dicam.xiiij.quæſtio.iiij.tenet quòd iudices
ſeculares &etiã eccleſiaſtici poſſunt cogere vſura-
rios ad reſtitutionem vſurarum,&quòd ſub iudice
ſeculari poſſunt vſuræ repeti, & ibi refert ſententiã
Lau.ꝙ clerici corã iudice eccleſiaſtico conueniãn-
6 tur, † licèt Epiſcopus quãdo habet aliquem ſuſpe-
ctum de vſura poſſet inquirere ad imponẽdam pœ
nitentiam canonicam,non ad vtilitatem alicuius,
niſi in conſequentiam:quia aliâs pœnitentia non
eſſet fructuoſa,niſi fieret reſtitutio.Card. Flor. in d.
c.cùm ſit generale.de for.compet. arguit ꝙ crimen
vſuræ non ſit eccleſiaſticum.& tandem licèt vſuræ
ſint dannatæ:tamen ſtrictè illud dicitur crimen ec-
cleſiaſticum.item dicitur largè crimẽ eccleſiaſticũ.
Veruntamen videtur tenere in effectu quando ver-
titur dubium an ſit crimẽ vſuræ vel non pertinet ad
iudicem eccleſiaſticum,aliâs autem vbi eſſet quæ-
ſtio an fuerit ſolutum vel non: tamen ſecundum ip
ſum communiter obſeruatur,ꝙ indiſtinctè cogno-
ſcit iudex eccleſiaſticus,ex eo quia rarò euenit quin
habeat de hoc diſcuti, an cõtractus ſit feneratitius
vel non. Idem Cardi. Flor.in c. in ciuitate.de vſur.
in iiij.queſtio.tenet quòd cõmuniter quando dubi
tatur an cõtractus ſit vſurarius ſpectat ad iudicem
eccleſiaſticum:ſed ſi agatur ad repetitionem poteſt
agi coram iudice ſeculari. Frede.de Sen. ſub rubri.
ve vſur.tractat plures quæſtiones. & inter cæteras
an ſufficiat vſurario remiſſio ſibi facta in foro con
ſciẽtiæ conſil.xviij.& xxij.& conſil.cclxxxvj.quan
do debitor trahit creditorem ſuper vſura coram iu-
dice eccleſiaſtico Antho. de Butri.in dict.c.cùm ſit
generale.de for.compe.primò recitat glo. in d.cle.
diſpẽdioſam.de iudi.ſupra relatam à princip. quod
pertinet ad iudicem eccleſiaſticũ.& ibi refert quan
do per ſtatutum iudicis ſecularis vſura punitur per
iudicem laicum: quãdoq; dubitatur de ſubſtantia
vſurę an ſit crimen vſurarium vel non,& tunc ſpe-
7 ctat ad iudicem eccleſiaſticum: † niſi notoriæ con-
ſtaret vſuram eſſe vel non eſſe: quia tunc poſſet co-
gnoſcere,& idem ſi dubitatur de ſoluto vel non ſo-
luto per viam queſtionis facti.de quo ibi latiùs per
ipſum.Glo.in c.ſi annum.de iudic.lib.vj.ſuper ver-
bo,infante.videtur tenere ꝙ cauſa vſurę ſit ſpiritua
lis. Io.de Imol.in d.c.cùm ſit generale.de for.com-
peten.primò allegat Ioan. And.in c.j.de vſur.libr.
vj.in nouella:vbi ponit opinionem Car.& Io. mo-
nach.& glo. in cleme.ij.de iudi.& pariter refert opi
nio. Archi.in d.cap.quid dicam.xiiij.quæſtion. iiij.
8 quòd † ſit electio actoris an velit repetere vſuram
in foro ſeculari vel eccleſiaſtico. & pariter refert o-
pinionem Bart.in dict.l. Titia.ff.ſolu. matrimo.an
agatur de vſura per modum quæſtionis facti vel iu
ris,& ambæ partes fatentur.&c. tamen communi-
ter ſeruatur glo.in dict. clemen. diſpendioſam. niſi
appareret aliter de conſuetudine:ſecundum Anth.
de Butri.quia eſſet ſeruanda. de quo ibi latiùs per
ipſum.Panor.in dict.c.cùm ſit generale.de for.com
peten.amplè tractat de iſta materia,&refert opinio
9 nes: † quia quando dubitatur de ſubſtantia con-
tractus,an ſit vſurarius vel ne:tunc ſolus iudex ec-
cleſiaſticus cognoſcit: quia hæc eſt determinatio
peccati.Si verò non dubitatur de viribus cõtractus
10 ſed † de facto,an ſit ſolutum vel non ſolutum:tunc
poteſt repeti coram iudice ſeculari. Petr.de Ancha.
in d.c. cùm ſit generale. ſe remittit ad not.per eum
in cap.tuam.de ordi.cogni. Felyn.in dict.c.cùm ſit
generale.de foro compet.refert tres opiniones.Pri-
ma,quòd quæſtio vſuræ eſt ſemper eccleſiaſtica:ſe-
cundum Bald.in l.quoties.C.de iudic.Secunda opi
nio quòd ſit cauſa mixta:ſecundum Salic. in l. eos.
§.fi.C.de vſur. Tertia opinio, quòd cauſa vſuræ eſt
ſolùm mixta per modum quęſtionis facti prout ſu-
11 pra dictum fuit.Nec obſtat† c.poſt miſerabilem.de
vſur.vbi poſſunt adhiri principes & poteſtates ſecu
lares contra vſurarios ſuper vſura: quia ſecundum
Feli.in dict.c.cùm ſit generale.in dict.cap. cùm mi-
ſerabilem.aditur iudex ſecularis in ſubſidium, vel
ſecundum Panor.in dict.c. poſt miſerabilem. licèt
ſit ibi tex.ſingularis & apertus quòd coram iudice
ſeculari poſſunt repeti vſuræ, & poſſunt cogi tàm
Iudæi quàm Chriſtiani ad remiſſionem vſurarum:
quia tale delictum eſt mixti fori, vt poſſit fieri repe
titio vſurarum,tàm in foro ſeculari quàm eccleſia-
ſtico.& hoc verùm:niſi dubitaretur de qualitate cõ
tractus,an ſit vſurarius vel ne:quia tunc pertineret
cognitio ad iudicem eccleſiaſticum:vnde Felin. in
dict.cap.cùm ſit generale ponit ſeptem declaratio-
nes,& in ſexta,quòd inquiſitor non ſe intromittit
de vſura iudicialiter niſi reſpectu fori pœnitẽtialis.
cap.accuſatus.§.de quæſtionibus.de hæreti. lib.vj.
& pariter in ſeptima declaratione tractat an poſſit
compromitti de vſura in laicum tanquàm in arbi-
tratorem. Ioan. Andr.in cap.j.de vſur.libr. vj.in no
uella tractat iſtum articulum an crimen vſurarum
ſit eccleſiaſticum:& ibi allegat Ioan. Mona. ſuper
rub.ꝙ crimẽ vſurarum nõ eſt eccleſiaſticũ:quia eſt
ſpecies furti, & rapinæ. cap.ſi quis vſuram.xiiij.q.
iiij.facit l.cùm improbum.C.ex quib cauſ. infa. &
etiam contrarium allegat,in d.c. cùm ſit generale.
12 & deinde ſoluit:quia † pecunia non parit pecuniã,
quia eſſet contra naturam rei,de quo ibi latiùs per
13 ipſum.deinde quærit an punitus de vſura per iudi-
cem eccleſiaſticum poſſit poſtea puniri per iudicẽ
ſecularem: & allegat quòd ſic. per c. fœlicis.depoſ.
lib.vj.ſaltem in eo quod excedit.l.j.ff. vi bo.rap.ſed

quomodò pugnet,ſi non eſt de fora ſuo Solutio poteſt dici de foro ſuo eo modo quo dicuntur vſuræ prohibitę vtroque iure.de quo ibi latius per ipſum. faciunt not.per Bald.in l.cunctos populos.circa finem.C.de ſumma trini.& in l.placet.C.de ſacr.ſan. eccleſi. Ioan.de Anan.in d.ca. poſt miſerabilem.de vſur.amplè tractat iſtam materiam an crimē vſurarum ſit mixti fori,vt poſsit vterq; iudex tàm ſecularis quàm eccleſiaſticus cognoſcere,& quando fuit punitus per iudicem eccleſiaſticum,an poſsit puniri per iudicem ſecularem.de quo ſuprà fuit tactum & ibi refert plures opiniones d. Alexan.de Imol.in dict.l. Titiã.ff.ſolu.matrimo.vbi ponit plures limitatiões,vt iudex ſpiritualis poſsit cognoſcere de articulo ſpirituali ſeu de vſura:& per Iaſ.in d.l.quoties.C.de iudi.vbi latiùs videre poterit. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem de quadam cauſa vertéte coram curia inter officiarios curiæ officialatus Grationop.contra officiarios curiæ Grayſinod. cótra nobilem Philippum de Moreſtello loci Iarriæ ſuper cauſa vſuraria:quia quidē clericus curiæ officialatus vocatus Gironeci accepit informationes ſuper quibuſdam contractibus mutui & venditionis bladórum inibitis per dictũ de Moreſtello, qui prætenduntur ſapere vſuram ratione retardationis ſolutionis ſeu tradendo ad credentiã quòd venderetur carius:iuxta not.in cap.cõſuluit:& cap.in tri-
14 nitate.de vſur. † licèt per talem actum præparatorium ſumptionis informationum non dicatur fieri præuentio ante citationem:iuxta nota.per Bald.in l.vnic.C.de confeſ.in vij.coll.& per Ange. in l.j.C. de iudic.in repeti.Et officiarij curiæ Grayſinodani reperiũtur præmiſſæ in citatione,& aliàs prout plenius apparet actio dictæ cauſę in manibus magiſtri Ioãnis Chapuyſij ſecretarij cauſę.aliter ad præſens non declaro:quia adhuc pendet ad ordinandum in cauſa.Et quod id ſcribo,hóc facio cauſa veritatis melius agnoſcendæ:& vt ſecurius opinari valeam quando tempus fuerit.Bal.in authen.clericus. poſt glo.C.de epiſcop.& cleric.refert Archid. tenere,ꝙ non omnis cauſa ratione peccati pertinet ad iudicem eccleſiaſticum:ſed ita demùm ſi crimē eſſet ec-
15 cleſiaſticum. & ibi ponit † quòd crimen ciuile dicitur homicidium,falſum adulterium & ſimilia . ſed eccleſiaſticum dicitur de articulis fidei,vel de ſymonia quando agitur ad pœnam excommunicationis & cenſuræ eccleſiaſticę & ibi etiam tractat de adulterio & periuro.& qualiter cognoſcitur crimē eccleſiaſticum vel ciuile ex genere pœnæ, de quo ibi per Alber.& ibi Paul.de Caſtr. qui etiam facit mentionem de crimine vſurarum,& certis alijs delictis eccleſiaſticis.

ARGVMEMTVM.

Reſtitutus per principem an ad bona & bonorum fructus reſtitutus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti medio tempore an reſtituto reſtituendi ſint per tot.*
2 *Reſtitutio reſtituit quod deportatio abſtulit.*
3 *Excommunicatus iniuſtè fructus recuperat.*
4 *Reſtitutio quid. & nume.8.*
5 *Reſtitutio unius ius alteri quæſitum non tollit.*
6 *Reſtitutio facta per principem ad bona alienata non trahitur,nec ad fructus non alienatos.*
7 *Reſtitutio plenum ſignificatum habet.*

Quæſtio CCCCCXXXVII.

QVAERITVR quando mandatur per literas patentes principis reſtitui alicui bona reducta ſub manu Delphinali quæ fuerant reunita domanio Delphinali rem ad priſtinum ſtatum reducendo,an intelligatur etiã quò ad fructus prius perceptos medio tempore vt debeat fieri reſtitutio etiam fructuũ. Dubium facit propter authen. idem eſt de neſtorianis.C.de hæreti.& originaliter in authen.vt cùm de appella.cogno.colla.viij.vbi habe-
1 tur, † quòd quando filij aliqui ſunt infideles,ita ꝙ portio eorum applicatur alijs ortodoxis, ſi fuerint conuerſi ad fidem:tunc fit reſtitutio abſq; ratione fructuum & adminiſtrationis:ſed ſolùm fit reſtitutio quò ad proprietatem. vnde ſecundum Albe.in dict.authen.idem facit ad queſtionem bãniti cuius bona erant publicata : deinde beneficio pacis : aut aliàs cum reſtitutione bonorum quod debent reſtitui quoad proprietaté,talia bona qualia ſunt abſq; redditione fructuum. de quo ſe remittit ad nota.in l.ſi.verſicu:quē ſi comperta.C. de ſenten. paſſ. quia
2 quid † deportatio abſtulit,reſtitutio reſtituit.Salic. verò in dict.authen.idem not.quòd fructus non recuperãt:quod facit vt banniti reſtituti non poſſunt petere fructus bonorum,nec redditionem rationis: & hoc verum niſi iniuſtè fuiſſet bannitus: quia tunc
3 recuperaret fructus:ſicuti † quando quis eſſet iniuſtè excommunicatus qui recuperat fructus: ſecundum glo.in cap.paſtoralis.de appella.in glo.ſi. vbi tenet,quòd abſolutus ab excommunicatione, recuperat fructus perceptos medio tempore *quãdo fuiſſet* iniuſtè excommunicatus.& pro *hoc facit l.*penul.ff.de re mili.de hac materia etiam habetur per glo.& doct.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de libe.& poſthu.vnde glo.ibidem format queſtionem quando filius emancipatus readoptatur,an noceat nepoti:vel quando filius deportatus reſtituitur viuente patre,quòd nocet nepoti:ſecus ſi poſt mortem per iura ibi allegata.vnde ſecundum Bart. ibidem reſtitutio deportati facta in vita aui nocet nepoti:
4 quia † reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio. l.quòd ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mino.& ibi refert quando fit reſtitutio in integrum à principe , quòd ſi bona fuerint alienata non præiudicat tertio de quo ibi latiùs per ipſum Ange. in dict.§. ſi quis de parentibus.in authen.vt cùm de appalla. cogn.colla.viij.tenet quòd per reſtitutionē in integrum bonorum obtentam à principe non debet reddi ratio fructuum,ſed ſolùm intelligitur quò ad proprieta-
5 tem.Bald.in dict.§.& quid ſi tantùm.nota. † quòd reſtitutio vnius nó tollit ius quęſitum alteri : & ibi ex hoc format quatuor quæſtiones.Prima quando bona relegati fuerunt confiſcata,& interim fiſcus alienauit vnum caſtrum:& deinde reſtituitur relegatus, licèt ibi faciat aliqualem modificationem quando nouo facto poſt deportationem vel relegationem ſit alij ius quęſitum, vt per donationem militi factam:ſecus ſi immediatè per ipſam damnatur nullo nouo facto interueniente : quia ex quo tunc omnia ſunt integra,ea recuperat.argumen.l.ſi patronus.ff.de iure patrona.ſecundum Syn.& ex hoc infertur

infertur ad ſecundã quæſtionẽ quãdo ſtatuto caue tur, ꝙ occiſores bãniantur, & pars bonorũ detur, & alia pars applicetur cameræ, ꝙ ſi princeps reſtituat occiſores, quòd nõ reſtituuntur bona applicata hæredibus occiſi: & idem in iij. quæſtione ibi formata in iiij. quæſtione tractat quando ſpurius eſt legitimatus, an præiudicet annalis, & an retro trahitur? & tenet ꝙ nõ, niſi eſſet legitimatus viuo patre, vel ꝙ pater ordinaſſet in teſtamẽto: & ibi in effectu tenet Bart. ibi: & plus tenet quando ſpurius eſſet legitimatus poſt mortẽ patris, quòd princeps poſſet legitimare non requiſitis annatis. allegat l. ij. ff. de natalib. reſtituen. Angelus. in dict. §. & quid ſi tãtùm.
6 circa finem, ꝙ † reſtitutio facta per principem nunquàm trahitur ad bona alienata, nec etiam ad fructus non alienatos. per dict. authentic. idem eſt. C. de hæreti. vbi eſt text. ſingul. & ideò dat conſilium, quòd reſtitutio principis fiat in ampla forma vti ꝙ dicatur, quòd ſint reſtituti etiam ad bona alienata per quaſcunque manus perueniſſent: & ibi etiã tractat de legitimatione. Paulus de Caſtro in dict. §. & quid ſi tantùm. in d. l. Gallus. ff. de libe. & poſth. ꝙ ſi reſtitutio in integrum principis ad bona, non tollit ius quæſitum alteri perfectè: ſecus ſi non erat perfectè quæſitum. Et ibi etiam tractat de legitimato. Ioã. de Imol. in d. §. & quid ſi tantùm. in effectu tenet, quòd talis reſtitutio nõ præiudicat tertiò. in dict. §. & quid ſi tantũ. circa fin. tractat de hac materia & in effectu tenet, quòd talis reſtitutio nõ præiudicat iuri quæſito maximè quando eſt apprehenſa poſſeſsio per hæredes occiſi: & hoc verũ niſi in reſcripto principis derogaretur tali confiſcationi, & ꝙ nihil poſsit opponi aduerſus confiſcationẽ: quia tunc traheretur ad bona alienata per fiſcum: iuxta nota. per Cardina. & Ioan. de Imol. in c. quia intelligẽtia. de elect. Veruntamen nullo caſu reſtitutus recuperat fructus de bonis non alienatis. Iaſon in dict. §. & quid ſi tantùm. tenet contra communem opinionem videlicet, ꝙ quando quis per beneficiũ principis reſtituitur ad eius bona, ꝙ etiam debent ei reſtitui fructus. per l. videamus. §. in fauiana. ff. de vſu. vbi etiã reſtituentur fructus. & pro hoc allegat Bald. in rubri. C. de fruc. & lit. expẽ. quia licèt in ſententia debeat fieri mẽtio de fructibus: tamen ſi iudex condemnauit aliquẽ ad reſtitutionem alicuius prædij, ꝙ etiam veniũt fructus: quia illud ver
7 bum † reſtituo, habet plenũ ſignificatũ. Dominus Nellus in ſuo tracta. bannitorũ in iij. parte temporis in vj. quæſtio. quærit an bannitus reſtitutus non recuperat bona alienata per fiſcum: quia non debet inquietari poſt talem alienationẽ. l. benè à Zenone. C. de quadri. præſcri. l. ſed & ſi. §. item ſi rem. ff. de peti. hæred. & pro hoc alleg. glo. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. Veruntamen poterit recuperare pretium bonorũ alienatorum à fiſco, cùm ipſe effectus fuerit locupletior, licèt idem Nell. videatur ibi tenere cõtrarium. Et vlteriùs in vij. quæſtio. ꝙ talis reſtitutio ſe extẽdat etiam ad fructus: quia talis re-
8 ſtitutio ad bona † dicitur repoſitio ad priſtinũ ſtatum. Nec obſtat dict. auth. Idem. C. de hæreti. quia loquitur in noua conceſsione & diſpoſitione limitata: & ideò concludit quando ſuperior reſtituit in priſtinum ſtatum, quòd tunc veniunt fructus. Bar. in l. in dict. l. fin. C. de ſent. paſſ. tractat quæſtionem quando deportatus eſt reſtitutus per principem, an recuperet bona alienata, & tenet quòd non: quia non poteſt inquietari, ſed poteſt recuperari à fiſco per d. l. benè à Zenone. C. de quadrian. præſcript. & d. l. ſed & ſi lege. §. Item ſi rem. ff. de peti. hæredi. & ibi etiam quærit quãdo iſti banniti rebannientur, an habeat vim ſimplicis indulgentiæ, vel reſtitutionis de quo ibi latiùs per ipſum. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper quadam cauſa ardua interinationis certorũ reſcriptorum reſtitutionis certorũ caſtrorũ vbi pars impetrans petit etiam reſtitui fructus interim perceptos petendo etiam reddi computum & reliqua de emolumento iuriſdictionis & ſigillorũ per grapharios, qui tenuerunt. aliter ad præſens non declaro: quia nondum fuit lata ordinatio per curiam: ſed hìc ſcripſi vt ſecuriùs opinari valeã loco & tempore opportunis.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſores nouatione voluntaria aut delegatione interueniente debitoris ſtipulatione liberantur.

SVMMARIVM.

1 *Nouatione uoluntaria pignora liberantur.*
2 *Nouatio uoluntaria & extraiudicialis non niſi expreſſè dicatur fieri poteſt.*
3 *Nouatio exceptionis ope locum habet.*
4 *Obligatione principali ſublata, tollitur & acceſſoria fideiuſſorum.*
5 *Pactum liberatorium uim principalis, fideiuſſori prodeſt.*

Quæſtio CCCCCXXXVIII.

QVAERITVR an per nouationem voluntariam ſeu delegationem debitoris ſtipulatione interueniente liberẽtur fideiuſſores, etiam ſi creditor proteſtatus fuerit citra innouationem & præiudicium priorũ fideiuſſorum qui pro tunc erãt abſentes. Et videretur dicendum, ꝙ tales fideiuſſores ſint liberati. l. nouatione. C. de fideiuſſ. vbi videtur caſus in hac materia: quia dicti fideiuſſores non ſe obligauerunt in ſequenti obligatione & ſic non habet obſtare. l. j. C. etiã ob Chirogra. pignus tene.
1 vbi per † nouationem voluntariam liberantur pignora, niſi repetantur de conſenſu partium. Sed in caſu iſto in ſecunda obligatione dicti fideiuſſores
2 erant abſentes, &c. Nec obſtat dicere, † quòd hodie nõ fit nouatio voluntaria & extraiudicialis niſi expreſsè dicatur. l. fi. C. de noua. inſti. qui. mod. tollit. obli. §. præterea. & §. ſed cùm hoc. quia licèt antiquitùs ex interuentu nouæ perſonæ, aut quãdo adijciebatur plus in ſecunda obligatione tacitè fiebat nouatio: tamen hodie requiritur, quòd expreſsè di-
3 catur. Quia ad iſtud reſpondetur, † quòd ſaltẽ ope exceptionis habebit locũ nouatio: ſecundum gl. in d. l. fin. Et per glo. & Bart. & cæteros. In l. Valerianus. ff. de præto. ſtipulatio. Præter eã hìc non agitur de ſimplici nouatione, ſed de delegatione debitoris de conſenſu creditoris, quo caſu liberatur primus debitor. l. delegare. la j. ff. de nouatio. & hoc ibi tenẽt Bart. ꝙ tollatur primitiua obligatio ipſo iure. & Ange. Pau. de Caſtr. & Ioan. de Imol. & præſertim quando delegatio debitoris fit de conſenſu creditoris & interueniente ſtipulatione, quæ in dubio

præſumitur interuenire in ſcriptura quando partes
promittunt.§.fi.inſtitu.de fideiuſſ.l.ſciendum.ff.de
4 verb.oblig.l.j.C. de vſu. cũ ſimilibus. † Et ex quo
eſt ſublata ipſo iure principalis obligatio : neceſſa-
rio ſequitur quòd obligatio acceſſoria fideiuſſorũ
eſt ipſo iure ſublata:quia non poteſt ſtare ſine prin-
cipali obligatione. l. cùm principalis. & l.nihil.§.j.
ff.de regul.iur.facit §.fideiuſſo.& §.fideiuſſores.in-
ſtit.de fideiuſſ. vbi non poteſt in plus obligari fi-
deiuſſor quàm principal.s:vt ibi habetur:nec pari-
ter poteſt fideiuſſor obligari in duriorem cauſam.l.
5 græcè.§.illud.ff.de fideiuſſ. † &pactũ liberatorium
principalis prodeſt fideiuſſori.l.fi.ff.de fideiuſſo. &
exceptio competens reo competit fideiuſſori, maxi
mè quando cohæret rei.l.exceptiones.ff. de except.
l.tam mandatori.cum ibi nota. C. de non numera.
pecu.& ex quo pactum principalis prodeſt fideiuſ-
ſori:non poteſt ex poſt facto tolli per debitorẽ prin
cipalem.l.fi.ff.de pac.nec valet reſeruatio facta per
creditorem citra innouationem fideiuſſorum , q ui
erant abſentes & non conſentierunt,nec ſe obliga-
uerunt.dict.l.nouatione.C.de fideiuſſ.

ARGVMENTVM.

Prorogatione termini debitori facta an & quando
fideiuſſor liberatur.Et an intelligatur facta cũ om
nibus ſuis qualitatibus & acceſſorijs.

SVMMARIVM.

1 *Termini prorogatione facta dobitori fideiuſſor liberatur,*
niſi de nouo conſentierit.& nu.2.5.7.& 9.
3 *Termini prorogatio cum ſuis qualitatibus & acceſſorijs,*
an & quando facta uideatur:& de quibus intelligatur.
nu.6.10.& 11.
6 *Conductor quãdo poſt tempus in prædio ruſtico remanet,*
quòd conductio tacitè renouata cenſeatur.
8 *Pœna ſublata an & quando conuentione ſuſcitari poßit.*

Quæſtio CCCCCXXXIX.

QVAERITVR quando creditor proro-
gat debitori terminum abſente fideiuſſore:
an liberetur fideiuſſor.Et videretur dicẽdum ꝙ ſic,
ſicuti in nouatiõe dicitur.l.nouatiõe.C.de fideiuſſ.
pro quo facit l.fin.ff.de pact. vnde Spec. in tit.defi-
deiuſſ.§.j.ver.hic quæritur.tenet ꝙ † fifideiuſſor li
beretur, niſi de nouo fideiuſſor cõſentierit.alleg.l.
Labeo.ff.de arbit.l.Itẽ quęritur. §. qui impleto. ff.
loca.& l.ſi cũ Hermes.C.locat.& Goffre.in c.cõſti
tutus.de fideiuſſ.Io.And.in addi.ad Specu.defide-
iuſſ.in illo verſ. illud autẽ. Inducit hanc quæſtionẽ
de fideiuſſoribus cuſtodum caſtri deputatorũ pro
tribus menſibus qui manſerunt poſt terminũ finitũ
in caſtro:& deindè deſeruerunt caſtrũ,quòd fideiuſ
ſores non tenentur per iura ibi allegata & præſer-
tim per l.nouatione.C.de fideiuſſ.vbi liberantur fi-
deiuſſores,niſi de nouo ſe obligauerũt.& ibi reſpõ-
det ad cõtraria,deindè refert aliam opinionẽ faciẽ-
do differentiã an ſolutio ſit collata in diem,& tunc
fideiuſſor tenetur lapſo die:ſecus ſi obligatio ſit col
lata in diem,vel etiã diſtinguit quòd fideiuſſor te-
netur de præterito , & aliâs prout ibi pleniùs per ip
ſum Hoſtien.in c.fina. de fideiuſſ. format quæſtio-
2 nem † quando creditor prorogauit terminũ fideiuſ
ſore ignorante.quòd tunc fideiuſſor liberetur.per l.
fi.ff.de pact.l. Labeo.§.fi.ff.de arbi.Sed cõtra facit
l.fideiuſſor.&l.ſi debitori.&l.ſi quis pro eo.§.ſi nũ-
mos.ff.de fideiuſ.& l.ſed ſi manente.ff.de pręcario.
vnde diſtinguit quando fideiuſſor fideiubet in om
nem cauſam,tunc etiam tenetur poſt terminũ : ſe-
cus ſi fideiuſſor ſe obligauit vſque ad certũ tempus
tantùm:quia non tenetur poſt terminum.l. valeria
nus.ff.de præto.ſtip.d.l.ſi cũ Hermes.C.loca.Dein
dè ſe remittit ad nota.per eum in c.prætereà.le ij.de
appella.& ibi etiam format quæſtionẽ,quando cre
ditor qui obtinuit ſententiam contra debitorem de
ſoluendo infrà certùm terminũ ſub pœna excom-
municationis,qui non appellauit, & creditor pro-
rogauit terminum,quòd non incurrit excõmunica
tionẽ:quia non eſt contumax: ſed ſi nõ ſoluat infra
terminum prorogatum,incurrit excommunicatio-
3 nem: † quia terminus videtur prorogatus cum ſuis
acceſſorijs.l.ij.j.reſpon.ff.ſi quis cauti.& ff.de arbi.
l.Celſus.& c.de cauſis.de offic.deleg.licèt Inno.te-
neat contrarium,niſi iudex qui tulit ſententiã con-
ſentiat huic prorogationi.Et licèt terminus cenſea
tur prorogatus cũ ſuis acceſſorijs eſt intelligẽdum
4 ſecundum ipſum Hoſtien. † de acceſſorijs quę ex
parte partium pendent,vt iuramentũ,pignora pro-
pria pœna promiſſa & ſimilia:ſecus de illis quæ nõ
pẽdent ab eis,ſed ab alijs ſicut ſunt fideiuſſores da-
ti & res alienæ obligatæ : illa enim nunquã proro-
gantur,niſi idem fideiuſſores & domini pignorum
iterum de nouo conſentiant.l. Labeo.§.pen.&§.fi.
ff.de arbitr.& l.ſi cũ Hermes.C.loca.legẽ. ff.quæ
met.cau.de quo ibi pleniùs per ipſum Io. And.in c.
conſtitutus. de fideiuſſ. format etiam quæſtionem
quãdo creditor prorogat debitori fideiuſſore igno-
rante an liberetur fideiuſſor : quia ſi *fideiuſſerit* in
omnem cauſam tunc tenetur etiam *poſt terminũ*:
ſecus ſi expreſsit,ꝙ volebat tantùm obligari vſque
ad certum tẽpus.de quo ſe remittit ad nota.per eum
in d c.prætereà.le ij.de appell.vbi tenet, per ſimilia
verba ſicuti Hoſtien.in d.c.prætereà. Anto.de But.
5 in d.c.conſtitutus.de fideiuſſ.tenet † quòd fideiuſ-
ſor poſt terminum prorogatum non tenetur,niſi fi-
deiuſſor conſentierit.per iura ibi allegat.Panorm.
in d.c.conſtitutus.de fideiuſſ.in fine format quæ-
ſtionem & ibi videtur tenere, quòd poſt terminum
prorogatum nõ teneatur fideiuſſor:per dict.l. item
quæritur.§.qui impleto.ff.locati. deindè diſtinguit
poſt Hoſtien.& cõmuniter Doctores quòd aut fi-
deiuſſor obligauit ſe ad tempus:puta ad annum,&
non tenetur poſt tempus,quandoquè obligatio eſt
pura ſed ſolutio differtur ad certũ tempus , & tunc
remanet fideiuſſor obligatus , etiã in termino pro-
rogato eo ignorante:& eſt ratio iſto caſu:quia non
facta prorogatiõe temporis tenetur fideiuſſor poſt
tempus ſicut & reus principalis.c.cũ dilecti. de do-
lo & contuma.l.Celſus.ff.de arbi. & hæc diſtinctio
ſibi placet Bar. In l. Lucius.la ij.§.Paulus.ff. de ad-
miniſtr.tutor.vbi habetur,ꝙ fideiuſſor tutoris non
tenetur ad quę geſsit tutor ſpõtè poſt pubertatem:
quod facit ad quæſtionem de illo qui aſſumpſit cu
ſtodiam caſtri vſque ad ſex menſes,&dedit fideiuſ-
ſores,quòd ſi finitis ſex menſibus remanſit in cuſto
dia & caſtrum perdatur, quòd fideiuſſores non te-
nẽtur & ita refert tenere Iaco.de Are.& quod quę-
ſtio accidit de facto Veronę,&idem tenet Dyn.per
dict.l.& l.ij.§.penulti. & final.ff. de adminiſtratio.
rer.ad

rer. ad ciuita. pertinentium. & l. j. § belliſsimè. ff. vt leg. nomi. ca. & hoc verū quando cuſtodes promiſerunt ſeruare & cuſtodire caſtrū per illud tempus: ſecus ſi promiſerūt dictum caſtrum reſtituere: quia tunc non reſtituerunt, quia fideiuſſores adhuc tenentur: ſecundum Dyn. & quòd iſta queſtio fuit de facto Florentię de quo etiam idem Barto. ſe remittit ad notata per eum in l. item quæritur. §. qui im-
6 pleto. ff. loca. † vbi quando conductor remanet in prædio ruſtico poſt tempus finitum, tunc cenſetur renouata conductio infra annum, & durat pignoris obligatio eiuſdem, & hoc verum, quando domino ſciente: ſecus ſi ignorante: quia durant priora pignora: ſecus ſi ſint pignora alterius. Bald. in dict. l. ſi cùm Hermes. C. notat quòd prorogatio non operatur niſi inter prorogantes, & quòd non præiudicat fideiuſſoribus: & ideò fideiuſſor, qui fideiubet pro poteſtate finito aut reformato in officio nō tenetur, & ibi quærit vtrum fideiuſſor teneatur finito tempore, & tenet quòd ſic de tēpore pro quo fideiuſsit, non de tempore de quo non fideiuſsit: quia tēpus non ponitur inter cauſas, ſed inter menſuras. Salic. in dict. l. ſi cùm Hermes. notat quòd fideiubēs pro obligato ad tēpus non tenetur poſteà, niſi iteratò conſentiat. & idem in effectu notat ibi Ang. & Albe. in d. l. ſi cùm Hermes. etiam format quæſtionem de cuſtode caſtri ad tempus, qui dedit fideiuſſorem, quòd fideiuſſor non tenetur poſt tempus. Bald. verò in l. tam mandati. C. de non numer. pecu. format quæſtionem an nouatione liberetur fideiuſſor etiam per dilationem termini: & ibi allegat primò quòd ſic. l. Valerianus. ff. de præto. ſtipu. in cōtrarium allegat dictam l. ſi vnus. §. j. ff. de pac. deinde diſtinguit aut tempus adiectum ſolutioni prorogatur, aut contractui noua forma datur. primo caſu non fit nouatio, nec liberatur fideiuſſor: quia per ſimplicem prorogationem non tolluntur acceſſoria. ff. de minor. l. Emilius Largius. ff. de minorib. allegat Inno. in c. præterea. le ij. de appella. Secundo caſu non tenetur fideiuſſor, niſi fuerit repetitus. dict. l. ſi cùm Hermes. C. loca. Tertio caſu idem allegat l. cùm in plures. §. lege dicta. ff. loca. de quo latiùs per eundem Bald. in dict. l. tam mandatori. Ange. in d. l. ſi vnus. §. ſi cū reo. ff. de pact. colligit argumentum, quòd ſuſpenſa ſententia ad tempus, finito tempore non indiget renouatione, & idem in ſuſpenſione interdicti: quia finito tempore
7 reaſſumit vires ſuas. deinde notat † quòd prorogatio termini facta principali non liberat fideiuſſorē ſed tantùm modo prorogat ſibi terminum vt principali. l. final. C. de vſur. rei iudic. & hoc verum niſi fideiuſſor ſe obligaſſet ad tempus: vt in officijs caſtellanorum, quia tunc finito tempore, non teneretur fideiuſſor, niſi de nouo conſentiret. l. Labeo. la ij. ff. de albi. & idem quando fieret prorogatio termini animo nouandi: quia tunc liberaretur fideiuſſor. dict. l. Valerianus. ff. de præto. ſtipu. Bal. in dict. l. ſi vnus. §. cum reo. not. quòd finita treuga ſtatim ſumus in guerra nec indiget renouatiōe: deinde notat quòd prorogatio termini facta principali nō liberat fideiuſſorem, niſi eſſet facta animo nouandi. dict. l. Valerianus. vel nec niſi eſſet facta ad tempus prout ſupra dictum fuit. Paul. de Caſtr. colligit argumentū poſt Ang. quādo ſuſpenditur ſententia ad tempus, quòd finito tēpore reaſſumit vires. Bar. in dict. l. ſi vnus. §. pactus. circa finem, format quæſtionem de legato, qui abſoluit præfectum, qui venit ad obedientiam ſub certis pactis, & quòd de cætero non attentaret ſimilia aliàs quòd reincideret in primas pœnas, & quòd iſta quæſtio accidit de facto Bononiæ: & quòd non incidat in priſtinam
8 pœnam per dict. §. pactus. † quia ex quo pœna eſt ſublata, non poteſt per conuentionem ſuſcitare. l. qui lex. §. ſi aream. ff. de ſolu. ſed allegat in dict. §. pactus. Iac. Butr. tenere, quòd reincidat in primas pœnas: quia talis liberatio nō fuit pura. Deinde diſtinguit. idem Bart. aut iſta pacta fiunt cum domino qui habet poteſtatem legem condendi, & tunc habent vim legis. l. penulti. C. de dona. inter virum & vxo. l. Cęſar. ff. de publi. quia ille qui cōtrauenit non cenſetur liberatus. & iſtud nouum delictum meretur priores pœnas, & aggauatur. Si verò ille cum quo fit tale pactum, non poterat legem condere: tunc ſecus, licèt ibi diſtingāt an tale pactum fiat per ſtipulationem vel ne. Alexan. de Imol. in d.
9 l. ſi vnus. §. j. nota. † quòd prorogatio termini facta debitori principali non liberat fideiuſſorem, niſi fideiuſſor eſſet obligatus pro certo tempore: quia finito tempore non teneretur, ſicuti in officio coſtellanorum. Iaſ. in dict. l. ſi vnus. §. ſi cum reo. etiam tenet, quòd prorogatio termini non liberat fideiuſſorem niſi fideiuſſor eſſet obligatus ad tempus. Nec obſtat l. fina. ff. de pact. quia ibi loquitur in pacto liberatorio debitoris principalis per quòd eſt queſitum ius fideiuſſori, & tale pactum eſt perpetuum, & non poteſt ex poſt facto tolli ad præiudicium fideiuſſoris, vt ibi habetur per glo. & docto. ſecus in ſimplici prorogatione termini, vbi manet prima obligatio. idem Iaſ. in l. lecta. ff. ſi cert. peta. in v. no-
10 tabili: not. † quòd prorogatio termini intelligitur facta cum ſuis qualitatibus. Deinde format duas quæſtiones. Prima quando creditor prorogat terminum debitori abſente & ignorante fideiuſſore an fideiuſſor dicatur liberatus, an verò prorogatio dicatur fieri cum ſuis qualitatibus, vt finito tempore remaneat fideiuſſor obligatus etiam cum repetitione iuramenti: quia talis prorogatio termini intelligitur ſub omni modo & forma, prout erat prima obligatio: ſecundum glo. in c. hi qui. de præben. lib. vj. Sed in contrarium allegat Specu. & Ioan. Andr. in tit. de fideiuſ. §. j. verſicu. illud. deinde facit quandam differentiam de tempore finiendæ obligationis, & tunc finito tempore liberatur fideiuſſor, niſi de nouo conſentiret: aut loquimur in tempore adiecto ſolutioni & tūc facta prorogatione termini non liberatur fideiuſſor: ſecundum Hoſtien. & cæteros, in cap. conſtitutus. de fideiuſſo. & Archid. in cap. te quidem. xj. quæſtio. j. & ibi etiam refert, quòd iſta eſt communis opinio, & allegat Bar. in l. Lucius. la ij. §. Paulus. ff. de adminiſt. tuto. vbi limitatur etiam in tempore finiendæ obligationis de caſtellano qui promiſit cuſtodire caſtrum, & reſtituere ad tempus: quia tunc finito tempore teneretur fideiuſſor de quo ibi latiùs per ipſum. Quò
11 ad principalem † quæſtionem an prorogatio termini intelligatur facta cū omnibus ſuis qualitatibus & acceſſorijs & præſertim in iuramento quando creditor prorogauit terminū an finito termino de-

bitor vel fideiuſſor, reincidat in periurium. Et primò arguit quod non. deinde allegat Bald. in cap. venerabilem. de elect. quòd in prorogatione termini intelligitur repetitum iuramētum. & pro hoc allegat not. per Bart. & cæteros in l. j. §. & operis. ff. de ope. noui nuntia. & idem in pœna quòd cenſeatur repetita. l. cùm ſtipulatus ſum mihi à Proculo. ff. de verbo. obliga. de quo ibi latiùs per ipſum.

ARGVMENTVM.

De pœna eorum qui prouinciam diſcurrunt blada congregando, & in orreis colloquando vt carius vendant.

SVMMARIVM.

1 *Cariſtia ex mala adminiſtratione, creſcit. & nu. 5.*
2 *Frumentum & farinā ne extra prouinciam deferatur prohiberi poteſt.*
3 *Frumentum collectum in una ciuitate pro futura neceßitate quòd in alium uſum præter quàm quod deſtinatum eſt, conuerti non debeat.*
4 *Victus lōgi temporis hora breuis abſorbere non debet.*
6 *Scripturæ & ſculpturæ in tabulis æreis aut lapidibus marmoreis repertæ fidem faciunt.*
7 *Pœna in eos qui blada & uictualia congerunt ut annona carior ueneat, & hac de cauſa ſocietatem coeunt, quæ.*
8 *Pretium in blado ſtatuere an ciuitas poßit.*
9 *Dardanarij unde dicti.*
10 *Blada habentes an ut uendant iuſto pretio cogi poßint.*
11 *Tricoli qui.*
12 *Lutetia Pariſiorum annonæ præfectos habet, qui rebus uēdendis præſunt, quos uulgus iuratos appellat.*
13 *Forum Suarium, Boarium, Piſcatorium, Olitorium, Cupediarium, Lutetia Pariſiorum diſtincta habet.*
14 *L. Nemo exterus. C. de iudæis, intellectus.*
15 *Vendere an quis & minus iuſto pretio cogetur.*
16 *Victualia corrumpentes extraordinariè puniuntur.*
17 *Fiſco permiſſum in ſuis ſpeciebus, uetuſtate corroſis immiſcere nouas ſpecies ut iuſto pretio uendere poßit.*
18 *Annonam emere in magna quantitate non niſi cauponibus & hoſpitibus, permiſſum*
19 *Neceßitas omnia communia facit.*
20 *Famelicus & mendicus ſi tempore cariſtiæ panem furetur non punitur.*
21 *Neceßitatis tempore frumentum uiliori pretio uendere cogi poſſunt.*
22 *Exponens uinum uiliori pretio an pœnitere poßit.*
23 *Habitatio quòd de rebus ad uictum pertinentibus ſit.*
24 *Ea quæ ad hominis uitam parata ſunt unumquenque uendere cogi poſſe.*
25 *Poteſtates terrarū pretiū in uictualibus cōſtituere poſſunt.*
26 *Fructibus recollectis ſecundum fructuum qualitatem pretium conſtitui debet. & nu. 29.*
27 *Frumentum tantùm pro ſe & familia habens uendere compelli non poteſt. & nu. 33.*
28 *Menſuras fraudantes quaſi uiolatoris pacis pœna puniantur.*
30 *Clerici beneficiati ad hoſpitalitatem tenentur. Item & laici. & nu. 31.*
32 *Gradus certi in charitate ſeu eleēmoſina.*
34 *Res mercati prætio hoc eſt communi, uendi debent.*
35 *Contrahētibus ſe inuicem in pretio decipere an ſit licitum. & nu. 38. & 39.*
36 *Emptori ſciēti pluris quàm res ualeat, uendi poteſt: ſecus ignoranti.*
37 *Victus appellatione domus & pannus ueniunt.*
40 *Forum qui petit oblaturus de frumēto plus quàm ueneat, in alterius detrimentum, quòd ſtellionatus crimine punictur.*
41 *Ementi captiuum nihil aliud præter quàm quòd pro captiuo dedit, debetur.*
42 *Pretium in rebus ad uictum neceſſarijs taxari poteſt.*
43 *Pretium in carnibus qualiter in anno conſtitui debet.*
45 *Bladum uetus pro nouo lucri cauſa dare non eſt licitum.*
46 *Ruſtici & agricolæ ut uictualia in urbem deferant compelli poſſunt.*

Quæſtio CCCCCXL.

QVAERITVR de pœna contra Dardanarios, qui ponūt cariſtiam in bladis eundo obuiam granatarijs pro emendo & faciendo congregationes orreorum, vt inde carius vendant, etiā faciendo ſocietatem aut conſpirationem in hoc. & quia iſta quæſtio ſæpè accidit ideò latiùs attingenda l. legaui. ff. de lib. leg. ibi, quotidiana enim ſunt. & ideò ſecundum glo. tractāda ſunt. quoniam creſcit inopia, ſi frumenta quę pro annona tribuuntur ad vſus alios deputata cognoſcantur. l. j. C. de frumen. vrbis Cōſtantin. lib. xj. aliàs de cano. frumen. vrb. Conſtantinop. & ſecundum Bart. ibi, ex mala
1 adminiſtratione † frumenti creſcit cariſtia: & ideò priores, qui habent arbitrium ſuper abundātia, poſſunt huius nomine, ponere ordinē, qualiter & quo ordine in ciuitate, & quantū frumentum ponendi qualibet die, vel quolibet menſe, facit quod habetur in l. j. §. cura carnis. ff. de offici. præfect. vrb. vnde quando frumentum eſt ordinatum pro annona ſub pane cocto, nō debet ſolui frumentū pro annona ſeu pane cocto. dict. l. j. C. de frumen. *vrb.* Cōſtantinop. lib. xj. vnde ſecundum Ioan. *de Plat. ibi*
2 facit † quòd prohibetur portare frumentum extra diſtrictum, non prohibetur portare panem, niſi faceret in fraudem. l. fraus. ff. de legib. Sed ſi prohibetur portare frumētum, bene prohibetur portare farinam: ſecundum Bartol. in l. quæſitū. §. illud. ff. de leg. iij. & Albe. in ij. parte ſtatu. quæſtion. cv. vnde officiarij principis tradunt certam partem frumenti piſtoribus, qui reddunt panem coctum neceſſarium in domo principis, & non debet ſolui frumentum pro pane cocto: quia non debent cōuerti ad alium vſum. & iſtud facit ſecundum Andr. de Baru. quia melius diſpenſatur annona, ſi ſoluatur in pane cocto, quàm in frumento. & iſtud facit cōtra illos qui tempore meſsium, vel alio tempore vendunt frumentum, ita quòd eodē anno indigent emere, quia tunc creſcit inopia: citò enim ducitur ad inopiam qui non venit ordinatè ſeruato modo & menſura. Et econtrà creſcit patrimonium eius, qui ordinatè viuit: ſecundum Ioan. de Plat. ibi pro quo allegat l. ius alimentorum. ff. vbi pue. educa. debeat: vnde ſecūdum Iac. Rebu. in d. l. j. de frumen. poteſt poni
3 caſus † quòd in qualibet ciuita. reponitur frumentum cōmune in vna domo: vt tempore neceſsitatis diſtribuatur per homines ciuitatis, nec debet conuerti in alium vſum. & ibi etiam notat: quando eſt conſuetum dare prębendam canonis in ſpecie, non debet cōuerti in alium modum: & ibi notat de mo-
4 do viuendi ordinatè: † in expendendo ne victum longi temporis breuis hora conſumat. ca. cùm apoſtolus. in princip. de cenſi. & alibi iuxt. facultatem

eccleſiæ

eccleſiæ faciendi ſunt ſumptus.eodem tit.cap. cùm ſuper.decima quæſtion.tertia.cap. inter cætera. & idem Iac. Rebuf.vbi ſupra,notat contra illos, qui in die aſcenſionis ſunt deputati dare panem caritatis pauperibus,& poſteà magnam partem retinent ſibi, & dant officiarijs Regis & conſulatus, qui nō indigent:imò quandoq; conuertunt illam eleẽmoſinam, vt loco panis detur pecunia.& iſtud etiã facit contra executores teſtamentorum,quibus eſt data poteſtas dari pauperibus certa quantitas panis,quòd non debent illam erogationem conuertere in pecunia.l.illam.ff.de adminiſtratio. rerum ad ciuitatem pertinentium.l.legatum.cum ibi notatis ff.de vſu. fruct. lega. clem. quia contingit.de relig. domi. vnde Lud. de Penn. in dicta l.j.notat quòd citò qui vergit ad inopiam, qui viuit inordinatè, non ſeruato modo,& menſura,ne longi temporis breuis hora cõſumat, prout ſupra dictum fuit. Angel.in dict.l.j.de frumen.vrb.Conſtantinpol.C.lib.
5 vndecimo.in ſummario notat, † quòd ex mala adminiſtratione frumenti creſcit cariſtia. & in l.ſecunda,eodem titul.notat quòd licèt pecunia communis ordinata prohibeatur accipi mutuo & conuerti ad alium vſum. l. prima & ſecunda.C. de his qui ex public.ratio.mutuant.cle.tamen hoc verum quando fit mutuum extraneæ perſonæ:ſecus ſi tendit ad expeditionem negotij,& nō extraneæ perſonæ,& ideò conſeruatores monetæ, qui habent pecuniam pro ſtipendijs armigerorum ex cauſa, poſſunt mutuare militibus vt ſe præparent armis & equis.& ibi notat etiam quod lucrum ſapit naturã capitalis.& ibi idem notat Bartol. quia ibi poteſt mutuari piſtoribus vt faciãt panes. idem in effectu tenet Ioannes de Plat. Iaco. Rebuf.in dicta l.ſecũ-
6 da,notat poſt gloſſ. † quòd ſcripturæ. & ſculpturæ repertæ in tabulis æreis aut lapidibus marmoreis fidem faciunt, vt ſunt imagines Regum poſitę in palatijs & alijs locis publicis, vel vt ſunt ſcripturæ in cartulis contentæ, vel in pariete,vel in aliqua tabula plantatæ.& aliàs prout ibi pleniùs per ipſum Lucam de Pen. in dicta l. ſecunda, incipien. Audi ſtatuta.ſuper verbo,incidi.id eſt ſculpi.not.de ſcripturis ſculptis in tabulis labididibus porticibus eccleſiæ.vt in authen.ſcriptum exemplar.collatio.ſecunda,& etiam gloſſ.in dict. l. ſecunda, facit mentionem de lege Moyſi data in duabus tabulis Dei digito exarata.Exod.cap.xxxj.in fine.& cap.ſequen. & Ioſuæ viij.de quo latiùs per Lud.de Pen. vbi ſu-
7 pra.Sed redeundo ad quæſitum, † de pœna contra Dardanarios qui ponunt cariſtiam in bladis & victualibus text.in l.ſecunda.ff. ad legem Iuliam.de annon. ponit pœnam contra illos, qui faciunt ſocietatem, vt annona carior fiat, aut nauem ferentem annonã retineat, aut dolo malo faciant vt magis detineatur: & pœna viginti aureorum ſtatuitur:& ſecundum gloſſam ibi,punitur pœna criminis.de quo ſe remittit ad notata in l.prima,eodem titul. licèt ibi non tractet, ſed eſt ſpeciale in caſu iſto: quia iudicium tenet inter ſeruum & dominum: & Bartol. ſe remittit ad notata per eum in l. quoniam. ſed text. in l. Imperatores. aliàs l.final.
8 ff.ad legem Iuliam.de annon.vbi habetur † quòd ordo ciuitatis non poteſt ſtatuere pretium in blado: per iura ibi etiam per gloſſ. allegata. Nec obſtat l.prima.§.cura carnis. ff.de officio præfect. vrbis.de quo ſe remittit ad ibi notata, & eſt ſpeciale in caſu iſto, vbi mulieres habent ius accuſandi culpabiles de iſto crimine annonæ.dicta l. Imperatores.& ſecundum Bartolum,ibi,ordo ciuitatis non poteſt ſtatuere in annona pretium non iuſtum,pretium autem iuſtum poteſt ſtatuere. text. in dicta l. annonam. ff.de extra ordinarijs cogniti.facit mentionem de Dardanarijs quorum auaritię itum eſt.
9 & ſecundum glo.ibi,†dicuntur Dardanarij à quodam Dardano functionum authore, qui maximè dabat operam vt annona carior fieret,emendo omnem annonam, quam inuenire poſſet:vt poſteà ſolus venderet, ſicuti vellet. & ibi ſtatuitur pœna plerunquè, quòd interdicitur eis negotiatio,& interdum relegari ſolent humiliores ad opus publicum dari, & ſecundum gloſſam.non cogit locupletes vendere,nec punire ſi non vendant:ſed illos qui emunt vt carius vendant: ſed ſecundum Bartol.ibi
10 locupletes † coguntur vendere iuſto pretio, & ſi non parerent poſſent puniri. idem Bartolus in l. iij.§.item ſi quis. ff.de crimine ſtellio.dum ibi dicitur, impoſturam fecit, hoc eſt impoſuit pretium. nam ibat in plateam & promittebat de frumento plus debito, vt alij ſic emerent, vel in aliqua promiſsione promiſit plus debito in alterius detrimentum, quod eſt notandum. gloſſ. in l. ſecunda. ff.de nundin. dum ibi dicitur quando ruſtici aut piſcatores vel alij deferunt ad nundinas vtenſilia exponunt frumentum Gallinas, piſces, & ſimilia.& ſuper verbo, diſtrahant. tenet quòd non ſunt compellendi, ſed ſufficit quòd deferant in vrbe. & ſuper verbo,tradere. exponit alicui,ſcilicèt alicui officiali:vel exponunt ſecundum græcum quòd comperitur diſtrahere ſimul & non minutatim, licèt referat contrarium ſeruari Bononiæ in tricolis circa fructus, vt vſque ad certam moram non emant. & ſic per conſequens ruſtici vendunt minutatim.& ſuper verbo, & alijs. exponit & ſerdonibus pellipar ijs, & fabris.& quod intelligitur de inuehẽtibus ad vrbẽ vel euehentibus, & ibi glo.ſi. refert quòd agricolæ poſt illata otioſè vendant
11 quales ſunt † tricoli, vel refert quòd ſunt aliqui officiales deputati qui res ruſticorum accipiant,& ociosè vendant: vt & ruſtici ad opera redeant, quòd eſt veriùs, licèt non ſeruetur: ſecundum
12 gloſſam † veruntamen intelligo quòd ſeruatur Pariſius. vnde Bartolus in dicta l. ſecunda, notat contra ſtatuta ciuitatum,quæ dicunt, quòd tricoli à ruſticis non debeant emere: quia iſta ſtatuta ſunt contra publicam vtilitatem, vt hîc videtur. Gloſſa verò in l. prima.§. cura carnis.ff.de officio
13 præfect.vrbis,ſuper verbo,forum.declarat,† quòd forum ſuarium dicitur, in quo ſues, vel porci venduntur:& boarium in quo boues,&piſcatorium in quo piſces,& olitoriũ in quo olera,& forũ cupediariũ quod Pariſiũs vocatur,coſſonaria,vbi cuniculi, perdices,faſiani & aliæ id genus delitiæ epularum veneunt, licèt in aliquibus libris non reperiatur

iſta expoſitio, & pertinet ad curam præfecturæ, vt
14 iuſto pretio præbeatur † Nec obſtat l. nemo exte-
rus. C. de Iudæ. vbi non poteſt ſtatui pretium ta-
lium rerum. l. non enim. ff. rerum amo. quia ſecun
dum gloſſ. in dict. §. cura carnis. loquitur in victua-
libus, vbi oportuit vti ab omnibus, cùm ſine his ne
mo viuere poſsit. argumen. ff. de muner. & honor. l.
final. §. item Epiſcopi. Nec obſtat l. final. ff. ad leg.
Iuliam. de annona. quia intelligitur ibi quòd dum
ſtatuatur pretium ad negotiandum: ſecus ad alen-
dum: vel non licèt decurionibus, ſed licèt præfecto
vrbis: vel hìc aliàs erat venditurus ibi nota. Bartol.
verò in dict. §. cura carnis. in effectu reſpondet vt ſu
15 pra ad dicta contraria. † & tandem ibi facit certã
diſtinctionem, & inter cætera, quòd tempore neceſ
ſitatis & cariſtiæ, & tũc quis cogitur vẽdere minus
iuſto pretio: aut nõ eſt tempus neceſsitatis & tũc de
his rebus quę ſunt ad cõmunẽ vſum hominũ, vt car
nes, frumentũ & ſimilia, & tunc cogitur vendere
iuſto pretio. Nec obſtat l. j. §. final. ff. furti. aduer.
nau. caupo. Ange. in dict. l. annonam. ff. de extra.
crimi. ibi vexare, exponit, id eſt corrumpere intus
16 aliquid committendo lucri cauſa. † & ponit exem
plum in vendentibus ſal: qui immiſcent auenam
aut aliam ſpeciem vel frumentum corruptum: &
etiam in vendentibus vinum Malueſiæ cui immi-
ſcent aliam ſpeciem vini, ſic videmus in aromata-
rijs qui aromata corrumpunt, ſic videmus in alijs
corrumpentibus alios liquores vt oleum & ſimilia
omnes iſti extra ordinariè puniũtur: quia ſunt mer
cimonij falſatores, alleg. l. baſsi. C. de veſtib. olobe.
17 libr. xj. fallit † in fiſco qui habet priuilegium, vt ſpe
cies ſuas vetuſtate corruptas, quas non poteſt ven-
dere ſine magno damno niſi immiſceat alias ſpe-
cies frumenti aut bladi. l. j. C. de condẽd. in public.
horreis. libro x. quæ eſt ſingularis ad hoc. idem
Angel. in dict. l. annonam. ſuper verbo, vllius mer-
cis. notat quòd ad curam prҽſidis ſpectat, quòd nul
lus faciat cambionem aliàs camenam blanc. vt ſic
carius vendere poſsit. Nec obſtat l. ſecunda. ff. de
nundin. quia reſpondetur vt ibi. nam interdum per
mittitur quòd agricolæ qui apportant frumentum
aut alia victualia ad vrbem, ſeu nundinas vendere
totum & inſimul, vt alleuientur, vt citiùs recedant.
de quo ibi & ſupra fuit tactum. idem Ange. in dict.
18 l. annonam. † quòd non eſt licitum emere fruges
frumenta vel ſegetes in copioſo numero, hoc fallit
in cauponibus aut hoſpitibus qui tenent aberga-
riam: qui emunt, vt vendant eorum hoſpitibus, ſeu
pro eorum fulcimento & prouiſione: quia eorum
officium eſt neceſſarium. dict. l. j. ff. furt. aduer. nau.
caupo. in fine. idem Angel. in dict. l. annonam. ſu-
per verbo, annona oneretur. exponit ita vt cæra vẽ
datur, vt onus ſit populo eam emere, vbi verò eſſet
tanta abundantia tempore vbertatis fortè non ha
beret locum iſtud interdictum, niſi propter frau-
des & periculum ſuperuenientium ne inueniatur
blaua ſiue auena, & ſic occultè carius vendatur. de
quo ibi latiùs per ipſum Barto. in l. ſecunda. §. cùm
in eadem. ff. ad legem Rodiam. de iactu. not. quòd
19 tempore † neceſsitatis omnia ſunt communia, ita
quòd ſi aliquis haberet panem, alius non, licitum
eſſet auferre panem. pro quo facit capitul. ſi quis
propter neceſsitatem famis. de fur. vnde gloſſ. in
dict. §. cùm in eadem. ſuper verbo, conferret. alle-
gat illud diuinum, omnia ſunt cõmunia, id eſt com
municanda tempore neceſsitatis. & ibi idem notat
20 Ang. † quòd ſi tempore cariſtię famelicus & men
dicus furatur panem, non punitur: & diues tenetur
ex debito mendici ſubuenire, etiam officio iudicis
licèt modicum ſit in vſu. & ibi etiam infert, quòd
ſaluantur ſtipendiarij & armigeri quando depre-
dantur neceſaria ad æſum: & hoc quando dant o-
perã rei illicitè: aliàs ſecus. & ibi etiam notat, quòd
21 ciues † tempore neceſsitatis poſſunt cogi ad ven-
dendum frumentum viliori pretio per dictam l. j. §.
cura carnis. ff. de officio præfect. vrbis. Sinus in l.
prima. C. de epiſcopop. audienti. ibi latè tractat,
quis poſsit cogi vendere rem propriam, & præſer-
tim de victualibus, quando aliàs non eſſet vendi-
turus, licèt cogeretur vendere, quando exponit rem
ſuam venalem iuſto pretio, vti de frumento & vi-
22 no, † licèt quando quis exponit vinum venale poſ
ſet pœnitere. de quo ibi latiùs habetur: & ibi etiam
tractat de hoſpitio ſeu abergamento, an poſsit co-
23 gi ad tenendum. & in fine tenet † quòd in rebus
pertinentibus ad victum quòd comprehenditur ha
bitatio l. victus. ff. de verborum ſignificatio. Albe.
24 in dicta l. prima. C. de epiſcopo. audientia. † tenet
quòd in concernentibus victum hominis poteſt
quis cogi ad vendendum. & idem in hoſpitibus &
abergaria, & hoſpicijs, quòd poſſunt taxari. Idem
in effectu tenet in dicta l. prima. §. cura carnis. & in
l. final. in principio. verſicul. item Epiſcopi. ff. de
25 muneribus. & onerib. vbi tenet † quòd poteſtates ter
rarum poſſunt taxare pretium in victualibus. pro
quo allegat capitul. primũ. §. poſt natale. de pace te
nenda, vbi poſt dictum feſtum natiuitatis beatæ
26 Mariæ † poſtquam fructus ſunt collecti, debet da
ri prouiſio ſuper pretio victualium ſecundum qua-
litatem temporis: quia vno anno eſt maior fertili-
tas quàm altero: & ideò ſecundum qualitatem tem
poris debet pretium augeri vel minui: ſecundum
Iacobum Aluaro. in dicto §. poſt annona. pro quo
allegat l. final. ff. ad leg. de annon. quia annona di-
citur quaſi quolibet anno taxetur pretium, & qui
contrauenerit dicitur violator pacis & incurrit pœ
nam viginti librarum: & ſecundum Aluaro. pro
quolibet modio vendito cariori pretio punitur in
viginti libris ſoluendis ærario domini loci: quia
quolibet anno debent taxari victualia debito pre-
tio, & talis pœna poſsit exercere ſecundum quali-
tatem & enormitatem delicti. dicta l. annonam. ff.
de extra ordinar. & gubernator ciuitatis vel prouin
ciæ debet ſagaciter prouidere circa vtilitatem illius
loci cum conſilio ciuium & incolarum, qui ſciunt
27 conditiones locorum. Et ibi etiam quærit † quan
do tempore cariſtię quis habet frumentum tantum
pro ſe & familia quòd ſibi ſufficiat, quòd non co-
gitur vendere: per iura ibi per ipſum allegata. &
28 ibi etiam tenet, quòd † quando aliqui fraudant
menſuras, quòd puniuntur eadem pœna viola-
toris pacis. de quo ibi latiùs per ipſum Andræã de
Iſer. in d. §. poſt natale. & ibi refert, ꝙ Comes illius
terræ poſtquã blada ſunt recollecta poſt natiuitatẽ
beatæ Mariæ debet conuocare ſeptem de qualibet
terra

terra prouinciæ qui cognoſcant conditionem pro-
prij incolati. & quòd in hac pacis violatione non
datur pugna, & ibi dicit quòd contra iſtos Tur-
culos ſeu Dardanarios qui emunt in groſſo vt mi-
nutatim carius vendant, & inde lucrantur, contra
quos ſtatuitur, vt non emant vſque ad certam ho-
ram: vt notatur in l.j.& ij. ff.de nundin. & ſecun-
dum qualitatem temporis ſtatuitur pretium prout
ſupra dictum fuit.& aliàs ibi pleniùs per ipſum Præ
poſi.in dict.§.poſt natale. notat quòd pro tuitione
29 ſtatus publici terrarum † quolibet anno debent ta
xari victualia & contra venientes puniuntur: vt ibi
habetur: & pœnæ poſſunt creſcere ſcd̃m qualitatẽ
& enormitatẽ delicti, & vbi quis cõpellitur vẽdere
rem ſuam debet habere iuſtũ pretiũ.l. animalia. C.
de curſu publico.lib.xij. & aliàs prout ibi pleniùs
per ipſum habetur.de hac materia etiam habetur
per gloſſ.& doctor.in capitul.j.de emptio.& vendi.
30 & ibi per Henri.Boyc qui primo quærit † an clerici
& laici teneãtur ad hoſpitalitem. & in effectu quò
ad clericos beneficiatos tenentur: ſecus in clericis
non beneficiatis vel laicis: quia non tenentur in fo
ro cõſcientiæ.de quo ibi latiùs per ipſum. Et pariter
quò ad ſecundam quæſtionem an quis cogatur
vendere rem ſuam iuſto pretio, & maximè tempore
cariſtiæ. Innocen.ibi tenet quòd quis non compel
litur vendere. ſecundum Alla. Hoſtien. & Ioannẽ
31 Andreæ.ibi tenent † quòd clerici vel laici debent eſ
ſe hoſpitalarij, id eſt eleémoſinarij, quòd licèt ſol-
uerint decimã integram: tamen adhuc de nouem
partibus debent facere eleémoſinam, & quòd poſ-
ſunt aſtringi perviam denuntiationis eccleſiaſticæ:
ſecundum gloſſ. in capitul.ſicuti.quadrageſimaſe-
ptima diſtinction. facit quod habetur in cap.quie-
32 ſcamus. quadrageſimaſecunda diſtinctio. vbi † in
ordine charitatis vel eleémoſinæ ſunt fiendi certi
gradus: quia prima charitas incipit à ſe ipſo.l.ſi præ
ſes. C. de ſeruitu.& aqua.& licèt tempore cariſtiæ
poſſit quis arctari advendendũ de blado, & alijs vi
33 ctualibus certo pretio prout ſupra dictum fuit: † ta
men quando quis non habet de blado aut alijs vi-
ctualibus, niſi pro prouiſione ſua & ſuæ familiæ
non cogitur ad vendendum: quia prima charitas
incipit à ſe ipſo: ſecundum Andræ.de Iſern. Iacob.
Aluaro. & Præpoſi.in dict. cap.j. §. poſt naturale.
de pac.tenend prout ſupra iam dictum fuit. & fa-
cit Matthæ. xiij.ibi ne fortè. Cardin. Flor. in dict.
capitul.j.de emption.& vendion. in effectu tenet,
34 quòd † res debet vendi pretio quod reperitur in
mercato, & ſic communi pretio.l. pretia rerum.ff.
ad legem falſid.veruntamen allegat gloſſ. in cap.
hoc ius porrectum.x.quæſtion.ii. quòd quando ali
quis eccleſiæ volenti vendere offert plus iuſto pre-
tio quòd eccleſia non debet recipere, licèt Laud.
ibi teneat contrarium: vnde ſecundum ipſum, pri-
mum eſt verius iure poli. ſecundum iure fori, dum-
modò non fiat deceptio vltra dimidiam iuſti pre-
tii. & pro hoc allegat Archidiacon.ibidem tenere.
35 Nec obſtat dicere † quòd licitum eſt contrahenti-
bus ſe ad inuicem decipere in pretio.l. in cauſæ. la
ij. §.idem Pomponius.ff. de minor.l. item ſi pretio.
§.quemadmodum. ff.loca. ſecundum gloſſ.in d.c.
hoc ius.iſtud non procedit in perſonis eccleſiaſticis
quia iſtud officiumvendẽdi eſt difficile, quin inter-
ueniat peccatum inter vendentem & emẽtem. cap.
qualitas.de pœnit.diſtinct.v.ſecundum Cardi. vbi
ſuprà.& propriè d.Card.loquitur inter mercatores
dum ibi dicitur inter emẽtes vendentéſq; commer-
cium.licèt ſecundum Bald. in rubric.C.de contra-
hend.emptio.in xij.quæſtion.licitum ſit contrahen
tibus ſe decipere in pretio: dum tamen non ſit vltra
dimidiam iuſti pretij, etiam de iure canonico. cap.
penulti.de emptio.& venditio. quamuis non con-
ueniat bono viro, quando eſt deceptio in pretio: ſe-
cundum gloſſ.in l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de
regul.iur. quàm reputat ſingularem. Bald. in dict.
cap.ſi proponente.de reſcrip. & in cap. quanto.de
iureiurãd.& in auth.adhæc.C.de vſur.in penu.col
la.& accipitur iſto caſu pro conſcientia bonus vir.
& ita licèt in foro conſientiæ in pretio decipere: ſe-
cundum Bald.in cap.cum cauſam. de teſtib. & ibi
ſubdit coergo.ibi, animam mercatoris. de quo etiã
per Salice.in dict.authen.adhæc.in xxj. quæſtio. &
ideò ſecundum Ioannem de Anan.in cap.in ciuita
te.de vſur.quòd ſemel vidit retractari quendam cõ
tractum factum cum Epiſcopo: quia fuit facta poſi
tio quòd erat bonus vir.& ita etiam refert & ſequi-
tur Iaſ.in l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact. licèt
ibi teneat, quòd Epiſcopus non tenebatur reſpon-
dere tali poſitioni: iuxta nota. per Bartol.in l. qui
iuraſſe.§.ſi pater.ff.de iure iurand.idem verò Card.
Flor. in dict.cap.j.de emption.& venditio.circa fi-
nem refert Abba. quòd audiuit magiſtrum ſuum
inducentem hoc vt Epiſcopus poſſit punire quoſ-
dam, qui farinam fabæ miſcebant ceræ venali. de
quo ibi latiùs per ipſum Antho.de But.in dict.cap.
j.etiã tractat de hac materia, an laici diuites tenean
tur facere eleémoſinam pauperi, & quòd in victua
libus in caſu neceſſitatis quis poteſt cogi ad vẽden
dum, de quo ibi etiam per Ioan.de Imol.& ibi etiã
tractat ſuper illo articulo an ſit licitum contrahen
36 tibus ſe decipere in pretio: † quia emptori ſcienti
poteſt vendi pro aliquo pluri: ſecus ſi ignoranti em
ptori.& ibi etiam tractat qualiter clerici beneficia-
ti & religioſi teneantur ad hoſpitalitatem, licèt ra-
rò ſeruetur.verum ſi non poſſent reperire hoſpitale
quòd tenerentur ipſos recipere.& ibi etiam tractat
an quis teneaturvẽdere rem ſuã, & an poſſit appori
pretiũ in victualibus: & tenet ꝙ ſic.& idem in hoſpi
37 tio & hoſpite † & idẽ in habitatione domus, & pan
no: quia cõtinẽtur appellatione victus. Panor.in d.
c.j.de emptio. & venditio.etiã tractat de hac mate-
ria, an quis poſſit cogi ad vendendum in victuali-
bus & hoſpitio & apponi pretium etiam in panno
& domo habitationis, & etiam tempore cariſtiæ.
De quo ibi latiùs per de Bellen.in addit. Barba. in
dict.cap.j. in effectu primò tractat, an ſit licitum
vendere maiori pretio, & quando eſt deceptio infrà
dimidiam iuſti pretij, an poſſit ſubueniri officio
iudicis in foro canonico.& ibi refert in quæſtione
38 facti ardua, † & non eſt licitum in foro animæ de-
cipere etiam citra dimidiam iuſti pretij: ſecundum
Thom.ſecunda ſecundæ, quæſtione ſeptuageſima
ſeptima: ar.primo. & ita allegat conſuluiſſe Ioan-
nem de Agna. ſed ipſe Barba. conſuluit contra-
rium.& pro hoc allegat Bal. in authe.ad hæc.C.de
vſu.verſi.inſuper.quæritur de mercatoribus qui ven
dunt pannos vltra debitum pretium, citra tamen

deceptionem dimidij pretij, quòd nō coguntur red dere: ſed relinquere poſſunt hæredibus: quia talis acquiſitio habet conſenſum. Idem dicit in diuiſione damnoſa, & idem dicit de aduocatis & medicis extorquentibus nimis magna ſalaria. & pro hoc allegat Salice. in dict. authen. ad hæc & deinde diſtinguit, quando venditor non putabat plus vendere & emptor emit minus de quo ibi latiùs per ipſum. allegat etiam glo. in dict. c. qualitas. de pœn. diſtin.
39 v. quòd † licitum eſt contrahentibus ſe ad inuicem decipere in pretio eorū. & ibi etiam tenet, quòd in iſtis victualibus ratione peccati poteſt adiri iudex eccleſiaſticus, etiam contra immiſcentes farinam fabarum cum cera. de quo ibi latiùs per ipſum Ang. Aret. Inſti. de dona. §. fina. circa finem. notat quòd illi qui habent curam fertilitatis poſſunt ſtatuere vt nullus emat in foro vltra duo ſeſtaria grani, vt omnes cōmodè poſsint habere. & ibi etiam notat contra incariatores frumenti vel mercantia-
40 rum, † quòd ſi quis in foro vadat & de frumento plus offerat vel promittit plus debito in detrimentum alterius, ꝙ punitur crimine ſtellionatus. l. iij. §. ſi quis. ff. de crim. ſtelliona. Bal. in l. ſi pēdentes. §. ſi quid cloacarij. ff. de vſufruct. tenet quòd habentes bladum poſſunt cogi communi pretio viliori ad hoc vt populus famæ non tabeſcat. poſſunt etiā cogi ad faciendum panem pro exercitu. idem Bald.
41 in l. j. C. de epiſcop. audien. not. contra illos † qui emūt captiuos ab hoſtibus pro parua pecunia quibus imponitur poſteà talia ſicut fit tempore guerrarum: quia captiuus nō tenetur reddere niſi pretium datum. pro quo allegat l. fina. C. de capti. & poſtli-
42 mi. reuer. in d. l. j. etiā tenet † quòd in rebus neceſſarijs ad victum poteſt taxari pretium, & idem in habitatione & hoſpitio. idem in effectu tenet Salice. tenet ibidem. & etiam quòd tempore cariſtiæ tenētur mercatores emere blada. & ibi declarat quod
43 dicatur iuſtum pretium. † etiam in carnibus quatuor vicibus in anno fit taxa, & ſecundum diuerſitatem temporum: & in fine tenet, quòd illi qui habent curam fori poſſunt ſtatuere, quòd nullus emat niſi iuxta ſummam taxatam. Paul. de Caſtro ibidem etiam tenet, quòd tempore cariſtiæ victualia vendantur iuſto pretio & etiam notat contra illos qui redimunt captiuos pro paruo pretio: quia non debent plus recuperare. Ioan. Fabr. inſtitu. de public. iudic. §. ſunt prætereà. vbi etiam loquitur de lege Iulia de annona, quæ habet locum ſecundum gloſſ. ibi, quoties quis facit vt annona carior fiat: vnde ſecundum Ioannem Fabr. hæc lex non cogit locupletes vendere, nec eos punit: ſed eos qui emerunt vt carius vendatur, & hoc niſi neceſsitas vel fames cogeret. l. final. §. item Epiſcopi. ff. de mun. & oneri. & intellige ſanè, ſecundum ipſum, quod habet locum in his qui emerunt vt carius vendatur: quia etiam tales peccant in foro cōſcientiæ: ſecus ſi faciant prouiſionem pro ſua neceſsitate, vel etiam pro reuendendo tempore cariſtiæ propter bonum commune non intētione cupiditatis lucri. allegat notata per doctor. extra ne clerici vel monachi. capitu. j. & quòd dicitur de annona, idem intelligitur de alijs frugibus. l. frugem. ff. de verbor. ſignifica. Angel. Aret. ibidem in effectu tenet idem quod Ioannes Fabr. & eo caſu quòd quis vendit cogitur vendere tempore neceſsitatis & cariſtiæ intelligitur pretio iuſto & non iniuſto: iuxta nota. per Bartol. in l. j. ff. ad legem Iul. de annona. & in dict. l. j. §. cura carnis. ff. de offic. præfect.
44 vrb. † & pariter illi qui vadunt ad mercatum offerendo maius pretium de frumento. puniūtur crimine ſtellionatus. vide glo. in l. nulli. C. de erogati. milita. annon. libr. xij. qui notat contra creditores ruſticorum, qui tempore fertilitatis & abundantiæ differunt ſtudioſè petere eorum blada & debita, & expectant tempore cariſtiæ: vt faciebat quidam Albertus Calui. vide etiam l. ſeptem diebus. eodem titul. vbi debet attendi pretium fori publici: ſecundum Bartol. Ioannem de Plate. & iſtud facit quòd ſtatutum vel conſuetudo qua cauetur, quòd nullus audeat emere per certum tempus in foro donec curiales fuerint prouiſi, quòd ſit contra ius de quo an ſit verum habetur per gloſſ. & Bartol. in l. ij. ff. de nundin. & iſtud facit etiam pro cridis & prohibitionibus ſolitis fieri in curia cōmuni Grationopol. contra hoſpites & patiſſerios, qui tempore mercati ibant obuiam illis qui portabant victualia & piſces in fraudem ad habendum melius forum: & ideò fuit eis prohibitum pariter quòd non habeant emere donec ciuitas fuerit prouiſa: adde
45 etiam † ꝙ non eſt licitum tradere frumentum aut aliud bladum vetus pro habendo bladum nouum cauſa lucri: ſecundum Panormita. in capitul. nauiganti. de vſur. facit l. & ſi debitor. §. veriſimile. & l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrahen. emptio. vide de materia in deciſi. Tholoſa. ccccxlvj. an habentes bladum in orreo poſſunt cogi ad vendendum, & in addition. domini Stephani Auffreri & ibi
46 quòd † iſti ruſtici & agricultores poſſunt compelli venire ad mercatum in ciuitate ad portandum victualia, & de tenente hoſpicium, & ibi etiam refert Alber. in quarta parte ſtatutorum. quæſtion. xlviij. de eo qui cognouit per violentiam mulierem facientem queſtum ſui corporis publicè, & quòd non poteſt puniri de tali violentia. idem quòd tempore cariſtiæ poſſunt cogi ad vendendum bladum viliori pretio, & quando ciuitas habet multa frumenta, quòd poſſunt cogere ciues ad emendum. Idem ꝙ propter neceſsitatem reipublicę poſſunt ſubditi vrgere ad deputandum eorum nemora aut molendina ſeu alia vſu publico recepta competenti mercede. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commun. prædiorum vrbanorum.

ARGVMEMTVM.

Horrea publica & priuata viſitare cuius ſit: vetus frumentum prius nouo expendendum: & ſi ita vetus ſit vt commodè per ſe expendi non poſsit, veteri nouum miſceatur.

SVMMARIVM.

1 *Prouinciarum rectoribus cariſtiæ tempore horrea uiſitare licere. & nume. 8.*
2 *Conſulibus ciuitatum neque orrea uiſitare neque grano pretium ſtatuere, licere.*
3 *Frumentum nouum prius quàm uetus uendatur, non expendendum.*
4 *Corruptum cum incorrupto miſceri licitum.*
5 *Fures publicæ annonæ præter bonorum publicationem deportantur. & nu. 7.*

Vinum

6 *Vinum uetus nouo melius dicitur.*
9 *Præſides prouinciarum à malis hominibus prouincias purgare teneri.*

Quæſtio CCCCCXLI.

QVAERITVR ad cuius officium tempore cariſtię aut aliàs ſpectat viſitare horrea publica & graneria priuata: & ſi debeat expendi frumentum vetus antequã nouum: & ſi ſit licitum immiſcere frumentum vetus cum nouo, vt ſub velamento noui frumenti poſsit vendi vetus. Et in effe-
1 ctu † ſpectat ad officiũ rectoris prouinciæ. l. ij. C. de condi. in publi. horrei. lib. x. & hoc per ſeipſos, licèt quando eſſet tutor vnius magni patrimonij, vel aliquis poſitus in aliqua magna adminiſtratione excuſaretur, ſi negotio præponeret aliquem ſufficientem factorem, licèt debeat inſpicere per ſeipſum: an tecta ſint fracta vel coperta, ita quòd ibi non pluat, aliàs non eſt diligens adminiſtrator: ſecundũ Bart. in d. l. ij. pro quo alleg. l. j. eod. tit. in fine. & l. argen-
2 tum. ff. commoda. Et pro præmiſsis † ꝙ conſules ciuitatis non habeant talem facultatem viſitãdi graneria & horrea facit l. fi. verſi. item reſcripſerunt. ff. ad leg. Iul. de anno. vbi non eſt licitũ ordini ciuitatis pretium grani ſtatuere: & idem Barto. in l. j. C. de
3 conde. in publi. horrei. lib. x. notat † quòd nõ debet expendi vel vendi nouum frumentũ niſi priùs vendatur vetus: & ſi tutor contra faceret, teneretur. Et
4 pariter notat, † quòd licitum eſt miſceri corruptũ cum incorrupto, quod tene mẽti: ſecundum ipſum: Quia fortè laici dicerent, quòd eſſet peccatũ: quod non eſt verum: ſecundum ipſum. & ſecundum Alexand. ibi in apoſtil. Iſtud facit pro excuſandis aromatarijs, qui miſcent ceram corruptã cum non corrupta, vt velamẽto corruptæ vendant: quod nõ dicuntur falſare ceram. Veruntamen ſecundum Ange. in l. annonã. ff. de extraordi. cogni. Illud procedit in horreis publicis fauore fiſci: ſecùs in priuatis: quia eſt prohibitum immiſcere bladum corruptum cum incorrupto: vt faciunt iſti ſaccularij, qui immiſcent bladum corruptũ in parte inferiori, & in parte ſuperiori bladum pulchrum: &c. Idem Bart. in l. fin. eod. titu. de conde. in publi. no. qualiter eſt prohibitum conuertere vnam ſpeciem reconditam in horreis publicis ad alium vſum. Et iſtud facit con-
5 tra † furantes lardum vel graſſum alicuius communis: quia deportantur, & eorum bona publicantur. idem in effectu notat Ioan. de Plat. in d. l. j. C. de cõde. in publi horrei. lib. x. licèt dicat quòd in vino eſt
6 aliud: † quia vinũ vetus dicitur melius vino nouo. l. cùm quid. ff. ſi cert. pet. & ibi notat, quòd poſt calendas Nouembris debet vinũ nouum tradi familiæ. pluráque ibi notat, & pariter an ſit licitum miſcere ſpeciem corruptam cum non corrupta. Et in l. ij. eod. titu. tenet, quòd ſi aliquis timet propter ruinam domus vicini periculum ſuæ perſonæ & familiæ, quòd poteſt implorari officium iudicis: nec ſufficeret cautio damni infecti: quia hìc timetur dam-
7 num perſonæ: & pariter in l. iij. eod. titu. † notat cõtra furantes frumentum publici horrei: quia eſt pœna deportationis. Iacobus Rebuff. in dict. l. j. Ita etiam in effectu notat, & in l. ij. eodem titu. notat,
8 quòd † pręſides vel rectores prouinciarum debent per ſeipſos viſitare horrea & qualiter dominus teneatur ex delicto officialis. Lucas de Pennain rubric. de condi. in public. horrei. declarat, quæ dicantur horrea: quia ſunt repoſitoria vbi reponuntur blada vel tributa. Et in l. j. eod. titu. quòd dicatur nouum frumentum, ſcilicèt illius anni & annona: quia ſingulis annis renouatur. pluráque ibi tra-
9 ctat in dict. l. j. & etiam in l. ij. etiam tractat, † quòd præſes prouinciæ debet viſitare & circuire prouinciam: vt purget malis hominibus. & ibi refert de cõſtitutione Incliti Regis Caroli I. & quòd non debent manere vltra triduum in aliquo locorum. & etiam benè commentat. l. fin. eod. titu.

ARGVMENTVM.

Collecta cariſtiæ tempore, vt frumẽtum aut alia legumina emantur, imponi poteſt.

ARGVMENTVM.

1 *Chariſtiæ tempore ut annonæ prouideatur diuites & pauperes collectantur.*
2 *Ciuitas habens frumentum quòd ſeruari non poteſt, omnibus ſubditis emendi neceßitatem imponere poteſt.*
3 *Ciues ut blada iuſto pretio uendant ſecundum quantitatẽ quam recollegerunt, onus eſt patrimoniale.*
4 *Frumenti appellatione propriè omne bladum uenit.*
5 *Eccleſia ut ueniat & uendat frumentum tempore cariſtiæ compelli poteſt.*
6 *Immunitati cariſtiæ tempore locus non eſt.*
7 *Incolæ domorum auguſtalium à munere uenditionis uel emptionis bladorum cariſtiæ tempore, uel belli non excuſantur.*

Quæſtio CCCCCXLII.

QVAERITVR an tẽpore chariſtiæ poſſit imponi collecta ſeu tallia ad emẽdum de frumento ſeu de alijs bladis tàm diuitibus quã pauperibus vt prouideatur reipublicæ. Et in effectu videtur dicendum quòd ſic. l. j. C. vt nemi. lice. in empti. ſpeci. ſe excuſare. lib. x. quia ſecundum gl. Bart.
1 & cæteros ibidem ſunt tres caſus, & ſecũdum † primum caſum tempore chariſtiæ, tàm diuites, quàm pauperes, tenentur ſoluere collectam, & talis collecta licèt videatur principaliter venire in fauorem pauperum & indigentium: tamen onus eſt patrimoniale, & ſic etiam diuites compelluntur: quia ciuitas ſine pauperibus non eſſet perfecta. l. ij. ff. de nundi. Secundo modo poteſt intelligi tempore vberta-
2 tis, † quando fiſcus vel reſpublica habent multum de frumento ſeu alio grano, quod conſeruari non poteſt, tunc imponit neceſsitatem omnibus ſubditis emendi: & iſtud etiam eſt munus patrimoniale: vt ille qui plus habet, plus emere cogatur. Tertiò
3 loquitur de munere † quòd quis vendere teneatur. & iſtud eſt etiã onus patrimoniale: vt ille qui plus de frumento colligit, plus vendere cogatur, & hoc iuſto pretio, & non viliori: ſecundum Bart. ibi allegat l. in annona. aliàs l. Imperatores. in princip. ff. ad legem Iuliam. de anno. & ibi gloſſ. quæ allegat
4 l. non debere. ff. ad municipa. quæ tenet, † quòd appellatione frumenti ponitur pro omni Blado. allegat l. frugem. ff. de verborum ſignificat. facit l. decuriones. ff. de adminiſtratio. rerum ad ciuitatem pertinentium. & ſecundum Bartolum in dict. l. j. C. vt
5 nemi. lice. in empt. ſpeci. lib. x. † etiã eccleſia poſſet

cogi ad tale munus vendendi vel emendi tempore chariſtiæ ſalua tamen determinatione ſanctæ matris eccleſiæ:& ſecundum Alexand.de Imol.ibi, in
6 ad.l.†tempore talis neceſsitatis chariſtię,aut guerræ non haberet locum immunitas conceſſa alicui à talibus collectis . allegat Dyn.in l.ſi ex toto. in princip.ff.de legat.j.Ioan de Platea in dict.rubric. vt nemi.liceat in empti.Spec.ſe excu.& de mune. ſi co.poſt gloſſ.ibi quæ tenet,quòd non tractatur ibi de dicto munere ſiconiæ: ſed in græco dicitur.l.ij.in princ. ff.de vacat.muner.& adminiſtra. rer.ad ciui. perti.l.fina.§. item ſitomas. & ſecundum gloſſ. in dict.l.ſiconię eſt nomen cicitatis vel nomen muneris:ſed ſecund um Ioan.de Platea in dict.rubric. de hoc non eſt curandum, ex quo illud non habemus:quia interdum rubrica legis vel ſtatuti eſt generalior nigro: & plus continet quod nigrum: vt notatur in rubric.C.de reliq.& ſumpti.fu. idem verò Ioann. de Platea.in dict.l.j.vt nemini liceat. notat,† quòd habitantes in domibus Imperatoris quas habet in diuerſis partibus non excuſantur à tali munere venditionis vel emptionis bladorum tempore chariſtiæ, vel guerre : & tale munus emendi bladum etiam quis compellitur ire ad emédum ad partes remotas, nec excuſatur aliquis præ textu priuilegij, & etiam habet locum in ſale, & ſecundum eundem Ioannem de Platea tempore neceſsitatis poſſunt ciues habentes frumentum cogi ad vendendum in foro publico, & etiam eccleſia & hoc intelligitur de iuſto pretio:de quo ibi latiùs per ipſum Iacobum Rebuffum in dict.l.j. vt nemini liceat.tenet quòd neceſsitate vrgente nemo excuſatur à tali munere:nec excuſatur domus Auguſtalis: nec valeret priuilegium in contrarium: & facit dicta l. in argumentum de hac quæſtione de immunitate cóceſſa tempore pacis de nó ſoluendo collectas, quòd adueniente tépore guerræ pro defenſione patriæ ceſſabit talis immunitas: quia tales priuilegiati vt ſunt nobiles, monetarij, & ſimiles, non poterunt ſe excuſare: & hoc verum ſecundum domi.Diſſu.ibi,in apoſtillis. & addit.niſi expreſsè dicatur in priuilegio:non obſtante tempore guerræ, vel alterius neceſsitatis. allegat Dyn.& Alberic.in dict.l.ſi ex toto.in princip. ff.de legatis j.allegat etiam notat. per Bartol. in l. iubemus.C.de ſacroſanctis eccleſ.& aliâs prout ibi pleniùs habetur per ipſum : de hac materia etiam habetur ibi per Lucam de Penna vbi tenet, quòd tale munus eſt patrimoniale tempore excercitus guerræ,aut tempore chariſtiæ, omnes tenentur ad ipſam collectam pro modò ſubſtantiæ:& econtrà tempore vbertatis & abundantiæ coguntur emere de bladis fiſcalibus, & hoc iuſto pretio:niſi neceſsitas nimię famis immineat: quia tunc poſſent cogi habentes frumentum vendere viliori pretio, quod eſt notandum,de quo ibi per ipſum.

ARGVMENTVM.

Verbis iactantijs & placitorijs an iuducatur diſpoſitio.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia prolata ad complacentiam diſpoſitionem, nè inducant per tot.*
2 *Verba iocosè dicta,ſeu oſtentationis cauſa obligationem non inducunt.*
3 *Verba indefinita quòd urbanè & honeſto modo accipienda ſint.*
4 *Stipulatio incerta ratione quantitatis uel loci eſt nulla.*
5 *Verba quandoquè ſeruire licit um.*
6 *Verba hæc generalia, Quòd faceret, quod ſibi placeret,& neque obligant neque diſponunt.*
7 *Verb. Placet, arbitrium boni uiri importat.*
8 *Literæ generales credentiæ,an inducant diſpoſitionem.*

Quæſtio CCCCCXLIII.

QVAERITVR an per verba iactantia placitoria inducatur diſpoſitio,ſeu donatio. Et videtur prima facie dicendum,quòd non.l.fina.
1 ff.de teſta.l.diuus.ff.de teſta.mili. † quia verba generalia prolata ad complacentiam non inducunt diſpoſitionem.ca.cùm veniſſet. circa medium.de inſti.puta:ſi dicatur de omnibus rebus meis facias ad tuum placitum.Eodem modo ſi dicatur alicui omnia bona mea tua ſunt.talia verba nihil diſponunt: ſecundum gloſſ.in l.ij.in quibus cau. colo. domi. accuſ.poſſunt.libr.xj.in verbo,& cuius.quia ſecundum glo.ſæpè vulgariter dicit amicus amico, tuus in omnibus ſum,& me eſſe tuum recognoſco:quia per hoc non inducitur donatio:ſicuti dicitur,quòd omnia ſunt principis:quia intelligitur quoad iuriſdictionem,non quoad dominum & vtilitatem: & per alias rationes,quas ibi adducit ibi gloſſ. etiam ſi dicta verba dicátur Imperatori ſeu principi:quia licèt omnia dicantur principis quoad generale dominiū ſeu generalem iuriſdictionem & protectionem: non tamen quoad particulare dominium, & vtilitatem:ſecundum glo.& doctor.ibi, & per glo. & doctores in l. bene à zenone. C.de quadri. præſcrip.Nam talia verba vulgaria non inducunt diſpoſitionem donationis : ſecundum Bartol. & cæ-
2 teros in d.l.ij.C.in quibus cauſis colo.libr.xj.†quia talia verba iocosè dicta ſeu cauſa demonſtrationis non inducunt obligationem: ſecundum Ioannem de Platea ibi, pro quo allegat l.obligationum.ibi in fine.ff.de actioni.& obligationi.& etiam ibi ſequitur Lucam de Penna.pro quo allegat in Euangelio Luc.xv.cap.in fine.dum ibi dicitur,quòd quidam pater dicit fil io ſuo, fili mi tu ſemper mecum es : & omnia mea tua ſunt: vbi ponitur exemplum filii prodigi,qui reuerſus ad patrem fecit ei magnū feſtum, & per prius erat mortuus & perierat,& inuentus eſt & reuixit, & fecit occidi vitulum ſaginatum pro manducando & epulari:& dum alter frater ſenior exiſtens in agro veniret,& appropinquaret domum,audiuit ſimphonium & chorum,indignatus eſt &c. & tunc pater dicit ei verba ſuprà dicta. Sed redeundo ad quæſitum Angelus in l.
3 ſi cui.ff. de ſeruit.notat,†quòd verba indefinita debent accipi honeſto modo. non à diuino : vnde quis dicit de me & meis ad libitum tuum facias: non ſequitur quòd donet ſua, ſed erunt verba modificanda:ſecundum communem vſum & interpretationem.pro quo allegat l. penulti.ff.de arbitr. & ibi gloſſ.& iſtud facit pro illis qui ſe committunt gratiæ miſericordiæ, vel voluntati alicuius: vt per hoc non habeat adſolutum arbitrium imò benignè verſari debeat:pro quo allegat Innocen.in ca. veniens.in fine.de pœni.& remi. Iaſ.in l.j.§.ſi quis ita.ff.de verbo.obligatio.allegat Ludoui. Roma.

interpre-

in repetitione rubric.ff.de arbit.tenet, quod quan do aliquis in præſentia teſtium petit ab aliquo, quòd donet ſibi aliquem librum, & ipſe reſpondeat, non tantum ipſum librum, ſed omnia quæ habeo.in iſto mondo pro iſtis verbis non inducitur aliqua donatio, & ſequitur Alexand.in l.ita ſtipulatus.in ſecunda collu.ff. de verborum obligatio. Veruntamen Iaſon in dicto §. ſiquis ita .allegat in contrariū.c.cùm iuramento.exemplum de Hærode quãdo promiſit puellę ſaltatrici dare quicquid vellet cum iuramento: & ipſa petijt caput Iohannis baptiſtæ. Quia ad iſtud reſpõdetur ſecundum Iaſ. quòd ibi promiſsio erat de libertate facta, non autem erant verba generalia, & iactantia: licèt vigore dictæ generalis promiſsionis non veniat illicitū. & ita reſpondet Alexand. de Imol. in dict.l. ita ſtipulatus. in ſecunda collum. infrà eod.& ibi etiam
4 tractat † an ſtipulatio incerta ratione quantitatis vel loci ſit nulla: & tenet quòd ſic: quia debitor liberaretur dando miſtam: ſecundum gloſſ.in l.legato generali. ff. de lega. primo.l.cùm .poſt.§.gener. ff.de iure dot.& hoc quãdo talis incertitudo refertur ad perſonam debitoris: ſecus ſi ad perſonam creditoris.dicto capitul.cùm iuramento.licèt videatur facere in contrarium. dict. capit. cùm veniſſent.de inſtitu.circa medium per quem text. Ludo.de Roma. in rubric. ff. de arbitr. quòd ſi aliquis petat quòd aliquis ſibi donet talem rem, & ipſe reſpondeat per hæc verba, non tãtùm iſtam rem, ſed quicquid tibi placebit. quòd promittens tenetur ex tali promiſsione.etiam quorū rem particulariter petitam: quia iſta verba adulatoria non inducunt obli
5 gationem: † quia licitum eſt ſeruire de vento. de quo ibi latiùs per ipſum, & ibi etiam allegat Archidia.j.quæſtione prima.cap. ſunt nonnulli, quòd licèt de iure ciuili incertitudo rei vitiet obligationē: tamen ſecus de æquitate canonica, etiã in alia re quàm dote, poterit agi vt declaretur ſecundum arbitrium boni viri.& ſequitur Anthon.de Butrio in capitul.ex parte. de deci. Hoſtien.in dict. cap. cùm veniſſent.§.inter alia.ibi, facere quod ſibi placeret. licèt iſta reſpõſio ſit callida, nõ tamen erat ſimonia ca, & timebat Archidiaconus ne turbaretur. Nec obſtat dicere, quòd ſic reſpondendo intendebat fallere, & ſic peccauit.vigeſimaſecunda quæſtio.quinta. §.quæritur. & cap. quacunque arte verborum. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd licèt dicta verba dixerit, non tamen promiſit.dictum autem diſtinguit à promiſsione.l.ſciendum.§.edictum.ff.de ædili.edict. nec peccabat: quia non intendebat obligari.l.obligationum ſubſtantia.§.verborum.ff. de actio.& obliga.licèt aliquando ſit licitum deludere paratum ad nocendum.cap.in mandatis. xliij. diſtincti.vel ſecundum Hoſtien.vbi ſupra, verba Archidia.ſunt reducenda ad intellectum ciuilem, ſcilicèt vt faceret quòd Archiepiſcopo placeret, id eſt, facere deberet: quia per hoc ius Archidiaconi non debebat ſubtrahi. Cardi. Flo.in dict.cap.cùm veniſ
6 ſent.de inſtitu.in tertia oppoſitione tenet † quòd illa verba generalia, quòd faceret, quod ſibi placeret, nõ obligant, nec diſponut, ſicut dici ſolet, omnia mea tua ſunt: quia licet ſeruire de vento: qua etiam talia verba debent intelligi ciuili modo: & quia ſub tali generalitate non debet contineri aliquid, quod in ſpecie non fuiſſet cõceſſurus.l.obliga.ff. de pigno. Anthon.de Butri in dict.cap.cùm veniſſent.notat. quòd talia verba generalia adulatoria ad interrogata ex toto non concludentia, nec ius ad placitum alterius referentia, maximè vbi non præſupponunt placitum de præſenti, nec obligationem, nec iuris ſui renuntiationem inducunt: quia talia verba generalia ad placitum alterius referentia ſunt ciuili modo intelligenda ad placitum iuſtum & ſine præiudicio alterius. Ioannes de Imol. in dict.c. cùm veniſſent.notat etiam, quòd talia verba generalia adulatoria non inducunt obligationem, nec iuris ſui renuntiationem pro quo allegat l.ea quæ. ff.de contrah.empti.& iuxta illud vulgare, licitū eſt ſeruire de vento. Panormit.in dict. cap. cùm veniſſent.etiam notat, quòd verba generalia complacẽtia non inducunt obligationem ſeu diſpoſitionem:
7 quia tale verbum, † placet. importat arbitrium boni viri. l. Thais. §.ſororem.ff. de fideicom.liber. & pro præmiſsis etiam facit quod habetur per Barto. & cæteros in l. Lucius.ff.de fideiuſ.de iſtis † literis generalibus credentiæ: vt adibeatur fides tali latori præſentium: quia vigore talium literarum talis portitor non præiudicabit: quia dicuntur potiùs literæ commendatoriæ: quaſi dicat iſte lator eſt fidelis: niſi apponantur quòd adhibeatur plena fides meo periculo, vel dicatur latori pręſentium de intẽtione noſtra informato talem fidem dabitis ſuper tali negotio: de quo ibi pleniùs per ipſum & per Bald.in l.final.C.quod cum eo. & per Alexandr. in appoſti. ad Bartol.in dict.l. Lucius. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa venditionis domini Caroli de Loraſio magni prioris abbatiæ monaſterij ſancti Theodoli iuncto fiſco contra nobilem & potentem Merauldum de Grolea dominum caſtri villani: quia dum dictus de Grolea veniret de venatione petijt à dicto priore quòd ſibi commodaret vnum equm agradarium, & ipſe reſpondit quòd erat ad ſui bene placitum.& tandem poſt plura verba habita dictus de Grolea accepit per ſe aut eius famulum prætendendo quòd inter nobiles de cõſuetudine patrię talia verba placitoria inducunt donationem, & tandem dictus agradarius fuit reſtitutus factis certis proteſtationibus hincinde, licèt adhuc duret cauſa coram curia: aliter ad præſens non declaro. Sed quod hîc ſcribo, facio, vt ſim magis deliberatus pro veritate ad opinandum loco & tempore opportunis.

ARGVMENTVM.

Renuntiatio beneficij ſub certo modo ſimoniæ nomine non caret.

SVMMARIVM.

1 *Symoniæ diffinitio.*
2 *Symonia mentalis quæ, & an ſola pœnitentia remittatur. per totum.*
3 *Paupertas à ſymonia non excuſat.*
4 *Conſuetudo non excuſat à ſymonia.*
5 *Symonia mentalis non eſt propriè ſymonia.*
6 *Symonia non contrahitur ubi ex ineuitabili neceſsitate pro beneficijs aliquid daretur.*
7 *Symonia unde dicatur.*
8 *Symonia manu, obſequio & lingua contrahitur.*
9 *Vexationem in beneficialibus redimere licitum.*

Quæſtio CCCCCXLIIII.

QVAERITVR de renũtiatiõe ſeu reſignatione beneficij eccleſiaſtici ſub certo modo in manibus Papæ ſeu eius legati de latere, quando in procuratorio dicitur ad commodum talis, & nõ aliter: & cũ clauſula ſaluo in omnibus beneplacito Papæ ſeu eius legati de latere, dicatur ſymoniaca, & ſi habeat obſtare in cauſa poſſeſſorij beneficij, & ſi iudex ſecularis poſsit cogere de tali exceptiõe criminis ſymonię cũ ſit crimẽ eccleſiaſticũ. De hac quæſtione iam fuit tactum ſuprà. in cccxvij. & q. cccxxxviij. ſed quia veritas ſæpiùs exagitata magis ſplendeſcit in lucẽ.c.graue.xxxv. quæſt.ix.ideò hîc ſunt tangenda aliqua. & quid iuris quando Papa aut Imperator promouentur per pecuniã an inuoluatur labe ſymonię. Et in effectu in hac materia ſymoniæ.gl.in ſumma.j.q.j.format ſex quæſtiones. Prima quid ſit ſymonia. Secunda vnde dicatur ſymonia. Tertia quibus modis contrahitur ſymonia. Quarta quis admittatur ad accuſandum & teſtificandum in crimine ſymoniæ. Quinta quæ pœna imponatur. Sexta quæ diſpenſatio ſit neceſſaria. Primam quæſtionem ſuper diffinitione ſymoniæ,
1 dum ibi dicitur † ſymonia eſt ſtudioſa cupiditas vel voluntas emẽdi vel vẽdendi aliquid ſpirituale, &c. ad excludendum voluntatem quæ ſignis exterioribus nõ declaratur, quæ ab eccleſia nõ punitur: quia non probatur. & dum dicitur cupiditas, denotat vitium. Ibi, volũtas, ſcilicet cum effectu vt progrediatur ad actum, aliàs ſola voluntate nõ committitur: quia per pœnitentiam remittitur: ſecundum Archidiaco.c.fina.de ſymo.dicunt tamen quidam in hijs quæ ſunt prohibita: quia ſymoniaca: illa ſymonia
2 quæ deſcribitur † mẽtalis efficaciam habet ſymoniæ conuẽtionalis ſymoniæ. In hijs verò quæ ſunt ſymoniaca: quia prohibita, licèt ſit peccatum: tamẽ intentio non inducit ſymoniam niſi mentalem. de qua per pœnitentiam ſatis fit creatori: ſecundũ Archidiaco.vbi ſuprà.& allegat Hoſtien. in d. c. vlti. de ſymo. Et quæ dicũtur prohibita, quia ſymoniaca, & econtrà ſymoniaca, quia prohibita. habetur per glo.in c.ex parte.le j.de offi.delega.& in c.cùm pridem.de pact.in c.ſaluator.j.quæſtio.iij.quia illa dicuntur prohibita, quia ſymoniaca: quia iure diuino ſunt prohibita, tàm in veteri teſtamento, quàm nouo: vt ſunt ſacramenta eccleſiæ. Illa dicuntur ſymoniaca, quia prohibita: vt in beneficijs ex conſtitutione eccleſię. & in iſtis non inuoluitur Papa labe ſymoniæ: ſecũdum Cardinalem Floren.in c.j.de ſymo. ſed ſecundum Panor.ibi. & in repetitione c. extirpãdæ.§.quia verò.de præben.in prælaturis habentibus adminiſtrationem ordinũ, vel beneficijs habẽtibus executionem clauium eccleſiæ: vti poteſtatem abſoluendi ſunt prohibita de iure diuino aliquid accipere: & ideò Papa inuoluetur ſymonia: ſecundũ ipſum. & in c.j.de ſymo. Gemi.vbi ſuprà.j.q.j.in ſumma ſimpliciter tenet, ꝙ in ſymonia mẽtali, ꝙ tollitur per pœnitentiam factam Creatori. iuxtà dict.c.fin.de ſymo.dom.Cardin.Alexan.aliàs Præpoſi.vbi ſuprà.j.quæſtio.j.In ſumma.primò dum in text, dicitur ditiſsimo cœnobio, nõ denotatur propter hoc aliquod miſterium: quia eſſet ſi cœnobiũ
3 ſeu monaſterium eſſet pauper: † quia paupertas nõ excuſat à ſymonia: ſecundum Archidia.& Præpoſi. & c.tua nos.c.quoniam.de ſymo.& ibi loquitur in
4 monaſterio monialium † nec excuſaret conſuetudo.c.non ſatis.eo.titu.ſecus ſi gratis abſque pactione aliquid offeratur.d.c.tua nos. Veruntamen quãdo monaſterium eſſet tenue, & non poſſet ſupportare expenſas victus, quòd tunc poſſet exigere hoc modo dicendo: frater ſcias quòd nõ poſſumus tibi prouidere ſi vis intrare, porta totum vnde viuere poſsis. Et idem in ordinibus ſepulturis benedictionibus nubentium, quãdo aliquid datur ſponte abſque aliqua pactione.c.& ſi quęſtiones.c.ad apoſtolicam.de ſymo. c. ſuam.eod.titu. Et in ſacramentis eccleſiæ, licèt debeat obſeruari laudabilis & pia cõſuetudo abſque pactione & violenta exactione: ſecundum Panor.in dict.c.ad apoſtolicã. Idem Cardina. Alexan.aliàs Præpoſi.vbi ſuprà in diffinitione ſymoniæ dum dicitur, quòd eſt ſtudioſa cupiditas, &c. Intelligitur ad excludendum nudã voluntatem, quæ ſignis exterioribus non declaratur, quæ in eccleſia non punitur: quia eius probatio non habetur.c.tuam nobis.de ſymo. licèt non ſit ſine peccato.c.qui ſtudet.c.reperiuntur.j.quæſtio.j. Et dicitur ſymonia mentalis. Veruntamen in his quæ ſunt prohibita: quia ſymoniaca. ſymonia mẽtalis habet efficaciam ſymoniæ conuentionalis, ſed in his quę ſunt ſymoniaca: quia prohibita, per talem ſymoniã mentalem quis peccat, ſed tollitur per pœnitẽtiam. dict.c.fin.de ſymo.& idem Prępoſi.allegat Cardin. Floren. quando quis renuntiat eccleſiæ eo animo vt conferatur alteri: vti nepoti aut alteri, dum tamẽ non interueniat pactum, modus aut conditio, & ꝙ quis ſit dignus, non eſt peccatum: ſecus ſi non eſſet dignus. faciunt nota.per glo.& Doctor.in c. tuam. de æta.& qualita.Panormi.in c.tua nos.poſt Ioan. Andr.de ſymo.tenet, quòd in prohibitis: quia ſymoniaca, ſiue in ſymoniacis, quia prohibita ſymonia mentalis eodem modo contrahitur, & purgatur per pœnitentiam: & ideò ſecundum gloſ.in dict.c.fina. de ſymo.tales non dicuntur ſymoniaci, & huiuſmodi ſymonia dicitur leuis, & leuiter indulgetur.& ſecundum glo.in c.vnico.de clericis non reſiden.lib.
5 vj. † talis ſymonia mentalis non eſt vera ſymonia. Et ideò conſtitutiones extrauagantes mentales loquentes de ſymonia non habent locum in ſymonia pœnali.c.in pœnis.de regu.iur.libr.vj.per glo. in c. j.de tempo.ordi.lib.vj.ſecũdum Præpoſi. vbi ſuprà j.quæſtio.j.in ſumma.& ibi declarat dict.c.final.de ſymo.dum ibi loquitur de reſignatione ſpiritualiũ, & temporalium. & pro hoc facit c.conſulere.de ſymo.cũ glo.& ibi tenet idem in mere ſpiritualibus: vt in ſacramentis eccleſiæ, & ibi etiam reſpondet de de vſura mentali. Et tandem tractat, ꝙ niſi interueniat pretium nõ dicitur vera ſymonia, ſed tantũ mẽtalis. Et per prædicta quãdo quis accipit ordinẽ vt poſsit habere beneficium eccleſiaſticũ, vel ea ſpe intrat monaſterium, & profitetur vt habeat prælaturam, vel etiam ſeruit Cardinali vel alteri prælato: vt habeat beneficium, dummodò non interuenerit pactum, non eſt vera ſymonia, ſed tantùm mentalis, & peccat mortaliter: ſed tamen poteſt retinere ordinem vel beneficium dummodò confiteatur ſacerdoti, & pœniteat de peccato. iuxta notata per Doctor.in c.cùm eſſemus.de ſymo. & præmiſſa dicit intelligendum dictum Angel. in l. ſed ſi lege. §.conſuluit.

§.conſuluit.ff.de petit.hæredi. quando donatarius confert donanti,cui erat obligatus ad nemora beneficium eccleſiaſticum tunc incurrit ſimoniã,debet intelligi de ſimonia mentali,ex quo non interuenit pactum. Et quid in dubio dãs vel donatarius habuerit intentionem deprauatã attenduntur coniecturæ de quibus in ca.& ſi quæſtiones. de ſymon. Et vlteriùs inquantum in diffinitione ſymoniæ dicitur ſtudioſa cupiditas.infert d.Card.Alex.ſeu prę
6 po.vbi ſuprà,† quòd ſi ex neceſsitate ineuitabili daretur,vel acciperetur pro ſacramentis vel pro beneficijs eccleſiaſticis,non eſſet ſymonia:quia non interuenit voluntas ſtudioſa,ſed ob neceſsitatem inducta.de quo in c.cùm in eccleſiæ.& c.quoniam.de ſymo.c.baptizandis.j.q.j. Item quando conſuetudo habuit principium voluntarium poteſt in obſeruantium conſuetudinis.c. ad apoſtolicam. de ſym. ſecus ſi habuerit principium violentum:ſecundum Panorm.ibi,& ideò ſi exigeretur vigore ſtatuti vel alio modo eſſet ſymonia.c.Iacobus.de ſymo. Pan. in c.cauſam. de conſtit. & quando penſio reſeruatur de authoritate ſuperiorum non eſt ſymonia.ca. niſi.de præben. Pan.in c.conſtitutus.de tranſa.maximè quando referuntur omnia ad voluntatem ſuperioris:tunc excuſantur:ſecũdum Cardi.Alex.vbi ſuprà alleg.per not.in c.j.de rer. per.lib.vj.& in cle. j.de rer.perm.in verbo volentibus.per glo.in l.fi.C. de magiſt.Barto.in l.j.C.de præd.cur.libr.x.Sed redeundo ad alias quæſtiones tactas per glo.in ſumma j.q.j.Secunda † vnde dicitur ſymoniacus à Simone mago,qui fuit primus in nouo teſtamento,
7 qui voluit emere donum Dei,& in veteri teſtamento,Giezi ſeruus Heliſej prophetæ,qui recepit pecuniam pro ſanitate Naamã, & effectus eſt lęproſus. iiij.Regũ iiij.c.De quo etiam fit mentio in ca. cùm in eccleſiæ.de ſymo.& c.qui ſtudet. j.q.j.& per glo.
8 in ſumma j.q.j. Tertia quæſtio † contrahitur ſymonia tribus modis manu, obſequio, & lingua,& ibi declaratur.j.q.iij. Quarta q. qui admittuntur ad accuſandũ & teſtificandũ in hoc crimine ſymonię. Quinta quæſtio de pœna criminis ſymoniæ.Sexta q.de diſpẽſatione in crimine ſymonię.vlteriùs d. Card.Alex.aliàs Præpo.ſuper glo.§.quod autem j.
9 q.j.in princi.† quòd licitum eſt redimere vexationem in beneficialibus poſsidẽti.& plures quæſtiones ſuper hoc format etiam pro acquirenda poſſeſſione.de quo in cap. dilectus.le primo,de ſymon.& quid in dignitate temporali & in officijs temporalibus,& qualiter eſt mala præſumptio contra tales.

ARGVMENTVM.

De ſtatuto excludente filias ſtantibus maſculis.

SVMMARIVM.

1 *Neptis auo ſuccedit amita non obſtante ut quæ patrem repreſentet.*

2 *Filiæ præteritæ,quæ teſtamentum nullum dicere poteſt, auxilium veniale competit.*

3 *Edictum ſucceſſorium an locum habeat in querela,uel iure dicendi teſtamentum nullum.*

4 *Stante ſtatuto quòd filia non ſuccedat ſtantibus maſculis: ſed dote contenta ſit:deceſsit filius filia ſuperſtite an filia ſororem excludet.*

Quæſtio CCCCCXLV.

QVAERITVR quãdo ſtatutum vel conſuetudo diſponit quando aliquis decedit relictis filijs maſculis & filiabus: quòd fœminæ debeant maritari de bonis patris,& maſculus ſuccedit in totum. Modò filius maſculus deceſsit relicta vna filia,antequàm amita ſoror maſculi nuberet, an amitta debeat ſuccedere,an verò neptis,quæ repræſentat perſonam patris.C in.C.ad legem Iul.de adult.format quæſtionem,& ibi refert Iaco.de Aret.Humber.de Bobio. quòd ſoror maſculi debeat ſuccedere.& tandem refert Hugo.de Fontana di-
17 nem format quæſtionem. † Quid de errore iudicis, an poſſit reuocare:& ibi facit certam diſtinctionẽ, quando iudex errat in ordine iudicij,& non poteſt reuocare.l.prolatã.& de ſenten.interlocut.omni.iudic.niſi litigantes renunciarent ordini iudiciorum: iuxta notat.in capit.de cauſis.de offic.deleg.aut iudex errauit in prolatione ſententiæ, & tunc refert aut errauit in proferendo,aliter quã volebat, & cõſtat de errore, tunc non valet ſententia.l.quia arbiter.ff.de arbit.licèt in dubio non præſumitur error. l.Labeo.de ſupel.legat.aut iudex errauit in proferendo aliter quã debebat: tunc aut errore iuris expreſſo,& ſentẽtia eſt nulla:etiam ſi fundetur ſuper confeſsione.& eodem modo ſi fundetur ſuper conſilio alicuius iuris periti: quia conſilium non defendit ſententiam contra nullitatem iuris expreſsi,etiã ſi eſſet lata de conſenſu partium. Nec obſtat l.ij. C.commu.vtri.iudic.quia ibi non loquitur in caſu erroris expreſsi.& eſt ratio: quia ius conſtitutionis non poteſt mutari pactis priuatorum.l.quidẽ de bonis.§.j.&l.Seius Augerius.ff.ad leg.falci. aut non fuit error expreſſus,& tunc ſententia diffinitiua emendari non poteſt.l.quod iuſsit.ff.de re iudica.ſiue loquatur in ciuili, ſiue in criminali.l.diui.ff.de pœn.gloſſ.in dict.l.quia arbiter.ff.de arbit.format quæſtionem quando arbiter vel iudex propoſuerat condemnare, & errando abſoluit,vel econtrà, an poſsit corrigere: quia non videtur dixiſſe quod mente nõ agitauerit.l.dicere.in prin.ff.de arbitr.& l.Labeo.ff.de ſupel.legat.Sed in contrarium tenet: quia talis ſententia erronea.eſt ipſo iure nulla deinde facit certam diſtinctionem. Veruntamen tenet, quòd poteſt reformare quandocunq; quò ad dicta. pro quo allegat d.l.acta, ſeu actorum verba.ff.de re iudica.& ibi latiùs per gloſſ.Bald.in dict.l.quia arbiter.in principio refert Din.diſtinguere:aut iudex errauit in prolatione verborum,& tunc poteſt mutare,& corrigere.argu.l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de legat.j.ſi autem errauit alio modo,tunc nõ poteſt: vt in dict.l.quia arbiter. deinde G.refert taliter diſtinguere:aut conſtat de errore voluntatis ex contextu verborum, aut non: quando enim nõ apparet,non poteſt mutare: quia poſſet eſſe fraus: quia iudex poſſet ſemper dicere, quòd errore ductus ſententiam dicit.deinde idem Bald.refert alios diſtinguere:an iudex ſit ordinarius,aut delegatus, aut arbiter.de quo ibi latiùs per ipſum:&etiam per Alberic.vnde gloſſ.quæ ponit erroris caſus ſpeciales in cap.ij.de purga.vulga.vbi retractatur ſententia,& maximè propter duellum reprobatum,innocentes fuerunt condemnati.& domino faciente fuit reuelatum,& alibi repertum furtum: Ioan. Andrę.ibi facit certam diſtinctionem poſt Iacobũ de Arena qui ſimilem illi quam Bald. in dict.l.error. C.de iur.& facti.ignor.circa finem facit:licèt Bal. ibi non faciat mentionem de diſtinctione Ioan.Andrę.Cardin.Flo.ibidem facit ſimilem diſtinctionẽ Ioan.Andr.idem Cardi.Flo.in dict.cap.qualiter & quando.le j.in iij.opinione & ſequenti amplè tractat qualiter iudex poſsit mutare,aut corrigere errorem ſententiæ per ipſum latè:& inter cætera quo ad principale poteſt mutare quoad latinitatem, vt ſupplendo vbi errauit.dict.l. actorum verba ff. de re iudica.aut quoad intellectum & effectum ex verbis reſultantem.& tunc aliquando iudex reſeruauit ſibi poteſtatem,& poteſt: vt quia dicit ſaluo iure,aliter pronunciandi.ff.fami.erciſcun.l.itẽ Labeo ſcribit.§.j.verſic.ſed ſi purè.vbi eſt gloſſ.ſingularis,quæ non eſt alibi:ſecundum Cardina.Flor.in dict.cap.qualiter.& ita notat Albe.in dict.l.itẽ La-
18 beo.§.familiæ.† quòd iudex in ſententia poteſt ſibi aliqua reſeruare:facit l.penulti.C.de inſti.& ſubſti.ſub condi.fact.Bald.in dict.l.item.l.item Labeo.
19 tenet quòd illa † verba appoſita in ſententia,ſaluo eo quod infrà dicam,non operantur effectũ quoad negotium deciſiuum per ſententiam: ſed dumtaxat quoad acceſſoria:vti fructus & expenſas: iuxta notat.per gloſſ.& doctor.in l.terminato.C.de fructi.& liti.expenſis.l.Paulus.la j.ff.de re iudi.Floria. in d.l.itẽ Labeo.§. idẽ in effectu tenet quod Bald. & plures alias quæſtiones prætextu dictæ reſeruationis, & præſertim in ſententia Epiſcopi condemnatoria pœnæ delicti,an poſsit reſeruare ſalua eius gratia: & ſaluo iure mutandi aut mitigandi,quod fortè procederet in ſententia Epiſcopi:quia clemẽtiùs debet agi cum ea,quàm cum alio:ſecundũ Guliel.de Cuneo in authentic.interdicimus.C.de epiſco.& cleric.de quo ibi latiùs per Bald.& Panor.in dict.ca.qualiter.le j.de accuſa. An iudex poſsit corrigere ſuum errorem:allegat cano.magnę.xxij.q.
20 iiij.†quia quis non debet eſſe pertinax ad ſuſtinendum errorẽ ſuum:tamen in iudice debet cautè corrigere.deinde facit certam diſtinctionem : quæ poterit ibi videri.idem Panormita.in cap.ij.de purga. vulga. ponit quandoq; intellectum vbi retractatur: & inter cæteros in quarto intellectu, quando cauſa ſententiæ redit ad non cauſam comperta veritate retractatur ſententia.l. ſi fullo. ff. de condi. ſine cauſa.l.in commodato.§.fina.ff.commo.faciũt notata per Bart.in l.ſi ſiue.in princip.ff. rem ratam haberi. Quintus caſus retractatur ſentẽtia propter notorietatẽ iniuſtitiæ.capit.inter cæteras.de re iudic.ſecundum Innocen.in c.fraternitatis.de frigi. & malefi.& ex hoc infert ad dictum ſingulare Hoſtien.in dict.ca. ij.§.fina.de purga. vulga. vbi Hoſtien.loquitur per verbũ forſam ſi error probabilis reperitur, & ſi ſententia tranſiuerit in rem iudicatã,poterit ſubueniri lęſo ex clauſula prętoris,ſi qua iuſta cauſa, per beneficiũ reſtitutionis in integrũ. l.j.§.fina.ff.quibus ex cauſis ma.& iſtam partem tenent communiter canoniſtæ,& gloſſ.in l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.man.& in l.ſi ſiue.in princip.ff. rem ratam habe.licèt communiter legiſtæ teneant contrarium,vt refert ibi Barto.& Panor.in dict.ca. niſi ſubueniretur remedio princ pis, ſeu per eius reſcriptũ.l.diui.ff.de pœn.deinde Barto.in l.quid tñ. in prin.ff.de arbi.vbi quærit quid prodeſt iſta clauſula,ꝗ poſsit iudicare ſemel & pluries,& quoties ſibi placuerit: quia intelligitur de vno articulo ſemel, & in alio poſteà, ſiue ſit arbiter ſiue arbitrator. deinde idem Bartol.tenet quòd ad hoc vt arbiter poſsit corrigere ſuam ſententiam ſuper eodem capitulo, deberet dici in compromiſſo hoc
21 expreſsè, † quòd poſsit iudicare ſemel, & pluries ipſum iudicatum corrigere & mutare. Nam

hanc poteſtaté non habet de iure communi vt ſuprà proximè: ſed poteſt eis attribui per conſenſum partiū. ſicut enim ſunt quidam iudices qui poſſunt corrigere ſuas ſententias, vt præfecti prætorio. l. ab executore. in princip. ff. de appella. ita etiam poteſt concedi arbitris. l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbi. & ita refert conſuluiſſe idem Barto. in ciuitate Spoleti. Item Bart. in dict. l. ab executore. ff. de appella. tractat plures quæſtiones, & inter cæteras, quando iudex deputat nuncium ad exequendum ſententiam, qui excedit modum in exequendo, ad quem ſit appellandum. de quo per ipſum in l. à diuo Pio. §. ſententiam. ff. de re iudica. in penulti. quæſtio. & Panormi. in ca. ad conſultationem. de re iudic. etiam idem Barto. in dict. l. ab executore. tractat poſt glo. quis iudex poſsit ſuam ſententiam interpretari, & de modo interpretandi, etiā
22 quòd † in tali interpretatione debet pars citari. Itē
23 tractat † an vnus iudex poſsit interpretari ſententiā ſui prædeceſſoris, & tenet ꝙ ſic: quia eſt idē tribunal. & l. proponebatur. ff. de iudic. & idem taxa expenſarū quam iudex reſeruat: iuxta not. per glo. & doctor. in l. terminato. C. de fruct. & liti. expenſ. & in ſententia delegati an poſsit taxare. Item quærit
24 an † poſsit appellari ab iniqua interpretatione, vel taxatione iudicis, & de modo detegendi iniquitatē interpretationis, vel taxæ expenſarū, & cum apoſtillis Alexand. & an poſsit in prolatione ſententiæ reſeruari condemnatio expenſarum. Item vide eundem Barto. in l. iudex. ff. de re iudic. qui tenet quòd in l. fi. aliàs. ij. C. de ſentent. ex pericu. recitād. ꝙ officiarij ibi nominati habent tantam poteſtatem ꝙ per officiū nobile poſſunt corrigere ſuas ſententias. deinde Bart. tractat quando ſententia ordinarij eſt nulla, an poſsit corrigere. item etiam ibi tractat quādo in ſententia iudex in fine apponit clauſulam, ꝙ ſi dura condemnatio eſſet in plus vel minus, quàm per formam ſtatutorum, quòd illam reducet ad formam ſtatutorum: quid operetur. Idem de materia correctionis ſententiæ, per Din. in c. quod leuior. de regu. iur. lib. vi. domi. Ioan. de Imol. in dict. l. iudex. ff. de re iudi. ibi tractat plures queſtiones in hac materia: & inter cæteras quando ſententia iudicis ordinarij eſt nulla, vel delegati principis, aliter quàm per turpitudinem vel dolum iudicis, an iterum poſſit cognoſcere, vel an poſsit adiri ſuperior etiam reformando ſententiam: iuxta l. iiij. & l. abſentē. C. de accuſ. item etiā tractat an verba ſentētiæ poſsint ſuppleri, vt quilibet actor & reus vincat in parte & in parte non: & iudex in ſententia dicit victum victori in expenſis condemnando, abſque aliter declarādo: quia tunc ſecundum Barto. in l. ſi legatario. § finaut. ff. de fideicom. liber. ſententia eſt nulla: ſed idem Barto. in l. j. §. finautem. ff. de hære. inſti. tenet in ef-
25 fectu, † quòd ſi iudex in ſententia abſoluit reum dicendo victum victori in expenſis, licèt deficiat verbum condemno: tamen ſuppletur per rationem ibi poſitam. Nec obſtat quòd ſententia debet ferri in ſcriptis, & ſic quòd nihil debet ſuppleri. arg. l. cōtractus. C. de fide inſtrumen. quia ad iſtud reſpondetur, ꝙ ſuppletur ſicut in teſtamento in ſcriptis: quia fuit plus dictū & minus ſcriptū. quia ex iuris interpretatione ſuppletur vnū verbū, licet ſecundū Bar. in d. §. finautē. cōtrariū fuerat iudicatū. Bal. & Ange. ibidem videntur tenere contra Bart. ſed Io. de Imol. ibidem facit certam diſtinctionem: ſed in finalibus verbis, & quòd fortè in practica ſeruaretur alia opinio quæ eſt magis communis: licet præcedens videtur poſſe defenſari: idem Bart. in l. præſes. C. de ſenten. & interlocu. om. iudi. videtur tenere contra: videlicèt quando abſoluit reum victum victori in expenſis, quòd non teneat condemnatio
26 expenſarum: † quia nō poteſt ſuppleri verbum ſubſtantiale, condemno. Nec obſtat, quòd in vltimis voluntatibus ſuppletur verbum, eſto. dict. §. finautem. quia aliud eſt in vltimis volūtatibus quæ fiunt à teſtatoribus mortis cogitatione turbatis. l. hac cōſultiſsima. C. qui teſta. facer. poſſ. ſed in ſententia quæ debet ferri in ſcriptis, & deliberatè. l. ij. C. de ſentē. ex peric. recit. & ideò imputādū iudici cur nō proſpexit: fatetur tamen Bar. in d. l. præſes ꝙ ſi præceſsiſſet verbum condemno, & quia in ſententia iudex condemnaſſet reum victum victori in expenſis, quòd tunc tenet ſententia condēnatoria expenſarū, nec intelligatur tūc aliquod verbū, ſed omnia veniunt ad determinationem illius verbi condemnamus, quod præceſsit: per iura ibi per ipſum allegata: & pro hoc facit. l. cum pater. §. cum imperfecta.
27 ff. de lega. ij. † vbi oratio imperfecta poteſt ſuppleri ex præcedenti, & ſequenti ſi commodè fieri poteſt: facit quod habetur in ſimili per gloſ. fin. in ca. cùm venerabilis. de relgio. domi. & pro opinione illa quando in ſententia deficit verbum principale cōdemno, vel abſoluo, quòd non poteſt ſuppleri facit
28 authent. ſi quando. C. de conſtit. pecunia. † vbi oratio imperſonalis: ſeu truncata ex parte illius qui debet obligari non recipit ſupplementum, nec intellectum: ſecundum Ange. in d. l. j. §. finautem. ff. de hæredi. inſtitu. & ſecundum Ioan. de Imol. iſta opinio fortè in practica ſeruaretur, & eſt magis communis referendo ad opinionem Bald. & Angel proximè relatam: licèt domi. Alexand. in dict. l. errore. C. de teſta aliter videatur referre. citra arrogātiam loquēdo me refero ſemper veritati. Alb. poſt Cin. in d.
29 errore. videtur tenere † ꝙ error adhibitus in ſententia & actis iudicialibus poteſt probari per duos teſtes: vide etiam Cinu m. poſt gloſſ. in l. ambiguitatis: & l. præpoſteri. C. de teſta. Pau. de Caſtr. in dict. l. errore C. de teſta. & in dict. l. i. §. fin autem ff. de hæredi. inſtit. tenet opinionem Bartol. vt ſuppleatur, & ſuſtineatur ſententia. Iaſon in dict. l. errore. defendit Barto. à contrarietate ſuæ opinionis in dict. l. i. §. fin autem. & in l. præſes. C. de ſenten. & interlo. omniū iudic. Sed redeundo ad Ioan. de Imol. in d. l. iudex. ff. de re iudica. de hac materia quando in ſententia deficit verb. cōdēno, vel abſoluo, quòd ſit nulla: ſecundum ipſum fortè iſta pars de iure videtur verior, licèt alia videatur æquior, attenta veriſimili mente ſententiātis, vt res potiùs valeat quàm pereat. l. quotiens. ff. de verbor. ſignific. licèt videatur imputandum iudici, qui ſciens ſe aſtrictum diligenter non inſpexit, quod ſcripſit, quòd recitare debuit. de quo ibi latiùs per ipſum. Idem Ioannes de Imola in dict. l. iudex. tractat plures notabiles quæſtiones, & inter cæteras, quando eſt deputatus iudex delegatus ſuper nullitate poſsit reformare ſententiā & cognoſcere de negotio principali. Item in delegato ſuper articulo appelli ab interlocutoria pro-

ria pronuntiato, quòd bene fuerit iudicatum, an poterit cognoſcere de negotio principali, abſque alia commiſsione, de qua per Ioan. Andræ. & Panorm. in c. vt debitus honor. de appel. circa fi. item ex glo. poſt Bart. tangit quæſtionem quando adijcit clauſulam in ſententia lata in cauſa criminali, quòd ſi plus vel minus condemnauerit quàm deberet ſecũdum formam ſtatuti, quòd illam ex tũc reducit ad debitam quantitatem ex forma ſtatuti, quid operetur, de quo ibi latiùs per ipſum. Alexand. de Imol. etiam in dict. l. iudex. ff. de re iudic. tractat de materia an poſsit corrigere ſententiam nullam. & ponit plures fallentias, & inter cęteras, quando poſt ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatã, pars fuit admiſſa ad probandum, & faciendum probationes: quia tunc idem iudex ordinarius poterit retractare ſententiam propter nouas probationes: ſecundum Innoc. in cap. cùm dilecta. de reſcript. in cap. cùm Bertoldus. de re iudic. in cap. fraternitatis. de frigi. & malef. nam pars quę obtinuit ſententiã tacitè videtur renuntiaſſe ſententię, quod facere poteſt. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pac. item etiam idem Alexand. poſt gloſſ. tractat illam quæſtionẽ, quando ſententia iudicis ordinarij eſt nulla etiam quàm per turpitudinem iudicis, an poſsit adiri ſuperior indiſtinctè, etiam ſi petatur pronuntiari ſuper negotio principali. ad hoc allegat Barto. in l. ſi vt propoſitum... nis. la j. C. quomo. & quando iudex. & in l. ſi expreſſim. ff. de appel. per tex. in l. j. §. vel corrigitur. ff. quę

30 ſent. ſine appell. reſcin. ex quo infertur † quòd cauſa nullitatis deuoluit negotium principale ad ſuperiorem ſicut appellatio. allegat Innoc. in cap. cùm contingat. de offici. delega. & hoc quãdo ſuperior adiretur principaliter ſuper nullitate, ſecus ſi principaliter ſuperior ſuper negotio principali adiretur quia tunc non poteſt: ſed primus iudex vel eius ſucceſſor debet cogere per l. ꝗ ubi cœptum. ff. de iudi. & l. iiij. & l. abſentem. cum ibi nota. C. de accuſ. & ex eiſdem actis: ſed quando ſuperior aditur ſuper nullitate, tũc ex nouis actis cognoſcit de negotio principali: vt videtur ſentire Salice. in dict. l. iiij. C. de accuſa. de quo per glo. & docto. in l. cùm quærebatur.

31 ff. de re iudic. † Et licèt quãdo iudex eſt aditus principaliter ſuper nullitate poſsit reformare ſententiã ſuper negotio principali dict. l. abſentem. C. de accuſa. pro quo facit l. fina. aliàs, incipit, Titiano. ff. quòd cum eo. vbi iudex appellationis poteſt confirmare ſententiam ex noua cauſa, & ſic ex nouis actis: quia hoc verum, niſi † prima ſententia eſſet nulla: quia eſſet lata ſuper inepto libello: quia tunc iudex appellationis non poſſet reformare ſententiam. cap. cùm dilecti. de emptio. & venditi. ſed debet ſimpliciter caſſare ſententiam reſeruato iure agendi. ſecundum Bald. in l. ij. C. de reſcin. vẽdi. in xiiij. quæſti. Et idem in cauſa nullitatis: quia iudex iſto caſu pronuntiabit ſententiam nullam reſeruato iure agendi ſuper principali. & ita etiam tenet Alexand. in dict. l. iudex. ff. de re iudic. & ibi tractat poſtremò, an in ſentẽtia poſsit fieri reſeruatio &c. & ſi iudex poſsit interponere decretum, ſit quatenus de iure poteſt', & quando vaſallus alienat fundum quatenus de iure poteſt. gloſſ. in l. termi-

33 nato. C. de fruct & lit. expenſi. tenet † quòd eodem die quò ad acceſſoria iudex poteſt condemnare vti in fructibus & expẽſis. & ſint liquidi, eodem die poterit taxare, aliàs ex interuallo poterit taxare, maximè quando iudex in ſententia fecit condemnationem expenſarũ reſeruata taxatione: ſed condẽnationem expenſarum non poteſt reſeruare: ſecundũ Cyn. ibi, & reſpondet ad glo. in l. item Labeo. verſi. ſed ſi purè. ſuper verb. ſi purè. Barto. in dict. l. Paulus. la j. ff. de re iudic. quòd eſt ſingulare: quia iudex circa acceſſoria eodem die poteſt ſupplere: quia condẽnatio expenſarũ, fit ſtatim & taxatio expenſ. reſeruatur, ſed ſi iudex reſeruaret condemnationẽ expenſa. non poſſet ſecundum Cyn. in dict. l. terminato. veruntamen ſecundum Bar. in dict. l. Paulus. per talẽ adiudicationẽ quã facit: iudex nihil derogatur ei quod iam fuit ſentẽtiatũ. vnde ſi vellet detrahere non poſſet, vt apparet in text. ſed aduerte: quia d. l. Paulus. la j. videtur habere legẽ cõſonam dict. l. terminato. & ibi glo. ſuper verbo quominus. quæ dicit, ꝙ toto eo die iudex poteſt ſupplere circa acceſſoria, & intelligerẽ de die naturali propter illam donationẽ vniuerſalem, totius: ſed Bald. in d. l. terminato. tenet contrarium, quòd intelligitur de die iudiciali & non naturali xxiiii. horarum. Idem Bartol. in dict. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. videtur tenere, quòd iudex in ſententia poſsit reſeruare condẽnationem expenſarũ per iura ibi per ipſum allegata. fatetur tamen quòd alia practica reſeruationis taxæ expenſarũ & non condemnationis expenſarũ eſt cõmunior, & quòd ſeruetur. & ibi facit certas alias quæſtiones quæ poterũt ibi videri. item Alexand. in dict. l. Paulus. la j. ff. de re iudic. tenet quòd etiam in delegato procedit: quia eodem die quò ad acceſſoria poſſet condemnare vel abſoluere. item quòd iudex poteſt eodem die probationis ſententiæ poteſt apponere diem ſolutionis fiendæ per l. ij ff. de re iudic. vide Bald. in dict. l. terminato. qui tangit plures quæſtiones in hac ma

34 teria, & inter cætera, † quòd in iſtis acceſſorijs vti expenſis, & fructibus tenet quòd petitio incerta, & ſententia incerta, debeant liquidari in executione ſententiæ: iuxta nota. per Cyn. in l. terminato. & per Bald. in l. cùm propria. C. ſi quis alte. vel ſibi. & facit gloſſ. ibi & per Panormita. in cap. grauis. de reſtitu. ſpolia. veruntamen redeundo ad quæſitum principale ſuper correctiõe nominis proprij adhibiti in prolatione cuiuſdam ſententiæ ſuper reſtitutione fideicommiſsi vniuerſalis vocata parte & cõſtito per acta de errore nominis proprij, fuit ordinatum corrigi dictum errorem.

ARGVMENTVM.

Hæredis appellatione an veniant particulares hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis appellatione in dubio de vniuerſali intelligitur.*

2 *Filia particulariter inſtituta, ad fideicommiſsi partem venit cum alijs hæredibus vniuerſalibus.*

Quæſtio CCCCCXLVIII.

QVAERITVR an in vltimis voluntatibus quando ſit relictum hęredibus alicuius, an veniãt hęredes particulariter inſtituti. Dubium

1 facit: † quia appellatione hæredis in dubio intelligitur de hærede vniuerſali. l. quædam. §. nihil. ff. de

edend.l.j.§.ſi hæres.& §. de illo. cum ibi nota.ff.ad Trebe. Sed in contrarium facit.l.vt iuriſiurandi.§. ſi liberi.ff.de oper.liber.vbi admittuntur liberi pro æqualibus partibus,licèt non ſint hæredes vniuerſales. Nec obſtat l.quoties.C.de hæredi. inſtituen. vbi hęredes particulariter inſtituti dicũtur legatarij quia iſtud fallit in liberis quibus debetur legitima: quia quoad hæc habent nomen hæredis: iuxta ibi nota.per docto. & in l.ex facto.la grande.ff.de hæredib.inſtituen.faciunt nota. per gloſſ.& docto. in l.ſi quis priore.ff.ad Trebelli. vnde in hac materia Specu.in titul.de teſtamen.§.in primis.verſicu. po-
2 nę.format quęſtionem, † an filia inſtituta in certa ſumma admittatur ad fideicõmiſſum relictum alicui,& eius hęredibus,& maximè in ſuis hęredibus. & ibi arguit ad ambas partes,&tandem concludit, quòd filia ſit admittenda fauore vltimę voluntatis de quo ibi per Ioan. And.in addi.&idem in emphyteoſim eccleſiæ:quia hęredes particulariter inſtituti admittuntur iuxta nota.per Barto.in dict.l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper.liberto.vnde Ioan. de Imol.in dict.l.ex facto.la grande. ff.de hæredib. inſtituen. in vj. coll. allegat dictum Specul.vbi ſupra,quòd filia particulariter inſtituta admittatur ad partem fideicommiſſi cum alijs hęredibus vniuerſalibus fauore vltimæ voluntatis. l.in teſtamentis.ff.de regul.iuris.& iſtam partẽ etiam tenet Alexand.de Imol.in dict.l.nihil.ff.de edend.Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper cauſa nobilis Ioannis Aſtaudi domini de Muris in prouincia contra nobilem de Glandeuez dominum de Egredolis prætextu caſtri & territorij de Ralienata ſiti in hac patria Dalphi.quia nobilis & potens quondam dominus Raymondus de Aponto dominus ſaltus reliquit nobili Põceto Aſtaudi loco alterius legati ſibi facti in pecunia in teſtamento dicti domini Reymõdi reliquit in eius codicillo dicto Ponceto Aſtaudi,& eius heredibus,ex eius proprio corpore procreãdis dictum caſtrum de Ralienata. deinde dictus Poncetus in eius teſtamento inſtituit eius hæredem vniuerſalem dictum Ioãnem Aſtaudi,& duos alios eius filios,fratres dicti Ioannis inſtituit hæredes particulares.& erat dubium ſi dicti hęredes particulariter inſtituti ad mitterentur ad dictum fideicommiſſum,licèt prætenderetur,quòd dicti hæredes particulariter inſtituti erant defuncti. Sed quia obijciebantur plures alię exceptiones pro parte rea,& præſertim exceptio præſcriptionis triginta &quadraginta annorum:ideò aliter hîc non declaro,licèt antequàm eſſem conſiliarius Dalphi. de materia dicti fideicommiſſi ſimilis aliâs ſcripſi in volumine vltimarum voluntatũ.fol.326.in clauſula codicili dominæ Catherinę Lambertę, prout ibi pleniùs videri poterit.

ARGVMENTVM.

Papa an irregularitatis pœnam incurrat.

SVMMARIVM.

1 *Papa contra ius diuinum non videtur diſpenſare.*
2 *Papa ſuis conſtitutionibus pœnas imponit corporales, ſed eas non infligit.nume.6.*
3 *Papa aut magiſter pugnando ſi bellum ſit iuſtum non efficiuntur irregulares: Papa enim canonicam non incurrit irregularitatem*
4 *Multa in genere licent,quæ non in ſpecie.*
5 *Eccleſia per ſe non imponit pœnam ſanguinis, ſed per alium ſic.*

Quæſtio CCCCCXLIX.

QVAERITVR an Papa pro homicidio ſeu membri mutilatione,vel ſanguinis effuſione incurrat irregularitatem. Dubium facit:quia licèt Papa ſit ſupra ius poſitiuũ,& ſolutus legibus.
1 cap.propoſuit.de conceſ.præbend.tamen † contra ius diuinum non videtur diſpenſare.cap.literas. cũ ibi notatis.de reſtitu.ſpoli.quia Papa debet defendere ius diuinum vſque ad ſanguinem,& animam. cap.ſunt quidam.xxv. quęſtio.j.nam irregularitas videtur cauſari de iure diuino:dum Deus dixit Dauidi:Non ædificabis mihi tẽplum:quia vir ſanguinis es.cap.quia.v.quæſtio.vj. & homicidam ab altari meo euelles.cap.j.de homici.Vnde in hac materia referam opiniones. Nam Innocen. in cap.ij. de maior.& obed.tenet quòd Papa ſuis conſtitutioni
2 bus† pœnas imponit corporales:vt ibi habetur:ſed non infligit,ſeu exequitur.vt v.quęſtio.vltim. cap. delator.xxvij.quæſtio.j.cap.ſi quis.in princip.Ioã. Andr. in dict.ca.ij.poſt glo.fi.dum ibi tenet,quòd eccleſia põt oſtẽdere in pœna. mortis quid debeat facere iudex ſecularis:ſed non debet exequi: ſecundum Inno.ibi:ſicuti econtrà, interdum Imperator inſtruit iudicem eccleſiaſticũ quid facere debeat. cap.presbyteri.le ij.v.quęſtion.vj. Sed idem Ioan. And. in cap.j.de ſagi. tenet quòd quando bellum eſt iuſtum,licitum eſt pugnare omnibus modis:nec
3 per hoc Papa,vel † magiſter eſt irregularis:cùm Papa canonicam irregularitatem non poſſit incurrere.dict.cap.propoſuit.quia Papa eſt ſupra ius poſitiuũ.nam Papa & Imperator legibus non cõſtringuntur.l.princeps.ff.de lega.ij. ſecundum glo.in c. j.de cõſti.& eſt ratio,quia Papa ſuper hoc alijs medetur:in magiſtro verò nõ incurritur irregularitas.
4 quia †multa licent in genere,quę non licent in ſpecie.cap.poſtulaſti.de homi.cum ibi nota. nam ſecũdum glo.ibi,ea quæ propter bonum facinus,nobis eſt imputandum,ſi præter voluntatem noſtrã cuiq; malum contingat. c. de occidendo. xxiij. quęſtio. v. Antho.de Butr.in dict.cap.j.de ſagi.tenet, quòd in bello iuſto pugnantes non ſunt irregulares: nec magiſter hoc docens:quia Papa non poteſt incurrere canonicam irregularitatem,neque etiam magiſter propter rationem ſuppra additam per Ioan. And.licèt de ipſo non faciat mẽtionem. idem verò Antho.de Butri.in dict.cap ij.de maio.& obedien.
5 tenet quòd † eccleſia non imponit pœnam ſanguinis per ſe.cap.ſentẽtiam ſanguinis.ne cler. vel monach.ſed per alium ſic.cap.ij.de homi.libr.vj.c. fin. ne cleric. Vel mona.eod.lib.vel ij. poteſt dici quod eccleſia declarat quid facere debeat iudex ſecularis. Vel tertio poteſt dici quòd dictum cap.ſecundũ loquitur de morte æterna:quia peribit niſi pœnituerit:vel etiam intelligitur de pręcepto Papæ,vel alterius principis iuſto: ſecus ſi ſit iniuſtum.cap.ſi dñs. & ca. Iulianus.xj.quæſt.iij.ſi verò eſſet dubium an tale præceptũ ſit iuſtum parendum eſt in dubio:ſecundum gloſſ.ibi,& Anto.de Butr.Sed Bald.in d. c.ij.de maio.& obed.tenet quòd Papa poteſt impo
6 nere † pœnam mortis:ſtatuendo ſcilicet non exequendo.& ſi Papa proprijs manibus occideret aliquem fie-

quem fieret ſtatim irregularis. quod eſt valdè notã dum: ſecundum ipſum Io. de Imo. in d. c. ij. tenet ꝙ illa auctoritas, qui nõ obediret principi, morte moriatur, nõ intelligitur prout iacet ad literam: quia aliâs ſequeretur abſurdum, quòd pro quolibet præcepto principis incurreret pœna mortis: vt ſi non ſoluerit alteri decem, vel quid ſimile: ſed debet intelligi quando non obediendo principi eſſet tranſgreſſor legis, vel incurreret hæreſim, vel quãdo nõ obediret in his quæ tendunt ad vindictam maleficiorum. can. miles. xxiij. quæſtion. v. vel poteſt intelligi dicta authoritas de pœna æterna: quia qui nõ obediret principi, peccat mortaliter. & ita videtur ſentire Bart. in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vẽdit. Ioan. de Ana. in dict. c. j. de ſagita. tenet poſt Hoſtien. quòd Papa ſtatuendo & ordinando contra chriſtianos vel infideles, non incurrit irregularitatem, quando bellum eſt iuſtum: & idem in doctore legendo. Panor. in dicto cap. ij. in illa authoritate, qui non obedierit principi morte moriatur, allegat in lib. Regum. iij. cap. iij. tenet ꝙ ſicuti principi ſeculari non obediẽs mori debet, ita etiã nõ obediẽs iudici eccleſiaſtico mori debet ſpiritualiter per excommunicationẽ. & ex hoc infert ꝙ non obediẽs principi ſeculari peccat mortaliter, & poſſet excõicari ad petitionẽ iudicis ſecularis: vt in d. c. ij. tractatur de hac materia de trãſgreſ. mãdati principis. & qua pœna puniatur tranſgreſſor: & pariter ibi tangit an Papa poſsit imponere pœnã mortis ſtatuẽdo, & quod occidendo proprijs manibus, quòd incurrit irregularitatem ſecũdum Bal. quod eſt verũ tenendo quòd irregularitas quæ procedit ex homicidio, ſit de iure diuino: prout aliqui tenẽt aliâs ſi eſſet de iure poſitiuo, eſſet dubium. de quo habetur per doctor. in cap. ad audientiam. de homicid. de quo ſe remittit in cap. ſi. de maio. & obedien. vbi dat plures remiſsiones. pro quo in capit. miror. quinquageſima diſtinct. j. tracta. qui an Papa poſſet diſpenſare ſuper homicidio volũtario: quia glo. in dict. cap. quia v. quæſti. vj. & Archid. in dict. cap. miror. & in c. quia occidit. xxiij. quæſtio. viij. licet difficulter diſpenſet: & ex magna cauſa: & ita tenent Gemi. & Prępo. in dict. cap. miror. & ibi reſpodet ad authoritatem, dum fuit dictum ad Dauid, Non ædificabis mihi templum, quia vir ſanguis es: quia non habet perpetuam cauſam, prout apparet in Paulo apoſtolo, qui fuit perſequutor Chriſtianorum vſq; ad martiriũ: & tamen ordinatus fuit apoſtolus. ſimile habetur in chriſtiano qui occidit hominem: & fuit reputatum ad iuſtitiam: & de Abraã & Petro capitul. occidit. xxiij. quæſtio. viij. Et vlterius idem Prępoſi. in dict. cap. miror. tenet quod Papa ſtatuẽdo poteſt imponere pœnam mortis: ſecus exequendo: ſecundum Bald. in dict. cap. ij. de hac materia etiam fuit actum ſupra q. xij. faciunt nota. in cap. ſi quis viduam. quinquageſima diſtincti. & ibi an per baptiſmum purgetur irregularitas homicidij.

ARGVMENTVM.

Arreragia pręteriti temporis in emphyteuſi an à nouo tenementario peti poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Arreragia præteriti temporis in emphyteuſi fiſcali & eccleſiatica poſſunt peti à nouo tenemẽtario, dato ſibi regreſſu contra authores ſiue antiquos poſſeſſores. nu. 7.*

2 *Fiſcus & eccleſia poſſunt agere pro cenſu contra tertium poſſeſſorem.*

3 *Emphyteuta fiſcalis & eccleſiaſticus donat irrequiſito domino: & quid in emphyteuta priuati. nu. 4.*

5 *Decimæ præteriti temporis petuntur à nouo poſſeſſore. & qua actione petantur. nu. 6.*

Quæſtio CCCCCL.

QVAERITVR ſuper cauſa redimẽdi dãni de maioris domus Carthuſię, contra dominum Petrum Letine coheredem Ioannis Letine eius quondã patris pretextu arreragiorum duorum ſcutorum auri pro xvj. annis, ſaluo pluri, non directo dominio cuiuſdam parti ſiti in inſula, quæ pertinet ad partem dicti domini Letine aduerſus quæ prætendit dictus dominus Petrus Letine, qui eſt nouus tenementarius & quod non tenetur ad dicta arreragia cenſus: niſi pro tempore quo tenuit dictum pratum: ſuper quo quid iuris. Et in effectu videtur dicendum, quòd in cenſu eccleſiæ aut fiſcali poſsint peti dicta arreragia
1 etiam pro tempore præterito † à nouo tenementario dicti prati. l. Imperatores. ff. de public. l. cùm poſſeſſor. §. fina. ff. de cenſi. quia iſto caſu pratum cenſetur affectum, & tranſit cum onere ſuo. l. final. C. ſine cenſu, vel reliq. fund. compar. non poſſ. quia iſto caſu fiſcus & eccleſia æquiparantur fiſco. C. de
2 ſacro ſanct. eccle. Et ſicuti † fiſcus poteſt agere pro cenſu, ſeu penſione cõtra tertiũ poſſeſſorem. ita ſecundum Barto. in l. ſi domus. §. fina. ff. de lega. j. & in l. fin. C. de iure emphyteo. & ita etiam in emphyteoſi eccleſię, idem ius eſt. §. ſine autem. in authen. de non alienan. colla. ij. ſecundum Bald. in authẽ. ſi quis ruinas. C. de ſacro ſanct. eccleſi. Et ita tenẽt Bald. & Alexand. de Imol. in dict. l. ſi domus. §. fin. & Iaſ. in dict. l. fina. C. de iure emphyteo. in princip. glo. & Panormi. in cap. potuit. de loca. tamẽ conſe-
3 quenter ibi tenent quòd ſicuti † emphyteota fiſci poteſt donare irrequiſito domino. l. j. C. de fund. patrim. libr. xj. ita etiã emphyteota eccleſię. de quo. l. vniuerſas. C. ne rei domi. vel templ. Et idẽ in emphy
4 teo. priuati, † qñ in donatione ſeu alienatione fuit dictum, ſaluo iure domini directi: quia tunc tranſit res cum onere ſuo. l. lex vectigalis. ff. de pigno. c. ex literis. de pigno. ſecũdum Panormi. in dict. cap. potuit. vt idem facit pro cõſuetudine in hac patria: quia vt plurimũ in contractibus apparẽt clauſulæ quòd alicui de dict. dominio illius cuius reperietur legitimè teneri. Et pro præmiſsis facit quod habetur per Ioan. Andr. & Panormita. in cap. cùm ho-
5 mines. de deci. vbi tenet, quòd † etiam à nouo poſſeſſore poteſt peti decima præteriti temporis, cùm ſit onus reale, ſicuti & tributum. d. l. Imperatores. cap. tua. de deci. licèt ſit in optione eccleſiæ quam velit cõuenire nouum poſſeſſorem aut antiquum. Et hoc etiam tenet Frede. de Sen. conſil. lxxxj. licèt ibi arguit prout cõtra: & allegat glo. in cap. tua nobis. de deci. & in cap. j. de cenſib. & Archid. in ca. ſi quis laicus xvj. quæſtio. j. & ibi etiam notat, quia
6 aliter † debẽtur peti decimę. vide etiam dominum Guido. Papę, deciſi. xlij. vbi etiam refert quòd dict. conſuetudo pręſentis patriæ pro cenſu iuris emphy

teoſeos & de penſione mortua, quòd poteſt agi cõtra tertium poſſeſſorem, & quòd pariter ꝗ per recognitionem probetur directũ dominiũ. & etiã deciſ. ccccxviij. ꝗ emphyteota tenetur recognoſcere etiã ſi tranſierit ad tertium poſſeſſorem. Veruntamen
7 quãdo † nouus tenementarius ſoluit arreragia pręteriti temporis habet regreſſum cõtra hæredes ſeu antiquos poſſeſſores. l. apud Iulianũ. §. hęres. ff. de lega. j. l. qui cõcubinã. §. qui ortos. ff. de leg. iij. l. quęro. ff. de vſufru. lega. vide Salice. in l. pro hæreditarijs. C. de hæred. actio. circa finem, quando fuit conceſſa emphyteoſis pro ſe & filijs, quòd tũc poſt mortem patris quilibet filiorum tenetur pro rata ad ſolutionem cenſus: niſi in diuiſione bonorũ fuerit emphyteoſis vni ſoli adiudicatio: quia tunc ille ſolus tenebitur. vide in viatorio iuris ſub titu. de loca. vbi tenet, quando primus emphyteota reſtat debens arreragia, quòd ſecundus emphyteota non tenetur ad illa.

ARGVMENTVM.

Pactum de reddendo rem vſiatam ad tempus an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de reddendo rem uſagiatam ualet inter contrahentes: ſed non ad prætudicium fiſci.*
2 *Nouus poſſeſſor non tenetur pro arreragijs præteriti temporis, quando fiſcus alienat.*
3 *Tertius poſſeſſor poteſt conueniri pro penſione, & anniuerſarijs.*

Quæſtio CCCCCLI.

QVAERITVR quãdo apponitur pactũ de reddendo rem vſagiatam, vſque ad tempus vẽditiõis & alienatiõis an tale pactũ valuit, & an aliquis poſſeſſor teneatur ad dicta arreragia. Et
1 in effectu tale pactum † eſt validum inter contrahẽtes. l. inter debitorem. & l. exẽplũ. §. pactum. ff. de pactis l. j. & ij. C. ſine cenſu vel reliqui. ſed non tenuit ad præiudiciũ fiſci, vel eccleſiaſtici: vt ibi habetur, licèt hodię quando nouus poſſeſſor nõ eſt idoneus, tunc etiam pro arreragijs præteriti temporis poteſt haberi regreſſus cõtra venditorẽ, ſeu antiquũ poſſeſſorem authenti. Sed periculum. C. ſine cenſu vel
2 reliqui. licèt quando † fiſcus vendit, ſiue albergat rem cenſualem, nouus poſſeſſor non tenetur pro arreragijs præteriti temporis. l. fin. C. de cenſi. lib. xj. vide Bald. in dict. l. ij. C. ſine cenſu vel reliqui. qui refert certam diſtinct. Nicol. de Mortel. quando quis vendit aliquam rem dempto canone, vel quando promittit pręſtare rem liberam, & francham à canone, & tributo, quod non tenet: quia continet impoſsibilę: licèt Bald. ibi teneat contrarium: quia tale pactum eſt validum, quò ad contrahentes. vide Bald. in l. licèt. C. de iure doti. vbi tenet quod quãdo in exẽptio, ſeu libro ſolidi ſunt deſcriptę plures res, vti domus, fundus, vinea, & ſic de ſimilibus, quòd ſi alienetur vna domus: tunc nouus poſſeſſor non tenetur, niſi dumtaxat pro rata oneris dictæ domus: non autem tenetur pro onere aliarũ rerũ deſcriptarũ in æſtimo. vide dominũ Guid. Pa
3 pæ, deciſ. cccccclxxvj. an † pro penſione poſsit agi cõtra tertiũ poſſeſſorẽ, & quid in anniuerſarijs, & ibi tenet quòd poſsit agi. cap. v. de vſur. & idem in annua penſione pro alimentis ſuper aliqua re. allegat Hoſtien. in ſumma in. titu. de locato. §. quę actiones. & Specu. not. titu. de emphyteo. §. nunc aliqua. verſicul. lxxxvj.

ARGVMENTVM.

Emphyteota fructiferas arbores ſcindere nõ debet.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta non poteſt ſcindere arbores fructiferas, ſi ex hoc fundus depopularetur. fallit nu. 2.*
2 *Pœna in recolligentes fructus immaturos.*

Quæſtio CCCCCLII.

QVAERITVR an emphyteota poſsit facere ſcindi arbores fructiferas in poſſeſione
1 emphyteotica. & dicendum eſt † quòd non, quando fundus propter hoc depopularetur, ſeu damnificaretur: ſecundum Bartol. in l. diuortio. §. ſi fundũ. ff. ſolu. matrimo. & ibi per Bart. Ange. Paul. de Caſtro. & Alexand. de Imol. & per Bal. in authen. qui rem. C. de ſacro ſanct. eccleſi. Et hoc verum, niſi ar
2 bores † eſſent vetuſtę: quia tunc loco illarum emphyteota bene poſſet facere plantare alias arbores: ſecundum Paul. de Caſtr. ibi & Ange. in l. ſi colonus. ff. arbor. furt. cæſar. Sed quid quando quis
3 facit † ſcindi, ſeu recolligi præſiam vineę aut campi immaturè. Et dicendum eſt quòd ſi non exportet preſiam, tunc tenetur pro damno legis Aquiliæ. Nec repetit expẽſam factam in recolligendo. Si verò exportauerit pretium, tenetur actione furti. l. ſi ſeruus. §. ſi oliuam. ff. ad legem Aquil. & pariter poteſt agi cõtra talẽ dãnificatũ pro iure decimæ. Nec debet conſiderari quòd fructus potuiſſent grandine, vel alia tempeſtate perire: ſecundum Ioan. Andr. & Panor. in cap. commiſſo. de deci.

ARGVMENTVM.

Pœna quæ maneat eos qui arbores fructiferas ſcindunt.

SVMMARIVM.

1 *Pœna in ſcindentes arbores fructiferas, & maximè uites.*

Quæſtio CCCCCLIII.

QVAERITVR qua pœna punitur ille, qui ſcindit arbores, & maximè vites. Et dicen
1 dum eſt quòd debet puniri † ſicuti latro publicus. l. ij. ff. arbo. furt. cæſar. & ſecundum gloſſ. ibi debet puniri furca, & deinde beſtijs tradi. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. quod verbum intelligerẽ tẽpore hoſtili. iuxta nota. per Bald. in l. data opera. C. qui accuſare non poſſ. aliâs ſi fieret alio tempore, & pro neceſsitate ſe calefaciendi, eſſet iuxta cauſa mitigandi pœnam. argumento capitu. ij. de furt. iuxt. notata per gloſſ. & docto. in l. quid ergo. § pœna grauior. ff. de his qui notan. infami. & in l. & ſi ſeuerior. C. eod. ti.

ARGVMENTVM

Contractus ſuper fundo in cẽſum annuũ dato, cenſualis cenſetur.

SVMMARIVM.

1 *Res quando traditur ſub annuo cenſu uel penſione an contractus*

tractus cenſeatur cenſualis, an verò emphyteuticarius.

Dominium ex quo transfertur in accipientem, ita etiam periculum.

3 *Fundo à prædonibus occupato emphyteota an tenetur ad ſolutionem ficti.*

Quæſtio CCCCCLIIII.

QVAERITVR ſuper cauſa appellationis honeſti Petri Barthole læprou & Margaritę coniugú ex vna, & nobilis Amedei Perdul. ex altera, vbi negotium principale cõſiſtit ſuper viribus cuiuſdam accenſati † & appenſionati cuiuſ-
1 dam grangiæ ibi deſignatę dudu factę per Bartoſum Millono, Giraudo Palliareſij, & Ioanni eius filio, ſub pẽſione annua duorum florenorum auri, vbi dict. Amedeus Perdicis agit ad medietatẽ dictę penſionis pro arreragijs certorum annorum: quia vigore dicti affictamẽti fuit tranſlatum omne ius in dictos Palliareſij: quia iſte cenſetur contractus cenſualis: ita quòd licèt ſit ceſſatum à ſolutione cẽſus per triennium: non tamen cadit res in commiſſum: iuxta notata per gloſ. & docto. in dict. cap. cõſtitutus. de religio. domi. & per Barto. in l. j. §. j. ff. de publica. & per Bald. in titu. de pace conſtan. in verbo, perſoluit fictũ. & in authen. ei qui. circa penultimum. verſi. pone excõceſſione. de bo. auth. iudi. poſſiden. Panormi. in cap. j. in ij. collum. de in integrũ reſtitu. & eſt ratio: quia dictus Barthoſus Millionis qui affictauit, nõ retinuit ſibi aliquod dominium, ſed dumtaxat penſionem. faciunt notata per Ioannẽ de Imol. in cap. ad audientiam. de reb. eccle. non alienan. Et maximè in caſu iſto ſatis apparet quòd ſit nuda penſio: quia per inſtrumentum productum per dictos appellantes, de remiſsione factę dictę grangię per dictum Amedeũ Perdicis Gulielmi & Ioannis Laugerij & autho. de Fraugerijs apparet quòd dicta grangia mouetur de dicto dominio caſtri Chaſtilionis. Adde quòd ex hoc ſequitur
2 quòd † ex quo transfertur dominiũ in accipiẽtem: ita etiam & periculum rei: ſecundum Bald. in l. j. C. de iure emphyteo. verſic. quia periculũ eſt acceptoris, & non datoris. l. Lucius. ff. de euicti. l. neceſſario. ff. de pericu. & cõmod. rei vendi. attento quòd culpa dictę Margaritę fuit ablata dicta grangia in non ſoluendo dictam penſionem pro eius parte cõcernente dictum Amedeum Perdicum hæres dicti Giraudi Ioan. & Petri Palliareſij per media declarata in proceſſu iuxt. nota. per Salice. in l. ſolemnibus. C. de rei vendi. de quo etiam ibi per Bald. nec abſoluit quod habetur per eundem Bal. in l. quod ſępè. §. ſi res vendita. in additio. ff. de contrahen. emption. quòd licèt fundus datus in emphyteoſim ſit à prædonibus occupatus: emphyteuta non tenetur ſoluere fictum. Et idem ſi res fuiſſet ſubſtracta: quia ibi eſt dãnoſus caſus: ſecus in caſu iſto, vbi eſt culpa emphyteotę qui non ſoluit cenſum. Nec obſtat ſi dicat, quòd dictus Perdicis ſit in culpa faciendo capi dictã grangiã pro arreragijs, ſeu parte illorũ. iuxta nota. per Salice. in d. l. ſolemnibus: quia ibi loquitur in re emphyteoticaria: ſecus in cõtractu emphyteuticario. quantũ aũt ad dictum Petrũ maritũ dictę Margaritę debet attendi: quia non eſt hæres dictorum Palliareſij: & ſic non poteſt conueniri in actione perſonali, nec etiam in actione hypothecaria. Adde quòd plures doctores tenent, quòd in dubio prẽſumatur cõtractus emphyteoticarius, quãdo aliqua res traditur ſub annuo cenſu, & maximè quando talis contractus frequẽtatur in re ſenſuali ſecundum Salice. in tit. de emphyteoſi. §. nunc aliqua. verſicu. lxiiij. & per Ioan. Fabr. in l. j. C. de iur. emphyteoc. & Iaſ. in l. ij. eod. titul. in fine magnæ gloſſ. in viij. & ix. quæſtionibus. & domi. Gui. Pap. deciſ. cclxiiij. & alibi ſcripſi in volumi. maleficio. & contractuum, & in volumi. vltimarum voluntatum, an in legato cenſus comprehẽdatur directum dominium.

ARGVMENTVM.

De locatione ad longum tempus.

SVMMARIVM.

1 *Locatione ad longum tempus tranſit utile dominium: & transfertur ius in re.*

2 *Locatio dicitur ad longum tempus quãdo excedit centum annos.*

3 *Alienationis appellatione continetur datio in emphyteoſim.*

4 *Emphyteota poteſt conſtituere uſumfructum.*

Quæſtio CCCCCLV.

QVAERITVR an emphyteota locando ad non modicum tempus, ſeu ad longum tempus, cenſeatur alienare: & an poſſit locare ad longum tempus: & an per talem locationẽ tranſeat ius dominij. Et in effectu textus in l. j. §. final. ff. ſi ager
1 vectig. decidit quòd quando quis locat † ad longũ tempus, quòd tranſeat vtile dominium. & in l. j. §. quid autem. ff. de ſuperfi. & ibi Barto. quòd per talem locationem transfertur ius in re: adeò quòd ſingulariter ſucceſſor tenetur ſtare locationi. Et ſic nõ habet obſtare. l. emptorẽ. C. de loca. & cõdu. & iſto
2 caſu dicetur locatio ad longũ tẽpus qñ † excedit decem annos: ſecundum gloſſ. in dict. l. fina. licèt in dicto §. quod autem. teneat quòd ſit arbitriũ iuris. Et idem glo. in clemen. j. de reb. eccle. nõ alienan. aliàs ſi fieret locatio ad modicum tẽpus, bene poſſet fieri quia nullum ius transfertur, nec poſſeſsio. l. non ſolet. ff. locat. & l. nemo prohibetur. C. eod. tit. de hoc habetur per Specul. in titu. de emphyteo. §. nunc aliqua. verſicu. cxxiiij. & per Ioan. de Imol. in cap. potuit. de loca. & per Iaſ. in l. fina. C. de iure emphyte. extra glo. in iiij. quæſtio. vbi tenet idem ſicuti, quãdo emphyteota dat alteri in emphyteoſim: vbi re-
3 quiritur conſenſus dominij: quia † appellatiõe alienationis cõtinetur etiã datio in emphyteoſim. cap. nulli. de reb. eccleſi. no alienan. l. fin. C. de reb. alie. non alien. ſecus ſi venderẽtur aut locarẽtur fructus vſque ad centum annos. iux. not. in l. codicill. §. inſtituto. ff. de lega. ij. de quo ibi per Bartol. quia em-
4 phyteota bene poteſt † conſtituere vſum fructum: ſecundum Bal. in l. j. §. idem in fundo. ff. quomod. vſusfru. amitta. & per Iaſ. in l. fina. C. de iur. emphyteo. ex gloſſ. in viij. quæſtio. licèt glo. in dict. §. inſtituto. tenuerit quòd locando vſque ad centum annos, non dicitur alienatio: licèt communiter reprobetur: ſecundum docto. ibi, & per Panor. in c. ad audientiã. de reb. eccle. non alien. quid aũt qñ locatur de nouennio an in nouenniũ videatur factũ in fraudem: vide Bald. in l. voluntas. C. de fideicom. & ibi Alexand. in appo. & conſil. clxv. aliàs clxvj. in ſecũdo volumi. Adde quòd non eſt differentia inter em

phyteotam & conductorem ad magnũ tempus, niſi in nomine: ſecundum Io. Fab. in l. j. C. de iure emphyteotic. Ioan. de Imol. in c. nulli. & capit. ad audientiã. de reb. eccle. non alien. ſed Iaſ. in dict. l. j. ponit certas differentias vide ibi.

SVMMARIVM.

1 *Penſio ſiue hypoteca uidetur extincta & reſoluta aliquid ponendo in locum ſuum, & cedendo iura in dicta penſione competentia.*

Quæſtio CCCCCLVI.

QVAERITVR quia dictum caſale grangiæ appenſionatum, ſeu affictatum ſub dicta penſione annua duorũ florenorũ auri, peruenit ad manus dicti nobilis Amedei Perdicis, qui remiſit Guliel & Ioann. Laugerij, & Anthonij. de Fraugerijs pro pretio xxv. florenorum, ipſos ponendo in locum ſuum, ac etiã cedendo iura ſibi competentia

1 in dicta penſione, an dicta penſio ſeu † hypotheca ſit extincta & reſoluta. & videretur dicẽdum quòd ſic. l. lex vectigali. ff. de pigno. iuxta nota. per Iaſ. in l. fin. C. de iure emphyteo. in xv. notabili, & per do. Guid. Pap. deciſi. cccccLxxv. Præterea in dicto affictu fuit ſpecialiter expreſsè dicta grangia hypothecata: & ex quo peruenit ad manus creditoris ipſam vendidit, fuit ſatisfactum creditori: quia præſumitur eſſe ad æquipollẽtia debiti principalis. l. ij. & ibi gloſſ. Angel. & Salic. & per Alexan. de Imol. in l. creditor. la ij. ff. ſi cert. peta. facit l. quæ ſpecialiter. C. de diſtractio pigno.

ARGVMENTVM.

Iuriſdictio an ratione emphyteoſis ſeu directi dominij directo domino competat.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio ordinaria à lege ſiue uiua ſiue mortua dari poteſt.*

2 *Iuriſdictio de iure communi ratione emphyteuſis directis dominus non, niſi aliàs ſibi competeret, competit.*

Quæſtio CCCCCLVII.

QVAERITVR quia in xij. capitulo libertatum huius patriæ cauetur quòd Barones nobiles, & alij patriæ Delphinal. in poſſeſsionibus & rebus quæ tenentur & tenebuntur de dominio vel emphyteoſi eorumdem, quòd habeant primam cognitionem, ſi quærelantes de dictis rebus valeat primo ad eos recurrere: & quòd ipſis querelantibus poſsint dare iudices nõ ſuſpectos. & pro cenſibus eorũ poſsint pignorare emphyteutas, & fructus rerũ ſaiſire, & etiam declarare commiſſum: an prætextu talis libertatis domini directi rerũ emphyteuticarum habeant iuriſdictionem in hoc caſu: etiam ſi

1 non habeant territorium: † & videretur dicendum quòd ſic: quia lex viua vel mortua poteſt dare iuriſdictionem ordinariam. iuxta nota. per glo. & doct. in l. & quia. ff. de iuriſdictio. om. iudic. & ideò vidi practicari in hac patria, quòd in venditionibus cenſuum & redditũ cum directo dominio etiã fit mentio de ſeigneuria. & pariter in recognitionibus cum

2 poteſtate ſeiſiendi, & diſſeiſiandi † licèt de iure communi dominus directus nõ habeat iuriſdictionẽ prætextu emphyteuſis, niſi aliàs ſibi competeret: ſed debet recurri ad iudicem ordinarium loci: ſecundum Ludouicum de Roma. conſi. ccxij. & Iaſ. in repetitio. l. j. C. de iur. emphyteu. xxiiij. coll. & debet etiã recurri ad iudicem ordinarium, vbi res eſt ſita. l. fin. C. vbi in rem actio. cap. ex parte. & cap. fina. de for. competen. vide Oldra. conſi. xvij. vbi videtur aliter tenere, maximè quando dominus directus habet iuriſdictionem in loco: & maximè quando ratione cõſuetudinis vel ſtatuti domini directi habẽt poteſtatem ſeyſiendi, & diſſeyſiẽdi prout in hac patria Delphinal. ſecũdum libertates, & ſtatuta Delphinalia.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta an & quando dominum informare teneatur

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta qui diu penſionẽ alicui ſoluit, an rem pro qua ſoluit demonſtrare teneatur.*

2 *Quid ſi oſtendere nolit?*

3 *Quid ſi emphyteuta ſoluere recuſet, niſi inſtrumẽtum dominus oſtendat?*

4 *Præſtatio longa operatur ut omnia ſolemniter acta fuiſſe præſumantur.*

5 *Agens ad rem particularem illam ob oculos ponere, & in rem præſentem deducere tenetur. & nu. 8.*

6 *Libellus incertus admittitur quando ex facto rei incertitudo cauſatur.*

7 *Confines quot deſinari debeant.*

Fundi qualitas deſignanda.

9 *Plures ſi de fundis contendunt, ut ſuum quiſque agnoſcat, in rem præſentem deſcendere neceſſum eſt.*

10 *Inſtrumenti ſi in libello mẽtio habeatur quod edendum eſt & quando. & nu. ſeq.*

11 *Inſtrumentum edere qui tenetur, quòd ſuis ſumptibus de re teneatur.*

Quæſtio CCCCCVIII.

QVAERITVR an emphyteuta teneatur informare dominum, & an teneatur edere inſtrumentũ emphyteuſis. Spec. in titul. de emphyteu

1 ſi. §. nunc aliqua. verſicu. lx. quærit † an emphyteuta qui diu ſoluit penſionem alicui teneat illi ignoranti oſtendere rem pro qua ſoluit, & quam ab eo tenet in emphyteuſim. & arguit primò quòd ſic, per iura ibi allegata: & deinde arguit in contrarium, & tandem diſtinguit, quòd ſi dominus petat rem ſimpliciter deſignari, non auditur. Si verò deſignat certum fundum, & tũc emphyteuta cogeretur fateri, aut deſignare alium fundum. Et quid in vaſallo

2 ibi habetur. † Adde Bart. in l. j. C. de conductor. & procura. lib. xj. quòd & vaſallus ad inſtantiã domini non tenetur oſtẽdere titulum poſſeſsionis ſuæ & ita per Ioann. de Plat. an dominus tẽporalis fundat eius intentionem de iure communi, de qua per glo. & Ioan. de Plate. tenet in l. ij. C. quando & quibus quarta pars debea. lib. x. vbi vaſallus tenetur indicare fundum domino. & per Iaſ. in l. ij. C. de iure emphyteutico ſuper magna gloſſ. Et quando nõ vult deſignare rem, habetur verſicu. lxj. & verſicul. lxij. & ibi an præſumatur ſoluiſſe pro omnibus eius

3 bonis. Et verſicu. lxiij. quando emphyteuta † contradicit ſoluere, niſi prius dominus oſtendat inſtrumentum: tunc ſi dominus eſt in poſſeſsione recuperandi cenſum, debet manuteneri. cap. quærelam. de electio. & maximè quãdo ſoluit longo tẽpore: quia

tunc non

tunc nō poteſt contradicere, & ibi in verſi. cvj. quādo emphyteuta tenet plura prędia in emphyteuſim & pro quibuſdam ſoluit, & pro quibuſdam non: an præſcribat & interuertat poſſeſsioné. & in verſicu. cxlj. ꝙ emphyteuta tenetur edere inſtrumētū domino, licèt dominus debeat iurare ꝙ non petat cauſa malitię. & in verſi. cxlij. quādo emphyteuta ſoluit
4 penſioné longo tépore, † ꝙ ſufficit longa præſtatio, per quā pręſumuntur omnia ſolemniter acta. allegat l. iubemus. de fund. patrimo. lib. xj. C. de hac materia etiā habetur per Iaſ. in repeti. l. ij. C. de iure
5 emphyte. vide Bar. in l. j. in princip. ff. de eden. † ꝙ quādo agitur iudicio particulari ad rē, tenetur ad oculū demonſtrare. l. cū exhibuiſſent. ff. de publi. l. ſi rem. ff. de rei védi. tamé hoc fallit, vbi actor ignoraret illas demóſtratióes. & ita iuraret: ſecūdū Ale. de Imol. in d. l. j. in princip. allegat gloſſ. in l. j. §. ſi quis tabulas. ff. depoſi. & Cyn. in l. edita. C. de eden. pro hoc facit quod habetur per gloſſ. & Bar.
6 in l. j. §. quia auté. ff. quor. legat. † quādo incertitudo céſetur ex facto rei: tūc admittitur libellus incer
7 tus. Nec obſtat ſi dicatur † ꝙ quando agitur in actione reali, vel perſonali ad fundū: quia debeāt deſignari adminus duos confines. l. formā. ff. de cenſi. & pariter ꝙ debuit deſignari qualitas terrę, an ſit aratoria pratum, vel vinea. l. ſi quis intra. C. de bon. proſcriptorum: iuxt. not. per glo. & docto. in c. ij. de dilatio. & per Specu. & Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de libelli conceptio. §. iuxta. verſic. non valet. Et
8 quòd † pariter debuit res oculis deſignari, & inſpici per viſitationem loci contentioſi. l. ſi irruptione. ff. finiū regun. Quia ad iſtud reſpōdetur, ꝙ pręmiſſa procedūt, niſi actor haberet probabilem cauſam ignorantię: & ſuper hoc ſit paratus iurare: ſecundū Io. And. & Pano. in d. c. ij. vel niſi fundus poſſet demonſtrari aliquo nomine, aut alia quantitate. l. certum. ff. ſi cert. peta. iuxt. not. per Bar. in l. demonſtratio. in princip. ff. de condi. & demonſt. & vbi tenementarij ſunt mutati, debent declarari noui confines, ſeu noui tenemētarij & fieri articulus qualiter ſit vna & eadem res: ſecundū Bart. in d. demonſtratio. in fi. & iſto caſu poteſt fieri declaratio confiniū in quacunq; parte litis etiā poſt litem conteſtatam abſque condemnatione expenſarum. quia qui declarat, nihil de nouo dat. l. hæredes palàm. §. ſed & ſi quid. ff. de teſtamen. cum ibi nota. per Barto. & Bald. & in l. edita. C. de edend. Et præmiſſa poſ
9 ſunt adaptari ad quæſtioné in his partibus † quando eſt cōtentio de feudis quòd ſunt plures domini directi, quòd tunc acceditur ſuper loco ad perquiré dum feudū cuiuſlibet ſi poſsit reperiri vel ne. Et pariter poſſunt adaptari ad quæſtionem quādo tenemétarij conueniuntur ad recognoſcendū res quas tenent de directo dominio alicuius: quia poteſt agi ad recognoſcendum & renouādum recognitiones terrarū quoties requiruntur per dn̄m directū: ſcd̄m dom. Guid. Pap. deciſ. cccxvij. etiā cōtra tertiū poſ
10 ſeſſoré ſcd̄m do. Guid. Pap. deci. xlij. † Veruntamé dicti rei antequàm conteſtentur lité, petunt ſe informari per recognitiones, licèt talis exceptio non debeat impedire litis conteſtationem, cùm non ſit de exceptionibus litis finitę. cap. j. de litis conteſtatione lib. vj. nam quando fit métio in libello de inſtrumento non per modum limitationis: prout hic non eſt neceſſe edere ante litem cōteſtatam: ſecundum Bart. in l. edita. C. de edend. Et hoc etiam voluerūt domi. de Rota deciſi. xxxvj. in nouis, ſub rubric. de libelli oblat. & hoc quādo actor nō habet penes ſe inſtrumenta, vel non poteſt habere. Et ſuper hoc debet ſibi deferri iuramentum, vel etiam non debet edi, quando reus poteſt eſſe certus ex tenore libelli, de quo per Specu. in tit. de inſtrumen. editio. §. nūc dicamus. verſic. quid ſi quis. & ibi tenet quando actor non habet inſtrumentum in promptu, & ſuper hoc iurat, quòd procedetur in cauſa, & cogetur reſpōdere libello. Et præmiſſa procedūt quādo in libello fit mentio de propria ſcriptura aut cōmuni: ſecus ſi de aliena: quia non cogitur edere: ſecundum Specu. ibi, imò verò in dict. c. j. de procur.
11 tenet, ꝙ † quando in libello fit mentio de inſtrumento, quòd tūc debet edi ante litiſconteſtationé. Barto. verò in l. poſtquàm. §. ſi dies. ff. vt lega. ſeu fideicommiſ. nomi. caueat. vbi refert opinionem Innocen. vbi ſupra. Et tandem diſtinguit, quòd interdū actor facit mentionem in libello de inſtrumento per modum cuiuſdam aſſertionis probationis, ita quòd ex tali narratione reus poteſt reddi certus, & tunc actor non tenetur edere inſtrumentum ante litem conteſtatam: ſi verò faciat mentionem per modum cuiuſdam limitationis, tunc debet edi, niſi reus eſſet ille, qui aliàs debet habere inſtrumentum. l. ij. ff. de eden. Et ita in effectu tenet dom. Gui.
12 Papæ deciſ. cxvj. & ibi tenet in fine, † quòd eo caſu quo actor debet edere inſtrumentū, tenetur edere ſumptibus ſuis: quia eſt pars libelli. vide Cyn. in l. comperit. in fine. C. de præſcripti. xxx. vel xl. annor. in fi. vbi tenet quòd quando ruſticus diu ſoluit nobili cenſum, quòd iſto caſu etiam ſi nobilis non habeat inſtrumenta, non tenetur exhibere. Et idem ſi nobilis alteri vēdat redditus: quia actor pōt vti iur. acceſsionis. l. Pōponius. §. cū quis. ff. de acquir. poſ.

ARGVMENTVM.

De amico ſubrogando.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio pro tertio nominādo an ualeat: & ſi ſit dicto tertio ius quæſitum.*
2 *Pactum factum inter duos, ut alteri detur an ualeat, maximè ubi ſua non intereſt.*
3 *Tertius cui ſtipulatus eſt, an ſolutioni adiectus cenſeatur.*
4 *Stipulatio alteri facta an reuocari poßit.*
5 *Venditio facta mihi & Titio abſenti an ualeat.*
6 *Precarij clauſ. dominium & poſſeßio transferuntur.*
7 *Emphyteuta qui rem uenditam ſtatim & incontinenti recuperat, commißi pœnæ locum non facit.*
8 *Nuntij relationi ſtandum.*
9 *Bona pignerata an in dubio debitoris eſſe præſumantur.*
10 *Venditio ſine pretio & in quo uenditor remanet in poſſeßione, quòd nuda & imaginaria ſit.*
11 *Contractus factus per interpoſitam perſonam & prohibitam fraude non caret.*
12 *Exceptio diſcußionis omnium bonorum an impediat clamorem curiæ priuilegiatæ.*
13 *Exceptione commißi an generalis diſcußio impediatur.*
14 *Literæ quinquennales iudicati curiæ Grationopol. executionem non impediunt.*

Quæſtio CCCCCLIX.

QVAERITVR ſuper cauſa executionis

præciſarum magiſtri domini Berchagij contra hæredes Odeti Ruffi ciuitatis Lugduneñ. pro ſumma 1255. librarũ, xvij. ſolid. x. deñ. torneñ. ex cauſa arrendamenti ibi mentionati: & fuerũt capta de pignore quędam domus cum grangijs & certis prędijs ſitis apud locũ Aſiaci à parte Delphina. ſed ex aduerſo ſe oppoſuerũt hæredes Odeti Ruffi ac dñs Petrus Ruffi presbyter. Et produxerũt quoddam inſtrumentum venditionis dudum factę anno domini 1493. die v. menſis Ianuarij per Petrum Reymondi nomine ſuo, & Anthon. Raymõdi de quodam tenemento domus grangiarũ & alijs prędijs ibi deſignatis dicto Odeto Ruffi mercatori Lugduneñ. ad opus ſui vel eius amico in hac parte electi vel eligendi pretio & nomine pretij ſexcentũ florenorum monetę patriæ currentis ponendorũ in manibus iuſtitiæ ſeu alicuius probi non ſuſpecti pro ſoluendo eius creditoribus. & reſtam quod ſibi ſoluatur cum clauſula precarij ad opus dicti emptoris. Et cõſequenter dictus Odetus Ruffi emptor de eodem anno die viij. menſis Februarij inſequẽdo intentionẽ ſuã ſupra ſpecificatã pro eius amico elegit & nominat & ſubrogat in dicta re empta dominũ Petrũ Ruffi presbyterũ prę ſentẽ ſtipulantem cum honore & onere transferendo omne ius cum iuramento actum Lugduni. an vigore dictę electionis & ſubrogationis fuerit ius quęſitum dominij d. domino Petr. Ruffi, & an debeatur duplex laudemiũ vel vnicum. Et videretur dicendum ꝙ ex primo cõ-
1 tractu † non fuerit ius quæſitum d. domino Petro Ruffi: quia non erat in poteſtate dicti Odeti Ruffi, & ſic non potuit alteri ſtipulari. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbo. obliga. l. ij. C. de contrahend. & commit. ſtipula. nec videtur adiectus ad ſolutionem recipiendã: quia hoc nõ fuit dictũ, & maximè cùm non fuerit factum per doctor. l. eum qui fil. §. qui ſerui. ff. de verbo. obliga. l. quęcũq;. ff. de actio. & oblig. & maximè quando non intereſt mea: iuxt. not. per glo. & doct. in l. j. ff. de pact. vnde glo. ibi for
2 mat quęſtionẽ, † quãdo inter duos fit pactũ de dãdo alteri an valeat, & maximè quãdo ſua nõ intereſt? & videtur dicendũ ꝙ non, de quo ibi per glo. & docto. & ex hoc ibi infert Bal. quòd quãdo aliquis ſtipulatur recipiẽdo pro eo quẽ declarabit, ꝙ licèt nũc declaret: tamẽ valet ſtipulatio in perſonam ſtipulatoris, nec vitiatur vtile per inutile. alleg. l. iij. C. de cõtrahen. & cõmittẽ. ſtipula. & ibi etiã Bald. qui not. ꝙ qñ cõfertur ſtipulatio in pſonã tertij, ꝙ ſaltẽ valet
3 in vim procur. † quia cenſetur adiectus ad ſolutionẽ, & põt recuperare, niſi dominus reuocet. allegat l. ſi cùm Cornelius. ff. de ſoluti. faciunt not per glo. & docto. in l. illud. C. de ſacr. ſanct eccle. & per glo. in l. ſi verò nõ remunerãdi. §. ſi tibi. ff. mãdati. & hoc etiã tenet Pau. de Caſtr. in l. j. ff. de pact. §. j. ꝙ quan
4 do à principio † cõtractus quãdo aliquis promittit mihi ſoluere, aut Titio centũ, tũc poterit ſolui illi tertio, nec poteſt reuocari iſto caſu mandatũ: quia facultas ſoluẽdi cõpetit ex natura cõtractus alleg. l. aliud. cũ l. ſeq. ff. de ſoluti. & ita etiã tenet Alex. de Imo. in d. l. j. & pro premiſsis facit l. fundus. ff. de cõ
5 trahẽ. empt. † quãdo fundus vẽd. tur mihi & Titio abſenti, ꝙ valet venditio in perſonã præſentis pro toto fundo: ſecus in ſtipulatiõe quãdo cõcipitur copulatiuè: quia nõ tenet pro parte abſentis. l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. obli. ſecus ſi ſtipulatio cõciperetur alternatiuè: quia tũc ille tertius tẽpore adiectus ad ſolutionẽ. l. vero procurator. & . l. aliud. ff. de ſolu. prout ſupra dictũ fuit. & hoc verũ niſi fuerit lis conteſtata per d. l. ſi quis ſtipulatus fuerit. §. iſta. ff. de ſolu. & ibi Bar. & gl. in d. l. aliud. pręterea in d. prima vẽditione facta d. Odeto Ruffi interuenit clauſula
6 precarij: † & ſic fuit trãſlatũ dominiũ & poſſeſsio: l. quędã. ff. de rei vẽd. adeò ꝙ prę ſumitur primus emptor: licèt eſſet tradita poſſeſsio ſecũdo. l. quotiens. C. de rei vẽdi. ſecundũ Io. And. in addi. ad Specu. in tit. de emptio. & vend: §. ſciendũ. verſic. & not. Bal. in rub. C. de cõtrahẽ. empti. in xj. q. Panor. in c. ij. de cõſuet. Alex. de Imol. cõſil. xiiij. in fi. adeò quòd nõ poteſt diſtingui nudo cõſenſu: quia res non eſt integra: ſecundũ gl. & Bart. in l. ab emptiõe. ff. de pact. & per Bal. in l. j. C. quãdo l. ceat ab emptione diſcedere. nec obſtat quod habetur per Spec. in tit. de em
7 phy. §. nũc aliqua. verſi. xcv. & xcvj. vbi voluit, † ꝙ quãdo quis vendidit rem emphyteuticã ante traditionẽ, vel quãdo tradidit & incõtinenti recuperauit ꝙ euitat pœnã cõmiſsi. Quia ad iſtud reſpondetur, ꝙ caſus eſt diuerſus: quia d. Petrus Reynardi vẽditor nõ recuperauit. Nec obſtat etiã ſi dicatur ꝙ ante realẽ traditionem non incurratur pœna cõmiſsi: iuxta not. per do. Guid. Pap. deciſ. cj. quia nõ loquitur in caſu iſto quando fit executio iudicati attẽto etiã quia præſupponitur in facto ꝙ d. Odeti Ruffi. ipſo vltimatè tenuit & poſſedit d. bona. & nõ obſtãte dict. electione, & poſt eius obitũ d. eius hæredes vt apparet per relationẽ pręconis ſup inquãtibus qui notificauit pignorationẽ in perſonã Claudij Gerbę & Claudię eius vxoris grangiariorũ dictorũ heredũ
8 & ſic † in hoc ſtandũ eũ relationi nuncij: ſecundũ ſtatuta Delphi. & etiã de iure cõi. l. j. §. cura carnis. ff. de offic. pręfect. vrb. & ibi per Bar. & in extraua. ad reprimendũ ſuper verb. per nuntiũ. & in c. cũ parati. de appella. adeò & in tantũ ꝙ præſumendũ eſt
9 pro executione. † Et ꝙ in dubio bona præſumũtur fuiſſe debitoris. ſecundũ glo. Iac. Butr. & Bar. in l. j. C. de priuil. fiſ. Bal. in l. ob maritorũ. C. ne vxor pro mari. Io. de Imol. & Alex. in l. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. & maximè in caſu iſto vbi d. dñs Petrus Ruffi non ſe oppoſuit ſuper inquantibus, licèt bene habuerit ſcientiã, prout eſt præſumẽdũ attẽta parẽtella inter ipſos. l. de tutel. C. de in integrũ reſti. & ſic debet extendi. l. ſi eo tẽpore. C. de remiſsio pigno. Tum etiã d. electio ſeu ſubrogatio præſumitur fradulenta & ſimulata: quia d. Odetus Ruffi de d. tẽpore iã erat obligatus d. domino Bochagij: & ex breuitate tẽporis præſumitur fraus. l. ſi ventri. §. final. ff. de bon. author. iudic. poſsiden. etiam præſumitur fraus reſpectu futuri creditoris: iuxt. not. per glo. & Cyn. in authen. Sed iam neceſ-
10 ſe. C. de donatio. ante nupt. † Quinimò præſumitur talis electio d. dñi Petri Ruffi: & ſubrogatio loco dict. Odeti Ruffi nuda & imaginaria, ex quo non interuenit pretium. & dictus Odetus Ruffi remãſit in poſſeſsiõe. l. ſicut. § ſuperuacuũ. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. ſolua. Et ſic non tenet ipſo iure. l. nuda. ff. de contrahen. emptio. l. imaginaria. ff de regu. iur. l. emptor ff. de aqua plu. arcen. ſecundum Bart. & Io. de Plat. C. de iure fiſc. lib. x. attenta etiã qualitate perſonarum. l. data. C. de donat. faciunt not. per

notata per Bartol.in l.poſt contractum.ff.de dona.
& attento, quòd dicta electio fuit facta in perſonã
presbyteri cap.ij.de aliena.iudic.mutan.cauſ.fact.
11 Adde etiam † quòd apparet de fraude quando con
tractus fit per interpoſitam perſonã,maximè, inter
perſonas prohibitas.l.ij.C.de cõtrar.iudi.l.ſi per im
preſsionẽ.C.quod met.cauſ. quia interdum aliqui
nolũt pati nomina ſua deſcribi in inſtrumẽto.l.pu-
pillus.§.fin.& ibi per Barto.ff.de autho. tuto. quia
in dubio præſumitur fraus,quando emitur per in-
terpoſitam perſonã allegat.l.iij.C.de bon.quę libe.
& l.ſi is.ff.de acquirend.hæredi.& hoc etiam tenẽt
Cyn.Bald. & Alexand.in l.ij.C.de repudiand. hæ-
redi.Et maximè quando eſt alienatio omniũ bono
rum,ſeu minoris partis vt ibi habetur.Cùm etiã ap
paret de fraude & nullitate dictæ electiõis dicti do-
mini Petri Ruffi:quia non interuenit pretiũ quod
eſt de ſubſtantia contractus emptionis.§. pretium.
inſtituta de emptio.& venditi. nec præſumendum
eſt pro iſta ſolemnitate materiali:iuxta notata per
Cyn. in l.j.C.de contrahen. & committen. ſtipula.
Non obſtat etiã quod ex aduerſo oponitur de cau-
ſa diſcuſsionis ſeu declarationis inuẽtarij bonorũ
dicti quondam Odeti Ruffi in ciuitate Lugduneñ.
quia vbi de illa appareret,non habet impedire cur
ſum executionis iudicati huius curiæ cùm fuerint
conceſſæ,pręciſę cõtra dictũ Odetum Ruffi eius vi
ta durante anno domini 1 4 9 4. die xxvij. menſis
Maij.l.qui prior.& l.vbi iudicium.ff.de iudicijs. &
ita ſentit domi.Guid.Papæ deciſi.ccccxxviij.vbi te
12 net, † quòd exceptio diſcuſsionis bonorum impe-
dit clamorẽ curiæ Cabeolli,quando diſcuſsio fuit
prius incohata:quia iudicium vniuerſale trahit ad
ſe perticulare.l.per minorem.& l.ſolemus.ff. de iu-
dicijs.l.quinta.ff.de petio.hæredi.ergo à contrario
ſenſu vbi cauſa diſcuſsionis non eſt pręuenta, non
habet impedire curſum compulſoriarũ & pręciſa
13 rum dictæ curiæ. † & idem in exceptione cõmiſsi
quando fuit declaratum cõmiſsũ, cum cauſæ co-
gnitione etiam ſi diſcuſsio fuerit prius incohata.ſe
cundum domi.Guid.Papæ ibi, & deciſ.cccccl xxv.
quia per cõmiſſum reſoluũtur oẽs hypotecę.l.lex ve
14 ctigal.ff.de pigno.Et pro præmiſsis facit: † quia li-
terę quinquẽnales non impediunt executionẽ iudi
cati iſtius curię propter eius pręẽminẽtiam:vt refert
do.Guid.Pap.deciſ.xcvij.& tales literę quinquẽna
les non ſe extendunt ad futuros creditores. & pari-
ter currũt tempore datæ ipſarum. vide do.Guid.
Pap.deciſi.cix.

ARGVMENTVM.

De abergamento aquæ riui ex fiſco.

SVMMARIVM.

1 *Relatio peritorum an in rem iudicatam tranſeat.*
2 *Relatio peritorum ſuſpitione non caret quando turmatim & per unum & eũdum præmeditatẽ ſermonẽ deponũt.*
3 *Ius aquæ ducendæ conſuetudine quæri poteſt.*
4 *Tituli allegatio cum decem annorum curſu in ſeruitutibus diſcontinuam cauſam habentibus an ſufficiat.*
5 *Aqua à ſuo curſu non deriuanda.*
6 *Curſus aquæ ſolitus quis.*

Quæſtio CCCCCLX.

QVAERITVR ſuper cauſa ſupplicatiõis
honeſtorũ agricolarũ Iaquemeti Tamanici
& Ioannis Pererij aliàs Beſsiny, & Petri Cuez loci
& opidi de Alloudijs parœcię Valliſnauigij con-
tra & aduerſus egregiũ dominum procuratorẽ fiſca-
lem Delphinalem Guigonem Bougardi. Anthon.
Douſſat loci de Monardis dictę parœcię Valliſna-
uigij, qui vt prętenditur albergauerunt in cameræ
computorum Delphinal. ad inquantum publicã
aquam riui de cugno & diuerterunt à ſuo ſolito cur
ſu,& eam conduxerunt ad dictum locum de Mey-
nardis.& qui riuulus oritur de quodam fonte vici-
no vocato ou pra du vergier, Ioãnis & Claudij Be-
noudi fratrum qui habuerãt in loco Montchaſſiey
dictæ parœciæ Valliſnauigij.& quod abergamen-
tum tendit in magnum præiudicium dictorum ſup-
plicantiũ: cùm ab antiquo conſueuerãt vti vſu di-
ctæ aquę pro eorum potu & abreuagio aquę hau-
ſtus,& pecorũ ad aquã apulſus:necnon pro lauãdo
& mũdificãdo pãnos ſuos & neceſſaria ſua faciẽn
di:& ſine cuius aquę vſu d.locus de Allodijs eſſet in
fertilis, cùm non habeãt aliam aquam ad ſibi ſub-
ueniendũ. & licèt dicti ſupplicãtes aliâs habuerint
quendam fontem propè ipſos vocatã en la coſte:ta
men ſunt ſex dies elapſi quibus ceſſauit propter ar-
tem minerię calibis: & per ante parum diſtillabat
cum guta: & reſpectu riui vocati du Beſſal, de
quo dixerũt probi electi non eſſe perennis:quia de-
ficit æſtate, & hieme tempore glaciæ: ſed è con-
uerſo dicti Bougardi & Anthonij Douſſat habent
propè ſatis propè vicum riuũ vocatum Iomart qui
1 nunquam defficit, † & ita apparet, quòd relatio di
ctorum proborum eſt erronea, & debet retractari.l.
arbiter cum ibi nota.per Iaco.Butriga.Barto. Bal.
& Ange.ff.qui ſatiſda.cogan. vbi ſecundum ipſos
relatio iſtorũ peritorũ in arte nunquam tranſit in
rem iudicatam: quæ ſemper poteſt retractari ex of-
ficio ſuperioris, quãdo exhibẽtur alij peritiores:ſe-
cũdum Io.And.in additi.ad Specu.in tit.de homi.
§.j.verſicu.ſed pone.Et etiam poſſunt adhiberi alij
teſtes peritiores poſt dicta teſtificata: ſecundum
Salice.in l.hac edictali.§.his illud.C.de ſecun.nup.
2 Et pariter † relatio dictorũ proborum redditur ſu-
ſpecta,cùm fuerint examinati in turma:& dixerunt
vnum & eundem præmeditatum ſermonem.l.iij.§.
ideò & ibi Barto.ff.de teſtib. Et pariter dicti probi,
qui faciunt dictã relationẽ ſunt ſupecti & partici-
pes commodi.& licèt cõmiſſarij interrogauerint Ia
quemetum Teuenoni,ſi ipſe & ſui parerij haberẽt
dictos teſtes ſuſpectos,& reſpondent quòd non, ta-
men ipſe erat ſolus. Et pariter tale interrogatoriũ
erat captioſum reuerenter loquendo attenta quali
tate dicti Iaquemeti Teuenoni, qui eſt ruſticus.
Et ita pręſumitur confeſsio erronea in ruſtico ſeu
agricultore.l.cùm de indebito.§.ſi autem.ff. de pro
bati.l.ij.ff.ſi quis in ius voca.non ierit.ſecundũ Bal.
in l.ij.in iiij. quæſtio.C.de reſcind.vendi. facit l.er-
3 ror.C.de iur.& fact.ign.† Prætereà ius aquę ducẽ-
dę poteſt quęri cõſuetudine.l.j.§.deniq;. & ibi glo.
& l.in ſumma.ff.de aqua plu.arcẽ. & ita eſt in pro-
poſito:quia d. ſupplicantes & alij de d.opido de Al
lodijs de conſuetudine potuerunt quærere dictum
vſum aquæ,nec requiritur titulus.l.ſi quis diutur-
4 no.ff.ſi ſerui.vendicetur.l.ij.C.de ſerui.& aqua † li
cèt in ſeruitutibus habentibus cauſam diſcõtinuã
ſufficeret allegatio tituli cum curſu decem annorũ

Reùm de in rem verſo.ff.de vſur.ſecundum glo.in l.
ſeruitutes.la grande.ff.de ſeruitu.& aqua. & ſuffi-
cit quòd quis vſus fuerit ſemel in ann. l.§.j.quęſitú.
ff.de aqua quotidian.& æſtiua.& oportet quòd du
catur à capite.dict.l.j.§.hæc interdicta.& dicitur ca
put vnde aqua naſcitur, ſi ex fonte naſcatur, ipſe
fons,& ſi ex flumine ipſum flumen,vt ibi habetur.
Et idem quando quis vſus eſt aqua fontis hoc an-
no,non vi,nec clàm,nec precario:quia competit ſi-
bi interdictum quando prohibetur vti aqua ſiue
haurire prohibeatur,ſiue etiam pecus ad aquam ap
5 pellere, vt ibi habetur. † Et iſto caſu non debet di-
uerti aqua à ſuo ſolito curſu. & ſi contrarium fiat
debet ante omnia ad priſtinum ſtatum reduci. l.ij.
C.ad legem Aquil.l.fina.ff.de aqua quotidi.& æſti
ua. Et etiam debet emendari damnum: ſecundum
Bald.& Salice.ibi.& Cæpol.in tractatu ſeruitu.vr-
6 banorũ prædior.ſub titul.aquæ ductus.† Et dicitur
curſus ſolitus qui fuit in præcedenti æſtate.l.j.ff.ne
quid in loco publico. quia debet attendi propria
conſuetudo.l.Mela. §.j.ff.de alimen.& cibar.lega.
vel dicitur ſolitus curſus quando aqua firmauit al-
ueum ſuum.ita quòd ſi diuertatur,debet ante om-
nia reduci ad priſtinum ſtatum.& in tali interdicto
intelligitur de aqua quotidian.perenni vel æſtiua,
vel viua.dict.l.j.ff.de aqua quotid.& æſtiu. de quo
per Bald.in l.item lapilli.ff.de rer.diui.

ARGVMENTVM.

Remedia quibus ſupplicãtibus ſuper vſu aquagij.
& aquæ ductus prouideatur.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus aquæ ducendæ quanto tempore quæratur.*
2 *Vſum ſeruitutis habenti impedito uti,quòd ſibi per iudi-
cis officium ſubeniatur.*
3 *In aquæ ductu quæ inſpicienda ſunt.*
4 *Aquæ diſtributio quòd boni uiri arbitrio fiat.*
5 *In aquæ conceßione prima conſtitutio ſpectanda.*
6 *Antiquitati ſtandum in paſcuis,aquis, molendinis, ponti-
bus,& aquarum commoditatibus.*
7 *Principem aquam habere uenalem execrabile.*
8 *Aqua uenalis in Aphrica & AEgypto.*
9 *Aquæ publicæ uſus omnibus communis.*

Quæſtio CCCCCLXI.

QVAERITVR quo remedio ſit ſubue-
niendum dictis ſupplicantibus ſuper vſu di-
1 aquagij. Et in effectu vbi † ſeruitus eſſet præſcri-
pta decem annis inter pręſentes, & viginti inter
abſentes,quando aqua ducitur ex priuato dict.l.
ij.C.de ſeruitu. & aqua.quia talis ſeruitus cenſetur
habere cauſam continuam.Si verò aqua duceretur
ex publico: tunc requiritur tantùm tempus, cuius
initij memoria hominis non eſt in contrarium.l.v-
ſum.C.de aquę duct.libr.xj.l.hoc iure.§. aquæ du-
ctus.ff.de aqua quotidia. & æſtiua.ſecundum glo.
in dict.l.ij.& Cæpol.in tract.ſerui.tit.de ſerui.aquę
ductus.& iſto caſu vbi ſeruitus eſſet pręſcripta eſſet
agendũ actione confeſſoria.l.ij.ff.ſi ſerui. vendice.
l.j.§.aquę ductus.ff.de ſerui.vrban.prædio. Si verò
ſeruitus non eſſet pręſcripta,tunc poſſet implorari
officiũ iudicis.l.de vſu.& ibi Bar.ff.de vari.& extra
2 ordi.cognit.vnde ſecundum Barto. ibi † vbicunq;
quis habet vſum ſeruitutis:ſed nõ ius ſeruitutis ſub
uenitur ſibi per officium iudicis ſi impediatur.alle-
gat l.Aquilius Regulus.cum glo.ff.de dona.& re-
fertur in libello. & hoc tenet Specu.in titu.de cau-
ſa poſſeſſ.verſicu.ſuper his.& clariùs in tit.de offic.
om.iudic.§.j. verſic. item implorat.vbi tenet,quòd
competit officium iudicis contra turbantem vſum
aquæ percipiendi vel hauriendi,vel ducendi aquã:
quia non permittit vti,vel fortè amouit vſum aquę
quo caſu ſubuenitur per officium iudicis. Et hoc
vbi ſeruitus non eſſet quæſita vel præſcripta: quia
tunc competeret confeſſoria. Bald. verò in c.j.§.ſi
3 quis.de manſo.de controuerſ.inueſt.tenet † quòd
in ductu aquarũ non ſolùm inſpicimus principium
aquę:ſed etiam loca vnde decurrit,& in meatus vn
de tranſit,& vetutiſsimũ aquę decurſum.& ſecun-
dum eorũ qualitatẽ iudicare debemus. idem verò
Bald.de pac.conſtan.§.nos Romanorũ. in fi. tenet
4 quòd † diſtributio aquę fit arbitrio boni viri. alle-
gat dictã l. de vſu.Et quòd aqua perpetua & curſus
eius & cõmoditas nõ tollatur nec alteretur. & hoc
tam de aqua publica quam de aqua quę ſeruit cõ-
moditatibus priuatorum.allegat l.ſi diligẽter. & l.
vſum C.de aquæ ductu.lib.xj.& ibi etiam in §.am-
5 pliùs tenet, † quòd in conceſsione an ſemper intel
ligitur reſeruata prima conceſsio.Et pariter in dict.
6 §.nos Romanorũ.verſi.ſicut ab antiquo.tenet,† ꝙ
in paſcuis,aquis,molendinis, pontibus, & aquarũ
commoditatibus ſtandum eſt antiquitati.Et quan
do quis habet ius aquæ ducendæ ex publico, vel
quãdo eſt in poſſeſsione interdicti debetur ſolùm fi
7 ſco: quia † eſt execrabile & inhoneſtũ principẽ ha
bere aquam venalem.l. ad reparationem.in fin. de
aquę duct.lib.xj.& ibi tractat Barto.& Io.de Plat.
ſecus in princip.quia poſſet habere aquam venalẽ
8 & maximè † in Aphrica vel AEgypto vbi eſt ſicci
tas terræ & defectũ aquę & aqua eſt venalis.l.Mol
la.§.quidã.ff.de alimen.& ciba.leg.Et not.per glo.
in l.j.eo.tit.Adde quòd licèt riuus ſit priuatus:ſi ta-
men vſus aquę ſit publicus,idem eſt ſicut de publi-
co,vt non debeat immutari.l.ij.§.hoc interdicto.ff.
ne quis in lo.pub.ſecundũ Bar.in tract.Tybe.in ij.
9 parte inſulę.§.& alia.† & vſus aquę publicę eſt om
nibus cõmunis.§.flumina.inſti.de rer. diui. ſecun-
dum glo.in l.item lapilli.ff.de rer.diui. Cępo. in tra
cta.ſeru.in ti.de flum.quia aër, vſus aquę ſunt com
munia.l.quædã.ff.de rer.diui.§.j.inſti.de re.diui.

ARGVMENTVM.

Aquæ fontium publicarum neque albergari, neq;
per principis reſcriptum concedi poſſunt,

SVMMARIVM.

1 *Aquæ fontium quæ reipublicæ uſui ſunt albergari uel par
ticulari concedi non,niſi expreſſa & ſpeciali derogatio
ne poſſunt.*
2 *Neceßitatis tempore omnia communia.*

Quæſtio CCCCCLXII.

QVAERITVR an aqua fontium publi
corũ vel priuatorũ quãdo deſeruit ad vtilita
tẽ reipublicę,an poſsit alicui priuato albergari vel
per reſcriptum principis concedi. Et dicendũ eſt ꝙ
1 nõ.l.diligẽter.C.de aquę duct.lib.xj.† Niſi expreſsè
& ſpecialiter derogaretur.& ꝙ tale reſcriptũ pręſen
tetur pręfecto pretorio.l.ſi quis.e.tit.quia in dubio
princeps nõ intelligitur derogare iuri alterius.l.ij.
§.meritis.& §.ſi quis à principe.ff.ne quid in loc.pu
blic.&

blic.& pro hoc facit quod voluit Bald.in l. ſi mani feſtè. C.de ſeruitu.& aqua.quando aliqui conſueuerunt ire ad fonté exiſtantem in prędio fiſci,vel accipere nemus,quòd debet ſeruari talis cõſuetudo, & maximè ſtante neceſsitate.l. venditor. §. ſi conſtat. ff.cõi.prædi.vrbano.l.ſi locus.§.fin.ff. quemadmo. ſerui.amitta.quia neceſsitas non ſubiacet legi, nec
2 habet legem.c.quod licitum.de regu.iur. † & tunc tẽpore neceſsitatis omnia ſunt cõmunia.l.ij.§.cum in ead.ff.ad legem Rodiam de iact.

ARGVMENTVM.

Remedia quæ competant ratione aquæ ductus vel hauriendæ,vel pecorum ad aquam apulſus.

SVMMARIVM.

1 *Priuatus de fonte orta in fundo ſuo, ut uoluerit diſponere poteſt.*
2 *Aquarum decurſus loci domini ſunt,quæ abergari poſſunt.*
3 *Aqua eſt elementum*
4 *Domini fontium aquam concedere poſſunt.*
5 *Aqua fontis publici ut concedatur conſenſus quorum requirendi ſunt.*
6 *Haurire aquam in fonte uicini non niſi cum uicini uoluntate licere.*

Quæſtio CCCCCLXIII.

QVAERITVR quę interdicta ſeu remedia poſſeſſoria cõpetãt ratiõe aquę ductus,vel aquæ hauriẽdæ,vel pecorum ad aquam apulſus:vide per Cepol.in dicto titul.aquæ ductus,in xj.quęſtio.principa.&etiam in ratione interdicti de riuis. & in tit.de ſeruitute aquæ hauſtus. & in tit.de ſeruitute pecorum ad aquã apulſus, & in tit.de aqua.
1 & in tit. de flumi.priua. † & quãdo oritur vel gorgitat in ſuo quia quis poteſt facere ad libitum volũtatis.l.aquã.& l. ſi manifeſtè.C de ſeruitu.& aqua. ſecundum Bald.in l.itẽ lapilli. ff. de rer.diuiſion.& per Cæpo.in titu de torrẽte. & in titul. de fonte. & in titul.de riuis. Veruntamen in hac patria de con-
2 ſuetudine † decurſus aquarum pertinet ad dominũ loci,& poſſunt albergari tanquam de Regalijs.ca. j.quæ ſint Regaliæ: quod eſt verum quando tales ripariæ portant ædificia, vti pro molendinis batitorijs, vel alijs ſimilibus,aliàs ſecus,ſi eſſent parui riuuli ſeu torrentes,vel etiam quando deſeruirẽt neceſſitati loci:quia aliundè non poſſet haberi aqua: & ſuper hoc debent ſumi informationes,pro quo
3 facit: † quia aqua eſt elementum, & aliter non poſſet viuere homo.iuxta not.per gloſſ.in proœmi.inſtitutionũ ſuper verbo,elementa. Et quod ſolet dici in pſalmo, ſicut terra ſine aqua tibi.quia ſecũdum de Lira ibi,terra ſicut aqua in pulueres reſoluit,quaſi res ſapatu diſcipatur. Veruntamen in caſu iſto dicti Barcidi domini fundi vbi oriuntur dicti fontes
4 poſſent † dare dictam aquam.l. aquam.C.de ſeruitut.&aqua.licèt in hoc etiam requiratur conſenſus illorum qui exinde habent vtilitatem ſecundum Oldra.conſi.xxx.incipien. Factum tale. allegãt l.in concedendo.ff.de aqua plu.arcen. & l.per quem locum.& l.quintus.ff.de ſerui.ruſtic. prędio.
5 & vbi dicti fontes eſſent in loco priuato † requireretur cõſenſus vniuerſitatis.&pariter illorũ per quorũ prædia ſit tranſitus aquæ.& pariter requiritur cõſenſus domini loci propter tranſitũ: ſecundũ Oldr. vt ſupra per dict.l.in cõcedendo. &pariter adde Bar
6 tha.in repertorio ſuper verb.vicinus, ꝙ † quis non poteſt ire ad fontem ſitum in fundo vicini dño inuito.allegat Albe. in l forma.§.ſaluæ.ff.de cenſ.facit l.aquã.& l.ſi pręſes.C.de ſerui.& aqua.niſi quis eſſet in poſſeſsione ſeu quaſi.l.ſi quis dicitur. no.ff. ſi ſerui.vendi.adde etiã ꝙ licèt vſus aquæ ſit cõceſſus vni:tamen poteſt cõcedi ſecũdo, quando poteſt cõpetere vtriq;.l.in cõcedendo.ff.de aqua plu.arcé. l.Lucio.ff.de aqua quotid.ſecundum Cyn.Bart. & Bald.in d.ct.l.aquam.

ARGVMENVTM.

Dominus fundi ſuperioris,vnde fons egreditur, ꝙ pannos &immundicias lauare in pręiudicium inferiorum non debeat.

SVMMARIVM.

1 *Immunditiæ in fluminis ſummitate lauare non debent.*
2 *Mortuorum cadauera extra ciuitatem antiquitùs ſepeliebantur.*
3 *Aquas turpantes ꝙ in eos extraordinariè animaduertatur.*

Quæſtio CCCCCLXIIII.

QVAERITVR an dominus fundi ſuperioris vbi oritur fons,poſsit lauare pãnos,aut immundicias ad præiudiciũ prędiorũ interiorũ vbi aqua decurrit. Et dicendũ eſt ꝙ nõ.l. apud Trebatiũ.ff.de aqua plu.arcen.ſecundũ Cæpol.in tract.ſeruitu.in tit.de fonte.l. ſacularij.in fi ff. de extraodi. criminib.& hoc etiam tenet Bar.in l.cùm ſupra. C. de re mili.lib.xij.& ibi etiã Ioan.de Pla.vbi no.cõ-
1 tra illos † qui faciunt lauacrũ immundiciarum in ſummitate fluminis:ſecus ſi à parte inferiori. Et ibi etiã glo.not.cõtra eos qui more beſtiarũ inue.ecũdè ſe balneãt publicè oſtendendo omnia mẽb.a. & ibi Ioan.de Plat.etiã not.ꝙ læproſi propter fœtorẽ debent ſeparari.allegat auth.de lenonibus.coll.iij.
2 Et pariter † antiquitùs corpora mortuorũ ſepeliebãtur extra ciuitatẽ.l.mortuorũ.C de relig.& ſumptu. fune. Adde Ang.in l.j.§.ſit iniuria.ff.de extraor.crimini.cõtra turpãtes aquas:quia eſt pœna extraordinaria:& vbi venenarẽt puteũ aut fontes,& ſequeretur mors eſſet pœna capitalis:vide in iij.vol.cronic. Francię de tẽpore Regis Karoli VI. fol.88.verſo.

ARGVMENTVM.

Articuli impertinentes in dubio an admittẽdi ſint, & de clauſula ſaluo iure impertinentium.

SVMMARIVM.

1 *Clauſ.Saluo iure impertinentium & non admittendorum quid operetur,*
2 *Articuli pertinentes vt reſumuntur ſi cauſe adminiculãtur.*
3 *Articuli in cauſa poſſeſſoria beneficij fieri poſſunt.*
4 *Poſitioni impertinentium non eſt reſpondendum.*

Quæſtio CCCCCLXV.

QVAERITVR quia pars dictorũ procuratorum fiſcali.Bonoudi & Dauſſat opponit aduerſus articulos dictorum ſupplicantium de impertinentia,ꝙ non debeãt ad probandum admitti, an in dubio tales articuli debeãt ſaltẽ cum clauſula ſaluo iure impertinentiũ, & non admittendorũ: iuxt.not.per glo.& doct.in c.cùm cõtingat. de offi. cio & poteſtate iudicis delegati. & in l.ille à quo. §.ſi de teſtamento.ff. ad Trebellianum. & ibi latè
1 per Alexandrum de Imol. † quia talis clauſula, ſaluo iure impertinentium & non admittendorum

operatur vt poſsit poſteà diſcutiemus de impertinẽ
tia: vt ibi not. & per Bar. in l. ſi duo patroni. §. idem
Iulianus. ff. de iure iurand. & per glo. in l. ſi quis li
bertatem. in fine. ff. de peti. hæredi. Et maximè poſ-
ſunt examinari teſtes ſuper talibus articulis quan-
do iurauerũt deponerę ſuper tota cauſa. capit. teſti-
2 bus. de teſti. † in dubio articuli præſumũtur perti-
nentes quãdo aliquid adminiculãtur ad cauſam. l.
ad probationem, la prima. & ibi per Salice. & Paul.
de Caſtro. C. de probatio. de quo per Specul. in tit.
de poſitionib. §. vij. in ij. colla. verticul. & not. & in
titu. de teſte. §. nunc videndũ. verſic. ſicut igitur. vn-
de ſecundum Bald. & Alexand. de Imol. in dict. §.
idem Iulianus. quando iudex probabiliter dubitat
an articuli ſint admittendi vel ne, debet admittere
cum illa clauſula: ſaluo iure impertinentium, &
non admittendorũ. Et idem tenet Bald. in l. momẽ
taneę. C. qui legit. perſo. ſtand. in iudi. habe. & in l.
qui, interrogatus. ff. de interrogati. action. Et in
authen. ſi dicetur. C. de teſtib. Et pro præmiſsis fa-
cit quod ſolet notari per Specula. in titul. de teſt. §.
nunc videndum. verſicu. ſed pone. & per dominum
Guid. Papæ deciſi. lxxj. & per Bartol. & Bald. in d.
3 l. momentaneæ. vbi voluit quòd † poſsit fieri arti-
culus in cauſa poſſeſſoria beneficij de proprietate,
ad corroborationẽ poſſeſſorij interdicti vti poſsid.
quia cæteris paribus ille qui melius iuſtificat de pe
titorio, debet obtinere. cap. licèt. de proba. ſecus in
interdicto vnde vi, reintegrandæ: ſecundum glo. &
docto. in dict. l. momentaneæ. & Bald. in dict. l. or-
dinarij iuris niſi deduceretur petitorium in narra-
tione libelli: ſed non in concluſione: quia debet
attendi libellus in concluſione: ſecundum Panor-
in cap. conſtitutus. in fine. de fil. presbyt. Adde etiã
4 quòd † poſitioni impertinenti non eſt reſponden-
dum. iuxta nota. per docto. in l. ij. §. quod obſerua-
ri. C. de iuramen. calum. licèt ſecũdum ſtatuta Del-
phinal. non ſit diſceptandum ſuper reſponſionibus
articulorum. & ideò ſecundum Paul. de Caſtr. in l.
ad probationem. la j. in fine. C. de probatio. quòd
hodie de practica palatiorum admituntur articuli
ſaluo iure impertinen. & non diſputatur de hoc, ni
ſi in calculo ſententię vt lites abreuiantur.

ARGVMENTVM.

Licitatio in rerum fiſcaliũ locatione locum habet.

SVMMARIVM.

1 *Adiectio in diem non habet locum in rerum patrimonialiũ principis uenditione.*
2 *Quid in uenditione rerum ciuitatis.*
3 *Tempus adiectionis in diem in rerum fiſcalium eccleſiæ, & minoris alienatione quod ſit.*
4 *Subhaſtatio ſeu licitatio an in rerum fiſcalium alienatione locum habeat, ut plus offerenti detur.*

Quæſtio CCCCCLXVI.

QVAERITVR an in albergamento re-
rum fiſcalium habeat locum licitatio plus
offerẽti debeat expediri. Et dicendũ eſt quod ſic. l.
ſi tempora. C. de fide inſtrumen. & iure haſt. fiſca.
lib. xj. ita quòd durante tẽpore licitationis ſi ſuper-
ueniat ſecundus, qui plus offerat, ille præfertur: vt
1 ibi habetur: † ſecus in venditione rerum patrimo-
nialium principis. quia non habet locum adiectio
in diem: ſed incõtinenti primus emptor eſt ſecurus.
l. eos. C. de diuerſ. prędijs. lib. xj. & ibi glo. Barto. &
Io. de Plat. & in l. fi. C. de prędijs tamiacis. eod. lib.
vbi nota. quòd ciues à fiſco fundum tamiacum vel
patrimoniorũ principis vel rem alienã propter debi
tum principis vel etiam rem alienam, vt propriam
2 bona fide incontinenti eſt ſecurus. † Et idem in vẽ
ditione rerum ciuita. quia non eſt opus adiectio-
ne in diem. l. j. C. de venditio. rer. ciuita. lib. xj. l. Lu
cius. §. fina. ff. ad municip. niſi per ſtatutum ciuita-
tis ordinaretur, ꝙ plus offerenti libraretur: prout
in iſta ciuitate ſeruatur, vbi emolumenta librantur
3 plus offerenti ad extinctum candellę. † Et tale tem
pus adiectionis in diem in venditione rerũ fiſci, vel
eccleſiæ vel minoris dicitur eſſe viginti dierũ. auth.
hoc ius porrectum. C. de ſacro ſanct. eccleſ. nec po-
teſt tale tempus minui, ſed augeri. ſic ſecũdum Bar.
Ioan. de Plat. in dict. l. ſi tempora. licèt tale tempus
cõmuniter de conſuetudine non ſeruatur. Verunta
men ſecundũ domi. Guid. Pap. deciſ. cccccxxxvj. de
cõſuetudine in libratione emolumentorũ Delphi-
nliũ etiam facto libramẽto in vltimo inquãtu quili
bet venire volens auditur infra tres menſes tertian-
do ſeu tertiamentum apponendo. Et hoc verũ quã-
do expedit fiſco tradere plus offerenti, aliàs ſecus:
quia interdũ ille qui offert minus pręfertur: vt quia
eſt magis idoneus. vel quia offert meliores fideiuſ-
ſores. l. iiij. in fin. ff. de in diem adiection. ſecundum
Bartol. in dict. l. ſi tempora. & ita eſt in propoſito:
quia d. ſupplicãtes quatẽnus de iure artarentur pę
textu dicti Aquagij riui de cugno obtulerant ſol-
uere domino noſtro Delphino cenſum rationabile
ita quòd debẽt præferri, licèt dicti Bamãdi & Douſ
ſati perceperint in licitatione. Et ꝙ fuit eis alber-
gatum: quia dicti ſupplicantes per priùs vtebantur
dict. aquagio, ibi facit l. licitatio. in princip. cum ibi
nota. ff. de public. l. Sabinus. ff. de in diem adiectio.
& licèt poſt terminum pręfixum in licitatione non
audiatur quis plus offerendo, hoc verum, niſi ſit mi
nor vel eccleſia qui poſſent in integrũ reſtitui. l. &
ſi ſine. §. j. ff. de minor. iuxta nota. per Bart. & Ioan.
de Plat. in dict. l. ſi tempora. licèt ſecundum Barta-
chi. in tractatu gabellarum in ſecunda parte quæ-
ſtion. viij. refert tenere gloſſ. & Archidiacon. in
cap. hoc ius porrectum. x. quæſtio. ij. quòd res eccle
ſiæ non debent vendi plus offerenti, ſed debẽt ven-
di iuſto pretio. Et pro hoc facit glo. in cap. j. de reb.
eccleſ. non alienan. libr. vj. quæ tenet quòd de iure
canonico in alien. rei eccleſiaſticę non ſeruatur di-
4 cta authen. hoc ius porrectum. † Quid autem in lo
catione rerum fiſcaliũ an debeat fieri ſubhaſtatio
ſeu licitatio vt plus offerenti exponatur. & dicen-
dum eſt quòd ſic in locationibus temporalibus. l.
fin. & l. ij. C. de vendi. reb. ciuita. lib. x. dicta l. licita-
tio. ff. de public. & l. penu. C. de vectig. & commi. &
ibi per Salice. & per Ioan. de Plat. in dict. l. ſi tempo
ra. C. de fid. inſtrumen. & iur. haſt. fiſc. lib. x. Verun-
tamen de ſtylo cameræ computorum Delphina. in
albergamentis rerum vacantium per decurſus a-
quarum. Primò ſumitur inferantes ſuper cõmodo
vel incommodo reipublicæ, & deinde fiãt inquan-
tus. & ſi ſint aliqui opponentes remittuntur coram
curia parlamenti: ſi verò non ſint opponentes plus
offerenti libratur. Et deinde fit albergamentum
in curia parlamenti

ARGV-

ARGVMENTVM.

De albergamento ſeu contractu ad numerum ſeſtariorum.

SVMMARIVM.

1 *An actio perſonalis contra tertium poſſeſſorem detur.*
2 *Iugerum numerus fundi ubi diminuitur, an penſio etiam minui debeat: & maximè ubi terræ quãtitas limitata eſt. & nume. 3.*
4 *Res finium conſignatione deſignatur.*
5 *Venditio ſicut iugerum numero regulatur: ita & pretium ſecundum menſuræ portionem.*
6 *Venditio quæ fit ad menſuram conditionalis eſt.*
7 *Deceptus in quantitate rei ad ſupplementum agere poteſt, etiam ſi deceptio ultra dimidiam non fuerit.*
8 *Cenſus debiti ratione certorum iugerum terræ moderandi ſunt, & reducendi ſecundum iugerum numerum.*
9 *Dictio, Circa, ad quæ referatur.*
10 *Menſuratio quoquo tempore peti poteſt, ubi terminus nullus ſtatutus eſt.*
11 *De articulorum impertinentia non, niſi tempore ferendæ ſententiæ diſputandum.*

Quæſtio CCCCCLXVII.

QVAERITVR ſuper clauſula illa albergaméti dudũ facti de anno milleſimo quatercenteſimo quadrageſimo ſexto, die xxj. mẽſis Maij. per nobilem Antonium Graueti habitatorem loci Caſtrinoui Iſaræ Ioanni Alerij, & Ioanneto Sebaſtiani habitatoribus Piſanarij de quodam tenemẽto nemorum & bruriarum ſito in mandamento dicti Caſtrinoui Iſaræ loco appellato: boc ratiere cõtinẽte circa quarterviginti ſeſtiariatas terræ ſub annuo cẽſu & directo dominio duorũ ſeſtariatarũ frumẽti, & ſub introgiis viginti florenorum monetæ currentis, quos confeſsus fuit habuiſſe: promittens dictus Graueti per iuramentum non contrauenire: ſed ratum & gratum habere. & contingit ꝙ dictũ temementũ in vniuerſo non continei plus de triginta ſeſtariatas terrę, ita quòd ad partem cuiuſlibet emphyteutarum non peruenit plus de xv. ſeſtiariarum terræ: & euenit quòd dictus Ioãnes Alerij in præmium emancipationis dedit Petro Payre alerij, eius filio partem dicti nemoris, ſibi albergati. ſed nobilis Ioannes Graueti hæres dicti Antonij Graueti traxit in cauſam dictum Petrum Alerij dictum Payre modernum poſſeſſorẽ medietatis dicti nemoris ſuper arreragijs cenſus quatuor annorum vnius ſeſtarij frumenti pro medietate cenſus dictorum duorum ſeſtaritorum frumenti aduerſus quæ opponit dictus Petrus Alerij, quòd eſt tertius poſſeſſor † cõtra quem noncõpetit actio perſonalis pro dicto cenſu. l. fina. ff. de contrahen. emptione. quia actio perſonalis nõ ſequitur fundum. l. j. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. Præterea non debetur dictus cenſus in toum: ex quo non eſt numerus iugerum ſeu ſeſtariorum completus: ſed debet diminui & moderari dictus cenſus pro rata. l. formã. verſicu. illam etiam æquitatem. ff. de cenſi. l. ij. C. de
2 aluuio. & palud. † Et maximè ex quo non remanet medietas dicti albergamenti deſignati in dicto albergamento, & ſic remanet damnũ nondum in medietate: ſed vltra, ſecundum opinionem Martini in l. j. in fine. C. de iure emphyteutico: quia ibi in fine dicitur. Si verò particulare damnum, & ſic nomine partis medietas intelligitur. l. nomen filiarum. §. j. ff. de vſufruct. de quo etiam per gloſſ. in capitu. potuit. de locato. in fine & per Speculato. in titu. de
3 locat. §. nunc aliqua. verſicu. xxxv. † & maximè quãdo quantitas terræ eſt limitata per iugera & ſeſtariatas terræ: ſecundum Ioann. Andr. in additio. vbi ſuprà verſicu. cxxxvj. Nec obſtat quod ex aduerſo opponitur in ſchędula dicti Ioãnis Graueti ex ordinatione non debẽrunt ibi prętendere, ꝙ dictũ albergamentum non fuit factum ſub numero, vel menſura: videlicet tantum pro qualibet ſeſtariata: imò
4 ſub integritate quæ conſiſtere poterit. † Nam conſignatio finium rem deſignat: & quicquid eſt intra includit, & ecõtrà, ita quòd ſi reperiatur minus nõ propterea diminuatur pẽſio. & pro hoc fuit allegatum per Bald. in rubri. C. de contrahen. emptio. in
5 xxij. quæſtio. vbi primo arguit, † quòd venditio debeat regulari ſecundum numerum iugerum, & pariter pretium ſecundum portionem menſuræ: allegat l. Rutilia. & l. compræhenſum. ff. de contrahen. emptione: & tandem diſtinguit quando contrahẽtes incipiunt à numero vel menſura, & tunc nihil plus veniet. l. ſi quis teſtamẽto. ff. de legat. j. Si verò venditio fuerit concepta per verba denotantia certum corpus, tunc ſecus. Et ita eſt in propoſito: quia dicta venditio fuit facta per numerum & menſuram, & ſic tenere videtur, quando eſt minus. l. ij. & l. ſi ſeruum. §. ſi modus. & ibi Pau. de Caſtr. in l. qui fundum. §. qui agrum. & ibi Salyce. ff. de contrahẽ. emptio. l. Iulianus. §. ſi Titius. ff. de actionib. empt. facit quod notat in §. ſed ſi poſt emptionem. inſti. de emption. & venditio. vnde ſecundum Bartol. in
6 d. §. ſi Titius. † quando venditio fit ad menſuram, dicitur cõditionalis. l. quid ſæpe. §. in hijs dicitur. ff. de contrahend. emptio. & ſic non tenet venditio, niſi pro rata mẽſuræ terræ. & pro hoc facit l. ij. cũ ibi not. C. de pericul. & comod. rei vendit. & in l. non etiam minus. ff. de vino, & ole. lega. quia numerus ſeſtariatarum videtur adiutus cauſa taxationis, de quo etiam habetur per Salyce. in l. ij. C. de contrahend. emptio. & per Paulum de Caſtro in dict. l. Iulianus. §. ſi Titius. & in l. ſi ſeruum. §. ſi modus. ff. de actioni. empt i. & in capitu. per tuas. de donatio
7 ni. vbi videtur caſus in hac materia, † quando quis decipitur in quantitate rei, ꝙ poteſt agere ad ſupplementum: licèt fuerit deceptio citra dimidium iuſti pretij: ſecundum gloſſ. Panormita. & Ioannem de
8 Imol. ibi, † cum etiam debet fieri moderatio dicti cẽſus pro rata quantitatis terræ quæ deficit, & maximè quãdo tenemẽtarius remaneret nimium oneratus. capitu. quod remanet. cum ibi nota. per Panormita. de cenſi. & in cap. præterea. le ij. ff. de iure patrona. & per Roma. conſil. cclxix. in ſexto dubio. Nec obſtat quod ex aduerſo fuerit oppoſitum de no. per Pau. de Caſtro conſil. cclxxvij. incipiẽte. In cauſa, ꝙ ſit imputandum dictis tenemẽtarijs quia non fuerunt menſurati dictum tenementum à principio: quia ibi caſus de quo loquitur Pau. de Caſt. eſt diuerſus: quia venditor vendidit fundũ ibi mentionatum pretio cxx. ducatorum non pluri aut pauciori. & ſic idẽ eſt dicere, ac ſi dixiſſet ſiue plus ſiue minus: quia ibi apparet ꝙ ex conuentione partium, quòd contractus accipit legem. l. j. §. ſi conuenerit: ff. depoſit. & ſic quòd numerus modiorum,

nem actis folio. xxxiij. vbi petijt licentiam impartiri procedendi in opere mediãte cautione idonea. ſed ex aduerſo fuit data pro parte fiſcali ſchædula incipiens, Iacobus. vbi allegatur abſentia domini Epiſcopi ex cauſa reipublicæ: & petit ſuperſedi ab ædificio ex aduerſo paſtulato. Quintò conſiderandum eſt, quòd pro parte d. fiſcali & dicti Hoſpitis fuit producta quædam viſitatio. actis folio. xlvij. facta per dominos Antoniũ Muleti & Ioffredi Kareli cõſiliorum Delphinaliũ de anno M. cccexcviij. die ix. menſis Iunij. & ibi produxerũt quatuor probos à quibus petierunt habere relationem. & ibidẽ comparuerunt cõſules ciuitatis Grationopolis, qui declarauerunt eorum intentionẽ, quòd non intendunt ſe opponere conſtructioni dictorum molendinorum. Veruntamẽ quia non eſt poſsibile quòd dicta molendina poſsint molere, niſi medio aquæ drani, & quòd iſto caſu ſe intendunt opponere. Sextò conſiderandum eſt, quòd pro parte dicti Hoſpitis fuit data vna ſchædula die ix. menſis Iunij. proximè præteriti incipien. licèt. vbi deducit, quòd à quinq; menſibus citra incepit conſtrui facere d. molendina in ſituatione loci mouẽtis de directo dominio capituli beatæ mariæ Grationopolis, & quòd fuit inueſtitus, & retentus: & quòd antiquitùs in loco grangiarum erant duo beallegia, videlicet vnũ à parte occidentali in glerijs vbi erant ſita molendina domini Epiſcopi: & aliud beallegium à parte Orientali, & diſtabat vnum ab alio per lxxxvij. toyſias. & ibi ſe declarat dict. Hoſpitis, quòd non accipiet de aqua drani, niſi de fonitibus mareſcatiorũ. Et conſequentur actis fol. lj. inſeritur relatio dictorum proborum ſuper interrogatorijs dict. Hoſpitis: & ſuper primo interrogatorio inter cętera referũt quòd erit neceſſe, ꝙ dictus Hoſpitis faciat aliquas defenſiones cõtra ripariam drani, ne aqua intret. & ſuper ſecundo interrogatorio referunt ſuper preſeruatione itineris. Super tertio interrogatorio referunt quòd aqua molẽdinorũ dicti Hoſpitis prouenit ex fontibus mareſcariorum, certorũ particulariũ ibi nominatorum: & etiam ex certa parte aquæ molẽdinorũ leytinæ, ſiue licèt illa poſsẽt molere. Super quarto interrogatorio deponunt quòd in loco vbi dictus Hoſpitis ad præſens vult ædificare dicta molendina non erant aliqua beallegia. Super quinto articulo, referunt de molendinis Antonij Boueri de directo dominio domini Epiſcopi, & ꝙ molebant ex certis clarerijs procedẽtibus ex aqua drani per venas ſubterraneas, & aliàs prout ibi plenius cõtinetur. Super ſexto interrogatorio deponũt quòd molendinum dicti Hoſpitis non affert damnum alijs molendinis, ſi reficiatur in loco vbi ſolebat eſſe, niſi reſpectu multurarũ. Septimo cõſiderandum eſt, quòd etiam pro parte dicti Hoſpitis fuit productus tertius in quantus factus de anno. M. cccexcvij. die xv. menſis Februarij. actis folio lvj. & licèt ibi nõ inſeratur oppoſitio magiſtri Valoys procuratoris domini Epiſcopi: tñ fuit facta dicta oppoſitio notificata. & ibidem folio. lvij. de eodem anno & die vj. menſis Februarij inſeruntur informationes ſumptæ per Ioannem de Vado caſtellanũ ſcribente magiſtro bailliui, licèt ibi non inſerantur literæ conceſsionis & ibi dicti probi in turma depoſuerunt ſuper commodo vel incommodo loco in ſupplicatione deſignato, ſi ibi ædificarẽtur molendina prouiſo ꝙ manuteneatur iter, ꝙ & ſitum ſeu montata dictorum molendinorum tranſcẽdat ſignum in arbore de Pinol factum: & aliàs prout ibi pleniùs continetur. & conſequẽtur actus fol. lxj. datur ſupplicatio pro parte dicti Hoſpitis, vbi petit licentiam imparari dicto Hoſpiti implicari faciendi eius arctractum factũ ne putrefiat. Octauò conſiderandum eſt, quòd pro parte domini Epiſcopi fuit data ſchædula incipiens: ille Iacobus vbi deducit, quòd dictus Hoſpitis non debet admitti ad cautionẽ, cum non agatur in materia noui operis nũtiatiõe ſed aliter: & ibi petit præcipi magiſtris Argaudi & Bayllliui: vt expediant inquantus, & alia expleta per ipſos recepta. & pariter fuerunt dati articuli pro parte epiſcopali incipien. Sine cauſa. actis folio. lxxi. & in xix. articulo deducit quòd dictus Hoſpitis vult ædificare in alio loco, quã in informationibus ſumptis mẽtionato. & ſi conſtruerẽtur, eſſet ad præiudicium molendinorum dicti de Serro. Et in cõcluſione petit dictos inquantus & albergamentũ dicti Hoſpitis reuocari & caſſari. & pariter fuerunt dicti articuli pro parte dicti domini Epiſcopi incipient. Addendo. actis folio. lxxx. & in tertio articulo deducitur quòd dicta molendina dicti Hoſpitis incepta non ſunt facta in loco informationum deſignato: videlicet in quodã rondono, ſeu fundo empto à nobili Petro Dougano. & in ix. articulo deducitur, quòd dicta molendina dicti Hoſpitis non poſſent fieri ſine ſtagnatione aquæ: & abſque montata, ſeu ſaltu. & in xiij. articulo deducitur, quòd molẽdina Andreæ de Vallenauigio ſunt illa quæ tenent hæredes Ioannis Leytinæ, & quòd molendina dicti Bouerij quondã molebãt de eſcheuta molendinorũ letinæ. Nono conſiderandum eſt, quòd fuit facta alia viſitatio de eodem anno die xi. mẽſis Septẽbris, per dominos Henricum Ganteranis & Ioffredi Karoli. & ibi cõparuerũt cõſules, qui ſe oppoſuerunt dictę cõſtructioni & pariter ibidem cõparuerũt probi citati pro parte epiſcopali, quos recuſauit ſuſpectos dict. Hoſpitis. & pariter ibi etiam cõparuerũt probi citati pro parte dicti Hoſpitis: & inter cætera fuit ibidem dictum & declaratũ, quòd locus vbi dictus Hoſpitis inchoauit eius molendina non eſt locus aſsignatus per dños auditores cameræ: ſed bene diſtat à parte ſuperiori. per xc. paſſus. & ibidem dictus hoſpitis cõfeſſus fuit. de quo petijt dictus de Valoys acta, & aliàs prout ibi pleniùs continetur. Ex quibus præmiſsis apparet quòd dictus Iacobus Hoſpitis non debet admitti ad ædificandum dicta molendina mediante cautione: quinimò opus iam cœptum debet demoliri, & ad priſtinum ſtatũ reduci. Tum quia dictus Hoſpitis non ſeruauit locum ſibi aſsignatũ: per dominos cameræ in eius prætenſo albergamẽto mentionatum: prout confeſſus fuit coram ſpectabilibus dñis cõmiſſarijs de tempore vltimæ viſitationis: de quo petijt acta magiſter Valoys procurator reuerendi domini Epiſcopi Grationopolis: & fuerunt ſibi conceſſa. & ita talis confeſsio non requirit tit. iudicis ſecundũ Innocen. in capit. qualiter & quando. la grande. de accuſat. quia in confeſſum nullę ſunt partes iudicis præterquã in condennando. l. proinde. ff. ad legem Aquil. & modò con-

ſtat modo agitur.l.ſi is à quo.ff. vt in poſſe.lega. & per conſequens † tale opus inceptum in alio loco debet demoliri, quia cenſetur nouū molendinum, & non comprehenditur ſub dicto prætenſo albergamento citra illius approbationem: ſecundum Bald..in l.ius ciuile.ff.de iuſtitia & iure: vbi † tenet quòd quando mutatur cluſa molendini cenſetur nouum melendinum, & eſt opus noua prouiſione, ex quo mutatur locus.allegat l.ſi cui.ff.de ſeruitu. vbi † locus ſeruitutis ſemel electus non poteſt mutari.l.fina.ff.de aqua pluuia arcend.l.certo generi. §.j.ff.de ſeruit.ruſtic.prædio.& pro hoc facit quod voluit idem Bald.in l.j.circa finem.C.de iure emphyteutic.vbi tenet † quando albergatur ſilua nemorum non poteſt emphyteuta extirpare, & ad vineam reducere, multò fortiùs non poteſt mutare de vno loco ad alium.facit l.hactenus.§. Neratius. in fine.ff.de vſufruct. & quia non fuit ſeruata forma mandati.l.diligenter.ff.de manda.capitul.cum dilecta.de reſcrip.licèt etiam nō appareat de literis commiſſorijs informationum, & inqāntuum, & ſic nulliter fuit proceſſum.l.j.C.de mandat.principi.l. prohibitum.C.de iure fiſc.libr.x.capit.cum in iur. peritus.de officio delegat. Præterea dictus Hoſpitis proceſsit ad incohationem dicti operis poſt inhibitionem factam vigore literarum expoſitarum curiæ communis Grationopolis prout fatetur in eius ſupplicatione inſerta actis folio.v. cùm nondum eſſet inceptum dictum opus de dicto tēpore prout etiam apparet per dictas literas iudiciales cū earum executione, & ita ante omnia opus inceptum ex ſpreta inhibitione prætoris debet demoliri.l.prætor ait.in principio.ff.de oper.noui nuncia.

ARGVMENTVM.

Emphyteota recuperés incontinenti ea quæ domino irrequiſito alienauerat, pœnæ commiſſi locum non facit.

SVMMARIVM.

1 *Venditione ſimplici ſine traditione commiſſi pœna non incurritur.*
2 *Quid ſi traditio interuenerit?*
3 *Incontinenti fieri dicitur ante quàm dominus uoluntatem ſuam declaret.*
4 *Commiſsi pœnæ tacita ineſt conditio .ſi dominus uoluerit.*
5 *Commiſsi pœnæ locum eſſe non niſi ſecuta traditione communis opinio tenet.*
6 *Commiſsi pœna in pacto legis cōmiſſoriæ locum non habet ubi res ad uenditorem ipſo iure reuerteretur.*

Quæſtio CCCCCLXIX.

QVAERITVR quando emhyteota vel vaſallus alienat irrequiſito dn̄o, & deinde incōtinenti recuperat, an euitet pœnam? Specula.in titu.de emphyteu. §.nunc aliqua.verſic.xcv. 1 tenet † quòd per ſimplicem venditionem & traditionem non incurritur pœna commiſsi. quia iſto caſu non dicitur perfecta venditio ante traditionem.§ venditæ.inſtit.de rer.diuiſ.& quia verba cum effectu ſunt ſumenda.l.j.§. hæc verba.ff.quod quiſque iuris.capi.relatum in de clericis nō reſiden. 2 Si † verò fuit facta traditio, & venditor poſteà recuperat incontinenti, tunc euitat pœnam de æquitate, aliàs ſecus: ſecundum Speculato.vbi ſupra verſicul.xc.licèt Ioann. Andr.in additioni. ibi teneat contrarium: per cap.j.quid iuris ſit poſt alienationem feudi, ſi vaſallus recuperat: & iſtam partem, quòd non ſit locus pœnitentiæ tenet Barto.in l.j.§.ſi re. ff.depoſit.& in l.ſequitur.§.idē Labeo.ff.de vſucap. & in l.ſi quis libellis.C.de appellatio.& hoc verum niſi in venditione eſſet adiectū pactum, quòd ſtatim res debuit reſtitui venditori: ſecundum Ange. in l.volūtas.C.de fideicom.Bal.verò in rubr.quid iuris ſit, ſi poſt alienationē vaſallus recuperat? tenet quòd re integra vel incōtinenti poteſt purgari culpa: ſecus quādo trahit ſecum executionē per tranſlationem dominij: ſecundum Bald.in cap.j.ibidem glo. verò in conſtitu.imperialem.in princip.de prohibi. feud.aliena.per Frederic.tenet quòd quādo vaſallus alienat licèt redimat quòd cadit in commiſſum: quia ipſo momento quo alienat res ad dominium redit propter contemptū.& quia trahit ſecum dā executionem, & ideò non poteſt purgari culpa: ſecundum Bald.ibi, ſecus ſi feudum debeat reuerti ad dominum per ſententiam: ſed in caſu iſto quando vaſallus alienat irrequiſito domino priuatur ipſo iure: ſecundum Bald.in cap.j.§.aut ſi liuellario. quibus modis feud.amitt.de quo per Bald.in dict. conſtitutio.imperialem.§. callidis: & ita in effectu tenet Aluaro.in dict.conſtitutione imperialem. ſed idem Aluarotus in dict.ca.j.quid iuris. tenet quòd quando vaſallus poſt venditionem antequàm tradidiſſet, recuperet, nō incurrit pœnā: quia intelligitur de perfecta alienatione, per trāſlationem dominij.ff.de fund.dota.j.l.traditionibus.C.de pact. Præpoſitus verò in dict.cap.poſt Bald.tenet quòd cul-
3 pa poteſt purgari incontinenti, † & dicitur fieri incontineti ante quā dn̄s declaret intētationē ſuam. & quia in iſtis alienationibus potiùs attendimus effectum quàm actum.& per text. in dict.cap.j.vbi fit mentio de dict. poſteà. & quia inter dominum & vaſallum debet agi ex ſumma æquitate.in capit. j.in quib.cau.feud.amittat, licèt ibi referat Io.Andrę.& Bartol.vbi ſuprà, quòd in emphyteota non euitat pœnam, per pœnitentiam, de quo ibi latiùs per præpoſit.allegat etiam gloſſ.in capit.j.de prohibit.feud.aliena.per Lotar.Alberic.verò in l.fin.C. de iure emphyteuti.refert Din.tenere quòd non ſit locus pœnitentiæ: & idem in vaſallo allegat l.quidam teſtamēto.ff.de fideicommiſs.liberta.licèt allegat Speculato.vbi ſuprà tenere contrarium.& opinio Specu.eſt æquior: ſecundum ipſum: licèt opinio Dyn.ſit verior de ſtricto iure.Salyce. verò in d. l.fina.tenet opinionem Specula.vbi ſuprà: quia eſt locus pœnitētię ante voluntatē domini declaratā,
4 quia † talis pœna cōmiſsi habet tacitā conditionē, ſi dominus voluerit: & pro hoc facit: quia ratio prohibitiōis feudi in vaſallo eſt, quia dominus nō tenetur recipere aliū vaſallū præterquū qui ſibi placeat.c. j.de lege corradi. Alexan.de Imol.in l.ſi à me.poſt Angel.ff.ad leg.falcid.refert opiniones, & allegat Ioan.de Imol.in cap.potuit.de loca.quòd habet locum pœna commiſsi quando venditio eſt pura: ſecus ſi ſit conditionalis: tamen refert cōmunem opi-
5 nionem tenere † quòd ante traditionem nō habeat locum pœna commiſsi: & idem Alexand.in l.ſta-
6 tu liber.poſt Pau.de Caſtr.tenet, † quòd in pacto legis commiſſoriæ: quando res reuertitur ad vendentem ipſo

tionem ipſo iure nõ habet locum pœna commiſsi. Paul.de Caſtr.in dict.l.j.§.ſi rem.ff. depoſit.tenet ꝙ ante traditionem quis euitat pœnam commiſsi. Iaſon in dict.l.fina.C.de iure emphyteutic:& gloſ.in xix.quæſtio.ibi refert opiniones.& tandem ibi cõcludit,quòd non habeat locum pœna commiſsi, & pariter in xxj.quæſtio.etiam tenet opinionẽ Specula.vbi ſuprà quando vaſallus recuperat incontinenti.per dict.cap.potuit.quando celeriùs redimit. & iſtam opinionem etiam ibi tenet Ioan. Fabr. licèt aliud ſit in feudo:ſecundum Ioan.Andr. in addition.ad Speculat.in dict.verſicu.xlvj.& ibi refert communem opinionem,quòd poſt traditionem nõ ſit locus pœnitentię cum dictis limitationibus,quę ibi videantur.

ARGVMENTVM.

Commiſsi pœna an locum habeat in clauſ.Conſtituti & præcarij.

SVMMARIVM.

1 *Commiſsi pœnæ locus non eſt quando legis authoritate dominium transfertur:niſi realis traditio interuenerit.*

2 *Laudemia an ex clauſ.conſtituti & præcarij ante uerã traditionem debeantur.*

3 *Partes licèt re integra à contractu reſilire in earũ præiudicium poßnt: non tamen in tertij præiudicium poſſunt.*

4 *Incontinenti fieri quando dicatur.*

5 *Dominium & poſſeßio ex clauſ.conſtituti uel præcarij trãſferuntur.*

Quæſtio CCCCCLXX.

QVAERITVR quando in venditione ſeu alienatione facta irrequiſito domino interuenit realis traditio vel ficta,an habeat locum pœna commiſsi?& dicendum eſt, ꝙ ſic: ſecundum Paul. de Caſtr. in l.j.§.ſi rem ff.depoſit.Sed in contrariũ tenet Aluaro.in dict.ca.j.quid iuris,ſi poſt alienat. vaſallus:quia in iſtis pœnalibus requiritur realis traditio,& tranſlatio poſſeſsionis . allegat. §.callidis.de prohibit.feud.aliena per Frederic.ibi , & in alios transferunt.& idem tenet do. Guid.Papæ deciſio.cj.& allegat Pet. Iacob.in tit.de actione in rẽ, 1 quę pro re emphyteu.& ibi tenet † quòd in caſibus in quibus fit tranſlatio dominij authoritate legis, non cadit in commiſſum,niſi ſequatur realis traditio.& pariter allegat Petr. Iacob.in tit.de actione. 2 in re,quę pro re feud.& pariter ibi tenet,† ꝙ dominus directus non poteſt petere laudum quando interuenit clauſula præcarij , vel conſtituti ante realem traditionem:licèt Iaſon in dict.l.fina.C. de iure emphyteuti.extra gloſſ.in xix.quæſtio.teneãt cõtrarium,& pro hoc allegat Anto.de Butrio conſil. xxxiij.vide not.per Ang.&Pau.de Caſtr. in l.iuriſ- 3 gentium §.ad eo.ff.de pact.† quòd licèt partes re integra poſsint diſcedere ad præiudicium ipſorum:ſecus ad præiudicium tertij:& ideò ſi ex contractu deberetur gabella,non poſſent recedere partes ad pręiudicium fiſci.argumento.l.inſulam.§.fi.& l.ſi mulier.ff.ſoluto matrimo.& hoc verum,niſi partes incõtinẽti recederẽt,antequã diuerterẽt ad extraneos actus:ſecundum Pau.de Caſt.& Alexand.de Imol. 4 ibi,† & dicitur fieri incontinenti antequam cõtractus ſit abſolutus:vel partes ad extraneũ actũ diſcedant:iuxta notat.in l.in bonæ fidei.C.de pact. Ad- 5 de tamen † quòd per clauſulam conſtituti vel præcarij transfertur dominiũ & poſſeſsio ſaltem ciuilis,& ideò res non dicitur integra.& quando diſceditur à contractu tunc cenſetur nouus contractus: & eſt neceſſarius actus retro ſimilis.de quo per gl. & doct.in l.ab emptione.ff.de pact.& in l.j.C.quãdo ab emptio.diſce.liceat.

ARGVMEMTVM.

Laudimia an & quando ex contractu de retro vendendo debeantur.

SVMMARIVM.

1 *In contractu de retro uendendo quod retro traditio & retrotranslatio dominij fiant.*

2 *Iuri prælationis in contractu de retrouendẽdo locus nõ eſt.*

3 *Laudemia ex pact.legis commiſſoriæ & adiectionis in diem non debentur.*

4 *Laudemia non debentur ex contractu qui de partium conſenſu uigore pacti,qui à principio interuenit,ipſo iure reſoluitur & cancellatur.*

5 *Gabella de diſtractu , quòd non niſi res retradatur, debeatur.*

6 *Gabella an debeatur quando in eodem inſtrumento plures res uenduntur.*

Quæſtio CCCCCLXXI.

QVAERITVR an de reſcripto ſeu diſtractu debeat ſolui aliud laudimiũ, ſeu gabella:& an in reacheto dominus habeat ius prælationis.Petrus Iacob.in titu.de actio.in rẽ,pro re em 1 phyteotica,tenet † quòd in reacheto ſit retrotraditio& retrãſlatio dominij.& eſt opus facto hominis quòd emptor reuendat:& ideò dominus debet ha- 2 bere laudimium, † licèt dominus non poſsit vti iure prelationis,ex quo non fuit vſus in primo cõtra 3 ctu:† ſecus in pacto legis cõmiſſorię,vel adiectionis in diem:dum tamen incontinenti fiant: quia ibi fit retranſlatio dominij ſine traditione:iuxta nota.per gloſſ.& doctor.in l.ab emptione.ff.de pact.vnde ſecundum Bart.in dict.l.ab emptione.quando diſceditur à cõtractu, ſufficiũt verba extranea ad reſolutionem contractus:licèt non fiat nouus contractus. l.iuriſgentium.§.adeò.ff.de pact. & iſtud eſt vtile ſcire:quia ſi eſſent verba denotantia nouum cõtractum,deberetur noua gabella:aliàs ſecus.facit l.iij. §.contrarium.ff.de contra.iudi.tutel.Bald. verò in l.tres fratres.ff.de pact.tenet,ꝙ per receptationem non transfertur dominium:& non debetur gabella.facit quod habetur per Cyn.& Bald.in l.ij.§.penulti.C.commu.de leg.idem verò Bald.in dict.l.ab 4 emptione.tenet poſt Guliel.de Cuneo † quando reſoluitur cõtractus & cancellatur de cõſenſu partiũ ipſo iure per pactũ in appoſitũ à principio , tũc nõ debetur gabella:vel laudimiũ:ſicuti in pact. legis commiſſoriæ vel adiectionis in diem: ſi verò iſtud pactum reſolutorium non fiat à principio ſed poſteà : tunc ſi re integra debetur vnica gabella ſeu laudimium , ſed non debetur de diſtractu: ſi verò fiat pactum reſolutorium re non integra : tunc eſt vis in ſententia verborum,quia ſi fiat per modum nouæ obligationis,tunc debentur duæ gabellæ.& ita in effectu ſequitur Pau.de Caſt.in dict.l.ab emptione.licèt per alia verba.Iaſo.verò in dict.l.fina. C.de iure emphyteutic.in xv. notabili.circa finem

ſe remittit ad notata per Alberic. in dict. l. ab emptione. Bartachinus in tracta. gabellarũ in quinta
5 parte, quæſtio. v. tenet † quòd de diſtractu non debetur gabella, niſi de nouo retradatur res, ita quòd eſſet nouus contractus. allegat etiam Salycet. in l. j. quando liceat ab emptione diſcedere. idem verò Barthachinus vbi ſuprà xv. quæſti. format quæſtio
6 nem, † quando in eodem inſtrumento venduntur plures res, an debeatur gabella pro qualibet re: facit differentiam, an conſtituatur pretium pro qualibet re: & tunc cenſentur plures vẽditiones, & plures gabellæ debentur: aliàs ſecus. allegat Bald. in l. cùm eiuſdem. ff. de ædil. edict. & in l. cùm quidã. §. prætereà. C. de iure dot. & notat. in l. ſcire debemus. ff. de verbor. oblig. idem verò Bartachinus in dict. tracta. in iij. parte. viij. partis etiam tractat, an ex diſtractu debeatur gabella, & quòd incontinẽti partes poſſunt diſcedere à contractu antequàm deuentũ ſit ad extraneos actus. allegat etiam not. per Ang. & Ioan. de Imol. in l. acta. in princip. ff. de re iudicata.

ARGVMENTVM.

Verba reſolutiua tituli ipſo iure, ſi in contractu de retro vendendo apponantur, laudemia præſtanda non ſunt.

Quæſtio CCCCCLXXII.

QVAERITVR quando in reacheto apponantur verba reſolutiua tituli ipſo iure, vt quia fuit dictum quãdocunque vẽditor reddat pretium infrà talẽ terminũ res ſit inempta, an iſto caſu retro transferatur dominium ſine traditiõe, & vt non debeatur laudimium, ſicuti in pacto legis commiſſoriæ vel adiectionis in diem dicitur. Et videtur dicẽdum quòd ſic. l. ſi à te. C. de pact. conuẽt. inter empto. & vendito. & ibi Paul. de Caſtr. & per eundem Pau. de Caſtr. in l. ſi cùm venderet. ff. de pigno. actio. faciunt nota. per Salycet. in l. hac lege. de condictio. ob cauſam. Sed in contrarium tenet Alexand. de Imol. conſil. x. volumi. j. quia eſt ſpeciale in tali pacto legis commiſſoriæ adiectionis in diem, quando fiunt per verba tituli reſolutiua ipſo iure, & à principio contractus: ſecus in alijs contractibus. l. penulti. C. de ædili. edict. iuxta notata per gloſſ. & doctor. in l. j. in fine. ff. de donatio.

ARGVMENTVM.

Fraus ſi fiat in contractibus vt laudemia non ſoluantur an pœnæ commiſſi locum faciat.

SVMMARIVM.

Laudimij dimidium ex donatione & permutatione tantùm deberi Delphinalis conſuetudinis eſt.
2 *Proximior ex conſanguineis ut rem alienatam redimere iure retractus intra annũ poßit Franciæ cõſuetudinis eſt. quod Brienſoneſijs eſt peculiare.*

Quæſtio CCCCCLXXIII.

QVAERITVR quando partes colludũt, & fit fraus de contractu ad contractum, vel in pretio occultando verum pretiũ, an præiudicet domino, an verò ſit locus pœnæ commiſſi, iuxt. §. callidis. de prohib. feud. alie. per Frederic. & poteſt
1 poni exemplum: † quia de conſuetudine in hac patria, non debetur niſi dimidium laudimium de do-
2 natione vel de contractu permutationis. † & pariter in regno Franciæ quando conſanguinei vendunt vel alienant, tunc proximior habet ius retractus ſeu redimendi infrà annum: iuxta. cap. conſtitutus de in integrũ reſtitu. & idem in patria Brianſonẽſij: vt refert dominus Gui. Papæ deciſio. cclvij. quia interdum contingit fieri fraus de vno contractu ad alium. l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de donat. inter virum & vxor. iuxta notata per gloſſ. in l. contra legem. & iſto caſu probata fraude eſſet locus pœnæ commiſſi, dict. §. callidis. ſecundum Salyce. in dict. l. fina. C. de iure emphyteu. in vj. notabili. & de modo probãdi fraudem habetur in l. dolum. C. de dol. & in c. ij. de renuncia. libr. vj. & per Barto. in l. poſt contractum. ff. de dona.

ARGVMENTVM.

Emphyteota qui non recognouit intra tempora, commiſſo facit locum.

SVMMARIVM.

1 *Alienans domino irrequiſito commißi pœnæ locum facit.*
2 *Socius in re communi mandatum habere cenſetur.*
3 *Prohibentis conditio in re communi potior habetur.*

Quæſtio CCCCCLXXIIII.

QVAERITVR ſuper tali facto exhibito pro parte nobilis Franciſci de Agãto contra dominũ Salinæ Arrendatoris prætextu venditionis factæ per nobilem Claudium de Chabaſtagno Ioanni Blaxini dicti loci Balinæ Arrendatoris de certis poſſeſſionibus ibi deſignatis, pretio xj. florenorũ debilis monetę de anno. M. ccccxcviij. die viij. menſis Maij: adeò & in tantum quòd dict. Blaxini conſequutus eſt realem traditionem & poſſeſſionem dictarũ rerũ venditarum. & fuit inueſtitus & retentus per nobilem Amedeum perdicis cõtra dominũ dicti loci Balinę Arrendatoris, de cuius directo dominio dictæ poſſeſſiones mouentur, pro medietate, & pro alia medietate mouentur de directo dominio dicti de Agonto. & dictus Blaxini nõ fuit retentus, nec ab illo habuit licentiam poſsidẽdi: nunc quæritur ſi habuit locum pœna commiſſi, pro parte continente dictum de Agonto: & dicendum eſt quòd ſic, quia idem eſt iudicium de to
1 to ſicuti de parte. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. † & ſicuti pro alienatione facta irrequiſito domino de emphyteoſi. in totum cõtradictione ſubſecuta incurritur pœna commiſſi. l. fin. C. de iure emphyteuti. ca. potuit. de loca. & per conſequens idem eſt de parte. & hoc tenuerunt Gulielmus de Cuneo, Bal. & Pau. de Caſt. Alexan. de Imol. in l. communis libertas ff. de in ius vocand. & Iaſon in repeti. l. fin. C. de iure emphyteu ex gloſſ. in xij. quæſtio. & pro hoc facit c. j. qui vaſall. qui contra conſtitutio. Lotha. benefi. aliena. & pro hoc etiam allegat Pau. de Caſtr. l. in concedendo. de aqua pluuia arcen. Nec obſtat ſi dicatur, quòd extat conſuetudo quando alter condominus facit inueſtituram, aut præbet licentiam poſsidendi, quòd excuſatur quò ad partẽ ſocij. & pro hoc poſſet allegari gloſſ. in l. nemo ex
2 ſocijs. ff. pro ſoci. vbi tenet † quòd ſocius in re communi cenſetur habere mandatum in re cõmuni: pro quo facit quod habetur in l. j. & ij. C. de cõſortibus eiuſdẽ litis. & hoc verum ſecundum Bar. ibi, in rebus no-

rebus nobilibus ſeu mercibus expoſitis ad vendendum: ſecus in alijs rebus. l. j. & ij. C. de communi. rerum aliena. quia ſocius non poteſt alienare partem ſocij: vt ibi habetur. Præterea non apparet de tali conſuetudine, & ſic non debet præſumi, cùm
3 ſit facti. † Tum etiam quia in re communi potior eſt conditio prohibentis. l. Sabinus. ff. commu. diuidundo. cap. in re communi. de regu. iuris. libro vj. & quod omnes tãgit, ab omnibus approbari debet. l. fina. C. de authori. præſtand.

ARGVMEMTVM.

Ius prælationis vbi ſunt duo domini, cui competat.

SVMMARIVM.

1 *Duo menſes datis emphyteotis ad laudandum quando currere incipiant.*
2 *Emphyteota rem venditurus, quòd ante quàm alienatio perfecta ſit, domino nũciare tenetur, & intra quod tempus.*
3 *Socius non obſtante inueſtitura alterius ſocij, prælationis iure uti poteſt.*

Quæſtio CCCCCLXXV.

QVAERITVR an dictus nobilis Franciſcus de Agonto in caſu iſto poſsit vti iure prælationis. Dubium facit: quia ſunt elapſi duo mẽſes à tempore dictæ venditionis. l. fina. C. de iure emphyteuti. & capitu. potuit. de loca. Sed in contra
1 rium videtur veritas in caſu iſto †: quia tale tempus duorũ menſiũ non currit, niſi à tempore denunciationis factæ: vt ibi habetur. Quinimò ante quàm emphyteota procedat ad alienationem, licèt poſsit
2 exponere venalem ad ſciẽdum verum pretium: † tamen ante alienationem perfectam debet denunciare domino, & ad hoc requiruntur ſeptẽ: ſecundũ Iaſo. in dict. l. fina. in iiij. notabili. Nec obſtat ſi dicatur quòd dictus nobilis Amedeus Perdicis condominus inueſtiuit & approbauit, & ſic quòd non eſſet æquum, quòd dictus Blaxini emptor cogeretur recipere partem dumtaxàt. Quia ad iſtud reſpõde-
3 tur, † quòd non obſtante inueſtitura alterius ſocij alter ſocius poteſt vti iure prælationis & prouocare: ſecundum Ioan. Andræ. in additio. ad Speculat. in titul. de emphyt. §. nunc aliqua. verſic. lxxij. in additione quæ incipit: hic accidet. & hoc etiam tenet Iaſon in dict. l. fina. extra gloſſ. in xij. quæſtio. licèt dominus Guido Papæ deciſi. cccccviij. aliter videatur tenere per aliquas debiles rationes.

ARGVMENTVM.

Emphyteota priuati an moram purgare poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota priuati qui ob ſolutionis canonis ceſſationẽ cecidit in commiſſum, an moram purgare poßit ſicut & emphyteota eccleſiæ.*
2 *Dictio ominò eſt præciſa.*
3 *Tempus purgandæ moræ in emphyteoſi quòd modicũ eſſe debeat.*
4 *Dominus directus rei commiſſæ poſſeßionem authoritate propria capere non, niſi facta declaratione poteſt.*
Emphyteota moram purgare poteſt etiam ante litiſconteſtationem.

Quæſtio CCCCCLXXVI.

QVEARITVR an in emphyteota priuati ſit locus purgationi moræ, quando ceſſa-
1 uit à ſolutione canonis per triennium, † Et videtur dicendum quòd ſic: ſicuti in emphyteota eccleſiæ dicitur. capit. potuit. de locato. & iſtam partem tenuit Bald. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. & in l. acceptam. C. de vſur. in xxj. quæſtio. & Ang. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. Sed in contrarium tenent idem Angel. & Ioan. de Imol. in l. ſi inſulam. ff. de verbor. obligatio. & Iaſon in l. ij. C. de iure emphyteuti. in gloſſ. ſuper verbo, triennium. in xxix. quæſtiò. per text. ibidem ſuper verbo, omninò. quia illa
2 dictio, † omninò. eſt præciſa: ſecundum gloſſ. in l. ſi cùm exceptione. §. in hac. ff. quod met. cauſ. & eſt ratio differentiæ: quia in emphyteota eccleſiæ ſtatuitur minus tempus, videlicet biennium: & ideò eſt locus purgationis moræ celeri ſatisfactione etiam infrà modicum tempus. Sed in emphyteota priuati requiritur triennium, & ſic eſt maius tempus: & ſic non eſt locus purgationi moræ. de qua quæſtione habetur latè per Iaſo. vbi ſuprà: licèt prima opinio ſit æquior: ſecundum Ioan. de Imol. in dict. capi. potuit. & tenendo iſtam partem, quòd ſit locus purga
3 tioni moræ, etiam in emphyteota priuati, † tale tempus debet eſſe modicum & celeri ſatisfactione eſt arbitrarium iudici: ſecundum gloſſ. in dict. capitul. potuit. de quo habetur per Speculato. in titu. de emphyteu. §. nunc aliqua. verſicul. lxxxiij. & per Iaſo. in d. l. ij. vbi ſuprà quæſtio. xxx. & per domi. Guid.
4 Papæ deciſio. cvij. & ibi, † quòd dominus directus non poteſt capere propria authoritate poſſeſsionẽ rei commiſſæ, niſi prius facta declaratione. capit. li-
5 cèt Epiſcopus. de præben. libr. vj. & eſt ratio: † quia emphyteota poteſt purgare moram, quod facere non poſſet, ſi dominus poſſet capere propria authoritate. & ideò quando dominus caperet propria authoritate, reſtitueretur emphyteota, tanquã ſpoliatus. & idem in vaſallo, & quòd mora potuit purgari ante litem conteſtatam: tenet idem dominus Guid. Papæ deciſione cxxiij. de quo etiam habetur per ipſum deciſi. clxxj. & de communi ſtyllo curiæ præſentis patriæ, in hoc caſu ante litem cõteſtatam ad purgandum fuit depoſitum & conſignatio in manibus alicuius mercatoris de præcepto iudicis.

ARGVMENTVM.

Emphyteota ſeu vaſallus, qui domino irrequiſito alienauit, & tradidit etiam ex interuallo, an locus ſit pœnitentiæ, vel purgationi moræ.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio ubi cum traditione facta eſt, quòd pœna ipſo iure committatur.*
2 *Moræ purgatio aduerſus factum affirmatiuum non admittitur.*
3 *Moræ purgatio impeditur quando in contractu iuramentum interuenit.*
4 *Vaſallus qui ob non petitam inueſtituram intra tempus debitum moram contraxit, quòd incontinenti purgari poteſt.*

Quæſtio CCCCCLXXVII.

QVAERITVR quando emphyteota vel vaſallus alienat irrequiſito domino, an ſit locus purgationi moræ, maximè ſequuta traditione
1 & ex interuallo. Et videtur dicendum quòd † nõ,

1 quia pœna committitur ipſo iure: nec habet locum capit. potuit. de loca. verſicul. niſi celeri. & quia dictus verſiculus refertur ad propxima, & reſpicit alteram partem alternatiuè ſeu diſiunctiuè, videlicet quando non ſoluit canonem: ſecundum gloſſ. ibi, ſuper verbo, potuiſſe. in fine. & iſtam partem tenet ibi Ioã. de Imol. quòd non ſit locus purgationi mo-
2 ræ alienando: † quia aduerſus factum affirmatiuũ nõ admittitur purgatio moræ: quia plus delinquid in faciendo, quàm in omittendo. l. ij. cum ibi nota. C. ſi aduerſus delictum: ſecundum gloſſ. in l. ſi mora. ff. ſolu. matrimo. & pro hoc facit capit. j. ſi vaſal. feud. quid iuris ſi poſt feud. vaſall. recip. & l. j. §. ſi rem. ff. depoſit. & ibi Bartol. quia iſto caſu lex trahit executionem ipſo iure, maximè quando pactum eſt momentaneum, adeò quòd non admittitur purgatio moræ: ſecundum Bartol. in l. ſi inſulam. ff. de verborum obligatio. in vj. quæſti. Quinimò etiam ante traditionem per ſolam venditionẽ imponitur pœna commiſsi: per dict. l. fina. C. de iure emphyteutico, vbi prohibetur venditio. l. alienatum. ff. de verbo. ſignifica. de quo habetur per Specula. in titu. de locat. §. nũc aliqua. verſ. xcv. & ſeq. de quo etiã fuit tactum ſuper quęſtione xxx. ſequenti. & per Iaſon. in repetitio. l. fi. C. de iure emphyteutic. ex gloſſ. quę-
3 ſtio. xxiiij. † Veruntamen quando in contractu interuenit iuramentum impeditur purgatio morę. l. ſi quis maior. C. de tranſactioni. ſecundum Salyc. in l. ſi pacto. C. de pact. Bartolus in l. ſi inſulam. ff. de verborum obligationibus. domi. Guido Papæ deciſio.
4 cxxiij. † & in vaſallo quando non petit inueſtituram infrà tempus debitum, poteſt purgare moram, dum modò celeriter. iuxta notat. per domi. Guido. Papæ deciſi. clxvj. Et pro præmiſsis etiã facit quod habetur per gloſſ. in l. fina. in fine. C. de iure emphyteutic. quando emphyteota alienat irrequiſito domino, quòd tunc cadit ipſo iure, nec requiritur alia ſententia. & ibi per Iaſon. Nec obſtat quòd ibi in textu loquatur per verbum futuri tẽporis, cadat. & ſic quòd debeat requiri ſententia: quia ad iſtud reſpondetur ſecundum Salyce. & Iaſ. ibi, quòd iſtud poſſet procedere quando verbum legis loquitur per verbum futuri temporis: refertur ad iudicem, vel ad actum iudiciariũ, quòd tũc requiratur ſententia: ſecus ſi refertur ad actũ extraiudiciariũ: quia tũc non requiritur ſententia. de quo articulo an requiratur ſententia, & quid in feudo, & an poſsit expelli propria authoritate habetur per Iaſonem in l. ij. C. de iure emphyteu. in vj. notabili in ij. quæſti. & per gloſſ. in capit. potuit. de loca. ſuper verbo. potuiſſet expelli.

ARGVMENTVM.

Dominus directus in iure prælationis moram purgare poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus ſi emere uelit alijs præfertur.*
2 *Dominus qui poſt duos menſes emphyteotam inueſtire neglexit, quòd moram purgare, & laudemia habere poßit.*

Quæſtio CCCCCLXXVIII.

QVAERITVR an dominus directus poſsit purgare moram poſt duos menſes in iure prelationis à tempore denũciationis ſibi factę nondũ facta venditione de re emphyteotica, vt præferatur alijs. Et dicẽdum eſt quòd ſic: ſecundũ Pau. de Caſtro in l. qui Romæ. §. coheredr. ff. de verbor. obligatio. allegat l. ſicut. §. ſi volentis. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolui. licèt Pau. de Caſtro ibi loquatur in materia vltimæ voluntatis, quando quis eſt iuſſus aliter vendere, & ille negligit. Sed idem eſt in iure emphyteutico: ſecundum Ioan. Andr. in addi. ad Speculato. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. verſ.
1 cj. & hoc verum re integra † ſi dominus velit emere re integra præferendus eſt alijs: ſecundum Iaſon. in
2 dict. l. fin. C. de iure emphyteut. in viij. notabili. † & idem quando dominus fuit negligẽs poſt duos menſes de inueſtiendo nouum emphyteotam, quòd poteſt purgare moram: vt habeat laudimium: ſecundum Salyce. & Iaſo. ibi in xvj. notabili. per l. mancipiorum. ff. de optio. legat.

SVMMARIVM.

Emphyteota cui dominus cùm ſi emere volet, ſibi renuntiaretur, ſe nolle emere reſponderit, an non exactis duobus menſibus rem alienare poſsit?

Quæſtio CCCCCLXXIX.

QVAERITVR quando fuit denunciatum domino directo ſi velit emere, & dicit quòd non vult retinere: non tamen concedit licentiam alienandi, an debeat expectari terminus duorum menſium: aut verò emphyteota poſsit inconti nenti alienare? Et dicẽdum eſt quòd debet expectari terminus duorum menſium: ſecundum Specul. in d. titu. de emphyt. §. nunc aliqua. verſic. cj. licèt Ioã. Andr. ibi tenuit contrarium. & pariter Specula. in verſic. præcedenti. An autem ſufficiat vna denũciatio quando dominus directus ſemel conceſsit licentiam alienãdi, ſed non fuit ſequuta alienatio infrà duos menſes: an poterit poſteà alienare ſine noua denunciatione: de hac quæſtione habetur per Speculat. vbi ſuprà verſicu. xcviij. & per Iaſo. in dict. c. fina. C. de iure emphyteutico in viij. notabili.

ARGVMENTVM.

Ignorantia vt quis à pœna commiſsi excuſetur, an ſufficiat.

SVMMARIVM.

1 *In alienationibus in quibus alienans à iudicio cadit, in ſciente intelligendum eſt.*
2 *Scientiam alleganti probandi onus incumbit.*
3 *Emphyteotæ heredi qui ratione ignorantiæ triennio canonem non ſoluit, ſubuenitur beneficio reſtitutionis in integrum.*

Quæſtio CCCCCLXXX.

QVAERITVR an ratione ignorantiæ quis excuſetur à pœna commiſſi, vt requiratur quòd alienans ſciuerit qualitatem rei, & ſic rem eſſe emphyteuticariã? Et dicendũ eſt quòd ſic. c. j. de controuerſ. inter dominũ & empto. & ibi
1 Bald. † quia in omnibus alienationibus in quibus alienans cadit à iudicio, debet intelligi in ſciente. & pro hoc facit l. fin. §. fina. ff. de legatis ij. vnde do-
2 minus volens reuocare rem alienatam, † debet probare ſen-

bare ſcientiam, cum ignorantia præſumatur. l. verius. ff. de proba. ſecundum Bald. in cap. ſi vaſal. ſi de feudo controuerſi. fuer. & Iaſon in l. fina. C. de iure emphyteutic. extra gloſſ. in xv. quæſtio. & pro hoc facit gloſſ. communiter approbata in l. ij. in fine. C. de iure emphyteutic. & in l. ij. §. fi na. ff. quando appel. ſit. & per gloſſ. Bartol. & cæteros in l. cùm
3 filius. §. in hac. ff. de verbor. obligatio. † vbi ratione ignorantiæ quando hæres emphyteote ceſſaret à ſolutione per triénium, quòd ſibi ſubueniatur per beneficium reſtitutionis in integrum ex clauſula prætor. ſi qua iuſta cauſa aduer. pœnam commiſsi. l. j. in fine. ff. ex quibus cauſis. l. quæ in alterius. ff. de verborum obliga.

ARGVMENTVM.

Emphyteota an dominum ſiue authorem ſuum in iudicio nominare teneatur, & poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteotæ reſponſio ſeu confeſsio an teneat & domino damnoſa ſit.*
2 *Iuramentum calumniæ ad quid inuentum.*
3 *Confeſsio in caſibus in quibus ſententia preiudicat, nociua eſt.*
4 *Sententia lata contra emptorem an & quando venditori preiudicat.*
5 *Quid in confeſsione.*
6 *Venditor an adeſſe liti poſsit.*
7 *Poſitionibus captioſis non reſpondendum.*
8 *Reus emptor ſi actori iuramētū deferat, an ob hoc de euictionis regreſſu priuetur.*
9 *Emptor cui mouetur lis ſuper fundo empto, quòd venditori denunciare teneatur.*
10 *Poſitionibus reſpondens pronior ad negandum quàm ad confitendum eſſe debet.*

Quæſtio CCCCCLXXXI.

QVAERITVR an emphyteota habuit ius nominandi dominum in iudicio: iuxta l. ij. vbi in rem actio, & in ca. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper rebus. vt lite nõ conteſtat. de qua quæſtione aliàs ſcripſi in alio volumine debitorum, &
1 contractuum. Sed poſito caſu † quòd emphyteota, vocauit in iudicio eius authorem, an poſsit reſpondere & confiteri de credulitate? Et videtur dicendum quòd ſic. iuxta nota. in l. ij. §. quod obſeruari. & authentic. in iſto. C. de iura. calumniæ. quia ad hoc inductum eſt iuramentum calumniæ, vt ſi quæratur verum, non inficiatur: ſecundum gloſſ. ibi, pro quo etiam facit, quia procurator tenetur reſpondere poſitionibus & interrogationibus. l. non ſolum. ff. de procurato. capit. ij. de confeſ. libr. vj. & talis confeſſio præiudicat domino quando fit per modum contentioſæ iuriſdictionis: iuxta nota. per Bart. in l. certum. §. ſed an ipſos. ff. de cõfeſ. & hoc verum, niſi fuerit per colluſionem. l. præſes. C. de pignori. C. ſi ſeruus plurium. cum ibi nota. ff. de lega. j. vnde Cyn. in
3 l. j. C. de confeſ. in vij. quæſtio. tenet †, quòd in caſibus in quibus præiudicat ſententia: etiam præiudicat confeſsio per modum contentioſæ iuriſdictionis: ſecus per modum voluntariæ iuriſdictionis. &
4 ita eſt in propoſito: † quia ſententia lata contra emptorem præiudicat venditori, quando fuit ſibi denunciatum: iuxta notata in l. empti. C. de euictio. & in l. j. C. de pericul. & commod. rei vendit. ſecundum Ang. in l. ab executore. §. alio cõdemnato. ff. de appellatio. Ioan. Andr. in additioni. ad Speculato. in titu. de confeſ. §. nunc videndum. verſicu. quid ſi confiteor. allegat Humbertum de Bobio. quòd talis confeſsio non præiudicat. in l. ſi ſiue. ff. de interroga. actio. per l. fina. eodem titu. Bartol. in l. ſi per
5 luſorium. ff. de appella. §. j. tenet, † quòd confeſsio non præiudicat tertio ſicuti de tranſactione dicitur. l. à ſententia. §. idem reſcripſit. ff. de appellatio. ſicuti etiam de compromiſſo dicitur. l. ſi dictum. §. ſi cõpromiſero. ff. de euictioni. Angel. verò Aretin. in d.
6 l. à ſententia. tenet, † quòd venditor bene poterat aſsiſtere liti, etiam ſi reus vellet confiteri intentionẽ actoris. l. pariter. in fine. ff. de re iudicata. Panormita. verò in capit. quamuis. de re iudica. circa finẽ tenet, ꝙ talis confeſsio non habuit præiudicare ven
7 ditori. Veruntamen in caſu iſto † dictus reus principalis haberet iuſtam cauſam recuſandi reſpondere cum iuramento poſitionibus actoris, cùm cenſeãtur captioſæ: quia dictus reus poſſet incidere in laqueum, quod non eſt dicendum: quia nulli iniiciẽdus eſt laqueus. c. de viduis. xxvij. quæſtio. j. iuxta notat. per gloſſ. in capitu. ij. de confeſ. libr. vj. & per Bald. in l. ij. §. quod obſeruari. C. da iura. calum. & Spec. in tit. de poſitionibus. §. vij. verſi. x. Et ita eſt in propoſito: quia emptor ſi confiteretur, poſſet perdere regreſſum de euictione. dict. l. ſi dictum. §. ſi compromiſsio. ff. de euictioni. Si verò negaret poſſet incurrere periurium. l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iu. iu
8 ran. † & pariter ſi reus deferret iuramentum actori, perderet regreſſum de euictione: ſecundum Bartol. in l. manifeſtè. ff. de iur. iurando. & per conſequens habet iuſtam cauſam recuſandi reſpondere. & hoc tenet Barto. poſt gloſſ. in l. at qui natura. §. cùm me abſente. ff. de nego. geſtis. & per Alexand. de Imol. in dict. l. manifeſtè. Sed attende, quia emptor licèt fecerit vocari eius authorem in cauſa: tamen quando ſcit veritatem, debet agnoſcere bonam fidem. l. quoties. §. ſicut. ff. de adminiſtra. tuto. nec per hoc perdit regreſſum de euictione, licèt feratur ſententia contra ipſum. ſed in hoc grauatur: quia quando agit contra vẽditorem, debet probare de iure & dominio euincentis: ſecundum Bart. in dict. §. cùm me
9 abſente. † & pariter requiritur quòd emptor denũciauit venditori: vt veniat ad defendendum eum: quia licèt emptor putet rem eſſe euincentis: tamen venditor poterit habere inſtrumentum vel aliam legitimam probationem in contrarium. l. emptor. C. de euictio. & notat per Bald. in l. ſi cùm quæſtio. eodem titu. & per Ioannem de Imol. in dict. capitu. fina. de emptio. & venditio. & ita etiam tenet Barto. in l. emptione. in principio. ff. de actioni. empt. licèt vt ſuprà dictum fuit, emptor haberet iuſtã cauſam recuſandi reſpondere poſitionibus. Et dicendum ꝙ vult quòd fiat probationes de dominio, vt poſſit conuenire authorem ſuum, & quòd etiam ſequãtur ſententia. & ita etiã tenet Io. de Imol. in d. c. fin.
10 Adde Speculato. in titu. de poſi. §. vj. † quòd cæteris paribus ſaluo facto quis debet eſſe pronior ad negandum quàm ad confitendum, maximè vbi poſitiones dependent ex facto alterius. Cõſulerem ta-

mẽ ꝙ reus principalis antequã reſpondeat, petat quòd autor euocatus aſsiſtat in reſpõſionibus. verũ tamen emptor haberet iuſtam cauſam recuſandi reſpondere poſitionibus cum iuramẽto, cũ ſint captioſę & ne incidat in laqueum: iuxta notata per glo. Bar. in l. at qui natura. §. cũ me abſente. ff. de neg. geſti. per Alexand. de Imol. in l. manifeſtè. ff. de iure iurand.

ARGVMENTVM.

De modo iurandi de calumnia per emptorem.

Quæſtio CCCCCLXXXII.

QVAERITVR de modo iurandi de calumnia per emptorem quando ſcit rem ad actorem pertinere, & vult expectare ſententiam, vt habeat regreſſum de euictione contra venditorem. Et in effectu non debet iurare præcisè de calumnia rem petitam ad ſe pertinere: ſed debet iurare, quòd habet iuſtam cauſam litigandi, propter cauſam euictionis: ſecundum gloſſ. & Bartol. in dict. l. at qui natura. §. cùm me abſente. ff. de negotijs geſtis. & in l. ij. in principio, circa finem. C. de iura. calum. Veruntamen poſſet etiam confiteri alteri rem eſſe ſuam, cùm debeat agnoſcere bonam fidem. l. quotiens. §. ſicut. ff. de adminiſtra. tutorum prout pleniùs fuit tactum in præcedenti quæſtione.

ARGVMENTVM.

Emptor vel fideiuſſor qui cauſam non proſequuntur vel non appellant euictionis regreſſu priuantur.

SVMMARIVM.

1 *Culpa non vacat qui exceptione non vtitur.*
2 *Emptor euictione non priuatur quando dominus in iudicio præſens eſt.*

Quæſtio CCCCCLXXXIII.

QVAERITVR an emptor vel fideiuſſor quando non allegant exceptionem declinatoriam, vel peremptoriam, vel etiam non probauerunt, an per hoc perdant regreſſum de euictione. Et videtur dicendum quòd ſic: quia videntur eſſe in culpa. l. exceptione. cum ibi notatis. ff. de fideiuſſor. Et maximè quando non denunciauit nec appellauit. l. ſi procurator. §. ignorantes. l. idemque. §. generaliter. ff. mandati. l. ſi pro ea. in fine. C. mandat. & idem eſt ſi fuerit ſententia lata per imprudentiam & iniuriam iudicis. dict. l. exceptione. l. ſi per imprudentiam. ff. de euictio. l. ſi merces. §. culpę. ff.
1 locat. † Et quando quis non vtitur exceptione præſumitur in culpa. l. ſi fideiuſſor. ff. mandat. vel quando conduxit aduocatum minus peritum. ſecundũ Barto. in dict. l. exceptione. Veruntamen quãdo iudex proferret ſententiam per imprudentiã, ſine culpa emptoris vel fideiuſſoris: tunc non perderet regreſſum de euictione. ſecundum glo. in dict. l. ſi per imprudentiã. & ita glo. videtur contrariari. & ideò in fideiuſſore procedit gl. in d. l. ſi per imprudẽtiã. ſicut in emptore: quia ad emptorẽ pertinet caſus for-
2 tuiti. de quo ibi habetur per Bart. & hoc verum: † niſi venditor fuiſſet præſens in iudicio: ſecundum gl. in d. l. emptor. C. de euictio. de quo etiam per Cyn. in l. ſi de fundo. C. locat. & per Ioan. de Imol. in capit. ſi. de emptio. & venditio. Adde glo. magiſtram; in l. ſi fideiuſſor. §. quędam. ff. manda. & quando fideiuſſor ſoluit, debet nunciare debitori. Quid in exceptione declinatoria fori? vide per glo. in l. ſi dictum. §. ſi compromiſſo. ff. de euictio. & in l. at qui natura. §. cùm me abſente. ff. de nego. geſtis. & an exceptio competens reo principali, cõpetat fideiuſſori: vide in l. exceptiones. la. ij. ff. de except. & in l. tam mãdatori. C. de non numera. pecu.

ARGVMENTVM.

Venditor cui lis denunciata eſt, ad litis expenſas, quas emptor paſſus eſt, tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Venditor ad expenſas, quas emptor ſui cauſa ſuſtulit, tenetur.*
2 *Quid in fideiuſſore.*
3 *Venditor lite euictionis pendente litis ſumptus manuleuare non tenetur.*
4 *Fideiuſſores de debitoris ſubſtantia ſoluere poſſunt.*

Quæſtio CCCCCLXXXIIII.

QVAERITVR an venditor teneatur manutenere ſumptus litis: & quid in fideiuſſo-
1 re. † Et in effectu de venditore habetur per gloſſ. Barto. & cæteros in l. venditores. ff. de verbor. obligatio. & in l. j. C. de euictio. & aliàs ſcripſi in alio vo-
2 lumine maleficiorum & contractuũ. † Sed in fideiuſſore quando ſuccumbit in lite repetit ſumptus litis. l. ſi mandato meo. §. ſi fideiuſſor. ff. mandat. l. etiam. C. manda. veruntñ poterit etiam pẽdente iudicio petere à reo, vt ſibi pecuniam tradat pro expenſis: quia eius negotium gerit. l. ſi verò non remunerandi. §. fina. ff. mandat. ſecundum Barto. in l. exceptione. ff. de fideiuſſor. in fine. licèt Bald. in l. cum te-
3 ſtamẽto. C. de teſta. manumiſ. teneat, † quòd pẽdente lite euictionis, venditor non tenetur manuleuare ſumptus litis: quia non eſt certum ſi obtineat vel ne: & vbi obtineret, & nõ poſſet recuperare: de quo ibi latiùs per ipſum: vide l. indebitam. in princ. ff. de cõdictione. indeb. vbi fideiuſſor repetit à debitore etiã ſi ſoluerit indebitum: quia cenſetur habere mandatum. & idẽ in vſuris. cap. peruenit. de fideiuſſor. quia reus tenetur ſeruare fideiuſſorẽ indemnem, tã ratione principalis debiti, quã vſurarũ, & intereſſe: & maximè quãdo interuenit iuramẽtũ: vt ibi habetur per gl. & doct. de quo per Bal. in l. conſtitutionibus. de vſur. Adde Bartol. in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorãtes. ff. mandat. quòd fideiuſſores poſſunt ſoluere ex ſubſtantia debitorũ. allegat gloſſ. in l. venditor. in princip. ff. de iudic. & Bart. in authentic. qua in prouincia. in fin. C. vbi de crimi. agi. oport. & ibi Bald. & in authen. ſi cœptum. C. de epi. & cleric.

SVMMARIVM.

1 *Debitor principalis promittens fideiuſſorem ſeruare indemnem, non tenetur, ſi per iniuſtitiam res euincatur.*

Quæſtio CCCCCLXXXV.

QVAERITVR quando in inſtrumento venditionis aut fideiuſsionis cauetur quòd quis pro-

quis promittit ſeruare indemnem, etiam ſi per iniuſtitiam fuerit res euicta, quòd vult teneri de euictione, an teneatur iſto caſu de euictione? Alexander de Imol. in additioni. ad Bartol. in dict. l. exceptione. ff. de fideiuſſoribus. refert Ange. tenere conſilio vigeſimoſexto incipiente, incipiendum. quòd non licèt vbi venditor promiſiſſet de euictione quacunque ratione, vel cauſa euincatur, quòd tunc etiam ſi euincatur per compromiſſum, quòd tenetur de euictione. & ita limitatur. l. ſi dictum. §. ſi compromiſſo. ff. de euictioni. allegat gloſſ. in l. cum pœna. ff. de arbitr. & ita etiam tenet Alexand. in dict. §. ſi compromiſſo.

ARGVMEMTVM.

Emphyteota vel vaſallus an cōpromittere vel tranſigere poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota & uaſallus alienare non poſſunt.*
2 *Emphyteota & uaſallus iuramentum deferre non poſſunt.*

Quæſtio CCCCCLXXXVI.

QVAERITVR an emphyteota vel vaſallus poſsint compromittere, vel tranſi-
1 gere. Et videtur dicendum quòd non: † quia non poſſunt alienare. capitu. cum tempore. de arbitr. & ibi tenet Panormita. licèt in contrarium tenet Bald. in l. fina. §. fina. C. commu. delegati. capitul. ſi vaſallus. ſi de feud. fuerit controuerſi. inter dominum & agnat. & in capitulo. j. de controuerſi. inter vaſallum & alium. & Speculat. in titu. de arbitr. §. reſtat. de quo habetur latè per Iaſon. in l. fina. C. de iure emphyteoti. extra gloſſ. in
2 ix. xj. xij. & xiij. quæſtionibus. & ibi etiam † tenet, quòd non poſſunt deferre iuramentū. l. ius iurandum quod ex conuentione. §. j. ff. de iur. iuran.

ARGVMENTVM.

Emptor, fideiuſſor, emphyteuta & ſimiles perſonæ appellare & appellationem proſequi, an & quando teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota & fideiuſſor appellare ſaltem uiua uoce tenetur.*
2 *Appellationem proſequi emptor emphyteota uaſallus & ſimiles tenentur, niſi paupertate excuſentur.*
3 *Emptor appellare tenetur, licèt uenditorem uocauerit qui liti interfuit.*

Quæſtio CCCCCLXXXVII.

QVAERITVR an emptor, vel fideiuſſor, emphyteota, aut ſimiles perſonæ qñ ſuccūbūt in lite an teneātur appellare, & appellationē
1 proſequi. Et in effectu † tenentur appellare, ſaltem viua voce. l. ſi procuratore. §. ſi ignorantē. ff. manda.
2 niſi excuſarentur propter paupertatem. † veruntamen ſecundum Barto. ibi, paupertas excuſat à proſequutione, non ab appellatione. de quo per gloſſ. & doctor. in l. inuitus. C. de procurato. Quinimò
3 etiam ſi venditor † fuerit vocatus, & aſsiſtat in lite, tamen emptor tenetur appellare. l. Herennius. §. Caius. ff. de euictioni. ſecundum Angel. Aretin. in l. ab exequutione. §. alio condemnato. ff. de appella tio. & licèt ſententia lata contra emptorem præiudicet venditori, quando fuit ſibi denunciatum. l. empti. cum ibi notat. C. de euictio. hoc verum quādo appellatur: ſecundum Angelum Aretinum vbi ſuprà.

ARGVMENTVM.

Solutio trium annorum continua facit vt pro prēterito tempore ſolutum fuiſſe preſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Solutio cenſus an præſumatur pro tempore præterito.*
2 *Solutio cenſus poteſt probari per ſcripturam & per teſtes: fallit in cenſu fiſcali, quod probatur tantùm per ſcripturam.*

Quæſtio CCCCCLXXXVIII.

QVAERITVR ſuper cauſa complacitoriarū nobilis Frāciſci Iſerandi contra hæredes nobilis Ioannis Vallini ſuper arreragijs vnius ſeſtarij frumenti, & nouem denarijs pro xi ij. annis, ac etiam vnius galinæ pro xiij. annis proximè præteritis: & tandem dictus actor declarauit dictas ſolutiones per interuallum certorum annorum, in quibus ſunt tres anni continui in interual-
1 lo dictorum arreragiorum, ex quibus pars rea † allegat ſolutionem, quòd præſumatur fuiſſe ſolutum pro tempore præterito: iuxta. l. penulti. & de appell. publi. libro decimo. & per gloſſ. in l. ij. C. de iure emphyteutico. & ibi latè per Iaſon. in magna glo. qui ibi ponit certas limitationes ad limitationem. dict.
2 l. & talis † ſolutio canonis poteſt probari per ſcripturam, vel per teſtes: ſecundum gloſſ. ibi, licèt ſit ſpeciale in cenſu fiſcali, vt debeat probari ſolutio per ſcripturam. l. j. C. de appell. publi. libro decimo. Sed ex aduerſo replicatur pro parte dicti Iſerandi, quòd licèt in declaratione dictorum arreragiorum appoſuerit interuallum dictorum annorum tamen non confeſſus fuit factam dictam ſolutionem dictorum annorum.

ARGVMENTVM.

De riuo de Cloſtrarijs & aquæ ductu.

SVMMARIVM.

1 *Scandalis & periculis futuris obuiandum.*
2 *Edictum noui operis habet locum opere incepto, nec completo: quo caſu concurrit interdictum, quod ui aut clā, quod competit pro tempore præterito. nume. 8.*
3 *AEdificatum poſt nunciationem demoliendum.*
4 *Edictum noui operis nunciationis in quo magis priuilegiatum quàm remedium attentati.*
5 *Nunciatio noui operis ſecum importat inhibitionem, & incipit à præcepto: & ſuperſedetur ab opere.*
6 *Poſſeſſio non perditur per nunciationem noui operis.*
7 *Reintegratio in opere eſt ſtrict i iuris: nec ſe extendit ultra eiectionem.*
9 *Remedium extraordinarium non facit ceſſare ordinariū: nec electione tolluntur: maximè ſi competant contra diuerſos.*
10 *Manuteneri quis debet in poſſeſſione aquæductus, licèt ſemel in anno fuerit uſus. idem in aqua fontis. nu. 11.*
1 *Officium iudicis imploratur ſuper manutentione poſſeſſionis aquæ ductus, & aquæ fontis.*
13 *Aqua unum ex quatuor elementis.*
14 *Caſus in quibus licèt propria authoritate ſibi ius dicere*

remiſsiuè.
15 *Vtilitas publica priuatæ præferenda.*
16 *Conſuetudo ſeruanda.*
17 *Curſus aquæ non diuertendus à ſuo ſolito curſu.*
18 *Curſus ſolitus aquæ quis dicatur.*

Quæſtio CCCCCLXXXIX.

QVAERITVR ſuper ſupplicatione nobilis & potentis Guidonis Alamãdi, domini de Campis & hominũ & habitantium de Cloſtreris Iarriæ, mandamenti Viſiliæ contra hæredes nobilis Gulielmi Armeti, quia dicti ſupplicantes fuerunt & ſunt in poſſeſsionẽ ſeu quaſi aquæductus cuiuſdã riui vocati de cloſtrarijs prouenientis à parœcia Buri profluentis per ipſum locum de cloſtrarijs cum certis fontibus ipſum riuum creſcentibus, tam pro ſuſtentatione ipſorum ſupplicantiũ, quàm vſu ſuarum domorum, & animalium, & pro rigatione ſuarum poſſeſsionum, ſine qua viuere non poſſunt. & hoc per tempus memoriam hominis excedens. his tamen non obſtantibus dicti hæredes Armeti moliuntur facere quoddã magnũ ſtagnum, & quandam chauſsiatã, & includere voluntq́ dictum riuum, & diuertere à ſuo ſolito curſu: & pariter dicti hæredes Armeti mutauerunt iter publicum de ſuo loco, & ipſum poſuerunt de longitudine certorũ pratorum quæ mouentur de directo dominio dicti domini de Campis. tale iter nouum eſt nimis ſtrictum. & prauum. & pariter dicti Armeti auouerũt fontem communem hominibus habitãtibus burgi Combe regum parœciæ ſancti Stephani Iarriæ. & ſi dictum ſtagnum perficeretur, eſſet enorme damnũ dictibus ſupplicãtibus: cum nõ habeant alibi aquam pro viuendo. & pariter ſi chauſſiata dicti ſtagni rũperetur, domus quę ſunt deſubtus à parte inferiori poſſent ſubmergi, prout cõtin-
1 git nouiſsimè in ſtagno vriatici, & obuiãdũ eſt † ſcãdalo, & periculo futuro. cap. nihil. de præſcrip. cap. ij. de operis. noui nunciatio. capitul. niſi cùm pridem de renuntiati. l. æquiſsimum. ff. de vſufruct. & ideò dicti ſupplicantes ante omnia petunt inhiberi dictis Armetis, ne procedatur in opere conſtructionis dicti ſtagni lite pendente, non obſtante dicta prætenſa oblatione cautionis de demoliẽdo ex aduerſo oblatę ſaltẽ durãte tempore trium menſium. l. fin. C. de ædifi. priuat. & licèt dictum opus ſtagni
2 ſit † inceptum: tamen ex quo non eſt completum, habet locũ edictũ nuntiationis noui operis pro tẽpore futuro & iſto caſu poſſunt concurrere dictum edictum de noui operis nunciatio. & interdictũ quod vi aut clam, quod datur pro opere præterito. l. j. §. hoc edictum. cum ibi notat. per gloſſ. & doct.
3 ff. de oper. noui nunci. adeò † quòd illud quod ædificatur poſt nũtiationẽ debet demoliri. l. prætor. §. nónulli. ff. de ope. no. nuncia. ſiue iure ſiue iniuria, quis nunciauerit. l. j. §. ſed & ſi is. ff. de ope. noui nũcia. & ibi Pau. de Caſtr. & in hoc eſt magis priuile-
4 giatum † iſtud edictum nunciationis noui operis, quàm remedium attentati: ſecundum Panormit.
5 in cap. j. de oper. noui nuncia. Prætereà † talis nũciatio iudicialis ſecum importat inhibitionem, & incipit à præcepto, licèt habeat clauſulam iuſtificatiuam in caſu oppoſitionis: tamen interim debet ſuperſedi ab opere: iuxta. nota per gloſſ. & doct. in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de oper. noui. nuncia.
6 Nec † perditur poſſeſsio per talem nunciationem iudicialem: vt ibi habetur. Nec obſtat quod ex aduerſo obijcitur: videlicèt quod dicti hæredes Armeti intẽtauerũt remedium ſtatuti, ſi quis per literas: & fuerũt reintegrati in dicto opere cœpto: quia ad
7 iſtud reſpondetur, quòd dicta reintegratio † eſt ſtricti iuris, & non ſe extendit vltra eiectionem: ſecundum Innocen. in capitu. in literis. de reſti. ſpoliato. & pariter opus nondũ erat perfectum. & ſic habet
8 locum † nunciatio noui operis: ſecundum gloſſ. in
9 dict. §. hoc autem edictum. nec debet † ceſſare remedium ordinarium edicti nunciationis noui operis, propter remedium dicti ſtatuti, quòd eſt extraordinarium. l. in cauſæ. ff. de minorib. iuxta notata per gloſſ. & Cyn. in l. fina. C. ſi tutor vel curator interuenerit. nec electione tolluntur: & maximè quando competunt contra diuerſos: ſecundum Bartol. ibi, & in l. in prouinciali. §. j. ff. de operis noui nuntiatio. & ibi latè per Bartol. & Alex. de Imol. licèt dicti ſupplicantes non ſint de illis, qui fecerunt dictam prætenſam eiectionem, ſeu violentiam. & li-
10 cèt ipſi intentaſſent ſuper cõtrario poſſeſſorio: † tamen interim debent manuteneri in poſſeſsione dicti riui, & fontium ex interdicto, de aqua quotid. & æſtiua: quia ſufficit vſum fuiſſe ſemel in anno: & maximè de æſtate præcedenti. l. j. §. illud. & §. quæſitum. ff. de aqua quotidia. & æſtiua. & not. per Bartholo. Cæpol. in tractatu. ſeruitutum. in titu. de ſeruitute aquæ ductus. in xj. quæſti. & idẽ eſt in aqua
11 fontis. † l. i. ff. de fonte. & per Cæpol. in titu. de fon-
12 te. & ſuper hoc etiam poteſt implorari † officium iudicis. l. de vſu. ff. de varijs & extraordina. cognit. & ibi Barto. l. diligenter. C. de aquę ductu. lib. xj. ſecundum Speculat. in titu. de offic. omnium iudicũ. §. j. verſic. itẽ implorat. & in tit. de cauſa poſſeſsionis. verſicu. pone. aliter dicere eſſet auferre vitam
13 dictis ſupplicantibus: cum † aqua ſit vnum de quatuor elementis: ſecundum gloſſ. in procœmio. inſtitutionum. ſuper verbo, elementorum, aliàs eſſet enorme damnum dictorum ſupplicantium: & poſſent auferre propria authoritate. l. ſi alius. §. belliſſimè. & l. fi. §. ſi ad anuam. ff. quod vi aut clam. & ibi per gloſſ. & Bartol. & per Alexan. de Imol. in l. j. §. nunciatio. ff. de operis noui nunciatio. & per Innocen. in capitu. alio. le. j. de reſtitutio. ſpoliato. & per gloſſ. in l. nullus. C. de iudæ. & per Speculator. in tit. de acto. §. j. verſicu. item quod vult. vbi enu-
41 merat plures caſus, † in quibus eſt ſibi licitum propria authoritate ius ſibi dicere. Nec obſtat deciſ. domini Guido. Papæ deciſione. xcj. ſuper conſtructione ſtagni: quia retorquetur contra partem: quia dicta chauſsiata non eſt conſtructa in fundo proprio. Tum etiam quia afferret magnũ incómodum reipublicæ, & etiam vicinis: & vtilitas pu-
15 blica debet † pręferri priuata. l. j. §. fi. & ibi Bar. C. de cad. tollẽ. quia eſſet eis auferre aquã neceſſariã, cmu nõ habeant alibi cõmodè vnde accipere poſſint prout ſuprà dictũ fuit. facit qđ habetur in pſalmis, ſicut terra ſine aqua tibi. quia aliàs ſecundũ de Lyra ibi, terra eſſet laxata & inutilis ſine aqua: & reſolueretur in puluerẽ. Nõ obſtat etiã qđ ex aduerſo pretẽdũt, ꝙ aliqui fontes de quibus agitur, oriuntur in fundo ꝓprio dictorũ Armeti: quia ad iſtud
reſponde-

reſpondetur, quòd ex quo dicti homines conſueuerunt capere de aqua dictorum fontium pro eorum
26 vſu, debet † ſeruari conſuetudo. l. ſi manifeſtè. C. de ſerui. & aqua. & ibi per Bald. & Pau. de Caſtr. quia
27 non † debet diuerti curſus aquæ à ſuo ſolito curſu. l. ij. C. ad leg. Aquil. cũ ibi not. per Bal. & Sali. aliàs debet reduci ad priſtinum ſtatum: vt ibi habetur.
28 & dicitur ſolitus † curſus aquæ, ſecundũ quod erat in æſtate præcedenti. dict. l. j. ff. de aqua quotidian. ſecundum Bald. in l. item lapilli. ff. de rer. diuiſ. veruntamen eſſet bonum petere pro parte dicti domini de Cãpis, & dictorũ hominũ de Cloſtrarijs & adhærere volentiũ ſcdm informationes ſuper poſſeſſorio dicti aquagij & aquę ductus dict. riui & fontium, de quibus agitur, ac etiam ſuper incommodo & damno rei publicę & dictorum vicinorum.

ARGVMENTVM.

Riuum inſtagnare, & aquam aliò in aliorum prę iudicium diuertere, nemini licere.

SVMMARIVM.

1 *Vſus aquæ eſt publicus: nec licet eam reſtagnare, aut diuertere à ſuo ſolito curſu.*
2 *Aqua per ſe diffluens non inducit conſuetudinem aut poſſeßionem.*
3 *Natura agrorum ſeruanda.*
4 *Vſum ſemel fuiße aquæ ductu ſufficit ad acquirẽdum illius quaſi poſſeßionem: ſecus in ſeruitute itineris.*

Quæſtio CCCCCXC.

QVAERITVR quia ex poſt facto pro parte dictorum Armeti fuerunt dati certi articuli ſatis prolixi, in quibus in effectu deducitur, quòd dictus riuus de Cloſtrarijs nõ eſt ſolus, ſed quidam alius vocatus & quod dicti riui tranſeunt per poſſeſſiones dictorum Armetũ vbi ſit dictũ ſtagnum, & quod ipſi poſſent reſtagnare & retinere dictam aquam etiam ad præiudicium illorum qui habent prædia à parte inferiori. Et ſuper hoc allegant conſuetudinem in hac patria, quando fiunt molendina autſtagna, & ꝙ dicti Armeti habent plura prędia à parte inferiori d. ſtagni, ſeu chauſſiatæ ipſius vbi aqua poterit elargiri abſq; periculo ſubmerſionis & inundationis prædiorum dicto. hominum de Cloſtrarijs: & vlterius deduxerũt, quòd dicti homines de Cloſtrarijs vbi appareret ipſos accepiſſe de vſu dictæ aquæ, hoc fuit per modum familiaritatis abſq; facto hominis. & vlterius coram deduxerunt quòd iter quod nunc tranſmutatur in loco altiori eſt magis vtile rei publicæ, & melius quàm primũ iter. Item etiam deduxerunt quòd dictus dominus de Campis nobilis Florimundus de Aualone & cõſortes fuerũt participes in dicta eiectione ſiue ruptura chauſſiatę factis per dictum dominum Balme, filium dicti domini de Campis, & conſortes. Super quo fuit intẽtatum ſtatutũ, ſi quis per literas, per dictos Armeti. itẽ etiã deduxerũ d. Armeti ꝙ d. homines de Cloſtrarijs habẽt puteos, & fontes alibi pro eorum neceſſitatibus. Item etiã deduxerũt conſuetudinẽ faciẽdi ſtagna, pluráq; deduxerũt: ita & taliter ꝙrelicta mater dictorũ Arimeti prętenſa tutrix aſſeuerauit de credulitate: vt petit cũ ſimili iuramẽto reſpõderi. Sed ex aduerſo pro parte dicti domini de Campis & conſortum fuit replicatum, quòd vbi apparuerit quòd dict. riuus nũcupatur duobus modis: tamen eſt idẽ effectualiter, & trãſit per dictum locũ de Cloſtrarijs. & quòd pariter ſint in cõſuetudine poſſeſſione, ſeu quaſi aquæ ductus d. riui, etiã facto hominis, faciẽdo rigolas, ſeu beallerias: & pariter tenẽdo bochaſſia pro vſu eorum animalium: & ꝙ
1 pariter † vſus aquę eſt publicus: & per conſequens quòd non eſt licitum reſtagnare dictam aquam, nec illam retinere, aut diuertere à ſuo ſolito curſu quominus diſcurrat ad fundos inferiores. Et quòd dicti homines de Cloſtrarijs ſint in poſſeſſione iure proprio, & non iure familiaritatis: & per conſequẽs non eſt licitum reſtagnare dictam aquam, ex quo vſus eſt publicus ad præiudicium vicinorum. l. ij. §. merito. & ibi Barto. ff. ne quid in loco public. & in l. Proculus. ff. de damno infect. & in l. j. §. ſi cui aũt: ff. de aqua pluui. arcend. l. imperatores. ff. de ſerui. ruſtico. prædio. & maximè ex quo quis eſt in poſſeſſione, ſeu quaſi aquę ductus facto hominis per rigolas, ſeu beallerias. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. vendice. & ſufficit quòd illo anno ſit vſus. l. j. §. illud. ff. de aqua quoti. & æſti. ſecundum Cæpol. in tracta. ſeruitu. ruſticorum prædiorum. in titul. de ſeruitu. aquę ductus in vij. quæſti. principali. verſ. ſed eſt dubium. & verſicu. ſecunda quæſtio. & verſicu. tertia quęſtio. & ibi quãdo aqua oritur in fundo proprio. & pariter ibi tractat quando aqua eſt ingreſſa fundum meum, an poſſim illam continere & retinere. veruntamen ibidem in quarta quæſtione principa-
2 li. verſicu. ſed nunquid aqua tractat † an aqua per ſe diffluens inducat conſuetudinem, ſeu poſſeſſionem. & tenet quòd non: ſecundum Bald. in cap. ſi quis de manſo. ſi de feud. controuerſ. fuer. licèt ſecundum Cæpol. vbi ſupra. naturam agri ſit ſeruanda, vt ſemper inferior ager ſuperiori ſeruiat: quia recipit aquę incommodum. & ideò recipere debet commodũ: & pinguedinem: terrę l. j. §. denique. ff. de aqua pluui. arcend. quia aquę naturaliter deſcẽdere debent ad inferiora: & ideò illi qui habent agros in parte ſuperiori, nõ poſſunt retinere aquam in ſuo: ſed inferiores poſſunt illam retinere: cùm cogantur recipere. Et ibi appellatur quaſi ſeruitus. d. l. j. §. fina. cum l. ſequen. ff. de aqua pluui. arcend. ſecundum Barto. in l. quominus. in ſecunda quæſtio.
3 ff. de aqua pluui. arcend. & ſufficit † ad acquirendam quaſi poſſeſſionem aquę ductus vſum fuiſſe vna die vel nocte. l. j. §. quod autem. & §. item quæſitum. ff. de aqua quotidia. & æſtiua. ſecus in ſeruitute itineris: quia ad minus requiritur, quòd quis vſus fuerit xxx. diebus. l. j. §. hoc interdicto. ff. de itiner. actũq; priua. Et eſt ratio ſecundum Barto. ibi, quia iſte actus aquę ducendę non eſt ſolitus concedi de gratia: ſecus in actu itineris. Et ideò ad minus requiritur quòd quis vſus fuerit per xxx. dies. & ita etiam tenent Innocen. & Panormita. in cap. cùm eccleſia ſutrina. de cauſ. poſſeſ. & proprieta. & Cæpol. in tractatu ſeruitu. ruſticorum prædiorum in titul. de ſeruitu. itiner. licèt in caſu iſto fuerit probata poſſeſſio aquæ ductus dicti riui nedùm per vnicum actum, ſed etiam per plures annos, etiam per tẽpus memoriam hominis excedens, etiam ante quàm dictus Armeti, ſeu condominus quondam Antho. Armeti Præpoſitus ſancti Andreæ conſtrui feciſſet dictam domum boni Repoſiti: quia non ſunt xx.

anni quibus fuit incepta, vel circa, licèt per prius manciparetur locus de Croſetis.

ARGVMENTVM.

Seruitus aquæ ductus quo tempore acquiratur.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus aquæ ductus acquiritur tẽpore immemoriali quando aqua ducitur ex flumine publico: & quid ſi ex priuata. nume. 2.*

3 *Seruitutem acquirens debet uti bona fide, & iure ſuo.*

4 *Vetuſtas quando habeat uim legis.*

5 *Seruitutem habens poteſt facere in prædio ſeruiente id ſine quo ſeruitute uti non poſſet.*

Quæſtio CCCCCXCI.

QVAERITVR quanto tempore præſcribatur ſeruitus aquę ductus: & an requiratur quòd quis vſus fuerit bona fide, non vi, non clàm,
1 non precario. Et in effectu quando † aqua ducitur ex publico, requiritur tempus cuius initij memoria non ſtet in contrariũ. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff.
2 de aqua quotid. & æſtiua. Si verò ducitur † ex priuato flumine quando eſt aqua quotidiana, cũ habeat cauſam continuam, acquiritur decem annis inter pręſentes. & xx. inter abſentes, etiam ſine titulo. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruitus vendic. dum tamen deueniat ſcientia & patientia aduerſarij. l. ij. C. de ſeruit. & pariter requiritur ꝙ † quis credat ſuo iure vti
3 bona fide. l. fi. ff. quemadmo. ſerui. amitta. & idem eſt quãdo ſeruitus aquę ductus habet cauſam quaſi perpetuam: vti in aqua ſtillicidij, vel ductus aquę ex cœlo cadentis. l. foramen. ff. de ſerui. vrba. prædi. ſecundum glo. in l. ſeruitutes. la grande. ff. de ſerui. de quo latius per Cæpol. in tractatu ſerui. in titu. de ſeruitute aquę ductus. & per Alexan. de Imol. conſil cxlij. in j. volumi. & licèt dicti homines vſi fuerint aquæ ductus facto hominis, faciendo riuolas, ſeu beallerias, fiſtulas, ſeu canalia, & bachalſia, veruntamen adhuc de iure cõi habent ſeruitutem aquæ ductus dicti riui: quia aqua dicti riui fluit ab antiquo per loca inferiora dicti loci de Cloſtrarijs: & iſto caſu vetuſtas habet vim legis. l. j. §. denique. ij. cum l. ſequen. ff. de aqua pluuia. arcen. & ibi Bar. quòd quando natura loci facit, vt aqua de loco ſuperiori vadit ad inferiora, eſt ſeruitus. & idem quod vetuſtas habet vim ſeruitutis, vt ibi habetur. licèt in caſu iſto concurrẽt natura loci, vetuſtas & etiam factum hominis propter canalia, beallerias fiſtulas: quia in tali actu aquæ ductus licitũ eſt facere fiſtulas, & canalia ſumptibus ſuis. l. ſi iter. ff. de ſeruitu. & l. ſeruitutes. §. ſi damno. ff. de ſeruitut. vrba. prædiorum. vbi habetur quòd ille qui habet ſeruitutẽ,
5 poteſt † facere in prædio ſeruiente id, ſine quo aliter ſeruitute vti non poſsit: quod eſt verum, dum tamen ſit ſine incommodo prædij ſeruiẽtis. l. quintus. ff. de ſeruitu. ruſtico. prædio. ſecundũ Bart. & Paul. de Caſtr. ibi & in dict. l. ſi iter. & pariter poteſt reſpicere locum, vel aquæ ductum ſecundum ipſum. l. refectionis. ff. cõmu. præd. vrba. l. iij §. ait prætor. & §. iure autem. ff. de itine. actúque priua. & principal. in titul. de ſeruitu. itiner.

ARGVMENTVM.

Bonam fidẽ & vſum in aquæ ductus ſeruitute probare neceſſum.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio ſine poſſeßione non procedit.*

2 *Poſſeßio in ſeruitutibus non quæritur ſine ſcientia & patientia aduerſarij.*

3 *Remedio reintegrandæ poteſt agi in ſeruitutibus.*

Quæſtio CCCCCXCII.

QVAERITVR an in iſta ſeruitute aquę ductus ſit neceſſe probare de bona fide, & ꝙ quis vſus fuerit iure ſuo, non vi, non clàm, non præcario: & de ſcientia & patientia aduerſarij: & vide-
1 tur dicendum quòd ſic: quia † præſcriptio non procedit ſine poſſeſsione. l. ſine poſſeſsione. ff. de vſucapio. cap. ſine poſſeſsione. de regul. iur. lib. vj. ſed in
2 iſtis ſeruitutibus non poteſt † quęri poſſeſsio ſine ſciẽtia & patientia aduerſarij. dict. l. ij. & l. quoties. ff. de ſeruitu. ſecus in rebus corporalibus vbi non requiritur ſcientia aduerſarij. l. fina. C. de longi temporis præſcripti. ſecũdum Barto. l. j. §. deniquè. le ij. ff. de aqua pluui. arcend. & pariter requiritur quòd quis vſus fuerit iure ſeruitutis. dict. l. fina. ff. quemadmodnm ſeruitus amitta. & de modo probãdi habetur per Cyn. in l. ij. C. de ſeruitu. & aqua. in v. quęſtion. & per gloſſ. & Bart. in l. j. §. hoc interdicto. ff. de itiner. actúque priua. veruntamen ſecundũ Bart. ibi, licèt in pręſcribenda ſeruitute requiritur ſcientia aduerſarij, quòd ſeruitute vſus fuerit iure ſeruitutis: ſecus quãdo agitur poſſeſſorio in ſeruitute habente cauſam diſcõtinuam: quia ſufficit ſolus vſus: vt in ſeruitute itineris. ſed in ſeruitute habente cauſam continuam, requiritur ſcientia aduerſarij. dict.
3 l. ij. C. de ſeruitu. & aqua. † Si verò agatur remedio reintegrandę pro iſtis ſeruitutibus, quod poteſt fieri. l. iij. §. vnde vi. & ibi glo. ff. de vi & vi arma. tunc non eſt neceſſe probare de bona fide, videlicèt non vi, non clàm, non præcario. ſecundum Bart. in dict. §. hoc interdicto. ſed Innocen. & Panor. in cap. cùm eccleſia. de cauſ. poſſeſ. tenet quòd quoad acquirendum poſſeſsionem, vel officium agendi poſſeſſorio non eſt neceſſe quòd quis credat vti iure ſuo, ſeu de bona fide: niſi conſtet in iudicio: quia etiam prædo eſt reſtituendus. cap. in literis. de reſtitu. ſpolia.

ARGVMENTVM.

Via publica ad hoc vt mutari poſsit, quæ requirantur.

SVMMAVIVM.

1 *Quod omnes tangit ab omnibus approbari debet.*

2 *Via publica non niſi cum principis authoritate mutanda.*

Quæſtio CCCCCXCIII.

QVAERITVR quia de tẽpore dicti quidã domini Anthonij Armeti Præpoſiti ſancti Andręe conſiliarij Delphi. ipſe fecit tranſmutari viã publicã, quæ erat propè domũ quam fecit cõſtrui in loco de Croſetis, quæ erat ſolita regulari & viſitari per officiarios: & fecit trãſmutari ad quendam locum vbi dicti Armeti voluerunt conſtruere dictum ſtagnum iam ſunt viginti anni elapſi. & nouiſsimè dicti Armeti volunt iterum mutare dictum iter in loco altiori, qui nõ eſt ita aptus, ſed eſt periculoſus de tranſeundo quando currus tranſirent. & ſuper hoc dicunt, quòd aliqui vicini cõſueuerunt, & quod fuit factum per caſtellaniam Viſiliæ ſed eius dicti homines de Cloſtrarijs replicãt, quòd non fuerũt

non fuerunt vocati: & ſic non tenet ad eorum præiudicium. l. de vno quoq;. ff. de re iudic. c. inter quatuor. de maiori. & obed. & ex quo agitur de actu cō muni pluribus nō vt collegio, ſed vt ſingulis, quod fit à maiori parte nihil valet, niſi omnes conſentiāt. l. per fundum. ff. de ſeruitu. ruſtico. prædiorum. ſecun-
1 dum gloſſ. in cap. cùm omnes. de conſtitu. † quia quod omnes tāgit, ab omnibus approbari debet. l. fina. C. de autho. præſtand. & cap. quod omnes. de regu. iur. lib. vj. Præterea poteſtas Caſtellaniæ ſe ex
2 tendit in talibus. † Quinimò requiritur authoritas principis: cùm via publica ſit de regalijs. cap. j. quæ ſint regal. vt toto titu. ff. ne quid in loco public. l. ſiue autem. §. fina. & l. quod principi. ff. de aqua plu. arcend. & ideò videndum eſt de effectu viæ publicæ.

ARGVMENTVM.

De via publica.

SVMMARIVM.

1 *Viam publicam conſtruendi facultatem qui dare poſſunt.*
2 *Loca publica alienandi facultatem concedere ſolius principis eſt.*
3 *Via publica ut probetur, non ſufficit probare quòd publicè eatur: niſi & ſolum publicum eſſe probetur.*
4 *Solum publicum eſſe debet ad hoc ut uia publica dicatur.*
5 *Viæ illæ publicæ dicūtur apud Delphinates, quæ per officiarios uiſitantur & regulantur.*
6 *Viæ publicæ reparatio ad quem ſpectat.*
7 *Via publica priuatorum eſt, licèt proprietate publica ſit.*

Quæſtio CCCCCXCIIII.

QVAERITVR quæ ſit via publica & cuius latitudinis debet eſſe. de hoc habetur in l. via. & in l. certo generi. §. latitudo. ff. de ſeruitu. ruſticorum prędi. & talis via publica, dicitur quando ſolùm eſt publicum. l. ij. §. viam publicam. ff. ne quid in loco public. ſecus in via priuata: licèt omnes ibi tranſeant, vt ibi habetur. & licèt gloſſ. ibi di
1 cat, † q̄ ad principem vel ſenatū, vel hodie ad quālibet ciuitatem ſpectat dare facultatem conſtituendi viam publicam. & idem tenet in dict. l. ij. in principio ſuper verbo, lege municipali. tamen ſecundū Bartol. ibi ſpectat ad principem, niſi ſuper hoc fieret ſtatutum. allegat l. continuus. §. cùm quis. ff. de
2 verbor. obliga. † quia ſpectat ad principem dare facultatem alienandi loca publica. l. ſed excelſus. ff. de contrahend. emptio. de quo latè per Cæpol. in dicto tractatu ſeruitutum. in tit. de ſeruitu. viæ. in j. quæſtio. & ibi etiam in vij. quæſtio. vbi tenet quòd
3 quędam ſunt viæ publicæ. & † ad probandum viā publicā, non ſufficit probare per teſtes quòd publicę tenetur per omnes. l. j. §. ſumma. ff. de his qui deiecerunt vel effude. & ibi Bart. niſi probetur quòd ſolùm ſit publicū: licèt ſit permiſſum omnibus tranſire per viam publicam. dict. l. ij. in princip. & l. viā publicā. ff. de via publi. & hoc verum niſi eſſet prohibitum per principem, ſeu dominum loci: ſecundum Cępol. vbi ſuprà in viij. quæſtion. Et ibi refert de quodam aduocato qui malè articulauit, dicendo, quòd via erat publica: ſed proprietas ſibi perti-
4 nebat: † quia ſolùm debet eſſe publicum, prout ſu
5 pra dictum fuit. Et in his partibus † dicuntur vię publicę, quando regulantur & viſitantur per officia-
6 rios. † Et illi qui habent prædia propè debent reparare itinera, aliâs condēnantur, in diſsiteria iuxt. nota. per Bartòl. in l. fina. C. de immunitate nemini
7 cōceden. lib. x. † & licèt via ſit publica, quò ad proprietatem: tamen quò ad vſum dicitur priuatorum. l. ij. in princip. ff. ne quid in loco publi. licèt propriè dicatur domini illius ciuitatis ſui territorij loci, licèt quidam velint dicere quòd ſit ciuitati Romanę ſeu ad principem loci, de quo per Cæpol. vbi ſupra in x. quæſtione.

ARGVMENTVM.

Via publica impręſcriptibilis.

SVMMARIVM.

1 *Via publica ad ſanctum Iacobum impræſcriptibilis.*
2 *Via publica ius facultatis dicitur, quòd præſcribi non pōt.*

Quæſtio CCCCCXCV.

QVAERITVR an via publica poſsit pręſcribi. & dicēdum eſt quòd nō, etiā ſe ſtaretur per centum annos fauore publicę vtilitatis. l. viam
1 publicam. ff. de via public. † & ſic non poteſt præſcribi via publica eundi ad ſanctum Iacobum: ſecundum gloſſ. ibi, & eſt ratio ſecundum Barto. ibi,
2 quia † via publica dicitur ius facultatis, quod non poteſt pręſcribi. & ita etiam tenet Cæpol. in dict. tractatu ſeruitutum. in ix. quæſtione. in titul. de ſeruitute viæ.

ARGVMENVTM.

Via publica neque occupari neque claudi poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Viam publicam occupare non niſi cum principis aut rei publicæ adminiſtratoris licentia, licere.*
2 *Scalam aut gradus ſuper uicum aut carreriam facere, etiam in ſuo ſi uiæ publicæ noceret, nemini licere.*
3 *Sepem uel clauſuram authoritate propria tollere nemini licere, niſi enorme damnum pateretur.*
4 *AEdificium quod fit in publico, ſi cui nociuum ſit, quòd ab illo etiam authoritate propria tolli poteſt.*
5 *Ius ſibi dicere propria authoritate nemini licere regulare.*

Quæſtio CCCCCXCVI.

QVAERITVR an via publica poſsit per priuatum occupari aut claudi. Et an quis poſſit propria authoritate clauſuram frangere. Et in effectu de iſtis tribus quæſtionibus tractat Cæpol. in dict. tractatu ſeruitutū ruſticorum prędiorum. in titul. de ſeruitute viæ. in xiij. xiiij. & xv. quæſtionib. vbi in effectu tenet non eſſe licitum aliquid occupare de via publica ſine licentia principis, vel illius cuius eſt adminiſtratio reipublicę. l. ſeruitutes. la grāde. §. publico. ff. de ſeru. l. q̄d principi. ff. de aqua plu. arcen. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clàm. & maximè quando talis via publica habet exitum in aliam viam publicam, vel ad vrbem, vel ad mare l. ij. in princip. & §. prætor ait. ff. ne quid in loco public. & de hoc eſt text. cum glo. in l. j. ff. de loc. & itiner. publi. & in l. fina. eod. tit. Ita quòd ſi actum fuerit contrarium cuilibet competit interdictum, vt reſtituatur ad priſtinum ſtatum. Si verò non habeat exitum ad aliam viam publicam, vel loca publica
2 an poſsit claudi: vide per Cępo. vbi ſupra. † Nec pariter poteſt fieri ſcala aut gradus ſuper carreriā, nec etiam in ſuo quando nocet in via publica. dict. l. ij.

§.ſi quis in ſuo.& ibi Barr.ff.ne quid in loc. public.
3 vèruntamen † quia non debet tollere vel frangere
authoritate propria clauſuram:ſed debet agere in-
terdicto,ne quid in loco publi.dict.l.ij.§.ait prætor.
& §.prætor ait. ſecundum Cæpol. vbi ſupra, quod
eſt verum niſi quis pateretur enorme damnũ: quia
tunc eſſet licitum propria authoritate frangere.l. ſi
alius.§.belliſsimè.&§.ſi ad ianuã.ff.q̃d vi aut clàm.
& ibi per gloſſ.& per Innocen.in cap.olim. le j. de
reſtitu.ſpolia.& per Alexand.de Imol.in l.j.§.nun-
4 tiatio.ff.de oper. noui nuntia. Adde † quando fit
ædificium in publico quod prejudicet alicui,poteſt
quis tollere propria authoritate.l.quamuis.ff.de ac
quirend.rer.dom.ſecundum Pau.de Caſtr. in l.j.§.
nũtiatio.ff.de oper.noui nuntia. quod eſt verum
quãdo poſsidetur ab aliquo:aliâs ſecus:ſecundum
Alexand.ita allegat glo.in l.de pupillo.§.meminiſ
5 ſe.ff.de oper. noui nuntia. † quia regulariter non
eſt licitum propria authoritate ius dicere.l. nullus.
C.de Iudæ.l.extat.ff.quod met.cauſ.

SVMMARIVM.

Viæ & itineris locum ex cauſa mutare licitum.

SVMMARIVM

1 *Attentare in uia publica non, niſi cum principis ut reipu*
blicæ adminiſtratoris licentia nemini permiſſum.
2 *Viam publicam fluminis impetu aut ruina deperditam ui-*
cini ſeu prædia uicina præſtare tenentur.
Quid in foſſatis ciuitatis.
3 *Via occupata oues aut animalia per fundum uiæ proximũ*
impunè tranſire licere.
4 *Via publica ſi propter neceßitatem mutetur, quòd fiſcus*
pretium pendere non teneatur: ſecus in priuata.
5 *Seruitutis locum an mutare liceat.*
6 *Prædij ſeruientis dominus ſeruitutis locum ſine alterius in-*
commodo & ex cauſa mutare poteſt.
7 *In imponenda ſeruitute locus minus idoneus eſt eligendus.*
8 *Viæ publicæ locum mutare licitum non eſt.*

Quæſtio CCCCCXCVII.

QVAERITVR an ſit licitum mutare lo-
cum viæ aut itineris de vno loco ad alium.Et
1 in effectu quò ad viam publicam † non eſt licitum
aliquid attentare ſine licẽtia principis aut illius qui
habet adminiſtrationem rei publicę loci prout fuit
tactum in præcedenti quæſtione.& hoc verũ niſi ex
2 cauſa neceſsitatis vti † quia via publica fluminis
impetu vel ruina eſt amiſſa:quia tunc vicini proxi-
mi viã pręſtare debẽt.l.ſi locus.§.cùm via.ff.quem-
admodum ſerui.amitta.& idem eſt in foſſatis ciui-
tatis:ſecundum glo.ibi, licèt debeat ſolui pretium
à fiſco.Sed tamen contrarium obſeruatur.vnde ſe-
3 cundum Bal. ibi,† quando via publica eſt occupa
ta,licitum eſt tranſire oues & animalia per pratum
vicini abſque pœna,dum tamen non inferant dam
num,aliàs ſecus.& ſecundum Paul.de Caſtr. ibi de
4 loco priuato fit publicus. † Et licèt quando muta-
tur via publica propter neceſsitatem,non ſoluatur
pretium à fiſco:ſecus in via priuata. quia tunc de-
bet ſolui ab illo,qui petit ſeruitutem.l.ſi quis ſepul
5 chrum.ff.de religio.domi. † Si verò agatur de mu-
tatione loci ſeruitutis, ex quo ſemel locus eſt ele-
ctus,tunc non eſt locus mutationi: quia non eſt li-
citum variare.l.ſina ff.de aqua quotidi. & æſtiua.
l.ſi fortè.§.modus.ff.ſi ſeruitus vendic.l.ſi cui.ff.de
ſeruitu.niſi aliter fuerit actum in conſtituenda ſer-
uitute,vt poſsit mutari toties quoties viſum fuerit.
l.nam ſatis.§.totam.ff.quemadmo.ſeruitus amitta.
ſecundum gloſſ.in dict.l.ſi cui.& licèt dominus pręe
dij dominantis non poſsit mutare locum ſeruitutis
ex quo ſemel fuit electus.dict.l.ſi cui.& l. certo ge-
neri.§.j.ff.de ſeruitu.ruſtic.prędiorum.tamen ſecus
6 eſt † in domino prędij ſeruientis,quia poteſt muta
re locum ſine incommodo alterius & ex cauſa:ſecũ
dum gloſſ.in dict.l.ſi cui.quem ſequũtur ibi docto.
l.ij.§.penulti.ff.de relig.domib.& iſto caſu apparet
electionem loci pertinere illi cui debetur ſeruitus.
7 l.ſi via.ff.ſi ſerui.vẽdi. † Et debet eligi locus minus
damnoſus.dict.l.ſi cui.de quo habetur per Cæpol.
in tracta.ſeruitu.vrbanor.prædio. ſub rubric. quali
ter quis vti ſeruitute debeat. Et in tractatu ſeruitu.
ruſticorum prædiorum,ſub rubric.de ſeruitu.itine.
8 Veruntamen † in caſu iſto dicti Armeti nõ habent
facultatem mutãdi locum viæ publicæ: cùm ſolùm
ſit publicum.dict.l.ij.§.viam publicam. ff. ne quid
in loco public. & attento quia agitur de incommo
do alterius vicini de hominibus de Cloſtrarijs & to
tius rei publicæ.Et ideò quando agitur de mutatio
ne itineris ſeu viæ publicæ aliâs vidi practicari, ꝙ
ſumuntur informationes ſuper commodo vel incõ
modo rei publicę vocatis vicinis & alijs quorum
intereſt. Adde quòd ex cauſa licitum eſt interdum
viam reſtringere aut occupare, ad finem vt ciuitas
non reddatur debilior: ſecundum Barto.in l.j.ff.de
via publica.

ARGVMENTVM.

Aquam à ſuo alueo ſeu curſu diuertere an ſit li-
citum.

SVMMARIVM.

1 *Aquam ab alueo diuertere in eorum præiudicium, qui di-*
quod ius habẽt nemini licere.
2 *Aquæ ductus per fundum aut domum priuati ſi fiat ut aqua*
ad fontem uel aliò ob publicam utilitatem deducatur im
penſis publicis manutenerí debet, ne priuato noceat.
3 *Periculo futuro obuiandum.*

Quæſtio CCCCCXCVIII.

QVAERITVR an ſit licitum diuertere a-
quæ ductum à ſuo ſolito curſu. Et dicẽdum eſt
quòd non.l.ij.C.ad legem aquil.aliâs debet redu-
1 ci ad priſtinũ ſtatum:vt ibi habetur.† Et ideò quã-
do vicini cõſueuerunt amouere vel tollere aquam
vel pannos lauare non poſſunt aliò peruerti ad eo-
rum præiudicium:ſecundum Cæpol.in tractatu ſer
uitutum vrba.prædio.ſub titul.de aquæ ductu.cap.
2 lxix.& ibi etiam tenet, † quòd quãdo ductus aquæ
ad fontem vel ad aliam publicam vtilitatem duci-
tur per domum,ſeu poſſeſsionem priuati, tunc de-
bet manuteneri expẽſis publicis:ita quòd ſibi non
noceat.l.fiſtulas.in principio.ff.de ſeruitu.vrbano.
prædior.Et licèt interdum ſit licitum diuertere flũ-
mam ex cauſa.l.j.ff de impenſis in reb.dotal.factis.
tamẽ in caſu iſto nõ eſt aliqua cauſa legitima, imò
eſt incõmodum reipublicę: quia dicti homines de
Cloſtrarijs paterẽtur neceſsitatẽ in aqua: quia non
habẽt alibi ad ſufficientiã. Et maximè de tempore
æſtatis & ſiccitatis aquarum,vbi aquæ puteorũ de-
ficiunt.Pręterea etiam ſecundũ ſtagnum perficere-
tur,im-

tur, immineret damnum diſruptionis & inundationis domorum dictorum hominũ de Cloſtrarijs: & 3 obuiãdum † eſt periculo futuro: prout ſupra dictũ fuit. & ita immineret ex conſtructione dicti ſtagni maius incõmodum reipublicæ quàm commodum: & ſic debet inhiberi: iuxt. not. per dominum Guid. Papæ, deciſ. xcj. & de hoc periculo diſruptionis & inundationis domorum quando diuertitur aqua à ſuo ſolito curſu: aliàs ſcripſi in alio volumine cauſarũ eccleſiaſticarũ in diffinitiõe proceſſus hominũ de Auris & de Senolli mãdamẽti Rateri. Tum etiã deberet inhiberi dicta conſtructio ſtagni: quia calciata non eſt in fundo proprio dictorũ Arimetti: ſed mouetur de directo dominio alterius.

ARGVMENTVM.

De puro mero franco allodio.

SVMMARIVM.

1 *Penſio ſuper feudis ſine conſenſu domini directi an imponi poßit.*

Quæſtio CCCCCXCIX.

QVAERITVR ſuper viſitatione cuiuſdã inſtrumẽti venditionis factę de anno 1377 die xix. menſis Februarij per Anthonium Vacherij aliàs Rauiſini & Anthonium eius filium de mandamẽto Vriatici de puro, mero & franco allodio, & ſine aliquo genere ſeruitutis alicui alteri perſonæ faciendi vendiderunt inquam nobili Franciſco Banili ciui Grationop. decem quartalia frumenti pulcri & receptibilis annui cenſus ad menſuram Grationopo. & ibi per ipſos portandum eorum ſumptibus & expenſis, quem cenſum impoſuerunt dicti venditores ſuper poſſeſsionibus & fundis franchis ibi deſignatis; quem cenſum decem quartalia frumenti vendiderunt cum directo dominio ſeignoria & laudemijs: pretio & nomine pretij duodecim ducatorum. & ibidem etiam inſerta recognitio facta per dictos venditores, cum directo dominio actum Grationopol. & receptum per Iacobum Garcini & conſequenter de anno 1393. die ſexta menſis Iunij dictus Anthonius Rauiſij aliàs Vacherij confeſſus fuit deberere dicto Banili xxix. florenos & quatuor groſſos cum dimidio, tàm cauſa venditionis bladi, quàm etiam mutuatæ pecuniæ, quas promiſit ſoluere ad eius primam requiſitionem. Et ex poſt facto dictę poſſeſsiones ſeu vna ex ipſis fuerũt vẽditæ ſuper quibus præmiſſus dominus Vriatici ſe opponit dicendo quòd in tota ſua terra & territorio Vriatici non ſunt aliquæ poſſeſsiones priuatorũ Franchæ, ſed mouentur de eius directo dominio, & quod ſibi ſpectant laudes & ventę: iuxta l. fi. C. de iur. emphyteu. & quod habetur in §. callidis. 1 de prohibi. feud. alia. per Frederic. † & quòd non poteſt imponi penſio ſuper eius feudis ſine eius cõſenſu: iuxt. nota. per Petr. Iacob. quia in dicta terra Vriatici nullus habet directum dominium nec percipit laudes præter quàm dictus dominus Vriatici. Verũtamen ſi dict. dominus Vriatici perciperet laudes, ex huiuſmodi contractu dicti Banili ipſe approbaret contractum: ſecus ſi ageret ad pœnam commiſsi propter fraudem dicti contractus. d. §. callidis. & quia emphyteuta aliter verſatus eſt, quàm deberet. d. l. fi. C. de iure emphy.

ARGVMENTVM.

Albergamentum an poſsit fieri in præiudicium domini vſufructuarij.

VMMARIVM.

1 *Proprietarius & vſufructuarius in alterius preiudicium alienare non poßunt.*

Quæſtio DC.

QVAERITVR ſuper viſitatione cuiuſdã albergamenti facti in curia parlamenti Delphinalis Melchaeli Paſcalis loci Eyriaci, de qua dã peda ſeu petia terrę & Brochiæ ſita infrà ambitũ foreſtę ſancti Georgij Sperachię ſub cenſu annuo xv. ſolidorum turonenſium ſoluendorum Caſtellano ſancti Georgij Sperachię & ſub intragio viginti librarum turoneñ. ſoluẽdarum theſaurario Delphinali, & aliàs prout ibi pleniùs cõtinetur. Nunc quęritur, an tale albergamentum potuit fieri ad preiudiciũ domini Bochagij foreſtarij dictæ foreſtę ſancti Georgij Sperachię qui percepit medietatem cõdemnationum & obuentionũ, & etiam de glande. Et pariter habet nemus vocatum mort boys, aut econtrà, boys mort. Et videtur dicẽdum quòd non, 1 ſicuti † de proprietario vel vſufructuario dicitur, qui nõ poſſunt alienare ad preiudiciũ alterius. l. intereſt. & l. vſufructu. C. de vſufruct. cap. j. de inueſt. de re alie. fact. l. fina. C. de reb. alien. non alienan. & quod not. per glo. & doct. in l. j. & ij. ff. de ſeruitu.

ARGVMENTVM.

Dominium an ſine traditione transferatur, per verba reſolutoria pactorum de retro vendendo.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retro vendendo quando ipſo iure eſt reſolutorium per uerba directa an dominium ſine traditione retrotrahatur. & nu. 3.*

2 *Incontinenti fieri dicitur quando eodem die, teſtibus & loco factum eſt.*

4 *Quid in pacto legis cõmiſſoriæ uel adiectionis in diem, an faciat reſolui contractum ipſo iure, quãdo concepta ſunt per uerba merè directa.*

5 *Reiuendicatio utilis in pacto de retro uẽdendo pretio oblato, an competat etiam contra tertium uenditorem.*

6 *Dominium in caſibus in quibus ex ſolo titulo transfertur, non tamen ſine traditione retransfertur.*

Item ubi in contractu traditio interuenit, etiam in contractus reſolutione traditio requiritur.

7 *Pacti de retro uendendo, uerba licèt concepta ſint per uerba directa ipſo iure reſolutiua: non tamen ipſo iure dominium ſine noua traditione retrotransfertur.*

Quæſtio DCI.

QVAERITVR ſuper cauſa honorabilis viri Franciſci Burgundionis cõtra Nicolaũ actoris ſartorem, vbi interuenit Ioannes Vemondi aliàs Poyto, vbi in effectu dicti Burgundionis actor experitur prætextu cuiuſdã apothecæ domus ibi deſignatæ vigore cuiuſdã ceſsionis & ſubrogationis per dominũ Vemondi ſibi factę pretio xx. florenorũ paruæ monetæ vltra pretium ducẽtum florenorũ tradendorum dicto Nicolao virtute cuiuſdam reacheti decem annorum conceſsi per dictum Nicolaum emptorẽ dicto Vemondi & ſuis per verba directa ipſo iure reſolutiua, hoc eſt, quòd caſu

adueniente quòd dicta venditio ſit nulla & nullius
roboris, & econtrà etiam dictus Franciſcus Burgú
dionis dedit etiã reachetum per ſimilia verba dicto
Poyto, & partes depoſitauerũt hinc inde in actis.
Nunc quæritur an per verba dictorum reachetorũ
reſolutoria retrotransferatur dominiũ ſine traditio
ne & maximè propter clauſulã prçcarij. & an dicun
tur duæ venditiones vel vnica, adeò vt debeatur du
plex laudimium domino directo, vel ne. Et in effe-
1 ctu prima facie videretur dicendum † quòd quan-
do tale pactum reacheti eſt ipſo iure reſolutorium
per verba directa, quòd retrotrahatur dominium
ſine traditione: vt quando dicitur res ſit inempta. l.
ſi à te. vbi videtur caſus. C. de pact. inter empto. & l.
ſi quis hac. ff. de rei vendi. & l. ab emptione. ff. de pa
ctis. ſecus ſi verba non eſſent reſolutoria ipſo iure:
ſed ad reſoluendum obligatiua: quia tunc non re-
trotranfertur dominium: ſed debet agi actione per
ſonali. l. ſi ea lege. C. de pact. inter emptorem & ven
ditorem. Et hoc tenet Pau. de Caſtr. in dict l. ſi à te.
& l. ſi cùm venderet. ff. de pigno. actio. & pro hoc fa
cit quod voluit Paul. de Caſt. in l. qui abſenti. §. j. ff.
de acquir. poſſ. & ibi per Alexan. de Imol. quando
in contractu ſit pactum prohibitorium de non alie
nando, aliâs quòd venditio vel donatio habeatur
pro infecta: quia tale pactum habet vim legis com
miſſoriç, & retrotransfertur dominiũ. l. cõmiſſoriç.
C. de pact. conuen. ſecundum Iacob. Butrig. in l. tra
ditionibus. C. de pact. & Cyn. in l. fin. C. de reb. alie
nis non alien. Et idem eſt quando apponitur clau-
ſula conſtituti: ſecundum Cyn. ibi, & Barto. in d. l.
qui abſenti. & ita etiam videtur tenere Bald. in d. l.
ea lege. C de condi. ob cauſ. & ibi etiam tenet Fab.
& tenẽdo iſtam opinionem, quòd per tale pactum
reſolutorium retro transferatur dominium, hoc ve
rum quãdo tale pactum fit re integra, & in ipſo cõ
tractu: ſecundum gloſſ. in dict. l. ab emptione. ff de
pact. ſuper verb. cogaris. & Bal. in d. l. traditiõibus.
C. de pact. & in l. ij. C. ſecus ſi tale pactum eſſet ap-
poſitum ex interuallo: ſecundum Bald. in l. ij. C. cõ
mutuia de lega. licèt idem Bald. in l. in is. §. mulier.
2 ff. ſolu. matrim. teneat † quòd illud dicatur fieri in-
continenti quando eadem die, loco & teſtibus eſt
factum. de quo per glo. & docto. in l bonæ fidei. C.
3 de pact. ſed pro contraria parte † quòd per tale pa-
ctum reſolutorium reacheti etiam ſi ſit conceptum
per verba directa non retro transferatur dominiũ
ipſo iure: ſed quòd debeat agi actione perſonali ad
obſeruantiam contractus, & ad faciendum reuen-
ditionem: facit l. ij. de pact. inter emptorem & ven-
ditorem apposi. licèt ibi non ſint verba reſolutoria
ipſo iure. & pro hac parte facit glo. in l. j. ff. de dona.
4 ſuper verb. mortis cauſa. vbi tenet † quòd in pacto
legis cõmiſſoriæ vel adiectionis in diẽ facit reſolui
cõtractum ſub conditione ipſo iure quãdo ſunt cõ
cepta per verba merè directa, dicẽdo res ſit inempta
aliâs ſecus. & ſecundum Barto. ibi quando tale pa-
ctum ſit per verba reſolutoria, tunc totus cõtractus
ſoluitur, & eſt ſpeciale in pactis legis cõmiſſoriæ &
adiectionis in diem propter frequentiam dictorum
pactorum. & pro hoc allegat l penul. C. de ædili. a-
ctio. & ideò iura ſtatuunt ſpecialiter titulos de pa-
cto legis cõmiſſoriç & de adiectione in diẽ. & idem
tenet in l. ſi hominem. ff. de vſucapio. Et licèt Paul.
de Caſt. in dict. l. ſi cùm venderet. ff. de pigno. actio.
5 voluerit tenere, ꝙ † in pacto reacheti oblato pretio
competat vtilis rei vendicatio etiã contra tertium
poſſeſſorem: tamen ſecundum Alexan. de Imol. in
dict. l. j. iſtud dictum eſt periculoſum. Et ideò conſu
luit contrarium Alexan. de Imol. conſi. x. in j. volu.
& ibi reſpondet ad l. voluntatem. §. fina. ff. quibus
mod. pign. vel hypote. ſolui. Et ad dict. l. ſi cum ven
deret. Et pro præmiſ. facit glo. in l. j. in fi. C. de inof-
6 fici. donati. quæ tenet, † quòd in caſibus in quibus
transfertur dominium ex ſolo titul. tamen non re-
transfertur dominium ſine traditione, & econtrà,
vbi in contractu interuenit traditio etiam in reſolu
tione contractus requirit retraditio. & hoc tenet
Bal. in l. j. C. ſi quis in frau. patro. & iſta eſt cõmunis
opinio, à qua non eſt recedendum in iudicando: ſe-
cundum Alexan. de Imol. in d. conſil. x. Adde Ioã.
7 de Imol. in dict. cap. illo vos. de pigno. † quòd licèt
verba reacheti ſint concepta per verba directa ipſo
iure reſolutiua: tamen non retrotrãfertur dominiũ
ipſo iure ſine noua traditione.

ARGVMENTVM.

Laudemia an ex pacto reſolutorio cõtractus debeantur.

SVMMARIVM.

1 ***Dominium in caſibus in quibus ipſo iure transfertur, laudemium non debentur.***
2 ***Laudemia quòd in pacto legis commiſſoriæ vel adiectionis in diem non debeantur.***
Quid in gabella.
3 *Quid ſi pactum fiat ex interuallo.*
4 *Gabella noua de diſtractu non debetur.*
5 ***Laudemiorum multitudo traditionum multitudinem ſequitur.***

Quæſtio DCII.

QVAERITVR an ex tali pacto reſoluto
rio reacheti debeatur nonuum laudemium
vel tantùm vnicum laudimium ex primo cõtractu?
1 Et in effectu † in caſibus in quibus transfertur do-
ipſo iure, vt in pacto legis cõmiſſoriç, vel adiectiõis
in diem, vel in pacto non ſeruato ſuper alimentis,
iuxt. l. j. C. de donat. quç ſub modo, vel etiam quan
do quis vendit vel locat rem ad decem, vel viginti
annos, quòd in iſtis caſibus non debetur laudimiũ:
ſecus in pacto reemptionis ſeu reacheti: quia ſi fuit
retranſlatio neceſſaria erit reemptio. Et ſic debe-
bitur laudemium: ſecundum Petr. Iacob. in titu. de
actio. in rem pro re emphyteu. quæ cecidit in com-
miſſum. verſic. ex prædictis. ſed dñs non poterit vti
iure prçlationis ex quo à principio non reclamauit.
2 Bal. verò in l. ab emptione. ff. de pact. † tenet quòd
in pacto legis cõmiſſoriç, vel adiectiõis in diem nõ
debetur laudemium domino, cùm reſoluatur ipſo
iure. Si verò contractus reſoluatur ex poſt facto, tũc
aut re integra, & tunc debetur domino vnica præ-
3 ſtatio. Et idem eſt in gabella. Si verò fiat ex inter-
uallo, tunc debentur duæ præſtationes, cùm ſit no-
uus contractus. & ita in effectu ibi tenet Paul. de
Caſtr. de qua materia etiam habetur in l. j. C. quan-
do licet ab emptio. diſcedere. & in l. iuriſgentium.
§. adeò. ff. de pact. & licèt partes velint recedere à cõ
tractu: tamen non poſſunt ad præiudicium fiſci, vel
domini

vel domini directi, vt ibi habetur, niſi incontinenti ante rem traditã. iux. not. per Spec. in tit. de emphy. §. nũc aliqua. verſ. xcvj. de quo per Bar. in l. j. §. ſi ré depoſitã. ff. depoſi. Et in l. ſeq. §. item Labeo. ff. de vſucap. & per Iaſ. in repeti. l. fi. C. de iur. emphy. circa fi. Adde ꝙ licèt regulariter idem ſit iudiciũ de diſtractu, quod de cõtractu, per glo. in l. iij. §. cõtrariũ. ff. de cõtra. vtili. acti. per Bar. in authẽ. ſacramẽta pu-
4 berũ. C. ſi aduerſ. vendi. † tamen de diſtractu non debetur noua gabella, quãdo fit ſolo cõſenſu, licèt de primo cõtractu debeãt ſolui: ſecundũ Barto. vel Pau. de Caſtr. in l. ab emptione. ff. de pact. niſi partes incõtinenti deficerẽt: ſecundũ Ang. & Alex. in l. iur. gentiũ. §. adeò. ff. de pact. & in l. acta. ff. de reiud. & Bart. in tract. gabel. in iij. part. viij. partis. q. xiiij. etiã in ſumma Baptiſtina. ſuper verb. emptionis. in xij. q. ꝙ licèt ſit diſceſſum ab integra vẽditione, ꝙ debetur laudimiũ. nec obſtat ꝙ dñs nõ miſit in poſſeſſionẽ: quia non ſtat per ipſum, & ibi in xiij. q. tenet, ꝙ quãdo iterũ retraditur res vẽdenti ex antiqua cauſa nõ debetur laudimiũ: ſecus ſi ex aliqua cauſa: quia tũc ad multitudinẽ traditionũ ſequitur multitudo laudimiorũ. l. quacunq;. C. de ſeru. fugi. idem habetur in ſumma angel. ſuper verbo, emphyteuta.

ARGVMENTVM.

Actio realis cedi poteſt: & an ceſsione dominium transferatur.

SVMMAVIVM.

1 *Actio realis cedi poteſt.*
2 *Dominium ex ceſsione non, niſi traditione, aut ceſsionarius eſſet in poſſeſsione, transfertur. & nume. 4.*
3 *Modus formandi libellum in ceſsione.*

Quæſtio DCIII.

QVAERITVR an actio realis poſſit cedi: & ſi trãsferatur dominiũ ante traditionẽ.
1 Et in effectu † bene poteſt cedi. l. fi. C. de hæred. vel
2 acti. vendi. & ibi per glo. & docto. † Sed tamen non transfertur dominium ante traditionem: ſecũdum Bart. ibi & in l. ſi culpa. ff. de re. vendi. & ideò eſt vis & modus in libellando: quia ſi ceſsionarius in libello peteret rem declarari pertinere ſibi iure dominij
3 vel quaſi, non bene concluderet: † quia debet declarari pertinere debere cedenti: ſecundum Barto. ibi, & Bald. in l. per diuerſas. C. manda. veruntamen in caſu iſto preſuppoſita cõmunione, quòd ex tali pacto reſolutorio non competat actio realis, ſed perſonalis, eſſet agendum actione perſonali ad obſeruantiam dicti pacti, petendo reum condemnari ad reuendendum & tradendum ceſsionario nomine cedentis: iuxt. l. ij. C. Adde Dyn. in regula pro poſſeſſo
4 re. de regu. iur. lib. vj. in vij. q. qui tenet, quòd † non trãsfertur dominium ex ceſsione, niſi eſſet in poſſeſſione. & ibi de modo formandi libellum.

ARGVMENTVM.

Pater bona aduentitia filij neque albergare neque in emphyteuſim dare poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Patri bona aduentitia filij alienare uetitum.*
2 *Alienatiõis prohibitiõis appell. datio in emphyteuſim uenit.*
3 *Pater bona filij æris alieni occaſione diſtrahere poteſt.*
4 *Pater filij terras uacantes ruinoſas, & ſteriles & albergare & in emphyteuſim dare poteſt.*

Quæſtio DCIIII.

QVAERITVR an pater qui habet vſumfructum in bonis aduentitijs filij poſsit albergare, & in emphyteuſim tradere? Et dicẽdum eſt ꝙ
1 non: † quia pater licèt ſit legitimus adminiſtrator, prohibetur alienare, adeò ꝙ poſt mortem patris filij poſſunt reuocare vel aliàs ſoluta patria poteſta-
2 te. l. j. C. de reb. mater. † Nã appellatiõe prohibitiõis alienatiõis continetur etiam datio in emphyteuſim. l. fi. C. de reb. alie. non aliena. c. nulli. de reb. eccleſi. non alienand. & ita tenet Franciſ. Baptiſt. in ſumma baptiſt. ſuper verbo, emphyteuſim. q. xv. quia ſunt certi caſus ſpeciales in quibus ius permit-
3 tit patri alienare bona filij † ex cauſa neceſsitatis æris alieni. l. fi. §. ſin autem. C. de bon. quæ liber. de quorũ numero non eſt iſte caſus. veruntamen quò ad res vagantes ruinoſas & ſteriles ſeu terrulas in quibus etiã ius permittit alienare res eccleſię: iux. authẽ. ſi quas ruinas. C. de ſacr. ſan. eccl. c. terrulas.
4 xij. q. ij. c. cæterũ. de dona. † fortè iſto caſu permitteretur albergari & in emphyteuſim tradi: quia tunc traditur ad meliorãdũ, ſup hoc relinquo cogitãdũ.

SVMMARIVM.

1 *Rerum emphyteuticarum alienationes laudare qui debeãt.*

Quæſtio DCV.

QVAERITVR quãdo alienatur res emphyteuticaria, quæ mouetur de directo dominio filijfamiliàs, quis debeat laudare ſeu facere inueſtituram & retentionem. Et in effectu ibi tenet quòd filius debet laudare & facere inueſtiturã: quia
1 iſtud † pertinet ad dominũ. ergo intelligitur de vero domino, & non vſufructuario. l. j. ff. ſi ager vectigal. & ita tenet Baptiſt. in d. ſumma baptiſtina, licèt filius debeat reſtituere laudimiũ, cùm ſit legitimus adminiſtrator, & habeat vſum fructum: ſecundũ ipſum, ſuper verbo, emphyteuſis. q. xvj. Et iſtud poſſet adaptari vſufructuario vel marito, qui dicitur dñs rei dotalis cui deberet applicari laudimiũ.

ARGVMENTVM.

Laudimia ſi cõtractus reſcindatur, an repeti poſsint

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum minorem maiorem repreſentat: ſolemnitatis defectum ſupplet, & contractum cõfirmat.*
2 *Iuramentum appoſitum in contractu quo renũtiatum fuit beneficio reſtitutionis in integrum ex quauis cauſa, ad quam reſtitutionem referatur.*
3 *Mandatum ſpeciale de uendendo ſeu permutando quòd intelligatur iuſto pretio interueniẽte nullo alio apparẽte.*

Quæſtio DCVI.

QVAERITVR ſuper viſitatione cuiuſdã inſtrumenti permutationis factę de anno natiuitatis domini 1499. die xvj. menſis Octobr. vbi in effectu Ianinus de Aquis de Voyrone & Claudia Brotelle eius vxor ex vna parte. & Franciſcus Ruffi aliàs Magnim nomine ſuo proprio & Iacobi Ruffi eius fratris, pro quo ſe fortè facit de rato habendo, & ibi etiã aſſeritur cõſtare de eius procuratorio per eundẽ notariũ. dictæ partes, adinuicem permutauerunt de duabus domibus ibidem deſignatis. Et ibidẽ d. Ianinus de Aquis & eius vxor pro turnis ſeu plurivaliẽtia tradiderũt d. Frãc. Ruffi cc. floren. monetę debilis, quos cõfeſſus fuit habuiſſe d. Franciſ. Ruffi tàm nomine ſuo quã d. eius fratris rogantes dictę partes dñi noſtri Delphini ſeu caſtellani

Voyronis, ꝙ velit inueſtire & retinere d.partes no
mine Delphinali cum clauſula prȩcarij hincinde
& cum iuraméto de non cótraueniédo, dando etiã
pluris valentiã etiam renuntiãdo iuri quo læſis ſeu
deceptis ſubuenitur beneficio reſtitutionis in inte-
grum ex cauſa quauis.& aliàs, prout ibi pleniùs có
tinetur.& conſequenter de eod.anno & die xix.mé
ſis Octobr.nobilis Claudius Alhiondi vicecaſtella
nus Voyronis dictos Ianinum de Aquis & Claudiã
Brotellȩ cóiugesde d.cambio in quantũ ipſos con-
cernit inueſtiuit & retinuit, & cõfeſſus fuit habuiſ
ſe laudes& vẽtas ſaluo iure d.dñi noſtri Delphi.ſui
cenſus & quocũq; alieno, viſis etiã literis expoſito
rijs d.Ianini de Aquis in curia Grayſinodani impe
tratis, vbi narratur d.permutatio facta&quoad di-
ctos cc.florenos.pro turnis ſeu pluri valẽtia d.Fráci
ſcus Ruffi remiſit in reſpóſum dictũ Ianinũ de A-
quis erga nobilẽ Guigonẽ Dorgeſia.& cùm d.Iani
nus voluiſſet intrare d.domũ quidã vocatus Callon
dus Pellati occupauit & occupat d.domũ, qui ſe aſ
ſerit tenere locatiõis nomine à d. Frãc.Ruffi.Et in
cõcluſiõe mãdatur cogi & cõpelli ad vacuandũ.&
in caſu oppõſitiõis.& fuit lis cóteſtata ſup d.literis
expoſitorjis.& interuenerũt in cauſa d.Frãc.& Iac.
Ruffi.pro d.Callõde pellati.& tandẽ fuerũt dati ar
ticuli declaratorij pro parte d.Ianini de Aquis. Et
in v.arti.deducitur,ꝙ de tẽpore dictarũ permutatio
num d.Fráciſcus Ruffi gerebat negotia d.Iacobi
eius fratris&pro eius procuratore ſeu negotiorũ ge
ſtor habebatur & reputabatur. & in cõcluſione có
cluditur dictã domũ ſpectare & pertinere dicto de
Aquis & eius vxori. & deinde dict.Pellati & alios
ocupatores condẽnari ad tradendũ, relaxandũ &
vacuandũ d.de Aquis & eius vxori dictã domum
cum fructibus de iure debitis detractis de iure de-
trahendis, & cõſequenter etiam præſupponitur ꝙ
pendet lis in curia officialatus Grationop. ſuper di
ſpẽſatione iuramẽti.vbi d.Fráciſcus Ruffi prȩtẽdit
ſe minorẽ xxv.annis & læſum in d.contractu, pe-
tendo ſibi ſubueniri per beneficium in integrũ re-
ſtitutionis minoris ætatis.Nunc quæritur quid iu-
ris,& an debeatur laudimiũ: & ſi fuerit ſolutũ, an
ſit locus repetitioni Et in effectu quoad partem do
mus d.Franciſci debet remanere valida d.permuta
tio.l.ſi fratris.C.cõi.vtriuſq; iudic.l.j.& l.falſo.& l.
portentũ.C.de cõi. re.alie.Quantũ autẽ ad partẽ d.
Iacobi Ruffi,non habet ſibi præiudicare vt ibi ha-
betur.Non obſtat inquantũ d.Fráciſcus Ruffi prȩ
tendit ſe minorẽ xxv.annis:quia licèt ſit iam pubes
1 & excedat xxiij.annũ:† tamen iuramentum ipſum
reprȩſentat maiorẽ,& ſupplet defectum ſolẽnitatis
& confirmat cõtractũ. authẽ.ſacraméta puberũ.C.
ſi aduerſus vẽdi.&per glo. in l.ij.C.de reſcind.vẽdi.
& in c.penul.de empt.&vẽdi.Et licèt ſecundũ Cyn.
in d.l.ij.poſt Dinũ in vj.q.voluerit tenere,ꝙ iuramẽ
tũ non excludat minorẽ à beneficio reſtitutionis in
integrũ ratiõe minoris ætatis, niſi minor fuerit cer
tioratus.l.fi.ff.ad Vellei.iuxt.not.per glo.in l.ſcien
dũ.ff.de verb.oblig.tamen ſecundũ Bar.in d.authẽ.
ſacramenta puberũ.& in l.ſi duo patroni.§.idẽ Iu-
lianus.ff.de iure iurã.iuramentũ excludit minorẽ à
tali beneficio:quia trahitur ad incognita. & iſtam
partẽ tenet Alex.de Imo.in d.l.ſciendũ.& maximè
in caſu iſto, vbi fuit renuntiatũ beneficio reſtitutio
2 nis in integrũ ex quauis cauſa:& † ſic non pót refer
ri,niſi ad bñficiũ reſtitutiõis in integrũ minoris æ-
tatis,maximè cùm nõ fuerit deceptio vltra dimidiã
iuſti pretij:& ſufficit in genere cogitaſſe de tali be-
neficio. argu.l.qui iure militari.ff.de teſta.mili.pro
quo facit natura illius vniuerſalis,ex quauis cauſa,
quæ debet operari effectũ vt aliquid comprehen-
dat.iuxta not. per Bald.in l.j.ff. de noui oper. nun-
ci.in xxxiiij.q. Non obſtat etiã in quantũ d.Fráci.
Ruffi prȩtẽdatur eſſe prucurator d.Iaco. Ruffi ſui
fratris advendendũ:quia non apparet de iſto mãda
to,licèt requireretur ſpeciale mandatũ advẽdendũ.
l.ſi procurator.& l.ſi pretiũ.C.de procur.& l. ſi libe
rã.C.quod cũ eo.l.procurator totorũ.ff. de procur.
3 Quinimò vbi † interueniſſet ſpeciale mandatũ ad
alienãdũ,permutãdum,vel vẽdendũ intelligeretur
ꝙ alienaretur iuſto pretio alio non apparẽte.l.ſi fi-
deiuſſor.§.meminiſſe.ff.de lega.j.& ibi Bar.Et iſto
caſu poſſet reſcindi cõtractus ratione deceptionis
pretij etiã ſi ſit deceptio citra dimidiã iuſti pretij,qñ
fit venditio per procuratorẽ:ſcđm Bart.in l. ſi ſocie
tatẽ.§.arbitrorũ.ff. pro ſocio.quia in dubio dñs in-
telligitur mãdare,ꝙ vendatur iuſto pretio prout ſu
pra dictũ fuit.Et ex prȩmiſſis apparet ꝙ debetur lau
dimiũ dño directo pro parte domus permutatȩ d.
Franc.Ruffi:& pro alia parte d.Iacobi Ruffi non
debeatur laudimiũ,cũ nõ tenuerit cõtractus ad ſui
prȩiudiciũ:iuxt.not.per Bal.in l.ij.C.de epiſco. au-
dien.Et per Iaſ.in l.fi.C.de iur.emphy.circa fi. licèt
d.Frãci.Ruffi,teneretur ad intereſſe,cũ promiſerit
ratificari facere,& etiã teneatur iuſtificari de ſuffi-
ciẽti mãdato:iuxt.not.per Bart.in l.procurator,qui
pro euictiõe.ff.de procu.& in l.ciuitas.ff.ſi cer.pet.

ARGVMENTVM.

Vaſallus vel emphyteuta emphyteuſis inſtrumen-
tum domino,an & quando oſtendere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta inſtrumentum emphyteuſis domino oſtende-
re iuramento de calumnia præſtito tenetur.*
2 *Emphyteuta negans ſe emphyteutam ſuæ poſſeßionis titu
lum oſtendere non tenetur.*
3 *Emphyteuta qui fatetur emphyteuſim, & negat ſe habere
inſtrumentum: quòd ab emphyteuſi incontinenti expel
li poßit.*
4 *Vaſallus inſtrumentum domino oſtendere tenetur.*

Quæſtio DCVII.

QVAERITVR an emphyteuta vel vaſal
lus teneantur oſtendere domino inſtrumen-
tum emphyteuſis vel inueſtiturȩ.Spec.in tit.de em-
phyt.§.nunc aliqua.verſic.lxiiij.& verſic. cxlj.cum
1 ſeq. † videtur tenere ꝙ ſic:per text.in l.prȩtor ait.§.
j.ff.de eden.dum tamẽ iuret de calumnia.& ibi per
2 Ang.& hoc verũ † niſi emphyteuta negaret ſe em-
phyteutam:quia tunc poſsideret pro ſuo. Et nemo
tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſsionis. l.cogi.
C.de petiti.hære.aliàs ſecus:ſecundũ Bal.& Iaſ. in
l.ſi legatũ.ff.de edẽ.Quinimò ſecundũ Ang.in d.l.
3 prȩtor.§.j.ſi† emphyteuta cõfiteatur emphyteuſim,
ſed negat ſe habere inſtrumentũ:tũc dñs poteſt ip-
ſum expellere incõtinenti:quia tũc prȩſumitur em-
phyteuſis finita,niſi emphyteuta ſoluiſſet per xxx.
annos:quia tũc præſumeretur emphyteuſis perpe-
tua:ſecundũ Iaſ.in l.ij.C.de iur.emph.Bal.& Ang.
in d.l.

4 in d.l. prætor ait. idem in vaſallo † vt teneatur oſtendere inſtrumentum dño: ſecundũ glo. in c. illud. de prohibi. feud. alie. per Frederic. in l. ij. C. quando & quib. quarta pars. lib. x. & Iaſ. in dict. l. ſi legatum. ff. de edend.

ARGVMENTVM.

Laudemia debentur nedũ in exvenditione albernagij aquagij, ſed etiam ex eo quod ex aquarum decurſu pretium auctum eſt.

SVMMARIVM

1 *Aquæ decurſus ius, ſeruitus eſt realis.*

2 *Laudimium debetur ex ſeruitutis realis uenditione, & etiã ex quo pretium eſt augmentatum.*

Quæſtio DCVIII.

QVAERITVR ſuper quodam facto tali in quo prętenditur ꝙ nobilis Antho. Garini habebat quandã petiam prati francã, attamen ipſe recepit in albergamentũ & emphyteuſim quandã inſulã dictę petiæ prati contiguã cum albernagio cuiuſdã aquagij, ſub cenſu annuo triũ ſolidorũ. de quo albernagio & aquagio rigabatur etiam d. pratum: & conſequẽter d. Garini, vendidit d. pratũ frãcum pretio ccc. florenorũ: & dictã inſulã cum albernagio pretio xx. florenorũ. Nunc dñs directus petit laudes & ventas etiam ratione prati propter d. albernagium quod habet in d. prato franco, ſaltẽ inquantum d. pratũ eſt melioratũ ratione d. albernagij, & pretiũ augmentatũ. Et in effectu licèt poſſet

1 argui pro & contra: † quia dictũ albernagiũ cedit ſolo, & venit acceſſoriè, cùm ſit ſeruitus realis. l. ſi aquę. ff. de cõtrahen. empt. c. j. §. ſed cõtrario. de inueſtitur. de re alie. fact. & acceſſoriũ debet ſequi na

2 turam principalis: vt in regula iur. † Verũtamen de iſto decurſu aquę inquantũ pretiũ augmentatur videtur ꝙ debeatur laudimium rata pro rata: iuxta not. per Spec. in tit. de emphy. §. nunc aliqua. verſi. cxix. & per Iaſ. in repeti. l. fi. C. de iur. emphy. in xv. notabili q. iiij. & ita intelligo ꝙ ita vſitatur in hac patria ſaltem in aliquibus locis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in actione perſonali non niſi uocatis nocet.*

2 *Ius metitur ex actoris facto.*

3 *Dominium in factis antiquis per famam probari poteſt.*

4 *Factum antiquum dicitur etiam reſpectu quadraginta annorum.*

5 *Probatio leuis fortuiti caſus ratione ſufficit.*

6 *Iuſtificans de antiquiori poſſeſſione ſententiam reportare debet.*

7 *Recognitio alteri, quàm uero domino facta, uero domino non nocet.*

8 *Recognitionibus dominium non probari regulare.*

9 *Recognitionibus antiquis dominium probari.*

10 *Recitatio communis loci in factis antiquis ad dominij probationem ſufficit.*

Quæſtio DCIX.

QVAERITVR ſuper diffinitione huiuſmodi proceſſus ſupplicãtis nobilis Ioannis de Chãberãco & nobilis Andreę de Claueyſone per d. de Chamberanco euocati ex vna: & nobiliũ Bertholomei, & Petri Colũbi partibus ex altera. Principaliter eſt videndũ ſuper pactis ſubſcriptis pro iure & iuſtitia dictorũ de Chamberãco & de Claueyſone. Et primò præmittendum eſt, quòd dict. Columbi ſunt actores orignarij in huiuſmodi cauſa: quia dict. de Chaberanco purgauit contumaciam & dict. Columbi dederunt eorum ſupplicationem & literas loco petitionis, prout apparet actis, fol. xxiij. & quæ ſupplicatio dictorum Colũbi inſeritur actis, fol. v. vbi in concluſione petunt cõpelli d. de Chamberãco poſſeſſorẽ cuiuſdã prati ibi deſignati ad recognoſcendum dictum Columbi, & laudes & ventas ſoluendo in vim cuiuſdã ſententiæ latæ cõtra Ioannẽ Richardi. & quod pratum d. de Chãberãco cõfeſſus fuit tenere & poſsidere prout apparet actis, fo. 32. licèt in d. interrogatorio nõ deſignetur quãtitas nec minus ſeyturarũ prati. Et cõſequẽter faciũt d. artic. pro parte dictorũ Colũbi incipiẽte pro declaratione. idem cõcludent. & per conſequens talis concluſio non procedit de iure: quia ſi conſtet & apparet de d. ſententia lata ad vtilitatem dictorũ Columbi in actione perſonali contra dictũ Ioannẽ Richardum ad recognoſcendũ d. pratum ſub cẽſu annuo duorũ ſeſtariorũ frumẽti nõ debet afferre præiudiciũ dictis de Chãberãco. & Claueyſone, cùm non fuerint vocati. toto titul. C. quib. re. iudic. non noc. l. j. C. res inter alios acta. & maximè etiam quia diuerſificatur modus agẽdi quò ad laudes & ventas, & quæ non fuerant petitæ in d. ſententia lata cõtra d. Ioan. Richardi. Secundò conſiderandũ eſt, ꝙ in huiuſmodi cauſa d. de Claueyſone fuit euocatus pro parte dicti de Chãberãco, qui aſſumpſit in ſe cauſam pro d. de Chãberãco. & qui declarauit eius iura in eius artic. exordiẽ. Nobilis, actis, fol. xliij. & etiã in quibuſdã alijs artic. exordiẽ. Quia nobilis Andræas, actis, fol. lxij. & ideò videndum eſt ex quo ſunt duo cõpetitores prætextu dict. prati contra d. de Chamberãco, reum, quis melius ipſorum cõpetitorũ iuſtificauerunt de iure ſuo reſpectu directi dominij d. prati de quo agitur: iuxt. l. his à quo. ff. de rei vendic. & c. cùm ſuper. de ſenten. & re iudic. licèt d. de Chamberãco in eius articulis exordien. nobilis, actis, fol. v. appoſuerit exceptionẽ pluris petitionis aduerſus d. Columbi, volendo prętendere ꝙ d. Colũbi petierint recognoſci d. pratũ continẽs xij ſeſtariatas. Sed ex aduerſo d. de Chãberãco prętendit ꝙ non cõtinet niſi iiij. ſeſtariatas cõprehenſo prato acquiſito à Taſsino Girardi, & quod pratũ d. de Chamberãco acquiſiuit à nobili Gulielmo Gotefredi. Sed quia d. Columbi ſunt a-

2 ctores originarij. Et † ex facto actoris ius metimur. l. j. ff. ſi pars hære. peta. ideò videndũ eſt primò de iure vel non iure dictorũ actorũ. & conſequenter de iure & tit. d. de Claueyſone. Nam d. Columbi primò iuſtificauerũt in hoc proceſſu, fol. cxl. de quodã inſtrumẽto vẽditionis factę per Thomã & Ioannẽ Richardi: aliàs Michaeli nobili Petro Colũbi patri dictorũ actorũ de anno incarnationis 1473. die penul. menſis Septẽb. vbi vẽdiderunt quinq; ſeſtaria vnam cymam & vnam cuppam frumenti cenſualia de puro mero & franco allodio cum omni directo dominio ſuper certis fauaterijs ibi deſignatis de certa parte, & reſiduum dictorum cenſuum vendiderunt ſub certis poſſeſsionibus quas aſſerunt eſſe francas, pretio & nomine pretij. xliiij. ſcutorũ auri Regis nouorũ. deinde d. vẽditores de anno 1474. die xxv. menſis Iullij recognouerũt tenere quoddã pratũ continens circa xij. ſeſtariatas ibi cõfinatas ſitũ in parœcia Arceaſsi. & inter alios cõ-

fines, cõfinatur iuxta aliud pratũ dictorũ recognoſcentiũ acquiſitũ à Taſsino Girardi. & vlterius produxerũt dicti Colũbi quoddam inſtrumentũ tranſactionis, actis, fol. 49. inter dictos actores ex vna, & d. Ioannẽ Michaelẽ ex alia. de anno 1486. & die vij. menſis Maij vbi inter cętera fuit actũ, ꝙ d. Ioãnes Michael teneatur recognitionem facere dictis Colũbi cenſus & ſeruitia vendita eorũ patri per d. Michaeles. & cõſequenter etiã d. Colũbi produxerũt quandã ſententiã latam in hac curia ad inſtantiam dictorũ Columbi cõtra d. Ioannẽ Michaelis, vbi inter cætera fuit cõdemnatus ad recognoſcendũ res & poſſeſsiones deſignatas in articulis dictis Columbi de eorũ directo dñio, & aliàs prout apparet tenore d. ſententię, actis, fol. 177. & ſeq. latę de anno dñi 1508. die xx. menſis Septẽbr. Et vlterius d. Columbi fecerunt examinari certos teſtes, actis, fol. 73. ſup dictis eorũ articulis exordieñ. ¦Pro declaratione ſuper xij. & xiij. articulis de cõſuetudine experiendi per dños directos cõtra poſſeſſores rerum emphyteuticarũ ad recognoſcendũ, & ad ſoluendũ laudes & ventas. & etiã probauerũt d. Colũbi ꝙ de tẽpore recognitiõis factę per d. Thomã & Ioannẽ Vialis, ꝓ ipſi tenebãt & poſsidebant d. pratũ, & ꝙ eſt eadem res quę eſt deſignata in d. interrogatorio. Sed ex aduerſo pro parte d. de Claueyſone fuit probatũ de iure petitorij & directi dominij. Primò per recognitionẽ productam in actis, fol. 127. de anno 1327. die j. menſis Auguſti, vbi Petrus Chappeti recognouit tenere de directo dominio nobilis Guilielmi de Chaueyſone quoddã pratũ ſitũ ad Arſey ibi confinatũ ſub cẽſu annuo vnius quartalis frumẽti. Et pariter fuit producta alia recognitio actis, fol. 138. de anno domini 1441. die vj. menſis Iunij vbi Anthonia vxor relicta Ioan. Guichardi confitetur tenere de directo dominio nobilis Ioannis de Claueyſone quandã petiã prati ſitam apud Arſey continẽ. quatuor ſeſtariatas ſub cenſu annuo ſex denariorũ, & aliàs prout ibi cõtinetur. & pariter fuerũt examinati teſtes pro parte d. de Claueyſone actis, fol. 85. ſuper j. & ij. articulis, incipien. Nobilis Andræas de voce & fama qualiter d. pratũ, de quo agitur, mouetur de directo dominio d. de Claueyſone & ſuorũ prædeceſſorum etiã ex auditu dici à ſenioribus loci. & ꝙ adhuc appellatur d. pratũ, pratũ

3 Ruatorum. † Et ita etiam per vocẽ & famã in factis de antiquo poteſt probari dominiũ. iuxt. nota. per glo. Bar. & Bal. in l. proprietatis. C. de proba. & per Ang. in l. at qui natura. §. cùm me abſente. ff. de nego. geſt. & per Bal. in l. indicia. & l. cùm ſuper. C. de rei vendi. Quinimò, quãdo non poteſt apparere de tit. ſufficit probare, ꝙ ſui prædeceſſores tenuerũt & poſſederunt: ſecundum Bart. in l. Celſus ff. de vſucap. & pariter fuit probatũ ſuper v. & vj. artic. & Bald. in authẽ. ſi quas ruinas, circa finem. C. de ſacro ſanct. eccl. † Et dicitur factũ antiquũ etiã reſpectu temporis xl. annorũ: ſecundũ Anto. de Butri. in c. veniens. le j. de teſti. & per Alex. de Imol. in addi. ad Barto. in dict. l. proprietatis. faciunt not. per Cy. & Barto. in l. ſi quidem. C. ſoluto matrimonio. ꝙ tempore recognitionum dict. de Claueyſone, quòd dicti tenementarij tenebant: quia de conſuetudine tales recognitiones non ſunt ſolitę fieri niſi per tenementarios: & ſufficiat probatio coniecturalis,

4 (margin number beside "cro ſanct. eccl.")

vbi non poteſt haberi vera. l. non omnis. §. à Barbaris. ff. de re mili. ſecundũ Barto. in l. in illa. in fi. ff. de verbo. obli. & Bal. in d. authen. quas actiones. circa fi. Et pariter d. teſtes dicti Claueyſone deponunt ſuper identitate rei ꝙ d. pratum deſignatũ in recognitionibus dictorũ de Claueyſone, eſt vna eadẽ res de qua agitur in hoc proceſſu. Et aliàs prout plenius continetur in d. examinatiõibus teſtiũ dicti de Claueyſone. & eodẽ modo deponũt teſtes d. de Chãbe. cũ actis, fol. 104. ſuper xvij. articulo qualiter d. pratũ de quo agitur mouetur de directo dñio d. de Claueyſone & ſuorũ prędeceſſorũ, & clarius deponũt teſtes d. de Clauey. in ij. examine ſuorũ teſtiũ actis, fo. xij. ſuper eorũ articul. incipi. Quia nobilis. & qualiter aliqui teſtes deponũt, ꝙ viderunt nobilẽ Guillemũ de Claueyſone patronũ magnum d. Andreæ & qualier eſt eius ſucceſſor & hæres, & d. Ioannis de Claueyſone eius patris. Et pariter deponunt de incendio domus patris d. Andreæ & ſuarũ ſcripturarum & recognitionũ. ita ꝙ cæteris paribus magis iuſtificatur de dñio directo d. Claueyſone, quã dictorũ Columbi. Et ideò propter incendiũ d. nobilis quondã Ioannes de Claueyſone pater dicti Andreæ obtinuit literas domini Ludouici Delphini ad renouandum eius recognitiones, prout apparet

5 actis. fol. 187. † ita ratione caſus fortuiti ſufficeret leuis probatio. l. ſicut. & l. emancipatione. C. de fide inſtru. l. teſtium. C. de teſti. Et ex hoc infert ibi ſingulariter Salic. quòd licèt regulariter in teſtamentis requirantur ſeptẽ teſtes: tamen de prędicta ſcriptura teſtamenti ſufficerent duo teſtes. Tum etiã ex quo dictus de Claueyſone iuſtificauerit de antiquiori titulo, & antiquiori poſſeſsione, cæteris paribus debet obtinere. c. licèt. de proba. ſecũdum Bal. in eius diſputatione incipien. Accuſatus, quẽ refert & ſequitur Alex. de Imol. l. ſi duo. in princip. ff. vti poſsi. ſi cuti ſolet dici in interdicto vti poſsi. vbi ille

6 qui † iuſtificat de antiquiori poſſeſsione obtinere debet: quia alia poſſeſsio, prę ſumetur clandeſtina: ſecũdum Bart. in d. l. ſi duo. & in l. ſi de eo. §. fi. ff. de acqui. poſſ. & ita eſt in ꝓpoſito: quia d. de Claueyſone iuſtificauit de antiquioribus recognitiõibus ita ꝙ recognitio facta per Thomã & Io. Michaelẽ aliàs Richardi quæ fuit poſterior, prę ſumitur clande-

7 ſtina: adeò † ꝙ quando tenementarius recognoſcit alteri quã verò domino non habet præiudicare: ſecundum Hoſti. quẽ refert & ſeq. Panor. in c. verũ. circa finẽ. de poſtu. Nec obſtat præmiſs. ſi dicatur

8 ꝙ per † recognitionẽ non videtur probari dominiũ, cùm non ſit titulus, ſed confeſsio extraiudicialis: Quia ad iſtud reſpõdetur, quòd licèt cõfeſsio extraiudicialis in actu reali ſit valida, etiã ſine cauſa: ſecundum Cyn. Bar. & Ang. in l. generaliter. C. de nõ nume. pecu. & Spec. in tit. de cõfeſ. §. nunc videndũ.

9 verſic. in ſumma. Veruntamen in caſu iſto † ex quo dict. recognitiones ſunt de antiquo, per ipſas probatur dominium, prout ſupradictum fuit de fama. Quinimò ſecundum do. Gui. Pap. deci. lxxij. per recognitiones probatur dominiũ etiam ſi agatur cõtra tertium: & ita refert obſeruari de conſuetudine in hac patria. Et maximè quia vtraq; pars deduxit conſuetudinẽ in hoc proceſſu, & probauit ꝙ poteſt agi per dominos directos cõtra tertios poſſeſſores ad recognoſcẽdum. Prætereà fuit probatũ pro parte dicti

te dicti de Claueyſone per teſtes antiquos, ꝙ dictũ pratum de quo agitur, mouetur de directo dominio d de Claueyſonę & ſuorum prædeceſſorũ. & ita per huiuſmodi poteſt probari dominiũ in factis de antiquo: ſecundum Io. Fab. inſtitu. de actio. §. omniũ. circa finẽ, & Bald. in l. conuenticulam. C. de epiſco.
10 & cler. vbi tenet, ꝙ ad † probationem dominij in factis de antiquo, ſufficit cõmunis reputatio loci. Nam etiam per verba enuntiatiua inſtrumenti põt probari dominium in ſactis de antiquo. c. cùm cau ſam. cum ibi not. de probati. iuxt. not. per glo. Bart. & Salic. in l. cùm aliquis. C de iure deliberan. Nec poteſt dici fuiſſe præſcriptum directum dominium dicti de Claueyſone, cùm non preſcribatur. l. cùm notiſsimi. §. nulla. & l. malè agitur. cum ibi no. C. de præſcript. xxx. vel xl. annor. & maximè cùm à tempore dictæ prætenſę regnitionis dictorũ Thomæ & Ioan. Michaël:, aliàs Richardi, ab anno domini 1474. die xxv. menſis Iullij vſque ad incohationẽ huius litis de anno domini 1490. die iij. menſis Iunij nondum erant elapſi quatuordecim anni.

ARGVMENTVM.

Dominus directus ius ſaiſiendi & diſaiſiendi, an habeat.

SVMMAVIVM.

1 *Iuriſdictio pactis priuatorum tribui non poteſt.*
2 *Iurſdictio ſimplicis emphyteuſis ratione dominis directis non competit.*
3 *Domini directi de conſuetudine Franciæ pro ſolutione cenſus conſequenda uadiare & ſaiſire poſſunt.*

Quæſtio DCX.

QVAERITVR an dominus directus habeat ius ſaiſiendi ſeu diſaiſiendi rem ſuper quia debetur cenſus. Et præſertim qñ in recognitione fit mẽtio ꝙ dominus directus habeat ius ſaiſiẽdi
1 & diſaiſiẽdi, & vadiandi. Dubium facit: quia † priuatorum conſenſus non poteſt tribuere iuriſdictio-
2 nem. l. priuatorum. C. de iuriſd. om. iudic. † Nam ratione ſimplicis emphyteuſis non cõpetit iuriſdictio domino directo: ſecundum domi. Iaſo. in repetitio. l. j. C. de iur. emphyte. in xxiiij. col. quia iuriſdictio dicitur de publico cum poteſtate ſtatuendi: ſecundum glo. in l. ij. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. licèt ſecundum Ioan. Fabr. inſtitu. de interdict. §. retinen-
3 dæ. † In regno Fanciæ de conſuetudine domini directi pro ſolutione cenſus habeat ius vadiãdi, & ſaiſiendi. Et iſtud facit pro conſuetudine in aliquibus locis, vbi domini directi faciunt apponi crucem, vt quis non habeat intrare poſſeſsionẽ: niſi ſolutis iuribus domini directi. Et preſertim quando dñs directus aliàs habet iuriſdictionẽ in loco. vide in libertatibus patrię. c. xij. vbi domini directi habẽt ius ſaiſiendi & pronuntiãdi cõmiſſum. vide Ludo. de Roma. cõſi. ccxij. in ij. dubio, qui tenet, ꝙ iudex ordinarius vbi ſituatur res emphyteuticaria eſt iudex cõpetens, licèt arguat an ſit idem ſicut in feudo, quòd dominus feudi, vel pares curiæ cognoſcant.

ARGVMENTVM.

Dominus directus an fructus ſuos faciat rei emphyteuticariæ ſibi per emphyteutam in pignus datæ.

SVMMARIVM.

1 *Dñs fundi ſibi pignerati per uaſallum fructus ſuos facit.*
2 *Quid ſi emphyteuta impignoraret domino directo fundum emphyteuticarum?*
3 *Argumentatio an bona ſit de feudo ad emphyteuſim, & econtrà.*

Quæſtio DCXI.

QVAERITVR quando emphyteuta tradit in pignus dño directo rem emphyteuticariã pro aliqua ſumma: an dñs directus interim lucretur fructus. Et videretur dicendũ ꝙ ſic: ſicuti de va-
1 ſallo dicitur, † quãdo impignorat ſeu tradit feudum dño in pignus. c. j. de feu. c. j. & c. cõqueſtus. de vſu. & licèt aliqui velint tenere, ꝙ ſit ſpeciale in feudo eccleſię: tamẽ ſecundũ cõmunem opinionẽ, glo. & doct. idẽ eſt de feudo laici: ſed quò ad emphyteuſim non loquuntur ſpecificè d. iura. & ideò in hoc eſſet adeundus Papa: ſecundũ Inno. & Io. And. in d. c. j.
2 de feu. ſed Hoſti. videtur tenere, † ꝙ ſit idem in emphyteuſi cũ ſit eadẽ ratio: quia dñs habet proprietatem & dominiũ directũ: & eadẽ ratio militat in emphyteuſi, vt interim dñs directus lucretur fructus. & iſtã partẽ videtur tenere Io. de Imol. in d. c. j. de feud. & Lau. de Redolph. in repeti. c. cõſuluit. de vſu. in 50. q. Io. verò de Ana. in d. c. cõqueſtus. dicit ꝙ iſta queſtio depẽdet ab alia qõe, videlicèt ſi iura quę
3 adaptãtur in feudo habeãt locũ in emphyteuſi, † & an ſit bonũ argumẽtũ de feudo ad emphyteuſim, & econtrà: quia in caſibus in quibus iura feudorũ diſponũt cõtra ius cõe non eſſet bonũ argu. de vno ad aliud. de quo per Bar. in l. ſi mihi & Titio. ff. de verbo. obli. & latè per Iaſ. in repeti. l. j. C. de iur. emphy.

ARGVMENTVM.

Laũdimium quando debetur ad rationẽ tertij quo modò ſoluendum.

Quæſtio DCXII.

QVAERITVR quando laudimiũ debetur ad rationẽ tertij denarij, an intelligatur de medietate pretij iuxta cõſuetudinẽ loci. Et in effectu ſuper hoc fuit lata ſententia declaratoria per curiã parlamẽti Delphi. de anno 381. die penul. mẽſis Februa. in manibus magiſtri Amblardi Chaſtagny in cauſa hominum Montiſlerij, Charpeyſij, Alexan. cõtra pręceptorẽ ſancti Vincẽtij & alios eccleſiaſticos, & nobiles patrię Valẽtię de declaratiõe laudimij ad rationẽ tertij deñ. qđ debetur ad ratio nõ dimidij pretij. & etiã vt fertur, etiã hodie de hoc tẽpore de anno dñi 1509. die mẽſis Noueb. ventillatur cauſa in manibus Galliſſeti inter nobiles de Gi naſio, & certos alios occaſiõe pręmiſſorũ, vbi fuit ꝓducta d. ſentẽtia ꝓ parte eccleſiaſticorũ & nobil.

ARGVMENTVM

Tempus quale ſtatutum ſit in emphyteuſi principis au noc vt locus ſit commiſſo.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, fiſcus & reſpublica æquiparantur.*

Quæſtio DCIII.

QVAERITVR quale tẽpus ſtatuitur in emphyteuſi principis, quãdo emphyteuta ceſſat ſoluere. Et videtur dicendũ ꝙ bienniũ, ſicuti in eccleſia dicitur aliàs lapſo biennio cadit in cõmiſſum. cap. potuit. de loca. authen. qui rem. C. de ſacr.
1 ſanct. eccleſi. † quia eccleſia, fiſcus & respublica æquiparantur. l. fi. C. de ſacr. ſanct. eccle. & hoc tenet glo. in l. vectigalia. ff. de publica. & Fely. in l. ſi tutoris. C. de adminiſt. tutor.

ARGVMENTVM.

Dominus an recipiendo ſolutionem præteriti temporis ſibi præiudicet in pœna commiſsi. Et quid ſi ſaluo ſuo iure recipiat.

SVMMARIVM.

1 *Dominus temporalis ſolutionem recipiẽdo quòd pœna cõmiſſi renuntiare cenſeatur.*

2 *Eccleſia non obſtante quòd canonem pro præterito recepe rit, commiſſi pœnam & deteriorationem petere poteſt.*

3 *Dominus recipiendo penſionem pro præterito cum proteſtatione in iure ſibi non præiudicat: ſecus ſi pro futuro tempore.*

4 *Proteſtatio ius in futurum præſeruat.*

5 *Proteſtatio ad hoc ut ualeat, ſufficit ut corã eo, cui intereſt: fiat, nec illius conſenſus requiritur.*

Quæſtio DCXIIII.

QVAERITVR quando emphyteuta eccleſię ceſſauit à ſolutiõe canonis ſeu cẽſus per bienniũ, & emphyteuta priuati per trienniũ, an dñs recipiẽdo ſolutionẽ cenſus pro tẽpore pręterito ſibi pręiudicet in pœna cõmiſsi, vt nõ poſsit expelli emphyteuta: & quid iuris quando dominus fuit prote-
1 ſtatus ſaluo iure ſuo. Et in effectu † in emphyteuta priuati recipiẽdo ſolutionem dominus cenſetur renuntiare pœnæ commiſsi. argumen. l. poſt diem. ff. de leg. commiſ. l. commiſſoriæ. C. eod. tit. & hoc tenet glo. in l. ij. C. de iure emphyteu. ſuper verbo, re-
2 pellere: ſecus in emphyteuta eccleſiæ: † quia eccleſia adhuc poſſet petere commiſsionẽ preteriti temporis aut deteriorationem. authen. qui rem. C. de ſacro ſanct. eccle. Et hoc verum quando eccleſia eſſet collegiata, & prælatus ſine conſenſu capituli peteret penſionem: quia non fieret præiudicium eccleſiæ in pœna commiſsi: ſecus ſi reciperet penſionem de conſenſu capituli: quia tunc præiudicaret eccleſiæ: ſecundum glo. in cap. potuit. de loca. niſi capitulum ex poſt cõſenſiſſet: per iura ibi allegata: & quãdo rector eccleſię vel capellæ eſſet ſolus: quia recipiendo ſolutionẽ præiudicaret eccleſiæ, vt non poſſit expelli emphyteuta. & ſic ſentit glo. quòd tantã habet poteſtatem ſolus rector in eccleſia non collegiata quantam habeat in eccleſia collegiata præla-
3 tus cum cõſenſu capituli. de quo ibi per doct. † Sed quando interuenit proteſtatio ex parte domini: tũc non faciet præiudicium domino recipiẽdo ſolutionem. arg. l. ij. in princip. ff. ſi quis cauti. & hoc tenet Spec. in ti. de emphy. §. nũc aliqua, verſ. xxv. & Bal. in d. l. ij. Alex. ibi, licèt Bar. in d. l. ij. C. de iur. emphy. teneat, ꝙ recipiendo penſionẽ pręteriti tẽporis non fiat ſibi præiudiciũ: ſecus ſi recipiat penſionem pro futuro tẽpore, niſi proteſtaretur: ſed cõmuniter tenetur, ꝙ recipiendo penſionẽ pro tẽpore futuro etiã cum proteſtatione fit ſibi pręiudiciũ: quia talis proteſtatio eſt contraria facto: ſecundum Iaſ. in dict. l. ij. C. de iur. emphyteu. ſuper glo. in verb. repellere. & in dict. l. ij. ff. ſi quis cau. in princip. ſed an requiratur quòd talis proteſtatio fiat parte præſente &
4 conſentiente. Et in effectu † licèt proteſtatio pręſeruet ius in futurum. l. fi. §. item ſi prædixerit. ff. nau. caupo. l. ſi debitor. §. j. ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſol. l. at ſi quis. §. pleriq;. ff. de religi. & ſump. fune. l. pro hærede. in princ. l. qui in alienã. §. Celſus. ff. de acquir. hære. cum ſimilibus: tamen in actu qui pendet ex poteſtate mea & alterius, requiritur ꝙ fiat pręſenti & conſentienti. d. §. item ſi prædixerit. licèt glo. ibi dicat, maximè ſuper verbo, conſenſerint. &
5 ſic ſentit † ꝙ ſufficit ꝙ proteſtatio fiat pręſenti, licèt non conſentiat. vnde Bart. ibi facit certã diſtinctionem, & latiùs in l. non ſolùm. §. morte. ff. de ope. noui nunti. circa ſecundũ verſi. quero. ſi verò proteſtatio cõcernat tantũ factum proteſtantis, poteſt fieri vbiq;: vt per Bart. in dict. §. morte. per Innoc. Io. And. in merca. in cap. in generali. de regul. iur. libr. vj. per glo. in c. diaconus. xxvij. diſtin. quæ tenet, ꝙ proteſtatio valet parte præſente, niſi cõtradicat. per canoniſtas. in cap. eum qui. de conſti. & de materia proteſtationis in feudo quando dominus proteſtatur renouare inueſtiturã, per Bald. in cap. j. in principi. quo tempo. miles inueſti. pet. de. & in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. circa finem, verſic. quęro, dixit Epiſcopus.

ARGVMENVTM.

Dominium directum non probatur ex eo quòd in inſtrumento venditionis rei emphyteuticariæ cum onere alicuius cenſus directi dominij expreſſo.

SVMMARIVM

1 *Promiſſio qua quis ſe dare quod Titius debet, & nihil Titius debeat, inanis eſt.*

2 *Relatiuum adiectum ſecundæ & tertiæ perſonæ importat conditionem.*

3 *Dominium directũ inſtrumẽto emphyteuſeos nõ probatur.*

Quæſtio DCXV.

QVAERITVR quãdo venditor in inſtrumento venditionis vendit aliquã rem emphyteuticaria vel cenſualem cum expreſſo onere alicuius cenſus directi dominij, vel penſionis annuæ, an per iſta verba probetur directum dominiũ, ſeu cenſus, vel penſionis annuæ. Et videtur dicendũ, quòd non: ſecundũ domi. Guid. Pap. deciſ. xxiij. & Tho-
1 lo. quæſti. ccccxiij. vbi dicitur, † ꝙ ſi quis promiſerit dare centum, quæ ſibi debet Titius, & mihi de-
2 beat, nõ tenetur talis promiſſor. & eſt ratio: † quia quãdo relatiuũ adiungitur ſecundæ & tertiæ perſonę, importat conditionẽ: ſecundũ glo. Bar. & doct. in l. ſi ſic. §. j. ff. de lega. j. l. quod ſæpè. §. in his. ff. de condi. & demon. cũ alijs allega. per do. Aufre. in d. deci. Thol. ccccxiij. per Ang. Aret. & Iaſ. in §. j. inſti. de act. in glo. verſ. quibus inter aliquos. per Pau. de Caſtr. & Alex. in l. neq; profeſsio. & p Iaſ. in l. ij. de iur. emphy. collu. lxxxiij. in fi. verſ. vij. quero. vbi
3 tenet † ꝙ inſtrumentũ emphyteuſis nõ probat directum dominiũ. & per Bal. in l. cũ tale. §. fi. de condi. & demon. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ emptor promiſit ſoluere & ſupportare d. onera. quia illa clauſula debet reſtringi & limitari ſecundũ clauſulã pręcedentẽ, quę magis influit: ſecundũ Bar. in l. auia. ff. de cõdi. & demon. vbi allegat l. quiſquis. ff. de lega. iij.

ARGVMENTVM.

Gubernator patriæ Delphinalis an officia curię ſupremæ & camerę computorum conferre poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Officia conferre ad principem pertinet.*

2 *Vicarius an beneficia conferre poſſit.*

Prouin-

3 *Prouinciarum gubernatores principis locuntenentes ſunt.*
4 *Gubernator multas impoſitas ſuas facere non poteſt.*
5 *Collectas imponere gubernatorem non poſſe.*
6 *Gubernatores prouinciarum proconſulis loco ſunt.*
7 *Adminiſtrator alicuius eccleſiæ quòd omnimodam poteſtatem habeat, ſicut electus & confirmatus.*
8 *Collatio facta per gubernatorem de officio temporali uſq; ad beneplacitum tenet, nec concedentis morte expirat.*
9 *Officium notarij actorum etiam de partium conſenſu prorogari non poteſt.*
10 *Iuris inſtituendi appellatiõe, an ius officia conferendi comprehendatur.*
11 *Inſtitutio pro collatione quandoquè accipitur.*
12 *Vocabula plura collationis uel prouiſionis officiorum ſeu beneficiorum.*

Quæſtio DCXVI.

QVAERITVR ſi dominus gubernator præſentis patriæ ex generali poteſtate habeat poteſtatẽ concedẽdi officia in curia Parlamenti, aut camera computorum Delphinalis? Dubium
1 facit: quia iſta videntur de reſeruatis: † cũ collatio officiorum ſpectet ad principem. capit. j. quæ ſint re
2 gal. & ibi per Bald. † Prætereà vicarius non poteſt conferre beneficia, niſi ſpecialiter ſit ſibi cõceſſum. capit. fina. de offic. vica. libr. vj. etiam ſicut vicarius Papæ in vrbe: ſecundum Panormita. in capi. penul. de officio vica. facit quod habetur in capitu. quod ad tranſlationem, de offic. lega. Sed in contrarium
3 videtur in caſu iſto: † quia dominus gubernator eſt locumtenens principis in hac patria; & habet regimẽ huius prouinciæ, & poteſt exercere ea quæ ſunt meri imperij. l. j. §. cùm vrbem. ff. de officio præfecti vrbis. l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de officio præſid. ſecundum Bartol. & Ioan. de Platea in l. j. C. de excuſato. munerum. lib. x. licèt ſecundum Ioan. de Pla
4 tea † non poſsit multas impoſitas ſibi appropriare.
5 l. multarum. C. de mod. multarũ. † Nec pariter poteſt collectam ſubditis imponere. l. vnica. C. de ſuperindicto. & l. placet. C. de excuſ. munerum. Tum etiam quòd gubernator poſsit conferre officia fa
6 cit, † quia eſt proconſul, & habet ordinariã iuriſdictionem: & æquiparatur legato de latere qui habet poteſtatem conferendi beneficia, niſi ſint reſeruata. capit. j. de offic. lega. libr. vj. & pro hoc facit cap.
7 is qui. de electio. lib. vj. vbi † adminiſtrator alicuius eccleſiæ habet liberam & omnimodam poteſtatem, & poteſt exercere ea quæ ſunt iuriſdictionis, ſicuti electus confirmatus: & per conſequens poteſt conferre officia, cùm ſit actus iuriſdictionis: ſecundum gloſſ. & doctor. in cap. transmiſſam. de electio. Et iſtud videtur decidere Calderi. conſil. iij. in titu. de reſcrip. & Geminia. in capit. ſi gratioſæ. de reſcri
8 prio. libr. vi. dum ibi volunt, † quando rector prouinciæ confert officium temporale vſque ad beneplacitum ſuum, quòd tenet collatio, & durat etiam finitis officio rectoratus, nec expirat morte concedentis. capit. ſi ſuper gratia. de offic. delega. libr. vj. capitu. ſi delegatus. §. j. eodem titu. & libr. & maximè in officio ſcribæ actorum: vbi iudex ex officio poſſet prouidere. capi. quoniam contra falſam. de probatio. ca. ſtatutum. §. acceſſorem. de reſcrip. libr. vi. ſecundum Bald. Paul. de Caſtr. in l. j. C. de ſpor
9 tu. † nec poſſet officium notarij actorum de conſenſu partium prorogari, vt alius reciperet acta: ſecundum Bald. poſt Guliel. de Cuneo in l. repetita. C. de epiſcop. & cleric. & in l. j. ff. de offic. conſu. in xvij. quæſtio. per gloſſ. in authentic. de hæredi. & fal. §. ſi verò abſunt. col. j. ſuper verbo, inuentarium. & pro hoc facit quod voluit dominus Guido Papæ deciſ. ccxxxiiij. vbi refert quando dominus Delphinatus erigat locumtenẽ domini gubernatoris, habet tantam poteſtatem ac ſi fuiſſet conſtitutus à domino gubernatore, allegat nota. per Barto. in l. j. §. hij. ff. de legat. iij. & idem dominus gubernator præſentis patriæ aſsiſtentibus dominis Parlamẽti contulit iuriſdictionẽ curiæ Groyſinodani: facit etiã quod habetur in l. ſuggerẽte. C. de offi. eius qui vic. alicu. & per domi. Guido. Papæ deciſio. cccccxxiiij. Nec obſtat præmiſsis ſi dicatur quòd in literis poteſtatis domini gubernatoris ſolùm fiat mentio de poteſtate inſtituendi & deſtituendi officiarios, dum vi
10 ſum fuerit. † & quòd appellatione iuris inſtituendi, non comprehendit ius conferendi officia ſeu beneficia: quia iſta ſunt diuerſa. capitu. cùm in illis. de prębend. libr. vj. cap. ex frequentibus. cum ibi notatis. de inſtitutio. quia propriè loquendo nõ eſt collatio libera, cùm fiat ad præſentationem patroni: vt ibi notatur. Sed in contrarium videtur veri
11 tas in caſu iſto: † quia inſtitutio accipitur pro collatione. cùm ſit alicuius iura officij: ſeu beneficij trãſlatio. ca. authoritate. & ibi per gloſſ. & Panormi. de inſtitu. capit. cùm ex iniuncto. in fine. de hæretic. quia ſecundum glo. in dict. c. authoritate. indifferẽter vnum accipitur pro altero, & ſæpè finiuntur pro eadem: ſecundum Panormita. in dict. capitu. ex
12 frequentibus. † vnde in hac materia ſunt plura vocabula, videlicet electio, præſentatio, confirmatio, inſtitutio, collatio, & inueſtitura: ſecundum Panormita. in dict. capitu. authoritate. Nec obſtat dictũ capit. cùm in illis. quia loquitur in gratijs expectatiuis, vbi fit ſtricta interpretatio. capit. quamuis de præbend. libr. vj.

ARGVMENTVM.

Renunciatio officij in manibus gubernatoris fieri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Renũtiatio beneficij ut quæ ſit beneficij collatiua, in uicarij manibus fieri non niſi c. m ſpeciali mandato poteſt.*
2 *Gubernator patriæ Delphinalis eſt tanquam proconſul & legatus de latere.*
3 *Renuntiatio officij facienda eſt in manibus illius qui inuitũ deſtituere poteſt.*
4 *Officia perpetua ſunt, & ad hæredes non tranſeunt*

Quæſtio DCXVII.

QVAERITVR an renunciatio officij ſecretarij curiæ Parlamenti Delphinalis, aut alterius officij poſsit fieri in manibus domini gubernatoris. & an illam poſsit recipere, & authori
1 ſare. Dubium facit: † quia talis renunciatio ex quo eſt beneficij collatio non poteſt fieri in manibus vicarij, niſi habeat ſpeciale mandatum. capit. fina. de officio vicarij, libr. vj. quia per talem renunciationem fit alienatio perſonæ: quia non poteſt facere vicarius. capitu. ad hæc. de officio Archidiaco. &

quod notat.per gloſſ.in capitu. penul.de ſupplend. negligentia prælato.& ita tenet Ioã.de Calderi. cõſil.iij.ſub titu.de renuncia. Sed in contrarium videtur in caſu iſto:† quia dominus gubernator præſentis patriæ eſt tanquàm proconſul: & legatus de latere:& habet iuriſdictionem ordinariam in eius prouincia.capitu.ij.de offic.lega.libr.vj.& poteſt conferre beneficia.capitu.j.eodem titu. Et licèt ſit vicarius ſeu locumtenens principis, qui habet iuriſdictioné ordinariã.l.ij.C.de eo qui vic.alter.ger.& per Bartol.in l.ſi filius.ff.vt legat. & per Bald.in l. aliquãdo.ff.de offic.procõſul.& lega.& per Alexã. de Imol.in rubric.ff.de officio eius cui manda.eſt iuriſdictio. tamen aliundè dict.dñs gubernator habet officiũ gubernatoris & adminiſtratoris qui põt exercere ea quæ ſunt iuriſdictionis.dict.cap.is cui. de electio.lib.vj.& talis locumtenens principis gaudet eodem priuilegio, quando conſtituuntur ab ipſo principe in locum alterius vicarij defuncti:ſecundum Bartol.in dict.l.ſi filius. vt legat.† Præterea renunciatio officij temporalis debet fieri in manibus illius qui poſſet inuitum deſtituere.l.legatus. ff.de offic. præſid. ſecundum Bald. in l. Barbarius Philippus. circa finem. ff.de offic.præto. & per Innocen.in capi.quòd in dubijs.de renuncia.& per gl.in cle.j.de renun.ſuper verbo, in manibus. & ita eſt in ꝓpoſito:quia dñs gubernator habet poteſtaté deſtituendi officiarios,& renũciatio officij tabellionatus debet fieri in manibus ſuperioris:ſecundũ Bald.in l. falſus.C.de falſis. Adde l.legatus.ff.de offic.præſid.& ibi glo.& Barto.quòd officium temporale iuriſdictionis non poteſt renunciari, niſi in manibus principis à quo quis cauſam habet. pro quo facit:quia renunciatio beneficij aut officij debet fieri in manibus illius qui poſſet inuitũ deſtituere. c. quod in dubijs.capit.amouet. & ibi per Innocé. de renuncia. Adde etiam quòd officia ſunt perpetua, & non tranſeunt ad hæredem.l.i.ff.de offi.tut. & ibi Bartol.& Bald.in l.ij.§.ſed & ſi quis.C. commu.delega.l.in compromiſſis.ff.de arbitr.l.tutori. C.de nego.geſt.

ARGVMENTVM.

Gubernator Delphinalis an clauſula derogatoria vel motu proprio, vti poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere clauſula derogatoria, uel motu proprio non utitur.*
2 *Principis ſolius eſt ex cauſa ius alterius tollere.*
3 *Dux Mediolani clauſ.derogatorijs, uel motu proprio uti nõ poteſt, nec ius alterius etiam cum cauſa tollere.*
4 *Quid Reges, principes & reipublicæ ſuperiorem non recognoſcentes.*
5 *Legatus de latere cauſam ſummariè, ſimpliciter & de plano tractandam committere, non niſi euidens & neceſſaria cauſa adfuerit, poteſt.*
6 *Vicarij imperatoris perpetui & nati regalijs & clauſulis derogatorijs utuntur.*
7 *Vicarij perpetui Imperatoris quòd ſpurios legitimare & natalibus reſtituere poſſint.*
8 *Gubernator Delphinatus in ſuo officio quòd omnia facere poteſt, ac ſi dominus Delphinus præſens eſſet.*
9 *De Clauſ. Ac ſi conſtituens facere potuiſſet.*
10 *Tres caſus exceptuati in literis poteſtatis gubernatoris Delphinatus, & qui.*
11 *Ius confiſcationis bonorum, in generali mandato non uenit.*
12 *Mandatum cum libera habens quòd illius uigore, neque alienare, neque donare, neque delinquere poſſit.*
13 *Rebellio facta uicario imperatoris, quòd eadem ſit ac ſi ipſi Imperatori facta eſſet: & crimem læſæ maieſtatis incurritur.*

Quæſtio DCXVIII.

QVAERITVR an dominus gubernator præſentis patriæ in eius reſcriptis & literis prouiſionis poſſet vti clauſula derogatoria, aut clauſula proprio motu, aut derogare ſolemnitatibus iuris vel rei iudicatæ. Dubium facit per ea quæ ha-
1 bentur per gloſſ.in capit.fina.de hæreti.lib.vj.† vbi legatus de latere non poteſt vti talibus clauſulis.& hoc volunt Alberic.& Pau.de Caſtr.in l.quotiens.
2 C.de precib.impe.offer. vbi † ad ſolum principem, ſpectat ex cauſa tollere ius alterius, & non ad vica-
3 rium Impera.& ideò Dux Mediolani,† iſta non poſ-
4 ſet facere, tanquàm vicarius Imperatoris: † ſecus in Regibus, principibus, aut cõmunitatibus, quæ non recognoſcunt de facto ſuperioré: quia poſſent vti talibus prorogatiuis: ſecundum Paul.de Caſtr. in dict.l.quoties. & Bartol.in l.hoſtes.ff.de captiu. & poſtliminio reuerſ. & in l.infamen. ff. de pœna iudic.& ita eſt in propoſito: quia dominus gubernator præſentis patriæ recognoſcit in ſuperioré dominum noſtrum Delphinũ:cùm ſit eius officiarius: & præſtat ſibi iuramentũ fidelitatis.& ita etiam tenet gloſſ.in clementi.ſæpè.in verſic. mandamus.de verbor.ſignifica.& Specula.in titu. de locato.§.ſupereſt.verſi.ſed nunquid.& Bal.in l.ne quid quã.§.
5 ſi.ff.de officio proconſu.& lega.† vbi legatus de latere non poteſt vti clauſula, quòd procedatur ſummariè ſimpliciter, & de plano: nec pariter poteſt vicarius Papæ aut Imperatoris ſtatuere cõtra ius cõmune.l.formam.C.de officio præfect.præto.ſecundum Angel.& Alexand.de Imol.in l.nemo poteſt. ff.de legat.j.& Paul.de Caſtr.conſi.cxlix.& hoc verum, niſi ex cauſa quando ſubeſt euidens & neceſſaria cauſa:quia tunc legatus de latere poteſt committere cauſam ſummariè tractandam: ſecundum Alexand de Imol.in dict.l.nemo. allegat. Anto. de Butr.& Ioan.de Imol.in capitu.fina.de tranſactio. & Bald.in l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iure. Et pro præmiſſis quòd ſolus princeps poſſit vti clauſula derogatoria, tenet Bald.in l.reſcripta. C.de præcib.imper.offerend. & in l.cunctos populos. C. de ſumma trinita.& fide catholi.& Alexand.de Imol. conſil.cj.in j.volumi. Cuma.conſil.cliij. Roma.cõſil.cclxxj. Oldrad.conſil.cxxj.& in volumi.v.conſi.
6 j.Paulus conſi.ccxxvij.& hoc verum, † niſi tales vicarij Imperatoris:ſeu principis eſſent perpetui & nati, & haberét titulũ ab Imperatore ſeu principe: vt in Duce Mediolani:& duce Sabaudiæ, & ſimilibus: quia licèt ſint vicarij Imperatoris: tñ vtuntur regalijs,& alijs clauſulis derogatorijs:ſecundum Paul. de Caſtr.conſil.ccxxvij.incipiente ſuper primo.vbi allegat l.j.C.de natalib.reſtituend.quòd licèt ad ſolũ principé legitimare ſpurios, & reſtituere natalibus pertineat: † tñ hoc fallit in vicarijs Imperatoris perpetui vti

petuis vti in Ducibus Comitibus & ſimilibus. & pro hac differentia inter vicarios perpetuos, qui habẽt ius in re & ad rem & alios officiarios temporales: facit quod habetur in capitu.j.de offic.lega. & quod habetur per Barto.in l.j.§.hij.ff.de legat.ij. Sed pręmiſsis non obſtantibus contrarium videtur veritas in caſu iſto: quia in literis poteſtatis domini gubernatoris præſentis patriæ inſeruntur plures caſus de requirentibus ſpeciale mandatum, vti cùm poteſtate quoſcunque officiarios inſtituendi & admouendi, ad patriam & bona fama, & bona ſua re-
8 ſtituendi: crimina mortis indulgendi, † nec nõ omnia alia & ſingula in officio gubernatoris neceſſaria ac ſi in præſentibus eſſent ſpecificata: & quòd poſsit facere in omnibus ac ſi dominus noſter Delphinus eſſet præſens, & ſic ſe extendit ad omnes alios caſus in quibus requireretur ſpeciale mandatum, & ſpecialis commiſsio.capit.qui ad agendum. de procura.libr.vj.maximè quando tales caſus non ſunt maiores, vel grauiores expreſsis: iuxta nota.in capit.ſedes.de reſcrip. & in clementi.non poteſt.de procura.& hoc voluit Bald.in l.aliquando.ff.de officio proconſul.& legat.in xv.quęſt.vbi tenet in poteſtate vicariatus facta expreſsione certorum caſuum ſpecialium, cùm clauſula generali intelligitur & extẽditur ad caſus ſimiles abſque alia expreſſione.allegat notat.per gloſſ.& docto.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio. & hoc etiam tenet Geminia.in capitu.fina.de offic.vicarij.libr.vj. quando ſecuta enumeratione certorum caſuũ ſpe-
9 cialium apponitur clauſula generalis, † & quæ cõſtituens facere poſſet: ſecundum Bartol.in l.procurator cui libera.ff.de procurato.& per Bartol. Bal. Salyce.& Alexan.in l.ſi procurator .C.de procurat.
10 Pręterea † in dictis literis poteſtatis domini gubernatoris ſolũ excipiuntur tres caſus, videlicèt datiõe & alienatione patrimonij Delphinalis, necnon pecuniæ Delphinalis: & remiſsione criminis læſæ maieſtatis.& per conſequens excepio firmat regulam:
11 iuxta notata in l.j.ff.de regu.iuris. Adde † quòd in generali mandato iuriſdictionis non venit ius confiſcationis bonorum.arg.l.j.C.nemi.lice.cer.iudi.ſecundum Bald.in l.fina.ff.de offic.præfect.vigi. Alexand.de Imol.in l.j.ff.de officio eius cui manda.eſt
12 iuriſdictio. Et pro hoc facit: † quia vigore mandati cùm libera non poteſt quis dilapidare, donare aut delinquere.l.creditor.§.Lucius.ff.mandat.ſecũdum Alexand.de Imol.in dict.l.ſi procurator. Et pro hac parte facit quod voluit Cumanus. conſi.
13 cliij. vbi tenet † quòd rebellio facta in perſona vicarij Imperialis perinde eſt ac ſi eſſet facta in perſona Imperatoris.& incurritur crimen læſæ maieſtatis.allegat l.j.C.de hij qui vice. alter.gerit. & l.j.§. deportatis.ff.de legat.iij. & quòd eſt locus confiſcationi bonorum.& per eundem Cumanum conſil.clviij.& clxij. Tum etiam facta conceſsione aliquorũ iurium regaliũ expreſsione: iuxt.c.j.quæ ſint regalia.veniunt etiã caſus ſimiles: ſecundũ Roma. conſ.cclxxj.vide Bal.in l.à procuratore.C.manda.

ARGVMENTVM.

Gubernator Delphinalis an abſente Delphino cõſenſum & authoritatem præſtare poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Locumtenentes ſiue gubernatores creati à principe ſeu authoritate legis conſenſum & authoritatem præſtare poſſunt.*
2 *Conſenſus qui abeſt ubi requiritur, quòd illius uicarijs conſenſus ſufficiat.*
3 *Vicarius iuriſdictionem habet ordinariam, & perſonam qui eum præfecit repreſentat.*

Quæſtio DCXIX.

QVAERITVR an in abſentia domini noſtri Delphini dominus gubernator præſentis patriæ eius vicegerẽs poſsit præſtare conſenſum aut authoritatem in caſibus in quibus requireretur ſpecialis licentia domini noſtri Delphini? Et videretur dicendum quòd ſic: argumẽ.l. aliquando.ff. de offic.proconſul.& legat. & l.j.cum ibi notat.ff. de offic.eius cui eſt manda.iuriſdictio.& per Barto. in l.ſuggerente.C.de off.c.eius qui vic. alicuius ge-
1 rit.† & maximè de locumtenente creato à principe: ſeu authoritate legis: iuxta notat.per Bald.in auth. Sed nouo iure.C.de furt.& per Alexand. de Imol. in rub.ff.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdict.& hoc tenẽt Archidiaco.& Præpoſi. in capit.aretina.lxiij.
2 diſtinctio.vbi tenẽt, † quòd vbi requiritur conſenſus alicuius, quòd in eius abſentia ſufficit conſenſus vicarij.& Bald.in c.cùm venerabilis. de conſuetudine. Et pro hoc facit text.in capitu. cùm nullus. §.epiſcopo.de tempore ordinand.lib.vj.vbi Epiſcopo in remotis agente eius vicarius poteſt dare licentiam ordinandi.& pro hoc facit quod voluit Alberic.in rubric.C.de offi. vicar.vbi voluit quòd vica-
3 rius habet iuriſdictionem ordinariam, † & quòd repreſentat perſonam eius cuius eſt vicarius, & quòd præfertur in honore ſicut principalis. vide etiã Alberi.in dict. l.ſuggerente.C.de offi.eius qui vicem alicuius gerit.

ARGVMENTVM.

De differentia Cardinalium, vicariorum Papę & legatorum de latere.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij generales ex generali poteſtate beneficia conferre non poſſunt.*
2 *Cardinalibus neque in ſpecialiter reſeruatis, neque ubi de alterius præiudicio tractaretur, creditur.*

Quæſtio DCXX.

QVAERITVR an ſit differentia inter Cardinales, vicarios Papæ in aliqua patria,
1 & legatos de latere.& dicendũ eſt quòd ſic: † quia vicarij generales ex generali poteſtate non poſſunt conferre beneficia: ſecus in legatis de laterè.capit.j. de offic.lega.libr.vj. ſecundum Bald.in dict.l.aliquando.ff.de offic.proconſ.& lega.in xiiij.quęſtio. Et licèt credatur Cardinali viuæ vocis oraculo, etiã ſine literis cõmiſsionis.c. nobiliſsimus.xcvij.diſt.& idem in Ducibus, & principibus: ſecundum Bald. in capit.cùm à nobis.de teſti.iuxta clemen.j.de pro-
2 batio.† tamen ſecus eſt in ſpecialiter reſeruatis: ſecũdum Ioan.Andr.in dict.ca.j.vel quando tractatur de præiudicio alterius: iuxta nota.per gloſſ.& Panormita.in capit.ſicut.de ſentent.excommu. & ita videtur dicendum in officio temporali, ſicuti ſpirituali: iuxta notata.per gloſſ.in l.eis quidem. C. qui milita.poſſ.libr.xij.& ita eſt in propoſito in officio

domini gubernatoris: quia licèt ſit locumtenens & vicarius domini noſtri Delphini:tamen vltra eſt gubernator,& habet regimen præſentis patriæ,tanquã proconſul & legatus de latere: & habet iuriſdictionem ordinariam.dict.capit.ij.de offic.lega. libr.vj. & capit.is cui.de electio.eod.lib.faciunt notat.per Bartol.& Ioan.de Platea in l.j. C.excuſatiõ. munerum.libr.x.

ARGVMENTVM.

Gubernator Delphinalis beneficia importantia dignitatem conferre poteſt.

Quæſtio DCXXI.

QVAERITVR an vigore poteſtatis dicti domini gubernatoris inſtituendi & deſtituẽdi quoſcunq; officiarios, ſi & quãdo opportunũ & ei videbitur rationabile faciendum,poſsit & valeat idem dictus gubernator conferre beneficia importantia dignitatem. Et videtur dicendum quòd ſic:quia hoc caſu nomen beneficij largè ſumi debet:cùm non ſit materia ambitioſa.argu.capit.tua. de verbor.ſignifica.& quod not.per Ioan. Andr.in capit.dudum.de præbend.lib.vj.& hoc tenet Geminia.in capit.fina.de offic.vicarij.libr.vj.in fin.& ibi allegat domi.de Rota deciſione.cxxxvij. incipiente, Vtrum vicarius. Et maximè in caſu iſto propter illam clauſulam vniuerſalem:quoſcunque officiarios. iuxta notat.per Bald.in l.j.C.de rer.diuiſio.in xxxiiij.quæſt.& per Alexan.de Imol.in l.quædam. §.nihil.ff.de edend.

SVMMARIVM.

1 *Vacare per obitum & per renunciationem diuerſa ſunt.*
2 *Tempus datæ in officijs & beneficijs attenditur.*
3 *Præuentioni locus in beneficialibus.*
4 *Regul.de uiginti diebus in temporalibus à Gallis non recepta.*
5 *Subreptio in officijs & beneficis uitiat ipſo iure.*

Quæſtio DCXXII.

QVAERITVR quia magiſter quondam Amblardus Chaſtagni renũciauit ſeu reſignauit eius officiũ ſecretariatus in manibus dñi quõdã Broyſsiæ gubernatoris præſentis patriæ,ad vtilitatem magiſtri Andreæ Rolini.& fuit admiſſa dicta reſignatio de anno.M.cccc xc.die xiiij.menſis Ianuarij: & interinata per curiam Parlamenti. Sed ex aduerſo magiſter Lãcelotus Firmãdi impetrauit à Rege domino Delphino tanquàm vacans per mortem dicti Chaſtagni: de eodem anno die xviij. menſis Ianuarij, volendo prætendere dict. Firmandi quòd dicta renunciatio nõ teneat,ſed quòd fuit fraudulenta, & quòd fuerit ficta dicto Chaſtagni exiſtente in infirmitate,ex qua infrà pauciores dies deceſsit:iuxta notat.in cap.ij. de renũciat.lib.vj.& attento quòd dictus Chaſtagni non ſuperuixit per xx.dies à tempore dictæ reſignationis: & ita quòd cenſeatur vacare per obitum, ſecundum tenorem regulæ cancellariæ apoſtolicę,volendo etjam prætẽdere,quòd dicta renunciatio fuerit facta mediante recompenſa ducentum ſcutorum auri,de quo tamẽ non apparet.Sed præmiſsis non obſtantibus videtur dicendum,quòd impetratio dicti Firmandi non tenet ipſo iure,ex quo non vacabat per obitum.ca-
1 pitu.ſuſceptum.de reſcript.lib.vj.† quia iſta ſunt diuerſa vacare, per renunciationem, vel per obitum: & vnum non comprehenditur ſub reliquo, maximè cùm non fuit adiecta clauſula illa,vel aliàs quo
2 uiſmodò vacauerit. † Præterea in beneficialibus ſeu officijs attenditur tempus datæ.capitu.ſi eo tempore.de reſcrip.eod.lib.& ita de tẽpore datæ literarũ dicti Firmandi non vacabat dict.officium: cùm fuiſſet iam collatum dict. Rolini.& deinde reſignatio facta ad vtilitatem magiſtri Ioãnis Beatricis: quia per ſolam collationem in beneficialibus vel officijs quando vacant,ius non tribuitur.capitul.ſi
3 tibi abſenti.de præben.libr.vj.†& eſt locus præuentiõi in data,quãdo legatus de latere vel vicarius cõfert præueniendo Papã.capit.ſi à ſede.de præbend. libr.vj.etiam ſecundum tenorem pragmaticæ ſanctionis.capitul.j.§. neque. & ibi gloſſ.ſuper verbo, præuẽtionis.de collatio.& maximè in caſu iſto,vbi dictus gubernator præſentis patriæ habet poteſtatem conferendi officia nedum ex generali poteſtate à lege ſibi attributa. capit.is cui.de electio.lib.vj. cap.j.de offic lega.libr.vj.ſed etiam ex ſpeciali cõmiſsione,prout ſuprà dictum fuit.Nec obſtat regula cancellariæ Romanæ ſuper reſignatione benefi-
4 ciorum,quòd debeant viuere per xx.dies: † quia talis regula non aſtringit in tẽporalitate in terris imperij,vel Regis domini noſtri Delphini.cap.ſi duobus.de appellatio.cum ibi notat. capit.per venerabilem.qui filij ſint legiti.Prætereà literæ dicti Firmandi ſunt ſubrepticiæ,& obreptitiæ in quantum tacetur de literis reſignationis dicti Rolini & Bea-
5 tricis, & eorum poſſeſsionũ.† quia ſubreptio in beneficijs ſeu officijs vitiat ipſo iure.capit.ſi motu proprio.de præbend.lib.vj.capitu.ad audientiã.de ij.de reſcrip.etiam ſi per ſimplicitatẽ fuerint impetratæ. dict.c.ſi eo tempore.iuxt. notat.per Panormita. in capitu.ſuper literis.de reſcrip. Nec obſtat clauſula appoſita in literis dicti Firmãdi, videlicet admoto quolibet illicito detentore. qui a illa clauſula concernit poſſeſſorium facti, & non iuris: quia dict. Rolini & Beatricis vnus poſt alium non ſunt illiciti detentores:nec vacabat dictum officium ſecretariatus tempore impetrationis dicti Firmandi .cap. cùm noſtris.cum ibi nota.per gloſſ. Ioan.de Imol. & Panor.de conceſ.præcend.

ARGVMENTVM.

Officij titulus an ſatis probatus videatur,ſi diu palam,& publicæ exercuiſſe oſtendatur.

SVMMARIVM.

1 *Titulum oſtendere an teneatur is qui longo tempore in officij exercitio permanſit.*
2 *Conſenſus priuatorum iuriſdictionem non tribuit.*

Quæſtio DCXXIII.

QVAERITVR de modo probandi officiũ:& an ſufficiat diu ſtetiſſe in exercitio officij ſciente & patiente ſuperiore.Et videtur dicendũ quòd ſic: iuxta nota.per Innocen.in capit.illud. de præſumptio.& in capit.ex inſinuãte. de procurato.
1 adeò, † quòd iſto caſu non tenetur oſtendere titulum beneficij:iuxta nota. per gloſſ in capit.j.de regul.iur.libro.vj.Sed in contrarium videtur in caſu iſto.l.probatorias.C.de diuerſ.offic.lib.xij.l.j.C.de mandat.princip.ſecundum Bald.de pace conſtantię,& de pac.iura.ſi.& in l.j.C.de teſtamẽ.in vj. quęſtio.quia

2 ſtio.† quia priuatorum conſenſus non tribuit iuriſdictionem.l.priuatorum.C.de iuriſdictio.om.iudic.

ARGVMEMTVM.

Literæ nouæ prouiſionis vt ſocius pro medietate officij admittatur tertio remoto an ciuiles ſint.

SVMMARIVM.

1 *Officia temporalia perpetua ſunt.*
2 *C.ſi gratioſè.de reſcript.in vj.declaratio*
3 *Officium collatum uſque ad ſuum beneplacitum, quòd concedentis morte non expiret.*
4 *Commodum eum reportare non debere de re quam impugnare conatus eſt, regulare.*
5 *Reſcriptum inciuile & ſubreptitium redditur omiſſione eorum quorum expreſſio reſcripti conceſſionem denegaſſet.*
6 *Nullus ſuo officio priuandus.*
7 *Litiſpendentia à ſententia præfecti prætorio per recurſum non inducitur.*
8 *Compoſitio amicabilis in beneficijs permiſſa.*
9 *Tempore qui prior eſt, ita & iure potior habetur.*
10 *Princeps in dubio iuri tertio quæſito derogare non intelligitur.*
11 *Reſcriptum, quo iuri tertij derogatur, ſubreptitium cenſetur.*
12 *Iudices de officio actuarij cauſarum ſiue ſcribæ prouidere poſſunt*

Quæſtio DCXXIIII.

QVAERITVR ſuper literis nouæ prouiſionis dicti Lanceloti Firmandi vt admittatur particeps pro medietate in dicto officio ſecretariatus cùm dicto Ioanne Beatricis remoto dicto Andræa Rolini, an tales literæ obtentæ à domino gubernatore ſint ciuiles? Dubium facit: quia per mortem Regis Karoli VIII. domini quondam Delphini, vltimo defuncti vacarunt omnia officia: cùm illa prius tenerent cùm clauſula dum bene facerēt, & nobis placuerit.capitul.ſi gratioſè.de reſcript. libr.vj. Sed in contrariū videtur veritas in caſu iſto:
1 quia † talia officia temporalia ſunt perpetua.ca.decet.de regu.iur.libr.vj.& hoc tenet Calderin.conſil. iij.in titu.de reſcript.& Geminia.in dict. cap.ſi gratioſè.poſt gloſſ.ſuper verbo, expirat. Nec obſtat d.
2 capitu.ſi gratioſè. † quia loquitur in re ambitioſa pluralitatis beneficiorum: ſecus in officio tempora
3 li. † & ideò ſi rector prouinciæ contulerit officium vſque ad ſuum beneplacitum, non expirat finito rectoratu, nec etiam per mortem concedentis etiam re integra.cap.ſi ſuper gratioſè.de offic.delegat.ſecundum Calderi. & Geminia.vbi ſ. Tum quia dictus Firmandi eſt ſibi contrarius, cùm impugnauerit poteſtatem dicti domini gubernatoris, ſeu eius prædeceſſoris in officio tā per eius articulos ſepiùs repetitos quā etiam per eius reſcriptum per dudum impetratum à Rege defuncto, vbi deducit, quòd dominus gubernator non habet poteſtatē conferendi talia officia ſecretariorū, & fruſtra legis auxiliū inuocat, qui committit in legem.l.fruſtrà. de vſur.ca. fina.de immunitat.eccleſ.& † quis non debet conſequi cōmodū ex eo quod viſus extitit impugnare. capit.ex eo.de regu.iur.libr.vj.l. Papinianus. §.meminiſſe.ff.de inoffic.teſtamen.l.alia.C.de hij.quib. vt indig. Quinimò dictus Firmandi debet repelli tanquàm contrarius & perplexus, & producens diuerſas & contrarias ſcripturas.capit.imputari. de fi de inſtrumen.l.ſcripturæ.C.eod.titu.l.vbi repugnātia.ff.de regul.iur.l.j.C.de furt.capit.ſollicitudo.de appellat. Tum etiam quia dictus Firmandi tacuit de ſententia lata ad vtilitatem dicti Beatricis.l.fin.
5 C.ſentent. reſcid.non poſſe.& eſt de caſibus † vbi ſi expreſſiſſet, veriſimiliter non obtinuiſſet: ſecundum gloſſ.in cap.ſuper literis.de reſcript. Tum etiā dictæ literæ ſunt inciuiles: quia dictus Beatricis nō debet cogi ad accipiendum alium ſocium loco dicti Rolini.l.qui admittitur.l.nemo.& l.adeò.ff. pro ſocio. Tum etiam dictæ literæ ſunt inciuiles in quantùm ibi communicatio priuationis: dicti officij, caſu quo dictus Beatricis recuſauerit accipe-
6 re in ſocium dictum Firmandi: † quia nemo debet priuari beneficio neq; officio. Tum etiam quia d. Beatricis obtinuit per prius literas cōfirmationis dicti officij, & nouæ prouiſionis, quatenus vacaret per deceſſum præfati Regis dñi Delphini: nec tenebatur facere mentionem de dicta pretenſa litiſpen-
7 dentia recurſus dicti Firmandi: † cùm per recurſum à ſententia præfecti prætorio non inducatur litiſpēdentia: ſecundum Bald.in autht.quæ ſupplicatio. C.de precib.impera.offerend.& maximè attenta deſertione recurſus dicti Firmandi: quia non apparet recurriſſe infrà decem dies: nec pariter proſequutū fuiſſe infrà biennium: iuxta notata in l.vnica.C.de ſentē.præfect.præto.& in clemen.ſi appellationē.& ex quo recurſus eſt deſertus, non poſſet prorogari iuriſdictio etiam de conſenſu partium: ſecundum Bald.de pace conſtantiæ, ſuper verbo, ſecundum mores. Tum etiam dictæ literæ ſunt ſubreptitiæ in quantum ibi tacetur quòd dictus Rolini fuit adiunctus in dicto officio, cum dicto Beatricis de conſenſu ipſius Beatricis.& in dubio ſuperior non intelligitur derogare concordiæ partiū.ca. cauſam, quæ. le ij.de teſtib.cap.cùm veniſſet.eodē.tit.& ibi Bald. cap.ex multiplici.de deci.& maximè quia dicta cōcordia fuit facta & authoriſata per curiam Parlamēti ad dictamē aliquorum dominorū dictæ curiæ:
8 quo caſu † compoſitio amicabilis etiam in beneficio eſt permiſſa ad dictamen aliquorum peritorum: & maximè de authoritate ſuperiorum.capitu.ſuper eo.& ibi Panormita.de tranſactio.cap.niſi.de præben.cùm etiam apparet notoriè de nouo iure d. Fir
9 mandi, † ex quo dictus Beatricis eſt prior tempore. capit.qui prior.de regu.iur.libr.vj. & maximè quia dictus Beatricis primò aſſequutus eſt poſſeſſionē: iuxta notat.per Ioan. Andr.in dict.capit.qui prior. l.quoties.C.de rei vendica. & licèt ex poſt facto dictus Firmandi impetrauit dictum officium tacito
10 de collatione dicti Beatricis: † tamen in dubio princeps non intelligitur derogare iuri tertio quæſito. l.ij.§.merito.& §.ſi quis à principe.ff.ne quid in flu-
11 mine public.capit.decet.de regul.iur.lib.vj.† & reſcriptum in contrarium impetratum cenſetur ſubreptitium: iuxta notat.per glo.Bal.& Pau.de Caſt.in l.ij.C.de legi.& in l.ex facto.in princip.ff.de vulga. & pupil.& per Bald.in l.reſcripta. C.de precib. imperato.offeren.circa fin.c.quamuis.de reſcript.libr. vj. Tum etiā quia dominus gubernator eſt in poſſeſſione, ſeu quaſi conferendi talia officia, & ſic tenet collatio facta per poſſeſſorem in officio.capit.

conſultationis:cum ibi nota.de iure patro.cap. que
12 relam.de electio. Tum etiam † quia quilibet iudex poteſt prouidere de officio graphariј ſub ſe.c.quoniam contra falſam.de probationi.c.ſtatutum.§.acceſſorem.de reſcrip.lib.vj.iuxta notata per Bald.& Paul.de Caſt.in l fi.C.vbi & apud quē.& per Bald. in l.j.C.de ſportu. Et præſertim,quia in reſcripto dudum impetrato per dictū Firmandi eſt adiecta clauſula,Si conſtat præfatum dominū gubernatorem non habuiſſe poteſtatem.& tamen de contrario apparet videlicet, quòd dictus dominus gubernator habet poteſtatem cōferendi talia officia. Præterea in confirmatione dicti Beatricis eſt facta plena narratio de dicta collatione domini gubernatoris. & talis confirmatio ex certa ſcientia in qua fit mentio,quòd dominus gubernator habebat poteſtatē conferendi,& ita poſt talem confirmationem non poteſt opponi de defectu poteſtatis:ſecundum Bal. in l.Barbarius Philippus.ff.de offic.præto.verſicu. item & aliud a d de.allegant Innocē.in capitu. cùm olim.Nec obſtat inquantùm opponitur quòd officia non poſſint reſignari:quia imò contrarium habetur in iure:ſecundum Bald.in rubric.de milit. vaſall.decrepit.ætat.etiam mediante pecunia:ſecundum Bald.in dict.l.Barbarius Philippus.in ſecunda colomna.

ARGVMENTVM.

Officia an diuidi poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Officia an ex diſpenſatione & cauſa diuidi poſsint.*
2 *Cauſa primordialis attendenda.*

Quæſtio DCXXV.

QVAERITVR an officia poſsint diuidi. Et dicendum eſt quòd non,ſicuti in beneficijs.cap.cùm non ignores.capitu.maioribus.de præbend.quia non debent eſſe duo capita in vno corpore.capit.quoniam.de offic.ordina. l.non ſunt li-
1 beri.ff.de ſtatu homi.& hoc verum,† niſi diſpenſatiōe & ex cauſa:quia interdum in eodē Epiſcopatu datur coëpiſcopus,vt in Auguſtino & Valerio.c.nō autem.vij.quæſt.j.licèt vnus ſit vicarius alterius: ſecundum gloſſ.in dict.capit.quoniam.& ideò hîc interuenit cauſa propter quam fuit adiūctus dict. Rolinus dicto Beatrici in medietate emolumenti dicti officij titulo remanente penes dictum Beatricis ex cauſa concordiæ:quia dictus Rolinus prius fuerat promotus ad dictum officium: & res de facili remittitur ad ſuum eſſe.l.ſi vnus.§.pactus. verſ.quod
2 & in ſpecie.de pact.†& quia debet inſpici primordialis cauſa.l.cùm filius.§.heres Stichi.ff.de lega.ij. & attento quia interuenit decretum & authoritas curiæ,quod facit ceſſare præſumptionem fraudis, doli & ſimoniæ.l.j.cùm ibi nota.per Bartol. C.de prædi.curial.libr.xj.per Bald.& Iaſo.in l.pacta nouiſsima.C.de pact. & attento quia dicti Beatricis & Rolini ſunt viri pacifici,idonei in dicto officio ex parte bonæ vocis & famæ.& ideò pro bona pace fuerant adiuncti in eodem officio. veruntamen conſulo quòd dictus Rolini edoceat de iuribus ſuis, & qualiter diſpenſatione authoritate ſuperiorum eſt adiunctus in dicto officio,cum dicto Beatrici ad tollendum omne dubium,& de conſenſu dicti Beatricis.

ARGVMENTVM.

De ſequellis proceſſuum.

SVMMARIVM.

1 *Curiæ parlamenteæ ſiue ſupremæ Galliæ tantæ ſunt authoritatis & potentiæ,ut leges nedum interpretari,ſed & condere poſsint.*
2 *Suffectus in mortui locum,quòd hiiſdem prærogatiuis quibus defunctus utebatur,uti debeat:nec per hoc officium eſſe alteratum cenſendum eſt.*
3 *Officium idem remanet,licèt officialis mutetur.*
4 *Prorogatio locum non habet in officio tabellionatus actorum.*
5 *Sequellæ proceſſuum pro tempore futuro ſucceſſori in officio ſeruandæ ſunt.*
6 *Renunciatio in ſuperioris manibus facienda eſt.*
7 *Legibus non exemplis iudicandum.*
8 *Officia perſonalia ſunt.& nume.12.*
8 *Societas morte finitur.*
10 *Iuri ſuo renunciare non uidetur, qui ſummariè cognitioni ſubmiſit.*
11 *Submiſsio boni uiri arbitrium importat in quantùm æquum & iuſtum fuerit ordinatum.*
12 *Heres notarij uel legatarius an ſine commiſsione defuncti notarij notas exemplare & in mundū redigere poſsit.*

Quæſtio DCXXVI.

QVAERITVR ſuper ſequellis cauſarū manualis magiſtri Ioannis Beatricis nuper defuncti per cuius obitum impetrauit magiſter Andræas Rolini dictum officium grapharia à sereniſsimo Rege domino noſtro Delphino moderno & cuius literæ fuerunt interinatæ per curiam, ita q; eſt vnus ordinarius de octo graphariјs dictæ curiæ. Verùmtamen alij ſeptem graphariј ſe opponunt quò ad dictas ſequellas, & prætendunt quòd deberent diuidi inter ipſos: & pro hoc allegant in ſimili aliàs fuiſſe ordinatum in ſequellis manualis magiſtri quondā Ioannis Boneti.ſed econtrà replicatur pro parte dicti magiſtri Rolini quòd eſt diuerſa cauſa ſeu ſeu ratio in ſequellis manualis dicti magiſtri Ioannis Boneti: quia ibi officium fuit ſuppreſſum:& extinctum: & ideò dictæ ſequellæ non poſſunt tranſire ad ſucceſſorem in officio:ſecus aūt eſt in caſu iſto: cùm dictus Rolini fuit ſubrogatus: & ſucceſſor in officio ex authoritate & titulo principis:ſuper qua quæſtione & differentia nihil fuit præceptum per magiſtrum Antonium Monachi de mandato curiæ & alteri domino collegæ: vt haberet ſcribere pro dicto Rolini & patrocinium præſtare: & ideò obtemperando præcepto curię & ſub correctiōe ipſius,cùm nō poſsint omninò articuli ſigillatim legibus aut ſenatuſconſulis decidi:ſed eſt recurrendum ad interpretationem iudicis:ex indēditate rationis aut ad conſuetudinem. l.neque.l. non poſſunt.l.minimè. ff.de legi.l.cū de nouo.cum ibi notat.per glo.& doctor. C.de legib. & maximè in iſta ſuprema curia quæ eſt ee ſupremis iudicibus
1 præfectorum prætorio,†qui nedum habent authoritatem legem interpretandi:ſed etiam condendi.l. nō ambigit.ff.de legi.l.formā.C.de offi.prefect.præto.ſecundum Bartol.in l.j.ff.quod quiſque iuris. Et ideò probabiliter videtur dicendum, quòd dictæ ſequellæ debeant remanere penes dict.magiſtr. An-
2 dræam Rolini. Tum quia † dictus Rolini ex quo eſt ſubiuga-

eſt ſubrogatus in officio authoritate ſuperioris,cen
ſetur idem officium , & eadem perſona cum defun-
cto.l.mortuo.l.propponebatur. ff. de iudicib. vnde
ſecundum Bal.& Pau.de Caſt. in dict.l.proponeba
tur.quòd ſucceſſor in officio non alterat,nec inno-
uat iudicium vel inſtantiam , imò reputatur idem,
vel eadem perſona: & per conſequēs inſtantiæ &
ſequellę tranſeunt ad ſucceſſorem in officio : quia
nō dicitur nouum officium, licèt mutetur perſona:
ſecundum Bald.& Barto.in l.meminiſſe. ff.de offi.
3 proconſul.& legat.vbi tenent † quòd licèt muten-
tur officiales:tamen remanet idem officium:multò
fortiùs quādo idem officialis renouatur in officio:
ſecūdum Baldum ibi allegat l.ſed ſi manente. ff.de
præcar.Et ita eſt in propoſito:quia dictus magiſter
Rolini per prius habebat ius in officio etiā viuen-
te dicto Beatrici,ſaltem tanquàm adiunctus ex au-
thoritate curiæ : & ex bona & honeſta cauſa pacis
& concordię:prout eſt notoriū curiæ.Nam ratione
adiuncti & conſocij interdum aliquid permittitur,
quod aliâs de iure non permitteretur.l.j.C.ſi ſocius
ſine hærede deceſſerit.libera imperia.libr.x.Et ideò
cæteris paribus in officio cū ſocius debeat præfer-
ri:iuxta notata per Baldum in l.j. C.qui teſtament.
facere poſſunt. Tum etiam quia dictus Rolini in
eius impetratione etiam obtinuit pro ſigillis dicti
manualis:& ita etiam in domo principis etiā com-
prehenduntur pertinentiæ.l.ſi quando.cum ibi no-
tatis per Barto.& Ioannem de Plat.C.de bonis va-
cantib.libr.x.& in l.beneficium principis.ff.de con
ſtitu.& in l.j.§.cùm vrbem.ff.de offic. præfect. vrb.
multò fortiùs in caſu iſto debent comprehendi di-
ctæ ſequellæ, ex quo princeps hoc expreſsit in eius
dono:& pro hoc facit quod voluit Baldus in l. j.C.
de ſpor. in fine vbi tenet , quòd ex quo vnus tabel-
lio eſt deputatus apud acta authoritate ſuperioris,
quòd non poteſt nec debet alius deputari etiam
4 de partium voluntate, † quia in officio tabelliona
tus actorum non habet locum prorogatio: ſecun-
dum Baldum in l.repetita.C. de Epiſcopis & cleri.
& in l.j.ff.de officio conſul.in xvij. quæſtio. & pro
hoc allegat gl.in authen.de hæred.& falc.§. ſi verò
5 adſunt. Tum etiā † quia tales ſequellæ proceſſuum
debent reſeruari ſucceſſori in officio pro tempore
futuro,ſicuti de iuribus ſpolij dicitur.cap.præſenti.
de officio ordinarij.libr.vj.quia officia temporalia
adaptantur beneficijs eatenùs:ſecundum gloſſam,
in l.eis quidem.C.qui multa.poſſ.libr.xij. Prætereà
conſuetudo tam graphariorum huius curiæ, quàm
ſcriniariorum curiarum ſubalternorum hoc habet,
quòd finito tēpore arrendamenti tranſeunt ſequel-
læ proceſſuum ad nouum arrēdatarium ſeu ſucceſ-
ſorem in officio:nam prout eſt notorium curiæ plu
rima officia & manualia ſetētiarū vacauerint quo-
rum ſequellę proceſſuum & cauſarum remanſerint
ſucceſſori in offerente:nec eſt differentia an offi-
cia vacent per renuntiationē aut per mortem quan
tum ad authoritatem ſuperioris,qui habet poteſta-
tem conferendi.cùm vtrobique requiratur authori
tas ſuperioris.cap.amouet.& capit.quod in dubijs.
de renuntia.capitu. cùm ex iniuncto. in fine,de hæ
reti.& per gloſſam in clementina j.de renuntiatio-
ne.ſuper verbo manibus.Et idem in officio tempo-
6 rali: † quòd renunciatio debet fieri in manibus ſu-
perioris.l.legatus.ff.de officio præſidis.& ibi gloſſ.
& Baldus,& per eundem Baldum in l. Barbarius
Philippus.circa finem.ff.de officio prætoris.Et pro
hoc facit quod voluit domin. Guido Papę deciſio-
ne ccccxxxv.quando inquæſtæ fuerunt formatæ
de tēpore primi arrendamēti: quia ſi non ſunt diffi
nitæ de tēpore dicti primi arrendamēti trāſeunt ad
nouum arrendatorē ſeu ſucceſſorē in officio, & ita
dicit ſeruari de cōſuetudine in bailliuatu Graſino-
dani, Vieneſij, & terræ turris. facit l.diffinita. ff.de
vſufruct.& l.qui explicandi. C. de accuſationibus.
Nec obſt. pręmiſsis dicta pręrenſa ordinatio ex ad-
uerſo allegata ſuper diſtributione ſequellarum &
cauſarum magiſtri quondam Ioannis Boneti:quia
7 licèt † non ſit iudicandum exemplis ſed legibus. l.
nemo.C.de ſententi.& interlocu.omni.iudi.tamen
non eſt eadem cauſa,ſed diuerſa in caſu iſto , & ſic
non parit exceptionem rei iudicatæ. l. cùm quæri-
tur.cum l.ſequenti,& l.& an eadem.ff.de exceptio.
rei iudica. quia dictum officium magiſtri Ioannis
Boneti per edictum principis fuit ſuppreſſum &
extinctum tanquam primum vacans vt reducatur
ad numerum octo graphariorum propter creatio-
nem manualis fiſcalis magiſtri Ioānis Ventolleti,
vt etiā portant verba dictæ ordinationis:& ſic non
ſe extendit in caſu iſto:quia dictum officium magi
ſtri Ioannis Beatricis non fuit ſuppreſſum,ſed col-
latum dicto magiſtro Rolini tanquàm de numero
octo graphariorum.Et per conſequens ad dictum
Rolini debent tranſire dictæ ſequellæ proceſſuum
& cauſarum , prout ſuprà dictum fuit. Et maximè
quia hoc cauetur expreſsè in literis donationis di-
cti Rolini vt ad ipſum pertineant dictę ſequellę.Et
aliter dicere eſſet ad pręiudicium authoritatis prin
cipis,qui appoſuit manum.c.cū inferior. de maior.
& obed.c. venientes. de iureiurā. c.quia ciuitas.de
conceſsio.præb.lib.vj. Nō obſtat etiā ꝙ in dicta or
dinatione manu magiſtri Ioānis Boneti fuit reſer
uata medietas emolumenti ſequellæ dictarum cau
ſarū per ſex annos hæredibus dicti Boneti:quia hoc
fuit factū ob gratiam habito reſpectu ad relictam
& liberos:& ad neceſsitatem ipſorum, vt ibi appa-
ret.Et per conſequens nō debet trahi in conſequen
tiam & neceſsitatem.l.ſolent.in fine.& ibi gloſſ. &
Bartolus.ff.de officio proconſul. & lega.l.qui pro-
pter neceſsitatem.l.quod contra.ff.de regulis iuris.
cap.quæ à iure.cap.quod alicui.capit. in argumen-
8 tum.de regulis iur.libro vj.† quia officia ſunt per-
ſonalia:& non tranſeunt ad hæredes.l.j. ff. de fide-
iuſſorib.& commiſ.tutor.ſecundum dominum Ia-
cobum de Aretio, & Bartolum ibi , & Baldum in l.
final.§.ſed & ſi quis.C.commun. de lega. & atten-
9 to † quòd ſocietas morte ſoluitur.§. ſoluitur. inſti-
tuta pro ſocio. l.actione.§.morte.ff.pro ſocio.Et ex
præmiſsis apparuit quòd literæ domini dicti Ro-
lini debent purè & ſimpliciter & integraliter interi
nari,etiā quò ad ſequellas dictorum proceſſuum &
cauſarum,& quòd præcedens ordinatio in ea parte
lata debet reparari.Nec obſtat ſi dicatur,quòd dict.
Rolini quò ad dictas ſequellas ſe ſubmiſerit ſum-
10 marię cognitioni curię. Quia ad iſtud † reſpōdetur,
ꝙ licèt dict.Rolini etiam ſine expreſsione eſſet ſub

miſſus ſtare cognitioni curiæ: non tamen propter
11 hoc cenſetur renunciaſſe iuri ſuo: † quia talis cognitio importat arbitrium boni viri inquantum æquũ & iuſtũ fuerit ordinatũ.l.ſi libertus.ff.de ope. libert.& quia in dubio quis non præſumitur renunciare iuri ſuo.l.cùm de indebito. in princ.ff.de probationi. Non obſtat præmiſsis ſi dicatur quòd cõmodum prothocollorum & ſcripturarum notarij defuncti tranſit ad hęredes,licèt non renaſcatur,ſed ſoluatur ſemel: & ideò non cadit in vſufructu: iuxta notata per Bartolũ.in l.quædam.§. nihil. ff. de edend. & in l.diuortio.§.ſi vir.ff.ſoluto matrimo. l.vxori meæ.ff.de vſufruct. legat.vbi fit mentio de vſufructu colendo . Quia ad iſtud reſpondetur quòd ibi loquitur pro tempore præterito: quia pro labore ſalarium præteriti temporis bene tranſit ad hæredes:ſecus quò ad exercitium officij pro tempore futuro, quia non tranſit ad hæredes: cùm iſtud dependeat ab authoritate ſuperioris. capi.cùm P.
12 Tabellio.de fide inſtrument.† & quia officia ſunt perſonalia,& non tranſeunt ad hæredes, prout ſuprà dictum fuit.l.curatorẽ. C.de negotijs geſtis.l.j. C. ſi quis ignorans rem minor.l. furti .§.illud. ff. de hij.qui notant.infami.l.tutela.ff.de tutel. & ibi gloſſ.quæ tenet idem in quolibet prælatorum & cõmiſsis.l.cuius ff. de curator. furioſ. Nec obſtat ſi dicatur, quòd notarius poteſt ipſo viuente dare alteri eius rogationes: vel legare prothocolla & ſcripturas.dict.l.quædam.§.nihil.verſicu.is autem. ff.de edend.adeò & in tantum,quòd ſi ille cui notarius legauit prothocolla,vel eius hæres eſt notarius poſſet groſſare inſtrumenta notarij defuncti abſq; commiſsione:ſecundum Bartol.in l.ſi quis ex argẽtarijs.§.coguntur.ff.de edend. Idem Bartol.in l. j. C.de munerib.& honori.cõtinuã,quòd tabellio,ex priuilegio tranſit ad hæredes.& ſeruit per ſubſtitutum quando non eſt idoneus. faciunt nota. in l.j. §.ſed nec caſtrenſe. per Barto.ff.de collatio.bono.
13 Quia † ad iſtud reſpondetur quòd communis opinio doctorũ eſt contra Bart.quòd in ſucceſsione notarij ſit opus authoritate iudicis:quia exemplare & groſſare prothocolla & ſcripturas notarij defuncti dependet ex authoritate ſuperioris. dict.capitulo. cùm P. Tabellio.& hoc ibi tenent Ioan. And. Anto.de Butr.& Ioan.de Imol. vbi exemplificant in notario,cui ſunt legata prothocolla defuncti:quia
14 requiritur cognitio iudicis: † & quia tale officium tabellionis non traſmittitur ad hæredes:ſecundum Bal.Paul.de Caſtr.& Alex.de Imol.in dict.l. quædam.§.nihil.& hoc etiam tenet Speculat.in titu. de inſtrumen.editio.§.oſtenſo.verſi.illud.& verſ.quid ſi aliquis.& ibi per Ioan.Andr.in additio.licèt Panor.in d.c.cùm P. Tabellio.videatur tenere opinionem Bart.in d.cap.cogentur.de quo per de Bellen. in additio.aſi Panormita.in d.capitu. cùm P. Tabellio.

ARGVMENTVM.

Societas an vno ex ſocijs mortuo ſopita ſit:& an locatio ad hæredes tranſeat.

SVMMARIVM.

1 *Locationes ſicut & omnes contractus ad hæredes tranſire regulare.*
2 *Societas etiam ſi expreßè dictum ſit,ad hæredes non tranſit: fallit ut nume.3.*
4 *Quid in confratria an uno ex confratribus mortuo ad hæredes tranſeat.*
5 *Lucrum quod ex ſocietate prouenit communicandum. Item & onera.& nume. 6.*
7 *Societas uectigalium licèt ad primum hæredem tranſeat:non tamen ad ſecundum deuenit.*

Quæſtio DCXXVII.

QVAERITVR quia dictus quondam magiſter Ioannes Beatricis:& dict.magiſter Andræas Rolini quodammodò erant ſocij in dicto officio graphariæ:& pariter ſæpè contingit, ꝙ interdum iſta officia graphariorũ accenſentur pluribus,prout aliàs contingit de tẽpore magiſtri Ioannis Robertiti de tempore quo erat inſolidùm grapharius curiæ Parlamenti Delphinalis:quia non faciebat reſidentiam ſuper loco:ſed accenſabat dicti officium,certis idoneis perſonis de beneplacito curiæ. & pariter iſtud contingit in forma curiarum Groyſinodani,ſancti Marcellini Viennenſis,& terræ turris,an iſto caſu morte vnius ſocij expiret ſocietas,& an tranſeat emolumentum ad hęredes:Et
1 in effectu † licèt arrendamentũ ſeu locatio tranſeat ad hæredes.l.viam.C. locat.& idem regulariter in
2 omni alio contractu.l.ſi pactum.ff.de proba. † ſecus in contractu ſocietatis etiam ſi expreſsè ſit dictum:quia cẽſetur electa induſtria perſonæ.§.ſoluitur. inſtit.pro ſocio. l.nemo.& l.actorem.§. morte. ff.pro ſocio.l.furti.§.illud.ff.de hij. qui notan.infami.& ibi gl.quę reddit rationem differentię.& hoc in ſocietatibus priuatis,ſecus in ſocietatibus publicis: vti in ſocietatie: vectigalium. l. vnum.§. quod in hæredem.& l.adeò.ff.pro ſoc.& idem eſt in alijs ſocietatibus publicis.l.j. ff.quod cuiuſque vniuerſita.ſecundum gloſſ.in dict.§.quod in hære-
3 dem.† & iſto caſu tria vel quatuor requiruntur.primò quòd aliqui conducunt vectigalia publica.& idem eſt de alijs iuribus publicis. Secundum eſt ꝙ interueniat pactum, quòd hæredes ſuccedant in tali ſocietate. Tertiò ꝙ talis hæres ſit idoneus. Quartò quòd fiat pactum non ſolum cum locatore, ſed etiam inter ipſos conductores,quòd hæredes ſuccedant: ſecundum gloſſ. in dict.l. adeò. & iſtud fieret in caſu iſto: quia dicta firma graphariæ cẽſetur eſſe publica,& non debet tranſire ad hæredes dicti Beatricis: cùm ſint pupilli. & iſtud poſſet etiã adaptari in ſocietate firmæ tiragij ſalis : cùm talis firma ſit de publico,& arrendatur à principe, & omnes obligantur inſolidùm.& ideò ſi aliqui moriantur debet remanere ius firmæ in alijs etiam in vno, ſicuti in vniuerſitate dicitur.l.j. & l.ſicut. ff.quod cuiuſque vniuerſitat. ſecundum Ioannem Fab.in dict.§.ſoluitur.inſtit.pro ſocio.& ibi etiam
4 quærit † de confratria quando ſunt plures priores electi licèt moriatur vnus,officiũ remanet in alijs. vide etiam Bar.in l.eandẽ.ff.de duobus reis debendi.in vj. & vij. quæſtionibus . quando ſunt plures mercatores qui exercent aliquod officium publicum vel

eum vel priuatum, an teneantur omnes inſolidùm, & an cenſeantur duo rei debẽdi: vt in l. j. C. de tranſaction. vide etiam in tracta. de Vbal. in tractatu ſocietatis. in xj. parte. Veruntamen licèt ſocietas fi-
5 niatur morte: † tamen lucrum quod prouenit ex actu geſto, debet communicari. l. actorem. §. ſi in rem. ff. pro ſocio. vti quia tale lucrum erat iam præſeruatum. ſecundum gloſſ. ibi. ſecus ſi tale lucrum proueniat ex acto ex poſt geſto. dict. l. vnũ. §. inhæ-
6 dem. Et iſto caſu quãdo lucrũ eſt pꝛeparatũ, † tunc etiã hæres ſubire onera teneretur. l. hęres ſocij. ff. p
7 ſocio. Et licèt † ſocietas vectigalium tranſeat ad hęredem, quando hoc fuit dictum: intelligitur de primo hærede, nõ autem de hærede hæredis. l. nullam. ff. pro ſocio. ſecundum Bald. in rubric. v. pro ſocio.

ARGVMENTVM.

Iuramentum in litem an locum habeat in actione pro ſocio.

SVMMARIVM.

1 *Actio tutelæ eſt bonæ fidei.*
2 *Iuramentum in litem in action. tutelæ & pro ſocio ob non exhibentis contumaciam deferri ſolitum eſt.*

Quæſtio DCXXVIII.

QVAERITVR ſuper caſu ſupplicationis magiſtri Petri Botini contra hæredes magiſtri Eynardi Prodelli vbi in effectu expetitur ad reddendum computum & reliqua pro eorũ quota: pro eo quia magiſter quondam Petrus Eynardi, Ioannes Arhineri Eynardi Pradelli, & Noe Matheonis, qui aſſenſauerãt dictũ officium grapharij parlamenti à magiſtro Ioanne Robateli per quatuor annos aſſociauerunt dictum magiſtrum Petrũ Botini pro quinta parte cum onere & honore: & tandem fuit ordinatũ per curiam, quòd reddant hincindè computum adinuicem, & faciant eorum extractas. Et quia hæredes dicti Pradelli ſunt moroſi in exhibẽdo ſcripturas & faciendo, extractas: ideò petit ſibi deferri iuramentũ in litem ſuper eius damnis & intereſſe, quæ æſtimat ad viginti ſcuta auri, ſalua legali taxa: an ſit ſibi deferendum dictum iuramentum in litem. Et videtur dicendum quòd ſic.
1 l. j. ij. & l. alio. C. de in litem iurand. † Et quia actio tutelæ dicitur bonæ fidei. §. actionum. Inſtitu. de
2 actio. Et idẽ in actiõe pro ſocio. vt ibi habetur. † In quibus etiam habet locum iuramẽtum in litẽ propter contumaciam non exhibentis. l. in actio. ff. de in litem iurand. l. tutor, qui repertorium. ff. de adminiſtratio. tuto. l. j. §. officio. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen. Et ita etiã tenet in actione pro ſocio. de Vbal. in tracta. ſocieta. in xij. parte. iij. col.

ARGVMENTVM.

Cuius ætatis debent eſſe hij qui præficiuntur actis ſcribendis: & in cuius manibus officiorum renuntiationes fieri debeant.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio officij in manibus ſuperioris inſtituẽdi & deſtituendi poteſtatem habentis facienda eſt.*
2 *Notariorũ antequàm actis ſcribendis præficiantur quinque & uiginti annis natos eſſe oportet.*
3 *Notariatus actorum officium publicum.*
4 *Procuratorum ad iudicia ætas quæ eſſe debeat.*
5 *Procuratorum ad negotia ætas quæ.*
6 *Tabellionis ætas quæ eſſe debeat.*
7 *Iudex ordinarius ſuper ætatis defectu an & quando diſpenſare poßit.*
8 *Doctoris & aduocati ætas.*
9 *Aetas quæ requiratur in iudice, remißiuè.*

Quæſtio DCXXIX.

QVAERITVR de ætate ad officium notariorum actorum, iuxta cap. quoniam qui falſum. de probationi. Et in cuius manibus debeat fieri renunciatio officij tabellionatus. De qua quęſtione nuper à pauco tempore fui interrogatus de quodam graphario certarum curiarum minorum, qui volebat renuntiare officio in manibus iudicis ad vtilitatẽ cuiuſdam nepotis ætatis 16. annorũ, vel circa. Sed habui reſpõdere, ꝙ talis renũtiatio nõ poterat fieri in manibus iudicũ: quia eſſet ponere fal-
1 ſem in meſſem alienã. † Sedꝙ talis renũtiatio debet fieri in manibus ſuperioris, qui cõtulit illud officiũ, & qui habet poteſtatem inſtituendi, vel deſtituendi officiarios. l. legatus. de officio pręſidis. & ibi per gloſſam, & per Baldum in l. Barbarius Philippus. ff. de officio prætoris. circa finem. Et præſertim in officio tabellionatus actorum debet fieri renuntiatio in manibus ſuperioris: ſecundum Bald. in l. falſus. C. de furt. & ſeruo corrupt. † Reſpectu verò ætatis notariorũ actorum videtur dicẽdum, quòd debeant
3 eſſe ætatis vigintiquinque annorũ, † cũ ſit officiũ publicum. l. generali. C. de tabul. libr. x. l. ad rempublicam. ff. de muneri. & honoribus, l. non tantum. l. filij. §. minores. ff. de curatoribus. niſi ex cauſa propter inopiam, & in defectum aliorum. vt ibi nota. l. ſi pater. C. quando prouocare non eſt neceſſe. Et iſto caſu ſufficit annus inceptus vigintique an-
4 norum. dict. l. ad rempublicam. † ſicuti etiam dicitur in procuratore ad iudicia, qui debet habere vigintiquinque annos. l. minori. ff. de procuratorib. l. exhibendum. C. eodem titulo. cap. non iniuſti. de procuratorib. cap. qui generaliter. de procuratorib.
5 lib. vj. † Secus de procuratore ad negotia, quòd poteſt exercere poſt decimumſeptimum annum, vt ibi habetur. Et iſtam partem videtur tenere Bartolus in l. impuberem. ff. de falſ. Et licèt ibi loquatur de
6 pupillo ſeu impubere. † quòd prohibeatur eſſe tabellio. l. ij. §. impuberes. ff. de iure immunitatis. tamen idem eſt in adulto ante vigeſimumquintum annum. Bartolus in dict. l. impuberem. idem ibi tenet, quòd quando impubes creatur tabellio, quòd etiam prohibetur exercere officium poſt pubertatem: quia requiritur quòd ſit habilis tempore quo creatur notarius. l. excuſantur. §. j. ff. de excuſatio. tutorum. cap. ſi eo tempore. de reſcript. libro vj.
7 Nec poſſet † iudex ordinarius diſpenſare ſuper defectu ætatis. iuxta notata per gloſſam, in dict. cap. ſi eo tempore. & in capitu. licet. de electione. libro ſextò, niſi fortè ex cauſa propter neceſsitatem, aut de induſtria perſonæ alicuius: iuxta notata in ſimili per Panormita. in capitu. cùm dilecti. de electio. niſi quis etiam impetraret priuilegiũ à principe: iuxta notata per Baldum in l. fina. C. de teſtament. militar. & iſto caſu debet ad tempus abſti-

8 nere ab exercitio. dict. l. ſpuri. §.minores. † Quid
auté in doctore ſeu aduocato. debet eſſe ad minus
ætatis.xviij. annorũ.l.j. §.initum.ff.de poſtuland.
capitul.infames.iij. quæſtione vij.ſecundum Bar-
tol.in dict.§.initium.& iſtud facit pro ſtylo colle-
gij dictarum vniuerſitatum:quia interdum in exa-
mine quando tranſeunt aliquem doctorem præfi-
gitur certum tempus, vt habeat abſtinere à poſtu-
lando,donec plus ſtuduerit:quia interdum docto-
res in practica reprob antur: iuxta notata per
Bart.in lectura Nicolay de Nea polis in l.ſed & re-
9 probari.ff.de excuſa.tuto.†de ætate verò iudicum
ordinariorũ & delegatorũ:vide in l.quidã conſule-
bant.ff.de re iudi. & in c.cùm vigeſimum.de offi.de
leg. & quid in arbitro.l.cùm lege.ff.de arbitr.

ARGVMENTVM.

Pater & filius in vno ſenatu ſenatores eſſe poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Patria poteſtas in officijs non attenditur.*
2 *Pater & filius in actu ciuitatis admitti & adeſſ poſſunt.*
3 *Pater & nepotes in Cardinalium collegio adeſſe non permittuntur.*
4 *Filius patris curator eſſe poteſt.*
5 *Filiusfamiliâs quinque & uiginti annis maiorem uocari poſſe regulare.*
6 *Patris & filij uox in electionibus admittitur.*
7 *Patria poteſtas non attenditur in hijs quæ ſunt iuris publici.*
8 *Frater fratres non impedit quominùs ad honores publicos uocentur, & ſi decurio eſſet.*
9 *Filius in beneficijs patris non, niſi quis intermedius fuerit, admittitur.*
10 *Filius & pater in eadem ecclesia ſiue cathedrali ſiue collegiata ad diuerſa officia ſeu beneficia admitti poſſunt.*
11 *Nepotes & collaterales ad eadem beneficia admitti poſſunt.*

Quæſtio DCXXX.

QVAERITVR an in aliquo Parlamen-
to aut ſenatu vbi cõpetit iuriſdictio, vt pluri
bus & vniuerſis ſeu collegio prohibeantur pater
1 & filius eſſe ſimul officiarij.† Et videretur prima fa
cie dicendum quòd non: quia in officijs publicis
non attenditur patria poteſtas: ſed filiusfamiliâs
habetur pro patréfamiliâs.l.filiusfamiliâs.ff.de hij:
qui ſunt ſui vel alie.iur.l.cùm prætor.in fine.ff.de
iudic.l.nam quod.ff.ad trebellia. Prætereà videtur
caſus in l.dedi.§.ſi quis quaſi.verſi.ſed ipſe Celſus.
ff.de condictio.cauſ.dat.vbi filius Celſi reſprehédit
Celſum eius patrem in ſenatu in condendo legem.
Nec obſtat ſi dicatur, quòd erubeſcit lex filium ef-
fici patris correctorem: vt in authentic.de nupt.§.
ſedhta.collatio.iiij. & l. cùm oportet.§.non autem.
C.de bonis quæ liber.quia illud loquitur in admi-
niſtratiòne rerũ priuatarum:ſecus aũt in interpreta
tione iuris: vbi non videtur fieri iniuria maioribus
ſi à minoribus melius dicatur.l.potioris.C.de offi.
procurato. ſecundum gloſſ.in dict.§.ſi quis quaſi
ſtatu.& ibi ſequitur Bartol. Bald. Paul.de Caſtr.&
Alexand.de Imol.vnde ſecundum Bald. ibi, filius
non eſt in eadem opinione cùm patre: quia opinio
patris non erat ratione ſuffulta. & ideò filius eſt
prudentior patre in illo caſu, quod obtinet ſum-
mam lætitiam patris. Et pro hoc etiam facit lex.
2 illud.ff.quod cuiuſque vniuerſitatis, † vbi etiam pa
ter & filius admittuntur in actu vniuerſitatis. Verũ
tamen intellexi quod in Parlamento Pariſienſi eſt
conſtitutio regia, ꝙ pater & filius inſimul non ad
mittuntur. Sed in abſentia alterius alter admitta-
tur propter reuerentiam paternalem: & quia quis
in conſilio debet eſſe liber. faciunt notata per gloſ.
& Bart.in l.j.§.quæ honorádæ.ff.quarum rerum a-
3 ctio non dat. † ſimile habetur in collegio Cardi-
nalium: vbi non debent admitti pater & filius
aut nepotes ex fratre. vt in pragmatica ſanctio-
ne in titulo.de numer. & qualitate Cardinalium.
capit.j.licèt aliâs in capitul.poſsit eligi Epiſcopus.
ſi in capitu.ſit filius vel frater.& dent ſibi vocem: ſe
cundum gloſſ.ibi, ſuper verbo, nepotes.& per Bar-
tol.& Bald.in l.illud.ff.quod cuiuſque vniuerſitat.
4 Adde † ꝙ filius poteſt eſſe curator patris.l.is qui.
ff.de tutorib.& cura.dat. ab his. & ibi Bartol.in l.
5 j.& ij.ff.de curator.furioſ. Adde † quòd regulari-
ter filiusfamiliâs poteſt vocari ad honores dumta-
men ſit maior vigintiquinque annis.l.j.l.filios. C.
de decu.libro.x.l.j.C.de filij.Salicet.l.j.C. de hono.
6 & munerib.non continua † Item quòd in electioni
bus vox patris vel filij admittunt.l.illud.ff.quòd cu
7 iuſque vniuerſit. & ibi Bartol. † quòd in hijs quæ
ſunt iuris publici, & actus geritur, vt publicus, non
attenditur patria poteſtas: ſecus ſi priuatus, vt in te
8 ſtamenti factione. In officijs autem temporali-
bus ſeu honoribus & muneribus publicis frater
non impedit, nec pręſtat vacationem alijs fratribus
quò minus poſsint vocari ad honores publicos, li-
cèt eorum frater fuerit decurio ſeu officiarius, e-
tiam ſi eſſent ſocij ſeu tenerét bona in communi.l.
interualla.C.de honoribus & muneribus non con
tinuã.lib.decimo l.licèt.de decur. eo.lib. & ibi per
gloſſ.& Ioannem de Platea.facit l.tria onera.ff.de
excuſatio.tutor.in beneficijs verò eccleſiaſticis, li-
9 cèt † filius non admittatur immediatè ad benefi-
cium patris. capitu.quoniam.capitu.ad extirpan-
das.de filijs preſbyte.ſecus ſi mediate: quia præceſ-
ſit alius immediatè.capit.ex tranſmiſſa. eodem ti-
10 tu. † Veruntamẽ in eadem eccleſia cathedrali vel
collegiata pater & filius legitimus poſſent admit-
ti ad diuerſa beneficia vti diuerſas prębẽdas.diſtin
ctas. vel quia pater poſſet eſſe Archidiaconus
& filius legitimus Epiſcopus: quia non attenditur
maioritas ver minoritas: dũ tamẽ ſit idem beneficiũ
ſed diſtinctũ.capit.ad hæc.de filijs presbyter.& ibi
Hoſtien. Ioannes Andræas & Antonius de Butrio
11 Panormita. † ſed reſpectu.collateralium & nepo-
tum ex fratre non eſt dubium: quia poſſent admit-
ti ad eadem beneficia eccleſiaſtica.capitu.ad extir
pandas.de filijs præsbyte.& ibi gloſſ.& doct.capi-
tu.ex parte.le.j.de offic.delegat.capitu.non ſine.de
arbi.& per glo.in c.apoſtolica.viij.quęſt.j. Nec ob
ſtat c.ad abolendã.de fili. præsby. quia ſecundum
communem intellectum loquitur in baſtardis &
alijs ſpurijs, qui non admittũtur in eccleſia in qua
pater fuit inſtitutus: ſecus in filijs legitimis qui ad
mittuntur ad diuerſum beneficium in eadem eccle
ſia. in dict.capit.ad hæc.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Ex quo quis procuratorem ad renunciandum conſtituit, an pœnitere poterit.

SVMMARIVM.

1 *Cedendi uel renũciandi ex quoquis licentiã conſequutus eſt, cedere uel renuntiare compellitur.*

2 *Poſtulatio ex quo ſuperiori eſt præſentata, pœnitentiæ non eſt locus. & nume. 4.*

3 *Pœnitentiæ locus eſt in bonorum ceßione reintegra ante rerum uenditionem.*

Quæſtio DCXXXI.

QVAERITVR an ſit differentia inter procuratorem factum ad renunciadũ ſeu reſignãdũ beneficium vel officium, & inter procuratorẽ factum ad petendum & obtinendum licentiam cedendi ſeu renunciandi: & an ſit locus pœnitentiæ? Et videretur dicendum quòd non. c. quidam. &
1 cap. lectæ. de renuncia. † quia ex quo eſt obtenta licentia à ſuperiore cedendi ſeu renunciandi cogi-
2 tur renunciare. ſimile habetur in † poſtulatione: quia ex quo eſt præſentata ſuperiori non eſt locus pœnitentiæ ſeu variationi. capit. bonæ. Nec obſtãt
3 l. i s quis. la j. ff. de ceſſ. bono. † vbi in ceſsione bonorum reintegra ante rerum venditionem eſt locus pœnitentiæ: quia ibi loquitur in renunciatione ſeu ceſsione bonorum propriorũ in quibus quis habet pleniùs ius quã in beneficio eccleſiaſtico: ſecũdum gloſſ. in dict. capitu. quidam. & quia ceſsio bonorũ propriorũ non requirit licentiam ſuperioris, de quibus ibi latiùs per Panormita. & per gloſſ. in clementi. j. de renunciacio. & ibi per Cardi. Florent. & Ioã. de Imol. quia ſecundum vnam oppinionem valet renunciatio procuratoris ad petendum licentiã cedendi etiam poſt præſentationem factã ſuperiori. capitu. cùm poſt petitam. de electio. ſecus in procuratore conſtituto ad cedendum in quo loquitur dict. clementi. j. Nec obſtat quod dicitur de poſtula-
4 tione: † quia illa fit publicè, & poſtquàm eſt præſentata ſuperiori non eſt locus pœnitentię: ſecundum doctor. ibi, & iſtud facit pro ſtylo cancellariæ Regis Franciæ, vbi ante quã admittatur renunciatio officij, debet prius obtineri licentia cedendi ſeu renunciandi ad tempus, & deinde obtenta licentia cedendi fit renunciatio officij in manibus ſuperioris, qui amittit talem renunciationem.

ARGVMEMTVM.

Reſignatio beneficij cum regreſſu & cum pẽſione.

Quæſtio DCXXXII.

QVAERITVR de modo faciendi reſignationem beneficij cùm regreſſu, & cũ penſione aſsignando fructus pro penſione. Et in effectu libenter fiunt duo procuratoria. primum procuratoriũ fit per illum qui conſtituit procuratores ad renunciandum in manibus Romani Pontificis vel vice cancellarij vel alterius poteſtatem habẽtis ſupplicãdo ſanctitati ſuæ vt dignetur talem renunciationem admittere, & prouidere talem, & cum regreſſu quotieſcũ q; vacauerit per ceſſum aut deceſſum: & interim cũ plena adminiſtratione fructuũ pro penſione conſtituendo dictos procuratores & quilibet inſolidùm ad iurandum in animam conſtituentis, quòd in tali procuratorio non interuenit fraus dolus nec labes ſimoniæ, aut alia illicita pactio. & econtrà fit aliud procuratoriũ ex parte illius in cuius vtilitatem fit reſignatio, ſupplicando ſuperiori, vt velit admittere dictum regreſſum & ad concedẽdum penſionem, & ad iurandum in animam ipſius, vt ſuprà.

ARGVMENTVM.

Cauſæ iuſtæ ad renunciãdum beneficio quæ ſint.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij abdicandi ſiue renunciandi duæ cauſæ iuſtæ.*

2 *Vita actiua an magis fructifera & utilis ſit, quàm comtẽplatiua.*

Quæſtio DCXXXIII.

QVAERITVR de ccauſis iuſtis & rationabilibus ad faciendum renunciationem
1 beneficij aut officij. Et in effectu † principaliter ſunt duæ cauſæ, videlicet vtilitas eccleſiæ, aut ſalus renunciantis: quia fortè non tenet beneficium cum bona conſcientia. capitul. quidam. & ibi Panormita. de renunciatione. Quid autem quando quis vult renunciare beneficio cauſa officij vitandi, vel vt eligat potiùs vitam pontemplatiuam religioſorum, an iſta ſit iuſta cauſa renunciationis. Et dicendum eſt quòd non: quia nõ debet propter hoc dimitti eccleſia quæ dicitur ſponſa. cap. niſi cùm pridem. §. verum. de renunciatio. quia licet Maria optimam partem elegerit, loquẽdo de vita contemplatiua, quòd ſit magis ſecura & magis ſua-
2 uis: † tamen vita actiua eſt magis fructifera, & magis vtilis, vt in dict. §. verum. verſicul. nec putes. & ideò in hoc præfertur vita actiua contemplatiuę: licèt ſe habeant vt excedentia & exceſſa: ſecundum glo. in capit. ſancta. ij. quæſtio. viij.

ARGVMENTVM.

Extranei an ad officia ſeu magiſtratus aſſumandi ſint.

SVMMARIVM.

1 *Originarios ad obeundos magiſtratus in originis loco appellare uetitum.*

2 *Rector ciuitatis in qua originem traxit, quis eſſe poteſt.*

3 *Aßidere in propria patria præter menſes quatuor quẽ nõ niſi cum principis permißione poſſe, regulare.*

4 *Extraneis ad beneficia promoueri in regno Franciæ nõ, niſi cum Regis licentia, licere.*

5 *Naturalitatis defectus quid.*

Quæſtio DCXXXIIII.

QVAERITVR an extranei poſsint promoueri ad officia in hac patria Delphinali.
1 Et videretur dicendũ, quòd ſic: † quia prohibentur patriotę aſſumi ad officia in loco originis. l. ij. C. de crimine ſacrilegij. & ibi gloſſ. quòd nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. & pro hoc etiam facit, quia bene tenet electio de gremio alterius eccleſiæ: iuxta notata per gloſſ. in capit. cùm intereſt. de electio. & notat. per gloſſ. in capit. nullus. lxj. diſtinctio. licèt in contrarium faciat l. in eccleſijs. C. de epiſcop. & eleric. vbi debet eligi de gremio cuiuſdam eccleſiæ, quando poteſt reperiri. & pro hoc
2 facit l. fi. C. de offi. preto. vbi † quis poteſt eſſe rector ciuitatis ſuæ: vnde ſecundum Alberic. quòd in hoc debent attendi conſuetudines & ſtatuta ciuitatum.

3 & ceſſante conſuetudine, vt ſtatuto† regulariter quis nō poſsit aſsidere in patria propria vltra quatuor mēſes, niſi ex permiſsione principis: vt notat in l.hij qui.ff.ex quib.cauſ. maio. & l.iij.C. de diuerſ. offi.lib.xij.ſecus autem de iure authenticorū, & nouellarum: vt in authent.de defenſor.ciuita.§. iubemus.collatio.iij.& iſtud facit pro ſtatuto ſeu libertate patriæ, vbi illi de patria debent præferri in officijs extraneis: & idē etiā in beneficijs eccleſiaſticis, quia ſecundum pragmaticā ſanctionem extraneus ſeu extranei nō debent prouideri: vt in pragmatica ſanctione.in princip.& ibi gloſſ.ſuper verbo, exterus. & maximè quando ſtatuto vel conſuetudine eccleſiæ cauetur, quòd debeāt promoueri illi de gremio eccleſiæ: ſecundum Innocen.in capitu.tua. de hijs quæ fi.à prælat. Henric.Boic in ca.dilectus. de conceſsion.præbend. & Præpoſitus in capit.nullus.lx.diſtinctio.& vt plurimum ita cauetur in ec-
4 cleſijs Regi Franciæ† & ideò Rex Franciæ habet priuilegium, quòd vt non promoueantur extranei in beneficialibus in regno Franciæ ſine ipſius permiſsiōe.& iſte vocatur defectus naturalitatis ſuper quo eſt ſolitum impetrare priuilegium ad partem.

ARGVMENTVM.

Doctores, Iudices, Aduocati an hoc priuilegio ſint donati vt fabri maleare non audeant iuxta eorum habitationis domus.

SVMMARIVM.

1 *Fabris iuxta ſcolas publicas maleare uetitum.*
2 *Faber ſtans ante domum Doctoris Iudicis uel Aduocati q expelli poſſit.*
3 *Doctor an & quando fabrum præuenit, & econtrà.*
4 *Doctor in ambiguis fabro præfertur.*
5 *Studij cauſa dotis cauſæ æquiparatur.*
6 *Doctor aut ſcola ſi domum locationis titulo inuenire non poſſint, quòd præfectus urbi eis prouidere poterit.*
7 *Doctor fabro ne iuxta domum fabricet prohibere poteſt: ſecus in ſcolari.*
8 *Studij ratione cauſa etiam die feriato tractatur.*
9 *Faber ſi propè eccleſiam maleat an expelli poſſit.*

Quæſtio DCXXXVI.

QVAERITVR vtrum doctor gaudeat priuilegio ſeu beneficio quòd faber non poſſit nec debeat maleare iuxta domum habitationis doctorum aut aduocati vel iudicis, qui laborant pro re publica. Et in effectu dicendum eſt quòd ſic. l.j.in fi.C.de ſtudi.liberal.vrb. Romæ.libr.xj. & li-
1 cèt gloſſ.ibi formet quæſtionem de fabro, † quòd non poſsit maleare iuxta ſcolas: quia publica vtilitas quæ replet ciuitatem ſapientibus.l.j.ff.ſolut.matrimonio.& ſic æquiparando cauſam ſtudij cauſæ dotis, & econtrà, & idem tenet gloſſ.in l.j.ff. ſoluto
2 matrimonio.in fine. † ita quòd faber poteſt expelli: tamen idem an lex eſt in doctoribus & ſcolaribus quando fabri ſtant ante domum vnius ſcolaris vel doctoris.l. legatis ſeruis.§. ornatricibus.ff.de legat.iij. vbi appellatione artificij continentur aduenientes, & hoc in legatis vel beneficijs: ſecundum Bar.ibi: nam hic verſatur vtilitas reſpectu vniuerſi, & apta afferre vtilitatē, in quolibet particulari: quia propter ſcientiam efficeretur doctor, & leges interpretabitur: vel erit magiſtratus, vel Papa, vel Cardinalis, vt tota die videmus: ſecundum Bartol. in dict.l.j.ff.ſoluto matrimonio. & licèt ibidem arguat ad ambas partes: tamen diſtingit ſecundum
3 Iacobum de Arena. † aut doctor præuenit fabrum & doctor præfertur.l.ij.§.ſi quis neminē.ff.ne quid in loco public.aut faber præuenit doctorem: & tūc ſi doctor non poteſt in alio loco comodè ſtare, tunc perficitur doctor: quia propter neceſsitatem frangitur dominica reuerentia.l.omnes.C.de pœn.aut doctor poteſt alibi ſcolas cōmodè facere: & tūc ſecus: quia præuētus.l.ſi pluribus .ff.legatis j.& idem videtur dicendum in domo habitationis doctorum prout ſuprà dictum fuit. Si verò ſimul concurrant præfertur doctor: quia maior præfertur minori.l. minoris.ff.de iudicijs.& maius bene præfertur minori.l.exigendi.C.de procurato.l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de officio. proconſul. & legat. licèt quidem velint dicere, quòd indiſtinctè, quòd doctor vel ſcolaris præferatur fabro etiam ſi ſit prior tempore: ſicut in muliere quæ habet ius prælatiōis. l. aſsiduis. C.qui potio.in pigno.habe. ſed ſecundum Bartol. dict. l. loquitur. quando iura diuerſa concurrunt circa idem: ſed quæſtio noſtra loquitur quādo quilibet operatur in ſuo ſeparatim alter ab altero. Veruntamen ſecundum Bartol.ibi, hoc totum pendet ex officio iudicis, conſiderata locorum diſpoſitiōe & aptitudine antiqua cōſuetudine contracta: quia forte eſt ibi conſuetum ſemper legi: & ex alijs circūſtātijs iudex præferret doctorem vel fabrum: & idē in duabus ſcolis ita propinquis, quòd inuicem ſe impediunt, vt dict.l.j.C.de ſtud.libera.vrbi.Romę. lib. xj. vbi hoc fit officio iudicis vel condictione ſil-
4 lius.l.& † in ambiguis pręfertur doctor fabro.l.ambiguis.ff. de iure dotium: quia in doctore verſatur publica vtilitas in communi & in quolibet particulari: prout ſuprà dictum fuit. Bald.verò in dict.l. j.ff.ſoluto matrimonio, ſimpliciter tenet gloſſ.ibi,
5 in fine. † quòd cauſa ſtudij æquiparatur cauſæ dotis. Angel.verò ibi ſe remittit ad notata per Bartol.
6 ibidem: & vlterius tenet, † quòd quando doctor vel ſcolaris non inuenerit domum ad locandū, quòd domini poſſent cogi ad eis locandum. & idem in religioſis: allegant Gulielmum de Cuneo in l.decernimus.C.de epiſcop.& cleric.pro quo facit capitu. ex reſcripto.de loca.cum ibi notat. Ioan. de Imol. in dict.l.j.ff.ſolut.matrimo.refert Iacobum de Are-
7 na tenere: † quòd doctor poſsit prohibere, ne iuxta domū ſuam faber maleat, licèt ſecus in ſcolari, qui tale iura priuilegium.per not.ibi per eum allegata. Alexandr.de Imol.in dict.l.j.ff.de ſoluto matrimo. refert Petrum de Ancha. & Ioan.de Imol.tenere in dict.capit.de loca.quòd licèt doctor ſit præuentus à fabro, ſi ſit conſuetum in loco ſtupium exerceri quòd tunc doctor poterit fabrum expellere. & pro hoc allegant ita tenere Ioan. Andr. Antonium de Butrio & Panormita.in capitu.fina.de iudic. & ibi etiam per Hoſtien. & talis cauſa poterit tractari tempore feriato cùm requirat celeritatem. & ibi tenet Panormitanus quòd faber teneatur cedere doctori: & maximè quando faber eſt præuentus à doctore. Speculator verò in titulo de ferijs. §. ſequenti.videtur. verſicu. poteſt autem.tenet, quòd poteſt procedi tempore feriato quando neceſsitas vrget, vel pie-

vel pietas ſuadet,& qui in hijs quę dilationem nō
8 capiunt.& ibi etiam tenet,quòd iſta † cauſa poteſt tractari die feriato ratione ſtudij. Idem verò Spec. in titul.de iudic.§.ij.verſicu.hoc etiam not. tenet ꝙ quādo ſcolaris in eadem domo vel camera repetit, vel alta voce loquitur, ita quòd turbat alium ſtudere,quòd poteſt compelli vt deſiſtat: licèt ſecūdum Alexan.de Imol.in dict.l.j.ff.ſolu.matr.tenet quòd iſto caſu poterit officio iudicis cōpelli, aut tacere, aut recedere. & pro hoc allegat gloſſ.in ſimili in c.
9 pridem.xviij. quæſtio.ij. † quòd quando faber ſtat propè monaſterium & maliando impedit officia celebrari,quòd debebit expelli.& pro hoc facit quod voluit Bald.in l.altiùs.C.de ſeruitu.& aqua. quòd quando quis habet parietem ſeu domum penes ortum cuiuſdam puellæ vel propè locum religioſum quòd non poteſt ibi cōſtruere feneſtram ad ibi inſpiciendum & maximè quando faciunt cauſa emulationis. an autem ſcolaris gaudens priuilegio doctoris. vide Alexand.de Imol.in dict.l.j.& iſta quęſtio nunc pendet in hac ciuitate Grationopol.de quodam menuſerio qui locauit quandam appothecam coram domo cuiuſdam doctoris & iudicis ibidem maleando ſeu vtendo malio, & delenchaplo & de ſeyta ſeu alijs artificijs magnum murmur facientibus. Adde §.illud.le ij.in prœmi. ff. de vbi ludus prohibetur doctoribus & ſcolaribus,ne ſe diuertant à lectura & doctrina,& propter perditionē tēporis.de quo latiùs per Parid.de Put.in tracta.de ludo.in iij.col.verſicu.ludus eſt.

ARGVMENTVM.

Faber exiſtens propè religionem expelli poteſt.

SVMMARIVM

1 *Solum ædificio cedit quando eccleſia ædificatur in fundo alieno.*
2 *Littus maris commune.*
3 *Si quis in mari ædificet,quòd penſio ſuper ædificio imponenda ſit.*
4 *Eccleſia quæ in ſolo alieno ædificatur,quòd ſoli æſtimationem ſoluere teneatur.*
5 *Religionis fauore quis domino uendere cogitur.*
6 *Vicinus pro amplianda eccleſia domum uendere cogitur.*

Quæſtio DCXXXVI.

QVAERITVR an iuxta religionem vel eccleſiam poſſit expelli faber,nę habeat maleare,& dicendum eſt quòd ſic, quando impeditur diuinum officium: ſecundum Alexand. de Imol. in dict l.j.ff.ſolu.matrimo.& pro hoc allegat gloſſ. in cap pridem.xviij.quæſti.ij.& pro hoc facit quod habetur per glo.& docto.in l.j.C.de ſtud. liber.lib. xj.& pro hoc facit quod habetur per gl.in c.apoſto
1 licos.xij.quæſti.ij.quæ tenet,† quando eccleſia ædificatur in ſolo alieno, quòd tunc ſolùm cedit ædicio licèt regulariter contra.l.ij.C.de rei vendic.§ ex diuerſo. inſtitu.de rer.diuiſ.l.qui domum.ff.ad leg. Aquil.& ita tenet Alexan.de Imol.in l.j. §.nuntiatio.& in §.nunc videamus.ff.de oper.noui nuncia. & idem eſt quando quis ædificat in mari & litore
2 maris † quod eſt cōmune.l.ij.& iij.& l.riparū.ff.de
3 rer.diuiſ. † & iſto caſu debet imponi penſio quādo ædificatur in mari.l.ij.§.ſi quis neminē.ff.ne quid in §.loco public.ſecundum Roma.in d.nunc videmus. licèt Alexand.de Imol.ibi teneat contrarium quando ædificatur in mari:ſecus in platea commu
4 ni.& iſto caſu † quando ædificatur eccleſia in ſolo alieno,licèt ſolum cedat ædificio:tamen debet ſolui æſtimatio ſoli ſeu fundi:quia aliàs eccleſia locupletaretur cum aliena iactura:ſecundum Alexand. de Imol.in dict.§.nūc videamus.l.nam hoc natura ff.de condict.indebi.& c.locupletarij.de regul.iur. lib.vj.vide latiùs per Alexan.de Imol.in dict. nunc videamus. de intellectu gloſſ.in dict.c.apoſtolicos. xij.quæſtio.ij.& pro præmiſsis facit quod habetur per Cæpol.in tractatu ſeruitu. vrbanor. prædior.in titul.de ſepulcr.vbi tenet quòd quando religioſi in aliquo loco non habent locum conuenientem vel ſufficientem poſſunt petere quòd loca eis condecentia eis aſsignarētur fauore religionis,allegāt Gulielm.de Cuneo,& Flori.in l.ſi quis ſepulcrum. in princip.ff.de religio.& ſumptib.fune.& in l.iij.§.
5 locus.eod.tit. † & hac ratione cogitur vicinus eis vendere domum,ſicuti dicitur ratio publicæ vtilitatis.l.ij.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.l.ita ſi verberatum.ff.de rei vendi.& hoc tenet Ange.in l.j.ff. ſolu.matrimo.in fin.& Guliel.de Cun. in l decernimus.C.de epiſco.& cleri.& hoc etiam præcedit nedum in eccleſia ædificata,ſed etiam in reædificata. allegāt Ioan.de Anani.in c.apoſtolicę.de donatio. quia magis fauetur eccleſijs fundandis de nouo, quàm fundatis:de quo ibi latiùs per Cæpol.in dict. tit.de ſepulcro.& hoc etiam tenet Ioan.de Plat. in dict.l.vnic.C.de ſtud. liber. vrbi.ratione.in fin. lib.
6 xj.vbi tenet, † quòd pro eccleſia ampliāda vicinus cogitur vendere domum.

ARGVMENTVM.

Doctores immunes à collectis qui ſint.

SVMMARIVM.

1 *Doctores actu legentes immunitate gaudent.*
2 *Doctores & aduocati quando militari priuilegio gaudeāt.*
3 *Salarium quod aduocati à clientulis percipiunt ſalarij publici loco habetur.*
4 *Priuilegium quod doctori legenti tribuitur,idem aduocato poſtulanti conceditur.*
5 *Aduocatus ad nullum munus perſonale præſtandum neque ad recipiendum hoſpites cogi poteſt.*
6 *Magiſtri liberalium artium eodem priuilegio gaudent quo aduocati.*
7 *Pauci ſunt qui ad doctoratus apicem attigerunt.*
8 *Doctores actione reali non citandi.*
9 *Doctor ut præſtet conſilium, cogi poteſt.*
10 *Doctores principis conſiſtorium ingredi permiſſum.*
11 *Aduocato iuſtum patrocinium uendere licitum.*

Quæſtio DCXXXVII.

QVAERITVR an doctores qui ſunt immunes à collectis vel muneribus mixtis, vel ordinarijs: iuxt.l.medicos. C. de profeſſo.& medicis.lib.xj.& l.fi.§.fi.ff.de muner.& oneribus.an intelligatur duntaxat de doctor.actu legentibus? Et di-
1 cendum eſt,† quòd ſic, & non de alijs : ſecundum Bart.in dict. l.medicos.& ibi ſequūtur Ang. & Io. de Plate.quia hoc priulegium conceditur ratione officij ſtudij& lecturę,illo ceſſante ceſſat priuilegiū: ſecundum Ioan.de Plat.ibi,& l.in filijs. C. de decuri.lib. x. & idem videtur tenere Alexan.de Imol. in l.Centurio.ff.de vulga.& pupilla.in queſtio.illa

2 an doctor † vel aduocatus gaudeat priuilegio militari, vbi tenet quòd ſic: cum limitatione tamẽ quãdo actu & exercitio ſunt doctores vel aduocati. ſecus ſi ſolo nomine, & nunquam actu ſint doctor. l. quæ ſub prætextu. C. de ſacro ſanct. eccleſi. & pro hoc allegãt Barto. in dict. l. medicos. licèt Barto. ibi loquatur tantùm de doctoribus actu legẽtibus. Sed idem eſt in aduocato qui laborat pro re publica, & dicitur exercere publicum officium, etiam ſi non ſit ſtipendiatus de publico, ſed percipiat ſolutionẽ à

3 clientulis, niſi ſit aduocatus pauperum. † ſed hodie iſtud ſalarium aduocatorum quod percipiũt à cliẽtulis eſt ſubrogatum loco ſalarij publici. & ideò dicuntur habere quaſi caſtrenſe peculiũ, dum tamen ſint deſcripti in matricula aduocatorum: ſecundum glo. in l. fori. C. de aduoca. diuerſo. iudic. quã ibi ſequuntur Bartol. Bald. Salice. & idem Bartol.

4 & Ioan. de Plate. in l. fina. C. de ſilentia. lib. xij. † Et ideò idẽ priuilegiũ quod attribuitur doctori legẽti etiã attribuitur aduocato poſtulanti ſeu practicãti: quia vterq; militat militia inermi. ſecundum glo. Bar. in l. j. §. eſt & alius. ff. ſi quis à parent. manumiſ. fuer. & in l. miles. in principio. ff. de re iudic. Nam aduocatus etiam habet excuſationẽ. l. ſancimus. C. de aduoc. diuerſ. iudic. ita quòd non tenetur ad collectas, nec ad alia munera perſonalia præterquã ad

5 ſuſcipiendũ delegationẽ cauſarũ. † vnde nõ poteſt cogi ad gardiam vel cuſtodiã vel aliud munus perſonale: ſecundum Bald. ibi. & pariter excuſantur à munere recipiendi hoſpites. dict. l. fina. §. fina. ff. de muner. & onerib. & idem in iudice. l. cunctos. l. Ar-

6 chiatros. C. de metali. libr. xij. † Et idem in magiſtris liberalium artium, dum tamen non ſint magiſtri primarũ literarum ſeu alphabeti. l. vt gradatim in fi. ff. de muner. & onerib. licèt Albe. in dict. l. ſancimus. la j. C. de aduoca. diuerſ. iudic. referat, quòd de conſuetudine aduocati qui non habent ſtipendia de publico, nõ habent immunitatẽ munerũ. per l. ſi quis magiſtratus. ff. de munerib. & onerib. vide Barto. in l. j. C. de mulieri. in quo lib. x. Adde ꝙ pau-

7 ciſsimi † rectè attingunt apicem doctoratus: ſecũdum Cyn. in lectura quem refert Barto. in proœmi.

8 ſtorum. Adde † quòd doctor gaudet priuilegio ne citetur citatiõe reali, aliâs cõtrafaciẽs punitur officio iudic. ſecundum Bart. in l. ſi libertus. ff. de in ius vocan. Adde quòd doctor ſalariatus quando recedit, ſi reuertatur cenſetur renouatus ſub eodem ſalario: ſecundum Bald. in l. etiam. in fin. C. de iur. domi. pro quo facit. l. penul. §. vxor. ff. ſolu. matrim. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. & quando doctor recedit ante tempus, non debet habere ſalariũ: ſecundum Bal. in l. ædem. C. de locato & conduct.

9 Adde † ꝙ doctor põt cogi ad præſtandũ conſiliũ: ſecundũ glo. Bar. Ioan. de Plat. in l. ij. C. de prox. ſacro ſcrini. libr. xij. & ibi per Bartol. Ioan. de Pla. & l. ij. de pœn. facit. l. ſanctiùs. C. qui pro ſua iuriſdi. l. quiſquis. C. de poſtu. adde l. ij. & iij. C. de officio diuerſ. iudic. & l. ij. C. de proxi. ſacro. ſcrin. lib. xij.

10 quòd † doctores habent facultatẽ intrandi conſiſtoriũ principis & tales officiarij proximi ſcriniorũ. etiam debent ſedere cum præſidibus, quando vadunt extra eccleſiam. Adde verba Augu. in ca. non licèt. xj. queſtio. iij. quòd licitum eſt aduocato vendere iuſtum patrocinium, & iuriſconſulto rectum conſilium: de quo ibi per glo. & doctor. per Specu. in titul. de ſalar. §. ſequitur. & ibi per Ioan. in addi. Vide de dictis priuileg. doctorum quæ ponit Petr. de Ancha. in clemen. ij. de magiſt. Ange. Areti. Inſtitu. de exſcu. tuto. §. item Romæ.

ARGVMENVTM.

Filij doctorum & aduocatorum patrum priuilegio gaudent.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati & eorum liberi quæſtionis priuilegio gaudent.*
2 *Scientia hominem nobilitat.*
3 *Doctorum priuilegio immunitatis & munerum, neque ad eorum liberos, neque ad uxores tranſeunt: niſi uita durãte doctorum.*

Quæſtio DCXXXIX.

QVAERITVR an filij doctorũ ſiue aduocatorum gaudeãt eodem priuilegio. Et videretur dicendũ quòd ſic, vna cũ eorũ vxoribus. l. medicos. C. de profeſſo. & medici. lib. x. l. milites. l.

1 diuo Marco. C. de quæſtio. † vbi etiam aduocati gaudẽt priuilegio queſtionis, & eorũ liberi vſq; ad nepotes incluſiuè: ſecundũ doct. ibi, pro quo facit l.

2 ij. C. de epiſcop. & cleric. Et ideò † ſicuti ſcientia nobilitat aliquem: ſecundum Cyn. in l. procedendum. C. de poſtulan. ita etiam eius liberi nobilitantur. Et ita eſt ſolitum ſeruari in his partibus. Veruntamen ſecundum Ioan. de Pla. in l. in filijs. C. de decur. lib.

3 x. etiam † priuilegia immunitatis muner. non tranſeunt ad liberos vel vxores & miniſtros exiſtentes, niſi durante vita doctoris, de quo ibi latiùs per ipſum. & inter cætera priuilegia filij aduocatorũ debent præferri in honore vel officio. l. petitionem. §. filijs. C. de aduoc. diuerſ. iud. l. iubemus. C. de aduoca. diuerſ. iudic. Et ibi gloſ. quòd filij doctorum non debent dare pro ſumptibus, quando legunt ordinarium vel extraordinarium, nec etiam quando examinantur: vide Bal. in l. nemini. C. de aduoc. diuerſo. iudic. An autem collecta ſit permiſſa doctoribus legẽtibus in ſtudio: vide per glo. in c. quia non nullis. de magiſt. & in cap. de quibuſdã. xxxvij. diſtinct. per gloſſ. ac docto. & per Ioan. de Ana. in rubric. de magiſt.

ARGVMENTVM.

Aduocati credentiam ſeruare tenentur & ſecreta ſuæ partis committere non debent.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus, domini arcana pandere non debet.*
2 *Aduocatus qui ſecreta ſuæ partis parti aduerſæ oſtendit, falſi pœnam incurrit.*

Quæſtio DCXL.

QVAERITVR vtrum officiarij vel aduocati teneãtur credentiam ſeruare & non reuelare. Et videtur dicendum quòd ſic, ſicuti de vaſal-

1 lo dicitur, vbi † non debet pandere & manifeſtare quod ſibi ſecretò iniunctum eſt ſine licentia domini. cap. j. de nou. fide. forma. cap. ego. de iur. iurand. aliâs dicitur contrauenire iuramento, & priuatur feudo: ſecundum Bald. de pace conſtan. §. credẽtia. Et eſt locus priuationi officij, vt ibi habetur. & idẽ

2 eſt de auocato † quando oſtendit ſecreta parti aduerſæ:

uerſæ: quia incidit in pœnam falſi.l.j.§.is qui depo
nit.ff.de falſ.& pariter diceretur aduocatus præua-
ricator.l.j.ff.de prçuaricato.cum ibi not.per Barto.

Quæſtio DCXLI.

QVAERITVR an conſiliarij ſint excuſa
ti à munere legationis ſeu ambaſsiatæ: & an
debeant prius petere licentiam, & portare literas
ſuæ ambaſsiatæ? Et dicendum eſt, quòd debent
prius obtinere licentiam & portare literas ſuæ am-
baſsiatæ.l.ſi quis.de Decurio.&ibi per Bart.& Io.
de Plate.C.de decuri.lib.x.

ARGVMENTVM.

De officio poteſtatis terrarum.

SVMMAVIVM.

1 *Poteſtas terrarum maioris eſt iuriſdictionis quàm ſuus aſ-ſeſſor.*
2 *Poteſtas ad inſtar præſidis dicitur.*
3 *Poteſtas caput clericorum dicitur.*
4 *Poteſtas conſilium conuocare poteſt, & illo congregato quid agendum ſit proponere.*
5 *Poteſtas ex cõſuetudine merum mixtum imperium habet.*
6 *Poteſtas illiteratus eſſe poteſt.*
7 *Poteſtas ſtatuta quæ ſeruari iurauit, an ea trãſgredi liceat.*
7 *Poteſtas ſibi tribunal eligere poteſt.*

Quæſtio DCXLII.

QVAERITVR de officio poteſtatis ter-
rarum: quia regulariter in partibus Italiæ
vtuntur poteſtatibus, qui habent eorum vicarios
1 ſeu aſſeſſores: † licèt poteſtas habeat maiorẽ iuriſ-
dictionẽ, quã eius aſſeſſor: quia poteſt ipſum reuo
2 care: ſecundum Bartol.in l.iudicium.ff.de iudi. † &
poteſtas dicitur ad inſtar præſidis: ſecundum Bart.
3 in l. illicitas.§. qui vniuerſas.ff.de offic.præſid. † Et
talis poteſtas dicitur caput laicorũ ſicut Epiſcopus
dicitur caput clericorũ: ſecũdum Bart.in l. nulli.ff.
4 quod cuiuſque vniuerſi. † Et poteſt conuenire con
ſilium ex magnificis, &proponere quid ſit agendum
5 ſecundum Barto.in l.ij.C.de decurio.lib.x. Et † ex
cõſuetudine habent merum mixtum imperium, &
poſſunt bannire: ſecundum Barto.in cap.j.hic fini-
tur lex.de quo per Barto.in l.præſides.C.de epiſco-
po audien.& non poteſt conſtituere vicarium ante
ingreſſum: ſecundum Barto.in l.obſeruare.ff.de of
ficio proconſul. & pariter debet confirmari à ſupe
6 riore.& pariter † poteſtas poteſt eſſe illiteratus: dũ
tamen habeat aſſeſſorem.l.certi.C.de iudic.& in l.
7 fina.C.de ſenten. ex pericul. recitand. † Et pariter
poteſtas qui iurauit ſeruare ſtatuta: non poteſt ea
transſgredi, ſed debet præciſè ſeruare: ſecũdum Bal.
authẽ.hodie. C. de iud.niſi ex cauſa: ſecundũ. Bal.
in authẽ. qui admit. ad bonor.poſſeſſ.& Innocen.
in cap.j.de conſtitutio.quod eſt verum in maiori-
bus magiſtratibus. Secus in poteſtatibus terrarũ: ſe
8 cundum Bald.ibi, † & pariter poteſtas poteſt ſibi
eligere tribunal, dum tamen ſit congruum.l. ſi vt
proponis.la ij.C.quomo.& quando iud. & pariter
poteſtas ſeruire per ſubſtitutũ, niſi ex cauſa neceſsi-
tatis: ſecundum Angel.in authentic.de adminiſtr.
in fin.collatio.vij. An iſti poteſtates poſſunt creare
iudices ſeu vicarios in criminalibus. vide glo.Bar.
in l.ij.C.de offic.eius qui vi. Ange.Aret.& Augu.
in tracta.maleſi.in princip.ſuper verb. per dominũ
vicarium poteſtatem Bononieñ.& circa finẽ, ſupe
verbo, hæc eſt quędam ſentẽtia, & ſequẽti, & Alex.
in rubric.ff.de offic.eius, vbi refert quòd de officio
poſſunt creare locumtenentem.

ARGVMENTVM.

Poteſtates terrarum in ſyndicatu tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtates terrarum functo officio per dies quinquaginta ut ſyndicentur, ſtare tenentur.*
2 *Poteſtates in loco originis uel domicilij perpetuò conueniri poterunt.*
3 *Poteſtates ſyndicatu durante cauere tenentur.*
4 *Poteſtas omnem ſuam familiam exibere tenetur.*
5 *Officiarij regum an ſyndicari poſſunt.*
6 *Poteſtas an de acceſſoris imperitia teneatur.*
7 *Non appellatur à ſententia in ſyndicatu lata.*

Quæſtio DCXLIII.

QVAERITVR qualiter poteſtates ter-
rarum teneantur in ſyndicatu: quia regula-
riter fuerunt duo, videlicet vnus in ciuilibus, & al-
ter in criminalibus. l. ſolemus.§. latrunculator. ff.
1 de iudic. † Et in effectu tenetur manere finito offi-
cio per quinquaginta dies. vt l.vnic.C.vt omnes iu
dices tam ciuiles quàm militares. & licet non te-
neatur ſtare officiarius poſt quinquaginta dies: ta-
2 men adhuc durat lis: ſecundum Barto.ibi, † licèt
etiam in loco originis vel domicilij poterit perpe-
tuò cõueniri: ſecundum glo.&Bart.in l.ij.ff.ad leg.
Iulli.repetunda. & vt intelligo in partibus Italiæ
3 durante ſyndicatu † poteſtates habẽt cauere: vide
Bald.in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offici.procon
ſul.& leg. vbi tractat materiã ſyndicatus per trigin
ta quatuor quęſtioes.& idẽ in fine tenet, † q in ſyn
4 dicatu poteſtas tenet exhibere totam ſuam familiã:
&quòd poterit inquiri cum familia de geſtis per ip
5 ſum.& ibi etiam tenet, † quòd officium regum vel
principum poſſunt ſyndicari, quãdo placet princi-
6 pi. † vtrum autem poteſtas teneatur de imperitia ac
ceſſori, ſeu vicarij: vide per Bald.& Sali.in rubr.C.
7 de pœn.iudi. Adde † quòd à ſententia lata in ſyn-
dicatu nõ appellatur.l.iij.C.quo.appel.nõ recip.ſe-
cũdum Albe.in l.j.C.vt oẽs iudi.tã ciuile.& pariter
ſtatur iuratoriç cautioni, vt ibi habetur: ſecundum
Alexand.de Imol.in l.j.ff. qui ſatiſdare cogan.

SVMMARIVM.

1 *Iuxta dict. quomodò intelligatur.*

Quæſtio DCXLIIII.

QVAERITVR quãdo faber maleat iux-
ta domum doctoris, quòd poteſt expelli prout
ſupra dictum fuit, qualiter intelligatur illa dictio,
1 iuxta. Et † in effectu denotat vicinitatem per de-
cem pedes propè. l. penulti. & ibi Barto.C.de aquç
ductu.lib.xj. vel per quadraginta pedes.c.ſicut.an-
tiquitus.xvij.quæſtio.iiij.

ARGVMENTVM

Faber an ob infirmitatem à fabricando ad tempus
abſtinere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Neceſſitas legi non ſubijcitur.*

Quæſtio DCXLV.

QVAERITVR an faber ſeu ſerraliator debeat abſtinere ab officio maleandi ad tempus propter neceſsitatem infirmitatis vicinis: Et videretur dicẽdum quòd ſic: † quia neceſsitas non
1 ſubijcitur legi.c.quod non eſt licitum.de regul.iur. l.j.ff.de offi.conſul. Et iſta quæſtio accidit de facto in hac ciuitate Gratianop. in curia communi, vbi fuit petitũ inhiberi cuidam ſerraliatori ne vteretur maleo, aut lima, aut alio artificio ad tempus, ad finem nẽ impediretur requies vicini ægrotãtis, ſe offerentes parentes infirmi ſoluere intereſſe, vbi talis ſerraliator non poſſet ibi operari. Et dum caſus cõtingeret ordinari ante omnia quòd medicus dicti ægrotantis veniret facturus relationem cum iuramento in manibus iudicis ſuper dicta infirmitate ad demonſtrandum quòd non ſit ficta infirmitas.l.obſeruare.ff.de curator. furioſ.quia interdum aliqui fingunt ſe infirmos ad effectũ euitandi onera aut quæſtionem. Et ideò iudex ſuper hoc debet adhibere medicos: ſecundum Iacob. de Are. Bart. & Bald.in dict.l.obſeruare.l.ſemel.C. de re militar. lib.xij. Et ita etiam tenet Io.de Platea in l.filijs. C. de deurio.libr.x.fac.l.quidam ignauiæ. eod. titu.

ARGVMENTVM.

Medicus an de imperitia teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Medici imperitia culpæ annumeratur.*
2 *Medicus an infirmum deſerere poßit.*
3 *Aduocatus an clientulum in medio litis deſerere poßit.*
4 *Medico nouis & bonis medicamentis non uetuſtis utẽdum.*
5 *Quæ requirantur in medico.*
6 *Medicus an ſalarium non obſtante mortis euentu petere poßit.*
7 *Medici pauperes gratis curare tenentur.*
8 *Medicus bonus in curanda infirmitate adhibendus, Idem in aduocato.*
9 *Sententia lata ad medici relationem in rem iudicatam nunquam tranſit.*

Quæſtio DCXLVI.

QVAERITVR an medicus propter imperitiam faciat litem ſuam. Et dicendum eſt, quòd ſic.l.illicitas.§.ſicuti.ff.de officio præſidis. §. prætereà ſi medicus.inſtitu.ad leg. Aquiliam.verſi.
1 imperitia.vbi † imperitia medici annumeratur culpæ.vel etiam quando dedit perperã medicamenta. aut quãdo derelinquit curationem. l. qua actione. in fin.l.idem iuris.in princip.ff.ad leg. Aquil. quod eſt intelligendum ſecundum Ioan. Fabr. in dict. §. item.verſicu.prætereà.Inſtitu.ad leg. Aquil.quando medicus à principio gratis medetur, aliàs obdefectum ſolutionis poſſet deſerere infirmum: ſecundum aliquos.l.per hanc.C.de eroga.mil.anno. lib.
2 xij. † Sed in cõtrarium tenet: quia propter hoc non debet deſerere infirmum:ſed debet agere pro ſuo ſalario.coram iudice. Angelus verò Aretinus in dict. §. prætereà. tenet, quòd quando infirmus decedit propter imperitiam medici, non tenetur lege Cornelia de ſicca.cùm ceſſet dolus:ſed bene tenetur ad ad intereſſe. Et ibi formant quæſtionem de aduo-
3 cato † an in medio cauſæ poſsit relinquere cauſam?& tenet quòd non, dum tamen ſibi ſatisfaciat
4 de ſalario. † Et pariter medicus debet vti medicamentis nouis bonis & non vetuſtis: vt ibi habetur. l.ij ff.ad legem Corneliam de ſiccar. licèt quando medicus adhibuit diligentiam ad condendum medelas: ſed non facit magnã operationem, licèt haberent apparẽtiam bonarum ſpecierũ vel aromatarius ſeu pygmentarius non benè compoſuit: tunc excuſatur medicus:ſecundum Innocen.in cap. tua nos.de homicid. Angel. Aret.in dict.§.prætereà. inſtitut. ad leg. Aquil. aliàs autem caſus fragilitatis non imputetur medico, qui non eſt ſemper in poteſtate medici vt leruetur æger. d.l. illicitas. §. ſicuti.
5 ff. de officio præſidis. † nam plura requiruntur in medico vel ſirurgo vt nõ imputetur mors infirmi. Primò quòd iſtud officium ſibi conueniat vt quòd ſit laicus, non autem clericus vel religioſus. dict. c. tua nos.c.ſententiam.c.nõ magno.c.fin. ne clerici vel monachi. Secundò requiritur quòd ſit peritus. Tertiò requiritur quòd adhibeat diligentiã. Quartò quòd informet ægrum de hijs quæ ſunt ſibi contraria. Et his ſeruatis nõ imputetur medico euẽtus
6 mortis, adeò & intantũm † quòd nõ obſtante euentu mortis poterit petere eius ſallariũ: ſecũdum glo.
7 in ſumma.lxxxiij. diſtinctio.& ibi etiã glo.† quòd medicus tenetur gratis curare pauperes, ſed quòd ad diuites non: ſed poteſt repetere ſalarium etiam ſi æger prohibuerit:de quo ibi latiùs habetur. Adde q
8 debet adhiberi bonus medicus in curanda infirmitate & idem in aduocato.l. j.cũ vbi debetur euictio ſi non adhibetur bonus aduocatus non deberetur euictio: ſecundum gloſſ. in l.quod ſi nolit.§. ſi mancipium.ff.de ædil.edict.& in l.ſi ab hoſtibus. §.j. ff. ſolu.matri. Adde quòd ſæpè manus obſtetricum & oculus fallitur.c.nec aliqua.xxvij.queſtiõ.j.c.cauſam.de probatio.l.j.ff de ventre inſpicien. Et idem
9 videtur in medico. Et ideò † ſententia lata ad dictũ medicorum, nunquã tranſit in rem iudicatam adueniente peritiore:ſecundum Ioan. Andr.in additio. ad Specula.titu.de homic.& nota.per Doctor.in c. propoſuiſti.de proba. Vide Hoſtiẽ.in ſumma de homici.§.inquantũ.ver.& Spec.in titu.de diſpen.aliàs de lega.§.iuxta.& per Inno. & Io.de Ana.in c. tua nos.de homicid. & ibi quãdo medicus differt dare liberationẽ, vt habeat plures pecunias.& in tract. de reſtitu.de Pla. vide in catho.Corporis auxilium medico cõmitte fideli.& ibi per authorẽ vide gl. in l. Martius.ff.de loca.vide Bald.in rubric.C.de proba. Et de hoc vide Maria.Socin.in repetitione c.ad audientiã.de homici.in vij.q.principali.& c.ad aures.de ætate & qualita.& c.tua nos.de homicid.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui ex iudicandi neceßitate ſententiam tulit, quòd de imperitia non teneatur.*
2 *Libellandi modus in ſyndicatu.*

Quæſtio DXLVII

QVAERITVR quia finito officio iudex tenetur reſpondere in ſyndicatu prout ſuprà dictum fuit quæſtio.dcxlij. Et in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffrag.fiant.§.neceſsitatem.col.ij. Et ibi quãdo poteſt procedi ſine libello contra iudicẽ & qualiter faciat litem ſuam quãdo iudicat per imperitiam

peritiam. l. fina. ff. de varijs & extraordina. cognitio nibus. l. ex maleficijs. §. ſi iudex. ff. de actio. & oblig.
1 & inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi delicto. † Et iſto caſu non tenetur ex maleficio quando iudicat per imperitiam: quia hoc facit ex neceſsitate iudicandi. l. fi. §. ſyndicandi. ff. de munerib. & onerib. ſecundum Barto. in dict. §. ſi iudex. ſecus in medico vel acceſſore aſſerentes ſe peritos. iuxta. not. per gloſſ. & doctor. in l. ij. ff. quod quiſque iuris. Et prout iudex tenetur de negligentia. §. iudices. in dict. authentic. de pace iuramen. formand. & in l. mancipia. C. de ſerui. fugiti. † de modo formandi libellum
2 in ſyndicatu, habetur per Ang. Aret. de oblig. quæ ex quaſi delicto. in princip. quia debet concludi iudicem qui malè iudicauit in quantum viſum fuerit iudici, ſeu diſcretioni iudicâtis. & ideò cautela eſt, quod quando filiusfamiliâs exercuit officium, quòd in ſyndicatu probetur quòd ſit filiusfamiliâs: quia tunc nô tenebitur: niſi quatenùs habuit in peculio. & ideò ſi nihil habeat, abſoluetur: ſecundum Bart. in l. ſi filius. ff. de iudic. & hoc quando iudicant per imperitiam: ſecus ſi doloſè: ſecundum Ange. Areti. vbi ſupra.

ARGVMENTVM.

Modus probandi Baratariam.

SVMMARIVM

1 *Barataria teſtibus & agentis iuramento probari poteſt.*
2 *Qualiter quis in officio deliquerit probandi modus.*
3 *Barataria per iudidicis familiares probari poteſt.*
4 *Domeſticum teſtimonium in delictis occultis valet.*

Quæſtio DCXLVIII.

QVAERITVR de modo probandi baratariam in officio. Et in effectu ſecúdum glo. in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. §. neceſsitatem. colla. ij. ſuper verbo, oſtéditur. poteſt
1 probari per † teſtes, vel per ſolum ſacramentû agentis, & hoc quando deliquit in officio: ſecundum Ioan. de Plate. in l. iudices. C. de dignitatibus, libr. xij. quia tunc ſufficit iuramentum cum ſemiplena probatione. Et iſto caſu debet remoueri ab officio & priuari ſalario: nec debet redire ad illud officium etiam per reſcriptum. l. ſi aliquid. C. de ſuſcepto. & archar. lib. x. niſi fieret ſpecialis mentio in reſcri
2 pto: ſecundum Ioan. de Plat. in dict. l. iudices. † & de modo etiam probandi qualiter quis deliquit in officio, habetur per Io. de Plat. in dict. l. ſi aliquid. vbi limitat glo. in dict. §. neceſsitaté. videlicet quando officiarius aufugiſſet: quia tunc poteſt probari delictum per iuramentum. l. iij. C. de aſſeſſorib. vel etiam quando conſtaret de delicto, ſed non conſtaret de quantitate pecuniæ, vel de quâtitate rei: quia tunc ſtaretur iuramento. l. ſi quâdo. C. vnde vi. aliâs requirerentur plenæ probationes. l. ſciât cuncti. C. de probation. & de modo etiam probandi baratariam in officio habetûr per Parid. de Put. in tracta. de ſyndic. ſuper dictióe teſtes. & ſuper dictione pro-
3 batio. † Poteſt etiâ probari per familiares iudicis, tâ actiuè quàm paſsiuè: ſecundû Bal. in l. obſeruare. § proficiſci. ff. de offic. proconſul. & lega. in viij. quæſti. & in fi. quia in iſtis delictis occultis admittûtur in teſtes illi de domo, aut capitul. l. conſenſu. C. de repud. c. veniens. le grâd. de teſtib. c. & ſi Chriſtus. de iure iurand. in fin.

ARGVMENTVM.

Aduocatus dans malum conſilium an litem ſuam faciat.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus an ex conſilio teneatur.*
2 *Quid in conſultore.*
3 *Artifices de imperitia tenentur.*

Quæſtio DCXLIX.

QVAERITVR an aduocatus propter imperitiam faciat litem ſuam: dubiû facit, quia
1 nemo † ex côſilio tenetur: vt in regula iuris. Sed in contrarium tenet Specu. in titul. de aduocato. §. fi. verſicu. quid ſi per imprudentiam: ſecus ſi ob defectum probationû: quia tunc non eſt defectus aduo
2 cati. † Et idem eſt in conſultore, ſecundum Specu. in titul. de requiſitione conſilij. verſic. conſilium electi. & ibi in verſicu. item fateor iurare. de quo etiâ per Barto. in l. ij. & in l. idem quærit. ff. manda. §. ſi quis ea. ff. manda. & in l. ex maleficijs. §. ſi iudex. ff.
3 de actio. & oblig. & idem in quolibet artifice † qui tenetur de imperitia: quia omnes tenêtur ſcire quæ ſpectant ad eius officium, aliâs tenentur: quia præſumûtur eſſe in culpa. c. nô eſt ſine culpa. de regu. iuris. lib. vj. ſecundum Inno. in cap. cùm in cunctis. de elect. Panormi. in cap. ſicut. in fin. ne cleric. vel monachi.

ARGVMENTVM.

Iudex aut aduocatus propter inſufficientiam reprobari poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Doctores antequam ad agendas cauſas admittâtur, approbandi ſunt.*
2 *Remoueri ab officio quis poteſt propter inſufficientiam.*
3 *In præfecto prætorio tria præcipuè deſiderantur.*
4 *Cauſas agere & poſtulare illiteratum poſſe, modò rerum & factorum peritiam teneat.*
5 *Approbati ij uidentur qui beneficium in curia ſuſcipiunt.*
6 *Semel approbatus amplius reprobandus non uenit.*

Quæſtio DCL.

QVAERITVR an aduocatus aut iudex poſsit reprobari propter inſufficiêtiam? Et dicendum eſt quod ſic. l. vt gradatim. §. reprobari. ff. de muner. & onerib. l. ſed reprobari. in princip. ff. de excuſa. tuto. & ibi refert de facto in regno Siciliæ, quòd in ciuitate Neapolita. fuerût examinati plures doctores & reprobati. pro quo facit l. nemini. C.
1 de aduoca. diuerſ. iudic. † vbi doctores debent approbari ante quàm admittantur ad poſtulandum.
2 pro quo etiam facit: † quia quis poteſt remoueri ab officio propter inſufficientiam. l. ij. C. de profeſſ. & medic. libr. x. & gloſſ. in c. fi. de renunt. & Ioan. de Pla. in l. iudices. C. de anno. & tribu. lib. x. Et ma
3 ximè in præfectis præto. † in quibus tria debêt eſſe præcipua, ſcilicet induſtria ſingularis, fides explorata, & morû maxima grauitas. l. j. §. fi. ff. de offic. præfect. præto. Adde glo. in l. ij. C. de poſtul. † quòd il-
4 literatus poteſt poſtulare ſeu aduocare dum tamen habeat rerum & factorum peritiâ. l. j. §. aduocatos. ff. de varijs & extra. l. certi iuris. C. de iudic. non tamê inter aduocatos numeratur. l. nemini. C. de aduoca. diuerſo. iudic. Specu. titul. de aduoc. §. j. verſi.

ſtos & rectos iudices: ſicuti de bono prælato dicitur, ne populus famem & ſitim verbo Dei ſub eo patiatur. c. licet viij. quæſtione j. & maximè in præfectis prætor. † in quibus principaliter tria debet eſſe
3 præcipua ſcilicet, induſtria ſingularis: fides explorata, & morum maxima grauitas: ſecundū Baldum in l. j. §. j. ff. de offic. præfect. prætorio. Qualis enim fides explorabitur ſi in iudicio conſulatur plus vni
4 parti, quàm alteri: † cùm in iudicijs nō debeat eſſe acceptio perſonarum. cap. nouit. de iudi. aliter eſſet prodere partem. Nam iudex debet eſſe iuſtus, æqualis, communis, & medius: nō declinans in dextram vel ſiniſtrā. c. qualiter. le j. de accuſa. c. cùm etiam. de re iudic. libr. vj. ſecundum Speculatorem in titu. de aduocat. §. hic dicendum. verſicu. iuſtus autem.
5 Et ideò † officiarij Regis poſſunt conueniri in ſyndicatu quando delinquunt in officio. l. ſi aliquid. C. de ſuſcept. libr. x. ſecundum Baldum in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de officio proconſul. & legat. in fi. & iſto caſu poſſunt conueniri etiam durāte officio. l. iubemus. C. ad legem Iuliam repetundarum. Et
6 pariter † iſto caſu debet agi in loco officij adminiſtrati. l. j. C. vt omnes iudices, tam ciuiliter quàm criminales: quia in loco delicti debet fieri remiſsio.
7 Et † regulariter quis ſine accuſatore non punitur. Io. viij. c. l. reſcripto. ff. de munerib. & onerib. Vnde quando agitur contra iudicem in officio debet procedi ex officio per viam inquiſitiōis: ſecūdum Bal. in l. obſeruare. §. profic. ſci. ff. de offic. proconſul. in v. q. ſicuti de tutore ſuſpecto dicitur. l. iij. §. propter
8 ea. ff. de ſuſpect. tut. † nec eſt neceſſaria ſubſcriptio ad pœnam talionis: quādo proceditur per viam inquiſitionis: ſecundum Inno. in c. fi. de purga. cano. Barto. in l. ij. §. ſi publico. ff. de adult. licèt etiam de conſuetudine ceſſat pœna talionis: ſecundum Bartolum in l. penultim. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. & in l. ſi cui. in prin. ff. de accuſatio. Adde etiam ꝙ de conſuetudine in Italia † accuſator non ſe inſcribit in libello ad pœnam talionis: ſecundum Speculatorem in tit. de cōceptione libelli. §. fi. in princ. Et hoc inter laicos. & Ioannes Andræas in additio. ad Speculator. in tit. de accuſatio. in iij. parte. verſicu. Caſus autem. & per Speculato. in titu. de accuſatio. in j. parte. verſicu. Item & rectè per Panormitanum in capitu. ſuper hijs. de accuſationib. facit l. ordo. ff. de public. iudic.

ARGVMENTVM.

Officiali in officio delinquente interim dum pendet lis, debet ab officio ſuſpendi, & ſibi adminiſtratio interdici.

SVMMARIVM.

1 *Tutor ſuſpectus pēdente lite interdicitur adminiſtratione.*
2 *Accuſatus de crimine commiſſo in officio interim debet ſibi interdici adminiſtratio: & maximè ad euitandum ſcandalum. numer. 3.*
4 *Prælatus exoſus populo aut magnatibus patriæ ad euitandum ſcandalum, alio transfertur.*
5 *Officialis lite pendente ſuper crimine commiſſo in officio ad euitandum ſcandalum debet ab officio ſuſpendi: & interdici exercitio officij. & quare. nu. 7.*
6 *Prælatus ſuſpectus interdicitur administratione lite ſi per ſuſpitione pendente.*

Quæſtio DCLIIII.

QVAERITVR an lite pendente quando quis delinquit in officio debeat ſuſpendi ab officio, & ſibi interdici adminiſtratio. & dicendum
1 eſt ꝙ ſic: † ſicuti de ſuſpecto tutore dicitur. l. eum quem. C. de ſuſpect. tuto. §. ſi quis autem. inſtitu. de ſuſpect. tutor. & hoc tenet Bartol. in l. libertus. §. in
2 quæſtionib. ff. ad municipa. vbi tenet, quòd † quando quis accuſatur de crimine commiſſo in officio, quòd interim debet ſibi interdici adminiſtratio. & idem tenet in l. quod ſi fortè. §. j. ff. de ſolutio. & idē tenet Ioan. de Platea in l. vnica. C. de reis poſtula.
3 libr. x. Et præſertim † ad euitandum ſcandalum debet interim ſuſpendi: ſecundum gloſſ. in c. inter. de purga. canonic. facit quod voluit Innocē. in c. niſi. de renuntiatio. & Panormitanus in c. final. de confirmatione vtili vel inutili. vbi volunt ad euitan-
4 dum † ſcandalū, quādo quis eſt exoſus populo, aut magnatibus patriæ debet alibi trāsferri. & ita eſt in
5 propoſito. vide c. licèt Hæly. de ſymo. quia lite † pēdente debent ſuſpēdi ab officio, & eis interdici exercitiū officij, cùm agatur de delictis in officio perpetratis. vbi poſſunt etiam conueniri durante officio: l. Iulianus. C. ad leg. Iuliam repetundarum. ſicuti
6 etiam dicitur de prælato † ſuſpecto, vt interim ſibi interdicatur adminiſtratio. c. venerabili. de officio delega. c. licèt hely. §. quia verò. de ſymonia. Adde quòd in crimine ſymoniæ præcedēte infamia fit ſuſpenſio ſpiritualium, & temporalium. cap. accuſatum. c. licèt hely. §. quia verò. de ſymo. & præſertim vbi timeretur ſcandalum, quòd nō induceret alios ad non deponendum contra ipſum: ſecundum Panormi. in dict. c. licèt Hely. Idem eſt in alijs magnis delictis præcedente infamia ſeu ſuſpitione: ſecundum Ioan. Andr. in nouella, Geminia. in c. de accuſa. libr. vj. allegant. ij. quæſt. v. c. presbyter. idem tenent Panormitanus, Ioannes de Anania in dict. capitu. accuſatum. Adde bonum textum in capitu. cùm eterni. de re iudicata libro ſexto, vbi loquitur de pœna ſuſpitiōis officij interdicti per annum quando profert ſentētiam iniquam. Et eſt ratio ſecundum Paridem de Puteo in tracta. de ſyndicatu.
7 ſuper verb. accuſatus. quia † officialis interim debet ſuſpendi ab officio: quia ſi contrarium fieret, aſtrueret teſtes ſcientes veritatē, vel minaretur ipſos. c. tam literis. de teſtib.

Quæſtio DCLV.

Apoſtilla adiecta in margine an falſa cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Actus in dubio potiùs errore quàm falsò ſcriptus cenſetur. & nu. 5.*
2 *Falſum ex coniecturis probari poteſt.*
3 *Curiam incontinenti ſe corrigere uelle uerisimile non eſt.*
4 *Apoſtilla in margine extrauagans ſine die & conſule cancellata de creditorum conſenſu non præiudicat.*

Quæſtio DCLV.

QVAERITVR quia à margine primæ ordinarionis in manuali cauſæ fiſcalis bonorum, quæ quondam fuerunt Andreæ de monte rufo, de Romanis lata de anno 1496. die viij. menſis Iulij. per quam fuit datus terminus quindecim dierum præciſè, quò ad comparentes, ad dicēdum ad-

uerſus articulos partis fiſcalis: & quò ad non comparentes adiudicantur bono fiſco in eorum contumaciam: ſed in ſecúda ordinatione falsò fabricata appoſita in fine inſtátiarum de eadem data fuit facta adiudicatio bonorum fiſco etiam quò ad comparentes, reſeruato iure agendi, & aliàs prout ibi aſſeritur, contineri. Veruntamen ex poſt facto per alterum ex clericis graphary fuit ſcriptum à margine ſine mandato curiæ, videlicet error regiſtrata in fine inſtantiarum. Et pariter dicta prima ordinatio reperitur cancellata, ſed non ſecunda: an dicta verba excuſent à pœna falſi? Dubium facit: † quia in
1 dubio præſumitur potius ſcriptú errore, quàm falsò: iuxta notata per Bartolum, Baldum, & Ioanné de Imola, in l. quotiens. §. j. ff. de hæredib. inſtituendis. quia falſum non committitur ſine dolo. l. nec exemplum. C. de falſ. Sed in contrarium videtur veritas in caſu iſto: quia licèt in dubio præſumatur errore factum: tamen ſecus quado ex circúſtátijs apparet de contrario: ſecundum Bartol. & cæteros in dict. l.
2 quoties. §. j. Et † quia falſum probatur ex coniecturis: ſecundum Archidiaconum in cap. in memoriam. xix. diſtinctio. Et ita eſt in propoſito: quia hic ſunt plures coniecturæ falſi. Tum quia prima ordinatio fuit recitata in audiétia & nó ſecunda. Tum quia prima magis congruit iuri, cùm fiſcus eſſet actor, & vtatur iure priuati: adeò, ꝙ debeat exprimi iuris ordinatio. l. defenſióis facultas. & ibi per Barto. & Ioanné de Platea C. de iure fiſc. libr. x. ſecundum gloſſ. & Doctor. in l. j. C. de petition. hæredita. Tum etiam quia prima ordinatio fuit regiſtrata in libro manuali ordinationum & nó ſecunda. Tum
3 etiam † quia nó eſt veriſimile, quòd curia ſe voluerit incontinenti corrigere. l. nam ad ea. in fin. ff. de conditionib. & demonſtration. in fine. Tum etiam quia dicta ſecunda ordinatio fuit facta ſub falſa antidata ſpacio certi temporis menſium. Nec obſtant illa verba error appoſita à margine ad magis palliádum dictá falſitaté. cùm nó interuenerit cauſæ cognitio, nec mádatum curiæ. facit quod ſolet dici de apoſtil. vel cácellationibus quæ ex poſt facto apponuntur ſine conſenſu partium & notarij: iuxta notata per Baldum & Alexand. in l. ſi vnus. & in l. noſtram. C. de teſta. & per Ioanné Andr. in additio. ad Spec. in tit. de inſtru. æditio. §. obraſo. in additio. in-
4 cipié. Rota. vbi tenet, ꝙ apoſtilla † à margine, quę eſt extrauagans quæ non habet diem & conſulem, etiam ſi idem notarius ſcripſerit, caſſa & cancellata de conſenſu creditorum non præiudicat: quia non habet ſignum notarij: & per Bald. in l. ea quæ C. commini. epiſtolas pragmaɫ. de quo per eundem Baldum. in rubric. C. de fide inſtrumen. & per Bart. in l. in fraudem. §. ſicut. ff. de teſtamen. licèt in caſu iſto illa apoſtilla error nó ſit ſcripta manu notarij: & ideò ſtat veritas. & de alia ſcriptura à margine ſecundæ ordinationis ſi fuerit ſcripta manu graphary vide latiùs per Alexandrum in dicta l. ſi vnus. Adde quòd prima ordinatio eſt deſcripta in libro ordinationum, & non ſecunda: & tales ordinationes deſcriptæ in libro ordinationum ſunt ſolitæ recitari in audientia. Et pariter liber ordinationum dicitur originale, ad quod debet recurri. iuxta notata per Bartolum. in l. Sempronius Proculo. ff. de legatis ij. Et licèt dicta prima ordinario deſcripta in libro ordinationum ſit cancellata: tamen hoc ideò fit, quia eſt poſita in manuali, & non præiudicat: iuxta notata per Bar. in l. ſi. ff. de his qui in teſtam.
5 delen. Adde etiam † quádo vnus actus ſe poteſt habere ad falſum, vel nó falſum in dubio nó pręſumitur falſum: ſecundum Bald. in l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Bartol. in l. qui. ff. de acquirend. hæredita. Angel. l. merito. ff. pro ſocio. & in dubio debet fieri interrogatio: vt euitetur falſum: ſecundum Cynum in l. in exercendis. Barto. Baldus in l. ſcripturę. C. de fide inſtrumét. Adde quòd cancellatio facta à non habente poteſtatem cancellandi habetur pro non facta: ſecúdum Ange. & Io. de Imol. in l. j. ff. de his quæ in teſtamen. delen.

ARGVMENTVM.

Bona vacantia defectu hæredis an deuoluantur ad fiſcum ipſo iure ſine aditione hæreditatis.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus an acquirat dominium ipſo iure bonorú vacantium defectu hæredis: dum tamen bona ſint ſoluendo.*
2 *Fiſcus cenſetur eſſe loco ultimi hæredis.*
3 *Citationes requiruntur, antequam fiſcus admittatur ad bona uacantia.*
4 *Contradictor ad impediendum incorporationem bonorum vacantium in fiſcum fiendum admittitur.*
5 *Fiſcus quando experiatur iure ordinario.*
6 *Fiſcus non ſuccedit iure ordinario in bonis ſibi delatis defectu hæredis.*
7 *Hæreditas quid.*

Quæſtio DCLVI.

QVAERITVR quia fiſcus prætendebat dicta bona Andreæ de monte Ruffo de Romanis fore ſibi derelicta defectu hęredis teſtamentarij, vel ab inteſtato. iuxta l. j. & l. vacantia. C. de bonis vacantib. libro decimò, & l. j. §. an bona. & l. non poſſunt. & l. dicitur. ff. de iure fiſc. & l. j. ff. de officio procuratoris. Cæſar. An iſto caſu deuoluátur ipſo iure ad fiſcum dicta bona etiam ſine additione hæreditatis. & gloſſ. in dict. l. j. & l. vacantia. Vi-
1 detur tenere † quòd dominium quæratur ipſo iure, dum tamen bona ſint ſoluendo. Sed gloſſ. in dicto §. an bona. videtur tenere quòd requiratur addi-
2 tio hæreditatis: qua fiſcus † cenſetur eſſe loco vltimi hæredis. l. j. C. ſi aduerſus fiſc. l. ſi bona. C. de bonis authoritate iudic. poſsiden. & antequàm fiſcus
3 admittatur, requiritur, quòd † currant citationes tam generaliter, quàm particulariter: ſecundum Bartolum, in dict. l. ſi bona. pro quo facit l. ſi vacantia. C. de bonis vacantibus. libro decimo. Veruntamen aduerſus talem incorporationem, ſeu adiudi-
4 cationem fiendam admittitur contradictor † ad impediendum proprietatis incorporationem, vel adiudicationem ratione proprietatis vel poſſeſſionis: ſecundum Ioannem de Platea & Alexandrum de Imola, in dicta l. ſi vacantia. quia iſto caſu
5 fiſcus † debet exprimi iure ordinario. l. defenſionis facultas. C. de iure fiſci libro decimo. & ibi per Bartolum, & Ioannem de Platea. & hoc etiam tenent Bald. Ioan. de Imola, & Alexander in l. ſi marito. in princip.

in princip. ff. ſoluto matrimonio. faciunt nota. per Innocentium in capitu. veniens. le grand. de teſti. & per Bartolum in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudicata. Sed redeundo ad quæſitum, Bartol. in rubric. ff. de acquirenda hæreditate videtur te-
6 nere quòd † fiſcus non ſuccedat iure hæreditario quando deferuntur ſibi bona vacantia defectu hæredis: quia ipſe non tenetur vltra vires hæreditarias dict. §. an bona. & l. non poſſunt. aliàs ſecus, ſi ſucce-
7 deret iure hæreditario: quia † hæreditas dicitur ſucceſsio in vniuerſum ius defuncti. l. hæreditas. ff. de verborum ſignificatione.

ARGVMENTVM.

Inimici capitales an repellantur ab accuſando.

SVMMARIVM.

1 *Inimici capitales de iure canonico repellũtur ab accuſando & quid de iure ciuili. & numer 3.*
2 *Inimicitiæ capitales quæ remiſsiuè.*
4 *Inimicitia contrahitur accuſando.*

Quæſtio DCLVII.

1 QVAERITVR an inimici capitales repellantur ab accuſando? Et dicendum † eſt quod ſic, de iure canonico. capitu. repellantur. cap. meminerimus. capitu. cùm oporteat. de accuſationi-
2 bus, cum ſimilibus. Et quæ † dicãtur inimicitiæ capitales, habetur in l. Labeo. ff. de arbitr. & in l. iij. §. final. ff. de adimend. legatis. & in l. inimicitiæ. ff. de his quibus vt indignis. licèt ſecundum Speculatorem in titul. de accuſationibus, in prima parte. §. j. verſicul. Item quòd cum inimico. videtur tenere,
3 quòd hoc ſit † arbitrarium iudici. & ibi etiam in fine tenet, quòd inimici capitales repelluntur etiam ab accuſando in criminibus exceptis: vt in crimine læſæ maieſtatis, hæreſis, ſymoniæ. Sed de iure ciuili non reperitur prohibitum, quòd inimicus repellatur ab accuſando. l. qui accuſare. cum ibi notatis per gloſſam, & Doctores. ff. de accuſatiõibus. quia
4 etiam in accuſando † contrahitur inimicitia. Et aliàs poſſet committi fraus in repellendo accuſatorem. Et hoc videtur ſentire Speculator vbi ſuprà ſecundum Ioannem de Imola in l. is qui. ff. de publi. iudic. & Panormitanum in capitu. j. de accuſationibus. De quo per Angelum Aretinũ in tractatu maleficiorum, ſuper verbo, Necnon ad querelam. & ibi per Auguſtin. in additio.

SVMMARIVM.

1 *Miles repellitur ab accuſando, niſi proſequatur ſuam, uel ſuorum iniuriam.*

Quæſtio DCLVIII.

1 QVAERITVR quid in milite, an repellatur ab accuſando. Et dicẽdum eſt † quòd ſic. l. non prohibetur. C. qui accuſare nõ poſſunt. l. qui accuſare. ff. de accuſationib. niſi proſequatur ſuam vel ſuorum iniuriam: vt ibi habetur. Et hoc verum de militibus qui præſtant iuramentum iuxta formam traditam per gloſſam in l. vltima. ff. ex quibus cauſis maiores. aliàs ſecus. iuxta notata per Speculatorem in titulo de accuſati. §. j. verſicu. item excipitur quod eſt notab. per Angelum in tractatu maleficiorum, ſuper verbo, necnon ad querelam. verſiculo vndecimo.

ARGVMENTVM.

Subſcriptio an ſit de ſubſtantia libelli in criminalibus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus non procedit ſine ſubſcriptione.*
2 *Accuſator patitur pœnam talionis, quando eſt in euidenti calumnia*
3 *Accuſator an ſicut reus ſit detinendus.*
4 *Inſcriptionis a ſubſcriptione differentia.*
5 *Requiſita in ſubſcriptione,*
6 *Talio quid.*

Quæſtio DCLIX.

QVAERITVR an ſubſcriptio ſit de ſubſtantia libelli in criminalibus. Et de modo ſubſcriptionis fiendæ, vel inſcriptionis? Et in effe-
1 ctu videtur dicendum † quòd ſit de ſubſtantialibus: aliter non procederet libellus. capitu. ſubſcriptum. iij. quæſtione iij. l. libellorum. §. item ſubſcribere. & l. ſi cui. in principio. ff. de accuſationibus. l. qui crimen. C. qui accuſare non poſſunt. l. in cauſis. C. de accuſationibus. Et hoc tenet gloſſ. in dict. capitul. ſubſcriptio. Pro quo facit capitu. tuę. de procuratoribus. & capitu. ſuper hijs. de accuſationib. Sed gloſſ. in l. ij. C. de fide inſtrumentorum. tenet, ꝙ iſta ſubſcriptio nõ eſt de ſubſtantia libelli, quia ſi omittatur: nihilominùs valet libellus accuſato-
2 rius: licèt accuſator † patiatur eandem pœnam talionis. dicta l. in cauſis. & l. j. C. de aduocatis diuerſorum iudicũ. Et maximè quando eſt in euidenti calumnia. §. notandum. iij. quæſtione iij. & pariter de-
3 bet † detineri accuſator, ſicuti reus, niſi qualitas perſonæ aliter habeat. capitu. quiſquis. iij. quæſtione viij. l. final. C. de exhibendis reis. l. final. C. vbi ſenatores vel clariſsimi. licèt de conſuetudine in aliquibus partibus non habeat locum ſubſcriptio pœnæ talionis, nec detineatur accuſator: iuxta notata per Speculatorem in titu. de accuſatore. verſi. item in prima parte. & in titulo de conceptione libelli. §. final. in principio. & in titul. de accuſationibus. &
4 ibi per Ioannem Andræam. Et de differentia † inſcriptionis, & ſubſcriptiõis eſt: quia inſcriptio propriè dicitur libellus accuſatorius, ſed ſubſcriptio dicitur illa, quæ fit in fine libelli, quando accuſator ſe obligat ad ſimilitudinẽ ſupplicij: licèt interdum vnum ponatur pro reliquo: ſecundum Bartolum in
5 dict. l. ſi cui. Et † de forma ſubſcriptionis principaliter tria requiruntur in ſubſcriptione, quãdo quis ſcit ſcribere, aut per alium, quando neſcit ſcribere. d. l. libellorũ. Primò requiritur, quòd in ſubſcriptione quis profiteatur libellum accuſatorium eſſe datum. Secundò ꝙ quis promittat cauſam proſequi vſque ad finem. Tertiò quòd quis offerat ſe ſubſcripturum pœnam talionis. Et pariter requiritur

quòd datur fideiuſſor de lite proſequẽda. dict.l.qui
crimen.licèt ſecundum gloſſ.in dict. cap. ſuper his.
iſta ſubſcriptio ſolum intelligitur quò ad pœnam
6 talionis.& dicitur talio ſimilitudo † ſupplicij: ſe-
cundum Panormi.ibi.

SVMMAVIVM.

1 *Subſcriptio in quibus criminibus non ſit neceſſaria.*

Quæſtio DCLX.

QVAERITVR in quibus caſibus ceſſet
1 iſta ſubſcriptio. Et in effectu † ceſſat in ratio-
ne adulterij, quando maritus accuſat iura mariti.
l.quamuis.la ij.C. de adulter. ſecundo fallit in cri-
minibus leuibus.l.leuia.ff.de accuſa.& in alijs caſi
bus nota.per gloſſ.in cap. ſuper his.de accuſati. &
per Specu.in titu.de accuſa.verſi.item Rot.in j.par
te.& in titu.de accuſati.in iij. parte. & ibi etiam de
forma ſubſcriptionis.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum factum uigore literarum nulliter impetratarũ
nunquam tranſit in rem iudicatam.*
2 *Iudices & officiarij quatenus multare poſſunt.*
3 *Doctor aut aduocatus aut alioqui exiſtens in magiſtratu
non poteſt carcerari pro debito ciuili.*
4 *Aduocati non minus dicuntur militare quàm milites.*
5 *Ab executione non inchoandum.*
6 *Statuto Delphinali in cauſis patrimonialibus agẽdum eſt
uia ordinaria.*
7 *Fiſcus iure communi regulariter utitur iure priuati.*
8 *Fiſco actore reus non cogitur oſtendere titulum.*
9 *Vocatio partis requiritur in cauſis ſummarijs.*
10 *Citatio eſt de ſubſtantia proceſſus: & eſt de iure diuino. &
nume. 12.*
11 *Res quælibet præſumitur allodialis,*
13 *Parte inaudita nihil ſtaduendum.*
14 *Defenſio non tollitur ſtatuto aut pacto.*

Quæſtio DCLXI.

QVAERITVR ſuper tali caſu qui contin
git in hac ciuitate Grationopo. quia theſauri-
ſarius Delphinalis vigore quorundam prætẽſarum
literarum per ipſum conceſſarum, fecit fieri quod-
dã præceptum priuatũ de hoc præſenti anno natiui
tatis domini 1500. die xxiiij. menſis Marcij cuidã
doctori & aduocato pręſentis ciuitatis Grationo.
matriculato in matricula aduocatorũ curię parla-
mẽti, &etiam in officio magiſtratus cõſtituto iudi-
cis curię comunis Grationo. de tenendo areſtũ in-
fra carceres portę Troynę, ſub pœna centũ marcha
rũ argenti, donec ſoluerit lvj. ſcuta auri pro pręten-
ſis laudimijs in dicta theſauriſaria Delphina. An de
iure tale pręceptum teneat. Et dicendũ eſt, ꝙ non,
etiam ſi dictus theſauriſarius prętendat habere litę
rã de debitis à camera cõputorũ Delphinaliũ: quia
ibi non imponitur tale pręceptum: & pariter dictæ
literę proceſſerũt ſine cauſę cognitione, & abſq; vo
catione partis: & ſic proceſſerũt nulliter, etiã ſi fiat
pręceptũ de ſoluendo rei publicæ. Nec vnquam trã
1 ſit tale † præceptum in rem iudicatam. l. rei iudica-
tę. & l. interlocutio. & toto titul. C. comminat. epi-
ſtol. tum etiam quia dicta multa eſt exceſsiua: quia
2 mediocres † officiarij non poſſunt vltra duas vn-
cias auri, & maiores iudices vltra tres vncias auri.
3 l.eos. C.de modo. multa. tum etiam † quia doctor
vel aduocatus, aut exiſtens in magiſtratu gaudet
priuilegio carceris, & areſti perſonalis. & maximè
pro re ciuili. C. de profeſ. & medi. lib. x. ſicuti in mili
4 te dicitur l. miles. de re iudi. quia † non minus mili-
tãt aduocati patroni cauſarũ, quàm milites. l. aduo
cati. C. de aduoc. diuerſ. iudic. Tum etiã ſiue in cau
5 ſa fiſcali, ſiue priuatorũ non eſt incoandũ † ab exe
cutione. l. j. C. de execu. rei iudic. & ideò ante omnia
debet reuocari: ſecundum glo. Bald. & Bart. ibi. l.
ſi cum nulli. ff. de re iudic. Tum etiam quia per ſta-
6 tuta Delphinalia in cauſis † patrimonialibus debet
agi via ordinaria vocata parte. & pars debet habe-
re copiã petitionis cum termino xv. dierũ, ac in eis
veluti in cauſis priuatorũ procedetur. Præterea etiã
7 iure cõmuni regulariter fiſcus † vtitur iure priuati:
ſecundum glo. cõmuniter approbatã in l. j. C. de pe
titio. hæred. Et ideò in cauſis fiſcalibus eſt ſeruãdus
ordo iuris ſcripti in cauſis priuatorũ: ſecundũ Bart.
& Ioan. de Plate. in l. j. C. de conduct. & procura.
8 lib. xj. & ex quo † fiſcus eſt actor, non tenetur reo
oſtendere titulũ. l. cogi. C. de peti. hæred. ſecundum
Bart. & Io. de Plat. in d. l. j. Et ideò ibi referunt fuiſ-
ſe caſſatam quandã citationem in curia Regis, per
quã citabatur quidã Bart. ad oſtendendũ *quo iure*
tenebat quoddam caſtrũ, aliâs ꝙ priuatur *iure ſuo:*
quia continebant errorẽ iuris. & pro hoc facit l. de-
fenſionis facultas. cum ibi not. per Bar. & Ioan. de
Plat. C. de iur. fiſc. lib. x. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ in
debitis fiſcalibus liquidis debeat procedi ſummariè
l. hi qui. C. de conueniend. fiſc. debitoribus. libr. x.
quia poſito, ſed non conceſſo, & citra *pręiudicium*
9 veritatis, quòd dèberet † procedi ſummarię: tamen
requireretur vacatio partis, & probationes. cle. ſæ-
10 pè. de verb. ſignifi. quia citatio eſt de ſubſtãtia † ſeu
ordine proceſſus. c. quoniã cõtra falſam. de probat.
de pœna temerè litigantiũ. §. fi. quinimò citatio di
citur eſſe de iure diuino, hoc eſt quòd quando Adã
fuit lapſus, Chriſtus ipſum vocauit ante quã ipſum
puniret: ſecundum Bart. in extrauag. ad reprimen-
dum. ſuper verb. & figura. & in l. filiusfamiliâs. ff.
de dona. tum etiam quia dicti cenſus de quibus agi
tur, fuerunt venditi dicto doctori de puro nouo &
franco allodio. Et per conſequens debent vocari
11 eius authores. Pręterea † in dubio dicti cẽſus præſu
muntur allodiales, niſi aliâs apparet de homagio
vel recognitione ſuper hoc facta: quia pręſumendũ
eſt pro libertate, cui fundũ paratur ſeruitutem: ſecũ
dum glo. in l. ſi cuius. ff. de vſufru. & licèt dicti cẽſus
reperiantur ſi infra territorium iuriſdictionis prin
cipis: non tamen pręſumuntur eſſe de retro feudo
principis: ſecundum Hoſtien. & Ioan. And. in cap.
nimis. de iureiuran. & Bald. in l. libertas. ff. de ſtatu
homi. facit cap. ad hoc. de pace iuramen. firmand.
& hoc tenet Paul. de Caſtro. conſil. clxiij. & aliter
dicere eſſet ad præiudicium libertatis Delphinalis
vbi Barones, & Bannereti in eorum homagijs non
tenentur facere denominationem: quia aliter dice-
re eſſet inconueniens, ꝙ dicti barones bannereti in
caſu neceſsitatis alienandę de eorum cenſibus &
redditibus cum reachepto cogerentur ſoluere lau-
des & ventas

des, & veritas. Preterea quæritur quantumcūque iudiciū dicitur ſummarium etiā ſine figura iudicij re-
12 quiratur citatio partis: quia † eſt de iure naturali, & diuino: ſecundum Bartolum in extrauagan ad reprimendum. ſuper verbo, & figura. & pariter requiritur probatio, & examinatio veritatis: ſecundum
An vir literatus nobilis aut in dignitate poſitus plus puniatur quàm plebeius aut vilis.

SVMMARIVM.

1 *Nobilis in pœna pecuniaria plus punitur, ignobilis verò in pœna corporali.*
2 *Nobiles non ſuſpenduntur, ſed capite truncantur.*
3 *Delinquens in officio plus punitur.*
4 *Proditores furca ſuſpenduntur.*
5 *Scientiæ eminentioris ratione maior prærogatiua debetur.*
6 *Cardinales ſi delinquerint ſeuerius in eos animaduertitur propter exemplum, quàm in cæteros.*

Quæſtio DCLXXV.

QVAERITVR an vir literatus vel in dignitate poſitus quando delinquit, an plus peccat & plus puniatur quàm vilis perſona. Et videretur dicendum ꝙ ſic. ca. homo. xl. diſtinctio. & ibi per gloſſ. & in ca. cùm quidam. de iure iurand. licèt
1 gloſ. in c. non cogantur. xlj. diſtinct. teneat † quòd plus puniatur in pœna pecuniaria, & ignobilis in pœna corporali. l. in ſeruorum. & l. ſi quis. & l. quędam. ff. de pœn. facit gloſſ. in l. deſertorem. ff. de
2 re milita. vbi reffert de conſuetudine, † quòd nobiles non ſuſpenduntur furca, ſed decapitatur. & hoc
3 in Italia: ſecus in Francia: ſecundum Bartol. † ibi, Verùtamen quādo delictum cadit in derogationē officij, vel dignitatis: tunc plus punitur exiſtens in dignitate quàm alius: ſecundum Bart. in dict. l. quędam. ff. de pœn. & Bald. in l. nemo clericus. C. de ſum. trinitat. & fide catholi. de quo per Salice. in l. ſeruos. C. ad legem. Iuliam de vi. pub. vide Cœpol. conſil. xl. incipiente. Lucius Titius. vide Bald. in d. c. cū quidā. quòd in crimine proditionis maiores ſuſpendūtur furca: & debet obſeruari in regno Franciæ. & in capit. j. §. iniuria. de pace iuramen. firmand. quādo Reges in bello capiuntur, quòd ſuſpē duntur, econtrà ſalui manēt hodie per iura ſanctæ ſcripturæ ibi allegata. Adde Barto. & Bald. in l. ſed reprobari. §. amplius. ff. de excuſa. tuto. quando ali-
5 qui ſunt valdè diſciplinati, † quòd ratione eminētis ſcientiæ debetur maior prærogatiua, & poteſt recedi à neceſſario & cōmuni ſtatuto. & pariter iſto caſu licitum eſt interdum leges tranſgredi: ſecundum Salic. in capit. j. de conſti. in vij. fallentia. vide Cynum in l. & ſi ſeuerior. C. ex qub. cauſ. infa. in j. quæſtio. Adde in ſimili per gloſſ. in pragmatic. ſanctio. cap. j. ſuper verbo, moribus. in titu. de numero.
6 & qualitate Cardina. † quando Cardinales delinquunt quòd acrius ſunt puniēdi exemplo, attento quòd erant Deo proximiores: tanto grauiùs peccauerunt: de pœn. diſtinct. v. capit. conſideret. & exemplo luciferi: de pœn. diſtinctio. iiij. capitu. princeps.

ARGVMENTVM.

An ratione verborum iniurioſorum dictorum coram principe aut in iudicio iniuriarum actio detur.

SVMMARIVM.

1 *Delicta paria mutua compenſatione tolluntur.*
2 *Iniuria ſi procuratori irrogetur, ad hoc ut domino iniuriarū actio competat, iniurias illatas in domini iniuriam fuiſſe probandum eſt.*
3 *Actio quæ domino competat, quando iniuria famulo illata in domini iniuriam facta cenſeatur.*
4 *Iniuria conſorti facta, toto collegio irrogata cenſetur.*
5 *Iniuria in contumeliam domini committi dicitur, quando officiario in officij executione iniuria infertur.*
6 *Iniuriarum actio an & cui competat, ubi duo ſe uerbis iniurioſis in iudicio affecerunt.*
7 *Actioni iniuriarum neminem reſpōdere teneri, niſi locus, annus & menſis inſerantur.*

Quæſtio DCLXXVI

QVAERITVR quando coram principe aut in iudicio reproperantur aliqua verba iniurioſa, ſeu conuicium: an cōpetat actio iniuriæ? Et videtur dicendum quòd non, quando hincinde
1 fuerunt dicta verba iniurioſa. † & paria delicta mutua compenſatione tollantur. l. ſi ambo. ff. de compenſa. l. viro atque vxore. ff. ſoluto matrimo. capit. penult. & fin. de adulte. & maximè propter præſentiam principis, videtur ceſſare iniuria: nec poteſt

pretēdi ꝙ fuerit irrogata iniuria dicto officiario:in executiōe officij:cùm dicta verba non fuerint prolata in auditorio,nec in foro,nec in executione officij.faciunt nota.per Cyn.in l.ſi non conuitij.C.de iureiurand. in iij.& iiij.quæſtio.l.& ſupprætor. ff.de officio eius cui manda.eſt iuriſdictio.licèt ſecundū Cyn.in dict.l.ſi non conuitij.quando irrogatur iniuria ꝓcuratori, vel officiario.facit quod habetur per glo.in capit.authoritate.in fi.de priuilegijs.lib.
2 vj.† quia debet diſtingui: an talis iniuria fuerit irrogata in iniuriam domini vel ne: quia aliâs non competeret domino actio iniuriæ. facit quod habetur per Bartol.in l.hoſtes.ff.de captiui. & poſtlimi. reuerſ.verſicul. circa prædicta quæro.vbi tenet quòd quando fit reſiſtantia ſeu rebellio alicui officiali,ſeu rectori propter factum ipſius rectoris,quia ipſos malè tractat,nō videtur facere in contemptū domini,nec dicitur eius hoſtis.de quo ibi per Alexand.de Imol.in additio.& per Innocen. & Panormit.in capitu.dilectis.de appel.& in cap. ad apoſtolicæ.de re iudica.libr.vj.ſuper verbo, offendere. de quo etiam habetur in capitu.contingit.de ſentent. excom.& per Bartol.in l.j.§.fina ff.de iniur. vbi facit differentiam quando fit iniuria famulo:an fue-
3 rit facta in contumeliam domini vel ne:† quia primò caſu compert domino actio ciuilis.l.item apud Labeonem.§.penult.& fina ff.de iniur.aliâs ſecus, licèt bene competeret actio criminalis,quia dominus criminaliter bene poſſet accuſare: quia ſua intereſt. & idem poteſt dici de iniuria facta clerico vel colono vel vaſallo:de quo per Bald.in capitu.j.
4 §.iniuria.de pace iurament.firman.† & idem de iniuria quæ fit vni conſorti: quia cenſetur facta toto collegio:ſecundum Bart.in l.cùm ſcimus.C.de agrico. &. cenſi.libr.xi. Adde Cyn.in l.ſi non conuitij.
5 C.de iniur.in iij.quæſtio. † quòd tunc dicitur committi iniuria in contumeliam domini, quando fit iniuria officiario in executiōe officij:aliâs ſecus.allegat l.& ſi prætor.ff.de officio eius cui mandat. eſt iuriſdictio.& ibi gloſſ.quando quis facit,non vt ipſe ſed vt alius. Qualiter iniuria dicatur irrogata in iniuriam domini:vide Cyn.in l.ſi nō cōuitij.C.de iniur.in iij.& iiij.quæſtio. Adde domi.Guido.Pap.deciſio.ccccclvij.quando quis verberet iudicem procuratorem,vel executorem,aut ſeruiētem in executiōe officij,quòd competit iniuria domino, & qua pœna veniāt puniendi,& an ſtetur relationi officiarij,vide ibi. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionē, quā habui de facto de famulo cuiuſdam Abbatis cui fuerat irrogata iniuria in eius perſonam in abſentia tamen Abbatis,licèt in ſeruitio ipſius,& pro eius negotijs,an competeret actio iniuriæ Abbatis?
6 Sed redeundo ad quæſitū:† quādo in iudicio hinc inde reproperatur conuitiū.Speculat.in titu.de accuſatore.§.j.verſicul. quid ſi vocaui te.vbi arguit hinc inde.& tandem tenet quòd competat cuilibet actio iniuriæ:quādo iſtę iniuriæ concernunt diuerſa:ſecus ſi concernunt idem:quia tunc fit differentia quis primò prouocauerit vel ne,vt tunc non cōpetat actio iniuriæ contra prouocatū:quia fuit licitum defendere eius inocētiam. l.j.§.cùm arietes. ff. ſi quadru.pauperiem feciſſ.dicatur.ſecundum Barto.in l.quæ omnia.ff.de procura.quia quando quis eſt prouocatus ad iracundiam, difficile eſt iuſtum dolorē refrenare.l.ſi adulterium.§. Imperatores. ff. de adulter.quia videtur factū calore iracundiæ.l. quicquid.ff.de regul.iuris. & lubricum linguæ de facili non eſt trahendū ad pœnam.l.furioſi.ff.ad legē Iuliā.maieſta.l.j.C. ſi quis Imperato.malèdixit. de qua quæſtione habetur per Panormita.in ca.cū te.de re iudica. vide etiam de materia in cap.parœcianos.& in capit.contingit.de ſenten. excommu. quando irrogatur iniuria religioſo vel clerico ſcolari an competat actio iniuriæ, ſicuti quando irrogatur iniuria filiofamiliâs vel vxori:vide etiam per Bartol.in l.lex.Cornelia.in princip.ff.de iniur.quādo irrogatur iniuria alicui conſanguineo,an com-
7 petat actio iniuriæ omnibus de parentella.† Adde quòd pro verbis iniurioſis non tenetur pars reſpondere,niſi inſeratur locus,annus & mēſis.l.libellorū. ff.de accuſa.capit.tuæ.de procura. ſecundum Specula.in titu.de iniur.etiam ſi agatur ciuiliter pro iniuria:attento quia infamat ſecundum Bartol. in l. prętor edixit.in prin.ff.de iniur.& l.idē exigit.ff.de do. Adde ꝙ iniuria dicitur atrox ratiōe fori ſeu loci.§.atrox.inſtit.de iniur. Adde quòd officiarius regius fuit percuſſus ipſo volente, quòd non dicitur irrogare iniuriam Regi:ſecundum Gulielmum de Cuneo in l.quamuis.ff.de in ius vocand. ſed Rayner.& Pau.de Caſt.tenent contrarium. allegant l. j. §.vſque adeò.ff.de iniur.& Alexand. allegat gloſſ. in capitu.contingit. de ſenten.excommuni.vide in ſimili Bald.in capitu.j.§.iniuria.de pac.iuramen.firmand.Bartol.in l.cùm ſcimus.C de agrico. & cenſi.libr.xj.

ARGVMENTVM.

Princeps remittendo iniuriam coram ſe officiario factam, an iniuriati intereſſe remiſſum videatur.

SVMMARIVM.

1 *Princeps in dubio ius partis remittere non cenſetur.*
2 *Filius iniuriam remittere in præiudicium patris non poteſt.*
3 *Iniuriarum actio marito competit pro iniuria uxori ſuæ illata: & non econtrà.*
4 *Principe adueniente omnis magiſtratus ceſſat.*

Quæſtio DCLXXVII.

QVAERITVR quia prout præſupponitur poſt dictam iniuriam verbalem coram principe irrogatam dicto officiario talis qui irrogauit,ſupplicauit principi,& petijt ſibi veniam .& ſibi peparcit,an cenſeatur remiſſa iniuria irroga-
1 ta dicto officiario? Dubium facit:quia† in dubio princeps non videtur remittere intereſſe partis.l. venia.C.de in ius vocā.Sed in contrarium facit quod notat.per gloſſ.& doctores in capitu. contingit. & in capitu.parœcianos.de ſentent.excommu. in illa quæſtione de iniuria irrogata monacho vel clerico,quòd monaſterium vel Epiſcopus poſſint remittere, & idem ſicuti de iniuria irrogata filiofami-
2 liâs:quia poteſt remittere.l.ſed ſi vnus.§. filiusfamiliâs.ff.de iniur.ſecus econtrà,† quia filius non poteſt remittere iniuriam in præiudicium patris. l. in perſona.ff.de pact.l.j.§. vtque.ff.de iniurijs. & hoc quò ad actionē ciuilē iniuriæ.ſed reſpectu criminalis bene poſſet puniri iniurians non obſtante quòd pater remiſerit iniuriam:ſecundum Bart.in d.§. vtque & præ-

q;.& pręmiſſa procedunt quãdo pater eſt honeſta perſona: ſecus ſi ſit vilis: ſecundũ Bar. in d. §. filio. & pariter qñ iniuria eſſet irroga ta per aliquẽ cõſanguineũ ſeu cõiuncta perſona nõ poſſet remitti: ſecũdũ Bar. in l. Lucius. ff. ſolu. matri. facit quod habetur in c. nõ dubiũ. de ſent. excõmu. & in. §. patitur.
3 inſtituta. de iniur. † de iniuria irrogata vxori: quia cõpetit actio iniurię marito, nõ aũt ecõtra: quia pro iniuria illata marito nõ cõpetit actio iniurię vxori: vt ibi habetur. fallit in vxore accuſante de morte mariti: ſecundũ Bal. in l. ij. C. qui accuſ. nõ poſſ. & Alexã. de Imol. in d. l. j. §. fi. ff. de iniur. & licèt dicta iniuria fuerit irrogata officiario: tñ ex quo erat in pręſentia principis, ceſſabat authoritas dicti officiarij:
4 quia † adueniente principe ceſſat omnis magiſtratus. c. volentes. de officio legati. ca. antiquę. de priuileg. l. fi. ff. de offi. procõſul. & lega. de quo notat. per Bar. & cęteros. in l. iiij. §. ſi tã vicinũ. ff. de dãno. infect. & ideò vide in modo articulãdi, an dicta iniuria irrogata officiario, fuerit irrogata in cõtumeliã dñi, & tũc dominus poterit remittere dictã iniuriam, aliàs ſecus: vt ex præmiſſis apparet, licèt ad præſens relinquo cogitandum.

ARGVMENTVM.

An cõtra commiſſarios ſuper reformatiõe iuſtitiæ agi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Officium nemini damnoſum eſſe debet.*

2 *Officij ratione à præſumpta calumnia quis excuſatur.*

3 *Fama & rumor iuſtam credendi cauſam præſtant: & à pœna iuris uel ſtatuti officiarium excuſant: item & à dolo.*

4 *Denunciatores licèt ad talionis pœnam non teneantur: tamen extraordinem puniri poſſunt.*

5 *Cauſa quæq; fuerit & à dolo & ab iuris ignorãtia excuſat.*

6 *Reus in delictis licèt abſolutus ſit, ob rẽ non probatã: ante quàm tamen abſoluatur purgationi ſubiacet.*

Quæſtio DCLXXVIII.

QVAERITVR quia fuerũt deputati nomine patrię certi ambaſiatores, ſeu delegati ad proſequendum ſuper reformatõie iuſtitię, an cõtra iſtos poſsit agi pro calũnia ſeu iniuria? Dubiũ fa-
1 cit, † quia officiũ nemini debet eſſe dãnoſum. l. ſed ſi quis ex ſenatoribus. ff. quẽadmo. teſta. appe. l. inter officiũ. ff. de reivẽdi. & not. in l. fi. ff. de inoffi. teſta. & ratiõe officij quis excuſatur àpręſumpta calũnia, niſi probetur euidens calumnia. l. ij. C. qui accuſ. nõ poſſ. & ma ximè quando præcedũt indicia: quia quis videtur fuiſſe iuſto errore ductus. l. ij. C.
2 de abolitio. Tũ etiã: † quia fama & rumor pręſtant iuſtã cauſam credẽdi, & excuſant officiariũ à pœna iuris, vel ſtatuti, ſecũdũ Bar. & Ang. Io. de Imol. in l. fi. ff. de heredi. inſti. vel etiã quãdo audiunt à perſonis fidedignis vel ab amicis, & cõſanguineis: ſecũdũ Bar. ibi, & in l. cũ quidã. §. quod dicitur. ff. de acqui. hęre. vbi Bart. tenet, ꝙ fama excuſat à dolo. & idẽ quãdo ſyndicus denũtiat, qñ fuit motus aliquibus iuſtis rationibus ad denũciandũ. de quo etiam per Bar. in l. miles. ff. de adult. aliàs ſi ſyndicus non fuiſſet notus iuſtis rationibus, debẽt puniri: ſecundũ Bar. in d. l. cũ quidã. & licèt ſit differẽtia, inter famã & rumorẽ: tamẽ etiã rumor excuſat à dolo vel calũnia. & hoc verum, niſi accuſatio eſſet inſtituta ad alterius inſtãtiã: ſecundũ Bal. in l. qui nõ probaſſe. C. de calũniato. Nec obſtat pręmiſsis ſi dicatur, ꝙ inſtigator incidit in pœnã Turpilliani, & tenetur in expẽſis. l. in ſenatuſ. §. an ad eos. ff. ad Turpil. & hoc ibi not. Bart. & per glo. in l. ob hęc verba. ff de hij. qui notã. infa. quia hoc verũ, vbi fuiſſet in eudẽ ti calũnia, aliàs ſecus: quia iſti denũciatores non faciũt differẽtiã, nec tenetur ſe inſcribere. l. ea quidẽ C. de accuſ. l. ab executiõe. §. nunciatores. ff. ad Turpilia. l. tutorẽ. ff. de hijs quib. vt indig. l. Diuus. ff. de cuſto. reor. quia ipſi faciũt ex neceſsitate offi., li-
4 cèt tales nũciatores debẽt adſiſtere: † verũtamen licèt nõ teneatur pœna talionis: tamẽ põt puniri extraordinariè. vide Bar. in l. athletas. §. calũniator. ff. de hij. qui notat. infami. qñ quis audiuit dici à perſonis fidedignis. & per Panor. in c. fi. de calunniat.
5 quia † quęcunq; cauſa habet excuſare à dolo. & ibi ignorãtia iuris: ſecũdũ glo. in l. plagij. C. ad leg. Iuliã de plagia. l. j. in fi. ff. de abige. l. ignor. §. j. ff. delibera. cauſ. & per Bar. in l. j. §. j. ff. ſi quis liber. eſſe iuſſus fuerit. & idẽ in iudice inquirẽte, quãdo procedit fama, quod nõ faciat litẽ ſuã: ſecundũ Cyn. in l. ſancimus. C. de iudi. circa fi. & ibi per Bal. & in xiij. q. & per Bal. in l. fi. C. de prob. & per Cyn. & Bal. in l. curator. C. de excuſ. tut. & per Ioan. Fab. in l. nõ niſi ignotũ. C. de adminſtra. tut. & per. do. Gui. Pap. deſio. cclxix. & ibi qñ fit denunciatio particularis, vel generalis. Et pro præmiſsis facit quod habetur in l. iiij. in prin. & §. tutor. & §. actor. ff. de re iudic. vbi nõ debet fieri executio cõtra principalẽ, vel actorẽ vniuerſalem etiã in cõdẽnatiõe expẽſarũ, niſi temerè vel calũniosè litigaſſent. d. l. nõ eſt ignotũ. vel niſi propter eorũ maleficiũ, ſeu culpã fuiſſet facta cõdẽnatio. l. j. §. ſi procurator. ff. ſi quis. ius dicent. non obtemperaue. Veruntñ ſi procurator habuiſſet ſpeciale mãdatũ, fieret executio in dominũ: ſecundũ Bar. in d. l. iiij. vide de materia per Ang. Aret. in authẽ. malefi. ſuper verbo, necnõ. ad denũciationẽ vide etiã per Bal. ſuper ſaluo in d. l. ij. C. qui accuſa. nõ poſſ. & per Sali. d. l. & ea quidẽ. Et per pręmiſſa apparet ꝙ licèt dictus præſidẽs fuerit abſolutus ab inſtãtia in magno cõſilio ſuper inquiſitiõe patrię, reſeruato iure agẽdi cõtra dñm Caſſeti d. Frãciſcũ de Puteo officialẽ Grationo. Iacobũ Segnoreti cõſulẽ Gratio. ſup intereſſe & d. pręſidẽtis etiã reſeruato iure excipiẽdi dictis reis: tñ talis ſñia nõ eſt diffinitiua, nec parit executionem rei iudicatę in alio iudicio. l. Titia. ff. de accuſa. cũ ibi not. per gl. Bar. & Panor. in c. de hijs. de accuſa. & licèt ſentẽtia abſolutoria lata in cauſa inquiſionis præiudicet in cauſa accuſationis: ſecundũ Bar. in l. ſi cui. in prin. ff. de accuſa. & Bal. in c. j. §. iniuria. de pac. iura. firmã. tamẽ in caſu iſto nõ parit effectũ rei iudicatæ in alio iudicio, ex quo fuit reſeruatũ ius excipiẽdi: ſecũdũ gl.
6 in l. Labeo. ff. famil. erciſcũ † Prætereà quãdo in delictis reus eſt abſolutus ob rem nõ probatã: tamen antequã abſoluatur debet ſe purgare: aliàs nõ habet locũ. l. qui accuſare. C. de edẽ. l. vbi. C. de falſ. ſecundũ Ang. Aret. in tract. malefi. ſuper verbo, falſario. circa fi. & ſufficit talis purgatio per iuramẽtũ: ſẽm Pet. & Cy. in d. l. vbi vide Auguſt. ad Ang. Are. vbi. ſ. quod ſint tres ſentẽtiæ abſolutorię ob rẽ non probatã quis debet ſe purgare, quia reus ſit ſuſpectus. allegat Roma. cõſ. cccl j. & ij. q. iiij. aliàs v. c. oĩbus. Adde Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de inquiſi. §. pen. verſ. vt ſecũdũ Inn. in c. cũ dilectus. de purga. cano. ꝙ ſentẽtia abſolutoria lata in cauſa inquiſitiõis nõ admittitur ille qui inſtigauit: ſecus quo

ad aliũ.faciũt not.per Spe.in tit.de inquiſi.§.j.verſ.
pen.Bar.in l.iij.§.ſi aũt extraneus.ff.de adult. Verũ
tamẽ iſta accuſatio eſt facta de diuerſis& ſeparatis
criminibus exceptis expletis magiſtri Sauuage.

A R G V M E N T V M.

De bonis vacantibus ſeu iure Daubenage.

S V M M A R I V M.

1 *In bonis uacantibus quando locus eſt fiſco.*
2 *Hæreditas quæ eſt ſoluendo ubi ab inteſtato defertur, dominium ſine aditione quæritur: ſecus ſi non eſt ſoluẽdo.*
3 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*
4 *Fiſcus de bonis uacantibus inuentarium, an & quod facere non teneatur.*
5 *Hæreditas ubi ab inteſtato fiſco defertur, quòd fiſcus hæredis loco habetur: & hæreditatis aditione opus eſt.*
6 *Hæreditas quæ dicatur.*
7 *Bona uacantia dicuntur ubi hæreditas ab omnibus eſt repudiata, & pro derelicto habetur.*
8 *Peregrinis & aduenis Epiſcopus non fiſcus ſuccedit.*
9 *Peregrini & aduenæ teſtamentum facere cum duobus teſtibus poſſunt.*
10 *Hæreditas ubi hæredes non habet, creditores in poſſeßionem bonorum mitti debent, & curator bonis dari.*
11 *Differentia quæ inter bona uacantia & hæreditatem.*
12 *Fiſcus in bonis uacãtibus an hæredis appellatione ueniat.*
13 *Fiſcus in bonis præſcriptis ſeu confiſcatis iure priuato non utitur.*

Quæſtio DCLXXIX.

QVAERITVR ſuper iure daubenage de
quo vtitur in partibus Franciæ, Et in his par
tibus venduntur bona vacãtiai, quãdo deferuntur
fiſco in defectũ hæredis.l.j.§.an bona.& l.non poſ-
ſunt.ff.de iure fiſci.l.j.& l.vacãtia.& l.ſi vacãtia.C.
1 de bo.vacã.lib.x. † Et iſto caſu parẽtes& deſcẽden
tes in infinitũ,& agnati vſque ad decimũ gradũ, &
cognati vſque ad ſeptimũ gradum,& vxor etiã ex-
cludit fiſcũ.l.j.C. vnde vir & vxor. Et pariter colle-
gium ſeu curia excludit fiſcũ.l.j.C.de hæred. decu-
2 rio.† Et hoc quãdo defertur hęreditas ab inteſtato,
quo caſu quãdo bona ſint ſoluẽdo,acquiriturdomi
nium ipſo iure etiã ſine aditione:ſecundum gl.in d.
l.j.C.de bon.vacã.lib.x.& in d.§.an bona.licèt glo.
ibi velit dicere,ꝙ quãdo fiſcus eſt hæres inſtitutus,
nó acquirũtur bona fiſco ſine aditione.l.j.ff.de offi.
procur.Cęſaris.Si verò bona nó ſint ſoluendo:tunc
3 non quæruntur bona fiſco: † quia bona dicuntur
4 deducto ære alieno.l.nó poſſunt.ff.de iur.fiſc. † nec
eſt opus facere inuẽtariũ:quia non tenetur vltra vi-
res hęreditarias:ſecũdum Bar.in d.§.an bona.quod
eſt verũ quò ad inuentariũ ſolenne vocatis hæredi-
bus & legatarijs:iuxta l.fi.C.de iure deliberã. ſecus
quò ad inuẽtariũ priuatũ fiendũ ꝑ officiarios fiſci.
d.l.ſi vacãtia.& not.per Bar.& Io.de Plat.C.de bo.
vacã.lib.x.vide glo.in l.ex facto.§.fi.ff.ad Trebell.
5 quę tenet, † ꝙ quando hęreditas defertur fiſco ab
inteſtato,ꝙ fiſcus habetur loco hęredis: & per cõſe
quens requiritur agnitio ſeu aditio hæreditatis: ſe-
cundũ Bar.in l.ſicut.§.fi.ff.quod cuiuſquevniuerſa
tati.&pro hoc alleg.tex.in l.iiij.§.eodẽ.& §.quod ſi
ita.ff.de fideicõmiſſ.hæred.idem Bart.in l.poſtquã.
in prin.ff.vt legato.ſeu fideicõmiſ.nom.caueat.te-
6 net,ꝙ † hæreditas dicitur donec aliquis poteſt adi-
7 re etiã fiſcus.l.hæreditas.ff.de verb.ſig. † Sed poſt-
quã omnes repudiauerunt,dicũtur bona vacãtia.d.
§.an bona. Adde dict.§.omnes peregrini.in feu. ti-
tu.de ſtatu.& conſuetudin. contra libertatem ec-
cleſiæ.authentic.omnes peregrini.C.communi. de
8 ſucce. † vbi qñ peregrini & aduenę decedũt, fiſcus
nó ſuccedit in defectũ hęredis,ſed Chriſtus,licèt ꝓ-
cedat in bonis mobilibus:ſecũdum Bal.ibi.Nã Epi
ſcopus debet ſeruare hęredibus,quibus nó repertis
debet expẽdere in pias cauſas,& nó poſſunt capi ꝓ
9 repreſalijs:ſecũdum Bar.& Bal. & cæteros ibi, † &
poſſunt teſtari cũ duobus teſtibus: ſecũdum Ange.
ibi & eſt ſpeciale in peregrinis,qui portãt inſignia:
quia ſi moriũtur bona ſeruãtur hęredibus:& ſi non
reperiãtur bona vacãtia nó deferũtur ad fiſcũ:aliàs
ſecus.l.j.ff.de iur.fiſc.&ſecũdum gl.&Sali.ibi tales
peregrini debẽt teſtari ſecũdũ ſolẽnitatẽ iuris an ꝓ-
cedat.d.auth.in alijs viatoribus.vide Pau. de Caſt.
ibi an habeat locũ in aliis viatoribus,&ſi teneat cõ
ſuetudo vicinorum. quãdo forẽſis ibi decedit.Et li-
cèt iſta bona vacãtia ſint de bonis reſeruatis princi
pi.d.l.j.C.de bo.vacã.lib.x.niſi aliter priuilegio vel
cõſuetudine ſit introductũ:ſecũdum Bart. ibi: & in
l.ij.ff.de iur.fiſc.c.j.quę ſint regalia.tamen iſto caſu
10 qñ nó † reperiũtur hęredes creditores,poſſunt mitti
in poſſeſsionẽ bonorũ,&debet dari curator bonus.
l.j.ff.de curato.bo.dand. Et oportet ꝙ vocentur illi
qui erãt ſucceſſuri tam nominatim quã generaliter:
ſecũdum Bar.in l.ſi bona.C.de bo.vacã. idem poſsi
dẽtes.Et ibi tenet,ꝙ nó eſt neceſſe,ꝙ fiſcus citetur,
ſed ſufficit ꝙ fiſcus nó agnoſcat.ſed idẽ Bar. in ru-
11 bric.ff.de acquir.hæred.tenet, † ꝙ eſt differẽtia in-
ter hæreditatẽ & bona vacãtia:quia hęreditas dici-
tur vniuerſum ius, & quis tenetur vltra vires hære-
ditarias:ſecus qñ bona ſunt vacantia.d.l.j.§.an bo-
na.ff.de iur.fiſc. Alex.verò de Imol.in d.l. ex facto.
12 §.fi.ff.ad Trebel.poſt gl.tenet, † ꝙ qñ fiſcus occu-
pat bona vacãtia. Venit appellatione hęredis, licèt
impropriè.alleg.Bar.in l.fideiuſſor obligari.§.fi.ff.
de fideiuſſo.vnde ſecũ dum Pau.de Caſt.in d.l.ex fa
cto.§.fi.fiſcus venit appellatione hæredis, & habet
petitionẽ hæreditatis,qñ occupãtur bona vacãtia.
l.itẽ veniũt.§.cũ autẽ.ver.itẽ ſi vacãtia.ff.de peti. hę
redi.l.j.C.de peti.hæred.vbi fiſcus vtitur iure priua-
ti iſto caſu.l.nó puto.ff.de iur.fiſc.Et hoc etiã tenet
Alex.de Imol.in d.§.fi.alle.l.hæredi licere.ff.de eui
ctio.& gl.in l.nó intelligitur.§.cũ ex cauſa. ff.de iu
13 re fiſc.& Bal.in c.ſi pater.de teſte.libr.vj. † Secus ſi
bona deferũtur in fiſcũ ratióe cõſtitutiõis: iuxta no
tata per gl.in l.inter eos.§.fi.ff. de fideiuſſ.licèt iſto
caſu etiam contra fiſcum dentur actiones.l.ij.C. ad
legem Iuliam.de vi.

A R G V M E N T V M.

De bonorum vacantium incorporatione.

S V M M A R I V M.

1 *Fiſcus ubi bonorũ uacantium incorporationẽ quærit, quòd contradictor admittendus ſit.*
2 *Fiſcus quando petit hæreditatẽ tanquã ad ſe deuolutã, quòd hæreditatis petitione agendum ſit: & ſic lite pendente poſſeſſores inquietari non debent.*
3 *Hæredi ſi inquietetur, adipiſcendæ poſſeßionis interdictum competit.*
4 *Proprietatis exceptio adipiſcendæ poſſeßionis interdictum impedit, ſi incontinenti probetur.*
5 *Creditores an & quãdo per manus fiſci accipere debeant.*

Quæſtio DCLXXX.

QVAERITVR quia dictus Rolãdus Bu
duini & alij apponẽtes nó ſe oppoſuerũt ad-
uerſus fiſcum ſuper incorporatione fieri petita bo-

norū dicti Andreæ de mōte Ruffo in qualitate hæredū licèt aliàs deduxerunt & declarauerūt eorum iura in dictis bonis, an debeat fieri adiudicatio ante omnia per partē fiſcalem. & an dicātur legitimi cōtradictores. Et videretur dicēdū ꝙ nō debeat fieri
1 adiudicatio: † quia aduerſus incorporationē bonorum vacātium admittitur cōtradictor ratione poſſeſſionis vel dominij. d. l. ſi vocātia. C. de bon. vacan. libr. x. & ibi per Ioan. de Plat. & Alexandr. de Imol. & per Bart. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dān. infect. & per Bal. Io. de Imol. & Alex. in l. ſi marito. in prin.. ff. ſolu. matri. & antequā fiat talis incorporatio debent prius fiſco bona eſſe delata, & examinatio legitimè facta: & deinde ſentētia lata ante apprehenſionem & occupationem bonorum. c. cùm ſecundum leges. de hæreti. libr. vj. l. eius qui delatorem. ff. de iur. fiſc. & ideò non debuit fieri adiudicatio, cùm nōdum appareat de aliquibus probationibus, & iuſtificationibus partis fiſcalis: ſecundum Ioan. de Plat. in d. l. ſi vacantia. † Prætereà fiſcus in dicta cauſa agit in petitione hæreditatis, & etiam in actione reali, petendo ſe declarari fuiſſe & eſſe hæredem d. Andreæ de monte Ruffo. & ideò lite pendente non debuerunt inquietari poſſeſſores. l. defenſionis facultas. C. de iure fiſci. libr. x. nam quando fiſcus petit hæreditatem alicuius tanquàm ad ſe deuolutam, tunc agit petitione hęreditatis: ſecūdum Bar. & Ioā. de Plat. ibi, l. item veniunt. §. cùm autem. ff. de peti. heredi. & in tali caſu ſufficit, quòd quis poſſideat pro hærede vel pro poſſeſſore. l. licèt. l. regulariter. l. pro hærede. ff. de peti. hæredi. l. cogi. & l. hæreditates. & l. ij. C. de peti. hæredi. Nec obſtat ſi dicatur, quòd ex quo dicti rei non comparent tanquàm hæredes, quòd non habetur impedire adiudicationem: ſed debet accipere eorum iura per manum hęredis, cùm requiratur altiorem indaginem. l. fina. C. quorum bono.
3 quia † ſubueniendum eſt hęredi per interdictū quorum bono. quod eſt remedium adipiſcendæ poſſeſſionis. §. adipiſcendæ. inſtit. de interdict. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd in caſu iſto procurator fiſcalis egit in petitorio. prout per tenorem conclu-
4 ſionis ſuorum articulorum, † licèt etiam in interdicto adipiſcendæ, habeat obſtare exceptio proprietatis, quando incontinenti probatur: ſecundū gloſ. ibi, & in l. ij. C. de edict. diui Adria. tollend. l. dolo
5 facit. ff. de except. dol. † Prætereà illa regula, quòd creditores debeant accipere per manum fiſci hæredis habet locum in actione perſonali: ſecus in actione reali, quia tunc bene habent impedire incorporationē ratione proprietatis, vel poſſeſſionis: prout ſuprà dictum fuit. l. rem. §. j. ff. de iure fiſc. ſecundū Bartol. ibi. ſecus in actione perſonali: quia bona tranſeunt cum onere. dict. l. ſi marito. ff. ſolu. matri. ſecundū Io. de Plat. in l. j. C. pecu. fiſcali credit. præfer. Adde Innocen. in capit. veniens. la grande. de teſtib. & per Bart. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudicat. quòd quando agitur de exceptione rei vacantis à nemine poſſeſſę tunc admittatur quilibet poſſeſſor tam ratione poſſeſſionis quàm proprietatis. l. fina. C. de edict. diui Adria. tollen. ſi verò agatur de exceptiōe rei petitę, tūc ab alio poſſeſſę, tunc fit executio præſtita cautione de idemnitate. l. is à quo. ff. de re. vendica. iuxta notat. per gloſſ. & doctor. in cap. cùm ſuper. de re iudica.

ARGVMENTVM.

De impetratione doni bonorum vacantium.

Quæſtio DCLXXXI

QVAERITVR quia dicta bona fuerunt impetrata à Rege quondā Karolo domino Delphino per dominū Balmæ tacito de litiſpendētia. & fuit facta interinatio ſine cauſæ cognitione, & abſq; vocatione partis fiſcalis, an talis impetratio de iure teneat? Et dicendū eſt ꝙ nō: quia fuit facta ad poſtulationē partis, quòd in dubio præſumitur, ex quo nō fuit adiecta clauſula proprio motu. l. j. C. de peti. bo. ſublat. lib. x. & ibi per gloſſ. Bartol. & Ioan. de Plat. quia cuius prohibetur petitio, eiuſdem non valet conceſſio. & attento ꝙ non interueniat bina iuſſio, nec clauſula derogatoria ſpecialis: faciunt nota. per gloſſ. & docto. in l. nec deprehenſa. C. de precib. impera. offeren.

ARGVMENTVM.

Fiſcus qualiter experiri debeat pro conſequenda hæreditate ſibi obuenta.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus ut hereditatem ſibi obuentam conſequatur, hereditatis petitione experiundum eſt.*
2 *Fiſcus rei uendicatione experitur quū bona ſunt ſibi delata.*
3 *Sententia libello conformis eſſe debet.*
4 *Petitio hereditatis & reiuendicatio cumulari poſſunt, ſi non opponatur.*
5 *Sententia lata præcipitanter & abſq; cauſæ congnitione nulla eſt.*
6 *Fiſcus quando ſuccedit in bonis priuati, quod priuati iure utatur.*

Quæſtio DCLXXXII.

1 QVAERITVR quādo obuenit hæreditas fiſco, qua actione ſit agendū †. Et in effectu debet experiri petitiōe hæreditatis. l. itē veniūt. §. cū eſſent. verſi. itē ſi vacātia. ff. de peti. hæredi. l. j. C. eo. tit. & in hoc fiſcus vtitur iure priuati: ſecundū glo. ibi, & hoc tenet glo. in l. j. C. de hij. qui. vt indig. & hoc tenēt Bart. Ioā. de Pla. in l. facultas. C. de iur. fiſci. libr. x. & in talibus cauſis fiſcalibus eſt ſeruandus ordo iuris, ſicuti in cauſis priuatorū: ſecundum Bar. Ioā. de plat. in l. j. C. de cōduc. & procu. lib. xj. & ita etiam coram ſecundum ſtatuta Delphi. ſub rubric. de cau. patrimo. & ſufficit, ꝙ quis poſſideat pro hęrede vel poſſeſſore. l. regulariter. l. pro hęrede. l. licèt. ff. de peti. hęre. l. cogi. C. eod. tit. † Si verò bona eſſent delata fiſco tanquàm confiſcata, tunc agendū eſſet reivendi. l. Imperator. ff. de publica. ſe-
3 cundū Bar. Io. de Plat. in d. l. facultas. † Verūtamē quia ſentētia debet eſſe cōformis libello. l. vt fundus. ff. cōmu. diuidū. l. fi. C. de fideicōmiſſ. liber. c. licèt Heli. de Symo. & ideò in cōcluſiōe articulorum partis fiſcalis, quoad bona d. Andreæ, de mōte Ruffo fuit interinata petitio hęreditatis petēdo declarari fiſcū hęredē ſeu dicta bona ſibi pertinere: iuxta
4 not. per Bar. in l. ij. & l. licèt. ff. de peti. hęredi. † licèt petitio hęreditatis & reivendicatio poſſint cumulari, quādo nō fuit oppoſitū: ſecundū Bal. poſt glo. in l. ij. C. de peti. hęredi. de quo per Pau. de Caſt. conſ. vj. incipiēte, in cauſa. & ita nō debuit fieri dicta adiudicatio ante diffinitionem cauſę. l. j. C. de execu.
5 re. iudi. l. ſi cū clauſula. ff. de re iudi. & vltra † petita. Quinimò fuit lata pręcipitāter abſq; cauſę cognitiōe, & abſq; aliquibus probationibus partis fiſcalis, & ſic aliter. iuxt. not. per Bar. in l. prolatā. C. de

6 ſent.& interlo.om.iud.tum etiã† quia fiſcus quando ſuccedit in bonis priuati, vtitur iure priuati.l.cũ quidẽ.§.fiſcus.ff.de vſu.l.in facto.§.fiſcus.ff.de cõdi.& demõ.&maximè pro tẽpore prçterito.l.fiſcus. la j.ff.de iur.fiſ.& cçteris paribus potiùs eſt fauendũ priuato quã fiſco.l.nõ puto.ff.de iur.fiſ.ſiue in dubijs iuris ſiue facti:ſecundum Alex.de Imol. ibi.

ARGVMENTVM.

De cautione in delictis.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator in principio litis iurare tenetur, ſe non calumniæ cauſa accuſationem inſtituiſſe.*

2 *Accuſator de lite exercẽda cautionẽ preſtare tenetur: ſecus hodie de conſuetudine. & numero.4.*

3 *Reus accuſatus an de ſiſtẽdo iudicio cauere teneatur.*

5 *Fideiuſſor de iudicio ſiſtẽdo ſecundũ cauſæ qualitatẽ diues eſſe debet, & immobilia in loco in quo agitur habere.*

6 *Honor, dignitas & amplè facultates excuſant à cautione præſtanda.*

7 *Reus criminis cuius pœna corporalis eſt, cautionem non præſtat ſed incarceratur.*

8 *Accuſatus qui fideiuſſorem reperire non poteſt, quòd iuratoriæ cautioni ſtandum non ſit.*

Quæſtio DCLXXXIII.

QVAERITVR qualiter ſit cauendũ in de-
1 lictis.†Et in effectu ex parte accuſatoris, debet præſtare iuramentum in libello accuſatorio, ꝙ non propoſuit accuſationẽ animo calũniandi: ſecũdum Bart. in l.is qui reus.ff.de publi.iudic.ver. Sed quæro quomodò.& per eundẽ Bart. & Bald. in l.j. C.de iur.calum.& per Angel. Areti.& Auguſti. in tract. maleficiorũ. Super verbo, necnõ ad querelã.
2 Et † deinde debet præſtare fideiuſſorem de lite exercenda.l.qui crimẽ.C.qui accuſa. non poſſ. habita tamen differẽtia perſonarũ: ſecundũ gloſ.ibi, ſuper verbo, fideiuſ.l.j.ff.de cuſto.l.fi.C.de accuſatio. ſicuti in ciuili ſatis datur: ſecũdum gl.in d l.qui crimen.authẽ.generaliter.C.de epiſc.& cleri.auth. libellum.C.de lit.cõteſt.Et licèt actor poſsideat immobilia: tamẽ non excuſatur à tali cautione. Secus
3 in reo:† quia quãdo poſsidet immobilia, reus non tenetur cauere de iudicio ſiſti.l. ſciendũ. in prin.ff. qui.ſat.dat.cog.ſecũdum gloſ.in §. ſed hodie.inſti. de ſat.dat. Et hoc ibi tenet Angel.Areti. & per Bal. & Salic.in d.auth.generaliter. Adde ꝙ reus debet cauere.c.offeratur.iij.q.iiij.& auth.offeratur.C. de lit.conteſt.& hoc de iudicio ſiſti, vbi reus non poſſidet immobilia: quia d.authẽ.non corrigit, ſed di-
4 ſtinguit: ſcđm gl.in d.c.offeratur.† Sed de cõſuetudine talis cautio ex parte actoris ceſſat: ſecũdũ gl. in d.§.ſed hodie.&ibi per Ang. Aret.& per Bar.Bal. & Sali.in d.auth.generaliter.& p Bar.in d.auth.libellũ.& per conſequẽs videtur idem in cauſa criminali: vt videtur ſentire gloſſ.in d.l.qui crimen. Vide Sali.in l.qui crimẽ.C.qui accuſa.non poſ.poſt glo. ꝙ actor ſiue in ciuili ſiue criminali nõ tenetur cauere ſecũdum qualitatẽ & dignitatem perſonæ, & facultatẽ & numeroſitatẽ bonorũ, de quo ibi latiùs per eũ: & talis fideiuſſor de exercenda lite non durat, niſi vſque ad ſententiã: quia finita inſtãtia expirat.l.Grçcè.§.& poſt litẽ.ff.de fideiuſſ.l.ſi quis reũ.
5 ff.de cuſto.reor.& Bal.in d.l.qui crimen.in † iij.q. & talis fideiuſſor debet eſſe locuples pro qualitate cauſæ, & poſsidere immobilia in eodẽ foro: ſecũdũ Bal.ibi, in iiij.q.& in tali cautione etiã vltra promiſſionẽ de exercẽda lite: debet promitti ſub pœna expẽſarũ: & refectionis dãnorũ, quæ accuſatus incurriſſe reperiatur.& ſi tales cautiones nõ eſſent in vſu: nihilominùs ſumptus poſſent repeti: ſecũdũ Sali.
6 in d.l.qui crimẽ.& ibi etiã tenet: † ꝙ honor dignitas & facultatum muneroſitas excuſant accuſatorẽ: vel accuſatũ à dicta cautiõe per d.l.j.ff.de cuſto. reor.Sed Alberic.in d.l.qui crimẽ.tenet ꝙ qualitas perſonę nõ excuſat accuſatorẽ à dicta cautiõe: quia dict.l.loquitur in accuſato. Et pro præmiſsis facit, quod voluit Bart.in l.penul.§.ad crimen. ff. de publi.iudi.vbi refert, ꝙ hodie ſecundũ ſtatuta accuſator nõ punitur in pœna tallionis, nec pariter ponitur in carcere ſicut delatus: iuxt.l.fi.C.de accuſa.& l.nullus.C.de cuſto.reor.de quo per Ang. Aretin.& Auguſti.in d.tract.malefic.ſuper verbo, necnon.& ibi refert Spec.in tit.de accuſa.§.j.verſi.nec mirum. vbi refert ꝙ generalis cõſuetudo nõ obſeruat has
7 inſcriptiones.† ex parte verò accuſati, quãdo agitur de delicto, vbi ponitur pœna corporalis regulariter nõ habet locũ cautio, ſed debet quis incarcerari.l.j.& ij.ff.de cuſto.reor. & l.diuus.& l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reor.aliàs ſecus.de quo per Ang. Aretin.in d.tract.ſuper verbo, fama.in x.q. & ibi per Auguſti.& etiã ſuper verbo, pro quibus fideiuſsit.
8 & ibi etiã tenẽt † ꝙ quãdo accuſatus nõ poteſt reperire fideiuſſorẽ, ꝙ nõ eſt ſtandũ iuratoriç cautioni: in delictis.allegant l.eos.§.ſuper hijs.C.de appella. & ibi per Bart.& Bald.Vide Io. de Plat.in l. medicos.C.de profeſ.& med.lib.x.quãdo doctor nõ põt reperire fideiuſſorẽ, ſtatur iuratoriæ cautioni. Verũ tamẽ bene valet conſuetudo, ꝙ in cauſa criminali vbi imponitur pœna corporalis, ꝙ admittatur fideiuſſor: ſecundũ Auguſti.ſuper dicto verbo, fideiuſsit.allegat glo.in ca.cùm homo.xxiij.quæſtio.v.

ARGVMENTVM.

De forma iuramẽti iudicis, & in cuius manibus prę ſtandum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quilibet quòd ſacramentum publicè preſtare teneatur, & quid iurare debeat.*

2 *Iudicibus expedit manus mundas habere.*

Quæſtio DCLXXXIIII.

QVAERITVR de forma iuramẽti iudicis ingreſſus officij: & in cuius manibus debeat prçſtari iuramẽtũ.Et in effectu habetur in authẽ.vt iudic. ſine quoquo ſuffragio fiãt: aliàs ſub rubri.de præſid.prouinciali.§.ſic igitur.& §.iuſiurand.quod prçſtatur ab hijs qui adminiſtrationẽ accipiũt.colla.ij.quia in hoc debet attẽdi ſtatutum vel cõſuetudo.& ibi etiã debẽt iurare nihil.dediſſe, neq; promiſiſſe.& quia aliàs ſcripſi de hac materia in alio ſecũdo volumi. cauſarũ arduarũ fol. ccccxxv. ideò pro
1 nunc aliqua parce dicã. Nã † quilibet iudex debet iurare publicè, ꝙ officiũ ſuũ faciat bona fide ſine fraude remoto pretio, prçce & qualibet illicita pactione.l.fi.C.ad leg. Iul.repetundarũ. quo præſtito prçſumitur pro iudice, ꝙ nõ ſit immemor ſuę ſalutis: ſecũdũ Bal. ibi, & pariter debẽt iurare dicti iudices nihil dediſſe vel dare pro ingreſſu officij per ſe vel
2 interpoſitã perſonã.d.l.fi.† & debẽt iudices habere manus mũdas.l.omnes.eod.tit. & quilibet põt accuſare: & gloriã & honorẽ meretur.l. iubemus. eo. tit.& ibi Bal.quod eſt verũ, quãdo agitur criminaliter, ſeu de pœna applicãda fiſco, aliàs ſecus: ſecũdũ Ang.in

Ang.inl.j.C.ad leg.Iuliã.repetũd.& de hac materia etiã habetur per Ang.Aret.& Auguſti.in tract. maleſi.ſuper verbo,iudicem maleficiorum.

ARGVMENTVM.

Baratariæ commiſſæ in officio probandi modus.

SVMMARIVM.

1 *Delictum patratum extra officium per iudicem quomodò probetur.*
2 *Probationes in delictis luce meridiana clariores eſſe expedit.*
3 *Teſtes,inſtrumenta & indicia eiuſdem ſunt uirtutis.*
4 *Delictum commiſſum per iudicem in officio, quam probationem requirat.*
5 *Quæſtio in delictis occultis facilè permittitur.*
6 *Teſtes minus idonei etiam infames in ſubſidium in delictis occultis admittuntur.*
7 *Probationum facultas non anguſtanda.*

Quæſtio DCLXXXV.

QVAERITVR de modo probandi bara-
1 tariam cõmiſſam in officio.†Et in effectu quã
do agitur de delicto perpetrato per iudicẽ extra of-
ficiũ,tũc debet probari teſtibus idoneis,vel per cõ-
feſsionẽ,vel documentis,vel iudicijs indubitatis. l.
ſciãt cũcti.C.de probatio.quæ eſt canonizata.ij.q.
2 viij.†quia in delictis debẽt eſſe ꝓbatiões luce meri
diana clariores: vt ibi habetur. facit quod habetur
per gl.& Panor.in c.tertio loco.de prob. vbi ſecun-
3 dũ glo.† parem vim habẽt teſtes,inſtrumenta & in
dicia.d.l.ſciant cuncti.&l. in exercẽdis.C.de fid.in
4 ſtru. †Si verò agatur de delicto cõmiſſo in officio:
tũc ſufficit ſemiplena probatio cũ iuramẽto:ſecũdũ
glo.in auth.vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §.ne-
ceſsitatẽ.colla.ij.ſecundũ Ioã.de Plat. in l. iudices.
5 C.de dignitatib.lib.xij.pro quo facit,†quia in iſtis
delictis occultis faciliùs permittitur quęſtio:ſecũdũ
Bal.in l.iij.C.de epiſco.audiẽ. & quãdo veritas ali-
6 ter haberi non põt:† tũc in ſubſidiũ admittũtur te-
ſtes minus idonei.c.& ſi Chriſtus.de iur.iur.l. cõſen
ſu.C.de rep.& diuor.& p Io.And.in addi.ad Spe.in
tit.de teſte.§.j.verſic.quid ſi eſt domeſticus. & etiã
teſtes infames in ſubſidiũ admittũtur:ſecũdũ Bar.&
Iaſo.in l.j.C.de ſum.trini.& fid.catho.& idẽ in mu
liere in ſubſidiũ vel impubere.ſecundũ Ioan.And.
7 vbi ſuprà:† quia facultas probationũ nõ debet an-
guſtari.l.quoniam.C.de hæreti.

ARGVMENVTM.

Pœna quę maneat iudicem qui in officio deliquit, & qui perperàm & ſordes iudicauit.

SVMMARIVM.

1 *Pœna iudicis qui contra conſcientiam & iuſtitiam iudicauit,quæ ſecũdũ ius canonicũ. Quid de iure ciuili. & n.3.*
2 *Iudex quando per ſordes iudicaſſe dicatur.*
4 *Sẽtẽtia lata dolo perperã,ſciẽter iuſtè uel pretio nulla eſt.*
5 *Quid ſi per gratiam ſententia lata ſit.*
6 *Iudex corruptus qui contra principum inſtitutiones ſententiam tulit,incidit in pœnam falſi.& nume.10.*
7 *Iudex qui barateriam ſeu delictum in officio commiſit, officio & dignitate priuandus eſt.*
8 *Iudex qui perperã dolo iudicauit ad pœnam æſtimationis, infamię & commiſsionis falſi tenetur.*
9 *Iudex corruptus proſcriptis bonis & ſingulo amiſſo triplum ſoluit.*

Quæſtio DCLXXXVI.

QVAERITVR de pœna iudicis quãdo de
ficit, & deliquit in officio,ſeu quãdo iudica-
uit perperàm, vel per ſordes. Et in effectu de iure
1 canonico.†ſiue ſit ordinarius ſiue delegatus quan-
do iudicat cõtra cõſcientiã & iuſtitiã, in iudicio in
grauamen partis,tũc incurrit pœnã ſuſpẽſionis ab
executiõe officij per annũ,& vltra tenetur ad æſti-
mationẽ litis parti quã læſit ſaluis alijs cõſtitutioni
bus,quæ iudicibus malè iudicãtibus pœnam inſti-
2 gũt.c.cũ etiam tribunal. de re iudi.lib.vj. † & dici-
tur fieri per ſordes ſi prece, pretio, timore vel odio
iudex ſit corruptus.ſecundũ gl.ibi,ſuper verbo, per
3 ſordes.† de iure verò ciuili quãdo iudex malè iudi-
cat per imprudentiam,tunc facit litẽ ſuam, & tene-
tur ex quaſi delicto : ſed non tenetur inſolidùm:
ſed inquantum viſum fuerit religioni iudican-
tis:vt inſti.de obliga.quę ex quaſi delicto.l.ſi filius.
ff.de iudic.l.fi.ff.de varijs & & extraordi.cognitio.
& maximè quãdo iudicãt in materia difficili:puta
4 in l.Gallus.ſecundũ glo.inſtit. vbi ſuprà. † Si verò
iudicãt dolo,ſeu perperã ſciẽter iniuſtè,ſi pretio,ſen
tentia eſt nulla.l.venales.C quando prouoca. non
5 eſt neceſſ.† vbi verò iudicãt per gratiã, ſentẽtia eſt
aliqua, ſed reſcinditur per beneficiũ in integrũ re-
ſtitu.ſecundũ glo. in l.ſeruo inuito.§.cũ prætor. ff.
ad Trebel.& vltra facit litẽ ſuam,& patitur pœnã
6 infamię.l.fi.C.de pœn.iudi.qui malè iudic.† & quã
do iudex eſt corruptus & neglexit inſtitutiões prin
cipum incidit in pœnã falſi.l.j.§.j.verſi.& qui iudi-
7 cem.ff.de falſi.†& pariter quãdo iudex committit
baratariam ſeu delinquit in officio,debet priuari
officio,& debet exui dignitate.l.iudices.& ibi Bar.
& Ioã.de Plat.C.de dignita.lib.x.& ex quo quis de
liquid in officio & eſt priuatus, non debet redire
ad illud:ſecundũ Ioan.de Plat.ibi,l.ſi aliquid.C.de
ſuſcept.lib.x.& hoc etiã tenet Auguſti.poſt Ange.
Areti.in tract.maleſi.ſuper verbo,per iudicẽ malefi
8 ciorũ. Vide gl.in l.fi.C.de pœn.iudi.†quãdo iudex
iudicat perperã dolo,tũc tenetur ad pœnã æſtima-
tionis infamiæ,cõmiſsionis falſi.l.j.§.& qui iudicẽ.
9 ff.de falſi.& in cauſa criminali,† quãdo eſt corru-
ptus confiſcatis omibus bonis in cauſa pecuniaria
eſt pœna tripli,dignitate ſeu ſingulo amiſſo.authẽ
tic.nouo iure.C.de pœn.iudi.qui malè iudi. & quã
10 do nõ probatur:tũc iudex debet iurare. &c. † item
quãdo iudex iudicat & pronũtiat cõtra leges & iu-
ra,incidit in falſum.l.j.§.fi.& l.ſi iudex.ff.de falſi.ſe
cundũ Boui.de Vita.in tract.maleſi.in rub.de falſi.
Adde ꝙ quãdo agitur cõtra iudicẽ,quod malè iudi
cauerit quia tenetur ex quaſi delicto,tũc nõ requiri
tur ſpecificatio loci & temporis:ſecundũ Ang. Are.
in tract.maleſi.ſuper verbo,necnõ ad querelã. verſ.
procedamus vlterius.

ARGVMEMTVM.

Iudex qui malè iudicauit an per imprudẽtiam aut ambitionem iudicaſſe præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in dubio per imperitiã iudicaſſe præſumitur:niſi & c.*
2 *Iudicare per ambitionem quid.*
3 *Dolus ex perſpicuis indicijs & coniecturis probatur.*
4 *Coniecturæ legum euidentiſsimæ ſunt probationes.*
5 *Iudex pronuncians contra leges & iura incidit in falſum.*
6 *In crimine falſi ex ſolis coniecturis proceditur.*

Quæſtio DCLXXXVII.

QVAERITVR quando iudex malè iudi
cauerit an in dubio præſumatur iudicaſſe per
ignorantiam ſeu per imprudentiam: an verò per do
1 lum ſeu ambitionem? Et dicendum eſt † quòd in du
bio per ignorantiam, niſi qualitas facti nulla poſ-
ſet paliatione velari: ſecudũ Bald. in l. obſeruare. §.
proficiſci. ff. de offi. proconſul. & lega. allegat l. ſi fi
lius. §. iudex. ff. de iudi. & quod habetur per gloſ. in
2 l. ſeruo inuito. §. cùm prætor. ff. ad Trebel. † vbi glo.
declarat qualiter iudex dicatur iudicare per ambi-
tionem, videlicet quãdo ipſe bene ſit factum & ius:
3 ſed ipſe voluit fauere parti. † Nam dolus proba-
tur ex perſpicuis indicijs & coniecturis. l. dolum.
4 C. de dol. † & coniecturæ legum dicuntur euiden-
tiſſimę probationes. l. licèt. ff. de leg. j. ſecundũ glo.
in l. ſi tutor. C. de pericul. tuto. facit capit. cùm æter-
ni. de re iudica. libr. vj. † & quia iudex pronuncian
do cõtra leges & iura incidit in falſum. l. j. §. & quę
5 iudicem. & l. ſi iudex. ff. de falſi. & in crimine falſi
poteſt procedi ex ſolis coniecturis. l. fina. C. de falſi.
ſecundum Archidia. in cap. in memoriã. xix. diſtin:
& Bald. in l. ſi veritas. C. de fideicom.

ARGVMENTVM.

Ignorantia an in facto proprio præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantiam in facto proprio non præſumi regula, quæ fallit ut nume. 7. & 9*
2 *Ignorantia iuris neminem excuſat.*
3 *Doctori in integrum reſtitutio non conceditur.*
4 *Ignorantia in facto arduo & graui non præſumitur.*
5 *Obliuio iuſtæ ignorantiæ cauſa non eſt in facto proprio, ſiue tractetur de damno uitando, ſiue de lucro, niſi per longum tempus.*
6 *Longum tempus quod dicatur.*
8 *Caſus plures in quibus ignorantia non cadit, etiam poſt longum tempus.*
10 *Ignorantia literarum in Epiſcopo non præſumitur, cùm alios docere debeat.*

Quæſtio DCLXXXVIII.

QVAERITVR an in facto proprio præ-
ſumatur ignorantia ſeu probabilis cauſa o-
1 bliuionis. Et videretur dicendum † quòd non. l.
quamquã. ff. ad Velleia. l. fina. ff. pro ſuo. capitu. ab
excommunicato. de reſcript. de quo per gloſſ. in ca.
j. de poſtula. prælato. & maximè in hijs in quibus
quis tenetur ſcire: ſecundum gloſſ. in capit. præſtat.
2 de reg. iur. lib. vj. & maximè † quoad ignorantiam
iuris, quæ non excuſat. & maximè in doctore: cum
profeſſio & deſiderium ad inuicem diſcrepent: ſecũ
dũ gloſſ. in l. profeſſio. C. de muner. patrimonialia lib.
3 x. † & ideò non conceditur doctori in integrum re
ſtitutio, eſto quòd ſe prætendat minorem: ſecundũ
Bart. & Bal. in l. j. C. qui. & aduerſ. quos. & maximè
4 non † præſumitur ignorantia, quando agitur de fa
cto arduo & graui. capit. cũ illorum. in fine. de ſen-
ten. excom. & per Ioan. Andr. & Geminia. in capit.
gratia. de reſcrip. lib. vj. & per Roma. cõſ. ccccclxxxj.
& maximè ante decendium nõ inducitur iuſta cau
ſa obliuionis: iuxta notat per gloſſ. & doct. in l. j. C.
de ſerui. fugiti. & in l. peregrè. in princ. ff. de acqui.
5 poſſeſſio. Adde † quòd in facto proprio etiam v-
bi tractatur de damno euitando obliuio non eſt
iuſta cauſa ignorantiæ: niſi longum tempus ſit cur
ſum, & vbi tractaretur de lucro etiã poſt lõgũ tẽpus
non cadit ignorantia: ſecundum Bart. in l. qui fun-
dum. §. ſeruus meus. ff. pro emptore. allegat Dyn.
6 in c. præſumitur. de reg. iur. lib. vj. † & dicitur longũ
tempus, tempus decem annorũ. l. ſed & ſi. §. Ariſto.
ff. qui. & à quib. manumi. liber. ſecundum gloſſ. in
rubric. C. quæ ſit long. conſuetud. idem verò Bart.
in l. non fatetur. ff. de confeſs. verſic. ſed quæro qua
liter. tenet quòd in facto proprio nõ cadit tollerabi
lis ignorantia. & tandem ibi diſtinguit, an tracte-
tur de damno euitãdo, vel de lucro captando, & an
7 in iudicio vel extra iudicium, & † qꝫ regulariter nõ
præſumatur ignorantia niſi ſint circunſtantię. item
qñ eſt lõginquitas tẽporũ. l. peregrè. in prin. ff. de ac
quirend. poſſeſ. veruntamen ſecundum Alexan. de
8 Imol. in dict. l. non fatetur. † ſunt plures caſus, in
quibus non cadit ignorantia, etiam poſt longum
tempus: vt quando quis debuit inueſtigare. ca. inno-
tuit. de electio. ſecundum Bald in l. j. C. ad macedo.
vel quando agitur de facto nobili & graui. cap. cũ
illorum. in fin. de ſenten. excommu. gloſſ. verò in l.
9 ſi quis delegauerit. ff. de nouatio. tenet, † quòd in
facto proprio non cadit ignorantia. Bar. ibi excipit
duos caſus videlicet, quãdo factũ eſſet multum lon
ginquũ, vel qñ factũ eſſet valdè intrincatũ. & idẽ te
net in l. ſi res. ff. de lega. j. & idem tenet gloſſ. & Pa-
nor. in ca. ab excommunicato. de reſcript. glo. verò
in capit. ignorantia. de regu. iur. lib. vj. ibi declarat
qualiter ignorantia facti excuſet, & nõ iuris. Adde
quòd in doctore non præſumitur ignorantia: quia
deſiderium & profeſſio in caſu iſto ad inuicem di-
ſcrepãt. l. pfeſſio. C. de muner. patrimo. lib. x. faciũt
not. p Bar. & Bal. in l. j. C. qui. & aduerſ. quos. quia
non datur doctori, etiam minori in integrũ reſtitu-
tio, faciunt not. per doct. in l. j. C. de iu. & fact. igno
10 rã. † Adde quòd in Epiſcopo non præſumitur igno
rantia literarũ, cũ debeat alios docere, nec eſt excu-
ſatiõe digna, nec venia. c. ſi in laicis. xxxviij. diſtin.
ſecundum glo. in pragmæ. ſanct. de electio. cap. j. §.
deinde ſuper verbo, ſcientia.

ARGVMENTVM.

Plures vbi ſunt iudices, quorum vnus deliquit in officio, an cęteris pręiudicare poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata à tribus iudicibus, licèt unus eorũ corruptus ſit, ualida eſt.*
2 *Iudex principalis ſi iniuſtè iudicet, quòd aſſeſſores, niſi reſiſterint, & proteſtati fuerint, puniri debeant.*
3 *Præſes ubi deliquerit, omnes officiarij puniuntur.*

Quæſtio DCLXXXIX.

QVAERITVR quando ſunt plures iudi
ces quorum alter iudex eſt corruptus, an
habeat præiudicare alijs iudicibus. Ioan. Andr. in
additio. ad Spec. in tit. de ſententia. §. iuſta. verſi. ra-
tione iudicis. arguit pro & contra, an teneat ſenten
tia. per l. venales. C. quando prouocare non eſt ne-
ceſſe. & ibi refert fuiſſe deciſum non valere ſenten-
tiã. l. Pedius. ff. de arbitr. c. ad probãdũ. de ſent. & re
iudi. licèt ibi excõmunicatio fuerit publica. ſecus
1 qñ corruptio eſt occulta. & tandẽ ibi tenet, † quòd
in tribus

intribus iudicibus quorum alter fuit corruptus,va
let ſententia.& idem videtur tenere Ang.in d.l.ve-
2 nales.† Veruntamen vbi iudex principalis facit in
iuſtitiam,tunc alij officiarij vel aſſeſſores etiam de-
bent puniri niſi ei reſiſtant &proteſtētur apud acta:
ſecundum Bald.in l.quoniam.C.de appella.Et hoc
etiā ibi tenet Salice. Nec habet ſe excuſare iſto ca-
ſu ignorantia iuris: quia iudicis & officiarij imperi
tia non debet obeſſe partibus:ſecundum glo.ibi.Et
hoc etiam tenet Barto.in tractatu repreſaliarum.in
vj.parte quæſtio.ij.Bald.in authen. Et omninò.C.
ne filius pro patre. & iſto caſu recedēs habetur pro
contradicente: ſecundum Bald.ibi & Panor.in c.j.
de hijs quæ fiunt à maiori parte capituli.vide Ioan.
de Platea in l.quilibet.C.de decurio.libr.x. vbi te-
9 net, † ꝙ ex delicto præſidis puniūtur omnes alij of-
ficiarij:quia debebant ſibi reſiſtere. De quo ibi la-
tiùs per ipſum & per Barto.Bald.& Salice.in dict.l.
quoniam.C.de appellatio. Vide ſuprà quando mi-
nor pars iudicum non audet contradicere propter
metum,tunc excuſatur:ſecundum Gemin.a.in c.de
eo.50.diſtinct.Felin.in c.cùm omnes de conſuet.&
in c.nonne.de præſumpt.Adde in ſimili an vniuerſi
tas poſsit delinquere,per Barto.in l. aut damna.§.
delinquunt.ff.de pœn.Adde etiam in ſimili, an ec-
cleſia vniuerſalis ſeu cōciliū generale poſsit errare
coniunctim vel diuiſim per gl. in pragma.ſanctio.
de authori.& poteſta.ſacro.cano.c.ij. ſuper verbo,
obedire.Adde quando iudex aut aduocatus deli-
quit in officio nō gaudet priuilegio doctoratus:ſe-
cundum.Ioan.de Platea,in dict.l. quilibet.de decu
rio.lib.x.per glo.in l.medicos.C.de profe.& medic.
libr.x.& per Ioan.de Platea,in l.omnes iudices.C.
de decurio.libr.x.

ARGVMENTVM.

Inſignia doctoratus qui ſint

SVMMARIVM.

1 *Inſignia doctoratus ſunt quinque & quæ.*
2 *Inſignijs doctoralibus qui utitur, antequàm doctoretur,*
quòd falſi pœnam incurrat.

Quæſtio DCXC.

QVAERITVR de inſignijs doctoratus.
Et ibi in effectu habetur per gloſſ.in clem.ij.
2 de magiſtris.ſuper verb.inſignia,† videlicet cathe-
dra,birretum,liber, annulus, obſculum.de quibus
etiam ibi habetur per Cardinalem Florentin. in v.
quæſtio.& ibi etiam per Ioan.de Imol.& ibi etiam
2 quæ requiruntur ad gradum doctoratus, † Et quan-
do quis vtitur inſignijs doctoralibus,antequàm ſit
doctor,incurrit pœnam falſi.l eos.§.fi. ff.de falſ.&
ibi Bart.& in l.reddatur.C de profeſſorib.& medi.
libr.x.& ibi per Bart.& Ioan.de Platea. & per glo.
in c.vt apoſtolicè.de priuileg.lib.vj.&per Panor.in
c.j.de cleric.non ordin.miniſtran.& in c.dilecta.de
exceſſ.prælato.quod eſt verum ſecundum Alexan.
de Imol.in additio.ad Barto. quando ille qui non
eſt doctor,ſe appellat doctorem, & facit aliquem
actum doctori congruentem:aliàs ſecus,ſi ſimplici
ter ſe appellaret doctorem:quia non incurritur pœ
na falſi, licèt debeat puniri pœna extraordinaria,
allegat l.ſi quis.aliàs incipit:quiſquis. C. de aquæ-
ductu.libr.xj.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegij doctoratus originale oſtendere, niſi deperditum*
ſit, doctorem debere.
2 *Titulus doctoratus teſtibus probari poteſt.*

Quæſtio DCXCI.

1 QVAERITVR † an doctor teneatur fa-
cere fidem de priuilegio doctoratus per ori-
ginale?Et dicendum eſt quòd ſic.l.j. C. de mādatis
princip.ſecūdum Baldum in l.adminiſtrantes.ff.de
excuſatione tutor.& hoc verum,niſi eſſet perditum
2 priuilegium doctoratus: † quia tunc poſſet probari
per teſtes:ſecundum Bald.in l.ſi ſolennitatibus. C.
de fide inſtrumen.& an ſufficiat communis & diu-
tina reputatio doctoris,ſicuti de notario dicitur.vi-
de ibi per Bald.

ARGVMENTVM.

Opiniones in iudicando quomodò præſtentur.

SVMMARIVM

1 *Opiniones ſeu uoces quòd deliberatè, ſigillatim & in com-*
muni præſtandæ ſint.
2 *Quid de conſuetudine.*
3 *Opiniones ubi præſtandæ ſunt, maiorem & ſaniorem par*
tem requiri regulare.
4 *Ex doctorum multitudine & uocum pluralitate non ſem-*
per iudicandum.
5 *A communi opinione recedere quandoquè licitum.*
6 *Maior pars præſentium requiritur in pluribus iudicibus*
uel arbitris.

Quæſtio DCXCII.

QVAERITVR de modo præſtandi voces
ſeu opiniones in iudicando,quādo ſunt plu-
res iudices,& an requiratur maior pars reſpectu col
legij,an verò reſpectu minorū partium. Et in effe-
1 ctu † debent præſtari deliberatè,ſigillatim & in cō-
muni nō autem in camera:iuxta in ſimili in c. quia
propter.& c.in geneſi.de electio.& per Bar.in l.om
nes populi.ff.de iuſtit.& iur. in ſecunda quæſtione
principali verſic. Tertiò dixi.vbi tractat,an in actu
vniuerſitatis debeant cōſenſus præſtari ſeparatim,
vel collegialiter.Et per glo.in c.ſicut.de electio.lib.
2 vj.† Et de conſuetudine aliqui tradunt eorum opi
nionem ſcripto,& alij verbo.Et deinde facta colla-
tione numeri ad numerū,& meriti ad meritum de-
3 bet mox fieri publicatio ſeu concluſio,† ita quòd
regulariter requiritur maior &ſanior pars.d.c.quia
propter.c.j.de his quæ fiunt à maiori parte capituli.
licèt interdum ſufficiat ſanior: ſecundum gloſſ. &
Panormit.in c.eccleſia veſtra.le ij.de electio. & per
glo.& Barto.vbi abſunt.ff.de tutori.& curatori.ab
hijs,vbi ſecundum gloſſ.ſufficit maior pars præſen
tium in numero,vel dignitate,vel authoritate, dum
tamen adſint duæ partes.l.nulli. ff. quod cuiuſque
vniuerſitatis.& per Bart.in l.Pomponius.aliàs inci
4 pit,ſi vni.ff.de re iudicat. pro quo facit: † quia non
ſemper ex multitudine authorum &pluralitate vo-
cum iudicandum eſt.l.j.§.ſed nequè.C.de veteri iu-
5 re enuclean. † quia interdum licitum eſt recedere
à cōmuni opinione,quando alia opinio præfulget
melioribus & euidentioribus rationibus: ſecūdum
Hoſtien.Ioan.Andr.& Panorm.in c.j.de conſtitu.
Nec requiritur iſto caſu maior pars reſpectu colle-
gij:ſed ſufficit maior pars reſpectu comparationis

alterius minor.partiũ:ſecũdum Spec.in tit.de re iudicata.§.iuſta.verſic.ratione iudicis.& verſic. quid ſi inter tres. Et ponit exemplum,quãdo ſunt vndecim iudices,quorum quinque pronũtiant pro vno, quatuor pro alio,& duo pro alio. Ita quòd ſunt diuerſa vota in tres:tunc tenet ſententia maioris partis.ſecus in electione,vbi requiritur maior pars ratione capituli.c.eccleſia veſtra.le premier.de electione:niſi in electione generalis prouincialis miniſtri fratrum minorum:quia tunc ſufficit maior pars reſpectu minoris partis. clement. exiui. §. demùm.de
6 verbo.ſignific. Adde, † quòd in pluribus iudicibus vel arbitrijs,ꝙ requiritur maior pars omnium præſentium,nec ſufficeret maior pars habita comparatione minoris partis:ſecundum Ioan. Andr.in nouella.Petr.de Anchar.Geminia.Phil. Franc.in c. j. de arbit.lib.vj.ſecus in pluribus patronis: ſecũdum Archdia.in c.vicena.xxxj.diſtinct. Item vide l.ſi in tres. in fine. ff. de arbitr. quòd interdum præſentia vnius poſſet attrahere alios in eius ſententiam. Et tales voces ſeu opiniones debent præſtari eodem contextu , ne poſsit interuenire fraus. Et an poſsit interuenire acceſſus de vna opinione ad aliam,ſicuti in electiõe Romani pontificis dicitur,aut monialium,vide in d.c.quia propter.& c.eccleſia veſtra.le ij.& per Panor.in c.publicato.de electio.& in c. indemnitatibus.de electio.libr.vj.

ARGVMENTVM.

De exauthoratione iudicum in officio delinquentium.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui in officio deliquit an exauthorandus ſit: ſicut & miles.*
2 *Exauthorandus inſignibus ſpoliatur, & infamiam incurrit.*
3 *Exauthorati uerbali exauthoratione quòd priuilegijs tantum priuantur.*
4 *Exauthoratio quædam eſt realis quæ ad pœnæ præparationem fit.*

Quæſtio DCXCIII.

QVAERITVR quando doctor vel iudex delinquit in officio,an debeat exauthorari.
1 Et videtur dicendum quòd ſic: † ſicuti de milite dicitur.l.ij.§.ignominiæ.verſic.ſed & ſi eum exauthorauerit.ff.de his qui notan.infam.Et ibi etiam glo. quæ facit mentionem de Epiſcopo quando degradat clericum:vt in authen.vt clerici.apud proprios
2 Epiſcopos conuen.§.fin.colum.ij.† Et debent ſibi amoueri inſignia militaria:vt ibi habetur, & incurrit infamiam:& hoc quando exauthoratur ex delicto:ſecus ſi propter aliam cauſam quę nõ infamat. l.qui cum vno.§.exauthoratus.ff.de re milita. vnde
3 ſecundum Bar.in dict.§. ignominiæ cauſa. † Quędam dicitur exauthoriſatio verbalis.Et iſta licèt faciat militem perdere priuilegia:tamen remanet miles:quia nõ interuenit actus retroſimilis ab empto-
4 re.ff.de pactis.† Qudam eſt exauthoriſatio ſeu degradatio realis quæ fit ad præparationem pœnę, & deindè debet ſequi ſententia.c.degradatio.de pœn. libr.vj.& quando fit ab eodem iudice, non requiritur duplex proceſſus ad euitandum circuitũ: ſecundum Bart.in dict.§.ignominioſæ.& idem ius quod dicitur in milite debet ſeruari in doctore : ſecũdum Bart.ibi & per Bart.& Ioan.de Platea in l.iudices. C.de dignita.libr.x.

ARGVMENTVM.

De modo reſpondendi in cauſis criminalibus.

SVMMARIVM.

1 *Reus ad interrogata purè & ſimpliciter reſpõdere tenetur.*
2 *Reſpondere ſuper inquiſitione certè & clarè ad omnia capita inquiſitum teneri.*
3 *Obſcurè reſpondens,habetur ac ſi non reſponderet.*
4 *Reſponſio conuenire interrogato debet.*

Quæſtio DCXCIIII.

QVAERITVR de modo reſpondendi in cauſa criminali,& an debeat dari copia parti. Et in effectu debet reus reſpondere purè & ſimpliciter ad interrogata.l.de ætate.§.quod autem.ff. de interrogat.actio. aliàs non videtur reſpondiſſe, quando reſpondet modificatiuè.l.j.§. ſi quis ſimpli
2 citer. ff.de verborum obligationibus. † Nam quis tenetur ſuper inquiſitione reſpondere ad omnia capitula certè & clarè:aliàs ſi reſponderet obſcurè, poterit haberi pro confeſſo:iuxta notata per Bart.in l.
3 certũ.in princip.ff.de confeſſ. †quia obſcurè reſpõdendo habetur pro non reſponſo.l.de ætate.§.nihil intereſt.ff.de interroga.actio. ſecundum Alexand. de Imol.in dict.l.de ætate.§. quod autẽ. facit quod habetur in §.præterea. inſtitu.de inutili. ſtipulatio. vbi diuerſitas ſtipulationis vitiat ſtipulationẽ:quia
4 reſponſio † debet conuenire interrogato:vt ibi habetur:neceſt danda copia reo,antequã reſpondeat: quia quis debet eſſe certus de facto proprio: ſecundum Bart.Bald.Angel.& Alexand.in l. cũ falſum. ff.de acquiren.hæred.Et maximè in doctore : iuxta notata per glo.in l.profeſsio.C. de munerib. patrimo.libr.x.& per Bart.& Bald.in l.j.C.qui & aduerſus quos. Et præſertim quando proceditur in inquiſitione ex mero officio,vel ad denuntiationem alicuius officialis:ſecundum Angel. Areti.in tractatu maleficiorum,ſuper verbo, ex mero officio. Et ſuper verbo,quod fama.

ARGVMENTVM.

Denuntiator qui reo citato à denuntiatione deſiſtit,incidit in pœnam Turpilliani.

SVMMARIVM.

1 *Turpilliani pœna quæ.*
2 *Accuſator qui errore aut iracundiæ calore accuſationẽ inſtituit,quòd abolitione obtenta ab ea reſilire poſſit.*

Quæſtio DCXCV.

QVAERITVR an ſit licitum denuntiatori deſiſtere in cauſa criminali. Et dicendũ eſt quòd non,poſtquàm reus eſt citatus,aliàs incideret in pœnam Turpilliani.l.quæſitum.& ibi Barto. ff.
1 ad Tertullian.& per Cyn.in l.j. C.eod. titul.† nam pœna Turpilliani eſt pœna quinque librarum auri cum pœna infamiæ.l.iij.ff.de præuaricatorib. ſecundum gloſſ.in l.accuſatorem.C.de accuſatio. Et
2 in c.ij. de colluſione detegenda. Niſi † quis ductus fuerit iuſto errore vel calore iracundiæ: quia tunc poſſet impetrare abolitionẽ à iudice.l.ij.C. de accuſa. & quando accuſator deſiſtit ab accuſatiõe,dicitur tergiuerſator.l.ab accuſatore.ff.ad Tertullian. Vide Bart.

vide Bart. in l. j. ff. de præuaricato. vbi format quæſtioné de aduocato, qui cõſuluit pro vtraque parte recipiendo pecuniam, quod incidit in crimen falſi, ex tribus rationibus per ipſum ibi adductis. Et præſertim quando quis ſcienter facit falſam accuſationem, quando ſciret non fore iuſtitiam: de quo ibi latiùs per ipſum.

SVMMARIVM.

1 *Schædula recurſus, aut appellatoria eſt de proceſſu uel actis cauſæ.*

2 *Actus iuramenti extendi debet, ut qui fauorabilis ſit.*

Quæſtio DCXCVI.

QVAERITVR quia dom. Ioan. Palmerij præſidens reperitur periurus inquantùm dictauit & ſcripſit manu propria quandam ſchædulam incipient. Procurator reuerendi in cauſa prioratus de Chauano pro fratre Antonio Ioffredi appellantis ſeu recurſus contra reuerendiſſ. dominum Aymarum de Poyſiaco prothonotarium de anno domini 1483. die ij. menſis Iunij in manibus magiſtri Lanceloti firmãdi commiſſarij deputati ſuper executione cuiuſdam ordinationis latæ ad vtilitatem dicti de Poyſiaco, & coram dicto commiſſario frater Hugo Andrici religioſus aſſertusprocurator dicti Ioffredi dedit dictam ſchædulam ſcriptã manu dicti Palmerij prout confeſſus fuit, & recognouit coram certis commiſſarijs deputatis. Et tamen dictus præſidens de anno domini 1486. die xij. menſis Septembris coram curia iurauit, quòd ipſe non conſuluit in d. prioratu de Chauano in ſcriptis, nec aliàs, niſi quia minutauit vnam minutam reſcripti pro dicto Ioffredi, quando acceſsit ad curiam. Et licèt dictus præſidens iurauerit ſcripſiſſe dictam ſchędulam per tres aut quatuor annos antequàm eſſet præſidens & aliter de tempore dicit ſe neſcire: verũtamen non erat dimidius annus à tempore traditionis dictæ ſchædulę vſquequo fuit effectus pręſidẽs, & ſic incurrit aliud periurium. c. fina. de iureiuran. libr. vj. & poterit apparere de tẽpore ingreſſus eius officij per literas eius officij interinatas in camera
1 computorũ Delphina. Aduertendum † ſi ſchædula recurſus aut appellatoria ſit de actis ſeu proceſſus? & videretur dicendum, quòd ſic. c. quoniam contra falſam. & ibi gloſ. ſuper verbo, appellationes. nec obſtat l. j. C. de feri. vbi poteſt appellari tempore feriato: quia hoc verũ quò ad tempus appellandi infra decẽ dies, ſed quò ad tempus proſequendi ſecus:
2 ſecũdum Bart. ibi † & præſtatio iuramẽti eſt actus fauorabilis, & debet extendi cùm agatur de præiudicio animæ: ſecũdum Bar. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendi. & per glo. in c. j. de ſtatut. in ordin. fiend.

SVMMARIVM.

1 *Confitenti creditur ad ſui preiudicium non commodum.*

2 *Actus ubi ad delictum & non delictũ tendere poteſt, in dubio non delictum preſumitur.*

3 *Litera priuata ſi illicitum contineat, delictumprobat.*

4 *Falſum in litera priuata committi poteſt, ſi in alterius præiudicium tendat.*

5 *Confeßio iudicij telam non requirit.*

6 *Mitius agitur cum confeßo, quàm cum conuicto.*

Quæſtio DCXCVII.

QVAERITVR quia dictus pręſidens ſimiliter in alio proceſſu caſtri Oruaceni ventilati in curia Parlamẽti Delphial. inter dominũ quondam Myolam, & dominum Bochãgij præſtitit iuramentum de anno domini 1492. die penultima mẽſis Maij, quòd non ſcripſerat aliquas literas dicto domino Myolam per ſe aut interpoſitã perſonam quouiſmodo prætextu dicti Caſtri Oruaceni, vt apparet in quinterno ſignato per magiſtrum Antonium actuarij vigore literarum compulſoriarum fo xxj. verſicul. & ibi in fine depoſitionis dicti Antonij Patondi illicò & incontinenti dictus præſidens fuit examinatus, & qui Putodi fol. xvij. fuit examinatus de tempore quo ſuprà: & tamen fuit producta litera quam ſcripſit dictus Palmerij quondam domino Myolam: quam literam dictus præſidens recognouit ſcripſiſſe, licèt dixerit quòd nõ ſcripſerit prætextu dictæ differẽtiæ caſtri Oruaceni, ſed reſpectu cuiuſdam alterius differentiæ, quam habebat dictus do.. Myolam cum domino Breciæ, & inter certas alias magnas perſonas: ſed iſtud non re-
1 leuat dictum præſidentem: † quia creditur confitenti ad ſui præiudicium, non autem ad ſui cõmodum: iuxta theoricam Bart. in l. Aurelius. §. idem quęſijt. ff. de liberat. legat. & per Bald. in l. j. C. de confe. & in authen. contra qui propriam. C. de non numera. pecu. & ex quo dictus præſidens confitetur ſcripſiſſe dictam literã ex poſt quo fuit præſidens præſumptio eſt contra ipſum. Nec obſtat ſi dicatur quando actus fundatur ſuper tempore, tunc debet quis probare tempus: iuxta. not. per Bar. in l. non ſolum. §. ſed & probari. ff. de operi. no. nunci. & per Bal. in l. ad probationem. C. de proba. quia iſtud retorquetur contra dictum pręſidentem ex quo ſcripſit dictã
2 literã, ex quo erat præſidens. & licèt † quando vnus actus poteſt tendere ad delictum & nõ delictum in dubio præſumitur non delictum. l. meritò. ff. pro ſo. ſecundum Bart. in l. gerit. ff. de acquir. hære. tamen in caſu iſto per tenorem dictæ literæ apparet de delicto per verba dictæ literæ pollicendo dum dicitur, porrez venir à voz fins. &c. iuxta not. per gloſſ. & Bart. in l. non intelligitur. §. tacita. ff. de iur. fiſci. & in l. in ſenatus. ff. ad turpi. & in l. contra negantem.
3 C. ad le. aqui. † Item in dicta litera, eſto ꝙ ſit priuata: tamen ex quo continetur illicitum, probatur delictum: ſecũdum doct. vbi ſuprà. & per Cyn. & Bal.
4 in l. ſciant cuncti. C. de proba. † nam &c. in litera priuata committitur falſum quando tendit ad pręiudicium alterius. l. damus. l. ſi quis decurio. & ibi per gloſ. & Bald. C. de fal. & ex quo dictus præſidẽs confeſſus fuit ſcripſiſſe literam, non attenditur ſo-
5 lennitas iuris: † quia confeſsio non requirit telam iudicij. c. j. & ij. de accu. lib. vj. ſecundum Inno. in c. qualiter. de accuſa. Bart. in l. ſi cõfeſſus. ff. de cuſtoreor. facit l. proinde in fin. ff. ad legem Aquil. Item
6 mitiùs † agitur cum confeſſo, quàm cum conuicto xii. q. j. c. nolo. & notatur per gl. in prag. ſanctio. de elect. c. j. §. deinde. ſuper verbo, perpetuò.

ARGVMENTVM.

Qui officio iudicis & aduocati fungitur quas pœnas incurrit.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis & aduocati qui officio functus eſt, preuaricator & calumniator eſt.*
2 *Item & proditor.*
3 *Iudici aduocatum eſſe uetitum.*
4 *Epiſtola ſiue ſcriptura priuata de ſui ſubſtãtia neque diẽ neque conſulem requirit.*

Quæſtio DCXCVIII.

QVAERITVR reſpectu alterius epiſtolæ ſcriptæ per dictũ præſidem magiſtro Andreæ de Thoneto fratre domini Benedicti de Thòneto, & per dictum præſidem confeſſatæ: pariter ibi cõtinetur delictũ ſuggerendo & conſulendo alteri parti ſuper proceſſu, qui vẽtilabatur in curia parlamẽti Delphi. inter d. do. Benedictũ contra capitulũ beatæ Marię Grationo. prętextu canonię & præbẽ
1 dæ, quas petebat dict. dom. Benedictus: † adeò ꝙ d. præſidẽs incidit in pœnã delicti pręuaricationis, & etiam calumniatoris fungendo officio iudicis & aduocati. l. athletas. §. calũniator. ff. de his qui not. infami. l. j. cum ibi nota. per Bar. ff. de pręua. & etiã
2 in pœnam falſi. l. j. §. j. ff. de fal. & etiam † proditionis: iuxt. not. per Barto. in l. reſpiciendum. §. delin-
3 quunt. ff. d pœn. † quia iudex prohibetur eſſe aduocatus: quia ſunt officia incõpatibilia. l. pretor. ff. de iuriſd. omnium iudic. l. quiſquis. C. de poſtula. iudex enim debet eſſe medius non declinans à dextris aut ſiniſtris. cap. qualiter. le j. de accuſa. ca. cùm æterni tribunal. de re iudic. lib. vj. ſecundũ Specu. in tit. de aduoc. §. hic dicendum. verſi iuſtus autem. Et præſertim in præfectis præto. in quibus tria principaliter requirũtur: ſcilicèt induſtria ſingularis, fides explorata & morum maxima grauitas. l. j. ff. de pręfect. præt. & ibi Bal. qualis enim fides erit in iudice, ſi cõſuluit alteri parti? certè dicitur proditio. ſecundum Bartol. in dict. §. deliquunt. Nec releuat dictum præſidem in quantum aſſerit, quòd fuit recuſatus ſuſpectus in dicta cauſa pro parte dicti capituli, & quòd ex poſt facto conſenſierit, quòd intereſſet in iudicãdo: quia in hoc aggratur caſus ex quo conſuluerat parti, non debebat intereſſe in iudicando. Et idem poteſt dici in cauſa prioratus de Chauano. & licèt dictę literæ ſcriptæ per dictũ pręſidentem non contineant annum non propter hoc
4 habet obſtare: † quoniam epiſtola aut alia ſcriptura priuata de ſui ſubſtantia non requirit diem, annum & conſulem. l. cùm tabernam. §. idem quæſiјt. cum ibi not. ff. de pigno. ex quo probatur per eius confeſsionẽ ꝙ ſit ſcripta manu propria: ſecundum Bald. in rubric. C. de fid. inſtrumen. & per glo. in l. in ſumma. §. item Labeo. ff. de aqua pluui. arcend.

ARGVMENTVM.

Appoſtilatio adiudicationis facta à iudice manu propria an hoc ſolo ſemotis alijs probationibus de falſo ſuſpecta cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Falſi ſuſpitio in falſi crimine pro falsò habetur.*
2 *Coniecturæ plures falſitatis & plura indicia indubitata plenæ probationi æquiparantur.*
3 *Schedulam falſam actuario cauſæ dictans falſum committit. & nume. 6.*
4 *Inſtrumenta notarij condemnati de falsò, an ualeant & teneant.*
5 *Appoſtilans & interlineans alterius ſcripturam falſum cõmittit.*

Quæſtio DCXCIX.

QVAERITVR quia dictus præſidens recognouit & cõfeſſus fuit ſe appoſtillaſſe manu propria dictã ſecundam ordinationẽ adiudicationis bonorum Andreæ de monte Ruffo, & feciſſe interlineaturas, an ex hoc ſit ſuſpecta de falſo abſque alia probatione? Et videretur dicendum ꝙ
1 ſic: quia in crimine falſi † ſuſpitio falſi habetur pro falsò. l. vbi. & l. fin. C. de falſ. l. iubemus. C. de prob. ſecundum Archidiaco. in c. in memoriã. xix. diſtinctio. Bald. in l. ſi veritas. C. de fideicommiſ. ca. licèt. cap. quàm graui. de crimine falſi. Et maximè quãdo ſunt in loco ſubſtantiali. cap. ex literis. ca. inter dilectos. de fide inſtrumen. ca. cùm olim. le ij. de priuileg. & notat. per gloſſ. in cap. cùm venerabilis. de
2 religio. domi. & † quia hìc ſunt plures coniecturæ falſitatis, & plura indicia indubitata quæ æquiparantur plenæ probationi. l. ſciant cuncti. C. de probatio. l. indicia. C. de re. vendi. ſecundum gloſſ. in c. tertio loco. de proba. & ibi Panormit. & coniecturę leges dicuntur euidentiſsimę probationes. ſecundum glo. in l. ſi tutor. C. de pericul. tuto. l. licèt. ff. de legat. j. faciunt notat. per Panormit. in cap. illo vos. de pigno. & cap. ad noſtram. de emptio. & vendi. & ideò fuerunt ſpecificè declaratæ dictæ coniecturæ falſitatis. Prima quia prima & ſecũda ordinatio requiruntur in eodem folio papiri, & eadem pagina exceptis tribus lineis deſcriptis continuatiuè in pagina ſequenti, quæ ſunt cõtrarię & diuerſi effectus. Et prima ordinatio magis congruit areſtis & terminis cauſæ quàm ſecunda: & pariter eſt cõformis iuri, & magis veriſimilis: ſecus in ſecunda: quia eſt contra ius & cauſata ex falſa cauſa iuris expreſſa: cùm dictus Rolandus Bauduini & alij opponentes faciebant controuerſiam proprietatis & penſionis, & ſic debebat impedire adiudicationem fiendã fiſco. l. ſi vacantia. C. de bon. vacan. lib. x. & ibi Io. de Plat. & Alexand. in l. defenſionis facultas. C. de iur. fiſc. lib. x. per Bald. Ioan. de Imol. & Alexan. in l. ſi marito. in princip. ff. ſolu. matrim. Secunda coniectura falſitatis fuit, & eſt: quia dicta ſecunda ordinatio & appoſtila & interlineaturę ſunt ſcriptę de diuerſa manu. §. quod ſæpè. in authen. de trien. & ſemiſ. col. j. ſecundum Bald. in l. contractus. C. de fide inſtrumen. Alexand. de Imol. in l. fin. C. de edi. diui Adri. tol. & in l. ſi vnus. C. de teſtamen. Tertia cõiectura: quia dicta poſtila & interlineaturę ſunt in locis ſuſpectis. dict. l. fin. C. de edi. diui Adria. tol.
3 & per glo. in dict. cap. cùm venerabilis. Adde † ꝙ ille qui dictat falſam ſchędulam quam tradit notario actorũ incidit in pœnam falſi. ſecundum Barto. in l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſi. & cõſil. cxcix. incipien. Tudertinus. & per Ange. Aret. in tracta. maleſi. ſuper verbo, falſario. & quando inſtrumentum eſt falſum in parte vitio notarij reprobatur in totũ: ſecundum gloſſ. in cap. ſi ad ſcripturas. ix. diſtin. Innocen. & Panor. in cap. fraternitatis. de hære. Bart.
4 in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. † Veruntamen vbi notarius fuit cõdemnatus de falſo, non tenent inſtrumenta re-

menta recepta.l.ſi aliquid.& de ſuſcep.libr.x.Bart. in l.ea lege.ff.ad leg. Iuliam repetundar. Panor. in
5 d.c.fraternitatis. Adde etiã † quando aliquis addit vel apoſtilat vel interlineat ſcripturã alienã, cõmittit falſum.l.qui inſtrumẽtum.l.Paulus.l.quid ſit falſum.ff.de falſ.
6 † vel quando facit regiſtrari ſchædulam falſam in actis:ſecũdum Bar.in d.l.ſi quis obrepſerit.quia productio inſtrumenti ſeu regiſtratio eſt de actis:ſecundum Innoc.in c.cũ in iure peritus. de offic.deleg.in c.quoniam contra falſam.de probatio. & quia traxit originẽ à falſa ſcriptura:ſecundum Petr.de Ancha.conſi.172.incipien.Circa primum.&pariter litera interlinearis reddit inſtrumẽtum ſuſpectum.c.cũ venerabilis.de relig.domib.

ARGVMENTVM.

An minutæ vel manuali ſit credendum.

SVMMARIVM.

1 *De inſtrumẽti fide ſi dubitetur,quòd ad originale ſiue matriculam recurrendum ſit.*
2 *Baſtardellum fidem non facit.*

Quæſtio DCC.

QVAERITVR an dictus præſidens poſſit ſe excuſare,quòd dicta ſecũda ordinatio deſcripta in vno folio papyri & apoſtilata non eſt niſi minuta, & quòd in manuali non ſunt aliquæ apoſtilæ aut interlineaturæ: ſed quòd dicta ſecunda ordinatio fuit leuata &ſigillata ſigillo curię parlamenti.Et dicendum eſt quòd iſtud non releuat dictum præſidentem, ſed aggrauatur caſus, & quòd curia fuit circunuenta.c.cũ olim.de re iudi.l.ſi quis obrepſerit.ff.de falſi.& per Inno.& Panor.in c.fraternitatis. de hære.
1 † Et quia quando dubitatur de fide inſtrumẽti recurrendum eſt ad originale ſeu minutam,vel baſtardellum vbi eſſet verũ.c.quoniam contra falſam.de proba.ſecundum Bart. in l. Sempronius.ff.de lega.ij.& in authẽ.de tabel.§.eos.col. vj.ſi ſit cancellatum:ſecundum Bart.in l.fi.ff.de his qui in teſta.Bald.in l.ſi vnus.& l.noſtrã.C.de teſta. Et maximè quia dicta ſecunda ordinatio reperitur ſcripta per certum interuallum dierum & temporis poſt primam,& tamen fuit poſita de data primæ,& per conſequens apparent euidentes coniecturæ falſitatis contra dictum præſidentem,adeò ꝙ debet ſuſpendi ab officio pẽdente lite,prout fuit tactum.vj. quæſt.650.nam crimen falſi eſt magis ignominioſum quàm aliquod aliud delictũ: quia annihilat famam hominis:ſecundum Cyn.& Barto.in l.tranſigere.C.de tranſac.poſt Hugo.de Fonta.
2 Adde † ꝙ baſtardellum nõ probat:ſecundum Bald.in rubric. C.de fide inſtru. Alex.in additio.ad Barto.in l.fi.ff. de his qui in teſta.delen.vide Bart.in d.l.ſi quis obrepſerit.ff.de falſis. de dictante falſam ſchædulam, quã tradit notario actorũ.& ibi Alex.& per Ange. Aret.in tract.malefic.ſuper verb.falſario.

ARGVMENTVM.

Occultans publica inſtrumenta qua pœna ſit puniendus.

SVMMARIVM.

Acta publica qui occultat falſum committit.
Acta publica circunducens iuris pœnas non euitat.
Acta publica de partium conſenſu iudice adſentien te circũduci non debent.

Quæſtio DCCI.

QVAERITVR quò ad exempla magiſtri Sauuage & Sebaſtiani Chayſij caſtri Dalphi.vbi fuerat inquiſitũ cũ dicto Chayſij ſuper quadam falſa data.& dictus præſidens cõtemplatione dicti Sauuage auditoris,&pro tunc ſecretarij domini Bretiæ gubernatoris Delph.præcepit clerico qui ſcripſerat ſuper dicta inquiſitione tradi expleta dicto Sauuage,
1 † &ſic occultare acta publica incidit in pœnã falſi.l.Paulus.ff.de falſ.l.eum qui.C.eo.titu.Et pariter eſt cõmittere cõcuſſione impedire accuſationẽ ſeu inquiſitionẽ prætextu officij: vt ff. de cuſto.&exhib.reor.l.ij.faciũt nota.p gl.&doct.in l. metũ.& l.accuſationis.C.de hijs quę vi met. cauſa.
2 prætereà † circunducere acta publica ſine cauſę cognitione eſt incidere in pœnã iuris.l.acta.ff.de re iudic.faciunt noat.in l.ſi præſes.C. quo. & quãdo iudex.
3 † nam ex quo fiſcus habet intereſſe etiã de cõſenſu partiũ vel iudicis authoritate nõ debent circũduci:quia ius eſt quæſitũ fiſco.: ſecũdum Angel.& Alex.de Imo.ibi:& in l.iuriſgentiũ.§.adeò.ff.de pactis.prætereà dictus præſidens promiſit iuramento per ipſum præſtito in principio ſui officij de nõ recelando iura principis, & ſic nõ debet eſſe in eius damno,ſicuti in iuramento fidelitatis.cap.j.de no. fide. forma.

ARGVMENTVM.

Mandans facere an facere videatur.

SVMMARIVM.

1 *Falſitatis author habendus eſt is, qui apoſtilauit & interlineauit ſcripturam,non his qui tranſumptum fecit.*
2 *Falſum dictans & præcipiens ut ſcribatur, incidit in pœnam falſi.*
3 *Falſum cõmittitur ratiõe datæ etiam in ſcriptura priuata.*
4 *Litera priuata recognita delictum probat.*
5 *Abolitionem obtinens quòd culpam fateri non uideatur.*
6 *Inſtrumento falſo utens in dubio quòd falſitatis particeps eſſe præſumatur.*
7 *Delictum ſuper quo diſpenſatum eſt per abolitionem uim abſolutoriæ obtinet.*

Quæſtio DCCII.

QVAERITVR quia graphariuscauſę regiſtrauit dictam ordinationẽ apoſtilatam de mandato dicti pręſidentis in manuali actorũ,vt eſt deſcriptũ à margine dictæ ordinatiõis in actis regiſtratæ ad plenũ iuxta tenorẽ dictæ ordinatiõis apoſtilatæ,licèt ſit in mundũ:ſed ex aduerſo opponit dictus præſidens aduerſus perſonã grapharij, quòd aliàs fuit condemnatus de furto,& de falſo: quęritur quid iuris? Et in effectu
1 † ex quo dictus præſidens apoſtilauit & interlineauit propria manu,cenſetur fabricaſſe,& eſt author falſitatis.l.ſi falſos.cũ ibi nota.C.de falſ.l. quoniam multa facinora.cum ibi nota.C.ad leg. Iul.de vi.
2 Tum etiam † quia dictauit & præcepit illam ſcribi, & ſic incidit in pœnam falſi.iuxta not.per Bart.in l.ſi quis obrepſerit. ff.de falſ.& per Angel. Aretin.in tracta.maleficior. ſuper verbo,falſario. & hoc quando quis ſcienter dictat rem illicitam : iuxta notata per Baldum in l. iubemus.§.ſanè. in fin. C. de ſacroſanct. eccleſi. & in rubric. C. res inter alios acta. an autem credatur

mandatario ad præiudicium mandantis. vide per Salice.in l.non ideò minus.C.de accuſa.& l. final. eod.titul.Nec obſtat quòd opponit dictus præſidés aduerſus perſonā grapharij:quia d.grapharius obtinuit abolitionem interinatam per curiam,vbi dictus præſidens fuit, & eſt, deſcriptus, & ſic non poteſt venire cōtra factum proprium.& dictus grapharius eſt de numero grapharíorum,&habet manuale fiſcale.prætereà ex quo dicta ordinatio appo
3 ſtilata eſt falſa etiam † ratione datæ committitur falſum, etiam in priuata ſcriptura.l. damus.& l.ſi
4 quis decurio.C.de falſ.& ibi per Bald. † & pariter per literam priuatam probatur delictum, quando fuit recognita, & ibi continetur res illicita.l.non intelligitur.§.tacita.ff.de iure fiſc.& ibi Barto.& in
5 l.in ſenatus.ff.ad turpi. † Et licèt dictus grapharius optinuerit abolitionem:tamen propter hoc nō fatetur culpā.cap.exhibita. & ibi Hoſtien. & Panormi.de homici.& licèt ſit differentia inter fabricātem,facientem fieri,& vtentem: quia deſiſtendo ab vſu euitatur pœna in ſimpliciter vtēte:ſecus quò ad fabricantem,nec fieri mandātem.dict.l.ſi falſus. C.de falſi.& l.ſi aduerſarius.C.de fid.inſtrumen.ſecundum Ange.Areti. vbi ſupra. Bart.in l.diuus.ff.
6 de fal. † tamen in dubio ille qui vtitur falſo inſtrumento præſumitur particeps:ſecundum Bal.in l.maiorem.C.de falſ.niſi nominet authorem.facit l.ciuile.& l.inciuilem.C.de furt.& per Ioan.And.in addi.ad Specu.titu.de inſtrumen.edi.§.poſtremò.ver. hoc dicto. & Alexand. in l.ſi vnus.C.de teſtamen.
7 Adde quòd † delictum ſuper quo eſt diſpenſatum per abolitionem habet vim ſententię abſolutoriæ adeò quòd non debet iterum accuſari : ſecundum glo.Panor.Ioan.de Anan.in cap.de his.de accuſa. quia non debet de eodem delicto pluries inquiri.l. licèt.ff.naut.caupo.l.ſenatus.ff.de accuſa.nam delicta ſemel dimiſſa etiam per abolitionem in vltionē redire non patiuntur.c.ſi illhìc.xxiij.q.v.

ARGVMENTVM.

Quando reperiuntur duæ ordinationes, quarum prior deſcripta eſt in manuali & regiſtrata in libro ordinationum priori ſtandum.

SVMMARIVM.

1 *Appoſtila extrauagans ſine die & cōſule appoſita ſine cauſa cognitone an fidem faciat.*
2 *Curiam ſe incontinenti corrigere uoluiſſe nō eſt præſumendum.*

Quæſtio DCCIII.

QVAERITVR quia in manuali dicta prima ordinatio reperitur cācellata,& à margine deſcribitur error regiſtrata in fine inſtātiarū. Sed ſecunda ordinatio reperitur ibi ſcripta in fine inſtantiarum ſub data primæ abſque cancellatura, interlineatura vel appoſtila cum ſigno correſpondente,licèt à margine grapharius deſcripſerit quòd fuit ibi poſita de præcepto do.præſidētis aſſerentis facere nomine curię. Quęritur quid iuris. Et in effectu iam fuit tactum vj.q.652.& quæſtio.700. veruntamen ex quo prima ordinatio reperitur ſcripta in manuali,& pariter regiſtrata in libro ordinationum ſemper recurrendum eſt ad dictam primam ordinationē tanquam ad originale,cap. quoniam cōtra falſam.de proba.ſecundum Barto.in l.Sempronius.ff.de leg.ij.etiam ſi originale ſit cancellatum. ſecundum Bald.in l.ſi vnus.& l.noſtram. C. de te-
1 ſtamen. Nec obſtat illa cancellatura † vel appoſtila appoſita à margine tanquā extrauagans, cùm non habeat diem & conſulem: & fuerint appoſitæ ſine cauſæ cognitione:iuxta nota.per Io. Andr. in addi.ad Specu.in titul.de inſtrumen. edi.§. oſtenſo.in addi.magna incipien.Rolan.& per Bald. & Alexand.in dict.l.ſi vnus.& l.noſtram. & per Bal. in l.ea quæ.C.cōmin. epiſtolas pragma.prætereà dicta prima ordinatio procedit in ordine ſcripturę,& ſic cenſetur prima : iuxt.not.in l.ij.§.prius.ff.de vulga.& pupi.& l.quo enim.ff.de ſo.Nec obſtat quod habetur in l.ij.C.de teſtamen.ture. quando in eod. volumine reperiuntur duo ſtatuta contraria : quia ſtandum eſt vltimo:ſecundum Cyn.ibi, quia aliud videtur in caſu iſto quando eodem tempore : quia non eſt præſumendum quòd curia voluerit ſe corrigere incontinenti.l.non ad ea.ff.de conditio.& demonſtra.prætereà inſtrumentum cancellatum probat debitū pręceſſiſſe.l.fullo.§.qui tabulas.& l.qui tabulas.ff.de fur.&ibi Bar.& in l.acta.in princi.ff. de re iudica.& per Bald.in rubric.C.de fid.inſtru.

ARGVMENTVM.

Articulorum duplicatoriorum ſiue triplicatoriorum copia an ſit parti danda.

SVMMARIVM.

1 *Acta cauſæ communia.*
2 *Triplicatiōi aut tertiæ ſcripturæ in cauſis arduis locus eſt.*

Quæſtio DCCIIII.

QVAERITVR quia dictus præſidens nouiſsimè dedit eius articulos duplicatorios in cauſa ſchedulę accuſatoriæ,& eius articulos triplicatorios in cauſa reconuentionis,& pendet terminus dict.Caſſeti,ad duplicandum ſuper articulis triplicatorijs dicti pręſidentis:ſed ſuper articulis duplicatorijs dicti præſidētis ſe opponit dictus præſidens quòd non detur copia dict.domi.Caſſeti vt ſit finis litium.l.quidā extimauerūt.ff.ſi cer.pet. & quia ſecundū tenorē vltimi appunctuamēti fuit dictū ꝙ replicaretur & duplicaretur; ſed nō fuit vltra locutū: ſed,ſuper hoc fuit replicatū pro parte d. do.Caſſeti
1 ꝙ acta † ſunt cōmunia,& debeat dari copia omniū productorum in iudicio, quibus quis vſurus eſt.l.j. §.edenda.& §.edere.ff.de eden.ca.G. perpetuus. de fide inſtrumen. veruntamen fuit ordinatum,ꝙ fiat viſio articulorum duplicatoriorū in manibus grapharij, & quòd ſi dictus præſidens in dictis duplicationibus aliquid deducat de nouo, ꝙ dictus do. Caſſeti admittatur ad dicendum de contrario.&vlterius d.cancellarius habuit dicere in eius camera,
2 quòd ex † cauſa etiam ſecundum qualitatem cauſæ arduę,quòd adhuc admitteretur ad triplicandū. ar.cap.paſtoralis.de cauſa poſſeſ.& proprieta.& c. paſtoralis.de except.& præſertim in cauſa criminali vbi verſatur maius periculum,& ſic cautius agendum.c.vbi periculum.de electio.lib. vj. facit quod habetur in l.fina.ff.de feri.& vlterius licèt penderet terminus dicto domi.Caſſeti in cauſa reconuentionis ad duplicandum aduerſus articulos replicatorios dicti

rios d. Palmerij, cùm d. Caſſeti voluiſſet dare certas ſaluationes ſeu allegatiões iuris ad parté aduerſus articulos replicatorios dicti Palmerij ipſe oppoſuit ſe quòd non ſeruatur forma vltimi appunctuamenti, & ideò potuit repelli dictum domi. Caſſeti, & ipſum priuari cómodo dicti appunctuamenti. Sed ſuper hoc fuit reſponſum pro parte dicti domi. Caſſeti, quòd terminus ſibi pendebat ad duplicãdum. & quod eius fauore eſt inductum nõ debet in eius lęſioné retorqueri. l. quod fauore. C. de legi. Veruntamen ex habundanti cautela fuit aduiſatum, quòd tradentur dictæ ſaluationes domi. Caſſeti in duplicationem, vt ſeruetur forma appunctuamenti.

SVMMARIVM.

1 *Quando per modum interrogatorij in iudicio aliquid deducitur, nihil aſſertiuè ponitur.*

2 *Confeſſio facta in iudicio, incontinenti reuocari poteſt tanquam erronea, etiam non docto de errore.*

3 *Teſti dictum ſuum incontinenti corrigere permiſſum.*

4 *Confeſſio deliberata ſiue deliberatè facta reuocari non poteſt.*

5 *Confeſſio quæ ad bonum & malum tendere poteſt, quòd in dubio contra confitentem ad malum interpretatur.*

Quæſtio DCCV.

QVAERITVR quia dictus Palmerij de tempore quo recognouit coram certis commiſſarijs per magnum conſilium deputatis literam appoſtilæ & interlinearis ſecundæ ordinationis bonorum Andreæ de monte Ruffo, & pariter literam ſchædulæ prioratus de Chauano, & duarum literarum miſſoriarum dictus Palmerij, petijt acta qualiter dictus dominus Caſſeti confeſſus fuerat quòd prima & ſecunda ordinatio erant de eadé data: ſed econtrà dictus dominus Caſſeti negauit cóſeſſum fuiſſe, ſed petijt interrogari dictum Palmerij, an dictæ duæ ordinationes eſſent de eadem data: & vbi eſſet aliqua confeſſio: illam reuocabit illicò & in-
1 continenti. pro quo facit, † quia quando aliquid deducit in iudicio per modum interrogatorij, nihil ponitur aſſertiuè: & ideò interrogans non confitetur: ſecus in illo qui ponit, vel quando reſpondetur interrogatorio affirmatiuè per verbum credit, aut confitetur: vt notatur in cap. j. & ij. de confeſſ. libr. vj. & cap. præſentium. de teſtib. eod. libr. ſecundum Panormita. in cap. penult. de iuram. calum. allegat nota. per Barto. in l. j. ff. de interrogato. actio. & domi. de Rot. deciſione xxx. aliàs xxxiiij. & licèt confeſsio de credulitate tantùm operetur quantùm de veritate: ſecundum gloſ. communiter approbatam
2 in cap. ex literis. de iureiurand. † Veruntamen confeſsio facta in iudicio poteſt illicò & incontinenti tanquam erronea reuocari etiam non docto de errore abſque probando rem aliter ſe habere: ſecundum gloſſ. in cap. apud miſericordem. xxxj. quæſtio. j. & Panormi. in c. fi. de confeſ. ſicuti de teſte di-
3 citur, † qui incontinenti poteſt corrigere dictum ſuum. c. prætereà. in fi. de teſtib. cogen. & dicitur incótinenti reuocare ſi reuocat antequá redigatur in ſcriptis: ſecundum glo. in dict. cap. apud miſericordem. Et præmiſſa procedunt quando non eſſet præfixus terminus ad deliberatè reſpódendum in iudi-
4 cio, † aliàs vbi confeſsio eſſet deliberata, non poſſet reuocari: ſecundum glo. in c. ex literis. de diuor.
5 Et quid in criminali ibi vide. † & licèt confeſsio iurata quæ poteſt tendere ad bonũ & malũ in dubio interpretetur ad malũ, & contra confitentem: hoc verum niſi confitens probet ſuas excuſationes: ſecũdum glo. in c. cùm dilecti. de accuſa. facit quod habetur per glo. in c. j. de obliga. ad ratio. & per Bart. in l. geritur. ff. de acqui. hæred. & Bal. in l. j. C. de ſacro. eccle. & Ang. Are. in tract. male. ſuper verbo, falſario. in illo articulo, quando vnus actus poteſt tendere ad falſum aut delictum vel nõ delictum, quod in dubio non pręſumatur delictum.

ARGVMENTVM.

An per tempus triennij in factis proprijs ignorantia præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia tollerabilis in facto proprio non cadit.*

2 *Ignorantia in facto graui & animæ præiudicio etiam poſt longum tempus in uiro docto non præſumitur.*

3 *Ignorantia non cadit in delictis.*

4 *Adhærentes comprehenduntur ſub principali.*

Quæſtio DCCVI.

QVAERITVR quia dictus Palmerij pręſtitit iuramentum coram curia parlamenti Delphinal, quòd non cóſuluerat in proceſſu priorlatus de Chauano pro fratre Anthonio Ioffredi, contra reuerendũ dominum Aimarũ de Poyſerio protonotariũ, & tamen fuit repertum ꝙ ipſe dictauit vnam ſchædulã appellatoriã propria manu quã recognouit, licèt ipſe allegeṭ inter cętera, quòd nõ dictauit in proceſſu, & quòd tempore præſtationis iuramenti non recordabatur propter lapſum temporis trium annorũ, & ſe obtulit iurare: ſuper hoc quęritur quid iuris? Et in effectu † in facto proprio non
1 cadit tollerabilis ignorãtia. l. quanquã. ff. ad Velle. prout ſupra fuit tactũ. q. 670. & licèt poſt longum tempus etiam facto proprio admittatur ignorãtia probabilis, & maximè quando agitur de facto intrincato: iuxt. not. per Bart. in l. non fatetur. & l. penul. ff. de cófeſ. & per glo. & Bar. in l. ſi quis delegauerit. ff. de cófeſ. tamé longũ tépus iſto caſu dicitur decé annorũ & non ante. nec dicitur arbitrarium. l. ſed cũ fideicómiſſa. §. Ariſto. ff. qui & à quib. manu. ſecundũ glo. in rubr. C. quę ſit long cóſue ſecundũ Bart. Alex. in l. ſi de eo. §. ꝙ ſi fortè. ff. de acqui. poſ. & per Bart. in l. furtum. § fundi. ff. de vſucap. reprobata glo. ibidé. Nec obſt. l. ſi arbiter. ff. de prob. vbi per lapſum anni inducitur cauſa obliuióis: quia lo
2 quitur in teſte. † Prætereà attento ꝙ hîc agitur de facto graui & de præiudicio animæ etiã poſt longũ tempus non præſumitur ignorantia & maximè in viro literato. c. cùm illorũ. in ſi. de ſenten. excõm. & ibi per glo. Panor. facit quod habetur per glo. Bar. & Io. de Pla. in l. profeſsió. C. de nume. patri. lib. x.
3 & per doct. in l. j. C. qui & aduer. quos. † Tum etiã quia in delictis non excuſat ignorantia facti, vel iuris: & pręſertim naturalis vel diuini. l. j. ff. de legi. cũ ibi not. per glo. & Bart. & in l. reſpiciendũ. §. delinquũt. ff. de pœn. & per glo. in l. ex maleficijs. in prin. ci. ff. de act. & obl. quia etiã in delictis ex culpa quis tenetur, & maximè quãdo tédũt ſpecialiter ad pręiudiciũ alterius & nõ infertur pœna ſanguinis: ſcdm

gl.in l.in actiõibus.ff.de in lit.iuran.& l.in lege.ff. ad legem Cornel.de ſiccar.& per Bar. in l.j.§.j.ff.ſi qui.teſta.liber eſſe iuſſus fue. Ange. Aret.in tracta. maleficiorum.ſuper verbo, ſcienter doloſè. facit l. quod Nerua.ff.depoſiti. cum ibi not.nam iuramen tum eſt de iure diuino.c.quanto.de iureiurã. cũ prę ceptũ morale ſit quod obligat ſemper & ad ſemper iuxta not.per gl.in c.j. de decim.lib. vj. Nec obſtat inquantum dictus Palmerij prætendit quòd dicta ſchędula appellatoria nõ fuit data in proceſſu prio ratus de Chauano, ſed coram commiſſario. Quia ad iſtud reſpõdetur, quòd eſt relatiua ad alium recurſum datũ in proceſſu,ibi dum dicitur adhærendo.facit quod habetur in l.aſſe toto.ff.de hęred.in-
4 ſtituen.per Bald.& Ioan.de Imol. Nam † adherentes comprehenduntur ſub pœnali : iuxta nota. per Ioan.Andr.& Geminia.in c.apoſtolicæ.de re iudi. libr.vj. & in c.vt circa. de electio.libr.vj. ſuper verbo,adhærentes.

ARGVMENTVM.

Iurans aliquid nõ facere & facit,infamiã incurrit.

SVMMARIVM.

1 *Periurus quando iurauit de futuro,quòd infamiam incurrat ipſo iure & officij priuationem.*
2 *Iuramẽtum iudiciale quod in alterius præiudicium fit, ſemper infamat.*

Quæſtio DCCVII.

QVAERITVR, quia dictus Palmerij iurauit de præterito non conſuluiſſe in dicto proceſſu prioratus de Chauano,& pariter in proceſſu domini quondam Miolam,cõtra dominum Bochagij prætextu caſtri Oruaceni, quòd non ſcripſerat aliquam literã dicto domino Miolam,& tamen de contrario apparet. Et pariter dictus Palmerij in ingreſſu ſui officij iurauit & promiſit non conſulere alteri partium,& non recelare iura principis an contraueniendo incurrat infamiam. Et in effectu
1 quãdo † erat de futuro tunc periurus incurrit infamiam ipſo iure, & priuationem officij. l.quotiens. & ibi per glo.& Barto. Ioan.de Platea C.de digni. lib.xij.l.ſi quis maior.C.de tranſact.ſi vero iuret de præterito:tunc requiritur ſententia:ſecundum glo. & Bart. in l.Lucius.ff.de hijs qui notan.infam.ſed gloſſ.in c.quicunque.vj.quæſtio.j. licèt faciat differentiam quando iuratur de præterito, de præſenti,
2 aut futuro: † tamen quando iuratur in iudicio ſemper infamat,& præſertim quando tendit ad præiudicium alterius,aliàs ſolum Deum habet vltorem. l.ij.C.de reb.credi.de quo latiùs ibi per Doctor. & Ange. Aret.in §.item ſi quis iurauerit. Inſti. de act. vide gloſſ.in ſumma.xxij.quæſtio.iij.quando quis iurat de pręterito quod eſt falſum ignoranter:quia excuſatur:quia putabat verũ.c.beatus.eadem quæſtio.ſecus ſi ſcienter.cap.hominem.eadem quæſtio. ne.quia in periurio requiritur dolus.l.qui iuraſſe.ff. de iureiurando. & notatur in l. ſi quis maior. C.de tranſactio.& per Ioannem de Imol.& Alexand.in l.inſulam.ff.de verborum obliga.per Bald. in l.qui crimen.C.qui accuſa.non poſſ.

ARGVMENTVM.

Ignorantiæ cauſa an præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantię cauſa in dubio præſumitur.*
2 *Quę ſui ſunt officij unumquenque ſcire teneri.*
3 *Periurus an poſtmodum ad iurandum admittatur.*
4 *Periurus etiam peracta pœnitentia ad teſtimonium nõ admittitur.*
5 *Periurus ab actis legalibus repellitur.*

Quæſtio DCCVIII.

QVAERITVR, quia dictus Palmerij petijt ſe admitti ad iurandum quòd de tempore præſtationis iuramenti per eum præſtiti in dicta cauſa prioratus de Chauano ꝙ habebat cauſam
1 ignorantiæ, † quæ in dubio præſumitur.l.veriùs.ff. de probatio.c.præſumitur.de regulis iur.lib.vj. niſi in hijs quæ quis tenetur ſcire:ſecundum gl. in dict.
2 c.præſumitur:prout in caſu iſto vbi † vnuſquiſque tenetur ſcire ea quæ ſpectãt ad eius officium: ſecundum Innocen.in c.cùm in cunctis.de electio.& Panormita.in c.ſicut.qui clerici vel monachi.quia dictus Palmerij qui erat iam præſidens tempore iuramenti per eum præſtiti debebat ſcire, & indagare ſi fuerat aduocatus pro dicto Ioffredi,& ſic nõ prę ſumitur ignorantia : ſecundum Innocentium in c. innotuit.de electio.Bald.in l.j.C.ad Macedonian. Alexand.de Imol.in addition. ad Bartol. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. Et licèt ignorantia probetur per iuramẽtum:iuxta notata in c.paſtoralis. de exceptio.c.vt circa.ſuper verbo,per proprium.c.nulli. de electio.libr.vj.& per gloſſ.& Barto.in l.ſi cui. §.
3 hijſdem.ff.de accuſatio. † tamen in caſu nõ debet admitti dictus Palmeri ad iurandum ex quo ſemel deierauit.cap.per nulli.xxij. quæſtio.v.& ibi gloſſ. quòd quando eſt ſuſpitio contra periurum ſtatim habetur pro conuicto, cùm ſe purgare non valeat, & imputetur ſibi cur in talem caſum incidit : quia ex quo ſemel deierauit præſumitur quòd ſemper debeat perſeuerare:& hoc verũ quantùm ad ea quę concernunt vtilitatem & commodum talis deierãtis:ſecus quò ad ea quę ſunt oneris,vt quò ad iuramentum calumniæ & ſimilia : ſecundum gloſſ. ibi: de quo etiam per gloſſ.in c.teſtimonium.de teſtib.
4 vbi ſecundum gloſſ. † ex quo quis ſemel incidit in reatũm periurij,non admittitur vlteriùs ad teſtimonium etiam poſt peractam pœnitentiam.facit c. literas.de præſumpt.c.ſemel malus.de regu. iur.libr. vj.& ibi per glo.& in l. Lucius.ff.de hijs qui notan.
5 infa.& l.ſi cui. §. j.ff.de accuſatio. † & periurus repellitur ab actibus legitimis cũ incurrat infamiam: ſecundum glo.in c.quicunque.vj.quæſtio.j.c.infamibus.de regu.iur.libr.vj.l.ij.C.de dignita.libr.xij. & l.quotiens.eod.titu.

SVMMARIVM.

1 *Doctori quãdo agitur de graui delicto an carceris & quæſtionis priuilegio gaudeat.*
2 *Reatus omne priuilegium tollit.*
3 *Accuſator liquidato delicto ante ſententiam relaxãdus, & econtrà.*
4 *Accuſator de totius Italiæ conſuetudine in carcerem non detrudetur.*

Quæſtio DCCIX.

QVAERITVR dictus Palmerij ſe obtulit ad amputationẽ capitis cũ duobus eius filijs caſu quo reperitur verũ illud de quo accuſatur per do.Caſſanetici,quod fuit acceptatũ per dictũ d. Caſſanetici,Et ſe obtulit tenturũ carcerẽ ſeu areſtũ prouiſo,ꝙ dictus Palmerij detineatur,vt æqualitas ſeruetur.l.ſi.C.de fruct.& lit.expẽ.ſed dictus Palmerij dicit

merij dicit quòd non debet detineri: quia aſſerit quòd eſt in dignitate officij, doctor miles: ſed ad iſtud re
1 ſpōdetur quòd ex quo † agitur de delicto graui doctor nō gaudet priuilegio carceris vel quæſtionis: ſecūdum glo. & Io. de Plate. in l. medicos. C. de profeſ. & medi. libr. x. & maximè quādo delinquit in officio ſecundum Io. de Plate. in l. omnes iudices. & l.
2 quilibet. C. de decuri. lib. x. † quia reatus tollit omne priuilegium. l. j. C. vbi ſena. vel clari. & quia fruſtrà legis auxilium implorat, qui committit in legē. c. fi. de immunit. eccle. c. quia fruſtrà. de vſu. priuilegium enim amittere debet, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate. lxxiiij. d. c. vbi. l. Iudæos. C. de iudæ. & præſertim in homine literato quando delinquit: quia plus peccat. c. homo. xl. di. & debet plus puniri etiā in pœna corporali quādo delinquit in officio: ſecundū Bar. in l. quēadmodum. ff. de pœn. prætereà licèt in delictis in quibus infligitur pœna corporalis debeat accuſator & accuſatus detineri, ne
3 pœna efficiatur illuſoria. l. fi. C. de accuſa. † tamen liquidato delicto debet accuſatus relexari ante ſententiam: ſecundum Sali. in l. nullus. C. de exhiben. re. & ecōtra, accuſatus debet relaxari etiā ante ſententiam, quando apparet de eius ignoſcētia: ſecundum Iac. But. & Bald. in d. l. nullus. veruntamen ſecundū Bar. in l. penu. §. ad crimen. ff. de publ. iudic.
4 communiter ex forma ſtatutorum Italiæ vel de cōſuetudine accuſator non ſtat detentus in carcere, ex quo de conſuetudine non tenetur ad pœnam talionis. & idem in d. l. fi. C. de accu. de quo per Ang. Areti. in tract. malefi. ſuper verbo necnon ad querelam. Et iſtud facit: quia interdū accuſator ſe reddit captum in carceribus, vt detineatur accuſatus: & deinde accuſator cauet, vt relaxetur: ſed iſtud nō debet fieri ſine aliquali cauſæ cognitionæ, ſaltē quando præcedant informationes: iuxta nota. in l. fi. C. de exhibē. re. niſi eſſet ſuſpicio fugæ. arg. l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de hij. qui in fraud. credit.

SVMMARIVM.

An in crimine falſi vel præuaricationis proditio cadat.

SVMMARIVM.

1 *Falſarius ueritatem mutat.*
2 *Deus ueritas eſt.*
3 *Prodere quid.*
4 *proditionis uitio non caret qui iudicis, & aduocati officio fungitur.*
5 *Præuaricator proditor non dicitur.*

Quæſtio DCCX.

QVAERITVR an in crimine falſi vel præuaricationis quis dicatur proditor? Et vide
1 retur dicendum quòd ſic: † quia falſarius mutat veritatem. l. quid ſit falſum. ff. de fal. quia non ſolùm iuſſu veritatis contemnit, ſed etiā mutat, exemplo
2 Iudę: † quoniam Deus dicitur ipſa veritas. c. abijt. xj. q. iij. de quo habetur per gloſ. in c. clericus. lib. j. xlvj. d. & per Barto. in l. reſpiciendum. §. delinquūt.
3 ff. de pœn. † quia prodere eſt vnū de actibus oſtendere, & aliud in mente gerere. de quo etiā per Bal. poſt gloſ. in l. athletas. §. calumniator. ff. de hijs qui not. infa. & per Angel. Areti. in tracta. male. ſuper verbo, proditoriè. per Ioan. Andr. in nouella in c. j. de homini. lib. vj. per Bald. in auth. Item nulla communitas. C. de ſacro ſanc. eccle. quia in bello requiritur, quod præcedat diffidato, aliàs diceretur pro-
4 ditio. veruntamen in caſu iſto etiā † dicitur proditio, quando iudex conſulit alteri parti, & vtitur officio iudicis, cùm debeat eſſe medius, & non declinare à dextris vel ſiniſtris. c. cùm æterni tribunal. de re iud. lib. vj. ſecundum Spec. in titul. de aduo. §. hìc dicendum. ver. iuſtus. & præuaricator dicitur proditor. & ex quo iſta verba ſunt vera, non competit actio iniuriæ dicto Palmerij: iuxta notat. per Bar. in l. eum qui nocentem. ff. de furt.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum cuius fides eſt ſemel approbata, debet iterum produci, ſi aduerſarius dicit ſe velle & poſſe redarguere de falſo iuramento ſuper hoc præſtito.

Quæſtio DCCXI.

QVAERITVR quia dictus Palmerij produxit dictam ordinationē adiudicationis bonorum Andreæ de monte ruffo aduerſus quem ſe oppoſuit dictus d. Caſſeti & petijt ipſam detineri. & tunc procurator dicti Palmerij petijt, quòd dictus do. Caſſeti ſe inſcribat ad pœnam talionis ſeu iuris, & quòd ipſe habeat dare media falſitatis in ſcriptis aduerſus dictam ordinationē. Et tūc dominus Cancellarius præſtitit iuramentum dicto do. Caſſeti per interpoſitionem fidei eleuando manum in altum, quòd exiſtimat redarguere de falſo dictam ordinationem: iuxta l. fi. C. de fide inſtru. & tādem fuit ordinatum, quòd dictus do. Caſſeti det media falſitatis aduerſus dictā ordinationem: & quòd dictus Palmerij habeat viſionem, & dicat quòd dicta ordinatio detineatur. & quòd in reſiduo partes ſe regulent iuxta tenorem appunctuamenti. Et tandem dictus do. Caſſeti dedit articulos declarantes media falſitatis: tum quia dicta ordinatio fuit & eſt extracta & leuata ſuper dicta ordinatione appoſtilata & interlineata per dictū Palmerij, & ex alijs cauſis declaratis in articulis dicti do. Caſſeti & vbi apparuerit dictam ordinationem productā per dictum Palmerij fuiſſe ſigillatam & ſignatam in hoc fuit circunuēta & decepta curia ad doloſam ſuggeſtionem dicti Palmerij & ſub vmbra eius officij. Iſtud appunctuamentum per quod fuit ordinatum detineri dictam ordinationem fuit latū anno. 1500. die iouis de mane xvj. menſis Iulij receptum per Grabot. Aduertendū quia iſta ordinatio producta per dictū præſidentem ſignata per Ioan. Ventoleti ſecretariū, & ſigillata fuit leuata mediatè aut immediatè à dicta ordinatione appoſtilata & interlineata per dictum præſidentem cùm præceperit illam poni in manuali.

ARGVMENTVM.

Confeſſio relatiua an probet.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio quæ non emanauit principaliter ſed relatiuè & incidenter uim perfectæ probationis non habet.*
2 *Limitatio ad cap. j. & ij. de accuſa. lib. 6.*

3 *Confeſſio an & quando iudicij telam requirat.*
4 *Accuſatio prius intentata iniuriarum actionẽ ceſſare facit.*
5 *Reconuentioni locus non eſt in cauſa criminali.*

Quæſtio DCCXII.

QVAERITVR quia dictus Palmerij,de
dit duplicẽ petitionem iniuriæ contra dictũ
dominum Caſſeti: tum ratione cuiuſdam conuitij
verborum per dictum Caſſetum prolatorum in pa
tria Delphinali, in domo theſaurariæ Delphinali
& extra locum auditorij. Tum ratione reſeruatio-
nis factæ in ſententia abſolutoria inquiſitionis pa
triæ pro eius prætenſis iniurijs,damnis,& intereſſe:
vbi concludit ad emendam honorabilem & profi-
tabilem.& vlterius dictus dominus Caſſeti coram
magno conſilio dum litigaretur eius cauſa ſchædu
læ accuſatoriæ ipſe confeſſus fuit dixiſſe dicta ver-
ba iniurioſa,propter quod petijt acta dictus Palme
rij volendo prætendere quòd ſit noua iniuria. Sed
1 ad iſtud reſpondetur, † quòd talis confeſsio non
emanauit principaliter, ſed relatiuè & incidenter,
& ſic non habet vim plenę & perfectę probatio-
nis:ſecundum gloſſ.in l.ſi filiam. C.de libera.cauſ.
Bar.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reo.Bal. in l. iube-
mus.C.de liber.cau.Panormita.in cap.at ſi clerici.
2 de iudic.† & ſic limitaturc ap.j.& ij.de accuſa. lib.
3 vj.Nec obſtat ſi dicatur, quòd † confeſsio non re-
quirat telam iudicij:ſecundum Innocen.in ca. qua
liter & quando.de accuſ.le ij. & in cap.piſanis. de
reſtitu.ſpolia.quia hoc verum vbi emanat princi-
4 paliter & propter ſe,aliàs ſecus. † Prætereà non de-
bet admitti dictæ petitiones iniuriæ dicti præſiden
tis pendẽte cauſa accuſationis dicti domini Caſſe-
ti:quia eſt grauior & prius intentata: ſed debet ſu-
perſedi.l.prius.C.qui accuſa.non poſſ.l.qui prior.l.
per minorem.ff.de iudic. quia dicta cauſa accuſa-
5 tionis cenſetur præiudicialis,& attento † quòd in
cauſa criminali non admittitur reconuentio.l.iij.§.
ſed ſi agant.ff.de iudic.ſecundum Bart. in authen.
& conſequenter.C. de ſentẽ.|& interlocutio.omni.
iudic.& quia eſt præiudicialis actio iuxt.nota. per
Barto.in l.fundum.ff.de except.

ARGVMENTVM.

Sententia abſolutoria inquiſitionis an accuſato-
rem repellat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia abſolutoria ab inſtantia,diffinitiua non eſt: nec rei iudicatæ exceptionem in alia inſtantia parit.*
2 *Inquiſitio ſuperueniente accuſatore ceſſare debet.*

Quæſtio DCCXIII.

QVAERITVR quia dictus Palmerij vult
prętendere quòd dictus Caſſeti debet repel-
li ab accuſando attenta ſententia abſolutoria lata
in cauſa inquiſitionis patrię. & pro hoc allegat ca.
placuit.iij.quæſtion.x.l.ſi cui.§.j. ff.de accuſa.Spe-
cula.in titul de inciden.quæſtio.§.j. verſicul.porrò.
volendo prætendere,quòd totum illud quod præ-
tendit dictus dominus Caſſeti eſt copertum per di-
ctam ſententiam abſolutoriam. Sed ad hoc reſpon-
1 det dictus dominus Caſſeti † quòd dicta ſententia
abſolutoria non eſt diffinitiua,ſed ſolùm ab inſtan
tia:& aliud eſt abſoluere à re perita,aliud ab inſtan
tia.l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iudic.quia
abſolutoria ab inſtãtia nõ eſt diffinitiua,nec parit
exceptionẽ rei iudicatæ in alia inſtãtia:ſecundũ gl.
in l.harum.ff.ſi ſerui.vendi.prætereà ſchędula accu
ſatoria dicti Caſſeti fuit tradita antequam fuiſſet
2 lata dicta ſentẽtia abſolutoria.† & ita ſuperuenien
te accuſatore debet ceſſare inquiſitio:iuxt.not. per
Barto.poſt Dyn.in l.iij.§.j.ff.ad leg.Iuli.de adulte.
Et quia iſta crimina deducta in accuſatione domi.
Caſſeti non fuerunt deducta in inquiſitione, ideò
non prędudicãt in iſta accuſatione. Et licèt in dicta
inquiſitione prætendatur eſſe facta mentio de ex-
pletis de ſauuage:tamen hîc eſt diuerſus modus a-
gendi.ca.veniens.le ij.de teſti. Tum etiam quia in
dicta ſententia abſolutoria fuit reſeruatum ius ex-
cipiendi dicto domi.Caſſeti.prętereà quando in eo
dem libello qui proſequitur plura delicta,licèt deſe
cerit in probatione vnius delicti, non tamen repel-
litur ab alijs:ſecundum glo.in dict.c.placuit. Adde
de iſta ſententia lata ab obſeruatione iudicij, ſiue
in prima inſtãtia,ſiue in cauſa appellatiõis,per glo.
ij.& Pet.de Ancha.in clemen.ſi.de appel.& per glo.
pragm.ſanct.in tit.contra friuo.appelãtes.in princ.
cap.j.& per glo.& Barto.in l. Titia.ff.de accuſa.

Quæſtio DCCXIIII.

QVAERITVR quia dicta ordinatio adiu
dicationis bonorum producta per dictũ Pal-
merij fuit leuata ſuper dicta ordinatione appoſtila
ta & interlineata per dictum Palmerij,&quam or-
dinationẽ appoſtilatã dictus Palmerij tradidit gra
phario,& præcepit regiſtrari in manuali ſcienter,
quo caſu incidit in pœnam falſi.iuxt.not.per Bart.
in l.ſi quis obrepſerit.ff.de fal.prætereà eſt alia con
iectura falſitatis:quia executio etachiata cum di-
cta ordinatione producta,reperitur facta de anno
domini 1496. die xxiij.Nouemb. per Bernardum
Mathonis,& tamen dicta ordinatio reperitur die
viij.Iulij eiuſdem anni, & ſic per quatuor menſes,
xvj.dies pòſt.& non eſt veriſimile, quòd commiſſa
rius ſtetiſſet tantũ ad exequendum. prętereà dicta
ordinatio appoſtilata reperitur fabricata alio tem
pore ex interuallo dierũ à prima ordinatione,quæ
fuit lata viij.menſis Iulij.

ARGVMENTVM.

De quodam Areſto lato ad vtilitatem commiſſo-
rum patriæ prouinciæ,contra dominum Marchio
nem de Rotelim.

SVMMARIVM.

1 *Oppreſsiones populi tollendæ ſunt.*
2 *Commercium ne blada extra patriã portentur an quando & quibus prohibendum ſit.& nume.ſequen.*
3 *Commercium rerum prohiberi non debere regulare.*

Quæſtio DCCXV.

QVAERITVR ſuper quodam Areſto no
uiſsimè lato Lugdu.in magno cõſilio de hoc
præſenti anno 1500. die xviij.mẽſis Iulij,ſi bene me
mini,ad vtilitatem commiſſorum patriæ prouincię
contra dominum Marchionem de Rotelim ſene-
ſcallum prouincię,eius locumtenẽtẽ & pręſidentẽ
rationalem appellantes,vti in effectu per prius fue
rãt deputati duo cõmiſſarij videlicèt iudex maior
Carcaſſonę domi. Nicolaus de Suys, qui ſumptis
informationibus &facto proceſſu verbali ordina-
uerant in patria Prouinciæ reſeruato beneplacito
reg.ę

regiæ maieſtatis communitas prouinciæ, quòd dicti officiarij ampliùs non vterentur cachero quod vulgariter dicitur quoddam paruum ſigillum quo vtebãtur dicti officiarij vltra ſigillum patens Regis comitis, & accipiebant pecunias ad vtilitatem eorum priuatã, ita ꝙ ſubditi Prouinciæ multum gra-
1 uabantur & † opprimebantur, & ſic debent tolli. §. illicitas. de pa.iura. fir. l. j. & ij. C. noua vecti. l. illicitas. ff. de off. præſid. c. innouamus. de cenſ. Secundũ
2 grauamen quod inferebant dicti officiarij fuit † & eſt cõmercium extractæ bladorum: quia dicti officiarij prohibebant extractam bladorũ extra patriã prouinciæ: & poſt modum dabant licentiam aliquibus mercatoribus extrahendi mediante pecunia, li-
3 cèt regulariter † non debeat prohiberi cõmercium rerum. l. nemo exterus. C. de Iudæ. l. multũ intereſt. ff. de verb. oblig. niſi aliter ſtatuto ſuperioris caueretur: iuxta nota. per gloſ. & doctor. in l. ſi quis poſt hãc. C. de ope priua. vel niſi vẽderetur hoſtibus, vel barbaris. l. fi. C. quæ res venenõ po. l. fi. C. quæ res expor. non debẽt. c. ita quorundam. c. ad liberandũ. de Iudæis. Tertium grauamen: qu a dicti officiarij mediante pecunia ſuſtinebant & tollerabant piratas, qui furantur nauigia in mari contra authenti. nauigia. C. de furt. & dict. cap. ad liberandum. Et ideò fuit declaratum per magnum conſilium & dictum bene fuiſſe ordinatũ per dictos officiarios, dictam appellationem ponendo aut neant, ſine condemnatione expenſ. & pœnæ contra temerè appellantes, & aliàs prout aſſeritur contineri in dicto areſto: & hoc quò ad cauſam ciuilem: ſed quò ad cauſam criminalem ratione abuſuum adhuc reſtat ad diffiniendum.

SVMMARIVM.

1 *Circuitus ut euitetur plures termini ad ſatisfaciẽdum ſtatui poſſunt.*
2 *Iudicium quantuncunque ſummarium ſit, neque probationes neceſſarias, neque defenſiones excludit.*
3 *Ordo iudiciorum in magno Regis Galliæ conſilio non ſeruatur.*

Quæſtio DCCXVI.

QVAERITVR redeundo ad cauſam dicti domini Caſſeti, quæ ventilatur corã magno conſilio contra dictũ Palmerij vltima die xx. menſis Iulij. fuit oblata ſupplicatio pro parte dicti domini Caſſeti ad apunctuãdum ad faciẽdum inqueſtam ſuper eiusarticulis in facto cõtrario datis, & alijs quos implicuerit, quod idẽ importat vt poſſint partes coram commiſſarijs dare nouos articulos, maximè quãdo depẽdent à prioribus: iuxta notata in c. fraternitatis. de teſti. & in l. per hanc. C. de tempo. appel. Sed ex aduerſo fuit oppoſitũ pro parte dicti Palmerij, ꝙ per tenorẽ appunctuamẽti lati die vltima mẽſis Iunij proximè præteriti fuit dictũ, ꝙ quęlibet pars replicaret aut duplicaret & deinde induceret quicquid vellet, pour dire droit ſur le
1 tout. † & quia in iſtis cauſis ſummarijs ad euitandum circuitum longiorem tractum poſſunt ſtatui plures termini ad ſatisfaciendum in cauſa. c. præſentia. ver. teſtes. de teſtib. lib. vj. clemen. vltim. §. & quia poſitiones. de verborum ſignificatio. Et quòd non debet diuerti nec deuiari ab areſto: quia ad ordinandum ſuper pluribus, tam ſuper ſuſ penſione & cautione, quàm etiam ſuper exceptionibus pręiudicialibus allegatis. Sed fuit appũctuatum pro parti
2 Caſſeti † quòd quantuncunque iudicium ſit ſummarium: tamen nunquàm cenſetur ſublata probatio neceſſaria vel defenſio. dict. clemen. ſæpè. §. non ſit. tamen alia facultas probandi non debet augu-
3 ſtari. l. quoniam. C. de hære. † Et licèt in conſiſtorio nõ ſeruetur ordo iudiciorum: tamen requiritur examinatio veritatis: ſecundum Bald. in l. fin. C. de leg. Barto. in l. filiusfamil. ff. de donatio. & in extrauagãn. ad reprimendum. ſuper verbo, figura. Et tandem fuit appunctuatũ quòd priùs ordinabitur ſuper omnibus petitis, antequàm appunctuetur ad faciendum inqueſtam. Veruntamen ad euitandũ circuitum de conſenſu partium fuerunt duo cõmiſſarij veſtis longę, & vnus veſtis breuis cum clauſula, quòd duo habeant poteſtatẽ procedendi in abſentia alterius, &c.

SVMMARIVM

1 *Litis cõteſtatiõi in iudicijs ſummarijs locũ nõ eſſe regulare.*
2 *Lis quando habeatur pro conteſtata in cauſis ſummarijs ad hoc ut exceptiones declinatoriæ locum non habeant.*

Quæſtio DCCXVII.

1 QVAERITVR, quia † in iſtis iudicijs ſummarijs nõ conteſtatur lis: licèt debeat petitio redigi in actis. dict. clemen. ſæpe. de verbo. ſignific. clement. diſpendioſam. de iudic. ſed à quo tempore habeatur pro lite conteſtata, vt nõ admittãtur ex-
2 ceptiones declaratoriæ. † Et in effectu ex quo incipit tractari de meritis, vt per traditionem articulorum exceptionalium: iuxta nota. per glo. in c. j. ſuper verbo, abſentia. de elect. lib. vj. & per Bar. Bald. & Alex. in l. nulla. C. de procura.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiões declinatoriæ & peremptoriæ quãdo oppoſitæ ſunt priùs de declinatorijs iudicandũ eſt, quã de peremptorijs.*
2 *Accuſatione pendente à recõuentione an ſit ſuperſedendũ.*
3 *Actio iniuriarum an ſit remittẽda in loco quo iniuriæ illatæ fuerunt.*

Quæſtio DCCXVIII.

QVAERITVR, quia dictus Palmeri, fecit duas petitiones aduerſus dictum do. Caſſeti vnam pro pręrenſis verbis iniurioſis prolatis in patria Delphinatus in domo Theſaurarię Grationo. aliam pro prætenſis iniurijs damnis & intereſſe ſuper reſeruatiõe facta in ſentẽtia abſolutoria inquiſitionis patrię. Sed pro parte domini Caſſeti fuerũt propoſitę exceptiões, tam in vim declinatoriæ, quã
1 peremptoriæ ſubordinatiuè tamen, † quòd priùs & prealablement par ordre, pronuntietur ſuper declinatoria, & deinde ſuper peremptoria: iuxta nota. in ſimili per Inno. & Panor. in c. cõſtitutus. de in integrum reſti. per gl. in l. cõductores. C. loca. in l. nõ ab re. C. vnde vi. & in l. ſed ſi hac. §. actione. ff. ꝙ metus cauſa. per Salic. in l. j. C. de fur. nam fuit oppoſitum
2 pro parte dicti dom. Caſſeti, † ꝙ pendente accuſatiõe dicti dom. Caſſeti debet ſuperſedi reconuẽtio dicti Palmerij, cũ accuſatio d. Caſſeti ſit grauior & prior. l. j. C. qui accuſa. non po. l. qui prior. l. per minorẽ. ff. de iudi. l. ij. §. ſed ſi agant. ff. de iudic. faciunt nota. per Bartol. in auth. & conſequẽter. C. de ſent. & interlo. omnium iudicũ. Tum etiam quia dicta

verba iniurioſa fuerunt prolata à parte Delphina-
3 li. † Et ſic debet remitti in patria tàm de iure communi,quàm per libertates patriæ. & pro præmiſsis facit,quia dictus domi. Caſſeti in caſu iſto eſt reus qui poteſt vti pluribus etiam contrarijs exceptionibus.l nemo.ff.de excepti.l.nemo.ff.de regu.iur. ca. nullus. de regu.libr.vj. & maximè poteſt opponere conditionaliter,& ſubordiatiuè.l. ſi quidam. C. de exceptio.cum ibi nota.per glo.& docto. & in l. exceptionem.C.de probati.nec iſto caſu reus fatetur de intentione actoris.l.non vtique.ff.de except. c.cùm venerabilis.de exceptio.

ARGVMENTVM.

De citatione tàm ciuili quàm criminali in loco domicilij. fienda.

Quæſtio DCCXIX.

QVAERITVR quia in dicta cauſa tàm accuſatoria,quàm recõuentionis partes elegerunt domicilium in curia,quilibet in domo habitationis ſui procuratoris,& voluerunt & conſenſerũt fieri citationem & aſsignationem in domicilio & perſonam procuratoris,ac ſi forent factę perſonaliter:queritur quid iuris.Et in effectu de materia citationis ſiue in cauſa ciuili ſiue cauſa criminali, vide per glo.Bald.& cæteros in cap.j.de mili. vaſa. qui contu.eſt. & per Bart.in l.iiij.§.prætor ait.ff.de dam.infect.& ibi an ſufficiat fieri in domo habitationis.& in l.vt perfectius.C.de anna.except.& per glo.& doct.in c.cùm cauſam.de dol.& contu. & in c.fina.de eo qui mitti.Et de citatione per edictum, vide in c.fi.de electio.lib.vj.& clem.j.de iudi.& per glo.in pragma.ſanct.in ti.de elect.c.j.§.facta.ſuper verbo,vocetur.& ibi quòd debet conſtare de iſtis edictis in forma authentica.facit cle.j.in fi. de conceſsio.præben.& cle.cauſam electionis.de electi.veruntamen ad propoſitũ,quòd partes poſsint eligere domicilium,vbi poſsit fieri citatio: vide per Bar. in extrauagan.ad reprimendum.ſuper verbo.

ARGVMENTVM.

De nouo articulo admittendo vel repellendo.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio incertitudinis libelli an poſt litem cõteſtatam opponi poßit.*
2 *Articulus licèt alternatiuus ſit, non tamen ob hoc in cauſa criminali libellus reijcitur.*
3 *Libellus accuſatorius ut in crimine falſi ſine loci & temporis exprecceßione procedat, ſpeciale eſt.*
4 *Libellus incertus aut alternatiuus admittitur , quando ex aduerſarij facto incertitudo cauſatur.*
5 *Articuli declaratorij & cauſam de qua agitur contingentes admittendi ſunt.*
6 *Cumulatio in delictis admittitur.*
7 *Libellus iniuriarum neque locum,neque tempus habens nõ admittendus.*
8 *Exceptio incertitudinis & ineptitudo libelli in iudicio ſummario non attenduntur:maximè in principis cõſiſtorio.*
9 *Libellus in caſibus in quibus non requiritur , ſi detur ineptus,non uitiatur.*
10 *Libellus in delictis etiam poſt litem conteſtatam declarari poteſt.*
11 *Articuli & poſitiones ſunt de iure libelli.*
12 *Exceptiones dilatoriæ ſtatim atque nomen rei receptum eſt inter reos,non admittuntur.*

Quæſtio DCCXX.

QVAERITVR quia vltimatè fuit data ſupplicatio pro parte dicti Palmerij,in qua in effectu petit repelli xviij.ſeu xix.articul.replicationũ dicti domi Caſſeti incipien.Item & quę per interualla temporis. pro eo quia dictus Palmerij prętendit,quòd ſit nouus articulus,& quòd non comprehẽdatur ſub ſchædula accuſatoria dict.do.Caſſeti in viij.articu.in quo ſolùm fuerat deductum,ꝙ ex poſt,poſt primã ordinationem d.Palmerij appoſtilauit vnam aliam ordinationem diuerſi effectus & ſubſtantiæ. Item opponit etiam dictus Palmerij præſidens,ꝙ dictus xix.artic.eſt incertus, cùm non nominetur grapharius,nec eius clericus, nec pariter tempus,locus,menſis &c.& licèt fuiſſet appunctuatumꝙ d.Caſſeti reſpõderet ſcripto ſuper defenſionibus & petitionibus dict.Palmerij: tamen hoc fecit dictus Caſſeti couuertemẽt,&c.Sed pręmiſsis non obſtanti.non debet repelli dictus xix. articul. Tum quia in appunctuamento lato die vltima mẽſis Iunij proximè præteriti fuit dictum ꝙ d. Caſſeti ſuper defenſionibus dict.Palmerij replicaret & deinde dictus Palmerij duplicaret,& inſequendo tenorẽ dicti appunctuamenti domi.Caſſeti dedit eius aticulos replicatorios incipien.En euſuimant.& dictus Palmerius dedit eius articulos duplicatorios incipien. Meſsire Iehan Palmer. & in xij. articulo reſpondit negando dictos xviij.& xix.articulos,di-
1 cti domini Caſſeti. † Et ita non poteſt opponi talis exceptio incertitudinis libelli poſt litis cõteſtationẽ:ſecũdum glo.cõmuniter approbatã in l.fi.C.de anna.except.etiam in criminali,quãdo non fuit oppoſitum de ſolemnitate loci,temporis,procedit iudicium:ſecundum Inno.Hoſtien.& Ioan.And. in
2 c.fi.de purga.cano. Adde quòd † licèt dict.xix.articulus ſit alternatiuus in ea parte grapharij vel eius clerici:tamen in cauſa criminali non repellitur propter hoc libellus:quia illa alternatiua reſoluitur expoſitiuè:ſecundum Alexand.in appo. ad Bartol.in l.ij.§.ſi publico.ff.de adult.in iij.quæſtio. quia verba libelli poſſunt impropriari:ſecundũ Cyn.& Bar. in l.ſi olei.C.loca.glo.&Barto.in l.ij.C.ſi ex publi.
3 ratio.libr.x. Prætereà † eſt ſpeciale in crimine falſi etiam ſi procedatur per viam accuſationis,ꝙ procedat libellus accuſatorius ſine expreſsione loci, temporis. ſecundum gloſſ. ſingularem inſtitu. de public. iudic.in principio:ſecundum Bald.in cap.j.in princip.quib.mod.feud.amitt.& in l.j.ff.de edend. quia clandeſtinè cõmittitur. & idem tenet Angel. Aretin.in tracta.malefici.ſuper verbo,platea com-
4 munis.& ſuper verbo,falſario. Adde † quòd petitio incerta aut alternatiua ſeu articulus alternatiuus bene admittitur quãdo incertitudo cauſatur ex facto aduerſarij.l.j.§.quod autem.ff.quo.bon.& ibi per glo.& Bart.in c.conſtitutus.de in integr.reſti.& ibi Innoc.Panormita.not.per Bald.Salice.in l.j.C.de fer. Nec poteſt prætendere ignorantiam dictus Palmerij, cùm de dicto tempore, quo fuerũt traditi dicti articuli hinc inde, ipſe erat præſens in ciuitate Lugdunenſi,& maximè cùm ſit doctor & literatus:facit glo.in l.profeſsio.C.de mune.pa-
5 tri.lib.x. Tum etiã † quia dicti articuli replicatorij do.Caſſeti ſunt declaratorij ſchedulę accuſatoriæ dicti domi.

dicti domini Caſſeti & contingunt cauſam, de qua agitur. facit l. ſolemus. & l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iud. & qui declarat, nihil de nouo dat. l. heredes palam. §. j. ff. de teſtam. licèt contingat cauſam de qua agitur, & ſic debet admitti. c. j. de excep.
6 Præterea in † delictis admittitur cumulatio. l. libellorum. §. ſed ſi aliud. ff. de accuſatio. & præſertim, ſecundum Barto. ibi, quando puniuntur delicta eadem lege. facit l. non eſt nouum. ff. de actioni. empt. & l. qui de crimine. C. de accuſa. & etiam quando vnum delictum venit acceſſoriè ad aliud: ſecundũ Sali. in l. ſi quis homicidij. C. de accuſa. Tum etiam quia apparet in manuali à margine ſecundæ ordinationis adiudicationis bonorum dicti Andreę de monte Ruffo, quòd grapharius ibi poſuit & regiſtrauit de præcepto dicti Palmerij præſidentis. Tũ etiam non tenetur dictus domi. Caſſeti nominare grapharium aut clericum ad euitandum ſubornationẽ: facit ratio cap. fraternitatis. de teſtib. & licèt prætendatur quod grapharius haberet plures clericos: tamen non eſt præſumendũ quòd dict. Caſſeti accipiat alios clericos incognitos: quia præſumitur memor ſuæ ſalutis & honoris. Præterea pręmiſſa torquentur contra dictum Palmerij,
7 † qui in eius petitione iniuriæ omiſit ponere locum, & tempus. & ſuper hoc oppoſuit dict. do. Caſſeti à principio, licèt etiã ſit diuerſa ratio in crimine falſi, prout ſuprà dictum fuit. Tum etiam quia quando agitur cõtra iudicem, quòd deliquerit in officio, debet agi ſummariè. §. neceſsitatẽ. in authen. vt iudi. ſine
8 quo. ſuffra. coll. ij. Et ita † in iudicio ſummario nõ admittitur exceptio incertitudinis, aut ineptitudinis libelli: ſecundũ Bar. in extrauagãti, ad reprimẽdum, ſuper verbo, & figura. & maximè in conſiſtorio principis, vbi attenditur veritas facti: ſecundum Bal. in l. fin. C. de legi. & Innocen. in ca. in cauſis. de re iudica. & pro hoc facit gloſſ. in l. vinum. ff. ſi
9 cert. pet. quæ tenet † ꝙ in caſibus in quibus nõ requiritur libellus, quòd ſi detur ineptus, non vitiatur proceſſus. Roma. conſ. cccclxvij. & per Ber. in additio. ad Ang. Aret. in tract. malefi. ſuper verbo, necnon ad quærelã. verſ. & prim ò quæro. Tũ etiã quia in ſchædula accuſatoria dicti domi. Caſſeti fuit adiuncta clauſula ſaluo iure latiùs deducendi, proponendi, producendi, loco, & tempore oppor-
10 tunis. † Tum quia in delictis etiam poſt litem conteſtatam poteſt latiùs declarari libellus. l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. cap. cùm dilecti. de accuſatio. l. hæredes. §. j. ff. de teſta. Tum etiam quia in iudicijs non ſolùm venit de quo nominatim actum eſt, ſed omnia quæ comprehẽdi poſſunt. l. ſolemus. ff. de iudic. cap. cùm eccleſia. de cauſa poſ-
11 ſeſ. & proprie. † quia articuli & poſitiones ſunt de corpore libelli: ſecundum Bald. in l. ij. §. quod obſeruari. C. de iura. calum. in fine allegat clemen. ſæpè. verſicu. & quia. de verbor. ſignifi. Nam libellus latè intelligitur, vt etiam veniant ea quæ includi poſſunt, etiam ſi tacitè comprehendatur: ſecundũ Bartol. & Angel. in dict. l. ſolemus. & Anto. de Butr. in d. cap. cùm eccleſia. & qui libellus poteſt declarari per articulos & poſitiones. dict. clemẽ. ſæpè. verſ. & quia. & ita apparet quòd dictus Palmerij opponit nunc cauſa diffugij, & ita non debet audiri: ſecundum Innocen. in cap. poſt electionem. de conceſſ. præbend. & ibi etiam Panormi. per l. ij. C. de falſis.
12 Tum etiam † quia in dubio articulus concludit, quãdo adminiculatur ad cauſam: iuxta no. per Bar. & cæteros in l. ſi duo patroni. §. idem Iul. ff. de iure iuran. & per Pau. de Caſtr. in l. ad probationem. C. de proba. & ibi refert ita obſeruari de conſuetudine. & per conſequens requeſta dicti Palmerij tanquàm inciuilis & minus iuridica non debet admitti, ſed debet dici ius ſuper ſuſpenſione officij dicti præſidentis fieri petita pro parte dicti do. Caſſeti.
13 Item † ex quo nomen rei eſt receptũ inter reos ceſſant exceptiones dilatoriæ. l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adulte.

Quæſtio DCCXXI.

QVAERITVR quia ſuper ſupplicatione dicti præſidentis fuit deputatus commiſſarius ſeu auditor d. Pet. de ſancto Andræa iudex maior Carcaſſone coram quo comparuerunt partes ſeu eorum procuratores, & pro parte domi. Caſſeti fuerunt dictę rationes tàm verbo quàm ſcripto: propter quas dicta requeſta non eſt ciuilis, nec iuridica petendo illam exiberi cum decreto, aliâs priuari illius commodo, & ius dici ſuper ſuſpenſione petita parte dicti Caſſeti tanquàm ſit finis præiudicialis, & referri præmiſſa per commiſſarium in magno conſilio, & aliâs per modũ contentũ in ſchędula, quam tradit ad partem. & vlterius fuit petitum collationari & verificari inſtrumenta contenta in inuentario dict. Caſſeti.

ARGVMENTVM.

Articulos ponẽs aliquid ſub nomine generico, & ſic incerto, an illud ſub nomine proprio & ſic ſpecifico ponere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Articulo incerto pars reſpondere non tenetur.*
2 *Accuſatus an criminis participes nominare teneatur.*
3 *Teſtes producens in criminali cauſa, quòd eos nominare etiam commiſſario, niſi ſecretè tenentur ſtante aduerſarij potentia.*
4 *Teſti ſocio & participi deponenti ad eius exonerationem, an credendum ſit.*
5 *Accuſatus criminis participes ſcire præſumitur.*

Quæſtio DCCXXII.

QVAERITVR an dictus dominus Caſſeti teneatur nominare dictum grapharium aut clericum, de quibus facit mentionem in dictio. xviij. ſeu xix. articulo ſuarum replicationum. Item & quæ per interualla de tẽpore. Et in effectu dubium facit, ſicuti de vna ſcriptura, quando eſt relatiua ad aliã: quia debet exiberi, aliâs nõ facit fidẽ: authen. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. facit l. aſſe toto. ff. de hæredi. inſtitu. Præterea in iudicio debet euitari obſcuritas. §. curare. inſti. dè actio.
1 l. quod in hæredẽ. §. eligere. ff. de tributo. actio. † idẽ quando articulus eſt incertus non tenetur pars reſpondere: ſecundum gloſſ. in l. ij. §. quod obſeruari. C. de iura. calum. Præterea quis tenetur nominare authorem ad euitandum ſuſpitionem: iuxta not. in l. inciuilem. & l. ciuile. C. de furt. Sed præmiſsis non obſtantibus videtur dicendum, quòd dictus domi.
2 Caſſeti non tenetur nominare: † ſed dictus Palmerij accuſatus tenetur nominare participes criminis,

& conſocios:& maximè in caſibus, in quibus quis poteſt interrogari de ſocijs de quibus in l. fin.C.de accuſa.ſecúdum Bar.in l.ij.§.pen.ff.de iure fiſc. gl. Bal.Salic.in l.nó ideò minùs.C.de accu.per Ange. Aret.in tract.maleſi.ſuper verb.mádatoré.& ſuper verb.fama. Ange.in l.ſi certus.ff.ad Syla. Preterea dictus dominus Caſſeti intédit producere in teſtes dictum grapharium, & eius clericos, & ſic non te-
3 netur nominare antequàm producat. † Quinimò in caſu iſto etiam tempore productionis non tenetur nominare coram commiſſario,niſi ſecretè propter potentiam officij dicti præſidentis.c.fi.de hæreti.lib.vj.Et de iſta nominatióe teſtium habetur per Alber.in l.j.§.editiones.poſt glo.ff.de edend.& per Bald.in l.fi.C.de eden.licèt dictus Palmerij non petat nominari dictum grapharium & eius clericos, ſaltem præciſè ſed cauſatiuè petédo repelli dictum articulum propter incertitudinem:ſed ſerò venit ex quo iam reſpódit dicto articulo negatiuè.Et in dubio debet admitti articulus ſaltè cum clauſula,ſaluo iure impertinentiũ & non admittendorũ.c.cùm contingat.cũ ibi nota.de offi.deleg.& per Paul.de Caſt.in d.l.ad probationé.C.de proba.Nec obſtat
4 præmiſsis ſi dicatur, ꝙ † dictus grapharius & eius clerici videantur ſocij & participes criminis, & ꝙ deponāt ad eorum exonerationem, & ſic nó debet eis credi ad eorũ exonerationem.l. quoniam liberi. C.de teſti.glo.in l.ſi filium.C.de libe.cauſa.nec facit indicium:ſecũdum Bar.in l.j.§.ſeruus.ff.de quęſtion.&.l.deferre.§.j.ff.de iur.fiſc.c.j.de confe.quia ad iſtud reſpódetur,quòd iſte eſt de caſibus in quibus poteſt interrogari de ſocijs:iuxta not. per gloſ. Salice.in l.fi.C.de accuſa. Adde,ꝙ dictus præſidens eſt bene certificatus de dicto grapharío cũ agatur
5 de facto proprio, † & bene ſcit participes criminis, & ſic ampliùs certiorari nó debet.c.cum qui. de regu.iur.lib.vj.l.j.in fin.ff.de actio.empt. Præterea dictus dom. Caſſeti eſt producturus in teſtes dictum grapharium & eius clericos:quia aliter veritas non poſſet haberi: & ita non debet facultas probandi anguſtari.l.quoniam.C.de hæreti. quia aliter veritas non poſſet probari: &ſic in ſubſidium ſunt idonei teſtes.c.veniens.le grand.de teſti.ca. & ſi Chriſtus.de iureiurand.

ARGVMENTVM.

In cauſa criminali lite conteſtata de facti qualitaté an addi vel detrahi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas ſi adiectióe vel detractione alteretur aut immutetur,lite cóteſtata neque addendũ neq; detrahendum ipſi qualitati nó expedit: ſecus ſi nó alteretur aut immutetur.*

Quæſtio DCCXXIII.

QVAERITVR an in cauſa criminali poſſit addi vel detrahi aliqua qualitas poſt litis conteſtationé.& dicendum eſt ꝙ non , quando
1 qualitas † adiecta vel detracta facit factum cadere ſub alia obligatióe & ſub alia lege: quia tunc non poterit addi vel detrahi poſt litem conteſtatã:ſecundum Bald.in l.edita.verſi.ſextò ptincipaliter queritur.C.de eden.Si autẽ additio nó alterat delictum, nec facit cadere ſub alia lege:tunc vſque ad ſententiam poteſt fieri detractio vel adiectio.l.in delictis. §.ſi detracta.ff.de noxa. ſecũdum Bart.in l. de nuntiaſſe.§.quid tamen.ff.de adulte.& per Ange.Aret. in tract.maleſi.ſuper verb. Qui dictus iudex addidit.Et ita in propoſito : quia in dicto articulo xviij. replicationũ dicti do. Caſſeti nó fuit addita aliqua qualitas,quę faciat cadere delictũ ſub alia lege,nec diuerſificat:quia vtrobique agatur de falſo,ſed venit declaratiuè,& eſt de emergentibus & connexis iuxta deducta in ſchędula accuſatoria dicti d.Caſſeti.iuxta not.per Bar.in l.prætor edicit.§.j.& in l.nũquàm plura.ff.de priuat.delict.& in l.ſenatus.ff. de accuſ.& per Ange. Aret.in d.tract.ſuper verb. emergentibus,& connexis.vide etiam per Cyn.Bald. & Salic.in l.ij.C.de proba.quádo in libello accuſatorio in cauſa criminali fit mentio de verberio cũ ſanguinis effuſione,& nó probabitur illa qualitas an debeat ſequi abſolutoria,& an poſsit agi in alio iudicio.& per Bart.in d.§.quid tamen.& Ange.Aret. vbi ſ.ſuper verb.qui dictus iudex addidit. Et ſuper verbo,de nocte.

ARGVMENTVM.

Accuſator delicti commiſsi diem an exprimere teneatur inſtante & petente accuſato.

SVMMARIVM.

1 *Dies patrati delicti ab accuſatore accuſato petente,ut tutè defendat,exprimendus.*

2 *Diem delicti probare accuſator an teneatur.*

Quæſtio DCCXXIIII.

QVAERITVR an in cauſa criminali accuſator cogatur exprimere diem cómiſsi delicti ad petitioné accuſati dicendo,ꝙ aliter nó poſſet facere ſuas defenſiones:quia vult probare alibi: iuxta l.optimã.C.de contrahé.& cómit.ſtipula. Et
1 dicendum † ꝙ ſic:ſecũdum Bart.in l.is qui reus. ff. de publ.iudi.quádo viſum fuerit iudici.l.pen. ff. de
2 interro.act.† Veruntamen accuſator nó neceſsitabitur probare diem delicti:ſecũdum Bart.in l.libellorum.ff.de accuſ.& hoc verũ ſi reus declaret diem in qua vult facere ſuam defenſionem:ſecũdum Salice.in l.pen.C.de accuſ.ſed Io.de Imol.in dict. l.is qui reus.tenet contra Barto.vide per Ange. Aret.in dict.tract maleſi.ſuper verbo,de anno præſenti.vbi tractat plures quæſtiones & an debeant poni anni domini &non Imperatoris.& ibi etiã vide in addi. d.Auguſti.& d.Bernardi,& eſt ſpeciale in crimine falſi,vel hæreſis,aut crimine continuato,vt non requiratur expreſsio loci,anni,menſis: vt ibi notatur.

ARGVMENTVM

Nomen accuſati quádo inter reos receptũ dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Recõuentio in nomine accuſati inter reos recepto locum nõ eſt.fallit ſi ſuã uel ſuorũ iniuriã accuſator proſequatur.*

Quæſtio DCCXXV.

QVAERITVR qualiter nomen rei dicatur receptũ inter reos:quia iſtud eſt vtile ſci-
1 re: † quia in cauſa criminali poſtquã nomen rei eſt receptũ inter reos nó habet locũ reconuẽtio:ſecundum vnã opinioné.l.is qui reus.ff.de publ.iudi.etiã ſi velit reaccuſare de maiori crimine:ſecũdum gl.in l.j.C.qui accuſa. nó poſ. niſi proſequatur ſuam vel ſuorum iniuriam.l.neganda. eodem tit.& glo.in l. ad ulteram.C. de adulte. tenet quòd poſt litem cóteſtatam dicitur nomen rei receptum inter reos.ſed Bartol. in dict. l. is qui reus.tenet quòd etiam ante litis conte-

litis conteſtationem dicitur nomẽ rei receptum inter reos, ex quo accuſatio eſt redacta in acta, & citatus reus, & datus terminus ad reſpondendum: & ſi comparet, & opponit exceptiones dilatorias, & iudex pronunciat non obſtantibus illis eſſe procedendum ad vlteriora, tunc dicitur nomen rei receptum inter reos. l. j. §. ſi reus. & l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adulte. l. adulteram. & l. adulterij accuſationẽ. C. de adult. & idem ſi reus non comparet, & iudex procedit ad vlteriora accuſatore petente, vel ex officio iudicis: ſecundum Bartol. in dict. l. is qui reus. & ibi ſequitur Ioan. de Imol. & Angel. Aretin. in tracta. malefic. ſuper verbo, necnon ad querelã, vel qua accuſatione producta. de qua quæſtione vide per Bald. & Salice. in l. j. C. qui accuſa. non po. Angel. & Salice. in l. neganda. eod. titu. Ad de gloſſ. in l. ita nobis. C. de adulte. quę tenet, quòd nomẽ accuſati dicitur receptum inter reos, poſt accuſationẽ inchoatam, adeò quòd licèt antequã nomen accuſati ſit receptum inter reos, extraneus poſſit opponere de lenocinio mariti: ſecus poſt nomẽ accuſati receptum inter reos. l. j. §. qui hoc debet & §. ſi publico. & §. ex eius. & l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adulte.

SVMMARIVM.

1 *Citatus notoriè non ſubditus comparere non tenetur.*
2 *Citatio facta ad domum quo ad perſonam fieri debuit de quo in commißione nullum uerbum, non ualet.*
3 *Nuntio referenti de loco tuto non credendum.*

Quæſtio DCCXXVI.

QVAERITVR ſuper executione ſententiæ latæ in magno conſilio ad vtilitatem domini Ducis de Nemours, & domi. Comitis de Guyſe contra Franciſcum de Lucẽbor prætextu vicecomitatus de Materguas in Prouincia, vbi obtinuerunt ſententiam prætextu cuiuſdam ſubſtitutionis, & nobiles Feyſſardi domini de Iſtrio non fuerunt vocati in dicto proceſſu, nec ſententia: & nũc ſuper executione ſententiæ fuerunt citati per edictũ ſeu in perſonam eorum officiariorum prætextu dicti caſtri de Iſtrio quod prætenditur fuiſſe de dicto vicecomitatu. & pro parte dicti domini Ducis de Nemours & eius fratris petuntur expenſæ contumaciales antequàm dicti nobiles audiantur: iuxta leg. ſancimus. C. de iudi. & ca. querelam. de procurato. cap. j. de procu. libr. vj. Et in effectu dicti nobiles prætendunt quòd dicta citatio ipſos non arctauit, cùm teneantur comparere extra territorium
1 Prouinciæ. clemen. paſtoralis. de re iudica. † & quãdo eſt notorium citatum non eſſe ſubditum nõ tenetur comparere: ſecundum gloſſ. in capit. veniens. de accuſatio. & in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. iuxta notat. per Innocen. in capit. ij. de dila. & Bartol. in l. ij. ff. ſi quis in ius voca. nõ ierit. & in l. quidã cõſulebant. ff. de re iudica. Nec valet citatio extra territorium: iuxta notat. in capit. Romana. §. contrahentes. de fo. compe. libr. vj. & Oldrad. conſil. lxxxviij Et licèt comitatus prouinciæ dicatur vnitus coronæ: tamen non venit acceſſoriè cùm fuerit expreſsè dictum, quòd non reſortiatur in regno, ſed regatur ſeparatim ſuis conſuetudinibus & ſtatutis: iuxta notata per Bartol. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda ff. de pigno. actio. & per Bald. poſt gloſſ. in l. iij.
2 ff. de officio præſid. † Præterea dicta citatio à principio debuit fieri in perſonam, nec tenet citatio facta ad domum maximè vbi hoc non portat commiſsio, & idem de citatione facta per edictum. l. j. §. item cum. ff. quæ ſent. ſine appel. ſecundum gloſſ. in l. vt perfectius. C. de annal. except. de quo per gl. in cap. cauſam. de do. & contu. & in capitu. fina. de eo qui mitti. in poſſeſ. & per Barto. in l. iiij. §. ait prętor. ff. de damno infect. & per Petrum de Anchara.
3 in clementi. j. de iudi. † nec creditur nuncio referenti de loco non tuto, cùm ſit extra eius officium: ſecundum gloſſ. in capit. cùm parati. de appel. & in c. venerabilibus. de ſentent. excommu. & per Bartol. in l. j. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. vrb. & in extrauaganti, ad reprimẽdũ: ſuper verbo, per nũtium. & ſuper verbo, per edictum. quia debuit præmitti informatio ſuper hoc, de quo etiam per glo. in pragmati. ſanctio. in titu. de elect. capit. j. §. facta. & ſic non poteſt dici vera cõtumacia, nec præſumpta, & ſic non tenetur ad refuſionem expenſarũ. ca. venerabilibus. §. idem eſt etiam, quia iuſta cauſa excuſat. dict. cap. querelam.

ARGVMENTVM.

De exceptione recuſationis cõſiliariorum magni conſilij.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio recuſationis conſiliariorum an lite conteſtata aut pro conteſtata habita opponi poßit.*
2 *Suſpitionum cauſæ friuolæ repellendæ.*
3 *Affinitas an ſit cauſa ſufficiens, ut quis recuſetur.*
4 *Iudex ordinarius de iure ciuili non recuſatur, ſed adiunctus ei dari petitur.*

Quæſtio DCCXXVII.

QVERITVR redeundo ad materiam proceſſus dicti domi. Caſſeti contra dictum prę ſidentem Palmerij, quia nouiſsimè deuenit ad notitiam do. Caſſeti, quòd dictus Palmerij dedit ſupplicationem in magno conſilio: vbi recuſauit ſuſpectos dominos conſiliarios dicti magni conſilij, videlicet domi. Dalbras, & do. Prothonotariũ de Spa
1 notas. & ſe oppoſuit do. Caſſeti, † quòd non debet admitti talis exceptio, cùm debuerit opponi à principio. c. inter monaſterium. de re iudica. l. apertiſsimi. C. de iudi. cùm fuerit lis conteſtata aut ſaltem pro conteſtata habita, cum fuerit proceſſum ad merita, & dati articuli hincinde: iuxta nota. per gloſſ. in cap. j. de elect. libr. vj. & per Bartol. & cæteros in l. nulla. C. de procura. præterea in iudicio ſummario principis debent amputari iſtæ exceptiones, & dilationes fruſtratoriæ. clementi. ſæpè. in principio.
2 de verbor. ſignific. † & quando cauſæ ſuſpitionum ſunt friuolæ iudex debet repellere: ſecundum Panor. in c. cùm ſpeciali. de appel. facit c. cũ appellationibus. de appel. lib. vj. prout in caſu iſto: quia licèt allegetur aduerſus do. Dalbras quòd ſit de cõſanguinitate vxoris do. Caſſeti ex parte matris dict. Caſſeti quæ eſt ſoror domi. Myolani: tamen iſtud nõ eſt
3 cauſa ſufficiens cùm non ſit conſanguinitas, † ſed affinitas: & videtur diuerſa, & ſic non ob. cap. poſtremò. de appel. cùm non reperiatur de cauſis ſuſpitionum delatum per gloſſ. in cap. inſinuate. & c. cùm ſecundum. de offic. delegat. & in cap. accedẽs.

le j.& le ij.vt lit.non conteſt.reſpectu verò dicti do. Prothonotarij Deſpane inquàtum allegauit,quòd aliàs habuit litẽ cũ altero filio dicti Præſidẽtis prętextu cuiuſdã beneficij eccleſiaſtici: etiã nõ reperitur iſta cauſa iure ſcripta,attento quòd non agebatur contra dictum Præſidentem: & maximè cùm dicta cauſa fuerit&ſit ſopita,& dictus preſidens nomine dicti eius filij renũtiauit liti&cauſę,&ex poſt conuerſati fuerũt adinuicem, licet talis cauſa non debeat repellere iudicem in alia cauſa:cùm ſit ciuilis, & non agatur de maiori parte bonorum.l.propter litem.ff.de excuſation.tutor. c.frequens.de reſtitutio.ſpoliat.lib.vj.iuxta notat.per Panormit.in cap.j.de iudic. Prætereà de iure ciuili non recuſatur ordinarius,ſed petitur adiunctus.authen.ſi verò.C. de iudic. Adde quòd ſecundũ aliquos de ſtylo magni conſilij quando aliquis conſiliarius recuſatur ſuſpectus,inquiritur à tali requiſito de veritate cauſarum ſuſpitionis. Item etiam non eſt ſolitum communiter recuſari cancellarium.

ARGVMENTVM.

Officiarius in abſentia an ſtipendia percipere debeat:& an ob nõ reſidentiam officio priuari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Abſentem eccleſiæ fructus percipere non debere regulare.*
2 *Conſiliarium abeſſe non niſi ex cauſa & uenia petita debere.*
3 *Diſtributiones quotidianæ præſentibus,& qui officio interſunt debentur.*
4 *Officiario abſenti an ſtipendia debeantur.*
5 *Epiſcopus aut alij prælati ſuper abſentia an diſpenſare poßint.*

Quæſtio DCCXXVIII.

QVAERITVR an ſtipendiarius in abſentia debeat percipere ſalarium,& an ratione non reſidẽtiæ quis debeat priuari officio, vel be-
1 neficio eccleſiaſtico. Et in effectu † regulariter in abſentia non debet quis percipere fructus beneficij.capitu.pen.de cleri.non reſidend. Sed debet de fructibus deſeruiri officio eccleſiæ: & reſiduum cõuerti in vtilitatem eccleſiæ: vt ibi habetur. & poſt monitionem,ſi non reuertatur, debent priuari beneficio.capit.inter quatuor.capit.ex tuæ.capit.fin. de cleric.non reſiden.not.per gloſſ.in ca.quoniam frequenter.§. porrò.ſi verſicu.ſi verò. aliâs §. vt lite nõ conteſta.& per gloſſ.in.pragmati.ſanct.in.titu.
2 de collatio.§.ſequitur, † niſi quis fuerit abſens ex cauſa & petita licentia.dict.cap. inter quatuor. ex cauſa ſtudij,vel in ſeruitio Papæ,aut Epiſcopi. ca. cùm dilectus.cap.ad audientiam.cap. de cæterò. de cleric.non reſiden.vel cauſa infirmitatis:vt ibi ha-
3 betur.& hoc quoad groſſos fructus: † ſed quoad quothidianas diſtributiones,ſeu minutas obuẽtiones,quæ debentur tantum intereſſentibus, non debentur durante abſentia.capit.j. de cleri. non reſiden.lib. vj.niſi tempore infirmitatis:vt ibi habetur. capit.licèt.de præbend.& licèt valeret conſuetudo percipiendi fructus beneficij in abſentia:tamen ſecus quoad quothidianas diſtributiones.dict. cap.j. de cle.i.non reſiden.libr.vj.de quo per gloſſ.in ca.
4 cùm omnis.de conſti.† ſed quoad ſtipendia officiarij,an debeantur in abſentia? Et videretur dicẽdum quòd non:iuxta not.per Bartol.in l.cùm allegatis. C.de re milit.libr.xij.& in pragma.ſanctio. in titu. quo tempore quiſq; debet eſſe.in choro. §.iubet.& in capit.j.§.quos ſuus.de concubi.& hoc verum,niſi eſſet abſens petita licentia.l. hac lege.C. de præ. ſacro.ſcrini.libr.xij.iuncta gloſſ. & in l.deſertorẽ. §.ſi ad diẽ.ff.de re milita.Bald. in l.ſi ea. C. de condi.inſer.& per gloſſ.in dict.§.ſequuntur. ſuper ver-
5 bo,abſens.† An autem poſſit diſpenſari per Epiſcopum, aut alios prælatos ſuper non reſidentia :vide in capitu.relatum.de cleric.non reſiden.& per glo. in capitu.cùm ex eo.capit.licèt.capit. ſtatutum. de electio.libr.vj.

ARGVMENTVM.

Criminali cauſa pendente accuſatus,an ab officio ſeu beneficio ſuſpendendus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus immiſcens ſe diuinis quibus pœnis ſubiaceat.*
2 *Suſpenſus ab officio an à beneficio ſuſpenſus eſſe uideatur.*
3 *Suſpenſus qui ſatisfecit an abſolutione indigeat.*

Quæſtio DCCXXIX.

QVAERITVR quia ſuprà quæſtione dclxj.fuit tactum an durante proceſſu criminali debeat quis ſuſpendi:ideò poteſt latiùs quæri ſuper cauſa ſuſpenſionis iuris vel hominis & an interim poſſit eligere vel eligi. Et videretur dicẽdum quòd non:iuxta nota.per gloſſ.& doctor. in c.cùm
1 dilectus.de conſue.†&interim prohibetur ſe immiſcere diuinis ſub pœna irregularitatis ipſo facto.capitu.cùm tribunal.de re iudica.libr.vj. nec percipit fructus beneficij:ſicuti de excõmunicato dicitur.c. paſtoralis.in fine.cum ibi nota.per gloſſ.& docto. de appella.cap.ſicut.de cohabi.cleri.& debent conuerti tales fructus in vtilitatem eccleſię.cap.penul. de cleric.non reſiden.& in pragmati.ſanctio.in tit. de concubi.cap.j.§.quos ſuus ſuperior. & in princ.
2 de materia ſuſpenſionis. † & an ſuſpenſus ab officio cenſeatur ſuſpenſus à beneficio:vide ibi per gl. & in clementi.cupientes.de ſenten.excommuni.in gloſſ.magna. Quid autem de quothidianis diſtributionibus: & an accreſcant alijs canonicis,vel an debeant remittere ad vtilitatem eccleſiæ: vide per gloſſ.in clemen.hij qui.de æta.& qualita.& clemẽ. quæſtioni de vita & honeſt cleri.& per glo.in pragmati.ſanctio.in titu.de tenent.capi.tempore miſſæ.
3 & in dict.capit.penult.de cleri.non reſiden.† an autem in ſuſpenſione ex quo fuit ſatis factum debeat requiri abſolutio,ſicuti in excommunicatione dicitur.Et dicendum eſt quòd non: ſecundum gloſſ.in clementi.j.de decu. ſuper verbo, donec.de quo per Franciſc. de Zaba.Cardina. Flo. conſil.cxxxij.& idem videtur in ſententia interdicti:ſecundum glo. in cap.non eſt.de ſponſa.

ARGVMENTVM.

Priuationis ſententia an extra territorium extendatur.

SVMMARIVM

1 *Sententia publicationis bonorum etiam ad bona quæ extra territorium ſunt, extenduntur.*
2 *Sententia ſuſpenſionis benficiorum, ad beneficia quæ extra territorium, non niſi pro crimine infamiam irrogante extenditur.*

Infa-

3 *Infamia infamem ſequitur ſicut lepra leproſum.*

Quæſtio DCCXXX.

QVAERITVR an ſententia priuationis beneficiorum vel officiorum porrigat effectum extra territorium etiam quò ad beneficia quę habet in alia diœceſi? Et dicendum quòd ſic, licèt executio fiat per iudicem beneficij. c. poſtulaſti. de
1 foro competen. ſecundum verum intellectum. † Et idem eſt in ſentētia publicationis bonorū, quando fit pro delicto de iure cōmuni: iuxta nota. per Ioan. Andr. in c. cùm ſecūdum leges. de hæretic. lib. vj. & Bart. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinita. nec ex hoc dicitur iudex ponere falcem in meſſem alienam: cū titulus reſideat penes perſonā clerici delinquentis, & inhæret oſsibus ſuis, ſicut de alijs iuribus perſonalibus. l. iij. ff. pro ſocio. cum ibi notatis, per glo. & ſic perſona delinquens eſt ſubdita ratione delicti. & bona ſequuntur perſonā. l. j. C. de impon. lucra. deſcript. lib. x. facit l. magis puto. §. illud. ff. de re. eor. & l. ſi prædiū. C. de prę. mino. ſine decre.
2 ſecus † in ſententia ſuſpenſionis à beneficio: quia non ſe extēdit ad beneficia alibi ſita, niſi eſſet quis ſuſpenſus pro crimine quod irrogat infamiam: ſe-
3 cundum glo. in c. paſtoralis. in fin. de appel. † quia infamia vbique cōmitatur ſeu ſequitur infamem ſicut lepra leproſum. l. ex ea. cū ibi not. per glo. ff. de poſtu. & per glo. in pragma. ſanct. in tit. de cōcubi. in princ. ver. necnon. ſuper verbo. omnibus.

Quæſtio DCCXXXI.

QVAERITVR quia dictus pręſidens Palmerij inter cætera opponit aduerſus dictū d. Caſſanetici, ꝙ ipſe nō eſt receuable, ad accuſandū dictū Palmerij: tū quia pretēdit ꝙ d. Caſſanetici ſit calumniator propter ſentētiam abſolutoriam quā dict. Palmerij obtinuit ſuper inquiſitiōe patrię, vbi d. Caſſanetici erat vnus ex cōmiſsis patriæ. l. ſi cui. ff. de accuſa. ſed ſuper hoc iam ſatis ſuprà fuit reſpōſum: quia talis ſententia nō eſt diffinitiua ſed dumtaxat ab inſtātia iudicij. Tum etiā opponit dictus Palmerij, ꝙ d. Caſſanetici nō eſt legitimus ad accuſandum, cū non caueat, & etiam ꝙ ſit criminoſus: ſeu calumniator. c. j. de accu. Tum etiā quia ſuanō intereſt. c. illa. de accuſa. licèt d. Caſſanetici habeat intereſſe tanquā parœcianus: ſecūdum gloſ. ibi: ſeu vnus de patria: licèt tales exceptiōes debeant opponi ab initio antequā nomen accuſati ſit receptū inter reos. l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adulter. & attento, ꝙ dictus Palmerij iam reſpōderit & recognouerit literas de quibus agitur. facit c. j. & ij. de accuſa. libr. vj.

ARGVMENTVM.

Verba rigoroſa principis, an parti abſenti noceant.

SVMMAVIVM.

1 *Partes an ad pœnam corporalem ubi delictum non precedit ſe ſubmittere ualeant.*

2 *Inquiſitio de mandato uel uoluntate principis emanat à calumnia excuſat, niſi diffamatio præcedat.*

3 *Fama & rumor à tallionis pœna excuſant, ſicut & iuris ignorantia.*

Quæſtio DCCXXXII.

QVAERITVR quia à principio in villa Moyrencij quādo Rex dominus noſter Delphinus iniūxit dict. d. Caſſanetici ad tradendū eius ſchędulam accuſatoriam infrà mēſem, declarauit, ꝙ ſi d. Caſſanetici accuſaret, à tort dictū præſidentem, ꝙ faceret decapitari d. Caſſanetici, & ecōtrà, ꝙ pro minimo iudicio quod reperiret in dicto præſidēte, ꝙ perderet tantū officiū: ſed caput: licèt ad partem dixerit, ꝙ plus diligeret habere caput præſidētis, &c. an ſit vtile d. Caſſanetici iſtud deducere per articulos & facere examinari teſtes? Dubium facit: quia iſta verba ſunt bene rigoroſa, & non deberēt præiudicare parti abſenti. facit l. ſi vendicari. C. de
1 pœ. nec † poſſunt partes ſe ſubmittere ad pœnā corporalem vbi non procedit delictum: cùm homo liber non ſit dominus ſuorum membrorū. l. homo liber. la ij. ff. ad leg. Aquil. l. non tantū. ff. de appel. cū ibi notatis. Veruntamen fortè eſſet vtile deducere:
2 quia † & quando inquiſitio vel accuſatio emanat de ſcitu & mandato vel voluntate principis excuſat à calumnia, ſi nō præcedat diffamatio. l. nullus. C. ad leg. Iuliam maieſta. & ibi Bald. & etiā iuſſus ſuperioris excuſat. c. quod quis. de regu. iur. lib. vj. l. non videtur. §. qui iuſſā. ff. de reg. iu. Et ita eſt in propoſito: quia d. Caſſanetici fecit apparere de indicijs etiā per acta publica cōtra dictum pręſidentē, & ſic cenſetur ſe acquitaſſe. facit quod habetur per Bar. in l. cū quidā. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. &
3 in l. fi. ff. de hęred. inſti. † quia nedū fama, ſed rumor excuſat à pœna talionis, & etiā ignorātia iuris ſiue iuſta aut iniuſta cauſa: ſecundū gl. in l. plagij. la ij. C. ad leg. Flauiā. de plag. l. igitur. §. j. ff. de libe. cauſ.

ARGVMENTVM.

Accuſatori alias informationes præter accuſationem contra accuſatum producere liceat.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator & accuſato informationes binc inde producere licitum.*

2 *Iuſta cauſa ab expenſis excuſat.*

Quæſtio DCCXXXIII.

QVAERITVR quia etiā in cauſa inquiſitionis patriæ Delphinalis cōtra dictū præſidentē fuerūt ſumptæ informatiōes ſup abuſibus, quæ nō fuerūt producte, an erit vtile d. Caſſanetici producere, & quādo, & an faciant fidē in iſta cauſa? Et videretur dicendū ꝙ ſic: quia dictus pręſidens facit petitionē reconuentionalem cōtra d. Caſſanetici pro iniurijs damnis intereſſe, & expenſis vigore reſeruationis factæ in dicta ſententia abſolutoria dicto præſident. agendi, & d. Caſſanetici excipien-
1 di. † Et dictus præſidens produxit eius informationes: ergo eſt permiſſum producere d. Caſſanetici, vt æqualitas ſeruetur in iudicijs. l. fi. C. de fructi. & lit. expenſis. l. petendæ. C. de tempo. in integrū reſtitu. & quia facultas probādi nō debet anguſtari. l. quonia. C. de hæreti. Et ita dictus d. Caſſanetici habuit iuſtam cauſam cōſtituendi procuratorē tanquàm vnus commiſſus patriæ: iuxta poteſtatem ſibi attri-
2 būtam: † & iuſta cauſa excuſat ab expenſis. facit l. qui ſolidum. §. j. cum ibi notatis per glo. & Bart. ff. de lega. ij. & Panorm. in c. finem litibus. de dolo & contumac. Barto. in l. deſtitiſſe. ff. de iudic. & in l. ſi quis inficiatus. ff. depoſiti. & per glo. in pragmatic. ſanctio. in tit. contra friuolè appellantes. c. j. ſuper verbo, vltrà. Et pro præmiſſis quatenùs expedient, poterit dari ſupplicatio, vt admittatur d. Caſſaneti. ad producendū dictas informatiōes cū proteſtatione in partibus & punctis pro dicto do. Caſſanetici

facientem & facere valentem, & nō aliter, nec alio modo. Et maximè cū d. Caſſeti ſit miles militiæ armatę, qui etiam admittitur poſt excluſionē. l. j. C. de iur. & fact. ignoran. & præſertim ex clauſula prætoris ſi qua iuſta cauſa, &c.

ARGVMENTVM.

Cauſæ ſuſpicionis quæ ſint ſufficiētes vt quis reijciatur.

SVMMARIVM.

1 *Grauamen an ſit iuſta cauſa ſuſpicionis.*
2 *Iura condere parum eſt, niſi ſint qui iura reddere poſſint.*
3 *Caput conſilij ubi ſuſpectum eſt, totum conſilium recuſari poteſt.*

Quæſtio DCCXXXIIII.

QVAERITVR quia domi. Caſſeti prætendit quòd domi. Guido de Rupeforti cancellarius Franciæ grauauit dictum domi. Caſſeti, & quòd ideò habet cauſas ſuſpitionis contra ipſum ideò quæritur de dictis cauſis ſuſpitionū. & primò quia domi. Cancellarius non vocato nec audito dicto domi. Caſſeti reiecit tanquàm ſuſpectos dominos Darbras & Deſpinet poſt litem conteſtatam contra diſpoſitionem iuris, prout fuit ſuprà deductum quæſtione dccxxvj. facit capit. inter quatuor. de maiorita. & obedien. cap. j. de cauſ. poſſ. clemen. paſtoralis. de re iudi. & per gloſſ. & Bald. in l. final.
1 C. de legib. † & ſic ex quo grauauit dictum domi. Caſſeti, videtur eſſe iuſta cauſa ſuſpitionis: maximè de iure canonico. capit. ad hæc. le j. de appella. & ſic non ob. l. j. ff. apud eum à quo appel. facit quod habetur per gloſſ. & doctor. in l. ſi quis prouocatione. C. de appella. Tum etiam quia domi. Cancellarius ſeu eius quondam frater fuit ſocius ſtudij dicti Palmerij, & habet magnam amicitiam cùm dicto Palmerij: facit gloſſ. in cap. innotuit. de electio. & l. latè. §. amicitiæ. ff. de verb. ſignifica. adeò quòd dictus Palmerij ſe iactauit, quòd excuſauit domi. Cancellarium de tempore quo erat præſidens Burgundiæ aduerſus Regem Carolum VII. à voagio Neapolitano, & quòd acceſſit pro ipſo. Tum etiam quia domi. Cancellarius fecit alterum filium dicti Palmerij conſiliarium extraordinarium magni conſilii, & conuerſatur cum eo: & quodammodò eſt eius cōmenſalis. Tū etiā quia vltimatè do. Cācellarius Burgundiæ deſtinauit dictum Palmerij pręſidentē ad recipiendum ambſsiatam do. Archiduc: & Comitis de Flandræ: præter ſtatutum Regis, licèt deſtinaſſet alia maiora perſonagia: & ſic lite pendente nedum debet ſuſpendi ab officio, ſed etiam prohibetur aſpirare ad nouos honores. l. reus. ff. de muner. & oneri. l. libertus. §. in quæſtionibus. ff. ad municipa. l. j. C. de re. po. libr. x. l. reum. C. de procura. Tum etiam quia domi. Cancellarius vltimatè Lugduni in præſentia domi. Caſſeti & ſuorum aduocatorum habuit dicere, quòd fruſtrà inſtabit & petebat domi. Caſſeti lite pendente ſuſpenſionem officij domi. pręſidentis: quoniā non fieret: quia eſſet mala cōſequentia alijs officiarijs, & quòd Rex nō reperiret, qui ipſum ſeruiret ſibi, & tūc fuit ſibi
2 replicatum, † ꝙ parum eſſet iura cōdere, niſi eſſent qui iura redderent. l. ij. §. poſt originem. ff. de regul. iur. cap. vbi periculum. §. parum. de electio. libr. vj. & non debet eſſe impoſita verbis, ſed rebus. l. j. C. commu. delegat. quia debet eſſe in ludibrio. l. j. C. de ſum. trini. ſed debet eſſe in veriſimili obſeruātia. l. Arriani. C. de hęre. & ſic ex quo declarauit eius intētionem ante ordinationem reddit ſe ſuſpectum: iuxta notata per gloſſ. Angel. in l. ſi prætor. §. j. ff. de iudic. facit quod habetur per glo. in l. vbi adhuc. C. de falſis. & ex quo d. Cācellarius qui eſt caput magni conſilij, eſt ſuſpectus, & ibi pręſidet, poſſet recuſari totum conſilium. arg. clemen. paſtoralis. §. j. de re iudica. de quo per Panor. in cap. j. de iudic.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio facta per impreßionem nullius eſt momenti.*
2 *Tranſactio facta prætextu falſorum inſtrumentorum nō tenet.*

Quæſtio DCCXXXV.

QVAERITVR quia in ſacco dicti præſidentis fuit producta quædam quittantia conceſſa per Rolandum Bauduyni de ſumma ſeptem viginti florenorum paruæ monetæ, quam ſummā dictus præſidens promiſit ſe fieri ſoluere de primis denarijs bonorum Andreæ de Monte Ruffo, vendendis vigore tranſactionis factę per dictum domi. Ioannem Palmerij præſidentis nominibus nobilium Claudij Balmæ, & Petri Palmerij eius filij aſſociati immediatè doni dictorum bonorum cùm dicto Bauduyni, tam nomine ſuo quàm eius vxoris, de anno domini M. cccc xcvj. die nona menſis Nouembris, actum Grationopolis in camera ſecratorum præſentibus domino Ioanne Chaponay præſidētis & Ayrardo Fleardi auditore cōputorū Delphinalū receptus per magiſtrum Beriardū Mathonis, an in aliquo releuet dictum præſidentem? Et vi
1 deretur dicendū ꝙ non, ſed potiùs aggrauet: † quia ipſe tranſegit nomine eius filij, & ipſo exiſtente in officio: & in loco officij: & præſente eius genero, & allegatis pro teſtibus: & ſic præſumitur per impreſſionem. l. ſi per impreſſionem. C. de hi. quæ vi
2 met. cauſ. † præterea dicta tranſactio fuit facta vigore dictę falſæ ordinationis adiudicationis bonorum dicti Andreæ de monte Ruffo, & ſic non tenet. l. ſi ex falſis. C. de tranſactio. cum ibi no tat. ſed debet caſſari cùm omnibus inde ſequutis: iuxta nota. per Innocen. in cap. fraternitatis. de hæreti. quia dictus præſidens fuit in culpa. l. in ſumma. ff. de cōditio. & ideò videtur dicta quittantia ſi ſit relatiua dictæ trāſactiōis, quia aliâs eſſet delibera ndū ſi produceretur dicta tranſactio in partibus & punctis facientibus pro dicto domino Caſſeti.

SVMMARIVM.

1 *Inqueſtis factis & productis inſtrumentorum productorum uiſionem exceptis teſtium examinationibus fieri debet.*

Quæſtio DCCXXXVI.

QVAERITVR quia dictæ partes fuerūt admiſſę ad faciendum inqueſtam hincinde, & deputati duo conſiliarij infrà tres menſes, & ad reportandum coram magno conſilio infrà dictum terminum à dat a præſentiū datum à Melun die x. menſis Septembris, anno domini M. cccc. & de ſtylo dicti magni conſilij remanent ſemper articuli originales traditi penes graphariū, in ſacco partium, & oportet quòd fiat duplum articulorum partium in perga-

in pergameno quòd traditur cōmiſſarijs clauſum ſigillatum, ad faciendum inqueſtam & commiſſarij habēt eorū clericos, qui ſcribūt ſub ipſis. Verum tamē erit expediēs ꝙ commiſſarij ſecū deferāt boytā quatuor petiarū literarū recognitarū per d. præſidētem. Et etiā literas ordinationis productas per d. præſidentē: quia aliàs nō poſſunt cōmodè fieri inqueſta pro parte d. do. Caſſanerici. & pariter erit neceſſe, ꝙ commiſſarij de bona hora ſint ſuper loco ad faciendū inqueſtā, ad finem vt reportetur & producatur inqueſta infrà terminū triū mēſiū: quia terminus nedū fuit pręfixus ad faciendū inqueſtā,
1 ſed etiā productio etiā. Adde † ꝙ de ſtylo magni cōſilij poſt productionē informationū & examinationis teſtiū ſeu inqueſtarū, partes poſſunt peterevifionē inſtrumentorū productorū examinantiū in facco exceptis dictis examinationibus teſtiū, quę non publicātur: licèt fiat editio nominum teſtiū ſeu aliquorū pro dando obiectus in perſonas teſtiū. &c.

ARGVMENTVM.

Producens falſum inſtrumentū, ſi interrogetur, an eo vti velit tanquàm vero, quòd purè & ſimpliciter reſpondere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumento falſo qui ſe uſurum tanquàm uero reſpōderit, de uſu ac ſi fabricaſſet, puniendus ſit.*
2 *Conſiliariorum numerus ſunt de ſubſtantia iudicij.*
3 *Falſam ordinationem qui in actis inſeri precepit, in falſum incidit.*
4 *Fa ſum feciſſe præſumitur qui falſo inſtrumento utitur.*

Quæſtio DCCXXXVII.

QVAERITVR quia dict. præſidens produxit literas ſignatas & ſigillatas dictę ſecūdę ordinationis per adiudicationis bonorū Andreę de mōte Ruffo, quas literas d. Caſſanetici petijt detineri & impugnare de falſo: & dedit articulos deducētes media falſitatis, qualiter d. ordinatio fuit leuata ſuper ordinatiōe appoſtilata & interlineata per præſidētē mediatè aut immediatè & ideò erit opus dare interrogatoria opportuna corā cōmiſſarijs: iuxt. not. in c. præſentiū. de teſti. lib. vj. & in ca. per tuas. de teſti. & quia d. præſidēs nō ſcripſit: nec appoſtilauit dictas literas ordinationis per ipſum productas ſaltē immediatè: ideò erit expediēs interrogare dictū præſidentē, an velit vti dictis literis dictę ordinationis per ipſum productis tanquā veris, & ſuper debet reſpōdere purè & ſimpliciter: iuxta
1 not. per Bart. in l. Diuus. ff. de fals. † & vbi ipſe aduoabit ipſe punietur de vſu: ac ſi ipſe fabricaſſet. l. ſi falſos. C. de fal. l. fin. aduerſarius. C. de fid. inſtru. Præterea dicta falſitas probabitur, quia in fine deſcribūtur nomina certorū dominorū curiæ, qui nūquā interfuerūt. c. tertio loco. de proba. c. quāto. de hij. quæ fiūt à pręla. ſine cōſen. capi. & maximè quādo ſunt de numero neceſſario: iuxt. not. per gl. Bar. & cæteros in l. i. §. ſi. ff. queādmo. teſta. aperiā. & in l. in exercēdis. C. de fid. inſtru. & in c. cū Ioānes Hę
2 remita. de fid. inſtru. † quia dñi cōſiliarij curiæ ſunt de numero ſubſtātiali, qñ ſunt pręſentes: & quia nō potuiſſet tunc perpetrari actus, quoniā vidiſſent: & per conſequens erit neceſſe fieri interrogatoria
3 opportuna †. & quia dict. pręſidēs pręcepit Graphario ꝙ inſereret dictā ordinationē in actis: & ſic incidit in falſum: iuxt. not. per Bar. in l. ſi quis obrepſerit. ff. de fal. & etiā ratiōe mādati. l. nō ſolū. §. ſi mādato. ff. de iniur. l. nō ideò minus. C. de accuſa. Tū etiā quia qñ aliquid ſcribitur nomine capituli: vel maioris partis, & apparet de contrario per illos de capitulo. tūc puniatur de falſo: pœna ſuſpēſionis. c.
4 tā literis. de teſti. † Tū etiā ex quo quis vtitur falſo inſtrumēto præſumitur fieri feciſſe falſum: ſecūdū Bal. poſt gl. in l. maiorē. C. de fal. & de modo probādi chartā falſam, vide per gl. in c. in memoriam. xix. diſt. & in c. cū venerabilis. de religio. domi.

ARGVMENTVM

Accuſationem falſam inſtituēs qua pœna plectandus ſit.

Quæſtio DCCXXXVIII.

QVAERITVR quādo quis facit falſam accuſationē cōtra aliquē de aliquo crimine, quod nō probatur an puniatur de falſo? Quidam tenēt ꝙ nō: ſed debeat puniri tāquā calūniator. ſed Bart. in l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. tenet, qñ quis obrepit iudici in vexando aduerſariū in faciēdo ipſum citari, ꝙ tūc tenetur pœna falſi: ſed Bal. in l. qui cūq;. in fin. C. de ſerui. fugi. tenet cōtrariū, niſi quis produxerit falſam probationē, ſed puniatur pœna de calūniatoribus. Veruntā vbi quis cōſueuiſſet facere falſas accuſationes, punitur in capite & amputatiōe linguæ: ſecundū Bald. in l. data opera. C. de accuſa. circa fin. allegat l. omnis. C. de dela. libr. x. & qñ imponitur pœna capitalis & mēbri, debet pręcedere pœna mēbri. ſcdm Bart. & Io. de Pla. ibi.

ARGVMENTVM.

Falſitas quę alteri non nocet an animaduerſionem requirat.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum quod alteri nocere poteſt, licèt nullum ſit notarius de faſo puniendus uenit.*
2 *Scriptura priuata quæ falſum continet quod bis qui ſcripſit falſi pœna teneatur.*

Quæſtio DCCVXXIX

QVAERITVR qñ falſitas nō alteri eſt nociua, an debeat quis puniri? Et videtur dicēdū ꝙ nō. l. diuus. cū nota per gl. & doct. C. de fal. quod eſt verum, niſi nocere poſſet: ſecūdum Bald. in l. ſi
1 falſos. C. de falſis. † & ideò licèt inſtrumentum ſit nullum, tamen quando poſſet nocere alter, notarius punitur de falſo: vt quia poſſet fieri ex tali inſtrumento comparatio literarum: ſecundum Bart. in l. ſi quis legatum. ff. de falſis. & per Bald. & Sali-
2 cet. in l. j. C. de ſepulcro. viola. & ideò † in ſcriptura priuata quando creditor vel debitor ſcribit aliquid falſum, tenetur de falſo: quia ipſe facit quod potuit in ipſo. l. qui veluti. C. de falſ. & ibi gloſſ. & Angel. vti qñ debitor ſcribit creditorē recepiſſe inſtrumētum ſeu falſam quictātiam. & per glo. & Bar. in d. l. damus. & econtrà quando creditor cui fuit iam ſolutum colludit cū debitore, quando fingit creditorem: vt præferatur alijs: quia tunc tenet pœna falſi. l. creditor. & ibi gloſſ. & Salicet.

ARGVMENTVM.

De eo qui acta diſſigillat & literas priuatas aperit.

SVMMARIVM.

1 *Acta publica diſſigillans qua pœna plectatur.*
2 *Literas priuatas aperiens ſiue aduerſario oſtendat, ſiue ſolus legat quæ pœna eum maneat.*

3 *Procurator ſeu ſollicitator qui literas unius partis alteri oſtendit, in falſum incidit.*

Quæſtio DCCXL.

QVAERITVR de illo qui deſsigillat acta, vel aperit literas priuatas alienas, an incidat
1 in pœnam falſi? Et in effectu de illo † qui deſsigillat acta, Ang. in l. j. ff. de hij. quę in teſta. delent. dicit ꝙ pœna falſi teneatur, licèt ibi Imol. videatur tenere ꝙ puniatur alia pœna. facit quod habetur per doct.
2 in auth. at qui ſemel. C. de proba. † Sed quoad aperiētē literas alienas quādo oſtēdit aduerſario ſcribētis, tūc incidit in pœnā falſi: aliàs ſi ipſe ſolus aperit, & nemini oſtēdit, nō punitur de falſo: ſed extraordinę. c. cū olim. le ij. de offi. deleg. & ibi etiā loquitur de aperiēte acta & violāte ſigillū: ſecūdū Bar. in l. qui teſtamētū. ff. de falſ. & Ang. Aret. in tract. maleſi. ſuper verbo, falſarios. & per Roma. cōſ. ccclxvj. Verūtamē quādo procurator vel ſollicitator vnius cauſę, depoſiturus oſtendit literas vnius partis alteri parti incidit in falſum. l. j. §. qui hij qui depoſitāt. ff. de falſ. & ſequitur Roma. conſi. ccclxiiij.

ARGVMENTVM.

Sripturas publicas vel priuatas lacerans, comburēs & celans quas pœnas incurrat.

SVMMARIVM.

1 *Detrahens de literis Papæ quòd falſi pœnam incurrat, & ipſo facto ſententiam excommunicationis.*

2 *Inſtrumentū cauſatū de falſo ab aduerſario cōburens q. torturæ ſubijciēdus ſit ut cauſam, cur igni dederit aperiat.*

Quæſtio DCCXLI.

QVAERITVR de illo qui lacerat, cōburit vel celat: ita quòd amplius non appareant ſcripturæ publicæ vel priuatæ incidat in falſum? Et dicendum eſt ꝙ ſic. l. Paulus. & ibi Bart. ff.
1 de falſ. & idem in illo † qui de literis Papæ aliquid amouit: vt ibi habetur. & per Panor. in cap. ex literis. de fid. inſtru. & hodie incurrit ſententiam excōmunicationis ipſo facto, vt tenet ibi Hoſtien. vt ibi
2 refert Panor. vide Petr. de Ancha. conſi. clxxij. † de illo qui produxit inſtrumentū. & cū pars vellet redarguere de falſo, per dominos arripuit de manu notarij: & in ignem proiecit. & ibi etiam ponit ſpecialia criminis falſi. & per Bald. conſil. ccxxiij. libr. iiij. vbi dicit, quòd ex eo quod quis confeſſus eſt cōbuſiſſe ſcripturas, poteſt poni ad torturam, vt dicat qua de cauſa combuſſit. & per Roma. in dict. conſ. ccclxvj. vbi etiam tractat de apperiente literas ſummi pontificis: vt furentur hoſtes Papæ: & qualiter puniantur ſpoliantes nuntios apoſtolicos, & de ſuſpitionibus falſitatis habetur per Frederic. de Senis conſil. ccxix.

ARGVMENTVM.

Suſpenſus authoritate Papæ, an per inferiorem reſtitui poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Crimina undecunq; claruerint, punienda ſunt.*

Quæſtio DCCXLII.

QVAERITVR an ſuſpenſus authoritate Papæ poſsit reſtitui per inferiorē? Et videtur prima facie dicēdū ꝙ ſic, ſicuti de excōmunicatione dicitur, qn̄ Papa ſibi nō reſeruauit abſolutionē. c. nuperde ſent. excōmu. Sed in cōtrariū videtur text. in c. tā literis. de teſtib. & maximè quādo ſuſpicio habet tēpus determinatū: iuxt. not. per gl. in c. cupientes. §. cæterū. de elect. lib. vj. & in clemē. j. de hęreti. ſuper verbo, excōmunicatiōis. de quo latiùs per Panor. in d. c. tā literis. & vide de pœna falſarij per gl. & Panor. in c. tā literis. & in c. ad audiētiā. & ca. ad falſariū. de fal. & in c. Epiſcopus. quinquageſ. diſt. vbi ponitur pœna depoſitionis. & licèt non fuerit ſpecialiter actum ad illam pœnam: tamē poteſt pu-
1 niri: † quia Papa punit crimina vndecunq; claruerint c. ccxxiij. queſt. iij. & ibi per gl. in c. ij. de cōfe.

ARGVMENTVM.

Falſitatis ſuſpicio inducitur ex ordinatiōe deuiāte à communi ſtylo curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiū emanatū contra & præter communem curiæ Romanæ ſtylum falſitatis ſuſpitionem non euitat.*

2 *Clauſulæ inſolitæ in inſtrumento appoſitæ fraudis præſumptionem inducunt.*

3 *Falſi pœna puniendus eſt qui acta apoſtilata deſcribi curauit.*

4 *Falſum incurrit, qui protocolo ſeu ſcripturæ alienæ non nihil addit.*

5 *Illicitum in mandato generali non uenit.*

6 *Veritas rerum geſtorum erroribus non uitiatur.*

7 *Falſi ſuſpitio pro falſo haberi ſpeciale in crimine falſi.*

Quæſtio DCCXLIII.

QVAERITVR quia dicta ſcriptura apoſtilata & interlineata ordinationis adiudicatiōis bonorū d. Andreæ de mōte Ruffo deuiat à cōmuni ſtylo curię an propter hoc inducatur ſuſpicio
1 falſitatis? Et dicēdū eſt ꝙ ſic: † ſicuti de priuilegio dicitur, quòd emanet cōtra & propter cōmunē ſtylū curię Romanę. cap. porrecta. de cōfirm. vtili vel inutil. & ibi per Panor. & per gl. & Panor. in c. cauſam quę. le ij. de teſti. & in c. ij. de teſti. & p Panor. in c. ex parte. li. ij. de offi. dele. & hoc ēt ſequitur Fred. Senis cōſ. cxix. incipiēte. Si notariū. pro quo facit in
2 mihi, † ꝙ quādo in inſtrumēto apponūtur clauſulę inſolitę, eſt præſumptio fraudis: ſecundū Bal. & Ange. in l. ſi quis ſub cōditione. ff. de codit. inſtit. & ita eſt in propoſito: quia dicta ordinatio appoſtilata reperitur deſcripta in eodē folio papiri poſt primā ordinationē, & de eadē data, & eſt plus deſcriptū in ordinatiōe appoſtilata quàm in prima, & diuerſificatur effectus & ſubſtātia primę ordinationis. & ſic nō eſt veriſimile, ꝙ incōtinenti quis ſe corrigere voluerit: & maximè ex quo prima ordinatio fuit recitata in audiētia publica. facit l. nā ad ea. ff. de cōdit. & demōſtra. Tū quia dicta ordinatio poſtilata fuit regiſtrata in manuali in pede inſtantiarum. & non in corpore ordinationū. & de mandato & iuſſu: vt etiam apparet à margine dictæ ordinationis regiſtrata. Tum etiam quia arreſta non conueniunt dictæ ſecundæ ordinationi: ſed primæ. Tum etiā quia ibi inſeruntur clauſulæ ex falſa cauſa iuris inquantū ibi atteſtatur quòd dicti rei nō ſunt legitimi contradictores ad impediendum dictam adiudicationem ſeu incorporationem fiendam fiſco: & tamē de contrario apparet, ex quo ptętēditur ꝙ erant bona vacātia, & aliqui ex dictis reis edocuerūt de eorū iuribus in proceſſu aduocato à curia de Romanis l. ſi vacantia. C. de bo. vacan. lib. x. ſecundū Bal.
3 Io. de Imol. & Alex. in l. ſi marito. in princ. † Tum etiam ex

etiã ex quo dicta ordinatio apoſtilata eſt regiſtrata in actis, eſt pœna falſi cõtra illum qui tradidit: ſecũdum Bart. in l. ſi quis obrepſerit. Et ex quo literę ordinationis prędictę traxerũt originẽ à dicta ordinatione poſtilata eſt pœna falſi cõtra producentẽ, cũ præſumatur fabricaſſe. l. ſi falſo. C. de falſ. ſecũdum Petr. de Anchar. conſ. 172. incipien. In Chriſti no-
4 mine. † Tum etiam quia quãdo quis addit aliquid prothocollo ſeu ſcripturæ alienę incurritur falſum. l. qui teſtamentum. l. quid ſit falſum. l. Paulus. ff. de falſ. ſecũdum Pet. de Ancha. vbi ſuprà. Nec eſt prę-
5 ſumẽdum iſtud fuiſſe factũ de mãdato curię: † cùm in mãdato generali nõ veniat illicitũ. l. j. ſi procurator. ff. quod quiſque iur. Nec credendum eſt præfectis prætor. niſi appareat de ſpeciali cõmiſsione. l. j. C. de mandat. princip. ſecũdum Bart. in l. j. C. de ſuperindict. libr. x. Tum etiã quia dicta ordinatio apoſtilata licèt fuerit ex interuallo tẽporis certorum dierũ fabricata: tamen fuit poſita ſub data primæ. Tum etiã quia ex interuallo tẽporis nõ potuit addi nec corrigi poſt recitationẽ. Et maxime mutata ſententia, & ſine cauſæ cognitione, tàm de iure, ꝙ ſecũdum cõmunem ſtylum curiæ: iuxta not. in l. actorũ. & in l. quod iuſsit. ff. de re iudi. Tum etiã deſtructa & caſſata principali ſcriptura apoſtilata tanquàm falſa omnia acceſſoria caſſantur. c. fraternitatis. de hæreti. cũ ibi nota. Tum etiam quia dicta prima ordinatio reperitur ſcripta in libro ſeu manuali ordinationũ quod dicitur originale, & ibi nõ reperitur ſcripta ſecũda ordinatio, & ſic recurrẽdũ eſt ad originale. c. quoniã cõtra falſam. de proba. & in auth. de tabellio. § ſi. colla. iij. ſcdm Bar. in l. Sempronius Proculo. ff. de leg. ij. & in l. ſi librarius. ff. de regu. iur. etiã ſi originale ſit cancellatũ: ſecundum Bal. in l. ſi vnus. & l. noſtram. C. de teſta. & Bal. in l. ea quæ. C. commi. epiſtolas. Nec obſtat ꝙ dicta prima ordinatio reperiatur cancellata, & ꝙ in manuali ordinationum & inſtantiarum à margine deſcribatur error in fine inſtantiarũ: quia illa proceſſerunt ſine die & conſule, & ſine mandato curiæ, prout poterunt referre ſuper hoc grapharius & eius clerici & ſuprà fuit tactũ quæſtio. dclij. & ij. quęſtio. ſequen.
6 nam † veritas rerum nõ vitiatur erroribus geſtorũ. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſid. Nam falſitas etiam probatur ex inſpectione prothocolli: ſecundum Bart. in l. ſi. C. de fid. inſtrum. † & eſt ſpeciale
7 in crimine falſi ſuſpitio falſi habetur pro falſo. l. iubemus. C. de probatio. l. vbi adhuc C. de falſ. Et pariter quis punitur ſine accuſatore: ſecũdum Archidiaco. in c. in memoriã. xix. diſtin. & Bal. in l. ſi veritas. C. de fideicõmiſ. & Petr. de Anchar. in d. conſi. 172. circa fin. Et inquantũ ſupradictum fuit, ꝙ non creditur præfectis prætor. maximè in curia parlamenti: pro hoc facit: quia non competit iuriſdictio vt ſingulis: ſed vt vniuerſis: iuxta nota. per Barto. in l. Pomponius. aliàs incipit, ſi vni. ff. de re iudi. & per Panor. in c. producere. de offic. delega.

ARGVMENTVM.

Ordinatio cãcellata, tum in manuali ordinationũ, tum inſtantiarum & à margine apoſtilata, an hoc conſultè à iudice factum præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum cancellatum debitum præceßiſſe probat.*
2 *Scripturæ priori tanquàm matrici ſtandum licèt caſſata ſit.*
3 *Apoſtilæ cancellationes ſeu interlineaturæ, licèt notarius de illis atteſtetur ex quo neque diem neque conſulem habent, non præiudicant.*

Quæſtio DCCXLIIII.

QVAERITVR quia in manuali ordinationum dicta prima ordinatio reperitur cancellata, & pariter in alio manuali ordinationũ & inſtantiarum vbi dicta prima ordinatio reperitur regiſtrata: tamẽ eſt etiam cancellata, & ibi à margine notarius actorũ deſcripſit error, in fine inſtantiarũ: an hòc nõ obſtante dicta prima ordinatio probet: ꝙ an præſumatur conſultè facta dicta cãcellatura? Et in effectu talis cancellatura aut appſtila à margine non præſumitur cõſultè facta de mandato iudicis ex quo reperitur penes alium ſeu notariũ: arg. l. ſi chyrographũ. ff. de proba. ſcdm Cyn. & Bal. in l. ſi vnus. C. de teſta. Et licèt prima originalis ſcriptura reperiatur cãcellata: tamẽ hoc fuit ex cauſa: quia reperitur regiſtrata in alio manuali, & ſic limitatur iuxta cauſam cancellationis. l. proximè. l. cancellauerat. & l. ſi. & ibi per Bart. & Io. de Imol. ff. de his
1 qui in teſta. delent. † quia inſtrumentũ cancellatũ probat debitũ præceſsiſſe. l. ſi ſullo. & ibi Barto. ff. de furt. & in l. & acta. ff. de re iudi. & in l. ij. §. teſtamentum. & §. ſi plura. ff. quemadmo. teſta. aper. licèt debeat publicari cũ raſuris & cãcellaturis. & etiã in l. in fraudẽ. §. ſicut. ff. de teſta. mili. & ideò licèt à margine protocolli reperiatur ſcriptũ manu eiuſdẽ caſſum & cancellatũ de voluntate partiũ, ꝙ talia verba in margine nõ præiudicant parti: ſecundum Io. And. in additio. ad Specu. in titu. de inſtru. editio. §. oſtenſo. ver. illud. quia nõ habent diem & cõſulem. idem tenet Bal. in l. noſtrã. C. de teſtam. & ibi tenet ꝙ recurritur ad protocollũ. & idem Bal. in l. ea quę. C. comminatio. epiſtola. tenet, ꝙ quãdo poſt cõpletam ſcripturã & publicatam notarius dicat caſſam: quia per errorẽ ſcripſi ſiue ipſa ſubſcriptio ſit in eadem ſcriptura ſiue in alia carta vitiatur & nõ vitiat.
2 ſtandum † eſt ſemper primæ ſcripturæ tanquã matrici ſcripturę. allegat not. in l. Imperator. ff. de ſtat. homi. ſicuti in teſte dicitur, quia ex interuallo non poteſt ſe corrigere ſtandum eſt ſemper primo dicto capitu. prætereà de teſtibus cogend. Idem in effectu tenet Pau. de Caſt. in l. ſi C. de fid. inſtr. & Albe. in l. cõtractus eo. tit. dum ibi ſentiunt, ꝙ talis cãcellatura vel vituperatio potuit interuenire ex poſt facto. & in l. prætor ait. §. nam & ipſi. ff. de edend. quia inſtrumentum debet publicari: ſecundum formam primæ notæ cancellatæ. Et ideò dictæ literæ ordinationis productæ debuerunt leuari ſecũdum formã primæ ordinationis. Veruntamen erit bonum interrogare notarium ſi fecerit dictam cancellaturam ex interuallo temporis & per quantum tempus, ad finem vt ſciatur ex modico vel magno interuallo fuerit facta cãcellatio: iuxta nota. in ſimili per Spec. in tit. de inſtr. edit. §. inſtrumentũ. ver. ſed nunquid.
3 Adde † quãdo iſtæ apoſtilæ vel cancellationes vel interlineaturę ſunt à margine, licèt notarius de illis atteſtetur ex quo non habent diem & conſulem nõ præiudicant nec vitiant: ſecũdum Bald. in l. ſi vnus. C. de teſta. & in l. ea quę. C. commi. epiſtol. ſecus ſi ſint de corpore inſtrumẽti. & notarius atteſtetur, quia nõ requiritur diẽ & cõſulẽ: ſcdm Bal. in l. noſtrã. C. de teſta. de quo pleniùs per Alex. in l. ſi vnus.

ARGVMENTVM.

Notarius inſtrumenti errorem an corrigere poſsit & quando.

SVMMARIVM

1 *Notarius errorem corrigere incontinenti poteſt, & antequàm partibus copia detur.*

2 *Notarius in hijs quæ ſui ſunt officij errorem corrigere poteſt: ſecus in negotij ſubſtãtialibus, & quæ partes tãgũt.*

3 *Notarius authoritate priuata corrigens inſtrumentum mutando ſubſtantiam pœna falſi irretitur.*

4 *Sententia ſuppletionem non recipit.*

Quæſtio DCCXLV.

QVAERITVR an notarius poſsit corrigere errorẽ inſtrumenti? Et in effectu licèt Spec.in tit.de inſtrumen.editi.§.inſtrumentũ.videtur facere differentiã an incõtinenti vel ex interual
1 lo ſaltẽ magno:†quia incõtinenti poteſt corrigere, maximè antequã fuerit tradita copia parti ſicuti de teſte dicitur.c.præterea.de teſti.cogẽd.verũtamẽ ſecundũ Bar.& cõmunẽ theoricã doct.in l.ſi librarius.ff.de reg.iur.& in l.imperator.la j.ff.de ſta.ho
2 mi.†licèt notarius poſsit corrigere errorem in hijs quę ptinẽt ad officiũ notarij,vt in ſolẽnitate inſtrumẽti:ſecus eſt tamẽ in hijs quæ pertinent ad partes & ſubſtentialia negotij.quia notarius nihil debet immutare,niſi vocata parte, & de mãdato iudicis, & licèt notarius æquipararetur teſti:vt ſuprà dictũ fuit.l.Domitius Labeo.ff.de teſta.& ꝙ in extraiudicialibus quis non dicitur functus officio ſuo,donec ſolẽniter perfecerit:ſecundũ Inno.in c.ijs literis. de offi.deleg.&per Bal.in l.fi.C.de edẽd.Verũtamẽ ex quo inſtrumentũ eſt publicatũ:&poteſt officere ſeu nocere parti,nihil debet corrigi vel immutari ſine mãdato iudicis & cauſæ cognitione: ſecundum Bal.de pace cõſtant.§.pacta.Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ error notarij non debet nocere parti.d.l.ſi librarius.& l.errore.C. de teſta.& l.fi.C.de fideiuſſor.& d.l.Imperator.quia hoc verũ dũtamẽ cõſtet de erro
3 re cauſa cognita,†aliàs ſi notarius authoritate ſua priuata corrigeret,mutata ſubſtãtia incideret in pœnã falſi:ſicuti de teſte dicitur, qui deponit varia & diuerſa.l.qui diuerſas.ff.de teſti.& l. eos. ff.de falſ. vt ſentit Io.And.in addi.ad Spe.in tit.de inſtrumẽ. edit.§.inſtrumẽtum.verſi.ſed nunquid. dum allegat d l.eos.& Bal.in l.cũ proponeretur.ff.de leg. ij. & in l.fi.C.de edẽd.verſ.iiij.Quæritur.& Alexand. de Imol.in addi.ad Bar. in d.l.Imperator.& maximè in iudicialibus,vbi nõ eſt neceſſarium notario corrigere aut immutare poſt recitationẽ & publicationẽ:quia primò debẽt ſcribi,&poſtea legi.l.cõtractus.C.de fid.inſtru.l.ij.& fi.C.de ſent.ex pericul.recitãd.& ideò errãt notarij: quãdo ſunt rogati de apellatione in ſcriptis:& poſteà faciũt dictari parti: ſecundũ Bar. in d.l.cõtractus.in l.Gallus.§. idẽ credendũ.ff. de libe.& poſthu.& ideò actus in iudicio
4 nõ recipit ſuppletionẽ,† & maximè in ſentẽtia quæ debet eſſe magis deliberata:ſecundũ Bar.in l. præſes.C.de ſent.& interlo.om.iudi.quẽ ſequitur Bald. & Io.de Imol.in l.j.§.ſinautẽ.ff.de heredi.inſti.Nec obſtat l.actorũ.ff.de re iudi.quia licèt poſsit corrigi mala latinitas incõtinẽti & nõ mutata ſentẽtia, aliàs ſecus:vt ibi habetur.Nõ obſtat etiã ſi dicatur, ꝙ de eodẽ actu poſſunt fieri diuerſæ ſcripturæ ſub diuerſa forma,nec vna vitiat alterã.l.vniuerſ.ff.de teſta.licèt in vna ſcriptura plus cõtineatur quã altera.c.dudũ.de cõuerſio.cõiuga. quia hoc verũ nõ mutata ſubſtãtia ſeu effectus,aliàs ſecus:ſecũdũ Panor.ibi,c.intelligentia.& c.nihil.de verb.ſigni.ſicuti de euangeliſtis dicitur,vt ibi habetur.

ARGVMENTVM.

Scriptura ex his quæ antecedunt & ſequuntur aut comprobari aut improbari poteſt.

Quæſtio DCCXLVI.

QVAERITVR an ſcriptura poſsit cõprobari aut improbari ex pręcedẽtibus vel ſequẽtibus propter raſurã vel interliteraturã?Et dicẽdum eſt ꝙ ſic.l.ſi ſeruus pluriũ. §.fi.ff.de lega. j. ſecundũ glo.& Panor.in c.cũ venerabilis.de religio.domib. & Bar.in l.j.§.fi.ff.de bo.poſſeſ.ſecũdũ tabul.& ita eſt in propoſito:quia arreſta pręcedẽtia & ſequẽtia nõ cõueniũt dictę ſecũdę ordinationi appoſtillatę.

ARGVMENTVM.

Purgatio ſuper bona fama,an delicti probatione excludatur.

SVMMARIVM.

1 *In falſi crimine ex coniecturis procedi poteſt.*

2 *Probatio quæ facit pro inſtrumento in dubio præualet.*

3 *Delicti probatio,bonæ famæ purgationem excludit.*

4 *Teſtibus duobus ſuper affirmatiua deponentibus plus fidei adhibetur, quam centum ſuper negatiua deponentibus.*

Quæſtio DCCLXVII.

QVAERITVR an probatio delicti excludat purgationẽ ſuper bona fama in crimine
1 falſi?Dubiũ facit:†quia in crimine falſi põt procedi ex cõiecturis & ſuſpitionibus.l. vbi adhuc.C. de falſ.& vna pręſumptio tollit aliã.l.diues.ff.de in integr.reſti.& ideò quãdo perſona notarij eſt fidedigna:quis nõ admittitur ad dicendũ inſtrumẽtũ falſum:ſecundũ Bal.poſt glo.in l.maiorẽ.C.de falſ. c. ad audiẽtiã.de pręſcrip.& in dubio potiùs pręſumitur feciſſe per ſimplicitatẽ vel errorẽ quã doloſè: ſecũdũ Bar.in l.quotiẽs.§.j.ff.de hered.inſtit.& ibi A
2 lexã.in addi.allegat.†Et in dubio præualet probatio,quę facit pro inſtrumẽto.l.cũ precibus.de prob. c.illud.de pręſumpt.& maximè quia pręſumẽdũ eſt pro facto iudicis.c.in pręſentia.de renuncia.l.ij. C. de offi.ciuili.iudi.& ibi Alberi.qui notat,quòd pręſumẽdũ eſt pro iudice,ꝙ faciat quod facere debet, & pro hoc allegãt glo. in l.iniuriarũ.§.j.ff.de iniur. & Sali.in l.ab executiõe.C.quorũ appellatio.nõ recipi.& cęteris paribus.præfertur probatio bonæ famæ:ſecũdũ Bar.in l.deſertorẽ.§.ſed ſi ex improuiſo. ff.de re milit.Sed in cõtrariũ videtur veritas in caſu iſto:quia in incertis,&nõ certis locus eſt cõiecturis.
3 l.cõtinuus.§.j.†quia vbi eſt vna probatio delicti, ceſſat purgatio.c.cũ delictis.ca.quotiẽs.§.porrò.de purgatione canonica.c.at ſi clerici.de iudi.pro quo facit:quia teſtes qui deponũt ſuper veritate delicti
4 deponũt ſuper affirmatiua : †& teſtes qui deponũt ſuper purgatiõe deponũt ſuper negatiua,& per verbũ credulitatis.d.c.quotiens.& plus creditur duobus teſtibus ſuper affirmatiua,quã cẽtũ ſuper negatiua:ſecundum Innocen.in cap.ſuper hoc.de renũciatio.& per gloſſ.in l.diem proferre.§. ſi plures.ff. de arbitris. Nec obſtat quod ex aduerſo obijcit, quòd ſit præſumẽdum pro notarijs vel iudice,quòd potiùs

potiùs fecerunt per ſimplicitatem quàm per malitiam:quia hoc verum,niſi ex circunſtantijs aliter appareat.ſecundum Bartol.in dict.l.quoties.quem ſequūtur cōmuniter cæteri: prout in caſu iſto,vbi ſunt quamplures coniecturæ euidentes ſuper dicta falſitate ſuprà declarata quæ dicūtur liquidæ probationes.l.licèt.ff.de lega.j.ſecundum gloſſ.in l.ſi tutor.C.de priuile.tuto.

ARGVMENTVM.

Modus procedendi per commiſſarios magni conſilij Regis in inquiſitionibus faciendis.

SVMMARIVM.

1 *Viſio proceſſus verbalis inquiſitionis partibus facienda.*

2 *Interrogatoria in faciendis inquiſitionibus licèt dari hincinde poſſint, pars tamē contra quem fiunt, viſionem habere non debet.*

Quæſtio DCCXLVIII.

QVAERITVR de ſtylo magni conſilij, quando deputantur commiſſarij ad facien-
1 dum inqueſtam ſeu probationes: † quia primo faciunt eorum proceſſum verbalem ad partem ſuper nominatione teſtium & atiquetis & iuramento
2 præſtito,& de ipſis partes habent viſionem ſeu copiam hincinde:ſecus de interrogatorijs:† quia licèt poſſent dari hincinde.ca.cùm cauſam.ca.per tuas.de teſtib.capit.penulti.eod.titu.lib.vj.tamen pars contra quam dantur interrogatoria:non debet habere viſionem:ſecundum Innocen.in dict.cap.per tuas.deinde domini commiſſarij faciūt eorum examen ſeparatim à proceſſu verbali, & capiunt clericū qui ſcribit ſub dictis: qui retinet originale in papiro:& deinde tranſcribit in pargameno clauſo.

ARGVMENTVM.

Officia an prohibeantur acquiri pecunia.

SVMMARIVM.

1 *Officia pecunia quærere uetitum, & ſub qua pœna.*
2 *Quid ſi preces interuenerint. & nu.5.*
3 *Officia adepti in ingreſſu quid iurare debeant.*
4 *Epiſcopatum qui deſiderat, bonum opus deſiderat.*
6 *Officia proſequi per uiam iuſtitiæ licitum.*
7 *Quid ſi tertius pecuniam dederit?*
8 *Quid ſi officium adminiſtrationem iuſtitiæ habeat?*
9 *Iuſtitia uenalis eſſe non debet.*
10 *Quid ſi pro officio ſeculari pecunia principi detur.*
11 *Papa officia ſua temporalia an uendere poſſit.*
12 *Pro officijs ſecularibus habentibus iuriſdictionem annexā nihil dandum aut exigendum.*
13 *Omnis poteſtas à Deo. & nu.17.*
14 *Officia hodie publicè uenalia.*
15 *Pecuniam ſuper officio mutuare non eſt licitum.*
16 *Officio boni publici cauſa quandoquè vendi poſſunt.*
17 *Iuriſdictionem temporalem qui pecuniam quærit ſimoniacus eſt.*

Quæſtio DCCXLIX.

QVAERITVR an officia ſpiritualia aut temporalia licitè poſſit peti,aut pretio acquiri: & præſertim in vrbe vel in curia principis.
1 Et in † effectu prima facie videretur quòd ſit prohibitum.l.j.ff.ad leg.Iul.de ambit.& l.j.C.eod.titu.aliàs ſi contra fiat,eſt pœna centum aureorum,& infamiæ,vt ibi habetur.& præſertim quando fit clandeſtinè.Si verò detur pecunia per aliquem tertium ignorante principali:de iure ciuili quis non incidit in pœnam:ſecus de iure canonico:ſecundum gloſſ.
2 in dict.l.j.ff.ad leg.Iuliam de ambit. † Et idem eſt quando interueniunt preces clam: quia tunc dicitur ambitio.dict.l.j.C.ad leg.Iul.de ambit.aliàs bene poſſet interuenire pollicitatio palam.l.j.§.j.ff.de
3 pollicit. † Nam in aſſumptione & ingreſſu officij, quis debet iurare nihil dediſſe aut daturum pro adminiſtratione officij per ſe aut interpoſitam perſonā donationis & venditionis:vel alio comiti titulo & quòd nihil accipiunt prætextu officij.l.fin.C.ad leg.Iul.repeten.& licèt gl.in d.l.j.ff.ad leg.Iul.repe
4 tūd.dicat,† quòd bonum opus deſiderat,qui Epiſcopatum deſiderat:non vt præſit: ſed vt proſit.ca.qui Epiſcopatum.viij.queſt.j.pro quo facit gloſſ.in ca.
5 tuam.de ætat.& qualita. gloſſ. diſtinguunt † quando quis ordinatur vel promouetur ſuis precibus quantumcunquè ſit idoneus ſymoniam committit niſi ſit dignus,& indigeat:quia tunc non præſumitur ambitioſus:ſed potiùs propter neceſsitatem. Si verò interueniant preces alienæ carnales pro illo qui eſt dignus,dummodò ordinator non habeat reſpectum ad preces,ſed ad meritum perſonæ: tūc nō eſt reprobatum.Si verò interueniāt preces ſpirituales:tunc eſt permiſſum.vide ibi Panor.qui tenet, ꝙ etiam in officijs tēporalibus habētibus iuriſdictionem etiam hodie eſt prohibitum petere prece vel pretio.vt in auth.vt iudices ſine quoquo ſuffragio.§.j.coll.ij.& in auth.de arg.§.illud.colla.iij.licèt ſit permiſſum proſequi officia per viam iuſtitię, quando quis fuit electus.Bar.in l.Barbarius Philippus.ff.de offi.præto.in repetitio. Vide ſecundū Panor.
6 hodie nō eſt inſiſtendū:† quia tēporale & ſpiritua
7 le venalitici,eſt expoſitum.† Verūtamen quādo tertius dat pecuniā pro beneficio: debet renūtiare.c.ſicut.le ij.de ſimo.Nec obſtat c.ac ſi quæſtiones. eo.tit.vbi debet cōſiderari qualitas muneris:& perſonę dantis & accipiētis:de quo ibi vide.Non obſtat etiā quòd ſit licitū redimere vexationē ſuā.ca.dilectus.l.j.de ſimonia.quia hoc verū quādo quis poſſidet pro iure quæſito:ſecus pro iure quærendo: ſecūdū Inno.& Panor.in c.ad aures.& in c.Matthæus. de ſimonia.Nō obſtat etiā ſi dicatur ꝙ in vrbe Romana ceſſat lex Iulia ambitus, & idem in ſymonia.dict.l.j.ff.ad leg.Iul.de ambit.quia hoc verum ſecundū Bart.in ſimplici officio quod nō habet ad-
8 miniſtrationē iuſtitię: † aliàs ſecus:vt in auth.vt iudices ſine quoquo ſuffragio.& idē Bart.tenet poſt glo.in l.Barbarius Philippus.ff.de offi.pręfect.pręto.
9 to.† quia iuſtitia non debet eſſe venalis. licèt Bal.
10 ibi dicat,† ꝙ quādo datur principi pecunia pro officio ſeculari,ꝙ nō eſt ſimonia: quia iſtud non eſt prohibitū iure diuino,ſed iure ciuili,cui Cæſar nō ſubeſt,† & per cōſequēs Papa poteſt vēdere ſua officia tēporalia abſq; aliqua prauitate. glo.verò in in ca.j.de agnatis.ſuper verbo eccleſiaſticis.in pra-
12 gma.ſanctio.refert de ordinatiōe regia,† quòd pro officijs ſecularibus habētibus iuriſdictionē annexā,nō eſt aliquid dandū vel exigēdū,ne ſubditi grauētur,& iudicia ſubuertātur:quia iuriſdictio eſt ſpi
13 ritualis : † & omnis poteſtas & iuriſdictio à Deo eſt.ad Roma.xiij.licèt malè obſeruetur.Nec obſtat ſi dicatur ꝙ iuriſdictio nō emitur, ſed emuntur ſalaria & ſtipendia ipſius officij. Quia reſpondetur ſecundū glo.ibi, ꝙ ſi quis horū alterum vendit ſine

quo nec alterum prouenit neutrum inuenditũ de-
relinquẽdũ j. q.iij.c.ſi quis. Vnde ſecũdum gl.proh
dolor: † quia palã & pubiicè officia vẽduntur plus
offerenti, quę deberẽt dari virtutis nõ auaritiæ gra
tia viris virtuoſis & literatis: ideò mirũ ſi iuſtitia
cara eſt, longa & periculoſa: quia omnia ſunt cum
pretio. Vide etiã per gl.in proœmio pragma.ſancti.
ſuper verb.ambitiõis.& ſuper verb. cupiditas. vide
etiam per Petrũ Iacobi. in titu. de ſtatu curię. & in
viatore iuris in rubric.ad leg. Iul. de ambitu. Non
obſtat ſi dicatur ꝙ Papa reſeruat vacantia ſeu fru-
ctus primi anni bonorũ vacantiũ quod poteſt fieri
maximè cauſa neceſsitatis:iuxta nota.in ca.ſi pro-
pter delicta.de reſcrip.lib.vj.de quo refert Io. And.
in c.inter cætera.de offi.ordin.quòd fuit factus ſer-
mo in conſilio Viennenſi. vt loco fructuum primi
anni daretur vigeſima pars fructuum beneficiorũ.
Sed prælati qui tunc erant, deliberauerũt contra-
rium:quia tanta vrget inſatiabilitas ꝙ Papa vtrun
que petijſſet.de hac materia aliàs ſcripſi in alio vo-
lumine cauſarũ arduarum : de hoc me remitto ibi.
Adde gl.in l.fi.C.ad leg. Iul.repetũ.in fi.quãdo da-
tur pecunia palã, ꝙ eſt permiſſum:vel quãdo cõſue
tudo hoc habet:vide Gemi.in c.pro humani.§.j. de
homici.lib.vj.& Pari.de Pute.in tract.de ſyndi.ver
ſic.j.quę refert, ꝙ hodie officia ſunt venalia. Adde
15 quòd † nõ eſt licitũ mutuare pecuniã ſup officijs,
quia eſt vſura:ſecundũ ſanctũ Thom.in epiſtola ad
duciſſam Brebanciæ quẽ refert ſumma angelic. ſu-
per verb. officij.& ibi ponit limitationẽ & per Al-
ber.in dictionario ſuper verb.talea. & Ioan. Andr.
in c.peccatũ.in mercu.de reg.iur.lib.vj.& per dom.
Ambro.devinea.in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert.peta.
16 an † officia ex cauſa boni publici poſſunt vẽd. : ſe-
cũdum ſanctũ Thom.vbi ſuprà. Adde ꝙ etiã iuriſ-
7 dictio tẽporalis dicitur ſpiritualis: † & ideò quando
acquiritur pecunia, dicitur ſymonia:ſecũdum gl.in
c.ij.ne prę'a.vice.ſuas.quia omnis poteſtas à Deo.
ad Ro.xij.& in auth.qũo oportet Epi.col.j.in prin.
licèt ſecũdum Inno.Hoſti.& Panor.in c.j.eo.tit.&
in d.c.ij.eſt prohibitũ & turpe lucrũ niſi iuriſdictio
tẽporalis depẽderet à prælato. Attamen Gemi.in c.
prohibemus.de homic.libr.vj.quẽ refert in ſumma
Ange.ſuper verb.dignitas. & ſuper verb. officiũ. ꝓ
officio tẽporali licitũ eſt aliquid dare publicè:ſecus
occultè.& ita ſentit gl.in l.fi.C.ad leg. Iul.repetun.
Bart.verò.in l.ij.C.de murilegu. libr.xj.tenet, ꝙ ille
qui tradit pecuniam pro officio, præſumitur habere
animũ malefaciẽdi, & indebitè lucrãdi.

A R G V M E N T V M.

Officiario exequẽti extra officiũ reſiſtere an licitũ
ſit.

S V M M A R I V M.

1 *Officiario iniuſtè præcipienti reſiſtere licitum. & nume.5.*
2 *Officiario in dubio obtemperandum.*
3 *Vt officiario iniuſtè exequenti reſiſtatur, parentes & ami-
cos conuocare licitum eſt.*
4 *Quid ſi quis occidatur reſiſtendo officiario.*
5 *Quid ſi iudex in caſu ſibi non commiſſo iniuſtè procedat.*
6 *Iudici exequenti ſententiam nullam reſiſtendum.*

Quæſtio DCCL.

QVAERITVR an ſit licitũ reſiſtere offi-
ciario quãdo exequitur extra officiũ. Et in
1 effectu † qñ aliquid pręcipit iniuſtè debet reſiſti: ſe
cundũ gl.in l.quoniã iudices.C.de appell. & maxi-
mè quãdo pręcipit aliquid extra officiũ : ſecũdũ gl.
in l.nõ videtur.§.qui iuſſu.ff.de reg.iur. aliâs debet
obtẽperari officiario exequẽti officiũ ratiõe publi-
ci officij.l.iniuriarũ actio.§.is qui iure public. ff. de
iniur.Cyn.verò in l.ab executiõe.C. quorũ appella
tio.nõ recipi.circa fi.& in l.j.C.vnde vi.tenet ꝙ qñ
eſt tale factũ, quod poteſt reparari, ꝙ debet recurri
vel appellari ad ſuperiorẽ, aliâs ſecus.& ibi tenet, ꝙ
2 in dubio obtẽperandũ eſt officiario.Bar. verò in l.
3 prohibitũ.C.de iur.fiſc.lib.x.tenet, † ꝙ licitũ eſt re-
ſiſtere officiario iniuſtè exequẽtis etiam illis quorũ
intereſt, & ꝙ licitũ eſt cõuocare parẽtes & amicos.
alle.l.deuotũ.C.de metha.lib.xij.& l.ſi quis.ĩ ſerui-
tute.ff.de furt.Eudẽ in effectu tenet Io.de Pla.in d.
l.ꝓhibitũ.licèt gl.in l.vt vim. ff. de iuſti.&iur.tenet
ꝙ nõ eſt licitũ reſiſtere.Bal.verò in l.addictos.C.de
Epiſc.& cleric.tenet, ꝙ parẽtes & amici poſſunt re-
ſiſtere qñ fuit appellatũ, & quis ducitur ad suppli-
cium.vide Bar.in l.ſi ſeruo.C.de hijs qui ad eccleſ.
4 cõfu.† qñ aliquis licitè poteſt capi:ſi ille ſe defende
rit & ĩ certamine occidatur à familia:occidẽs nõ ve
nit puniẽdus, licèt ſit tutiùs ꝙ ĩterueniat mãdatũ ſu
perioris:ſecũdũ Bal.in d.l.addictos. Inno.verò in c.
5 ſi qñ.de offi.deleg.tenet, † ꝙ qñ iudex ꝓcedit iniu
ſtè in caſu ſibi nõ cõmiſſo, ꝙ poteſt ſibi reſiſti, aliâs
ſecus, niſi appelletur, & pẽdente appellatiõe poteſt
ſibi reſiſti.Et in c.dilecto.de ſent.excõ.libr.vj.tenet
ꝙ qñ iudex ꝓcedit iuris ordine nõ ſeruato, põt ſibi
reſiſti.pro quo facit gl.in c.ex literis.de offic.deleg.
6 quę tenet, † ꝙ qñ ſentẽtia eſt nulla tũc põt reſiſti in
executiõe.vide Panor.in d.c ſi qñ.vide l.quẽadmo
dum.§.magiſtratus.ff.ad leg. Aquil.vbi habetur, ꝙ
magiſtratus aduerſus reſiſtentẽ in officio nõ dici-
tur cõmittere violentiã, aliâs ſi exequatur extra offi
ciũ poſſet ſibi reſiſti. vide l. qm̃ multa facinora. C.
ad leg. Iul.de vi.vide glo.in §.& hoc quoq;. in au-
then.vt litigã.iurẽt in exordi.offi.col.ix. ꝙ licitũ eſt
reſiſtere officiario, qñ recuperat vltra modũ, & idẽ
quãdo quis grauatur vltra modũ in perequatione
munerũ & talliarum:ſecũdum Io. de Pla.in l.indi-
ctiones.C.de anno.& tribu.lib.x.

A R G V M E N T V M

Papa ſymoniam committere, & de ſymonia accuſa
ri an poſsit.

S V M M A R I V M.

1 *Papa ſuperiorem non recognoſcit.*
2 *Symonia ſola voluntate committitur.*
3 *Papa recipiendo pecuniam pro prouiſionibus an ſymoniã
committat.*

Quæſtio DCCLI.

QVAERITVR an Papa dicatur cõmitte
re ſymoniã, & an poſsit accuſari de ſymonia.
& dicẽdum eſt ꝙ nõ.ſecũdum glo.in c.ſi quis pecu-
1 niã.79.diſtin. † quia Papa nõ habet ſuperiorẽ. Et
pro hoc facit gl.in c.ex parte.le j.de offi.deleg.quæ
2 tenet, † ꝙ ſola voluntate cõmittitur ſymonia, licèt
faciat differentiã in ſymonia:quia eſt prohibita:&
in prohibitis, quia ſymoniaca.glo.verò in pragma.
ſanctio.in tit.de agnatis.ſuper verb.deferatur.quę-
3 rit † an Papa pro prouiſiõibus beneficiorũ recipiẽ-
do pecuniã cõmittat ſymoniã, & tenet ꝙ nõ : ſecus
in dando.de quo ſe remittit ad Panor.in c extirpan
dę.§.qui verò.in repetitio.de pręb.vide Panor.in c.
j.de ſymo.qui facit certam differentiam.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Officium acceptare an quis cogi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Officium authoritate & utilitate publicum ut acceptetur unumquenque cogi poſſe.*
2 *Quid ſi officiũ ſit authoritate publicũ & utilitate priuatũ.*
3 *Officium iudicandi acceptare ſubditum cogi poſſe.*

Quæſtio DCCLII.

QVAERITVR an quis poſsit cogi ad acceptandum officium vel beneficium. Et in ef
1 fectu † vbi eſt officium publicũ authoritate & vtilitate, tũc poteſt cogi l. nullus. & l. vacuatis. C. de de-
2 curio. libr. x. † Et idem eſt quando eſt officium publicũ authoritate, licet priuatum vtilitate: vt in tutela vel cura: vt inſtitu. de tutel. in prin. & ibi per gl. & doctor. & idem in officio iudicãdi, vel delegãdi, quia quis cogitur acceptare, quando eſt ſubditus. l. j. C. qui pro ſua iuriſdictione. licèt officium iudicandi participet potiùs de munere. quàm honore.

ARGVMENTVM.

De nominationibus officiorum & beneficiorum.

Quæſtio DCCLIII.

QVAERITVR de nominationibus officiorum vel beneficiorum. Et in effectu habetur per gl. in pragma. ſanctio. in tit. de collationib. §. volens. ſuper verbo, nominationes. Et ibi tractat de quadruplici ſpecie nominationis. & inter cætera de nominationibus vniuerſitatum. eod. tit. §. inſuper. & § item ꝙ ad dictas duas. verſic. adiecto. vbi habetur, ꝙ nominati in prima nominatione debẽt præferri nominatis in ſecunda, donec fuerit ſatisfactum primo numero nominatõ:s. Et ita eſt in propoſito in parlamẽtis regni & delphin. quãdo vacãt officia, ꝙ ſunt ſoliti nominari tres de magis idoneis & de ſuppoſitis, ita ꝙ debẽt præferri nominatis in ſecunda nominatione, quando vacat aliud officiũ.

SVMMARIVM

1 *Interrogatoria fieri poſſunt quando iudex ab æquitate moueatur.*

Quæſtio DCCLIIII.

QVAERITVR redeundo ad cauſam dicti domini Caſſenatici contra dictum dominum præſidentẽ Palmerij vbi nouiſsimè pro parte dicti Palmerij fuit data requeſta in magno cõſilio, in qua narratur poſtquàm partes per areſtum fuerunt appointeés contraires, & enqueſte. & ꝙ conuenit extrahere per quãlibet partium leurs faictz pro batifz de leurs eſcriptures. petendo idem Palmerij inſequendo cõmunem ſtylũ obſeruatũ in ſupremis curijs per quẽ quælibet partiũ tenetur facere ſua facta quod poſsit facere dicta eius facta ad finẽ ipſa concordandi & procedendi in dict. inqueſta ſicuti rationis eſt. Et præfatum magnum conſilium audita parte dicti Caſſenatici in contrarium viſa dicta requeſta, & audito ſuper hoc raportu facto per magiſtrum Petrũ de ſancto Andræa cõſiliarium ordinarium & cõmiſſarium in hac parte fuit dictum ꝙ partes cõncord..bunt eorũ facta, deuers le greffe. & poſt modũ tradãtur cõmiſſarijs pro faciendo inqueſtam ſuper eorum factis. Et aliter ſicuti per areſtum aliàs fuit dictũ per dictũ magnum conſilium. Datũ Orleanis die xxiiij. mẽſis Septembris. Et deinde dictus domin. Petrus de ſancto Andræa cõmiſſarius ſecum portauit boytã petiarum recognitarũ. per dictum Palmerij ac etiam literas dictæ ordinationis adiudicationis bonorum Andreæ de monte Ruſo, quæ impugnãtur de falſo productas per dictũ Palmerij priùs dimiſſa copia collationata & tabellionata in præſentia procuratorũ partiũ penes grapha riũ, eo modo quo cõtinetur in originali pro tutiori cautela & ſecuritate commiſſarij & partiũ. Et ideò quia oportet iudicẽ cuncta rimari. c. vlt. xxx. q. vlti.
1 Et † vbicunque mouet iudicẽ æquitas, poſſunt fieri interrogatoria. l. vbicũque. ff. de interro. act. Et per conſequens ad maiorẽ declarationẽ articulorũ declarantium media falſitatis incipien. à ſes tins. traditorum pro parte dicti domini Caſſanetici aduerſus dictas literas ordinationis productas pro parte dicti domini erit bonum dare requeſtã pro parte dicti domini Caſſanetici ad dandum interrogatorium an dictus Palmerij intendat auoare pro vera dictam ordinationẽ per ipſum productam purè & ſimpliciter: iuxta theoricã Bart. in l. diuus. la j. ff. de falſ. Et pariter ad dandum articulos latiùs declarãtes dictã falſitatẽ, videlicet qualiter dicta ordinatio per dictum Palmerij producta fuit leuata mediatè aut immediatè à dicta ordinatione apoſtilata per dictum præſidentẽ. Item ꝙ ſi conſtet & appareat ꝙ in libro manuali ſeu memoriali ordinationũ prima ordinatio fuerit cancellata hoc fuit ex cauſa: quia fuit regiſtrata in manuali cauſarũ ſeu inſtantiarũ per graphariũ ſeu eius ſubſtitutũ. Item ꝙ ſi conſtet & appareat, ꝙ dicta prima vna ordinatio, quæ fuit recitata in audientia & regiſtrata in manuali cauſarũ fuerit cancelata, & à margine fuerit deſcriptũ error, vide ordinationẽ poſt inſtãtias huius diei tentas hoc fuit ex falſa cauſa abſque mandato curiæ, & etiã per interuallum tẽporis & dierũ attento quia in libro ſeu manuali ordinationum vbi dicta prima ordinatio repeditur ſcripta nihil reperitur de ſcriptũ à margine nec pariter in folio papyri. vbi inſcribitur dicta prima ordinatio & etiã ſecunda apoſtilata per dict. præſidentẽ nihil deſcribitur à margine dictæ primæ ordinationis, nec ibi fit aliqua mẽtio de illa apoſtila error. Item ꝙ dicta ſecũda ordinatio apoſtilata per dictũ præſidentẽ fuit de ipſius mãdato regiſtrata per graphariũ cauſę ſeu eius ſubſtitutum in manuali cauſarum poſt inſtantias diei anni domini 1496. die viiij. mẽſis Iulij. licèt dicta regiſtratio fuerit facta poſt d. ctã datam primæ ex interuallo dierũ. Et ideò expedit ꝙ præmiſſa deducẽtur vel per modũ articulorũ vel interrogatoriorũ ad maiorẽ probationẽ dictę falſitatis. Item etiam ſi conſtet & appareat in pede dictę ordinationis productę per dictũ pręſidentẽ fuiſſe nominatos & deſcriptos aliquos ex dominis cõſiliariorũ dictę curię fuit tamen abſq; eo & præter id quod fuerunt præſentes & abſq; eo quod omnes conſentierit dictæ ordinationi per modum ibi contentum: & ſi fuiſſent pręſentes, nõ potuiſſent fieri quin audiuiſſent. Et ideò deliberetur ſi pręmiſſa deducuntur vel non: & ſi erit vtile viſitare dicta manualia vel ne: propter illas cancellaturas & apoſtilam ſupra mentionatam, licèt etiã eſſet bonum viſitare ad demonſtrandum, ꝙ termini dictæ cauſæ ante & poſt dictã ordinationem non conueniunt dictæ ordinationi apoſtilatæ de cuius falſitate agitur.

SVMMARIVM.

1 *Quid ex æquipolentibus fiat nihil refert.*
2 *Appoſtilam fabricatam qui in actis redigi curat, falſum cõmittit.*
3 *Ordinatio falſa è libro actorum obliteranda eſt, & in publico comburi.*

Quæſtio DCCLV.

QVAERITVR quia dicta ordinatio producta pro parte dicti præſidentis reperitur regiſtrata in camera computorum Delphina. & pariter deuiat in aliquibus ab ordinatione per dictum præſidentem poſtilata & etiam ab illa quę fuit regiſtrata in manuali cauſarum de pręcepto ipſius pręſidẽtis. ideò ſi in aliquo releuat d. præſidentẽ. & videretur dicendũ, quòd non, quia dicta ordinatio per ipſum producta fuit leuata mediatè aut immediatè à dicta ordinatione per ipſum appoſtilata, &
1 non † refert quid ex equipollentibus fiat l. ſi mater. C. de inſtitu. vel ſubſtitu. & ex quo dicta ordinatio appoſtilata eſt reprobata: debent eodem modo reprobari aliæ literæ ſubſecutæ: iuxta notata, in cap.
2 fraternitatis. de hæreti. Præterea † ex quo dictus pręſidens præcepit redigi in actis dictam ordinationẽ appoſtilatam & fabricatam incurrit pœnam falſi, ſecundum Bart. in l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. Et
3 ideò dicta ordinatio fabricata eſt ſuſpecta de falſo debet deleri & abradi à dicta camera computorum cùm ſit Archiuũ publicum Anth. ad hæc. C. de fide inſtrumen. quia tales ſcripturæ ſuſpectę de falſo & reprobatæ, debent comburi in publico & terminari: iuxta not. per Innocen. in dict. c. fraternitatis. & per doctor. in l. acta. ff. de re iudic.

ARGVMENTVM.

Accuſatore lite pendente in cauſa criminali mortuo quid agendum.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatore mortuo an accuſatio & inſtantia ſopiantur.*
2 *Accuſator renuntians accuſationi quod iudex illius uicet ſuppleat.*
3 *Quid accuſator moriatur.*
4 *Scelere queſita an penes hæredẽ remanere debeant.*
5 *Reus abſolutus ab obſeruatione iudic ,quòd ſuper eadem inſtantia in ius uocandus non ſit.*
6 *Reo accuſato mortuo perimittitur inſtantia, & pœna extinguitur.*
7 *Accuſatore mortuo inſtitutam accuſationem ex officio & ſummariæ proſequi poteſt.*
8 *Quid ſi reus & accuſator pacem fecerint?*
L. ij. C. de abolition. intellectus. & numer. cc.
9 *Quid ſi extraneus proſequi noluerit?*
10 *Accuſatore mortuo an acta omnia pereant.*

Quæſtio DCCLVI.

QVAERITVR quia dictus pręſidens ab humanis deceſsit, vt fertur lite pendente: an extingatur crimen ſeu pœna maleficij, & an eius hæredes teneantur etiam vltra vires hęreditarias ad examinadum animam defuncti ſaltem quò ad pœnam pecuniariam damna intereſſe & expenſas. Et quia dictus præſidẽs erat accuſatus ſeu reus in cauſa ſchedulæ accuſatorię dicti domini Chaſſanetici Sed eius præſidens erat accuſator in libello iniuriæ per ipſum dato contra dictum dominum Chaſſanetici: ideò erit videndum an mortuo accuſatore pereat accuſatio ſeu inſtrumenta, & an tranſeat actio iniuriæ ſeu ex maleficio ad hæredem actiuè. Et in
1 effectu † videtur dicendum, quòd non pereat accuſatio. l. accuſatore. in princip. ff. de public. iudic. l. libellorum. §. fina. ff. de accuſa. Et ideò ſecundũ Bar. in d. l. accuſatore. iudex iſto caſu poteſt proceſſum proſequi & ipſum finire & terminare. Et idem tenet in l. inter accuſatorem. ff. de public. iudic. Nec obſt. dict. l. libellorum. §. fina. vbi nomen rei debet aboleri accuſatore defuncto, licèt poſsit repeti per aliu infra xxx. dies: quia ibi loquitur in alio caſu quando libellus non bene fuit formatus. Et ideò hoc nõ obſtante iudex poteſt proſequi, nec requiritur nouus libellus: ſecũdum glo. in l. vt priuati. ff. ad Turpillia. Et pro præmiſsis facit l. ij. C. de aboli. & ibi
2 Barto. † quòd licèt pars accuſationi renuntiet: tamen iudex pro officio ſuo poteſt perquirere veritatem ſuper ipſa accuſatione vt delictum puniat & eodem modo poteſt producere teſtes quando accuſator non producit. & idem tenet in l. j. §. fina. ff. de quæſtio. quia iudex ſupplet deffectum accuſatoris & etiam pro reo quando non defendit. l. ſi non de-
3 fendantur. ff. de pœn. Nec obſtat ſi dicatur † quòd mortuo accuſato perimitur inſtantia. l. publica. & l. defuncto. ff. de publi. iudi. & l. crimen. ff. de pœnis. etiam in crimine falſi. l. cùm falſi. ff. de falſ. & l. ſi quis. eodem titul. & l. ij. & iij. C. ſi reus vel accuſa-
4 tor mortuus fuerit: † niſi quatenus aliquid eſſet ſcelere quæſitũ penes hæredem: quia tunc talia lucra turpia non debent remanere penes hęredem. l. in hęredem. ff. de calumnia. ergo eodem modo in accuſatore mortuo quòd pereat inſtantia. l. fina. C. ſi reus vel accuſator mortuus fuer. Et ibi gloſſ. quòd debet nomen rei aboleri, licèt alius poſsit accuſari. Quia ad iſtud reſpondetur ſecundum Barto. in d. l. libellorũ. §. fin. hoc verũ niſi iudex velit proſequi. d. l. accuſatore: aliàs nõ neceſsitatur. l. non quicquid. ff. de iudi. & maximè de iure canonico iudex poteſt proſequi ſi velit. allegat ca. primũ & ſecundũ. de colluſi. deteg. Ange. verò in d. l. accuſatore. tenet quòd licèt accuſatore mortuo iudex poſsit proſequi: non tamen ex eadem inſtantia, per dict. l. liberorum. §. fi-
5 nal. in fi. & ibidem tenet † quòd quando iudex abſoluit reum ab obſeruatione iudicii, non poteſt reddiri ad eandem inſtantiam: ſecus ſi non fuerit abſolutoria. Et ita intelligit glo. in dict. l. vt priuati. veruntamen idem Angel. in dict. §. fina. tenet quòd quando alius vult accuſare, quòd non tranſit inſtãtia ad alium: ſecus quando iudex vult proſequi ex officio: quia tunc poteſt ex eadem inſtantia proferre ſentẽtiam. & in hoc eſt differentia inter reum
6 accuſatum, quando moritur: † quia tunc perimitur inſtãtia & extinguitur pœna dict. l. defuncto. ſecus in accuſatore: quia iudex poteſt proſequi ex officio.
7 Ioan. verò de Imol. in dict. l. accuſatore. tenet † quòd accuſatore mortuo iudex ex officio poteſt proſequi & ſummariè. & pro hoc allegat. Cyn. in d. l. ij. C. de
8 abolitio. vbi licèt accuſator & accuſatus faciãt pacem ad inuicem: tamen iudex ex officio poteſt proſequi etiam ex eadem inſtantia, & quòd ſit ſpeciale vt delicta non remaneãt impunita: licèt ſi volet poſ-
9 ſet inchoare nouam inſtãtiam † quid autem in extraneo vo-

traneo volente proſequi: & dicendum eſt quòd [illegible]teſt infra xxx. dies ex eadẽ inſtantia. de quo ibi latiùs per Ioan. de Imol. glo. verò in dict. l. final. C. ſi reus vel accuſator mort. fuerit. ſuper verbo, abijcit.
10 tenet † ꝙ omnia acta pereant mortuo accuſatore, & ſic dicta teſtium & omnia alia acta: licèt ſecundum Bald. ibi aliqui velint tenere, quòd non pereãt acta quin iudex ex officio poſsit procedere. & pro hoc allegat dict. l. ij. C. de abolitio. ſed ipſe Bald. re-
11 ſpondit ad dict. l. ij. † quia loquitur quando non fiebat debita proſequutio defectu mali accuſatoris: ſecus in caſu iſto quando accuſator moritur: quia deficit accuſatio caſu fortuito. Salic. verò in dict. l. final. facit differentiam quando reus pendente lite moritur in publico crimine: quia tunc extinguitur crimen & inſtantia: ſecus in accuſatore: quia bene alius poterit proſequi: allegat dict. l. libellorũ. §. fina. Ang. verò in dict. l. fin. tenet quòd accuſatore mortuo vel deſiſtente iudex poteſt proſequi. Albe. verò in d. l. fi. tenet quòd licèt mortuo accuſatore extinguitur crimen, & perit inſtãtia: quia extinguitur in totum: ſecus mortuo accuſatore: quia non perit in totum, cùm poterit accuſari. dict. l. libellorum. §. final.

ARGVMENTVM.

Accuſatio an ad hæredes tranſeat.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia ad hæredes tranſit.*
2 *Hæredes accuſati quòd & pro eorum intereſſe, & pro purganda defuncti infamia proſequi poſſunt.*
3 *Quid de hæredibus accuſatoris, an poterit agere ut accuſatus crimen commiſiſſe declaretur.*
4 *Sententia contra defunctum an ferri poſsit.*

Quæſtio DCCLVII.

QVAERITVR an mortuo accuſatore tranſeat accuſatio ſeu inſtantia ad hæredes. Et in effectu videretur prima facie dicendum ꝙ ſic:
1 quia † inſtantia tranſit ad hæredem. l. ſi eum hominẽ. ff. de fideiuſſo. ſicuti etiam dicitur quòd iudex poteſt prouidere ex officio. d. l. accuſatore. ff. de public. iudic. & pariter extraneus poſſet accuſare ſaltem in alia inſtantia. dict. l. libellorum. §. fina. ff. de accuſa. prout pleniùs in præcedenti quæſtione fuit tactum. Adde l. vtique. ff. de re. vendi. vbi re perempta fertur ſententia propter fructus partus & alia
2 acceſſoria. Præterea in caſu ècõuerſo † reo mortuo hæredes poſſunt proſequi pro eorum intereſſe, & pro purganda infamia defuncti. per tex. vnicum in iure. l. filio. §. Seia. ff. de adimen. lega. ſecũdum Bal. in l. j. C. ex delictis defuncto. & per Alexan. de Imo. in additi. ad Barto. in l. ex iudiciorum. ff. de public. iudic. quia hæredes defuncti poſſunt petere quòd declaratur defunctum non commiſiſſe delictum. Er-
3 go † eodem modo poſſunt proſequi hæredes accuſatoris vt declaretur dictum reum cõmiſiſſe delictũ vt cõtrariorum ſit eadem diſciplina. l. j. ff. de his qui
4 ſunt ſui vel alieni iur. Nec obſtat ſi dicatur † ꝙ nõ poteſt fieri ſententia contra defunctum. l. fi. C. quæ ſenten. ſine appel. & maximè in criminalibus vbi ſententia debet fieri in perſonam principalis: iuxt. nota. per Bart. in l. nihil. & l. nulla. C. de procurato. facit quod habetur per gl. & doct. in §. per cõtrariũ. inſtitu. de hæred. quę ab inteſta. Et maximè quando fit ſententia declaratoria delicti: iuxt. no. per Cępol. conſi. xvij. Veruntamen quò ad pœnam talionis videretur dicendum quòd hæredes accuſatoris nõ teneãtur proſequi: quia extinguitur crimen per mortem accuſatoris. l. fina. C. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit: iuxt. no. per Bart. in d. l. libellorum. §. fi. & pro hoc facit l. ij. C. ſi re. vel accuſa. no. quia non imponitur neceſsitas accuſatori proſequendi mortuo reo.

ARGVMENTVM.

Accuſatore obdormiente in domino an actiones etiam non intentatę actiuę ad hæredes tranſeant.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum non niſi lite conteſtata ad hæredes trãſit.*
3 *Actio in priuatis delictis hæredi non contra hæredem datur.*
4 *Actionẽ duplicem in criminibus oriri regulare: criminalem ſcilicet, & ciuilem.*
5 *Accuſatus ſi cedat in fatis ante litem cõteſtatam ſiue poſt, iudicium expirat & fiſcalis pœna.*
6 *Accuſatus ſi lite conteſtata in priuatis criminibus moriatur, quòd contra defuncti hæredes ciuiliter agi poſsit.*
7 *Quid ſi publico iudicio ageretur non concludendo ad punitionem.*
8 *Actio pœnalis in publicis iudicijs reo mortuo non datur, nec etiam lite conteſtata contra hæredem.*
9 *Damnatus de publico crimine ſiue ciuiliter agatur ſiue criminaliter infamiam incurrit: ſecus in priuato.*
10 *Actiones criminales ut quæ ad uindictam ſint lite non inchoata ad hæredes non tranſeunt.*
11 *Ius accuſandi pro delicto priuato quomodò in hæredem tranſeat.*

Quæſtio DCCLVIII.

QVAERITVR an mortuo accuſatore vel etiam ante accuſationem propoſitã tranſeant actiones actiuè ad hæredes. Et in effectu prima fa-
1 cie videtur dicendum † quòd pœnales actiones competant hæredibus actiuè. §. non autem paſſiuè verſicul. pœnales. inſtitut. de perpetu. & tem-
2 poral. actio. † Excepta actione iniuriæ, quæ tendit ad vindictam, quæ non tranſit ad hæredem ante litem conteſtatã, vt ibi habetur. Sed poſt litem conteſtatam bene trãſit. l. ſi eum. §. iniuriarum. ff. ſi qui. cautio. de quo ibi per Ioan. Fab. & per Ange. Aret. vnde ſecundum Ioan. Fabr. ibi in dict. §. non autem. poſt gloſſ. † in maleficijs priuatis vel quaſi bene cõpetit actio hæredi: ſed non contra hæredem iudicis, quando iniuſtè pronunciauit. l. Iulianus. la j. ff. de iudic. & præmiſſa procedũt in delictis priuatis quando agitur ciuiliter: quia tũc tranſit actio pœnalis actiuè ad hæredem. Si verò ageretur criminaliter in delictis priuatis, quod poteſt fieri. l. interdum. ff. de publi. iudic. l. fina. ff. de priua. delict. quia
4 regulariter † in criminalibus oritur duplex actio, videlicet criminalis & ciuilis. l. vnica. quando ciuil. actio. criminal. pręiudicat: nec vna tollitur per aliam, niſi quando ambæ tenderent ad vindi-
5 ctam. l. prætor edicit. ff. de iniurijs. Et iſto † caſu quando accuſator vel reus morirentur, ſiue poſt litem conteſtatam, ſiue ante expirat iudicium & pœna fiſco applicanda. & hoc quando reus moritur:

vt eſt caſus in l.ex iudiciorum.verſicu.ex cæteris.ff. de accuſatio.& ibi gl.ſuper verb.accuſatio. Et hoc ibi ſequitur Bart.in fin.quia in hoc nõ eſt differentia inter publicum crimen & priuatum: vt ibi habetur.Et hoc etiam tenent Cyn.Bart.Bald. & cæteri. in d.l.j.C.ex delict.defunct. Io.Fab.& Angel.Are. in dict.§.pœnales.aliás non autem.Inſtit.de perpe.&temp.act.&ita etiã tenet Io.de Imol.in dict.l.interdum.& hoc de actionibus quæ ex delictis naſcũ
6 tur extra cõtractum. † Veruntamen iſto caſu in crimine priuato quando accuſatus moritur lite conteſtata poteſt agi ciuiliter contra hęredem defuncti: ſecundum Ioan. Fab.in dict.§.non autem. Inſtitu. de perpetu.& tempora.actio.allegãt d.l.ex iudicio-
7 rum.verſic.ex cæteris.ff.de public. iudic. † Veruntamen quando agerentur publico indico ciuiliter non concludendo ad punitionem corporis: ſed pro intereſſe:tunc hæc actio tranſit contra hæredẽ, ſiue ſit publicum delictum ſiue priuatum: ſecũdum Io. Fab.vbi ſuprà.& ita intelligit l.j C. ex delictis defuncto.& l. defuncto.in fi.ff. de publi.iudic. ſed gl. inſtit.de perpetu.& tempor. actio.§.pœnales.ſuper verb.ex maleficijs.& in d.l.vnic. ex delictis defun-
8 cto inquantum hęredes conueniuntur:tenet † ꝙ in publicis iudicijs quòd mãdatur actio pœnalis neç contra hæredes etiam lite conteſtata niſi in caſibus exceptis,&ibi loquitur quãdo agitur ciuiliter:quia tunc dicitur actio pœnalis,& iſtam partem videtur tenere Io.de Imol.in dict.l.defuncto.circa fin.dum alleg.not.in l.j.ff.de priuat.delict. Præterea eſt etiã alia differentia inter crimen priuatũ & publicum:
9 quia † damnatus de crimine publico ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter incurrit infamiam:ſecus in crimine priuato.l.infamem.ff.de public.iudi.cum ibi notatis per glo.& doctor.Et licèt Bart.in l.fi.ff.de priuat.delict.voluerat dicere ꝙ ius accuſandi de priuato caſu non tranſeat ad hæredem vt hæredem:quia non erat in bonis defuncti.l. iniuriarũ. ff.de iniur. tamen hæres bene poteſt accuſare tanquã perſona cuius intereſt, & qui proſequitur propriam vindictam,cùm proſequitur iniuriam defuncti.l.j.§.ij. ff. de iniur. Veruntamen Bald.in d.l.j.C.ex delict. de-
10 funct.circa fi.tenet cõtrarium: † quia omnes actiones criminales ſunt ad vindictam: & ideò lite non inchoata non fit tranſmiſsio: quia debet intereſſe tempore delicti.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de no
11 xa.actio. Adde Bart.in l.fin.ff de priua. delict. † ꝙ ius accuſandi pro priuato delicto non tranſit ad hæredem, vt hæredem: ſed bene tranſit tanquàm ſua intereſt:quia proſequitur vindictam.

ARGVMENTVM.

Accuſatus ſi moriatur ante ſentẽtiam,an iudicium perimatur.

SVMMARIVM.

1 *Accuſati mortuo ante ſententiã quòd iudicium extinguatur ſiue delictum priuatum ſit:ſiue publicum,& criminaliter agatur.*
2 *Quid ſi agatur pœna pecuniaria.*
3 *Quid ſi fuerit appellatum & accuſatus appellatione pendente moriatur,iudicium non extinguitur.*
4 *Idem ſi accuſator moriatur.*

Quæſtio DCCLIX.

QVAERITVR an mortuo accuſato in delictis ſiue publicis,ſiue priuatis ante ſententiam an perimatur iudicium ſeu pœna delicti, ſiue agatur de pœna corporali, ſiue pecuniaria. Et
1 in effectu † quando agitur criminaliter videtur dicendum quòd ſic.l.publica.l.defuncto.ff.de publi. iudic.l.ex iudiciorum. ff. de accuſationib. exceptis caſibus ibi declaratis.l.crimen.ff.de pœnis.& idem eſt in delicto priuato,ſicuti in publico.quãdo agitur criminaliter:ſecundum glo.in dict.l.ex iudiciorum.quem ibi ſequitur Bartol.& Ioan.de Imol. in
2 dict.l.defuncto.† Et idem eſt quãdo agitur de pœna pecuniaria,quæ etiam non tranſit contra hæredem,maximè ante ſententiam: ſecundum opinionem Cyprian.in dict.l.defuncto.quam ibi ſequitur Barto.& etiam ibi Ioan.de Imol.& Bald.Salice.& Angelus in dict.l.j.C. ex delict.priuat. Nec obſtat
3 l:fin.C.ſi reus vel accuſator mortuus fuerit. † quia ibi fuerat lata ſententia, vbi fuerat facta expreſſa mentio ademptionis bonorũ:quo caſu ſi fuerit appellatum,tunc tranſit pœna ad ademptionẽ bono-
4 rum ad hæredem.Et idem eſt in accuſatore: † quia ſi pendente appellatione moriatur:quia tunc diſtinguitur,an reus fuerat condemnatus qui appellauerat,& tunc procedit.dict.l. fina. Si verò reus fuerat abſolutus,& accuſator appellauerat,qui erat condemnatus ad pœnam taliõis: tunc iſto caſu eadem diſtinctio ſeruatur in accuſatore quæ ſeruatur in accuſato:ſecundum Barto.in l.libellorum.§.final. ff. de accuſato.Et iſtam partem tenet Ioan.Fab.inſtituta de perpetu.& tempora.actio. §. non autem. licèt ibi referat quòd doctores communiter tenent opinionem,Angeli. Sed pro opinione prima facit l.ex iudiciorum.in fin.ff.de public.iudic. & alia iura ibi per ipſum allegata.Et iſtam partem etiam tenet Bald. in d. l. j.C.ſi ex delict. defuncto.& etiam Angel.Aretin.in dict.§.non autem. & iſta videtur communis opinio ex quo ſunt plures doctores famati qui ſequuntur gloſſ. iuxta notata per Iacob. Butrig.in l.j.ſi quis pro ſua iuriſdic.dare dariue.Et per Barto.in l.fina.C.de pœna iudic.qui malè iudi. Adde Ioannem Fab.poſt gloſſam,inſtitu.de hæredibus quæ ab inteſtat.§.per contrariũ . quòd etiam in caſibus in quibus poteſt in delictis procedi poſt mortem defuncti. tamen delicta non tranſeunt in hæredem:quia hæres accuſator damnaretur.& ibi etiam tenet, quod non eſt differentia inter publica & priuata iudicia, quando quæritur criminaliter:quia nulla tranſeunt in hęredẽ. licèt talis actio in priuato delicto tranſeat ad hæredem, lite conteſtata.& idem in publico iudicio quatenus cõtra hęredem datur.

ARGVMENTVM.

Pœna pecuniaria extinguitur reo moriente pẽdente tempore dato ad appellandum.

Quæſtio DCCLX.

QVAERITVR quando reus condemnatus etiam in pœna pecuniaria.Et deinde pendente tempore appellandi moritur,an extinguatur pœna?& dicendum eſt quòd ſic. quia idem operatur quando

tur, quando pendet tempus appellandi, ac ſi fuiſſet appellatum ſecundũ glo. ſingularẽ. in l. ex iudiciorum. ff. de publi. iudic. quam cõmuniter ſequuntur docto. licèt Barto. ibi aliâs videatur ſenſiſſe de quo per Ioan. de Imol. in l. defuncto. ff. de public. iudic. & per Salic. in l. fina. C. ſi reus vel accuſa. nõ fuerit.

ARGVMENTVM.

Pœna tranſit in hæredem rei qui delictum fuit confeſſus.

SVMMARIVM.

1 *Agitur pro interſſe contra hæredem damnati ad mortem.*
2 *Sententia quando retrotrahatur.*
3 *Concluſſum eſſe in cauſa, & ſententiam eſſe latam, paria ſunt.*

Quæſtio DCCXLI.

QVAERITVR quando reus accuſatus confeſſus fuit delictum ante litem conteſtatam vel poſt, an tranſeat pœna ad hęredem. Specu. in tit. de accuſa. in quarta parte. §. qualiter. verſicu. quid ſi latro. tenet quòd ſic. & ibi per Ioan. And. in additio. facit certam diſtinctionẽ an confeſsio fuerit facta præſente parte, vel ne: iuxt. l. certũ. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. Et ibi tenet quòd licèt damna-
1 tus ad † mortem fuerit exequutus, tamen poteſt agi contra hæredes damnati pro intereſſe. Iſtam partẽ etiam tenet Bart. in l. j. ff. de priua. delict. iſtam partem etiam tenent Bald. Salic. & Ange. in dict. l. j. C. ex delictis defuncto. Et ibi tenet Bald. quòd idem
2 eſt, quãdo fuit cõcluſum in cauſa: quia † liquidato & probato maleficio ſi ſequatur ſentẽtia poſt mortem accuſati, tunc ſententia ſubſequuta retrotrahitur. facit quod habetur per Bald. in l. error. C. de iu-
3 ris & fact. ignoran. quia paria ſunt eſſe † cõcluſum in cauſa, vel eſſe ſententiam latam. Et ita etiam ſequitur Angel. Are. in dict. §. non ſolùm. & Ioan. de Anan. in c. in literis. de raptor.

ARGVMENTVM.

Reo ante ſententiam mortuo eius hæredes poſſunt purgare eius infamiam: & proſequi vt procedatur ad ſententiam.

SVMMARIVM.

1 *Inquiri poſt mortem rei de pœna delicti an poßit.*
2 *Hæres defuncti poteſt petere declarari defunctum non commiſſe delictum.*
3 *Equalitas in iudicijs ſeruanda.*

Quæſtio DCCXII.

QVAERITVR an hæredes rei qui moritur ante ſententiã poſsint proſequi poſt mortẽ accuſati pro eorũ intereſſe pro purgãda infamia ſeu innoſcẽtia defuncti, ita quòd poſſunt proſequi vt procedatur ad ſententiam. per text. ſingularem in l. filio. §. Seia. ff. de adimen. lega. licèt glo. ibi det alium intellectum. Verũtamen Salic. in l. j. C. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit. videtur tenere cõtrarium: quia quando accuſatus moritur ante ſenten-
1 tiam: amplius † non inquiritur de pœna homicidij ſeu criminis. l. ij. C. ſi reus vel accuſator mort. fuerit. nec imponitur neceſsitas accuſatori proſequendi. & ſic iudicium non debet claudicare: licèt Alexan. de Imol. in addit. ad Barto. in l. ex iudiciorum. ff. de public. iudic. teneat opinionem Bald. & ibi tenet, ꝙ
2 hæres defuncti † poteſt petere quòd declaretur defunctum non commiſiſſe delictum, per dict. §. Seia. veruntamen gloſſ. in dict. §. Seia. tenet quòd accuſatio fiebat incidenter vel ſecundũ aliã lecturã accuſabat criminaliter quò ad bona tantũ. Et eodẽ modo poſſet idem dici ꝙ accuſator poſt mortẽ accuſati poſsit ꝓſequi cõtra hæredes defuncti pro intereſſe & expẽſis. argu. l. vtiq;. ff. de rei vẽdi. cum ibi nota.
3 quia † æqualitas in iudicio debet ſeruari. l. fina. C. de fruct. & litium expenſis. & poterit etiam inſtare petere declarari defunctum deliquiſſe: quia iſto caſu non fertur ſententia in perſonam defuncti. facit quod habetur per glo. in §. per contrarium. inſtitu. de hæred. qui ab inteſta. deferuntur.

ARGVMENTVM.

Pronuntiandum contra hæredem ex eadem inſtantia in caſibus, in quibus pœna delicti tranſit poſt mortem defuncti.

Quæſtio DCCLXIII.

QVAERITVR in caſibus, in quibus pœna delicti tranſit poſt mortem defuncti ſiue in delictis publicis iuxta l. iudiciorum. ff. de public. iudic. ſiue in delict. priuatis lite conteſtata, & alijs caſibus ſpecialibus, de quibus in l. j. C. ex delicto defuncto in quantum hæred. cõueniant. an tranſeat eadem inſtantia contra hæredem, & ſit pronũtiandum ex eadem inſtãtia: & dicendum eſt, ꝙ ſic. l. ſciendum. ff. de actio. & obliga. ſecundum Cyn. Bald. & Salice. in dict. l. vnic. adeò quòd ſecundum Cyn. ibi non poſſet noua inſtantia inchoari à capite. allegat l. penul. ff. de regu. iur. facit quod habetur in l. accuſatore. ff. de publicis iudic. & qualiter concipientur verba ſententiæ, vel defenſionis mortuo defuncto, ſe remittit Bald. in dict. l. vnic. ad not. per glo. in l. ſi ſeruus. in fi. ff. de bon. autho. iudi. poſſidend. ibi dum dicitur, defunctum defendas: id eſt, ſecundum glo. hæreditatem nomine defuncti, aliâs nullum eſſet iudiciũ, ſeu defenſio. l. deferre. §. cùm abſentem. ff. de iudic. faciunt not. per Bart. & cæteros in l. nihil. & l. nulla. C. de procurat. & per glo. in §. per contrarium. inſtitu. de hæredi. quæ ab inteſta. & per Cæpol. conſil. xvij.

ARGVMEMTVM.

Contumacia & ſubterfugia defuncti faciunt litem haberi pro conteſtata adeò vt actio ſit tranſitoria contra hæredes: in delictis tamen priuatis quando agitur ciuiliter.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus l. j. ff. de requir. reis.*
2 *Preparatio litis quando ſufficiat ut actio ſit tranſitoria contra hæredes.*

Quæſtio DCCLXIIII.

QVAERITVR quãdo ſtetit propter ſubterfugia vel contumaciam defuncti adeò ꝙ non potuit lis conteſtari: ita quòd proceſſum eſt cõtra reum ad primum decretũ, an habeatur pro lite conteſtata: vt faciat actionem tranſitoriam contra hæredes. & dicendum eſt quòd ſic in delictis priuatis quando agitur ciuiliter. l. vt perfectiùs. C. de an-

nal.except.aut ſaltem ex iuſta cauſa petẽdi in integrum reſtitu.l.j.ff.ex quib. cauſ. maior. ſecundum Bart.in l.j.ff.de priua.delict.Nec obſtat l.j.ff.de re-
1 quirend.† reis.vbi quando agitur in crimine graui per annotationem bonorum, & mortuus ſit intra annum cauſa criminis expirat & perit, & bona eius ad ſucceſſores tranſmittuntur: quia ſecundum Barto. in dict.l.j.ff.de priua.delict.loquitur in iudic.public.in quibus non ſufficit conteſtatio litis,ſed requiritur ſentẽtia.l.ex iudiciorum.ff.de publi.iudic. & idem ex forma ſtatuti poſſet procedi in delictis contra abſentem:quia tunc tranſiret pœna contra hæredes,vti quando fertur ſententia cõtra bannitum:ſecundum Barto.in dict.l.ex iudiciorum.vnde ſecundum Bald.in dict.l.vnic.C.ex deli.defuncto.in quãt.hæredes cõueniant.requiritur cõteſtatio litis,vel mora rei in cõteſtanda lite.l. ſi eũ. §.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio.l.ſenatus.ff.de offici.præſid. nec ſufficeret ſimplex citatio: licèt Nicola. Matha.aliter videatur ſenſiſſe per l.conſtitutionibus.ff.de actio.& obliga.& idem videtur tenere glo.inſtitu.de perpetuis & temporalib. actio.§.
2 pœnales.ſuper verbo,conteſtate.vbi tenet † quòd ſufficit præparatio litis, ſicuti antiquitùs in querela inofficioſi teſtamenti. l. poſthumus. §. final. &l.quemadmodum.ff.de inoffic.teſtamen.vnde ſecundum Ioan. Fabr.in dict.§.pœnales.quãdo proceditur per viam inquiſitionis non ſufficit cõteſtatio litis ſed requiritur declaratio. Veruntamen quãdo reus mortuus fuerit antequam potuerit citari eſt iuſta cauſa reſtituẽdi in integrum.l. Atilicina. ff.de ſeruitu.ruſticor.prædior.vel etiam quando eſſet libellus principi oblatus:quia tunc haberet vim litis conteſtatę, & faceret tranſire pœnam ad hæredem.l.j.& ij.C.quando libell princip. Et hoc tenet Alexand.de Imol.in additi.ad Barto.in l.j.ff.de priua.delict.& ibi etiam tenet,quòd quando ſtat per factũ ſubterfugia &cauilationes aduerſarij,ꝙ non currat præſcriptio.l.contra maiores.C. de inoffici. teſtamen.& per alia iura ibi per ipſum allegata.& iſtud facit ad propoſitum in cauſa accuſationis dicti domini Caſſanetici: quia propter ſubterfugia dicti quondam pręſidentis,cauſa fuit protellata,& non potuit fieri examen: & ſufficit quòd lis fuerit conteſtata vel habita pro conteſtata:ſecũdum Io. Fabr.in dict.§.pœnales. Adde Angel. in dict.l.j.ff. de priua.delict.quãdo ſtat propter ſubterfugia partis,tunc habetur pro lite cõteſtata allegat l. vt perfectiùs.C.de annal.excepti. Et ibi tenet,quòd quãdo reus confitetur in delictis & confitetur plura, tunc ſi proceditur per viam accuſationis,talis confeſsio ſolùm prodeſt confitenti. ſecus ſi proceditur per viam inquiſitionis.

ARGVMENTVM.

Hæredes in caſibus in quibus pœna tranſit contra ipſos, tenentur duntaxat pro hæreditarijs portionibus & non inſolidùm.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus l.j.C.ex delict.defunct.*

Quæſtio DCCLXV.

QVAERITVR an in caſibus in quibus in delictis pœna tranſit ad hæredes,an teneãtur inſolidùm,vel pro hæreditarijs portionibus. Et
1 in effectu tenentur pro portionibus hæreditarijs. Nec obſtat † l.j.C.ex delictis defunctor.vbi tenentur inſolidùm:quia ſecundũ Salic. ibi licèt omnes teneãtur inſolidùm,vt ſatisfiat, tamen intelligitur pro portionibus hæreditarijs.l.ij.in fi.ff. de prætor. ſtipulatio.& idem tenet Ange. Aret.inſtitu.de perpetu.& temporal.actio.§.non autem. vide Angel. in d.l.j.C.ex delict.defunctor.& in dict.l.j.ff.de priua.delict.quòd in caſibus in quibus pœna tranſit contra hęredem,intelligitur de omni hærede etiam hærede hæredis ſi ad ipſum nihil peruenerit.l.videamus.ff.quod met.cauſ.

ARGVMENTVM.

Hæredes de iure canonico tenentur ex delicto defuncti:ſed an vltra vires hæreditarias.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes tenentur exonerare animam defuncti.*
2 *Deus occultorum iudex.*
3 *AEquitas canonica ſeruanda in curia laicali.*
4 *Memor quilibet præſumitur ſuæ ſalutis.*
5 *Parentes alere tenẽtur liberi & propinqui.*

Quæſtio DCCLXVI.

QVAERITVR an de iure canonico hæredes teneantur ex delicto defuncti,ſiue fuerit lis conteſtata ſiue non: & ſiue aliquid perueniant ad hæredem,ſiue non. Et dicendum eſt quòd ſic. c. fina.de ſepultu.& ibi gloſſ.etiam vltra vires hęreditarias.ſecundum glo.in cap.in literis.de rapto.quia
1 tenẽtur † hæredes exonerare animam defuncti, & licèt Bartol.in l.j.ff.de diuerſis delict. videtur facere aliquam differentiam quãdo actiones ſunt pœnales ex vtraque parte,& ille non tranſeunt contra hæredes etiam de iure naturali, niſi lite conteſta ſecundum diſtinct.l.j.C.ex delict.defunctorũ.in quãtum hæred.conueniant.Si verò actiones ſint pœnales ex parte rei,ſed ex parte actoris ſunt rei proſecutoriæ,& tunc de iure ciuili requiritur litis conteſtatio.ſecus de iure canonico:tamen ſecundum Ioan. Fab.in §.pœnales.inſtitu.de perpetu.& tẽpo.actionib. quando teſtamentũ delinquens iuſsit fore falſum emendari, ſicuti faciũt quotidiè teſtantes iſto caſu tenentur hæredes. Et idem ſi apparuerint in defuncto ſigna pœnitentiæ,vt quia cõfeſſus fuit:quia præſumendum eſt quòd voluerit eius fore falſa emendari:& idem eſt ſi non appareant ſigna pœnitentiæ:quia neſcitur peccato an ſit abſolutus apud
2 Deum,qui † iudicat de intrinſecis:quinimò etiam ſi delinquens inhibuerit hæredibus quòd non ſatiſfaciãt:quia hoc non obſtãte tenẽtur de æquitate canonica iuxta vires hęreditarias,nõ autem vltra etiã ſi non confecerint inuentarium. & ibi tenet quòd
3 iſta † æquitas canonica eſt ſequenda etiam in curia laicali.& quòd vidit ſeruari per parlamentum Pariſius:quia iſtud tãgit animam & liberationem eiuſdẽ,in cuius foro lex ſubuenerit canonicũ: vt in authẽ.vt clerici apud proprios epiſcopos.§. penultimo.colla.vj.& de eccle.titul.§.j. colla. ix. & dato quòd nõ eſſet factus canon,ita debet dici per ratio-
4 nem diuinam:quia † quilibet præſumitur memor ſuę ſalutis.l.fina.C.ad leg. Iullia.repetunda.per authentic.ſi captiui.C.de epiſco.& cleric. & maximè
5 in liberis & † propinquo,qui tenetur alere parentes multofor-

multò fortiùs tenetur redimere animam defuncti. Veruntamẽ hæredes non tenentur vltra vires hære ditarias prout ſupra dictũ fuit. Et hoc tenet Panor. in dict.c.fina.de ſepultu.& Ioan. de Anan. in dict. cap.in literis.de rapto.& Frede.de Senis conſi. xxj. incip.nunquid.& ibi quòd hæredes vſurar.non tenentur,niſi ſecundum vires hæreditarias.

ARGVMEMTVM.

Succeſſor in dignitate,aut beneficio, an & quatenus teneatur ex delicto prædeceſſoris.

Quæſtio DCCLXVII.

QVAERITVR an ſucceſſor in dignitate ſeu beneficio teneatur ex delicto defuncti Et dicendum eſt regulariter quòd non: niſi quatenus peruenerãt ad eum , vel niſi teneretur nomine dignitatis:ſecundum Bar.in dict.l.j.ff.de priua. delict.allegant c.cùm dilectus.de ordi.cogniti. Et pro hoc facit cap.delictũ.de regul.iur.libr. vj. & quod habetur in cap.aduerſus. de immunita.eccleſi.& in c.accepimus.de ætat.&quali. niſi bona prædeceſſoris peruenerint ad ſucceſſorem:quia tunc teneretur quatenus ſe extendũt bona.c.fi.de ſepul.ſecũdũ Io. Fab. inſti.de perpet.& tẽporali.actio.§ pœnales.& pro hoc facit c.p:ęſenti.de offic.ordi.lib.vj.vbi ſucceſſor in beneficio tenetur ad debita prædeceſſoris iuxt.vires ſpolij,facit cap.primũ cũ ibi not.de ſolu. & in c.graui.de depoſito.& in cap.quod quibuſdã. de fideiuſſor.veruntamen ſecundum Ioan. Fabr.in dict.§. pœnales. curia Franciæ adhæret dictæ legi: quia ſi fuerit lis conteſtata contra prelatum delinquẽtẽ cogit ſucceſſorẽ procedere:vel cap t tẽporale eccleſiæ: nec proſequiur delinquentẽ ſi ſe trãsferat, quod pluſquam iniquum eſt.an autem ſucceſſor eccleſiæ poſsit vindicare iniuriam factam prædeceſſori:& dicendum eſt quòd ſic:ſecundum Ioan.de Anania,poſt Ioannem Andræam in dict. capitul.in literis.de raptor.

ARGVMENTVM.

Crimen priuatum qualiter diſcernatur à publico.

SVMMARIVM.

1 *In crimine priuato nemo admittitur ad accuſandum , niſi his cuius intereſt. fallit quando pœna uenit applicanda fiſco.numer.2.*

3 *Crimen omne præſumitur priuatum, niſi exprimatur quòd ſit publicum.*

Quæſtio DCCLXVIII.

QVAERITVR qualiter cognoſcatur crimẽ publicum à priuato. Et in effectu regula
1 riter in crimine priuato nõ admittitur † quis ad accuſandum,niſi cuius intereſt:ſecundum gloſſ. in l. fina.in fi.ff.de priua.delict.niſi ſit tale delictum pri
2 uatum in quo † veniat pœna applicanda fiſco,quo caſu quilibet de populo admittitur ad accuſandũ pro illa pœna: ſecundum gloſſ.in rubri.ff.de publi. iudic.non autem poſſet agere pro intereſſe priuati, licèt Bald.aliter videatur ſentire in l. aduerſus.C. de furt.de quo per Ang. Aret.in tracta.malefic. ſuper verbo,necnon ad querelam. Et ideò regulariter
3 omne crimen præſumitur priuatum , niſi exprimatur quòd ſit publicum.l.iij.ff.de prętuaricator.& ibi Bart.& l.j.ff.de publi.& in l.fina.ff.de priua.delict. veruntamen ſunt certi caſus,in quibus crimen dicitur publicũ.de quibus per Ang.Aret.vbi ſuprà. Et ideò nõ tantũ permittitur ciui accuſare in crimine publico,ſed etiã forẽſi.iux. not.per glo. Bart.& Io. de Imol.in l.is qui reus.ff. de public.iudic.facit.l.in prouinciali.cum ibi nota.

ARGVMENTVM.

Execucio an poſsit armata manu fieri.

SVMMARIVM.

1 *Executio cum manu forti fieri non,niſi in defectum & ſubſidium,poteſt.*

2 *Iuriſdictionem habenti pro illius exercitio bellum indicere licitum eſt.*

3 *Bellum particulare cauſa ſubſiſtante indici poteſt.*

4 *Bellum particulare antequàm indicetur an princeps conſulendus ſit.*

5 *Repreſaliarum remedium uti odioſum non, niſi iniuſtitiæ defectum concedi ſolet.*

6 *Legato principis militare brachiũ implorare non,niſi cum ſuperioris mandato licere.*

7 *Iudici delegato armata manu exequi & bellum indicere nõ niſi,cum ſpeciali mandato,licitum.*

Quæſtio DCCLXIX.

QVAERITVR an executio ſentẽtiæ poſſit fieri via militari ſeu manu forti,vt vulgariter vtitur in partibus Frãciç. & ſi poſsit indici bellum ſeu fieri congregatio gentiũ armorũ in hoc caſu per iudicẽ qui protulit ſententiã. Et iſta quæſtio accidit nunc de hoc tempore 1500.de mẽſe Octob. in ſententia lata ſuper poſſeſſorio prioratus de Chauano per curiam parlamenti Delphi. quæ deputauit duos commiſſarios ex dominis ſuper executiõe dict.areſti.Et in effectu videretur prima facie dicendum quòd talis executio poſsit fieri via militari ſeu forti quãdo fit reſiſtentia.l.qui reſtituere.in princi.
1 ff.de rei vendic. licèt † in caſu iſto non debeat permitti talis executio,niſi in defectũ & ſubſidiũ: ſecũdum glo.ibi quam ſequuntur cõmuniter docto.l.j. C.de offic.mili.iudic.licèt iſto caſu debeat procedere præceptum de vacuando:ſecundum Barto.in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudic. facit quod habetur per glo.de offici.iudic.§.j.& iſtam partem tenet Bart.in l.hoſtes.ff.de capti.& poſtlimi.reuer-
2 ſis vbi tenet, † quòd quilibet habens iuriſdictionẽ pro exercitio iuriſdictionis poteſt inducere bellum. allegat dict.l.qui reſtituere.& l. non eſt ſingulis.ff. de regu.iur.&tale bellũ non dicitur publicũ:ſed priuatum:nec bona quę ibi capiũtur,nõ efficiũtur capientiũ:nec habet locum ius poſtliminij. Et ſic non obſtat l.naturalẽ.§.fi.ff.de acqui.rer.domi.Et inſti. de rer.diuiſ. §.item ea. Et iſtã partem etiã videtur tenere Bal.in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur.in quęſti.
3 vbi tenet,ꝙ † poteſt indici bellũ particulare ex cauſa.allegat l.minimè.ff.de religi.& ſump.funerũ. tamen videretur,ꝙ deberet præcedere trina moni-
4 ti,o† & ꝙ debeat adiri princeps,antequã indicatur tale bellum.l.fi.§.fi.de mili.vaſall.qui cõtumax eſt, & hoc ibi not. Præpoſitus.facit c.dominus.xxxj.q. ij.cum ibi not.& quod ſolet notari per Bart. in tractatu repreſaliarũ in v.q.ſecundæ queſtionis princi
5 palis.† quia tale remedium repreſaliarũ vel belli eſt

odioſum.& ideò ad euitãdum ſcandalum non debet laxari,niſi in deffectum iuſtitię: quia valdè eſt religioſum, vt vnus grauetur pro alio.capitu.cùm in poſitionibus.de iniur.libr.vj.capitul.non debet. de regul.iur.eod. libr. quia obuiandum eſt periculis & ſcandalis futuris.l.æquiſsimũ.ff.de vſufr.c. nihil.de præſcript.Et de hac materia etiã habetur per do.Guid.Papę in tractatu ſtatuti,ſi quis per literas. ſuper verbo, via militari.& etiam deciſio. xxxij. & xxxiij.& ſequenti.Et ibi etiam an poſsit concedi remedium repreſalię contra clericos.& pariter ſuper
6 ſuper dicto verb.via militari. tenet,quòd † delegatus principis non põt implorare brachiũ militare ſine ſpeciali mandato ſuperioris. vide latè Alexan. de Imol.in l. à diuo Pio.,in princip.ff. de re iudic. per Panor.& Feli.in c. ſignificaſti.de offic.delega. itẽ iudex delegati nõ põt exequi via militari vel indicere bellum ſeu cõuocare arma cùm non habeat facultatẽ.nec pariter poteſt inuocare brachium ſeculare,niſi hoc habeat ſpecialiter in mandatis:ſecũdum Inno.Bal.& Panor.in c.ſignificaſti.de offici. dele.de quo ibi vide latiùs per Fel. Vide etiã Io.Fab. in l.j.C.de offic.mili. iudic. quòd delegatus principis nõ exequitur manu militari: ſed ordinarius ſic per eius officiarios,ſed non poteſt indicere bellum ſine mãdato principis.vide gl.in l.ſi quis miſſus.ff. ne vis ei fiat qui. Panor.& Feli. in c.de cęterò.de re iudic.& in c. ſignificaſti.de offic. deleg. Alex.in l.à diuo Pio.in princi. ff.de re iudi. Adde ꝙ de ſtyllo cãcellariæ regiæ eſt differẽtia,quãdo executio ſententiæ ſeu Areſti fit manu forti, tunc fit expenſis petentis.Si verò fiat manu militari:fit expenſ.regijs.

ARGVMENTVM.

In executione quæ armata manu fit, ſi læſiones & homicidia interuenerint,an & quis puniendus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtè qui armata manu exequitur de læſionibus & homicidijs non tenetur: ſed hi qui executionem impedire conabantur.*

Quæſtio DCCLXX.

QVAERITVR quãdo in executione ſententiæ quæ fit via militari interueniant vlcera,homicidia ſeditio iniurię ex parte inferentis bellum:an debeant purgari vel ne. & dicendum eſt quòd quando fit reſiſtentia,& in exequendo committitur homicidiũ,non debet puniri. l. quoniam multa facinora.C.ad leg. Iulia. de vi.l.quemadmodum.§.magiſtratus.&ibi,per Bald.& Flo.ff.ad leg. Aquil.Et hoc tenet Bar.in dict.l.hoſtes.ff.de capti.
1 & poſtlimi.reuerſ.vbi tenet † quòd ſi interueniant homicidia ex parte inferentis licitè bellum non puniuntur: ſecus ſi interueniant ex parte illius qui facit reſiſtẽtiã:quia tunc tenetur ille author cum eius cõmplicibus coadunatis,qui deliquerunt. dict. l. quoniam multa facinora. ſecus ſi coadunati non intuliſſent vulnera vel homicidia:ſecũdum Barto. ibi.&in l.ij. §.ſi quis homines.ff. vi bonor. raptor. licèt author principaliter rixæ qui cõgregauit alios tenetur de dãno conſortium d. l. quoniã multa. Et pro præmiſsis facit quod voluit Bartol. in l. ſi ſeruus.C.de his qui ad eccleſiam confugi. vbi tenet quòd quando aliquis capitur licitè, quòd ſi in capiendo fiat reſiſtentia, & ſequatur homicidium nõ eſt punibile. Et idem tenet Bald.in l. fina.C.de exhiben.reis.& in l.nec timorem.ff.de hij.quæ metus cauſ. licèt idem in l. aditos. C. de epiſco.audient. vidètur tenere, quòd requiritur ſpeciale mãdatum ſuperioris.& pro hoc facit:quia non debet procedi ad talem violentiam perſonæ,,niſi quando aliter non poteſt præcaueri. l.ſcientiam.§.ſed qui aliter. ff.ad legem Aquiliam.facit l.ſi ex plagijs. §. tabernarius. eodem titul. & præmiſſa habent locum in cauſa criminali, quando agitur de captura perſonæ:quia ſi fiat reſiſtentia, & fiat violentia perſonæ per officiarios,non eſt punibilis: ſecus in cauſa ciuili: quia vbi permittitur captura, & fiat reſiſtentia non debet procedi ad aliquam violentiam facti: ſecundum Baldum in authentic. & omninò . C. ne filius pro patre.& pro præmiſsis quò ad dictam violentiam perſonæ quando fit reſiſtentia facit quod voluit Innocen. in capitul.j. de conſtitu. vbi dicit, quòd interdum propter caſus emergentes licitum eſt tranſgredi leges.l.aut falſa. §. non vnquam.ff. de pœn.de hac quæſtione quando fit reſiſtẽtia officiarijs & ſequitur homicidium vide per Angelum Aretin.in tractatu maleficiorum ſuper verbo,fama publica.& ibi per Auguſt.in additio.

ARGVMENTVM.

Vim vi repellere cum inculpatæ tutelæ moderamine licere.

SVMMARIVM.

1 *Inſultato qui aliter euadere nõ poteſt,uim ui repellere permiſſum.*
2 *Defenſionis cauſa uim ui repellere licitum.*
3 *Defenſionis cauſa quando factum dicatur.*
4 *Vim ui propulſare etiam pro rebus,niſi uiles ſint,licitum: & nume.6.*
5 *Contra aggreſſorem in dubio præſumitur.*
7 *Clericis & laicis occidere pro rerum tuitione non licere iuris eſt canonici.*

Quæſtio DCCLXXI.

QVAERITVR an ſit licitum propulſare violentiam pro defenſione corporis, perſonę aut rerum. Et dicendum eſt quòd ſic,vim vi repellendo incontinenti,& cum moderamine inculpatæ tutelæ.l.j.cum ibi nota.C.vnde vi.l.tertia.§.cùm igitur.ff.de vi & vi arma. capitu.olim. le j. de reſti. ſpoliato.capitu.ſignificaſti.le grand. de homicid. c.j.xxiij.quæſtione prima.& ibi per gloſſ.ſuper, ver
1 bo, propulſandam. Et hoc verum † quando quis, inſultat & agreditur alium: & aliter euadere non poteſt:vt quia eſt artatus in aliquo angulo.l.ſcien-
2 tiam.§.ſi qui aliter.ff.ad legem Aquil. † Et pariter quando facit cauſa defenſionis, non autem cauſa vltionis.† Et in dubio præſumitur facere cauſa defenſionis, quando facit incontinenti aduerſus violentiam inferendam perſonæ.l.ſed ſi ex plagijs.§.tabernarijs.ff.ad legem Aquiliam.cum ibi notat. per gloſſ.Bartol.& Florianum. quia non debet expectare ſe percuti, cùm ſufficiat terror armorum:ſe-
4 cundum gloſſ.in dict.l.j.C.vnde vi. † Si verò agatur de violentia rerum,tunc licitum eſt propulſare vim vi aduerſus violentiam illatam vel inferendã:

ſecundum

ſecundum glo. in dict. cap. j. xxiij. quæſtio. j. Et in di
5 cto c. ſignificaſti. † licèt in dubio ſit præſumendum
cótra illum qui aggreditur, & eſt promotor rixæ. l.
j §. cùm arietes. ff. ſi quadrupex paupe. feciſſe dica-
tur. & dict. l. ſi ex plagijs. §. tabernarius. nam quãdo
quis ſe aliter deffendere nó poſſet à periculo rerú vel
perſonę: & tale periculum eſt irrecuperabile: tunc li
citú eſt violentiam perſonę vel homicidium infer-
re, ſiue inferre nocturno ſeu diurno: ſecundum Bar.
6 in l. finẽ. ff. ad leg. Cornel. de ſiccar. † niſi ageretur
de periculo rei vilis à duobus aureis infrà ſecundú
Alex. de Imol. ibi argu. l. ſi oleum. ff. de dol. & Bal.
in l. j. C. loca. de quo etiã in l. ſi vt allegas. C. de furt.
Adde Panor. & Ioan. de Anan. in c. ij. & c. ſuſcepi-
7 mus. de homicid. quòd de iure canoni. † non eſt li-
citú clericis vel laicis pro defenſione rerũ occidere:
quia debent potiùs pati iacturam rerú: niſi eſſet me
tus perditionis omniú bonorú. cap. verum. de iure-
iurand. facit l. itaque ff. ad leg. Aquil. licèt glo. in l.
vt vim. ff. de iuſti. & iur. & in §. ſi quis hominem. de
pace tenẽda, tenẽt quòd etiam pro defenſione rerú
ſit etiam licitú violentiã perſonæ inferre: ſi tamen
poſſet capi ligatus, & dari iudici, eſſet ſecuriùs: ſecú
dum Bald. in l. j. C. vnde vi.

A R G V M E N T V M.

Apparitori exequenti, qui reſiſtit an rebellis eſſe vi
deatur.

S V M M A R I V M.

1 *Rebellio quando fieri propriè dicatur.*
2 *Apparitori exequenti inſtãte priuato, ſi reſiſtatur, rebellio non committitur.*

Quæſtio DCCLXXII.

QVAERITVR quando aliquis facit re-
ſiſtentiam aduerſus officiarios in executióe
officij, an dicatur rebellis, ſeu rebellionem commit
1 tere. Et in effectu propriè loquendo, † rebellio dici
tur fieri quando concernit ſtatum imperij ſeu prin-
cipis vel etiam contra eius officiales exequendo
eius officium: ſecundum Barto. in extrauagan. có-
tra rebelles. ſuper verb. rebellis. & ſuper vérb. rebel
2 lãdo, † aliàs vbi agatur de perſona alicuius priuati
licèt fieret reſiſtentia nó diceretur rebellio, licèt lar
gè ſumendo poſſet dici rebellio. cap. ſanè. le ij. de
offic. deleg. Et eſt differentia quando quis declara-
tur rebellis per ſententiam: quia tunc incurrit cri-
men læſę maieſtatis: ſecus ſi per Bannum ſeu contu
maciam: quia tunc poteſt purgari cótumacia: ſecú-
dum Barto. ſuper dict. verbo, rebellis: veruntamen
ſecundum Panor. in dict. c. ſanè. eſt differentia inter
rebellionem & contumaciam: quia rebellio dicitur
quando impeditur iuriſdictio in reſiſtendo. ſed con
tumacia dicitur in non comparendo. & iſtud eſt vti
le ſcire propter ſtatuta quæ loquuntur de rebellio-
ne. Adde Bar. in l. hoſtes. ff. de capti. & poſtlim. reu.
& per Cæpol. conſil. xvij. & ibi etiam quando fit re
bellio contra inferiorem principem, an dicitur com
mitti crimen læſę maieſtatis, & per dominum Gui-
do. Papæ deciſ. cccxlviij.

A R G V M E N T V M.

Auxilium brachij ſecularis an clericus implorare
poſsit.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus pro rei temporalis executione brachium ſeculare implorare poteſt.*
2 *Executio quæ, inſtante clerico, fit armata manu, ſi ſanguinis pœna inde ſequatur, clerico non imputandum, nec iſto caſu irregularitatem incurrit. & nume. 3.*
4 *Inuocatio brachij ſecularis nõ niſi in ſubſidiũ concedenda.*

Quæſtio DCCLXXIII.

QVAERITVR an clericus ſeu perſona
eccleſiaſtica in cauſa ciuili pro executióe ſen
tentiæ poſsit petere auxilium brachij ſecularis ciui
liter, & ad effectus ciuiles, & cum proteſtatione, ꝙ
1 non tendit ad pœnam ſanguinis. † Et dicendum eſt
quòd ſic. cap. ij. de homicid. lib. vj. ſecũdum Panor.
& Ioan. de Anan. in cap. poſtulaſti. de homicid.
2 nec † imputabitur clerico ſi fiat executio via milita
ri ſi poſteà ſequatur pœna ſanguinis. aliàs daretur
materia laicis clericos trucidandi eóſq; bonis ſpo-
liandi. Quia vna curia tenetur impartiri brachium
ſuum alteri, in eorum ſubſidium: iuxt. nota. per glo.
& Innocen. in capitu. j. de offici. ordina. vide Ioan.
Fab. in l. j. C. de offic. mili. iudi. quã clerici iſto caſu
non incurrant irregularitatẽ. Et iſtud vidi aliàs pra
cticari dum eſſem in curia ſuper executione areſti
ſententiæ latæ in magno conſilio ad vtilitatem re-
uerendi domini abbatis ſancti Anthon. contra reli
gioſos monaſterij ſancti Petri montis maioris Are
latenſis, vbi petebatur fieri executio manu forti,
ſeu militari pro parte dicti domini Abbatis ſan-
cti Anthonij, cum proteſtatione ad effectus ciuiles,
& quod non tendebat ad vindictã ſanguinis. Adde
4 quòd † inuocatio brachij ſecularis non debet con-
cedi niſi in ſubſidium: ſecundum Bald. in l. ij. C. de
hij. qui latro. ocultar. de quo latè per Alber. in l. epi
ſcopale iudicium. C. de epiſcop. audien.

A R G V M E N T V M.

Proditor quot modis dicatur.

S V M M A R I V M.

1 *Taciturnitas ei qui probare non poteſt, nociua non eſt.*
2 *Sacerdos quæ ei commiſſa ſunt in cõfeſsione etiam ſi moneatur detegenda non ſunt.*
3 *Conſilium principis qui detexit furca plectendus uenit.*

Quæſtio DCCLXXIIII.

QVAERITVR quot modis dicatur pro-
ditor. & in effectu glo. in can. clericus. xlvj. di-
ſtinc. tenet quòd multis modis poteſt dici proditor:
videlicet qui propter timorem non defendit verita
tem, & qui tacet eam. item qui crimé alterius ſibi ſo
li notum manifeſtat. ij. q. j. c. ſi peccauerit. & iſto ca-
ſu non tenetur manifeſtare, ex quo non poteſt pro-
bare. cap. plerunq;. ij. q. vij. licèt ſecũdum glo. ibi, ꝙ
debet dicere ei qui poteſt prodeſſe, & nó obeſſe. ſed
1 in publico non debet dicere. † Et ſic taciturnitas
non nocet. ei qui non poteſt probare. cap. placuit.
vj. q. ij. & facit glo. in c. ſacerdos. de pœniten. diſtin.
2 vj. † quãdo ſecerdos audiuit aliquem in confeſsio-
ne, ꝙ iſto caſu ſi fiat monitoriũ non debet declara-
re: quia ipſe ſcit vt Deus, & nó vt homo. facit c. om
nis vtriuſq; ſexus. de pœni. & remiſ. & in c. ſi ſacer-
dos. de offic. ord. Et iſtud facit in crimine lęſę maie.
qñ aliquis ſcit molitionẽ cótra principẽ, & nó poſ-
ſet probare: quia nó tenetur ſe prodere. c. nõ tibi. de
pœni. diſtin. j. & in can. expedientẽ. 50. diſt. alio mo

do dicitur proditor quãdo rem ſibi cõmiſſam exponit hoſtibus vel quãdo ſibi commiſſum ſecretum reuelat: ſecũdum glo.in d.cap.clericus.xlvij.diſtin.& pro hoc facit l.omnem.§.exploratores.& l.proditores.ff.de re mili.& quod habetur per glo. & docto. in l.athletas.§.calumniator.ff.qui no.infami.&per Bart.in l. ff.de pœni.& in dict.extrauagãt. ad reprimendam.ſuper verb.rebelles. & ſuper verbo, rebellando. Adde Bald.in titu.de pac.iura.fir-
3 mand.† quando quis renuntiat ſeu reuelat conſilium principis ſuſpenditur.& in cap.cùm quidã.de iureiuran.& pariter quis reuelat credẽtiam eſt pœna priuationis officij:ſecundum Bald.in verſic.credentia.de pace conſtantię.

ARGVMENTVM.

Qualiter quis à talionis pœna excuſetur.

SVMMARIVM.

1 *Fama à dolo excuſat.*
2 *Iuramentum calumniæ an excuſet,ut pro calumnia criminaliter agi non poßit.*
3 *Cauſa iuſta uel iniuſta a dolo excuſat.*

Quæſtio DCCLXXV.

QVAERITVR de cauſa excuſationis à pœna talionis. Et in effectu quando delictũ probatur per vnum teſtem,vel per famam:ſecundũ Specula.in titu.de accuſa.§.fi. Et in titu.de calumniato.in fin.& per Bald.in l.j.§. calumniator. ff.de hij.qui nota.infami. & in l.final.C.de probatio. & in l.fina.C.de fid.inſtrumen.& per Ioan.de Anan. in cap.fina.de calumnia.& per Bar.in l.fi.ff.de hæredi.inſtitu.& in l.cùm quidam.§. quod dicitur. ff.
1 de acquiren.hæred. † Nam fama excuſat à dolo:ſecundum Bartol.in l.j.in princip.ff ad Turpillia.& in l.miles.§.mulier. ff.de adulte. Et pro præmiſsis facit quod voluit Bald.in l.j.C.qui accuſ. non poſ. vbi tenet quòd fama vel iudiciũ excuſat iudicem quando facit inquiſitionem contra aliquẽ, qui abſoluitur. De hac materia aliàs ſcripſi in aliovolumine maleficior. fol.xlvij. & etiam in hoc volumine,
2 vide Bald.in l.ſi tibi.C.de liber.cauſ. † an iuramentum calumnię excuſat,quòd nõ poſsit agi criminaliter pro calumnia.&pro hoc etiam facit: † quia iu-
3 ſta ſiue iniuſta cauſa excuſat à dolo.l.igitur.ff. de liberal.cauſa.l.j.in fin.ff. de abige.& loc.per Bart.in l.j.§.non autem.ff.ſi quis teſta.liber.eſſe iuſs.fuer. & in l.ex plagij.C.ad leg.Flaui.de plagia.

ARGVMEMTVM.

Expenſæ in cauſa criminali an veniant.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus in criminis cauſa an expenſas accipiat.*
2 *Calumnia in cauſa criminali ſolùm punitur nulla facta expenſarum mentione.*
3 *Iuramentum calumniæ ab expenſis excuſat.*
4 *Expenſæ in cauſa criminali mercenario iudicis officio non ueniunt,licèt ciuili in factum actione peti poßint.*
5 *Expenſarum condemnatio in inquiſitionis cauſa ueniunt.*
6 *Iudex qui malè inquirit ad expenſas parti tenetur.*
7 *Expenſarum condemnatio uenit in cauſa criminali ſiue procedatur per uiam accuſationis,ſiue inquiſionis,ſiue denuntiationis.*
8 *Heredes condemnati ad mortem ad intereſſe tenentur, & ſic ad expenſas,ut quæ nomine intereſſe ueniant.*

Quæſtio DCCLXXVI.

QVAERITVR an in cauſa criminali ratione victorię veniat condemnatio expenſarum? Dubium facit:quia in cauſa criminali principaliter agitur ad vindictam publicam fiſci.l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de public. Et ita eſt in propoſi-
1 to. † quia fiſcus non accipit nec recipit expenſas.
2 Pręterea † ſolùm punitur calumnia cauſa in criminali & non fit mentio de expenſis. l.non ignorat.
3 C.de fruct.& litium expenſis. † Prætereà iuramentum calumniæ excuſat ab expenſis: ſecundum glo. in authenti.de iudic.§.oportet.col.vj.Nam in cauſa criminali etiam iuratur de calumnia. l.j.cum ibi not.C.de iuramento calumniæ.& quod iuramentũ de calumnia, excuſat ab expenſis videtur tenere Bartol.in l.qui ſolidum.§.etiam.ff.de legat. ſecundo.licèt in l.j.in principi. ff.ad Turpillian. aliter videatur diſtinguere & tradere:ibidem refert Iacob. Butriga.diſputaſſe hanc quæſtionem. & determi-
4 naſſe.† quod in cauſa criminali non veniãt expenſę officio iudicis mercenario,licèt poſsint peti per actionem in factum ciuilem.& pro hoc allegat gloſſ.in prooemio inſtitutionum . ſuper verbo , tramites calumniantiũ.ſed idem Bartol.ibidem refert quòd cõmuniter tenetur contrariũ.&pro hocallegat l.fi. C.de fruc.& litium expenſ.cap.calumniã.de pœni. & Innocen.in cap.cùm oporteat.de accuſationib. Nec obſtat motiuũ Iacob. Butrigar. dum allegat, quòd in delictis oritur duplex actio videlicèt ciuilis & criminalis,quæ non poſſunt cumulari.l.j. C. quando ciuilis & communis actio l. interdum. ff. de public.iudic.& ita ſi veniret condemnatio expẽſarum in cauſa criminali ſimul & ſemel procederetur tàm criminaliter quàm ciuiliter. Quia ad iſtud reſpondetur: ſecundum Bartol.quòd etiam quando iudex cognoſcit de crimine poterit ex ſuo officio condemnare criminoſum ad reſtituendum rem, ſeu damna,quæ aliter venirent in actione ciuili.l. interdum.§.qui furem.ff.de furtis. & iſtam partem tenet gloſſ.& Panormita. in cap. finem litibus. & in cap.cùm dilectus.de dolo & contuma.Cyn.in l. qui crimen.in fine.C.qui accuſare non poſſunt. &
5 Bartol.in dict.l.non ignorat. † Quinimò quando proceditur per viam inquiſitionis etiam venit condemnatio expenſarum:ſecundum Angelum.in repetitione l.ſi vacantia..C.de bon.vacan.libr. decimo.circa finem.de quo etiam per Iaſonem,in l.properandum.§. ſin autem.C. de iudic. & per Cynum in l.ſancimus.C.de iudic.in decimaquinta quæſtio-
6 ne,& ibi per Baldum in decimatertia.& ibi† quòd quando iudex malè inquirit, quòd tenetur ad expenſas parti.& etiam poſſet criminaliter puniri:ſecundum Cynum & Baldum & Ioannem Fabrum in l.& ſi ſeuerior.C.de excuſation. tutorum. Adde Specul.in titul.de expenſi.§.fina.verſicu.ex præmiſſis.qui tenet quòd † etiam in cauſa criminali venit condemnatio expenſ. etiam ratione victoriæ ſiue proceditur per viam accuſationis ſiue inquiſitionis ſiue denuntiationis:ſecundum gloſſ.in cap. cùm dilecti.in fine. de dolo & contumac. in fine.ſi tamen quando proceditur per viam inquiſitionis, & procedert fa-

cederet fama: tunc ille qui proſequitur inquiſitio-
nem, & etiam iudex excuſarentur à condemna-
tione expenſarũ.c.j.in fi.de elect. lib.vj. ſecundum
Hoſtien. Io. And.& Panorm.in dict.c.cùm dilecti.
Idem Specu.in tit.de accu.in iiij.parte. §. qualiter.
verſ.quid ſi latro. † ꝙ hæredes cõdemnati ad mor-
tem pro delicto tenẽtur ad intereſſe,& ſic ad expen
ſas quæ veniũt nomine intereſſe:iuxta not.in l.ſan
cimus.C.de iudi.& c.finem litibus.de dolo & cõtu
macia. Adde Bald.in l.quod euitandi.C. de condi-
ctio.ob turpem cauſ.quando quis fuit cõdemnatus
criminaliter de furto ad fuſtigationem, quòd non
relaxatur à carcere donec reddatur furtum,& do-
nec fuerit ſatisfactum fiſco & parti.Salice. in l.fin.
C.de fruct.& lit.expen.quòd de bonis publicis de-
bent ſolui expenſæ vtiliter factæ. Adde do.Guidon.
Papæ deciſion.ccccxxxiiij.vbi tenet,ꝙ ſecretarij &
notarij cauſarũ non accipiũt denarios.de donatio-
nibus, aut declarationibus pœnarũ, licèt in curijs
inferioribus aliter ſeruetur.& pro hoc alleg. Archi
diaco.in c.vt officium.de hæreti.lib.vj.ſuper verbo,
publicũ.vbi in cauſa inquiſitiõis inquiſitus nõ de-
bet ſoluere notario:ſed debet accipere denarios ſu
per emolumentis domini,licèt notarius actorũ poſ
ſet accipere vacationes & ſcripturas ſuas ab inqui-
ſito inquantum cõcernit partem ſuam: ſecundum
Cardinalem Florentin.in clem.j.verſicu.notari.de
hæretic.vide Ioan. Andr. Petr.de Ancha. Geminia.
Philip. Franc.in d.c.vt officium.§.verũ.& §.ad con
ſcribendas.de hæreti.lib.vj.

ARGVMENTVM.

Sentẽtia delicti declaratoria poſt delinquentis mor
tem an ferri poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia delicti declaratoria poſt mortẽ ferri poteſt in ca-
ſibus de quibus poſt mortem inquiri poteſt. & num. 4.*
2 *Sententiam in mortui perſonam ferri non debere regulare.*
3 *Executio de animali bruto non facienda.*
4 *De innocentia alicuius etiam poſt mortẽ cùm queri poßit:
ita & delicti declaratio fieri poteſt.*
5 *Ea que applicãtur corpori, poſt mortem exerceri poſſunt:
ſecus in hys que anime applicantur.*

Quæſtio DCCLXXVII.

QVAERITVR ſi poſt mortem defuncti
in delictis poſsit ferri ſententia declaratoria
1 delicti. Et dicendum eſt quòd ſic, † in caſibus ſpe-
cialibus in quibus poteſt inquiri poſt mortem de-
functi.vt in crimine læſæ maieſtatis, hæreſis & ſimi
libus de quibus in l.ex iudiciorum.ff. de accuſatio.
& hoc tenet glo.inſtitu.de hæredit. quæ ab inteſta
2 to deferuntur.§. per contrarium. † quia non debet
ferri ſententia in perſonam mortui l.penult.ff.quę
ſententiæ ſine appellatio.reſcin.quia poſt mortem
quis à ſolo Deo damnatur:ſecundum gloſ.in dict.
§.per cõtrariũ. Et ideò errant illi iudices:qui in per-
ſona defunctorũ faciunt fieri executionem pœnæ:
quia poſſent in ſyndicatu conueniri tanquàm infe
rentes iniuriam cõdemnati.l.j.§.quotiens.ff.de in-
iur.ſecundum Cynum Bald.in l.ij.C.qui teſtamen.
facere poſſ. Bald. Angel.in l.j.C.ex delict.defuncto.
Ange.& Io.de Imol.in l.defuncto.ff.de public.iu-
3 di. † Et ideò etiã non debet fieri executio in anima-
li bruto cum careat ſenſu. niſi in delicto ſodomiæ.
Exod.xxij.& Leuitici xx.& c.reos.xxiij.q.v. Et per
domi.Guidon. Papæ deciſio.238. Sed redeundo ad
quæſtionem ꝙ poſsit ferri ſententia declaratoria
delicti facit textus in l.ſi duo.§.Seia.ff. de adimend.
4 leg. † quia poſt mortẽ defuncti poteſt quæri de eius
innocentia,& hæredes poſſunt proſequi:ſecundum
Bald.in dict.l.vnic.C.ex delict.defunct. Ergo à con
trario etiam poteſt fieri declaratio delicti:vt contra
riorum ſit eadem diſciplina,& ne iudicium dicatur
claudicare vt ſentit Salic.in l.ij.C.ſi reus vel accuſa
tor mortuus fuerit.pro hoc facit quod habetur per
glo.in c.à nobis.le ij.ſuper verb.relaxatum.de ſent.
excom.vbi poſt mortem defuncti poteſt fieri abſo-
lutio excommunicationis. Secus in baptiſmo: quia
non infertur corpori,ſed animę,propter curationẽ.
& ex hoc infert ibi Panormita. ad plures quæſtio-
nes,videlicet ꝙ poſt mortem quis poſsit nobilitari
& recipere gradum militiæ. Et pro hoc allegat Bar
tol.in l.j.C.de dignit.libr.xij.quid autem in docto-
ratu,an poſsit quis doctorari poſt mortẽ? & Panor.
in d.c.à nobis.tenet,ꝙ nõ.quia doctorari potiùs in
fertur animę,quàm corpori.& ibi tradit regulã ge-
5 neralem, † ꝙ ea quæ applicantur corpori, poſſunt
exerceri poſt mortem:ſecus quò ad ea quę applicã-
tur animæ. Et ex hoc poſſet queri, an poſt mortem
poſsit fieri degradatio:iuxta c.ſecundũ de pœn.lib.
vj.vel etiã an poſsit fieri exauthoratio militię:iuxta
not.per Bar.in l.ij.§.ignominię cauſa.ff.de hijs qui
notan.infam.licèt interdum poſsit fieri exhumatio
corporis,& iſta probatio dicitur per euidentiam fa
cti:ſecundum Bald.in l.ſi quis teſtibus.in fin. C. de
teſti.allegat Specu.in tit.de probatio.§. videamus.
verſic.hoc quoque.vide de materia per Cœpol.con
ſil. xvij. qualiter poſsit fieri ſententia declaratoria
delicti.

SVMMARIVM.

1 *Mandati forma diligenter attendi debet.*
2 *Vniuerſitas delinquere non dicitur.*
3 *Multitudinis populi ratione ſeueritati delicti detrahitur.*
4 *Mandata de mittendo homines armatos ſine cauſe cogni-
tione de iure non tenent.*
5 *Cauſa iuſta ſiue iniuſta excuſat à dolo, & à declaratione
multe.*

Quæſtio DCCLXXVIII.

QVAERITVR ſuper cauſa fiſcali contra
conſules ciuitatis Vennæ in quantum præten
ditur quòd fuerãt moroſi adimplere mandatum do
mini viceballiui Vienneſij & terræ Turris, per do-
minos commiſſarios deputatos ſuper executione
areſti prioratus de Chauano de mittendo vſque ad
numerum ducentum hominum aptorum in armis.
Quia dicti conſules dicunt quòd in aliquo nõ for-
fecerunt, cùm dictum mandatum non dirigeretur
eiſdem,& erat commiſſum nudũ miniſteriũ, & ele
cta induſtria perſonæ.ca p.fina.§.is autem.de offic.
1 delega.c.ius cui.eod.lib.vj. † quia forma mandati
eſt diligenter obſeruanda.l.diligenter.ff.mandati.
& maximè propter verba in commiſsione appoſita
ibi dum dicitur,quę pręmiſſa ſunt magni ſcandali,
pernitioſéque conſequentiæ, & ita negotium erat
magnum,& non erat ita expedibile per alios: quia
conſules ciuitatis Viennæ non poterant illud com-

modè expedire, cùm non habeant cohabitationem in ſingulis, ſicuti dicitur de capitulo alicuius eccleſiæ: ſecundum Innocen. in c. cum nobis. de electio.
2 Et maximè † vniuerſitas non dicitur delinquere: quia plura requirerentur: iuxta notata per glo. in l. aliud. §. refertur. ff. de regul. iuris. & per Barto. in l. aut falſum. §. nonnunquã. ff. de pœnis. & per Ioan. Andr. in c. fœlicis. de pœn. & in cap. dilectus. de ſymo. vbi † propter multitudinem populi detrahen-
3 dum eſt ſeueritati delicti. c. Epiſcopus. xij. quæſtio. ij. quia primò requiritur, quòd fuerit deliberatum in vniuerſitate cum ſono campanæ. facit quod habetur per gloſſ. in c. ij. de ordin. cognitio. & in c. delictum. de regu. iur. lib. vj. Et attento quòd dicti conſules ſemper ſe obtulerunt obedire dominis commiſſarijs & domino vicebaylliuo & tradidere eorũ artileriã, nec poteſt dici in caſu iſto fuiſſe commiſſa rebellio per dictos cõſules ciuitatis Viennæ cũ non fuerit facta aliqua reſiſtentia ad impediendum iuriſdictionem. faciunt notata. per Panormitanum in cap. ſanè. le ij. de offi deleg. & maximè quia iſtud negotium non concernebat ſtatũ principis, vel eius patriæ: faciunt nota. per Bart. in extrauaganti, contra rebelles. ſuper verbo, rebellis. & ſuper verbo, rebellandum. Et vbi poſſet prætendi aliqualis mora aut inobedientia in non obtemperando mandato ſuperioris eſſet incidere in edictum prætoris. l. j. ff. ſi quis ius dicẽt. non obtempera. per viam multæ mo
4 deratæ, † licèt talia præcepta nuda ſine cauſę cognitione non teneant de iure toto titulo. Comminat. epiſtolas programata aucto. rei iudic. non obtine. ſecundum Iacob. Butrig. in l. j. ff. ſi quis ius dicent. obtempe. & Ioan. de Imol. in l. ij. in fi ff. de public. iudic. pro quo facit quod habetur per gl. in l. quotiens. C. de fideicõmiſſ. & in l. filiusfamiliãs. §. diui.
5 ff. de lega. j. † Prætereà iuſta cauſa ſiue iniuſta excuſat à dolo & à declaratione multę: ſecũdum glo. & doctores in l. j. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. facit l. igitur. §. j. ff. de libera. cauſ. & l. j. in fine. ff. de abige. & per gl. in l. plagij. la ij. C. ad legem Fau. de plagiar. Et quod habetur per Bar. in l. i. §. j. ff. ſi quis liber eſſe iuſſ. fuer. Tum etiam non debent intitulari dicti conſules: quia ceſſat dolus ſine quo non cõmittitur delictũ. Et talis exceptio poteſt opponi ad proceſſum: ſecundum Bartolum in l. ſi ſeruus. C. de hijs, qui ad eccleſ. confug.

ARGVMENTVM.

Principis vel Papæ declarationi an ſtandum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Clem. j. de probatio. ſublata per pragmaticam ſanctio.*
2 *Declarationi principis motu proprio, & de poteſtatis plenitudine, & ex certa ſcientia facta ſtandum.*
3 *Reſcriptum principis ex certa ſcientia probationẽ in contrarium non recipit.*
4 *Clauſula motus proprij perſonæ neque inhabilitatem non tollit, neque diſpenſationem inducit.*
5 *Creditur Papæ de ijs quæ ante Papatum geſſit.*
6 *Quid de Rege Galliarum.*
7 *Si de literis principis dubitetur ad matricem ſeu regiſtrum recurrendum eſt. item & ad ipſum principem ſi matrix nulla reperiatur.*
8 *Reſcripto Papæ factum alienum narrãte cui præſens Papa non fuit, non credendum.*
9 *Principi ius alteri quæſitum auferre ſine cauſa non licere.*
10 *Verba enuntiatiua principis de præterito diſpoſitionem inducunt.*

Quæſtio DCCLXXIX.

QVAERITVR ſuper caſu Caſelliarũ moraſij Belliripparij Crimiaci de tempore quo domina Ioanna de Franca naturalis relicta domini admiralis Frãciæ tenebat dicta loca pro dote, ſed expoſt facto Rex Carolus VIII. dominus Delphinus quondam recuperauit dicta loca & reformauit dicta officia illis qui priùs tenebant, licèt illuſtris quõdam dominus Ioannes de fuxo gubernator præſentis patriæ contuliſſet dictas caſtellanias tanquàm vacantes per remotionem factã nomine Delphinali, & conſequẽter poſt obitum pręfati Regis Caroli præfatus dominus gubernator poſt obtentam eius confirmationem contulit dictas caſtellanias iure pręſentationis tãquàm vacantes per nouum aduentum ad coronam Regis Ludouici domini noſtri Delphiñ. moderni. iuxta cap. ſi à ſede. de præbend. libr. vj. Sed econtrà præfatus Rex dominus noſter Delphinus modernus contutulit certis alijs perſonis poſt collationem domini gubernatoris faciendo eius declarationem, quòd primus veniendo ad eius coronam, quòd ipſe appoſuerat manum in dictis caſtellanijs, & reſeruauerat dictas caſtellanias, & quòd aduenięte principe ceſſat omnis magiſtratus: nunc quæritur an ſit ſtandum tali declarationi? dubium facit: quia licèt ſit ſtandum ſolo verbo vel dicto Papæ. capitu. cùm à nobis. de teſtib. adeò & intantùm, quòd ſtatur verbis narrantis bullę Chriſtianæ de facto proprio. ſuper quo fundatur eius intentio. ita quòd nõ admittitur probatio in contrarium. clementin. j. de proba
1 tio. † Tamen clemen. eſt ſublata per pragmaticam ſanctionem, niſi aliter per teſtes aut alia legitima conſtiterit documenta: vt in pragmatica ſanctione in titu. de ſublatio. clementi. literis. de probatio. Et hoc ad euitandum ne fiat præiudicium iuris alterius, vt ibi habetur. Et pro hoc facit: quia Chriſtus noluit quòd ſtaretur ſoli dicto ipſius: ſed voluit ſe confirmari legi diuinæ, dicẽti in ore duorum: ſecundum gl. ibi, & prò hoc facit ad obuiandum fauori familiarium principis propter eorum importunitatem. facit quod habetur in l. j. C. de petitio. bonor.
2 ſublat. librx. † niſi talis declaratio eſſet facta proprio motu de plenitudine poteſtatis & ex certa ſcientia; quia tunc præciſa eſſet puniendum principi: ſecundum Speculator. in titu. de lega. §. nunc oſtendendum. verſic. lxxxix. quia non eſt ſibi dicendum cur ita facit, cùm poſſit mandare ſic facias: ſecus in inferioribus: ſecundum Baldum in capitu.
3 de inueſtit. inter dominum & vaſallum. † & quando apponitur clauſula ex certa ſcientia, non debet quis admitti ad probandum contrarium: ſecũdum Baldum de pace conſtan. firman. §. ſi quis autem. & Barto. in l. conficiuntur. in principio. ff. de iur. codicillor. licèt Papa non debeat vti tali clauſula de plenitudine poteſtatis, niſi de raro & ex magna cauſa: ſecundum

ſa: ſecundum Innocentium, Ioannem Andræam, in capitu. innotuit. de electionib. & per Baldum in l. bene à zenone. C. de quadrie. præſcriptio. attamen non ſufficeret talis clauſula de poteſtate principis, aut ex certa ſcientia ad derogandum iuri, niſi apponatur clauſula derogatoria: ſecundum Baldum in l. ſi teſtamentum. C. de teſtamen. & maximè, vbi agitur de præiudicio tertij. iuxta notata per gloſſ. & Alexandrum in l. iij. §. ſi is. ff. quòd quiſque iur.
4 Idem † in clauſula motu proprio: iuxta capitu. ſi motu. de præbend. libro ſexto, quia non tollit inhabilitatem perſonæ: ſecundum gloſſam in clementi. ſi Romanus. de præbend. nec etiam rumpit diſpenſationem. capitu. non poteſt. de præbendis. libro vj. quia ſufficit quòd operetur effectum quod præſeruat à ſubreptione: ſecundum gloſſam in dict. clem. ſi romanus. Veruntamen quòd ſit ſtandum tali declarationi, facit dict. capitu. cùm à nobis. & dict. clementin. j. de probationibus. etiam procedit in Imperatore vel alio principe non recognoſcēte ſuperiorē: ſecūdum Felinum poſt Cardinalem Floren. in dict. capitu. cùm à nobis. An in iſta declaratione Papę vel alterius principis pręſumatur circũuentio ad præiudicium priorum literarum: vide Baldum, & Felinum in capitu. cùm olim. de re iudicata. & in deciſio. xx. Bellame. titu. de feud. deciſio. dccxxiiij. Pro quo facit quod voluit ibi Baldus, quòd ſicuti creditur tali propter excellentiā dignitatis, ita etiā Regibus, ducibus, prefectis pretor. cap. nobiliſsim. xcvij. diſtinctione. licèt in præfecto prætor. aliter ſentiat Bartolus in l. vnica. C. de ſuperindicto libro
5 j. Et ita ſicuti † creditur Papæ de geſtis ante papatum: ſecundum Ioannem Andræam in capitu. j. de renunciatio. lib. vj. & gloſſ. in cap. ad apoſtolicę. de re iudica. libr. vj. ſuper verbo, potuiſſent. licèt gloſſ. aliter videatur ſentire in clementi. j. §. audientiam. ſuper verbo, reuelatum. de reliqui. & veneratione
6 ſanctorum. † Ergo idem in Rege Franciæ, qui nō recognoſcit ſuperiorem. capitu. per venerabil. qui filij ſint legitimi. Et pro hac parte facit capitu. quicunque. xj. quæſtione j. vbi ex priuilegio Imperatoris creditur in iudicio ſeculari ſoli dicto Epiſcopi: multofortiùs in Imperatore, vel alio principe, qui poſſet idem ſtatuere in caſu proprio, ſecundum Felinum in capitu. nuper. de teſtibus. licèt ſecundum Speculatorem in titu. de teſtib. §. reſtat. verſic. xxij. dictum capitu. quicunque ſit derogatum. per capit. ſi tantùm. & capitu. placuit. vj. quæſtion. ij. Et pro præmiſsis facit quod voluit Baldus in l. nec exem-
7 plum. C. de falſ. † quando dubitatur de errore literarum principis recurrendum ſit ad regiſtrum ſi ſit, ſi non ſit, ad principem. facit quod habetur per glo. in capitu. nonnulli. §. ſunt alij. de reſcript. quando in bulla Papæ ſit mentio de procura. quòd præſumendum eſt pro mandato. Vide per Frederi. de Senis, conſilio. cxvij. incipient. Caſus talis. quando in reſcripto ſit mētio talis ſignificauit, ſtandum eſt narrationi Papæ, licèt non fuerit præſens in curia. Veruntamen licèt non ſit diſputandum de authoritate principis: attamen ob ideò in dubio princeps non intelligitur derogare iure alterius. l. ij. §. meritò. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publico. Et quia talis declaratio, quæ eſt de poſteriori data poſſet præſumi ad cautelam & præiudiciu m alterius cui priùs eſt ius quæſitum: iuxta notata in ſimili per dominos de Rota deciſion. xxij. in nouis incipiente, Fuit dubitatum. facit l. ſcripturas. cum ibi notatis. C. qui potiores in pignor. habentur. Et ideò ſecundum Panormitanum in dict. clementin. j. de probationibus. illa clmenti. non procedit niſi in hijs, in quibus Papa habet plenam poteſtatem. Adde de intellectu clementin. j. de probationibus
8 Franciſcū de Aret. conſilio clxv. † quando narratur de facto alieno de quo non fuit præſens Papa, non facit plenam fidem: facit capitu. ſi Papa. de priuileg. libro ſexto, & pariter non procederet quando ageretur de priuatione iuris alterius quē ad pręſens ſum dubius. † Nam princeps non poteſt ſine
9 cauſa auferre ius quæſitum alteri: ſecundum gloſſ. in capitu. j. xxj. diſtinctione. Et licèt habeat plenam poteſtatem in beneficialibus: clementina j. vt lite pendente. tamen non debet vti tali plenitudine poteſtatis, niſi de rarò & ex magna cauſa: ſecundum Innocētium, & Ioannem Andræam, in capitu. innotuit. de electionib. & in caſu iſto teſtibus & non teſtimonijs ſeu literis teſtimonialibus credendum eſt. c. teſtes. iij. queſt. x. capitu. tua. de cohabitatione clericorum. l. iij. §. idem diuus. ff. de teſtibus. facit in ſimili: quia non creditur notario: niſi de hijs quæ fuerunt geſta tēpore inſtrumēt. confecti: ſecūdum Innocentium in c. quoniam cōtra falſam. de probationibus. & Bartolum in l. j. C. de fide inſtrumentorum. & iure haſt. fiſc. libro x. Adde quòd ſtandum eſt aſſertioni Papæ vel Imperatoris: ſecus inferioris iudicis. clementin. j. de probationibus. cap. quoniam contra falſam. de probationibus. ſecundum Bartolum in extrauaganti ad reprimendum. ſuper verbo, & figura. in fin. vide Innocentium ad dictam clementinam primam. de probationibus. Nota. per Panormitanum & Felinum in capitu. ad audientiam. de præſcriptionibus. An habeat locum in non ſubdito. Et ibi Felinus quòd creditur teſtimonio Papæ. capitu. cùm à nobis. de teſtibus. aliud eſt querere de verbis narratiuis Papæ: vt ibi habetur per ipſum. & in capitu. cùm non liceat. de præſcriptionibus. Et ibi refert quòd diſpoſitio dictæ clementinæ primæ, ſolùm procedit in Papa: allegat Bartolum in l. ambitioſa. de decre. ab ordi. facien. & Cardinalem in clementin. paſtoralis. de re iudic. vide Paulum de Caſtro conſil. cclxxxiij. vbi tenet, quòd de contentis inſerti: ſtandum eſt aſſertioni Papæ. dicta clementin. j. vide Cardinalem in dicta clementin. paſtoralis. in principio. in ij. quæſtione, qui tenet quòd habet locum in Imperatore quò ad ſubditos. Adde Bartolum in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codicillorum. Vbi ſecundum ipſum verba † enuntiatiua principis de præterito indu-
10 cunt diſpoſitionem: ſicuti in verbis teſtatoris: iuxta notata in l. hijs verbis. C. de teſtamento militari. & in l. ex hac ſcriptura. ff. de donationibus. licèt in contrarium faciat capitu. ſi Papa. de priuilegijs. libro ſexto, de quo per gloſſam, in clementina prima. de probationibus. & per gloſſam in pragmatica ſanctione. capitu. j. de ſublatione clementinæ literis.

ARGVMENTVM.

Officia an principis morte vacent

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius à quo iuriſdictionem habeat. Item & inquiſitor.*

2 *Delegatus mortuo delegante re integra nullam iuriſdictionem habet: niſi delegatio ſub dignitatis nomine facta eſſet.*

3 *Iuriſdictionem ordinariam concedentis morte non expirare regulare.*

4 *Vicarius prælati morte reuocatur.*

5 *Locumtenentis officium an gubernatoris morte expiret.*

6 *Officia ad nutum conceſſa an concedentis morte reuocata cenſeantur.*

Quæſtio DCCLXXX.

QVAERITVR an officia vacét per mortem principis, & præſertum quò ad officia habentium iuriſdictioné ordinariam: ſeu poteſt quæri an vacent propter nouum aduentum ad coronam. Et in effectu videretur dicendum quòd non. c. ij. de offic. lega. lib. vj vbi videtur caſus l. more. l. & quia. ff. iuriſdictio. om. iudic. l. proponebatur. ff. de iudic.
1 quia † iudex ordinarius habet iuriſdictionem iure proprio à lege animata vel inanimata: vt notat. ibi per glo. & doctor. vt in authen. de conſulibus. §. fin. collatio. iiij. Et idem eſt in officio inquiſitorum. c. ne aliqui. de hæreti. lib. vj. Et idem in officio executoris ſuper gratia. cap. ſi ſupet gratia. de officio de-
2 legati. libr. vj. † Secus in iudice delegato, quando moritur delegans re integra. dict. l. & quia. ca. licèt. c. gratum. de officio delega. Et idem in officio conſeruatorum. cap. fina. §. officium. de officio delegat. libr. vj. niſi delegatio eſſet facta ſub nomine dignitatis. l. quod principi. ff. de lega. ij. c. quoniã Abbas.
3 cum ibi notatis. † Et licèt iuriſdictio ordinaria nó expiret morte concedentis: hoc verum niſi veniat acceſſoriè ad aliam dignitatem: vt in vicario Epi-
4 ſcopi † qui expirat morte Epiſcopi: ſecundum glo. in clemen. ſi principalis. de reſcript. & in clement. ſi de procurato. & per Ioan. Andræ. in c. penultim. de officio vicar. gloſſ. in clementin. fina. de procurato. Hoſtien. & Panormitan. in c. penultim. de officio vicar. Alexand. conſilio xviij. in ij. volumine. vide Baldum in l. aliquando. ff. de officio proconſul. & lega. in ix. & x. quæſtio. domin. Guido Papæ deciſi. 234. l. ſi fortè. ff. de officio præſidis. licèt eſſet ſecus in vicario perpetuo ad curam animarum, qui non poſſet reuocari per rectorem: ſecundum Petrum de Ancha. in clementin. j. de officio vicarij. facit c. j. de
5 monach. lib. vi. Adde † an per mortem domini gubernatoris præſentis patriæ expiret officium eius locumtenentis? Prima facie videtur dicendum quòd ſic: quia venit acceſſoriè ſicuti de vicario Epiſcopi dicitur, qui expirat poſt mortẽ Epiſcopi. & hoc verum, niſi dictum officium locumtenẽtis fuiſſet datum per principem: iuxta nota. per dominum Guidonem Papæ deciſio. 234. pronunc ſum aliquantulum dubius. Et idem poteſt quæri de officio conſiliariorum parlamenti vbi habent iuriſdictionem vt vniuerſi & ſinguli: iuxta nota. per Barto. in l. Pomponius. ff. de re iudica. & per Panormi, in c. prudentia. de officio delegati. Et maximè quia communiter officia dantur cum clauſula, dum nobis placuerit, & benefecerit. vide Ioannem Calder. de reſcrip. conſilio iij. quòd non reuocatur officium, quod dedit rector prouinciæ, licèt expirauerit eius poteſtas. Addequòd communiter in literis officiorum appo-
6 nitur clauſula, quandiu † nobis placuerit: & ideò expirant per morté concedentis. c. ſi gratioſè. de reſcript. libr. vj. quia poteſt reuocari ad nutũ ſuperioris: ſcd'm Bald. in c. j. qui feud. dar. poſſ. ſuper verbo decedente. facit l. ambiguitate. C. de vſufruct. per Ioan. Calder. conſil. iij. de reſcript. Veruntamen licèt poſsit reuocari propter dicta clauſulam ad bene placitum: ſecundum gloſſ. in dict. cap. ſi gratioſè. tamen per mortem non expirabit in alio caſu vbi nó agitur de odio. c. ſi delegatus. §. j. de offic. deleg. lib. vj. cum ibi nota. facit c. ſi ſuper gratia. de offic. delega: libr. vj. vide Bart. & Alexandr. in l. centeſimis. §. fina. ff. de verborum obligationib. Cyn. Bald. Salicetum in l. fin. C. de contrahend. empt. per Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua. verſic. cl. nam voluntas finitur morte. l. iiij. ff. locati. Nec obſtat præmiſſis clemẽ. ne Romani. §. eo tamen prouiſo. de electione. vbi excipitur quòd per mortem Papæ non expirat officium cancellarij vel pœnitẽtiarij. ergo in officio vicecancellarij vel auditoris. & ita tenet Cardina. Flor. in clem. auditor. de reſcrip. & xiij. q. Sed in contrarium tenet glo. in regulis cancellariæ in rubri. de poteſtate vicecancellarij per plura iura ibi allegata. Et ideò ſecundum ipſum non indiget confirmatione.

ARGVMENTVM.

Conſules, Syndici & Scabini ciuitatum & vniuerſitatum quomodò creandi.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus authoritas, ut uniuerſitas congregetur, an opus ſit.*

2 *Mos aut ſtatutum in faciendis electionibus attenditur.*

3 *De quadrup ici ſtatu ciuitatis Grationop.*

Quæſtio DCCXXXI.

QVAERITVR de modo creandi & eligendi conſules ciuitatum ſeu vniuerſitatum: & an requirantur duæ partes vniuerſitatis vocem habentes: & an maiori parte recedente à loco congregato reſideat poteſtas quò ad remanentes, licèt non ſint duæ partes. & iſta quæſtio accidit de facto ſuper quadam electione conſulũ in præſenti ciuitate Grationop. facta de anno 1500. de mente Decembri, die dominica poſt feſtum beatæ Luciæ, qua die fuit congregata præſens vniuerſitas ad ſonum tubæ de mandato conſulum, qui ex forma libertatis poſſunt congregare vniuerſitatem ad ſo-
1 num tubæ: quia aliâs requireretur mandatum, † & authoritas magiſtratus loci. l. obſeruare. cũ ibi notatis per Bartolum & Ioannem de Platea. & l. nominationum. C. de decurion. libr. x. & per Bartol. in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. in j. quæſtione principali. Et tandem congregata vniuerſitate fuit facta propoſitio ſeu arenga: vt præſupponitur per antiquioremconſulem, ſuper facto eorum officio,
2 & ſuper noua electione fienda. Et tandem † quia
2 in talibus debet attendi ſuper forma electionis ſtatutum aut cõſuetudo municipij loci. l. item eorum. in princip. ff. quòd quiſque vniuerſi. & ibi per Bartolum & Baldum & notatur per gl. in l. omnibus. & l. ita ta-

& l.ita tamen.in princ.ff.ad Trebellia.Ioan. Fab. & Angel.inſtit.de curato.§.fina.& ideo in ſequendo ſtatutum ſeu conſuetudinē,dictæ ciuitatis Gra-
3 tionopolis. † primus cōſul nominauit quatuor perſonas de quadruplici ſtatu,videlicet vnum aduocatum vel licentiatum:aut nobilem:qui dicuntur de primo ſtatu.& pariter nominauit vnum notarium aut procuratorem patriæ, qui dicuntur de ſecundo ſtatu.& in tertio ſtatu nominauit vnum mercatorem.& de quarto ſtatu nominauit vnum de carreria ſancti Laurentij:quia ciuitas bene poteſt diuidi per quarteria.l.ſi à filio.§.fina.ff.de legat.j.& tādem alij tres conſules ſimiliter nominauerunt quilibet quatuor de dictis quatuor ſtatibus,ſup.à enumeratis,qua nominatiōe ſit facta alter cōgrapharius curiæ cōmunis cū graphario ciuitatis ſuper rotulo nominatorum habet perſcrutari vota ibidem præſentiū.& illi qui habent plurima punctaſupradictorū à dorſo rotuli nominatorum eliguntur in conſules vſque ad numerum quatuor:& ibidem publicatur electio: quia publicè facta dicta electio præſente iudice curiæ communis in præſentia caſtellani & carrerij. & ibidem antiqui conſules ſe
4 exonerauerūt tradendo claues ciuitatis. † & pariter iudex recipit iuramentū,nouorū conſulū & cō-
5 firmat,aut aliàs interponit decretum: † quia ex ſola electione nō tribuitur ius adminiſtrādi in actu, niſi ſequatur confirmatio ſuperioris:vt in authent. de defenſoribus ciuita.in princip.§.j.iuxta not.per gloſſ.& doctor.in l.priuatorum.C.de iuriſdict. om. iudi.Sed quia in caſu iſto facta nominatione dictorum conſulum in rotulo maior pars vniuerſitatis non cōſentijt:ſed petijt differri vſque ad poſt prandium& receſsit,& minor pars remāſit, cum decem aut duodecim conſulibus antiquis, & proceſſerūt ad eorum electionem, quæ fuit præſentata iudici curiæ communis.ſuper qua præſentatione & confirmatione ſe oppoſuerunt aliqui particulares, dictę ciuitatis:petendo dictam electionē caſſari quathenus de facto proceſsit.attento quòd non fuit facta à maiori & ſaniori parte, & maximè cùm non interuenerunt duæ partes vniuerſitatis.l.nulli.& l. planè.ff.quod cuiuſque vniuer.l.quod maior.ff.ad municipal.cap.j.de hij.quę fiūt à maior. parte capitu.c.quia propter.& c.eccleſia veſtra.de electio. & hoc in hijs qui ſunt communia vt vniuerſis.iux.notat.per gloſſ.& doctor.in cap.cùm omnia.de conſti
7 tutio.†quia ea quæ ſunt vniuerſitatis nō ſunt particularium,nec econtrà.l.in tantum.§. vniuerſitati. ff.de rer.diuiſio.& §.vniuerſitat.inſtitu.de re.diui
8 ſio. † Quinimò in negotio arduo vbi tractatur de præiudicio abſentium requireretur quod omnes eſſent præſentes,aut ſaltem vocati: iuxt.notat. per gloſſ.& doctor.in dict.capit.cùm omnes.& per Panormita.in dict.capitu.j.de hij.quæ fiunt à maior. parte capit.& ideò iudex curiæ communis iterum ordinauit congregari dictam vniuerſitatem: quia congregatio proceſsit ad dictam aliam electionem nondum facta caſſata prima electione. Adde quòd licèt de antiqua conſuetudine antiqui conſules habeant facultatem nominandi quiſlibet quatuor,videlicet de quibus quatuor ſtatutū & ſic xvj.& deinde vniuerſitas eligit quatuor magis idoneos: tamē
9 talis † nominatio non tribuit ius:ſicuti de poſtulatione dicitur: quæ innititur ex gratia, licèt nominantes non poſsint variare facta publicatione aut præſentatiōe ſuperioris:iux.not.in c.publicatio. de electio.de quo vide per gloſſ. in capitu.j.§. volens. de colla. ſuper verbo,nominationes. in pragmati. ſanctione.

ARGVMENTVM.

De conſulibus defenſoribus ciuitatis ſeu ſyndicis.

SVMMARIVM

1 *Conſules qui rempublicam regunt,quòd in decurionum locum ſuffecti videantur, qui ſtatuta reipublicæ utilia cōdere poſſunt.*
2 *Conſulum creandorum modus.*
3 *In conſulibus eligendis conſuetudo attendenda.*
4 *Ciuitatis conſilium totam ciuitatem repreſentat.*
5 *In conſulum creatione ad duæ partes ſufficiant alijs uocatis.*
6 *Conſules populo conuocato & con gregato conſtituendi*
7 *Conſulibus creandis præſentium pars maior ſufficit.*
8 *Conſules ſeu ſyndici liberam habent poteſtatem.*
9 *Vniuerſitatis nomina in conſulum creatione, an exprimenda ſint.*
10 *Vniuerſitas an collectam imponere poſſit.*
11 *Vniuerſitas an in conſulibus creandis poteſtate ſuperioris egeat.*
12 *Conſulum quilibet poteſtatem inſolidum habet.*

Quæſtio DCCLXXXII.

QVAERITVR ſuper forma & modo eligendi conſules qui dicuntur defenſores reipublicæ.l.munerū.§.defenſor.ff.de muneri.& oneri.& de iſto nomine conſules,fit mentio in capit. licèt ex ſuſcepto.de foro competent.& in cap.aduerſus.de immuni.eccleſ.& in l.j.C.de conſuli.lib. xij. & ibi per Ioannem de Platea in rubric.de conſuli.
1 qui tenet †quòd iſti conſules qui regunt rempublicam ſuccedunt loco decurionum:& poſſunt facere ſtatuta,quando tendunt ad vtilitatem reipublicæ: iuxta nota.per gloſſ.in rubric.C.de decurio.libr. x. & per Bartol.in l.ambitioſa.ff. de decurio.ab ordi. faciend.& talis conſul etiam vocatur ſyndicus,qui duxit cauſam plurium.l.j.§.quibus.ff. quod cuiuſ-
2 que vniuerſi.ca.j.de ſyndico.†& de modo creandi ſeu eligendi,oportet quòd creētur à tota vniuerſitate congregata,vt interſint duæ partes vocem habētes.l.nulli.& l.planè.ff.quod cuiuſque vniuerſit. ni
3 ſi aliter conſuetudine vel ſtatuto caueretur:† quia iſto caſu debet conſeruari conſuetudo.l.item eorum.ff.quod cuiuſque vniuerſi. ſecundum gloſſ. in l.omnibus.& l.ita tamen.in princip.ff. ad Trebel. vnde ſecundum Bartol.ibi,talis creatio ſyndici debet fieri per adiuuantium generalem totiùs populi,vel per conſilium ſeu ordinem per quem regitur
4 ciuitas: † quia conſilium ciuitatis repreſentat totam ciuitatem: ſecundum glo.in rubri. C.quæ ſit long.conſuetudo.& in l.aliud.§.refertur. ff.de reg. iur.vel etiam poteſt confici ſyndicus à lege,quādo
5 quis eſt ſyndicus natus.†& licèt ſufficiant duę partes vniuerſitatis:hoc verum ſi alij fuerint vocati per præconem ſono tubæ:iuxta nota. per Bartol in l.ij. C.de decurio.libr.x.& Alexand.de Imol. in dict. l. omnibus.& ibi an conſiliatij comitatum ſeu anciani poſsint conſtituere ſyndicum,de quo per Barto in l.actor.ff.rem rat.habe.facit quod habetur. in c.

fina.de procura.vide etiam per Speculato.de ſyndico,vbi tenet in princip.quòd requiritur quòd conſtituatur à duabus partibus.&per Bal.in l.neq;.in
6 fin.C.de procurato.vbi tenet† quòd debet conſtitui populo conuocato & congregato. & per Ioan. Fab.inſtitu.de curato.§.fina.vbi tenet, quòd in cõſtitutione ſyndici regulariter debent vocari omnes vniuerſitatis:& quod requirantur ſaltem duæ partes:& quod requiratur maior pars duarum partiũ: & allegat glo.in c.quanto.lxiij.diſtinctio. & in ca. licèt.de elect.probatur in c.j.de hij.quæ fi.à maior. parte capitu.licèt alleget gloſſ.& Innocen.in con-
7 trarium in capit.quia propter.de elect.† quod ſufficiat maior pars partiũ,eſto quod nõ ſint duæ partes.& Archidiaco.in capit.duobus.de reſcript.libr. vj.& Ioan.Fab.in dict.§.fina.tenet quòd conſules poſſunt conſtituere ſyndicum, & pariter in §. vniuerſitatis.inſtit.de rer. diuiſio.tenet,quòd non debet congregari ſine licentia iudicis : vide etiam per Angel.Aretin.in dict.l.fina.inſtit.de curatori. & ibi,quòd iſti ſyndici appellantur defenſores.l. munerũ.§.defenſores.ff.de muneri. &ónerib.& ta-
8 les† ſyndici ſeu conſules habent liberam poteſtatem eſto,quòd non exprimatur in ſyndicatu.l.præſes.& ibi per Bartol.& Bal.C.de tranſactio.& quã-
9 do † vniuerſitas eſt magna,non eſt neceſſe exprimere nomina ſingulorum particularium,aliàs ſecus:ſecundum Bart. in l.j.ff.de albo. ſcribẽdo. Veruntamen requiritur, quòd grapharins in ſyndicatu faciat mentionem quòd maior & ſanior pars fuerit:vide Pet.Iaco.in tit.de conſulibus.& ibi primò tractat de priuilegio ordinis decuriorũ, & an conſules ſuccedant loco decurionũ:& de forma cõueniendi vniuerſitatem per præconem ad ſonum tubæ:& quòd conſtituantur per ſingulos annos. & an poteſtas cõſtituẽdi ſyndicũ remaneat quoad præſentes:& quòd de conſuetudine non requiritur decretum ſuperioris : & hoc tenet gloſſ.in l.actor. ff.rem rat.habe.vide per domi.Guido.Pap.deciſio.
10 lxxxvij.& ibi † an vniuerſitas poſsit imponere collectam.& deciſio.cvj.vbi tenet quòd licèt vniuerſitas habeat burſam communem : tamen non poteſt ſe congregare ſine licentia iudicis . & ibi etiam te-
11 net, † quòd vniuerſitas non poteſt creare conſules ſine authoritate ſuperioris,niſi vniuerſitas ſit in lõgeua conſuedine.deciſ.ccclij.& ibi allegat in authent.de defenſo.ciuita.§.quia verò. colla.iij.quòd conſules debent eligere per circulum hoc eſt circuitũ: vt quilibet ſuo loco per turnũ ſubeat tale o-
12 nus, & ibi etiam tenet,† quòd quando ſunt plures conſules quilibet habet poteſtatem inſolidùm allegat glo.in l.j.C.ſi vnus ex pluri. tutori. vide etiam do.Guidonem Papæ deciſio.dcxxxj. & ibi de forma iuramenti conſulum , & qualiter debent iurare in manibus domini,ſeu eius officiariorum.

ARGVMENTVM.

Vniuerſitas congregata ad aliquem actum ſi pars recedat infecto actu, an vniuerſitatis poteſtas penes eos qui ſuperſunt remanſerit.

SVMMARIVM.

1 *Vocati non uenientes in numero non habentur.*
2 *Quid de his qui infecto negotio recedunt?*
3 *Non uenire & non expectare paria ſunt.*

Quæſtio DCCLXXXIII.

QVAERITVR quia maior pars dictæ ciuitatis tàm in numero quàm etiam in qualitate perſonarum reſilijt à dicta nominatione petendo differi vſque ad poſt prandium,& receſsit:an remãſerit poteſtas vniuerſitatis penes alios,qui remãſerint in loco congregato? Dubium facit,quia terminus dictæ electionis inſtabat eadem die:& ſic minor pars potuit eligere non obſtante abſentia maioris partis:& hoc videtur tenere Panormita. poſt Innocen.in cap.cùm nobis.de electio.circa finem:
1 quia † ſicuti quando vocati non curant venire ſe conſtituunt in cõtumacia,adeò quòd non computantur in numero:ſecundum Innocen.in capit.j.de maiorita.& obedien.& in cap.ij.de oper.noui nun-
2 ciatio. † ita etiam quando tales recedunt. & ita tenet Innocen.in cap.ij.de oper.noui nuncia. & Panormita.in cap.in cauſis.de electio.ergo idem quã-
3 do recedunt:† quia paria ſunt non venire vel non expectare vſque ad finem. capitul.j.de iudicijs. & capitu.certis.xj.quæſtio.iij.& hoc verum quando inſtat terminus iuris:ergo idem in termino ſtatuti.Si verò non inſtaret terminus alia minor pars non poſſet explicare actum:quia maior pars recedendo videtur reuocare terminum præfixum:ſecus econtrà quando duæ partes reuocantur: quia licet tertia pars recedat nõ eſt curandum de receſſu tertiæ partis:quia perinde eſt ac ſi vocata non voluiſſet venire:ſecundum Panormitanũ.in dict.capitu. cùm nobis.

ARGVMENTVM.

Electio ſecunda prima non caſſata prima : an fieri poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Aßignatio iudicis uim peremptorij termini habet.*
2 *Electio ſecunda fieri poteſt prima , quæ notoriè nulla eſt, non caſſata.*
3 *Electio facta à non maiori parte capituli canonica nõ eſt.*
4 *Querela aut appellatione pendente nihil innouendum.*

Quæſtio DCCLXXXIIII.

QVAERITVR quia dictus dominus index curiæ communis præfixit terminum partibus ad comparendum in dict. congregatione vniuerſitatis.& tamen pars priorũ conſulum non curant comparere,an poterit procedi ad ſecundã electionem,etiam non caſſata prima. Et videretur di-
1 cendum ſic: † quia aſsignatio iudicis habet vim peremptorij.l.ij. & ibi per gloſſ. & doctores. C . quomodo & quando iudex & quando præfixio termini fit ab illo qui habet poteſtatem congregandi : tunc conſtituit non venientes in contumacia: adeò quòd poteſtas capitalis reſidet penes venientes,eſto quòd ſit minor pars:ſecundum Innocen.in cap.j.de maiorita. & obedien. & in cap. ij.de oper. noui nunciatio.de quo per Panormita.in dict. cap. cùm nobis.& capit in cauſis.de electio. & maximè quando inſtat terminus:quia etiam vnus poſſet ex-
2 plicare actum:ſecundum Innocen.vbi ſuprà.† Præ tereà quando prima electio eſt notoriè nulla, tunc poteſt procedi ad ſecundã non caſſata prima: iuxt. notat.per gloſſ.& doctores in cap. auditis.de elect. & in capitu conſtitutus.de appellatio.& in cap.inter dilectos.de exceſ.prælat.& maximè quando electio eſt

ctio eſt nulla iure actionis & excipiente:vt quia eſt nulla de iure naturali.facit capitu.non præſtat. & ita eſt in propoſito:quia quando electio non eſt facta à maiori parte capituli:& ſic deficit conſenſus. capit.quia propter.de electio.cap.j.de hijs quę fiũt à maior.part.capitu.ſecundum Panormita.in dict. capitu.auditis.facit quod habetur per Innocen.&
3 Panormita.in capitu.quod ſicut.de electio. † quia quando electio non eſt facta à maiore parte capituli,tunc non dicitur canonica de iure naturali:ſecũdum Innocen.ibi,& per gloſſ.in pragmatica ſanctio.in titu.de electio.capit.ij.ſuper verbo,canonica.& licèt fuiſſet incepta querela ad inſtantiam aliquorum particularium: ita quòd pendente cauſa querelæ vel appellationis,nihil eſt innouendũ,nec eſt procedendum ad aliam electionem.capit.conſideramus.& ca.cùm inter. de electio. &c.cũ nobis. eod.tit.& cap.bonæ.& cap.conſtitutis.de appella. Et pro præmiſsis facit ca.ſi quando.de electio.libr. vj. quando vna electio eſt facta à duplo maiori: quia tunc non poteſt opponi contra talẽ electionẽ.

ARGVMENTVM.

Vniuerſitatis actus ad hoc vt valeat quot partes requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitate debitè conuocata actus qui geritur à parte maiori eorum qui interfuerunt validus eſt. & numer. 2. & 5.*
3 *Contumaces electione indigni.*
4 *Vniuerſitatis pars minor maiorem ut actui gerendo adſit, uocare poteſt.*
5 *Vniuerſitas ubi congregata eſt, quòd eorum qui interſunt pars maior actum explicare poteſt.*
6 *Vniuerſitas ius in uno reſidere poteſt.*
7 *Reſcriptum ex tabula recitari non debet.*
8 *In electione Papæ duæ partes requiruntur.*
9 *Vniuerſitatis duæ partes in cõgregando licèt requirantur, congregata uerò non.*
10 *Collegiũ ubi congregatum eſt, ſi duæ partes recedãt: quòd reliquum eſt actum gerere poteſt.*

Quæſtio DCCLXXXV.

QVAERITVR an in actu vniuerſitatis requirãtur ſaltẽ duæ partes præſentes:& an ſufficiat maior pars iſtarum duarum partium. Et videtur dicendum quòd ſic.l.nulli.l.planè.ff.quod cuiuſque vniuerſita.l.iij.ff.de decret.ab ordi.facien.l. quod maior.& ibi per gloſſ.& Bartol.ff.ad municipa.& per gloſſ.& Panormit.in capit.j.de hij.quæ fiunt à maior. parte capitu.& Bartol.in l.omnes populi.ff.de iuſti. & iur.in ij.quæſt.principali.allegat l. fi.C.de prædij. decurio.libr.x.Sed Panormita.in cap.cùm omnes.de conſtitu.refert communem opi-
1 nionem canoniſtarũ tenẽtium,† quòd quando vniuerſitas eſt congregata de mandato illius qui habet poteſtatem congregandi, tunc ſi non veniant etiam maior pars tunc venientiũ poſſunt explicare talem actum vniuerſitatis:quia mandatũ ſuperio-
2 ris conſtituit non venientes in contumacia:† & cõtumacia priuat illos facultate dandi vocem:quia non veniendo faciunt ſe alienos.capit. cùm nobis. de electio.ſecundum Innocen.in capit.j.de maiorita.& obedientia.& in cap.ij.de oper. noui nuncia. & per glo.in clemen.quod circa.de electio. & Ioã. And.in cap.in cauſis.de electio.vbi ponit caſum in
3 vniuerſitate in † qua eſſent centum homines:& vocatis ab habente poteſtatẽ comparuerunt triginta: & concluſio ſua fuit,quòd ius vniuerſitatis reſidebat in illis triginta.iſtam partem etiam tenet Petr. Iacob.in tit.de conſulibus. Si verò non eſt aliquis ad quẽ ſpectat cõuocatio,tunc ſi fuit terminus præ-
4 fixus illius actus: † & tunc minor pars poteſt vocare maiorem:& ſi non veniãt, poterit explicare actũ. & idem eſt ſi maior pars recedat:iuxta nota. per Innocen.& Panormita.in dict.cap.cùm omnes. & in cap.cùm nobis.de electio. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ capitulum cõſiſtit in maiori parte,& quòd debent eſſe duæ partes:prout ſuprà dictum fuit: quia illud
5 verum dum collegium eſt in congregando, † ſed poſtquàm eſt congregatum,ſufficit maior pars pręſentiũ: ſecundum gloſſ.& Panorm. in cap.cùm inter.&cap.cùm nobis.de electio.adeò & in tantum, quòd ius vniuerſitatis in vno reſidere poſsit alijs abſentibus, vel in remotis exiſtẽtibus.l.ſicut.quod cuiuſque vniuerſita.c.gratum.de poſtula. prælato.
7 Nec obſtat l.fina.C.de prædij.curia.libr.x.vbi † decretum non debet recitari ex tabella:quia ſecundũ Panormita.non loquitur quãdo congregatio fuit facta per præſidentẽ vniuerſitatis ſeu de mandato ſuperioris: Felin.verò in dict.cap.cùm omnes.de cõſtit.circa finem:refert opiniones,& ibi refert quòd quando in vniuerſitate congregata eſſent plures quã duę partes:tunc non ſufficeret maior pars duarum partium,ſed requiratur conſenſus maioris partis conuenientium.allegat Innocen.in ca.ij.de operis noui nuncia.aliàs regulariter ſufficit conſenſus
8 maioris partis: † præterquàm in electione Romanæ pontificis,vbi requiritur conſenſus duarum partium.cap.licèt.de electio.& vlterius ſecundum Felin.in dict.ca.cùm omnes.vbi requiruntur duę partes vniuerſitatis:intelligitur de præſentibus reſidẽtibus: quia abſentes regulariter non ſunt vocandi, niſi in arduis:& alijs caſibus notatis per gloſſ. in c. præſentium.de teſtib.libr.vj. Adde gloſſ.in pragmati.ſanctio.in titu.de authoritate & poteſtate ſuperioris generalium conſiliorum:ſuper verbo, duarũ
9 partium.vbi tenet † quòd licèt regulariter requirãtur duæ partes vniuerſitatis quando agitur de capitulo congregando:ſecus quãdo eſt congregatum:
10 per iura ibi allegata:& ibi tenet † quòd quando collegium eſt congregatum; licèt maior pars recedat, alij poſſunt gerere actum,præſertim vbi periculum eſt in mora:nec amplius recedentes vocandi ſunt. allegat clemen.ne Romani.§.porrò.de electio. Adde quòd licèt quando capitulum eſt congregatũ, illud quod fit à maiori & ſaniori parte,debet teneri:ſecus quando capitulum nondum eſt congregatum: quia requiruntur duæ partes vniuerſitatis:ſecundum Panormitanum in capitu. cùm nobis. de electionibus.

ARGVMENTVM.

Conſenſus in actu vniuerſitatis qualiter præſtari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus omnium requiritur in hijs quæ ad plures ut uniuerſos pertinent.*
2 *Quid ſi conſenſus maioris partis minori præiudicet, etiam*

ſi ad plures ut ſingulos pertineat.

3 *Conſenſus populi ubi requiritur, an per ſigna apparere ſufficiat.*

4 *Conſenſum in communi uel particulari præſtari præterquàm in electione licitum.*

5 *Conſenſus quando in communi præſtatur, pars maior quandoquè minorem in ſuam ſententiam deſcendere cogit, & econtrà.*

6 *Conſenſus in communi præſtitus magis deliberatus.*

Quæſtio DCCLXXXVI.

QVAERITVR qualiter debeat præſtari conſenſus in actu vniuerſitatis: & an ſufficiat præſtari in particulari, vel communi. Et in effectu Bart. in d. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure.
1 in ij. q. j. verſic. iij. dixi. ponit duas regulas. † Prima ꝙ in hijs quæ pertinẽt ad plures vt vniuerſos, ꝙ requiratur ſimul cõmunis cõſenſus. allegat. l. ij. C. de
2 decu. li. x. & c. in geneſi. de elect. Secũda regula † eſt, ꝙ etiã quando cõſenſus maioris partis præiudicat minori, etiã ſi pertineat ad plures & ſingulares, ꝙ debeat præſtari cõſenſus in cõmuni. allegat l. iuriſ gentiũ. §. fin. ff. de pact. & idẽ Bart. in d. l. omnes populi. tenet in ij. q. principa. verſ. quarto quæro. ꝙ licet requiratur expreſſus cõſenſus populi in ſtatuto ex parte interrogãtis, ſeu illius qui facit populũ: ſe-
3 cus ex parte populi reſpõdentis: † quia tũc ſufficit cõſenſus populi: per ſigna leuãdo manũ: vel ſedẽdo vel de fabis albis, vel nigris; ſcđm ꝙ ita fuerit ordinatũ. l. cõſenſu. ff. de actio. & obli. gloſſ. verò in c. j.
4 de reb. eccleſ. nõ alienã. lib. vj. † tenet, ꝙ regulariter ſufficit præſtari cõſenſus, vel in cõmuni, vel in particulari, prẽterquã in electione. c. in geneſi. de elect. licèt glo. in d. c. cũ omnes. teneat regulariter, ꝙ debeat præſtari conſenſus in communi, quãdo maior
5 pars poteſt præiudicare minori. & eſt ratio: † quia quãdo conſenſus præſtatur in cõmuni, maior pars poſſet attrahere minorẽ, & ecõtrà: minor pars poſſet ad ſe attrahere maiorẽ. l. item ſi vnus. ff. de arbitr. & ideò ſecundũ Panor. licèt ſufficiat cõſenſus maioris partis patronorũ. c. iij. de iur. patrona. hoc verũ ſi fuerit præſtitus conſenſus in cõmuni. & pro hoc fa-
6 cit l. ij. C. de veter. iur. enucleand. † quia quãdo præſtatur opinio in communi eſt magis deliberata. de quo latiùs per Felin. in dict. cap. cùm omnes.

ARGVMENTVM.

Vniuerſitas an ſatis conuocata videatur, ſi ad campanæ ſonitum, vel præconem, aut tubæ ſonum vocetur.

Quæſtio DCCLXXXVII.

QVAERITVR an in actu vniuerſitatis ſufficiat cõgregare vniuerſitatẽ ad ſonũ campanæ per præconem, vel ad ſonũ tubæ. Et videretur dicẽdũ ꝙ ſic: iuxt. not. per gl. & Bart. & Io. de Plat. in l. ij. C. de decurio. lib. x. & per Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. in ij. q. principali. ſed ſecũdũ Inno. quẽ refert Panor. in c. in cauſis. de elect. ſufficit citatio generalis in muneribus guagerijs. Sed in electionibus & alijs actibus in quibus ſunt vocandi abſentes de quibus per glo. in c. ij. de teſtib. libr. vj. requiritur citatio ſpecialis, nec ſufficit citatio per ſonum campanæ, vel præconis. de quo etiam per Alex. de Imol. in addi. ad Bart. in dict. l. omnes populi. in ij. quæſtio. principali.

ARGVMENTVM.

Conſules officio finito, an conſulatus prorogari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Conſules magiſtratu abdicato, quòd tempus effluere oporteat antequam ad illud aduocentur.*

Quid in legationis officio.

2 *In muneribus ſubeundis pater & filius pro una eadẽmq; perſona cenſentur.*

3 *Conſulatus omnis ex circulo ſubeundus.*

Quæſtio DCCLXXXVIII.

QVAERITVR an iſta officia cõſulũ ſeu alia munera perſonalia debeant cõtinuari finito anno eorũ officij. Et videretur dicẽdũ ꝙ non.
1 Sed † ꝙ debeat haberi vacatio quinquẽnij, aut triẽnij, & in officio legationis biẽnij: niſi quis ſpontè ſubiret tale onus. l. j. C. de oneri. & muneri. non cõtinuand. l. ſponſa. ff. de muneri. & oneri. l. filio. & l.
2 filius. ff. de legatio. † & in talibus muneribus pater & filius reputãtur pro vna perſona, & vnus excuſat aliũ. l. j. & l. ſi hij. C. de filiſfmila. quemadmod. pater. lib. x. hoc fallit in decurionatu: vbi nõ habetur vacatio quinquẽnij. l. à decurionatu. ff. de vaca. muner. Verũtamen ſecudũ ſtatuta dictæ ciuitatis Gratianopolis habetur vacatio xxx. annorũ: licèt in alio ſtatuto caueatur, ꝙ duo primi conſules renun-
3 ciãt anno ſequẽti. † Verũtamẽ tale onus debet ſubire per turnũ & circuitum totiùs ciuitatis, dũ tamen quis ſit legitimę ætatis. xxv. annorũ. l. ad rẽpublicã. ff. de muneri. & oneri. & in auth. de defenſo. ciuita. §. ũc ita. colla. iij. ſecundum do. Guido. Papæ deciſi.

ARGVMENTVM.

In conſulũ creatione an ſuperioris decretũ requiratur: & quid in æconomi creatione.

SVMMARIVM.

1 *Conſules ſtatim atque electi ſunt, iudici ut cõfirmentur præſentandi ſunt.*

Quæſtio DCCXXXIX.

QVAERITVR an in creatione conſulũ ſeu ſyndicorũ requiratur decretũ ſuperioris ſeu iudicis: & idẽ poteſt dici de creatiõe œconomi, an requiratur decretũ Epiſcopi. Et dicendum eſt ꝙ ſic: ſecundũ gl. in c. Imperatoris. de iuramento calũniæ. allegat l. omnes. §. nihilominùs. C. de epiſ. & clẽric. & idẽ tenet gl. in l. nulli. ff. quod cuiuſq; vniuer. ſed in contrariũ tenet glo. in l. actor. ff. rẽ rat. haber. & ibi per Bart. & idẽ tenẽt Inno. & Panor. in c. fin. de procura. & Petr. Iacob. in tit. de cõſuli. & ibi re-
1 fert ita ſeruatũ de cõſuetu dine. † Verũtamen requiritur ꝙ præſentatur iudici: & cõfirmetur per iudicẽ, & recipiatur iuramentũ ipſorũ: iuxta not. per gloſſ. & docto. in l. priuatorum. ff. de iuriſdi. om. iudic. & per do. Guido. Pap. deciſ. ccccxxxj.

ARGVMENTVM.

Electio ſeu creatio magiſtratus vniuerſitate cõgregata antequàm confirmetur, reuocari poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Electione ius nullum quæritur.*

Quæſtio DCCXC.

QVAERITVR an vniuerſitas poſsit reuocare creationẽ poteſtatis ſeu alterius officiarij, antequã fuerit acceptata. E videtur dicẽdum
QVAERITVR an collegium ſeu vniuerſitas ſecularis quãdo habet rectorẽ poſsit cõdere ſtatuta, & an mortuo rectore vniuerſitas ſuccedat in poteſtate iuriſdictiõis, ſicuti in collegio, ſeu capitulo, aut conuentu perſonarum eccleſiaſticarũ ſede vacante: & quid iuris in parlamentis & præfectis prętorio. Et in effectu quo ad vniuerſitatẽ per-
1 ſonarum eccleſiaſticarum, vti † capitulum, an poſſit cõdere ſtatuta: dubium poſſet eſſe ſine Epiſcopo per cap.cùm conſuetudinis.de conſuetud.quia Epiſcopus eſt caput eccleſiæ cathedralis, & ſic non debet capitulũ ſtatuere ſine Epiſcopo, ſicuti econtrà, Epiſcopus non debet ſtatuere ſine conſenſu capituli.cap.nouit.cap.quantò. de his quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capitul. & præſertim in arduis negotijs, niſi aliter de conſuetudine eſſet pręſcriptum. cap.ij.de conſuetud.lib.vj.faciunt not.in cap.cùm omnis.de conſtitu.per glo. Inno.& cæteros.veruntamen glo.in cap.ij.de verbo.ſignific.lib.vj.diſtinguit quando canonici facerent ſtatuta in concernẽtibus Epiſcopum vel ſtatutum eccleſiæ, & non poſſunt ſtatuere ſine Epiſcopo.cap.cùm dilectus.de clericis non reſiden. Si verò canonici ſtatuerent circa eorum negotia particularia, vti circa quòtidianas diſtributiones vel modum conuocandi capitulum & ſimilia: tunc vacarent ſtatuta etiam ſine Epiſcopo: ſecundum glo.in dict.cap.ij.& quò ad eccleſias inferiores, idem dicendum: ſecundum Fely.in dict. cap.cùm omnis.licèt maior ſit vnio inter Epiſcopum & capitulum eccleſiæ cathedralis, quòd inter eccleſias inferiores: ſecundum Innocen.in cap.requiſiſti de teſtamen.licèt Epiſcopus non poſſet ſtatuere ad præiudicium eccleſiarum inferiorum, niſi ipſis vocatis: ſecundum Innocen.& Ioan. Andr.in cap.ve-
2 ſtra.de loca. † Sed quò ad vniuerſitatem collegij ſecularis quando habet rectorem, nihil poteſt ſtatuere ſine rectore: quia iuriſdictionẽ tranſtulerũt penes rectorem.l.fi.C.de iuriſdict.omnium iudic. niſi ſtatuerit ſuper negotijs vniuerſitatis, abſque iuriſdictione, cùm non poſſent adijcere pœnam: ſecundum Innocen.in cap.cùm acceſsiſſent.de conſtitu. ſecus ſi illi de vniuerſitate haberent iuriſdictionẽ: quia tunc poſſent pœnam ponere ſtatuto.l.j.§.j. & ij.ff.quod cuiuſque vniuerſi.l.j.in princip.ff. ſi quis ius dicen.non obtempe.& ibi per Ang.& licèt ſede vacante capitulum ſuccedat in iuriſdictione. c. hijs quæ.cap. cùm olim.de maior.& ca.ſi Epiſcopus.de ſupplend.negligen.prælato.lib. vj.c.j. de maior. & obedien.eod.lib.tamen ſecus in vniuerſitate colle-
3 gij temporalis: quia † mortuo rectore non ſuccedit collegium in iuriſdictione, nec poſſent illi de collegio exercere iuriſdictionem.capitul. dilecta. de exceſsib.præla.ſecundum Innocen.in dict cap. cum acceſsiſſent.ſed in contrarium tenent Cæpo.& Hoſtien.quos referũt Antho.de Butr. Ioan.de Imo. & Felin.in dict.cap.cùm omnis.de conſtit. quia ratio quæ nulitat in capitulo eccleſiæ ſede vacante, vt ſuccedat in iuriſdictione, & ita eadẽ in vniuerſitate collegij ſecularis.l.ij.§.exactis.ff. de origi.iur. l.j.& ij.ff.de decre.ab ordin.facien.l.j.ff. quod cuiuſque vniuerſi.& pro hoc facit.l.vbi abſunt.ff.de tuto. & curato.da.ab hij. & ibi Barto.& hoc tenet Bald. in l.j.ff.de offic.conſu.in xix.quæſtio.quãdo iſtę ciuitates habent iuriſdictionem ex priuilegio, conſuetudine vel pactione: ita quòd ſi vacat iudex appellationum, appellatur ad vniuerſitatem, vt ibi habetur.faciunt nota.per Barto.in l.j.§.ſi quis.ff. de appella.l.j.§.ſolent.ff.quando appel.fit. Sed in pręfe-
4 ctis † prætorio & parlamentis, quia habent iuriſdictionẽ & poſſunt ſtatuere legis formã: aliàs normam.C.de offic.præfe.l.appertiſsimi.C.de iudic.& ibi Ange.ꝙ præfecti prætorio poſſunt cõdere ſtatuta: quia ſunt de maioribus iudicibus: ſecundũ Bart. in l.j.in princip.poſt glo.ff.quod quiſque iur. & in l.omnes populi.ff.de iuſtiti. & iure. in j. principali quæſtione. Et licèt in hac patria Delphina.iſta curia parlamenti habeat rectorem ſeu gubernatorem

qui dicitur caput curiæ, & literę intitulẽtur ſub no-
mine domini gubernatoris: tamen curia ipſo domi
no gubernatore præſente aut abſente exercet iuriſ
dictionem. Et etiam ex fundatione domini Hum-
berti Delphi. habet merũ mixtum imperium & om
nimodam iuriſdictionem per totam patriam Del-
5 phina. † nam de eſſe collegij ſeu capituli non requi
ritur, quòd habeat prælatum ſeu rectorem: ſecundũ
Innocen. in cap. cùm non ignores. de præben. l. j. ff.
quod cuiuſque vniuerſi. Et ex quo infertur ſecun-
dum Panor. ibi quòd illi de collegio non tenentur
eligere rectorem ſed remanet tota poteſtas ſeu iuriſ
dictio penes ipſum corpus, & poterit committere
alicui ex collegio cui voluerint ad vitam vel ad tem
pus. capitu. irrefragabili. §. exceſſus. de offic. ordin.
& quando tale officium eſt reuocabile ad nutum,
tunc non computatur inter beneficia incompatibi
lia, nec incurritur pœna. cap. de multa. de præbend.
ſecundum Panormi. in dict. cap. cùm non ignores.
ſicuti de vicario Epiſcopi dicitur, qui poteſt reuoca
re ad nutum Epiſcopi: ſecundum gloſſ. in clemen.
6 & ſi principalis. de reſcript. † & licèt capitulũ ſede
vacante ſuccedat in iuriſdictione & adminiſtratio-
ne, adeò quòd poſſit facere ſtatuta ſicut Epiſcopus
etiam duratura poſt promotionem Epiſcopi; ſecun
dum Fredet. conſil. xvj. & not. per Panor. & Feli. in
dict. cap. cùm olim. de maio. & obedien. & in dict. c.
6 cùm omnis. de conſtitu. † tamen non poterit cõfer
re officia vel beneficia, quæ pertinebant ſolùm ad
Epiſcopum vel rectorem. cap. illa. ne ſede vacante.
cap. j. & ij. ne ſede vacan. lib. vj. cap. vnic. de iuſtici.
7 eodem libr. nec † pariter ſuccedit capitulum in iu-
riſdictione ſeu prærogatiua, quæ cõpetit iure ſpe-
ciali prælato, vti in iuriſdictione feudali. ca. verum.
de for. competen. aut in facultate doctorãdi: ſecun-
dum Panor. & Feli. ibi, verũtamen quando pertine
ret Epiſcopo facultatis cõferendi beneficia iure de-
uoluto, tunc ſuccederet capitulum: ſecũdum Ioan.
Andr. in nouella, in cap. quanquam. de electio. lib.
vj. de quo latiùs per Felin. in dict. cap. verum. & prę
miſſa faciunt ad quæſtionem quãdo vacat officiũ
domini gubernatoris præſentis patriæ Delphina.
ſiue per deceſſum aut aliâs: quia literæ iuſtitiæ con
ficiuntur ſub nomine curiæ, & curia exercet iuriſdi
ctionem: ſed quò ad collotionem officiorũ, & aliàs
prærogatiuas quæ ſpectant ſolùm domino guber-
natori vti quò ad gratias abolitiones iure ſpeciali:
vt puto, curia non ſe intromittit. & patet reſponſio
ex præmiſſis: & licèt dominus gubernator habeat
facultatem condendi edicta & ſtatuta in hac patria
prout ſupra dictum fuit. cap. fina. de offic. lega. ta-
men hoc eſt ſolitum fieri cum deliberatione cõſilij
Delphi. ſeu conſiliariorum, qui pro tunc ſunt, vt ap
paret in ſtatutis dictorum Iacob. de Monte maiuro
Guilielm. le Mégre, & aliorum gubernatorum præ
ſentis patriæ, facit l. humanum. cum ibi notatis. C.
de legib.

ARGVMENTVM.

Statuta quę per capitula & vniuerſitates ſeu recto-
res fiunt an confirmatione indigeant.

SVMMARIVM.

1 *Statuendi poteſtas à iuriſdictione dependet.*
2 *Epiſcopus contra ius canonicum ſtatuere non poteſt.*
3 *Statuta curiæ ſupremæ ſeu parlamentariæ an confirmatio-
ne indigeant.*
4 *Curiæ ſupremæ & præfectus prætorio regibus æquipa-
rantur.*
5 *Legem condere ſoliùs principis eſt.*
6 *Præfectis prætorio conſtitutiones legibus contrarias facere
non niſi ex euidenti & neceſſaria cauſa licere.*
7 *Statutum quod ſtatuentis iuriſdictionem concernit, confir-
mationes non indiget.*
8 *Statutum ſuper penſionibus annuis bladi uini olei & ſimi-
lium ad rationem quinque pro centum.*
9 *Commercium bladi, uini, olei, & ſimilium non prohibitum
modò iuſto pretio fiat.*

Quæſtio DCCCIIII.

QVAERITVR an talia ſtatuta quæ fiũt
per capitula ſeu vniuerſitates ſeculares aut
rectores indigeãt cõfirmatione ſuperiorũ. & videre
1 tur prima facie dicendum quòd ſic. † quia poteſtas
ſtatuendi dependet à iuriſdictione: iuxt. nota. per
gloſſ. & docto. in l. j. ff. de iuriſdiction. omnium iu-
di. cap. cùm conſuetudinis. de conſue. & in authen.
de defenſ. ciuita. §. j. col. iij. & per gloſſ. in l. priuato
rum. C. de iuriſdictio. omnium iudię. ſicuti dicitur
2 quòd † Epiſcopus non poteſt ſtatuere cõtra ius ca
nonicum. cap. quod ſuper his. de maiori. & obediẽ.
& pro iſta parte facit l. ſi quid extraordinarium. C.
3 de lega. libr. x. vbi † quando fit ſtatutum per præſi-
dem conuocato parlamento prouinciæ requiritur
confirmatio præfecti prætorio vel principis: licèt ſe
cundum vnam opinionem gloſſ. etiam in præfecto
prætorio requiretur confimatio principis, quando
tale ſtatutum concernit totam rempublicam pa-
triæ. Nec obſtat ſi dicatur, quod quilibet poteſt cõ
dere ſtatuta. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. §. ius
autem ciuile. inſtitu. de iuſti. & iure. Quia ad iſtud
reſpondetur ſecundum Guliel. de Cuneo illud ve-
rum in concernentibus negotia priuata populi, vt
pro expendenda pecunia vel ſimilia: ſecus in cõcer
nentibus vtilitatem publicam totius patriæ: vel ſe-
cundum Bar. in dict. l. omnes populi in prima quę-
ſtione principali, & in d. l. ſi quid extraordinarium.
eſt differẽtia quando populus eſt liber & habet om
nimodam iuriſdictionem, & tunc poteſt facere ſta-
tuta abſque alia authoritate ſuperioris. Si verò po-
pulus non ſit liber, quia habet ſuperiorem, tunc re-
quiritur confirmatio ſuperioris, niſi ſtatuerent in
concernentibus adminiſtrationem ſuorum bono-
rum, prout ſupra dictum fuit, aliâs non poſſunt ſta
tuere ſuper deciſione cauſarum. Nec obſtat ſi dica
tur, quòd præſides prouinciarum habent merũ mi-
ſtum imperium, & iuriſdictionem in eorum prouin
cijs. l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offi. prę-
ſi. Quia ad iſtud reſpondetur ſecundum Bartol. in dict. l. ſi
quid extraordinariũ. quòd apparet ab eorum ſen-
tentijs & ſic habẽt ſuperiorẽ, & ita requiritur iſto ca
ſu confirmatio ſuperioris. l. nulli. C. de ſentẽ. & in-
terlocuti. omnium iudic. l. programma. C. commi.
epiſtolas program. Non obſtat ſi dicatur, quòd iſti
maiores iudices vti ſenatores pręfecti prætorio poſ
4 ſunt condere legem ſeu ſtatuta † quia æquiparan-
tur regibus. l. non ambigitur. ff. de legi. l. formam.
C. de offici. præfect. prætor. ſecundum Bart. in dict.
l. omnes populi. in iiij. quæſtione principalis quæ-
ſtionis

ſtionis:quia licèt ſint opiniones an ſenatus habeat poteſtatem legis condendæ:vt nota.per glo. & docto.in dict.l.non ambigitur.& in l.fina.C.de legib.
5 cum ad † ſolum principem hodiæ ſpectet condere legem:vt in dict.l.fina.vnde ſecundum glo.ibi, præfecti præto.non cōdunt legem authoritate propria ſed principis.nam legatus non poteſt cōdere leges contrarias legibus & cōſtitutionibus generalibus: quia non poteſt imponere legem ſuperiori : ſecundum Innocen.& Ioan.And.in dict.cap.fi.de offic. lega.& interdum requiritur conſenſus prælatorum prouinciæ.& interdum populi,licèt in concernentibus ſuam iuriſdictionem non requiratur conſenſus aliàs ſecus:ſecundum Innocen.in dict.cap.fina.ſed Barto.in dict.l.omnes populi. in ſecunda quæſtione principali,tenet,quòd maiores iudices vel domini non tenentur requirere conſilium alicuius, ſed proprio motu poſſunt ſtatuere, & deinde ſubditis, diuulgare l.iij.C.de legib.ſed de honeſtate debet requiri conſilium ſapientum.l.humanum.C.de legi. Bald.in dict.l.nulli.tenet, quòd poteſtates locorū debent facere ſtatuta decurionum & aliorum qui regunt populū,& quādo ſunt ambitioſa debent reſcindi per ſuperiorem.l.j.& l.ambitioſa.ff.de decre. ab ordi.fac.& dicuntur ambitioſa eo ipſo,quòd nō apparent rationabilia,vel quando ſunt nimis gratioſa:ſecundum Bald.in dict.l.nulli. Sed reddeūdo ad quæſitum quòd requiratur confirmatio ſuperioris tenet Bald.in dict.l.fi.C.de iuriſdict.omnium iudi.ſed in contrarium tenet in l.receptitia.C.de conſtitu.pecu.quia cenſentur confirmata à iure communi:ſed idem Bald.in d. l.humanum.tenet, quòd quādo princeps eſt præſens in loco,tunc requiritur eius confirmatio. Idem Bald.in dict.l.omnes populi.facit certam diſtinctionem an requiratur confirmatio ſuperioris.deinde in quæſtio.ſequen.an Epiſcopi poſſunt condere ſtatuta iuri cōmuni contraria,& tenet quòd non,niſi quatenus de iure reperitur permiſſum:quia Epiſcopi & quicunque alij magiſtratus tenentur ſeruare leges &conſtitu.vt in authenti.ius iurand.quod præſta.col.ij.ergo non poſſunt ſtatuere contrarium:quia inferior non poteſt tollere legem ſuperioris.l.fi.C.de teſtamen. & pro hoc allegat dict.l.formam.C.de offic. præfect.præ-
6 to.vbi videtur caſus in hac materia: † quia præfecti prætorio non poſſunt facere cōſtitutiones quando ſunt contrariæ legibus & conſtitutionibus niſi fieret ex cauſa euidenti & neceſſaria. argumen.l.ſi hominem.ff.manda.de quo latiùs per Bald.in dict. l.oēs populi.Pet.de Ancha.in repeti.cap.canonum ſtatuta.de teſtib.ſuper vij.q.tenet,quòd quando fit
7 ſtatutū in concernentibus. † iuriſdictionē ſtatuentis,non requiritur cōfirmatio ſuperioris.de hac materia etiam habetur per Feli.in dict.ca.cùm omnes. de conſtitu.& præmiſſa poſſunt adaptari ad quæ-
8 ſtionem ſuper † ſtatuto edito ſuper penſionibus annuis,vbi prohibētur acquiri in blado,vino,oleo, & ſimilibus:niſi duntaxat in pecunia ad rationem quinque pro centum,ita quòd in viginti annis adſcendat ad ſortem,& non aliàs, & hoc non ſubditi grauarentur in arreragijs,& maximè tempore cariſtiæ:quia tale ſtatutum non fuit confirmatum per Regem dominum noſtrum Delphinum,&videtur
9 contrarium iuri communi:† quia cōmercium bladi,vini,olei, & ſimiliū etiam in annua pēſione non prohibetur vbi interuenit iuſtum pretium.l. iubemus.la ij.§. ſanè.C.de ſacro ſan.eccle.c.cōſtitutus. de religio.domi.imò potiùs debet permitti in dictis rebus cæteris paribus quantum in pecunia quæ eſt res mortua:iuxt.nota.per Innocen.in c.in ciuitate. de vſu.prætereà tempore præterito quando acquirebātur dictæ penſiones in blado,vino euitabatur vilis diſtractio bonorum, quando ſubditi indigebāt pecunijs,& ſic verſatur nunc præiudicium reipublicæ:quia nunc nō reperitur vix qui velint emere iſtas annuas penſiones in pecunia.faciunt not. per glo. in l.ſi conuenit.ff.de pignora.actio.& licèt tale ſtatutum fuerit factum per dominum gubernatorem præſente curia:tamen in quantum deuiat à iure cōmuni,dubium facit ſi ad ipſius validitatem requiratur cōfirmatio principis,relinquo cogitandum.

ARGVMENTVM.

De executione facienda cōtra communitatem maximè quæ neque burſam,neque redditus habet.

SVMMARIVM.

1 *Communitas quæ nihil commune habet unde ſoluere poſſit, collectam facere compellitur.ut in collectæ receptorem executio fieri poſſit.& numer.ſeq.*

2 *Singulorum bona pro debito communitatis capi nō debēt.*

3 *Quid ſi unus ſoluendo non ſit,an alij de uniuerſitate ſoluere teneantur.*

4 *Collecta an per æs & libram,an per capita faciēda ſit,quid attendendum.*

5 *Communitas quæ non habet bona in communi, quòd æris alieni ratione collectam propria authoritate imponere poteſt.*

Quæſtio DCCCV.

QVAERITVR de modo faciendi executionem contra communitatem pro debito cōmunitatis:& quid iuris quando non habēt burſam communem, vel redditus annuos, aut alia bona in communi,an poſſit imponi collecta,an verò poſſint capi bona particulariū:& quando exactor collectæ eſt negligens in recuperando, an poſſit capi: & quid iuris,quando vnus de vniuerſitate non poteſt ſoluere partem ſuam,an alij teneātur.Et in effectu vbi vniuerſitas habet burſam communem ſeu bona in communi,tunc debuit primò accipi pro ſatiſfactione creditoris.l.j.§.quos ſi nemo.ff.quod cu
1 iuſque vniuerſitatis. † in defectum ſi vniuerſitas non habeat aliquid commune,tunc illi de vniuerſitate compellentur facere collectam : ſecūdum glo. in dict.§.quòd ſi nemo.quam ibi ſequuntur Barto.
2 Bald.Ange.Paul.de Caſtr. † nam non debent capi bona ſingularia pro debito vniuerſitatis, ſed bona communia: ſecundum Paul.de Caſtr.ibi,& in defectum debet imponi collecta etiam per communitatem ex cauſa neceſsitatis:ſecundū docto. ibi,& per glo.in authen.quib.mod.nat.effic.ſui.§.ſi quis igitur.col.vij.& ibi per Angel. per Specul. in titul. de ſenten.except.§.ſequitur.verſic. quid ſi vniuerſitas. per Bald.in l.etiam.C.de except.rer.iudic.per Bar. in l.iiij.§.actor.ff.de re iudic.& ibi inter cætera tenet,quòd pro tali non poterunt capi aliqui inſolidùm,ſed duntaxat pro parte:quia non eſt debitum propriū,ſed vniuerſitatis.l.in tantùm.§. vniuerſita-

tis.ff.de rer.diuiſi.l.ſicut.§.j.ff.quod cuius vniuerſi. tamen illi quibus imponitur onus collectæ elapſo certo tempore poterunt capi, & poſtmodum recuperabit ab alijs & à ſe ipſo pro ſua rata per æs & libram.l.j.ff.de muner.& honorib.in princip.

3 † Si verò aliquis particularis cui impoſita eſt collecta pro ſua rata non ſit ſoluendo, tunc alij de vniuerſitate tenebũtur.l.j.C.de omni agro deſer. lib.x. Et ita in effectu ſequitur Ange.Io.de Imol.Paul.de Caſt.& Alexand.in dict.§.actor.& pro hoc facit gloſſ.in l. omnis.la j.C.de anno.& tribu.libr.x. vbi propter paupertatem ſit remiſſio collectæ, quod eſt verum ſecundum aliquos, in muneribus extraordinarijs: ſecus in ordinarijs,quę imponitur pro rebus, de quo ibi per Ioan.de Plat.ſed glo.in l.ij.C.de appo. pub.lib.x.ſentit,quando alij non ſunt idonei,quòd exactor tenetur,facit l.actores.C.de exact.tribut.vnde Barto.in dict.l.ij.diſtinguit quãdo vnus non eſt ſoluendo an alij tenẽtur,de quo etiam per eundem Bartol.in l.j.C.de omni agro deſer.lib.xj.& per Io. de Plat.in l.j.C.vt nullus ex vica.pro alie.debi.libr. xj. vide glo.in l.honorem.ff.de mune.& honor.quę tenet,quòd conſules non tenentur ad collectas de quo per Bartol.in l.j.C.de immu.ne.conce.lib.x.vide glo.in l.j.ff.de mune.& hon.quæ tenet, quando exactor negligit exigere, quod tenetur ſoluere. ſed Bart.in l.munerum.§.mixta.ff.de mune.& hono.tenet,quòd onus deficientium ſoluere debeat eſſe onus vniuerſitatis, niſi lege municipali aut conſuetudine aliter caueatur.de quo etiam tãgit aliquid in l.ab omnibus.in princip ff.de lega.j.& in l.legatorum.ff.de leg.ij.

4 † Et an collecta debuit imponi per æs & libram,& per capita debet attendi cauſa impoſitionis collectæ:ſecundum Barto.in dict.§.actor.Et quid iuris quando conceditur immunitas à collectis,an alij teneantur:vide per Ioan.de Imo. in dict.l.ab omnibus.per Ioan.Andr.Panor.& Feli.in cap.accedentes.de pręſcrip.& in cap.peruenit. de immu.eccleſ.vide glo.in ſimili in cap. cum non deceat.de electi.lib.vj.& per Gemi.quãdo deſtinatur aliquis de cap.ad curiã ſi ille teneaturcontribuere ad expenſas.& Specu.in titu.de cenſi.§. nunc dicendum.verſi.quid ſi vniuerſitas.& verſicu. quid ſi damnum.& per Barto.& cęteros.in l.ab omnibus. §.ſi Titio ita.ff.de leg.j.per Feli.in cap.accedentes.

5 de præſcrip.& quando imminet ſolutio æris alieni cõmunitas poſſet propria authoritate imponere collectam, quando non habet bona in communi: ſecundum glo.in dict.l.j.§.quòd ſi nemo.ff.quod cuiuſq; vniuerſi.docto.& per Bartol.in l.j.C. de ſuper indic.& l.j.de muli.in quo loc.lib.x.facit glo.in ca. cùm dilecta.in fine.de reſcript.& ibi Panor.& Feli. aliàs ſi fieret collecta pro dono principis, aut alia vtilitate publica requireretur authoritas principis. & pro pręmiſſis facit deci.domi.Guid.Pap.lxxxvij. quòd dominus theſaurarius Delphina. non poteſt facere capi in defectum exactoris talliarum duos aut tres de ditioribus locorũ. Et licèt cõmunitas ex cauſa neceſſitatis poſſit imponere collectam,prout ſupra dictum fuit:tamen ad obuiandum fraudibus communitas loci non debet ſe congregare ſine licẽtia ſuperioris:iuxt.not.per Barto.in l.ij.C.de decu. lib.x.& in l.actor.ff.rem rat.habe.Ioan. Fabr.in §. vniuerſitatis.inſti.de rer.diui.domi. Guid. Pap.deciſi.clij.& dcxxxj. Adde gloſſ. in capit.cùm dilecta. de reſcript. in fine quando collegium non habet vnde ſoluat creditori quod tunc ſinguli ſoluẽt non quaſi ſinguli,ſed quaſi de corpore. Nec obſtat glo. in l.ij.C.quę ſit long.conſue. vbi maior pars vniuerſitatis non poteſt obligare bona ſingulorum: quia hoc verum:niſi in ſubſidium & defectum quando vniuerſitas non habet alia bona in cõmuni in quibus poſſit fieri executio:quia tunc fiet collecta. & ita tenent Panormita.& Feli.in dict.cap.cùm dilecta. & per Specu.in tit.de cenſi.§. nunc dicendum. verſicul.quid ſi vniuerſitas.& in titul.de executio. ſentẽ.§.ſequitur videre verſ.vniuerſitas. Adde Bar. Ioã.de Pla.in l.miſſi opinatores.C.de exact.tribu. lib.x.quando ille qui tenetur facere executionẽ infra certum tẽpus,& non facit debet ſoluere de ſuo, attamẽ ipſe recuperabit ab alijs. argu.l.j.C.de omni agro deſer.lib.xj.iux.no.per Bar.in l.iiij.§.actor. ff.de re iudi.& in l.ij.C.de appo.pub.lib.x.vide do. Guid.Papæ deciſi.lxxxvij.an theſaurarius poſſit facere capi pro talia Delphina. de ditioribus cõmunitatis.& deciſi.cvj.& dcxxxj.quòd licèt communitas pro ſolutione æris alieni poſſit imponere collectam: tamen non debet ſe congregare ſine licentia ſuperioris per iura ibi allegata. vide Bartol. in l.j. C. de ſuperindic. & in l.j.C. de mulier. & in quo loco. libro x.

ARGVMENTVM.

Inuito beneficium ſiue eccleſiaſticum ſiue temporale,an conferri poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium inuito conferri non poſſe regulare.*
2 *Conſenſus prouiſi aut electi de beneficio neceſſarius.*
3 *Epiſcopus ad alium Epiſcopatũ non, niſi cum ſuo conſenſu uocandus.*
4 *Promotus debitè ad officium publicum ut illud acceptet cõpelli poteſt.*
5 *Conſenſus in beneficijs aut officijs acceptandis quãdo præſtandus.*
6 *Cõſenſus ſola requiſitione ante electionem, electionem non uitiari.*
7 *El gẽdus nõn eſt ad beneficium is cuius diſſenſus notus eſt.*
8 *Conſenſus quando ante electionẽ requiritur quis & quomodò præſtandus. Quid ſi poſt electionem.*
9 *Sponſa ſtatim atque deſponſata eſt,tradi non debet.*

Quæſtio DCCCVI.

QVAERITVR an beneficium eccleſiaſticum vel temporale conferatur inuito, & ſi poſſit compelli ad cõſentiendum,& de modò acceptandi ſeu præſtandi cõſenſum.Et prima facie videretur dicendum quod non,

1 † quia inuito non cõfertur beneficium.l.inuito.ff.de re reg.iur.nam nemo creſcere compellitur inuitus.can. geſta. lxxiiij. diſtinct.& ibi glo.quod quis non debet promoueri ad maiora,qui minoribus indignus iudicatur. xxiiij.quæſtio.j.c.miramur.l.qui indignus.ff.de ſenato.l.cui pacto.ff.de ſeru.export.& præmiſſa faciunt quòd monachis vel canonicis diſtrictior vita non poſſit imponi:ſecũdum glo.in dict.can. geſta. licèt Archid.intelligat in clericis non profeſſis: ſecus in religioſis profeſſis,qui renunctiauerunt propriæ voluntati.de quo ſe remittit ad nota.per glo.&docto. in c.rela-

in c.relatum. qui cler.vel vou.& in c. ſuper eo.de re
gula. Sed redeundo ad quæſitum in officio eccleſia
ſtico ſiue prouideatur per viam electionis ſuæ iuſ-
2 ſionis † requiritur conſenſus electi vel prouiſi. ca-
pitul.cùm inter canonicos. de electionib. capitul.
quàm ſit.capitul.ſi electio.de electionib.libr.ſexto.
capitu.ſi abſenti de præbend.eodem libro. licèt de-
beat eligi effugiens & non appetēs. l.ſi quenquàm
C.de epiſcop.& cleric.quia non ambitione debeat
promoueri,capitu.Epiſcopus de loco.ſeptima,quę
ſtion.prima.& ibi gloſſ. quòd clericus non cogitur
tranſire de minori ad maiorem ab Epiſcopo: ſecus
3 à Papa. & quando † Epiſcopus vocatur ad alium
Epiſcopatum requiritur ipſius conſenſus: ſecūdum
Ioannem licèt gloſſ.ibi teneat quòd etiam Epiſco-
pus poteſt compellere clericum vt tranſeat ad ma-
iorem locum. capitu.quæris.de ætate & qualitate.
& hoc ex cauſa neceſsitatis & vtilitatis eccleſiæ,
vt ibi habetur. & licèt electus non poſsit cogi ad
conſentiendum tamen peccat mortaliter, quando
credit ſe dignum,& alius deficiat: ſecundum Archi
dia.& Ioannem Andr.æ in Nouell.Gemin.in dict.
capitul.ſi electio.facit gloſſ. in capitul. in ſcriptu-
ris.viij.quæſtion.prima. Sed reſpectu officij tem-
poralis licèt quis non debeat promoueri per ambi-
tum.l.prima.C.ad legem Iul.de ambi.l.fina. C. ad
4 legem Iul. † repetun.tamen quando debito modo
promouetur ad officium publicum,poteſt compel-
li ad acceptandum tale officium.l.nullus.C. de de-
cur.libr.x.& in authentico de defenſo. ciuit. colla-
tio.ii.& aliàs ſcripſi de ea materia in alio primo vo
lumine cauſarum mixtarum. quæſtion.clx.& quę-
ſtione ſequenti. Sed quò ad præſtandum conſen-
5 ſum † non debet præſtare ante quàm eligatur pro-
pter ambitionē.capitu.officij.capitul.cùm poſt pe-
titam.de electio.quia non ambitione,ſed labore ad
dignitatem conuenit peruenire.l. cōtra publicam.
C.de re mili.lib.duodecimo.& ideò ſponſa non de-
bet ſtatim tradi,vt carior ſit dilata. capitul. inſtitu-
tum.xxvij.quæſtion.ij. ſecundum gloſſ.in dict.cap.
cùm poſt petitam.:vnde ſecundum Innocen.ibi an
tequàm concluderetur electio per capitulum fue-
rat requiſitus conſenſus illius, qui debebat eligi &
non debebat conſentire propter ambitionem, licèt
aliàs tacitè poſsit ſciri eius voluntas : vt eccleſiæ la
boribus parcat, & infamiæ : ſecundum Innocen.
ibi,Ioan.verò Andr.in dict.cap.cùm poſt petitam.
tenet, quòd ibi electio fuit caſſata : quia ante pu-
blicationem, ſcriptum præſtitit conſenſum nomi-
natum: licèt etiam ex alia cauſa teneat quòd fuit
caſſata electio:quia fuit facta protractio. Antho.de
6 Butr.in dict.capitu.cùm poſt.tenet,quòd † ſola re-
quiſitio conſenſus ante electionem, non vitiat ele-
ctionem: niſi conſentiat: quia non ambitione, ſed
labore perueniendum eſt ad dignitatem . dict.l.
contra rem publicam.& licèt diſſentiat:tamen inui
tus, & fugiens eſt quærendus,& conſentiens & am
bitioſus eſt reprobandus. capitu.in ſcripturis. viij.
quæſtion. prima.& capitul. qui Epiſcopatum. ea-
dem quæſtion.Ioannes de Imola in dicto capitul.
poſt petitam. refert Hoſtienſem tenere, quòd diſ-
ſentiens eſt eligendus . vel ſecundum Ioannem
Andræam poteſt ſeruari gloſſ. quando talis in-
tenderet finaliter diſſentire , aliàs ſi loqueretur
dubitatiuè, quia poſſet eligi facit quod habetur
per gloſſam in capitul. cupientes.§. deniquè. de ele
7 ctio.lib.vj. † Nam vbi eſt certum de eorum diſſen-
ſu non eſt eligendus, ne interim fatigetur eccleſia
inaniter, & ne proteletur vacatio & ne vileſcat
dignitas.Bald.in dict.capitu.cùm poſt petitam. te-
net conſenſum præpoſterum vitiari. Panormita. in
dict.cap.poſt petitam.refert opiniones quādo quis
conſentit electioni fiendæ : quia ſibi præiudicat,
aliàs ſola requiſitio conſenſus de quo ibi latiùs per
ipſum, & ibi quærit qualiter ſe debeat habere ele-
ctus quando requiritur vt cōſentiat.& allegat glo.
in dicto cap.in ſcripturis. viij.quæſtion.j.& Inno.
8 in capitu.cùm in iure.de electio. † Nam quando re
quiritur conſenſus ante electionem,non debet iſte
præſisè conſentire propter ambitionem , ſed debet
reſpondere, nolo quòd me eligatis,& ita rogo, vel
poteſt dicere non intēdo Dei vocationi reſiſtere,&
ſic poteſt indirectè declarare voluntatem ſuam. Si
autem requiritur cōſenſus poſt electionem factam:
tunc non debet ita citò conſentire, ne notetur am-
bitione:& ſi velit reſpondere, poteſt dicere, nolens
volo,& volo nolens:vel etiam poteſt dicere, chari-
tas me cogit ad conſentiendum.gloſſ.in dicto cap.
cupientes.§.deniquè.de electio.libr.ſexto.ſuper ver
bo, conſenſum. tenet quòd Epiſcopus poſtulatus
debet reſpondere, nec conſentio,nec diſſentio: ſed
in hoc me voluntati domini Papæ ſuppono. gloſſ.
verò in dict.capitul.in ſcripturis.viij. quæſtio.j. te-
net quòd à principio electus debet diſſentire , tepi-
dè tamen ſicut fœmina. xxxij. quæſtion. ſecunda.
capitul.honorantur,aliàs ſi diceret,nolo, cùm fortè
vellet,faceret contra conſcientiam.vel ſi fortè dice
ret,non ſum dignus,vel ſecundum Hu. poſſet diſſi
mulare ſe non eſſe idoneum. Archidiaconus in di-
cto capitul. in ſcripturis, poſt Ioannem de Fan.
quòd electus debet ita reſpondere non ſuperbè re-
cuſo : nec ambitioſè conſentio, vt non incidat in
contrietatem . & ibi exponit illa verba , nolens
præeſſe,volo, id eſt, conſentio, volens, id eſt, pro-
deſſe nolo,vt præſim ſimpliciter.hoc eſt dicere, con
ſentio electioni in me celebratæ non vt arrogan-
ter præſim : ſed vt poſsim prodeſſe ſimpliciter.
facit capitul.qui Epiſcopatum. octaua quæſtione,
prima.vbi bonum opus deſiderat , qui Epiſcopa-
tum deſiderat, non vt præſit , ſed vt proſit. Nam
quicunq; primatum in terra deſiderauerit:cōfuſio-
nē in cœlo inueniet:nec qui de primatu ſolū trata-
uerit inter ſeruos Chriſti annumerabitur. c. multi
ſacerdotes.xl.diſtin.nam qui Deo nimis ambitio-
ſè loquitur peccat.c.ſi cupis.xvj.quæſti.j. quia non
gradus elegantior: ſed vitę melioris actio compro-
batur.xxiii.q.iiij.c. ſicut ij.& xvj.q.j.can.ſunt non-
nulli. De hac materia etiā ſcripſi in dicto tractatu
electionis,quæſti.centeſimaquinquageſimanona:
& etiam in alio paruo tractatu electionis. quæſtio-
ne decimatertia . & ibi quod ſit differentia quan-
do ſit electio in prælaturis eccleſiarum ſeruata for-
ma. capitul. quia propter. de electionib. quia non
debet electus incontinenti conſentire : ſecus vbi
non ſeruatur forma dicti capitul.quia propter.nec
requiritur communis electio: iuxta notata per glo.
in capitul.ſicut.de electionib.libro ſexto.quia tunc
poſſet præſtari conſenſus incontinenti: ſecundum

Panormitanum in dicto capitul. cùm poſt. & pro hoc facit gloſſ. in dicto capitul. inſtitutum. vigeſi-
9 maſeptima, quæſtio. ſecunda. vbi tenet, † quòd antequàm ſponſa tradatur ſponſo, debet eſſe ſpacium duorum menſium. capitul. ex publico. de conuerſi. coniug. ſicuti etiam dicitur de fideiuſſore, qui non debet ſtatim venire cum ſacco paratus. l. quidam dicimus. ff. de ſolutio. & hoc ne ſponſa reddatur vilis, ſi ita citò redderetur ſponſo. nam gratior eſt fructus quem ſpes productio. ædit: ſecundum gloſſ. in dicto capitu. inſtitutum. & pro præmiſsis poſſet adduci in ciuili de beata virgine Maria in feſto annuntiationis beatæ Mariæ, quæ non ita reſpondendo angello Gabrielli, dedit reſponſum: vt apparet Lucæ primo.

ARGVMENTVM.

De congregatione capituli vel collegij abſente prælato vel rectore.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum ſeu collegium abſente rectore conuocandi ius antiquiori competit.*

Quæſtio DCCCVII.

QVAERITVR an antiquior in capitulo, ſeu collegio habeat ius congregandi capitulum ſeu collegium in abſentia prælati ſeu rectoris ad quem ſpectat conuocare. Et in effectu Innocen. in cap. primo. de maiorit. & obedien. † quòd antiquior poſsit conuocare in abſentia prælati, licèt aliter videatur ſentire in capitu. primo, de operis noui nuntiation. quod requirantur duæ partes collegij. Sed Bartol. in l. 1. ff. de albo ſcriben. tenet quòd antiquior in collegio in abſentia rectoris poteſt alios congregare, ſed non poteſt multare, de hac materia habetur per gloſſ. in capitul. ſi capitulo. de conceſsion. præbend. libr. ſexto. & per Baldum in l. obſeruare. C. de decuri. libr. decimo. & per Felin. in c. cùm omnes. in fine. de conſtitu.

ARGVMENTVM.

De prælatione ordinis dignitatum.

SVMMARIVM.

1 *In ordine & tempore priorem in dignitatibus præferri regulare.*
2 *Poſteriorem in ordine priori cauſa ſubſiſtente principem præferri poſſe.*
3 *Iuſsioni principis maximè ſecundæ præcisè ſtandum.*
4 *Principi reſcribenti parendum, nec dicendum eſt, cur ita faciat.*
5 *Princeps iuri poſitiuo derogare poteſt.*
6 *Princeps eſt ſuper omnem dignitatis gradum, & poſteriorem priori præferre poteſt.*
7 *Iuſta cauſa in principe præſumitur.*
8 *L. Nemo excepta. C. de aduocatis diuerſorum iudic. explicata.*
9 *Gradus antiquior doctoratus vtriuſque iuris in honoris materia, ut præferatur, attenditur.*
10 *Conſiliarij eccleſiaſtici cauſarum criminalium cognitionem non habent.*
11 *Conſiliariorum æqualis retributio ſiue æquale ſtipendium.*
12 *Honor qui principali debetur, tribui debet & vicegerenti ut qui creatus ſit a principe.*

Quæſtio DCCCVIII.

QVAERITVR an in ordine dignitatis debeat præferri ille qui eſt prior in ordine, & ſi princeps poſsit præferre poſteriorem in ordine ex cauſa meriti vel laboris & ſi debeat obtemperare ſecundæ iuſsioni principis, & ſi præſumatur pro iuſta cauſa, & ſi præcedentes in ordine poſ-
1 ſint pretendere, intereſſe dãni vel honoris. † & licet regulariter in dignitatibus præferatur qui prior eſt in ordine & tempore. l. j. C. de conſuli. & l. prima, & ſecunda. C. vt dign. ordo ſeruetur. libr. duodecimo. & l. j. ff. de albo ſcriben. & notatur per Bartol. in l. j. ff. de obſequi. & in l. fina. C. de tiro. libr. duodecimo. & per gloſſ. & Alexand. & Iaſonem. in l. cùm quid. ff. ſi certum petatur, & per gloſſ. & Gemi. & Præpo. in capitu. Iſido. decimaſexta diſtincti. & in can. Epiſcopus. decimaſeptima diſtincti. & per Felinum in rubric. de maiorita. & obedien. & per Innocen. & Panor. in cap. j. & in. ca. ſtatuimus. poſt glo. de ma-
2 iori. & obedi. veruntamen iſtud fallit quando princeps habet præferre poſteriorem in ordine ex cauſa maioris meriti vel laboris. l. vnicuique. C. de proxi. ſacro. ſcrini. libro duodecimo. & hoc ibi notat Ioannes de Plate. l. nemo. in fine. C. de offic. magiſtr. Veruntamen quia iſta quæſtio contingit de facto in caſu meo proprio, ideò ſubminiſtrant allegationes pro parte mea traditas, ſuper interinatione literarum Regiarum & Delphinalium per Regiam maieſtatem & Delphinalem conceſſarum domino Franciſco Marchi iurium doctori conſiliario Delphinal. prætextu facultatis & cõmiſsionis exercitij officij præſidendi in abſentia tamen domini præſidentis, placeat aduertere ad ſubſcripta pro iure & iuſtitia domini Marchi. Et primò quòd dictæ literæ de quibus agitur, non fuerunt obtentæ ad poſtulationem dict. domini Marchi, ſed de mera gratia ſereniſsimi Regis domini noſtri Delphini, vt apparet ibi dum dicitur, ſçauoir faiſons &c. & ita etiam retulit magnificus dominus generalis huius patriæ qui preſentatione primarum literarum dicti domini Marchi, & ita litum eſt proſequi honorem etiam ſalua conſcientia, quando quis eſt promotus ſine ambitu: ſecundum Bartolum. in l. Barbarius Philippus. ff. de officio. prætor. in repetitione, nec debet quis refutare iſto caſu: quia aliâs peccaret mortaliter: ſecundum Archidia. & Ioannem Andream, in capitul. ſi electio. de electio. libr. ſexto. & ita etiam refert de Turre Crema. de Ambroſio in euangelio feſtiuitatis ipſius beati Ambroſij Matthæ. xxiiij. & etiam in feſto beati Grægorij, eodem euangelio. Secundò conſiderandum eſt, quòd ex quo emana-
3 uerunt literæ † ſecũdæ iuſsionis debet ſtari præcisè ſecundæ iuſsioni principis. §. deindè competens. in authen. de manda. princ. p. collatio. iij. & ibi Barto. & in authenti. vt nulli iudi. §. & hoc verò iubemus. colla. ix. & idem tenet gloſſ. in l. nec damnoſa. C. de precibus imperatori offerend. etiam ſi tale reſcriptum eſſe:

ptum eſſet damnoſum fiſco vel reipublicæ, vt ibi
habetur per gloſſam & doctores, & in l. final. C.ſi
contra ius vel vtilitatem publicam. & in capitul.j.
de conſtitution. libro ſexto. Nam ſecunda iuſsio
principis importat clauſulam motus proprij etiam
ſi non exprimatur:ſecundum Baldum in dict.l.nec
damnoſa. & pariter operatur clauſulam ex certa
ſcientia: ſecundum Alexandrum ibi, in appoſtilis
ad Baldum: & in l.iij.ff.quod quiſque iuris in alte-
rum. & attenta etiam clauſula de plenitudine pote
ſtatis authoritatis Regiæ & Delphinalis adiecta
4 in literis ſecundæ iuſsionis, & † iſto caſu parẽdum
eſt præciſè principi ſic reſcribenti, nec eſt ſibi dicen
dum, cur ita faciat: ſecundum Speculatorem, in ti-
tul.de lega.§. nunc oſtendendum. verſicul. lxxxix.
& Barto.in l.conficiuntur.in princip. ff.de iure co-
di.|& Bald. in præludij feudorum. callatio.nona.
prętereà in ipſis literis eſt clauſula ſpecialis deroga
toria non obſtantibus ſtatutis conſuetudinibus iu
ribus quibuſcunq; in contrarium faciẽtibus etiam
non obſtante quòd alij domini pręcedãt in ordine,
5 videlicèt duo eccleſiaſtici, & tres laici. & † ita prin
ceps poteſt derogare iuri ciuili. l.item Vlpianus.ff.
de excuſatio.tuto.l.quidam conſulebant.in fine.ff.
de re iudic.iuxt.nota.per gloſſ.& docto.in dict.l.fi.
C.ſi contra ius vel vtilitatem public.& per gloſſ.&
doctor.in cap.nonnulli.de reſcript.& in capitul.j.
de exceſsi.prælator.libr. vj.& per Bartol. in extra-
uagan.ad reprimendum.ſuper verbo, non obſtanti
6 bus. Tertiò conſiderandum eſt, † quòd princeps
eſt ſuper omnem gradum dignitatis, & ideò di-
citur culmen dignitatis, à quo deriuantur om-
nes dignitates:ſecundum Cyn.in l.quotiens.C.vbi
ſena.vel clari.& ab ipſo fluunt & refluunt omnes
iuriſdiction.merum mixtum imperium ſicuti flumi
na ad mare: ſecundum Baldum in cap.j.§.ad hęc.
de pace iuramen.firman.& ideò princeps poteſt ex
cauſa meriti vel laboris præferre poſteriorem in or
dine priori.l.vnicuique.C.de proxim.ſacro ſcrinio.
lib.xij.& hoc ibi notat Ioan. de Platea in terminis
& in l.j.C.de conſu.eodem titul.l. nemo.in fine.C.
de offic. magiſtr.offic.& idem quando quis conſe-
quitur maiorem dignitatẽ, licèt alius ſit poſterior
tempore.dict.l.j.de conſu.& licèt placuerit curiæ cõ
mittere dicto domino Marchi onus ſcribendi in
aliquibus negotijs arduis tangentibuus Regem
dominũ noſtrum Delphinum, prout eſt ſatis infor
mata ipſa curia, & ꝙ etiam alij domini habuerint
onus ſcribendi pro principe:tamen in caſu iſto prin
7 ceps potuit præferre dictum dominũ Marchi † Et
præſumenda eſt iuſta cauſa in principe: ſecundum
gloſſ.in l. relegati. in principio. ff. de pœn. & ibi
Bartol.& Cyn.in l.reſcripta.C.ſi contra ius vel vti-
8 litatem public.† ideò quòd non admittatur proba-
tio in contrarium, & maximè quando princeps re-
ſcribit inter ſubditos: ſecundum Panormitan. &
Felinum in capitul. quæ in eccleſiarum.de conſti.
Nec obſtat l.nemo. C.de aduoca.diuerſorum iudi.
quia ibi loquitur in gradu captato per ſaltum. &
ſic ambitiosè. ſed dictus dominus Marchi non fuit
promotor, nec ad ſui poſtulationem prout ſupra di
ctum fuit. licèt dicta l.nemo.non excludat quando
princeps poſsit præferre poſteriorem in ordine, &
maximè ex cauſa, prout ſuprà dictum fuit Eodem
modo poteſt reſponderi ad l.nemo.C.de officio ma
giſt.offi.cum ibi notatis per Azonem in ſumma. &
Albel. in dict.l.nemo.de quo per gloſſ. in capitul.
epiſcopos.quadrageſimaſeptima diſtinctio.in cap.
j.cap.ſtatuimus. capitul. per tuas. de maiorita. &
9 obedien. Prætereà † in materia honoris attenditur
antiquior gradus doctoratus vtriuſque iuris vt prę
feratur.l.fina.C.de tiro. libr.duodecimo.& ibi Bar
tolus & Ioannes de Plate.& per gloſſ. Alexand.&
Iaſon.in l.cùm quid.ff.ſi certum petatur. & per Io
annem Andræam, & Panormitanum.in capitu.cle
rici.de iudic. & licèt fortè prætendatur, quòd domi
nus Putoudi ſit antiquior doctor: tamen quia eſt
10 eccleſiaſticus, non debet præferri: iuxta tenorem
dictarum literarum. & quia intereſt reipublicæ, vt
procreẽtur proles legitima.l. j.ff. ſoluto matrimo-
nio.& ideò habentes liberos legitimos præferun-
tur in honoribus illis qui non habent liberos. l. in
10 albo.C.de decurio.libr.decimo.† & quia etiam do
mini eccleſiaſtici non habent cognitionem cauſa-
rum criminalium pœnæ ſanguinis. Et ad omnes fi-
nes dictus dominus Marchi pro informatione cu-
rię exhibuit literas patentes ſui doctoratus in vtro-
que iure in vniuerſitate ſtudij Taurini, de anno do
mini milleſimo quatercenteſimo octuageſimo. die
octaua menſis Iulij: & ideò ſecundum Geminian.
in capitu. Iſodori, decimaſexta diſtinct. Epiſcopus
qui eſt doctor præcedit alium Epiſcopum non do-
ctorem:quãuis nõ fuit primo probatus.nec poſsint
prout non debent dicti domini conſiliarij quinque
in numero præcedentes in ordine pretendere inter-
eſſe ratione damni vel honoris:quia quò ad domi-
nos eccleſiaſticos non debent præſidere prout ſu-
prà dictum fuit: & pariter nec laici habent damnũ
11 cùm † æqualis ſit retributio mercedis ſiue nouiſsi-
mi, ſiue primi:vt in euangelio habetur, neque etiã
ratione honoris: quia honor non eſt in honorato,
ſed honorante:ſecundum Baldum in pręludijs feu.
ſecunda colum. & honor qui fieret dicto domino
Marchi iuxta dictas literas, fieret Regiæ maieſtati
& Delphinal.nec eſt præſumenda diſcordia in futu
rum propter hoc: quia præſumptio non debet ſumi
in malam partem, ſed in bonam:ſicuti ſolet dici, ꝙ
non eſt ſperanda fortuna aduerſa, ſed proſpera.l.
inter ſtipulantem.§.ſacram.verſicul.homo liber.ff.
de verborum obligationib. nec etiam procedit de
exemplo domini quondam Petri Gucelli olim præ
ſidentis, quòd voluerit conſtituere locumtenen-
tem aut præferre aliquem poſteriorem ex dominis:
quia non competebat ſibi iuriſdictio, nec alijs do-
minis, vt ſingulis: ſecus in Rege domino noſtro
Delphino, qui poteſt conſtituere authoritate ſua
vicegerentem vel locumtenentem, qui gaudeat ea-
dem prærogatiua.l.ſuggerẽte.C.de officio eius qui
vicem alicuius iudic. vel præſi.vbi videtur caſus.&
ibi Bartol.& in l. prima.§. hi quibus. ff. de legatis
tertio.& pariter princeps poteſt præferre poſterio-
12 rem in ordine, prout ſuprà dictum fuit. † nam idem
honor qui debetur principali, etiam debetur vice-
gerenti ſeu vicario, quando creatur à principe: ſe-
dum Felin.in cap.cùm olim.le ij.de offici. delega.
vide Bar.in l.filius.ff.de lega. & in ſ.j.§.hij quibus.
ff.de lega.iij. Alexan.in rubr. ff.de his quę vi alicu.
Cardi. Flor.in clemen. j.de offici.vica.in vj.oppoſi.

vide dom. Guid. Pap. deciſ. ccxxxiiij. Adde Ioan. de Pla. in l. fin. C. de priuil. lib. xij. quòd inter doct. aut officiarios licèt regulariter ille qui eſt prior in ordine debeat preferri: fallit tamen quando alter eſſet magis prouectus. l. reddatur. & l. ſi quis. C. de profeſſo. & medi. libr. x. l. ij. C. de magiſt. offic. & idem eſt in ſubrogato in loco alterius: iuxta formam literarum iuxta not. per Ioan. Bart. & Ioan. de Plat. in l. comperimus. C. de proxi. ſacro ſcrini. lib. xij. Bald. in l. parabolani. C. de epiſco. & cleri. & per Alexan. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cauti. & ibi per Iaſonem.

ARGVMENTVM.

Executor literarum regiarum an tertium opponentem & cauſæ cognitionem aſſumere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Iuſsioni ſecundæ principis ſtandum præcisè.*
2 *Iuſsio ſecunda motus proprij clauſulam importat.*
3 *Reſcripta principis ſecundæ iuſsionis meram executionem important.*
4 *Declarationi principis etiam ſecularis ſtandum.*
5 *Princeps eſt ſupra ius poſitiuum & illi derogare poteſt.*

Quæſtio DCCCIX.

QVAERITVR an aduerſus literas principis continentes meram gratiam & executionem admittatur tertius opponens: & ſi iudex ſeu executor debeat aſſumere partes cognitoris: & ſi debeant reijci articuli ſuper hoc traditi. Ideò vt veritas meliùs habeatur inſtruuntur allegationes ſubſcriptę, non debent admitti quidam prætenſi articuli incipientes, Vt vobis traditi pro parte ſpectabilium dominorum Anthonij putodi, Palmerij Lacteri, Bertrandi Rabicti Iacobi Bochonis conſiliariorum Delphinalium aduerſus interinationem literarum fieri petitam parte ſpectabilis domini Fráciſci Marchi conſiliarij Delphinal. tum quia ſuper præſentatione primarum literarum dicti domini Marchi dicti domini Putodi, Palmerij, & alij ſupra nominati in reſponſione quam fecit curia, deduxerunt eorũ cauſas prætenſarũ oppoſitionum, & qualiter erant præcedentes in ordine dicto domino Marchi. Et licèt curia pro tunc ſuperceſſerit ab interinatiõe dictarũ primarũ literarũ, donec informata Regia maieſtate & Delphinali: tamen ſe obtulit paratum obedire mãdatis ipſius Regiæ maieſtatis, & Delphinal. ſentiendo, quòd vbi emanaret ſecunda iuſſio principis, quòd non admitteretur vlterior oppoſitio: quia † ſtandum eſt præcisè ſecundę iuſſioni principis. §. deinde competens. in authentic. de manda. princip. collatio. iij. §. & hoc verò iubemus. in authentico, vt nulli iudic. colla. ix.
2 quia † ſecunda iuſſio importat clauſulam motus proprij, prout pleniùs fuit deductum in præcedenti ſchædula ad partem traditam. Tum etiam non debent admitti dicti articuli, nec etiam debent audiri ipſi domini Putodi, Palmerij & alij ſuprà nominati opponentes in hac materia: † quia dictæ literæ commiſsionis & facultatis præſidendi in abſentia domini præſidentis important meram executioné, nec debet curia aſſumere partes cognitoris. l. ſi vt proponis. & l. executorem. C. de executione rei iudic. cap. de cætero. de re iudica. ſecundum Innocentium. in capi. ad diſſoluendum. de deſponſatio. impube. quia in dictis literis ſiue primus, ſiue ſecũdus, ipſe princeps habita deliberatiõe & ex certis cauſis ipſum mouentibus decreuit & declarauit quòd dictus dominus Marchi præſideat in abſentia dicti domini præſidentis, non obſtante dicta oppoſitione, & ſolũ mandat & præcipit curiæ executioné, quòd faciat, & permittat gaudere dict. literis dictum dominum Marchi, & iſto caſu non debet admitti aliquis opponens: & maximè quando princeps reſcribit, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis: ſecundum Hoſtien. in dict. capitul. de cętero. Panormita. Felin. in capitul. final. de præſumptio. quia iſto caſu princeps poteſt mandare inferiori, ſic facias: ſecundum Baldum in capitu. j. ſi de inueſtitu. inter dominum & vaſallum lis oritur. & per Ioannem Andr. in capitul. accepimus. de ætate & qualita. & quòd non debeat admitti opponens iſto caſu ſuper exequutione literarum officij, vel beneficij tenet Petr. de Anchar. conſi. ducẽteſimo-vigeſimoquarto, incipien. Iſte dominus executor: propterea in dictis literis nõ eſt aliqua clauſula ſonans in monitionem vel cõditionem, nec importat aliquam cauſæ cognitionem: prout apparet per inſpectionem dictarum literarum, & ſic non debet curia aſſumere partes iudicis, ſed ſimpliciter debet exequi dictas literas: iuxta nota. per Bald. in l. neq; natales. C. de probatio. quia non eſt aliqua clauſula purificanda in hac materia: cùm princeps mãdet ſimpliciter ita fieri, prout ſupra dictũ fuit. & in hoc
4 ſtandum † eſt declarationi principis, etiam ſecularis. capitu. cùm à nobis. de teſtib. & ibi Bald. & maximè quando princeps reſcribit de plenitudine poteſtatis, prout in caſu iſto: ſtandũ declarationi principis: ſecundum Specul. in titul. de lega. §. hinc oſtẽdendum. verſicul. lxxxix. Tum etiam quia dicti domini prętenſi opponẽtes ſuprà nominati ea quę deducunt, non faciunt niſi cauſa diffugij & ad ponendum iſtam materiam ad longos dies: prout ita pręſumendum eſt: & ideò debent tales articuli reijci, & ex officio. l. ij. C. de falſi. ſecundum Innocen. & Panormita. in cap. poſt electio. de conceſſi. præben. & attento quòd nõ releuarent in aliquo ipſis probatis. cap. cùm contingat. de offic. delega. l. ad probationé, la ſecũda. C. de probationi. quia princeps in literis dicti domini Marchi expreſsè derogat derogando ſtatutis, conſuetudinibus, iuribus quibuſcunque: prout apparet per ſeriem dictarum litera-
5 rum. & nõ eſt dubium † ꝙ princeps eſt ſupra ius poſitiuum, & poteſt illi derogare, prout ſunt iura in aperto: licèt etiam de poteſtate ordinaria poſsit princeps præferre poſteriorem in ordine alicuius collegij priori ex cauſa meriti vel laboris: ſecundum Ioannem de Platea, in l. vnicuique. C. de proxim. ſacro ſcrinio. libr. duodecimo. & præſumenda eſt iuſta cauſa in principe prout pleniùs fuit deductum in præcedenti ſchædula dicti domini Marchi ad partem tradita: nec habeant dicti dñi opponentes intereſſe dãni vel honoris prout ibi fuit deductũ attento etiã, ꝙ hìc agitur in materia officiorum, vbi præcisè parendum eſt mandato principis quando inter officiarios, ſicuti ſolet dici de manda

de mandato Papæ inter perſonas eccleſiaſticas: ſecundum Innocen.in c.inquiſitionι.de ſent.excom. multò fortiùs in officijs temporalibus,qui dependent à principe. Quare cócludendo petit dictus dominus Marchi dictos articulos reijci, & dictos dominos Putodi, Palmeri & alios ſuprà nominatos nó eſſe admittendos ad proponendum, ſed dictas literas domini Marchi interinari & executióι demandari, & ſuper hoc reſponſum fieri abſq; aliqua formatione proceſſus.

ARGVMENTVM.

Appellare ab interinatione literarum ſecundæ iuſſionis an licitum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Principi præcisè parendum in materis officiorum.*

Quæſtio DCCCX.

QVAERITVR an admittatur appellatio ſeu recurſus ab interinatione literarũ ſuper præcedentia officij dignitatis etiam ſi quis ſit poſterior in ordinatione, quando princeps mandat hic fieri ex cauſa meriti. Et quia iſta quęſtio accidit ideò inſeram motiua ſubſcripta: quia ad notitiam ſpectabilis domini Fräciſci Marchi conſiliarij Delphinal. peruenit quòd externa die quæ fuit quarta huius menſis Iulij, quòd ſpectabilis dominus Putodi & Palmeri Pet. Lateri, Ber. Roberti, & Iacob. Bochonis conſiliarij Delphiñ. aſſeruntur recurriſſe ab ordinatione ſeu reſponſione interinationis literarum Regiarũ & Delphinaliũ dicti domini Marchi prætextu facultatis præſidendi in hac curia in abſentia domini præſidentis, & aliâs iuxta tenoré dictarum literarum: vnde non debent dicti domini Putodi Palmerij & conſortes audiri recurrendo in hac materia: quia interuenit ſecunda iuſsio principis. Et literæ dicti domini Marchi proceſſerunt de mera gratia ipſius principis, & non important aliquam cognitionem: & ideò quando princeps dat certum mandatum, quod ſeruatur iuxta illius tenorem, non eſt locus appellationi. c. nouit. de appellat. ſecundum Bald. & Salicet. in l. ij. C. de appellatio. Tum etiam: quia ſecunda iuſsio principis importat clauſulam motus proprij, & nó poteſt opponi de aliqua ſubreptione vel obreptione: tum etiam, quia vltra binam iuſsionem interuenit declaratio voluntatis ſereniſsimi Regis domini noſtri Delphini, tàm per eius epiſtolam quàm etiam per relationem verbalem illuſtris domini cancellarij viuæ vocis oraculo factam ſuper obſeruatione di-
1 ctarum literarum dicti domini Marchi. † & in materia officiorum parendum eſt præcisè in hoc principi: tum etiam quia dictæ literæ dicti domini Marchi important ſpecialem derogatoriã, maximè propter clauſulam de plenitudine poteſtatis, & propter ſecundam iuſsionem principis: tum etiam non poſſunt nec debent dicti domini recurrentes ſe prætendere grauatos, quòd non fuerit facta mentio de eorum prætéſis articulis: quia procedendo ad vlteriora cenſentur reiecti. Et meritò: quia non debebant admitti opponentes in hac materia, & proptereà dictus dominus Marchi petit dictum prætenſum recurſum repelli, & in caſum in quem admitteretur ſalua nullitate ipſius, & citra præiudiciũ literarum dicti domini Marchi: idé dominus Marchi ad omnes fines ſibi vtiliores ſe offert cauere iuxta formã iuris & nominat in fideiuſſoré nobilem Ioannem Griffonis ciuem Grationop. petendo acta de præmiſsis ſibi concedi.

ARGVMENTVM.

De facultate præſidendi in aliquo conſiſtorio.

SVMMARIVM.

1 *Facultas exercitij officij præſidendi ſicuti primus conſiliarius quomodo intelligenda ſunt.*

2 *Electus in poteſtatem alicuius ciuitatis, cenſetur etiam in territorij poteſtatem electus.*

Quæſtio DCCCXI.

QVAERITVR ſuper facultate præſidendi in aliquo conſiſtorio ſeu auditorio, an intelligatur tam infra auditoriũ cóſiſtorij quã etiam extra per totum territorium prouinciæ, etiam in extraiudicialibus, & an princeps poſsit pręferre in honoribus poſteriorem in ordine primo. Et quia iſta quæſtio tangit ſpectabilem dominum Franciſcum Marchi conſiliarium Delphiñ. Ideò hic inſerũtur allegationes aliâs per ipſum in hac materia dictatę reſeruata ſemper deliberatione curiæ, & reiectis ſuſpectis & ſaluo etiam ſaniori conſilio literæ conceſſæ domino Franciſco Marchi conſiliario Del-
1 phiñ. † exercitij officij præſidendi in hac curia per omnia ſicuti ſi eſſet primus cóſiliarius in abſentia domini præſidentis, & aliâs iuxta illarum tenorem nedum ſe extendunt infrà domum conſiſtorij, & auditorij, ſed etiam extrà per ciuitatem Grationop. & ad ſuburbia, & continentia ædificia. l. ædificia. l. Alphenus. & l. qui in cótinentibus. & l. pupillus. §. territorium. ff. de verbor. ſignifica. imò ſe extendit per totã patriam in caſu iſto præſidendi reſpectiuè cum alijs domus curiæ. l. j. §. cùm vrbem. aliâs incipit in initio. ff. de offi. præfect. vrbis. & ibi Bald. quòd cómiſſa iuriſdictione ciuitatis includitur comitatus ſeu totum territorium, tam in mari, quàm in terra,
2 & ex hoc ſecundum ipſum apparet, quòd † ſi quis fuerit electus in poteſtatem alicuius ciuitatis cenſetur etiam electus in poteſtatem territorij: ſecũdum Bald. ibi: & ſequitur Felin. in c. Rodulphus. de reſcript. in iiij. column. in fin. & ſicut iuriſdictio cohæret territorio materialiter & paſsiuè. l fina. C. vbi & apud quem cogni. reſti. agi debe. Ita etiam iuriſdictio cohęret actiuè in magiſtratu per totum territorium: ſecũdum Bald. in dict. § in initio. facit c. cùm Epiſcopus. de offic. ordin. lib. vj. & pro præmiſsis facit. l. qui ex vico. ff. ad municipa. vbi ille qui eſt natus ex vico cenſetur habere domicilium in ciuitate, & debet gaudere eodem priuilegio. l. nulli. verſicu. quòd ſi in vico, vel territorio. C. de Epiſcopis & cleric. & ibi Paulus de Caſtr. l. ſi quis. C. de natu. liber. & ibi glo. & Bart. & in authẽ. quib. mod. natu. effi. ſui. §. ſi quis igitur. colla. vij. Nec obſtat ſi dicatur, quòd appellatione ciuitatis, non venit diœceſis. d. c. Rodulphus. ſed quòd ciuitas muris finitur. l. ij. ff. de verbo. ſigni. Nec contineantur ſuburbia vel cótinentia ædificia, niſi in caſu ſpeciali interdicti eccleſiaſtici, ne vilipendatur. c. ſi ciuitas. de ſententia excommunicatio. libr. vj.

ARGVMENTVM.

Modus prelatióis ſeu antecedendi in dignitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Theologiam & philoſophiam qui profitentur magiſtri*

dicuntur: qui verò ſcientiam legalem & medicinam doctores denominantur.

Quæſtio DCCCXII.

QVAERITVR ſuper modo antecedendi in dignitatibus ſecularibus vel eccleſiaſticis & etiam inter doctores, licẽtiatos vel ſcholares vel magiſtros in theologia: † quia propriè magiſtri dicũtur in theologia & in artibus, doctores in iure canonico vel ciuili & medicina: licèt interdum lex vocat doctores legũ magiſtros: vt in prooemio.ff.§.penult.& in l.magiſtros.C.de profeſſ.lib.x.& in clem.ij.de magi.ſecũdum gl.in pragma.ſanc.de colla.c.j.§.inſuper.ſuper verb.magiſtris.& ſuper verb.licẽtiatis, qui per eorũ literas habent poteſtatẽ docendi & interpretandi: licèt gl.ibi dicat, ꝙ ante doctoratum quis nõ poteſt magiſtraliter legere & docere: ſecundum Panor.poſt gl.in c.j.de poſtu.præla.& quia appellatione ſcholariũ venit licentiatus &c. Veruntamen inter graduatos doctores pręferũtur licẽtiatis: & licẽtiati bacalarijs: vt in prooemio decretaliũ. in ſalu.Greg.doctores pręferũtur ſcholaribus, niſi doctor inſufficiens & ſcholaris eruditus: quia tunc præferretur: ſecundum gl.in l.j.C.de anno. ciui.lib.xj.de quo per Panor.& cęteros in c. clerici. de iudi.& in l.cũ quid.ff.ſi cert. peta. & aliàs ſcripſi de hac materia in volumine vltimarũ voluntatũ in quadã quæſtione quę accidit in hac curia parlamenti Delphinalis inter duos doctores ſuper modo cedendi in audientia in quibuſdã allegationibus incipien. Dignentur magnifici domini. fol. 447. & etiã de hac materia habetur per gl.in d.pragm.ſanc. in tit. de colla.§.inſuper.ſuper verb.doctoribus & licẽtiatis, & ſuper verb.medicina. & ibi etiam ibi tractat, an doctor iuris præferatur medico, & ibi etiam ſuper verbo, rigore. an debeat fieri examen cũ rigore.

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur ad ſtudium.

SVMMARIVM.

1 *Studentibus tria neceſſaria, natura, exercitiũ & diſciplina.*
2 *Doctores ſcholaribus antecedere moribus & ſciẽtia debere.*
3 *Scientia moribus ornatur.*

Quæſtio DCCCXIII.

QVAERITVR quę requirãtur in ſtudio ad bene ſtudendũ, & in qua ætate debeãt ſtudere, & etiã doctorari. Et in effectu poſt 14.annum debẽt accedere ad ſcientiã iuris.l.j.§. & quoniã.C.de ſtudi.libera.vrb.Rom.lib.xj.l.j.§.& quoniã. & inſtit.de lega.§. ſed ne in primis.& ff. de annuis legatis.l.liberto.§.fi.priùs tamen debent eſſe docti in gramatica rethorica & dialectica, quas in puerilitate diſcere debẽt: ſi tamen in iuuẽtute nõ ſtuduerint, ſenes tamen nõ debent cõtemnere ſtudere, etiam ſi pedem in fouea teuerẽt.iuxta l.apud Iulianũ.ff. de fideicõmiſ.heredi.xxiiij.q.iij.c.ſi habes.peruerti audiens ſapiens ſapientior erit, & Chriſtus inuẽtus eſt in medio doctorum audiens nulla inquit ſene ætas ſera eſt: ſecũdum gl.in pragma.in d.tit.de colla.c.j. in prin.ſuper verb.iuuenibus.& ſuper verb.ſtudio.
1 ponit tria neceſſaria ſtudentibus, † videlicet natura, exercitiũ, diſciplina: prout ibi pleniùs declarat ſuper verb. moribus. & ibi tenet ꝙ ſcholares bene moriginati pręferũtur doctoribus malè moriginatis:
2 † quia doctores debẽt præexcellere in moribus & ſciẽtia.l.magiſtros.C.de profeſ.& medicis.lib.x.
3 & ideò benè dictum fuit, † mores ornãt ſcientiam.

ARGVMENTVM.

Promouendi ad doctoratum modus.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimè nati ad doctoratum non promouentur ut qui honor ſit.*
2 *In doctoratione ſeptem doctores adeſſe oportere.*
3 *Doctor antequam promoueatur ter interrogandus eſt.*
4 *Doctor minor quinque & uiginti annis læſionem allegans non eſt audiendus, ut reſtituatur.*

Quæſtio DCCCXIIII.

QVAERITVR de modo promouendi doctores & in quo tempore, & ſi ſcholaris notoriè eruditus indigeat examine. Et in effectu gl. in d. pragma.ſanct.de collatio.c.j.ſuper verb.honorum.
1 tenet, † ꝙ doctoratus eſt honor, & ꝙ nõ poteſt promoueri niſi ſit legitimè natus.& ſuper verb.approbatus.fol.98.verſo,
2 † ꝙ debent eſſe ſeptem doctores in examine & debet priùs præſentari per ſuum doctorẽ, & ſi fuerit ſemel approbatus, & poſteà reperitur inſufficiens, debet reprobari: per iura ibi alleg.quia in hoc verſatur publica vtilitas: quia propter præſumptionem gradus admittuntur ad plura officia publica.& in hoc læduntur ſubditi propter imperitiã ipſorum: ſcd̃m Panor.in c.de illis. de de-
3 ſpon.impu. † Vnde doctor ante promotionẽ debet ter examinari, Primò à doctoribus pręſentãtibus: ſecũdò à doctoribus ſigillatim in priuato examine, & tertio in publico: ſcd̃m gl.vbi ſuprà l.j.C. atletis.li.x.vbi tebent reportare triplicẽ victoriam in pugna antequã eximatur à muneribus.l.j.C.de atletis.lib.x.niſi forma ſtatuti: & pariter doctores debent pręexcellere ſcientia.d.l.magiſtros. turpe eſt enim doctori ignorare ſcientiam in qua verſatur.l.ij.§. poſt hos.ff.de origi.iur.ſecundum gl.in d.pragma.ſanc.
4 ſuper verb.ſciẽtia. † & ideò doctor minor 25.annis allegans læſionẽ non auditur ad in integrũ reſtitutionẽ: quia allegat turpitudinem ſuam.l. profeſsio. C.de mune.patri.& ibi gl.quia profeſsio & deſiderium ſuum inter ſe diſcrepant.& aliàs prout ibi plenè cõtinetur.& ſuper verb.præcipitata.in pragma. vbi ſuprà gl.not.cõtra momẽtaneos magiſtros doctores, qui plerũq; fiunt ſtudio non cõpleto, & ſine examine cõtra dictũ Hiero.longo tẽpore diſce, quę poſtmodùm doceas.c.ſic viue.c.ſi clericatus.16.q.j. nemo enim repente fit ſumus.c.aliàs.§.hæc quæ de charitate.de pe.diſt.ij.tunc enim ingeniũ vtitur duplomate: niſi ſcholaris eſſet notoriè peritus: quia tunc poſſet tranſire ſine examine, vel ſaltem medico: ſecundum Panor.in c.conſtitutis. de appella. & gloſſ.vbi ſuprà, ꝙ quis non debet confidere de ſuo ingenio.quòd facit cõtra illos, qui putant plus per ſe ſolos adiſcere quàm audiendo à doctore.

Quæſtio DCCCXV.

QVAERITVR ſuper cõtinẽtia teſtamẽti Egregij magiſtri Eynardi Pradelli auditoris cameræ computorum Delphinal.quondam condito de anno 1495.die xxvij.menſis Martij vbi inter cætera per dictum teſtatorem ordinata fecit nobilem Floretam Bomperis eius vxorem, vſufructuariam quorumcunque bonorum ſuorum mobilium & immobilium, quandiu tamen abſtinebit à ſecundis nuptijs ſine aliquali redditione computi, nec confectione inuentarij vel cautione præſtanda ipſam ab

ſam ab homine releuando. & quòd dicta Floreta quandiu fructus capiet teneatur & debeat ſoluere debita & onera quæ debētur ſeu faciunt ipſa bona anno quolibet. Itē dictus teſtator legat nobili Guigoni Cognieiu ſ nepoti omnia bona ſua paterna quæ conſiſtunt adhuc cum alijs bonis ſibi donatis per nobilem Gonetum de prato. Item inſtituit hæredem vniuerſalem nobilem Guionū Pinelli filiū nobilis Caroli Pinelli modo & ſub conditionibus tamen ſupradictis. per quem vult omnia legata ſua ſolui acta Grationopo. in domo dicti teſtatoris in præſentia teſtium ibi nominatorum. Ibidem & incontinēti dictus Carolus Pinelli pater & legitimus adminiſtrator dicti Guioni Pinelli hæredis promiſit & iurauit notarijs ſtipulantibus omnia & ſingula legata & debita per dictum teſtatorem in dicto teſtamento contēta & deſcripta adimplere, & adimpleri, facere non excitata præſentia hęredis tàm nomine proprio, quàm adminiſtratorio nomine dicti eius filij, cum clauſulis & renuntiationibus opportunis, & aliàs prout ibi pleniùs continetur. Conſequenter anno quo ſuprà. & die xj. menſis Aprilis dictus teſtator poſt teſtamentum præſcriptum codicillando dat & legat vltra alia dictæ Floretæ vxori ſuæ in eius teſtamento legata ducētum ſcuta auri, Et tertiam partem omnium bonorum ſuorum mobilium. & aliàs prout ibi pleniùs aſſeritur contineri. Verum cum fuerim rogatus pro parte dictæ relictæ dicti Pradelli ſcribere pro conſeruatione ſuorū iurium. Ideò duxi tractandas aliquas quæſtiones in huiuſmodi materia quādo relinquitur vxor vſufructuaria ſine redditione computi, licèt aliàs aliquantulum ſcripſerim in alijs voluminibus meis videlicet in volumine vltimarum voluntatum, folio 147. & fol. 546. & ſequentibus, & in volumine maleficiorum. & contractuum. fol. 115. & folio 421. & 447. & ſequentibus.

ARGVMENTVM.

Vſufructus omnium bonorum mobilium & immobilium, an per modum vniuerſitatis, vt ad debita vſufructuarius teneatur, relictus cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum mobilium & immobiliū appellatione neque debita neque actiones neque animalia mouētia cōtinentur.*

Quæſtio DCCCXVI.

QVAERITVR ſi dicta relicta dicatur vſufructuaria per modum vniuerſitatis, vt teneatur ad debita? Et dicendum eſt ꝙ non in caſu iſto: quia ſolùm fuit relicta vſufructuaria bonorū mobilium & immobilium, & ſic non eſt relictus vniuerſalis vſusfructus cū ſit certa ſpecies. l. mouentium. ff. de verb. ſign. l. ſi quis ſeruū. §. fi. & l. ſequen. cū ibi nota. ff. de lega. ij. ſecūdum Bar. in d. l. fi. ff. de vſufr.
1 lega. † quia iſto caſu nō continētur debita & actiones & animalia mouentia: iuxta not. per gl. & doctor. in l. j. C. ſi aduerſ. tranſactio. & in l. à diuo pio. §. in vēditione. ff. de re iudi. & per Bar. in l. centurio. ff. de vulga. & pupil. in iij. q. principali. circa fi. & ita etiam voluit do. Guid. Papę in ſimili deciſio. 291. & 499. Ita ꝙ iſto caſu dicta vſufructuaria nō tenetur ad debita neq; legata, cū non ſit vſufructuaria vniuerſalis bonorum: & maximè propter illud pronomen ſuorū appoſitum in dicto legato. arg. l. ſuos. in princip. ff. de leg. iij. & per Bar. in l. quintus. §. argento. ff. de aur. & argen. leg. & in l. j. ff. de ſtat. homi. & per do. Guid. Pap. deciſ. 584. vide tamen ſuper hoc Bar. in d. §. argento. & Sali. in l. j. C. de vſufr. circa fi. vide Oldra. cōſi. 218. incip. Factū tale. qui videtur tenere, ꝙ in legato mobilium nō veniunt nomina, tamen ſuper hoc paſſu ſunt opiniones prout aliàs ſcripſi in alio volumine delictorū & cōtractuū. fol. 146. verſi. & ſeq. vide ibi pleniùs. verūtamen in tali legato mobiliū & immobiliū non veniunt animalia ſiue mobilia ſeu mouētia. l. mouentiū. ff. de verb. ſig. Verūtamen in hoc multū operaretur cōſuetudo & cōmunis vſus loquēdi: vt ſentit Oldra. vbi ſuprà.

ARGVMENTVM.

Bonorum mobilium & immobilium appellatione quæ veniant.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum immobilium appellatione ueniunt prædia prata uineæ, domus & nonnullæ res aliæ immobiles in quibus ius utendi & fruendi conſiſtit.*

2 *Res mobiles quædam ſunt quæ uſu conſumuntur, quædam uerò non.*

3 *Vſufructus in rebus quæ ſeruādo ſeruari nō poſſunt propriè nō cadit.*

4 *Pecunia annumeratur inter mobilia quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*

5 *Cautionis per uſufructuariū præſtādæ de re mobili forma.*

6 *Teſtator de rebus quæ uſu conſumuntur cautionem remittere poteſt.*

Quæſtio DCCCXVII.

QVAERITVR quid contineatur appellatione domini legati vſusfructus bonorū mobilium & immobilium. Et in effectu cōprehēditur
1 quò ad † prædia, vnius, domos poſſeſsiones & alias res immobiles in quibus conſiſtit ius vtendi fruendi. l. j. ff. de vſufruct. etiā ſi in fundo ſterili. per l. ſtatua. §. j. eod. tit. ſecūdum glo. in §. cōſtituitur. inſtit. de vſufruc. quantū verò ad res mobiles poſſunt eſſe
2 in duplici differentia: † quia ſunt quædam quę vſu conſumuntur? Vt vinum, bladum, oleum, & ſic de
3 ſimilibus: ita ꝙ ſeruando ſeruari non poſſunt † & in iſtis propriè nō cadit vſusfructus: quia nō poteſt vti frui ſalua rerum ſubſtantia. l. j. & l. ſi tibi vim. ff. de vſufruct. earum eatum rerū quæ vſu conſumuntur: ſed vtilitatis cauſa poteſt conſtitui vſusfructus in talibus rebus dict. §. conſtituitur. Et in iſtis rebus transfertur proprietas in vſufructuarium. dict. l. ſi tibi vim. ſed vſufructuarius tenetur ad alterū duorum, vel reddere finito vſufructu tales res in eadem bonitate vel æſtimatione ſecundum tempus dicti vſusfructus conceſsi. dict. l. ſi tibi vim. & eſt electio vſufructuarij, vt ibi habetur. Et idem eſt de pecunia
4 quia expenditur cotidie † & dicitur de rebus quæ ſeruando ſeruari nō poſſunt: iuxta nota. per glo. & docto. in l. ij. §. fuit quęſitum. ff. ad Trebellia. Quędam verò res dicuntur mobiles quæ ſeruādo ſeruari poſſunt vltra triēnium, vti veiſſella argenti, iocalia, aurum, & argentum in maſſa non monetatum, & ſic de ſimilibus, & in iſtis iudicantur ſicuti de immobilibus. l. lex quę tutoris. C. de adminiſtratio. tutorum. iuxta notata per gloſſam & doctor. in l. j. C. ſi aduerſ. vſucap. & per hoc text. in l. j. ff. de vſufr.
5 quemadmo. caue. † vbi ponitur forma cautionis pro re immobili: & pro re mobili, ſcilicet du ratura.

cauendo ex duplici cauſa, videlicet de vtendo & faciendo arbitratu boni viri. Secundò cùm vſusfructus deſierit pertinere reſtituere quod inde ſtabit: ſecus eſt quò ad res mobiles, quæ vſu conſumũtur: quia iſto caſu ſolùm cauetur de reddendo rem in eadem bonitate vel æſtimatione: prout ſuprà dictum fuit. Et ita in effectu tenet gloſſ. & ibi per Ioan. de
6 Imol. & Panorm. in c. fi. de pigno. † Et iſto caſu in talibus rebus quæ vſu conſumuntur: poteſt remitti cautio per teſtatorem: ſecundũ Cyn. in l. j. C. de vſufruct. quia ceſſat ratio malignãdi per vſumfructuarium, de non vtendo arbitrio boni viri ex quo tenetur reddere in eadem bonitate aut æſtimatione de quo an hoc ſit verũ infrà patebit in altera quæſtiõe.

ARGVMENTVM.

Cauendi modus per vſufructuarium de rebus quæ vſu conſumũtur aut veteraſcũt aut corrumpuntur.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de uſufructu uegetum ſeruorum & ſimiliũ quæ uſu non conſumuntur ad immobilium ſimilitudinem præſtanda eſt.*
2 *Commodatarius de rerum quæ uſu conſumuntur, damno non tenetur. Idem de uſufructuario.*
3 *Vſufructuarius ueſtium de reſtituendo uſufructu finito, quomodò cauere tenestur.*
4 *In generali legato uſuſfructus ueniunt etiam ea quæ uſu conſumuntur.*

Quæſtio DCCCXVIII.

QVAERITVR quid de vſufructu veſtiũ aut aliarum rerum quæ eſſent duraturæ multo tempore, aut etiam quæ vſu non conſumuntur, ſed in tempore veteraſcũt & corrumpuntur, an debeat caueri de reſtituendo æſtimationem, an verò de reſtituendo eas prout ſtabunt finito vſufructu Fredericus de Senis conſi. xlvj. format quæſtionem & ibi videtur obſcurè loqui. Panormi. verò in dict.
1 c. fi. de pignor. videtur † tenere in vſufructu de vegetum ſeruorum & ſimilium quæ vſu non conſumũtur, quod debeat caueri ad inſtar immobilium. Vnde iura quæ volunt, vt æſtimatio præſtetur, loquuntur in rebus quæ vſu conſumuntur: ergo non debent extendi ad bona quæ vſu nõ conſumuntur: aliàs eſſet magnum præiudicium ipſi vſufructuario.
2 & ibi adduxit ſimile in † commodatario, quoniam non tenetur de damno rerum quæ vſu conſumuntur, ſed pertinet ad dominum: fortiùs in vſufructuario idem dicendum eſt. Dominus verò Io. de Imol.
3 in d. c. fi. poſt Florianũ tenet, † quod reſpectu veſtium, quod nõ ſemper habet hoc locum, quod caueri debeat de æſtimatione reſtituẽda in qualibet veſte, ſed ſolùm in hijs quæ vſu conſumuntur, & ſunt modico tempore duraturæ: ſecus ſecundum eũ ſi multò tempore eſſent duraturæ: quia tunc præſtabitur cautio ſicut præſtatur in rebus immobilibus, videlicet de vtendo arbitrio boni viri. Et de reſtituendo finito vſufructu prout ſtabit, & pro hoc allegat Azonem in ſumma. C. de vſufructu. verſic. nunc videndum. & ibi exemplificat de veſtibus Græcorũ quæ multũ durant. Et pariter de veſtibus quæ ſunt deputatæ ad ludos faciendos. & pro præmiſsis poſſet etiam adaptari theorica de veſtibus vxorum cotidianis aut feſtiuis: iuxta nota. per Bart. & cæteros in l. hijs. §. ſeruis. ff. ſolu. matri. & per Alexã. de Imol. in l. ſi is qui quadraginta. §. dos legata. ff. ad leg. Falcid. Et pro hoc etiam facit text. in l. Sed & ſi quid. §. & ſi veſtimentorũ. ff. de vſufruc. & l. ſi vſus fructus mihi legatus. §. ſi veſtis. ff. vſufructua. quemadmod. caue. vbi in talibus veſtibus duraturis nõ tenetur vſufructuarius ad æſtimationẽ: ſi ſine dolo malo fuerint attritæ. vide Alex. conſil. lviij. incip. Habita ſuper narratis.
4 † Nam in legato generali vſusfructus veniũt etiam ea quæ vſu conſumuntur. l. j. C. de vſufruct. vide in ſim. in d. ct. Bar. & Io. de Plat. in l. quoad præſens. C. de murilegu. lib. xj. vbi tenent, quod tutor non tenetur reddere res mobiles in eadem æſtimatione qua erant tempore tutelæ: ſed ſufficit probari, quod potuiſſent conſumi infra tantũ tempus, & ita etiã tenent Alex. de Imol. conſil. xlv. in j. volumine.

ARGVMENTVM.

Vxor cui vſusfructus omnium bonorũ mobilium & immobiliũ relictus eſt iura dotalia quæ per viam contractus vel hominis diſpoſitione petere poteſt: ſecus quò ad alimenta, annum luctus & veſtes lugubres.

SVMMARIVM

1 *Vxori uſufructuariæ bonorum mobilium & immobilium an alimenta annus luctus & ueſtes lugubres debeantur.*
2 *Interpretatio plenior in teſtamentis & ultimis uoluntatibus facienda eſt.*
3 *Alimentorum commoditas in uſufructu conſiſtit.*

Quæſtio DCCCXIX.

QVAERITVR an dicta relicta non obſtante dicto legato vſusfructus poſsit petere eius iura dotalia & alimenta, annum luctus & veſtes lugubres? Dubium facit: quia nõ apparet, quod teſtator reliquerit dictum vſumfructum animo compenſandi: & per conſequens poteſt peti vtrũque. l. j. §. ſciendum. C. de rei vxor. actio. l. creditorem. ff. de leg. ij. Et hoc quò ad ſtipulationẽ & alia pacta dotalia quæ debentur per viam cõtractus ex diſpoſitio-
1 ne hominis: ſecus fortè eſſet dicendum † quò ad alimẽta annum luctus & veſtes lugubres in caſu quo debentur in caſu legis aut ſtatuti, ſeu conſuetudinis: puta quãdo dos conſiſteret in re mobili ſeu pecunia, & vxor non haberet aliundè vnde ſe aleret: iuxta nota. per gl. & Docto. in l. diuortio. in prin. ff. ſolu. matri. & in l. j. § exactio. C. de rei vxor. actio. & l. in hijs §. ſeruis. ff ſolu. matri. & per Alex. de Imol. in l. ſi is qui quadraginta. §. dos data. ff. ad leg. Falc. quia iſto caſu legatũ videretur factum animo compenſandi: argu. authẽ præterea. C. vnde vir & vxor. Et in l. ſi cum dotẽ. §. ſi pater. ff. ſolu. matri. Et ita tenet Bal. in l. ſi donaturus. §. j. ff. de cõdictio. ob cau. & Alex. de Imol. in d. l. diuortio. & maximè in caſu iſto quãdo legatũ tendit ad eandem cauſam alimentorũ prout in caſu iſto, vbi teſtator videtur reliquiſſe dictũ vſumfructũ dictæ eius vxori pro alimẽtis, dum ibi dicitur quãdiu à ſecundis nuptijs abſtinuerit. facit quod habetur per gl. & Bar. in l. libertis quos. la ij. ff. de alimẽ. & ciba. leg. & in l. cũ hij. §. ſi in annos. ff. de tranſact. Verũtamen ſuper hoc pun-
2 cto ſum aliquantulum dubius: † quia in legatis & vltimis voluntatibus debet fieri plenior interpretatio. l. in teſtamẽtis. ff. de regu. iur. Nam ſi iſtud legatum vſusfructus cõpenſetur cũ alimentis annũ luctus retorquetur in læſionẽ dictæ vxori ſaltem ante preſiam cũ vina & blada quæ remanſerũt debeant æſtimari prout ſupradictũ fuit & ideò relinquo cogitandum.

gitandū Adde q̃ nō habet obſtare deciſio do.Gui. Pap.cccccxlj.quia loquitur quādo vxor eſt vſufructuaria vniuerſalis omniū bonorū:quo caſu durāte vſufructu non poteſt petere dotem ſolutā:nec iura dotalia:quia à ſe ipſa peteret, & pariter debet ſibi facere veſtes lugubres,& præſtare alimenta:ſed in caſu iſto ſecus quia dicta relicta non eſt vſufructuaria vniuerſalis: prout ſuprà dictum fuit: vide Bald.conſil.ccvij.in tertia parte.& conſil.ccix. Adde quòd iſte vſusfructus relictus vxori videtur cedere loco alimentorum:† quia in vſufructu conſiſtit commoditas alimentorū.l.is cui.ff.de alimē.& ciba.leg.l.in metallum.ff.de hij.quæ pro ſcrip.non habētur.ſecundum Cyn.& Alberic.in l.corruptionem.C.de vſufruct.

ARGVMENTVM.

Teſtator qui vxorem ſuam vſufructuariam omnium bonorum mobilium & immobilium fecit,an à rationis redditione,cautionis præſtatione, inuentarij confectione liberare potuerit

SVMMARIVM.

1 *Vxor uſufructuaria ſine rationis redditione, an omninò libera ſit à redditione rationis?*

2 *Teſtator cautionis præſtationem ei cui uſusfructus in teſtamento relictus eſt, remittere non poteſt: ſecus ſi ex contractu uſusfructus deberetur.*

3 *Falcidia per teſtatorem remitti poteſt.*

4 *Hæres cautionem uſusfructus expreſsè & tacitè remittere poteſt.*

5 *Caſus ſpeciales in quibus cautio non præſtatur.*

6 *Inuentarij confectio, an & quando remitti per teſtatorem poßit.*

Quæſtio DCCCXX.

QVAERITVR an dictus teſtator poterit releuare dictam eius vxorem à redditione computi,præſtatione cautionis, & confectione inuentarij,prout verba teſtamenti ſonant. Et in effectu quò ad primum punctum à redditione com-
1 puti,attento † quòd teſtator non releuat à præſtatione reliquorum non videtur liberata in futurum finito vſufructu:ſed dumtaxàt videtur remiſſa ſcrupuloſa redditio rationis.l.ſi ſeruus. cum ibi notat. per gloſſ.& docto.ff.de lega.j.iuxta nota.per Bald. in l.cùm neceſsitatis.C.de fideicommiſ. & aliâs pleniùs ſcripſi in vol. vltimarum voluntatū fol. xlvij. cùm remiſsionibus traditis. Quantùm verò ad re-
2 miſsionem cautionis,videtur dicendum, † quòd teſtator non poſsit illam remittere.l.j.C.de vſufruct. l.ſcire.C.vt in poſſeſ.legat.& eſt ratio principalis, ne vſufructuarius inuitaretur ad delinquendum in malè vtendo vſufructu.arg.l.conuenire.ff.de pact. dotali.& ſic iſta cautio concernit vtilitatem publicam.& ita non poteſt remitti per teſtatorem: ſecus ſi deberetur vſusfructus ex contractu: ſecundū Bartol.& communiter docto. in dict.l.j.C.de vſufruct. licèt aliqui velint reddere aliam rationem videlicet quia iſta cautio cōcernit fauorem hæredis.Sed iſta
3 ratio non eſt ſimilis:ſicuti de falcidia dicitur:† quæ licèt concernat fauorem hæredis:tamen poteſt remitti per teſtatorem.authen.ſed cùm teſtator.C.ad
4 leg.falcid.† Veruntamen hæres bene poſſet remittere iſtam cautionem:ſecundum gloſſ. & communiter doctor.in dict.l.j.& inſtitu.de vſufruct.in princ. & ibi per Ioannem Fab.& Angel.Aretin.aliqui verò etiam nituntur reddere aliam rationem:aſſerendo quòd iſta cautio ſit de ſubſtantia ſeu differentia vſusfructus.l.j.ff.de vſufruct.dum ibi dicitur, ſalua rerum ſubſtantia,quòd quidā exponunt,id eſt pręſtita cautione de ſaluanda ſubſtantia:ſed gloſſ.tenet ibi contrarium. & in dict. l. j. quia antequàm præſtetur talis cautio,etiam dicitur vſusfructus cōſtitutus:vt.ff.de vſufruct.ea.rer.quæ vſu conſumūtur.l.hic ſenatus.§.ſi pecuniæ. Adde quòd ſicuti hæres expreſsè poteſt remittere cautionē vſusfructus: ita etiam tacitè patiendo vſufructuarium tenere, & poſsidere:ſecundum Alexand.de Imol.in additio.ad Barto.in l.vxori.la j.ff.de vſufruct.lega. Prę-
5 tereà † quandoquè cautio non præſtatur.l.ſi vſuſfructus. §. planè. ff. vſufruct. quemadmod. caue. & ibi glo.quæ enumerat alios caſus,in quibus non præſtatur talis cautio.& per gloſſ.in capitu.fina.de pignori.vnde in hac materia referam opiniones:nā ſecundum Cyn.in dict.l.j.C.de vſufruct. quandoque præſtatur talis cautio pro rebus in quibus cadit vſusfructus:& primo capite de vtendo fruendo arbitrio boni viri.& iſta cautio non poteſt remitti ne inuitetur quis ad delinquendum: quandoquè tractatur de cautione pręſtanda in rebus in quibus non cadit vſusfructus, niſi abuſiuè, vt in pecunia aut alijs rebus quę vſu conſumuntur,in quibus pręſtatur cautio de æſtimatione reddenda,& iſto caſu poteſt remitti talis cautio:quia talis remiſsio non inuitat ad delinquendum,cùm debeat vſufructuarius totum conſumere: ſecundum Petr.& Cyn.ſed Iacobus Butriga.& Bald.in dict.l.j.tenent contrarium:quia in iſtis rebus quæ vſu conſumuntur, talis cautio eſt de forma ſubſtātiali vſusfructus:quia in caſu iſto magis requiritur cautio, quàm in alio, cùm transferatur dominium in legatarium. ſed idē Bald.in §.conſtituitur.inſtituta, de vſufruct. tenet quòd ex primo capite de vtendo arbitrio boni viri non poteſt remitti talis cautio:ex ſecundo verò capite de reſtituendo finito vſufructu bene poteſt remitti talis cautio per teſtatorem. Veruntamen in caſu iſto ex quo dictus Carolus Pinelli pater dicti Guioti hæredis approbauit dictum teſtamentum cum iuramento tàm nomine proprio quàm adminiſtratorio dicti eius filij,etiā notarijs ſtipulantibus, ſatis videtur remiſiſſe dictam cautionem,quod fieri poteſt in hærede,prout ſuprà dictum fuit. Quantum verò ad remiſsionem confectionis inuentarij ſatis videtur dicendum quòd poteſt remitti cùm nō agatur de inuentario ſolemni. l. cùm tale. §. Titius. ff.de conditio. & demonſtratio. & ibi per Bald.& Paul.de Caſtr.ſicuti de inuentario tutoris dicitur. Veruntamen vbi videtur æquum iudici ex officio, ne bona depereant, poſſet facere tale inuentarium ſeu deſcriptionem:iuxta nota.per Bartol. in ſimili, in l.in confirmando.ff.de confirma.tutor.& in l.tutor,qui repertorium.ff.de adminiſtratio.tuto.&per doctores in dict.l.fi.C.arbit.tutel. Et pro hoc facit quod ſolet dici: quia licèt regulariter ſequeſtrum prohibeatur fieri,tamē bene permittitur deſcriptio bonorum:ſecundum Bartol.in l.defenſionis facultas.C.de iure fiſc.libr.x.& in l.diuus.ff.de requiren. reis. & maximè ad inſtantiam ſubſtituti, ſeu pro-

prietati,& ſuis ſumptibus:ſecundum domi.Guido. Pap.deciſio.ccclj.per iura ibidem per ipſum allegata. Veruntamen conſulo in caſu iſto,quòd dicta relicta non conſentiat confectioni dicti inuentarij, ne contraueniant voluntati defuncti,& ne præiudicet ſuis iuribus:vide de hac materia per Alexan.de Imol.conſil.lvij.in iij.volumi.qui tenet,quòd non obſtāte tali prohibitione cōfectionis inuentarij,debet fieri talis deſcriptio:quia ex quo vſufructuarius tenetur cauere,prout ſuprà dictum fuit,tenetur facere deſignationem rerum:vide textum in l.tribus. ff.de vſufruct.ea.rer.vbi teſtator poteſt grauare aliquos hæredes ad cauendum pro vſufructuario, aut poteſt nominare vnum fideiuſſorem,quem habeat accipere hæres. Adde Alexand.de Imol.in dict.conſil.lviij.in iij.volumi.quòd vſufructuarius debet cōficere inuentarium per modum deſcriptionis,non obſtante prohibitione teſtatoris. & debent etiam æſtimari bona immobilia, quæ vſu conſumuntur. de quo ibi per eum:& aliâs ſcripſi in volumine vltimarum voluntatum fol.clij.& licèt teſtator releuat à redditione computi,in dubio non intelligitur de redditione futura:iuxta notat.in l.cū neceſsitatem. C.de fideicommiſ. Adde quoad inuentarium hæredis:ſecundum Bald.in l.fi.C.arbitr.tutel. & in l.fin. §.cùm igitur.C.de iure deliberan.quòd teſtator nō poteſt prohibere ſeu remittere:ſed ſecundum Paul. de Caſtr. Alexand. Frāc.de Aco.in l.nemo poteſt.ff. de legat.j.teſtator non poteſt prohibere ad præiudicium creditoris:ſed quò ad præiudicium legatariorum ſit;quia poſſet à principio nō relinquere, multo limitare. hoc eſt quòd licèt hæres non cōficiat inuentarium ex præcepto teſtatoris:tamen non tenebitur legatarius,niſi iuxta vires hereditarias:vide Iaſ.in l.cùm neceſsitatem. C.de fideicommiſ. Adde an teſtator poſsit prohibere tutori inuētarium:vide per Cyn.& Sali.in l.fina.C.arbi.tutel.qui videntur facere aliquam differentiam poſt Mar.Sali.in verbis,an teſtator prohibeat inuentarium.aut errore ductus aut nō,& ſi ſuperuenerit iuſta cauſa vel ne: & quod quando ſtatuto aut cōſuetudine debet fieri inuentarium,an poſsit prohiberi:aut teſtator remiſit,& tunc ſecundum aliquos nō poteſt.vide per Franciſ.de Aco.de Are.poſt Bartol.in l.nemo poteſt.ff.de legat.j.quia communiter tenetur,quòd ſic arbitrium iudici.

ARGVMENTVM.

Vſusfructuarius qui cautionem reperire nō poteſt, an iuratoriam præſtando liberetur.

SVMMARIVM

1 *Vſufructuarius qui cauere non poteſt,an interuſurium habere debeat.*

2 *Vſufructuarius in rebus immobilibus iuratoriam cautionē præſtando admittitur,quid de rebus mobilibus?*

Quæſtio DCCCXXI.

QVAERITVR quia in caſu iſto licèt cautio intelligatur cum fideiuſſoribus.dict.l.tribus.ff.de vſufruct. ea.rer.& l.vſufructu. C. de vſufruct.& ibi per gloſſ.& docto.& in l.j.eodem titul. Quid iuris quando vſufructuarius non poteſt inuenire fideiuſſorem, an debeat admitti ad cautionem iuratoriam? Et in effectu gloſſ.tenet ibi quòd non.& idem tenet gloſſ.in dict.cap.fina.de pignor. ſed quòd debeat priuari vſufructu,quādo non præſtat cautionem.ſed iſtud eſſet nimis durum : ſecun-
1 dum docto.ibi,† quia ſaltem deberet habere interuſuriū ;ſeu commodum medij temporis:eſto, quòd ſequeſtretur.argu.l.ſi conſtante.§.quotiens.ff.ſoluto matrimo. & hoc ibi perſona vſufructuaria eſſet ſuſpecta, aliâs deberet admitti ad iuratoriam cautionem:ſecundum Alberic.in dict.l.j.C.de vſufruct.argu.authentic.generaliter.C.de epiſco.&clerie.cum ibi nota. vel poſſet dici:ſecundum Ioannē
2 Fab.inſtitu.de vſufruct.in princip.†quò ad res immobiles quæ remanēt certè,tunc vſufructuarius admittitur ad cautionem iuratoriam.l.hac editali. §. illud.C.de ſecund.nupt.reſpectu verò rerum mobilium,quòd debeant ſequeſtrari, & emolumentum tradi vſufructuario.allegat l.litibus.C.de agric. & cenſi.libr.xj.licèt Petr.& Cyn.in dict.l.vſusfructus. teneant indiſtinctè,quòd debeant admitti ad cautionem iuratoriam:licèt Bart.ibi diſtinguat,an perſona ſit ſuſpecta vel ne,prout ſuprà dictum fuit. & ita etiam videtur tenere Panormita.& Ioan. And. in dict.cap.fina.de pigno.vide certas limitationes per Alexand.de Imol.in additio.ad Bart. in dict.l. j. C. de vſufruct. quando habeat locum iſta cautio iuratoria.

ARGVMENTVM.

Vſufructuarius cautionem præſtare,an teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius uſufructu non,niſi cautione realiter præſtita,gaudeat. & num.3.*

2 *Sententia ſuper uſufructu cōditionaliter ferenda eſt,ſi uſufructuarius caueat.*

4 *Vſufructuarius etiam cautione non præſtita experiri poteſt.*

Quæſtio DCCCXXII.

QVAERITVR an vſufructuarius teneatur preſentare cautionē proprietario?Et dicē-
1 dum eſt† ꝙ ſic:ſecūdum Odofred.in d.l.j.C.de vſufruct.coram tabellione. Veruntamen ſecundūPau. de Caſt.eſto,quòd vſufructuarius non facit preſen-
2 tationem in proceſſu:†nihilominùs debet fieri cōdemnatio conditionaliter:tamen caſu quo vſufructuarius caueat.Et pro præmiſsis etiam facit quod voluit Bart.in l.prætor.§.ſi quis paratus.ff.de ope-
3 ris noui nūcia.vbi vult†quòd ille qui debet fideiubere,debet nominare & ducere realiter fideiuſſores idoneos.Bald.verò in l.ij.in fine principij.C. cō-
4 muni delegat.†quòd vſufructuarius poteſt experiri ante cautionem præſtitam, quia non eſt de ſubſtantia:ſecundum gloſſ.in l.j.ff.de vſufruct.

ARGVMENTVM.

Vſufructuarius antequàm ſatiſdederit, an & quādo fructus ſuos faciat.

Quæſtio DCCCXXIII.

QVAERITVR an vſufructuarius faciat fructus ſuos ante cautionem præſtitam. Et in effectu gloſſ.in l.vxori. ff.de vſufruct.legat.videtur tenere quòd ſic:ſecundum Azo.ſi bona fide percipiat,id eſt ſi non credebat ſe teneri ſatiſdare. licèt ibi referat Irner.tenere contrarium.ſed gloſſ.in l. ſi cuius.§.

cuius.§.j.ff.de vſufruct.tenet quòd non faciat fructus ſuos.vnde pro concordia Barto.in d.l.vxori.diſtinguit. quandoque vſufructuarius non percipit fructus,ſed proprietarius vel alius:& tunc fructuario non debēt reſtitui fructus percepti ante cautionem præſtitam,quandoque fructus percipiūtur ab ipſo fructuario proprietario: ſciēte & patiente, & tunc facit fructus ſuos.& pro hoc allegat.l.hac edictali.§. Sin autem.C.de ſecun.nupt.vide tamen certas limitationes quas ponit Alexand.de Imol.in d.l.vxori.in additio.ad Bart.vide etiam eundem Bartol.in dict.l.j.C.de vſufruct.qui facit certam aliam diſtinctionem poſt Guliel.de Cuneo:quia aut vſufructuarius fuit vſus bona fide, quia non fuit ſibi petita cautio:& tūc facit fructus ſuos:aliâs aut fuit ſibi petita, & tunc non facit fructus ſuos:vide certam diſtinctionem quam facit Cyn.in l.iij.C.de vſufruct. Et ita in effectu tenent Panormitã.& Ioan.de Imol.in dict.cap.fina.de pigno. vide etiam Bal.in d.l.j.C.de vſufruct.qui videtur facere certam diſtinctionem, an vſufructuarius fuerit adeptus poſſeſsionem bona fide:vt quia hæres ſibi tradidit poſſeſsionem,& non petijt cautionem:&tunc facit fructus ſuos. Si verò fuit in mala fide,vt quia occupauit poſſeſsionem, vel ſtetit in poſſeſsione ſua authoritate:& tunc facit fructus ſuos.vide etiam per Bartol.in l.ſi homo.ff.de vſucapio. Veruntamen in præmiſsis debet conſiderari qualitas perſonarum ſi ſit perſona quæ veriſimiliter iura ignoret:& tunc facit fructus ſuos:ſecundum Odoffred. quem refert Cyn.in d.l.iij.C.de vſufruct.de hac materia etiam tetigi in alio volumine nogotiorum eccleſiæ, folio.cccccxlij.

ARGVMENTVM.

Vſufructuarius an poſſeſsionem vſusfructus propria authoritate accipere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus poſſeſsionem uſufructuarium accipere non, niſi per hæredis manus, debere.*

Quæſtio DCCCXXIIII.

QVAERITVR an vſufructuarius poſsit accipere poſſeſsionem ſeu quaſi vſufructus?
1 Et videretur dicendum quòd nō: †ſed quòd debeat accipere per manum hęredis.l.non dubium.C.de legat.l.j.ff. quorum legat.& ita etiam videtur ſentire Bal.in dict.l.j.C.de vſufruct.& Alexan.de Imol. in dict.cōſil.lviij.in iij.volumi. Et pro iſta parte: ꝙ vſufructuarius debeat accipere vſumfructū per manus hæredis bene facit l.iij.verſicu.dare. ff. de vſufruct.licèt quando vſusfructus debetur ex teſtamēto ſeu vltima voluntate:transfertur ius ipſo iure,ſicuti domino in iuribus incorporalibus l.ſi partem. ff.quemadmod.ſerui.amitta.iuxta notat.per gloſſ. & Bar.in l.corruptionē.C.de vſufruct.& in l.ſi vſuſfructus in biēnio.ff.de vſufruct.leg.ſed idē Bal.in l. j.§.excepto. C.de caduc.tollend.videtur tenere, ꝙ vſufructuarius poſsit colere terras propria authoritate,dumtamen proteſtetur,quòd hoc faciat cauſa ſui iuris conſeruandi:& citra præiudicium proprietarij.argu.notatorū.in l.ſi duo.& in l.fina.ff.vti poſſidetis.& ita videtur ſentire Bartol.in l.fundi Trebatiani.ff.de vſufruct.lega.de hac materia etiam tetigi in alio volumine vltimarum voluntatum. folio.cccccxvj.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus legatum non,niſi ab adita hæreditate cedit.*
2 *Hæres qui hæreditatem in fraudem adire diſtulerit, de dolo tenetur.*
3 *Hæreditatem aduentitiam pater pro filio adire non,niſi cōſenſus vtriuſque interuenerit,poteſt.*

Quæſtio DCCCXXV.

1 QVAERITVR †quia,legatum vſusfructus non cedit,niſi ab adita hæreditate.l.j.ff. quando dies lega.vſufruct. cedat.l.ſi pendente.ff. de vſufruct.dict.l.j.§.excepto.C. de caduc. tollend.
2 Veruntamen †ſi hæres differat adire hæreditatem in fraudem tenetur de dolo.& nihilominùs fructus debent pertinere vſufructuario:ſecundum gloſſ. in
3 d.l.ſi pendente. Modò quæritur,† an dictus Carolus Pinnelli poſsit adire hæreditatem nomine dicti Guioti eius filij hęredis.& dicendum eſt, quòd non:ex quo hæreditas eſt aduentitia:ſed requiritur etiam conſenſus filij ex quo eſt maior infante. l. ſi infanti.& ibi per gloſſ.& Bartol.C. de iure deliberan.& in l.cùm nō ſolū.§.vbi autem.& ibi per Salice.C.de bonis quæ liber.de hac materia etiam ſcripſi in dict. volumine vltimarum voluntatum: folio cccccxix.verſic.ſequenti.& ideò conſulo ex habundanti cautela,quòd dicta relicta ante omnia faciat adhiberi conſenſum dicti Guioti Pinnelli eius filij.

ARGVMENTVM.

Teſtamenti adprobatio quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus qui fiunt paulò ante teſtamentum, aut incontinenti poſt,quòd commodiùs fiant quàm hij qui in teſtamento ipſo fiunt.*
2 *Teſtamenti actus continuus dicitur.*
3 *Teſtamenti reuocatio, teſtamenti adprobatione non impeditur.*
4 *Legatum factum per uiam donationis,an teſtamento reuocato,reuocetur & legatum.*

Quæſtio DCCCXXVI.

QVAERITVR de effectu dictæ approbationis teſtamenti cùm iuramento factæ per dictum Carolum Pinnelli tàm nomine proprio quā adminiſtratorio nomine dicti Guioti eius filij: etiā notarijs ſtipulantibus.Et in effectu,quia iſta probatio fuit facta per modum contractus completo teſtamento, & ibidem & incontinenti:ideò fuit prudenter actum:quia licèt in teſtamento poſsit fieri
1 contractus pertinens ad teſtamentum †: tamen vtilius eſt, quòd fiat paulò ante,aut modicum poſt incontinenti :ſecundum Bald. & Ioan.de Imol. in l. hæredes palam.§ fina.ff.de teſta.ne interrumpatur
2 actus†teſtamenti,qui dicitur continuus.l.cùm antiquitas.& ibi per Cyn.& Alexan.de Imol.C. de teſtamen.vnde talis approbatio teſtamenti operatur effectum,vbi aliâs teſtamentum eſſet inualidum.l. non dubium.cum ibi nota.per doctor.C.de teſta.& notat etiam in l.filio.præterito. ff.de iniuſt.rup. ir-
3 ritóque teſtamen.† An autem iſta approbatio impediat reuocationem teſtamenti.& dicendum eſt ꝙ non:cùm ſit vltima volūtas ambulatoria vſque ad

notat.capit.vltima voluntas.xiij.quæſtio.vltima.l.iij.in fine.ff.de adimen.lega.cap.cùm marte.de celebra.miſſ.nec poteſt impediri quin poſsit reuocari teſtamentum,etiam per viam donationis reprobata opinione Dini in cap.quod ſemel.de regul.iur.lib.vj.ſecundum Bart.in l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de legat.iij.& in l.ſtipulatio hoc modo cóce̅pta.ff.de verbor.obligatio.& per Bald.in l.ſancimus.& l.cũ antiquitas.C.de teſtamen.& in capit.j.de feud.da.in fidem l.commiſso.& in l.ex teſtamento.C.de fideicommiſ.& per doct.in dict.l.hæredes palam.§.fina.& hoc verum quantum ad inſtitutionem vniuerſalem hæredis: quia non poteſt fieri quin poſsit reuocari etiam per viam donationis:
4 ſed quò ad legata particularia † an valeat donatio caſu quo teſtator reuocaret.Bald.format quæſtionem in dict.l.ſancimus.circa finem.& ibi refert opiniones.& per Alexand.de Imol.in additio.ad Bar.in dict.l.ſi quis in princip.teſtamenti.Et pro pręmiſſis facit quod habetur per Bartol.in l.cùm quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.iij.vbi voluit,quòd quando teſtator confitetur ſe debere aliquem quantitatem alicui præſenti,aut notario ſtipulante,quòd licitè reuocetur teſtamentũ,remanet tamen valida talis cófeſsio,& de materia approbationis teſtamenti patris factæ per filium,etiam cum iuramento,& an impediat detractionem quartarum,vide per domi.Guido.Pap.deciſio.xcvj.& ccccxxvij.& etiã aliàs ſcripſi in dict.volumine vltimarum voluntatum,folio xliij.Adde quando teſtator ponit in fide hæredis hoc eſt,quia hæres promittit defuncto: tunc ſapit naturam contractus,& poteſt conueniri:iuxt.l.fina.C.de fideicommiſ.& §.fin.inſtitu.de fideicommiſ.hæredi.ſecundum Barto.in l.nemo poteſt.ff.de legat.j.& pro hoc allegat l.quidem.cùm ſimilib.ff.de hæredi.inſtituend.& l.ſpadonem.§.j.ff.de excuſa.tuto.& ſecundum Alexand.poſt Ioan.de Imol.in dict.l.nemo.ſufficit apparere de dicta promiſſione per duos teſtes.& teſtator poterit etiam ſtipulari ad vtilitatem legatorum.& etiam bene facit l.fina.C.ad leg.falcid.cum ibi notat.vide Iaſo.in l.cùm proponas.C.de pact.Adde Alberic.in rubric.C.de donatio.vbi format quæſtionem quando teſtator in teſtamento voluit valere inter viuos.conſtituendo ſe tenere pro illis quibus relinquebat,quòd ſi poſteà donauit,quòd tunc primi legatarij ſunt potiores.per iura ibi per ipſum allegata.vide per eundem Alberic.in l.fina.C.de donatio.inter vi.& vxorem.vide de materia quando fit donatio in pœnã mutantis teſtamentum,etiam cum clauſula cóſtituta per Bald.in l.ex teſtamento.C.de fideicommiſſ.& in cap.ij.de feud.dat.in vi.leg.cómiſ.& per Alexand.de Imol.conſil.lxxxiij.in ij.volumi.& per Roma.conſil.clxxj.& per Alexand.conſil.xxv.in iij.volumine.Aduerte quia vbi fuiſſet reuocatum teſtamentum,tunc dictus Carolus Pinnelli vigore dictæ promiſsionis non fuiſſet obligatus:quia caſſato principali videlicet teſtamento,& per conſequens dicta promiſsione.l.cùm quis decedens.§.j.ff.de lega.iij.quia talis promiſsio regulariter ſecundum naturam teſtamenti.l.j.§.ſi ſub conditione.ff.vt lega.no.caue.& ita tenet Bar.in ſimili.in l.fina.ff.de ſolut.& Bald.in l.mandatum.C.manda.pro quo allegat l.cùm quis.ff.de condictio.ob cauſam.vbi res donata cauſa moris poteſt repeti,quando donator conualeſcit.& idem in legato ſoluto.facit l.Lucius.ff.de legat.ij.quia poteſt pœnitere & repeti:ſecundum Bald.in l.ij.C.de iure dot.l.cùm quis.ff.de donatio.ob cauſam.etiam non obſtáte iuramento,& ita tenet Oldrad.conſil.ccxxx.Alberic.in l.quotiens.C.famil.erciſcund.Bal.in §.item ſacramenta.de pace iura.firmand.Adde Bald.in l.ſeruum.C.qui teſtamen.facere poſſ.quando teſtator legat rem alienam:& dominus conſentit,quòd non poteſt pœnitere,per iura ibi per ipſum allegata.Adde eundem Bal.in l.cùm quis.ff.de condict.ob cauſam.quando in donatóne dicitur,quòd promittit nó contrauenire,quòd hoc non obſtante poterit contrauenire:vide per Alexand.in l.vbi ita donatur.ff.de donatio.cauſa mortis.vide Bald.in ij.quæſtio.Imperialem.in princip.de prohi bi.feud.alie.per Frederic.in princip.quando pater in teſtamento prælegat vni filio rem feudalem,quòd túc ſi alter filius conſentiat,quòd valet:aliàs ſecus,etiam vide gloſſ.Iaſo.in l.cùm proponas.C.de pact.& per Bartol.in l.cùm quis decedens.in princip.ff.de legat.iij.vide Bald.Salice.in l.cùm alienam.C.de legat.

ARGVMENTVM.

Sententia lata cótra hæredes:an executio in bonis hæreditarijs in vſufructuarij præiudiciũ fieri poſsit,

SVMMARIVM.

1 *Obligationis conditio ex hæredis perſona nõ immutatur.*
2 *Executio ſententiæ pro debito filij an in uſufructu patris fieri poßit.*
3 *Item & in peculio patria poteſtate durante.*
4 *Sententia pro debito uſufructuarij in uſusfructus commoditate executioni demandari poteſt.*

Quæſtio DCCCXXVII.

QVAERITVR quia prout ſuprà dictum fuit dicta relicta non teneatur ad debita,nec legata dicti teſtatoris,cùm non ſit vſufructuaria vniuerſalis omnium bonorum,ſed tenetur hæres etiam vigore dictæ approbationis ſuæ,an lata ſententia poterit fieri executio in bonis hæreditarijs ad præiudicium dictæ vſufructuariæ?Dubium facit,ſaltem quò ad bebita,quę pręcedebant dictum
1 teſtamentum:† quia ex perſona hæredis conditio obligationis non immutatur.l.ij.§.ex hijs.ff.de verborum obligationi.l.pacto ſucceſſoris.C.de pact.& pro hoc facit quod voluit Salicet.in ſimili.in l.ſi
2 na.§.fina.C.de vſufruct.rei.iudi.in illo † articulo.An executio ſententiæ latæ contra filiumfamiliâs poſsit mandari executioni in bonis aduentitijs:in quibus pater habet vſumfructum:quia ſecundum gloſſ.in l.& ſi condemnatis.ff.de noxa.non poteſt fieri executio,patre conſentiente:ſed ſecundum Salicetum in dict.l.fina.debet diſtingui:aut tale debitum de quo eſt facta condemnatio,erat priùs quàm eſſet peculium filij:& tunc debet fieri executio,ne fiat præiudicium creditoribus.l.fina.§.Sin autem æs alienum.C.de bonis quę liber.Si verò tale debitum fuerit factum ex poſt facto,& ex proprio contractu filij:tunc bene poteſt fieri executio in proptietate,ſaluo iure vſusfructus patris:quia in illo non poteſt ſibi præiudicare.& pro iſta differentia be-

tia bene facit quod ſolet notari per gloſſ.& doctores in l.ſi finita.§.ſi de vect galibus.ff.de damno in fecto: quia bene poteſt fieri executio iudicati pro debito vaſalli emphyteutæ: aut vſusfructuarij in feudo ſeu emphyteuſi aut vſufructu, citra præiudicium proprietatis:& econtrà bene poſſet fieri executio in dominio directo ſeu proprietate citra præiudicium vſusfructus. Et ita eſt in propoſito: quia poſſet fieri executio in proprietate ſaluo vſufructu dictæ relictæ:& quòd tantò minùs æſtimaretur proprietas propter vſumfructum dictæ relictæ. & pro hoc etiam facit quòd habetur in l.à diuo Pio.§.ſed illud.ff.de re iudicata: vbi quando eſt controuerſia in pignore iudiciali debet dimitti & accipi aliud quod eſt ſine controuerſia. Et ita eſt in propoſito: quia in executione iudicati debet accipi proprietas hæredis,& dimitti vſusfructus dictæ relictæ,quę nõ tenetur ad debita:nec ad legata. Veruntamen conſulo,quòd ſi fiat executio iudicati pro debitis aut legatis in bonis hæreditarijs in quibus dicta relicta habet vſumfructum,quod dicta relicta ſe opponat, & petat euocari dictum hæredem ſeu eius patrem, vt ſeruet ipſam indemnem. Adde per gloſſam Bartolum Baldum Ioannem de Imola in l.ſi filio. la ſecunde.ff. ſoluto matrimonio,
3 † quòd durante patria poteſtate poteſt fieri executio in peculio vel in perſonam filij, de quo ibi latiùs per Ioannem de Imola.& ibi etiam tangitur,an pater poſsit eximere peculium filio:vide etiam gloſſam in l.tertia. §.ſed vtrũ.&in l.ꝙ ſi minor.§.ſi ſeruus.ff.de minori.& quādo pater tenetur pro filio,non eſt neceſſaria diſcuſsio filij:ſecundum Bartolum in l.cùm filius.ff. de verborum obligationibus,& in l.ſi cùm dotem. §.trangredıretur ff.ſoluto matrimonio. & per Baldum in l.prima.C.ne filius pro patre. Adde
4 †quòd ſententia lata pro debito vſufructuarij poteſt fieri executio in commoditate illius vſusfructus.in l. accuſatio.§.fina ff.de pericu.& commodi.rei vendic. ſecundum Salicetum in authentica ei qui iurat.C. de bonis au h.iud:c.poſſ.in quinta quæſtione principali:& ſequenti. facit l. Statius Florus. §.fina.ff. de iure fiſci.capitu.primo.§.fina.de capit.Corad.vide per Alexandrum de Imola in dict.l. ſi finita.§.ſi de vectigalibus. ff.de damno infecto. Adde l. fina.§.ſunt autem.æs alienum.C.de bonis quæ liberis.& ibi Paulus de Caſtro & conſi.ccclxxxvij. Adde quòd quando eſſet locus particularis quotæ bonorum,tunc intelligeretur ære alieno deducto: ſecus ſi eſſet certarum rerũ legatarius: ſecundum Bartolum in l.fina.ff.de vſu legati. Paul.de Caſtro in dict.conſil.ccclxxxvij.

ARGVMENTVM.

Hæres ad legatorum præſtationem tenetur,&teſtamenti adprobatio ſe extendit ad codicillos, qui poſtmodum facti fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Codicilli ad teſtamentum pertinere dicuntur,ſiue fiant ante teſtamentũ ſiue poſt:ut adita hæreditate ex teſtamento legata debeantur.*

2 *Teſtamenti appellatio uenit & codicillus.*

Quæſtio DCCCXXVIII.

QVAERITVR quia poſt dictum teſtamentum dictus teſtator facit codicillum in quo inter cætera ibi ordinata legauit dictæ eius vxori vltra alia ſibi relicta ducentum ſcuta auri, & tertiã partẽ omnium bonorum ſuorum mobilium, hæres teneatur ad dicta legata,& an dicta promiſſio & approbatio cùm iuramento facta per dictum Carolum de contentis in dicto teſtamento ſe extendat ad dictum codicillum. Et dicendum videtur
1 quòd ſic: † quia codicilli ſiue fiant ante teſtamentum ſiue poſt,dicuntur pertinere ad teſtamentũ, vt debeant legata adita hæreditate ex teſtamento. l.ſi quis cùm.§.fina.& l.ab inteſtato.ff.de iure codicillo.& notat per gloſſ.& doctores in l.prima.C. de codicillis.& inſti.de codicil.§.ſed cùm ante. etiam ſi tales codicilli non ſint confirmati in teſtamento:
2 ſecundum gloſſ. Ioannem Fab.ibi. † Prætereà appellatione teſtamenti etiam venit codicillus:ſecundum gloſſ.in l.ſecunda.C.communia delegati: & inſtituta de teſtib.in principio.per l.ij. ff. delegati. & ibi hoc tenet Bartolus etiam in materia ſtatutaria.& per conſequens talis approbatio teſtamenti ſe extendit ad contenta in dictis codicillis.

ARGVMENTVM.

Fructus reconditi in orreo tempore mortis teſtatoris,patrimonium teſtatoris dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus recollecti mortis teſtatoris tempore in filiorum legitimam imputari poſſunt.*

Quæſtio DCCCXXIX.

QVAERITVR de fructibus reconditis in orreo & repertis tempore obitus teſtatoris vti vinum,bladũ,oleũ,& ſimilibus,an tales fructus dicuntur res hæreditariæ ſeu patrimonium defuncti. Et videretur dicendum quòd ſic.l. ita tamen in princ.ff.ad Trebel.& hoc quando ſunt iam recollecti:ſecūdum Ang.Io.de Imol.& Alex. in l.centurio.ff.de vulga.& pupill.faciunt nota.per glo.&doctō.in l.Herennius la j.ff.de vſur.& in l.in fideicõ-
1 miſſoria.ff.ad Trebel.vnde † tales fructus recollecti tempore mortis teſtatoris poſſunt imputari in legitimam filiorum:ſecundũ Iacob.Butriga. in l.iubemus.C.ad Trebel.de quo an ſit verum, habetur latè per Alex.de Imol.in d.l.centurio.& ideò licèt in talibus fructibus quæ vſu cõſumũtur,cadat vſuſfructus cauſa cõmoditatis debebant æſtimari, aut reddi in eadẽ quãtate & qualitate,niſi dicta relicta velit capere pro alimentis anni luctus,quod an poſſit fieri ſuprà declaratum extitit.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus an ipſo iure ex teſtamento tranſeat.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus in teſtamento relictus in legatarium ipſo iure transfertur.*

2 *Vſusfructus qñ ex cõtractu debetur,quomodò agendũ ſit.*

3 *Proprietarius de non impediendo uti frui uſufructu cauere tenetur.*

Quæſtio DCCCXXX.

QVAERITVR quia vt prætenditur dicta relicta nondum conſecuta eſt certas cla-

ues archarum & armeriorum domus dicti eius mariti, ſed ſunt penes commiſſarium, qui incipit facere inuentarium ſeu deſcriptionem dictorum bonorum: quo remedio ſibi conſulendum eſt? Et in effectu,
1 † quando vſusfructus relinquitur in teſtamento, tunc transfertur vſufructus ipſo iure in legatarium. l. ſi partem. ff. quemadmodum ſeruit. amittan. ſicuti in rebus corporalibus transfertur dominium, ab adita hæreditate. l. à Titio. ff. de furtis. l. prima & ſecunda. C. communia de ſlegati. l. ſi ti
2 bi homo. §. ij. ff. de legatis primo: ſecus † quando debetur ſeruitus ex contractu: quia eſt opus conſtitutione. l. tertia. §. dare. ff. de vſufruct. ſecundum gloſſ. Bartol. & communiter doctores in l. corruptionem. C. de vſufruct. & in l. ſecunda. §. primo. ff. de verborum obligationibus, & licèt iam fuiſſet conſtitutus vſusfructus per traditionem ſeu quaſi ſeu patientiam de præſenti: iuxta l. quoties. ff. de ſeruitu. tamen proprietarius non eſſet ad hoc liberatus cùm teneatur ad patientiam in futurum cùm habeat cauſam ſucceſſiuam: & poſſet turbare in futurum ratione proprietatis: quia obligatio vſusfructus continet ius ſeu dare & factum. l. vbi autem. §.
3 fundi. ff. de verborum obligationibus. † & ideò tenetur cauere de non moleſtando: nec impediendo vtifrui vſufructu in futurum. l. harum. & l. egi. ff. ſi ſeruit. vendic. l. ratio aliàs datio. §. ſi iter. ff. de actionibus emp. l. ſi ego. in principio. ff. de public. licèt Petrus & Cinus. in dict. l. corruptionem. videantur tenere, quòd facta traditione, ſeu quaſi, proprietarius ſit liberatus à primeua actione: ſed quòd remaneat obligatus prætextu cautionis de non impediendo: & quod promiſsio vſusfructus ſolùm continet promiſsionem dandi, non autem factum. de quo articulo vide pleniùs per Alexandrum de Imol. in dict. l. ſecunda. § primo. ff. de verborum obligationibus. Veruntamen in caſu iſto pro remedio dictæ relictæ poterit dare ſupplicationẽ: vt fiat ſibi expeditio dictarum clauium, cauſa ſui vſusfructus conſeruandi: iuxta notata per Bald. in l. j. §. excepto. C. de caduc. tollend.

ARGVMENTVM.

De præſcriptione vſus fructus.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus ante quàm conſtituatur, non niſi triginta annis præſcribitur. Conſtitutus verò decem annis inter præſentes & viginti inter abſentes.*

2 *Actio perſonalis non, niſi triginta annorum ſpacio, præſcribitur.*

Quæſtio DCCCXXXI.

QVAERITVR qualiter præſcribatur aduerſus vſumfructum. Et in effectu antequàm fuerit conſtitutus
1 † præſcribitur triginta annis, ſicuti in alijs actionibus perſonalibus. l. ſecunda. C. de coſtituta pecunia. l. ſicut. C. de præſcript. triginta vel quadraginta annorum. Si verò vſusfructus fuerit conſtitutus, & facta expeditio, licèt proprietarius nondum ſit liberatus à primeua obligatione, prout fuit deductum in præcedenti quæſtione, ſecũdũ cõmunẽ opinionẽ: veruntñ præſcribitur decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes. dict. l. corruptionem. ſecundum gloſſ. ibi, & in dict. l. ſi partem. ff. quemadmodum ſeruit. amittan.
2 Nec obſtat ſi dicatur † quòd actio perſonalis non præſcribatur minori tempore triginta annorum: quia fallit in caſu iſto, ex quo vſusfructus principalis perditur tanto tempore, & ſic actio perſonalis, quæ eſt acceſſoria ſequitur naturam principalem: in regula iuris: licèt Azo. in ſumma. C. de vſufruct. & Iacob. Rauena voluerint tenere quod etiam actio perſonalis pro vſufructu cõſtituẽdo perſcribatur decem annis inter præſentes & viginti inter abſentes: quia quando vſusfructus fuit ſemel conſtitutus acquiritur potentius ius. ſi ergo præſcribatur minori tempore: multofortiùs quando non eſt conſtitutus vſusfructus: ſed ad iſtam rationem reſpondent doctor. in dict. l. corruptionem. prout ibi pleniùs videri poterit.

ARGVMENTVM.

Forma libellandi in vſufructu.

SVMMARIVM.

1 *Actio realis ſeu perſonalis pro iure uſusfructus ex teſtamẽto competente datur.*

2 *Quid ſi uſusfructus ex contractu competat, & nondum facta ſit expeditio?*

3 *Vſusfructus conſtitutus ſi in cõtrouerſiam reuocetur, quòd confeſſoria agendum erit.*

Quæſtio DCCCXXXII.

QVAERITVR de modo libellandi pro iure vſusfructus. Et in effectu † vbi competit ius ex teſtamento: tunc competit actio realis vel perſonalis. l. j. & ij. C. communia de legati. dict. l. ſi partem. ff. quemadmodum ſeruitu. amittantur. ſecundum Bartolum in l. ſi vſusfructus in biennium
2 ff. de vſufruct. legato. † Si vero competat vſusfructus ex contractu, & nondum ſit facta expeditio, tunc debet agi in actione perſonali. dict. l. ij. verſiculo. dare. ff. de vſufruct. petendo reum condemnari ad conſtituendum vſumfructum, & ad præſtandũ patientiam: tenendo illam opinionem, quòd promiſsio vſusfructus vel viæ itineris, aut alterius ſeruitutis contineat dare & factum. Si verò teneatur aliã opinio quòd contineat dumtaxàt dari: tunc debeat concludi ad dandum & conſtituendũ ſeruitutem: non autem ad tradendum & faciendum. Veruntamen communiter tenetur prima opinio: iuxta notata per Bartolum & Alexandrum de Imol.
3 in dict. l. ij. §. j. ff. de verborum obligationi. † Si verò agatur pro vſufructu conſtituto, tunc debet agi in actione reali confeſſoria, petendo declarari ius vſusfructus ſibi competere, & condemnari reum ad cauendum & faciendum, prout ſuprà dictum fuit. l. ij. & ibi per gloſſ. & Bartol. l. harum. & l. egi. ff. ſi ſerui. vendice. & notatur etiam per gloſſ. & doctor. in §. æquè. inſti. de actioni. & ibi per Angelum Aretinũ: vide etiam Petr. de Ferrarijs in libello, forma libelli quo vxor vtitur ad dotem & vſumfructum: ſuper verbo, dedit & legauit vſumfructum omnium bo-

nium bonorum. & ibi, an vſusfructuarius teneatur ad debita, vide etiam per Petrum Iacob. in titulo de confeſſoria in rem pro ſeruitute perſonali vſusfrúctus. & ibi tractat, an proprietarius poſsit ponere cuſtodes.

ARGVMENTVM.

An relegatio ſufficiens ſit, vt quis vſufructu priuetur.

SVMMARIVM.

1 *Relegatione ſicut & maxima capitis diminutione uſufructus amittitur.*

2 *Vſufructu perdito perduntur & alimenta utique uſufructu acceſſoria ſint.*

Quæſtio DCCCXXXIII.

QVAERITVR an propter bannimentum finiatur vſusfructus. Et dicendum † eſt
1 quòd ſic, ſicuti per capitis maximam diminutionem. dict. l. corruptioné. C. de vſufruct. niſi quò ad alimenta: quorum commoditas conſiſtit in vſufructu. l. is cui. ff. de alimentis & cibarijs legatis. l. in metall ū. ff. de hijs quæ pro non ſcrip. haben. ſecundum Martinum, Cynum & Alberi. in dict. l. corru
2 ptionem. licèt ſecundum Baldum, † ex quo perditur vſusfructus, & per conſequens alimenta quæ veniũt acceſſoriè: quia aliméta quę ſunt in inſtitutione vſusfructus, nõ ſunt formalia, ſed cauſalia. vide Bartol. in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus. ff. de damno infect. vbi ſecundum ipſum, publicatis bonis patris, non publicatur vſusfructus in bonis filij, ſed expirat. facit l. fina.

SVMMARIVM.

1 *Proprietarius an poßit ædes, aut fundum cuſtodire.*

2 *Curatus tempore recolectionis decimarum cuſtodem ponere poßit.*

Quid dominus in re feudali uel emphyteuticaria?

Quæſtio DCCCXXXIIII.

QVAERITVR an proprietarius inuito vſufructuario vel vſuario, poſsit fundum
1 vel ædes cuſtodire. † Et videretur dicendum quòd non, per l. ſi habitatio. §. fina. ff. de vſu & habitatione. vbi colligitur, quòd dominus prohibetur ibi vxorem & familiam mittere. ſed in cõtrarium tenet Petrus Iacobinus in dict. titul. de confeſſo. in rem. pro ſeruit. perſona. vſu. l. ſeruus legatus. §. dominus proprietatis. ff. de vſu. & habita. Nec obſtat quòd dominus prohibeatur venire vel mittere, quia debet intelligi: ſecundum ipſum, ad impediendum, non autem ad cuſtodiendum. & licèt ibidem ponantur cuſtodes per eos quorum intereſt, non tamen alij eximuntur à cuſtodia. l. penultim. cùm ſua gloſſ. ff. vſufruct. quemadmodum caueat. & iſtud facit ad plures quæſtiones: ſecundum ipſum vti de
3 curato. † tempore recollectionis decimarum qui poſſunt ponere cuſtodé pro cõſeruatione ſui iuris, & idé in domino in re feudali vel emphyteuticaria: de quo ibi pleniùs per ipſum

ARGVMENTVM.

Vſufructuarius an ad debita teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius omnium bonorum ad debitorum ſolutionem tenetur. ſed uſufructu finito ius deducendi habet.*

2 *Quid in uſufructuario partiario? & num. 4.*

3 *Quid ſi onera ita grauia eſſent, ut uſumfructum abſorberent?*

5 *Bona ære alieno deducto intelliguntur.*

6 *Vſufructuarius particularis ad æris alieni onera neque directè neque indirectè tenetur: nec fit æris alieni deductio.*

7 *Vſusfructus maioris partis bonorum, quòd loco portionarij habeatur, & ſic ad debitorum præſtationem pro rata tenetur.*

Quæſtio DCCCXXXV.

QVAERITVR quia dicta relicta vſufructuaria quoruncunque bonorum mobilium, & immobilium cenſetur legataria particularis: prout deductum fuit ſuprà quæſtione octingenteſimadecimaquinta, & octingenteſima vigeſimaſexta, & .j. quæſtione octingenteſima quadrageſi-
1 maſecunda. Veruntamen † vbi dicta relicta fuiſſet vſufructuaria omnium bonorum, tũc teneretur ad debita: iuxta notata per Bartol. in l. fina. ff. de vſu-
2 fruct. legato. † Si verò eſſet vſufructuaria certę partis hæreditatis, puta dimidiæ, aut tertiæ partis, & tunc teneretur ad debita pro rata: ſed finito vſufructu poſſet ſibi deducere: ſecundum Bartolum ibi. l. ſi quid poſſeſſor. ff. de petitio. hæredita. & idem dicendum eſſet in caſu præcedenti, vſusfructus omnium bonorum: quia in dicto vſufructu, poſſet ſibi deducere debita legata: ſecundũ Io. de Ferrarijs in titu. forma libelli quo vxor agit ad dotem. ſuper verbo, dedit & legauit. dictæ d. mor. vſumfructum
3 omnium ſuorum bonorum. & ibi vlteriùs dicit † quando onera eſſent ita grauia, quòd aſſorberent vſumfructũ, ne legatũ redderetur inutile, quòd tũc poſſet ſatiſfieri creditoribus legatarijs de rebus hæreditarijs. allegat quod habetur per gloſſ. & Bart. in l. quæro. ff. de vſufruct. legato. & in l. qui concu-
4 binam. §. qui ortos. ff. de legatis iij. † Si verò legaretur certa pars vſusfructus bonorum, puta dimidiæ, aut tertiæ partis, tunc non teneretur vſusfructuarius ſoluere, nec poſſet ab eis conueniri. dict. l. fina. ff. de vſufruct. legato. & ibi Bartol. veruntamen ſe-
5 cundum de Ferrarijs, vbi ſuprà † bona intelligũtur deducto ære alieno. l. ſubſignatum. §. bona. ff. de verborum ſignificatio. vnde hæres ex huiuſmodi legato pro rata portionis deducet æs alienum, & pro reſiduo habebit vxor vſumfructum. allegat l. generali. §. fina. ff. de vſufruct. legato. & ſic per indirectũ vſufructuarius ſuſtinebit æs alienum. & ſic in hoc
6 diminuetur vſusfructus: ſecundum ipſum. † Si verò legetur vſusfructus rerum particularium, tunc non tenebitur ad onera æris alieni, directè vel indirectè. l. j. §. ſi hæres. ff. ad Trebellianum: ſecundum de Ferrarijs vbi ſuprà. nec fit deductio æris alieni. ſecundum Paulum de Caſtro conſilio cclxxxvij. Sed vnum eſt quod facit me dubitare in materia
7 iſta: † quia in dicto legato vſusfructus bonorum mobiliũ & immobiliũ cõſiſtit maior pars hæreditatis & quaſi totum patrimonium teſtatoris, & per-

conſequens debet habere vim portionis hæreditate: iuxta notata in ſimili. & per gloſſ. & Barto. in l. quid ergo. ff. de legatis j. & adeò, in tantum quòd veniant in reſtitutione fideicommiſsi, ſiue fuerint facta talia prælegata ante, ſiue poſt: ſecundum Bald. & Paulum de Caſtr. ibi, & per eundem Bartol. in l. ex parte. §. inteſtato. ff. familiæ erciſcundæ. & in l. Marcellus. §. quidem. ff. ad Trebellia. & per Bald. in l. cùm virum. C. de fideicommiſ. attamen in caſu iſto, vt intellexi in confeſsionibus debitorum dicti Pradelli ſunt magna debita quæ ſibi debeantur. Adde quia per teſtamentum dicti Pradelli apparet, quòd hæres expreſsè fuit oneratus & grauatus ad ſoluendum debita, legata & onera hæreditaria: excepto quò ad onera quæ faciunt anno quolibet dicta bona & ita in hoc debet obſeruari voluntas defuncti pro lege. §. diſponat. in authent. de nupt. colum. iij. l. in conditionibus. ff. de conditionibus & demonſtrationibus.

ARGVMENTVM.

Vſufructuarius an ad cenſus & tributi ſolutionem teneatur. Item & ædium inſtaurationem & aliàs expenſas.

Quæſtio DCCCXXXVI.

QVAERITVR an vſusfructuarius teneatur ſoluere cenſus & tributa: videlicet in d. l. quæro. ff. de vſufruct. legato. & an teneatur ad refectionem ædium & ad aliâs expēſas: vide per de Ferrarijs in dict. titu. forma libelli quo vxor agit ad dotem: ſuper verbo, dedit & legauit. & ibi etiam vide quando vſusfructuarius moritur cui debeant applicari fructus illius anni. & in l. diffinita. ff. de vſufruct. & in l. ſi fructuarius manſerit. ff. quibus modis vſusfructus admittatur. & inſtituta de rerum diuiſio. §. hijs. ad quem facit quod habetur in titu. hîc ſumitur lex. detidū conſue. reg. incip. §. hijs conſequenter. & in l. diuortio. in princip. ff. ſoluto matrimonio.

ARGVMENTVM.

Relicta in codicillis, an ſtatim atq; teſtator efflauit animam peti poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Legata quando tranſmittantur & peti poſsint.*

2 *Legatum factum non animo compenſandi quòd ab adita hæreditate peti poßit.*

Quæſtio DCCCXXXVII.

QVAERITVR de effectu dicti legati facti dictæ relictæ in codicillis, vbi dictus Pradelli eius quondam vir vltra alia legata legauit eidem ducentum ſcuta & tertia parte ſuorum bonorum mobilium, an dicta relicta poſsit incontinenti petere? Et in effectu dicēdum eſt quòd ſic: † quia dicta legata cedunt à tempore mortis dicti teſtatoris quò ad tranſmiſsionem & quò ad effectum petendi incontinēti ab adita hæreditate: ex quo ſunt plura. l. j. §. in nouiſsimo. C. de caducis tollend. nam reſpectu dicti legati tertiæ partis mobilium: licèt per prius fuiſſet ſibi legatus vſufructus omnium bonorum: tamen reſpectu tertiæ partis habebit ius plenariæ proprietatis dictorum mobilium: ita quòd non tenebitur ad reſtitutionem dictæ tertiæ partis
2 mobilium finito vſufructu. † & reſpectu dictorum ducentū ſcutorum legatorum: etiam poſſunt peti cùm non videatur factum legatum animo compenſandi. l. j. §. ſciendum. C. de rei vxo. actio. & maximè propter illam dictionē ibi appoſitam quæ includit: ſecundum Bartolum. in l. cùm ita. ff. de dot. prælegat. & ita etiam videtur ſentire de Ferrarijs in d. tit. forma libelli, quo vxor agit ad dotem. ſuper verbo, ac etiam alimentorum.

ARGVMENTVM.

Falcidia an ex legato vſusfructus detrahi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus dodrantem excedens falcidiæ locum facit. & nume. 4.*

2 *Vſusfructus quomodò æſtimetur.*

3 *AEſtimatio ex perſonarum & rerum qualitate varia fieri ſolita.*

Quæſtio DCCCXXXVIII.

QVAERITVR quando relinquitur vſusfructus omnium bonorum, an ſit locus detra-
1 ctioni falcidiæ. Et in effectu † quando vſusfructus excederet dodrante: tunc hæres poſſet detrahere falcidiam. l. j. §. ſi vſusfructus. ff. ad legem Falcid. & de modo æſtimandi vſumfructum, habetur ibi per gloſſ. Bartol. & cæteros. & in l. hæreditatum. eodem titu. & in l. omnium. ff. de vſufruct. † Et in effectu debet attendi qualitas rerum & perſonarum: ſecundum glo. in dict. §. ſi vſusfructus. nam ſi legatur vſusfructus turris quæ parum valet in anno redditu: tunc multum æſtimabitur proprietas, & parū vſusfructus: ſi verò legetur vſusfructus æqui puero, tunc vſusfructus multum æſtimaretur, & proprietas parum: & idem eſſet ſi legaretur vſufructus prædiorum iuueni, & ſic ex qualitate rerum & perſonarum varia fit exactio: ſecundum gloſſ. in dict. §. ſi vſusfructus. & in d. l. omnium. & iſto caſu quando vſusfructus plus æſtimatur, quā proprietas eſt locus detractioni falcidiæ, † quando vſusfructus excedit dodrantē: & econtra, quando proprietas plus æſtimatur quàm vſusfructus, non eſt locus detractioni falcidiæ: ſecundum gloſſ. in dict. §. ſi vſusfructus. & hoc verum in extraneo hærede inſtituto: ſecus in filio: quia tunc habere vſumfructum in legitima: ſecundum gloſſ. in dict. l. omnium. & authen. nouiſsima. C. de inoffic. teſtamen. & iſtud facit ad declarationem alterius quæſtionis ſuprà tactæ, quando ſit executio iudicatio in proprietate, aut vſuſufructu qualiter debeat fieri æſtimatio, prout ſuprà quæſtio. xij.

ARGVMENTVM.

Inſtrumenta hæreditaria penes quem eſſe debeant: an penes proprietarium vel vſufructuarium.

SVMMARIVM

1 *Inſtrumenta hereditaria penes heredem remouere debent.*

2 *Inſtrumenta hereditaria maiorem & digniorem habere oportere.*

Legata-

3 Legatarius unius prædij quòd inſtrumētum habere debeat.
4 Hæres penes quem inſtrumenta remanere debeant, quòd cauere teneatur de reddendo uſufructuario, ſi opus fuerit.

Quæſtio DCCCXXXIX.

QVAERITVR penes quem debeant cuſtodiri inſtrumenta hæreditaria, an penes hæredem proprietarium, an verò penes vſufructuarium. Super hoc paſſu ſum aliqnantulum dubius: quia pro hærede facit. l. inſtrumēta. C. de fideicommiſſ. cum ibi nota.
1 † Vbi penes hæredem debēt remanere originalia inſtrumenta, maximè vbi emineret periculum euictionis aut quādo non eſt factum legatum niſi in parte rei, vt ibi not. pel gl. & docto.
2 & pro hoc facit l. Titius. ff. de act. empt. † Præterea inſtrumenta hæreditaria debent eſſe penes digniorem & penes maiorem. l. fi. ff. de fid. inſtru. & not. in l. procurator. C. de edend. vnde Spec. in tit. de inſtrumen. edit. §. nunc verò aliqua. verſi. ſed quæritur an hæres tenet, ꝙ quando maior pars prædiorum legata remanet penes hæredem: tunc inſtrumenta originalia debent remanere penes ipſum.
3 † Si verò ſit legatū particulare vnius prædij tunc hæres debet tradere inſtrumēta legatario. l. ſicut. C. de liberal. cau. Et ita etiā videtur ſentire Bal. in l. ſi prædiorū. C. ad
4 leg. Falcid. & in d. l. inſtrumenta. † Veruntamen eo caſu inſtrumētum debet remanere penes hæredē & debet cauere de proferendo & tradendo legatario quando neceſſe fuerit: ſed pro parte cōtraria ꝙ debeant remanere penes vſufructuarium facit l. vſufructu legato. §. j. ff. de vſufruct. & l. vxori. ff. de vſufruct. lega. vbi in vſufructu. omnium bonorum veniunt quicunque fructus redditus & prouentus calendarij: & pariter pecunia quæ redigitur exemplificatiōe & groſſatione prothocollorum debet ſpectare ad vſufructuarium quò ad poteſtatem vtendi & fruendi: ſecundum Bald. in l. j. C. de fruct. & litiū expenſis. Et Paul. de Caſtr. in l. diuortio. §. ſi vir. ff. ſolu. matri. Veruntamen in caſu iſto pars hæredum vult prætendere, quòd in tali legato non veniunt iura & actiones prout ſuprà dictum fuit quæſtione, & ſic ſaltem quòd inſtrumenta debitorum non debeant cuſtodiri penes dictam relictam, vſufructuariam.

ARGVMENTVM.

Si quis ſeptem teſtibus præſentibus Gaio promiſerit, ſe nullum alium hæredem inſtiturum præter ipſum, an ab hoc Gaius hæres cenſendus ſit.

SVMMARIVM.

1 Hæreditas ex contractu non defertur.
2 Appellatio ſeu nominatio hæredis etiā in actibus inter uiuos an operetur ut quis hæres cenſendus ſit.
3 Quid ſi quis uocatis ſeptem teſtibus dicat uos huic cōtractui mihi teſtes eritis, & hæredem inſtituerit, an teſtamentum erit uel contractus.
4 Quid ſi quis dixerit non faciam alium hæredem niſi te.
5 Teſtes ad ſui eſſentiam ſeptem teſtes requirit.
6 Verba iactantiæ prolata hæredis inſtitutionem nō inducūt.
7 Verba enuntiatiua de futuro, ſi ad grauatum referantur, fideicommiſſum inducunt.
8 Verba adulatoria fauore libertatis diſpoſitionem inducūt.
9 Hæreditas per uiam donationis cauſa mortis non defertur.

Quæſtio DCCCXL.

QVAERITVR de tali caſu de quo fui interrogatus. Quidam extra iudicium loquendo cuidam habuit dicere & profferre in præſentia ſeptem teſtiū, ꝙ quicquid contingeret de ipſo promiſit, ꝙ nō faceret alium hæredem quàm ipſum, an talia verba habeant vicē teſtamenti. Super quo prima facie fui dubius:
1 † quia hæreditas nō defertur ex contractu. l. hæreditas. C. de pact. conuent. l. licēt. & l. fi. C. de pact. Præterea actus teſtamenti ſeu vltimæ voluntatis & actus cōtractus ſunt diuerſi. l. verba contraxerunt. ff. de verb. ſig. cū ibi nota. per glo. l. teſtamentum. C. de teſta. quia nomine contractus non venit teſtamentum, nec econtra: ſecundum gl. & Bald. ibi. & pro hoc facit quod voluit Bart. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. à ſpeciali ceſſante, vbi
2 not. † quòd quando aliquis in actibus inter viuos aliquem ſuum hæredem appellat, videtur in eum ſuum iudicium conferre, & eum hæredem facere. quòd fortè procederet, ſi hæredē ad pias cauſas relinqueret. per c. fi. de ſucceſsio. ab inteſta. idē ſi eſſet miles. d. l. licēt. vel ſi eſſet inter liberos. l. hac cōſultiſsima. §. ex imperfecto. & auth. ibi poſita. C. de teſta. aliâs autē ſecūdum ipſum nō ſufficeret nec prodeſſet: quia ſolennitas teſtamēti deficeret. vide latè per Alex. & Iaſo. in d. l. licēt. C. de pact. facit l. fi. C. famil. erciſcun. & per Alex. in l. pactū quod dotali. C. de pact. quia ſaltem inter liberos valeret vbi pater nō faceret aliud teſtamentū. adde text. in l. cum qui. §. te & Titium. ff. de verbo. obliga. ſecūdum gl. ibi & doct. quando quis ſtipulatur ſeu promittit ſe & Titium hæredē: talis adiectio eſt ſuperflua: quia per hoc nō videtur hæres inſtitui, niſi aliâs inſtituatur. de quo in l. cōtinuus. §. fi. ff. eo. tit. fallit in l. tale pactū. §. fi. inter liberos. & l. auus. ff. de pact. de quo ibi pleniùs. vide Bar. in l. ſtipulatio iſta habere licere. §. ſi quis ita. in fi. ff. de verb. obliga. quando quis ſtipulatur pro ſe & ſuis hæredibus in re tranſmiſsibili ad hæredem nihil operatur, nec cenſetur ſecūda ſtipulatio in perſona hæredis. ergo nō rem tranſmiſ ſibi ad hæredem: licēt Petr. voluerit tenere, ꝙ adiectio hæredis operetur ꝙ cenſeatur ſecunda ſtipulatio, & ſic non procedet præſcriptio. Adde plenè per Iaſo. in l. tale pactum. §. pater qui dotem. ff. de pact. Adde deciſionē Bart in l. j. §. ſi quis ita. ff. de verbo. oblig. quando aliquis interrogatur de relinquendo alicui eius bona & reſpondet cui alteri relinquam quaſi reſpondeat annuendo de quo ibi per Alexan. & Iaſon. & per Bald. in l. & in epiſtola. C. de fideicommiſſ. vide glo. in l. ij. C. in qui. cau. capi cenſi. do accupo. libr. xj. & ibi quòd ſubijciendo perſonam ſubijciuntur bona quò ad iuriſdictionem. & ibi gl. quando quis offert bona ſua ad beneplacitum alicuius, non videtur facta donatio. c. cùm veniſſent. de inſtit. de quo latiùs per Iaſo. in dict. §. ſi quis ita. Sed Ludouicus de Roma. in authē. ſimiliter. C. ad leg. Falcid. circa ſextum priuilegium, videtur tenere contra Barto. etiam in pia cauſa per. dict. l. hæreditas. licēt ſecundum ipſum opinio Bart. ſeruaretur in practica cùm non habeat contradictorē. Sed certè Angel. tenet ibi contra Barto. per d. l. verba contraxerunt. & pro contraria parte, ꝙ valeat talis inſtitutio: quia non refert cum quo quis de vltima voluntate loquatur. l. miles. in princip. l. cùm pater. §.

donationis.ff.de legat.ij. Tum etiam quia iſta verba eſto quòd eſſent denuntiatiua:tamen principaliter propter ſe fuerunt prolata.& ſic inducunt diſpoſitionem etiam in priuato.l.ex hac ſcriptura. vt ibi notatur.ff.de donation. & in l.ex hijs.C.de teſtam. milita.& pro hoc videtur decidere Bald.& Salicetus in dict.l.teſtamentum.vbi ſecúdum ipſum non curamus quomodò loquatur teſtator, dummodo
3 appareat de mente.† Vnde ſi teſtator vocat ſeptem teſtes,& dicit vos eritis præſentes huic contractui, & hæredem inſtituit,erit teſtamentum, licèt teſtator vocauerit ipſum cõtractum. Et idem ſi vocatur codicillum vel donationem.& idem quãdo in procuratorio quis vocat procuratorem azinum .c. petitio.de procurato. de quo etiam vide per Paulum de Caſtro in dict.l.teſtamentum. & per Alexandr. de Imol.in l.in codicillum. eodem titu. vide etiam Baldum in l.quærebatur.ff.de teſtamen.milita.vbi habetur,quòd verba obliqua teſtator poteſt referre ad directa:vnde facit ad quæſtionem de eo, qui coram ſeptẽ teſtibus facit codicillum,in quibus aliquem hæredem inſtituit,& dicit ſi nõ valet iure codicillorum, valeat iure teſtamenti. quòd hoc caſu ſit verum teſtamẽtum,& valeat inſtitutio. Nec ob-
4 ſtat quòd ſuprà fuit oppoſitum † quòd non deferatur hæreditas in contractu, & quòd non valeret promiſsio de inſtituendo hęredem.l.ſtipulatio hoc modo conceppta.ff.de verborum obligatio. Quia ad iſtud reſpondetur,quòd talis promiſsio fuit pertinens ad teſtamentum: iuxta notata per gloſſam, Baldum.& Ioan.de Imol. in l. hæredes palàm.§ fi. ff.de teſtib.nam hic non fuit ſimplex promiſsio de faciendo hæredem:ſed vltrà faciunt verba diſpoſitiua inducentia inſtitutionem hæredis. Nam quan
5 do teſtator dicit, † quòd nõ faciat alium hæredem niſi te.illa dictio, niſi,adiuncta clauſulæ negatiuę præcedenti,inducit diſpoſitionem.l.ſi eum. §.final. ff.ſi quis cautio.cum ibi notatis per gloſſ.& docto. Et in l.actione.C.de tranſactio.ſicuti dicitur de illo qui iurauit & promiſit ꝙ nunquàm vnquã habebit aliam vxorem,niſi te.quòd iſta verba inducunt matrimonium:ſecundum Speculatorem in titu. de ſponſa.& ibi per Ioan.Andr.in additio. vide etiam in ſimili per Ioannem Andræ.in additio.ad Speculatorem in titu.de inſtrumento.editio.§.cõpendioſæ. in additione incipien.ad intellectum, quando teſtator coram ſeptem teſtibus fecit inſtitutionem hæredis inſtituendo omnes filios ſuos hæredes. Et dicit illam inſtitutionem velle valere iure codicillorum,quòd tunc valebit vt teſtamentum. per dict. l. non codicillum.& dictã l. teſtamentum. & ibi per Alexandrum & Paulum de Caſtro. Veruntamen in caſu iſto præſuppoſito quòd valeret vt teſtamen-
6 tum. † requireretur quòd eſſent ſeptem teſtes mares rogati inter extraneos.dict.l.hac conſultiſsima. in princip.C.de teſtamen.ſecus inter liberos.l.fina. in fine.C.de codicill.cum ibi notatis. Vlteriùs pro deciſione præcedentis quæſtiõis facit l. Pamphilo. §.propoſitum.ff.de legat. iij. & quod habetur per
7 Bartolum in l.fin.ff.de teſtamen.vbi voluit † quòd licèt verba prolata cauſa iactantiæ nõ inducant inſtitutionem hæredis:vt quando quis ſe iactat de faciendo aliquem hæredem:tamen ſecus quando talia verba futuri temporis eſſent prolata ſolenniter accuſatis & conuocatis amicis.& idem ſi quis diceret vellem mihi talem hæredem aditis ſeptem teſtibus,allegat l.fideicommiſſa.in princip.ff. de legat. iij.Et idem in effectu tenet Baldus in dicta l.final. quãdo talia verba eſſent prolata conuocatis teſtibus,licèt dicat quòd in dict.l. Pamphilo.§.propoſitum. Verbum principale nõ erat totum de futuro, licèt ſecundum Angelum in dict.l.fina.dicat,quòd in dict.§.propoſitũ.quòd loquatur in legato quod poſſet fieri nutu, vel quòd teſtator fuit vſus verbo deſideratiuo præſentis temporis ablatiui modi. Et ideò ibi voluntas pro completa habetur. Ioannes verò de Imol.in dict.l.fin.refert opiniones de quibus ſuprà.Paulus verò de Caſtro in dict.l.final. ſecundum vnam opinionem refert quòd in d. §. propoſitum.verba fuerunt deliberatè prolata,&vocatis teſtibus,ſecus ſi per modum iactantiæ.& deindè diſtinguit quòd aut dicta verba ſunt totaliter de futuro:quia dicit ſe inſtituere principẽ, aut aliam perſonam:& tunc ſi vocatis teſtibus hoc dixiſſet non inducit diſpoſitionem:aut non ſunt totaliter de futuro,licèt iniuſtè illud verbum,volo.de præſenti,vt ſi dixit volo talem inſtituere:& tunc eſt fienda differẽtia an dixerit deliberatè vocatis teſtibus in ſufficienti numero,& tunc valet inſtitutio, ſeu teſtamentum : aliàs ſecus.de quo ibi vide latiùs. Et pro
8 pręmiſsis facit: † quia verba enuntiatiua de futuro quando referuntur ad grauatũ, inducũt ad fideicommiſſum.l.vnum.§.fina.ff.de legat.ij.ſecus ſi referuntur ad grauatum.l.generali.in principio.ff de vſufruct.legat.Si verò talia verba eſſent pręceptiua ſeu diſpoſitiua inducerent diſpoſitionem.l.peto. in principio.cum ibi notatis.per gloſſam & Bartol.ff. de leg.ij.vide etiã textum Pauli. in l. Paulus.§.i.ff. de fideicom.liber.vbi eſt ſpeciale fauore libertatis,
9 quòd † verba adulatoria inducunt diſpoſitionem, aliàs ſecus dicta l.generali.niſi referãtur ad grauatum:prout ſuprà dictum fuit:& ita etiam tenet Bartolus in l.ex hac ſcriptura.ff. de donat. Vide etiam
10 Bartolum poſt gloſſam in l.licèt.C.de pact. † quòd hæreditas etiam non defertur per viam donationis cauſa mortis:ſed oportet,quòd fiat in teſtamento. Veruntamen ſi interueniſſet ſolemnis numerus teſtium,etiam valeret iure teſtamenti inter priuatos, ſi fuerint verba teſtantium:ſecus ſi eſſent verba paſciſcẽtium:vt promitto tibi,&tu mihi:quia per hoc infringitur libera teſtamenti voluntas : ſecundùm Bartolum ibi de quo vide ibi pleniùs per Alexandrum & Iaſonem.

ARGVMENTVM.

Legatum dotis & alimẽtorum præſtãdum dum nuberet aut legitimæ ætatis eſſet, an ſit conditionale.

SVMMARIVM.

1 *Legatum dotis purum eſt,& ſtatim peti poteſt cautione de nubendo præſtita.*
2 *Dictio, pro, conditionem non facit.*
3 *Relictum pro itineratione ſeu paſſagio terræ ſanctæ purum eſt & præſtita de implendo cautione ſtatim peti poteſt.*
4 *Quid ſi relinquatur filiæ ſpuriæ cùm capax fuerit.*
5 *Spurij legitimari poſſunt.*
6 *Pater Spurium cùm capere poterit.inſtituere poteſt.*

Quæſtio

Quæſtio DCCCXLI.

QVAERITVR circa legatum factum in teſtaméto dicti magiſtri Pradelli Ioãne eius filiæ naturali, tenore ſequentei, Item vult & ordinat dari dátque & legat Ioannæ eius filiæ naturali donatæ pro illam maritando & alimentando tacentem ſcire auri regia noua. & etiam bona quæ habet in Gócellino, quæ fuerãt eius quondam matris, & quæ ſibi pro dictis alimentis & dote ſolui voluit, aut aliâs cùm capax & legitimata fuerit, an tale legatum dicatur conditionale, an debeat expectari tempus nuptiarum. Et in effectu Bartolus in l. Titio. §. Titio genero. circa finem. ff. de códitionibus & demonſtrationibus. Videtur tenere, quando
1 relinquitur † pro filia maritanda, quòd iſto caſu legatum ſit purum & non conditionale, & quòd poterit ſtatim agi præſtita cautione de nubendo
2 quando talis filia eſt & ætatis nubilis: † nam iſta dictio, pro, non facit conditionem: ſecundum Bartolum & Baldum ibi. ſimilis quæſtio poſſet adaptari
3 ri quando aliquis teſtator † relinquit aliquid pro paſſagio terræ ſanctę, an ſtatim poterit peti legatũ pręſtita cautione de adimplendo, vel an debeat expectari tempus tranſitus talis paſſagij: de qua quæſtione habetur per Bartolum in l. Lucius. §. j. ff. de legatis ſecundo. vide per Paulum de Caſtr. in dict. l. Titio. §. Titio genero. vbi videtur tenere opinionem Bartoli, quòd ſufficit quòd ſit nubilis ætatis ad hoc vt poſsit petere legatum, licèt nondum nupſerit. Et hoc ſiue fuerit relictum filiæ pro ſe maritando, cum certa perſona vel incerta: ſecũdum Paulum de Caſtro ibi & in conſilio ſeptuageſimooctauo, incipiente, Viſo dicto puncto. Et idem quando relinquitur pro dote de quo an ſit verum vide in dicto
4 cto §. Titio genero. † Sed quia etiam idem ibi fuit factum legatum filiæ naturali ſeu ſpuriæ pro illam maritando ſeu alimentando aut aliâs cùm capax & legitimata fuerit, an valeat tale legatum: quia non fuit neceſſe relinquere dictę filię naturali titulo inſtitutionis: iuxta notata per gloſſam. in l. prima. §. primò. ff. de contratabulas. Sed an tale legatum teneat dubiũ facit: quia vbi dicta filia eſſet ex damnato coitu non poſſet relinqui eidem in teſtamento patris. authentica ex complexu. C. de inceſtis nuptijs. Si verò eſſet naturalis ex ſoluto & ſoluta: tunc non ſtantibus liberis, & ſtante coniuge bene poſſet relinqui: iuxta authenticam licèt. C. de naturali liberis. Sed præſuppoſito quòd eſſet ſpuria adhuc potuit ſibi relinqui pro alimentis aut pro dote. capitu cùm haberet. de eo qui duxit. in matri. quam polluit per adulterium. ſecundum Bartolum in l. fina. ff. de hijs quibus vt indignis. Et in dicta authentica ex complexu. licèt Baldus ibi hoc limitet in ſpurijs: ſecus in nepharijs & inſeſtuoſis. Vide Bartolum in dicta authentica ex comple-
5 xu. qui tenet, † quòd tales ſpurij poſſunt legitimari. & quòd vidit priuilegia ſuper hoc per comites palatinos: & hoc verum quò ad temporalia, ſed quò ad ſpiritualia non poſſet legitimari in terris eccleſiæ niſi per Papam, licèt econtrà Papa in terris imperij non poſſet legitimare quò ad temporalia. capitu. per venerabilem. qui filij ſunt legitimi. de materia legitimationis vide in alio volumine vltimarum voluntatum. folio ducenteſimotertio. vide etiam Angelum & Imolam in l. tempus ff. de hære
6 dibus inſtituendis. vbi per illum textum, † quòd pater poteſt inſtituere ſpurium cùm capere poterit: licèt Ioannes de Imola teneat contrarium, licèt fiat in fraudem legis. vide etiam alios caſus & cautellas quibus poſsit relinqui ſpurio per Bartolum in dicta l. finali. ff. de hijs quibus vt indignis. & l. ſi is. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutio. & ibi etiam per Alexandrum. vide gloſſam in §. final. in authentica quibus modis naturales efficiãtur ſui. colatione vij. quòd ſpurius poteſt capere ab alio, quàm à patre. Verumtamen vt intellexi dicta Ioanna ſpuria etiam fuit legitimata viuente patre poſt teſtamentum per ſpectabilem dominum Pontium Pontij qui vt aſſeritur habet priuilegium comitis palatini à ſummo pontifice, quòd an procederet de iure dubito quò ad temporalia in hijs partibus prout ſuprà dictum fuit.

ARGVMENTVM.

Vſufructuaria vniuerſalis omnium bonorum vel quothæ, quòd æs alienum ſoluere teneatur. & finito vſufructu id quod ſolutum erit ex hęreditate deducere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Aeris alieni ſolutio vniuerſali uſufructuariæ ſiue omnium bonorum ſiue partis ſit, ceterum particulari verò ſecus. & numer. 2.*
3 *Bona an deducto ære alieno intelligatur.*
4 *Aeris alieni ſolutio de quo facienda.*
5 *Legata de quibus ſolui debeant.*

Quæſtio DCCCXLII.

QVAERITVR ſuper teſtamento Gulielmi de Arzellijs vbi in effectu dictus teſtator inſtituit Bonam eius filiam vxorem nobilis Ioannis Fogaſsiæ & eius maritum hæredes vniuerſales æquis portionibus: ſubſtituendo reciprocè de vno ad alium: & Briandam eius vxorem reliquit dominam vſufructuariam omnium bonorum. & conſequenter idem teſtator in eadem voluntate permanens ab humanis deceſsit relictis & ſuperſtitibus dictis eius hæredibus & dicta Brianda & ex poſt deceſsit dicta bona ſine liberis condito teſtamento in quo inſtituit hæredem dictum Ioannem Fogaſsiæ eius maritum, & dictam Briandam eius matrem reliquit vſufructuariam: nunc quæritur ſi onus æris alieni vel legatoris ſpectat ad dictam Briandam vſufructuariam. Et an finito vſufructu poſsint deduci ſoluta ad onus hæredis, qui non confecit inuentarium. Et in effectu Bartolus in l. Titia. la j. §. finali. tenet, quòd onus æris alieni ſpectat ad vſufructuariam vniuerſalem omnium bonorum quando eſt vniuerſalis vel quando eſt vſufructuaria hæreditatis vel quotæ hæreditatis pro rata. Verùmtamen finito vſufructu illud quod eſt ſolutum, deducatur de hæreditate l. quod ſi poſſeſſor. ff. de petitione hæreditatis. ſecundum Bartolum in
2 l. finali. ff. de vſufructu legato. Secus † ſi eſſet legatarius particularis vſusfructus bonorum: quia tunc onus æris alieni non ſequitur legatarium

3 quia † bona dicũtur deducto ære alieno.l.genera-li.§.fina.ff.de vſufruct.lega.ſed Paulus de Caſtr. in l.cùm non ſolùm.§.ſi autem.C.de bonis quę liber. tenet,quòd vſusfructuarius etiam vniuerſalis non
4 tenetur ſoluere de ſuo, † ſed debet ſatisfieri de venditione bonorum hęreditariorũ mobilium ſi eſſent vel immobilium ſi non eſſent mobilia , & hoc quò
5 ad æs alienum: † ſed quò ad legata debet ſatisfieri de vſufructu,quando ſufficit,aliàs ſi legata eſſent, magna,debet ſatisfieri de venditione rerum hæreditariarum,ne vſusfructus remaneat inutilis:ſecundum Paul.de Caſtr.ibi:& conſil.387. incipient. In cauſa.Si verò relinquitur vſusfructus certarum rerum:tunc non fit deductio æris alieni de ſingularibus rebus:ſecus in legato quotæ bonorũ.quia tunc intelliguntur deducto ære alieno, etiam ſi ſit relictus vſusfructus omnium bonorum : quia deducetur æs alienũ.& de reſiduo habebit vſumfructum, & ſic fiet deductio ex venditione rerum hæreditariarum,& non ex fructibus tantùm.allegat l.vſufructu bonorum.ff.ad leg. Falci. Et hęres deducet. Et ita etiam conſuluit Bald.conſil.ccvij.& ccix. in tertia parte. & Alexander de Imol. in addition. ad Barto.in dict.l.fina.& pariter quò ad legata niſi dicatur,quòd dict.§.ſi autem eſt res. loquitur quãdo debetur vſusfructus ex diſpoſitiõe legali:quia tunc debet ſatisfieri legatis de vſufructu inquãtum ſupetit prout ſuprà dictum fuit.

SVMMARIVM

1 *Mulier uſufructuaria relicta ſtantibus liberis,quòd tantũ ad alimenta relicta cenſeatur.*
2 *Vxor cui uſusfructus mediæ partis bonorum quòd totum uſumfructum ex quo ſubſtitutus eſt extraneus capere poteſt.& nu.3.*

Quæſtio DCCCXLIII.

1 QVAERITVR † quando vxor relinquitur vſufructuaria bonorum ſtantibus liberis:tunc non intelligitur,niſi quò ad alimenta.iuxta notata per gloſſ.& doctor.in authen.hoc locum. C.ſi mulier ſecundò nupſer.& per Bart.in l. Titia. la j.§.fina.ff.de lega.ij.& per Bar.in l.fi.C.de indic. vidui.tollen.Et hoc verum pro ſemiſſe hęreditatis, in quo dicta bona filia vxor dicti Ioannis Fogaſsię fuit hæres inſtituta,ſed pro alio ſemiſſe in quo dictus Fogaſsię fuit inſtitutus hæres: cũ ſit extraneus dicta Bernarda vxor debet habere vſumfructũ integrum pro illa medietate:ſecundum Barto.in dict.l.
2 Titia.§.fina.Sed † quia dicta filia deceſsit ſine liberis ſuperſtite dicto Fogaſsiæ ſubſtituto , an dicta Bernarda debeat habere vſumfructum integrum pro illa medietate,ex quo dictus ſubſtitutus eſt extraneus,& dicendum eſt,quòd ſi iſte ſubſtitutus veniat in vim vulgaris ſubſtitutionis:quia accipit effectum in perſona ſubſtituti , qui eſt extraneus, vxor debet habere vſumfructum integrum:ſecus ſi ex ſubſtitutione pupillari:quia tunc filia fuit hęres ſecundum Bart.in dict l. Titia. §.fi. & hoc verum, quando legatum vſusfructus eſt vnicum: ſecus ſi fuiſſet relictus vſusfructus donec vxor caſtè vixerit:quia tunc cenſetur legatum annuum,& variatur:ſecundum Bartolum in dict.§.final.& in l. & ſi contra.ff. de vulgari. & pupillari.& Bald. in dict.l. final.C.de indict.vidui.tollen.De quo per Alexan. de Imol.in dict.l.& ſi contra. & per Speculatorem & Ioannem Andream in titu.qui filij ſunt legiti.§. j.verſicu.quid ſi quis.& per Alexandrum de Imol. conſil.xlij.in ſecundo volumine.Et ibi quando apponitur clauſula codicillaris de quo etiam per eundem Alexandrum conſi.lvj.& lvij.in iij.volumine. Et ibi etiam an æs alienum vſufructuariæ deducatur ſeu hæredis:quia tunc debet deduci omne illud quod potuiſſet hęres deducere,ſi non fuiſſet hæres, ac ſi non agnouiſſet hæreditatem : ſecundum Alexandrum de Imol.ibi.l.in imponenda.& l. irritum.
3 C.ad legem Falcidiam. † Veruntamen in caſu iſto ex quo dicta bona in eius teſtamento relinquit dictam Bernardam eius matrem vſufructuariam ceſſat dubium:quia debet habere vſumfructum integrum:eo ſaluo,quòd ipſa debet ſatiſdare de vtendo vſufructu arbitrio boni viri ſalua rerũ ſubſtantia,& de reſtituendo finito vſufructu de quo ſuprà dictum fuit Et per Baldum conſilio cclxxv.in prima parte.

SVMMARIVM.

1 *Solutionis exceptione qui utitur debitum fateri uidetur.*
2 *Solutiones falſo procuratori factæ liberationem non inducunt.*
3 *Patiens procuratorem ſua debita erogare an ſolutiones dicto procuratori factas ratificaſſe uideatur.*
4 *Soluens famulo conſueto & noto an liberetur.*

Quæſtio DCCCXLIIII.

QVAERITVR ſuper diffinitione huiuſmodi cauſæ ſuper cõpulſorijs inter nobilem virum Ioannem Fogaſsiæ ex vna : & prouidos viros IacoBum Brunelli principalem & Siffredum Sayſe dicti Iacobi fideiuſſorem partibus ex altera in curia maiori Vapincenſis ciuitatis ſedis Serre principaliter eſt videndum ſuper punctis ſubſcriptis pro iure & iuſtitia dicti Fogaſsię.Et primò qualiter pro parte dicti Fogaſsiæ fuerunt impetratæ Cõpulſoriæ hæredis Gulielmi de Arzellerijs quondam cõtra dictũ IacobumBrunelli principalem:& dictum Soffredum Seyſe fideiuſſorem de ſumma viginti octo Florenorum & quatuor groſſorum cauſa contenta in inſtrumento ad vires & ſubmiſsionem dictæ curiæ recepto,& aliâs prout ibi pleniùs cõtinetur actis.fol.xj.Et licèt aliâs fuiſſet vtiliùs apponere clauſulam in dictis compulſorijs.ita ꝙ vno ſoluente alter liberetur. Veruntamen iſta ſubtilitas non habet obſtare in compulſorijs:iuxta notat. per domin.Guid.Papæ in tractatu ſuper compulſorijs. Secundò cenſendũ eſt quòd pro parte dictorũ Brunelli & Sayſe in certis articulis extraordinarijs pro declaratione fuit allegata exceptio ſolutionis factæ nobili Bernardæ relictæ dicti Gulielmi de Arzalerijs de ſumma quinque florenorum & quatuor groſſorũ:& vltra ꝙ ſoluerũt Ioãni de Perino clerico & exactori dicti Fogaſsiæ, videlicèt nouem florenos ab vna parte ſeptem florenos & duos groſſos ab altera conſtãtibus quitantijs per dictum Perini ſignati.

1 ſignati. † Et licèt per exceptionem ſolutionis pars videatur confiteri debitum: iuxta not. in l. & ſi quidem. C. de excep. veruntamen quanti expediret dictus Fogaſsię faciat fidem loco & tẽporibus opportunis de dicto inſtrumento debiti. Tertiò conſiderandum eſt, quòd licèt pro parte dict. Fogaſsię ſatis fuerit per alterum eius cauſidicum ſcriptum & deductũ in iure in eius ſchędula exordiẽdo ex actis. & pariter in altera ſchędula exordiendo quitãtiæ, ꝙ
2 dictæ † ſolutiones vt prætenditur ex aduerſo factæ dicto Ioanni de Perino tanquàm falſo procuratori non inducũt liberationẽ: iuxta not. in l. falſo procuratori. C. de falſ. pro quo facit l. ſi creditor. C. de condict. indebi. Nec habet obſtare quòd ex aduerſo fuit deductum, † quòd dictus Ioannes de Pe-
3 rino erat familiaris procuratori dicti Fogaſsię, & ꝙ ipſo ſciente & tollerante recuperabat debita, & ꝙ videatur ratificaſſe. quia ad iſtud reſpondetur, ꝙ ex talibus actibus non inducitur ratificatio: iuxt. nota. per Bartol. in l. ſæpè. de re iudi. Præterea quia dictum debitum erat in quãtitate quod non poteſt
4 perire. l. incendium. C. ſi cert. peta. † Et ideò quando debitor ſoluit famulo alicuius quantitatem aut debitum in genere, non liberatur debitor: quia eſt periculum debitoris, & non creditoris: ſecundum Bart. in l. ſi quis vxor. §. apud Labeonem. ff. de furt. & in l. eum qui. & l. argentum. ff. commod. Non habet etiam obſtare, quòd ex aduerſo fuit oppoſitum pro parte dictorum reorum in quibuſdam eorum articulis incipien. Pro declaratione ſuper quibus fuerunt examinati tres teſtes ſuper ſimilitudine literæ & ſigneti dicti Ioan. de Perino: quia tale teſtimonium non probat, nec concludit neceſſario: quia dicti teſtes nõn ſunt deſcripti nec nominati in dictis quitantijs, & ſic tale teſtimoniũ non tenet. l. ſcripturas. & authenti. ſi quis. C. qui potio. in pig. habean. quia dicti teſtes non deponũt de facto principali, nec quòd fuerũt præſentes de tẽpore dictarũ quitantiarum: ſecundum gloſſ. in authentic. de inſtru. cautella. & fide. §. ſi quis. igitur. collati. vj. quia teſtes ſuper hoc poſſent errare: quia ex mutatione temporis calami ac attramẽti inducitur ſimilitudo literæ: vt ibi habetur. vlterius conſulo quòd dictus Fogaſsię producat inſtrumentum teſtium eius primæ vxoris qualiter eſt eius hæres, & quòd deducat eius deceſſum ſeu mortem.

ARGVMENTVM.

De diſpenſatione ſeu clauſula pœnali in teſtamento appoſita.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator in ſuo teſtamẽto diſpoſitionem pœnalem apponere poteſt.*
2 *Vſufructuarius generalis cum uſufructuario particulari pro media fructuum parte concurrit.*
3 *Generi an per ſpeciem derogetur.*
4 *Teſtamentum qui facit authoritate publica an contrauenire teſtamento inuentarium fieri niſi priuatum prohibente cenſeatur.*
5 *Moleſtiam inferens an hæreditate priuetur.*
6 *Teſtatoris uoluntas pro lege ſeruanda.*
7 *Teſtator an rem hæredis legare poßit.*
8 *Teſtator an inuentarium ſolemne prohibere poßit.*
9 *Teſtator inuentario uſufructuario remittere poteſt.*
10 *Verba poſita in orationis fronte an in fine repetita cenſeantur.*

Quæſtio DCCCXLV.

QVAERITVR ſuper cauſa an ſupplicationis egregij domini Ioannis de Aymonetis iudex Palatij Delphinal. Ebreduni donatarij in parte nobilis dominę Catherinæ de Broſule, relictę quondam domini Ioannis de Aymonetis contra Claudium & ſpiritum de Aymonetis hęredes teſtamẽtarios dicti domini Ioannis de Aymonetis. Vbi in effectu dictus dominus Ioannes experitur vigore certæ clauſulæ adiectæ in teſtamento dicti quondam domini Ioannis de Aymonetis vbi inter cætera dictus teſtator in dotatione cuiuſdã cappellæ legauit quandam domum & grangiam per modum ibi cõtentum. & pariter dictus teſtator voluit, quòd d. domina Catherina eius vxor ſit fructuaria ac domina omnium bonorum ſuorum mobilium & immobilium ad eius vitam excepto vſufructu debitoris & librorum quę ſunt ſuorum hæredum, & quòd dicta vxor vtatur, fruatur dicto vſufructu abſq; confectione alicuius ſolemnis inuẽtarij, niſi ſolùm per modum priuatę ſcripturæ volens & ordinans dict. teſtator, quòd in præmiſis nulla fiat ſibi differentia controuerſia ſiue moleſtia per ſuos hæredes, aut alterum eorundem. & Caſu quo fieret impedimentũ aliquod per dictos hæredes quominus dicta Catherina poſſet præmiſsis ſibi legatis, quòd eo caſu contrauenićs voluntati dicti teſtatoris priuetur bonis, & hereditatę ipſius teſtatoris. & eo caſu inſtituit hęredem vniuerſalem dictam Catherinam declarando, quòd dicta Catherina gaudeat pacificè dictis rebus ſibi relictis & nullam controuerſiam ſibi fieri directè vel indirectè. Et preſupponitur in facto quòd dicti hæredes contrauenerunt & plures violentias & controuerſias fecerũt quæ ſunt declaratę & iuſti
1 ficatę in proceſſu: & ideò non eſt dubium, † quòd teſtator potuit apponere in eius teſtamento talem diſpoſitionem pœnalẽ. l. j. C. de his quę pœn. nom. cum ibi not. & §. final. inſtitu. de lega. & licèt dictus teſtator primò legauerit particulariter dictę cappel
2 lę dictas domum & grangiam: † tamen ex quo reliquit vſumfructũ generaliter d. Catherinę ipſam cõcurrit pro medietate in vſufructu dicti legati particulariter dictæ cappellę. l. ſi alij. & l. Sempronio. in principio. cum ibi not. per Bart. & in l. fina. ff. de vſufructu lega. Bald. conſi. clxxxv. in ſecunda parte. Paul. de Caſtr. conſil. ciiij. incipiente, Viſo dicto Alexan. de Imol. conſil. liiij. in tertio volumine. Ang. Aret. in tracta. de teſtam. carta xx. & Ioa. Petr. ferrar. in ſua practic. titu. form. libelli ad petẽdum dotem ſuper verb. dat ge. vbi volunt quòd vſufructuarius generalis debet habere vſumfructũ generaliter a quibus teſtator nõ diſpoſuit. & vltra debet cõ
3 currere pro medietate. Nec obſtat ſi dicatur † ꝙ per ſpeciẽ derogatur generi, & non ecõtrà. l. quid in toto. ff. de regu. iur. & cap. quum per ſpeciem. de regu. iur. libr. vj. quia illud eſt verum, quando tendunt ſuper eodem iure: ſecus ſi ſuper diuerſo iure: ſecũdum Bartol. in l. re coniuncti. iiij. collatio. ff. de legat. iij. & l. quæſito. §. ſi quis fundum. ff. de fund. inſtruct. & per conſequens, nam fuit licitum dictis hæredi-

bus facere claues nouas in domo & grangia prædictis & alteri locare: quia per hoc fuit impedita dict. Catherina in medietate dicti vſufructus. licèt Bald. in l. quotiens. C. famil. erciſcund. teneat quod vxor non debeat habere vſumfructum in rebus particulariter legatis: & idem ibi ſequitur Salice. & Ange. Areti. inſtitu. de vſufru. in princip. & Iaſ. in l. cum quæſtio. C. de lega. Præterea dicti hæredes contrauenerunt occupando fuſtes & aliam materiam quę remãſerat poſt ruinam tecti: quia in illis cadit vſu-

4 fructus. l. quotiens. §. final. ff. de vſufruc. † Tum etiã dicti hæredes contrauenerunt in faciendo inuẽtariũ per manum publicam, & præſertim, cùm fuiſſet iam factũ per modum priuatæ ſcripturę. & pro prę miſsis facit etiam quòd tenet talis diſpoſitio pœnalis. l. ij. §. ſi ita. ff. ad leg. falſid. & quod not. Barto. in l. vxorem. §. hæres. ff. de lega. iij. & in l. paterfamiliâs. ff. de hæredi. inſtituen. vbi in terminis loquitur

5 de vxore quando moleſtatur, † quòd hæres priuetur hæreditate. Et maximè in caſu iſto: quia dictus teſtator ordinauit vendi dictam domum & grangiam infrà decem annos, & quòd interim dicti hæredes deſeruire faciũt dictę cappellæ. & ſic apparet

6 de voluntate teſtatoris † quæ debet ſeruari pro lege. §. diſponat. in authent. de nup. collat. iiij. & cap. vltima voluntas. xiiij. quæſtio. ij. Nec obſtat ſi dicatur, quòd dicti hæredes fecerũt deſeruire dictę cappellæ, & ſic debent ſentire emolumentum. Quia teſtator relinquit dictis hæredibus debita & liberos.

7 Et attento † quia teſtator poſſet legare rem hæredis. §. non ſolùm. inſtitu. de lega. ca. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de lega. ij. Non obſtat etiam ſi dicatur quò ad fuſtes lanſas remotas quòd videtur finitus vſusfructus §. finitur. inſti. de vſufruc. l. ſi cui. ff. de vſufru. facit l. repeti. §. rei mutatione. ff. quib. mod. vſufruc. amit. Quia ad iſtud reſpõdetur ꝙ dicta iura loquuntur in legato particulari: ſecus in legato vniuerſali. d. l. quoties. §. fina. l. fundi. cum l. ſequen. & ibi gloſſ. l. quid tamen. in princip. ff. quib. mod. vſufruc. amitta. faciunt not. per Barto. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbor. oblig. & per Bald. in authen. excipitur. C. de bonis quæ libe. Nõ

8 obſtat etiam ſi dicatur † quòd teſtator non poteſt prohibere inuentarium ſolemne. Quia hoc verum ad præiudicium creditoris: ſecus quoad præiudiciũ hæredis: quia teſtator poſſet legare rem hæredi. & ideò poteſt remittere tutor inuentariũ. l. ſi. C. arbitr.

9 tutel. & ibi Bald. † Et idem poteſt remittere vſufructuario inuentarium. l. ij. ff. de vſu fru. quemadmodum cauea. Et maximè attento quòd dictus teſtator ordinauit nullam controuerſiam moueri directè vel indirectè, ſed quòd gaudeat pacificè vſufructu, & ſic illa verba etiam referuntur ad pœnam priuationis æſtatis: quia debent intelligi ſecundum

10 præcedẽtia. † Nam verba poſita in princip. orationis cenſentur poſteà repetita. l. quemadmodum. §. hęc verba. ff. ad legem Aquil. & ibi Barto. §. capite. inſtitu. ad leg. Aquil. & ibi Angel. Areti. etiam in materia principali: ſecũdum ipſum. facit l. ſi ſeruus. plurium. in fin. ff. de lega. i. & l. Titia. §. idem reſpõdet. ff. de verbo. oblig. & ibi Barto. quòd ea quæ dicuntur in prę fationibus, cẽſentur repetita in diſpoſitionibus. Et idem in vltimis voluntatibus: ſecundum Barto. ibi facit. Quia conditio adiecta in inſtitutione videtur repetita in legato. l. cùm ſeruus. ff. de {conſtitu. inſtitu. l. Auia. ff. de conditio. & demonſtra. facit l. cùm pater. ff. de pact. dotal. & l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de verbo. obliga. cum ibi nota. per Barto. Et maximè propter illam dictionem repetitiuam item. quæ inducit repetionem pręcedẽtis qualitatis: vbi eſt perſonarũ vel rerum identitas. l. in repetẽdis. ff. de lega. iij. & quia dicta verba debent de aliquo operari. l. ſi quando. ff. de lega. j. & cap. ſecundo requiris. de appella. & quod habetur per Barto. in l. fina. ff. de reb. dub.

ARGVMENTVM.

Verba hæc, quòd non fiat controuerſia ſiue moleſtia, in teſtamento appoſita quomodò accipiendæ ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Controuerſia qualiter fieri dicatur.*

2 *In interpretandis teſtamenti uerbis mens teſtatoris attendi debet.*

Quæſtio DCCCXLVI.

QVAERITVR qualiter intelligantur illa verba in teſtamento appoſita, quòd non

1 fiat controuerſia ſiue moleſtia. Et in effectu † dicitur fieri etiam extra iudicium ſine lite: ſecundum Bald. & Alber. in l. cauſas. C. de tranſactio. & in l. ſi quis maior. eod. titu. per Alberi. & Specu. in tit. de emptio. & vendit. & ibi Bald. in additio. ſuper verbo, controuerſia. & per gloſſ. & in l. non ſolùm. §. ſi ſtatus controuerſia. ff. de procura. & in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebellia. & ibi gloſſ. ſiue controuerſia fiat, de iure, ſiue de facto, ſiue in iudicio, ſiue extra etiam reſiſtendo: & ibi ſequitur Barto. & per Bald. in cap. i. §. ſi autem. de controuerſ. inueſtiturę. ſiue actiuè ſiue paſſiuè. & Bald. in l. j. C. de teſtib. l. diuus. ff. de petitio. hęredita. l. ſi controuerſia. C. de euictio. Barto. in l. ampliùs. ff. rem rat. haber.

2 & maximè † quia in talibus debet attendi mens teſtatoris. c. intelligentia. de verb. ſignifi. l. tale pactũ. §. fina. ff. de pact. & maximè, cùm talia verba fuerint prolata à viro literato & docto. argume. l. athletas. ff. de excuſatio. tutor. & in l. quòd ſi nepotes. ff. de teſtamen. tutel. & Romanus conſil. x. & facit l. iij. §. fina. ff. de adiben leg. & l. cùm tabulis. §. j. ff. de his quib. vt indign. vbi propter inimicitias, renouetur legatum.

ARGVMENTVM.

An in teſtamento per pœnæ adiectionem hęreditas adimi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Heres ex quo quis ſemel eſt iure directo, amplius eſſe deſinere non poteſt.*

2 *In teſtamentis & ultimis uoluntatibus moræ purgationi non eſt locus.*

Quæſtio DCCCXLVII.

QVAERITVR an in teſtamento per adiectioné pœnæ poſsit adimi hęreditas iure di

1 recto? Et videtur dicendũ quòd non: † quia ex quo quis fuit ſemel hæres iure directo, non poteſt deſinere eſſe hęres. l. ei qui ſoluendo. ff. de hęredi. inſtituen. veruntamen in caſu iſto propter adiectionem pœnę po

pœnę poteſt deſinere eſſe hæres quò ad effectum iure fideicommiſsi detracta trebellianica:ſecundum Bar.Bal. Ioan.de Imol.in dict.l. paterfamiliàs. ff. de hæred. inſtituen. quia talis adiectio pœnæ habet locū etiam de iure fforum.l.j.& ij.ff.de ijs quæ pœn. Dum tamen diſpoſitio non ſit contra bonos mores, adeò quòd ſit nominatio ſeu tranſfuſio ipſo iure.l.j.verſicu. niſi fortè.ff. de pœn.lega. & in
2 l.j.§.item ſi ita.ff.ad leg.falc.† nec eſt locus purgationi moræ in vltimis voluntatibus:ſecundū Bald. in l.j.C.de ijs quæ pœn. meum in j.quæſti. Et quando teſtator prohibet moleſtari vxorem, intelligitur de moleſtia facti, quæ fit malo cōſilio:iuxt. not.per Bald.in dict.l.j.vltima.oppoſi.& in vj.quęſtio.vide not.l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Trebel.

ARGVMEMTVM.

Vxor relicta vſufructuaria filijs hæredibus inſtitutis liberos alere tenetur ſolis alimentis contenta.

SVMMARIVM.

1 *Filius qui uſumfructū tertiæ partis bonorum.patris ſibi relictæ matri ut filias aleret reliquit,an legitimæ uſumfructum reliquiſſe uideatur?*

2 *Vſusfructus ſi uxori legetur filijs hæredibus inſtitutis,quòd ſola alimenta legata cenſeantur.*

3 *Legatum factum ſub conditione quæ tacitè ineſt,an ualeat.*

Quæſtio DCCCXLVIII.

QVAERITVR, teſtamentum magiſtri quondā Laurētij Chābonis notarij & habitatoris loci ſtellæ in quo teſtamēto inter cętera ibi ordinata cōfirmauit donationē tertiæ partis bonorū factā Thomæ Chābonis eius filio cōtemplatione eius matrimonij cum Anthonia Barata cum onere tertiæ partis debitorum. Et vltra ſibi reliquit iure particulari inſtitutionis decem florenos. Et conſequenter in eodem teſtamento dictus teſtator inſtituit eius hęredes vniuerſales Ioannem alterum eius filium ex primo matrimonio, ordinando quòd Antonia inuita eius clariſsima vxor ſit tutrix & adminiſtratrix perſonæ & bonorum dicti Ludouici eorū filij cōis quamdiu vitam vidualem & honeſtam duxerit. Ordinādo fieri inuentarium priuatum ſine authoritate & ſolemnitate iuſtitiæ, & aliàs prout ibi pleniùs cōtinetur. Et poſtmodum in codicillo dicto teſtator mutando & detrahendo de dicto teſtamēto inter cætera ordinauit in præſentia dicti Thomæ Chambonis & de ipſius cōſenſu, quòd filiæ ipſius teſtatoris nondum nuptæ poſt deceſſum dicti teſtatoris moram ſuam faciāt cum dicta Antonia eius vxore & pro ipſis alendis, & donec omnes fuerint maritatæ dedit & legauit dictę Anthoniæ eius vxori vſumfructum omnium & ſingulorum bonorum ſuorū tam tertiæ pratis donatæ dicto magiſtro Thomę Chambonis, quàm aliorum quorumcunq; ſuorum bonorum, de quibus vſufructibus ipſa Anthonia teneatur dictas eius filias alimentare alere.& nutrire, & indutas tenere:& perſonam tantùm ſuorum hæredum inſtitutorum quoties ad dictam domum veniant expenſas miniſtrare. & aliàs prout ibi pleniùs continetur. viſo etiam quodam facto tali vbi etiam fit mentio de cōtractu matrimonij Ioannis Chambonis cum honeſta Meyreta filia Ioannis de Dei adiutorio, vbi dictus Laurentius Chambonis promiſit dare dicto Ioāni eius filio in fine dierum ſuorum tantum quantum valent bona in dotem data, & aliàs prout ibi pleniùs cōtinetur. ſuper quibus poteſt reſpondere vt ſequitur. Et pri-
1 mò † quòd licèt portio in qua fuit inſtitutus hæres dictus Ioānes Chambonis excedat legitimam:tamen debet habere vſumfructū legitimę in qua non debet fraudari:vt in authenti.de trien. & ſemiſſe.§. prohibere.colla.iij.& per Specu.in titu.qui filij ſint legiti.§.j.verſi.quid ſi quis.& per Ioan.And.in additio.ad Specu.in tit.de pignorib.§.ſequitur videre in additio. incipien. Si vſusfructus debebatur. & per glo.Cyn. Barto.Bald.& Salic.in authen. nouiſſima.C.de inoffic.teſta.& in l.quoniā in prioribus. eod.titul.& per glo.& Bartol.in l.vxori meæ. ff. de vſufruc.lega. & in l.omnē. ff.de vſufruc.& per Alexand.de Imol.conſil.lv.incipien. Ponderatis ver-
2 bis. in iij.volumi. colū.ij.† Et licèt vbi ſimpliciter fuiſſet relictus vſusfructus bonorū d.relictę abſq; exprimendo cum onere alimentorum dictarum filiarum ſtantibus liberis hęredibus inſtitutis dicta relicta non deberet habere niſi alimēta, iuxta conſuetudinem & interpretationem in curia Bulgarij in authentic.hoc locum.C.ſi mulier.ſecundo nupſ. & per Bartol.in l. Titia cum teſtamento.§. fi.ff.de lega.ſecundo. & in l. ſicut in annos.ff. quib.mod. vſusfruct.amitta.& per Spec.in d.ti.qui filij ſint legiti.§.j.verſi.quid ſi quis.& Ioan.Andr.in additio. ad Specu.in titul.de pignorib.§.ſequitur videre.vbi ſupra Ioan.Petr. Ferrari.in ſua practic. in forma libelli.quo vxor petit dotem ſuper glo. donec vitam duxerit vidualem. verſi.poſtremò quęritur. Franc. de Aret. conſil.xl. & Iaſo.May.in l.cùm hij.§.ſicut in annos.& Paul.de Montepico.in repeti. dictæ.l.
3 Titia.§.fin. in fin. in viij.colū.veruntamen † quia dictum legatum vſusfructus omnium bonorum factum vxori, eſt factum cum onere alimentandi dictas filias,& faciendū expenſas hæredum, quando venient in domo, & ſic videretur tale legatum vſusfructus validum ratione oneris iniuncti. Sed in contrarium fortè videtur dicendum:quia expreſsio eorum quæ tacitè inſunt nihil operatur. l.hæc verba. ff.de lega.iij.cum ibi not. Sed talia onera tacitè inſunt in legato vniuerſali vſusfructus omnium bonorum:iuxta nota.per glo.& Bartol.in l.fina. ff. de vſufruc. leg. ſuper quo ad pręſens relinquo cogitādum. Adde quòd licèt dictus teſtator in codicillo dederit dictæ eius vxori vſumfructum omnium bonorum pro alendis & nutriendis dictis filiabus: tamen tale onus non validat nec ampliat legatum vbi per prius non teneret. l. cùm quis decedens. in princip.ff.de lega.iij.& ibi per glo.& Barto. & ecōtrā, vbi non tenet legatum, neque onus.de quo per gloſſ.& docto.in l.codicillos.in princip. ff.de lega. ij.& in l.quę conditio.in princip.ff. de conditio. & demon.& in l.j.§.in primo.& §.pro ſecūdo.C.de cadu.tollend. veruntamen vbi non teneret legatum, onus alimentandi filias ſpectaret ad hæredes: iuxt. nota.per Cyn.& docto.in l.alimenta. & in l.quod in vxorem.C.de nego.geſtis. & per Bartol.in l.qui filium vbi pupil.educa.vel nutr.debe.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus legatus vxori quòd liberos alere tene-

tur etiam ſi ex alieno ſint matrimonio, aut alimentis contenta eſſe teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Nouerca cui uſuſfructus legatus eſt, ſi liberos non alat, alimenta ſolùm ſibi relicta ſentiat.*
2 *Quid ſi uſuſfructus extraneo legetur?*
3 *Vſuſfructus quãdo ſimpliciter relinquitur uxori, quòd detracto legitimæ & falcidiæ uſuſfructu, quod ſupererit, uxoris erit.*

Quæſtio DCCCXLIX.

QVAERITVR præſuppoſito, quòd legatum vſusfructus factũ dictæ relictæ interpretetur quò ad alimenta reſpectu Ludouici Chambonis eius filij coheredis: iuxta not. in dict. authen. hoc locum. ſi mulier ſecundo nup. hoc verum quando ſunt inſtituti hæredes eiuſdem matrimonij. Sed quid quò ad portionẽ dicti Ioãnis Chambonis alterius cohęredis, qui eſt filius ex primo matrimonio, & ſic cenſetur extraneus reſpectu dictæ Anthoniæ relictæ & nouercæ. & in quo caſu Bar. in dict. l. Titia. §. fina. ff. de lega. ij. relinquit cogitandum. Sed Bald. ibi videtur tenere, quòd idem ſit ſi relinquatur concubinæ matri vel ſorori: quia in hoc atten-
1 ditur fauor liberorũ, & nõ fauor matrimonij. † & ſic idem in nouerca, vt non debeat habere, niſi alimenta. & idem tenet Bald. conſil. ccxj. incipien. Teſtator. in iij. parte. & Paul. de Montepie in dict. l. Titia. §. fina. in ix. collu. licèt idem Bal. aliter videatur ſentire in dict. authen. hoc locum. & ita per ratio. Bald. in dict. l. Titia. §. fina. ſi attendatur fauor li-
2 berorum quando ſunt inſtituti hæredes: † idem eſſet quando relinqueretur vſusfructus omnium bonorum extraneo, quòd non debeat habere niſi alimenta. ſed communiter contrariũ tenetur vt valeat legatum detracto vſufructu legitimæ liberorum. §. prohibemus. in authen. de trien. & ſemiſſ. collat. iij. ſecũdum Bar. in dict. l. Titia. §. fi. & in l. vxori meæ. ff. de vſufruct. lega. Adde Bald. in l. fin. C. in dict. vidui. & Sali. in authen. hoc locum C. ſi mulier ſecundo nup. quando relinquitur ſimpliciter vſusfructus mulieri, quòd tunc debet habere vſumfructum: ſecus ſi relinqueret dominã & vſufructuariã, de quo etiã per de Ferra. in tit. forma libelli, quo vxor agit ad dotę. ſuper verb. donec vitã. Adde Ang. Aret. in tract. teſtatorũ ſuper verbo, relinquit eius vxorem. vbi tenet idem in nouerca reſpectu liberorũ primi matrimonij. & pro hoc allegat Ioan. de Imol. in d.
3 l. Titia. § fi. ff. de lega. ij. † Et vbi teſtator relinquit ſimpliciter vxorẽ vſumfructuarium, debet habere plenũ vſumfructũ, detracto vſufructu legitimæ & falſidi. Adde Ang. Aret. in tracta. malefic. in tractatu de teſtamen. in gloſſ. ſuper verbo, relinquit eius vxorem dominam & vſufruariam, quod etiã in nouerca habet locũ, vt nõ debeat habere niſi alimẽta.

ARGVMENTVM.

Legatum factum nouercæ ad inſtar legati facti vni filiorum primi matrimonij redu cẽdum eſt, cùm nouercæ dare plus quàm vni liberorum primi matrimonij non poſſit:

SVMMARIVM.

1 *Nouercæ prioris matrimonij liberis inimicæ cenſentur.*

Quæſtio DCCCL.

QVAERITVR an ſaltem legatum dicti vſusfructus factũ dictę relictę & nouercę debeat reduci ad legatum factum alio filio primi matrimonij in minori quantitate, vti Petro Chambonis clerico. & videretur dicendũ quod ſic. l. hac ædictali. C. de ſecũd. nupt. §. optimò. in authen. de nup. colla. iiij. quia dictus teſtator præſumitur circumuentus ad ſuggeſtionem nouercæ. nec debet dicta relicta habere vſumfructum prætextu alimentorũ ſuarum filiarum: quia eſſet in fraudem dictę l. hac edictali. Nec obſtat, quòd ſuper redditione computi dictus teſtator voluerit ſtare ſimplici verbo, dictæ relictæ: quia in hoc eſſet in fraudem dictæ l. hac edictali. l. qui teſtamentũ. ff. de probatio. iuxt. not. per Barto. in l. qui vxori. ff. de auro & argen. lega. & in l. cùm quis decedẽs. §. Titia. ff. de lega. iij. quia omnia præſumuntur facta ad ſuggeſtionem nouercæ contra priuignos ſeu liberos primi matrimonij: cum pręſumatur eſſe eorum inimica. l. nõ eſt eum. & ibi Paul. de Caſtr. ff. de inoffici. teſtamen. & per glo. in clemen. paſtoralis. de re iudic.

ARGVMENTVM.

Vſusfructuarius cauere idoneè tenetur, & quid.

Quæſtio DCCCLI.

QVAERITVR præſuppoſito ſed non cõceſſo, & citra præiudicium veritatis, quòd legatum dicti vſusfructus factum dictæ relictæ eſſet validum, an debeat cauere idoneé de vtendo fruendo arbitrio boni viri, & de reddendo bonis finito vſufructu ſalua rerum ſubſtantia, & dicendum eſt ꝙ ſic. & de ſoluenda æſtimatione eorũ quę conſumuntur, quę debent æſtimari & inuentoriſari. l. vſufructus. cum ibi nota. C. de vſufructu. & per Alex. de Imol. conſil. lvj.

ARGVMENTVM.

Pactum factum inter patrem & filium matrimonij contemplatione etiam poſt finem dierum valet.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta contemplatione matrimonij relata in finem dierũ cum iuramento de non contraueniendo, quòd mortis cauſa facta eſſe non cenſeatur.*
2 *Donatio cauſa mortis collationi ſubiacet.*

Quæſtio DCCCLII.

QVAERITVR ſuper validitate pacti ſeu prouiſionis factæ per dictum Laurentium Chambonis in contractu matrimonij dicti Ioannis Chambonis eius filij cum dicta Meyreta vbi promiſit dare in fine dierum quantum valent bona in dotem conſtituta: & attento vinculo iuramenti & cõtemplatione matrimonij videtur tale pactum validum, licèt ſit factum inter patrem & filium. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. erciſcun. & per glo. in l. ij. C. de inoffic. donatio. & per dominum Guid. Papę, deciſ. cxlv. & per Bald. in l. fin. C. de vſucap. pro donato. & conſilio ccclxv. in tertia parte. & Alexand. de Imol. conſil. viij. & clvij. in ij. volumi. & conſil. xx. in iij. volumi. & in l. ſi donatione. C. de collatio. bonor. & Franciſc. de Areti. conſil. lxxvij.

Nec poteſt

1 Nec † poteſt dici talis donatio cauſa mortis, licèt fuerit relata in fine dierum dicti Laurentij: quia ipſe iurauit non contrauenire. l. vbi ita donatur. ff. de de donation. cauſa mort. & per Alexand. de Imol. conſil. decimoquarto, in primo volumine. Nec obſtat ſi dicatur quòd dictus Ioannes eſt hæres pro ſe miſſe dicti Laurentij Chambonis, & ſic quòd remaneat tale pactum confuſum: quia hoc verum pro ſua medietate: ſed non pro alia medietate, in qua fuit inſtitutus hęres. l. ſi ab eo. cum ibi notatis. C. de
2 negotijs geſt. Veruntamen ſuper hoc dubito, † quia talis donatio cauſa mortis debet cõferri. authen. ex teſtamento. C. de colla. bonorum. niſi dictus Ioannes ſe abſtinuerit ab hæreditate patris, & potiùs vellet agere ex dicto pacto dotali. l. final. ff. de collati. dotis.

ARGVMENTVM.

Donatio patris facta filio fauore matrimonij de quota hæreditatis accipienda poſt mortem valet, etiam inter viuos facta.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de ſupportandis oneribus, de ordinarijs non extraordinarijs intelligendum. fallit ut nu. 2.*

Quæſtio DCCCLIII.

QVAERITVR ſuper validitate donationis factæ in cõtractu dicti matrimonij dicti Thomæ Chambonis per eius patrem de tertia parte eius bonorum, ita quòd debeat ſupportare tertiã partem onerum præſentium & futurorum quorũcunque & qualitercunque prouenientium poſt mortem dicti Laurentij. Et in effectu videtur dicendum quòd talis donatio ſit valida, prout ſupra allegatum extitit. & licèt apponantur verba poſt mortem: tamen dicitur donatio inter viuos & irreuocabilis. iuxta notata per gloſſ. & per Bartol. in l. fina. C. de pact. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff.
1 de verbor. obligationi. † Et tale pactum de ſupportando onera non intelligitur de extraordinarijs, quæ non renaſcuntur, ſed ſemel ſoluũtur, vt in dotibus aut debitis. argumen. l. Seio. §. medico. ff. de
2 annuis legatis. cum ibi notatis: † niſi eſſet propter verba vniuerſalia geminata quorumcunq; & qualitercunque: iuxta notata per Bartol. in l. iiij. §. totiens. ff. de damno infect. & in l. generali. §. vxori. ad finem. ff. de vſufructu lega. & per Alexand. de Imo. in l. quædam. §. nihil. ff. de edend.

ARGVMENTVM.

Filius qui legato vſufructu nouercę per patrem facto conſentijt, an præiudicium ſibi fecerit.

SVMMARIVM.

1 *Legitimæ renuntiaſſe in dubio non, niſi expreſſe dicatur, cenſetur.*
2 *Conſenſus præſtitus in alterius teſtamento non præiudicat ut qui nudus ſit.*

Quæſtio DCCCLIIII.

QVAERITVR an dictus Thomas Chãbonis qui fuit præſens in codicillo eius patris, & de ipſius cõſenſu fuit factum lagatũ vſusfructus dictæ relictæ an fecerit ſibi præiudicium? Et dicendum eſt quòd non, quoad vſumfructum lega-
1 tum: † quia, in dubio quis non cenſetur renunciaſſe legitimę: niſi expreſsè dicatur. l. ſi quando. §. generale. C. de inofficio. teſtamen. & ibi per Baldum & Salicetum, & per Gulielmum de Cuneo, & Angelum in l. de his. ff. de tranſactionib. Præterea licèt quis teſtetur de cõſenſu alterius, talis conſenſus eſt nudus, & non ſufficit, nec præiudicat: quia nec cõtraxit, ſed dicitur pactio. l. ſi pater. ff. de manumiſſ. vindict. ſecundum Baldum Salicetum, in l. cùm alienum. C. de lega. & per Bartolum, in l. cum quis decedens. in princip. ff. de lega. iij.

Quæſtio DCCCLV.

QVAERITVR præſuppoſita validitate dicti legati vſusfructus cum onere alimentãdi quatuor filias donec fuerit nuptę, an maritata altera filia debeat decreſcere vſusfructus pro rata. & dicendum eſt quòd ſic. l. Seio. in principi. cum ibi notat. ff. de adimend. lega.

ARGVMENTVM.

Exemplationis prothocollorum & ſcripturarum defuncti commoditas in vſufructu bonorum non venit.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructu bonorum legato prothocollorum & ſcripturarum commoditas legata non cenſentur.*
2 *Prouentus debitorum in uſufructu non ſunt.*
3 *Quid in his quæ uenalia ſunt.*

Quæſtio DCCCLVI.

QVAERITVR an in legato vſusfructus bonorum veniat commodum exemplationis prothocollorũ & ſcripturarũ defuncti. & videretur dicendum quòd non: † quia illud non recuſatur, nec ſolum niſi ſemel: ſecundum Bartol. in l. ſi diuortio. §. ſi vir. ff. ſolu. matrimo. & in l. quedam. §. nihil.
1 ff. de edend. & in conſil. quinquageſimo. † neque pariter ſunt in fructu prouentus qui debentur teſtatori: iuxta notata per Baldum in l. j. C. de fructi-
2 bus & litium expenſis. † Et pariter non ſunt in fructu ea quæ ſunt venalia. l. generali. §. vxori. ff. de vſufructu lega. & vbi talia venirent in vſufructu: tamen dicta vſufructuaria tenetur reddere finito vſufructu: ſecundum doctor. in dict. §. ſi vir. de quo ibi latiùs per Alexand. de Imol.

ARGVMENTVM.

Teſtator cautionem vſufructuario & inuentarij cõfectionem remittere non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator cautionem quæ præſtatur in rebus, quæ uſu cõſumuntur remittere non poteſt.*
2 *Heres inuentarij confectionem ſeu bonorum deſcriptionem uſufructuario petere poteſt, licèt prohibuerit ne uſufructuarius moleſtetur.*

Quæſtio DCCCXLVII.

QVAERITVR an teſtator poſsit remittere cautionem vſusfructus & cõfectionem inuentarij. Et dicendum eſt, quòd non. l. prima. C.
1 de vſufruct. † etiam in cautione, quæ pręſtatur in re

bus quę vſu conſumũtur: ſecundum Baldum & Sa-
licetum ibi, & per Bartolum in l. nemo poteſt.. ff. de
legatis tertio. & Alexand. de Imol. conſil. quinqua
geſimooctauo: in tertio volumine, in penultima &
vltima column. & Paulus de Caſtro conſil. centeſi-
mononageſimoprimo, incipiente. Antequàm veni
ret. etiam ſi teſtator prohibuit non moleſtari vxo-
2 rem: aliâs quòd priuetur hæres hæreditate, † quòd
hoc non obſtante hæres poteſt petere fieri inuenta
rium ſeu deſcriptionẽ bonorum. & ita tenet Ale-
xan. in dict. conſil. lviij. licèt Barbatias tenuerit cõ-
trarium conſil. lxiiij. in ſecunda parte.

ARGVMENTVM.

Legatum factum pro vxoranda puella, ſi moriatur antequàm viro tradatur, legatum cuius erit.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum nomine dotis an ſit conditionale uel modale.*
2 *Item an ſit purum uel conditionale.*
3 *Quid ſi legataria uiuo teſtatore moriatur.*
4 *Modus appoſitus in legato nomine dotis, an ſit cauſa impulſiua uel finalis. & nu. 6.*
5 *Dictio pro, modum inducit. & nu. 10.*
6 *Modus an ſit cauſa finalis.*
7 *Verb. pro dote, uerba de futuro denotant.*
8 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.*
9 *Legatum cauſa dotis cùm ſit conditionale ad hæredem non tranſmittitur.*
11 *Modus in dubio an impulſiua cauſa præſumatur.*
12 *Legatum nomine dotis conditionale eſt.*
13 *Lagatum factum puellæ ut nubat: an legatum petere poßit ante quàm nubat, & an ad hæredes tranſmittere ualeat.*
14 *Dictio pro, an cauſam finalem inducat.*

Quæſtio DCCCLVIII.

QVAERITVR ſuper clauſula legati fa-
cti in teſtamento honeſtæ mulieris Ioannã
Fontani vxoris magiſtri Ioannis Chappellani fa-
cti Annæ eiuſdẽ teſtatricis neptæ filiæ Ioannis Be-
rardi de anno natiuitatis domini milleſimo quater
centeſimononageſimoquinto, die vigeſimaquinta
menſis Februarij, quam neptẽ dicta teſtatrix nutri-
uit cõſiderata dilectione quam erga eãdem Annã
gerit, eidem Annæ dat & legat cẽtum florenos mo
netę debilis & vnam zonam ciricij nigram garni-
tam argento deaurato pro ipſam maritando. ſol-
uendum dictos centum florenos videlicet quinqua
ginta cum zona die deſponſationis eiuſdem Annę:
reliquos verò quinquaginta florenos à die deſpon-
ſationis in vnũ annum anno prius reuoluto. & ibi-
dem dicta teſtatrix inſtituit eius hæredes vniuer-
ſales dictum Ioannem Chappellani eius maritum
& Anthoniam Guigone eius filius filiam vxorem
egregij domini Petri Chanterelli. & conſequenter
dicta teſtatrix ab humanis deceſsit relictis & ſuper-
ſtitibus dictis hæredibus, & pariter dicta Anna le-
gataria, quæ ſuperuixit certo tempore: & poſtmo-
dum dict. Anna deceſsit ætatis duodecim annorum
vel circa ſuperſtite dicto Ioanne Berardi eius pa-
tre, & eius vxore matre dictæ Annæ: Nunc quæri-
tur an dictum legatũ debeatur, & an defecerit vel
nè propter caſum fortuitum mortis ſuperuenientis:
& an fuerit legatum conditionale, vel purum, vel
cõditionale. de qua quæſtione aliquid fuit tactum
ſuper quæſtione dcccxlij. Veruntamen quia quæ-
ſtio poſſet eſſe dubia, ideò eliciam opiniones. Nam
pro parte negatiua, quòd non debeatur legatũ imò
quòd remaneat apud hæredem ex quo dicta puella
eſt mortua antequàm fuiſſet nupta, facit l. Titio
centum. §. Titio genero. verſicul. ante nuptias. &
verſicul. ſed cùm ante nuptias. ff. de conditionib. &
demonſtrationib. vbi habetur, quòd quando lega-
tur nomine dotis, & decedat mulier ante nuptias,
quòd remanet legatum apud hæredem, licèt tale le
gatum ſit purum & poſsit peti ante nuptias præſti-
ta cautione quando mulier nondum deceſsit. vnde
gloſſ. ibi ſuper verbo apud hæredem. ſe remittit iu-
xta diſtinctionem l. in teſtamento. la ſecunda. ff. de
1 conditionib. & demonſtrationib. † vbi tale lega-
tum factum alicui ſub conditione ſi matrimonium
contraxerit cum talibus, tunc ſi moriatur, deficit le
gatum, nec tranſmittitur ad hæredem. ſecus autem
ſi vtroque viuente alter recuſet. & ibi gloſſ. quæ di-
ſtinguit quando legatum fit ſub conditione, quæ
pendet ex facto proprio alicuius. & pariter ſub con
ditione miſta, quæ partim pendet ex facto proprio
alicuius, & partim ex facto alieno, de quo ibi latiùs
2 per gloſſ. & doctor. † Sed redeundo ad gloſſam in
dicto §. Titio genero. an tale legatum factum no-
mine dotis ſit purum vel conditionale: glo. videtur
tenere quòd in contractibus promiſsio nomine do
tis ſit conditionalis, ſi matrimonium ſequatur.
l. tali. primo reſponſo. ff. de iure dotio. ſecus fortè in
legato, vel ſecundũ aliã opinionẽ in muliere promit
tẽte ineſt conditio: ſecus in alio. glo. verò in l. prima
C. de inſtitu. & ſubſtitutionib. ſub conditione fa-
ctis, dum ibi arguit de l. ſi fundum. §. Iulianus. ſi Ti
tio. ff. de legatis primo. facit differentiam quando
conditio nubendi deficit per caſum fortuitum &
tunc expirat legatum. l. legatum. C. de condition.
inſertis. Si verò fiat ſub modo: vt dicendo, lego tali
vt nubat alteri: & tunc ſi deficiat per caſum mortis
valet legatum. dicta l. ſi fundum. §. Iulianus. licèt
ſecundum gloſſ. in dicta l. legatum. aliqui volunt
facere differentiam, quando fit legatum ſub illa cõ
3 ditione nubendi † an mulier deceſſerit viuo teſta-
tore vel poſt. argumento l. turpia. §. primo. ff. de le-
gatis ſecundo. vbi deficit conditio per mortem vi-
uo teſtatore: ſed ibi illa conditio erat inutilis. & l.
ſi quis hæredem. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutio-
nibus ſub conditione factis. ſed ibi loquitur in ca-
ſu contrario videlicet, quando viuo teſtatore adim
pletur conditio nubendi: vnde ſecundum Cynum
in dicta l. prima. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutio.
ſub conditione factis. quando fit legatum ſub mo-
do nubendi certæ perſonæ: tunc ſi deficiat per
mortem, expirat legatum. dicta l. Titio. §. Titio
4 genero. † quia tunc talis modus cenſetur cauſa
finalis: ſecus ſi eſſet impulſiuus. dicto §. Iulianus.
ſed in caſu iſto videtur eſſe modus impulſiuus: quia
dicta puella per prius ſteterat in ſeruitio dict. teſta-
tricis, & erat eius neptis. & pariter fuit factum lega
tum pro ipſam maritando, non exprimendo certam
5 perſonam, † quia illa præpoſitio pro, inducit modũ.
l. ſi quis pro redemptione. C. de donati. Alberi. verò
in dict. l.

in dicta l.j. refert verba Dini in capitul. imputari. de regulis iur.libr.ſexto.quòd in dubio legatum videtur factum in fauore cuius ſit, allegat l. Gaio.§. Imperator.ff.de alimentis & ciba.leg.& ideò ſi deficiat per caſum, valet legatum.allegat l.illis. ff. de alimentis & cibarijs legat.facit l.qui concubinam. §.vxori. ff.de lega.tertio. & l.prim.C. de legatis. Bartolus verò in dict.l.prima.de inſtitutio. & ſubſtitutionib.ſub conditione factis,dum opponit de dicta l.ſi fundum.§. Iulianus. & de dicto §. Titio genero. verſicul. ſed cum ante nupt.refert, quòd iſtud eſt contrarium difficile: quia aliqui tenent,ꝙ
6 in dicto §. Titio. † modus fuit cauſa finalis: ſed in dicto §. Iulianus. modus fuit cauſa impulſiua: tamen ſe remittit ad dicta per ipſum in dicto §. Titio. Et ibi tractat quæſtionem an legatum pro dote ſit purum vel conditionale. Et primò arguit quòd ſit purum: quia reſpicit fauorem legatum Sed in contrarium tenet per l.ſi ego.in principio.ff.de iure do-
7 tiũ. Et maximè quia iſta verba † pro dote denotant verba de futuro. Præterea non poteſt dici legatum ſub modo: quia non grauatur mulier, ſed honoratur, & inuitatur ad nuptias.dicta l. Titio.§.j. & maximè quando non exprimitur certa perſona. Nec obſtat. §.ſed hoc de præſenti.in authenti.de ſanctiſſimis epiſcopis. collatio.viij.§.ſed hoc de præſenti. vbi reijcitur talis conditio nubendi. ſed hoc fit fauor religionis.& ex prædictis apparet, quòd requi-
8 ritur quòd matrimonium contrahatur: † quia dos non poteſt eſſe ſine matrimonio.& hoc verum, niſi probaretur per aliquas coniecturas, quòd teſtator eſſet aliàs relicturus.allegat l.j.§.ſi extraneus. ff. de iure dotio. & præmiſſa procedunt in extraneo: ſed in patre,quando aliquid relinquit pro dote filię,an ſit cõditionale vel ne,vide ibi per Bartolum. Quid autem quando aliquis relinquit pro aliqua puella maritanda:& tunc ſecundum Bartolum ibi in l.Titio.§.Titio.ff.de conditionib.& demonſtrationib. ſi non ſit ætatis legitimę duodecim annorum,debet expectari,quòd ſit ætatis legitimę.l.ſancimus la prima.C.de nup. Si verò ſit ætatis legitimę poterit peti præſtita cautione de nubendo:quia ſufficit,quòd cauſa inſtet propter quam relinquitur : quia ante nuptias poſſunt fieri aliquæ expenſæ. Vlterius Bartolus in dicto §. Titio genero. dum arguit de dicta l.ſi fundum.§. Iulianus.& de dicto §. Titio genero. dum refert opinionem Dini tenet: quia quando ſit legatum ſub modo nubẽdi per modum cauſæ finalis, quòd tunc deficit legatum per caſum mortis: ſecus ſi per modum impulſiuum. dicta l. ſi fundum. §. Iulianus. ſed Bartolus dicit quòd Dinus loquitur contra caſum legis:quia in dict.§.Iulianus.erat cauſa finalis:quia reſpiciebat commodum alterius: & ideò tenet Bartol.quòd in dict.§. Titio.legatum
9 ſit condionale: † & ideò non trãſmittitur ad hæredem.Nec obſtat verſicul. purum.quia mutatur caſus. ſed in d. l.ſi fundum.§. Iulianus. legatum erat ſub modo: & ideò ſi deficiat per caſum mortis, remanet validum & tranſmittitur ad hæredem . legatarij: & idem tenet in l.in teſtamento.la ſecunda ff.de conditionib.& demonſtrationib. & idem tenet in l. Lucius §.quiſquis.la prima.ff.de legatis ſe-
10 cundo.& in §.ad te.in eadem l.vbi tenet,quòd † illa dictio pro,facit modum.& ita etiam tenet idem Bartolus in dicta l.ſi fundum.§.Iulianus ſi Titio. ff.de legatis primo. Sed idem Bartolus in l. quibus diebus.§.Termilius.ff. de cõditionibus & demonſtrationib. videtur ibi tenere, quòd iſta dictio pro, faciat modum quando adijcitur aliquid futurum. dicta l.ſi quis pro redemptione. Et tandem ibi format quæſtionem, quando teſtator aliquid relinquit nomine dotis puellarum,vel pro redemptione captiuorum, an faciat conditionem vel modum.& tandem diſtinguit, an relinquatur nomine dotis puellarum pauperum in genere:& tunc facit modum: quia non pendet ex futuro euentu, cùm ſemper ſint pauperes. Si verò relinquatur nomine dotis alicuius certæ perſonæ:tunc facit conditionẽ,& pendet ex viribus fortunæ, an maritetur vel ne. & pro primo dicto quando relinquitur nomine pauperum in genere facit l.nulli.C.de epiſc.& clericis. & vlterius idem Bartol. in dicto §. Termilius. tenet,quòd modum non impedit tranſmiſſionẽ:quia ſi legatarius moriatur antequàm ſit adimpletum legatum,quòd tranſmittitur ad hæredes.l.prima.C. de his quæ ſub modo: niſi eſſet talis modus, qui non poſſet impleri per hæredem: ſecundum Bartolum ibi. idem verò Bartolus in l. ſecunda.§. Titio. ff.de donatio.tenet quòd vbi modus inducit cauſam finalem, in vltimis voluntatibus, tunc ſi deficiat per caſum fortuitum, nihilominus valet legatum . allegat dictam l.ſi fundum.§.Iulianus ſi Titio.ff.de legat.primo.ſecus in contractibus.de quo
11 vide ibi per gloſſ. quę tenet, † quòd in dubio præſumitur cauſa impulſiua . de quo etiam vide per Alexandrum de Imol. in addition. ad Bartol.Baldus verò in dicto §. Titio genero.in textu, dum ibi dicitur,manet apud hæredem:quia deficit cauſa finalis:ſecundum Dinum. & tandem in verſicul.antepenult.not.quando matrimonium impeditur per caſum quod relictũ nomine dotis efficitur caducũ. Nec obſtat dicta l. ſi fundum. §. Iulianus. quia ibi modus non erat cauſa finalis. nec obſtat ſi dicatur quòd reſpiciebat fauorẽ alterius:& ſic videtur cauſa finalis.dicta l. Titio. Quia ad iſtud reſpondetur ſecũdum Baldum ibi, quòd modus non cohęrebat relicto:ſecus in dict. §. Titio genero.vel ſecundum Petr. poteſt reſponderi quòd in dicto §.Iulianus. implementũ modi reſpicit fauorem vnius, & legatum reſpicit fauorem alterius.& ideò ſi deficit per caſum non tamen deficit legatum.& ita tenet Angelus in dicta l.prima.C.de inſtitutionib.vel ſubſtitutionib. ſub conditione factis. idem verò Baldus in dicto §. Titio genero. tenet opinionem Bartol.
12 ibi, quòd † tale legatum nomine dotis ſit conditionale:ſicuti quando relinquitur in tempus nuptiarum.l.cui fuerit. & l.cùm ita.ff. de conditionib. & demonſtrati. & pro hoc facit l.ſancimus.la prima. C.de nupti. & ita videtur in propoſito in caſu iſto: quia dicta teſtatrix in dicto legato reſtrinxerit dictum legatum ad tempus nuptiarum ſeu deſpõſationis, dum voluit ſolui pro primò termino die deſpõſationis quinquaginta florenos cum d.zona:licèt ad iſtud poſſet reſpõderi,ꝙ licèt modus deficiat per caſum,quòd expectetur dies,& ætas nubilis.ar. l.in illa.cum ibi notatis.ff.de verborum obligationibus. Veruntamen quia dicta teſtatrix voluit exſpectari tempus deſponſationis ſeu nuptiarum &

etiam poſt per annum quò ad vltimum terminum ſolutionis, & ideò videtur fuiſſe voluntas teſtatoris, quòd verè adimpleatur ſolemnitas nuptiarum. dicta l.ſancimus.la prima.C.de nuptijs. & ideò licèt deficiat per caſum mortis,non habere pro adimpleta: ſicuti quando teſtator mandauit verè adimpleri: iuxta notata per Baldum, in l. ſi pater. C. de inſtitut.&ſubſtitu.ſub conditione factis, in tertia quæſtione. Idem verò Baldus in dicta l. prima. eodem titu.dum apparet de dicta l.ſi fundum.§.Iullianus.tenet, quòd vbi deficit modus per caſum,valet legatum: ſecus in conditione. Idemverò Baldus in l.generaliter.C.de Epiſcop.& cleric.format quæ
13 ſtionem † quando teſtator legat puellæ vt nubat vel ad maritandum an poſsit petere antequàm nubat: & quid ſi decedat antequàm nubat an tranſmittat ad hæredes ſeu ad matrem. & ibi refert Vmber.tenere quòd tranſmittitur ad hæredē, & quòd præſumatur cauſa impulſiua, licèt ibi Baldus aliter videatur tenere. Salicetus verò in l. j. C. de his quæ ſub mod. videtur adhærere oppinioni Dini quando modus eſt cauſa finalis vel ne. de quo ibi plenè per ipſum. Alexandr. verò de Imol. in dict.l. prima.C.de inſtituti.& ſubſtitu.ſub conditi. refert oppiniones quando modus deficit per caſum fortuitum: iuxta dictam l.ſi fundum. de quo ibi latiùs per ipſum, vide etiam Baldum in l. prima. C.per
14 quas perſonas nob.acquira. † quòd illa dictio pro, inducit cauſam finalem.vide etiam in dict.l.fina.ff. de donatio.an quis eſſet aliâs relictus.vel ne.& per gloſſ.in dict.l.prima. de inſtitu.& ſubſtitutio. ſub conditio. Adde de matrimonio per Angel.Aret.inſtitu.de action.§ faciat.an legatum dotis ſit conditionale, & ibi quando relinquitur mulieri pro ſe maritando: quia tunc quando fit mentio de cauſa nuptiarū,tūc requiritur quòd inſit,nec ſemel.§.ſi in habitationē.ff.quando dies legati cedat.de quo ibi latiùs per ipſum. Vide Baldum poſt Cynum in l.generaliter.C.de epiſcop.&cleric.& in l.ſancimus.C. de nupt.in l.ex his.C.quando die.lega.cedat.quando dies adijcitur ſolutioni vel legato. Adde Ange. in l.Seius Saturninus. ff.ad Trebellianum. quando teſtator relinquit centum pro dote filię: eiquē præſtari iuſsit cùm nuberet, ſi decedat antequàm nubat,non tranſmittit legatum allega.l.ſed ſi conteſtatur. ff.de manu.teſtamen.quia tale tempus eſt inſertum.& idem tenent Ioan. & Alexan.de Imol. in dict.l.Seius. Adde quòd præfixio termini ſolutionis legati non reddit legatum conditionale,nec impedit tranſmiſsionem legati. Adde Paul.de Caſt. in d.l. Titio.§. Titio genero. ff.de conditionib. & demonſtrationib. vbi videtur tenere in extraneo quòd legatum pro dote cenſetur ſub modo ſeu purum,& hoc tenēt omnes vſque ad Bartol. qui intelligit quòd dictus verſicul. ante nuptias.dum ibi dicitur quòd eſt purum mutetur caſus. & tandem tenet opinionem Bartol.& reſpondendo. l.qui filiū. ff.vbi pupilli educar.

SVMMARIVM.

1 *Relictum filiæ ſub cōditione nubendi alicui ſi per ipſam non ſtet,conditio pro impleta habetur.*
2 *Quid ſi conditio in viri perſonam appoſita ſit, & conditionem adimplere recuſat?*

Quæſtio DCCCLIX.

1 QVAERITVR quia quando † relinquitur filiæ ſub conditione nubendi alicui, & non ſtat per ipſum,quòd conditio habetur pro impleta. ſed quid econtrà quando conditio nubendi
2 non apponitur in perſonā filiæ, † ſed viri futuri & non ſtat per filiam, ſed per virum qui non vult nubere,an habeatur conditio pro adimpleta,& dicendum eſt quòd non: ſecundum Cynum: in dict.l.j. C.de instituti.& ſubſti.ſub condi.fact.allegat l. La beo.ff.de contrahend. emptio. quia debet fieri differentia,an conditio nubendi apponatur in perſonam inſtituti: & tunc ſi non ſtat per ipſum habetur pro adimpleta:ſecus ſi conditio nubendi apponatur in perſonam alterius. de quo ibi latiùs per Alexandrum de Imol.veruntamen in caſu quo conditio habetur pro adimpleta debet agi extraordinario auxilio.l.ſecunda.C.de inſt itutio.& ſubſtitu.licèt etiam poſsit agi actione ex teſtamento. de quo ibi per Alexandrum, & per Bartol.in l.in teſtamento.la ſecunda.ff.de conditionib.& demonſtration. & aliâs ſcripſi de hac materia, quando legatur nomine dotis filiæ: & an filia poſsit petere legatum antequàm nubat: & an debeat nubere de conſenſu & ex deliberatione parentum ſcripſi in alio volumine maleficiorum & contractuum. fol.cxxxvij. vide etiam Paul.de Caſtr. conſilio lxxj. incipiente Viſo dict.puncto.vbi tenet,ꝙ filia poteſt petere legatum dotis antequàm nubat. Et idem quando relinquatur ad maritandū,vel pro ipſa maritanda:quia non debet explicari erat nubilis.

ARGVMENTVM.

Executores an teſtamenti relictum pro maritandis filijs non niſi nubilibus diſtribuere poſſunt.

ARGVMENTVM.

1 *Relictum ut puella nuptui daretur quòd ætas nubilis, ut detur relictam expectanda non ſit.*
2 *Relictum pro puellis nuptui dandis in genere conditionale non eſt: ſecus ſi certæ perſonæ.*

Quæſtio DCCCLX.

QVAERITVR quando teſtator ordinauit diſtribui per eius executores mille aureos pro puellis maritandis: an executores poſſint diſtribuere dictum legatum in puellis quæ nōdum ſunt ætatis nubilis: Et videretur dicendum quod non,ſed quod debeat intelligi de puellis ætatis nubilis. l.ſancimus.la prima.C.de nupt.l.quòd pupillæ.ff.quando dies lega.ceda.l.condi.la prima.ff. de conditionib.& demonſtra. & hoc tenet Baldus in dicta l.ſancimus. quando fit mentio de puellis in
1 genere. † Si autem dicatur in ſpecie pro puella maritanda: tunc non eſt neceſsè expectare ætatem nubilem ex quo teſtator etiam eligat.& iſtam differentiam facit Bartolus in l.quibus diebus. §.Cornelius. ff.de conditionibus & demonſtrationibus.
2 quando † fit relictam dotis pro puellis maritandis in genere, quòd tale legatū non eſt conditionale:ſecus ſi certę perſonæ fiat.Pau.de Caſtr.in d.l. Titio.§.

Titio.§. Titio genero.ff.de conditio.& demonſtr. refert opiniones.& inter cætera tenet, quòd quando teſtator relinquit pro puella maritanda, & licèt Barto.teneret, quòd tale legatum ſit purum,& ꝙ poſsit peti ante nuptias præſtita cautione: tamen Paulus de Caſtro tenet contrarium: quia cenſetur relictum pro dote,niſi quãtitas relicta eſſet parua. de quo ibi latiùs per ipſum.

ARGVMENTVM.

Relictũ pro maritandis virginibus,an in alios vſus conuerti poſsit.

SVMMARIVM

1 *Pecunia relicta pro conſtructione hoſpitalis, ſi non ſuppetat, quòd in alios uſus conuerti poſsit.*

2 *Relictũ filiæ virgini,in dubio pro dote relictũ intelligitur.*

Quæſtio DCCCLXI.

QVAERITVR quando teſtator fecit relictum pro virginibus maritandis, an poſsit conuerti ad alios vſus:& dicendum eſt, quòd ſic. l. legatum.ff.de vſufruct.ſecundum Baldum in l.j.C.
1 de hijs quæ pœnę nomi.relinq.in fi. † Et idem relinquitur certa quantitas pro conſtructione hoſpitalis; quia tunc ſi non ſuppetat, poterit conuerti ad alium vſum.Et hæres non poteſt compelli ad ſup-
2 plendum: ſecundum Baldum ibi. † Veruntamen quando fit legatum filiæ virgini in dubio intelligitur relictum pro dote:ſecũdum Bart.in l.quod ſ autem.ff.de iur.doti.& Bald.in l.nullũ.C.de iur.doti.

ARGVMENTVM.

Relictum dotis an & quando ſit conditionale.

SVMMARIVM.

1 *Relictum pro dote cõditionale eſt,ſi ſolutio ad nuptiarum tempus referatur.*

2 *Legatum factum puellæ ut nuptui tradetur, quòd ubi ad annum duodecimum peruenerit,præſtita de nubẽdo cautione legatum conſequetur.*

3 *Legatum dotis factum filiæ quatenùs ad legitimam aſcẽdit, purum eſt.*

4 *Legitima ſine grauamine eſſe debet.*

5 *Legatum dotis in eo quòd legitimã excedit,cõditionale eſt.*

6 *Conditio ineſt in contractu dotis.*

7 *Puella cui dos legata eſt ſi ante nuptias legatum extinguitur & euaueſcit.*

8 *Legatum dotis ad hæredes tranſmittitur,ſi puella in ætate nubili obdormiat in domino.*

Quæſtio DCCCLXII.

QVAERITVR redeundo ad materiã legati dati de quo ſuprà fuit tactum quæſtione dccclviij.habetur per Angel. Aretin. inſtitu. de actio.§.fuerat.verſic.vlteriùs quæro. Vbi in effectu refert opinionem Dyni & Bartol. in l. Titio centum §. Titio genero.ff. de condition.& demonſtr.
1 quia † quando relinquitur pro dote ſe referẽdo ad tempus nuptiarum, dicitur conditionale: & tunc requiruntur duo,videlicèt quòd puella peruenerit ad ætatẽ nubilem:& ꝙ nuptiæ cõtrahantur. l.hæc cõditio.ff.de cõditio & demon. l.ſi pupillę.ff.quan
2 do dies lega.ced. † Si verò fuerit relictũ pro puella maritanda vel ad ſe maritandum: & tunc ſi relinquitur, cùm hoc quod non poſsit peti ante tempus nuptiarum: tunc requiritur ꝙ cauſa propter quam relinquitur, inſit.l. nec ſemel. §. in habita.l.quando dies legat.ced.Si verò puella peruenerit ad ætatem legitimam duodecim annorum: tunc poterit peti etiam antequàm nubat præſtita cautione de nubendo:quia non requiruntur nuptiæ: quia poſſunt fieri plures expenſæ ante nuptias. Verũtamen in caſu iſto dicta Ioãna Fotane teſtatrix videtur retuliſſe ad tempus nuptiarum: cùm ordinauerit dictum legatum ſolui in maiori parte tẽpore deſponſationis puellæ,licèt ibi conditio ſeu modus reijceretur,nõ deberet attẽdi dies adiecta cõditioni:iuxta notata per Barto.in l.cùm tale.§,iuuare. ff. de conditio.& demonſtra.& in l.in illa.ff.de condition.& demonſtratio.Et præmiſſa procedunt in extraneo:
3 ſecus † in patre aut matre aut alia perſona vbi debetur legitima: quia tunc quando relinquitur pro dote filiæ:tunc quatenùs aſcendit ad legitimã: tale legatum dotis eſt purum: adeò, quòd ſi puella decedat ante nuptias:tranſmittit legatum ad eius hæredes.Et ita etiam tenet Bartolus in l.qui negotia-
4 tionem.§.pupillo.ff.de adminiſtratio.tutor. † quia dilatio ſeu omne grauamen ſubijcitur & remouetur de legitima.l.cum inferioribus.C. de inofficio. teſtament.& ibi per Bald.& in authen.generaliter.
5 C.de Epiſcop.& cleri. † Si verò tale legatum dotis: excedit legitimã filiæ quatenùs excidit legitimam, dicitur conditionale:ſecũdum Bartolum in dict. l. qui negotiationem.§.pupillo. Bald. verò in l. item quia.ff.de pact.tenet,quòd licèt promiſsio dotis cõtineat in ſe conditionem.l.ſancimus.C.de nupt.ſecus in legato dotis:quia non eſt cõditionale: ſed cõtinet in ſe modum,& eſt ratio differentiæ:ſecũdum Cyn.in l.j.C.de inſtitutio.& ſubſtitutio.ſub condi-
6 tio.in iij.quæſtion. † quia in contractu dotis ineſt conditio.l.dotis.ff.de iure dotium.Et quia in teſtamentis fit plenior interpretatio.l.in teſtamentis. ff. de regul. iur. licèt Bald. in dict. l. item quia.reddat aliam rationem, videlicet quia promiſsio dotis in contractu venit acceſſoriè ad matrimonium: ſecus
7 in legato dotis. Veruntamen † tale legatum dotis cõtinet in ſe modum,& debet impleri.& ſi ante nuptias decedat puella,extingueretur legatum etiam ſi fuerit dictum pro maritanda puella: quia deficit cauſa finalis.dict.§. Titio genero.& pariter non poterit peti ante annos nubiles: ſecundum Bald. ibi. allegat caſum in l.thays.§.ſpendofforus.ff.de commiſſar. liberta. Vnde ſi pater relinquit filiæ pro ea maritanda,interim non habebit dotem: ſecundum Bald. allegant l. qui filium. ff. vbi pupil. educ.debe. de hac materia etiam habetur per Baldum in l. fin.C.de liber.præterit.& in l.ſi pater.C. de inſtitu.& ſubſtitutio.& in l.filia legatis.C.de legat.& in l ſancimus.C.de nup.& ibi tenet,quòd eſt purum.& in l.j.C.de priuileg.dot.& in l.non ſine. C. de bon. quæ liber. & in dict. l.ſui filij. vbi tenet Bald. quòd incontinenti,quòd puella eſt nubilis, quòd poſsit peti,& quòd ante tempus nubile debẽt præſtari alimenta: ſecundum Baldum in l. j. §. ius naturale. ff. de iuſtitia & iure.& per Paulum de Caſtro conſil. lxxviij.incipien. Viſo.& per Paulum de Caſtr.in authentic. nouiſsima. C.de inofficio.teſtamen. & per Ioannem Andræam in additio.ad Speculatorem in rubric.de ſtatu monachorum.& per Bartachin.

in repertorio.ſuper verbo legatum dotis.& ibi verſiculo trigeſimò refert plures doctores tenere, quòd puella moriẽte infrà nubilem ætatem, quòd tranſmittit legatum ad hæredes. Et ideò eſſet videndum ſi dicta puella eſſet ætatis legitimæ vel non.; vltrà cuius complectoris.

SVMMARIVM.

1 *Legatum dotis factum puellæ nubili, quòd non, niſi tribus annis effluxis puella matrimonio iungatur.*

Quæſtio DCCCLXIII.

QVAERITVR quando relinquitur pro dote puellæ quæ eſt legitimæ ætatis infrà quantum tempus debeat expectari ad nubendum?
1 Et in effectu † debet expectari per triennium poſt tempus pubertatis: ſecundum Bartolum in l. penultima. C. quãdo & quib. quarta pars. Et ita etiã nota. in l. hæc conditio. ff. de conditionib. & demonſtrationibus.

SVMMARIVM.

1 *Ius retentionis an in bonis uſusfructus finito uſufructu competat.*

Quæſtio DCCCLXIIII.

QVAERITVR ſuper cauſa ſupplicationis honorabilis & diſcreti viri magiſtri Petri Botini, contra magiſtrum Franciſcum Botini: vbi in effectu experitur vigore ceſsionionis ſeu remiſsionis ſibi factæ per hæredes Franciſci Marciliæ quondam de bonis hæreditarijs exiſtentibus in hac ciuitate Grationopol. Et alibi per tres leucas, & maximè reſpectu cuiuſdam domus exiſtentis in hac ciuitate Grationop. ante carceres portę troynę, in qua dictus Franciſcus Marcilię teſtator legauerat Margaritæ Botinæ eius vxori habitationem & vſumfructum dictæ domus quandiu vixerit & fuerit in humanis: ac vitam duxerit vidualem: & à ſecundis nuptijs ſe abſtinuerit, & aliâs prout pleniùs in dicto teſtamento cõtinetur, ita quòd dicta Margarita vſufructuaria ab humanis deceſsit relicto & ſuperſtite dicto Franciſco Botini eius hęrede teſtamẽtario qui fecit dictam domũ ſibi expediri ſaltem pro quarta parte: & pro reliquis partibus ius retentionis ſibi cõpetere pro eo: quia dicti hæredes Franciſci Marciliæ fecerunt ceſsionem Ioanni quondam Botini & dicto Petro mediantibus quinquaginta florenis promiſsis, & dictus Ioannes Botini fecit eius hæredes dictum Petrũ Botini & Hugonem Botini, & conſequenter dictus Hugo Botini fecit ſuum hæredem dictum Franciſcum Botini volendo etiam prætendere quòd competit ſibi ius retentionis pro quibuſdam debitis & legatis, ſed ex aduerſo replicatur pro parte dicti Petri Botini, quòd per mortem dictæ Margaritæ Botinæ extinguitur ipſo facto vſusfructus: vt inſtitu. de vſufructu. §. finitur vſusfructus. & ꝙ non poteſt compe
1 tere ius retentionis dicto Franciſco Botini: † quia ſi appareat, quòd intrauerit dictam domũ: hoc fuit vitiosè ex quo vſusfructus finitur per mortem, & ſic non competit ius retentionis. l. prima. §. rediguntur. quia dicta vſufructuaria poſsidebat nomine proprietarij ſaltem quò ad proprietatem: & ſic ante omnia finito vſufructu pro vſusfructus conſolidatione cum proprietate & ſic cõpeteret remedium. l. ſi quis conductionis titul. C. locati. Et ita etiam tenet gloſſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. ſi certum petatur. & ibi per Bartolum, & in l. ſi non inducta. C. in quibus cauſis pign. tacitè cõtrahi. vbi fit differentia quando res peruenit ad aliquem vitiosè vel ne, vt poſsit vti iure retentionis, vel nè. & maximè non poteſt vti iure retentionis quando res peruenit ad aliquem de voluntate domini, vt poſt tempus non cõſtitueretur aliquod ius: quia tunc ceſſat voluntas domini. l. finali. C. commodati. cum ibi notatis per Bald. prout eſt in caſu iſto.: quia finito vſufructu ceſſat voluntas teſtatoris: quia voluere reddere dictam domum ad eius hæredes: & ſic non poteſt retineri pro alia re, & maximè quando cauſa retentionis non cohæret rei: aliâs ſecùs: quia tunc benè competeret ius retentionis: vt puta pro expenſis & melioramentis factis in re de qua agitur. l. colonus. ff. de vi & vi armata. l. in rebus. §. poſſunt. ff. commodati. l. Paulus. ff. de doli exceptione. ſecundum Baldum in dict. l. ſi centum. & Baldus in dict. l. fi. Sed in caſu iſto dictus Franciſcus Botini, non prætendit aliqua debita cohærentia rei: ſed extra rem. Et licèt ſe prætendat hæredem dictę Margaritę: tamen illud ius vſusfructus dictæ domus cùm ſit extinctum non venit in petitione hęreditatis. l. non tantùm. §. ſeruitutes. ff. de petio. hæredita.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum pro alio quàm parte præſtitum non, niſi mandatum principale habeat, aut procurator ſit cum libera, uel in rem ſuam ualet.*

2 *Iuramentum præſtitum non ſecundum formam quæ dictatum eſt, non ualet.*

Quæſtio DCCCLXV.

QVAERITVR quia dictus Frãciſcus Botini produxit quoddam manuale cuiuſdam cauſæ: aliâs agitatæ in curia cõmuni Grationop. Ad inſtantiam honorabilium virorum Bertrandi Roſſeti, & Gulielmi Charpinelli, contra magiſtrũ Petrum Botini, in qua cauſa dictus Petrus Botini fecit annotari Hugonem Botini eius fratrẽ, & ibi petijt ipſum interrogari, an ſit hæres dicti Ioannis Botini, qui confeſſus fuit ſe eſſe hæredẽ pro ſemiſſe & tandem Andræas de Cizarnio procurator dicti Petri Botini, propoſuit ꝙ dicta obligatio de qua agebatur proceſſerat pro debitis & hęreditate dicti Ioannis Botini, quòd ante dictam obligationem dictus Hugo Botini quictauerat & remiſerat dicto Petro Botini omnia iura & omnes actiones, quas habere poterat in dictis bonis: & quòd ſuper hoc tradidit ſchædulam manu ſua ſcriptam, quam perdidit idem Petrus: vt eſt paratus iurare, & ſuper premiſsis vltrà ſtare iuramento dicti Hugonis aut quòd habeat referre. Et ibidem iuramentum non fuit acceptatum. Sed Coques procurator dicti Hugonis Botini

gonis Botini ſe oppoſuit, dicendo non eſſe reſpondendum dicto propoſito. & conſequẽter in alia dieta fuit, ordinatum per, dominum iudicem curiæ cómunis quòd dictus Hugo veniat iuraturus aut relaturus. Et deinde in alia dieta comparuit dictus Hugo Botini citra reuocationem eius procuratoris, & reſpondit dicto propoſito cum iuramento. & illud negaret fore verum petendo ſe relaxari cũ expenſis, & aliàs prout pleniùs apparet per extractam manualis traditæ dicti manualis dictæ curiæ communis Grationopol. Nunc quæritur † ſi dicta
1 præſtatio iuramenti præſtiti per dictum Hugonem Botini de iure teneat. Et dicendum eſt quòd non, nec in aliquo præiudicat dicto Petro Botini: quia non apparet de ſpeciali mãdato dicti Andreæ de Cizerino, aut quòd fuerit procurator cum libera, vel in rem ſuam. l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. procurator. ff. de iureiurand. Præterea licèt ſit differentia inter iuramentum litis deciſiuum, quod eſt veritatis & iuramentũ de credulitate. l. iuſiurãdum. & ad pecunias. in princip. ff. de iureiurand. Veruntamen præſuppoſito ſed non cóceſſo & citra præiudicium veritatis, quòd dictus Hugo Botini iurauerit per verbum veritatis negatiuè, tamen dicta præſtatio iuramenti non tenet de iure: quia dictum iuramentum non fuit acceptatum incótinenti, & in prima dieta, in qua fuit delatũ: & ita not. text. quo iuramentum non fuit remiſſum, non tenet præſtatio iuramenti ex interuallo ſubſequente, l. non erit. § fin. cum l. ſequenti. ff de iureiurand. & ibi per gl. & Bart. † Et maximè cùm non fuerit iuratũ ſecundum formã quæ fuit delatum. l. iij. §. iurari. & l. qui per ſalutem. ff. de iureiurand. Nec obſtat ſi dicatur, quòd ille qui defert iuramentũ debet priùs iurare de calumnia. l. ſi non fuerit. ff. de iureiurand. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd hoc verum, quãdo fuit petitum iurari de calumnia, aliàs ſecus. l. iuſiurandum & ad pecunias. §. qui iuſiurandum. ff de iureiurand.. & per conſequens nõ impeditur dictus Petrus Botini iuſtificare, in hoc proceſſu dictarũ quitationum ſibi factarũ per dictum Hugonẽ Botini non obſtante dicto, prætenſo iuramento per ipſum præſtito.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio cum cauſa facta, an cauſa non ſequuta teneat.*
2 *Ceſſionarius ſecundus an & quando primum præuenire poteſt.*
3 *Debita quæ cohærent rei ſunt ante omnia detrahenda & ſoluenda.*
4 *Producens inſtrumentum an approbare uideatur.*
5 *Producens inſtrumentum omnia contenta in inſtrumento uera eſſe confiteri uidetur.*
6 *In contractibus ultrò citróque obligatorijs, contractũ pro ſui parte adimpletum probare oportet.*
7 *In reſtitutione hæreditatis ante omnia legata & ſoluta per poſſeſſorem iure retentionis detrahenda ſunt.*
8 *Quid in iudicio diuiſorio familiæ erciſcundæ?*
9 *Reconuentio in iudicijs quæ non concernit rem litigioſam an in ſummarijs iudicijs ſit admittenda.*
10 *Confeſſio extraiudicialis geminata etiam in abſentia ualet*
11 *Teſtes ſingulares fidem faciunt quando locus aut tempus non ſunt de ſubſtantia actus.*
12 *Confeſſio extraiudicialis geminata uim iudicialis habet.*

Quæſtio DCCCLXVI.

QVAERITVR quia dictus magiſter Petrus Botini obtinuit ſecũdam ceſsionem bonorum, & hæreditatis dicti quondã Franciſci Marciliæ ſibi factam inſolidùm. per hæredes dicti quondam Marciliæ, an debeat præferri dictæ primæ ceſſioni factæ dicto Petro Botini & Ioanni Botini quondam: quia vt præſupponitur in facto dictus Ioannes Botini non adimpleuit pro ſui parte: quia
1 non ſoluit † medietatem pretij quinquaginta florenorum primæ ceſsionis. Nec pariter ſoluit onera hæreditaria: & ſic quòd non tenet dicta prima ceſſio ex parte cauſæ non ſequutæ, etiam quando agitur in contractibus nominatis: quãdo cauſa finalis cadit in cõtractu: vti quia partes aliter non fuiſſent initæ contractum. l. cùm te. C. de pactis conuent. s. iuxta notata per gloſſam & doctores in l. finali. ff. de condictio. ob cauſ. & in l. ij. §. fina. ff. de donatio. & maximè quando ex ſecunda ceſsione quis primo cõſecutus fuiſſet traditionem rei iuxta l. quotiens. C. de rei vendicatione. Veruntamen ſub hac quæſtione Baldus in l. iij. C. de nouation. format quæſtionem quando fit ceſsio duobus inſolidùm diuerſis temporibus, an ſecundus poſsit præuenire pri-
2 mum: † & tunc diſtinguit aut intentat actiones directas nomine cedentis, & tunc dicẽdum eſt, quòd ſic, aliàs non, allegat textum ſingularem. in l. quocunque. § Gaius. ff. de lega. j. & ita eſt in propoſito: quia dictus magiſter Petrus Botini primò prouocauit ad iudicium. & expertus eſt vigore dictę vltimæ ceſsionis. Tum etiam præſuppoſito ſed nõ conceſſo citra præiudiciũ veritatis, quòd cõpeteret dicto Franciſco Botini quarta pars in dicta domo, de qua agitur tanquàm hæredi dicti Hugonis Botini eius fratris cohæredis dicti Ioannis Botini ex medijs ſuprà declaratis: tamen competit antè omnia dicto Petro Botini ius retẽtionis in dicta domo pro dicta quarta parte, ratiõe quartæ partis pretij quinquaginta florenorum prætextu, receptionis & remiſsionis factæ per hæredes dicti Franciſci Marciliæ dictis Petro & Ioanne Botini fratribus, & etiã reſpectu onerum ſolutorum per dictum Petrum Bo-
3 tini: † quia talia debita ſoluta ante omnia debent detrahi de hæreditate: quia cohærent rei, prout ſupradictum fuit: ſecundum Baldum in dicta l. final. C. commodati. l. in rebus. §. poſſunt. ff. de pignora. actio. Nam ex quo dictus Frãciſcus Botini produxit primã ceſſionem factã per Ioannẽ & Claudiũ Marciliæ fratres hæredes teſtamẽtarios dicti Franciſci Marciliæ factam dictis Ioanni & Petro Botini de dictis bonis hæreditatis Franciſci Marciliæ exiſtentibus in hac ciuitate Grationopol. & in circuitu per tres leucas cũ omni onere vt honore eorundem bonorum, & vltra quòd habeant ſoluere quinquaginta florenorum monetę tunc currentis, & aliàs prout apparet actis folio quadrageſimo-
4 quinto. Sequitur dicendum † quòd talis ceſsio facit fidem contra producentem cùm ipſam producendo ipſum approbauerit. l. cùm precum.

C.de liberal.cauſ.c.cùm olim.& ibi per Inno.& Pa
5 normi.de cenſib.vbi volunt, † quod producens inſtrumentum videtur confiteri omnia contenta in inſtrumento prædicto eſſe vera.& ita eſt in propoſito : quia dictus Franciſcus Botini ante omnia debet ſoluere quartam partem dictorum quinquaginta florenorum pro pretio dictę ceſsionis ſolutorum per dictum Petrum Botini.l.Iulianus.§.offerri.ff. de actio.empt.l.quæro.§.interlocutorem.ff.locati. l.curabit.& l.fructus.C.de act.empt. & pariter tenetur ſoluere quarta partem legatorũ,& aliorum onerum dicti Franciſci Marciliæ.per dictum Petrum Botini ſolutorũ:quia forma ceſsionis productæ per dictum Franciſcum Botini hoc habet.† Et in iſtis contractibus vltrò citroque obligatorijs oportet probare cõtractum pro ſui parte adimpletum. l.§. offerri.ſecundum gl.in l.fiunt.ff.de iureiuran.Bart. in l.ſi ſoluturus.ff.de ſolut.Bal.in c.j.qualiter.quis proprie.priuat.Alexand.de Imol.conſil.ccxxiij.in ij.volumine incipien.Viſa facti.& per conſequens dicta debita & legata onera hæreditaria dicti Franciſci Marciliæ ſoluta per dictum Petrum Botini cohęredem ante omnia debent detrahi.Et pro quibus ſibi competit ius retentionis in dicta domo, de qua agitur,quæ fuit de bonis hæreditarijs dicti Frãciſci Marciliæ pro quarta parte quam prætendit dictus Franciſcus Botini ſibi pertinere : quia dicta debita & onera ſunt intrinſeca,prout ſuprà dictum fuit.Et pro hoc videtur caſus in l.quod ſi poſſeſſor. ff.de petitio.hæredita.& in l.de hæreditate.C.eod.
7 titu.vbi habetur,† quòd in reſtitutione hæreditatis ante omnia debeiẽt detrahi legata & debita ſo-
8 luta per poſſeſſorem iure retentionis.† Et idem eſt in iudicio diuerſorio familiæ erciſcundæ.quando vnus cohæres manuleuauit ſumptus aut alia onera ante omnia debent detrahi iſtæ præſtationes factæ.l.hijs cõſequentur.§.ſumptum.l.item ex diuerſo.l.idem Labeo.§.familiæ erciſcundæ.ff.familiæ erciſcundæ §.item ſi inter.inſtitu.de oblig.quę ex quaſi contractu.& not.per gloſſ.& Angel.Areti.in §.quædam inſtitu.de actio.faciunt nota.per gloſſ. Bart.& Bald.l.fin.§.in cõputatione.C.de iure de-
9 liberand.† Quantum autem ad petitiones reconuentionales factas pro parte dicti Franciſci Botini quæ non concernunt debita & onera hæreditaria dicti Franciſci Marciliæ non debent admitti in hoc iudicio ſummario.Cùm requirant altiorem indaginem.l.iij.§.ibidem.ff.ad exhibend.iuxta nota. per glo.in clemen.ſæpè.§.verum.de verbo.ſignific. quia natura iſtius iudicij non patitur reconuentionem,cùm finito vſufructu per mortem vſufructuarij,vſus fructus ipſo facto conſolidatur cũ proprietate.§.finitur.inſtitu.de vſufruct.Tum etiam:quia prout præſupponitur dictus Hugo Botini pluries extraiudicialiter cõfeſſus fuit qualiter ipſe remiſit dicto Petro Botini eius fratre omnia iura & actiones quæ ſibi competebant in dictis bonis & hæreditate Ioannis Botini eorũ fratris,& quòd ſuper hoc fecerat ſibi vnam appodixam eius manu ſcriptam,
10 & ita † talis confeſsio extraiudicialis etiam in abſentia partis valet,quoniam eſt generale . ſecũdum Bartolum in l.cùm ſcimus.C.de agric.& cenſi.lib. xj.facit l.vnica.C.de plus petitio.& l.ſi mulier.C.ad Velleian.& hoc etiam tenet Panormita.in c.ſi cautio.de fide inſtrumentor.& Paul.de Caſtr.in l.publica.§.fina.depoſi.facit quod habetur in cap.fina de ſucceſsio.ab inteſtato, Nec obſtat præmiſsis ſi dicatur quòd teſtes qui deponunt ſuper dicta confeſsione extraiudiciali geminata ſeu repetita ſunt ſingulares ratione diuerſitatis loci & temporis,ſicuti de teſtibus Suſannæ dicitur.Quia ad iſtud reſpõ-
11 detur, † quòd vbi locus vel tempus nõ ſunt de ſubſtantia actus de quo agitur, tunc teſtes ſingulares benè probãt,dum tamen tendant ad eundem finẽ. l.qui ſententiam.C.de pœn.& ibi Bald.ſecundum gloſſ.l.ob carmen.§.final.ff.de teſtib.quem ibi ſequitur Barto.c.nichil.de verbor.ſignificatio.& ibi per glo.quinimò ſecundum Ioan.Andreæ.ibi in nouella,vtiliùs eſt,quòd teſtes deponãt diuerſo modo quàm ſi deponerent per eadem verba, ne dicantur deponere eundem præmeditatum ſermonẽ, & hoc etiam tenet Speculator in titu.de iudic.inquiſitione.§.j.verſic.quid ſi vnus.Et ibi reſpondet ad c.mihi lominus.iij.quæſtio ix.quia loquitur quando tempus,vel locus ſunt de ſubſtantia actus.Sed in caſu iſto in cauſa ciuili locus vel tempus nõ ſunt de ſubſtantia & ita etiam tenuit dom.Guid.Papæ deciſio. cccccxliiij.& ibi refert pluries fuiſſe iudicatum in hac curia.Non obſtat etiam ſi dicatur, quòd dicta cõfeſsio dictæ remiſsionis videtur eſſe nuda,& ſine cauſa,& ſic quòd non habeat obſtare.l.cùm de indebito.§.fina.ff.de probatio.& dict.c.ſi cautio.de fide inſtrumen.quia ad iſtud reſpondetur, quòd ex quo dicta confeſsio fuit geminata, quæ habet vim iudicialis confeſsionis:ſecundum Bart.in d.l.cum ſumus.C.de agri.& cenſit.lib.xj.Et per conſequens cõfeſsio iudicialis etiam ſine cauſa tenet: ſecũdum glo.reputatam ſingularem in l.j.in fi.ff.de interro. actio.& talis confeſsio iudicialis tenet etiam in abſentia partis:quia iudex poteſt ſupplere pro abſente:ſecundum Cyn.in l.j.C.de cõfeſſ.in vij.quęſtio. & maximè quando eſt geminata confeſsio.per modum voluntariæ iuriſdictiõis,prout in caſu iſto vbi dictus Hugo Botini non arctabatur ad confitendum de quo etiam per Speculotorem in tit.de confeſsis.§.ſequitur.verſic.vij.& ibi per Ioan.Andr.in additio.& per Bart.in l.certum.§.ſi quis abſentem. ff.de confeſſ.

ARGVMENTVM.

Proprietarius vſufructu finito à proprietate vſufructuarium expellere non debet.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius naturaliter poßidet proprietarius verò ciuiliter.*
2 *Vſufructuarius ab vſufructu expellendus non eſt.*
3 *Poſſeßione ſua etiam iniuſta ſine cauſæ cognitione nemo priuandus.*

Quæſtio DCCCLXVII.

QVAERITVR an finito vſufructu proprietarius poſsit ingredi poſſeſsionem propria authoritate:iuxta § finitur.inſtitu.de vſufruct.
1 Et videretur prima facie dicendum ꝙ ſic. † quia licèt vſufructuarius poſsideat naturaliter.l.naturaliter.ff.de acquir.poſſeſ.tamen proprietarius poſsidet ciuiliter:vt ibi notatur.& in l.iij.§.ecõtrariò.& l.clam poſsidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquirẽ. poſſeſ.& maximè quãdo nõ reperitur reſiſtentẽ, vel non ſuſpicatur ſe poſſe repelli:vt not.in d.§.qui ad nundinas

nundinas.& l.ſeq.ſed in cōtrarium videtur veritas:
2 quia † vſufructuarius finito vſufructu non debet expelli,ſed debet agi contra ipſum.l.j.§.hoc autem. ff.vſufruct.quemadmodū.caue.l.fi.C.ſi per vim vel ali.ſecundum Archidiaconum in capitu.licèt Epiſcopus.de præbend.libr.ſexto. & ibi gloſſ.quæ tenet,quòd finito vſufructu proprietarius non poteſt propria authoritate accipere poſſeſsionem, & domi.Gui.Pap.in tractat. ſuper ſtatuto ſi quis per literas.ſuper verbo,etiā abſque violēti euocatiōe. † &
3 quia nemo debet priuari poſſeſsione ſua: etiam iniuſta ſine cauſę cognitione.capit.volumus.decima ſexta quæſtione quarta.l.fina. C.ſi cenſ. vel reliqui.& quia potuit competere ius retentionis colono,vel vſufructuario.l.colonū.ff.de vi & vi arma.d. cap.licèt Epiſcopus.

ARGVMENTVM.

Hæres conficiens inuentarium an teneatur deſignare bona quæ in ſua poteſtate non ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium fieri debet de omnibus bonis quæ defuncti mortis tempore reperiuntur.*

Quæſtio DCCCLXVIII.

QVAERITVR ſuper viſitatione teſtamenti Iacobi Gilleti de Mura conditi de anno M.cccc.die ſexta menſis Auguſti: vbi inter cætera ibi ordinata,dictus teſtator recognouit certas quictantias de dict. Ioānetæ Molaris eius vxoris,& quandiu vitam vidualem & honeſtam duxerit,ordinauit quòd ſit vſusfructuaria omnium bonorum ipſius teſtatoris quoruncunque mobilium: & immobilium abſque alia redditione computi,& quòd ſit tutrix Franceſæ Gilletæ eius filiæ & bonorum dicti teſtatoris:& dictæ Gilletæ quoruncunque vſusfructus relinquit ſub poteſtate dict. eius vxoris ipſam releuādo à confectione inuentarij inquantum poteſt:& caſu quo noluerit acceptare vſumfructum,relinquit ſibi certam pēſionem ibi deſignatam,aut preiſsias certarum poſſeſsionum ibi deſignatarū. Item inſtituit eius hæredem particularem dictam Franceſiam eius filiam in dcc.ſcutis aurei regij ſibi ſoluendis dum maritare ipſam contingerit per terminos ibi deſignatos, & quòd ſit inducta & quandiu ſtabit de ſe maritando, quòd habeat vſusfructus regimem & adminiſtrationem omnium ſuorum quoruncunque bonorum ipſius teſtatoris,cùm dicta Ioanneta Molare eius matre quantum ipſa Ioanneta voluerit exinde ipſa ſola ſine reddendo computum,prohibendo quòd dictus hæres ſuus vniuerſalis nullo modo habeat ſe intromittere dicto tempore durante,& quòd non fiat inuentarium per curiam aut alium:ſed quod de vſufructibus facere poſsit ad eius voluntatem. Item inſtituit eius hæredem vniuerſalē Cladiū Gilleti eius fratrem & ſuum hæredem ſeu hæredes quos voluerit.& modo contingit,quòd dicta vxor & filia ſunt in poſſeſsione bonorum, & dictus hæres poſt mortem defuncti, vult facere inuentarij, an teneatur deſignare bona quæ non habet in eius poteſta-
1 te. Dubium facit: † quia debent inuentoriſari omnia bona quæ reperientur de tempore mortis defuncti.l.fi.§.j.C.de iure deliberand.l.non tantū. in fine.ff.de peti.hæredi.etiam ſi teſtator eſſet in tenuta.& in hoc poteſt aſtringi vxor ad reuelandum & declarandum cùm iuramento: iuxta notata per glo.Bar.& Ioan.de Plat.in l.ij.C.quando & quib. quarta pars debe.

Quæſtio DCCCLXXIX.

QVAERITVR an dicta vxor debeat habere vſumfructum bonorum mariti,ex quo inſtituit eius fratrem hæredem vniuerſalem,qui dicitur extraneus in caſu iſto non obſtante, quòd ſuperſit filia ex quo eſt hæres particularis:iuxta nota. per gloſſ.& doctores in authentic.hoc locum. C.ſi vxori maritus vſumfructum relinquit.& per Bartolum in l. Titia.§.fina.ff.de legatis.ij.& quia etiam vſufructuarius debet accipere per manū hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ineptitudinis libelli in quacunque litis parte opponi poteſt.*
2 *Libellus ineptus lacerandus.*
3 *Exceptio ineptitudinis libelli,etiam in cauſa appellationis opponi poteſt.*
4 *Libellus alternatiuus reijciendus.*
5 *Libellus errorem manifeſtum continens, ipſo iure nullus eſt.*
6 *Citatio expreſſum iuris errorem continens ipſo iure nulla eſt.*
7 *Legatum factum ad uitam quòd proprietatis cùm uſufructu legatum ſit, non legatum formalis uſusfructus, & diſtinctus.*
8 *Dominium in contractu ſicut ad tempus transferri poteſt: ita & in ultima uoluntate.*
9 *Matrimonium à matre non à patre denominatum.*
10 *Offerens ſe præſtaturum quod de iure tenetur,quòd à condemnatione excuſetur.*
11 *Cautionem conditione pendēte teſtatorem remittere poſſe.*

Quæſtio DCCCLXX

QVAERITVR ſuper cauſa appellationis hæredis nobilis Mariæ Bartholomeę relictæ nobilis quondam Ioannis Franconis, contra nobilem Petrum Franconis eius filium vbi in effectu dictus Petrus Franconis actor originarius in præſenti inſtantia curiæ Grayſinodani, dedit eius ſupplicationem ſeu petitionem in qua concludit & petit prius petita & impertita venia compelli dictā Mariam eius matrem ad vtendū fruendū dictis bonis tempore eius vitæ,& prætenſi vſusfructus, ſalua rerum ſubſtantia,prout facere tenetur vſusfructuarius,& ſuper hoc debitam cautionem præſtandam pro futuro,& pro perditione & damno illato negligentia dictæ Mariæ:aut aliās in dictis bonis eandē Mariam compelli mandare ad ſoluendum de tali perditiōe & intereſſe,ad veſtram ordinationem:& ſuper qua ſupplicatione fuit lis conteſtata. & licèt talis petitio videatur inepta propter verba concluſionis,vbi petitur compelli impediendo ab executione:iuxta notata per Bartol.in l.j.C.de excutione rei iudica.& in l.ſi cùm nulla.ff.de re iudicat. & maximè quia non fuit poſitum verbum, condemnari,
1 & talis † exceptio ineptitudinis libelli poteſt opponere in quacunque parte litis.cap.examinata.de iu
2 di.ſecundum gloſſ.inſtit.de obliga.in princ.† Nam quādo libellus eſt neptus debet lacerari dentibus.

l.j.ff.ſi mẽſor.falſ. mod. dixerit:ſecundum gloſ.in l. j.ff.de officio aſſeſſor.& talis exceptio ineptitudinis libelli,etiam poteſt opponi in cauſa appellationis.capitu.cùm dilecti.de emptioni.& venditio. & ibi Panormi.& attento quia dicta concluſio ſuppli
4 cationis eſt alternatiua ibi, aut aliàs. † & ita non procedit libellus alternatiuus.iuxta notat.per Barto.in l.vbi autem non apparet.ff.de verborum obli
5 gatio.† Præthereà dicta ſupplicatio ſeu libellus continet errorem iuris manifeſtum.& ſic non tenet ipſo iure,ſicuti de ſententia dicitur.l.ij.C.quando pro
6 uoca.non eſt neceſſ. † & idem quando citatio continet errorem iuris expreſſum:ſecundum Innocen. in capit.ij.de dilatio.& Barto.in l.ij.ff.ſi quis in ius voca.no. ierit.& ita eſt in propoſito:quia in dicta ſupplicatione fit mentio,quòd dicta Maria Bullione erat vſufructuaria vigore legati facti in teſtamẽto dicti Ioannis Franconis eius mariti, vbi ſibi ſi legauit ad eius vitam dum caſtè vixerit, & ſe abſtinuerit cõuolare ad ſecũdas nuptias bona quę quõdam fuerunt nobili Anthonij coche,ibi mentiona
7 ta: † quia tale legatum eſt proprietatis cùm vſufructu,non autem eſt legatum vſusfructus formalis & diſtinctus:iuxta notat.in l. Titia.§.fina.ff.de legat. j.& in l.donationes.§.ſpecies.& ibi gloſſ. ff.de donatio.& in l.fina.ff.de vſu.ear.rer.& in l.libertis.ff. de alimen.& ciba.lega.& ibi per Bar.& per Bal.in l.ij.C.de inofficio.dona.& in l.j.C.de fructi.& litiũ expenſis.& hoc tenet do.Guid.Pap.deciſ.cccccxxv. & idem quando relinquitur alicui aliqua res ad eius vſum:ſecundum gloſſ.Cyn.& Bald.in l. ſi mulier.C.de iure dotium.& per Bald.in l.habitatio. §. ſi ſic.ff.de vſu & habitat. & Angel.in authentic.
8 hoc locum.C.ſi mulie.ſecund.nupſ. †quia ſicuti poteſt in contractu transferri dominium ad tempus: ita etiam in vltima voluntate.l. fina. C. de lega. & ibi per Paulum de Caſtr.nam ſicuti quando relinquitur per patrem filio ad tempus : tunc releuatur filius ab onere ſatiſdationis : ſecundum Ioannem Fab.& Iaſo.in dict.l.fina.per l.iubemus.§.in ſupra dictis.C.ad Trebellia.ita etiam idem ius debet eſſe in matre.ſicuti de patre dicitur.l.fina. §. ſimilique-
6 modo.C.de bonis quæ liberis.† & quia denominatur potiùs matrimonium à matre quàm à patre, prout notat. in c.ex literis.de conuerſ.fide.Nec obſtat l.hac edictali.§.illud.C. de ſecundis nupt. quia loquitur quando mulier tranſit ad ſecunda vota:ſecundum gloſſ.in dict.§.ſimili modo. de quo etiam per gloſſ.in autheti.de nuptijs.§.ſi verò ſpectet.collatio.quarta,& idem videtur dicendũ in patre,quãdo tranſit ad ſecunda vota, vt probatur in l. ſi quis priorem. §.in illo.& §.talem.C. de ſecundis nupt. licèt verò gloſſ. in dict.§.ſi verò ſpectet.videatur aliter tenere:licèt etiam dict. §.hijs illud.in dict. l. hac edictali.intelligatur pro rebus mobilibus:ſecus pro immobilibus. Præthereà dicta nobilis Maria in eius articulis incipient.addendo in vigeſimoquinto ar-
10 ticulo†ſe obtulit cauere,quatenus de iure teneretur & talis oblatio debet euitare condemnationem.l. ſi reus paratus.ff. de procura.& maximè in iudice ordinario,ſecũdum Ludo. in ſuo ſingulari. clxxiij. & præſertim cũ non fuerit petita dicta cautio apud iudicẽ.l.peto.§.fina.ff. de legat.ij. ſecundum gloſſ. in l.vniuerſa.C.de precib.Imperato.o fferen. Tum etiam ex quo dicta Maria erat proprietaria potuit couertere illam terram in vineam arabilem, & maximè cùm fecerit ex cauſa vtilitatis.l.æquiſsimum. §.proinde venas.ff.de vſufruct.& maximè cũ fuerit relictus in teſtamento:ſecundum glo.ibi, facit l.in re mandata.C.mandat.& in l.ſed ſi lege.§. conſulit ff.de petitio.hæredi. nec tenetur de culpa deteriorationis niſi leuiſsima.d.l.fin.C.de legat. Tum etiam fuit deducta cõſuetudo nõ cauendi per vxores pro earũ doẽrio: †& talis cõſuetudo : quia teſtator po
11 teſt remittere cautionẽ pendente conditione fideicõmiſsi.l.ij.& l.ſcire.C.vt in poſſ.lega.ergo per cõſuetudinem poteſt introduci,quòd fieri poteſt pacto aut teſtamento,cùm etiam ſola oblatio verbalis ſufficit in iudicio.l.ſi rem.§.ſi.ff.de pigno.actio.

ARGVMENTVM.

Vſufructuarius arbores,an & quas inſidere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructuarius in arboribus cædendis emphyteotæ & feudatario comparatur.*

2 *Siluæ cedua fructus appellatione ueniunt.*

Quæſtio DCCCLXXI.

QVAERITVR an vſufructuarius poſſit inſidere arbores impunè ſine pœna. Et videtur dicendum quòd ſic,quãdo ſunt infertiles prę minia antiquitate : quia tales arbores ſunt in fructu.l.ager.ff.de vſufruct.& maximè quando fuerũt plantatæ alię arbores.l.in fraudem.§.conductor.ff.
1 de iure fiſc.†ſicut de emphyteota,vel feudatario dicitur:ſecundum Paulum de Caſtr.in l.diuortio.§.ſi fundum.ff.ſoluto matrimonio.& Angel.in l.ſi colonus.ff. arbo.furt.cæſa.facit l. agitur.iũcta l.æquiſſimum.§.fructuarius.ff.de vſufruct. & idem eſt de
2 nemore quod vocatur gleyram:† quia eſt in fructu cùm ſit ſilua cædua.d.§.ſi fundum.& l.item ſi fundi.§.fina. cùm l. ſequenti. ff.de vſufruct. & maximè quando vſufructuarius facit bona fide,& ſine dolo.& plus creditur duobus teſtibus ſuper negatiua delicti,quàm duobus ſuper affirmatiua, ſecundum gloſſ.lxxj.diſtinctio.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis probibitionis appellatione,etiam uſufructus probibitus cenſetur.*

Quæſtio DCCCLXXII.

QVAERITVR præſuppoſito quòd ſubſtitutio facta in teſtamento Petri Gilleti habuiſſet locum poſt mortem Iacobi Gilleti alterius filij in perſonam Claudij Gilleti fratris dict. Iacobi, an dictus Iacobus poteſt relinquere vſumfructum, Ioannetæ eius vxori,& Franceſæ eius filiæ. Et videretur dicendum quòd non,quò ad bona ſubiacentia reſtitutioni, quę prohibentur alienari, ſaltem adueniente caſu reſtitutionis.l.fin.§.ſed quia. & §.
1 ſin autem.C.communia de legat. † quia appellatione prohibitionis alienationis cenſetur etiam prohibitus vſusfructus.l.fin.C.de reb.alien.non alienan.

ARGVMENTVM.

Vſufructuarius rerum feudalium, an homagium intra annum & diẽ præſtare teneatur, an verò proprietarius.

Quæſtio

Quæſtio DCCCLXXIII.

QVAERITVR an vſusfructuarius in re feudali teneatur præſtare homagium, vel proprietarius infra annũ & diem à morte domini vaſalli cõputandum, quando vaſallus non eſt miles. capitu. j. & ij. quo tempore mile. inueſtit. pete. debe. cap. j. §. j. quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. cap. Imperial. §. præterea. le j. de prohib. feud. alie. per Frederi. & iſta quæſtio pendet de facto in caſu nobilis & egregiæ dominæ Ioánetæ relictæ nobilis & ſcutiferi militis domini Petri Cõtoris de Brione & chaſſel Ierij patriæ Viénenſis, in regno & nobili Ioachimi eius filij: quia dicta relicta eſt vſufructuaria & gubernatrix: dictus verò Ioachim eſt proprietarius, & dicta caſtra & loca mouentur de homagio ſereniſſimi Regis domini noſtri Delphini prætextu comitatus Valentinenſis & Dyenſis ob cauſam Baroniæ Chaláconis, & in traditione facta de dicta Baronia Chalanconis patri domini ſancti Valerij, fuerunt expreſsè reſeruata tria homagia domino noſtro Delphino, videlicet Mariæ de Brione & Cruſſolij.

ARGVMENTVM.

Cautio an ſit de ſubſtantia vſusfructus.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus quid.*
2 *Cautio non dicitur de ſubſtantia uſusfructus, maximè in rebus mobilibus.*

Quæſt DCCCLXXIIII.

QVAERITVR an cautio ſit de ſubſtantia vſusfructus? Et prima facie videretur di-
1 cendum quòd ſic: † quia vſusfructus dicitur ius vtendi fruendi in rebus alienis ſalua rerum ſubſtantia. l. j. ff. de vſufruct. licèt gloſ. ibi teneat contrariũ: quia in certis caſibus vſufructuarius non tenetur cauere: iuxta notat. per gloſſ. in l. iiij. C. de vſufruct.
2 Veruntamen † ſecundum doctores communiter in dict. l. j. cautio non dicitur de ſubſtãtia vſusfructus maximè in rebus immobilibus: licèt Gulielmus de Cuneo tennuerit cõtrariũ in l. j. C. de vſufru. de quo per Angelum. Aretin. inſtit. de vſufruct. in princip.

ARGVMENTVM.

Cautionis vſus fructus & cautionis legatarij ſeu fideicommiſsi differentia.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator cautionem uſusfructus remittere non poteſt.*
2 *Cautio uſusfructus ab hærede remitti poteſt.*

Quæſtio DCCCLXXV.

QVAERITVR an ſit differentia inter cautionem quam præſtat vſufructuarius & aliam cautionem quam præſtat hæres legatus vel legatarius pendente conditione ſeu die fideicom-
1 miſsi? Et dicendum eſt quòd ſic: † quia teſtator nõ poteſt remittere cautionẽ vſusfructus: ſecus in cautione hæredis vel legatarij pendente conditione fideicommiſsi. l. ij. & l. ſcire. C. vt in poſſeſ. legato. Præterea cautio vſusfructus fit per diuerſa verba, & ſunt plurima capitula, & præſertim quando cauetur pro re immobili: quia debet cauere de vtendo arbitrio boni viri ſalua rerum ſubſtantia: & de reſtituendo finito vſufructu: vt notat in l. j. ff. & C. de vſufruct. ſed in cautione legati vel fideicommiſſi pendente conditione debet ſolùm cauere de reddendo adueniente cõditione vel fideicõmiſſum ſeu rem legatam non deterioratã. l. fina. C. de legat. d. l. ij. & l. ſcire. C. vt in poſſeſ. legato. Veruntamen licèt teſtator non poſſet remittere cautionem vſusfructus, ne detur occaſio malignandi, vel delinquẽdi, & malè vtendi: vt notatur in gloſſ. in d. l. j. C. de vſufruct. & in dict. l. ij. & l. ſcire. C. vt in poſſeſ. lega-
2 to. tamen † hæres bene poteſt remittere dictam cautionem: vt habetur per gloſſ. in dict. l. j. & etiam ibi habetur, quã do debetur vſusfructus ex contractu, quòd potuit remitti cautio.

ARGVMENTVM.

Mulier cui relicta ſunt certa prędia pro dotalitio, an proprietas vel vſufructus relicta cẽſeantur & an cautionem præſtare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Relictum pro dotalitio proprietatis eſt.*
2 *Cautio quæ præſtanda ſit pro dotalitio.*
3 *Cautio uerb. à lege prolatum intelligitur cum fideiuſſoribus.*
4 *Mater de bonis ſibi relictis à filio, an cauere teneatur.*

Quæſtio DCCCLXXVI.

QVAERITVR quando maritus relinquit vxori aliquas poſſeſsiones ad eius vitam pro eius doerio: an tale legatum dicatur proprietatis vel vſusfructus, & an teneatur cauere cùm fide iuſſoribus, iuxta formam cautionis vſusfructus: & quid in matre hæredis, an releuetur de iure à tali
1 cautione. Et in effectu videretur dicendum † quòd tale legatum plenè proprietatis: & non ſimplex vſusfructus, licèt ſit ad tempus incertum. l. fin. C. de vſufruct. iuxta notata per Bartol. in l. Titia. §. fina. ff. de lega. ij. & ideò iſto caſu mulier non tenetur cauere iuxta formam cautionis vſusfructus: de qua
2 ſuprà in præcedenti quęſtione eſt facta mẽtio: † ſed ſolum tenetur cauere: iuxta formam legati vel fideicommiſsi conditionalis: vel diei incerti. d. l. fina. C. de legat. & l. ij. & l. ſcire. C. vt in poſſeſ. legato. licèt dominus Guid. Pap. deciſ. ccxlviij. aliter videatur ſentire, quòd mulier teneatur cauere: iuxta formam cautionis vſusfructus. & pariter quòd debeat
3 cauere cum fideiuſſoribus: vt in die ſequenti: † quia verbum cautio à lege prolatum intelligitur cùm fideiuſſoribus: de quo per gloſſ. & doctores in l. vſufruct. C. de vſufruct. & in l. ſancimus. C. de verbor. ſignifica. & licèt pater pro vſufructu quem habet in bonis filij non teneatur cauere. l. cùm apparet. C. de bonis quæ liberis. l. iubemus. C. ad Trebellia. ſecun-
4 dum gloſſ. in dict. l. vſufructu. † tamen in matre videatur dubium l. hac edictali. §. is illud. C. de ſecundis nupt. licèt ibi loquatur quando mater tráſit ad ſecunda vota, vide capitu. nuper. de donatio. inter virum & vxorem, vbi fit mentio quando relinquitur marito vel vxori ad vitam. & ibi Panormita. in ſummario qui dicit quòd eſt vſufructuarius, de quo ibi etiam per Præpoſitum.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo vt vſufructuarius vel proprietarius fideicommiſsi conditione pendende cauere non

teneatur, an valeat. & interim lucrentur fructus

SVMMARIVM.

1 *Cautio uſusfructus qui ex contractu debetur, remißibilis.*

Quæſtio DCCCLXXVII.

QVAERITVR an valeat conſuetudo, vt vſufructuarius vel proprietarius pendente cõditione fideicommiſsi non teneatur præſtare cautionem, & an lucrentur fructus, non præſtita cautione. Dubium facit: quia teſtator nõ poteſt remittere iſtam cautionem vſusfructus, ne detur occaſio
1 delinquendi: vt notat. in l. j. C. de vſufruct. † ſecus ſi vſusfructus debentur ex contractu. quia partes bene poſſent remittere: ſecundum Bartol. ibi poſt Guilielmum de Cuneo. & idem in hærede qui poſſet remittere, iuxta nota. per gloſſ. & doctores in l. ij. & l. ſcire. C. vt in poſſeſ. legato. Sed in contrarium quòd valeat conſuetudo in talibus tenet Bald. in capitu. fina. de conſuetu. verſicu. ſed nunquit. & de Bellentis in additioni. ad Panormita. in capit. fina. de pigno. & pro hoc facit: quia ſi per pactum hæredis: & etiam partium in contractu poſsit remitti talis cautio: multò fortiùs per ſtatutum vel conſuetudinem. l. non eſt ſingulis. ff. de regul. iur. cum ibi notat. per gloſſ. & doctores. & in rubrica. C. de decret. decurio. libr. x. & per gloſſ. in rubric. de decret. decurio. libro x. & per gloſſ. Bartol. & Iaſo. in l. non impoſſibilis. ff. de pact.

ARGVMENTVM.

Cautionis præſtandæ per vſufructuarium modus.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio iudicialis cautionis, an ſufficiat ut quis ſatiſdediſſe dicatur.*
2 *Cautio in iudicio nominanda.*

Quæſtio DCCCLXXVIII.

QVAERITVR de modo præſtandi cautionem ſeu ſatiſdationem per vſufructuarium, & an ſufficiat oblatio verbalis facta in iudicio ſuper hoc, vel an requiratur realis oblatio, quòd nominentur & adducantur realiter in iudicio? Du-
1 bium facit: † quia in iudicio ſola oblatio verbalis ſufficit ſiue ex parte actoris ſiue rei, maximè ad euitationẽ pœnæ vel vſuræ, aut diſtractionis pignorũ. l. ſi rem. §. fina. ff. de pignor. actio. l. acceptam. cum ibi notatis. C. de vſu. l. ſi reſiduum. C. de diſtract. pigno. l. obſignare. cum ibi notat. C. de ſolutio. & maximè vbi pars non ſe opponit tali oblationi verbali reddendo verba pro verbis: iuxta notata per Bartol. in l. fina. ff. de diſtractio. pigno. Et pro præmiſſis facit quod voluit Bartol. & Ang. in l. de pupillo. §. ſi is. ff. de oper. noui nuncia. vbi tenet quòd quando offertur cautio ſeu ſatiſdatio in iudicio in præſentia partis, non requiritur quòd recipiatur realiter notario ſtipulante, ex quo pars non acceptat expreſsè. ſed in contrarium facit quod voluit Bartol. in l. ſi quis prętor ait. §. ſi quis paratus. ff. de operis
2 noui nunciatio. vbi tenet, † quòd ille qui tenetur ſatiſdare, debet nominare fideiuſſores. & ſecum realiter ducere: licèt ſecundum Ioannem de Imol. in l. ſi dubitetur. ff. de fideiuſſ. teneat, quòd ſufficiat verbaliter offerre fideiuſſorem, dum tamen ſe offerat incontinenti dicturum. & pro hoc facit in ſimili de illo qui tenetur probare, quia ſufficit, ꝙ ſe offerat probaturum coram commiſſario, licèt non ducat ſecum realiter teſtes: ſecundum Hoſtien. in capitu. interpoſitas. de appella. & Alexand. de Imol. in l. ſi mora. ff. ſoluto matri. quia talis actus non poteſt vnico momento expediri.

ARGVMENTVM.

Cautio in caſu appellationis, an ſit præſtanda.

SVMMARIVM

1 *Cautioni locus eſt in cauſa appellationis criminalis.*
2 *Cautiones omnes primæ inſtantiæ appellatione interpoſita liberantur.*

Quæſtio DCCCLXXIX

QVAERITVR an in cauſa appellationis ſit cauendum. Et dicendum eſt quòd nõ in cauſa ciuili. l. eos. §. cautione. aliàs ſi. C. de appell.
1 ſecus † in cauſa criminali. dict. l. eos. §. ſi ſuper hijs. vel ſecundum Baldum in dict. §. cautione. poſt Cynum debet caueri coram iudice appellatiõis de no-
2 uo: † quia omnes cautiones factæ in prima inſtantia perirent. l. cùm apud. ff. iudica. ſolu. excepta illa opinione de proſequenda appellatione; quia illa non præſtatur in cauſa appellationis: cùm intereſſit appellati illam deſeri: & quòd condemnetur in expenſis: licèt debeat ſatiſdari de reſtituẽdis expenſis. authentic. generaliter. C. de epiſcop. & cleric. nam iudex appellanti remanet iudex deſerta appellatione, quò ad condemnationem expenſarum: ſecũdum Bald. in dict. §. cautione. pro quo facit ca. quia nonnulli. in fine. de reſcript. & quod notat. in clemẽti. j. de reſcript.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra proprietarium, an & quando vſufructuario noceat, & econtrà

SVMMARIVM.

1 *Sententia data contra proprietarium uſufructuario ſcienti & non contradicenti nocet.*
2 *Sententia lata contra naturaliter poßidentem præiudicat, ciuiliter poßidenti ſcienti.*
3 *Sententiam latam contra uſufructuarium proprietario nõ præiudicare Bart. tenet.*
4 *Vſufructuarius mandatũ à proprietario habere cenſetur.*

Quæſtio DCCCLXXX

QVAERITVR an proprietarius poſsit experiri, & an ſententia lata cum proprietario præiudicet vſufructuario: & quid econtrà. Et in
1 effectu videretur dicendum quòd ſic, † quando ſciuit cauſam agi, & non contradixit. l. ſæpè. cũ ibi nota. per Bart. circa finem. ff. de re iudic. ca. quamuis. de re iudi. Nec obſtat ſi dicatur, quòd licèt vſufructuarius cenſeatur procurator domini in concernẽtibus eius vtilitatẽ. ſecus l. j. in fine. ff. vſufruct. quẽadmod. cauea. ſecus quò ad ea quæ ſunt magni præiudicij. l. hoc ampliùs. §. queſitũ. & ibi gl. ſuper verb. mittẽdum. cùm l. ſeq. ff. de dam. infect. de quo latius per Alex. de Imol. in d. l. ſæpè. pro quo facit gl. l. ij.
2 in glo. j. in fin. C. vbi in rem actio: quæ tenet, † quòd ſententia la cõtra naturaliter poſsidentẽ habet præiudicare ciuiliter poſsidẽti ſciẽti: de quo ibi per Cynũ & Iaco. Butrig. facit l. ſi à te. §. Iulianus. in fin. ff. de except. rei iudi. & per gl. in l. Põponius. §. ſi is qui

præcario.

precario.ff.de acquirē.poſſeſ.& per Ioan.de Imol. in d.c.quiuis.licèt Bart.voluerit tenere in d.l.ſæpè. in iiij. q. quòd ſententia lata contra vſufructuarium non præiudicat proprietario: ſecus ecōtrà: vt in quæſtione ſequēti,de quo plenius per Alexād.& præſertim quādo fertur.de ſentētia declaratoria domini.& fructuarius habeat cauſam à proprietario, per Spec.in tit.de actio.& peti.§.petitur.verſicu. ſed nunquid hijs. & per gloſſ. in l.ſerui nomine. ff.de
4 vſucapio.† nā vſufructuarius cenſetur habere mandatum à domino.l.j.§.vſufructuarius.de oper.noui nuncia.& hoc in concernentibus cuſtodiam & cōſeruationem ipſius rei:vt ibi habetur aliàs ſecus ſecundum Paul.de Caſt.ibi & in l.ij.§.fina. ff.de ſeruit.& per Salicet.in l.iij.C.de procurato.

ARGVMENTVM.

Pater tranſiens ad ſecunda vota bonorum obuentorū ex priore matrimonio liberis extantibus proprietatem perdit,non vſumfructum.

Quæſtio DCCCLXXXI.

QVAERITVR an pater perdat vſumfructum bonorū aduentitiorum filij famil. propter trāſitū ad ſecūda vota? Et dicendū eſt ꝙ nō. l.fi. C.de bo.mater.& in authen.de nupt.§.quoniā. le ij.col.iiij.& ibi glo.Bar.& Ang.& licèt pater per tranſitū ad ſecunda vota perdat proprietatem lucrorū nuptialium primæ vxoris extātibus liberis: nō tamē perdit vſufructum.l.fœminæ.authē.vxore.C.de ſecund.nupt.

ARGVMENTVM.

Adoptatus patris adoptantis originem ſeu domicilium ſequitur.

SVMMARIVM.

1 *Origo naturalis adoptione non perditur.*
2 *Adoptiuus nomen & arma adoptantis ſequitur: adoptione maximè durante.*
3 *Nomen mutare homini libero licitum,modò, ne id in fraudem fiat.*
4 *Armis & inſignijs alterius uti permiſſum,modo alteri non præiudicetur.*

Quæſtio DCCCLXXXII

QVAERITVR an per adoptionem quis ſequatur originem ſeu domicilium patris adoptantis? Et dicendum eſt quòd ſic.l.ciues. C. de
1 incol.libro.x.l.in adoptionem.C.de adoptio. gloſſ. Bartol. Ioan.de Platea in l.filios. C.de municip. & origi.libr.x.vide Bald. in l.ſi non ſpeciali. C.de teſta.quòd per adoptionem nō acquiritur priuilegiū
1 patriæ,vt quis dicatur de iſta patria † & durat tam diu quandiu durat adoptio, aliàs non.nō tamē per adoptionem perditur origo naturalis. l. origine. §.fin.ff.ad municipa. Et per præmiſſa poteſt decidi
2 quæſtio, † an talis filius adoptiuus ſequatur nomē & arma patris adoptiui? Et videtur dicendū ꝙ ſic. per iura ſuprà allegata:& maximè durante adoptione, attento etiam quia talia nomina ſunt impoſita ad placitum,& ad recognoſcendum.& poſſunt mutari.l.ad recognoſcendos.C.de ingenuis.& manu-
3 miſ.† &licitum eſt mutare nomen libero homini, quādo nō tendit in fraudem & præiudicium alte-
4 rius:iux.not.per Bal.in proœ. C.† & pariter licitū eſt vti inſignijs & armis alterius, dū tamē nō tēdat ad præiudiciū alterius:ſecundū Bar.in tract.de inſig.& armi.& per Bal.in l.j.C.quæ res vēd. poſſunt. & per Panor.in cap.delictum.de exceſsib.prælato.

ARGVMENTVM.

Infans an arrogari vel adoptari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Infans arrogari non poteſt.*
2 *Filius adoptari etiam inuitus poteſt.*
3 *Arrogatio,an conſenſum aut uocationem parentum requirat:in adoptione ſecus.*
4 *Adoptari ſpurius non poteſt:item nec filius naturalis.*
5 *Scriptura in adoptione & arrogatione requiritur.*
6 *Arrogatio & adoptio apud iudicem cōpetentē fieri debent.*

Quæſtio DCCCLXXXIII.

QVAERITVR an infans,qui non poteſt fari,aut quādo exiſtit in cunabulis,an poſsit adoptari vel arrogari. Et in effectu gloſ.in l.ij.ff.de
1 adoptio.videtur tenere,quòd† in arrogatiōe quòd nō:quia oportet quod arrogatus interrogetur. l.in
2 adoptio.eod.tit. † ſecus in adoptione: quia ſufficit conſenſus expreſſus,vel tacitus.l.etiā.eod.tit.l.fi.C. eod.tit. Quinimò etiā filio inuitus poteſt adoptari. l.cū in adoptionis.& ibi Bal.C.de adoptio. & pari-
3 ter †in arrogatione requiritur vocatio,aut conſenſus agnatorū & parentū.l.nam ita diuus.ff.de adoptio.l.impuberē.C.eod.tit.& ibi Bal.ſecus in adoptione:quia etiam poteſt fieri venientibus ab inteſtato.l.cùm adoptio.ff.de adoptio. ſicuti dicitur de legitimatione ſpurij,quæ poteſt fieri viuente patre, etiam non vocatis agnatis,quando non habet legitimos:ſecundū Bal.in d.l.nam ita diuus.& in proœ
4 mio.C.† Veruntamen ſpurius vel naturalis non poteſt adoptari.l.legem.C.de natura.libe.& in authē. quibus modis natura.efficiū.legiti.§.nosverò.coll.
5 vj.† & in tali adoptiōe, aut arrogatione requiritur ſcriptura,ſeu quòd fiant acta d.l.fin.C.de adoptio.
6 nec poteſt fieri inter abſentes:vt ibi habetur,† & pariter debet fieri apud competentē iudicem,nec ſufficeret fieri apud tabellionem.l.j.l.adoptio.C.de adoptio.& ideò tales adoptiones non poſſent fieri coram caſtellanis præſentis patriæ,cùm eorum poteſtas ſit limitata.facit l.repetita.C.de epiſc.& cleri. & quia iſti caſtellani vocantur duumuiri, quorum poteſtas non poteſt prorogari, niſi aliter cōſuetudo aut ſtatuto caueretur.l.j.C.de emancip.libe.

ARGVMENTVM.

Adoptatus an exhæredari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Adoptatus ſicut & filius ex cauſis ingratitudinis exhæredari poteſt.*
2 *Adoptio naturam imitatur.*
3 *Alphonſus Aragoniæ Rex à Ioanna Siciliæ Regina adoptatus & exhæredatus.*

Quæſtio DCCCLXXXIIII.

QVAERITVR an filius adoptiuus poſsit adoptari & exhęredari ꝓpter cauſas ingratitudinis,ſicuti filius legitimus & naturalis. §. cauſas. in authenti.cùm de appellatione cognoſcitur. collatio.octaua.& per gloſſ.in capitu. Quintauallis.
1 de iure iuran.†Et dicendum eſt quòd ſic.l.quidem. cùm filium.ff.de verborum obligationi. & ibi Pet.
2 & gloſſ.& doctores.† Nam adoptio imitatur naturam.§.minorem.inſtituta.de adoptio.& per conſequens ex quo filius naturalis & legitimus poſſunt

exhæredari ex cauſis ingratudinis: multò fortiùs filius adoptiuus. cùm plus iuris habeat filius legitimus & naturalis, quòd adoptiuus. l. ſi ita quis. §. fina. ff. de legat. ſecundo. Et præmiſſa faciunt ad quæ
3 ſtionem Reginæ Ioannæ Siciliæ † quæ primo adoptauit Alphonſum Regem Aragonum. & quia ipſe inſidiabatur vitæ Reginæ & eius ſtatui, ipſum exhæredauit: & adoptauit primogenitum Ducis Ludouici Andegauiæ. & poſt mortem dicti primogeniti inſtituit Regem renatum: vt habetur in cronica Anthonini, tertia parte, titul. xxij. capitul. viij. §. ſexto & ſeptimo & ſuprà etiam tactum fuit.

ARGVMENTVM.

Adoptione vitiata vitiatur inſtitutio & legatum.

SVMMARIVM

1 *Demonſtrationes ſignificatiuæ conſanguinitatis vel affinitatis ſi falſo perſonis honoratis apponãtur, actum reddunt nullum.*

2 *Filij nati ex matrimonio quod propter impedimentum conſiſtere non poterat, ſi hæredes inſtituantur, an inſtitutio ualebit.*

Quæſtio DCCCLXXXV

QVAERITVR quando pater adoptiuus inſtituit hæredem filium adoptiuum vel ſibi facit legatum, & talis adoptio non teneat de iure,
1 an vitietur inſtitutio vel legatum? † Et dicendũ eſt quòd ſic l. eam quam. C. de fideicõmiſ. l. nec apud. & l. ſi pater. C. de hæredibus inſtituend. & idem eſt quando inſtituit aliquem hæredem fratrem, aut filium qui non eſt, putando quòd eſſet frater vel filius: ſecus ſi ſciret, quòd eſſet extraneus l. nemo. §. j. ff. de hęredi. inſti. & in dubio pręſumitur teſtator putaſſe illũ eſſe filiũ, ex quo ipſum talẽ nominauit, & ita præſumitur error: ſecundum Bartolum & Bald. ibi, facit l. falſa demonſtratio. in princip. & ibi per Bartolum, verſiculo. venio ad tertiam particulam. ff. de conditioni. & demonſtratio. quia ſecundum ipſum iſtæ demonſtrationes quæ apponuntur in perſona honorati quando ſunt ſignificatiuæ alicuius conſanguinitatis vel affinitatis, tunc ſi reperitur falſa demonſtratio, vitiat. l. quotiens. in princip. ff. de hæredib. inſtituend. quia ſecundum ipſum talis qualitas inducit quandam cauſam formalem: quia ſi non fuiſſet filius, non reliquiſſet. & iſtud fa
2 cit ad quæſtionem † quando aliquis contrahit matrimonium de facto cùm aliqua, & eſt aliquod impedimentum. propter quod non tenet matrimoniũ, & inſtituit hęredes filios natos ex tali matrimonio, qui dicuntur filij putatiui, an valeat inſtitutio: de quo vide per Bald. in d. l. eam quam. qui videtur aliquantulum obſcurè loqui. Veruntamen ex quo tales filij fuerũt nati in figura matrimonij, deberent ſuccedere. cap. ij. & cap. ex tenore. qui filij ſint legitimi. vide Angel. Aretin. inſtitu. de tuto. §. fina.

ARGVMENTVM.

De falſa demonſtratione conſanguinitatis vel affinitatis in contractibus

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta falſæ demonſtrationis conſanguitatis uel affinitatis prætextu nulla eſt.*

2 *Voluntates ultimæ ex ſola teſtantium uoluntate effectum recipiunt.*

3 *Donatio facta adoptiuo in premium emancipationis quæ non tenet, uitiatur.*

4 *Legatum factum ſacerdoti qui nõ eſt in ſacris, nullum eſt.*

Quæſtio DCCCLXXXVI.

QVAERITVR quid in contractibus, an falſa demonſtratio conſanguinitatis vel affinitatis vitiet contractũ: puta quando aliquis de
1 dit aliquid filio adoptiuo vel fratri, qui nõ eſt: † an talis falſa demonſtratio vitiet donationẽ? Et videtur dicendum quòd non. l. ſi diuortium. ff. de verborum obligatio. & iſtam partem tenent Pet. & Cyn. in l. nec apud. C. de hæredi. inſtituend. & ibi reddũt rationem differentiæ inter vltimas voluntates &
2 contractum: † quia vltimæ voluntates principaliter accipiunt effectum ex ſola voluntate teſtantium: ſed in cõtractibus accipiunt effectum ex parte duorum. & pro hoc allegat l. ſi repetendi. C. de condi. ob cau. Bartol. verò in dict. l. demonſtratio. ff. de cõditio. & demonſtratio. in quarta quæſtione facit certam diſtinctionem & differentiam inter contractus, qui depẽdent ex altera parte tantum: vti in donatione: & tunc idem eſt quòd in vltimis voluntatibus: & inter cõtractus vltro citroquè obligatorijs, de quo ibi pleniùs per ipſum. Bald. verò in dict. l. eã
3 quam. C. de fideicommiſ. tenet † quando donatur adoptiuo in præmiũ emãcipationis quæ nõ tenet, quòd vitiatur donatio: ſicuti dicitur de donatione facta vxori putatiuæ, quæ non tenet. & pro hoc allegat textum ſingularẽ in l. cùm hic ſtatus. §. fin. & l. ſi quis. ſponſam. in fine ff. de donatio. inter virũ & vxorem. & idem tenet Bald. & Alexand. de Imol. in d. l. nec apud. & pro hoc allegat etiam l. ſi ex voluntate. C. de donatio. inter virum & vxorem. & iſtud facit etiam ad quæſtionem quando fit legatum ſacerdoti qui non eſt in ſacris, quòd non teneat legatum, niſi probet ſe præsbyterũ. nec ſufficeret quòd reputaretur publicè pro pręsbytero, ſicuti quis tenetur probare adoptionem, de quo per Bal. in dict. l. eam quam. & per Alexand. in dict. l. nec apud. Ad de circa illam quęſtionem de ſacerdote ſeu pręsbytero, quod habetur per Innocen. in capit. innotuit. de eo qui furtiuæ ordinem ſuſcepit, quando quis fuit habitus pro ſacerdote: quòd ſufficit probare communem reputationem. capit. illud. de præſumptio. licèt ibi referat, quod aliqui dicunt, quòd aut Epiſcopus mouet quæſtionem, & tunc iſte debet probare ſe fuiſſe ordinatũ: aut apponatur ab alio, & tunc procedit alia opinio. Hoſtien. verò quẽ ibi refert Panormi. facit differentiam inter factum antiquum & factum de recenti: iuxta notat. per Inno. in capit. veniens. de verbo. ſignifica. & in dict. capit. illud. quando quis mittit in poſſeſsionem beneficij per decretũ quod ſufficit: quia eſt præſumptio tituli. & idem in cohabitatiõe mortis, de quo ibi plenè per Panormita.

ARGVMENTVM.

Priuilegium patris adoptantis ad filium adoptiuũ ſicut & ad legitimum naturalem deuenit.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium militis ſeu decurionis ne torqueantur ad filios adoptiuos tranſit.*

2 *Feuda ad filios adoptiuos tranſeunt.*

3 *Adoptiuus patris naturalis neque nobilitatem neque dignitatem perdit.*

Quæſtio

Quæſtio DCCCLXXXVII.

QVAERITVR an priuilegiú patris adoptātis tranſeat ad filios adoptiuos, ſicuti ad fi
lios naturales & legitimos. Et dicendum eſt quòd
ſic.l.v.& vj ff. de ſenato.l.cùm adoptionem. C. de
1 decurio.libr.x.vbi † priuilegium militis ſeu decu-
rionis ne torqueatur tranſit etiam ad filios adopti-
uos.& ibi gloſſ.quæ dicit quòd filij adoptiui ſunt
ad imaginem filij naturalis.& ibi infert Alexand.
de Imol.quòd quando per reſcriptum principis eſt
2 conceſſum alicui feudū,† quòd etiam tranſit ad fi-
lios adoptiuos,vide in l.ij.§.in filijs.ff. de decurio.
de filio concepto poſt decurionatum:vel ante &
econtra, de quo per Ioan. de Platea in dict. l.cùm
adoptiuum.quid autem econtrà,quando filius na-
turalis & legitimus alicuius ſenatoris, aut militis
3 efficitur filius † adoptiuus, an perdat nobilitatem,
ſeu dignitatem patris naturalis? Et dicendum eſt
quòd non.l.per adoptionem.ff.de adoptio. & ibi
Baldus qui notat argumē.quòd licèt per ſtatutum
nobiles fuerunt populares:tamen non perdunt di-
gnitatem generis:ſed acceſcit eis popularitatis be-
neficium,vt Florentiæ. & ibi refert, quòd nobiles
pro maiori parte ſunt ſuperbi,& inimici populo &
guloſi,& luxorioſi pluſquā populares, licèt non lo
quatur de illis quos virtus nobilitat: quia illi ſunt
perfecti nobiles,quāuis careant diuitijs:ſed de illis
qui habundant diuitijs, qui neſciunt facere repa-
rari aliquid,niſi comedere bibere & ſuperbire.

ARGVMENTVM.

De contractu commendæ ſeu ſocidæ animalium.

SVMMARIVM.

1 *Contractus ſocidæ ad hæredes tranſit.*
2 *Commendas peræquare non, niſi anno finito debere regulare.*
3 *Mercator in dubio de pecunia ſibi commiſſa præſumitur.*
4 *Pecunia ad honeſtum lucrum dari poteſt.*
5 *Colonus qui feudum ad tertiam fructuum partem accepit propter paucitatem fructuum expenſas non deducit.*
6 *Conſuetudo in contractu commendæ & ſocidæ animalium attendendus.*
7 *Equum qui in paſcuis ſecundum conſuetudinem dimiſit: & lupus occidit: cui mortuus fuerit attenditur conſuetudo loci.*
8 *Animalia æſtimata, aut ſub certo capitali data, ſi moriantur quòd domino mortua ſint, niſi fuerint aliaque in de mortuorum locum ſubrogentur.*
9 *Tenementarius animalium caſu fortuito mortuarū probare tenetur, & coram domino deferre.*
10 *Boues ſeu alia animalia locari poſſunt ſub certo redditu ſeu ſenſu.*
11 *Animalium datorum in commendam in diſſolutione tituli diuidendorum modus.*
12 *Colonus arare & ſeminare terram tenetur.*
13 *Colonus partiarius de fructibus arborum, non niſi dictum ſit percipit.*

Quæſtio DCCCLXXXVIII

QVAERITVR ſuper diffinitione proceſſus inter venerabilem & diſcretum virum dominum Antonium Vionis præsbyterum, & Ioannem Vionis fratres appellantes ex vna, & probos viros Guiotum de Borrino & Petrum Rahadi appellatos partibus ex altera. Eſt aduertendum ad ſubſcripta pro iure dictorum appellantium. & primò deueniendo ad acta primæ inſtantiæ, vbi dicti appellantes actores originarij petierunt & propoſuerunt qualiter ipſi tradiderunt dictis reis quandam equam pilli albi, ſub capitali vndecim florenorum paruæ monetæ ad medium crementum & incrementum ſecundum vſus & conſuetudinem Turriſpini: & qualiter dicta equa defectu boni regiminis in non dando ſibi fenū & bene penſando mortua eſt. petendo ob ideò dictos reos cōdemnari ad reſtituendum dictis actoribus dictam equā ſeu capitale eiuſdem: alioquin ad præſtandum intereſſe, quod æſtimant ad decem francos ſalua legali taxa, proteſtando de expenſis factis & fiendis, & iuſtitiam miniſtrari: & aliâs prout apparet actis folio vigeſimo, verſo. ſuper qua petitione fuit lis conteſtata: actis folio vigeſimoquinto, verſo. & ad iuſtificationem præmiſſorum dicti actores produxerunt confeſsionem dictæ commendæ dictę equę: vbi dicti rei confeſsi fuerunt tenere à dictis actoribus in commendam dictam equam: ſub capitali vndecim florenorum monetę ad medium cremētum, ſecundum vſum & conſuetudines dictæ villę Turriſpini cum damnis & renunciationib. & conſequenter in dicta cauſa propter certas probationes factas: fuit lata ſententia abſolutoria ad fauorem dictorum reorum à qua fuit appellatum, & pendet nunc cauſa appellationis: & fuerunt factæ probationes hincinde de nouo, & nūc pendet ad diffiniēdum, & mihi fuit exhibitus proceſſus pro parte dictorum appellantiū: ideò hic pertinenter cùm Dei auxilio duxi tractandas plures quæſtiones in materia ſocietatis ſeu ſocidæ, & ſocietatis animalium brutorum, quæ vulgariter appellatur in hijs partibus commenda animalium, & pariter incidenter, etiam tractabitur de materia coloni partiarij quæ habet vim ſocietatis.l.ſi merces.§.vis maior.&l. cū plures.§.meſſem.cum ibi notatis.ff.loca.&l.ſi apes.§.j.ff.de furt.& de iſta materia ſocietatis animalium, habetur in l.cum duobus.§.ſi in choeunda. & §.damna.ff.pro ſocio.& per gloſſ.& doctores in l.ſi paſcenda.C.de pactis.& per Bald.in l.j.C.pro ſocio. & in tracta.domi. Petr. Phili.in materia ſocidorum in repetitio.dict.l.ſi paſcenda.& in pluribus alijs locis: prout infrà declarabitur.& quod ſuprà dictum fuit de colono partiario in hiis partibus communiter vocentur macheria quando ruſtici accipiunt ad cultiuandum & laborandum vineas & terras: & in aliquibus locis vocatur terragium: vide etam de materia per Baldum in l.j. C. commoda. in tertia quæſtione circa finem. vide etiam per Baldum in dict.§.ſi in coēunda. vbi quando aliquis dedit vachas paſcendas ſeu gubernādas: quia tunc fructus ſeu fœtus vacharum erunt communes: ſed vachæ remanent domino: ſicuti quando dominus tradit agrum ad laborandum, vbi dominus accipit medietatem fructuum: & ruſticus aliam medietatem pro labo ragio: adeò quòd non debet ducere expenſas. vide etiam per eundem Bald. in l.j. C. de fructibus & litiū expenſis & ibidē ponit differentiā inter contractū ſocidæ animaliū, & aliū cōtractū ſocietatis:
1 quia cōtractus † ſocidę trāſit ad hęredes: ſecus in alio

contractu ſocietatis:vide etiam Barto.in l.neminé.
C.de ſuſcepto.& archa.libr.x.quando aliquis tra-
dit pecuniam in manibus alicuius mercatoris ad
honeſtum lucrum ſeu ad medietatem lucri &dam-
ni: quia quis non poterit petere rationem reddere
2 de lucro ante finem anni. † & iſtud facit etiam
quando traduntur iſta animalia ſiue ad cōmendā,
& aliquis promittit perquirere:ſecundum laudabi
les conſuetudines, & non apponitur tempus: quia
tunc non poterit peti talis perequatio ante finem
anni: quod eſt verum:ſecundum Alexandrum de
Imol.ibi in additionibus.& Ioannes de Plat.quan
do peteretur adminiſtratio totius lucri illius nego-
tiationis:ſecus ſi peteretur reddi computum alicu-
ius particularis capituli:dictæ negotiationis: iuxta
notata per Salicetum in l.aduerſus. C. de admini-
ſtratio.tutorū,vide Ioannem de Platea in dict.l.ne
minem.qui tenet † quando mercator tenet pecu-
3 niam alicuius,ꝙ tūc in dubio præſumitur lucratus,
niſi infrà annum proteſtetur de contrario: per iura
4 ibi per ipſum allegata. & ibidem etiam tenet, † ꝙ
poſsit tradi pecuniam ad honeſtum lucrum. capit.
per veſtras. de donationi. inter virum & vxorem.
& ibi per Ioannem Andræam & Panormita.&per
Bartolum,in l.diuus.ff.ad legem falcid. vide etiam
per Speculatorem in titulo de locat. §. poſtquàm.
5 verſicul.quid ſi tibi locaui. † quando aliquis locat
fundum reſeruata ſibi tertia parte fructuum.& nó
creuerunt niſi pauci fructus,an debeāt deduci ſum-
ptus facti.& tenet quòd ſic.l.cùm hæreditas. C. de
petitio.hæredita.l.fructus.ff.ſoluto matrimonio: li
cèt Ioannes Andræas ibidem videatur tenere con-
trarium : ſed Bartolus, & communiter docto-
res in dict.l. fructus. videtur tenere, quòd iſto ca-
ſu colonus partiarius non debeat deducere ex-
penſas:quia expenſas & operas ſuas videtur pone-
re pro illa medietate fructuum, & ita refert ſuper
hoc eſſe communem vſum & conſuetudinem. &
pro hoc allegat dictū.§. ſi in cōmenda. de quo ibi
latiùs per Alexandrum de Imola,vide etiam per
gloſſ.Bald.& cæteros in l.j.C.pro ſocio.& per Phi-
lip.in dict.l.paſcenda.in ſecunda quæſtione princi
9 pali,† vbi in talibus attenditur conſuetudo, & per
Baldum in dict.l.prima.C.de furt.& litis expenſ.&
faciunt notata per gloſſ.&doctores.in l. ſi negotia.
ff.de negotijs geſtis.per Cynum & Baldum in l.ter-
7 tia.C.de epiſcop.audien.in quæſtione illa † quan-
do quis dimittit æquum in paſcuis,iuxta conſuetu
dine loci & contigat ꝙ ipſum lupi cōmedant,an ex
cuſetur, vide etiam de materia ſocide animalum,
per Hoſtien.in ſumma. de vſur. §.an aliquo caſu.
verſiculo quid de hijs.qui oues vendunt.vel donāt.
& per Speculatorem in titulo.de locat.§.iam dicen
dum.verſicul.Si autem aliquis.& verſicul.illud. &
per dominum Lauren.de Rodulph.in repetitio.ca-
pitu.conſuluit.de vſur.in prima parte in vigeſima
prima quæſtione& duabus ſequentibus.& per Bal
dum & Salicetum.in dict.l.j.C. pro ſoc.& aliquid
per domi.de Anan.in capitu.nauiganti.de vſur. &
eſt conſiderandum ſecundum relictum aliquorum
ruſticorum,quòd in iſtis ſolidis ſeu commendis au
ditum quando traduntur:æſtimata ſeu ſub certo ca
8 pitali: † & contingat non dicta animalia exoua-
lia:ſeu caſu fortuito, quòd tunc tenementarius li-
beratur,niſi ſit crementum:quia tunc capitale po-
nitur ſuper cremento, vel quādo eſſent plurima ani
malia,& aliqua perirent:quia tunc capitale ponere
8 tur ſuper alijs animalibus.† Veruntamen iſto caſu
quando peruenit caſu fortuito apparet probare ca
ſum fortuitum & etiam præſentare cautionem ani
malis,ſecundum Speculatorem in §.iam dicēdum.
verſicul.illud.de quo habetur per Bald. in l.cū ita.
§.ſpecies.ff.de lega.ij.vide etiam de materia inſtitu
ta.pro ſoc.§.illud.& ibi per Bald.& in §. equidem.
per Ioan.Fab.eodē titul.& per Angel. Aretin. in §.
10 de illa.eodem titul.† interdum verò boues ſeu aliá
animalia locantur ſub certo anno redditu:ſecundū
Speculat.vbi ſuprà.& Lauren.de Rodulph.vbi ſu-
prà:quòd an ſit validum latiùs infrà dicetur, & an
valeat pactum: ꝙ remaneat capitale ſaluum infrà
etiam latiùs dicetur:vide etiam per Bald. in l. ſi pa-
truus.in fi.C.communia vtriuſque iudi.& eſt etiam
11 aduertendum,† quòd in tali diſſolutione talis ſo-
cidæ ſeu cōmendæ animaliū quoniam eſt cremen-
tum,& nihil fuit actum de modo diuidendi, tunc
de conſuetudine in aliquibus locis ſeruatur, quòd
dominus animalium vel paſtor ſeu tenementarius
apponit præcium, & alter optionem retinēdi ani-
mal.& ſoluendi partem crementi alterius:ſi verò ta
le animal decreuerit& deterioratū fuerit ſine culpa
paſtoris,tunc dominus animalis retinet eius ani-
mal interdum etiam de conſuetudine accipitur pe-
cunia mutuo ſuper animalibus vel ponitur capita-
le præcij minus tamen quā valeat.de materia etiā
coloni partiarij,vide etiam per Petr.de Vbal. in tra
ctatu. ſocietatis in vndecima parte collat.xj. & ſe-
quentibus.& ibi de differentia inter colonum par-
12 tiarium & colonum qui numis colit. † & inter cæ-
tera colonus debet laborare cultiuare terram,& po
nere ſemen.cap.tua nobis.le ij.& ibi Innoc.de de-
ci.l.conducta.§.ſi vis.& l.ſi vno.§.vbicunque. ff. lo
cat.& per Bald.in l.j.C.pro ſoc.in vij.quæſt. & pa-
ter dominus debet habere partem palearū:ſecundū
de Vbald. vbi ſuprà,niſi aliter inter partes actum
fuerit l.j.§.ſi conuenerit.ff.depoſit.l.cōtractus.ff.de
regu.iur.& pariter in talibus debet attendi conſue-
tudo.l.licèt.& l.circa.& l.legem.C.loca.& l. domi-
ni prædiorum.C.de agrico.& cenſib.vide etiam Al-
beri.& Ang.in d.l.j.C.pro ſoc.ꝙ colonus partiarius
debet cultiuare terram & ponere ſemen: nó tamen
debet habere partem de fructibus arborū, ſecundū
Specul.in tit.de locat.§.j.verſ.illud autem. vt quan
do colonus dimittat boues in paſcuis & lupus co-
medit,vide per Speculato.in titu.de locat. §. poſt-
quàm.verſicul.quid ſi locū.& ita arguit ad partes:
quando paſtor recipit mercedem, quòd tenetur ad
cuſtodiam:quòd non debeat dimittere ſine cuſto-
de per iura ibi per ipſum allegata, & an conſuetu-
13 do excuſet vide ibi latiùs per ipſum.† & pariter co-
lonus partiarius debet portare fructus ad domū do
mini.ſecundum Pert.de Vbald.vbi ſuprà:etiam ex-
penſis coloni,quando ſunt eiuſdem fori:ſecundum
Bald.in l.acceptam.C.de vſu.xij.quæſt.& in l. fi. C.
de condit.incert.vide etiam de materia coloni par-
tiarij & ſocidæ animalium,in tractatu ſocietatis,de
Vbald.in vj. parte.q.xxv.& q.xxvj. & etiā q.xxvij.
quādo vnus ſocius ponit pecuniā & alter operā. &
quæſtio.xxxvij.quando traduntur vachæ ſeu alia
animalia

animalia ad quinquennium & finito quinquennio an cenſeatur facta renouatio, vide etiam in dicto tractatu parte xj. quæſtione xxxiij. quando capitale pecuniæ in fine termini fuit conceſſum in debitus qualiter debeat detrahi capitale, & pariter quæſtio. xxxij. an per mortem vnius ſocij finiatur ſocietas.

ARGVMENTVM.

De pecunia data mercatori ad lucrum honeſtum.

SVMMARIVM.

1 *Pecunias mercatori dare ut lucri honeſti partem referat licitum.*

2 *Marito uergente ad inopiam quid agendum de pecunia dotali.*

3 *Mulier quæ patitur maritum ſuum alienare bona, & abuti, poſtea non auditur.*

4 *Campſor uel mercator de pecunia depoſita reddenda integre cum lucro cauere tenetur.*

5 *Depoſitum factum penes mercatorem in pecunia numerata, non depoſitum ſed mutuum eſt.*

6 *Pactũ quòd capitale ſaluum maneat, periculumque ad accipientem pertineat, & quòd lucrum inde reportetur: Panormitanus tenuit.*

7 *Pactum factum in ſocietate ut periculum ad eum qui pecuniam accipit, ſpectaret & lucrum partiatur, an ualeat.*

8 *Societas leonina.*

9 *Societas etiam ex partibus inæqualibus fieri poteſt.*

10 *Societas recipitur ubi unus præſtat pecuniã, alter uerò operas, & periculum ſicut & lucrum commune ſit.*

11 *Crementum & animalium fœtus in ſocida & ſocietate capitali domino remanente quomodò diuidantur.*

12 *Quid ſi capitale perdatur, an periculum commune erit.*

13 *Contractus ubi pecunia datur ut lucrum & damna cõmunia ſint licitus eſt.*

14 *Depoſitarius qui depoſito utitur, quòd depoſitum & id quod ex depoſito lucratus eſt, domino reddere tenetur.*

15 *Aeſtimatio an & quando faciat emptionem.*

16 *Qui ex mutuo aliquid præter ſortem accipit, uſuram committit.*

17 *Mercator qui fideiubet & pro alio ſoluere promittit. diſcuſſionis beneficio non gaudet.*

18 *Pecunia dotalis quãdo datur mercatori, quòd de ea reddenda integraliter cauere teneatur.*

19 *Periculum intra quod tempus probandum ſit.*

Quæſtio DCCCLXXXIX.

QVAERITVR, quando creditur pecunia in manibus mercatoris ad honeſtum lucrum, an ſit licitum? & ſi capitale in diuiſione debeat detrahi ante omnia, & ſi valeat pactum, quòd capitale remaneat ſaluum, & periculum ſpectet ad recipientem, & quid etiam in ſocida animalium.
1 Et † licitè traditur pecunia mercatori, vt quis habeat partem honeſti lucri. c. per veſtras. de donatio. inter virum & vxor. & licèt ibi loquatur in caſu re-
2 petitionis dotis, † quãdo vir vergit ad inopiam, vt ſaltem alicui mercatori cõmittatur, vt de parte honeſti lucri vir poſsit ſubſtinere onera matrimonij: tamen ſecundum glo. ibi conuertitur in contractũ ſocietatis: quia vir non tenetur fœnerari dotem. & de vſuris alere vxorem. authentic. nouiſsimè. C. de adminiſtratione tutel. ſed debet conuertere in ſocietatem honeſtam, vel aliquod cõmercium: & ex aliquo lucro honeſto alat, vel debet cõuertere in emptionem prædiorum: vt in authen. vt hij qui oblig. res mulier. §. quoniam. colum. vj. & ſecundum Ioan. Andræam in dict. c. per veſtras. talis mercator cui committitur pecunia dotis, cenſetur ſequeſter, & debet cauere de dote integraliter reddenda, & de certa parte lucri reddenda ita quòd mercator in aliquibus mercimonijs amiſerit, & in aliquibus lucratus fuerit, fit compenſatio lucri cum damno: & de reſta lucri pars reddatur. §. de illa. inſtituta pro ſocio. l. ſi non fuerint. in principio. & §. Ariſto. ff. pro ſocio. & iſto caſu ſi vir ſit ſuſpectus de dilapidatione, nõ debet ſibi reddi dos, nec pars lucri, ſed vxori honeſtæ & prouidæ. Hoſtienſis in lectura, in dict. cap. per veſtras. de donation. inter virum & vxor. tenet dum fit mentio de cautione nuda quam præſtare poterit. Veruntamen ſi maritus eſſet ſuſpectus de dilapidatione nõ debet ſibi reddi etiam cum ſatiſdatione. §. nouiſsimè. inſtit. de ſuſpectis tutorib. ſed debet reddi mulieri prouidæ & honeſtæ, vt inde ſe maritum & liberos alat. per iura ibi allegata. & ſignanter: iuxta l. vbi adhuc. C. de iure dot. vide tamen Lucam de Penna in l. neminem. C. de ſuſce-
3 pto. libr. x. † quando vxor patitur maritum alienare bona & malè vti ſubſtãtia ſua per annum, quòd poſt non auditur: iuxta remedium d. l. vbi adhuc. Antonius de Butr. in dict. cap. per veſtras. notat pro mulieribus & viduis Florentiæ, quæ tradunt eo-
4 rum pecunias † campſoribus & mercatoribus in depoſitum cùm certo lucro, quod licitè fieri poteſt, nec eſt vſura, & quòd in dict. cap. per veſtras. ſufficeret iuratoria cautio reſpectu mariti, ſed reſpectu mercatoris debet cauere de dote integraliter reddenda, & de certa parte lucri prout ſuprà dictũ fuit. Cardinalis Florentin. in dict. cap. per veſtras. tenet,
5 quando † fit depoſitum penes mercatorem in pecunia, quòd cenſetur mutuum. l. Lucius. ff. depoſiti. ex quo fit in quantitate. Et licèt mercator aliquid reddat de lucro ſaluo capitali nõ eſt vſura, dum tamen fiat ſine pacto, faciunt notata per gloſſ. in l. ſponſaliorum. ff. depoſiti. Panormitan. in dict. cap. per veſtras. dicit quòd ille textus eſt ſingularis, quòd ex pecunia depoſita apud mercatorẽ licitè poteſt accipi lucrum etiam capitali remanente ſaluo. & quòd
6 mercator debet cauere, † ſed an valeat pactum quòd capitale remaneat ſaluũ, & periculum, ad recipientem, & quòd recipiat partem lucri. & ibi refert Hoſtien. in ſumma de vſu. §. an aliquo caſu. qui tenet quòd valet pactum hoc caſu per §. de illa. inſtituta pro ſocio. licèt Hoſtien. quando eſſet periculum in capitali, quòd deponens in foro animæ deberet dimittere. ſed ipſe Panormit. tenet, quòd tale pactum non tenet, per gloſſ. in cap. plerique. xiiij. quæſtio. iij. quia mercator, qui ponit operam ſentiret damnum: & ratione operæ & capitalis pecuniæ. Et licèt mercator reddat partem lucri: tamen non debet interuenire pactum: nec licèt paſciſci a principio. & ideò ſecundum ipſum errant vetulæ quæ deponũt pecunias penes mercatores, & faciunt pactum ad rationem centum pro centenario, aut aliam quantitatem. Prepoſitus in dict. cap. per veſtras. Idem tenet & dicit, quòd eſt caſus ſingularis, quòd ex pecunia depoſita apud mercatorem poſsit prouenire lucrum ex miniſterio alterius, dum tamen non inter-

ueniat pactum,& allegat Bald.in l.ſi patruus.in fi.
C.communi.vtriuſque iudi.Petrus de Ancha.in c.
peccatum.de regu.iur.lib.vj. Lauren. de Rodulph.
in repetitione cap.conſuluit.de vſur.Paul.de Caſt.
conſil.cccxxx.incipient.In Chriſti nomine amen,
Viſo inſtrumēto.nec eſt ſpeciale in dote;quia idem
eſt in alijs caſibus:ſecundum Præpoſitum & alios
doctores in dict.capit.per veſtras.& maximè quan
do tale depoſitum non habuit ortum à parte : ſed à
iudice iubente, nec eſt vſura : ſecundum Cardinal.
Præpoſitum in dict.capitu.per veſtras. Hoſtien. in
ſumma de vſur.§.an aliquo caſu.verſicu.porrò. te-
7 net † ꝙ in ſocietate poteſt fieri pactum quòd ad re-
cipientē pecuniam pertineat periculum inſolidùm,
& lucrū percipiatur:quamuis quintus Mutius con
trariā tenuerit ſentētiam,& in hoc fuerit reprehen-
ſus per Seruium.l.ſi nō faciunt.l. Mutius.ff.pro ſo-
cio.§.de illa.Inſtitu.pro ſocio.licèt regulariter lu-
crum cōpenſetur cum damno,& non dicitur lucrū:
8 niſi damno deducto: & aliàs diceretur † ſocietas
leonina,quādo nihil acciperetur de lucro,vt ibi ha
9 betur, † licèt poſſent fieri partes inæquales, quādo
vnus plus ponit de pecunia alter de opera:vel ꝙ in-
duſtria eſſet tanta,ꝙ plus conferat ſocietati, quàm
pecunia.d.l.ſi non fuerint. l. j. cum ibi nota. C.pro
ſocio.Goffre.& quidam alij vt refert Hoſtien. vbi
ſuprà repræhendunt Seruium,& adhærent opinio-
ni Quinti Mutij,ſed ſi fraus non interueniat:ſecū-
dum Oldra.de rigore iuris.ex vi pacti talis ſocietas
eſt licita:quia pro maiori parte mercatores lucran-
tur.& pro præmiſsis, ꝙ capitale remaneat ſaluum
ex vi pacti,& lucrū diuidatur,facit c.ij.& c. per ve-
ſtras.de donatio.inter virum & vxor. quia pericu-
lum pecuniæ dotalis cùm ſit domini.l. doce ancil-
lam.C.de re. vend.& tamen de cōſuetudine vel ex
vi pacti lucrum communicabit,vt ibi habetur,&in
d.c.per veſtras.non eſt intelligendum,ꝙ dos cōmit
tatur mercatori periculo viri, & mulieris , ſed dote
remanente ſalua pars lucri reddatur:ſecūdum Ho-
ſtien.vbi ſuprà.tamen ſecundum ipſum quādo re-
cipiens pecuniam caſu fortuito amitteret pecuniā
in iudicio animæ,ille qui tradidit pecuniam parce-
re debet ad euitandum detrimētum animæ,de quo
ibi latiùs per ipſum.Glo.in c. pleriquè.xiiij.q.iij.te-
net,ꝙ ſi quis det pecuniam ſuā negotiatori vt inde
emat merces,&det ſibi partem lucri:prima facie vi
deretur ꝙ ſit licitum:ſed in contrarium tenet ſi pe-
riculum ſpectet ad recipientem,vt ſit inter eos con-
10 tractus mutui:ſed † ſi contraheretur ſocietas ita ꝙ
periculū ſpectat ad vtunque,& tunc licitū eſt,quan
do vnus ponit pecuniam,&alter ſuppleat laborem,
qui deeſt in pecunia.l.v.ff.pro ſocio.glo. verò in d.
l.j.C.pro ſocio.in hac materia ponit plures quęſtio
nes,quando in ſocietate vnus ponit pecuniam al-
ter operam.vbi tenet,ꝙ in diuiſione ſocietatis capi
tale debet diuidi,niſi aliud ſit actum licèt aliud ſer-
uetur de conſuetudine:ſed ſecundum Iaco.de Are.
etiam de iure capitale non intelligitur cōmunica-
tum:ſed debet detrahi,& ibi videtur ſequi Cyn. in
ij.q.per l.cū duobus.§.damna.& §. in cohærede. &
§.Item ſi ex facto.ff pro ſocio.& iſtam partē tenent
Bal.in ij.q. Ange.Salice.licèt Alberic.aliter videa-
tur ſentire:quāuis videat obſeruari, ꝙ capitale re-
maneat præcipuum in diuiſione.& pro hac parte fa

11 cit ſicuti † in ſocida & ſocietate animalium ſolùm
videntur cōmunicata cremēta,&fetus animalium,
& capitalę remanet pręcipuum domino.dict.l.cum
duobus.§. ſi in cœunda. ff. pro ſocio. Et vbi non
fuit factum pactū de partibus lucri ſocietatis in du-
bio intelliguntur æquales.d.l.ſi non fuerint. ff. pro
ſocio.& an valeat pactum,ꝙ alter ſocius percipiat
maiorem partem lucri ſunt opiniones in gl.de quo
etiam in d.l.j.C.pro ſocio.& in d.§.de illa. inſtitut.
12 pro ſocio.† Sed an ſi capitale fuerit perditum,an ſit
commune periculum adeò ꝙ ille qui ponit operam
debeat emendare partem capitalis?Et in effectu gl.
in d.l.j.C.pro ſocio.tenet,ꝙ cenſetur iſto caſu fini-
ta ſocietas peremptione rerum. ſed Petr.diſtinguit
an capitale pecuniæ fuit ſtatim perditū, & tunc pe
riculū eſt cōmune,ita ꝙ ſocius qui operā ponit de-
bet ſoluere partē pecuniæ:aut pecunia non eſt ſta-
tim partim perdita : ſed alius qui poſuit operā , &
ſocietas cenſetur perempta.l.verùm.§.intereunt.ff.
pro ſocio.& iſta opinio eſt ſatis æqua:ſecundū Cy.
ibi in iij.quæſtio.licèt referat Iaco.de Are. indiſtin
ctè tenere,ꝙ periculum ſit cōmune , de quo ibi per
Bald.& Salice.ſed redeundo ad quæſitum,quando
quis tradit pecuniam mutuò ad negotiandum hoc
pacto,ꝙ capitale remaneat ſaluū , & ſi interueniat
lucrum,ꝙ diuidatur,ꝙ iſte cōtractus nō eſt licitus,
& ſapit vſurariam prauitatē:& quod percipitur ex
lucro,extenuat ſortē,nec eſt contractus ſocietatis,
nec ex forma: neque natura. Nec obſt. d.c.per ve-
ſtras.de dona.inter vir.& vxo. quia ſecūdum Bald.
13 debet intelligi, † quādo datur pecunia ad partem
lucri & damni:tunc cōtractus eſt licitus. Idem Bal.
in d.l.In x.quęſtio.format quæſtionē:quando quis
depoſuit penes mercatorē ſeu campſorē,&campſor
multa lucratus fuit, volens recōpenſare dominum
pęcuniæ ſibi tradit de lucro ad rationē.x. pro cente
nario,an ſit vſura:& ibi refert,ꝙ quidā dicunt,quā
do tradens pecuniā à principio non habet ſpem re-
cipiendi lucrum,& tunc nō eſt vſura,aliàs ſecus , ſi
traderetur ſub illa ſpe, & ꝙ in hoc ſtandum eſt di-
cto ſuo, cùm dependeat ab eius conſcientia. facit
glo.in §.ſed iſte.verſi. aliæ autē.inſtitu.de actio.ſed
idem Bald.in d.l.j.in d.x.q.diſtinguit,quādo depo
nitur pecunia penes campſorē in ſpecie obſignata,
14 & tunc † non vtitur depoſitarius licitè, & tenetur
reddere pecuniam & lucrum.l.qui ſine vſuris.ff. de
nego.geſt.Si verò pecunia fuerit tradita ad nume-
rum:& tunc quia licitè vſus ſi lucratus fuerit, & tra
dat aliquam partē lucri animo liberali , tunc pote-
rit retinere cū bona cōſcientia:quia eſt mera dona-
tio:ſi verò ſoluit,quia putat teneri,ex quadā æqui-
tate,qua mercatores tenerentur:& tunc etiam lici-
tè poteſt retineri:& idem quando putat ſe teneri ex
quadam neceſsitate,quādo à principio quis nō ha
buit animū fœnerandi,aliàs ſecus. Idem Bald. in l.
ſi paſcenda.C.de pact.tenet,ꝙ quando bos æſtima
tus eſt traditus ruſtico in ſocidam,qui bos caſu for
tuito perit,ꝙ iſto caſu periculum eſt cōmune:quia
ruſticus debet ſoluere medietatē:ſecus ſi nō fuiſſet
æſtimatus:quia fuiſſet retētum dominiū:quia tunc
periculum eſt domini.l.pignus.C.de pignor.actio.
niſi paſtor fuiſſet in culpa:quia tunc periculū eſſet
paſtoris.l.cū duobus.§.damna fatalia. verſic.nihil
dolo aut culpa.ff. pro ſocio. Nec obſtat ſi dicatur:
quòd in

15 quòd † in dubio æſtimatio facit emptionem §. pretium. inſtit. de contrahend. empt. per gloſ. ſingularem in l. ſi inter. & l. cùm dotem. C. de iur. dot. quia ad illud reſpondet Bald. in d. l. ſi paſcenda. ꝙ licèt regulariter periculum ſpectet ad emptorem. l. neceſſariò. ff. de periculo & cõmo. tamen in caſu iſto iſta æſtimatio non facit emptionem, ex quo fructus animalium ſocidæ ſunt communes: quia ſi iſta æſtimatio faceret emptionem, fructus omnes eſſent emptoris: Et ideò talis æſtimatio propriè nõ facit emptionem, ex quo tota vtilitas non ſpectat ad recipienté. dict. §. damna. & ita etiam ſequitur Salice. in d. l. ſi paſcenda. & ibi etiã Iaſo. qui pro hoc alleg. tex. ſingularé in l. ſi Titius. ff. de præſcript. verb. vbi etiã in mutuo pecunię vbi transfertur dominũ in recipiétem: quia de meo fit tuum. l. ij. §. appellata. ff. ſi cert. pet. tunc ſi ex pacto ad creditoré ſpectat principalis vtilitas ad ipſum ſpectat periculũ, licèt ſit debitũ quãtitatis quę perire nõ poteſt. l. incendiũ. C. ſi cer. peta. & iſto caſu nõ obſtat d. l. pignus. C. de pig. act. Vbi periculum ſpectat ad dñm rei: quia illud verũ qñ vtilitas ſpectat ad ipſum, prout s. dictum fuit. & nõ ſufficit paſtori, ſeu caprario ꝓbare interitũ animalis niſi probet caſum fortuitũ mortalitatis aut ſimilé. Nec ſufficeret portare pellem animalis, niſi probetur caſus fortuitus: ſecundum Bald. in l. cùm ita. §. ſpecies. ff. de legat. ij. & Iaſon in d. l. ſi paſcenda. & idem Bald. in l. ſi patruus. C. communi. vtriuſque iudi. in fin. tenet. ꝙ in ſocietate duorũ fratrum, ſi vnus ponat capitale pecuniæ, alter frater ponat operam, & caſu fortuito ignis fuerint concremata, ꝙ periculum eſt ita ꝙ alter frater, qui ponebat operam emendare medietatem capitalis pecuniæ. allegat l. cũ duobus. §. ſi in coëunda. ff. pro ſocio. Idem Bald. in d. l. cum duobus. §. ſi in coëunda. ff. pro ſocio. quando aliquis tradit vacas paſcendas, ꝙ fructus ſeu fetus ſunt communes: ſed capitale debet remanere ſaluum domino, & ꝙ in fructibus non debent deduci expenſę, ſicuti in colono partiario dicitur: iuxta l. ſi merces. §. vis maior. ff. locati. iuxta no. per doctor. in l. fructus. ff. ſolu. matri. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi paſcenda. C. de pact. quando traduntur animalia alteri: tunc debet attendi quod actũ eſt, & in dubio aut fuerunt data æſtimata, & videntur communicata, & paſtor videtur emiſſe dimidiam partem. Et ſic eis peremptis vel mortuis tenebitur reſtituere domino dimidiam æſtimationis. Si verò fuerunt tradita ineſtimata, tunc fuit contractus innominatus. & ſi perirent animalia, nihil conſequeretur dominus à paſtore: quia vidétur perijſſe ſibi qui remanſit dominus. d. l. pignus. C. de pignora. actio. Idem Pau. de Caſt. in d. l. j. C. pro ſocio. tenet, quando cõtrahitur ſocietas. ita ꝙ vnus ponit pecuniam, alter operam, ꝙ in diuiſione ſocietatis capitale pecunię detrahitur, tam de conſuetudine, quã de iure. Verũtamen ſi capitale eſſet perditũ, ſocius nõ tenetur emédare, ſed in animalibus ſi tradant æſtimata videntur pro parte empta, & pro illa parte periculũ pertinet ad recipientem d. l. cũ duobus. §. damna. ff. pro ſocio. idem Paul. in d. l. ſi Titius. ff. de præſcrip. verb. tenet, quando aliquis tradit pecuniam alicui, vt negotietur, hoc acto, vt lucrum vſque ad certam quantitaté pertineat ad creditorem, & reſta ad debitorem, transferẽdo dominium in debitoré, quòd tunc datur actio præſcriptis verbis ad illud lucrum, ſi factũ eſt, aliàs, ſecus: quia periculum pertinet ad creditorem, ex quo vtilitas ſpectat ad ipſum, & eſt text. ſingulariſsimus: ſecundum Pau. de Caſtr. Nec obſtat d. l. incendium. C. ſi cert. pet. quia hîc vtilitas pertinet ad creditorem, & debitor non negotiatur ſibi, ſed creditori. Idem Pau. de Caſt. cõſ. cccxxxiij.

16 incipien. Viſo inſtrumẽto. tenet, † ꝙ quis tradit pecuniã in manibus mercatoris, ita ꝙ recipiat parté lucri, & ꝙ recipiens ſuſcepit periculum, eſt contractus mutui: & quidquid recipiat vltra ſorté eſt vſura. c. nauiganti. de vſur. poteſt tamen ſecundum ipſum fieri contractus licitus per modum ſocietatis, & ꝙ vnus poteſt pecuniam, & alter: & ꝙ capitale, & lucrum ſint ſub fortuna & periculum cõmune de quo latiùs ibi per ipſum, & in cõſi. ſeq. cccxxxv. incipien. Viſis & ponderatis omnibus. tractat quãdo ſocietas eſt inhita ad tempus certũ quo finito an alter ſocius poſsit obligare alterum ſocium, & ſi requiratur notificatio. & in conſilio ſequenti: ſecundum ordinem meum incipien. In cauſa quæ vertitur. tractat idem Paulus de Caſtro qualiter ſocietas tacitè intelligitur renouata: iuxta l. Item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. & in alio conſilio ſeq. incipient. In quæſtione quæ vertitur. tractat idem Paulus de Caſtro, an alter frater ſocius poſsit obligare alium fratrem quando nõ apparet pecuniam conuerſam in communem vtilitatem. Alexand. de Imol. conſilio cxxxj. incipien. Si quis veras. in v. volumine, latè examinat quæſtionem illam, quando in ſocietate vnus ſocius ponit pecuniã, & alter ponit operam & capitale pecuniæ eſt deperditum, an periculum ſit commune, & ibi refert primò opinionem in d. l. j. C. pro ſocio. ꝙ periculum ſit illius ſolius qui poſuit pecuniam. deinde refert opinionem Petr. qui diſtinguit quãdo periculum pecunię prouenit à principio antequàm ſocius poſuerit operã, Et iſto caſu periculum eſt commune: quia contractus non debet claudicare. l. ſi id quod. ff. de reſcin. venditio. l. iij. ff. mandati. Si verò periculum pecuniæ euenerit ex poſtfacto, quando alter ſocius poſuit operam, qui tenebitur operam ponere: & tunc procedit opinio gloſſ. in dict. l. j. C. pro ſocio. quòd periculum pecunię ſpectet inſolidùm ad dominũ pecuniæ qui poſuit pecuniam: quia ſatis ſufficere debet, quòd ille qui poſuit operam perdat operam ſuam. & iſta opinio ſecundum Cyn. in dict. l. j. ſatis videtur æqua. ſed idem Alexand. tenet, poſt Iacob. de Aret. indiſtinctè, ꝙ periculum capitalis pecunię ſit commune ſiue periculum veniat à principio ſiue ex poſt facto. Et ꝙ in dubio capitale pecunię nõ ſit communicatũ, nec venit in diuiſione: ſed debet detrahi, & quòd pecunia ponitur loco interuſurij pecuniæ. Si verò vterque poneret pecuniam, & alter ſolùm poneret operam, & eſſet conuentum quòd ponens operam plus perciperet de lucro ratione operæ & laboris valeret conuentio. dicta l. ſi non fuerunt. ff. pro ſocio. ſed interueniret periculum capitalis pecuniæ, tunc ponens operam etiam ſentiret parté damni. de quo ibi latiùs per ipſum. & in cõſil. ſequen. cxxxij. incipien. Perlectis & ponderatis tractat an ſocietas intelligatur continuata & renouata. & in conſ. 134 incip. Breuiter. in v. volu. tractat qñ alter frater ſeu ſocius acquirat nomine proprio.

& ſi videatur acquiſitum de pecunia cõmuni. Bart. in l. neminem. C. de ſuſcepto. lib. x. tenet de illis qui dant pecuniam mercatoribus ad medietatem lucri & damni, quòd non poſſunt petere reddere ratione ante finem anni. Ioannes de Platea ibi tenet, quòd quis non poteſt petere reddi rationem totalem ante finem anni: ſed bene petere poterit reddi rationem, ratione alicuius particularis capituli: iuxta notata per Salicetum in l. aduerſus. & l. rationes. C. de adminiſtratio. tutor. & quòd in dubio mercator peritus præſumitur lucratus. de pecunia, niſi proteſtatus fuerit de contrario, & probet per argumẽta ve-
17 riſimilia. Et quòd etiam † mercator qui fideiubet, & promittit pro alio, non habet beneficium prius conueniendi principalem quàm fideiuſſorẽ: ſecundum glo. ſingularem in authent. de fideiuſſ. §. j. col. j. & quòd hodie poteſt licitè tradi pecunia mercatori ad honeſtum lucrum: iuxta c. per veſtras. de don. inter virum & vxor. iuxta nota. per Bartol. Angel. Ioan. de Imol. Paul. de Caſtr. Alexan. de Imol. in l. diuus. ff. ad leg. Falcid. Petr. de Vbal. in tracta. duorum fratrum & ſocietatis in v. parte. q. xxvij. format quæſtionem, quando duo contrahunt ſocietatem, ita ꝙ vnus ponit pecuniam, puta quingentum aureos, & alter ponit operam, & induſtriã. modò dubitatur quomodò fiet diuiſio de lucro & damno. Et in effectu concludit quòd iſte cõtractus eſt licitus, licèt tranſeat periculum capitalis pecuniæ pro medietate ad alterum ſocium qui ponit operam: & ꝙ reſpectu lucri fit diuiſio pro medietate, quãdo opera coreſpondet interuſurio pecuniæ. & pariter fit diuiſio damni, & ꝙ non ſapit vſuram, nec eſt contractus mutui: ſed ſocietatis, & ad vtilitatem publicam conſeruandæ ſocietatis & æqualitatis: Salycetus in l. numerus. ff. pro ſocio. ſuper hac materia format octo quæſtiones, & in ſecũda quæſtione tenet, ꝙ in diuiſione lucri & damni capitale pecuniæ non cenſetur communicatũ, nec venit in diuiſione. & in vij. quæſtione tenet, ꝙ in diuiſione lucri damni ſocietatis partes debent correſpondere capitali pecuniæ, adeò, ꝙ ſi vterque ſociorum poſuerit mixtim pecuniam & operã, ille qui plus poſuit de pecunia, plus habebit de lucro, vel damno, ſi aliter non fuerit actum. d. l. ſi non fuerint: niſi opera ſeu induſtria alterius excederet operã & induſtriam alterius, & quia aliter ſocius ſolus peræquatur ſolus ſtat fixus. ad apothecam, & in hoc recurrendum eſt ad arbitrium iudicis: ſecundum Bald. in d. l. j. C. pro ſocio. in iiij. quæſt. poſt Nicol. de Mate. & idem Salic. in d. l. numerus. in viij. queſt. tenet in ſocida pecudum quando traduntur æſtimatæ ad tempus, & in curſu temporis deteriorantur, ꝙ acceditur æſtimatio valoris de præſenti, & non de præterito. faciunt notata per Bart. Lucam de Penna, & Ioan. de Plat. in l. quod ad præſens. C. murilegu. libr. xj. Pet. Phil. in repetitio. dict. l. ſi paſcenda. C. de pact. format vij. queſtiones principales in hac materia, & in vij. quæſtione quãdo in ſocietate fit pactum, ꝙ capitale remaneat ſaluum. de quo ibi latiùs per ipſum Lauren. de Rodulph. in repetitione c. conſuluit. ve vſur. in xix. queſtione tenet, quando quis ponit pecuniam & alter operam, ꝙ non valet pactum, quòd capitale remaneat ſaluum, & accipiat partem lucri. pro quo allegat Azo. glo. in d. l. ſi nõ fuerint. ff. pro ſocio. Salice. in authen. ad hæc. C. de vſur. in xiiij. quæſt. latè tractat de hac materia quando quis tradit pecuniam mercatori vt accipiat partem lucri, & an valeat pactum ꝙ capitale remaneat ſaluum de qua materia etiam habetur per Anto. de Butr. Panor. Ioan. de Anania in c. nauigãti. de vſur. & ibi refert dictum Ioan. Andræ. in dict. c. per veſtras. de donatio. inter
18 virum & vxorem. † quando traditur pecunia dotalis in manibus mercatoris, ꝙ tenetur cauere de dote integraliter reddenda. arg. l. j. ff. ſolut. matrim. & de parte lucri reddenda ita ꝙ ſi in aliquibus mercimonijs lucratus fuerit, & in aliquibus amiſerit fiat cõpenſatio lucri & damni: & ſic ſentit Ioan. Andr. ꝙ valeat pactum vt capitale remaneat ſaluum. ſed videtur ſentire, ꝙ ſit ſpeciale in dote dum allegat d. l. j. ff. ſolu. matri. Panormitan. in dict. c. nauiganti. de vſur. ſemper dubitauit de dicto Ioannis Andr. quia non probatur in dict. c. per veſtras. de donatio. inter virum & vxorem. quia non fit mentio, quòd mercator debeat reddere capitale pecuniæ ſaluum. ſed fit mentio de parte lucri. & pro hoc etiam allegat cap. ſuper eo. de vſur. vbi prohibetur vſura etiã pro actu pro redemptionis captiuorum. Ioannes de Ana. in dict. cap. nauiganti. etiam idem tenet: quia in dict. c. per veſtras. ſolùm fit mentio de parte honeſti lucri. de quo etiam habetur per Panormita. in dict. c. per veſtras. qui tenet, quòd non eſt ſpeciale, in dote prout ſuprà dictum fuit, nec ibi dicitur quòd capitale pecuniæ remaneat ſaluum, ſi periculum eueniet nec valeret pactum à principio de certa parte lucri, vt quòd deponens haberet ad rationem decem pro centenario vel aliam quantitatem ſicut faciunt viduæ de quo latiùs ibi per ipſum Bart. in l. Inſulam. §. vſuras. ff. ſolu. matrimo. videtur tenere in actione de dote, quòd p oſſint peti vſuræ propter onera matrimonij: iuxta cap. ſalubriter. de vſur. per modum intereſſe: iuxta l. ſociũ qui in eo. ff. pro ſocio. ſecus in dote reſtituenda ſoluto matrimo. quia ceſſat ratio onerum matrimonij. Veruntamen ſecũdum Io. de Imol. in dict. §. vſuras. quando pro alimẽtis, promitteretur marito aliqua quantitas annua ratione dotis, propter onera matrimonij teneret: de quo latiùs per ipſum vide Barto. in l. ij. C. de naufra. lib. xj.
19 de illo qui tradit pecuniã † ad partem lucri & damni mercatori quòd ſi mercator alleget caſum fortuitum damni debet probare infra annum licèt Alex. ibi in additio. & Ioan. de Plat. teneant cõtra quando deducitur in vim exceptis: quæ debet eſſe perpetua. & pro opiniõe Bar. l. nemĩnẽ. C. de ſuſcep. lib. x.

ARGVMENTVM.

Societas in qua vnus pecuniam preſtat, alter autem operas: operæ impenſis cuius præſtabuntur.

SVMMARIVM.

1 *Libertus ſuo victu operas preſtat.*
2 *Colonus partiarius in colendo agro omnes impenſas ſuis ſumptibus facit.*
3 *Operæ que in ſocietate præſtantur, ipſius ſocietatis expenſis præſtandæ ſunt.*
4 *Legati ſiue ambaßiatores ſi in legatione plus expenderint quàm eorum ſtipendia ferant, non repetunt.*
5 *Expenſæ quæ fieri debeant dum operæ præſtantur.*
6 *Socius qui operas ponit, ſi foras proficiſcatur, expẽſæ communibus ſocietatis ſumptibus fieri debent.*

Quæſtio

Quæſtio DCCCXC.

QVAERITVR quando vnus ſocius ponit operam in ſocietate & alter pecuniam, an ille qui ponit opera teneatur illa præſtare ſuis ſumtibus & expenſis & an poſsit petere expẽſas laboris dubium facit: quia † libertus præſtat operas ſuo
1 victu.l.ſuo victu.l.quod niſi.§.j.ff.de oper.liber. præ-
2 tereà in colono † partiario vbi eſt quędam ſocietas. l.merces.§.vis maior.ff. loca. colonus facit omnes expenſas tàm in colendo, quàm in ſeminãdo & recolligendo & fructus diuiduntur: vt ibi nota.cap. tua nobis.le grand. de decimis.& nota.per Bartol. & cæteros in l.fructus.ff.ſolu.matrimo. Sed in con-
3 trarium videtur veritas in caſu: † quia debent ſolui & deduci expenſæ factæ occaſione ſocietatis de cõmuni corpore ſocietatis.l.cum duobus.§.ſi quis ex ſocijs.l.ſi vnus.§.ſi vnus.l.ſociũ, qui in eo.§. ſocius. ff.pro ſocio.l.idémque.§.idem Labeo.ff.manda. & hoc tenet Alber.in l.j.C.pro ſocio.niſi aliter actum ſit, ſicut in colono partiario: quia videtur actum, ꝙ ſuis ſumptibus colat: quia ipſe præſtat laboragium & dominus ponit terragium: & debent deduci expẽſæ vecture equorum nauigationis itineris: ſecundum qualitatẽ perſonarum, quãdo cõſueuerat ire equeſter: ſecundum Alberi.in l.properandũ.§.ſin autem alterutra. C. de iudic. ſecus ſi eſſet ruſticus, qui conſueuit ire pedeſter: ſecundum gloſſ.in dict. l.idémque.§.idem Labeo.ff.mand. & idem ſi eſſet
4 propè: vnde ſecundum Alber.ibi † ſi ambaſsiatores fecerũt maiorem expenſam vltra ſalarium, non repetet. & ſi ſocius quando vadit foris pro negotijs ſocietatis comedit feſianos, perdices, tunc deducuntur de communi: ſecundum qualitatem perſonarũ ſecundum Alberi.in dicta l.j. poſt Rofred. in titul. pro ſocio idem tenet Cyn.in dict.l.j.in vltima quæſtione: & Bald.ibi in vij. quæſtio. except. expenſis, quas domi eſſet facturus.l.ſed ſi largè.§.quod autem.ff.de petitio.hæredi.idem Sali.in d.l.cum duobus.§.ſi quis.ff.pro ſoci.tenet quòd propter laborẽ
5 ſocij nihil donatur: ſed quò ad † expẽſas quas eſſet domi facturus an diminuatur aliquid ſe remittit ad nota. per gloſſ.in cap.ſtatutum.§ inſuper.de reſcript.lib.vj.ſuper verbo, moderatas. Ange. in dict. l.j.C.pro ſoc.in fine tenet, quando ſocius itineratur vel nauigat pro negotiis ſocietatis debet fieri com munibus ſumptibus ſocietatis, niſi aliter ſit actum ſicut in colono partiario, quia tacitè videtur actum vt fructus diuidantur cõtemplatione & ſumptuum. quia colonus ſuis ſumptibus tenetur arare ſemina-
6 re colere. Salic.in dict.l.j.in vj.quæſti.tenet, † quando ſocius qui ponit operam proficiſcitur extra, ꝙ debet fieri expenſa communibus ſumptibus ſocietatis: ſectis in colono partiario, aut paſtore animalium, & ibi reddit rationem diuerſitatis: ſed quò ad expenſas quas eſſet domi facturus fortè equitas ſocietatis & fraternitatis, quam ſocietas inducit, non patitur vt dictæ expenſæ computentur ſocio, ſed illis non obſtantib. debẽt imputari & computari ſuper ſocietate. veruntamen diſtinguit inter expẽſas quotidianas vti ciborum, potus tàm pro ſe famulo ratiocinio, & iſtę debent imputari ſocietati integraliter: quia dicuntur neceſſariæ, alię dicuntur expenſæ quaſi perpetuę: vti veſtimentorum, calceamentorum, & iſte non imputantur ſocietati, quia ſunt vtiles ſibi, & non ſocietati. & ita in effectu tenet idem Salic.in l.nuntius.ff.pro ſocio.in vj.quæſtio.

ARGVMENTVM.

Pecuniarum traiectiones, & permutationes quo mercatores & trapeſitæ vtuntur licitę ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Naviganti uel eunti ad nundinas pecunias mutuans etiam ſi periculum in ſe reciperet, non niſi ſortem accipere ue titum.*

2 *Pecunia ad quid inuenta.*

3 *Venditor qui rem emptori ſtatuto termino dedit an termino pen iente fructuum loco nonnihil pecuniarum accipere poßit.*

Quæſtio DCCCXCI.

QVAERITVR an iſta cambia quo vtũtur cãpſores & mercatores ſint licita: vt quia campſores in aliquo loco recipiunt centum ducatos aut aliam ſententiam, & faciunt dare vltra mare aut Neapoli Romæ aut alibi, & accipiũt aliquid lucri & tradunt eorum literas cambij. & mercatores cambiunt monetam minutam pro petijs auri & retinenti aliquid pro cambio. & econtrà, vt faciliùs portetur aurum cambiunt, aurum pro moneta, & accipiunt faculorum an ſit licitũ: & quid iuris quãdo literæ cambij producitur. Et in effectu prima facie videtur dubium propter c.nauiganti.de vſu.vbi
1 prohibetur † nauiganti vel eunti ad nundinas mutuans pecunias etiã ſi ſuſcipiens in ſe periculũ prohibetur aliquid recipere vltra ſortem: præterea per pecuniam æſtimantur aliæ res ſed nõ ecõtrà.l. ſi ita
2 fideiuſſorem.ff.de fideiuſſor.† quia pecunia eſt inuenta vt per ipſam æſtimentur alię res, & ſuccedat loco aliarum rerum: ſecundum Paul.de Caſt.ibi veruntamen groſſa moneta poteſt æſtimari per minutam monetam: ſecundũ Paul.de Caſt. Io.de Imol. ibi & per Barto.in l.Paulus.aliâs incipit creditorẽ. ff.de ſolu.& licèt regulariter pecunia non æſtimatur per alias res: fallit ſi pecunia eſſet loco ſpeciei depoſita in archa.l.ſi certos.ff.de leg.j.ſecundum Ange.in dict.l.ſi ita.vide de litera cambij per Bald.in l. inſtrumenta.C.de fideicommi.in fine.vnde cambij ſunt licita: dum tamen non fiant in fraudem, & vltra modum: ſecundum Bald.in rubric.de conſti.pecuni.Salice.in authen.ad hæc.C.de vſur.in xj.q. Iaſ. in l.cunctos populos.C.de ſumma trini.in repetiti. Bald.Salic.poſt glo.in l.iij.C.de iuſti.idem Bald.in l.ij.C.de vſu.rer.iudic. Ioan. Calde. conſil.xj.tit.de vſur.do. Lauren.de Rodulp.in repetitio. cap. conſuluit.de vſur.in ſecunda parte, quæſtio.xxvij. & ſequenti.& in tertia parte.j. Archi.xiiij.q.iij. c.j.vide infra. Anthon.in ſumma ſecunda parte, titu.j.cap. vij.§.xlvij. quòd iſta cambia iſtorum campſorum ſeu mercatorum minuta poſſunt eſſe licita cambiando vnum florenũ ad rationem vnius denariorũ pro floreno ratione intereſſe propter expenſam & ſalarium factorum, & ſimiliũ, dum tamen non fiat exceſsiuè: & quòd non fiat ſub nomine mutui. item in §.xlviij.tracta. dè cambio quod fit per literas. & in §.xlix. de cambio quod fit ad libras groſſorum. Adde quando venditor tradidit rem vendi-
3 tam emptori. † & dedit terminum emptori ad ſoluendum pretium: an pendente termino licitè vendi

toi poſsit accipere aliquod proficuum ab emptore
in penſione, aut aliàs, & videretur quòd ſic.l. ſicut
emptio.§.fin.cum l.ſequen.ff.de loca. cum ibi not.
& maximè quia hic nõ agitur in mutuo. Prætereà
licèt pendente termino non contrahatur mora: tamen
contrahitur re ipſa.l.curabit.de actio.emp.C.
de vſuris.cum ibi nota. Bald.& maximè ſecundum
qualitatem perſonarum quę conſueuerũt negotia.
in l.fina. C.ad Macedo.cum ibi notat. per Bald.de
iſta materia habetur per Roma.conſi.ccxxxviij. &
ccccij.& ccccxx.de quo per glo.in ca. quia pleriq;.
xiiij.quæſtion.iij.& in l.j.C.pro ſocio.& per Pet.de
Ancha.in repetitio.ca.penul.de regul.iur. lib.vj.in
vj.charta.& Pau.de Caſt.cõſi.cccxxxvj.& Panor.c.
xiiij.in ij.libr.& Sali.in authentic.ad hęc.C.de vſu.
in xiiij.quæſtio.& maximè propter vniformiter pręſtationem:
ſecundum Rom.in dict.conſi. cçccij. &
quia non debuit promitti certa quantitas: ſecundũ
Ioan.in cap.ſalubriter.de vſu.& Petr.de Ancha.cõſil.cxlviij.
& Lauren.de Rodulp. in repetitio.cap.
conſuluit.de vſur. in liij.quæſtio. Alexand. conſil,
ccxx.in ſecundo volumine.& conſi.cxxj.in v.volu.
licèt aliter ibi videatur ſentire.vide per Deci.conſi.
cxvj.& conſil.cxix.facit cap.per veſtras.de don.inter
virum & vxor.

ARGVMENTVM.

Minor quinq; & viginti annis in criminalibus an
teſtis omni exceptione maior ſit.

SVMMARIVM.

1 *Pupilli teſtimonium in cauſa ciuili non admittitur.*
2 *Minoris uiginti annis teſtimonium in criminalibus nonnullum facit indicium.*
3 *Puberum quatuordecim annis maiorum teſtimonium in ciuili ualidum.& nu.8.*
4 *Impuberes ferula cedi,ut inquiratur,ſolent.*
5 *Impuberis pubertatis proximi teſtimonium indicium facit.*
6 *Mulieris teſtimonium indicium qualequale.*
7 *Impubes ut teſtimonium ferat non torquendus.*
8 *Puberis teſtimonium in criminalibus non niſi duobus & uiginti annis natus ſit,recipitur.*
9 *L.in teſtimonium ff de teſtib.canoniſata.iiij.quæſtion.iij.c.in teſtimonium.intellectus.*
10 *Minorem quinque & uiginti annis in teſtem uocari ab accuſatore non debere.*
11 *Indicium qualequale quid ſit, remiſſiuè.*
12 *Inquiſitio in accuſationis locum ſuccedit.*

Quæſtio DCCCXCII.

QVAERITVR an in criminalibus minor
xx.annis ſit idoneus teſtis. & videretur
dicendum quòd non.l.in teſtimonium.ff.de teſtib.
1 cap.in teſtimoniũ.quarta quæſtio.tertia. † Et licèt
pupillus in cauſa ciuili non ſit idoneus teſtis ad plenam
probationẽ.l.iij.§.lege Iulia.& l.inuiti.la ſecũda.ff.de
teſtib.tamen faciũt aliquale indicium: ſecundum
glo.ibi, quando eſt proximus pubertati.
Gloſſa verò tenet in dicta l.inuiti.la ſecunda. ff. de
2 teſtib.quòd † teſtimonium minoris ante vigeſimũ
annum in cauſa criminali facit aliquod indicium.
ſed glo.in d.l.fi.C.de his quib.vt indig.videtur ſentire
quòd iſto caſu minor debeat ferula cedi ad inquirendum.
& ibi Barto.tenet quòd faciat ſufficiẽs
indicium:ſed nõ declarat ſi ad torturam faciat.l. de
minore.in princip.& l.ex libero.§.de minore.ff. de
3 quæſto. Item † in caſu ciuili pubes poſt xiiij.annũ
poteſt ferre teſtimonium in maſculo.§.teſtes. inſti.
de teſtamen.& in puella poſt xii.annum: ſecundum
glo.iiij.q.iiij.in ſumma.an autem poſsit ferre teſtimonium
de his quæ vidit in puerili ætate vide ibi
per glo.& in dict.§.teſtes.& in l.iij.§.lege.ff.de teſti.
& in l.ad teſtiũ.§.j.ff.de teſtamen. Sed an iſto caſu
dicti teſtes puberes ſeu maiores xiiij.annis minores
xx. faciunt plenam probationem, aut ſaltem indicium
ad torturam, ſaltem in defectum alterius probationis:
quia non potuerint adhiberi alij idoneos
teſtes in tali delicto occulto participatiõis carnalis
cũ animali bruto.& quia ſuper hoc reperiũtur opiniones.
Ideò referam vt meliùs potero. Nam glo.
4 in l.fi.C.de his quib.vt indig.tenet, † quòd impuberes
ſolent ferula cędi ad inquirendũ non puniendũ.
allegat l.j.§.impuberes.& l. excipiũtur. ff.ad ſenatuſconſul.
Sileya. vnde ſecundum Barto. in dict.l.
fina.C.de his quib. vt indig. licèt impuberes non
ſint idonei teſtes in maleficijs: vt dict.l.j. in teſtimo
5 nium hoc eſt verum ad plenam probationem: † ſed
ad indicium benè poſſunt examinari. & ibidem notatur,
ꝙ dictum impuberis eſt ſufficiens indicium,
quod intelligunt in pupillo puberis & doli capaci
qui excedit decimum annum: iuxt.no. per glo.in d.
l.inuiti.& in §.pupillus.inſtitu.de inutili.ſtipula.&
in l.pupillum.ff.de regu.iur.& per glo.in cap.j.& ij.
de delict.puero. ſed idem Bar. in dict.l.j.§.impuberis.
aliàs impubes. an teſtimonium minoris faciat
indicium: ſe remittit ad notata in l. maritus. ff.de
quæſtionibus.idem verò Bartol. in dict.l. maritus.
poſt gloſſ.ibidem tenet,quòd quãdo teſtis non debet
examinari propter ætatem non facit indicium
plenum,ſed qualequale allegat dict.§.impubes. &
gloſſ.in dict. l.final.& idem eſt quando teſtis non
6 debet examinari,propter ſexũ,vt in muliere: † quia
facit ſolum qualequale indicium.cap.forus.de verbo.
ſignifi.ff. & idem quando teſtis non debet examinari
propter inimicitiam,debet recurri ad qualitatem
inimicitię,& iſto caſu quando iudex recipit
probationes quas nõ debet admittere. eſt iuſta cauſa
appellandi: ſecundum Barto in l.ii.ff.de appella.
recipien.& Bal.in l.ij.C.de epiſco.audien.vide Bal.
7 in dict.§.impubes.qui tenet, † quòd impubes non
debet torqueri: ſi tamen ſit tortus facit indicium ad
pręparationem non ad deciſionem ſeu condemnationem.
allegat glo.in dict.l.fina.C.de his quib. vt
indign.& ibidem tenet,quòd ex leui tortura interrogentur,
non ad damnationem, ſed ad inſtructionem.
non autem intelligit de infantibus qui ignorant
quod videtur Specu verò de titu. de teſte. §.j.
verſicu.item excipitur, quòd eſt impubes. tenet,ꝙ
teſtimonium impuberis, non valet niſi in certis ca
8 ſibus ibidem adductis. † Si verò ſit pubes benè valet
teſtimoniũ in cauſa ciuili: ſed in criminali non
admittitur, niſi cõpleuerit xxij.annũ.allegat d.l.inuiti.
la ſecunda.& iiij. quęſtio.iij.c.in teſtimonium.
attamẽ ſecundũ ipſum minor xx. annis admittitur
ad indicium: ne probationis facultas anguſtetur,
non ad plenam fidem. Ioan. verò Andr. ibidem in
additio.loquendo de impubere,intelligit de doli capace
& proximo pubertati,prout ſupra dictum fuit.
Fortius in adulto. & ibidem allegat Gulie.de Suſa.
quòd dict.

9 ri quòd dict. † l. in teſtimoniũ.ff.de teſtib. canoni-
ſata quarta quæſti.iij.cap.in teſtimonium. intelli-
10 gitur, † quòd accuſans non debet facere citari in
teſtem minorem xx.annis.& ideò ſecundum ipſum
iudex nõ prohibetur quem ſuo motu minorem xx.
annis ſaltem in defectum probationis recipere poſ
ſit in teſtem,non ad indicium tantùm, de quo non
eſſet dubium. Hoſtien.verò in ſumma de teſtib.§.
quis poſsit eſſe teſtis.verſicu.ætas.tenet ſimpliciter
quòd in cauſa criminali minor xx.annis non admit
titur.allegat dictã l.inuiti. & dictum.c. in teſtimo-
nium.& cap.cùm xx.de offic.deleg.cum ibi not.vi-
de de materia per Alexand.de Imol. in additio.ad
11 Bartol.in dict.l.maritus.& ibi declarat † quid im-
portet iſtud qualequale indicium ſeu præiudicium
de quo ſe remittit ad not.per Bal.in l.ſi duo patro-
ni.in princip.ff.de iureiur.& in l.milites.C.de quæ-
ſtio.& in l.ij.C.quorum appella.non recip. quia ta
le quale præiudicium operatur ad corroborandum
& ſcoadiuuãdum alias probationes vide per eundẽ
Alexand. conſil.lxiiij.incipien.Viſo.in primo volu
mine.& conſil.clxxvij.in ſecundo volumi.& ibidẽ
latè tractat an minor xxv.annis poſsit eſſe teſtis in
cauſa criminali etiam per viam inquiſitionis inten
tate maximè ſi aliæ probationes deficiant:& ibidẽ
allegat Guido. de Suſa.& Ioan. Andr. vbi ſupra,
quando teſtis minor xxv.annis recipitur in teſtem
motu proprio,ſi deficiant aliæ probationes. Ergo à
contrariò,quando extra illius facti & negotij veri-
ſimiliter alij teſtes poterunt occurrere, licèt caſuali
ter non interfuerunt non valet tale teſtimonium,li
cèt etiam teneat, quòd in cauſa inquiſitionis teſtis
minor non dicitur recipi mortuo proprio iudicis:
12 quia † inquiſitio ſuccedit in locum accuſationis
prætereà tale teſtimoniũ non debet facere,niſi qua
ſequalẽ probationem.allegat glo.in l.etiam matris
ff.de probation.& etiam ibi declarãt qualiter intel
ligitur quòd deficiat alia probatio. & quod de
iſto debet conſtare. Nec ſufficeret ſi duo teſtes mi-
nores xx.annis dixerit,quòd alij non fuerint preſen
tes.allegat Bartol.in l.decem. ff.de verbor. obliga.
Adde quòd minor in teſtimonio poteſt iurare de ve
ritate dicenda ſine authoritate tutoris aut curato-
ris: ſecus in confeſsione: ſecundum Bald.in l. cla-
rum.C.de aucto. præſtan. facit quod habetur per
glo. Barto.in l.ij.§.quod obſeruari.de iuramen. ca-
lũ.ſuper verbo,ſtare poſſunt. & per glo.in l.is apud
quem.C.de edend.

ARGVMENTVM.

Impubes an in criminibus exceptis torquendus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Pupilli in criminibus exceptis teſtimonium etiam cum tortura recipitur. Item in ſymonia & hæreſi.*
2 *Infames & minus idonei teſtes in criminibus exceptis torqueri poſſunt.*
3 *Tortura in diebus paſcalibus dari poteſt.*

Quæſtio DCCCXCIII.

QVAERITVR quia impubes nõ debet
torqueri prout ſupra dictum fuit.l.ex libero.
§. de minore.ff.de quæſt.quid iuris in crimine læſæ
maieſtatis,aut alijs criminibus exceptis. & in effe-
1 ctu dicendum eſt, † quòd ſic. l.de minore.in prin-
cipio.ff.de quæſtio.l.famoſi.ff ad leg. Iuli.maieſta.
l.nullus.C.eod.titul.& ibi gloſſ. quæ exemplificat
etiam in crimine ſymoniæ.& idem in crimine hære
ſis:ſecundum glo.in l.ij.§.lege Iulia.ff.de teſtib.&
2 ibi † etiam ponit de teſte infami, aut alijs teſtibus
non idoneis, qui in talibus criminibus exceptis ad
mittuntur ad teſtimonium cum tortura: vide Bart.
in d.l.ex libero.§.de minore. qui tenet,ꝙ minor nõ
poteſt torqueri:vt ex eius dicto aliquis condẽnetur:
ſed vt ſumatur indiciũ, propter quod veritas inqui
ratur bene poteſt torqueri,hoc eſt ferula vel ab eua
cedi:vide glo.in c.cũ P. Mangonela.de accuſa.quę
ponit tria crimina excepta,videlicèt crimẽ hæreſis,
crimen læſæ maieſtatis,& crimen ſymoniæ: & per
Panormi.in cap.fin.de teſtib.cogend.vide Bald.in
3 l.iij.C.de epiſcopo.audien.vbi tenet, † quòd etiam
in diebus paſcalibus poteſt adhiberi tortura ad in-
ueſtigationẽ enormiũ criminũ ſeu criminoſorum
& ſpecialiter in delictis quæ committuntur clã ſi-
cut eſt aliquem Iſaurorum & inquãtationem face
re committere adulterium,monetam falſam & ſi-
milia.nam in talibus facilior & promptior debet
eſſe iudex ad torturam, quod eſt notandum.facit l.
prouiciarum.cum ibi nota.C.de ferijs.

ARGVMENTVM.

Teſtes an inimicitiæ cauſa repelli poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia an argui poßit ex eo quod quis acquiſitorũ partem prætendit.*
2 *Bona noſtra altera eſt uita.*
3 *Inimicus & qui cum inimico habitant, an à teſtimonio repellentur.*
4 *Inimicus capitalis quia dicatur.*
5 *Inimicitia quæ à lite criminali ortum habuit, & minationes mortis ab initio teſtem repellunt. & numer. 8. & 9.*
6 *Inimicitiæ capitalis duæ cauſæ.*
7 *Inimicitia quæ emanauit ex facto eius contra quem teſtis deponit, teſtimonium non repellit. & nu. 16.*
10 *Inimici facilè mentiuntur.*
11 *Inimicitia an grauis ſit uel leuis iudicis officio relinquitur.*
12 *Inimicitia arguitur propter litem ſiue criminalem, ſiue ciuilem omnium bonorum uel maioris partis.*
13 *Inimicitia litigijs cauſatur.*
14 *Inimicus deierare præſumitur.*
15 *Inimicitiæ capitales & grauißimæ quæ dicantur.*
17 *Exceptio criminis contra teſtem de iure non admittitur.*
18 *Teſtis parti coniunctus tanquàm ſuſpectus recuſari poteſt.*
19 *Coniunctus magnæ probitatis & ſanctimoniæ tanquàm ſuſpectus non recuſandus.*

Quæſtio DCCCXCIIII.

QVAERITVR quia in dicta cauſa inqui
ſitoriali contra dictum Iacobum Bernardi
principaliter fuerunt examinati duo teſtes,videli-
cet Petrus Bernardi conſanguineus ſeu cõſobrinus
germanus d. Iacobi Barnardi ætatis xx.annorũ vel
circa & Anthonius Allyandi ætatis xv. annorũ vel
circa,contra dictum Iacobum Bernardi,qui depo-
nunt de actu proximo dictæ participationis cum
animali bruto.Sed ex aduerſo opponitur pro parte
dicti Iacobi Bernardi aduerſus dictos teſtes quòd

ſunt inimici mortales ſeu capitales dicti Iacobi Ber
nardi,& allegat cauſam inimicitię propter Michaẽ
lem Bernardi patrẽ d. Petri Bernardi & Hugonem
Bernar. eius patruũ, quòd ſint inimici mortales pro
pter differentiam eorum partendarum. † quia dict.
Iacobus Bernardi nepos prætendit habere partem
in aquiſitis per ipſos, aſſerendo, quòd propter hoc
ſit inimicitia grauiſsima inter ipſos & non leuis. ar.
l. propter litẽ. ff. de excuſ. tuto. & inſti. de excuſ. tuto.
§. item propter litem. & §. item propter inimicitias.
& cap. frequens. de reſtitu. ſpoliator. lib. vj. Et idem
eſſet quãdo eſſet quęſtio in materia ciuili ſuper ſpo
liatione alicuius rei particularis. c. accedens. vt lite
non conteſta. c. item cùm quis. de reſtit. ſpoli. ſecun
dum Panormita. in cap. cùm oporteat. de accuſati.
2 quia bona † noſtra dicuntur vita: ſecundum glo.
3 in l. adnocati. C. de aduoca. diuer. iudic. † nam ini-
micus & illi qui habitãt cum inimico reppellũtur à
teſtimonio. c. repellentur. & dict. cap. cùm oporteat.
de accuſati. & ita eſt in propoſito: quia fuit dedu-
ctum, quòd dictus Petrus Bernardi manet cum di-
cto Michaele eius patre & Hugone Bernardi pa-
truo. & pariter dictus Anthonius Lyandi manſit
cum ipſis, licèt etiam maneret durante communio-
ne cum dicto Iacobo Bernardi, & ſic pars affectio-
nis cauſæ ſuſpitionem tollit. l. non ſolùm. §. j. ff. de
ritu nupti. ſecundum Specu. in §. de teſte. §. j. verſi.
Sed quid ſi teſtis. Sed quia ad repellendum teſtem
propter inimicitiam non ſufficit qualibet inimici-
tia vti leuis. l. iij. §. fin. cum ibi nota. per glo. & Bart.
ff. de adimend. lega. ideò poteſt quæri quæ ſit iuſta
cauſa inimicitiæ ad repellendum teſtem à teſtimo-
nio. & ſuper hoc refferam opiniones. Nam gl. in au
then. de teſtib. §. ſi verò quis. colla. vij. & in authen.
4 ſi dicatur. C. de teſtib. tenet † quòd dicetur quis ini
micus capitalis duobus modis. vno modo propter
litem criminalẽ. ſecundò quia capitaliter ſe odiũt:
ſecundum glo. in dict. §. ſi quis verò. & ibi tenet, ꝙ
inimici de facili mẽtiuntur. l. j. §. pretereà. ff. de quę-
5 ſtio. vnde ſecundum Barto. ibidem † inimicitia quę
oritur propter litem criminalem, aut quia ſe mina-
tur mortẽ repellit teſtem ab initio: ſecus in alia ini-
micitia: quia debet reſeruari in tẽpus diſputationis
teſtium. & ibi etiam poſt gloſſ. quando poſt inimi-
citias interuenit reconciliatio, vel quãdo finita eſt
quæſtio criminalis: quia tunc bene poterit admitti
in teſtimoniũ. & ita in effectu tenet glo. in l. ſi quis
teſtibus. C. de teſtib. & glo. in l. iij. in princip. ſuper
verbo, inimicus. ff. de teſtib. licèt ibidem teneat, ꝙ
ſit arbitrarium iudici. ſed glo. in l. licèt. ff. de arbitr.
6 ponit † duas cauſas inimicitię capitales, videlicèt
quando nominantur adinuicem mortẽ, vel quan-
do pendet cauſa capitalis inter ipſos. Sed Bald. ibi-
7 dem tenet † quòd quando pars faceręt in fraudem,
vt quia minaretur teſtem ad mortem, quòd nihilo-
minus admittetur ad teſtimoniũ: quia iſto caſu eſ-
ſet arbitrarium iudici. Azo verò in ſumma. C. de te
8 ſtib. verſi. item repelluntur odioſi. tenet † ꝙ quan-
do quis eſt odioſus propter litem criminis maximè
capitalis, quòd tũc repellatur ab initio. ſecus ſi pro-
pter alium inimicum. Cyn. in dict. l. ſi quis teſtibus.
in viij. quæſtion. quæritur quando quis contrahit.
inimicitias cum inimicis meis, quòd tũc nõ totaliter
repellitur à teſtimonio: ſed eſt arbitrariũ iudici. Al-
9 ber. verò in d. authẽ. ſi teſtator dicatur. † tenet, quã
do quis eſt inimicus propter litem criminis, quod
tunc repellitur ab initio. & tandem tenet, quòd ſo-
lùm capitalis inimicitia repellit teſtẽ, licèt propter
aliam inimicitiam debilitetur fides teſtimonij. & in
hoc committitur arbitrio iudicis. allegat dictam l.
iij. §. fina. cum glo. ff. de adimend. legat. & per gloſſ.
& Inno. in dict. c. cum oporteat. de accuſa. Et tan-
dem ibidem circa finem format quæſtionem. poſt
Odoffred. quando committitur aliquod maleficiũ
vel aliqua rixa inter aliquos, & aliquis delinquens
accuſat omninò præſentes ad finem reppellendi à
teſtimonio, quòd comperta fraude poterunt exami
nari tales teſtes. Et ibidem ponit etiam certa alia
remedia. Vide eundem Alberic. in tractatu de teſti.
§. quãdo teſtes repellũtur ratione demeſticitatis. ver
ſicu. ſubſequens videndum eſt de amico & inimico.
refert opiniones qualis inimicitia habeat reppelle-
re teſtem: & ibi refert ſecundum communem opi-
nionem, ꝙ debet conſiderari cauſa inimicitiæ, & an
inimicitiæ ſint graues aut magnę. & ibi ponit plu-
res caſus inimicitiæ, tàm in ciuili, quàm in crimi-
nali. Bald. verò in dict. authen. ſi dicatur. facit diffe
rentiam inter inimicum capitalem, ſeu grauiſsimũ
aut grauem: quia tunc repellitur à teſtimonio: quia
10 inimici † faciliter mentiuntur: ſecus in leui inimi-
citia: quia propter leuem inimicitiam non præſumi
11 tur quis deierare. & ibi dicit † ad cognoſcendum
quæ ſit grauis vel leuis inimicitia committetur ar-
bitrio iudicis. Et vlterius ibidem dicit, quòd non ſo
lùm inimici repelluntur à teſtimonio: ſed etiam ſu-
ſpecti de inimicitia. & ibi etiam ponit remedium
de fraude quando lite conteſtata ſeu pręuenta ali-
quis accuſat teſtes de crimine ad finem ipſos repel-
lẽdi: quia tunc non obſtãte tali fraude examinabũ-
tur teſtes: ſi verò lis nondum eſſet cœpta, tũc ſuper-
ceditur à teſtimonio, donec finita cauſa criminali:
ſi verò probetur crimen contra teſtes, tunc repellun
tur in totum. Idem Bald. in l. liberi. poſt glo. C. de
inoffi. teſtamen. quòd inimicitia probatur ex offen
ſione vel inſidijs. l. fin. C. de reuo. donat. vel conuer
ſando cum inimicis. & hoc verum ſecundum Paul.
de Caſt. ibi in filio vel alio intrinceco, qui debent
abſtinere conuerſari contemplatione: ſecus in alio
&c. & idem in confederatis, & quando vaſallus fa
cit amicitiam cum inimicis, dominus priuatur feu-
do. vide ibi per Salic. Iaſo. vide Bar. in l. ſciendũ. §. j.
ff. de lega. quòd inimicus nõ ſolũ eſt mihi ſuſpectus
ſed etiam amicus vel domeſticus inimici mei. Salic.
12 verò ibidem tenet, † quòd propter litem motam ſu
per crimen ſit iuſta cauſa inimiciæ. & idem in cau-
ſa ciuili quando eſt quęſtio omnium bonorum vel
13 maioris partis, vel quãdo eſt quęſtio ſtatus, † quia
litigia guerra inimicitias. l. properandũ. C. de iudic.
vide Paul. de Caſtr. ibi, qui in effectu tenet cum
Bald. & Salice. & pariter quando inimicitia proce-
dit ex fraude partis, quòd non impeditur, allegat
Bartol. in l. j. §. cùm quis. ff. de conſtitu. Bartol. verò
poſt gloſſ. in l. iij. in princip. ff. de teſtib. tenet quòd
quædam inimicitia repellit teſtem à principio, vt
quando eſt cauſa criminalis vel pecuniaria magnę
quantitatis. Alexand. verò de Imol. ibi in appoſtil.
refert dicta Ioan. Andr. in dict. cap. cùm oporteat.
& pariter quando tales inimicitiæ proueniunt
fraudulen-

fraudulenter ad repellendum teſtem. Et ibi etiam
14 tenet, quòd licèt lis criminalis ſit finita, † quòd tamen
præſumitur durare inimicus, niſi probetur re-
conciliatio: quia qui ſemel fuit inimicus ſemper
præſumitur durare inimicus: allegat Innocentium
in dict. capitul. cùm oporteat. & Specul. in titul. de
iudic. §. ſi ſuper eſt. verſicu. hic quoque notandum.
vbi inimicus reconſiliatus repellitur à teſtimonio.
allegat gloſſ. in capitu. accuſatio. iij. quæſtion. vij.
quod eſt verum, ſecundum ipſum in reconſiliato de
recenti, aliâs, ſecus, & ibi plura verba ponit ſuper
hac materia, & an iudex poſsit inquirere de condi-
tionibus teſtium, vide in ca. accuſatores. le j. & cap.
ſequenti. tertia quæſtione quinta. quę ponit quales
inimicitię repellant ab accuſando, aut teſtificando
vide Bartol. in d. l. iij. §. fina. ff. de adimen. lega. qui
15 tenet, quòd † capitales dicuntur inimicitiæ quan-
do quis interfecit conſanguineum alicuius, vel
quãdo accuſat ipſum de capitali crimine, vel quan
do minatur mortẽ. inimicitiæ verò grauiſsimè dicũ
tur, quãdo eſt quæſtio omniũ bonorũ, vel quando
eſt atrox iniuria. vide Bartol. in l. prima. §. ſi ſeruus.
ff. de quæſtio. quando teſtis mutauit conditionem
ſuam in fraudem teſtimonij, quòd ſibi non prodeſt.
& ibi Alexand. dat plures alias cõcordantias. & in
16 §. cùm quis. in eadem. l. idem Bartol. tenet, † quan-
do inimicitia ſuperuenit facto eius contra quem
producitur non repellit omninò teſtem, ſed com-
mittitur iudici. & ibi ponit exemplum quando a-
ctor non habet niſi vnum teſtem, & reus dat ſibi
vnam alapam ad repellẽdum ipſum à teſtimonio:
tunc hoc non obſtante poteſt examinari. idem ve-
rò Bartol. in l. maritus. ff. de quæſtion. format quæ-
ſtionem, quãdo teſtis non debet examinari propter
inimicitiam, tunc facit indicium ſecundum quali-
tatem inimicitiæ. & idem tenet in l. ſecunda. ff. de
appella. recip. vide gloſſ. in dict. cap. cùm oporteat.
de accuſatio. quæ facit differentium inter capitales
inimicitias & leues: licèt ibi teneat, quòd ſit arbitra
rium iudici, quod eſt verum ſecundum Tancredũ,
& Panormita. niſi ſint induciæ capitales: quia ille
repellunt indiſtinctè. & ita eſt propoſito: quia ſu-
per hoc debent conſiderari coniecturæ inimicitiæ:
quia in caſu iſto non probatur, quòd fuerit aliqua
lis criminalis aut ciuilis contra dictos teſtes: & li-
cèt probetur, quòd fuerit licitum aliqua verba ſu-
per acquiſitis ſuarum partendarum: tamen dicti pa
trui aut ſaltem Michael Bernardi ſibi reſpõdit ver-
ba honeſta dicendo dicto Iacobo Bernardi ſuo ne
poti, quòd ſibi faciet ea quæ dicerẽt gentes deberi.
Nec obſtat quod fuit appoſitum: ſed dictum Mi-
chaëlem Bernardi, quòd aliâs fuit ſuſpectus ſeu
accuſatus de hæreſi. & pariter, quòd dictus Hugo
Bernardi eius frater commiſerit homicidium. quia
17 licèt † talis exceptio de iure criminis non admitta
tur: iuxta notata per Salicetum in dicta authentic.
ſi dicatur. tamen adhuc non probantur dicta crimi
na, niſi ex auditu dici. Prætereà dicta crimina non
attingunt perſonas dictorum Petri Bernardi, &
Anthonij Lvaudi teſtium. Tum etiam in quantum
pro parte fiſcali fuit probata bona fama dictorum
teſtium: & maximè de perſona dicti Michaëlis Ber-
nardi, quòd ſit perſona deuota quæ fa[illegible] plures
eleëmoſinas. facit quod habetur per Anthonium
de Butrio. in capitul. poſtremo. de appellatio. quem
refert & ſequitur de Bello. in addition. ad Panor-
mitanum, in capitul. literas. de præſcription. vbi te-
18 net, quòd licèt † coniunctus parti poſsit recuſari
ſuſpectus: tamen ſi ille coniunctus eſſet homo ma-
gnæ ſanctimoniæ hoc non poterit recuſari ſuſpe-
ctus. & pro præmiſsis facit l. is qui reus. ff. de publi
cis iudicijs. quando cauſa fuit prouenta contra par
tem in cauſa criminali, quòd non poteſt accuſare
maximè quãdo nomen rei eſt receptum inter reos:
quia crimina non debent relatione criminum. ſed
innoſcentia purgari: vt ibi habetur.

ARGVMENTVM.

Coniunctus an à teſtimonio repellatur.

SVMMARIVM.

1 *Agnati ſicut & cognati à teſtimonio arcentur.*
2 *Frater fratrem accuſare de crimine an, quando & de quibus poteſt.*
3 *Frater pro fratre ut teſtificetur in cauſa ciuili an & quando admittatur.*
4 *Coniunctus pro coniuncto in cauſa criminali ut teſtimoniũ dicat non admittitur.*
5 *Collaterales pro collateralibus in criminibus teſtari ad quartum uſque gradum prohibentur*
6 *Affinis pro affine in cauſa criminali teſtimonium prohibitum.*
7 *Conſobrini contra conſobrinum teſtimonium nullum ſicut fratris contra fratrem. & nu. 13.*
8 *Frater contra fratrem teſtimonium ferre, & econtrà non tenetur.*
9 *Teſtimonium ferre contra ſocerum generum uitricum priuignum ſobrinum ſobrinã & qui priori gradu attingunt compelli nullus poteſt: item nec pro ipſis.*
10 *Anima rebus omnibus præferanda.*
11 *Fraternitatis uinculum amicitiæ uinculo fortius.*
12 *Argumentum à contrario ſenſu non admittendum ſi peruerſus & iniquus intellectus reſultaret.*

Quæſtio DCCCXCV.

QVAERITVR an dictus Petrus Bernar
di repellatur à teſtimonio contra dictum Ia-
cobum Bernardi. Et videretur dicendum quòd ſic,
in cauſa criminali, cùm ſit eius conſobrinus ger-
manus ſaltem in tertio gradu de iure canonico.
capitul. lege Iulia le ſecund. prima, quæſtione ter-
tia. l. lege Iulia. ff. de teſtib. & ibi gloſſ. quæ tenet,
1 quòd idem eſt † in agnatis ſicuti in cognatis. &
pro hoc facit l. ſi magnum. C. de accuſatio. vbi fra-
2 ter † non admittitur ad accuſandum fratrem de de-
licto capitali: ſecus in alio delicto leui, niſi frater
inſidiatus fuerit vitam fratris: quia iſto caſu etiam
pater admitteretur cõtra filium & filius contra pa-
trem: ſecundum gloſſ. ibi vide glo. in dict. l. lege Iu-
lia. tenet, quòd in caſibus ibidem expreſſatis non
admittuntur coniunctæ perſonæ ad perhibendum
teſtimoniũ ſiue in ciuili ſiue in criminali. & ita ibi
videtur tenere Bartol. & per Bald. in §. ſi quis au-
tem. inſtituta de teſtamen. vide Bartolum in l. ſi
teſtamento. ff. de teſtamen. §. quæcunque. vbi tenet

3 poſt gloſſ.in l.parentis.ff. de teſtib. † quòd in cau
ſa ciuili bene admittitur frater, pro fratre volens
ſed nolens non cogitur,licèt minus credatur fratri.
4 in † cauſa verò criminali tunc non admittitur con
iunctus pro coniuncto.&item tenet Bar.in l.lex Cor
nelia.ff.de iniur.& maximè quando fratres habitãt
inſimul, etiam non admittuntur. ad teſtimonium.
vide Bald.in dict.l.parentes.qui tenet, quòd frater
in cauſa criminali non admittitur pro fratre,quan-
do tendit ad impugnationem alicuius:ſecus ſi con
cernat ſolùm fiſcum.allegat cap.literas.de præſum
ptio.vbi frater admittitur pro fratre in crimine hę-
reſis ad eius purgationẽ.ſed idem Bald.in l.fina. C.
de probatio.tenet, quòd frater pro fratre in cauſa
criminali non admittitur cùm debeãt eſſe in cauſa
criminali probationes luce meridiana clariores . vi
5 de eundem Bald. in dict.l.parentes. † qui idem te-
net in omnibus colateralibus vſque ad quintum
gradum.vide Specu.in titu.de teſte.§.primo.verſic.
Sed nunquid.vbi tenet de fratre,quòd non admitti
6 tur ad teſtimonium in cauſa criminali: † & idem
in affine. alleg. Azo. in ſumma.C.de teſti.vbi tenet
7 quòd † in cauſa criminali frater non cogitur ferre
teſtimonium cõtra fratrem nec ſobrinus contra ſo
brinum.& idem Specul.tenet quòd in cauſa crimi-
nali collaterales, conſanguinei admittũtur inter ſe
poſt tertium gradum: ſed vſq; ad illũ gradum non
coguntur inter ſe teſtificari. & idem Specul. verſi.
ſed nunquid agnati.tenet quòd admittũtur volen-
tes. ſed non coguntur vide glo.in dict.cap. literas.
de præſumption. & ibi Panormi. qui latè proſequi
tur materiã quòd frater non debet admitti contra
fratrem in magnis criminibus:per dictam l. ſi ma-
gnum.licèt illa lex loquatur in accuſatione & non
in teſtimonium.& tandem ibi refert Specul. vbi ſu
pra quòd in cauſa ciuili admittitur frater cõtra fra
trem:ſecus in criminali. & quòd in ciuili poſſit cõ-
pelli.licèt ibi Panormita . non faciat differentiam
in cauſa ciuili vel criminali per gloſ.in dict.l. Iulia.
quia frater etiam in cauſa criminali bene admitti-
tur volẽs,ſed non cogeretur: ſed pro fratre in cauſa
ciuili admitteretur: ſecus in criminali,niſi in deffe-
ctum aliorum teſtium: quia tunc admitterẽtur. &
ibi vide per de Bello.an domeſticæ perſonæ admit-
tantur ad probandum de innoſcentia.& vide Bald.
in l.iij.C.de epiſcopo.audien.qui tenet,quòd in de-
lictis qui cõmittuntur clàm vti falſæ monetę adul-
terij & ſimilibus,iudex debet eſſe prõptior ad tortu
ram. Adde Speculato.in titu.de teſt.§.j.verſi. item
quòd eſt Parens.& verſicul. nunquid frater. & Pa-
normi.in cap.literas. de prȩſumpt quòd licèt paren
tes deſcendentes in infinitum non admittantur ad
teſtimonium ſiue pro ſiue contra,ſiue volentes ſiue
inuiti,ſiue in cauſa ciuili ſiue criminali:niſi in certis
caſibus:ſecus eſt in colleteralibus:quia volẽtes ad-
mittuntur:& de fratre ſecundum Specula. quando
habent eorum bona pro indiuiſo non admittuntur.
Bartol.in tractatu de teſte.§.ad reprobationem te-
ſtium.verſicu. in criminali,tenet,quòd †frater non
tenetur ferre teſtimonium contra fratrem, nec etiã
quis cogitur ferre teſtimonium contra ſocerum,ge
nerum,vitricum, priuignum, ſobrinũ, ſobrinam,
& qui primoris gradus ſunt & contra aliàs perſo-
nas ibi nominatas, ſicuti non cogitur ferre teſtimo
niũ contra ipſos ita nec pro eis:quia teſtis iurat pro
vtraque parte veritatem ſe dicturum. Si autem te-
ſtis voluerit vltra teſtificari teſtificabitur pro eius
& contra eos. ſed idem Bartol. circa finem latiùs
exorditur quæſtionem de fratre an poſſit in cauſa
criminali ferre teſtimonium.Et primò arguit quòd
ſic,volens non inuitus.l.prima.& l. Iulia.ff.de teſti.
quia non eſt præſumendum, quòd ſe deieret,& eſ-
ſet immemor ſuę ſalutis.l.fina.C.ad legem Iuliam.
10 repetund. † Cùm anima ſit cunctis rebus præferen
da.l.ſancimus.C.de ſacro ſanct. eccleſi. ſed in con-
trarium arguit: quia valdè amicus pro amico repel
litur à teſtimonio.l.teſtium. primo reſponſo. ff. de
11 teſtib. † Et vinculum fraternitatis eſt fortius quàm
amicitiæ.Prætereà frater videtur offenſus per me-
diam perſonam ſui fratris: & ſi cenſetur inimicus.
ibi reſpondet ad contraria ſupra tacta.& præſertim
12 ad dictam l.lege Iulia.quia † non debet aſſumi ar-
gumen.à contrario ſenſu,quando reſultat peruer-
ſus & iniquus intellectus:& magnę nõ debent ad-
mitti teſtes ad teſtimonium,niſi illi quæ carent ſu-
ſpitione.l.iij.in princip.& l.ob carmen.§. fina.ff. de
teſtib.ſed tales conſanguinei non carent ſuppoſitio
ne.& licèt officium teſtis ſit publicũ ciuile & quis
compellatur ad teſtimonium perhibẽdum.l. ſi quis
ex ſeruilibus.ff.quemadmodum teſtamen.apperiã.
l.ſi quando.C.de teſtib.tamen fallit ſecundum ip-
ſum in fratre nepote, & alijs conſanguineis vſque
ad duodecimum gradum . & ibi circa finem tenet
idem in conſobrino. quia eſt eadem ratio: nam pro
13 pter affinitatem repellitur à teſtimonio: † multò
fortiùs in conſobrino.vnde in tractatu de teſtibus.
in fine operis. Alberic.ſuper C.in prima parte qui-
bus derogetũr teſtimonium prohibere format quę-
ſtionem de parentibus & filiis & fratre & alijs con
ſanguinibus conſanguineos.& tendere videtur te-
nere in cauſa ciuili quòd frater admittitur pro fra-
tre.allegat gloſſ.in cap.cum canonicis.& cap.inſi-
nuante. de officio delega.& in cap. conſanguinei.
iij.quæſtion quinta.& ibi tenet gloſſ. quòd in ciui
libus contra collateralem vel pro bene admittun-
tur ad teſtimonium:ſecus in criminalibus vſque ad
quintũ gradum.& tandem tenet quòd collaterales
admittantur poſt tertium gradum: vel quia infra
tertium gradum non compelluntur inuiti:vel vide-
tur,quòd in ciuili caſu admittuntur conſanguinei
ad teſtimonium:ſecus in iudice:quia facilior cauſa
repellit iudicem quàm teſtem.& faciliùs reperiũtur
mille iudices, quàm vnus teſtis. Tandẽ verò idem
Albericus tenet,quòd in criminali omnes affines,
vel conſanguinei non admittuntur.iij. quęſtio.pri-
ma.cap.j. iij.quæſtion. nona. cap. abſens. de quo
vide ibi latiùs per ipſum.

ARGVMENTVM.

Teſtimonium illius qui aliàs in cauſa criminali
depoſuit contra quem producitur, an tanquam ab
inimico latum repelletur.

Quæſtio DCCCXCVI.

QVAERITVR an teſtis qui deponit in
cauſa criminali ſeu capitali dicatur inimi-
cus meus

cus meus, vt poſſit repelli à teſtimonio, in alia cauſa, & dicendum eſt quòd ſic: ſecus in eadem cauſa. cap. meminimus. de accuſation. & ibi per gloſſam & doctores, & per gloſſam ſecundam, in capitul. fraternitatis. de teſtibus. per l. produci. ff. de teſtib. Et hoc tenet Bartolus in l. poſt legatum. §. his qui. ff. de his quibus vt indignis. & ibi per Alexandrum in additio. quinimò ſecundum Hostienſem, quando teſtis non ſponte fieret teſtimonium in alia cauſa non repelleretur. vide Albericum in titu. de teſte, qualiter teſtis repellitur ratione domeſticitatis. ver ſicu. item probatur inimicus. & ibi refert Specul. in titul. de teſte. §. primo. verſicul. item, quòd in alia cauſa. vbi tenet, quòd teſtis repellitur in alia cauſa criminali ſeu ciuili, licèt ibi referat opiniões, quòd indiſtinctè, attẽditur, ſiue ſit cauſa criminalis ſiue ciuilis. Nec obſtant iura in contrarium: quia loquuntur quando in eãdem cauſam. item examinãtur teſtes poſt publicatas atteſtationes, vel quando malum teſtimonium protulit. & tandem Albericus tenet opinionem Hoſtienſ. in dict. cap. meminimus. quando quis ſe obtulit ad teſtificandum ſine cõpulſione in cauſa criminali, tunc non eſt idoneus teſtis in alia cauſa. Si verò fuit per ius compulſus ad teſtandum in cauſa ciuili, tunc eſt idoneus in alia cauſa ſiue criminali ſiue ciuili.

ARGVMENTVM.

Frater vel conſanguineus in criminali cauſa admiſſus nullam fidem facit.

SVMMARIVM.

1 *Iura naturalia tolli à iudice non poſſunt.*
2 *Teſtis qui examinari non debuit, examinatus an indicium faciat.*

Quæſtio DCCCXCVII.

QVAERITVR, quando iudex in cauſa criminali admiſit fratrem vel alium conſanguineum in teſtem & examinauerit, an faciat fidem. & dicendum eſt quòd non: ſecundum Bartolum in dicto tractatu de teſte, circa reprobationem teſtium, circa finem.
1 † quia iudex non poteſt tollere iura naturalia. & pro hoc allegat. l. factum à iudice. ff. de regul. iuris. ſed idem Bartol. in l. mari-
2 tus. ff. de quæſtion. in illo articulo † teſtis non debet examinari, an examinatus faciat indicium. diſtinguit quãdo quis prohibetur examinari propter reuerentiam certarum perſonarum: & tunc examinatus non facit indicium. Si verò non debeat examinari propter ætatẽ aut ſexũ facit qualequale indicium. de quo ibi vide. & per eundem Bartolum in l. fina. circa finem. ff. de accuſatio. recipien. quando iudex admittit probationes quas non debet admittere: tunc grauare partem, & poſſet appellari: quia ſaltem faceret aliquod indicium. de quo etiam vide per Bald. in l. ij. C. de epiſcopo. audien.

ARGVMENTVM.

AEtas teſtis in cauſa criminali cùm xx. annis ſit, an vigeſimum incœptum fuiſſe ſufficiat, an abſolutum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtimonij uſus frequens & neceſſarius.*
2 *Fundanti ſe ſuper ætate probandi onus incumbit.*
3 *AEtas quæ in delegato requiratur.*
4 *AEtas certa ubi requiritur, nouiſſimum annum completum eſſe debere regulare.*

Quæſtio DCCCXCVIII.

QVAERITVR quia in cauſa criminali in teſte requiritur ætas viginti annorum. ca. in teſtimonium. iij. quæſtio. quarta. & l. in teſtimonium. ff. de teſtib. an requiratur iſto caſu quod compleuerit ſeu cõſummauerit vigeſimũ annum, an verò ſufficiat annus incœptus, aut quòd attigerit vltimũ diem anni xx. iuxta l. ex ea ſcriptura. cũ ibi not. ff. de teſtamen. & videtur prima facie dicendum, quòd ſufficiat annus incœptus: quia hic tractatur
1 de fauore rei publicę. † Cùm vſus teſtimonij ſit frequens & neceſſarius: vt l. j. ff. de teſtib. & dicitur officiũ teſtis de publico: ſecundum Bartol. in tractatu de teſte circa reprobationẽ teſtium. in fine. & ita iſto caſu ſufficit annus incœptus. l. ad rem publicã. ff. de muner. & one. cap. cùm in cunctis. §. inferiora.
2 de elect. c. licèt. de elect. lib. vj. † Et ei qui agit de ætate incumbit onus probãdi. l. cùm te. C. de probat. l. minor aſpectu. ff. de minoribus. l. ſi minorem. C. de in integrum reſtitution. & capitul. in præſentia. de probatio. & hoc quando quis ſe fundat ſuper ætate: vt ibi notat. vide gloſſ. in can. presbyteri. ſeptuageſimaoctaua diſtinct. vbi refert Ioan. Chriſoſtomum quòd licèt Chriſtus fuerit baptiſatus & prædicauerit in trigeſimo anno: tamen non attigerat de trigeſimo anno, niſi triginta dies. ſed in contrarium facit capitul. cùm vigeſimum. de officio delegat.
3 vbi † delegato requirur vigeſimus annus completus: quia ſi eſſet in minori ætate præſumeretur eſſe minoris diſcretionis ideò requiritur annus vigeſimus completus: ſecundum gloſſam ibi, & ibi Panormit. refert Archidiaconum in capitu. ſi annum.
4 de iudic. libr. ſexto. † quod regulariter annus debet eſſe completus, niſi aliud iure caueatur. & pro hoc facit capitul. ad noſtram. de regul. & capitu. primo. de ætate & qualitate. libr. ſexto. & ibi per gloſſam & l. ad maiores. ff. de iure immunita. vide per gloſſ. in l. tertia. §. minorem. ſuper verbo, momẽtum, quæ videtur diſtinguere, quando tractatur de fauore rei publicę, aut de fauore alicuius, ꝙ tunc ſufficit annus incœptus: ſecus vbi tractatur de odio. vide etiã l. non putabam. cum ibi nota. ff. de condionibus & demonſtration ꝭ us. l. ſi cui. in principio. ff. de legat. prim. per gloſſ. & doctores, in clemen. generalem. de ætate & qualitate per dominos. de Rota deciſi. cccxxvij. in nouis. & per gloſſam in capitul. ſubdiaconus. ſeptuageſimaoctaua diſtinction. vide gloſſ. in l. inuiti. la ſecunda. ff. de teſti. quę videtur, tenere quòd in criminali, quòd oportet, quòd teſtis ſit maior viginti annis, & ſic præſupponit, quòd compleat vigeſimum annum, & ibi tenet quod ante vigeſimum annum, facit quod indicium. Vide Bald. in cap. literis. de præſumpti. nocte vagatur adulter. & ibi allegat certos verſus ſuper facto amorum videlicèt villanum precibus burgẽſem minimè oportere locilicèt recitet cauſa ſolatij & non vitij.

ARGVMENTVM.

De probatione copulæ carnalis.

SVMMARIVM.

1 *Carnalis copulæ probatio directò fieri non, niſi coniecturis & actu propinquo, poteſt.*
2 *Indicia indubitata dicuntur per quæ quis condēnari poteſt.*
3 *In indicijs probandis qui teſtes requirantur.*
4 *Teſtibus minus idoneis in delictis non niſi tortis creditur.*
5 *Teſtium depoſitio uno eodémq; ſermone facta ſubornationis ſuſpitione non caret.*
6 *Teſtes quando dicantur propriè deponere per unum eundemque præmeditatum ſermonem.*
7 *Variatio quæ non eſt circa negotium principale, non præiudicat.*
8 *Condemnatio in delictis ex iuris præſumptionibus ſequi poteſt.*
9 *Fornicatione probatio probatur.*
10 *Adulterium ex quibus coniecturis probetur.*
11 *Meretrix circunſtantijs uoriſimilibus probari poteſt.*
12 *Teſtes deponētes de adulterio dicti ſui cauſam reddere etiā non interrogati tenentur.*
13 *Deprehenſio in actu propinquo in delictis an indicium uel probationem inducat.*
14 *Carnalis copula uiſu probari poteſt.*
15 *Cæcus de auditu proprio deponere poteſt.*
16 *Senſus uiſus ad omnes alios hominis ſenſus communis.*
17 *Teſtes bonæ famæ etiam ſi per unum & eundem ſermonem deponant, fidem faciunt.*
18 *Quid ſi tres aut quatuor teſtes deponūt eundē ſermonem?*
19 *Delictum quando manifeſtum dicatur.*
20 *Inimicitiæ capitales unde naſcantur cauſæ uariæ.*
21 *Minor uiginti annis & ſi in criminalibus ad partis petitionem in teſtimonium non admittatur: à iudice examinatus indicium facit.*
22 *Teſtis qui pro aliquo non admittitur, neque contra ipſum admitti debet.*
23 *Domeſtici & familiares licèt pro aliquo teſtificari non poſſint per aduerſarium tamen produci poſſunt.*
24 *Domeſtici & familiares ubi de inocentia alicuius agitur, teſtificari poterunt.*
25 *Infames familiares & religioſi teſtimonium in cauſis criminalibus dicere non, niſi ueritas aliàs haberi non poſſet, poſſunt.*
26 *Teſtes minus idonei in probationum ſubſidium admittuntur.*
27 *Domeſticum teſtimonium recipitur in his quæ uoriſimiliter non niſi per domeſticos ſciri poteſt.*
28 *Teſtimonium dicere omnes in cauſis criminalibus, niſi excepti reperiantur.*
29 *Minores in cauſis criminalibus ut teſtentur non niſi tortis admittuntur, & quo modo torquendi ſint.*
30 *Indicium ad torturam minus eſt quam ſemiplena probatio.*
31 *Infames quacunq; infamia in probationum ſubſidium cum tormentis admittuntur.*

Quæſtio DCCCXCIX.

QVAERITVR quia præſupponitur pro parte dict. Iacobi Bernardi aduerſus dictos Petrū Bernardi & Anthonij Alyoudi teſtes, quòd ſint minus idonei, prout ſupra dictum fuit. & licèt videantur deponere de actu veneris propinquo, tamen quòd in caſu iſto † ſuper copula carnali non poteſt directè fieri probatio, niſi per coniecturas, & actum propinquū: iuxt. not. per Bar. in l. fur manifeſtus. ff. de furt. & in l. ij. §. ſi. ff. de adulte. & l. j. ff. de extraordinarijs criminib. & in l. capite quinto. ff. de adulte. & per Ioan. Andr. & Panormita. in cap. prætereà de teſti. & in cap. literis. & cap. tertio loco. de præſcri-
2 ptio. † quia iſto caſu videntur indicia indubitata ex quibus quis poſſet condemnari. l. cuncti. C. de probationib. l. indicia. C. de rei vendica. iuxta nota. per glo. & Panor. in cap. tertio loco. de probati. nec obſtat ſi dicatur quòd in delictis quis non debeat condemnari ex præſcriptionibus. l. abſentem. ff. de pœn. quia hoc verum ex leuibus: ſecus ex præſuppoſitionib. indubitatis: iuxt. not. per doct. vbi ſupra. & per hoc facit quod volunt Bald. in l. neq; natales. C. de proba. & in l. iij. C. de epiſcop. audien. quia in talibus delictis occultis vti adulterio & ſimilibus iudex debet eſſe facilior ad torturam, ad veritatē habendam. veruntamen dictus Iacobus Bernardi opponit aduerſus dictos teſtes, quòd non ſicut idonei, & quòd indicia debent plenè probari iuxta nota. per gloſſ. & docto. in l. fina. C. fami. erciſcun. & per
3 Bald. in l. ſi quis ex argentarijs. §. j. ff. de edend. † Et ad probandum indicia in delictis requirūtur teſtes integri, & omni exceptione maiores. iuxta not. per glo. & Barto. in l. maritus. & l. j. §. idem Cornelio. ff. de quæſtio. & per Bald. in c. j. §. ſacramentum. de cōſuetu. rect. feud. & per Bald. & Salice. in l. fina. C. de probatio. & per Alexand. de Imol. conſil. clxxxj. in
4 primo volumi. Prætereà † in delictis ſi ſint plures teſtes minus idonei, non creditur eis ſaltem niſi cum tortura: iuxta not. per Bar. in l. diuus. & l. ex libero. ff. de quæſtio. maximè vbi teſtes vacillant, aut ſunt conuicti de mandacio, aut quia ſponte & non vocati perhibuerint teſtimonium: ſecundum Bartol. in
5 dict. l. ex libero. † Cum etiā opponitur cōtra dictos teſtes, quòd ipſi depoſuerunt ſubornati per vnum & eundem præmeditatum ſermonem. & ſic quòd eorum teſtimonium reddatur ſuſpectum. l. iij. §. & ideò. ff. de teſtib. & ibi Bart. licèt ſecundum Bal. in l. teſtium. C. de teſtib. in hoc ſit arbitrium iudici. & ſecundum Alber. in l. fina. C. de precib. impera. offerend. & Hoſtien. & Panormita. in capitul. nihil. de
6 verbo. ſignifica. † Prætereà dicantur teſtes deponere per vnum & eundem præmeditatum ſermonem, quādo vnus teſtis deponit extēſè & ad plenū, & alij teſtes deponunt abbreuiatè ſe referēdo primæ depoſitioni: & hoc procedit ex negligētia commiſſarij, qui non debet parcere calamo. & in hoc detrahitur fidei. ſed vt plurimū in talibus debet attendi cōſuetudo, licèt in caſu iſto vnus teſtis videlicet Anthonius Alyoudi plus deponat quàm Petrus Bernardi quò ad candā vitulę ſeu vachæ. Cum etiam opponitur contra dictos teſtes, quòd ſint varij in eorum depoſitionibus, & maximè reſpectu dicti Anthonij Alyoudi, qui in eius ſecunda depoſitione nō deponit quòd animaduerterit dictum Iacobum Bernardi quòd malefaciebat: ſed patruus Bernar-
7 di duntaxat, & ſuper hoc reſpondetur, † quòd talis variatio non eſt circa negotium principale. & ideò non præiudicat: iuxt. nota. per Bartolum in l. eos. ff. de falſi. Aduerte tamen in quantum ſupra dictum fuit, q; adultera ſeu copula carnalis non poteſt directò probari, ſed per coiecturas. bene facit l. ſi qui. C. de adulte. & ibi per glo. Bal. Ang. Salic. & Albe. qui tenent

8 qui tenent, † quòd ex præſumptionibus iuris quis poteſt damnari in delictis: ſecus ex præſumptione hominis: & ibi glo. & docto. quòd per præſumptionem de præſenti probatur in præteritũ. Vnde ſecundum Alberic. ibi, adulterium probatur per coniecturas: quia quis fuit viſus ſolus cũ ſola, nudus cũ nuda. c. præterea. de teſtib. & c. literis. & c. tertio loco. de præſumptionib. pro quo allegant etiam c. dixit. xxxij. quæſtio. j. Vbi habetur verſicu. vbicũque. quòd propter fornicationem vel ſuſpitionem fornicationis. & ibi glo. ſuper verbo, ſuſpitio. quæ tenet, ꝙ licèt ibi excipiantur duæ cauſæ dimittendi vxorem in euangelio: tamen ſolùm excipitur vna, videlicet fornicatio. & ideò ſecũdum gl. ibi ſuſpitio nõ eſt cauſa dimittendi vxorem: ſed modus probandi cauſam: † quia per ſuſpitionem probatur fornicatio. allegat in authen. vt liceat matri & auiæ. §. fi. collatio. viij. Vnde pro eodem reputatur fornicatio & fornicationis ſuſpitio. & ibi ponit ſigna fornicationis vti quãdo venit timeat, & per alias coniecturas, de quibus ibi tamen aduerſus iſtas ſuſpitiones poteſt admitti mulier ad probandum de contrario. vide per Bald. & Salice. in dict. l. ſi qui. quòd ex tali coniectura legis quis habetur pro conuicto. & condemnato adeò ꝙ nõ admittitur appellans, vide per
9 (margin, beside "di cauſam")
10 glo. & Bart. in l. quod ait lex. ff. de adulter. † quòd quis dicitur deprehendi in adulterio, quando quis deprehẽditur in actu veneris, vti antecedentia, quę ſunt ſcelus videlicèt apparatus colloquia locus cõſtitutus baſia tactus. Nam ab ipſis argumentũ ſceleris inducitur, & idem tenet Salicet. in l. Grachus. C. de adulter. quòd ex dictis coniecturis probatur adulterium. pro quo allegat Barto. in l. capite quinto. ff. de adulter. & c. tertio loco. & c. literis. de præſumptio. quod eſt notandum ſecundum ipſum pro teſtibus deponentibus ſuper adulterio quotiens actus ſint propinqui: ſecundum Barto. in dict. l. capite quinto. & per Ioan. & Panormita. in c. præterea. de teſtib. & Bald. in l. nequè natales. C. de probatio.
11 & † ꝙ ad probandum meretricem, ſufficit probare circunſtantias veriſimiles: vt quia ſcolares ſeu iuuenes intrant & exeunt de domo de die aut de nocte. & per eundem Bald. in l. teſtium. C. de teſtib. quando teſtes vident iuuenem cum puella in lecto, quòd iſto caſu prẹſumitur eſſe corrupta potiùs quàm virgo. Et iſto caſu quando teſtes deponunt de adulte-
12 rio † debent reddere cauſam teſtimonij, etiam non interrogati: ſecundum Bald. in l. ſolent. C. de teſtib. vide per Panormita. in c. cùm ab homine. de iudic.
13 an deprehẽſio † in delicto inducat indiciũ vel probationem, & maximè quando capitur in actu propinquo, vide per Hoſtien. in ſumma. de diuortijs. §. quot modis. verſicu. ſed nulla. vbi ponit coniecturas ad probationem adulterij. & ibi dicit, quòd faciũt adminicula, non autem probationẽ plenam. ſed idem Hoſtien. in titu. de adulterijs. §. qualiter. verſic. plerunquè. tenet, ꝙ per præſumptiones plerunquè probatur adulterium. Allegat dict. l. ſi qui. vide per Angel. Areti. in tractatu maleficiorum. verſicu. viſis capitulis. vbi tenet, quòd adulterium non poteſt probari directè, ſed ex præſumptione & per coniecturas ſuprà declaratas. vide etiã ibi per Auguſti. in additio. & ibi tenet quòd nõ ſufficit, quòd quis fuerit inuentus in domo vnius pulchrę mulieris: iuxta notata per Bart. in l. ij. ff. de feud. furt. niſi quis eſſet abſconſus in domo, & fuerit repertus in actu veneris oſculando, & pro quo allegat Panor. in c. tertio loco. de probationi. & an ex talibus prẹſumptionibus quis poſſit condemnari ad mortem, ſe remittit ad notata per Panormita. in c. afferte. & in c. quanto. de præſumptio. & ibi per gloſſ. de triplici ſpecie prẹſumptionis, videlicet temeraria probabilis & violenta, de quo etiam habetur per gloſ. in c. is qui. de ſponſalib. quæ ponit etiam duplicem præſumptionem, videlicet iuris & hominis. & præſumptio violenta ſufficit ad condemnationẽ. Adde
14 quòd † copula carnalis poteſt probari de viſu, quãdo teſtes viderunt commiſcentes virum & mulierem, c. præterea. de teſtib. & iſtud teſtimonium dicitur conueniens ad condemnandum nõ ſufficiens etiam ſi viderint vnum ſuprà alium: ſecundum Io. Andræam, & Panormita. ibi: ſecundò poteſt probari de auditu proprio, quando viderunt commiſcere res: ſecundum gloſſ. ibi: quia erant prope pariete tenui intermedio vel cortina: ſed hoc non ſufficeret: quia poſſet decipi in voce, niſi ſint alia adminicula, vti fama viciniẹ, aut quia viderant præparatoria, de quo habetur per glo. in c. teſtes. iij. quæſtio.
15 iiij. & ibi † de cæco qui poteſt deponere de auditu proprio. & per glo. & Bart. in l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia. arcend. per Cyn. & Bald. in l. teſtiũ. C. de teſtib. & in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. vide
16 gloſſ. in dict. c. teſtes. † quòd ſenſus viſus eſt communis ad omnes alios ſenſus hominis. vide glo. in c. nihilominùs. iij. quæſtio. iiij. quòd teſtes poſſunt deponere de copula carnali, quando viderunt per vnũ foramen ſucceſsiuè vnus poſt alium. vide Pet. Ioan. de Ferra. in titu. forma inquiſi. gl. j. Quando teſtes deponunt vnum & eundem præmeditatum ſermonem, vide Baldum de pace conſtan fir. ſuper
17 verbo, hæc ſunt nomina, † quando teſtes ſunt bonæ famæ probant, eſto quòd deponant eundem ſer-
18 monem. Item † ſi eſſent tres aut quatuor qui depoſuerent eundem ſermonem tenerent: ſecundum Iacobum Butri. & Alexan. in l. iij. in princip. ff. de teſtib. vide Ange. conſil. ccxvij. quia quãdo notarius ſeu clericus ſcribit depoſitionẽ teſtis abbreuiatè: vt præcedens, eſt negligentia, & ſic non deberet pręiudicare parti. c. per tuas. de teſtib. adde Bart. in dict.
19 l. ij. ff. de furt. † quòd delictum dicitur manifeſtum quãdo quis eſt deprehenſus in delicto vel actu propinquo. de quo per Panormita. in c. tertio loco. de probatio. & in c. cùm ab homine. de iudic. per Bart. in l. capite quinto. ff. de adulter. per Angel. Aretin. & Auguſtin. in tracta. maleficiorum. ſuper verbo, adulteriũ. & ad probãdum adulterium oportet probare matrimonium: ſecundum Bald. in l. ita demũ. C. de procuratori. ad finem. Adde glo. in c. abſit. xj. quęſt. ij. quãdo clericus amplectitur mulierẽ, quòd interpretatur, ꝙ facit cauſa ſeducendi ipſam, licèt ibi dicat, ꝙ interdum canon interpretatur ſolũ con fabulationẽ, in deteriorẽ partem alterius. c. nec aliqua. xxvij. quæſtio. j. vide limitationem per Panor. in c. quanto. de præſumptio. per Angel. Aret. in tractatu maleficiorum. ſuper verbo, adulterato. quoniam dicit ꝙ à tali burditione libera nos domine. & ibi Angel. in additio. vide glo. in l. j. ff. de extraordinar. crimin. qui æquiparat in actu veneris collo-

ee iij

quium & baſia.ſecundum Barto.ibi,& vide Bald.
in l.ſi quis non dicam.C.de Epiſcopis & cleric. vbi
tenet,ꝙ actus proſtrationis in terrā mulieris eſt ma
gis propinquum actui venereo, quàm actus collo-
quij aut baſij.adde Panormi.in fine c. præterea. de
teſtib.quòd vnus teſtis de viſu cū fama, & alijs ad-
miniculis in factis de antiquo, vel in delictis ocul-
tis ſufficit.vide Bal.in l.ſi quis ex argētarijs.§.j.ff.de
edend.& gl.in l.ij.ff.de excuſatio.tuto.qualiter plu
res probationes poſſunt ſimul iungi.Aduerte circa
præmiſſa ad allegationes traditas pro parte procu-
ratoris fiſcalis domini Reuelli contra dictum Ia-
cobum Bernardi inquantùm ibi allegatur. §. item
propter inimicitias.& ibi gloſſ.inſtit.de excuſatio.
tutor.quæ ponit plures cauſas inimicitiæ capitalis:
20 vt quia † quis accuſat aliquem de crimine quod
ingerit pœnam capitis,id eſt,actus,vel quando in-
gerebat pœnā ſanguinis,vel quia inſidiabatur mor
ti eius:ſed vel ſecundum Ioannem Fab.ibi, quādo
accuſabatur de turpi crimine, vel quādo de omni-
bus bonis,vel in maiori parte, vel ſi fortè alterutrū
atroci iniuria affecti.l.fin.C. de reuocan. donatio.
& ex pluribus cauſis ibidem declaratis per Ioan.
Fabr.&ibi etiā ponit an teſtis poſſit repelli tanquā
inimicus,quādo depoſuit in cauſa capitali de quo
ſuprà dictum fuit in quæſtio.vide ibi per Angelum
Areti.vbi facit differētiam an talis inimicitia pro-
ceſſit ex culpa alicuius.l.penulti. & ibi per doctor.
ff.ſoluto matrimo.& l.ſi merces.§. culpæ. ff. locati.
item etiam allegatur quòd dicti teſtes licèt ſint mi-
nores viginti annis, & non ſint idonei ad condem-
nandum,tamen bene ad inquirendum & ad facien
dum indicium ad torturam.pro quo allegat Ange.
Areti.in tractatu maleficiorum.ſuper verbo, com-
parent dicti inquiſiti & negauerunt totum.&ſuper
verbo,qui iudex ſtatuit terminum ad opponēdum
contra proceſſum. Et ibidem per Auguſtinum in
additio.qui tenet, † quòd licèt minor viginti annis
non admittatur in teſtimonium in criminali.ad pe
titionē partis:tamen ex officio iudicis ſi fuerit exa-
minatus,facit indicium cū alijs adminiculis: puta
cum fama.& pro hoc allegat Florianum in l.in te-
ſtimonium.ff.de teſtibus. & ibi refert tenere Iaco-
bum Butriga.& Guido. de Cezaris. Sed & Bartol.
in l.j.§.impubes.ff.ad Sillanianum.ſed Bartolus ſe
remittit ad notata per ipſum in l.maritus. & ibi te-
net,quòd facit qualequale indicium.vide Baldum
in l.ſeruos.C.de teſtibus.qui ibi tractat quādo quis
fuit interrogatus qui non debuit interrogari,an fa
ciat indicium,& tunc quando eſt prohibita interro
rogatio,vel reſponſio:vt quia allegat priuilegium,
& tunc non facit indicium.l.lege Iulia.ff.de teſtib.
aut non debuit interrogari ad probationē poteſt ta
men interrogari ad iuſtificationē:vt pupilli in ciui-
li,vel criminali minor 25.annis,tunc benè facit in-
diciū ad inquirēdum nō ad indicēdium: allegat gl.
in l.fin.C.de hijs quib.vt indig.& ibi tenet genera-
liter, quòd teſtes depoſiti in licitæ depoſitionis nō
faciunt indicium,nec ad torturam,nec ad condem
nationem.Et licèt fortè faciunt indicium facti non
iuris. & in dict. l.ſeruos. bene probatur illa regula,
22 quòd † qui nō admittitur teſtis pro aliquo, nec cō
tra ipſum.pro quo facit:quia teſtis debet deponere
veritatem pro vtraque parte.l.presbyter.&authen.
ibi poſita.C.de Epiſcop.& cleri.& pro hoc facit gl.
in l.lege Iulia.ff.de teſtib.licèt in cōtrarium faciat
quod habetur per glo.in l.etiam.C.de teſtib.vbi ha
23 betur, † quòd licèt domeſtici & familiares nō poſ
ſunt eſſe teſtes pro aliquo:tamē bene poſſunt pro-
duci per aduerſarium.& per Specula.in titul.de in-
24 quiſitione.§.j.verſic.ſed nūquid.vbi tenet, † ꝙ ad
probandum de innocentia alicuius admittuntur te-
ſtes domeſtici & familiares. & quod habetur per
Barto.in l.deferre.§.idem decreuerūt.ff. de iur. fiſc.
quòd licèt procurator non poſſit eſſe teſtis pro do-
mino.l.final.ff.de teſtib.ſecus autem contra domi-
num:& ibi tangit Barto.quid in aduocato aut iudi
ce.& hoc tenet Guido Papæ deciſio.xlv.& ita etiā
eſto,ꝙ dictus Petrus Bernardi ſit conſanguineus:
tamen bene admittitur contra conſanguineum,&
maximè in caſu iſto quando teſtes deponūt de viſu
& de actu propinquo & non remoto: tunc debent
facere indicem:iuxta notata per Barto.in l.fi. ff. de
quæſtionibus. circa finem. Sed redeundo ad quæ-
ſtionem ſuprà tactam. an minor viginti annis ſit
ſufficiens ad teſtificandum in delictis, Angel. Are.
in dicto tractatu maleficiorum.in glo.ſuper verbo,
iudex ſtatuit terminum ad deponendum cōtra pro-
25 ceſſum ibi,primò refert † quò ad teſtes infames fa
miliares religioſos,ꝙ non ſunt idonei in criminali
bus,niſi quando alio modo non poſſet haberi veri
tas.c.& ſi Chriſtus.de iureiurando.§. ſi quando. in
authentic.de ſanctiſsimis Epiſcopis.collatio. ix. &
quò ad minorem xx.annis.refert Florian.in dict.l.
in teſtimonium.ff.de teſtib.ſed Auguſti.ibi, in ad-
ditio.ad Angel.Areti.tenet,quòd infamis infamia
iuris aut facti in criminalibus repellitur, niſi in ſub
ſidium:quia tunc admitterentur cum tormētis.alle
gat Barto.in l.cunctos populos.C.de ſumma trini.
l.hoc carmen.§.penultim.ff.de teſtib.l.qui vltimo.
ff.de pœn.& idem Auguſti.vbi ſuprà tenet † quòd
in ſubſidium dictum talium teſtium infamium, &
vilium perſonarum admitteretur ad faciendum in-
dicium ad torturam non ad condemnandum. alle-
gat Salicet.in dict.l.cunctos populos.in fin.& vlte-
27 riùs ibidem tenet,de domeſticis, † quòd admittun
tur ad teſtimoniū in hijs quæ veriſimiliter poſſunt
ſciri per domeſticos, & non per alios. argument.l.
conſēntijt.C.de diuort.allegat Ioan.Andr.in addi
tio.ad Speculato.in titu.de teſte. §.j.verſicu. quid ſi
eſt domeſticus.Barto.in l.ſi quando. C. vnde vi. &
in l.quotiens.C.de naufrag.lib.xj.&ſuper hoc etiā
allegat Speculato.in titu.de inquiſitione.§.j.verſic.
ſed nunquid.& Flori.in l.teſtis idoneus. ff.de teſti.
quòd notitiā accuſati poteſt excuſari per teſtes cu-
bicularios,quia extraneis non ſunt noti ſecreti mo
res.& ibi allegat Angel.in l.iij.aliâs iiij. ff. de con-
feſſ. quòd admittuntur parentes & conſanguinei,
ad excuſandum aliquem,quòd non commiſerit ho
micidium: fortè probando illum eſſe viuum.vide
per Angel.Areti.& Auguſtin.vbi ſuprà,ſuper ver-
bo,comparuerunt dicti inquiſiti,& negauerunt to
28 tum,vbi tenet, † quòd in criminalibus omnes ſunt
idonei teſtes,qui non reperiuntur excepti. ff. de te-
ſtib.& ibi de teſte minori viginti annis,allegat Flo
rian.in dict.l.in teſtimoniū.Et tandem allegat ibi
Auguſtin.& glo.in l.fina.C.de hijs quib.vt indign.
quòd teſtimonium minoris facit indicium ad tor-
turam in

turam in criminalibus. & pro hoc allegat Ludouicum de Roma. in l. j. §. impubes. ff. ad Sillanian. & Barto. in l. ex libero. §. de minore. ff. de quæſtio. in l. de minore. in princip. ff. eod. titu. Sed Bart. in dictis
29 iuribus tenet, † ꝙ ad hoc vt minor xx. annis admittatur in teſtimoniũ in criminali, quòd debet torqueri non ea tortura: quia torquentur maiores: ſed debent ferula, vel abena cedi, non ad effectum: vt quis condamnetur, ſed vt faciat indicium ad inquirendum de quo ſe remittit ad l. maritus. ff. de quæſtionib. & ibi Bartol. tenet, quòd teſtimonium minoris facit qualequale indicium, non autem plenũ: vide Iaſon. in dict. l. cunctos populos. C. de ſumma trinitate. & fide catholica. qui primò tenet, de teſte. infami. poſt infamiam iuris, quòd non admittitur ad teſtimonium, nec faceret indicium, & ibi allegat Baldum in rubric. de ſumma trinita. in vj. col. extra in alijs. fallit in ſex criminibus: ibi per ipſum expreſſatis, & pariter quando teſtis deponeret in facto proprio. allegat Paul. de Caſt. in l. ij. §. Si abſens. ff. ſi ex noxal. cauſ. agatur. & in l. ſeruos. C. de teſti. & per Alexandr. de Imol. in dict. l. ij. §. Si abſens. & Salicet. in l. ſi quis decurio. C. de falſ. licèt alleget alios doctores in contrarium. & ibi Alexander allegat gloſſam ſingularẽ in l. cùm probatio. ff. de pro-
30 bationib. quæ tenet, † quòd indicium ad torturam eſt minùs quàm ſemiplena probatio. & tandem Ia-
31 ſon vbi ſuprà, tenet, † quòd in ſubſidium. benè admittũtur infames ſiue infamia iuris, ſiue facti cum tormentis, & hoc ad faciendum indicium ad quæſtionem. prout ſuprà dictum fuit. & ibi dixit ſimile de minore octodecim annis, qui admittitur ad teſtimonium in criminalibus, quãdo alij haberi non poſſunt. & pro hoc allegat gloſſ. & Alberic. in v. l. in teſtimonium. & Ioan. Andræ. in additio. ad Speculatorem. in titu. de teſte. §. j. verſicu. Item excipitur. non ad faciendum tantùm iudiciũ. de quo perprius dicta. & hoc verum ſecũdum Iaſonem quando ex natura negotij veriſimili habitu & actu plures interuenire non potuerunt, aliàs ſecus: iuxta notata per Antonium de Butrio in cap. tertio loco. de probationibus. & per Panormitanum in cap. final. de teſtib. cogend. & Alexand. de Imol. conſil. lxiiij. in primo volumine. & per conſequens in caſu iſto ex quo de dicto tẽpore erat vnus alius teſtis, videlilicet Ioannes Peroti, dum alij duo teſtes videlicet Petrus Bernardi & Antonius Lyaudi, qui ibi omnes erant in dicta grangia quando flagellauerant bladum: & tamen dictus Ioannes Peroti de dicto tempore nihil vidit de dicta participatione Iacobi Bernardi cũ animali bruto. vide gloſ. in l. inuiti. ff. de teſtib. ꝙ teſtes ſenes valitudinarij, & alij priuilegiati de quibus ibi nõ compellentur inuiti addicendum teſtimonium: etiam in ſubſidium, quãdo veritas aliter haberi non poteſt. Sed Bal. in l. lege Iulia. ff. de teſtib. poſt Hoſtien. videtur tenere cõtrarium de quo ibi vide pleniùs per ipſum, & ibi facit certã diſtinctionem de perſonis priuilegiatis quãdo prohibetur perhibere teſtimonium ratione reuerentiæ vt in filio liberto & in iſtis non poſſunt eſſe teſtes nec pro nec contra. Si verò prohibeantur ratione fauoris illius qui deponit aut contra quem deponitur, tunc volens admittitur. argumento l. quod fauore. C. de legib. Et ita in effectu tenet Bartolus in l. qui teſtamento. §. quicunque. ff. de teſtamentis. & ibi ponit exemplum de fratre: quia benè admittitur volens in teſtimonium pro fratre in cauſa ciuili, licèt non faciat tantam fidem, quantum faceret extraneus. & hoc verum niſi quando haberent bona communia pro indiuiſo: ſecundum Speculatorem in titu. de teſte. §. primo. verſicu. ſed nunquid frater. vel quãdo manerent in eadem domo. de quo ibi per Alexandrum in addition. ſed in criminalibus: ſecundum Bartolum, ibi coniunctus pro coniuncto non admittitur indiſtinctè. de quo ibi pleniùs per ipſum. Et ſic iſta regula, quòd teſtis debet deponere pro vtraque parte, ſeu quando excuſatur pro vna parte, quòd non admittatur etiam cõtra limitatur in aliquibus caſibus prout ſuprà dictũ fuit.

ARGVMENTVM.

Teſtes an vna & turbatim, an ſigillatim & ſecreto ſint examinandi.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſigillatim & ſecretè examinandi.*

2 *Teſtis ſecundus dictum cuius actuarius cauſæ ſcripſit, deponit ut primus an fidem faciat. & nu. 7.*

3 *Teſtes niſi concordes facti ſubſtantia eſſe debeant, tamen iiſdem verbis deponere non debent fallit in actu teſtamenti. num. 4.*

5 *Partes ſi teſtium examinationi interfuerint, quòd ulteriùs ſuper illo negotio ad teſtium productionem non admittuntur.*

6 *Teſtis deponens articulum eſſe uerum ualidum eſt, ſi ſcientiæ cauſam reddat.*

Quæſtio DCCCC.

QVAERITVR an teſtes poſsint ſimul & in turma examinari? Et videretur dicendum,
1 quòd non: † imò debeant ſigillatim & ſecretè examinari. capitu. venerabili. de teſtibus. capitu inquiſitiones. de accuſatiõibus. l. nullus. C. de teſtibus. & ibi gloſſ. & pro hoc facit capitu. vt officium. de hæretic. libro. vj. à ſpeciali ceſſante: quia in cauſa fidei, quando examinantur teſtes, debent adhiberi duo religioſi. Et idem etiã in omni graui negotio quia vtile eſt vocare aliquas honeſtas perſonas: ſecundum Baldum in dict. l. nullum. & Panormitanus in capitu. cùm cauſam. le grand. de teſtibus. licèt non ſit neceſſe vocare alias perſonas quando iudex habet tabellionem, qui ſcribit dicta teſtium: ſecundum gloſſam in l. curent. ff. de teſtibus. & in l. ſolam. C. eodem titul. & licet partes poſsint eſſe preſentes, quando defertur iuramentum teſtibus: tamen ſecus in examinatiõe quod debet fieri ſecreto: ſecundum gloſſam in l. ſi quando. C. de teſtib. & in l. minimè. ff. de legibus. Et pro præmiſsis, quòd teſtes debeant examinari ſigillatim & non inſimul, facit l. iij. in princip. ff. de teſtibus. ne videantur deponere vnum eundem meditatum ſermonem propter quod reddentur eorũ teſtimonium ſuſpectum. dicta l. tertia. §. Ideóque. & ibi Bartolus & per Baldum in l. teſtium. C. de teſtibus. & eſt ratio ſecundum gloſſam in dicto capitu. venerabili. quia ſi teſtes examinarent inſimul, vnus teſtis poſſet

ſequi dictum alterius,& non poſſet de facili depre
hendi falſitas,& ideò debent ſigillatim examinari:
vt in Daniele, qui ſeparatim examinauit ſacerdo-
tes, qui accuſabant Suſannā. & iſtam partem etiā
tenet Speculator in tit.de teſte. §. nunc tractādum.
in principio.& verſicu. Sed pone. & hoc etiam te-
net Panormitan.in cap.quoniam contra falſam.de
probatio.Et per præmiſſa apparet quid iuris quan-
do primus teſtis fuit examinatus extenſè & ad ple-
num,& notarius ſeu grapharius deſidia motus qui
examinat alios teſtes non ſcribit eorū dicta ad ple-
2 num,ſed ſolùm ſcribit, † quòd deponūt vt primus,
an valeat tale teſtimonium: & videtur dicendum,
ꝙ non:ſecūdum Barto.in dict.l.iij.§. ideóque. quia
iſto caſu viderentur deponere eundem ſermonem.
Et ita tenet Speculator in dict. §. nunc tractādum.
verſicu.tantúmque.& Hoſtien.& Ioan.Andr.in c.
nihil.de verbo. ſignificatio. Vide Bald.in l.volo.C.
de fideicommiſſ.quando notarius ſcribit abreuia-
tè,ꝙ teſtis deponit idem quod præcedens nō valet
teſtimonium: ſecundum Speculatorem vbi ſuprà.
vide per Alexandr. in additio.ad Barto.in l.ſi libra
rius.ff.de regu.iur.qui idem tenet.& idem in iudice
quando pronuntiat, vt talis iudex. vide Bald. in l.
ampliorē.§.in refutatorijs.C. de appellatio. qui re-
fert conſuetudinem,quòd valet teſtimonium abre
uiatè ſcriptum, licèt teneat quod in cauſis magnis
notarius, ſi viuat,debet extendere: aliàs valeret te-
3 ſtimonium † quia teſtes licèt debeant eſſe con-
cordantes in ſubſtantia negotij: tamen in cortice
verborum debent deponere per diuerſa verba: &
4 vtiliùs eſt.ſecundū docto.ibi: † niſi in actu teſtamē-
ti verbalis,vbi teſtes debēt deponere formaliter per
eadem verba: ſecundum Panormita.ibi:& niſi con
ſuetudine aliter caueretur:ſecundum Panormitan.
ibi,& per Alberic.in l.fina.C.de preci. Imper.offer.
& iſtud facit pro ſtylo curiarū præſentis patriæ,vbi
poſtquàm aliqui teſtes fuerunt examinati ad ple-
num,notarius,qui ſcribit dicta teſtium ſequentiū,
ſcribit abbreuiatè,quòd deponūt vt præcedentes.
& de tali ſtylo loquitur etiam Bald. de pace con-
ſtan.firman.ſuper verbo,hæc nomina.& ibi tenet,
quòd valet tale teſtimonium.Nec obſtat,quòd vi-
deantur deponere eundem præmeditatum ſermo-
nem.quia quando teſtes ſunt bonæ famę illud non
habet obſtare.de quo ibi latiùs per ipſum,& per de
Bellencijs in additio.ad Panormita.in dict.c.nihil.
5 Veruntamen † vbi partes eſſent preſentes in exami
natione teſtium:tunc per hoc non per hoc reproba
retur teſtimonium: ſed partes non admitterentur ad producendum alios teſtes ſuper eiſdem arti-
culis,vel directò contrarijs:ſecundum gloſſ.in dict.
l.ſi quando.& in dict.l.minimè.&ibi Paul.de Caſt.
Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem, quam vidi de
facto:quia fuerunt examinati aliqui teſtes:& vnus
teſtis antequàm vellet deponere,petebat ſibi oſten
dere depoſitionem alterius teſtis nondum publica-
ti.Sed fuit ordinatum, quòd non videret.& eſt ra-
tio:quia teſtes debent examinari ſigillatim & ſecre
to:& vnus teſtis non debet inſtruere alium,vt in te-
ſtibus Suſannæ. Adde an valeat teſtimonium quā-
6 do teſtes † deponunt articulum eſſe verum,ſeu cō-
tenta in articulo eſſe vera:& videtur quòd ſic,quā-
do teſtes reddunt cauſam ſcientiæ:ſecundum Bart.
in l.Labeo.ff.de ſuppellect.lega.vide Bald.in l. am
pliorem.§.in refutatorijs. C.de appella.& in l. Lu-
cius.ff.de hijs qui notan.infam.de forma iuramen-
ti teſtis,vide per glo.fi.in c. fraternitatis. De teſtib.
7 Adde † quando teſtis deponit vt præcedens,an va-
leat tale teſtimonium.vide Bald.in l.ampliorem.§.
in refutatorijs. C.de appellat.qui tenet, quòd tale
teſtimonium non tenet:licèt conſuetudo ſit in con
trarium:niſi in arduis cauſis, vbi debet ſcribi ad ex
tenſum.vide Hoſtien.& Ioan.Andræ.in c.nihil.de
verbo.ſignificatio. qui referunt,quòd in curia Ro
mana teſtes debēt ſcribi ad extenſum:vide per Spe
culatorem in tit.de teſte.§.nunc tractat nodum.vel
ſi. cautū & quid. quando iudex pronuntiat prout
& talis Specula.in titu.de ſenten.præla.§. qualiter.
verſic.quid ſi iudex. Felin.in c. cùm in tua. de teſti.
in c.ſi pro debilitate.de offic.deleg.

ARGVMENTVM.

Teſtes peritiæ artis turbatim deponere poſſunt.

Quæſtio DCCCCI.

QVAERITVR quid in iſtis teſtibus peri-
tiæ artis,vt in ſcriptoribus quando fit com-
paratio literarum,vel in medicis aut ſirurgis ſuper
viſitatione vulnerum: quia aut etiam quando eli-
guntur probi ad æſtimationē alicuius rei: quia in-
terdū tales probi ſeu teſtes peritiæ artis faciunt eo-
rum relationem inſimul & in turma, & conferunt
adinuicem:quia in hoc debet attendi conſuetudo.
ſecundum Panormitan.& Hoſtien.in dict.c. nihil.
de verborum ſignificatio. & maximè quia poſſunt
examinari teſtes in turma de cōſenſu partiū, prout
communiter cōtingit fieri in hijs partibus:quia in-
terdum iudex vel alius commiſſarius examinat te-
ſtes inſimul de voluntate partis producentis. Vide
de materia in c.cū cauſam.le ij.de teſtib.& per Bal.
in l.volo.C.de fideicommiſſ.vbi refert Speculator.
tenere poſtquàm notarius ſcripſit dictum vnius te-
ſtis extenſè,& deinde ſcribit, quòd ſecundus teſtis
deponit idem quod primus,quòd non valet tale te-
ſtimonium.de quo per Speculatorem in titu. de te-
ſte.§.nunc tractandum.in verſic.tantúmque.& per
Alexandr.de Imol.in additio.ad Bart.in l. ſi libra-
rius.ff.de regul.iur.& idem de iudice, quando pro-
nuntiauit vt alius iudex,per relationem ad alium.
de quo alleg.notata per Barto.l.j.C.ſi aduerſ.liber.
& per Bald.de pace conſtan.firman.circa finem.

ARGVMENTVM.

Mulier in cauſa criminali an teſtis eſſe poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Mulieris teſtimonium in delictis à legibus receptum Cano-
nes repudiauerunt.*
2 *Mulieris teſtimonium in criminibus exceptis receptum.*
3 *Mulieris teſtimonium an in aliarum probationū defectum
admittatur.*
4 *Mulieris teſtimonium in omni negotio ius ciuile admiſit,
teſtamento dempto.*
5 *Mulierem in delictis teſtari non poſſe. Iacobus de Arctio
tenuit.*
6 *Meretrix teſtimoniū in criminibus an admittatur. & nu. 9.*
7 *Mulieris uel impuberis teſtimonium an in ſubſidium admit
tatur.*

Teſtes

8 *Teſtes minus idonei in defectum aliarum probationũ admittendi ſunt.*

Quæſtio DCCCCII.

QVAERITVR an mulier in delictis ad-
mittatur in teſtimonium, & an faciat indi-
cium? Et dicendum eſt quòd non, de iure canoni-
co. cap. mulierem. xxxiij. quæſt. v. niſi in caſibus in
quibus infames admitterentur: ſecundum gloſ. ibi,
c. forus. de verbo. ſigni. licèt ſecundum gl. ibi aliud
2 ſecundum leges. † & pariter in crimine excepto ad
mittitur mulier etiam malè famæ ad accuſationẽ.
capit. tacita. de ſymo. vel in cauſa inquiſitionis. ca.
tàm literis. de teſtib. vel etiam in cauſa denuncia-
tionis, vel quando agitur de crimine ciuiliter. cap.
3 quoniam. de teſti. & ibi per gloſſ. & Panormit. † an
autem in defectum aliarum probationum admitta
tur: vide quod habetur per Panormita. in cap. de cæ
tero. de teſti. vide gloſſ. in capitu. ex eo. xv. quæſtio.
4 iij. quæ tenet, † quod ſecundum leges mulier in om
ni cauſa poteſt ferre teſtimonium, ſiue ſit cauſa ciui
lis, ſiue criminalis, prætetquàm in teſtamentis. l. qui
teſtamento. §. mulier. ff. de teſta. l. ex eo. ff. de teſti. §. te-
ſtes. inſtitu. de teſta. ſed ſecundum canones prohi-
betur eſſe teſtis in criminalibus. de quo etiam ha-
betur per gloſſ. in ſumma. xv. quæſtio. iij. niſi in cri-
minalibus exceptis. vide per Speculato. in tit. de te-
ſte. §. j. verſ. item quod eſt mulier. & ibi per Io. Andr. in
addi. & ibi Spec. tenet quod ſecundũ leges mulier po-
teſt eſſe teſtis in cauſa ciuili & criminali, præterquã
in teſtamẽtis per iura ſ. allegata Io. And. ibi in ad
5 ditio refert Iaco. de Are. tenere, † quòd etiam in cauſa
criminali de iure ciuili non admittatur mulier ad
teſtimonium: quia ſi in teſtamento non admittatur
propter periculum, fortiùs debet repelli in cauſa
criminali, vbi agitur de ſalute hominis, licèt de fa-
cto non ſeruetur. & quòd talis opinio Iacobi de A
rena habet veritatem vbi non poſſet probari veri-
tas per maſculos. Et idem in effectu tenet Panormi.
in dict. capit. quoniam. de teſti. vide de materia per
Alexan. de Imol. conſil. xj. incipient. circa primum.
6 in primo volumi. † de meretrice quæ nõ admittitur
ad teſtimoniũ in criminalibus, cùm ſit infamis. l. iij.
§. lege Iulia. ff. de teſti. & ibi gloſſ. ſuper verbo, pa-
lam. nec faceret indicium in criminibus exceptis.
& pro hoc facit quòd habetur per Bartol. in l. j. C.
de ſumma trinita. & fide catholi. licèt in ſubſidium
etiam admittantur infames: ſecundum Bart. ibi, de
quo etiam ibi per Alexand. in additio. ad Bartol. &
etiam per Iaſo. vide de materia per Alexã. de Imol.
conſ. lxiij. incipiente. Viſo themate. in j. volumine,
7 an † mulier vel impubes in cauſa criminali admit-
tantur ad ſubſidium. & de modo probandi, quan-
do non ſunt aliæ probationes. & etiã conſil. clxxvj.
aliàs lxxvij. incipient. & viſo in ij. volumine, an
minor viginti annis, vel mulier poſſit eſſe teſtis in
cauſa criminali, & quòd in defectum quando non
8 poteſt probari per alios teſtes. Adde † quòd in de-
fectum probationis admittantur minus idonei te-
ſtes. l. penulti. C. de hæreti. cap. fina. de teſti. cogẽd.
& ibi gloſſ. & in cap. non ſiue. de arbi. cap. & ſi Epi
9 ſcopus. in fine de iure iurand. Adde † quòd de iure
ciuili mulier poteſt eſſe tàm in ciuili, quã criminali
teſtis, excepto in teſtamento. l. ex eo. ff. de teſti. l. qui
teſtamento. §. mulier. ff. de teſta. §. teſtes. inſti. de te
ſta. & eſt ratio in teſtamento: ſecundum gloſſ. in d.
§. mulier. quia eſt fragilis & corruptibilis: ſed in cau
ſa criminali poteſt eſſe teſtis: ſecũdum Fab. in dict.
§. teſtes. quod eſt verum, niſi in crimine publico, vel
vbi abſciſio membri: ſecundum Ange. Aretin. ibi,
ſed Angel. in dict. §. mulier. in cauſa criminali non
poteſt eſſe teſtis in terris eccleſiæ. Ioan. de Imol. ibi
dicit quòd opinio Iaco. de Arena: vt mulier non ad
mittatur in cauſa capitali habet æquitatẽ propter
magnitudinem præiudicij.

ARGVMENTVM.

De inquiſitione.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio generalis ut fiat ſufficit ut per famam de delicto conſtet.*
2 *Inquiſitus antequàm quæſtioni ſubijciatur, de delicto liquidè conſtare debet.*
3 *Reus qui fatetur ſe hominem occidiſſe, an ſit credendum.*

Quæſtio DCCCCIII

QVAERITVR quia Rodulphus Con-
denodi opponit, quòd non apparet legitimè
de delicto, & per conſequens debet ante omnia cõ-
ſtare de delicto: ſecundum Bart. in l. j. §. item illud.
ff. ad Sileya. & in l. fina. circa princip. ff. de quæſtio-
1 nib. licèt Bart. ibidem teneat †, quòd ad faciendum
inquiſitionem generalem ſufficit, quòd appareat
de delicto per famam: vnde ſecundum Baldum. in
authentic. ſed nouo iure. C. de ſeruit. fugit. non ſuf
ficiet quando quis confitetur plurima furta com-
miſiſſe diuerſis temporibus, niſi aliter conſtet de re
bus ſubſtractis. & per Angel. Auguſti. & Aretin. in
tractatu maleficiorũ. ſuper verbo, fama publica. in
materia torturæ. in xij. quæſtio. & ſuper verbo, ve-
ſtem abſtulit. & ideò Auguſtinus ſuper verbo, fa-
2 ma publica. tenet, † quòd debet prius conſtare li-
quidò de facto, antequã pars torqueatur. & ibi po
nit certas fallentias. & in dict. verbo, veſtem Celeſti
næ abſtulit. refert Angel. genere in l. j. de confeſ. de
3 certis rombatoribus, † qui confeſsi fuerant certos
mercatores deprædaſſe & occidiſſe: & proieciſſe in
flumen ibi propinquum, quòd ſtatur tali confeſsio
ni, dummodo tamen ſint homines malæ famæ. ſed in caſu
iſto ſatis apparet de delicto, per teſtes examinatos
in proceſſu. Adde Bald. in additio. ad Specul. in tit.
de ſentent. coll. xviij. quem refert Auguſtinus. in
dict. tracta. malefic. ſuper verbo, veſtem abſtulit, quod
debet conſtare de corpore mortuo, aliter quã per
confeſsionẽ ſaltem per famam. & Bald. in cap. at ſi
clerici. de iudic. vnde Barto. in l. ij. §. ſi dubitetur. ff.
quemadmod. teſtamen. quòd debet conſtare verè
de homicidio attento, quòd eſt maximi præiudicij,
vide Iaſo. in l. error. C. de iur. & fact. ignoran.

ARGVMENTVM.

De cautione præſtanda in delictis.

SVMMARIVM.

1 *Reus in grauibus delictis cautioni commendandus non eſt.*
2 *Cautioni nõ eſt locus in delictis pœnam corporalem importantibus. & nu. ſequenti.*
3 *Quid in delictis pœnam pecuniariam tantum importan-*

tibus.& nu.6.

4 Quæſtioni an ſit locus in delictis pecuniariam pœnam importantibus.

5 Delicta quorum pœna arbitraria eſt, quomodo animaduertẽda ſunt.

7 Correus pro correo cauere poteſt.

8 Mulier quæ cautionem inuenire non poteſt, ut à carceribus relaxetur iuratoriæ cautioni ſtandum.

9 Tortura locus eſt tantùm in criminibus grauibus.

Quæſtio DCCCCIIII.

QVAERITVR an iſte caſus ſit qui debeat cõmendari cautioni ſeu fideiuſſoribus?
1 Et videretur dicendum † quòd non: quia iſtud crimem de quo agitur non eſt leue ſed graue:& per cõſequens non debet commendari cautioni.l.j.& ibi glo.ſuper verbo,fideiuſſoribus. quæ exponit quando leue eſt crimen.& l.diuus.la.j.ff.de cuſtodi.reo. facit l.leuia.cum ibi notatis.ff.de appellatio.&licèt Bartol.in dict.l.j.poſt Iacob.de Arena,faciat diffe-
2 rentiam,& † quando venit pœna inferenda corpori debet perſonaliter detineri, nec eſt differentia ſi confiteatur delictum,vel nè inquantum ad incarcerationem:ſecus quo ad vincula. Si verò crimem non confitetur,nec eſt ſcelus ita graue, tũc poteſt poni in carcere vel committi cuſtodiendus militibus,vel committetur fideiuſſoribus.&:ibi tenet Bartol. quando in defectum pœnæ pecuniariæ poteſt imponi pœna corporalis,quod tunc nõ relaxatur fideiuſſoribus. Bald.verò in l.ij.C. de exhib. rei. diſtinguit,aut pro crimine eſt pœna determinata corporalis,& tunc non eſt fideiuſſoribus dimittendus: ſi
3 verò † ſit pœna pecuniaria determinata:& confitetur crimen,& tunc non eſt fideiuſſoribus relaxandus:ſed debet ſtatim condemnari l.ſi confeſſus. & l.ſi quis in ea.ff.de cuſtod.reo.ſi verò neget delictũ debet dimitti fideiuſſoribus,qui promittãt de re preſentãdo,& iudicato ſoluẽdo.& qui fideiuſſores promittant repreſentare totiẽs quotiens erit neceſſum: puta quia iudex eũ interrogare poterit vel torquere.
4 dict.l.diuus.† & ſic ſentit Bald.quòd etiam in pœ-
5 na pecuniaria eſt locus torturæ.† Si verò pœna eſt arbitraria,tunc conſideratur qualitas criminis,conſuetudo iudicis & fori: ſecundum Bald.ibi, quia ſi ſit veriſimile,quòd pœna ſit corporalis, tunc iudicabitur ſicuti de corporali:ſi verò ſit veriſimile, quod ſit pecuniaria,tunc erit iudicandum ſicuti de pœna pecuniaria:dictum eſt ſuprà:vide ibi Cyn.qui facit differentiam an crimen ſit leue: & tunc debet cõmendari fideiuſſoribus; aut enormè, & tunc non cõmendatur fideiuſſoribus, & maximè vbi eſt ſuſpicio, & delinquens eſt vilis perſona. Angel.verò ibi tenet,quòd quando pœna eſt pecuniaria, quòd tunc debet cõmendari fideiuſſoribus:& hoc verum niſi retardauerint exhibere fideiuſſores: puta quia ſit propè ſententiam: quia tunc non debet cõmendari cautioni,ſed ſententia ferri:per iura ibi per ipſum allegata. Salicet.verò in l.ij. poſt gloſſ. diſtinguit inter leue aut enorme crimẽ:prout ſuprà dictũ fuit,& an præcedat delictũ vel nè. Ang.verò Areti. in tractatu maleficiorum:ſuper verbo,fama publica.in materia capturæ ſeu incarcerationis.in x.quæſtio.facit differentiam, an pœna ſit corporis affli-
6 ctiua,vel ne: † quia vbi non eſt pœna corporis afflictiua fideiuſſoribus eſt relaxandus:etiam antequàm aſtringatur,vel confiteatur, quod eſt contra aliquos latruunculatores, qui antequàm relaxent compellunt ad confitendum, & ſic tenetur in ſyndicatu.& ibi Auguſtinus in additio.in xj. quæſtio. ponit certas limitationes:puta quãdo aliquis aliàs aufugit carcerem,quia tunc non eſt cõmendandus cautioni. & ibi etiam tenet, quòd iudex maleficiorum qui ſemel accipiunt fideiuſſores,quòd etiã poteſt accipere reum qui caueat ſufficienter, vide etiam Angel. Aretin.in eodem tractatu. ſuper verbo,pro quibus Anthonius fideiuſſit: vbi tenet, quod quando crimem eſt enorme,quòd ſtante conſuetudine poteſt fideiuſſoribus relaxari.allegat gloſſ.in
7 c.cùm homo.xxiij.quæſt. v.& ibi etiam † quòd vnus ex malefactoribus poteſt cauere pro alio. & pariter quando pœna eſt pecuniaria, & reus præſentat fideiuſſorem,& iudex non admittat, tunc tenetur actione iniuriarum. allegat l. ſi verò. §. j. ff. qui ſatis dare cogan.& vbi requirens non poteſt reperire fideiuſſorem,tunc debet remanere in carce-
8 re:& hoc verum in maſculo,† ſecus in muliere:quia debet ſtari iuratoriæ cautioni iuratoris, quando non poteſt reperire fideiuſſorem.authentic.ſed nouo iure.C.de cuſtod.reo.& authentic.ſed hodie.C. de offic.diuerſo.iudi.& §.maiori.in authen.vt nulli iudic. collat. ix. & hoc verum in muliere honeſta:aliàs ſecus:ſecundum Angel.Aretin. & Auguſti.vbi ſuprà. Adde l.edictum.ff.de quæſtio. vbi videtur textus,quòd ſolum tortura habeat locum in criminibus grauibus.& ita ibi ſentit Bartol. & Ioan. Petr.de ferra.in titu.forma inquiſitionis.in glo.ſuper verbo,hoc eſt quidem inquiſitio.verſic.ſupereſt nunc quærere. & ibi declarat quæ ſint leuia delicta, vt in quibuſdam leuibus iniurijs verbalibus, vel actualibus,vt in remotione capillorũ vel iactu lapidis, ſine percutione.& ibi vide de materia torturæ & carceris.

ARGVMENTVM.

Delictum qualiter leue vel enorme dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Pœna corporalis pro iniuris perſonæ illata inferri poteſt.*

2 *Iudex pro iniuria penſata facti & perſonarum qualitate, ad capitis pœnam arbitrari poteſt.& de quo capite intelligendum ſit.*

3 *Iniuria triplex.*

4 *Abigeatus crimen leue.*

5 *Abigeatus crimen quid.*

6 *Crimina leuia quæ dicantur.*

7 *Violentia illata cum armis enormè crimen dicitur.*

8 *Crimen per quod unus infertur perſonæ, grauæ dicitur.*

9 *Delicta quatruplicia.*

10 *Iniuria quæ perſonæ infertur, grauis dicitur.*

11 *Crimem graue dicitur quando pœna capitalis eſt, uel à relegatione ſuprà.*

12 *Iniuria perſonalis an atrox dicatur.*

13 *Pœna quæ fiſco infertur, an maior ſit illa quæ parti priuatæ applicatur.*

14 *Crimina in quibus imponitur pœna infrà à relegatione minora dicantur.*

Quæſtio DCCCCV.

QVAERITVR an crimen ſuprà enarratũ de quo agitur,dicatur leue: vel enormè ſeu graue ad

graue ad hoc vt debeat commendari cautioni vel
1 ne. Et videretur dicendum quòd ſit graue: † quia poſſet inferri pro iniuria tali perſonali pœna corporis afflictiua. l. fin. ff. de iniur. l. prætor. §. actorem. ff. de iniur. & inſtit. eodem titu §. atrox. & §. in ſum-
2 ma. & ibi gloſſ. ſuper verbo, extraordinaria, † quod iudex poſſet arbitrari ad pœnam capitis. facit quod habetur per Bald. in §. iniuriæ. de pac. iuramen. firmand. & per Bartol. in l. licitatio. §. quid illicitè. ff. de publi. vnde ſecundum Ioan. Fab. & Angel. Aretin. in d. §. in ſumma, iudex penſata & attenta facti, & perſonaru qualitate, iudex poſſet arbitrari pœnam capitis. An autem intelligatur de pœna capitis naturalis vel ciuilis: vide ibi per Angel. Aretin. nam pro qualitate perſonæ ſi ſit humilis poſſet eſſe pœna ictus fuſtium. d. ſt. l. fina. & maximè attenta qualitate perſonæ mulieris, quæ erat in ſtatu graui de, & in locis vbi fuit percuſſa in facie, & ex iteratione ictuum, & cum ſanguinis effuſione: vnde in hac materia referam opiniones. Nam de iure cano-
3 nico poteſt dici iniuria in triplici differentia, † nam quædã dicitur iniuria leuis, & de iſta abſoluit Epiſcopus per manus iniectionem in clericũ. cap. peruenit. de ſenten. excomm. quædam eſt iniuria mediocris, & de iſta non poteſt abſoluere Epiſcopus, niſi clericos viuentes inſimul. ca. quoniam. de vit. & honeſt. cler. quædam dicitur iniuria enormis & atrox. & in iſta non poteſt abſoluere Epiſcopus, ſed remittitur ſedi appoſtolicæ: iuxta ca. ſi quis ſuadente diabolo. xvij. quæſtio. iiij. & iſto caſu dicitur enormis iniuria, quando fuit proceſſum ad mutilationem membri, vel ad effuſionem ſanguinis, vel quia fuit facta iniuria Epiſcopo vel Abbate. cap cum illorũ. de ſentent. excommu. & ibi etiam quærit Hoſtien. quando vngula manus leditur. & pariter ſecũdum gloſſ. ibi, in verbo, ſanguinis. non ſemper attẽditur ſanguinis effuſio, puta quia fuit facta in naſo, vbi de facili fit ſanguinis effuſio, & econtra: quia poſſet eſſe iniuria enormis ſine effuſione ſanguinis. ca pit. j. de conſer. eccleſ. vel altari. libr. vj. ſecundum Panormitanum in dict. capit. cùm illorum. & facit quod habetur per Lapum allegatione lxvj. qñ aliquis plebanus percutit canonicũ eccleſię cathedralis manu vacua in maxilla dextra ſine ſanguinis effuſione, vbi tenet, quòd dicitur iniuria leuis, vel mediocris, & quòd Epiſcopus poteſt abſoluere. Spec. verò in titul. de libel. concep. §. nunc oſtendamus.
4 verſicul. xlij. tenet, † quòd crimen abigeatus dicatur crimen leue. l. j. C. de abigeis. vbi poſſet procedi
5 ſine inſcriptione, & etiam ſine libello: † & dicitur crimen abigeatus quando quis furatur oues in ouili: vt ibi habetur, & de pœna abigeatus habetur in
6 l. j. ff. de abige. † vel etiam dicuntur crimina leuia furta domeſtica vel leuia vel iniuria verbo illata. gloſſ. verò in dict. l. leuia. exponit de l. Iulia. de annona. vel crimina priuata vel crimen abigeatus, & alia de quibus ibi. ſed Bartol. ibi tenet, quòd dicitur crimen leue, quando pœna eſt leuis: nec eſt verum quòd priuata delicta dicantur leuia, quia interdum eſt pœna capitis pro furto. l. capitalium. §. famoſos. vnde Bartolus ibi ponit plura exempla, & inter cætera quando eſt leuis iniuria. l. non ſolum. §. quamquam. ff. de iniur. quia iſto caſu eſt leuis coërtio, vnde ſecundum Alexandrum de Imol.
7 in additioni. tenet, † quòd omnis violentia commiſſa cum armis, dicitur enorme crimen: ſecũdum gloſſ. in l. tertia. ff. de vi & vi armata. & idem ſecundum opinionem vulgi percutere aliquem cum pugno eſſet leue crimen, ſicut eſt Florentiæ, licèt Bartol. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniur. tenent,
8 quòd † omne crimen dicitur graue quod committitur vim perſonæ. & iſtud facit pro conſuetudine aliquorum locorum vbi percutere aliquem cùm alapa eſt magis ignominioſum, quàm cùm pugno: vn-
9 de ſecundum Barto. in dict. §. ſi mandato. † Delicta poſſunt dici in quadruplici differentia quædam leuia, quædam grauia, quædã grauiora, quædam gra-
10 uiſſima. & ibi ponit exemplum. & ibi tenet, † quòd quælibet iniuria quæ infertur in perſonam dicatur grauis: & ideò filius non tenetur obedire patri: quia quælibet iniuria perſonalis eſt grauior ipſa reali. in l. in ſeruorum. ff. de tenens. gloſſ. verò in l. liber homo. la ſecunde. ff. ad legem Aquiliam. facit differentiam quando quis habetur ius imperandi, an quis teneatur obedire patri vel magiſtratui, in leuibus non in atrocioribus: & ibi ponit exemplũ. & idem gloſſ. in l. ad ea. ff. de regul. iuris. & in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minori. vbi in delictis atrocioribus, no ſubuenitur minori. & idem per gloſſ.
11 in l. prima. C. de requirend. reis, vbi tenet gloſſ. † q crimen dicitur graue, quando pœna eſt capitalis, vel quando à relegatione ſuprà, ita quòd non poſſit procedi contra abſentem, vide de materia per Cynum Baldum Salicetum, in l. non ideò minus. C. de accuſatio. & per Angelum Aretinum in tractatu maleficiorum, ſuper verbo, Sempronium mã-
12 darorum. & ibi tenent, † quòd iniuria perſonalis etiam cum manu facta dicitur grauis & atrox, vide etiam per Auguſtinum in dict. tractatu maleficiorum, ſuper verbo, ſanguis exiuit, quando aliquis trahit capillos alterius, vel in barba ſine ſanguinis effuſione tenetur pars parti in decem libris, & fiſco in viginti libris. & ibi eſt textus: quòd plus aſcendit pœna quæ infertur fiſco, quàm parti. de quo aliâs fui dubius in aſſiſijs qñ taxatur iniuria parti, ſi debeat plus aſcendere quàm pœna quæ ap-
14 plicatur fiſco. Adde etiam † quòd crimina in quibus imponitur pœna à relegatione infrà dicuntur minora in quibus poteſt procedi contra abſentem, etiam lite non conteſtata, quando legunt de cauſa, licèt non fiat annotatio bonorũ. l. abſentem. ff. de pœn. cum ibi notatis, per Bartolum, & in l. abſentem. C. de accuſatio. & per gloſſ. in ſumma. tertia quæſtione nona, & in capitul. veritatis. de dolo & contumacia. & in capit. rurſus. & capitu. ſequenti. vndecima quæſtione tertia. & per domi. Guido. Papæ deciſio. cccc xxix.

ARGVMENTVM.

Quæſtioni locus eſt in crimine pœna cuius eſt pecuniaria.

SVMMARIVM.

1 *Duo requiſita ante quàm ad torturam deueniatur.*
2 *Indicia an & quando ſint ad torturam ſufficientia, iudicis arbitrio relinquitur.*
3 *Quæſtio in omni cauſa interuenire poteſt.*

4 *Ex indicijs quandoquè ſine tortura ad condemnationem deueniri poteſt.*
5 *Tortura quando fienda.*
6 *Torturæ locus eſt ubi de falſo ciuiliter agitur.*
7 *Quæſtio dari, non niſi lite conteſtata debet. numer. 18.*
8 *Reo dilationes dandæ ſunt ſui purgandi cauſa.*
9 *Ordine ad torturam deueniendum.*
10 *Quæſtio datur ut ueritas extorqueatur.*
11 *Tortura facile non danda.*
12 *Conuictus & confeſſus tortus, an audiatur appellans.*
13 *Iudex promptus ſit ad torturam in criminibus enormibus, quæ committuntur occultè.*
14 *In tormentis certa regula dari non poteſt.*
15 *Torturæ remedium, an locũ habeat in cauſa criminali pœna cuius pecuniaria eſt.*
16 *Teſtium publicatio in cauſis criminalibus fit.*
17 *Senatus Lutetiæ Pariſiorum teſtium publicationem non facit.*

Quæſtio DCCCCVI.

QVAERITVR an in caſu iſto ſit locus quæſtioni, & an præcedât indicia ſufficiétia, & quando ſit adhibenda quæſtio, pro cuius declaratione eſt premittendum, quòd iudices in talibus ante omnia iuris & humanitatis conſiderationé habeant, vt non facilè ad tormenta procedant, ſi aliqua alia via poteſt criminis veritas haberi. l. edictum. ff. de quæſtioni. l. quotiens. C. eodem titulo. l. de minore. §. tormenta. ff. eodem titulo. ſecundum Guidonem de Suza, in tractatu de quæſtionibus. nec debent iudices ſumere iudicium à tormentis: vnde ſecundum Cynum in l. fina. C. de quæſtioni.
1 duo † requiruntur ad hoc vt perueniatur ad torturam. Primò quòd veritas aliis probationibus illuminari non poſsit, cũ etiam quæſtiones ſint in ſubſidium introductæ. d. l. edictum. & l. diuus. de quæſtio. & dict. l. quoties. Secundo requiritur vt præ-
2 cedant indicia. dict. l. milites. † & quæ ſint indicia ſufficientia relinquitur arbitrio iudicis: licèt gloſſ. in l. cùm probatio. ff. de probationi. tenuerit, quòd indicium ſit minus quàm ſemiplena probatio: quia non eſt incipiendum à tormentis. l. prima. in princip. ff. de quæſtionib. & aliâs prout plenius habetur per Cynum in dict. l. fina. in ſecunda quæſtione, &
3 ibi tenet in tertia quæſtione, † quòd in omni cauſa ſiue criminali ſiue ciuili, poteſt fieri quæſtio: vide etiam per Albericum ibi, in rubric. Baldus verò in
4 dict. l. milites. tenet † quòd poſſunt eſſe tot & tanta indicia, quòd poſsit perueniri ad condemnationem ſine tortura: vt quia ſunt indubitata. allegat l. ſecũda. §. 1. ff. de excuſatio. tuto. Tutius tamen iudex faciet iſto caſu, ſi extorqueat confeſsionem per torturam. allegat l. qui accepta. C. de malefic. & mathe-
5 maticis. & ibi in dict. l. milites. in fine tenet, † quòd tortura debet fieri poſt publicationem proceſſus: quia ex quo non poteſt fieri, niſi in defectum probationis, & præcedentibus indiciis non poſſet conſtare ante publicationem proceſſus: idem verò Bal-
6 dus in l. ſicut. C. de falſ. tenet, † quòd quando agitur de falſo ciuiliter poteſt procedi per torturam præcedentibus indiciis, licèt non ita acriter. idem verò Baldus in l. obſeruare. C. quorum appellatio. non recipi. refert, quòd malicioſi aſſeſſores volentes præcludere viam appellationibus reum quantũcunquè conuictum faciunt confiteri: ſed certè non debet veniri ad tormenta, niſi in ſubſidium, & defectum probationis. Præterea dict. l. obſeruare. loquitur in confeſsione ſpontanea: ſed idem Baldus ibi tenet, quòd iudices bene faciunt: quia crimina patentia ſunt punienda, nec debet dari occaſio appellandi: tamen ſi conſtaret de tortura, non eſſet prohibitum appellare: & idem videtur tenere in l. fina. C. de probatio. & idem Baldus in l. prima, in fine. C. de iurament. calumniæ, refert opiniones, quãdo fuit plenè probatum contra aliquem, an poſsit perueniri ad torturam: & tandem tenet quòd ſic, ad obuiandum, quòd non poſsit appellari: ſed Bartolus ibi in fine videtur tenere contrarium, quòd non poſsit perueniri ad quæſtionem, niſi quando probationes deficiunt. idem verò Barto. in l. ſi quis
7 adulterium. ff. de adulte. in princip. tenet, † quòd ſicuti teſtes non debent examinari ante litem conteſtatam: ita etiam non debet fieri quæſtio: vide Bartol. in dict. l. edictum. ff. de quæſtionibus. qui tenet, quòd ad tormentum peruenitur in ſubſidium, cùm aliter veritas explorari non poſsit, & quòd in cauſis grauibus tormenta requirantur. idem verò Bart. in l. diuus. eodem titul. tenet quòd in cauſa pecuniaria non ita de facili peruenitur ad tormenta, ſicuti in cauſa capitali & graui, & hoc verum, niſi cauſa ciuilis habeat crimen annexum. capit. primo. de depoſit. vide etiam per Bartol. in l. ex libero. ff. de quæſtio. vide etiam Ioannem Andr. & Panormi. in c. cùm in contemplatione. de regul. iur. quòd quæſtio debet fieri in ſubſidium, quando deficiunt aliæ pro-
8 bationes, † & quòd debent dari dilationes reo ad purgandum ſe aduerſus indicia: vide Angelum Aretinum, & Auguſti. in tractatu maleficiorum, ſuper verbo, mala fama publica. in materia torturæ, quòd debent fieri in ſubſidium, & quòd cautus iudex debet facere apparere in actis, quòd aliter veri-
9 tas haberi non poſſet, † & ideò ordinauit perueniendum ad torturam: quia aliâs iudex teneretur in ſyn-
10 dicatu. & quæſtio etiam & inquiſitio † quæ fit ad eruendum veritatem: ſecundum Guid. de Suza vbi ſuprà. & plures alias quæſtiones format ibi, & pariter Angel. Aretin. & Auguſti. vbi ſuprà. & ideò in materia iſta fuerunt examinatæ certæ mulieres, & certi mares ſuper dicto delicto, de quo agitur: & fuerunt publicati teſtes, & data copia indiciorum rea. & minus ad dandum defenſiones. & ideò ſi fuerit plenè probatum vel ne, & an poſsit perueniri ad torturam, iſtud poteſt videri ex lectura teſtium & indiciorum, & ſuper hoc eſt bene conſiderandum:
11 quia † de facili non eſt procedendum ad tale remedium: vide gloſſam in dict. l. non obſeruare. C. quorum appellatio. non recipi. † quando quis eſt conuictus & confeſſus etiam in tormentis, & perſeuerat, an audiatur appellans. & ibi refert opiniones: & tandem videtur tenere, quando perſeuerat, quòd etiam non audiatur appellans: quia dicitur ſpontanea confeſsio. l. prima, in fine. ff. de quæſtionibus. cum ibi notatis per Bartolum: & ſic eſt ibi gloſſ. quòd ſi quis ſit conuictus, & ſit bene probatum de delicto, quòd poteſt peruenire ad torturam, & ita etiam videtur tenere Paul. de Caſtro ibi quòd ad inueſtigationé enormiũ criminũ ſpecialiter vbi quæ committuntur clam, iudex debet eſſe promptior

promptior ad torturam: ſecundum Baldum in l. nemo. C. de Epiſcopali. audient. & idem Angelus in
14 l. milites. C. de quæſtionibus, vbi tenet, † quòd in materia tormentorum certa regula tradi non poteſt. & quandoquè pro bono publico, licitum eſt à tramite iuris deuiare: vt in homicidio occulto: vt ibi habetur. nam ex quo conſtat de delicto, iudex non debet pōderare omnes ſubtilitates iuris: ſecundum Baldum in l. ita vulneratus. ff. ad legem Aqui-
15 liam. Adde etiam † quòd in cauſa criminali, quando pœna eſt pecuniaria poteſt habere locum remediū torturæ, quando viſum fuit iudici, etiā poſt datam fideiuſsionem: ſecundum Baldum in l. ſecūda, C. de exibe. re. vide de materia torturæ, etiam per Paridem de Puteo: in tractatu ſyndica. ſuper verbo, tortura. Adde Baldum in capitu. at ſi clerici. de iudi. quòd tortura non habet locum in contractibus, nec in delictis, niſi grauibus, & plura verba ibi po-
16 nit de pœn. Adde † quòd in cauſa criminali etiam fit publicatio teſtium, ſecundum gloſſ. Geminia. in capitu. fina. de hæret. libro vj. & in l. prolatam. C. de ſentent. & interlocutio. omniū iudic. & per Ange. Aret. & Auguſti. in tractatu maleficio. ſuper verbo, qui iudex dictum proceſſum publicat & ibi ponuntur plures authoritates: & qualiter in curia Roma-
17 na non publicantur teſtes: & † idem in curia Parlamenti Pariſius: quia teſtes cenſentur, publicati, quoad iudicem cap. cùm clamor. de teſtib. licèt etiā quando agitur ſummariè requiratur publicatio: ſe-
18 cūdum Auguſtinum vbi ſuprà Adde etiam † quòd quæſtio non debet fieri, niſi poſt publicatas atteſtationes: quia oportet quòd diſputetur ſuper indicijs. l. cuſtodias. de public. iudic. ſecundum Bartol. in l. vnius. §. reus. ff. de quæſtionib. Bald. in l. milites. C. de quæſtio. & iudex debet dare terminum ad faciēdum defenſiones. l. vnius. §. cognitorum. ff. de quæſtionib. l. ſi non defendantur. ff. de pœn.

ARGVMENTVM.

Sententia lata ſuper tortura ſi non appellatur, an ſtatim atq; lata eſt, non expectatis diebus executioni demandari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Executio pendente appellatione in cauſa criminali, an fieri debeat.*
2 *Confeſſus & conuictus non auditur appellans.*
3 *Appellatione pronunciatum ſuſpenditur.*
4 *Sententia interlocutoria executioni demandari ſi nō appelletur, non expectatis diebus appellationum, poteſt.*

Quæſtio DCCCCVII.

QVAERITVR quando ſit interrogatoria ſuper tortura, an debeat ſtatim executioni demandari, ſi non appelletur, an verò debet expectari lapſum decem dierum? Et dicendum eſt ꝙ ſic: quia non poſſet reparari in appellatione à diffinitiua. l. ij. ff. de appellatio. recipien. cum ibi notat. ſecundum Petr. Iacob. in titu. de actiōe furt. libel-
1 lus in materia iudiciorum ad torturam. † & idē eſt in ſententia diffinitiua lata in cauſa capitali: quia debet expectari lapſus decem dierum cùm emineat maius periculum: ſecundum Barto. in l. qui vltimo. ff. de pœn. licèt contrarium ſeruetur de conſuetudi-
2 ne. & hoc verum, † niſi ſit confeſſus & conuictus. l. obſeruare. C. quorum appellatio. non recip. & hoc
3 verum, † niſi eſſet appellatum: quia tunc iudex debet ſuperſedere ab executione, aliàs incurreret pœnam capitalem: ſecundum Baldū, in l. addictos. C. de epiſcop. audien. vide per domi. Guido. Papæ de-
4 ciſi. lxxiiij. & ibi refert de ſtylo † curiarum tām Parlamenti quàm inferioris, quòd interlocutoria torturę pręcedetur ad executionē, infrà decē dies: ſi nō fuerit appellatum: licèt in hoc remittat arbitrio iudicantis: vide etiam de materia per Angel. Aretin. & Auguſtinū, in tractat. maleficio. ſuper verbo, pręſente Gaio, & appellante. Adde Angelum Aretin. in tractatu maleficiorum, ſuper verbo, caput à ſpatulis. l. amputetur. & per Bald. in l. obſeruari. §. proficiſci. ff. de offic. proconſul. & lega. in xij. quæſtio. & in l. fina. C. ſi à non competen. iudi. vbi tractat, an in cauſa criminali lata ſententia poſsit fieri incontinenti executio. & in l. prima. C. ne ex delict. defunctor. & per Panormitanum in capit. ſecundo de re iudicata, & in cap. quærenti. de offic. delegat. & per gloſſ. in capit. cùm apud. vndecima quæſtione tertia, & per Salicetum in l. addictas. C. de epiſc. audien. & per Bartolum & Ioan. de Imol. in l. non tantum. ff. de appellatio. vide etiam Bartolū. in l. ſi
5 qua pœna. ff. de verbo. ſignifi. Adde, † quòd appellatio ab interlocutoria torturæ ligat manus iudicis à quo etiam ante inhibitionem ſuperioris: ſecūdum Baldum in l. generaliter. §. ſed iuramento. C. de reb. credi. gloſſ. in pragmatica ſanctio. in titu. de cau. §. neque. ſuper verbo, acquiret.

ARGVMENTVM.

Aduocati cauſæ, an quæſtioni intereſſe debeant.

SVMMARIVM.

1 *Reo ad faciendas ſuas defenſiones terminus dari ſolitus.*
2 *Reus defenſionibus renunciare non poteſt.*
3 *Aduocatus rei quæſtioni adeſſe debet.*
4 *Teſtes partibus præſentibus iurare tenentur.*
5 *Aduocatus partes inſtruere non debent.*
6 *Aduocatus fiſci dum rei torturæ ſubijciūtur adeſſe expedit.*
7 *Quæſtioni quando reus ſubijciendus ſit torturæ partium aduocati, an intereſſe debent.*

Quæſtio DCCCCVIII.

QVAERITVR an patroni cauſarum debeāt intereſſe in diſputatiōe quæſtionis: ſeu torturæ? Et videretur dicēdum ꝙ ſic. l. cuſtodias. ff. de publicis iudic. quod eſt verum ſecundum gloſſ. ibi de alijs aduocatis, quàm iſtius cauſæ: vt veritas meliùs inquiratur. & ſic obſeruat poteſtas bononiæ. & hoc eſt faciendum ante vt poſsit deliberari ſuper defenſione. allegat l. vnius. §. penultimo. ff. de
1 quæſtionib. vbi habetur, quòd iudex debet † dare parti terminum ad faciendum ſuas defenſiones, licèt valeat defenſio etiam ſine termino. & etiā poſt publicationem poſſunt recipi teſtes. l. prima. §. fina. eodem titu. etiam iudex ex officio debet dare terminum ad faciendū defenſiones. l. ſi nō defendantur.
2 ff. de pœn. † quia reus non poteſt renunciare defenſionibus: ſecundum gloſſ. in l. pactum. ff. de pact. & per Bartolum Ioannem de Imola, & Alexandrū in

dict.l.custodias.vide ſecundum Bartol.in dict.l.cu-
3 ſtodias. † aduocatus rei debet adeſſe quæſtioni.l. ſi poſtulauit.§.quæſtioni.ff.de adulterijs.& hoc tenet gloſſ.in l.legis virtus.ff.de legib.quod eſt verum,quod debent eſſe examinati aduocati reorum,ideſt diſputationi, an ſint torquendi vel ne, non autem debeant eſſe præſentes in reſponſione: ſicuti de teſte
4 dicitur,† qui iurat in præſentia partium: ſed examinatur in ſecreto.l.nullum.l.ſi quando. C.de teſtib. allegat gloſſ.in authentica,de teſtibus. §. quia verò.ſuper verbo,aduocatorum.coll.ſeptima,& glo. in l.ſecunda circa principium.ſuper verbo, vtriuſq;
5 C.de iuramen.calum.dum ibi dicitur.†aduocatum non debere inſtruere partem:vide Bartolum in l.vnius.§.reus.& §. iudex. ff.de quæſtioni.qui limitat, quòd non debeat admitti talis diſputatio aduocatorum in tortura quæ adhibetur contra teſtem. Et licèt aduocati non fuerint exhibiti in diſputatione quæſtionis contra principalem:non propter hoc vitiabitur proceſſus vel ſententia:ſecundum Bartolũ Angelum.& Ioannem de Imol.in dict.l.cuſtodias.
6 ſecus † in aduocato fiſci: quia poſſet reddi nulla propter abſententiam aduocati fiſci : ſecundum Ioannem de Imol.ibi,ſi tamen pars priuata peteret dilationem propter aduocatum,& denegaretur,poſſet appellare:vnde ſecundum Ioannem de Imol.in dict.l.cuſtodias.in princip.ſuper gloſſ.ſecunda. generalis conſuetudo habet & ſeruat,quòd in exami-
7 natione,†an quis debeat poni ad torturam,ſunt requirendi aduocati accuſatorum,& rei,& debent eſſe præſentes,ſed in actu torturæ non:& ita etiam tenet ibi Ange.vide Barto.in dict.l. poſtulauerint. §. quæſtioni.vbi patroni poſſunt facere interrogatoria, & poſſunt intereſſe examinationi, an debeant torqueri vel ne,ſecus in reſponſione.& ibi etiá tractat Bart.quòd quando reſpondetur poſitionbius, quòd aduocatus poteſt eſſe præſens,niſi aliter conſuetudo habeat, & maximè in iſtis perſonis ruſticis,& ſimplicibus:ſecundum Alexandrum de Imo. ibi,in appoſtilla.iuxta notata in capit.dilecti. & capit.paſtoralis.de iudic.facit quod habetur per gl.in capitu.j.de confeſ.libro ſexto. An iudex debeat dare terminum parti ad faciendum defenſiones : vide Salice.in l.ij.C.de cuſto re.vbi dicit quòd totus mũdus ſeruat quòd ſic,& maximè quando pars petit: iuxta notata per Bartol.in l.cuſtodias.ff.de public. iudic.& ibi per Ioannem de Imol. & per Alexand. conſil.xlj.in ſecundo volumine,per Angel. Aret.& Auguſti.in tractatu maleſi.ſuper verbo , qui iudex ſtatuat terminum.

ARGVMENTVM.

Statuti pœna,an à iuris pœna receſſum videatur.

SVMMARIVM.

1 *Agendum ne ſit pœna legis in eo quod conſuetudinis pœna excedit.*
2 *Deus bis non iudicat in idipſum.*
3 *Pœna pecuniaria ſtatuta pro homicidio, an pœna iuris cõmunis tollatur?*
4 *Iudex ſeruare ſtatuta iurat.*
5 *Pœna huius ſeculi Dei pœnam non excludit.*
6 *Iudex ſpiritualis & temporalis,an concurrere poſſint.*
7 *Præuentionis exceptio,an locum habeat in delictis.*
8 *Pœna duplici pecuniaria ſcilicet & corporali,an quis puniendus ueniat.*
9 *Pœnæ ubi duæ pro delicto imponuntur, quòd iudici arbitrarium erit,uti qua uoluerit.*
10 *Per pœnam ſtatuti, à pœna iuris communis receſſum eſſe non uidetur.*
11 *Statutũ aut conſuetudo per quæ pecuniaria pœna imponitur non ualent.& num.13.*
12 *Statutum quod diſponit ſecundum ius cõmune, ualidum eſt, & nouam actionem producit.*

Quæſtio DCCCCIX.

QVAERITVR de pœna libertatis ſeu ſtatuti curiæ communis,vbi cauetur,quòd quãdo datur alapa in aliquem cum ſanguinis effuſione,vel aliter verberatur,ita quòd remanet difformitas, eſt pœna quadraginta ſolidorum:ſi verò nõ remaneat difformitas viginti ſolidorum,an videatur per pœnam ſtatutariam receſſum à pœna iuris cõmunis,& an valeat tale ſtatutũ. Et in effectu Cyn. in l. qui ſepulchra.de ſepulchr. violat . Primò arguit quòd per ſtatutum nõ tollitur pœna legis per dict.l.qui ſepulchra.& per alia iura per ipſum ibi allegata,licèt videatur facere in contrarium.l.j.C.de accuſationibus & l.ad grauium.ff.de termi.mot.in cõtrarium decidit;quia ſuper eodem facto poſſunt concurrere plures leges,ſeu plures pœnæ.& pariter quis poteſt bis obligari ex eodem facto . & ibi etiã
1 quærit, † an eligendo pœnam ſtatuti quæ eſt minor,an poſit agi via iuris communis, ſaltem in eo quod plus excedit pœna iuris communis? Et videretur dicẽdum quòd non:quia ex eodem delicto, quis non debet pluries puniri.l.ſenatus.ff.de accuſatio.l.quod ſenatus.ff.de iniur.pro quo facit:quia
2 Deus†nõ iudicabit bis in idipſum in tribulatione. cap.quid ergo.vigeſima quæſtione quinta: vnde ſecundum Dyn.quando ſunt plures viæ agendi ad intereſſe,vna electa non tollitur alia in eo quod plus excedit. Petrus verò tenet indiſtinctè:quando concurrunt plures pœnæ,quòd habent locum quando vna pœna excedit aliam : ſicuti in ciuilibus. l.cũ ex vno.ff.de actio.& obligationib.l.j.ff.vi bono.rapt. Veruntamen ſecundũ Dyn.quando tales pœnæ tẽdunt advindictam,vna tolleret aliam.Cyn.ſe remittit ad notata in l.de crimine.C.de accuſatio.&facit l.ij.ff.de liber.homine exhib. Alberic.verò in d.
3 l.qui ſepulcra.format quæſtionem,†quãdo pro homicidio imponitur pœna pecuniaria , an tollatur pœna iuris communis.& ibi arguit ad ambas partes,& maximè quod videatur receſſum à iure communi in eadem ſpecie delicti , & tandem ibi refert , quòd vidit ſeruari in iudicijs, quòd ſola pœna ſtatuti imponitur ſiue maior ſiue minor : & quòd ceſſet pœna iuris communis. de hoc etiam habetur per Speculatorem de pœna temer. litigantiũ verſiculo vltimo.& de accuſatio.libro tertio.§.primo.idẽ verò Albericus in l.placet.C.de ſacro ſanct.eccleſijs. circa finem,colligit argumentum, quòd ex eodem delicto quis poteſt puniri duplici pœna , videlicet canonica & ciuili,licèt in contrarium arguit : quia de delicto eiuſdem hominis : ſæpiùs quæri non poteſt.l.licèt.§.fina.ff.naut.caupo. vnde ſecundum ipſum vnus iudex alium coadiuuat. Barto. verò in d. l. qui ſepulchra. format quæſtionem quando per ſtatutum

ſtatutum pro homicidio imponitur pœna pecuniaria, quòd ſi quis fuerit condemnatus pœna ſtatuti, quod tollitur condemnatio iuris communis: idem verò Bartol. in l. j. ff. vi bono. rapt. videtur tenere, quòd per pœnã ſtatuti, non videtur receſſum à pœna iuris communis, niſi nominatim dicatur, vel niſi appareat ex aliquibus præſumptionibus, de quibus ibi per eum. Veruntamen ſi quis fuerit punitus pœna ſtatuti, non poteſt puniri pœna iuris communis: quia ambæ tẽdunt ad vindictam. de quo etiam habetur per Barto. in l. j. ff. de publ. iudi. quòd licèt ſtatuto ciuitatis, ſit alterata pœna homicidij, falſitatis, & ſimiliũ, quòd non deſinit eſſe crimen publicum. de hoc etiam habetur per Bartolũ in l. ſanctio legum. ff. de pœn. & ibi tractat quando concurrit pœna generalis & ſpecialis an vna tollat aliam: vide Alexand. de Imol. in dict. l. j. ff. vi bono. rap. in additioni. ad Bartol. qui allegat Bald. in repetitio. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infam. & in l. nõ eſt nouum. ff. de legi. indiſtinctè pœna ſtatuti eſt ſequẽda, & non pœna iuris communis: † quia iudex

4 iurat ſeruare ſtatuta: & iuramentum ligat in forma ſpecifica. capit. ad noſtram. le primo. & ibi etiam allegat Bal. in l. data opera. C. qui accuſa. poſſ. quòd pœna ſtatuti faciat ceſſare pœnam legis. Bald. verò in dict. l. qui ſepulchra. videtur tenere, quòd per pœnam ſtatuti videtur receſſum à pœna iuris communis, de quo ſe remittit ad notata in l. qui de crimine. C. de accuſationi. idem verò Baldus in l. j. C. de de ſumma trinitate. verſic. vlterius opponitur.

5 colligit ibi argumentum, † quòd pœna huius modi non excludit pœnam Dei. & tãdem ibi diſtinguit, quòd interdum eſt pœna in foro poli, & altera in foro iudiciali & vna non tollit aliam, & aliàs prout ibi pleniùs continetur, & maximè quãdo quælibet pœna per ſe eſt terminus pœnæ. & ibi format quæſtionem quæ contingit de facto, quando aliquis cõmiſit inceſtum vel adulterium: & fuit condemnatus per Epiſcopum ad perpetuum carcerem, an poſsit cõdemnari per iudicem ſecularem? Et tenet quòd ſic, & idem Bald. in dict. l. placet. C. de ſacro ſanctis eccleſiis. an poſsint concurrere duæ pœnæ, quando conueniunt ex eadem lege ex diuerſis legibus? Et ibi tenet, quòd pœna temporalis non tollit ſpecialem, vide etiã de materia per Pau. de Caſtr. & Iaſo.

6 in d. l. cunctos populos. † & ibidem an iudex ſpiritualis & temporalis poſsint concurrere. & ibi Paulus de Caſtr. qui tenet, quòd pœna in foro pœnitẽtiali non tollit pœnam in foro iudiciali. allegat gl. in cap. gaudemus. de diuerſ. pro quo facit gloſſ. in cap. de hijs. de accuſa. & ibi etiam quando iudex eccleſiaſticus puniuit, aut iudex domicilij pecuniariter pro homicidio, quòd poteſt iterum puniri per iudicem delicti: vide tamen Bartol. in dict. l. iij. ff. de ſe

7 pulchr. violat. † an exceptio præuentionis habeat locum in delictis: vide Salic. in dict. l. qui ſepulchra. C. de ſepulchr. violat. qui tenet, quòd per pœnã ſtatuti videtur receſſum à pœna iuris. de quo ibi latiùs per ipſum: vide etiam per Bartolũ. & Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de hij. qui notant. infamia. & per Ange. Aretinum. in §. quadrupli. inſti

8 tuta de actio. † an poſsit quis puniri pœna pecuniaria & pœna perſonali. & in ca. fœlicis. §. fi. de pœn. libr. vj. quando quis fuit minus punitus in foro eccleſiaſtico in crimine miſto, quod poteſt ſuppleri & puniri per iudicem ſecularem: vide Panormit. in d. capit. de hijs. de accuſa. quando quis fuit abſolutus in foro eccleſiaſtico, poteſt iterum puniri in foro iudiciali, niſi ſit pœnitentia publica, vel delictũ commiſſum ante ſuſceptionem baptiſmi: de quo ibi per Ioan. de Anania: vide Ioannem de Imol. in l. j. ff. de public. iudi. qui allegat Ioannem Andræam in dicto cap. fina. de conſuetudine, quòd non valet ſtatutum: quòd pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, ne detur occaſio delinquendi. l. conuenire. ff. de pact. dotali. l. licèt. §. fina. ff. nau. caupo. Adde Baldũ in l. non eſt nouum. ff. de legi. vbi arguit per pœnam ſtatuti videtur receſſum à pœna iuris communis, & tandem concludit, quòd quando ſunt pœnæ incompatibiles: vt quia ius commune imponit mortem: ſed ſtatutum imponit membri abſciſionem, tunc ſtandum eſt ſtatuto, tanquàm poſteriori: & idem de pœna pecuniaria, quando eſſent duę pœnę quarum altera eſſet mitior: & tãdem concludit ꝙ indiſtinctè pœna ſtatutaria eſt ſequenda: quia iudex iurat ſeruare ſtatuta. & iuramentum obligat in forma ſpecifica, & idem tenet Auguſti. in ſ[?]d. tractatu maleficiorum, vbi ſuprà. allegat Ioannem Andr. in additio. ad Speculatorem, in titul. de pœn. temer. litig. Adde Bald. in l. aut data opera. C. qui accuſ. nõ poſſ. vbi tenet quòd per pœnam ſtatuti videtur receſſum à pœna iuris communis, vide per Petrum de Anchara. in repetione ca. canonum. ſtatuta. de conſtitu. & per Bald. in l. fina. C. de ædif. priuat. & per Ioan. Andr. & Geminia. in c. fœlicis. de pœn. libro ſexto. & per Angelum in l. prima. ff. vi bo. rapt. & ibi ponit qualiter expreſsè vel tacitè derogatur iuri communi. Adde de hac materia per Angelum Aretinum in tractatu maleficiorũ. ſuper verbo, caput à ſpatulis amputetur. & ibi etiam per

9 Auguſti. qñ † imponuntur diuerſæ pœnæ pro delicto, vna à iure communi alia à ſtatuto, quod eſt in electione iudicis imponendi pœnam iuris communis, aut ſtatuti. l. in eum. ff. de furt. l. quotiens. ff. de actioni. & obligatio. iuxt. nota. per Barto. in l. ſenatus. ff. de accuſa. & Salyc. in l. qui de crimine. eo. tit. vnde ſecundum Ange. Aret. vbi ſuprà, quando pro homicidio ex ſtatuto imponitur pœna pecuniaria non videtur ſublata pœnæ legis Corneliæ de ſiccar. niſi aliter appareat de mente ſtatuentium, de quo etiam ſe remittit ad notata per Barto. in l. ſanctio. ff. de pœn. & per Spec. in tit. de accuſ. circa prin

10 cipi. vbi † tenet, quòd propter pœnam impoſitam per ſtatutum non videtur receſſum à pœna iuris cõmunis. & per Cyn. & Ange. in l. qui ſepulchrũ. C. de ſepulc. viola. & ibi per Ang. qui tenet, ꝙ per pœnã ſtatuti non videtur receſſum à pœna iuris communis, & quòd eſt in poteſtate iudicis quam pœnam velit imponere. & pro hoc allegat Innocentium in capit. ſi pro debilitate. de officio delegati. Veruntamen ſi vna pœna fuit impoſita, licèt ſit mitior, non poterit imponi alia pœna grauior. Et præmiſſa procedunt ſecundum Angelum vbi ſuprà, niſi aliter ſtatuto caueatur. vide Bald. in l. quid. § pœna grauior. ff. de infam. qui videtur facere differentiam, ſi imponantur plures pœnæ copulatiuè, aut alter-

allegat Innocen. in c. j. de conſtitu. & vlterius Bal. in dict. §. pœna grauior. refert Bartol. tenere, quòd in pœna ſtatuti quòd iudex poteſt egredi ex cauſa, licèt ibi contrarium teneat, quòd non ſit recedendum à pœna ſtatuti. & idem Bald. in l. non eſt nouum. ff. de legib. quòd tenet, quòd indiſtinctè pœna ſtatuti eſt exequenda & non pœna iuris communis: quia iudex iurat obſeruare ſtatuta: & iuramentum debet ſeruari in forma ſpecifica: ſed idem Bald. in dict. l. & ſi ſeuerior. tenet, quod licèt iudex
6 iurauerit ſeruare legem aut ſtatutũ: † tamen quando alterat pœnam ex cauſa videtur ſeruare legem vel ſtatutum, nec incurritur periurium, per iura & rationes ibidem deductas. & ita etiam ſentit Bald. in l. ij. C. vt intra certum tempus queſtio criminalis. Salicet. verò in dict. l. & ſi ſeuerior. in quarta quæſtione, tenet, quòd etiam iudex ex cauſa poteſt minuere vel augere pœnam ſtatuti non obſtante iuramento: quia ſtatutum recipit interpretationem, à iure communi: iuxta notata in l. ij. C. de noxalib.
7 Prætereà † ratione caſuum emergentium licitũ eſt iudici leges tranſgredi: ſecundum Innocent. in c. j. de conſtitu. Idem tenet dom. Guido Papæ decisio. ccvj. quòd non obſtante iuramẽto iudex poteſt augere, vel minuere pœnam ſtatuti ex cauſa. & quòd vidit aliàs obſeruari de tempore quo fuit iudex dictæ curiæ communis. & pro præmiſsis bene facit. c. primum. de iureiurand. libr. vj. quando prælati aut
8 poteſtates ſeculares in principio officij iurãt † ſeruare ſtatuta & conſuetudines, quòd non ſe extendit ad ſtatuta illicita impoſsibilia vel libertati eccleſiæ contraria. de quo ibi pleniùs habetur. Adde quòd licèt à pœna iuris aut ſtatuti nõ poſsit appellari: tamen ab iniquitate iudicis aut declaratione poterit appellari: iuxta notata per glo. Bart. & Alexand. in l. ſi qua pœna. ff. de verborum ſignificatio. & in c. ſuper his. de accuſatio. Adde Bald. in authẽ. interdicimus. C. de Epiſcop. & cleric. vbi probatur, quòd tempus pœnæ ſtatutũ in ſententia poteſt minui, licèt regulariter poſt ſententiam latam nõ poſſit minui. l. acta. §. fina. ff. de re iudic. l. j. §. final. ff. de quæſtion. l. diui fratres. & l. in metallum. ff. de pœnis. & iſtud facit ad quæſtionem: ſecundum Bald. quando aliquis Epiſcopus condemnat aliquem ad perpetuum carcerem vel ad tempus, an poſsit ſibi reſeruare diminutionem pœnæ: quod videtur ſpeciale in Epiſcopo: ſecundum aliquos de quo vide per Bald. in dict. authen. interdicimus. & in l. j. C. de calumnia. & ibi, an iudex in ſententia poſsit ſibi reſeruare diminutionem pœnæ. & per Panormitan. in c. At ſi clerici. §. j. de adulter. an Epiſcopus poſt ſententiã poſsit diſpenſare in delictis. & iſtud facit pro ſtylo curiæ officialatus Grationop. vbi interdũ officialis in condemnatione pœnæ reſeruauit miſe
9 ricordiam domini Epiſcopi. Adde † quòd non debemus eſſe clementiores lege: vt in authen. de iudi. §. oportet. col. vj. Adde Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. proconſu. & lega. in xxxiij. quæſt. qualiter iudex in leuibus, ſi non ſeruat formam ſtatuti non incurrit periuriũ, aut quando facit ex cauſa, aliàs omnes iudices incurrerent periurium. Nec obſtat l. ſi quis maior. C. de tranſact. quia loquitur in contractu. facit l. Lucius. cum ibi nota. ff. de hijs qui notan. infam. Adde quòd meliùs eſt redargui de miſericordia quàm de ſeueritate. xxvj. quæſtion. vltim. c. allegant. & ibi gloſſ. & ibi glo. quòd iudex ſeruabit potiùs miſericordiam quàm rigorem, licèt ibi arguat, & pariter ibi not. ꝙ iudex poteſt onus legis augere, ſed non minuere, de quo ibi per gloſſ. Adde Bald. in l. obſeruare. § proficiſci. ff. de officio proconſu. & lega. in xj. quæſtio. de poteſtate terrarum qui iurauerũt obſeruare leges ſeu ſtatuta: iuxta c. venientes. de iureiuran. quòd licitum eſt interdum tranſgredi, & etiam in xxvj. quæſtione. quòd licitum eſt minuere pœnam ex cauſa, & in xxxiij. quæſtione. quòd licèt iudex peruertat ordinem ſtatuti in legibus non eſt periurus, nec conuincitur in ſyndicatu. & idem in grauibus quando facit ex cauſa, & ſine dolo: aliàs omnes iudices eſſent periuri: quia raro eſt ꝙ in aliquo ex multis non peccetur. vide etiam per dom. Paridem de Puteo in tractatu ſyndicatus. ſuper verbo, iudex. & ſuper verbo, iuramentum. & ibi tenet, ꝙ non obſtante iuramento iudex ex cauſa poteſt minuere pœnam, & per Bald. de pace iuramento firmanda. §. iniuria. & in dicto tractatu ſyndicatus. ſuper verbo, pœna.

ARGVMENTVM.

Iudex quando notarius falſum commiſit, an conficiendi inſtrumenta ſibijpſi reſeruare poſsit.

Quæſtio DCCCCXI.

QVAERITVR quãdo notarius commiſit falſum in officio an iudex poſsit ſibi reſeruare ius conficiendi inſtrumenta? & dicendum eſt quòd ſic ex cauſa. l. diuus. cum ibi notatis per gloſſ. Din. & Barto. ff. de iniur. & hoc etiam tenent Cyn. Barto. & communiter cæteri in l. vt militibus. C. de teſtamen. milita. & per Bart. in l. ſi quis in princip. teſtamenti. §. miles. ff. de lega. iij. ſed Oldrad. & Baldus in l. ex militari. ff. de teſtamen. milita. tenent cõtrarium. Et ibi etiam Angel. quãdo notarius delinquit in officio quòd iudex non poteſt ſibi reſeruare authoritatem conficiendi inſtrumenta: quia agitur de fide rupta. l. ſi aliquid. C. de ſuſceptor. libr. x. quia ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere delicti.

ARGVMENTVM.

Quæ præcedere debeant antequàm quis in vincula conijciatur.

SVMMARIVM.

1 *Indicia & informationes capturam præcedere debent.*
2 *Delicti cognitio ante capturam habenda.*
3 *Carcer ad quid inuentus. & num. 6.*
4 *Confeſsio quando facta per torturam dicatur.*
5 *Iudex detentos in uinculis uiſitare tenetur.*
7 *Carceris perpetui pœna.*
8 *Gladij poteſtatem habere meri imperij eſt.*
9 *De membri abſciſione paciſci & tranſigere licitum.*
10 *Sanguinem ſuum redimere cuilibet permiſſum.*

Quæſtio DCCCCXII.

QVAERITVR quia ſuprà dictum fuit in ſecunda quæſtione qualiter in cauſa criminali quis debeat relaxari mediãte cautione vel ne: ſed antequàm procedatur ad capturam & incarcerationem, an requiratur quòd præcedant indicia,

1 ſeu informationes? † Et dicendum eſt quòd ſic, li-
cèt ſint ſumpti parte non vocata: ſecundum glo. &
Salice. in l. ij. C. de exib. rei. & in l. fin. C. de quæſtio.
& per Alexand. de Imol. conſil. clxxxj. in ſecundo
volumine. & per Angel. Aretin. in tractatu maleſi-
2 ciorum, ſuper verbo, quod fama. † & debet ante
omnia conſtare de delicto: ſecundum Bartol. in l. j.
§ item illud. ff. ad Silleya. ſed iſto caſu quando agi-
tur de delicto enormi & graui vbi veniat pœna cor
poris afflictiua imponenda, an debeat poni in vin-
culis, compedibus, manicis aut cippis. text. in l. pri-
ma. C. de cuſtodia reorum videtur declarare, quòd
non debeant poni manicæ ferreæ oſsibus inhæren-
tes, ſed prolixiores cathenæ vt cruciatio deſit, & ma
neat ſub fida cuſtodia, ita quòd debet adhiberi ma
ior cuſtodia de nocte, quàm de die: vt ibi habetur,
3 quia † carcer eſt inductus ad cuſtodiendum & non
puniendū. l. aut damna. §. ſolent. ff. de pœn. & car-
cer dicitur mala mãſio. l. ſi hominē. ff. depoſiti. &
ibi gloſſ. l. item apud Labeonem. §. quæſtionem ff.
de iniur. quòd eſt verum regulariter: quia interdum
de iure canonico imponitur pœna perpetui carce-
ris. cap. quamuis de pœnis. libr. vj. & nō debent po
ni in carcere ita arto, vt careant luce d. ct. l. ij. C. de
cuſtodia reorum. clementin. j. verſicu. duro. de hæ-
retic. ita quòd ſi morirentur in tali arto carcere im-
ponentes poſſent dici homicidæ. cap. pace. lxxxvj.
diſtinctio. l. necare. ff. de agnoſcen. liber. ſecundum
Cardinalem Florentinum in clementi. j. de pœnit.
& remiſs. vnde ſecundum Bartol. in l. j. ff. de cuſto-
dia reorū, quādo quis cōfitetur crimen, & ſit pœna
inferenda corporalis nō ſolùm ponitur in carcere,
ſed etiam ponitur in vinculis aut cathenis vel cip-
pis. & idem ſi nō confitetur & eſt graue ſcelus. l. di-
uus. eodem titu. Idem verò Bartolus in l. j. §. diuus.
4 le premier. ff. de quæſtionib. tenet, † quòd confeſ-
ſio dicitur facta per torturam adhibita tortura vel
aliquo ligato & præcedentibus minis, non tamen
ſufficiet quælibet leuis territio. Idem ſi eſſet in car-
cere in quo de fame & frigore multùm patiebatur.
& per Cyn. & Salicetum in l. ij. C. de exhibend. reis.
& per Angelum Aretin. in tractatu maleficiorum. ſu
per verb. quòd fama. in materia torturæ. in xij. quæ-
ſtione. & ſequenti. Et ibi ponit qualiter curiales ſeu
officiarij, debent primò accedere ad viſitandum ho
minem mortuum, aut aliud delictum. vide Angel.
in dict. l. ij. C. de exhibend. reis. vbi tenet, quòd an-
tequàm reus vincatur ſeu cōuincatur per teſtes aut
confeſsionem, non debet poni pro crimine in vin-
culis vel cathenis: poſtquàm verò eſt conuictus per
confeſsionem vel teſtes, bene debet poni in vincu-
lis non inferentibus cruciatum. vide text. in l. iudi-
5 ces. C. de Epiſcopo. audien. † vbi iudex debet pro-
uidere ne cuſtos carceris malè tractet incarceratos,
& quòd faciat eis miniſtrare victualē ſubſtantiam,
& etiam libellos ſeu pannos albos. Albericus verò
6 in dicta l. prima. C. de cuſtodia reorū. tenet, † quòd
carcer † eſt inuentus ad cuſtodiam, & quòd con-
demnatus detinetur in carcere: donec ſoluat vel fi-
deiubeat: ſecundum gloſſam in l. eos. §. ſuper hijs.
C. de appellationibus. & iudex qui ſubditum de-
linquentem nō correxerit. delinquere videtur. vide
Baldum in l. penulti. C. Ad legem Aquiliam. quan
do Epiſcopus aliquem ponit in arto loco, quòd nō
haberet aërem ſufficientem, vel daret parum come
dere, quòd de facili moriretur, quòd efficitur irre-
gularis. & pro præmiſsis, facit quod voluit Barto-
lus in l. ſecunda. ff. de publicis iudicijs. vbi tenet,
7 quòd † quādo quis eſt damnatus ad perpetuū carcerē,
vel in perpetuis vinculis, quòd dicitur pœna capita
lis: quia æquiparatur damnato in metallum, alle-
gat Innocentium in c. qualiter & quando. de accu-
ſationibus. & licèt regulariter de iure ciuili prohi-
beatur quis damnari ad perpetuum carcerem: ſecus
de iure canonico: tamen ſi condamnetur, cenſetur
pœna capitalis. & idem in effectu tenet Bartolus in
l. imperium. ff. de iuriſdictione omnium iudicum.
8 dum ibi tenet, † quòd habere gladij poteſtatē ad ani-
maduertendū in facinoroſos homines cenſetur de
maiori imperio, & intelligitur quādo adimitur vita
hominis vel membri: ſecundum gloſſam ibi: ſecus
ſi eſſet duntaxat modica coërtio perſonalis. dicta
l. ij. in fine ff. de public. iudic. & idem quādo fit miſ
ſio in carcerem ad pœnā: ſecus ſi ad cuſtodiam. &
idem quando quis torquetur ad pœnam: ſecùs ſi ad
inueſtigationem veritatis: ſecundum Bartolum in
dict. l. imperium. vide tamen Bartolum in dict. l. pu
blicorum. qui tenet, quòd abſciſio membri non ſit
pœna capitalis propriè loquendo: quia per hoc ca-
put de ciuitate non eximitur: quia poteſt facere te-
ſtamentum. l. cùm maritus. ff. de teſtamen. ſed largo
modo loquendo poteſt dici, quòd ſit pœna capita-
lis: quia licèt non inferatur mors toti corpori: ta-
9 men moritur membrū, quod offenditur. † & ideò
ſicuti eſt permiſſum tranſigere in cauſa capitali ſeu
in crimine quod infert pœnam ſanguinis: ita etiam
quando infertur pœna abſciſionis membri: ſecun-
dum Bald. Salice. Paulum de Caſt. & Alexandrum
10 de Imol. in l. tranſigere. C. de tranſactio. † quia lici
tum eſt cuique redimere ſanguinem ſuum. l. prima.
ff. de bonis eorū qui mort. & per Antonium de Bu-
trio, & Panormitanum in c. j. de colluſio. detegen.
de quo etiam habetur per Iaſonem in dict. l. tranſi-
gere. & idem eſt in pœna fuſtigationis vbi ſanguis
effunditur: ſecūdum Salicetum & Alexandrum de
Imol. in d. l. tranſigere. Adde quòd vincula & mani
cæ videntur ſpecies quæſtionis & maximè quando
ponūtur in carcere arto, & patitur de fame. & ideò
quando incarcerati reſpōdent, debent eſſe ſine vin
culis & compedibus. Adde clementin. j. §. auro. de
hæreti. vbi ponūtur tria in crimine hæreſis, quæ nō
poteſt explicari ſolus Epiſcopus vel inquiſitor vnus
ſine altero, videlicèt tradere duro carceri, vel expo-
nere tormentis vel ſententiam ferre contra hæreti-
cos, & ibi gloſſ. ſuper verbo, tormentis. quòd ieiu-
nia quæ imponūtur ad veritatem eruendum, dicun
tur tormenta: & ideò vnus ſine altero nō poteſt im-
ponere: & continentur appellatione quæſtionis, &
quia tormentum dicitur: quaſi mentem torquens.
vide ibi in §. ſanè. & §. porrò. de offic. cuſtod. car-
cerum & qualiter debeant iurare, & qualiter non
debent eis loqui in ſecreto, & qualiter non debent
diminuere prouiſionem quæ datur incarceratis.

ARGVMENTVM.

Commentarienſes apud Delphinates à quolibet in
carceratorum piperis libram antiquitùs exigebāt:
hodie verò nō niſi ab ijs qui pro capitali pœna in-
carcerantur.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Crimen capitale quomodò intelligatur.*
2 *Crimen capitale tribus modis dicitur.*
3 *Carceris perpetui & abſciſionis membri pœna inter capitalia crimina annumeratur.*
4 *Criminum capitalium appellatione in ſtatutis & in dubio an de naturali uel ciuili morte intelligatur.*
5 *Mors ciuilis morti naturali non, niſi in caſibus à iure expreßis, comparatur.*
6 *Capitis pœna appellatione quæ mors ueniat.*
7 *Exceptio firmat regulam.*
8 *Extenſio non niſi in caſu expreſſo facienda.*
9 *Cibi & expenſæ carceratorum qui eſſe debeant.*
10 *Alimenta ſecundum perſonæ qualitatem concedentur.*

Quæſtio DCCCCXIII.

QVAERITVR ſuper ſtatuto Delphinali
ſub rubric.de ſalarijs commētarienſium, vbi
cauetur,quòd in quacunque parte Delphinal. vbi
reperitur eſſe conſuetum exigere ab incarceratis
vnam libram piperis pro introitu commentarien-
ſium de cęterò non capiant dictā libram piperis ab
incarceratis,niſi incarcerentur pro capitalibus cri-
minibus,vel pro furto à motione terminorum de-
populatione arborum,vel rebellione,&aliàs prout
ibi pleniùs continetur: nunc verò honeſtus Ioan-
nes Buyrie vicecaſtellanus Grationopolis nititur
exigere à quolibet incarcerato pro crimine in quo
emanauit ſanguinis effuſio etiam ſi non ſit capita-
le,dicens,quòd aliàs dictum ſtatutum de paruo ſer
uiret, & vlteriùs quia in dicto ſtatuto permittitur
exigi dicta libra piperis in certis caſibus ibi expreſ-
ſis,qui interdū non ſunt ita grauiores ſicuti in ver-
berio perpetrato cū ſanguinis effuſione. ſed in cō-
trarium,quòd non debeat exigi:niſi in capitalibus
criminibus & alijs caſibus expreſsis videtur veri-
tas: quia non eſt recedendum à verbis ſtatuti. l.iij.
§.hæc verba.ff.de negot.geſt.l.proſpexit.ff.qui & à
quibus.l.non aliter ff de legatis iij. ſed opus eſt vi-
1 dere qualiter intelligatur capitale crimen. † Et in
effectu intelligitur quando eſt pœna mortis natu-
2 ralis vel ciuilis.l.ij.ff.de publicis iudic. Vnde † cri-
men capitale poteſt dici tribus modis. Primò vlti-
mum ſupplicium:ſecundò amiſsio libertatis, quan
do quis damnatur ad opus metalli:tertiò amiſsio ci
uitatis,quando quis deportatur: ſecūdum gloſſam
3 in l.tranſigere.C.de tranſactio. † & idem eſt in pœ
na perpetui carceris vel abſciſionis membri,vel fu-
ſtigationis quādo emanat ſanguinis effuſio: iuxta
notata per Bartolum & Ioannem de Imol. in dict.
l.ij.Salicet. Alexan.de Imol.& Iaſo in dict.l. tranſi
gere.ſed poſſèt quęri an in materia ſtatutaria,quā-
4 do fit † mentio de crimine capitali,an in dubio in-
telligatur de morte naturali, ita quòd anima ſepa-
ratur à corpore:an verò de morte ciuili:dubium fa-
cit:quia in dubio debet attendi cauſa naturalis &
non accidentalis.l.qui habet.ff.de tutell. & quādo
fit mētio de morte,in dubio intelligitur de natura-
li.l.ex hac parte.§.inſulam.& ibi glo.& docto.ff.de
verborum obligation.l.fina. cum ibi notatis.C.de
5 his qui ven.æta.impetra. † nam mors ciuilis nun-
quàm comparatur naturali,niſi in caſibus expreſ-
ſis in iuramento:ſecundum Ioannem in c. placuit.
xvj.quæſtione j.& per gloſſam in c. ſuſceptū. de re-
ſcript.lib.vj.ſed in cōtrarium videtur veritas in ca-
ſu iſto:quia in pœnis benignior eſt interpretatio fa
cienda.c.in pœnis.de regu.iur.libr.vj.l.ſi præſes. &
l.interpretatione.ff.de pœn.& iſtam partem,quod
in materia ſtatutaria aut legali in dubio intelliga-
tur de morte ciuili,tenet glo.in l.prima. C. ne Chri
ſti.mancip.hæretic.ſuper verbo capitali.vbi gl. ex-
ponit,id eſt,perpetuo exilio.Et iſtam partem tenet
Ioannes de Imol.in dict.l. ij. ff. de public.iudic. &
pro hoc allegat Ioannes Andræas Gauffri. in cap.
quanto.de iureiurand.&ibi referūt Ioannē Gloſſa
torem defendiſſe quendam à pœna amputationis
capitis,dum ſtatutum diceret, quòd capite punire-
tur,& hoc verum ſecūdum Ioannem de Imol. niſi
ſtatutum diceret quod amputetur caput. & idem
quando aliter conſtaret de mente ſtatuentium, vel
niſi ſtatutum imponeret aliam pœnam, quàm ius
commune:quia aliàs intelligeretur: ſecundum di-
ſpoſitionem iuris communis. Et idem in effectu te-
net Angelus Aretin.inſtitut.de iniur.§. in ſumma.
& in tractatu maleficiorum,ſuper verb. caput am-
putetur.& idem tenet Panormitanus in c.at ſi cle-
rici.de iudic.& Iaſon in dict.l.tranſigere. &ideò ſe-
cundum ipſum ad tollendum dubium aſſeſſores po
nunt in ſententijs, quando condemnant aliquē ad
mortem, dicunt, quòd amputetur caput, ita quòd
anima ſeparetur à corpore. & iſtam partem tenent
communiter doctor. in dict.cap.quanto. Adde ta-
men,quòd Angelus in l.ſacculatij.§.ſunt quidam.
6 ff.de extraordin.criminib.tenet,† quòd quando in
dubio fit mētio de pœna capitis,quòd intelligatur
de morte.vide Bald.in l.fina.C. quæ res vendi non
poſſ.qui tenet,quòd pœna capitalis in dubio intel-
ligitur de minori.vide Bertachi.in repertorio ſuper
verb. capitale crimen. Tum etiā non debēt exten-
di verba dicti ſtatuti:quia vbi lex nō diſtinguit nec
nos diſtinguere debemus.l. ſi vero.ſed ſi viro & ibi
glo.ff.ſolu.matrim.l.de pretio.ff.de public.l.j.§. ge
7 neraliter.ff.de legat. præſtand. Tum etiam: † quia
exceptio firmat regulam in caſibus non exceptua-
tis:vt in authenti.de non alienand.§.vt autem.col-
latio.ij.ſecundum glo.& Bart.in l.j.ff.de regul.iur.
& in l.in hijs.ff.de legib.&ita eſt in propoſito:quia
in dicto ſtatuto Delphiñ.de ſalarijs commentarien
ſium.ponitur regula negatiua:vt de cætero cōmen
tarienſes non capiant dictam libram piperis,niſi in
certis caſibus exceptuatis.& per conſequens debet
firmari &obſeruari regula in caſibus nō exceptua-
tis, tum etiam quia caſus omiſſus in ſtatuto debet
haberi pro omiſſo.l.commodiſsimè.ff.de liber.pręteritis.
Prætereà quod in vno conceditur,in aliis ne
gatur.l.maritus. C.de procura. ſecundum gloſ.in l.
cum pretor.ff.de iudi.& ita eſt in propoſito:quia ex
quo in dicto ſtatuto Delphinali permittuntur certi
caſus in quibus permittitur dict. libra piperis.ergo
in alijs prohibitum videtur. Nec obſtat pręmiſsis ſi
dicatur,ꝙ licèt exceptio firmet regulam:tamen nō
excludit caſus ſimiles.l.ob æs.C.de pręd.vel alijs re
bus minor.ibi glo.& in l.j.C.de condict.indebi. &
per cōſequēs licèt ſtatutū excipiat certos caſus: ta-
men debet cōprehēdere ſimiles. & pro hoc etiā poſ
ſet allegari quę interdū ſtatuta recipiūt interpreta-
tionē & declarationē:iuxta nota. per Bart.in l.om-
nes populi.ff.de iuſti.& iur.in vj.quæſt. principali.

8 Quia ad iſtud reſpondetur, † quòd non debet fieri extenſio in alio caſu, quàm expreſſo in ſtatuto, & maximè quando tractatur quòd lucrum non perueniat indebitè ad alium: iuxta notata per Bart. in dicta vj. quæſtione principali. in ſecunda quæſtione. & licèt ſtatuta recipiant interpretationem declaratiuam: tamen hoc verum duntamen declaratio ſit iuri conſona. c. cùm dilectus. de conſuetudi. & quādo eſt aliquod verbum habens plures ſignificationes: tunc debet interpretari ſecundum ſubiectā materiam de quo ibi per Barto. & ibi etiam an ſtatuta recipiant interpretationem extenſiuam, & videtur dicendum, quòd non: cùm ſint ſtricti iuris: & per cōſequens caſus omiſſus habetur pro omiſſo. l. quidquid aſtringendæ. ff. de verborum obligatio. & licèt in legibus procedatur de ſimilibus ad ſimilia: ſecus in ſtatuto de quo ibi latiùs per Bartolum, & an procedatur ex identitate rationis, vide ibi per Bart. in dict. vj. quæſtione. in iiij. quæſtion. & per Ioannē de Imol. in dict. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matrimo. & maximè quando eſt identitas vel maioritas rationis, an fiat extenſio ſaltē ex vi regulæ antiquæ. iuxta notata in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. etiam in caſibus exceptuatis de quo ibi latiùs per ipſum. Adde ſuper verbis dicti ſtatuti de ſalarijs commentarienſium, ꝙ pro debito pecuniario nihil exigatur, niſi pro debito fiſcali vel priuato perſona ſuſpecta ex ordinatione iudicis incarceraretur quo caſu pro die nocte lecto nō capiatur niſi dimidius groſſus. verum quia ſuper expenſis victualiū incarcerati poſſunt facere eorum expenſas ſoluendo dimidiū groſſum: niſi grauitas exceſſuum & qualitas perſonę cuſtodiam ſpecialem exigat, quo caſu remittitur taxatio arbitrio iudicis. & pro ſimplici areſto infrà ambitus carcerū nihil debeatur, niſi eſſet cuſtodia, quo caſu non exigitur vltra dimidium groſſum pro die nocte & cubili. Adde quòd licèt in dicto ſtatuto fiat mentio de dimidio groſſo pro labore cuſtodiæ nocte die cubili, non tamen intelligitur de moneta veriſimili, parua currente, ex quo debetur ex forma ſtatuti, ita quòd nō debetur reformatio. c. ij. de maledic. ſecundum Speculato. in titu. de ſolutionibus. §. fi. verſi. licèt ſecundum taxam camerę valeat vij. denarijs, & vnus obolus. Adde etiam quòd in-
9 carcerati † & maximè ruſtici, ſuper expenſis victualium, quam dietā recuperat caſtellanus portæ troynæ ad rationem pro die quatuor groſſorum cum dimidio ſaluo pluri: conqueruntur quot ſunt grauati pro quo facit: quia debet eſſe differentia ciborū ruſticorum & aliarum perſonarum delicatarum: quia ruſtici vtuntur groſsis cibis & non puris: ſed ſepio allijs caſeo, & ſimilibus: ſecūdum gloſſ. in l. ſi ſeruus vrbanus ff. de legat. iij. & per glo. in l. j. C. de ero. milita. annon. libr. xij. vbi tempore guerrę vtuntur armigeri cum pane bucellato larido & aceto. ſecus in perſonis delicatis, quia poſſunt vti cibis delicatis cùm non cogantur. xlj. diſtinctio. de quo etiā per gloſ. in c. cùm inſtantia. de cenſib. & ibi per Panormita. & de Ballencis in additio. pro qua etiam
10 facit † quia alimenta debentur ſecundum qualitatem perſonæ, cui præſtantur. l. cùm vnus. §. fin. ff. de aliment. & cibar. legat. ſecundum Angel. ibi in l. j. C. de lega. Aduertendum, ꝙ aliqui volunt prætendere, quòd iſta libra piperis non debeatur niſi lata ſententia in caſibus permiſsis: ſecundum ſtatutum. & quòd de hoc debuit eſſe lata ſentētia in curia parlamenti. veruntamen quando ſunt indicia & relaxātur quis mediāte cautione ante diffinitiuā: ſi verò delinquens detineatur in carcere vſque ad diffinitiuam, & poſt ſententiam ſoluitur dicta libra piperis, niſi eſſet pœna mortis, quo caſu non ſolū dicta libra piperis. Si verò quis eſſet innocens de crimine non ſoluitur aliqua libra piperis. Adde gloſſ. & doctor. in c. ſedes. de reſcript. & in clemen. nō poteſt. de procurator. quòd ſub caſibus expreſsis non comprehenduntur negotia grauiora vel maiora. & maximè quādo fit expreſsio certorum caſuum per dictionem taxatiuam tantùm, quia videtur factum cauſa reſtringendi & limitādi. de quo latiùs per Panormitan. in dict. c. ſedes. nam caſus ſimiles videntur cōprehēdi, vt ibi habetur facit quod habetur in ſimili de ſtatuto excludente, niſi certas exceptiōes, quòd non videantur excludi ſimiles. de quo ſolet notari in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam. & in l. ita pudor. C. de adulter. & hoc verum niſi exceptio proueniens ex aliqua parte ſtatuti: quia illa nō videtur excluſa: ſecundum Bart. in dict. §. & parui. & ita eſt in propoſito, in dicto ſtatuto vbi relinquitur arbitrio iudicis. Adde gloſſ. in l. non poſſunt. ff. de legibus. vbi tenet ꝙ etiam in materia conſuetudini proceditur. de ſimilibus. ad ſimilia. allegant notata in l. ij. C. de patrib. qui fili. diſtra. de quo per Bar. in dict. l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. in vj. quæſtione principali. verſicu. quartò quæro. vbi tenet, quòd etiam ſtatuta recipiunt interpretationē actiuam ad alios caſus non expreſſos, quando ſtatuta non poſſunt cōmodè ſortiri effectum, vel ex identitate rationis: & non eſt deciſum per ius commune, & ibi etiam dicit quòd ſtatutum bene recipit interpretationem paſsiuam à iure communi, & ibi latiùs, licèt in conſuetudine non procedatur ex identitate rationis ad alios caſus. c. cùm dilectus. de cōconſuetudine: ſecundum Baldum in c. j. de conſuetudine recti feudi.

ARGVMENTVM.

Libra piperis commentarienſi debetur ex crimine, & ſi ex ſtatuto capitalis pœna conditionaliter imponatur.

SVMMARIVM.

1 *Maleficium caſu fortuito perpetratum, pœnam non meretur.*

2 *Piperis libra pro criminibus capitalibus ſoluenda eſt, etiam ſi ſuper illis olim tranſacta ſit abolitio.*

Quæſtio DCCCCXIIII.

QVAERITVR quando in crimine capitali ex cauſa alteratur pœna ſeu minuitur, vt pro pœna capitali imponatur pœna pecuniaria: iuxta notata in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de hijs qui notan. infam. & in l. ſi ſeuerior. C. eod. titu. an iſto caſu dicatur pœna delicti capitalis, vt debeatur dicta libra piperis? Dubium facit: quia quando pœna augetur vel minuitur potiùs dicitur pœna contumaciæ, quàm delicti. l. j. ff. de in litem iurand. Sed in cōtrariū videtur veritas: pro quo facit quod voluit Bartolus in l. ij. ff. de publicis iudicijs. in ij. quæſtione principali dum ibi, tenet, quòd quando pro homicidio

pro homicidio vigore ſtatuti imponitur pœna capitalis conditionaliter, caſu quo quis non ſoluerit quinque libras infra decem dies, puniatur in capite, quod tunc dicitur crimen capitale: quia iſta augmentatio pœnæ capitalis, venit ex diſpoſitione legis, & non officio iudicis: & ſic non habet obſtare dict. l. ij. Et ibi tractat qualiter cognoſcitur quòd augmentatio veniat ex vigore eiuſdem legis vel officio iudicis. Nam ſi talis augmētatio vel diminutio inducitur ex alia lege, quam ex illa, ex qua inducitur prima pœna, tunc attenditur prima pœna delicti, non autem illud quod poteſt augeri vel minui: dict. l. ij. ff. de in litem iurand. & l. ſi quis in iniuriā. ff. de iur. iurand. nam iſta pœna quæ augetur vel minuitur: ſubrogatur loco primæ, & ſic cenſetur pœna delicti. l. obligationum fere. §. final. ff. de action. & obligationib. & ita etiam tenet Ioan. de Imol. in dict. l. ij. ff. de publicis iudic. Baldus verò in l. ij. ff. de requirend. reis. videtur tenere, quòd iſta pœna quæ augetur vel minuitur, cenſetur pœna delicti. & clarius ibi Bal. in l. data opera. C. de accuſa. verſi.
1 quæro vtrum maleficium tenet, quòd † maleficium commiſſum caſu fortuito dicatur maleficium abſq; tamen pœna. l. reſpiciendū. §. delinquūt. ff. de pœn. & ideo ſtante ſtatuto, quòd ſyndici teneantur denuntiare maleficia, quòd tunc tenebuntur denuntiare tale maleficium caſu fortuito commiſſum: ſecus ſi eſſet homicidium factum vim vi repellendo: quia iſtud homicidium eſt de iure permiſſum. vide etiam Angel. Aret. in tracta. maleficior. ſuper verb.
2 quas ſi non ſoluerit. Adde † etiam quòd in delictis capitalibus aut alijs expreſſatis vbi debetur libra piperis, ꝙ ſi impetretur abolitio vt puto ſoluitur libra piperis: & idem quando pœna homicidij alteratur ex conſuetudine: iuxta l. is qui cum telo. C. ad legem Cornel. de ſicca. vel ſtatuto.

SVMMARIVM.

Reus criminis appellatione pendente relaxandus non eſt.

SVMMARIVM.

1 *Appellans à captura etiam in cauſa ciuili quòd appellatione pendente detinendus ſit.*
2 *Sententia appellationis in criminibus per eum qui primò cognouit, executioni mandatur.*
3 *Clericus reus criminis quomodò ad iudicem ſuum remittatur.*
4 *Appellantes incarcerari vetitum. fallit ut hic.*
5 *Iudex appellationis primi iudicis ſtatuta ſequi debet.*

Quæſtio DCCCCXVII.

QVAERITVR an pēdente appellatione in cauſa criminali reus debeat relaxari: & dicendū eſt ꝙ non: ſecundum Bar. in l. ab executione. C. quor. appella. non recip. vbi tenet, quòd quando
1 appellatur † à captura etiam pro re ciuili, quòd pendente appellatione debet detineri. & idem tenet Bal. in l. ij. C. de epiſcop. audien. vbi tenet quòd debet detineri donec ſibi aliter mādetur. allegat l. eos. §. penultim. alias, incipit ſuper his. C. de appella. & Innocen. in cap. vt famę. de ſent. excommu. & hoc verum quando appellatur à captura, quæ eſt ad inſtar interlocutorię. ſi verò ſit appellatum à diffinitiua, tunc cum tota iuriſdictio ſit ad iudicē ad quem tranſlata: ergo ad ipſum ſpectat cuſtodia: ſecundum Petr. de Ancha. in clemen. frequens. de exceſſib. prę lato. quem refert Ange. Aret. in titu. maleficior. ſuper verbo, præſente Gaio & appellante. & Bartol. in d. l. eos. §. ſuper his. ſed Ang. Are. vbi ſupra tenet, quod licet ſit appellatum in cauſa criminali à diffinitiua non debet relaxari: quia pendente appellatione omnia ſunt reducenda eo modo, quo erant tempore ſententiæ: & per conſequens ex quo tempore ſententiæ aliquis eſt captus, debet remanere captus. vide Bald. in dict. §. ſuper his. quòd quando appellatur in cauſa capitali, & appellans petit trāſmitti ad iudicem ad quem, quòd debet tranſmitti cum fida cuſtodia. & iſto caſu etiam admittitur procurator pro incarcerato. & idem eſt quando clericus remittitur Epiſcopo in cauſa criminali: vide Bald. in authenti. ſi quis litigantium. C. de epiſcop. audien. vbi dicit, quod in criminali iudex primus detinet reum in carcere, & ipſe exequitur ſententiam. vide etiam Baldum in l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procurato. qui facit differentiam an appelletur ad iudicem alterius territorij. & tūc detinetur per primum iudicem: ſi vero iudex appellans ſit in eodem territorio, & ſic detinetur in carceribus iudicis appellationis vide etiam Bald. in l. meminit. C. de appella. qui tenet, quod in hoc ſit obediendum iudici appellationis. de hoc etiam habetur per eundem Baldum in l. furti. in princip. ff. de his qui notan. infami. vide Alber. in dict. l. eos. §. ſuper his. vbi tenet, quòd pendente appellatione in criminali debet ſeruari in carceribus primi iudicis, & quando opus fuerit, poterit pręſentari iudici ad quem, vt
2 ex vinculis cauſam dicat, & pro hoc facit: † quia lata ſentētia in cauſa appellationis in cauſa criminali mādabitur executioni per primum iudicem cum interſit reipublicæ, vt fiat remiſſio in loco delicti. & quia fit ſolatium cognatis & conſanguineis offenſorum, vt videant offendentes punitos. vide Angel. in dict. l. eos. verſicu. ſuper his. vbi tenet, ꝙ quando pœna eſt pecuniaria & contingat appellari, ꝙ iudex appellationis poteſt mandare relaxari mediā te cautione. Si verò pœna ſit capitalis debet ſtare in
3 carcere: vide ibi etiam per Salic. poſt Bald. † quòd quādo etiam clericus in cauſa criminali ſe petit remitti, ꝙ debet remitti ſub fida cuſtodia: & etiam debet remittere cum duplo actorū factorum coram ſe: ſecundum Paul. de Caſtro. ibi: quia originale debet remanere penes primum iudicē: ſecundum Bar. ibi. vide Auguſt. in additi. ad Ange. Aret. in tracta. malefici. falſario. vide Cardina. Flor. in clem. fre-
4 quens. de exceſſib. prælato. in princip. quòd † licèt appellantes prohibeantur incarcerari, tamen ſi ante appellationem reus erat in carcere remanebit, & cuſtodietur per iudicem à quo, ſi eſt appellatum ab interlocutoria. Si verò ſit appellatum à diffinitiua: tūc iudex ad quē pōt petere, vt ſibi remittatur, licèt arguat in contrarium, quòd antequàm fuerit diſcuſſum, an fuerit bene appellatum vel ne, quòd interim debet cuſtodiri per iudicem à quo: ſicuti de clerico dicitur. cap. ſi iudex laicus. de ſenten. excommunica. lib. vj. vide domi. Guid. Pap. deciſi. ccxxxv. vbi tenet, quòd de ſtylo & conſuetudine curiarū præſentis patriæ pendente appellatione incarceratus

debet detineri. & deciſi.ccxxxvj.quòd incarceratus
5 ſemper poteſt appellare. & deciſi.ccxxxvij. † quòd
iudex appellationis debet ſequi ſtatuta primi iudi-
cis. & ideò ſi appelletur in cauſa criminali in curia
bãnereti, & cõfirmetur ſentẽtia, debet pœna appli-
cari burſæ fiſci bannereti, & ibi executio fieri. vide
etiam de materia per eundem domi. Guido. Papæ
deciſi.ccccxxxvj.quæſtio.xxxj.qui facit certam di-
ſtinctionem, an incarcereatus pendente appella-
tione debeat detineri per primũ iudicem. Vide eun-
dem domi. Guid. Pap. deciſi.ccxxxvj. & duabus ſe-
quentib.vbi tenet, quòd pendente appellatione, in
cauſa criminali primus iudex detinet, & quòd pari
ter cõdemnatio applicetur fiſco primi iudicis. Ad-
de l.minimè.C.de appella.vbi pendente appellatio
ne in re ciuili prohibetur quis incarcerari: ſecus in
criminali, quando quis fuit condemnatus quando
non habet fideiuſſo. & ibi gloſſ. quòd perſonarum
qualitas, & delictorum quantitas in cuſtodiẽdo in-
ſpicitur. verũtamen ſi in prima inſtantia fuerit de-
tentus etiam pendente appellatione detinetur per
iudicem à quo niſi aliter fuerit ordinatum per iudi-
cem ad quem: ſecundum Bald.ibi & cuius expenſ.
debeat transmitti, vide ibi per Paul.de Caſtr.

ARGVMENTVM.

De eadem piperis libra.

SVMMARIVM.

1 *Furti primi pœna quæ.*
2 *Pœna amotionis terminorum quæ.*
3 *Depopulationis arborum pœna.*
4 *Vites qui cedunt tanquam latrones puniuntur.*
5 *Furis nocturni animaduerſio quæ remiſſiuè.*

Quæſtio DCCCCXVI.

QVAERITVR ſuper dicto ſtatuto Del-
phinali, de ſalarijs cõmentarienſium vbi fit
mentio de dicta libra piperis pro introitu carceris
vbi eſt conſuetudo exigi pro capitalibus criminali
bus, vel pro facto, amotorũ terminorũ, depopula-
tione arborum, vel rebellione, de quo ſupra fuit fa-
cta mentio, quæſtio.911.& ſequen. qualis pœna de
iure imponatur pro dictis caſibus ſupra expreſsis,
& in effectu pro crimine capitali iam tactum fuit.
de pœna verò furti habetur in authen.ſed nouo iu
1 re.C.de ſeruis fugiti. † quia pro primo furto debet
quis fuſtibus cędi. de quo aliâs pleniùs ſcripſi in tra
2 ctatu maleficio. & cõtractuum. fol.37. De † pœna
verò amotiõis terminorũ habetur in l.agraria.ff.de
termino amot.& in l.j.C.de accuſatio. quò ad pœ-
nã pecuniariã applicandam fiſco dicitur quinqua-
ginta aureorũ: vt dict.l.agraria. licèt Cyn. facit ibi
quandam diſtinctionem, quæ interdum poſſet pu-
niri pœna corporali: ſecũdum qualitatem perſona
rum, & debet diſtingui etiam an ſcienter vel igno-
ranter fecerit. de quo ibi latiùs per doctóres. de pœ-
3 na verò † depopulationis arborum: & in effectu in-
hęrendo verbis ſtatuti de pœna furti arborũ: & præ
4 ſertim de his, † qui ſciderũt vites debent puniri vti
latrones.l.ij. ff. arbor.furti. cæſarum, quando verò
5 quis † eſt fur nocturnus qualiter puniri debeat, ha
betur in l.furem nocturnũ.ff.ad leg. Corneliam de
ſicca. & pariter qualiter quando quis eſt depopula
tor agrorum, vel agreſſor itineris habetur in l.j.&
ij. vbi, & quando licèt ſine iudice vnicuique ſe ven
dicare. De pœna verò rebellionis habetur in extra-
uagan.contra rebelles. & ibi per Bartol.ſuper verb.
rebellis. qui rebellat contra ſtatum principis, aut
eius imperij: ſecus in particulari perſona continua-
tiuè.cap.ſanè.le ij.de offici.& poteſta.iudic.delega.
vbi rebellis & contumax ponuntur pro diuerſis. &
ſic rebellio denotat reſiſtentiã, de quo ibi habetur.

ARGVMENTVM.

Piperis libra an pro verberibus illatis debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Verberium crimen publicum non eſſe regulare.*
2 *Pro uulnere non letali de occiſo nullus tenetur.*
3 *Percutere & uulnerare differentia.*

Quæſtio DCCCCXVII.

QVAERITVR an pro verberio perſonæ
aut percuſsione cum ſanguinis effuſione de-
beatur dicta libra piperis vigore dicti ſtatuti Del-
phinal.ſupramentionati: & videretur dicendum q
non: quia iſti caſus non compræhendũtur ſub ali-
quo dictorum caſuum in dicto ſtatuto mentionato
1 rum. Tum etiam † quia verberium non eſt crimen
publicum, niſi in certis caſibus.l.lege Iulia. ff.ad le
gem Iuliam.de vi public. l.ij.ff.ad leg. Iuliam.de vi
priuat.ſed tenetur in tali caſu actione iniuriarum.
l.item apud.§.prætor ait. verſicu.adijcitur.& verſi.
2 verberaſſe.ff.de iur.iuran. † Pręterea etiam pro vul
nere non letali, quis non punitur de occiſo.l.qui oc
cidit.§.fina.cum ibi nota.per Bald.ff.ad legem A-
quiliam.niſi hoc fuerit animo occidẽdi.l.j.§. diuus.
ff.de ſiccar.facit quod not.per Bart.in l. damni in-
fecti.capitu.Sabini.ff.de damn. infect. & per Bald.
in cap.j.in princip.quib.mod.feud.amitta. & in l.ſi
ab hoſtibus.§.j.ff.ſolu.matrimo.& per Angel.Are.
& Auguſti.in tractatu malefici.ſuper verbo, ex in-
teruallo. & ibi etiam qualiter compręhendatur ani
mo occidendi. & per Barto.in dict.l.j.§.diuus. & in
l.fina.ff.ad leg.Cornel.de ſiccar.& vbi vulnus eſſet
letale adhuc quis non debet puniri de occiſo donec
anima ſeparata ſit à corpore: ſecundũ Bal.in l.item
Mella.§.Celſus ſcribit.& in l.ſcriptura.§.fina.ff.ad
legem Aquiliã. licèt ſit differentia inter percutere
3 & vulnerare, † quia vulnus dicitur quãdo eſt ſciſſu
ra vel ſeparatio in corpore: ſed percutere eſt cutẽ tã
gere ſine ſciſſura corporis.l.ſi ſeruus.§.rupiſſe.ff.ad
legem Aquiliam.ſecundum Ange. Areti.in dict.tra
ctatu ſuper verbo, percuſsit & vulnerauit. licèt etiã
ſciſſura facta cum vnguę propriè non dicatur vul-
nus: ſecundum Auguſt.ibi in addition.& ibi ponit
differentiã inter vulnus percuſsionis & ſanguinis
effuſionem.& per Barto. in l.ſi gemma impunè. ff.
arbo.furt.cæſarum.& ibi per Angel. & ibi tractat
quãdo fiũt plura vulnera ſimul & ſemel, & interue
nerit ſanguinis effuſio: tamẽ debet intelligi de ma-
gna & non parua: ſecundum glo.in cap.cùm illorũ.
& per Angel.Aret.& Auguſt. in dict. tracta. ſuper
verbo, ſanguis exiuit. & etiam ſuper verbo, vna
alia percuſsione & vulnere. & ibi etiam de vulnere
letali, an quis poſsit puniri de occiſo, & an ſit ſtan
dum iudicio medicorum. & pariter ſuper verbo, in
facie. &

facie. & ibi, quòd debet deſignari in qua parte corporis fuerit illatum vulnus. & per Ange. in l. ſi quis. C. de pœn. & per Bald. in rubric. C. de indit. vidui. tollend. vide etiam per Ange. Aret. & Auguſt. in dicto tracta. maleficior. ſuper verbo, ſicatrix. & ſuper verbo, membrum.

ARGVMEMTVM.

De tortura.

SVMMARIVM.

1 *Tortura datur ut ueritas eruatur.*
2 *Quæſtio iuxta perſonæ qualitatem applicanda.*
3 *Tortura dum interloquitur an torturæ modus exprimendus ſit.*
4 *Confeſſio facta in tormentis perſeuerantiam requirit.*

Quæſtio DCCCCXVIII.

QVAERITVR quia ſupra quæſtione xciiij. fuit facta mentio de tortura: ideò poteſt quæri qualiter & quomodò debeat fieri quæſt.
1 & dicendum eſt, † quòd debet fieri ad veritatem eruendam. l. item apud Labeonem. §. quæſtionem.
2 ff. de quæſtion. & debet † fieri moderatè, iuxta qualitatem perſonæ, an ſit iuuenis & robuſtus, ita ꝙ re maneat ſaluus innoſcentia vel ſupplicio. l. quæſtionis modum. ff. de quæſtio. & ibi Bart. l. de minore §. tormenta. eod. titul. ibi, moderatę rationis temperamenta. & hoc etiam tenuerũt Io. And. & Panor. in cap. cùm in contemplatione. de regu. iur. & hoc eſt in arbitrio iudicis: ſecundum Ange. Aret. & Auguſti. in tracta. maleficio. in vij. quæſti. ſuper verb. quod Fama. in materia torturæ, & in viij. quæſtion. vbi tractatur quãdo quis moritur in tortura, quòd ſi præcedant indicia, & iudex non excedat modum, non tenetur: ſecundum Bartol. in dict. l. quæſtionis. Et per præmiſſa apparet, quòd quando fit interlo-
3 cutoria torturæ, † quòd iudex interloquitur moderatè quæſtionando, quòd hoc fit iuridicè: licèt quidam dicant, quòd hoc intelligitur tacitè etiam ſi non exprimatur, & quòd meliùs eſt non exprimere ne detur occaſio delinquentibus ad ſuſtinendum quæſtionem: putando ꝙ ſit leuis, ne cõfiteantur delicta. ſed prout ſuprà dictum fuit, vtilius eſt exprimere, ex quo ita iure cauetur. & abundans cautella non nocet. l. teſtimonij. C. de teſti. cũ ibi not. Adde ꝙ tortura non debet fieri nimium duris, nec nimiũ mollibus tormentis: ſecundum gloſſ. in l. fina. C. de quæſti. & ibi Bald. ꝙ quæſtio non debet eſſe nimis aſpera, nec nimis leuis: quia non ſufficit leuis territio. l. item apud Labeonem. §. quæſtionem. ff. de
4 iniur. & dicit Bal. in dict. l. fina. † quòd licèt in confeſſione partis facta in tormentis requiratur perſeueratio: ſecus in teſte, qui non poteſt corrigere dictum ſuum ex interuallo. & licèt ſit potiùs ſtãdum ſecũdo dicto teſtis non tenetur quàm primo: ſecundum Bart. in l. ſi poſtulauerit. §. ſi negauerit. ff. de adulter. & in l. eos. ff. de teſtib. & Panor. in cap. per tuas. de probatio. tamen ſecus, in cõfeſſione partis: ſecundum Bald. in dict. l. final. & l. iij. C. de adulte. Adde ꝙ vidi quandam ordinationem egregij domini Franciſ. de Cizariario ſuper tortura vbi ſimpliciter ordinauit delatũ ſupplicandũ torturę, vt veritas eruatur exquibuſlibet officiarijs ad quos ſpectat cõmittendo. & facta executione fuit delegatus & à vinculis liberatus. & ibidem cõfitetur veritatem. & tandem per interuallum vnius diei repetitur: licèt in alia ordinatione torturæ fuit appoſitum illud verbum dulciter.

ARGVMENTVM.

Confeſio facta in vinculis & cõpedibus an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta in tormentis ſicuti non niſi cum perſeuerantia ualet: ita nec confeſſio quæ in compedibus & uinculis facta eſt.*
2 *Compedes tormenti ſpecies.*

Quæſtio DCCCCXIX.

QVAERITVR an valeat cõfeſsio factà in vinculis & compedibus. & videretur dicen-
1 dum quòd non: † ſicuti eſſet facta in tormentis, vbi non tenet confeſsio: niſi perſeuerat & præcedentibus indicijs. l. j. §. diuus. le ij. & §. ſi quis vltro. cũ ibi nota. ff. de quæſtio. & requiritur interuallum vnius diei aut ſaltem eſt arbitrariũ iudici. l. ij. C. de cuſto.
2 reor. cum ibi not. † Nam iſta vincula ferrea maximè quando ſunt groſſa inherent oſsibus tibiarum. & inducunt ſpeciem tormenti. l. j. C. de cuſto. reor. & ideò conſulerem, quòd quando iſti incarcerati reſpondent in delictis pro prima inquiſitione aut ſecunda aut vlteriori, quòd non habeant dicta vincula ferrea, ſed eis remoueãtur, licèt interdum contrarium ſeruatur. Attento etiam, ꝙ quis non debet poni in vinculis, niſi in atrocibus, & poſtquàm confeſſus eſt, vel conuictus. iuxta not. per Bartol. in l. j. ff. de cuſtodi. reor. licèt ſeruetur contrarium: quia timore fugę, aut fractione carceris ponũtur in vinculis. Adde quòd quando fit confeſsio in tormentis præcedẽtibus indicijs, & reus vult cõfiteri: tunc deſcenditur de corda. & adhuc ipſo ligato deſcribitur reſponſio & confeſsio ſua in actis iudice præſente, & poſt modum extra locũ tormentorũ per interuallum temporis ſaltẽ vnius diei repetitur ad ſciendũ ſi perſeueret in tali confeſsione: pro quo facit quod voluit Bald. in l. legis virtus. ff. de legib. vbi dicit ꝙ quæſtio debet fieri coram honeſtis perſonis prius auditis partibus. & ſic iudex debet eſſe præſens ad vidẽdum modum torturæ. vide ſuprà q. cx. & vt dicit Bart. in l. ſi poſtulauerit. §. ſi euerter. ff. de adulte. cuncti acceſſores ſolùm repetent in actis dictum cõfeſsionis poſt torturam, & hoc in teſte. ſecus in parte, vbi præualet confeſsio ſine tormentis: ſecũdum Bald. in l. fina. C. de quæſti. Adde Ludo. de Bellẽ. in additio. ad Guido. de Suza in tracta. quæſtionum. in princip. ꝙ ductus ad locum torturę ſi confitetur, dicitur confeſſus in tormentis. allegat l. ij. in fin. C. quorum appella. non recipi.

ARGVMENTVM.

Electio ante publicationem quo nomine vocetur, & quid iuris nominatis quęſitum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Electio antequàm publicetur, dicitur mera nominatio, quæ ius nullum nominato quæritur.*
2 *Confirmatio electionis nullæ an ualeat.*
3 *Excommunicatus an & quo tempore beneficio priuetur.*
4 *Beneficia commendata tanquã reſeruata non niſi per Papã conferri poſſunt.*

Quæſtio DCCCCXX.

QVAERITVR ſuper facto electionis fa
ctæ de decanatu eccleſiæ metropolitanę Vię
næ de perſonis Humberti Peterolerij & Aymari de
Poſiaco, vbi dictus Peyrolerij fuit electus à ma-
iori parte, qui habuit plures voces, quàm dictus do
minus Aymarus, licèt in neutra collectorũ habue-
rit maiorem partem capituli, adeò quòd dictus do-
minus Peyrolerij non acceptauit dictã electionem,
& vt præſumendum eſt propter iſtam cautam, ſed
ecòtrà dict. dominus de Poyſiaco acceptauit dictã
electionem, & obtinuit confirmationem à domino
vicario domini electi Viennenſis. Et tandę fuit mo
ta cauſa in curia parlamenti Delphinalis ſuper poſ
ſeſſorio intra reuerendum dominum Cardinalem
Maclouień & dictum dominum Aymarum de Poy
ſiaco, pro eo: quia dictus dominus Cardinalis im-
petrauit in curia Romana dictum decanatum cũ
canonicatu & præbenda eccleſiæ Viennæ de an-
no domini 1496. iij. idus Auguſti, & adeptus eſt
poſſeſsionem per procuratorem, & qui decanatus
vaccauit per obitum domini Hæctoris de Poyſiaco
ſeu ceſſationẽ commendæ eo modo quo prius vac-
cabat. Nunc quæritur quid iuris. & in effectu talis
electio videtur eſſe nulla: quia non interuenit pu-
1 blicatio electionis. † Et ante publicationẽ dicitur
nominatio & per ſimplicem nominationẽ nullum
ius acquiritur nominatio. cap. quod ſicut. de electi.
in princip. & ibi per Innocen. & Panormi. §. ei qui.
verſicu. nominationes. ij. quæſti. vj. cap. publicatio.
de electio cap. ſi tibi de electio. lib. vj. & attento, ꝙ
poſt nominationem dict. domini Aymari fuit pro-
ceſſum ad electionem dicti domini Peyrolerij, vide
tur receſſum à dicta nominatione dicti domini Ay
marij: ſecundum Panormi. in dict. cap. quòd ſicut.
& attento, quòd fuit facta à minori parte capituli,
2 Et † ſic confirmatio electionis nullæ nõ tenet. cap.
j. de poſtula. prælato. libr. vj. & ibi gloſſ. ſuper verb.
irritum cap. quàm ſit. & cap. ſicut. de electi. eod. lib.
& per Innocen. in dict. cap. quòd ſicut. & cap. inno
tuit. de electio. quia confirmatio nihil noui iuris tri
buit. cap. j. de confirma. vtil. vel inutil. cap. inter di-
lectos. §. cæterùm. de fide inſtrumen. tùm etiam at-
tento vinculo excommunicationis maioris. cap. cõ
ſtitutus. le j. de appellati. cap. poſtulaſtis. de clerico
excommunicato miniſtrante. cap. cùm benę. de æta
te & qualitate. & per Innocen. & Panormi. in cap.
cùm dilectus. de conſuetudi. & in cap. veritatis. de
dol. & contumac. & per Ioan. Andr. in cap. j. de re-
ſcript. lib. vj. & per Ioan. Calderin. in quadam eius
diſputatione incipien. excommunicatus. quem re-
fert an ille qui eligitur, vel cui fit collatio beneficij
ſit publicè excõmunicatus aut occultè: quia in his
quæ tendunt in fauorem excommunicati, non eſt
differentia inter occultum & manifeſtum: ſecundũ
Panormita. in dict. cap. poſtulaſtis. & in dict. cap. ve
3 ritatis. Imò † excommunicatus debet priuari bene
ficio obtento, quando ſtetit per annum in excom-
municatione: ſecundum Panor. in dict. cap. poſtula
ſtis. vel ſecundum aliquos, per triennium, dict. cap.
cùm bonæ. de ætate & qualitate. Tum etiam quia
dicta beneficia dicti domini Hectoris erant com-
mendata, & ſic erant reſeruata per conſtitutionem
Benedicti duodecimi: quæ incipit Ad regimen. &
per regulas cancellariæ cum decreto irritante, adeò
quòd nullus conferre potuit præter Romanum Põ
tificem. cap. ſi eò tempore. & cap. is cui. de electiõ.
lib. vj. & ibi per Ioan. Andr. Archidiacon. & Gemi
man. & per Panormita. in cap. inter dilectos. de ex-
ceſsi. prælatorum.

SVMMARIVM.

Forma cap. quia propter. de electio. ext. an in digni
tatibus inferioribus ſeruanda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus præſtitus in ſingulari an in electionibus ſufficiat.*
2 *Electio facta non à maiore capituli parte reſpectu numeri capituli an valeat.*
3 *Acceſſus de una electione ad aliam fieri non poteſt.*
4 *Confirmatio facta per non habentem poteſtatem poſſidendi colorem non tribuit.*

Quæſtio DCCCCXXI.

QVAERITVR an in electione dicti deca
ni debuerit ſeruari forma. capit. quia propter.
de electi. extra. Et videtur dicẽdum ꝙ non: quia ibi
eſt alia maior dignitas, videlicèt Archiepiſcopalis.
& ita per obitum decani non dicitur eccleſia vidua
ta. nec requiritur communis electio poſt nomina-
tionem: quia dicta nominatio fit quando nomina-
tur in eligendũ, & ex poſt ſequatur communis ele-
1 ctio. dicto cap. quia propter. † ſed in alijs electioni-
bus ſufficit, quòd præſtatur conſenſus in ſingulari
eligendo: ſecundum gloſſ. in cap. ſicut. de election.
libr. vj. Et per Innocen. & Panormita. poſt gloſſ. in
2 cap. in Geneſi. de election. † Veruntamen ex quo
neutra dictarũ electionum fuit facta à maiore parte
capituli habito reſpectu numeri capituli, & non cõ
parationis minoris nõ tenet. c. eccleſia veſtra. le j. &
3 cap. eccleſia veſtra. le ij. de electi. & † non poteſt fie-
ri acceſſus de vna ad aliam, maximè quando eſt fa-
cta à minori parte. c. indẽnitatibus. §. ſanè. de elect.
lib. vj. de quo ibi per glo. & docto. & ex quo neutra
electio tenet: non debet confirmari altera ipſarum:
ſecundum Hoſtien. in dict. cap. eccleſia veſtra. tùm
etiam talis confirmatio non tribuit colorem poſſi-
dendi ex quo fuit facta per non habentem poteſta-
tem: quia vt intellexi, capitulum eccleſiæ Viennen.
eſt exemptum, & ſic confirmatio expectaret imme-
diatè ad Romanum Pontificem ſeu eius legatum
de latere. cap. cupiẽtes. §. j. & cap. ſi abbatem. de ele-
4 ctio. libr. vj. † Et quando cõfirmatio fit per non ha-
bentem poteſtatem, non tribuit colorem poſſiden-
di: ſecundum Ioan. de Imol. in cap. cùm noſtris. &
in cap. literas. de conceſsio. præben. & in cap. ij. ne
ſede vaccan. & per glo. in pragma. ſanctio. de elect.
cap. ij. ſuper verbo, canonicas. & in cap. j. de pacifi.
poſſeſ. ſuper verbo, coloratum.

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio cap. quia propter. extr. de electio. in qui
bus procedat & locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Prælati habentes generalem iuriſdictionem ſponſi quodammodò dicuntur.*
2 *Electio qualiter communis eſſe dicatur.*
3 *C. Quia propter. de electio. in dignitatibus inferioribus locum non habet.*

Diſpoſitio

4 *Diſpoſitio cap quia propter.de electio.ad minora beneficia non ſe extendit.*

Quæſtio DCCCCXXII.

QVAERITVR an diſpoſitio c. quia propter. de elect. habeat locũ in eccleſia cathedrali,quando eſt viduata paſtore:& videtur dicendum ꝙ non habeat locum in alijs dignitatibus aliarũ eccleſiarũ:veruntamen glo.in d.c. quia propter. tenet,ꝙ extẽditur ad Epiſcopatus, & regulares præ
1 laturas. Et † etiã eccleſias colegiatas quãdo prælati habẽt ibi iuriſdictionẽ generalẽ, quia quodãmodo dicuntur ſponſi,ſed non intelligitur de dignitatibus ſeu perſonatibus eccleſiæ cathedralis. præter Epiſcopũ:quia in vacatione illarũ dignitatũ nõ dicitur eccleſia viduata,cùm habeat Epiſcopũ,qui ſolus eſt ibi maritus.& idem tenet ibi Panor.ꝙ ſolùm habeat locũ in eccleſijs vbi ſunt prælati principales & idem in electione abbatis: ſecundũ Io. And.c.ſi cui.de elec.& idem in electione. abbatiſſę, cùm habeat dignitatẽ.c.de indemnitatibus.§.verũ.de elec. lib.vj.licèt ibi ponãtur aliqua ſpecialia in electione abbatiſſa.& ex hoc infert,ꝙ licèt poſt vota ſcrutinij redacta in ſcriptis & facta publicatiõe: iux.d.c.
2 quia propter.& c. publicatio.de elec. † requiratur cõis electio in capitulo per verba ſingularis numeri per vnũ nomine totius capituli.c.ſicut.de elec.libr. vj.c.cùm vno.de re iudi.lib.vj.licèt ſufficiat ꝙ vnus eligat ſine mandato capituli:quia capitulũ tacendo,videtur habere gratũ:ſecundũ glo.in d.c. ſicut. veruntamen in electionibus aliorũ beneficiorũ ſufficiũt ſingulares conſenſus de capitulo, dum tamẽ pręſtẽtur in capitulo, & à maiori & ſaniori parte:ſecundum glo.in d.c.ſicut.& idem in collatione beneficij ſpectãtis ad capitulũ:quia poſſunt ſimul cõferre,nec eſt neceſſaria aliqua forma c. quia propter. ſecundum Panor.ibi.& idem tenet glo.in pragma.
3 ſancti.in c.ij.de elect.ſuper verbo, electiuis. † quia d.c.quia propter. non intelligitur de dignitatibus inferioribus,quę nõ cõprehendũtur in c.ne pro defectu.de elec. ſed ſolùm intelligitur in cathedralibus,regularibus & collegiatis eccleſijs,& ibi gloſſ. ſuper verbo,abbatis.quæ declarat,an cõprehenda
4 tur electio abbatiſſę,& tenet † ꝙ non.Et pariter allegat in c.ad probandũ.de re iudic.& ꝙ diſpoſitio d.c.quia propter.non ſe extẽdit ad beneficia minora.c.cùm in eccleſijs.de præben.lib.vj.licèt Hoſtiẽ. tenuerit,ꝙ habet locũ in omni electione ſpectante collegio.vide etiam per glo.in c.ij.de elect.in prag. ſancti.ſuper verbo,vnũ,quę tenet ꝙ non habet locum in electione abbatiſſæ.

ARGVMENTVM.

Electio ſeu creatio canonicatuũ, aut collatio aliorum beneficiorum ad quem ſpectet.

Quæſtio DCCCCXXIII.

QVAERITVR ad quem ſpectat electio ſeu creatio aut collatio canonicatuũ,ſeu præbendarũ aut aliorũ beneficiorũ alicuius eccleſiæ cathedralis ſeu collegiatę?& in effectu in hoc attenditur conſuetudo vniuſcuiuſq; eccleſię.Nam ex conſuetudine poteſt pertinere ad capitulũ etiã ſine cõfirmatione ſuperioris,&tunc dicitur creatio vel collatio.c.cùm in eccleſijs.de prębẽd.lib.vj. ſecundum Panor.in c.cùm eccleſia.aliàs vbi requireretur cõfirmatio ſuperioris,qñ dicitur electio de quo ibi latiùs per ipſum.& c.j.de elec. & c.j.de elec.in prag.ſanc. Adde in materia electiõis, ꝙ ſemp pręualet electio de gremio eccleſiæ alij etiã ſi ſit facta à minori parte eccleſię,hinc eſt,ꝙ illę de aliena diœceſi non põt eligi ſed poſtulari.de quo per gl.in c.fi.de cleri.peregri.& in c.cùm inter canonicos.de electi.

ARGVMENTVM.

Electio à maiori parte fieri quando dicatur,& quæ ſit & dicatur maior pars.

SVMMARIVM.

1 *Electio prouincialis ordinis minorum facta à maiori parte comparatione minoris ualida.*
2 *Fieri à maiori parte capituli quomodò intelligatur.*
3 *An requirantur duæ partes.*
4 *In maiori numero qui computentur.*
5 *Electio à duplo maiori facta,oppoſitionem non admittit.*
6 *Eligendi poteſtas uocatis non uenientibus aut recedentibus quod in uno reſidere poſſit.*

Quæſtio DCCCCXXIIII

QVAERITVR qualiter dicatur fieri electio à maiori & ſaniori parte capituli.& in effectu dicitur fieri reſpectu maioris partis numeri capituli non autẽ reſpectu partiũ minoris partis. c. eccleſia veſtra.le j.de elec.& ibi etiam ꝙ requiritur pariter electio verbalis in caſibus in quibus requiritur forma c.quia propter.de elec.aliàs vbi non eſſet neceſſaria forma d.c.quia propter. ſufficeret de tẽpore eligentiũ quãdoq;,&quicũq;:ſecundũ Panor. ibi.Fallit in electione prouincial.ordinis minorum vbi valet electio facta à maiori parte cõparatione
2 minoris:vt cle.exiui.§. demũ.de ver.ſigni.† & à ſpeciali ceſſante etiã in electiõibus&alijs actibus capituli ſeu vniuerſitatis etiã in quibus nõ ſeruatur forma.c.quia propter.tũc requiritur maior pars capitu
3 li reſpectu totius capituli. † & non ſufficeret reſpectu minorũ partiũ,dum tamen ſint duæ partes capituli.l.nulli.& l.planè.ff.quod quiſq; vniuerſi.l. no
4 minationũ.C.de curion.lib.x.† Et in numero iſtarũ duarũ partiũ non debent cõputari non vocandi, vel vocati qui venire contẽpſerũt:ſecundũ Inno.in c.eccleſia veſtra.le ij.de elec.Et vbi eſſent duæ electiones coëquales ſeu vota æqualia,tunc eligentes poſſent variare:ſecundũ Panor. in c.publicatio.de elec. † vbi electio eſt facta à duplo maiori: tũc non
6 admittitur oppoſitio.c.ſi quãdo.de elect.lib.vj.† veruntamen quãdo in actu capituli vacati recuſant venire tota poteſtas reſidet penes minorẽ partem: ſecundũ Panor.in c.cũ nobis.de elec.poſt Inno. & ibi quãdo aliqui de capitulo recedũt:quia tunc poteſtas capituli poteſt reſidere in vno.l.ſicut.ff.quod cuiuſq; vniuerſi.ſecundũ Panor.in c.cauſis.de elec. de quo ibi latè per ipſum. Adde gloſſ.in c.ſi cui.de elect.lib.vj.ꝙ in caſibus in quibus non eſt ſeruãda forma c.quia propter.de elect.& propter diſcordiã non poteſt haberi minor pars totius capituli,ꝙ tũc eſt cautela, ꝙ primò illi de capitulo ſeu vniuerſitate facerẽt prouiſionẽ ſeu ſtatũt valeat id quod fuerit factũ à maiore parte cõparatione minorũ partiũ: quia tunc valet talis prouiſio:quia videntur omnes poſteà conſentire.

ARGVMENTVM.

Nominatione nominato ius quæri non, niſi publicatione electionis,poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio duplex.*
2 *Scrutinio publicato uariationi non eſt locus.*
3 *Acceſſus an fieri poßit.*

Quæſtio DCCCCXXV.

QVAERITVR an per nominationē quę ratur ius nominato: & videtur dicendū ꝙ non ante publicationē electiōis.c.ꝙ ſicut.c.publicatio. de electio.vnde ſecundū Panor.in d.c.ſicut.§.j.Du-
1 plex † eſt nominatio.prima fit de pluribus,nec impedit talis nominatio electionē: & dicitur minus ſolēnis:quędā eſt nominatio quę fit in ſcrutinio electionis:quędā eſt nominatio ſolēnis: quādo duo aut tres nominātur principi.vide per glo.in pragm.ſanctio.c.j.de colla.ſuper verb.nominationes. & ibi tenet, ꝙ quādo fit nominatio in ſcrutinio electionis,
2 ꝙ † publicato ſcrutinio non poſſunt variare. & mi
3 nor † pars poteſt accedere ad maiorem publicato ſcrutinio.vide etiā per glo.in c.j.de elec.in pragma. ſanctio.c.ij.ſuper verb. canonicas. an confirmatio ſuppleat defectum confirmationis,& ibi, quòd electio poteſt capi largè,ſtrictè, & ſtrictius.de quo per Innocen.& Panormita.in c.quod ſicut. & in cap. in geneſi.de electiōn.

SVMMARIVM.

1 *Vota æqualia gratificationi locum faciunt.*
2 *Decanus caput capituli.*
3 *Verb.electionis largè quandoquè accipiuntur.*
4 *Electio accipitur largè, ſtrictè, & ſtrictius.*
5 *Confirmatione electionis an ius tribuatur.*
6 *Nominatio propriè in eligendum fieri dicitur.*
7 *Electiones quæ non ualent, confirmari non debent.*
8 *Confirmatio facta per non habentem poteſtatem poßidendi colorem non tribuit*
9 *Capitulum eccleſiæ ſancti Mauricij Viennæ exemptum eſt.*
10 *Forma c.quia propter.de electio.an debuit ſeruari in eligēdo decanum ſancti Mauricij Viennæ.*
11 *Excomunicatus neque eligere neque eligi poteſt.*
12 *Electiones duæ factæ eodem tempore & contextu & à j diuerſis electionibus ſi concurrant,illa præualet quæ à maiori & ſaniori parte facta eſt.*
13 *Electiones quando dicantur fieri uno contextu & eodem tempore & contra.*

Quæſtio DCCCCXXVI.

QVAERITVR reddeundo ad dictā nominationem ſeu verius electionem dicti decanatus eccleſiæ Viennenſi facta de perſona d. domini Aymari de Poyſiaco: quia quidā aduocatus huius ciuitatis vocabat ſimplicē nominationē,& ꝙ ab illa fuit diceſſum per electionē ſequentem d.domini Humberti Peyrolerij:ſed ecōtrà ego dicebam eſſe electionem,& ꝙ erant duæ electiones factæ in diſcordia.pro quo facit quia bene poſſunt fieri plures electiones in capitulo.c.eccleſia veſtra.le j.c.ec-
1 cleſia veſtra.le ij.de electi.& ibi glo.in fi.† quando vota eligentiū ſunt æqualia, quòd tunc ſuperior videlicèt Papa poteſt gratificari cui velit:ſecundū Pano.ibi fact.c.vt quis duas.& c.ſi quando.de electi. lib.vj.Prętereà licèt decanatus ſit prima dignitas poſt pontificalē in d.eccleſia Vienneñ. tamen non habet locū forma conſilij vniuerſal.c.quia propter. de elect.quia ſolùm habet locum in Archiepiſcopo vel Epiſcopo qui dicitur debitus ſpōſus eccleſię:ſe-
2 cundū glo. & docto.ibi. Nec † obſtat ſi dicatur ꝙ decanus ſit caput capituli & habeat iuriſdictionē: quia per hoc eccleſia nō dicitur viduata.& hoc etiā tenet Guliel.de Mādago in ſuo libello ſeu decreto electionis.c.xxj.ſub rubric.quantæ ſunt eligēdi formę & ibi in glo.verſi.ſanè.ſuper verb. inferioribus. exēplificat in eccleſia cathedrali aut metropolitana,quę eſt idem in caſu iſto de dignitatibus inferioribus:puta de decanatu & ſimilibus prępoſituris:niſi ſecus de cōſuetudine attineret.allegat c. duduum. le j.de electi.& c.cōſtitutis.le ij.de appel. Et ita vbi forma conſilij generalis non eſt neceſſaria:tunc ſufficit ꝙ pręfertur conſenſus eligentium:dum tamen præſtetur in capitulo, nec requiritur cōmunis electio poſt puplicationē:ſecundū glo.in c.ſicut. de ele
3 ctio.lib.vj.& in c.cū ab vno.de re iudic.lib.vj. † Et in caſu iſto verba electionis poſſunt accipi largè.& interdum accipitur verbum dono pro eligo,& ecōtra:iuxta not per Ioan.And.& Panor.in c.in gene
4 ſi. de elect.†quia electio poteſt accipi largè,ſtrictè, & ſtrictiùs:ſecundū Inno.in c.ꝙ ſicut. de electi. & accipiēdo largè ſeu de iure naturali, quādo interuenit conſenſus eligentiū,licèt non fuerit ſeruata for-
5 ma:tunc † confirmatio ſubſecuta tribuit ius, licèt aliqui dicant quòd non.per c.ſi cōfirmatur. de electio.lib.vj.de quo per glo.in pragma.ſanct.de elect. c.ij.ſuper verbo,canonicas. & per glo. & Panor.in c.cùm ſuper.de cauſ.poſſ.& propri. Veruntamen in caſu iſto inſeram rationes quæ me mouebant, & reſponſum factum per d.dominū aduocatum. nam omnes non bene ſciunt illam formam d.c.quia propter.imò & boni iuriſtè practicant ignorātes in ea deficiunt:ſecundū glo.in c.cùm expediat. de electi. lib.vj. Circa prætenſas electionem confirmationē decanatus eccleſiæ Viennenſi pro parte reuerendi dñi Cardinalis Maclouieñ.ſi videatur dominationi veſtræ aliquid aduertendum ſuper infra ſcriptis. Et primò,ꝙ licèt dictus dominus Aymarus de Poyſiaco electus fuerit à minori parte capituli: tamen
6 nō videtur facta nominatio:quia † propriè nominatio fit in eligendo, & licèt non fuerit ſubſecuta cōis electio:tamen ſufficit ſingularis cōſenſus, dum tamen præſtentur in capitulo:ſecundū glo.in c. ſicut. de elec.lib.vj.pręter quā in electione prælati, cuius eccleſia eſt viduata,vbi poſt nominationē requiretur cōmunis electio:iuxt.c.quia propter.de electio. ſecundum Inno. & Panor.in c.in geneſi. de electi. Secundò conſiderandū eſt,ꝙ ex quo eodem tempore fuerūt factę duæ electiones, & neutra eſt facta à maiore parte capituli habito reſpectu capituli, & non cōparationis minorum partium, quòd neutra tenet.c.eccleſia veſtra.le j.& c.eccleſia veſtra. le ij.
7 de electio. † adeò ꝙ neutra electio debet confirmari:ſecundū Hoſtien.ibi,licèt illi de capitulo potuiſſent iterum eligere,nec eſt fiendus acceſſus de vna electione ad aliā,quando vtraq; non tenet,& maximè quādo eſt facta à minori parte.c.indēnitatibus. §.ſanè.verſi.ſi qua verò.à minori.& ibi per gloſſ.&
8 Gemi.de elect.lib.vj. Tertiò cōſiderandū eſt,† ꝙ cōfirmatio d.dñi Aymari de Poyſiaco nō tribuit colorē poſsidēdi. Tum quia fuit facta per nō habentē poteſtatē cùm nō appareat de vicariatu illius qui fecit. Tum quia vt intellexit capitulum eccleſiæ Vié-
9 nenſi † eſt exemptum.& ita cōfirmatio immediatè pertineret

pertineat ad Papam vel legatum de latere. cap. cupientes. §. j. & cap. ſi abbatem. de elect. lib. vj. ſecundum Ioannem de Imol. in cap. cùm noſtris. de conceſsio. præben. & maximè in caſu iſto, vbi dicta electio peccat in conſenſu: quia non fuit habitus conſenſus maioris & ſanioris partis, prout ſupra dictũ fuit: vt toto titul. de his qui fiunt à maiori parte capituli: quia iſto caſu peccat de iure naturali, quando deficit conſenſus eligentium maioris partis: ſecundum Inno. in cap. quòd ſicut. de electio. Spectabilis dominus Panormita. in cap. quòd ſicut. ponit tres ſpecies nominationis: quarũ ſecũda eſt quę fit in ipſa electiõe ex qua nullũ ius quæritur nominato. & allegat c. ſi tibi abſenti. & poteſt iſqui aliquẽ nominauit, à tali nominatiõe recedere, & aliũ eligere. per c. publicatio. prout & factũ fuit in hoc caſu. Nam omnes nomine diſcrepante elegerũt dominũ Peyrolerij: vt patet per electionem productam: &
10 fortè † attento quòd decanus eſt caput collegij, & habet iuriſdictionem generalem in eccleſia & habituatas in eadem poſſet ſuſtineri, quòd in eius electione debuiſſet ſeruari forma ca. quia propter. per ea quæ videtur velle Panormita. poſt gloſſ. in dict. cap. quia propter. dum loquitur de electione abbatis, etiam eccleſia per eius mortẽ cenſetur aliquomodò viduata & deſtituta paſtore, attamen circa hoc nõ multum inſiſto, cùm habeamus alias exceptiones peremptorias quæ magis vrgent. Credo tamen, quòd ex dicta nominatione nullum fuit ius quæſitum domi. Aymario, & quòd nominantes poterũt in alium conſentire prout & fecerũt. Ad ſecundum credo quòd non, fuit niſi vnica electio de perſona dict. Peyrolerij quem omnes elegerunt vnanimiter nemine eorum diſcrepante recedendo à priori nominatione per aliquos facta: vbi tamen diceremus duas fuiſſe electiones, credo quòd neutra teneret per rationes per vos inductas: cùm nulla ipſarum poſſet dici facta à maiore parte reſpectu totius. Quantum ad tertium iam fuit deductum, quòd non apparet de vicariatu illius qui confirmauit: & quò ad capitulum eccleſiæ Vienneſi, quòd ſit exemptum, & quòd cõfirmatio immediatè ſpectet ad Papam, vel legatum de latere iſta non fuerunt deducta in proceſſu, quæ ſunt facti: & quæ ſi probata eſſent, crederem etiam vbi electio procederet confirmationem non valere, per rationes veſtras, cùm Archiepiſcopus non eſſet hoc caſu ſuperior. & ſi hoc eſſet probatũ poſſet ſuſtineri meo iudicio opinio, quòd debuiſſet ſeruari forma illius cap. quia propter. cùm eccleſia cenſeretur per mortem decani aliquomodò viduata paſtore. Et licèt præfatus dñs aduocatus in fine eius reſponſionis dixerit, quòd circa electionis aut confirmationis formã parum inſtare voluerit, ex quo exceptio executiõis funditus elidit aduerſarij intẽtionẽ. ſc. cũ dilec-
11 ctus. de cõſue. & c. cõſtitutis. la j. de appe. † quia excõicatus prohibetur eligere & eligi, vt ibi habetur. Et in decreto electiõis de Mãdagoto c. xx. actiuè & paſſiuè, & ibi gl. quæ declarat quis dicatur notoriè excõicatus per ſententiam hominis vel iuris, & per euidentiã factã. & in verbis finalibus præfatus dominus aduocatus duxerit eius allegationes per me emendandas: tamen ſibi mandaui. verba pro verbis reddendo. §. hoc ita. xiij. q. j. iuxt. not. per Barto. in l. ſi. ff. de diſtrac. pigno. & per Ioan. de Imol. & Alex. in l. ſi mora. ff. ſolu. matr. ſibi mandaui. ꝗ potius vellem eſſe ſub ſcola eius emendationis ad inſtar iuriſconſulti dicentis. ſi pedem in foueã tenerem, adhuc addiſcere vellem. l. apud Iulianum. Et redeũdo ad thema quæſtionis, ꝗ in caſu iſto cõcurrant duæ electiones, quarum altera quæ fuit facta à minori parte fuit confirmata: facit c. cupientes. §. ſi verò. & c. ſi. de electi. lib. vj. vbi in cõfirmatione electionis quando eſt coelectus debet nominatim citari: & hoc tenet Panor. in cap. auditis. circa fin. de electio. vbi te-
12 net, † ꝗ quando concurrunt duę electiones quę fuerunt factę eodem tẽpore & eodem cõtextu, & à diuerſis electoribus: tũc illa quę eſt facta à maiori & ſaniori parte tenet, & alia non. cap. quia propter. de
13 electi. † & dicũtur electiones factę eodem contextu ſecundũ Inno. & Compoſt. quando fuerunt factę omnibus exiſtentibus in capitulo. & pariter eligentibus. & econtrà dicuntur factę diuerſo cõtextu quando vna pars elegit, poſtquàm receſsit alia pars, quod procedit ſecundũ Inno. niſi incõtinenti ex eodẽ ſcrutinio vel cõpromiſſo fuiſſet ſubſecuta ſecunda electio: ſecundũ Panor. in d. cap. auditis. in fi. ita, quòd non poteſt dici fuiſſe ſimplex nominatio domini Aymarij de Poyſiaco ex quo vocata fuerunt redacta in ſcriptis per inſtrumẽtum publicum licèt per nominationem non quęratur ius ante publicationem. cap. nominationes. ij. q. vj. & d. c. quòd ſicut. de elec. & c. conſtitutis. le. j. de appella.

ARGVMENTVM.

Confirmatio an electionis defectum ſuppleat.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatus an fructus ſuos faciat.*
2 *Prælatus electus & confirmatus quando electio de iure naturali tenuit, an verus prælatus dicatur.*
3 *Electio tribus modis canonica dicitur.*
4 *Opponens admittitur poſt electionem & confirmationem, ſi edictum fraudulenter factũ fuerit.*
5 *Confirmatione electionis formæ defectus non ſuppletur.*
6 *Confirmatione ſuperioris electionis uitium non, niſi de poteſtatis principis plenitudine fieret, purgatur.*
7 *Certa ſcientia principis diſpenſationi æquipollet.*
8 *De certa principis ſcientia quando apparere dicatur.*
9 *Confirmatio Papæ de plenitudine poteſtatis iuris poſitiui defectũ ſupplere uidetur: defectũ uerò perſonæ minimè.*
10 *Electus confirmatus antequam conſecretur, Epiſcopus non dicitur.*
11 *Papæ electio ad omnes cardinales pertinet: conſecratio uerò ad ſolos cardinales Epiſcopos.*

Quæſtio DCCCCXXVII.

QVAERITVR an confirmatio ſuperioris ſupleat defectũ electionis inualidæ: & videretur dicendũ ꝗ ſic, hodie quando fuit facta confirmatio, cùm cauſę cognitione vocatis quorũ intereſt nominatim vel per edictum. cap. ſi. de electio. lib. vj. & pro hoc facit glo. in cap. dilectiſsimi. viij. queſtion. ij. quæ tenet, quòd ex quo electus fuit ſemel approbatus, non poteſt amplius reprobari. Sed in cõtrarium tenet glo. in c. cùm ſuper. de cauſ. poſſ. & proprie. quę tenet, quòd cõfirmatio nihil iuris cõfert, vbi electio canonica non fuit. allegat c. cùm dilecti. & cap. cùm inter. de electio. & iſtam partẽ etiã tenet glo. in cap. j. de poſtula. prælator. ſuper verbo,

irritum.& in cap.quam ſit.in fi.de election.libr.vj. quia quod à principio fuit nullum non conualeſcit ex poſt facto per confirmationem. Nec facit cõ
1 firmatus † fructus ſuos,niſi fuiſſet facta ſciẽter per illum,qui aliâs iure ſuo potuiſſet conferre. Inno.verò & Compoſt.in dict.cap. ꝙ ſicut.de electi.videntur diſtinguere an cõfirmatio fuerit facta cum cauſæ cognitione,vel ſine cauſæ cognitione.& vbi fuit facta cum cauſæ cognitione præiudicat quò ad præſentes, & quò ad abſentes non. veruntamen in caſu quo electio non tenuit tunc confirmatio ſequẽs operatur effectũ,vt teneant geſta electi.l.Barbarius
2 Philippus.ff.de offic.præto.Sed † an dicatur verus prælatus tunc:ſecundum Innocen.quando electio. tenuit de iure naturali: vt quia interuenit conſenſus eligentiũ & electi,licèt de iure poſitiuo non fuerit ſeruata forma:tamen confirmatio tribuit ius, &
3 diceretur verus prælatus: † quia electio poteſt dici canonica largè ſtrictè & ſtrictiùs. & cõmuniter doctores ſequuntur dictum Innocen.vt refert Panor.in dict.cap.quòd ſicut.licèt Panor.ibi tenuerit contra quando talis electio eſt inualida de iure poſitiuo, quòd confirmatio non tribuat ius.Et quòd ipſe nõ ſit verus prælatus,niſi facta ex certa ſciẽtia per habẽtem poteſtatem purgãdi omnem defectum. & pro hoc etiam allegat cap.ſi confirmationem.de electi. lib.vj.quãdo caſſatur cõfirmatio propter omiſſam iuris ſolẽnitatem:vel quia nõ habuit poteſtatẽ confirmãdi, non propterea irritatur electio:vt ibi habetur.& facit cap.ſi electio.eod.titul. vbi etiam in certis caſibus poteſtas eligendi deuoluitur ad eligentes.de hac materia etiam loquitur Panormita. poſt Innocen. in cap.olim.de dol.& contumac.& in capitul.cùm olim.de cauſ.poſſeſſ.& proprieta.vbi te-
4 net, † quòd poſt electionem & confirmationẽ quis admittitur ad ſe opponendum quãdo edictum fuit fraudulenter nimis acceleratum. Idem verò Panor. in dict.cap.cùm ſuper.in prima gloſſ.facit differentiam an confirmatio fuerit facta per Papam aut inferiorem:quia ſi per Papam ſcienter purgatur vitiũ: ſecus ſi per inferiorem.vide eundem Panormi. in c. nihil.de electi.vbi tractat plures quæſtiones in hac materia an poſt confirmationem poſsit obijci contra electum,& an debeat vocarij pars ſeu poni edictum, quando fit confirmatio in curia:& qui videtur tenere ꝙ non quando eſt beneficiũ reſeruatum, & an dictum capitulũ nihil in fine habeat locum.in poſtulatione quando eſt facta in concordia vt interim poſsit adminiſtrare ſicuti dicitur in electiõe cõcorditer facta,vide Archid.& Gemi.in cap. ſi cui. de electio.lib.vj. vbi tenet, ꝙ per confirmationem
5 non † ſuppletur defectus formę electiois. licèt ibi Gemini.diſtinguat quando confirmatio fit à Papa vel à inferiore:vide per Barto.in l.ſi conſtet.ff.de appella.vbi tenet,quòd per confirmationem non confirmatur electio inualida:niſi fieret ex certa ſciẽtia. & per illum qui poſſet dare.vide ibi per Alexan. in
6 additi.vide Bal.in l.nominationes.C.de appel.† ꝙ confirmatio ſuperioris non purgat vitiũ electionis, niſi faciat de plenitudine poteſtatis principis, de quo ibi latiùs per ipſum. & in c.ij.& c. examinata. de confirmatione vtili,vel inutili. de materia vide per glo.in pagmat.ſanction.titul.de electio. cap.ij. de elect.ſuper verbo,canonicas.vide etiam in tit.de pacifi.& an confirmatio tribuat coloratum titulũ & dicendum eſt quòd ſic:niſi fieret ab illo,qui non habet poteſtatẽ confirmandi.& per Ioan.de Imol. in c.cum noſtris.& cap.poſt electionẽ.de conceſsi. præben.ibi refert opiniones ad plenum tàm Imol. quàm Archidia. & cæter. & ibi inter cætera tenet quòd quando confirmatio eſt facta per Papam aut alium habentem poteſtatem, quòd tunc habent
7 ſupplere defectum electionis inualidæ: † quia tunc certa ſcientia principis æquipollet diſpẽſationi. allegat capit.veniens. de filijs presbyterorum & Panorm.in cap.nonnulli.de reſcript. & certas alias limitationes ibi ponit,vide quod habetur per Panormita.in cap.& ca.venerabilis.de confirma.vtil. vel inutil.quod dicitur apparere de certa ſcientia prin-
8 cipis † quando inſeritur tenor priuilegij, vel facti. ex quo poſsit perpendi ſcientia principis, licèt non inſeratur expreſsè illa clauſula,ex certa ſcientia. Et idem tenet Panormita. in dict. c.nonnulli. in c. ad hæc.de reſcript. licèt gloſſ. aliter voluerit dicere in c.ſtatutum.in princip.de reſcript.lib.vj.& in clemẽ. & ſi principalis.eod.titul.de quo per Bald.in titul. per quos fiat inueſtit.in princip.& in l.fi.C. ſenten. reſcind.non poſſ.& per Barto.& Alexan. de Imol.
9 in l.quod conſulebant.ff.de re iudic. † quando autem Papa confimat electionem,de plenitudine poteſtatis videtur ſupplere defectũ de iure poſitiuo: ſecus quò ad defectũ perſonę: ſecundum Spec.in tit. de lega.§.nunc oſtendendum.verſic.xviij.& per Panormi.in cap.de tranſlatio.& in ca. poſt electionẽ. de conceſſ.præben.& facit cap. ſi motu proprio. in materia ſua,de præbend.lib.vj.vide Panor.in cap.illa.de electi.quando Papa confirmat electionem de plenitudine poteſtatis & per Ioan. de Imol. & per Alex. Imol.cõſi.lxij.in ij.volu. Adde cap.j.de ordinatis ab Epiſcopo qui reſignauit vbi fit differentia quãdo Epiſcopus renũtiat ſimpliciter loco, & tũc ordines ſuſceptę ab ipſo tenent, quando eſt inuitatus ab aliquo Epiſcopo : ſi verò renuntiat loco & dignitati:tunc quò ad minores ordines poterit conferre:ſecus quò ad ſacros ordines: & licèt renuntiet dignitati Epiſcopali non tamen perdit totalem potentiam ordinãdi:quia ordinati ab ipſo recipiũt caracterem:ſecũdum Panor.ibi. Quid autẽ in dubio, an videatur renuntiaſſe loco & dignitati?& dicendum eſt,ꝙ ſolùm loco videatur renũtiaſſe:vide glo. in clemen.de pœn.ſuper verbo.quãuis pontificem. quę tenet,ꝙ pontifex qui renũtiauit loco non videtur gaudere illo priuilegio:ſed non eſt locus pœnę, vnde ſecundũ Card. Floren.ibi talis qui renũtiauit eſt Pontifex illius eccleſiæ.c.ad ſupplicationẽ.de renunti.& c.poſt tranſlationẽ.de tranſla.prælato.vi-
10 de glo.in dict.clem.j. ꝙ † electus confirmatus non dicitur Epiſcopus ante conſecrationem,& in clem. de for.cõpeten.& ele.de bapt.& in c.tua.de his qui fiunt à præla.. Adde quando electio non tenet nec conſecratio:ſecundũ Bald.in tit.qui feu.da. poſſ.§. marchio. Adde etiam Bald.in l.dirutis.C. de teſta. manumiſſ. ꝙ ſola coronatio vel palida non facit Regẽ vel Archiepiſco.ſed canonicorum cõſenſus, & ſolum ſignum non ponit in eſſe ſignatum, niſi præſumptum,& eſt argumentum, quòd conſecratio nõ facit Papã.ſi canonica electio non præceſſe-
11 rit:† quia eligere Papã pertinet ad oẽs Cardinales

Sed conſen

ſed conſecrare pertinet ad ſolos Cardinales Epiſcopos, nec participant duæ partes Cardinalium. Adde Baldum & Alexandrũ de Imol. in l. id quod apud hoſtes. ff. de legat. j. quòd Papa confert iſtos Epiſcopatus in terra Sarracenorum, vbi ſemel fuerunt eccleſiæ, & vocantur vulgariter Epiſcopi portatiui ſeu corepiſcopi. c. corepiſcopi. lxviij. diſtinct. c. quoniam. lxix. diſtinctio.

ARGVMENTVM.

Titulus coloratus poſsidendi an ſuperioris confirmatione tribuatur.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio ſuperioris colorati poſſidendi titulũ tribuit.*

Quæſtio DCCCCXXVIII.

QVAERITVR an confirmatio ſuperioris tribuat titulum coloratum poſsidendi? & videretur dicendum quòd ſic. ſecundum gloſſ. in c. cùm ſuper. de cauſa poſſeſsio. & proprieta. niſi vbi conſtaret patenter de inualiditate electionis: ſecundum Panormita. ibi, quia transferet. non fieret reſtitutio ex quo conſtat de defectu tituli: ſecundum Innocen. in cap. conſtitutus. de filijs presbytero. & per glo. in pragmatica ſanctio. de pacifi. poſſeſ. c. j. ſuper verbo, coloratum. & id econtrà quando electio eſt valida & confirmatio nulla. vide per Ioan. de Imol. in c. per literas. & in c. cùm noſtris. de con-
1 ceſsion. præbendæ. qui videtur tenere, † quòd confirmatio ſuperioris tribuit colorem poſsidendi, niſi ſit facta per non habentem poteſtatem de quo etiã per ipſum in c. ij. ne ſede vacante.

SVMMARIVM.

1 *Electio quid dicatur.*
2 *Electio tribus modis fieri poteſt.*
3 *Vota minoris partis ad maiorẽ partem deſcẽdere debent.*
4 *Electio ex votis minoris partis fieri non poteſt.*
5 *Electiones duæ quando uno cõtextu fiunt, illa praualet, quæ à maiori parte facta eſt.*

Quæſtio DCCCCXXIX.

1 QVAERITVR † quia electio dicitur alicuius perſonæ idoneæ ad dignitatem vocatio c. cùm in cunctis. de electio: ſecũdum Hoſtien.
2 in ſumma. eod. titul. §. j. † Et poteſt fieri tripliciter per vnam ſcripturam, cõpromiſſi & quaſi inſpirationi ſpiritusſancti. c. quia propter. de elect. de quo etiam per fratrẽ Antonium in ſumma tertia parte titulo. xix. c. ij. per totum. & §. tertio. de forma ſcrutinij. & ibidem quando facta publicatione ſcrutinij
3 apparent vota eſſe diuiſa, † & tunc illi de minori
4 parte poſſunt accedere ad maiorem partem: † quia ex votis minoris partis non poteſt ſequi electio, & nullũ ius eſt acquiſitũ nominato: ſecundũ Panormitan. in c. publicatio. de electio. & allegat gl. in c. cùm in iure de electio. & facit c. quòd ſicut. eodem titu. Vnde iſto caſu ſecundum Antonium in dict. §. iij. Si illi de minori parte acquieuerint ſurget vnus nomine omnium & eliget dicendo, ego talis voce mea & omnium electorum eligo talem. Si verò aliquis nõ acquieuerit: tunc dicet, ego talis voce mea & omnium aliorum qui mecum conſentiunt eligo talem. Et idem in effectu tenet in ſumma Bartolina author in ſumma Bartholina, aut aliàs Piſanell ſuper verbo, electio. ver. facta collatio. vbi poſt publicationem ſcrutinij decet fieri collatio numeri ad numerum zeli ad zelum, & meriti ad meritum: & tunc debet is in quem maior pars & ſanior capituli cõſenſerit: & maior pars dicet minori, cùm talis ſit eligendus, ſi placet vobis pſum communiter eligamus. & ſi conſenſerint: tunc is qui priorẽ vocem habuerat à capitulo ſurgens dicet, ego pro me & pro toto capitulo eligo talem, & omnes acceptabunt, quòd ſi minor pars vel non omnes conſenſerint, dicet, ego pro me & pro illis qui mecum conſentiunt eligo talem. Et iſto caſu quando ſit electio per vnũ nomine totius capituli per verba ſingularis numeri. iuxta c. ſicut. de electio. libr. vj. & c. cùm ab vno. eodem lib. de re iudi. tunc capitulum tacendo videtur habere ratum, nec eſt neceſſe, quòd appareat de alio mandato: ſecundum glo. in dict. c. ſicut. & Pa-
5 normitan. in d. c. quia propter. † Et iſto caſu quando concurrunt duæ electiones factæ eodem contextu à diuerſis electoribus: tunc electio quę eſt facta à maiori & ſaniori parte capituli eſt valida. d. c. quia propter. & hoc verũ niſi maior pars elegiſſet ſcienter indignum: quia tunc electio facta à minori parte capituli teneret: quia ad ipſas deuoluitur poteſtas capituli. c. dudum le prem. et. de electio. ſecundum Panormita. in dict. c. auditis.

ARGVMENTVM.

Electionis confirmatio ad quem pertineat.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio Abbatis ad Epiſcopum ſpectat.*
2 *Confirmatio exemptorum ad Papam pertinet.*

Quæſtio DCCCCXXX.

QVAERITVR ad quem ſpectet cõfirmatio electionis? Et in effectu pertinet ad proximum immediatum, niſi ſint exempti. c. cùm ad mo-
1 naſterium. de electione. & ibi etiam quòd † confirmatio Abbatis ſpectat ad Epiſcopum. c. ſi quis Epiſcoporum. xvj. quæſtio. v. c. nec baſilicæ. xvj. quæſt. vij. c. de zenodochi. de religio. domibus. c. dilectus. cum ibi notatis. de offic. ordina. quia Epiſcopus in eius diœceſi eſt fundatus de iure communi. c. cùm
2 ex iniuncto. de hæreticis. † Si verò eccleſia ſit exempta: tunc confirmatio ſpectat ad Papam. c. venerabilis. de electio. c. ſi Abbatem. de electio. lib. vj. vide per Hoſtien. in ſumma de electio. §. à quo confirmanda ſit electio. & per gloſſ. in pragmati. ſanctio. de electio. c. j. ſuper verb. pertinet. & ibi ad quẽ ſpectet confirmatio prioratus electiui de quo per Panormita. in c. monachi. de ſtatu monachorum.

ARGVMENTVM.

Electus an in eligentium numero computetur, & numerum augeat & perficiat.

SVMMARIVM.

1 *Papa computatur in numero & numerum ipſum auget.*
2 *Papa electioni de ſe factæ qualiter conſentire debeat.*
3 *Electus an in numero computetur, & an ab electiõe de alio facta reſilire poßit.*

Quæſtio DCCCCXXXI.

QVAERITVR an electus computetur in numero electorum, & an augeat numerum,

& perficiat? Et in effectu quãdo fit electio per viam compromissi, hoc acto, quòd possit eligi vnus ex compromissarijs aut de alijs: tunc electus computatur in numero, & perficit numerum. c. cùm in iure. & ibi per gloss. & Panormitan. de electione. & hoc verum nisi electus alteri cõsentijsset: secundum gl. ibi. si verò electio sit facta per viam scrutinij priuati seu secreti, iuxta formam c. quia propter. tunc nõ computatur in numero, nec perficit numerũ ante publicationẽ scrutinij: quia orietur ex se ipso additio, & posset nominari ambitiosus cùm in secreto quisque consentiat, nisi ex post facto post publicationem velit recedere à consensu alij præstito & cõsentire suæ electioni de se factę: secũdum Panormi. ibi, aliâs secus. c. cumana. de electio. cap. in scripturis. Si verò non sit necessaria forma dicti cap. quia propter. vt in minoribus beneficijs vbi ex singularibus consentibus resultat electio: secundum gloss. in c. sicut. de electio. lib. vj. vbi sit scrutinium palàm tunc electus computatur in numero, & consentiendo electioni de se factę habet augere numerum: sicuti etiam potest augeri per accessum: sicuti etiam
1 dicitur in electione Papæ, † vbi computatur in numero. c. licèt. de elect. Et isto casu talis electus qua-
2 liter debeat consentire. † Et dicendum est, ꝙ non debet dicere simpliciter eligo, vel colligo me, sed debet consentire: quia consentiendo auget numerum: secundum Panormita. in dict. c. cùm in iure. & in dict. c. Cumana. & ista faciunt bene ad materiã electionis dicti decanatus & ecclesiæ Viennensis: quia ex quo non est necessaria forma dicti c. quia propter. nõ fuit necessaria publicatio scrutinij: quia tales consensus eligẽtium in singulari habetur pro electione, ac si fuisset factũ scrutinium palàm. vide per glo. in c. licèt. de electio. qui tenet, quòd electus in Papam non computatur in numero, inter duas partes: de quo ibi per Panormitanum, qui facit
3 certam distinctionẽ super hoc. † Nam licèt aut sit electio per scrutinium priuatũ, & vox sua non computabitur in numero: quia non posset seipsum eligere, & tanquàm ambitiosus esset repellendus: sed si electio fuit facta per scrutinium publicum, ita ꝙ quilibet palàm exprimeret vocem suam: tunc vox electi cõputatur in numero. licèt Panor. ibi teneat siue electio fiat de Papa per scrutiniũ priuatũ, siue publicũ, ꝙ electus potest recedere ab electione, quã fecit de alio, & accedere ad electionẽ de se factam. & est speciale in Papa: quia admittitur variatio.

ARGVMENTVM.

Cõsensum præstare qualiter & qñ electus teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Electus in consensu præstando quomodò se habere debeat.*
2 *Sponsa statim tradi non debet.*

Quæstio DCCCCXXXII.

QVAERITVR quia post electionem debet presentari electio, electo, & infra certum tempus: iuxta c. quam sit. de elect. lib. vj. qualiter sit præstandus iste consensus, & quando? Et in effectu non debet præstari incontinenti vel ante publicationem scrutinij. c. cùm post. de electio. quia posset notari vitio ambitionis: vt ibi notat. & hoc verum in casibus in quibus est seruanda dispositio. c. quia propter. aliâs vbi non requireretur communis electio: iuxta notata per glo. in c. sicut. de electio. libr. vj. tunc posset probari consensus post electionem.
1 qualiter † autem debeat se habere electus quando præstat consensum electioni: vnde glo. in c. in scripturis. viij. q. j. quia non debet expresè consentire, nec expresè recusare: sed tepidè loquẽdo vti de fœmina: secundum gloss. ibi. & potest respondere nolens volo, sed vel volens nollo: secundum Panor. in d. c. cùm post. & idem est in consensu postulasti: secundum glo. in c. cupientes. §. deniquè. de electìon. libr. vj. & facit glo. in d. c. cùm post. de electio. quæ
2 tenet, † ꝙ non debet sponsa statim tradi vt carior sit dilecta. allegat c. institutum. xxvij. q. ij. & ibi gl. quæ allegat versum. Nam gratior est fructus, quẽ spes productior reddit. & ibi tenet ꝙ debet esse spatium duorum mensium alleg. c. ex publico. de conuersio. coniugat.

ARGVMENTVM.

De decreto quod post electionẽ & acceptationem præsentatur superiori.

SVMMARIVM.

A *Decretum quod superiori ut electus confirmetur quid continere debet.*
2 *Decretum an sit de substantia electionis.*

Quæstio DCCCCXXXIII.

QVAERITVR quia post electionem canonicam & consensum electi exhibitũ an sit decretũ electionis ad prẽsentãdum superiori: iuxta notata per dominũ de gratijs in tractatu de electio. Et honestiùs est, ꝙ præsentetur per aliquos de electoribus: vt habetur etiam in decreto electionis magistri Gulielmi de mãdagoto. c. xxxvj. tit. de decre.
1 electio. & an sine decreto valeat. † Et tale decretũ dicitur scriptura continens seriem seu formam ele-
2 ctionis & subscriptionis. † Et ibi an sit de substantia electionis, & an subscriptiones sint necessariæ, vel an sufficiat, ꝙ sigilletur sigillo capituli. & pariter debere præcedere electionem tractatus: secũdũ gloss. in cap. in nomine domini. xxiij. distinctio. c. in genesi. de elect. & presertim in electione Papæ: secundum Anto. in summa tertia parte. titul. xxj. c. ij. §. v. Adde c. innotuit. de elect. de forma istius decreti, & an sit de substantia & requiratur scriptura: vt ibi Panor. & per glo. & Præposi. in c. Episcopus. lxj. distin. & ibi, quid in postulatione: vide, c. cupientes. de elect. libr. vj. quòd mãdantur instructores, & per de Grassis. in tractatu electio. & an requiratur subscriptio in dict. c. Episcopus.

ARGVMENTVM.

Accessus in electione in qua vota diuisa sunt, vt numerus augeatur an fieri possit.

SVMMARIVM

1 *Accessio Cardinalium in Papæ electione fieri potest.*
2 *Accessioni non est locus in electionibus in quibus capituli pars maior sufficit, etiam si uota paria essent.*
3 *Accessus in monialium electionibus fieri potest.*

Quæstio DCCCCXXXIIII.

QVAERITVR an in electione Papę aut inferioris possit fieri accessus qñ sunt vota diuisa de vna electione ad aliam: ita, ꝙ augeant numerum? Et in effectu est speciale in Papa, quia durante scrutinio etiam publicato ex quo nemo repe-
1 ritur electus à duabus partibus, † possunt Cardinales accedere ad istum & augere numerũ eligẽtium etiam si esset electus ab vno solo, nisi iste nominatus à minori

tus à minori parte ſe geſſerit pro Papa: quia tunc
incurrit excõmunicationẽ. & alij non poſſunt acce
2 dere ad ipſum. c. licèt. de elect. & ibi Panor. † ſecus
in alijs electionibus, in quibus ſufficit maior pars
capituli: quia ſi fuerint factę plures electiones qua-
rum neutra eſt facta à maiori parte capituli: tunc
non poteſt fieri acceſſus de vna ad aliam. c. eccleſia
veſtra. le j. de electio. & idem ſi voces eſſent pares in
numero: quia non poteſt fieri acceſſus de vna ad a-
liam, ex quo à principio nõ tenuit: quia non firma-
tur tractu temporis per acceſſum: ſecundum glo. in
c. indemnitatibus. §. ſi qua verò à minori. de ele-
3 ctio. libr. vj. † Veruntamen in electiõe monialium
quando non reperitur electio facta à duabus parti-
bus, tunc poteſt fieri acceſſus etiam poſt publica-
tum ſcrutinium de minori parte ad maiorẽ, ſed non
econtrà. d. c. indemnitatibus. §. ſanè. attamen poſt
publicationẽ ſcrutinij: iuxta formã c. quia propter.
de electio. & c. publicatio. eod. tit. quando voces re-
periũtur æquales poſſunt electores variare vel ſi eſt
minor pars poteſt accedere ad maiorem: ſecundum
Panor. in d. c. publiatio.

ARGVMENTVM.

Electio an ſortè fieri poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Electio Papæ ſorte fieri prohibita.*
2 *Quæſtiones de iure ciuili ſorte decidi poſſunt.*

Quæſtio DCCCCXXXV.

QVAERITVR an electio fieri poſsit per
ſortem? & videtur dicendum ꝙ ſic, ſicuti de
Mathia dicitur. c. clericis. xxj. diſt. & ſors non eſt ali
quid mali. xxvj. q. ij. c. ſors. Sed hodie ceſſat c. fin. de
ſortilegijs: quia illud de Mathia fuit factũ diuina
inſpiratione: ſecundum glo. ibi. c. nõ exemplo. & c.
1 non ſtantibus. xxviij. q. ij. † etiam in electiõe Papę
prohibetur fieri per ſortẽ: ſecundum Bald. in l. fi. C.
2 communia delega. † licèt de iure ciuili quæſtio iu-
ris poſsit decidi ſorte: ſecũdum glo. in l. j. C. vti poſ-
ſid. & per Bart. in l. ſi duo. in prin. ff. eod. tit. facit l. in
tribus. cùm l. ſequenti. ff. de iudic.

ARGVMENTVM.

De electione Romani Pontificis.

SVMMARIVM.

1 *Pontifices Romani antiquitùs ab imperatoribus aut elige bantur, aut eorum ſuffragijs creabantur.*
2 *Papam hodie qui eligant.*
3 *In Papæ electione forma nulla tradita.*
4 *Conſilij generalis diſpoſitioni ſede uacante per depoſitionem Papæ electio relinquitur.*
5 *Electo à duabus partibus abſq; cõfirmatiõe ius quæritur.*
6 *Pontificatus ſeu imperij ortus à die coronationis initium ſinuit.*
7 *Cardinales qui longè diſtant à loco quo fienda eſt electio quo tempore expectantur.*
8 *Cardinalium collegium Papali poteſtate ſede uacante: uti non poteſt.*
9 *Chriſtus eſt ſponſus, rector, paſtor & caput eccleſiæ.*
10 *Cardinales ſede uacante ut electio à maiore parte facta ualeat, ſtatuere poſſunt.*
11 *Eccleſia ſancti Petri Romæ, caput eſt eccleſiæ.*
12 *Teſtes qui requirantur ad eccleſiæ prælatos conuincendos.*
13 *Canon. Præſul. ij. quæſtio. iiij. intellectus.*
14 *Epiſcoporum degradatio ad ſolum Papam ſpectat.*
15 *Cardinales ſi à conclaui recedant uno remanente, quòd eligendi poteſtas in illo ſolo remaneat.*
16 *Iuramentum Papæ ante quàm eligeretur, quòd Cardinalium nutu Papatui ſe abdicaret, non ualet.*

Quæſtio DCCCCXXXVI.

QVAERITVR de forma electionis Ro-
mani pontificis vbi verſatur maius periculũ:
& ideò pleniùs cõſulendum. c. vbi periculũ. de elec
1 lib. vj. † Et antiquitùs ſpectabat electio ad Impera
torẽ aut ſaltẽ expectatur eius cõſenſus. c. verũ. & c.
in nomine dñi. lxiij. diſt. & c. ſi quis Papa. lxxix. di-
2 ſtin. † tamen hodie ſpectat ad Cardinales. c. in no-
mine dñi. xxiij. diſt. & licèt Epiſcopi Cardinales ha
beãt alijs pręrogatiuã: quia priùs tractabãt de ele-
ctione, & poſteà vocabãt Cardinales presbyteros,
& dyaconos: tamen hodie de cõſuetudine Cardina
les ſunt omnes pares quò ad electionẽ Papę: ſecun-
3 dum Panor. in c. licèt. de elect. † Nec eſt tradita ali
qua certa forma in electione Papę dummodò con-
ſentiãt duæ partes: vt ibi habetur, & poſteà eligere
per ſcrutiniũ ſecretũ, vel publicũ, vel per cõpromiſ-
ſum. Et pręmiſſa procedunt quãdo eccleſia Roma
4 na vacat per obitum Papę: ſecus ſi vacaret † per de
poſitionẽ Papę in cõſilio generali: quia tunc expe-
ctaret electio ad cõſiliũ generale. de quo ibi per Pa
nor. & ibi ponũtur plura ſpecialia in huiuſmodi ele
5 ctione, & maximè † quia ex ſola electione facta à
duabus partibus acquiritur ius electo abſq; alia cõ
firmatione: ſecus in electionibus inferioris. c. poſt-
quàm. c. qualiter. de elect. licèt de cõſuetudine intro
mitetur conſentire & coronetur. d. c. in nomine dñi.
6 Et dies † coronationis dicitur ortus pontificatus,
ſeu Imperij. & ab illo die. & incipit data pontifica-
tus, ſecũdum gl. ſuper data vj. & pariter non admit
titur aliqua exceptio contra electũ à duabus parti-
bus: niſi in caſu hæreſis: ſecũdum gl. in d. c. licèt. de
quo ibi latiùs per Panor. & hodie eſt in aliquibus
additio per d. c. vbi periculũ. & inter cętera, ꝙ ho-
die Cardinales pręſentes tenẽtur expectare abſen-
tes per x. dies, quibus elapſis ſiue abſentes veniant,
ſiue nõ, omnes Cardinales pręſentes debẽt cõueni-
re in palatio, in quo inhabitabat idẽ Pontifex in ci
uitate in qua deceſsit & ibi intrare cõclaue, quibus
cũ vno ſeruitore, & aliâs prout ibi declarat, & eſt
ſpeciale in electione Papę ꝙ nõ vocãtur abſentes,
7 licèt expectẽtur. ſed quid † ſi quidã Cardinales ſint
abſentes, & ita remoti, ꝙ nõ poſſent venire infra x.
dies ad locũ vbi debet celebrari electio, an poterit
ſtatim fieri electio, an verò debeat expectari tẽpus
x. dierũ: & glo. ibi ſuper verb. decẽ diebus. tenet, ꝙ
debet expectari tale tẽpus: quia beneficiũ iuris mi-
nimè eſt auferendũ. c. indultũ. de regu. iur. lib. vj. &
quia etiã abſentes poſſent vti fœlici dupplomate. l.
cõtinuus. §. ꝙ cũ ita. circa fi. ff. de verb. obli. & fortè
ſecũdum gl. in d. c. vbi periculũ. Cardinales abſen-
tes audientes verba de infirmitate vel alia iuſta cau
ſa iam inceperat venire. & pariter eſt additũ, ꝙ pen
dente huiuſmodi negotio electionis Cardinales ni
hil accipiant de camera, nec de alijs obuẽtio ibi: vt
ibi in verſ. prouiſionis: † quia collegiũ Cardinaliũ
ſede vacãte nõ poteſt vti papali poteſtate: quia ec-
cleſia non dicitur viduata, cũ remaneat in Chriſto:
ſecũdum gl. ibi, ſuper verbo, intromittunt, & in c. j.
de ſciſmatic. libro vj. & in clement. ne Romani. de
electio. ſuper verbo, non cõſonant. & licèt collegia

inferioris vacante ſede poſſint exercere iuriſdictio
nem: ſecus in cœtu ſeu collegio Cardinaliũ, vt acce
leretur electio. Nec obſtat quòd non ſit veriſimile
filium Dei voluiſſe mortuo Papa gregem fidelium
eſſe ſine paſtore, vel eccleſiam ſine ſponſo: quia ad
9 iſtud reſpondetur ſecundum glo. ibi, † quòd ſpon-
ſus rector & paſtor eſt Chriſtus, & caput eccleſiæ,
& eccleſia eſt ipſius corpus. vide c.j. verſic. ſed vbi.
de ſacra vncti. & clemen. j. de iureiuran. in princip.
quòd Chriſtus eſt caput eccleſię, & Romanus pon
tifex eius vicarius. & ibi glo. quæ tenet, quòd Papa
non dicitur vicarius Petri niſi impropriè inquan-
tum eſt eius ſucceſſor, & Chriſtus eſt fundamẽtum
eccleſiæ militantis. c. fundamenta. de electio. lib. vj.
& Papa dicitur vicarius Dei. dict. c. fundamenta. §.
decet. vide Speculato. in titu. de leg. j. §. nunc oſten-
dendum. verſi. lxxxix. quòd Papa eſt vicarius Chri-
ſti vicem non puri hominis: ſed veri Dei gerens in
terris. licèt ergo deficiat vicarius, non deficiet prin-
cipalis: quoniam vicarius ſolùm Petro & ſucceſſo-
ribus appellatione datus fuit. abſurdum enim eſſet
dicere, quòd cœtus Cardinalium haberet vicariam
Chriſti: quia tunc non eſſet neceſſarium Papam eli
gi, nec poteſt etiam cœtus Cardinalium creare Car
dinalem, licèt tunc poſſunt creare & eligere Papã.
& eſt ſpeciale etiam in electione Papæ, vt aduerſus
eligentes non habeat obſtare exceptio excommu-
nicationis. dicta clemen. ne Romani. §. cæterum. &
licèt cœtus Cardinalium nõ ſuccedat in poteſtate,
10 vel iuriſdictione Papæ: † tamen poteſt ordinare, ꝙ
electio à maiori parte teneat, eſto quòd nõ ſit facta
à duabus partibus Cardinalium: ſecũdum gl. ibi, ſu
per ver. reprobamus. & ſequitur Panor. in d. c. licèt.
11 Adde quòd † eccleſia ſancti Petri Romæ dicitur
caput eccleſiæ: ſecundum gloſſ. in c. futuram. xij. q.
j. licèt ſecundum Cardinalem Florentin. in clem. ne
Romani. §. irritum. de elect. cõmuniter teneatur,
ꝙ eccleſia ſancti Ioannis laterani Romæ ſit princi
palis eccleſia. Adde c. præſul. ij. quæſtio. iiij. vbi Epi
12 ſcopus † Cardinalis non damnatur, niſi cum lxxij.
teſtib. presbyter autẽ cardinalis cum lxiiij. teſtibus
deponetur: dyaconus verò Cardinalis cũ xxvij. teſti
bus ſubdiaconus, accolitus, exorciſta, lector, hoſtia
rius cum vij. teſtibus, licèt contra Papam ſufficiant
duo teſtes: ſecundum gloſſ. ibi. vide glo. in c. non po
teſt. de re iudic. de numero Epiſcoporum ad degra-
dandum presbyterum, vel dyaconum, vide etiã per
Aluaro. in c. j. Epiſcopum vel Abbatem. feud. dare
poſſ. quòd debeãt eſſe Cardinales Epiſcopi presby-
teri vel dyaconi. & per gloſ. in pragmatica ſanctio.
in titu. vide Panormit. in c. licèt. le primo. de teſtib.
13 qui refert Hoſtien. & Ioan. And. tenere, † quòd di
ctum c. Præſul. loquitur in teſtibus non integris, a-
liàs ſufficerent duo teſtes integri: vel loquitur de ri
gore iuris, qui ſeruandus non eſt. vide glo. in c. plu-
ralis locutio. de regu. iur. libr. vj. vide c. fin. ij. quæſt.
iiij. quòd in degradatione Epiſcopi requirũtur xij.
14 Epiſcopi: & † ad ſolum Papam ſpectat niſi cõmit-
tat. vide c. ſi quis laicus. xxij. quæſtio. v. quando Epi
ſcopus vel alius clericus committit cõſpirationem
contra principem, quòd degradatur. licèt ſecũdum
Archidiaconum ibi ſit palea, & non gloſſatur. vide
Panormitanum in cap. at ſi clerici. in principio. de
iudi. circa finem. vide gloſſam in c. filijs. xvj. quòd
delictum patris non nocet filio in beneficio. Adde
15 quando † Cardinales recedunt à conclaui ante ele
ctionẽ remanet poteſtas in vno, qui remanet in cõ-
claui: ſecundum gloſſam in clemen. ne Romani. §.
porrò. de elect. an autẽ aliquo caſu electio Roma-
ni Pontificis ſpectet ad cõciliũ vniuerſale, vide per
Panormitanum in diſputatione prima incipiente
Epiſcopus in v. dubio. & de modo conuocandi con
cilium generale vide in pragmatica ſanctio. conuo
ca concil. c. j. an Papa ſit ſuprà concilium in cap. ſi-
gnificaſti. de elect. & Rom. conſ. cccccxxiij. & ſeq.
16 Adde † quando Papa iurat antequàm eligeretur
renuntiare ad beneplacitũ Cardinalium Papatum,
quòd non tenet tale iuramentum: quia eſt contra
libertatem, niſi fortè teneret ad cedendum ſciſma
propter periculum: ſecundum Baldum in cap. vene
rabilem. de election. Philip. Franc. in c. j. de renun-
tiatio. libr. vj. vide cap. vbi periculum. §. cęterum. de
election. libr. vj. vbi caſſantur pactiones factæ tem-
pore electionis Papæ etiam cùm iuramento, de quo
etiam habe per Antonium de Butrio in capitu. j. de
conſtitutio. & per Barba. conſilio j. in xj. volumine.
Adde Archidiaconum Præpoſitum & Geminian.
in capitu. ſi tranſitus. lxxix. diſtinct. an duæ partes
Cardinalium poſſint eligere non expectatis abſen
tibus, & an poſſint renuntiare diſpoſitioni capitu.
licèt. de electione. & ſi electio Papæ poſſit fieri per
compromiſſum.

ARGVMENTVM.

Si duo in Papam eligantur, qui inter ſe de papatu contendant, quòd de electionis validitate cõcilium generale cognoſcet.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium cœtus concilium generale conuocare poteſt, ſi papatus in diſcrimen inter duos electos uertatur.*
2 *Conſilium generale quibus in caſibus eſt ſuprà Papam.*

Quæſtio DCCCCXXXVII.

QVAERITVR data diſcordia duorũ ele-
ctorum, quis cognoſcet de validitate electio
nis Papæ? Et in effectu dicendum eſt, quòd conſi-
lium generale. cap. ſi duo. lxxix. diſtinctione. Et iſto
caſu licèt regulariter congregatio conſilij ſpectet
1 ad Papam. cap. multis. xvij. diſtinctio. † tamen iſto
caſu ſpectatur ad cœtum Cardinalium: ſecundum
Hugo. & Archidiaconum in dicto capitu. ſi duo. &
qualiter debeat congregari conſilium: habetur in
pragmatica ſanctione. in titulo de authoritate &
poteſtate ſacrorum generalium conſiliorum, & ibi
per gloſſam ſuper verbo, Pontifex. & ſuper verbo,
defectum. & qualiter conſilium generale non eſt ſu
pra Papam, ſed econtrà. Nec poteſt ſtatuere contra
conſtitutionem Papæ. & in omnibus cenſetur reſer
uata authoritas Papæ. capitu. ſignificaſti. de electio
ne. & ibi per Ioannem Andræam & Panormitan.
quia inferior non poteſt tollere legem ſuperioris di
cta clementin. Ne Romani. de election. capit. cùm
2 inferior. de maioritate & obedientia. † Et hoc niſi
in caſu hæreſis, vbi cõſilium generale eſt ſuprà Pa-
pam. cap. ſi Papa. xl. diſtinctio. vel quando ex facto
Papæ ſcandalizaretur vniuerſalis ſtatus eccleſiæ:
ſecundum Innocen. in ca. v. de conſuedi. & per glo.
in dict. c.

in dict.cap.ſi Papa.licèt ſanctus Thomas in iiij. diſtinctio.xix.&communiter theologi teneant,quòd Papa excepto crimine hæreſis non poſsit de aliquo crimine accuſari: quia nõ habet ſuperiorem à quo iudicetur.dict.cap.ſi Papa.cap.aliorum.& capit.nemo.ij.quæſtio.vij.& licèt non ſit obtemperandum Papæ contra vniuerſalem ſtatum eccleſiæ, non tamen propter hoc eſt deponendus:ſecundum Prępoſitum,in dict.ca.ſi Papa.de quo etiam per gloſſ. & docto.in capit.literas.de reſtitu.ſpoliatorũ.Veruntamen vbi Papa eſt paratus ſe corrigi: non habet obſtare exceptio hæreſis:ſecundum gloſſ.in capit. nunc autem.xxj.diſtinct.ſecundum Præpoſit.in ca. quo iure.viij.diſtinct. vel quando Papa coactè fecerat hæreſim:ſecundum gloſſ.in cap.nunc autem. vt in ſancto Marcellino. Adde c. nunc autẽ.xxj.diſtinctio.ibi tuo ore iudica cauſam tuam. & in fine prima ſedes non iudicabitur à quoquam,& ibi ponitur hiſtoria Papæ Marcellini, qui ſe depoſuit. & per Flo.ibi quod excõmunicauit quicũquè eum ſepeliet,licèt Deus recludat,& fuit ſepultus poſt per xxx.dies, vide j.quæſtio.xxv. Adde Hoſtien. quem refert Panormita. in cap.propoſuit.de conceſ. præbend.quòd Papa nõ poteſt ab alio accuſari, vel cõdẽnari,niſi in caſu hæreſis,poteſt tamen amoneri,ſi iacet in peccato.de quo.per gloſſ.in capit. qui peccauerit.ij.quæſt.j.& in caſu hæreſis, vel quando ſcãdalizatur vniuerſalis eccleſia.conciliũ erit iudex:ſecundum gloſſ.in cap. Anaſtaſius. xix.diſtinctio. & in dict.cap.ſi duo.lxxix.diſtinctio.& in capit.ſi Papa.xl.diſtinctio.

ARGVMENTVM.

Papa electus per ſeditionem,ſymoniam& ingeniũ an recipiendus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Papæ non opponendũ eum de Cardinalium collegio nõ eſſe, neque eum laicum uxoratum eſſe.*
2 *Chriſtus & Papa unum conſiſtorium faciunt.*
3 *Fieri per ſeditionem præſumptionem uel ingenium quomodo intelligatur.*
4 *Papa an de ſymonia accuſari poſſit.*
5 *Quid ſi Papa per metum & uiolentiam factus ſit?*
6 *Sciſma inter Vrbanum VI.& Clementem VII.*
7 *Electio facta per compulſionem in certam perſonam eſt ipſo iure nulla.*
8 *Cardinales an meliorem eligere teneantur.*
9 *Electio Papæ & Cardinalium promotio cũ omni libertate fieri debent.*
10 *Dans pecuniam ut in Papam uel Imperatorem eligatur ſecundum ſymoniam committit,ſed in legem Iuliam ambitus incidit.*

Quæſtio DCCCXXXVIII.

QVAERITVR quando aliquis eſt electus à duabus partibus Cardinalium per ſeditionem præſumptionem, vel quodlibet ingeniũ, an debeat recipi pro Papa? Et videtur dicendum quòd ſic.dict.capit.licèt.de electio.vbi debet reputari ab vniuerſali eccleſia Romanus Pontifex abſque nulla exceptione,niſi in caſu hęreſis:ſecũdum
1 glo.ibi.† & ſic non poteſt opponi ſi eligatur, quòd nõ ſit de collegio Cardinalium, vel quòd ſit laicus vxoratus vel monachus:ſecundum gloſſ.in capit.ſi quis pœnitentiam.lxxix.diſtinctio.quia non habet
2 Papa ſuperiorem.dict.capit.licèt.in fine. † & Papa & Chriſtus faciunt vnum cõſiſtorium:ſecundũ Hoſtien.in cap.quanto.de tranſlatione prælatorum.& Panormita.in dict.capit.licèt. Veruntamen textus in cap.in nomine domini.xxiij.diſtinct. innuit cõtrarium.&quòd hodie non ſit correctus ille textus; ſecundum Hoſtien. adeò quòd talis ſe ingerẽs pro Papa cum eius fautoribus eſt excommunicatus.
3 & † intelligitur per ſeditionem,ideſt per violentiã, vel oppreſsionem:& per præſumptionem, ideſt,per ambitionem promouendi:& per ingenium, ideſt per fraudem,calliditatem & dolũ. Quid autẽ quã-
4 do Papa promouetur per ſymoniam, † an poſsit accuſari de ſymonia? Et dicendum eſt quòd non: ſecundum gloſſ.in dict. capit. ſi quis pecunia. lxxix. diſtinct. de pœna autem promoti per ſymoniam: de per gloſſ.in pragmatica ſanctio.in tit.de electio. cap.j.ſuper verbo, perpetuò.& etiam ibi de electio-
5 ne facta per metum,ſuper verbo,liberè.† Quid autem quando Papa eſt electus per violentiã, impreſſionem, aut metum,an ſit ipſo iure nulla? Et videretur dicendum quòd ſic.cap.vbi periculum.§.cæterum.de electio.libr.vj.vbi dicitur,quòd ceſſatur electio,dum libertas adimitur eligendi:quia iſto caſu debet fieri electio de idoneo, licèt non admittatur exceptio ſi eligatur laicus illiteratus vxoratus. de quo per gloſſ.ibi,ſuper verbo,idoneo.veruntamen Innocen.in capitu.quod ſic.de electio.tenet,quòd electio facta per impreſsionem valet,licèt ſit caſſanda:vnde ſecundum Panormit.in dict.cap.licèt. fuit
6 maxima contentio tempore ſciſmatis:in † electione vrbani. VI.ac etiam Clementis VII.quia Cardinales qui elegerant vrbanum, dicebant quod fecerãt per impreſsionem Romanorum, & ideò recedentes elegerunt in ciuitate Fundeñ Clementem VI.de qua materia plenè tractat Bald.in rubric.C. ſi quis aliquem teſta.prohib.vnde ſecundum Panormita.
7 in dict.cap.licèt.poſſet diſtingui ſuper hoc † quòd aut electores compelluntur eligere certam perſonam,& tunc electio eſt ipſo iure nulla:aut compelluntur eligere aliquem de certo numero perſonarum:& tunc teneret electio. de quo ibi pleniùs per ipſum: vide de materia per fratrem Antho. in ſumma,tertia parte tit.xxj.capit. ij.§.iij.an mortuo Papa poteſtas eius remaneat in collegio Cardinaliũ. & §.ſequenti,& ibi allegat Auguſti.de Ancho. in
8 tractatu de poteſtate eccleſiæ.& in §.viij. † an Cardinales teneantur eligere meliorem, & an Theolo-
9 gus debeat præferri iuriſtæ vel ecõtra. Adde † quòd electio Papæ & promotio Cardinalium debeat fieri in omni libertate & debet ceſſare omnis metus. c. fundamẽta.§.videlicèt.de elect.lib. vj. Adde Io. Adr.in nouella.in c.pro humanani.de homi.lib.vj.
10 quòd † quando datur pecunia pro Papatu, vel Imperio ante electionem,eſt ſymonia,& quis incidit in legem Iuliam ambitus: ſecus poſt electionem. l.j.ff.ad legem Iuliam,ambi.vide glo.Panor.& Felin.in capit.ex parte.le j.de offic. delegat. & in cap. cùm pridem.de pact.& in cap.de ſymo.in ca.ſaluator.cap.ex multis.j.q.iij.nam omnis poteſtas procedit à Deo.dict.cap.per humanani.vide Bartol. in l. Barbarius.Phili.ff.de offi.præto.Ang.in d.l.j.C.ad legem Iuliam.de ambi.& in capitul. ſi Papa xl. di-

ſtinctio.& per gloſſ.in cap.tua.de ætate & qualita. & in dict.capitu.ſi quis pecuniam.lxxix.diſtinctio.

ARGVMENTVM.

Populus hodie neque legem condere, neque Imperatoriam poteſtatem reuocare poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Papæ authoritatem quotquot ſunt eccleſiæ remouere non poſſunt.*

Quæſtio DCCCCXXXIX.

QVAERITVR circa electionem Regis Romanorum ſeu Imperatoris, an populus hodie poſsit condere legem & reuocare poteſtatem Imperatoris, & ipſum degradare. gloſſ.in capitu.lex.ij.diſtinctio.refert duas opiniones. Prima quòd non hodie, cùm tranſtulerint eius poteſtatem in imperatorẽ.§.ſed quod principi.inſtituta de iure naturali gen.& ciuil. Alia opinio, quòd hodie poſsit ſtatuere & exponitur illud verbum, tranſtulit, ideſt, conceſsit. & ſic iudex qui delegat poteſt reuocare delegationes.l.iudicium.ff.de iudi.ita & po-
1 pulus.ſecus in Papa, † quia omnes eccleſiæ mundi non poſſent ſibi remouere authoritatem: quia habet à ſolo Deo:ſecundum Archid.in dict.capit.lex.ſed gloſſ.in l.fin.C.de legib.& in l.non ambigitur. ff.eodem titu.tenet, quòd hodie populus non poſſit condere legem.de quo per Barto.& Bald.ibi, vide gloſſ.in cap.j.& de inueſti. inter domi. & vaſal. quę tenet, quòd hodie populus poſsit degradare Imperatorem:ſed Præpoſitus in dict.cap.lex.tenet cõtrarium:quia ſpectat ad ſolum Papam. Adde Bald. in l. ex hoc iure.ff.de iuſti.& iure, quòd licèt regna deferãtur ex ſucceſsionibus:tñ deficiẽte ſucceſſore populus poteſt eligere.& iſtud facit pro congregationibus trium ſtatum regni Franciæ, & Delphinalis & maximè quando populus eſt liber, & non recognoſcit ſuperiorem: vt in Venetis, & alijs communitatibus Italiæ:iuxta notata per Bartol.in l. infamem.ff.de publi.iudic.& in l.hoſpes.ff.de capti. & poſtli.reuerſ. vide cap.fundamentũ. Adde etiã.Bartol.in l.fina.C.de leg.quòd hodie populus Romanus non poteſt reuocare poteſtatem Imperatoris, nec ipſum deponere:ſed pertinet ad ſolum Papam, etiam ſi Imperator ſit inhabilis, aut mente captus non poteſt populus dare quoadiutorem: ſed ſpectat ad Papam:ſecundum Baldũ in l.non ambigitur.ff de legib.& licèt hodie Romæ non ſit, niſi vnus ſenator, quem ponit Papa: tamen non habet poteſtatem condendi legem:ſicuti antiquitùs ſenatus cẽtum ſenatorum:ſecundum Baldum ibi & per Paulum de Caſtro.

ARGVMENTVM.

De electionę Regis Romanorum vt Imperator fiat

SVMMARIVM.

1 *Electores Imperij qui & quot ſint.*
2 *Imperator ut eligatur tempus nullum certum ſtatutum.*
3 *Imperatorem electum Papa adprobat.*
4 *Imperator à Papa (cui fidelitatem præſtat) inungitur, & Imperij Romani diademate donatur.*
5 *Imperator quale iuramentum præſtat antequàm Italiam ingrediatur.*
6 *Rex Romanorum triplici corona coronatur.*
7 *Rex Roma.antequàm coronetur magno ſigillo utitur, poſt verò bulla aurea.*
8 *Rex Roma.adminiſtrare non, niſi per Papam electione approbata, poteſt. & num. 9.*
10 *Imperator unde aſſumendus.*

Quæſtio DCCCCL.

QVAERITVR ſuper electione Regis Romanorum in Imperatorem poſtmodum promouẽdum: quia antequàm fuerit approbatus per ſedem appoſtolicam conſecratus, & coronatus vocatur Rex Romanorum.ca.venerabilem.de electio.cap.innouamus.de cenſi.cap. ſuper quibuſdã. § præterea.de verb.ſign. cle.j. Romani.de iu.iur. Et in effectu electio Imperij ſeu Imperatoris, prout vtitur textus in capit.appoſtolicę.de re iudica.libr. vj. circa finem, vbi fit mentio de electione Imperatoris:& ſecundum gloſſ.illi ad quos pertinet electio
1 ſunt in Alamania:videlicèt † Archiepiſcopus Magõtinus Colonieñ, & Treuereñ.& quatuor laici ſcilicet Comes Reni, Dux Saxonię Marchio Brãdaburgieñ.& Rex Boemiæ olim Dux. & ſecundum glo. ibi ſuper verbo, illi. Papa vacante Imperio nõ poſſet principes electione priuare, & per ſe eligere dũmodo ipſi velint eligere: ſecus ſi non vellent eligere, vel concordare non poſſent. dict.cap. venerabi-
2 lem.nec eſt † ſtatutum à iure certum tempus ad eligendũ Imperatorẽ, niſi prius Papa illos admoneat: ſecus in electionibus prelatorum.cap.ne pro defectu.de electio. & facta electione debet præſentari decretum electionis ex parte principum electorum tàm eccleſiaſticorum quàm ſecularium Romano
3 Pontifici, † ad quem ſpectat perſonæ approbatio & inquiſitio.& reperta perſona idonea debet approbare, denunciare & declarare Regem Romanorum, & ipſum eſſe ſufficientem ad ſuſcipiendum
4 Imperialis celſitudinis dignitatem: & per manus Papæ accipiẽdi vnctionem conſecrationem, & Romani Imperij diadema.dict. clement. Romani. §. nos itaque.& debent deſtimari nuncios habentes plenum & ſpeciale mandatũ ad præſtandum in animam ſuam iuramentum fidelitatis Romano Pontifici:iuxta formam ca.iij.domino.lxiiij.diſtinctio. & poſtmodùm etiã tempore conſecrationis & coronationis tempore præſtat aliud iuramentum deſeri-
5 ptum in libro pontificiali, † & pariter pæſtat aliud iuramentum antequàm ingrediatur Italiam tactis ſacro ſanctis euangelijs.dict.clementi. Romani. §. porrò.& ibi per gloſſ.ſuper verbo, tactis.quòd licèt Epiſcopi in teſtimonium, aut iuramento calumniæ non iurent tactis ſcripturis: ſecus eſt in iuramento fidelitatis.cap.ego.de iure iurand, & pariter habet iurare de ſeruando priuilegia conceſſa per prædeceſſores ſuos:& ſignanter per Conſtantinum Imperatorem de donatione facta Romanæ eccleſiæ: de qua habetur in capitu.fundamenta.de electio.libr. vi.& eſt ſciendum ſecundum gloſſ. in dict.clemen.
6 Romani.ſuper verbo, veſtigijs. † quod Rex Romanorũ coronatur triplici corona, videlicet ferrea argentea & aurea:prout ibi pleniùs habetur. & pariter ſuper verbo, Reges Romanos.quòd Rex Romanorum poteſt cõcedere priuilegia antequàm ſit coronatus:& quòd ſi ſint duo Imperatores electi, quòd vtraque

quòd vterque adminiſtrat, donec per Papam alterius electio fuerit approbata, aut reprobata. de quo articulo habetur latè per Cyn. & Salicet. in l. bene à zenone. C. de quadri. præſcrip. vide etiam gloſ. in dict. clementi. Romani. ſuper verbo, Conſtantinū. quæ tractat de donatione facta per dictum Imperatorem Conſtantinum eccleſiæ Romanæ. & pariter ſuper verbo, aurea bulla. † quòd Rex Romanorū antequàm coronetur, vtitur magno ſigillo: ſed poſt coronationem vtitur bulla aurea: vnde de materia etiam per Auguſtinum de Ancona, in tracta. de poteſtate eccleſiaſtica, quæſtio. xxxv. vſque ad xlvj. de electione Imperatoris confirmatiōe. & qualiter Imperium fuit trāſlatum in Germanos ſeu Theutonicos. & de donatione Conſtantini, & de pluribus alijs quæſtionibus facientibus ad materiā Im-
8 peratoris. Adde, † quòd antequàm Rex Romanorum adminiſtret, requiritur quòd eius electio ſit approbata per Papam: iuxta clementi. Romani. de iure iurand. ſecundum Bart. in extrauaganti de repe. ſuper verbo, Reges. & pariter debet recipere coronam in Roma veteri, nec poſſet Papa alibi mittere, ſed in Alamania. §. ad hoc. verſ. vt authen. de pa. iuramen. firmand. & ibi Bald. Præpoſi. Aluaro. de quo in capit. j. qui dica. Dux Co. licèt textus in cle. Romani. §. nos. verſic. poſtquàm. vti Papa cōmiſit certis Cardinalibus conſecrationem Imperatoris: vide glo. ſuper verbo, veſtigijs, quòd Imperator accipit tertiam coronam videlicet auri à Papa, in eccleſia ſancti Petri in altari ſancti Mauricij. Adde Barto. in l. j. in princip. ff. ſi quis teſta. liber. eſſe. iuſ. fue. quòd præfectus in vrbe coronat Imperatorem: & Imperator ſoluit eius debita, dum tamen nō ſint contracta in fraudem. de quo etiam per Io. de Plat. in rubric. C. de præfecti eius dignitate. lib. xij. Adde
6 quòd † Rex Romanorum adminiſtret, poſt electionem & coronationem: iuxta nota. in l. bene à zenone. C. de quadrien. præſcrip. & per gloſſ. in clemēti. Romani. §. porrò. de iure iurand. ſecus in alijs Regibus: quia non adminiſtrant ante coronationem: ſecundum Cardina Floria. conſil. cxxxvij. quid in Papa: vide gloſſ. in data vj. & in capitu. licèt de electio. quia per ſolam electionem Papæ à duabus partibus factā quæritur ius adminiſtrādi. Adde tñ Salic. idem l. bene à zenone. C. de quadr. præſcrip. ꝙ Rex Romanorum non debet adminiſtrare antequàm fuerit approbatus & confirmatus per Papā, & pro hoc facit cle. Romani. de iure iuran. licèt gl. ibi, ſuper verbo, priuilegia videtur ſentire, quòd facta electione Rex Romanorum incontinenti poſ-
10 ſit adminiſtrare. Adde, † quòd Imperator debet eligi de natione Theutonicorum excepto Rege Frāciæ qui etiam poteſt eligi Imperator propter Karolum magum: ſecundum Bald. in cap. venerabilem. de electio. An autem Imperator poſſit renūciare in manibus electorum, & dicendum eſt ꝙ non, ſed Papæ qui eſt ſuperior: ſecundum Bald in l. Barbarius. ff. de officio prætor. Philip. Franc. in capitu. de renun. libr. ſexto. Adde Baldum in cap. venerabilem. de electio. quòd licèt Rex Romanorum debeat eligi de natione Theutonicorum, ſeu Alamaniæ: tamē Reges Franciæ poſſent eligi: quia Karolus magnus, qui fuit Imperator, fuit de Alamania, & Rex Franciæ. & ſic eius poſteri.

ARGVMENTVM.

Papa an ex electione ſola plenum ius conſequatur.

SVMMARIVM.

1 *Papa ſtatim atque electus eſt, quæ iuriſdictionis ſunt exequitur: quæ verò ſunt ordinis, non niſi conſecratus fuerit, exequitur.*
2 *Papa electus non Epiſcopus in Epiſcopū conſecrandus eſt. Epiſcopus verò intronizandus.*
3 *Epiſcopus Hoſtienſis Papam conſecrat.*
4 *Papa an ante coronationem etiam in ſpiritualibus adminiſtret.*
5 *Electio Papæ confirmatione indiget.*

Quæſtio DCCCCXLI.

QVAERITVR ſedeundo ap materiam electionis Papæ, an ex electione facta à duabus partibus Cardinalium ſequatur plenam poteſtatem adminiſtrandi: tàm in ſpiritualibus quàm tēporalibus. & idem poſſet quæri vtrum in Papa poteſtas clauium ſit poteſtas ordinis, vel iuriſdictionis. & de poteſtate eccleſiæ, habetur in quarto ſententiarum. diſtinctio. xviij. & xix. & nona. de pœniten. & remiſſio. quia non fuit data virginæ Mariæ, eſto quod fuerit dignior apoſtolis, vt ibi habe-
1 tur. † Et in effectu licet ex ſola electione conſequatur poteſtatem adminiſtrandi, & vocetur Pōtifex. dict. capitu. licèt. de electio. tamen hoc verum quò ad ea quæ ſunt iuriſdictionis: vti excommunicare ſuſpendere deponere degradare præbendas dare vel offerre de quibus habetur per gloſſ. in cap. trāſmiſſum. de electio. Sed quò ad ea quæ ſunt ordinis: ſicut eſt clericos ordinare criſma conficere eccleſias conſecrare & ſimilia non poteſt adminiſtrare antequàm fuerit conſecratus: ſecundum Hugo. & Præpoſi. in capitu. in nomine domini. xxiij. diſtinctio. Veruntamen ſecundum Archidia. & Præpoſi.
2 ibidem, † quando primo electus non erat Epiſcopus, & tunc conſecrari debet in Epiſcopum. & tūc dicitur promoueri ad apicē dignitatis, ideſt conſecrationem Epiſcopalem: aut ipſe erat ante Epiſcopus, & tunc non eſt neceſſe, quòd tunc amplius cōſecratur, ſed debet intronizari: & tunc vocat illam intronizationem apicem dignitatis, vel poteſt ſumi pro quadam benedictione & ſolemnitate orationis, & fortè vnctionis, quæ adhibetur Epiſcopo, quādo efficitur Papa, ſicut adhibetur præsbytero cū efficitur Abbas poſt Epiſcopatum, cum nullus eſt ordo,
3 ſecundum doctor. ibi, & eſt ſciendum, † quòd Epiſcopus Hoſtienſis conſecrat Papam, eo caſu quo conſecratur aſsiſtentibus: tamē alijs Epiſcopis Cardinalibus, & nō Cardinalibus, facta autem ab alio quàm ab Hoſtienſi teneret: ſecundum Hoſtien. in c. antiqui. de priuileg. Archid. & Præpoſi. in d. ca. in nomine domini. Et pro præmiſsis facit quod habetur per gl. in prœmi. vj. ſuper verbo, Epiſcopus, ꝙ Papa ante conſecrationē & coronationē ſcribitur talis electus Epiſcopus, & ſuper data vj. ſup verbo, Pōtificatus, ꝙ ante cōſecrationem & coronationē nō ſcribitur data Pontificatus. & pariter nō vtitur bulla integra: ſed media cū capitibus apoſtolorū & ab alio latere eſt plena ſine nomine: ſecundū Archi. in d. c. in nomine domini. & ibi refert Spec. in tit. de
4 reſcrip. præſentatio. §. ratione. † ꝙ Papa etiā de facto adminiſtrat in ſpiritualibus, ante coronationē,

& opponentes cōtra talē bullam datā ante corona
tione eſſent excōmunicati, per extrauagantē, quæ
incipit, nōnulli. vide Auguſti. de Ancho. in tract. de
poteſtate eccleſiaſtica. q. xx. articulo vj. vbi in effe-
ctu tenet, ꝙ Papa in conſecratione per caracteris
impreſsionē, quādo fit præsbyter vel per caracteris
perfectionē, quando fit Epiſc. pus recipit poteſtatē
ordinis: ſed poteſtatē iuriſdictionis recipit per ele-
ctionē. & cæteris partibus in Papa poteſtas clauiū,
magis dicit poteſtatem iuriſdictionis, quòd ordinis
licèt iſta ordinetur ad illā, & aliàs prout pleniùs ha
betur per ipſum. Adde glo. in c. factus. vij. q. j. ſuper
5 verbo, firmatio. quæ tenet, † ꝙ electio Papæ eſt cō-
firmāda, licèt cōtrariū teneat in c. in nomine domi-
ni. xxiij. diſtin. ſuper verbo, diſponēdi. per c. licèt. de
elect. & ibi gl. fi. quia ex quo Papa eſt electus à dua
bus partibus Cardinaliū preſentium conſequitur
poteſtatē adminiſtrādi abſq; confirmatione: ſecū-
dū Panor. ibi licèt de conſuetudine intronizetur &
coronetur: ſecundū glo. in data vj. ſuper verbo, Pōti
ficatus. dum tamē eligitur à duabus partibus Cardi
naliū vocē habētiū. & licèt in alijs collegijs vniuer
ſitatū requirantur duæ partes vniuerſitatis, & ſuffi-
ciat maior pars dictarū duarū partiū: tamen in ele-
ctione Papę nō requiritur, quòd ſint duę partes om
niū Cardinaliū: ſed ſufficit cōſenſus duarum partiū
præſentiū Cardinaliū: ſecūdū Panor. in d. c. licèt. vi-
de Bal. in l. bene à zenone. C. de quadri. præſcrip. ꝙ
Papa antequā ingrediatur vrbē poteſt adminiſtra-
re. allegat Innocen. in c. cū ſuper. de cauſ. poſſeſ. &
proprie. & Io. And. in nouella. in c. auariciæ. de ele-
ctio. libr. vj. quòd inferiores à Papa & Imperatore
nō poſſent adminiſtrare ante cōfirmationem: ſecus
in Papa & Imperatore, etiā clariùs in Papa: quia nō
indiget cōfirmatione cū Cardinales eligendo con-
firmant.

SVMMARIVM.

1 *Electio ſi de duobus contendentibus de ualiditate fiat, concilium generale conuocandum eſt.*
2 *Quid ſi neutra ualeat.*
3 *Cardinales eligendi poteſtate non priuantur, & ſi ſcienter indignum elegerint.*
4 *Electio Cardinalibus competit ſiue Papatus per obitum ſiue per renunciationem ſiue per depoſitionem.*

Quæſtio DCCCCXLII.

1 QVAERITVR † quādo fit electio Papę de
duobus in diſcordia, tūc debet conuocari conſi
lium vniuerſale per Cardinales. & hoc verū, quādo
dubitatur, an electiones valerent, vel aliqua ex eis:
2 aliàs vbi eſſet certū, † ꝙ ambo eſſent electi contra
phas: ita ꝙ neutra electio eſſet canonica à duabus
partibus facta, tūc deberet fieri electio de nouo: vt
ibi habetur, & tertius eligatur cæteris reiectis: ſecun
dum gloſ. in c. ſi duo fortè. lxxix. diſtinct. vel quādo
ſcandalū timeretur. Si verò ambo non eſſent electi
contra phas: puta, ꝙ vnus eſſet electus canonicè à
duabus partibus Cardinaliū, tūc non deberet aufer
3 ri ius ſuū: ſecundū Præpoſi. in d. ca. ſi duo. † & licèt
Cardinales eligāt ſcienter indignū, nō propter hoc
priuātur poteſtate eligēdi, ſed habēt iterū eligere: ſe
cundū glo. in d. c. ſi duo. ſecus in alijs inferioribus.
c. cū in cūctis. de electio. & eſt ratio: ſecundū Ioan.
And. in c. vbi periculū. de elect. lib. vj. quia eſſet ni-
mis periculoſum & diſpēdioſum eccleſiæ, quòd de
uolueretur ad cōciliū electio Papę: ſecūdū Prępoſi.
4 in d. c. ſi duo. Et † ideò etiā ad Cardinales ſpectat ele
ctio Papę, ſiue va cet per mortē, ſiue per renūciatio-
nē, ſiue per depoſitionē: ſecundū gl. in cle. ne Roma
ni. ſuper verbo, moriēte. de elect. & Panor. in l. diſpu
tatione incipiente, Epiſcopus. in quinto dubio.

ARGVMENTVM.

De tempore dato Cardinalibus abſentibus, vt ele-
ctioni Papæ interſint.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales abſentes per decem dies ab obitu numerandos expectandi.*
2 *Electio ſi fiat abſentibus non expectatis, an ualeat.*
3 *Papa ſibi ſucceſſorem eligere non poteſt.*

Quæſtio DCCCCXLIII.

QVAERITVR † quia in electione Papæ de
bēt expectari per decē dies abſentes à tempore
obitus Papę. ca. vbi periculū. de elect. lib. vj. adeò, ꝙ
debēt cōgregari Cardinales collegialiter, & facta
electione à duabus partibus pręſentiū, ſi vnus fue-
rit contēptus nō poteſt retractari: ſecundū glo. in d.
c. vbi periculū. §. j. ſuper verbo, decē diebus. † quòd
eſt verū, niſi Cardinales præſentes ante dictū termi
nū decē dierū, cōcorditer eligerent aliquē etiā abſ-
que intrādo in conclaue: quia tūc teneret talis ele-
ctio: ſecundū Cardi. Florēti. in d. cle. ne Romani. in
princ. de elect. vel etiā ſi ante lapſum dictorū decē
dierū celebrata fuiſſet electio: tūc in numero eligen
tiū, nō ſolū abſentes, ſed etiā præſentes expectandi
electio fuiſſet celebrata à duabus partibus: ſecūdū
Præpoſi. in can. ſi quis pecunia. lxxix. diſtinct. & in
3 c. ſi tranſitus. ead. diſtinct. & ibi etiā, † quòd hodie
Papa nō pōt eligere ſucceſſorem. Nec obſtat quod
dicitur de Petro qui elegit Clemētē: ſecūdū. gl. ibi.

ARGVMENTVM.

Si de Papatu contendatur, an contendentium alter
vt renunciet, induci poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus exoſus populo, ut ſe Epiſcopatu abdicaret, induci poteſt.*
2 *Si duo aut plures de meliori iure Papatus contendāt, quod neuter eorum ſciſmaticus cenſendus eſt, & ualent geſta per ipſos, ubi tolerantur.*

Quæſtio DCCCCXLIIII.

QVAERITVR quādo eſt cōtentio de Pa
patu inter aliquos, an poſsint inducere alte
rū ipſorū ad renūciandū Papatum? Et videretur di-
cendū ꝙ ſic. c. j. de renūciatio. lib. vj. ad euitandū ſcā
1 dalū. pro quo facit in ſimili dictū Inno. in c. ni cū-
pridē. ver. pro graui. de renunciaone, † quādo Epi-
ſcopus vnius eccleſię eſt exoſus populo, ita ꝙ emi-
neat periculū deſtructionis eccleſiæ pōt induci ad
renunciandū Epiſcopatui. multò fortiùs quādo agi
tur de ſcādalo vniuerſalis eccleſiæ. facit quod habe
tur per glo. in c. tua. de decimis, & per Panor. in c. ex
literis. le j. de homicid. quod eſt verum, vbi eſſet du-
biū de viribus ambarū electionū, ſi vnus eſſet verus
Papa electus à duabus partibus: quia nō teneretur
renūciare. Nec obſtat dictū Inno. in d. c. niſi cū pri-
dē. quia loquitur in prælatis inferioribus, qui habēt
ſuperiorē: ſecundū Prępoſi. in d. c. ſi duo. lxxix. diſt.
Panor. in c. quia diligentia. de elect. ſecus in Papa
qui non

qui non habet ſuperiorem & per hoc reſpondetur ad cõſiliũ Romani.ccccccxxiij.incipiẽs Quæſtio diſcutienda eſt. Adde glo.in c.ſi.lxiij.diſtin.quòd propter ſcandalũ caſſatur electio vtriuſque. Felin.in c.ij.de maio.& obediẽ. Adde quando duo aut plures cõtendũt de Papatu, ſi quilibet prætẽdat habere melius ius, neuter ipſorũ dicitur ſciſmaticus, & tenent geſta per vtrũque, in locis in quibus tolleratur: ſecũdum glo.in c.j.xxiij.quæſt.j.& in repertorio nume. xlvj.Panormita.in rubri.de ſciſmatic. Vide Cardi. Flo.conſil.cl.qualiter ſex modis poteſt fieri controuerſia inter contendentes de Papatu, & an ſortibus poſsit terminari & per Felin. in capit.capituli. de reſcrip.

ARGVMENTVM.

Papa hæreticus ſi hæreſim fateatur cõcilium generale conuocandum non eſt: ſecus ſi non fateretur.

Quæſtio DCCCCXLV.

QVAERITVR quia prout ſuprà dictum fuit in caſu hæreſis concilium habet poteſtatem ſuprà papam.ca.ſi Papa.xl. diſtinctio.hoc verũ niſi Papa ſpontè confeſſus fuerit errorem ſuũ: quia tunc non debet deponi, nec iudicari per conſilium. c.hinc etiam.xvij.diſtinctio.cap.nunc autem.& ibi per glo.xxj.diſtin.ſecundũ Roma.conſi.cccccxxiij. & Præpoſi.in d.c.ſi Papa.aliâs vbi pertinaciter perſiſtit in errore ſuo, debet deponi.dict.capit.ſi Papa. & de modo conuocandi concilium, & de practica vide ibi per Præpoſit.& etiam quando agitur de hęreſi Papæ defuncti de quo ibi latiùs.

ARGVMENTVM.

Papam hæreticum capere, an liceat.

SVMMARIVM.

1 *Iuris ordo in crimine hæreſis ſeruandus.*
2 *Hæreticus pœnitentia hæreſis pœnam euitat.*
3 *Crimen nullum inhabilem reddit beneficio.: fallit in hæreſi.*
4 *Sciſmatis remedium remiſſiuè.*
5 *Papa an concilium generale diſſoluere poſſit.*
6 *Hæreſis ratione bellum Papæ indici poteſt.*
7 *Papa ſciſmaticus etiam à laicis capi poteſt.*
8 *Sciſma hæreſis dicitur.*

Quæſtio DCCCCXLVI.

QVAERITVR an ſit licitum capere Papam hæreticum, ſeu immittere manus violẽtas in eum, qui eſt in poſſeſsione Papatus.& dicendum eſt quòd non: ſecundum Albericum in rubri. C.de hæreti.qui ibi refert quæſtionem de Bonifa-
1 cio VIII. † quia ordo iuris eſt ſeruandus contra hæreticos, non tamen quò ad occupationem bonorum, verum etiam quò ad capturam perſonæ.vigeſimatertia quæſtione ſeptima, in glo.ſummæ. trigeſimatertia quæſtione quarta.in gloſſ.ſummæ. facit
2 capitũ.nunc autem.vigeſimaprima diſtinct. † quia per pœnitentiam hæreticus eximitur à pœna hæreſis.capitu.vergentis.de hæreticis.epiſtola inter claras.C.de ſumma trinitate, & ſic antequam fuerit declaratum, non eſt licitum aliquid attentare, niſi delictum eſſet notorium: quia tunc hæretici poſſent capi propria authoritate, & eorum bonis ſpoliari. ca.ſi audiret.xxiij.quæſt.v.& ibi glo xxxviij.q. vij. in ſumma.& ibi Archidiaco.& Gemi. Præpoſit. in cap.ſi duo.lxxix.diſt.facit ca.quicunq;.de hæreti.lib.vj.& hoc in inferioribus à Papa.in Papa autem ſe remittit Præpoſitus ad notat. in capitul.ſi Papa. xl.diſtinctio.& in capit.nunc autem.xxj.diſtinctio. & in capit. Anaſtaſius.xix.diſtinctio.& in cap. quo iure viij.diſtinctione, vbi hæretici nihil poſſunt nomine eccleſiæ poſsidere. & per hoc limitatur dictũ Innocen.in cap.cum noſtris.de conceſsio. præbẽd.
3 vbi dicit, ꝙ † nullus crimen inhabilitat vel priuat ipſo iure beneficio, fallit in crimine hæreſis, adeò quòd petenti reſtitutionem: obſtat exceptio hæreſis: ſecundum gloſſ.ibi, vide Præpoſi. in dict.cap. ſi
4 duo. † qui ponit remedium ad cedẽdum & pacificãdum inter duos, electos in Papatu, vbi refert fuiſſe datam cautelam per Regem Aragonum vertente ſciſmate inter Bonifaciũ IX. & Benedictum III. per modum prouiſionis, & donec aliter fuiſſet ordinatum, per concilium ad cautelam, quòd aliter adminiſtret.de quo ibi latiùs per ipſum. & an conſi-
5 lium ſit ſuprà Papam, vel econtrà. † & an Papa poſſit diſſoluere conciliumvniuerſale, vide per gloſſ.in procœmio pragmati.ſanctio.ſuper verbo, Martini. & in capit.j.de authorita.& poteſta.ſacrorum conciliorũ.& in capit.ij.eodem titul.& per Panormita. in dict.eius diſputatione incipiente, Epiſcopus. & per Roma.in dict.conſil.cccccxxiij.& conſil.ſequẽti, & in tractat.de trãſlatione cõcilij. Ludo.& c. Adde Panormita.iin capit.ſicut.de iure iurand.libr.iij.
6 quòd † in caſu hæreſis poteſt indicere bellum con-
7 tra perſonam Papæ. Adde † quòd laicus poſſet habere capturam in perſonã Papæ, in crimine ſciſmaticis ca. Romanæ.capit.in nomine domini. vigeſimatertia diſtinctio.circa finem.capit. ſi quis pœnã. lxxix.diſtinctio.capitu.principes.cum ibi nota. per gloſſ.vigeſimatertia quæſtio.quinta, vbi ponuntur caſus, vbi principes poſſunt habere iuriſdictionem. in perſonis eccleſiaſticis. Ergo videretur dicendum quòd ſic accipiendo ſciſma pro hæreſi, & idem quãdo delictum Papæ eſſet notorium, & ſtatus vniuerſalis eccleſiæ ſcandaliſaretur: iuxt.nota.per gloſſ.in
8 d.cap.ſi Papa.xl.diſtinctio.† nam ſciſma dicitur hęreſis.ca. inter.xxij.q.iij.vide glo.& Panormit. in c. tua.de decimis.quòd quando eſt contentio de Papatu inter aliquos, & non poſſunt corrigi, quòd tũc domini temporales poſſunt immittere manũ in ipſos per iura ibi allegata.

SVMMARIVM.

1 *Imperator an & quando à Papa deponi poſſit.*
2 *Rex Francorum à Papa depoſitus.*
3 *Imperator in feudum ab eccleſia imperium tenet.*
4 *Francorum Rex in temporibus Papam non recognoſcit.*
5 *Succeſſor in regno ubi deficeret quomodo prouideretur.*

Quæſtio DCCCCXLVIII.

1 QVAERITVR an † Papa poſsit deponere Imperatorem? Et dicẽdum eſt, quòd ſic ex cauſa legitima.capit.apoſtolicæ.de re iudicat. libr. vi.vel quando Imperator minus vtilis. ſecundum gloſſ.in dict.capitu.ſi Papa.xl.diſtictio.etiam ſine concilio generali, niſi de honeſtate: ſecundum Præpoſitum ibi, & non debet Papa deponere Imperatorem ſine maxima cauſa, aliâs poſſet ſibi reſiſtere: ſecundum Bald.de pace conſtant. ſuper verbo, in nomine domini. & idem eſt de Rege Francorum, quòd † Papa aliâs depoſuit.cap.alius.xvq.vj. quia

erat effeminatus: ſecundum gloſſ. ibi, & facit capit. duo ſunt. & capitu. ſi Imperator. xcvj. diſtinctio. &
3 capitu. licèt: de foro competenti. † & licèt Imperator teneat in feudū Imperium ab eccleſia. capit. tibi domino. lxiij. diſtinctio. clementi. Romani. de iure iurand. ſecundum Præpoſitū in dict. capit. ſi Papa. tamen quo ad regnum Franciç, licèt Rex Fran
4 cie recognoſcat in ſpiritualibus, † ſecus in temporalibus: iuxt. not. in capit. per venerabilem. qui filij ſint legiti. quia Regna deferuntur ſucceſsione. & non per electionem: iuxta notat. per Baldū. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. & in capit. j. de feud. Mar
5 chi. † & vbi deferret ſucceſsio, eſſet recurrendum ad electionem populi, ſeu trium ſtatuum: ſecundum Bald. in dict. l. vbi ſuprà.

ARGVMENTVM.

Electo poſtulato aut nominato quale ius quęratur.

SVMMARIVM

1 *Electo quale ius electione quæſitum ſit.*
2 *Electo quando electio confirmationē nō requirit, quale ius quæſitum ſit.*
3 *Electis ius ad rem non in re electione quæritur. & numer. 6.*
4 *Nominato & poſtulato quod ius quæſitum ſit.*
5 *Electus intra quod tempus confirmationem petere debeat.*
7 *Electus ſi in curia obdormiat beneficium uacare non dicitur.*
8 *Beneficium electiuum confirmationem requirit collationem verò non.*

Quæſtio DCCCCXLVIII.

QVAERITVR quale ius quæratur electo, aut poſtulato, aut nominato? Et in effectu gloſſ. in cap. quanto lxiij. diſtinctio. tenet, quòd acquiritur ius electo: vt contrahatur matrimonium ſpeciale inter eligentes & electum habito conſenſu electi, ita quod conſequitur poteſtatem adminiſtrandi, ſed non exercetur ante confirmationem ſuperioris. & pro hoc facit gloſ. in l. priuatorum. C. de iuriſdictione omnium iudicum, & iſtam opinionem tenet Gauffred. & Panormita. in cap. nihil. de
1 electio. & in capit. cùm inter. eodem titu. † Alia eſt opinio, quòd per electionem ante ſuperioris confirmationem, aliquod ius pęlaturæ, nec adminiſtrandi facultas acquiritur: ſecundū Hoſtię. Inno. & Bernard. in capitu. ij. de tranſlatio. prælato. quia poteſt renunciare ſine authoritate Papæ. & ſic ante cō firmationem nō habet ius in re: ſed bene habet ius ad rem: ſecundum gloſſ. in cap. noſti. & capit. qualiter. & capit. tranſmiſſa. de electio. & in clementi. j. ſuper verbo, collatum. vt lite pendente, quæ tenet quòd ante confirmationem non ceſſat prima vacatio: & iura quæ dicunt ius quæri electo, intelliguntur quò ad ius proſequendi confirmationem: ſecūdum Præpoſitum in dict. capitu. quanto. & ibi allegat dominos de Rota, deci. cccclxxix. quæ incipit
2 cum ad capitulum. diſtinguendo, † quòd interdum electio non requirit aliam confirmationem extrinſecus, ſed ſpectat ad capitulum electio & confirmatio, & tunc acquiritur ius electo: ſecundum Barto. in l. abſenti. ff. de donatio. & in l. publici. ff. de conditio. & demonſtratio. & iſto caſu propriè non diceretur electio ſed creatio: ſecundum Panormit. in
3 capit. cum eccleſia. de electione. † aut requiritur alterius confirmatio, & tunc ante confirmationem, quæritur ius ad rem & non in re: ſecundum Bartolum in in l. ex eo. ff. de teſtamen. milita. & Panor-
4 mitanus conſil. xlvij. † quid autem de poſtulato, vide per Præpoſitum in dict. capit. quanto. & in nominato, quando nominantur duo, aut tres ſolemniter Papæ, non poſſunt nominantes variare, donec ſuperior reſpondeat nominationi. capit. bonæ. le ij. de poſtulatio. prælato. & Calderin. in tit. de electio. cō ſil. v. ſecus in nominatione, quæ fit in tractatu electionū: quia bene poſſent variare ante publicationem. capit. quid ſic. capit. publicatio. de electio. An autem requirantur duæ partes capituli, ſeu vniuerſitatis, vide per gloſſ. & Præpoſi. in dict. cap. quanto. vide etiam per glo. & doct. in l. priuatorum. C. de iuriſdict. omnium iudic. & per Bart. in l. ex eo. ff. de teſtamen mili. & in l. abſenti. ff. de donatio. & ibi quale ius quęratur per electionem ante confirmationē, & an ſit locus variationi: ſeu pœnitentiæ, facit cap. qualiter. de elect. & cap. auaritiæ. eod. titu. lib. vj. nā omnis electus tenetur petere confirmationem à tépore conſenſus præſtiti infrà tres mēſes. c. quòd ſit. in fin. de elect. lib. vj. Adde glo. in cap. noſci. & cap. qualiter. & in cap. tranſmiſſum. de electio. & gloſſ. in clementi. j. vt lite pendente, ſuper verbo, collato,
6 quòd † per electionem ante confirmationem, non
7 quæritur ius in re, ſed ad rem, † & ideò ſi morietur interim electus in curia, non vacat in curia. de quo per gloſ. in d. clemen. j. & per Archid. in c. ſi electio. de electio. lib. vj. & per glo. in c. cùm veniſſent. de in integr. reſtitutio. ſuper verbo, renunciauit. vbi ante confirmationem electus poteſt renunciare in manibus eligentium. de quo in dict. c. ſi electio. & per domi. de Rota, in nouis. in tit. de electione. die vltima
8 incipient. Item & in antiquis. deciſi. cxxiij. † quòd in maioribus beneficijs, quando beneficiū eſt electiuum, requiritur confirmatio ſuperioris, aliâs vbi ius quæritur abſque cōfirmatiōe dicitur collatiuū, licèt propriè beneficium dicitur electiuū, vbi ſeruatur forma capituli, quia propter. de electio. & quādo eccleſia dicitur viduata: pro quo etiam facit glo. in clementi. j. de præbend. & in clementi. quia contingit. §. vt autem. verſic. electionem. de religio. domi. & per gloſſ. in cap. j. ſuper verbo, electis. in pragmatica ſanctio. de elect.

ARGVMENTVM.

Sciſmatici pertinaces nedum excōmunicati ſunt, ſed in carceres detrudendi ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Alienationes ſiue geſta per ſciſmaticos facta inualida ſunt.*
2 *Sciſmatici in triplici differentia reperiuntur.*
3 *Sciſmatici qui ſe ab unitate eccleſiæ ſeparant, hæretici dicuntur.*
4 *Quid & quando duo aut tres de Papatu contendunt? & numero. 13.*
5 *Epiſcopi duo, quandoque in una eccleſia eſſe poſſunt.*
6 *Papatus duos non admittit.*
7 *Hæretici omnes excommunicati ſunt.*
8 *Sciſmatici Vrbanus VIII. & Clemens VII.*
9 *Sectam nouam qui faciunt, nedum ſciſmatici, ſed & hæretici habendi ſunt.*

Ordinem

10 *Ordinem ſcienter à ſciſmatico accipiens quid accepiſſe cen ſeatur.*
11 *Secularibus animaduertendi in ſciſmaticos ; commiſſum.*
12 *Sciſmatici ſi in bello capiantur, furca ſuſpenduntur.*

Quæſtio DCCCCXLIX.

QVAERITVR an ſciſmatici ſint excommunicati, & an ſit licita manus iniectio ſeu captura in ipſos. Et videretur dicendū ꝙ ſic data in corrigibilitate. c. de Liguribus. xxiij. q. v. ſecūdū gl.
1 & Io. And. in c. cū nō ab homine. de iudicij. † & nō tenēt alienationes, ſeu geſta facta per ſciſmaticos. c. ordinationes. ix. q. j. c. j. de ſciſmaticis. niſi cum eis fuerit diſpenſatū: ſecundū gl. ibi. c. quia diligentia. de elect. Panor. verò in rubr. de ſciſmaticis. tenet, ꝙ
2 ſciſmatici poſſunt dici in multiplici differētia. † nā interdū accipiūtur largiſsimè, vt omnes cōſtituti in peccato mortali: largè verò dicūtur ſciſmatici, & excōmunicati, qui ſunt extra cōmunionē fidelem: ſtrictè verò dicuntur ſciſmatici qui proprium Epiſcopū eijciunt de ſede epiſcopali, ibi occupātes & præſbyteros ſuos facientes: & ſecundū aliquos iſti ſunt excōmunicati, licèt contrariū cōmuniter teneatur: ſtrictiſsimè verò illi dicūtur ſciſmatici qui diuidunt ſe ab vnitate Romanæ eccleſiæ, cōſtituendo ſibi eccleſiā, & ordinādo clericos & ſacerdotes. xxiiij. q. j. c. loquitur. d. c. inter hæreſim. aliàs incipit inter ſciſ
3 mati. xxiij. q. iij. † & iſto modo ſciſmatici dicūtur hæretici: quia veniūt cōtra illū articulū fidei, & vnā
4 ſanctā eccleſiā. † Si verò nō cōſtituūt aliā eccleſiā, imò credūt eccleſiā Romanā, apud ſe vt cōtingit, quādo duo vel plures cōtendūt de Papatu: nā quiſque eorū credit vnitati eccleſiæ, & illā eſſe apud ſe: & tunc tales ſciſmatici nō dicuntur hęretici: iuxta not. per glo. in §. j. xxiiij. q. j. & in c. non autē. vij. q. j.
5 quia † licèt interdum ex cauſa poſsint eſſe in eadē eccleſia duo Epiſcopi, vt ibi habetur: ſecus autē in
6 Papa: † quia non poſſunt eſſe duo apoſtolici: quia offenderetur illa regula vnam ſanctā catholicā, & iſto caſu ſciſmatici accipiēdo ſtrictiſsimè ſunt excōmunicati, quādo eſt ſciſma cū hæreſi, ſe diuidendo
7 ab vnitate eccleſiæ: † quia omnes hæretici ſunt excōmunicati. c. excōmunicatus. de hæreticis. Si verò ſciſma eſt ſine hęreſi, etiā capiēdo ſtrictiſsimè, quādo duo aut plures cōtēdunt de Papatu, an ſciſmatici ſint excōmunicati, licèt doctores videātur ſuper hoc variare: tamē hodie ſunt excōmunicati: ſecundū Panor. in d. rub. c. licèt. verſi. ſi quis autē. de electio. etiā ipſo iure, tàm ipſe qui ſe gerit pro Papa ſeu antipapa, quā eius adhęrētes: vt ibi habetur. & hoc verū, vbi nō cadit probabilis error. Si autē quæſtio eſſet dubia, & maximè ſi cōſiſtat in facto intrincato & lōgeuo, prout contingit in ſciſmate præterito inter † Vrbanum VIII. & Clemētē VII. tūc omnes habent euitare excōmunicationem. & peccatum: ſecundū Panor. in d. rubr. de ſciſmaticis. Et idē in effectu tenet Panor. in c. at ſi clerici. de iudic. & idē quā
9 do † multi erigunt capita cōtra Romanā eccleſiā, facientes nouā ſectam, & noua ſtatuta. vt ibi refert de quibuſdā fraterellis: quia tunc diceretur ſciſma cum hæreſi. d. c. inter ſciſma. quia non licèt à capite membri recedere. c. cū non liceat. de præſcript. c. omnis anima. de cenſi. c. ſubmittitur. xxj. diſt. c. nulla ratione. xciij. diſt in. quia non debēt eſſe ſine capite, vbi habetur. vide c. j. de ſciſmaticis. libr. vj. vbi ſciſmatici dānantur tanquā hęretici. & ſecundum glo. ibi, ſuper verbo, contra natos eſt crimen eccleſiaſticū, vbi eccleſia habet iuriſdictionem: vide per Hoſtiē. in ſumma ſciſmaticis. §. qua pœna. & §. quid iuris. de ordinibus: † quando quis accipit ſcienter ordinem à ſciſmatico, vel hęretico, an ſciēter vel ignoranter, & an ordinē accipiet an caracterē? Vide Io. de Ana. in rubr. de ſciſmaticis. qui loquitur de iſtis accuſatis. & pariter de iſtis qui faciunt coniurationem ad inuicē. & de pœna contra ſciſmaticos, tàm à Deo quā ab hominibus. ca. in nomine dñi. xxiij.
11 diſtinct. † quòd laici etiam habent poteſtatem procedendi contra ſciſmaticos etiam non ſecuta degradatione. & ibi refert Bal. in tit. de pace iuramē.
12 firman. † quòd ſciſmatici ſi in bello capiantur furca debent ſuſpendi. & etiam ibi quando Cardinales recedunt ante tempus ab audiētia ſedis apoſtolicæ. & ibi allegat Oldr. conſ. lxij. incipient. & circa, an ſit licitum Papæ propter Antipapam Romæ receptum priuilegia eccleſię Romanæ reuocare? & tandem ibi concludit, quòd vtiliùs ſit non reuocare: ſed manupotenti & excelſa ſit debellandum: & quòd contra tales ſciſmaticos poteſt crux prædicari, ſeu cōcedi cruciata. allegat c. hortatur. xxiij. quæſtio. viij. facit quod habetur per Inno. in cap. quòd ſuper. de voto & Ioan. de Ana. in dict. rubric. in fin. refert, ꝙ de anno M. ccccxlv. quòd Eugenius Papa IIII. hortatus eſt dominum Delpginum ad faciendum bellum contra Baſilenſes. Adde gloſſ. in capit. j. xxiiij. quæſtio. j. loquendo de ſummo Ponti
13 fice, † quando duo creantur ſeu eliguntur, & vtrunque credit eccleſiam apud ſe: tunc non eſt ſciſma cum hæreſi, quia non recedunt ab vnitate eccleſię: aliàs ſecus. capitu. factus. vij. quæſtione j. quia non poſſunt eſſe duo apoſtolici: quia non eſt niſi vnum caput eccleſiæ, aliàs eſſet contra articulum fidei vnam ſanctam eccleſiam: licèt aliàs fuerit repertum, quòd ſint duo Imperatores. & idem in Epiſcopo ex diſpenſatione: quia interdum diuiditur & datur Coepiſcopus: vt in Auguſtino & Valerio. cap. non autem. vij. quæſtio. j. & ibi gloſſ. de quo per Panormita. in capit. at ſi clerici. de iudic. & per Antho. in cronica tertia parte. titu. xxij. cap. ij. in prooemio. circa finem, vbi loquitur de tempore ſciſmatis Vrbani. VI. & Clementis VII. & quòd durauit ſciſma per triginta annos, & vltra & fuit cedatum in concilio Conſtantienſi. Nam & ſi neceſſarium eſt credere vnam eſſe catholicam eccleſiam non plures: ita, & vnicum eius paſtorem, vicarium Chriſti. Ioan. x. fiet vnum ouile & vnus paſtor. tamen ſi cōtingat plures per ſciſma creari ſeu nominari ſummos Pontifices eo tempore non videtur neceſſariū ſaluti credere illum, eſſe vel iuſſum: ſed alterum qui fuerit canonicè aſſumptus: quia quis non tenetur ſcire quis fuerit canonicè electus, & in hoc populus debet ſequi maiores ſuorum, ſeu prælatos. Adde Panormita. in capit. quoniam. de offi. ordi. Vide glo. in §. j. xxiiij. quæſtio. j. in glo. j. quando duo cōtendunt de Papatu. & quis credit Papatum apud illum cui adhæret non eſt hæreticus. & per Panormita. in cap. quia diligentia. de electio.

ARGVMENTVM.

Geſta per ſciſmaticos, an valeant.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſari an poßit cum ſciſmaticis.*
2 *Baptiſmũ ab hæretico in neceßitate recipere licitũ, non ſanctißimum cruſtulum, ſeu eucharistiam.*
3 *Sacramenta à notorijs ſymoniacis & fornicaribus recipere uetitum.*
4 *Mulieri conſerre baptiſmum neceßitatis tempore licitum. Item & laico.*
5 *Abſolutio data ab intruſo ualet.*

Quæſtio DCCCCL.

QVAERITVR an teneant geſta per ſciſmaticos, ſiue loquamur erga ſpiritualia, ſiue tẽporalia: vide per Hoſtiẽ. in d. ſumma. de ſciſmaticis. §. quid iuris. & per glo. & Panor. & Io. de Ana. in d. c. j. de ſciſmaticis. † & an poſsit cum talibus diſpẽſari. vide in ca. fin. de ſciſmaticis. & iſta faciunt ad quæſtionem de qua hodierna die M. ccccc xvij. die penultima Aprilis in menſa loquendo cùm venerabili domino Raphaele in ſacra pagina magiſtro priore conuentus fratrum prædicatorum Gratianopolis an poſsit recipi ſacramentum baptiſmi ab hæretico vel Iudæo? Et dicendum eſt quòd ſic: quia meliùs eſt ab hęretico recipere, quã ſine illo decedere, dum tamen in forma eccleſię conferatur. c. ſi quem fortè. xxiiij. q. j. ſecundum glo. in c. quanto. in fine, de conſue. de quo ibi vide per Panormit. quia materia eſt ardua, & relinquendum eſt determinationi ſanctæ matris eccleſiæ & theologorũ. & idẽ poſſet dici de ſacramento euchariſtiæ. de quodã præsbytero paroeciali habentecurã animarum, vide per glo. in ca. fin. xxiij. q. j. quæ tenet, † quòd in neceſsitate licitum eſt recipere baptiſmum ab hęretico, & non corpus Chriſti. & quòd in neceſsitate licitum eſt ſocio confiteri & reconciliationẽ petere. & idem de vnctione olei. & ibi ponit regulã de omnibus quæ expectant ad officium ſacerdotis. illud ſolum licere laicis etiam in neceſsitate de quibus expreſſum reperitur. & an iſto caſu debeat reiterari baptiſmus: vide in c. ſi quem. eadẽ diſtinct. vide etiã in c. prætor. §. hoc verũ. xxxij. diſt in. aliâs eſt ſub. §. ad hoc. & ibi cum poſsint recipi ſacramenta à criminoſis, † præſertim ſymoniacis, & fornicatoribus notorijs. Et dicendum eſt quòd nõ: in iſtis duobus delictis, & eſt ratio ſecundum Archid. quia prælati faciliùs in duo peccata labũtur. de quo per Panor. in c. viam. & c. ſi. de cohabit. cleri. & in c. fin. de tempor. ordinand. & prout dicit Præpoſi. in d. §. ad hoc ſacramentum baptiſmi collatum ab hæretico, vel ſciſmatico, vel alio præciſo imprimit effectum, dũ tamen ad hoc fiat in forma eccleſiæ. c. j. in fin. de ſumma trinita. ſecus eſt in alijs ſacramentis: quia ſine illis bene poſſet homo ſaluari. Nec obſtat ſi dicatur, quòd baptiſmus hæreticorum dicatur lauacrum diaboli, & quòd debeat baptiſmus iterari. ca pitu. ſi quis confugiat. j. quæſtio. j. & notat. in capitu. qui bis. de conſecra. diſtinctio. quarta. de quo per Præpoſitum in dict. §. ad hoc. quia ille qui eſt baptiſatus ab hæretico aut criminoſo, cenſetur baptiſatus ab illo, qui ſibi dedit poteſtatem: vide Panormita. in dict. cap. quanto. de conſuetu. qui tenet quòd † tempore neceſsitatis licitũ eſt laico, & etiã mulieri conferre ſacramentum baptiſmi. capit. mulier. de conſecra. diſtinctio. iiij. & etiam laico licitum eſt capere euchariſtiam de eccleſia, & exhibere infirmo tempore neceſsitatis: vide de materia per magiſtrum ſententiarum in iiij. diſtinctio. vj. & ibi tenet, quòd quando aliqui baptiſantur ab hæreticis, ſi ſeruatur forma baptiſmi, non debet rebaptiſari ſeruato tamẽ charactere Chriſti, de quo ibi latiùs per ipſum. Vide gloſſ. in capitu. dudum. le ſecundo. de elect. ſuper verbo, decepte, † an valeat abſolutio data ab intruſo, quæ tenet quòd ſic, propter fidẽ ſacramenti. facit ca. nonne. viij. quæſt. faciunt not. in cap. veritati. de dolo & contuma. & in pragmati. de pacific. poſſ. in prin. per glo. & Alberic. in l. decernimus. C. de ſacro ſanct. eccleſ. & in l. ij. C. de ſent. & interlocutio. omnium iudi. & in l. bene à zenone. C. de quadri. præſcrip. & in c. nihil. §. fin. de electio.

(margin numbers in this paragraph: 1 at "in d.c.j.", 2 at "de per glo.", 3 at "minoſis", 4 at "quòd † tempore", 5 at "de elect. ſuper verbo")

ARGVMENTVM.

De triplici ſpecie baptiſmi.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus aquæ ſiue fluminis uerbum & aquæ elementum.*
2 *Baptiſmus ſanguinis.*
3 *Baptiſmus fluminis adultis prodeſt.*
4 *Baptiſmum conferre, aut de fonte leuare, non niſi qui patres eſſe poßint licitum.*
5 *Iudæus baptiſandus lucra uſuraria reſtituere tenetur.*
6 *Quid in Sarracenis.*
7 *Immerſio neceßitatis tempore, an in baptiſmo requiratur.*
8 *Baptiſando ut aqua capiti ſuperponatur ſufficit.*
9 *Sacramenta quinque ſunt neceßitatis, duo uerò uoluntatis.*
10 *Baptiſmus primitiuæ eccleſiæ qualis fuit.*
11 *Baptiſare in nomine Chriſti quare diſcipulis permiſſum.*
12 *Baptiſmi tres ſpecies.*
14 *Baptiſari in matris utero pueri non debent.*
15 *Puer ut baptiſetur, uterus mulieris non ſcindendus.*
16 *Adulti Iudæi & infideles, an ſtatim baptiſari debeant.*
17 *Error communis quò ad ea quæ ſunt facit ius.*
18 *Baptiſmus flaminis, an purgatorij pœnam tollat.*
19 *Maria & Ambroſius nutu diuino baptiſati.*

Quæſtio DCCCCLI.

QVAERITVR quia triplex dicitur ſpecies baptiſmi, videlicet aquæ, ſeu fluminis, vbi duo requiruntur, videlicet † verbũ & elementũ aquæ. c. nõ vt apponeres. de baptiſmo. & ibi per Panor. quòd nõ poteſt fieri baptiſmus in aqua roſata: etiã eminẽte neceſsitate: quia Chriſtus fuit baptiſatus in aqua Iordanis, & ſic in elemento: ſed in aqua tranſmutata poſſet fieri dũ modò nõ mutetur ſpecies: vt in liſsiuio. † Secũda ſpecies baptiſmi dicitur ſanguinis: vt in morte innocentiũ. Tertia ſpecies baptiſmi † dicitur flaminis qui baptiſantur in fide, vt in bono latrone: cui fuit dictum: hodie mecũ eris in paradiſo. c. baptiſmi. de cõſecratione diſt. iiij. & talis baptiſmus ſolũ prodeſt adultis, vbi ſola fides ſufficit, cũ neceſsitas excludat aquę baptiſmũ. & etiã habetur per magiſtrũ ſententiarũ in iiij. diſt. iiij. vide etiã Panor. in c. quãto. de cõſuetudi. de iſto baptiſmo flaminis quòd ſolũ prodeſt adulto allegat c. debitũ. cũ not. de baptiſmo. & ibi Panor. qui tenet, † quòd nemo poteſt aliũ baptiſare, vel de ſacro fonte leuare: quin poſſet eſſe pater ſuus curialis, & ſic ꝙ pręcedat baptiſandũ in plena pubertate, ideſt quòd ſit maior xviij. annis. ſicuti in adoptione dicitur:

dicitur.§.minorem.inſtitu.de adoptio. licèt ibi refe rat Petrum tenere ſufficere, ꝙ excedat xiiij.annũ.& an ſufficiat ꝙ aqua tangat caput vel aliã partẽ cor poris: vide ibi per de bellencijs in additio. vide etiã Panor.in d.c.debitum. qui format quæſtionem de
5 baptiſmo Iudæi: † quia debet ante omnia reſtituere lucra vſuraria:ſecus quò ad licitè quæſita alleg. glo.in c. Iudæi.de conſecratio. diſt.iiij. & c. Iud
6 de Iudæ. † Et idem in Sarracenis:ſecundum gl.ibi. vide etiam Panor.in c.non vt apponens. de baptiſ. quando eminet periculum mortis pueri dicẽdo, ad eccleſiam, & in defectu aquæ proijcietur in puteo. cum verbis baptiſmi, an dicatur baptiſatus: quia quidam tenebant quòd non:quia nõ ſolùm requiritur ſubmerſio aquæ, ſed etiam eleuatio ab aquis in ſignum reſurrectionis Chriſti,licèt ipſe teneat,ꝙ dicatur baptiſmus completus,dum tamen conſtet,
7 quòd puer vixerit de tempore baptiſmi: † quia de neceſsitate non requiritur immerſio,ſed ſatis eſt,ꝙ baptiſans effundat aquam ſuper corpore baptiſandi lauando totum corpus vel maiorem partem, vel ſaltem caput etiam ſufficeret ſintilla aquæ: ſecundum Innocen.& Panor.in d.c.debitum. & hoc eſt notandum pro iſtis infantibus, qui ſunt multũ debiles,vt non immergantur in aqua, neque lauetur totum corpus, ne incurrãt periculum mortis:ſecundum Panormita.ibi,vide ibi de Bellenc.in additio. ad Panormit.& per glo.in l.iij.in princip.ff. de ac..
8 quiren.poſſeſ.ꝙ ſufficit, † ꝙ aqua ponatur in capite.arg.l.cũ in vniuerſis.ff. de religio.& ſump.fune. Adde Bartolũ in l.quod certatum.C. de poſtumis hæredi.inſtitu.vbi refert,ꝙ canoniſtæ dicunt quòd ſufficit ꝙ aliquod membrum baptiſetur,vt ſit Chriſtianus. Adde de ſacramento cõfirmationis de conſeruatione diſtat.c.j.& ij.& in c.quanto. de conſue
9 tudi.& in c.veniens.de tranſact.& ibi glo. ꝙ † ſint quinque ſacramenta neceſsitatis, & duo voluntatis.& per fratrem Antonium in ſumma.iij.perte.titulo xiiij.c.xiiij.§.v.& ibi ꝙ paruuli ante vij. annũ non debent criſmari ſeu cõfirmari, ſed poſt vt meliùs recordari poſsint, & datur eis alapa, & debẽt ab aliquo teneri,& debẽt etiã confiteri ante confirmationẽ & eſſe ieiuni. & debet frons ligari quouſque criſma deciſcetur,& debet abſtineri à lotione capitis per ſeptẽ dies,licèt non ſit neceſſe portare pannũ in fronte per ſeptem dies.ſed cõmuniter per tres.de
10 verbis † baptiſmi in primitiua eccleſia quis baptiſabatur in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti. actuum viij.& ibi De lir. & c.x.& xix. veruntamen Mathę. vltim.dicitur,in nomine patris & filij & ſpirituſſancti,& baptiſans dicit verba in prima perſona.c.j.de baptiſ.de quo in c.de quodã.c.multi.de cõſecr.diſt.
11 iiij.& fuit cõceſſum † apoſtolis baptiſare in nomine Chriſti, vt ampliaretur eius nomen: ſecũdum gl. in d.c.à quodam.& De lir. actuum ij. ſuper verb.& baptiſetur.& ꝙ eccleſia redit ad formam à Chriſto traditam. Mathę.vltimò:licèt nomine Chriſti intelligitur tota trinitas,videlicet pater vngens,& filius vnctus & ipſa vnctio quę eſt ſpiritus ſanctus:ſecundum Dely.in d.c.ij.actuum.de quo per glo.in d.c.j. de baptiſ.& ibi per Inno.Panormi.& de Bellen.in additio.& in iiij.ſe.diſt.ij.vſque ad vj.diſtin. incluſiuè,& ibi per ſanctum Thomam. De materia ſacramenti baptiſmi vide per Antonium in ſumma. iij.

12 parte.tit.xiiij.c.xiij.in princ. † De triplici ſpecie baptiſmi,videlicèt ſanguinis,vt martyrium & prodeſt tàm adultis,quàm paruulis,etiã ſi puer in vtero matris pro Chriſto occidatur. Secundus baptiſmus dicitur flaminis,& ſolùm congruit habentibus vſum rationis.c.baptiſmi.de conſecratione. diſtinct. iiij. Tertius baptiſmus dicitur fluminis ſeu aquę.de cõſecratione.diſtinct.iiij.c.per aquam.& c. ſequenti. Vide ibi per fratrem Antonium §.j. de cauſa materiali baptiſmi,videlicet de aqua poteſt fieri per modum effuſionis,vel per modum aſperſionis, vel per modum immerſiõis:& iſta ablutio immerſionis eſt magis communis,niſi conſuetudo aliter habeatur,
13 vel timeretur de morte pueri: & iſta † effuſio vel aſperſio debet fieri in capite tanquàm in principa-
14 liori membro. † Et nõ debet baptiſari in vtero matris,niſi emitat caput. Et iſto caſu nõ reiteratur baptiſmus. Si verò emitat manum vel aliud membrũ debet aſpergi aqua,& reiteratur baptiſmus,ſi viuat.
15 Et vna mulier † nunquàm debet ſcindi pro baptiſmo pueri.vide etiam in §.iiij.de miniſtro baptiſmi, ꝙ poteſt recipi à quocunque ſiue fideli ſiue infideli.& an requiratur intentio in baptiſmate, vide in §.x.& an debeat baptiſmus reiterari, vide §. xij. & vbi interuenerũt duo ſubſtantialia baptiſmi,videlicet aqua & verba, licèt deficiant catechiſmus & exorciſmus,& alia quæ ſunt de ſolennitate baptiſmi, non debet reiterari baptiſmus. Si verò aliquid deficiat de ſubſtantialibus, vel eſſet probabile: vt quia reperitur paruulus in nemore,tunc poteſt reiterari baptiſmus ſub conditione caſu quo nõ eſſet
16 baptiſatus.c.ij.de baptiſmo.vide in §. xiij. † de baptiſmo adulterorum, Iudæorum,& infidelium, an debeant ſtatim baptiſari,& de catechiſmo,vide fol. xiiij.vide etiam de ſacramento confirmationis. tit. xiiij.c.xiiij.& qualiter, ꝙ debet criſmari in fronte: ſecundum Archidiaconum in c.nouiſsimè.de conſeruatione.diſtinct.v. De triplici baptiſmo, ſcilicet fluminis,flaminis,& ſanguinis. vide per glo.in c.ij. de presbytero nõ baptiſato,& ibi Panor.qui tenet, ꝙ baptiſmus flaminis,id eſt,ſpirituſſancti.qui inuiſibiliter baptiſat cor interiùs prodeſt adultis tantũ, non autẽ paruulis:baptiſmus verò ſanguinis, prodeſt paruulis & adultis. & ibi ponit exemplum de infantibus innocentibus,& de latrone bono. & pariter glo. in dict.c.ij.exemplificat de Valentiniano qui dum properaret ad baptiſmũ in itinere deceſſit,& ibi etiam per gloſſ.ꝙ ille qui non eſt presbyter quando conſecrat in fide,ꝙ licèt quò ad ſe conficiat, non tamen in veritate,licet,proficiat quò ad
17 alios, & ibi Panor. qui tenet, † ꝙ licèt communis error faciat ius quò ad ea quæ dependent à iuriſdictione:iuxta notata in l. Barbarius Philippus.ff.de offic.prætor.ſecus in hijs quæ depẽdent ab ordinatione ſeu in ſacramẽtalibus:quia communis error non facit ius. & ideò ille qui eſt ordinatus ab illo qui putabatur Epiſcopus,licèt non eſſet: non recipit ordinem,licèt teneãt geſta propter meritum, & fidem. Veruntamen de baptiſmo flaminis,licèt tol-
18 lat culpam ſeu pœnam æternam:† non tamen tollit pœnam purgatorij, niſi tanta eſſet contrictio. Et ideò pro tali debent preces & ſuffragia etiã impendi.d.c.ij.Vide etiã per Antonium vbi ſuprà. & per Hoſtien. in ſumma. de baptiſmo. §. quod eius

ſpecies. & in titul. de presbytero non baptiſato. §. quid ſi quis mortuus. vide Archidiaconum in c. Va
19 lentinianus. lxiij. diſtinct. qui refert, † quòd beata virgo & Ambroſius nutu diuino fuerunt baptiſati: & ideò non eſt trahendum ad conſequentiam. per iura ibi per ipſum allegata, vide de materia ſacramenti baptiſmi per magiſtrum ſententiarum, in quarto. in diſtinc. ij. vſque ad vij. & ibi per ſanctum Thomam, & ſanctum Bonauenturam.

SVMMARIVM.

1 *Infans cur in matris utero non baptiſetur, ratio.*
2 *Partus dum eſt in utero, pars uiſcerum eſſe cenſetur.*
3 *Baptiſmus per eccleſiæ miniſtros conferendus.*
4 *Matris uiuẽtis uiſcera ut infans baptiſetur nõ ſcindenda.*
5 *Puer in utero matris baptiſari poteſt, ſi pro Chriſto occideretur.*

Quæſtio DCCCCLII.

QVAERITVR quia baptiſmus in vtero matris non permittitur etiam ſi mater baptiſetur. c. ſi à matris. c. qui in maternis. de conſecra. diſtinct. iiij. & in quarto ſententiarũ. diſt. vj. verſi. hoc etiam ſciendum. ſed quæ eſt ratio? & dicendum eſt:
1 quia † quãdo partus eſt in vtero matris non eſt adhuc natus: ſecũdum Adam. & ſic regenerari nõ poteſt: quia non poteſt dici regeneratio, vbi non proceſsit generatio. d. c. qui in maternis. poteſt etiam
2 reddi alia ratio: † quia partus dum eſt in vtero, pertinet ad corpus matris, & eſt pars viſcerum matris. l. j. §. ex hoc edicto. ff. de ventre inſpicien. & ſi baptiſaretur in vtero matris, rebaptiſaretur iterum quod non eſt dicendum. dict. cap. ſi ad matris. nam partus dum eſt in vtero matris nondum dicitur animal. l. j. §. ſi quis. ff. vnde cogna. ſecundum gloſſ. in l. qui in vtero. ff. de ſtatu homin. & iſto caſu qui eſt in vtero non habetur pro nato: ſecundum glo. in dict. c. ſi ad matris. & alias rationes reddit ſanctus Thomas in iiij. ſententiarum. diſt. vj. primo articulo. & inter cæ
3 tera reddit rationem, † quòd baptiſmus conferendus eſt per miniſtros eccleſiæ, vel alios qui in caſu neceſsitatis gerunt vicem miniſtrorum. puer autem quandiu eſt in vtero matris non poteſt ſtari operationi miniſtrorũ eccleſię. Nec eſt hominibus notũ. & ideò non poteſt baptiſari. Nec obſtat ſi dicatur de ſanctificatiõe. Ieremię & ſancti Ioannis Baptiſte: quia ad iſtud reſpondetur: ſecũdum magiſtrum ſententiarum & ſanctum Thomã, vbi ſuprà, & ibi
4 etiam tenet, † quòd nõ debet ſcindi venter matris viuentis, vt baptiſetur puer: quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona, & ſic requiritur natiuitas
5 ex vtero. Adde † quòd puer poſſet baptiſari in vtero matris ſi occideretur pro Chriſto, & hoc baptiſmo ſanguinis quod prodeſt tàm paruulis, quã adultis: ſecundum Antonium in ſumma. iij. parte. titul. xiiij. c. xiij. in princip.

ARGVMENTVM.

Puer ad hoc vt baptiſetur egreſſum eſſe matris vterum oportet.

SVMMARIVM.

1 *Miſericordia diuina nõ eſt arctanda: utq; ſacramentis colligata non eſt.*
2 *Pueri imminente periculo ſtatim atque nati ſunt, baptiſandi ſunt etiam in domo.*
3 *Quid ſi caput pueri tantũ immineat an baptiſari poterit.*
4 *Poſthumus ad hoc ut teſtamentum rupiſſe dicatur, requiritur ut totus natus ſit.*
5 *Baptiſandus eſt puer imminẽte periculo mortis ſi quid extra uterum appareat. & quare.*
6 *Quid ſi partus præcipitetur & mulier ante tẽpus pariat.*
7 *Quid ſi non appareat an ſit maſculus uel fœmina quibus uerbis utendum erit.*
8 *Quid ſi mulier emittat monſtrum.*
9 *Mortui qui naſcuntur nati non dicuntur.*
10 *Partum abortiuum qui eijcere cura: homicidij pœna plectandus eſt.*
11 *Abortiuus puer dicitur uel alius fœtus in debitum tempus natum.*
12 *Abortiuus teſtamentum non rumpit.*
13 *Tempus aptum uitæ quæ naſcitur puer.*

Quæſtio DCCCCLIII.

QVAERITVR an requiratur totalis egreſsio ex vtero matris antequã baptiſetur: & dicendũ eſt ꝙ ſic, niſi periculum mortis timeatur tunc anteriori egreſſa parte principali ſeu capite, in quo operationes animę magis manifeſtãtur baptiſari debet: ſecus autem eſt de alijs partibus, vt de manu pede: quamuis non noceat ſi aſpergatur ba-
1 ptiſmali aqua: † quia diuina miſericordia non eſt arctanda: quia non alligauit virtutem ſuam & potentiam ſacramentis. & ita etiam tenet frater Antonius in ſumma. iij. parte. tit. xiiij. c. xiij. §. j. & licèt paruuli baptiſentur alio profitẽte: ſicuti egregij &
2 muti. c. paruuli. de conſecrat. diſtinct. iiij. † tamen quando eminet periculum illicò quo ſunt nati, poſſunt baptiſari. c. baptiſari. v. diſtin. antequàm portentur ad fontes eccleſiæ: ita, ꝙ nõ debet rebaptiſari licèt portentur ad fores eccleſiæ ad faciendum catechiſmum. c. ij. de cognatione ſpirituali. libr. vj. c. de catechiſmis. de conſecra. diſtinc. iiij. Et inde de lypciſsimis, vide de hac materia Cardin. Floren. in clem. j. §. ad hæc. de ſumma trini. vbi refert aliquos
3 tenere, † ꝙ ſufficit, ꝙ habeat caput extra vterum matris ad hoc vt baptiſari poſsit: ſecus de alio membro. l. cum diuerſis. ff. de religio. & ſumpti. funer. c. ſi baptiſata. de conſecra. diſtin. iiij. alij maximè religioſi, dicunt expedire, ꝙ totus ſit natus. allegat gl. in d. c. ſi matris. & c. qui in maternis. de conſecra. diſtinct. iiij. & eſt ratio ſecundum Laurentium: quia non eſt adhuc membrum eccleſiæ antequã ſit totus natus. & ſic eccleſia prouidere non poteſt. Nam baptiſmus prodeſt paruulis & adultis. Sed antequàm partus ſit totus natus nõ poteſt dici paruus. & iſtam partem tenet ibi Cardina. Floren. & pro hoc alleg. text. in l. penult. C. de poſt u. hæredi. inſtituẽ. vbi re-
4 quiritur, † ꝙ poſtumus ſit ex toto natus ad hoc vt rumpatur teſtamentum: quia ſeminatus non rumperet: nec refert ſi momẽto decedat emiſſa voce vel non emiſſa: vt ibi habetur. dum tamen appareat ſignum vitæ: ſecundum Bart. in l. quod dicitur. ff. de libe. & poſtum. conſilium tamen eſt ſecũdum Car-
5 dinalem Florentin. in d. §. ad hæc, † ꝙ ſi quid appareat de puero extra vterũ im minente periculo mortis baptiſetur propter operationem ſpiritusſancti. c. multi. j. q. j. poterit eum ſanctificare ſicut glorioſam virginẽ, Iheremiam & Ioannẽ baptiſtam ſanctificauit in vtero. & ideò ſciri de conſilio medicorum, ꝙ quãdo iſtæ mulieres prægnãtes poſt partum viuificatũ & poſt quãſentierint, quod eſt in maſculo poſt xl. dies.

poſt xl. dies. & in femella per lxxx. dies. c. Moyſes. xxx. ij. q. ij.
6 † quòd interdum pariunt ante tẽpus & pręcipitatur, quòd debet bene pręſeruari & debito modo recipi talis fœtus ſeu partus & poni in aqua modicum tepida ſeu vino modicũ tepido ad videndum, ſi talis partus habeat ſignũ vitæ, & ſi faciat motum ad finem vt illicò poſsit baptiſari, & ſciri de aliquo quoddam valente medico ex relatu ſuo. Archidia. verò in d. c. baptiſari. v. diſt. tenet, quòd quãdo emittit caput, & nõ poteſt eggredi, & dubitatur de vita, quòd poteſt baptiſari. & idẽ tenet Hoſtien. in ſumma. in tit. de baptiſmo. §. quę ſit forma. & ibi ponit formã: quia cũ nõ poteſt ſciri an ſit maſculus vel fœmina
7 debet † dei creatura dici ego te baptiſo in nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti. ter lauando caput de aqua. & iſtam partẽ videtur tenere gl. in l. poſsideri. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. dum ibi tenet, quòd baptiſatus in capite cenſetur baptiſatus in toto corpore. Bart. verò in d. l. penult. C. de poſtu. & hæredi inſtituen. refert canoniſtas tenere, quòd ſufficit, quòd aliquod membrum baptiſetur. Bald. verò in l. nõ ſunt liberi. ff. de ſtatu hominũ. tenet, quòd tales liberi debent baptiſari, quando habent formam hominis in capite licèt deficiat aliud membrum. allegat Archidiaco. in dict. c. baptiſari. ſecus ſi non habeant formam hominis: vt quia eſt monſtrũ vel prodigiũ: puta quia emittit vitulum vel habet duo capita, & maximè quãdo mulier eſt in culpa: vt quia habuit rem cum bruto animali: ſecundum glo. in dict. l. non ſunt liberi. & in l. oſtentum. & in l. quæret. ff. de verb. ſig. Et idem quando mulier parit abortiuum ſeu mortuum:
9 † quia qui naſcuntur mortui, non dicuntur
10 nati. l. qui mortui. ff. de verb. ſignific. † licèt faciens fieri partum abortiuum puniatur pœna homicidij, ex quo partus ſemel habuit animã. c. ſicut. le ij. cum ibi notatis. de homicid. ſecus in pœna ſtatuti: quia ille qui eſt in vtero nõdum eſt homo, licèt effici ſperatur. l. cũ inter veteres. C. de fideicõmiſſ. liberta. ſecundum Bald. in dict. l. quod dicitur. Angelus verò ibi, tenet, quòd partus certus à ventre matris dum tamen cum ſpiritu rumpat teſtamentum etiam ſi non ſit integrum animal: vt quia nõ habet omnia membra rectè formata, fortè propter tempus: quia nõ eſt ad hæc ſeptem mẽſium: dumtamen ceciderit in manibus obſtetricis, & prouiſo, quòd non tendat ad monſtrum, & ex hoc apparet ſecundum ipſum, ſi debeat baptiſari, & ſic ſentit, quòd ex quo eſt natus & emittit ſpiritum, quòd rumpat teſtamẽtum, licèt Paulus de Caſtr. in dict. l. pen. C. de poſthumis. C. de hæredib. inſtituendis. videatur tenere contrarium. de quo ibi latiùs per Alexandrum de Imol. & in dict. l. quòd dicitur. Adde quòd vbi puer eſt natus. forma verborum dicendo eius nomen, Petre ego te baptiſo in nomine patris & filij & ſpiritusſancti, & hoc ter mergendo in aqua, quando dicuntur verba: ſecundum Hoſtien. in dict. §. quæ ſit forma. & nõ eſt neceſſe, quòd aqua tangat totum corpus, de quo ibi pleniùs. & in c. de terra. de conſecra. diſt in. iiij. quia ſuper immerſione attenditur conſuetudo: vt ibi habetur duo principaliter ſunt ſubſtãtia baptiſmi, videlicet verba & elementũ aquę. c. non vt opponeres. de baptiſ. Adde de ſecretis mulierũ quia poſt partum mittunt quendam pellem vbi nutriebatur partus in vtero quæ vocatur nutrimentũ ſeu deſpollie, aut le lict ou feyſſet. & iſtud denotat, quòd mulier peperit, aut abortiuum fecit: & quando retinetur in ventre
11 mulieris eſt ſignũ mortis. Adde † quòd abortiuus dicitur puer vel alius fœtus, ante tempus debitum natus. Et ideò ſic dicitur, quòd nõ oriatur ſed abbreuiatur: ſecũdum catechiſmũ ſub dictione abortiuus, & etiã in vocabulario iuris, ſuper dictiõe abortiuus. & ille qui dat occaſionẽ faciendi abortiuum, dicitur homicida occaſationaliter. c. quod vero. & c. Moyſes. xxxiij. q. ij. c. ſicut. le ij. & c. ſi aliquis. de homicid. & iſtud facit pro opinione Pauli de Caſt. in l. iij. C. de poſtu. hæred. inſtitu. quando naſcitur poſtumus. in vj. menſe, & nõ tetigit de vij. ita quòd viuere nõ poteſt. l. in teſtamento. §. fin. ff. de ſuis & legiti. quòd non rumpant teſtamentũ: quia parua ſunt non naſci viuum vel viuere non poſſe viuere ſecundũ ipſum. ſed con
12 tra præmiſſa facit l. ij. C. de poſtu. hæred. vbi † abortiuus non rumpit teſtamẽtum ſed viuus. & ſic pręſupponit abortiuum eſſe mortuum, de quo etiã per
13 magiſtrum ſententiarũ in iiij. diſtinc. iiij. † tempus verò debitũ quo naſcitur partus, dicitur in vij. menſe, aut in ix. aut in x. menſe, aut modicũ poſt: iuxta notata per gl. & Bart. in l. Gallus. in prin. ff. de libe. & poſtu. Sed attẽdè quia bene poteſt dici mortuus: ſed nõ dicitur natus. l. qui mortui. ff. de verb. ſign. & ſic abortiuus mortuus poteſt naſci, ſed non dicitur natus ex quo nõ naſcitur viuus. vide gloſſ. in c. cùm marthe. verſic. ſanè. ſuper verb. abortiuo. quę tenet, quòd abortiuus dicitur qui cũ labore anguſtia & attractione ad lucem attrahitur, ſicut de Paulo dicitur, qui cũ attractione ad fidẽ peruenit. Adde Bald. poſt gloſ. in c. j. §. j. Epiſcopi vel abba. de illa cõditione ſi ſine liberis maſculis ſi decedat cũ maſculo qui momento decedit quòd non excluditur ſublatus de quo latiùs per ipſum.

ARGVMENTVM.

Quare poſt mortem non baptiſatur, ſicuti abſoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Ea quæ applicantur corpori etiam poſt mortem exerceri poſſunt: ſecus in hijs quæ animæ applicantur.*
2 *Nobilitari poſt mortem an quis poßit. quid in doctoratu.*
3 *Flaminis ſeu contrictio noxam quam erga Deum contraxerat exoluere poteſt.*
4 *Percutiens clerici perſonam poſt mortem an excommunicationis ſententia uinciatur?*
5 *Communicans poſt mortem in perſonam excommunicati an ſententia excommunicationis innodetur, & quæ.*
6 *Corpora bannitorum an ſepulchri locum reduci poßint. uide exules facti fuerunt.*
7 *Executio in materia criminali an in defunctũ fieri poßit.*
8 *Crimina morte extingui regulare.*
9 *Animalia bruta propter facti memoriam quandoquè puniuntur.*
10 *Monachus qui pecuniam eius non declarat in ſterquilinio ſepeliendus.*

Quæſtio DCCCCLIIII.

QVAERITVR de ratiõe quare quis poſt mortem nõ poteſt baptiſari, licèt poſsit abſolui ab excommunicatione, quando habuit ſigna contritionis. c. à nobis. le ij. de ſenten. excommuni. & dicendum eſt ſecundum glo. ibi, quòd ratio differen

tiæ eſt.quia ſententia eccleſiæ ligat corpus & ani-
mam, baptiſmus verò imprimit caracterem ani-
mę:vnde poſt mortem non eſt quod valeat baptiſa
ri.argumento c.licitè.xxij.quæſtio.vj.etiam ſi quis
in extremis conſtitutus petijt ſe baptiſari, ſi dece-
dat ante non poteſt baptiſari poſt mortem: ſecun-
dum Innocen.in dict.c. à nobis. & Archidiac. in c.
quanto.ij.quæſtio.v.& ex hoc colligit Panor. in d.
1 c.à nobis doctrinam generalem, † quòd ea quę ap
plicantur corpori poſſunt etiam exerceri poſt mor-
tem:ſecus in hijs quæ applicantur animæ.& ex hoc
2 ibi infert,† quòd poſt mortem quis poteſt nobilita
ri per principem ſeu recipere gradum militiæ: quia
nobilitas concernit principaliter corpus: ſecūdum
Barto.in l.j.C.de digni.libr.xij. ſecus in doctoratu:
quia potiùs attribuitur virtuti animæ, quàm corpo
ris,& ideò non poteſt quis doctorari poſt mortem:
ſecundum Panormi.in dict. c.à nobis. & præmiſſa
procedūt etiā in baptiſmo adulterorū: quia quādo
quis habuit cōtrictionē non baptiſatur poſt mortē:
5 quia † baptiſmus fluminis ſeu ſola contrictio ſuffi-
cit ad tollendū vinculum quo peccator ligatus eſt
apud Deum:ideò non eſt opus, ꝙ baptiſetur per ec
cleſiam:ſed in excommunicato licèt habeat contri
ctionem &tollat vinculum quo ligatur apud Deū:
non tamen tollitur vinculum eccleſiæ,quo ligatus
eſt apud eccleſiam militantem,& ideò opus eſt ab-
ſolutione poſt mortē.Et præmiſſa faciunt ad quę-
4 ſtionem † ꝙ poſt mortē percutiendo perſonam cle
rici,quis incurrat ſententiam excommunicationis,
5 c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij. † Et pariter communi
cando poſt mortem in perſonam excommunicati
quis incurrat ſententiam excommunicationis mi-
norem:de quo per glo.Panormita.& de Ballencijs
in additio.in c.ad hæc.de priuileg. & in c. ſacris.de
ſepult. & plures aliæ quæſtiones tanguntur per de
bellentijs in dict.c.ad hoc.& in rubri.de baptiſmo.
Adde Petrum de Ancha.cōſil.ccccj.incipien.Viſo.
& Felin.in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.ꝙ Papa
poteſt poſt mortem alteram coniūgum diſpenſare
ſuper contractu in gradu prohibito, & legitimare
ſobolem.Et præmiſſa poſſunt adaptari ad quæſtio
nem:quia ſuprà dictum fuit,quòd cui non commu
nicamus in vita,nec in morte.dict.c.ſacris.de ſepul
6 tu. † an corpora bannitorum poſſunt reduci ad lo-
cum ſepulturę:vbi fuerunt banniti. Et dicēdum eſt
quòd nō.l.ij.ff.de cadauer.mortu.ſine licentia prin
cipis:vt ibi habetur:& hoc ibi not. Bart. & dicit ꝙ
non eſt alibi.de quo etiam habetur per Bald.in l.ſo
rorem.C.de hijs quib.vt indig. Et per de bellencijs
in additio.ad Panormita. in c. ad hæc. de priuileg.
7 Et præmiſſa faciunt etiā ad quæſtionem, † an exe-
cutio ſentētiæ in cauſa criminali poſsit fieri in per-
ſonam hominis mortui,vt ponatur in patibulo ſeu
furcis:Bald.in l.ij.C.qui teſtamen.face.poſſ. refert
acceſſores ſeruare,ꝙ ſic:licèt referat Petrum,& Cy
num tenere,ꝙ non debeat fieri executio in perſonā
8 mortui: † quia crimen morte eſt extinctum regula
riter.l.defuncto.ff.de public.iudic.& ibi per Ange.
& Ioannem de Imol. & quòd iudices qui hoc fa-
ciunt tenentur actione iniuriarum. & idem tenet
Bald.in l.j.C.de delict.defuncto.licèt idem Bald.in
dict.l.ij. relinquat eſſe arbitrio iudicis. Ioan. verò
de Imol.in dict.l.defuncto.tenet, quòd in iſtis fa-
moſis latronibus,qui quandoquè interficiūtur an-
tequàm poſsint capi, quòd poſteà eorum corpora
ſuſpenduntur.Et illud tolerari poteſt in deteſtatio
nem tanti facinoris. & propter facti memoriam.
argumento c. mulier. xv.quęſt.j. vbi etiam animal
brutum punitur propter facti memoriam. & quod
habetur in c.cùm ad monaſterium.§.j.de ſtatu mo-
nachorum.vbi monachus,qui nō declarat eius pe-
cuniā in obitu ſepelitur in ſterquilinio. vide etiam
per Angel. in l.qui à latronibus.§.ſi quis.ff.de teſta
men.& in l.fi.C.ſi reus,vel accuſa.mort.fuer.

ARGVMEMTVM.

Caput monaſterij an penes abbatiſſam,prioriſſam
vel moniales reſideat.

SVMMARIVM.

1 *Homo ad Dei imaginem factus eſt, non mulier.*
2 *Claues regni cælorum homini datæ ſunt.*
3 *Abbatiſſæ,prioriſſæ ſeu moniales confeſsiones audire ne-
que ligare neque abſoluere poſſunt.*
4 *Monaſteria puellarum longè diſtare à monachorum mo-
naſterijs debent.*
5 *Monaſteria duplicia prohibita.*
6 *Abbatiſſæ & prioriſſæ iuriſdictionem ſeu ſpiritualium &
temporalium adminiſtrationem habent.*
7 *Abbatiſſa beneficia conferre poteſt.*
8 *Abbatiſſa plenam liberam monaſterij adminiſtrationem
habet.*
9 *Abbatiſſa ſuſpendere à beneficio & præbendas ſubſtrahe-
re poteſt.*
10 *Iuriſdictionem fori pœnitentialis abbatiſſa habere non po
teſt:utque ex clauium poteſtate procedat.*
11 *Monialium collegium principale.*
12 *Monaſterium monialium nullus niſi pro miniſtrādis ſacra-
mentis infirmis.*
13 *Monialibus fratres non niſi à remotis loquētur & in dua-
rum aut trium,ſororum præſentia.*

Quæſtio DCCCCLV.

QVAERITVR redeundo ad materiā ele-
ctionis:quia etiam in monaſterijs monialiū
habet locum electio.c.indemnitatibus.de election.
libr.vj.ideò duxi tangendas aliquas quæſtiōes tan
gentes monaſteria monialium:& primò quādo di-
cta monaſteria monialium habent confeſſores &
miniſtros eccleſiæ ad celebrandum miſſam.& mini
ſtrandum ſacramenta eccleſiæ,an caput dignitatis
monaſterij remaneat apud abbatiſſam prioriſſam,
& moniales,& an talia monaſteria ſint de iure ap-
probata?Et videtur prima facie dicēdum,quòd ca-
put dignitatis talium monaſteriorū reſideat penes
fratres ſeu clericos qui deſeruiunt talibus monaſte
rijs.Nam vir debet eſſe caput mulieris,& non econ
1 trà: † quia mulier non eſt facta ad imaginem Dei,
ſed vir ſic.cap.hæc imago.& cap.cùm caput.xxxiij.
2 quæſtion.v.Præterea † quia ſexui virili & non fœ-
minino fuerunt traditæ claues cælorum, licèt cum
beatiſsima virgo Maria excellentior ſit apoſtolis,
non tamen illi,ſed apoſtolis fuerunt traditæ claues
regni cælorum.c.noua.de pœnitentijs & remiſsio.
3 Et ideò † nō audiunt confeſsiones,nec poſſunt ab-
ſoluere, nec ligare tales abbatiſſæ prioriſſæ & mo-
niales:vt ibi habetur, nec poſsint abſoluere.cap.de
monialibus.

monialibus. de ſenten.excommunica. nec poſſunt
pariter velare moniales.cap.ſtatuimus.xxij. quæſt.
4 ij.tum etiam, † quia monaſteria puellarum debent
longè cóſtitui à monaſterijs monachorum propter
inſidias diaboli & ob loquutionẽ hominum.c.mo-
naſteria.xviij.quæſtion.ij.& iſtud facit contra ali-
qua monaſteria monialium, vbi ſacerdotes ſeu fra
tres cóſtituuntur in eodem monaſterio, aut ſaltem
propè, & ſub eadem clauſura generali, licèt de iure
debeant eſſe ſub clauſura ſeparata.capitu.j.de ſta-
5 tu regularium.libr.ſexto. Prętereà † monaſteria du
plicia ſunt de iure reprobata, & prohibentur ſi-
mul habitare monachi & moniales adulterium
cùm intercipit habitatio. cap. diffiniuimus. cap.in
nullo.xviij.quæſtion.ij.Sed præmiſsis non obſtan-
tibus videtur dicendũ, ꝙ talia monaſteria monialiũ
ſunt de iure approbata, & ſecundũ decreta patrum
inſtituta.& quòd nomen dignitatis remaneat pe-
6 nes tales † abbatiſſas & prioriſſas cùm habeant
iuriſdictionem ſeu adminiſtrationem ſpiritualium
& temporalium.c.dilecta.& ibi per glo.de maio.&
7 obedi. † & poſſunt conferre beneficia & inſtituere
clericos & poſſunt ſuſpendere monachos & cleri-
cos ſubiectos de quo per glo. ibi.cap.dilecti.de ex-
ceſsi.prælat.cap.ij.de his qui fiunt à prælatis ſine con
8 ſenſu capituli.& ibi Panor.qui tenet, † quòd abba
tiſſa habet liberam adminiſtrationem ſui monaſte
rij ſicut abbas. & quòd ad validitatem cóceſsionis
fiendæ per eã debet interuenire conſenſus capituli,
ſui.ex quo colligitur, ꝙ per abbatiſſam, & moniales
non obſtãte ſexu fœmineo regitur res monaſterij:
vide ſecundum Panor.in dict.ca.dilecta.de maiori.
& obedi.abbatiſſa ratione ſuæ dignitatis, licèt non
9 poſsit ſuſpendere à diuinis ſeu ab ordine: † tamen
poteſt ſuſpẽdere à beneficio, & ſubſtrahere præbẽ-
das.& pariter poteſt habere iuriſdictionem fori cõ-
tentioſi, ſed non poteſt habere iuriſdictionem fori
10 penitentialis:& eſt ratio diuerſitatis: † quia iuriſdi
ctio fori pœnitentialis procedit ex poteſtate clauiũ
& ordinum, adeò quòd ſi moniales de facto ordine
tur non recipit caracterẽ: ſecundum glo.& Panor.
in dict.cap.noua.& per.gloſſ.in cap. dyaconiſſam.
xxvij.quæſtio.iij.& iſtud etiam tenet Panor. conſi.
viij.incipi. Chriſti eiuſdem matris.vbi legitur in re
gula & monaſterio ſanctę Brigidæ quę fuit ſancta
nobiliſsima & per ſummum potificum canoniſata.
& ibi plura nobilia verba dicit reſpondendo ad cõ
11 traria: vnde ſecundum ipſum † collegium monia-
lium dicitur principale, & iſti clerici ſeu fratres nõ
faciunt collegium, ſed ſunt tanquàm ſingulares &
ſeruitores in diuinis, & ſunt omninò ſeparati à mo
naſterio monialium: & ſic veniunt acceſſoriè. dict.
cap.dilecta.de exceſsi.pręla. Nec obſtat quod oppo
nitur de familiaritate, & cóuerſatione: quia per ſta
12 tuta dictæ regulæ ſanctę Brigidę † nunquam cófeſ
ſor vel aliquis presbyterorũ vel fratrũ monaſteriũ
ingreditur, niſi quãdo infirmis danda ſunt ſacramẽ
ta, vel pro ſorore mortua ſepeliẽda.& ibi etiam ſunt
ferraturę ordinatæ ad confitendum: & licèt poſsint
audiri: non tamen vidẽtur: & tales fratres & presby
teri qui ibi ſeruiunt deputantur ibi per eorum ſupe
riores: nec eliguntur, & ſic non faciunt collegium:
ſed recipiũt poteſtatem eligendi ab Epiſcopo loci:
13 ſecundum capitula regulę ſanctæ Brigidæ. † Nec
debent loqui tales fratres per familiaritatem niſi à
longè vſq; ad veſtibulum. & in præſentia duarum
vel trium ſororum.cap.in decima. xviij. quæſtio.ij.
Nec obſtat dum opponebatur de dict.c. monaſte-
ria.vbi prohibetur eſſe duplicia monaſteria: quia
hoc verum vbi eſſent æquè principalia, ſed in caſu
iſto dicti fratres & ſacerdotes ſunt deputati ad ſer-
uiẽdum in diuinis acceſſoriè, & habitãt ſeparatim.
Nec obſtat dum opponebatur, quòd mulier nõ de-
bet eſſe caput viri ſed ecõtra: quia hoc verum ſecun
dum Panor.in dict.conſil.quòd hoc verum data pa
ritate inter virum & mulierem: ſed in caſu iſto ab-
batiſſa eſt ſupra monaſterium, & moniales ſuas, &
habet iuriſdictionẽ.dict.cap.dilecta. Nec ſunt duo
capita æquè principalia: licèt confeſſor generalis
ſit loco Epiſcopi, vt ſit ſuper fratres. Et præmiſſa fa
ciũt pro monaſterio montis Fluriti propè Gration.
vbi prioriſſa & moniales habent eorum monaſte-
rium ſub clauſura & ſeparatim à domo & priorũ
& certorum prædicatorum, & dicti fratres prædica
tores comedunt ad partem, & habent etiam paruu-
lum clericum deſeruientem eis, licèt recipiunt vi-
ctualia à dicto monaſterio montis Fluriti.

ARGVMENTVM.

Laicis monalium monaſteria intrare licitũ non eſt.

SVMMARIVM.

1 *Monachis & alijs uiris in monailium monaſterijs dormire uetitum.*

2 *Monaſteria monialium clericis frequentare ſub priuatione officij prohibitum.*

Quæſtio DCCCCLVI.

QVAERITVR an ſit licitum clericis aut
laicis ingredi monaſteria monialiũ. Et dicẽ-
dum eſt quòd non: vt dict.c.diffiniuimus.xviij.quę
1 ſtio.ij.vbi prohibetur † monachis & alijs viris dor-
mire in monaſterio, & quando deferuntur neceſſa-
ria vitæ abbatiſſa cum quadã vetula monacha reci
piat extra portam, & ſi quis aliquam propinquam
videre voluerit debet alloqui in præſentia abbatiſ-
2 ſæ, & per modica verba. † Vnde prohibitũ eſt cleri-
cis frequentare talia monaſteria ſine cauſa rationa
bili ſub pœna priuatiõis beneficij, & laicis ſub pœ
na excommunicationis.cap. monaſteria. de vita &
honeſtate clericor.& ſic ſecundũ glo.ſola frequẽtia
prohiberi videtur. & ſic vltra ſemel non eſt licitum
ingredi ſine cauſa rationabili: nec ſufficit occaſio
conſanguinitatis: licèt rarò poſsit viſitare conſan-
guineum: ſecundum Ioan. And.ibi.& licèt non ſit
prohibitum viſitare monaſterium: quia non eſt in
ſe malũ: ſecus quò ad viſitationem monialium: vel
ſecũdam poteſt dici ſecũdum Panor.ibi, quòd etiã
eſt prohibitum frequentare talia monaſteria: licèt
quis non loquatur monialibus. hodiè verò eſt pro-
hibitus ingreſſus vel acceſſus, niſi rationabilis & iu
ſta cauſa exiſtat: & de licentia ſpeciali illius ad
quem pertinebit capitu.j.de ſtat.regular.libr.vj. &
ibi interueniſſet cauſa rationabilis & manifeſta, ſi-
cuti in medicis barbitonſoribus, ſartoribus carpen
talibus & cùm egerint, & his ſimilibus.

ARGVMENTVM.

Veniam qui concedant vt collegium cum moniali
bus habeatur.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres contra propria commoda nituntur.*
2 *Monaſteria monalium prædicatorum ſine permiſſu magiſtri ordinis ingredientibus ipſo facto excommunicati ſunt.*
3 *Vicarius monaſterij monalium maturæ ætatis eſſe expedit.*

Quæſtio DCCCCLVII.

QVAERITVR ad quem ſpectat dare licentiam accedendi vel loquendi abbatiſſæ, & monialibus:& an abbatiſſa vel aliqua prioriſſa poſsint dare licentiam, & dicendum eſt, quòd talis licentia non ſpectat ad abbatiſſam: quia ipſa ligatur conſtitutione dicti cap.j. de ſtatu regul.
1 libr.vj.& arctatur illa clauſura. † & quia mulieres vt plurimum mituntur contra commoda propria laborare.l.iiij.C. de ſponſal. Et ideò talis licentia ſpectat, ad illum qui præeſt illi monaſterio,qui debet eſſe approbatus ab Epiſcopo. cap.qui religioſi.xviij.quæſtio.ij. ſecundum Archidia.Ioan.And. & Gemi.in dict.cap.j.de ſtatu regula.libr.vj. Adde fratrē Anthon.in tractatu de excōmunicationibus ſub tit.excommunic.contra ingredientes monaſte
2 ria.cap.j.& ſequenti,vbi refert, † quòd ingredienti monoſteria monalium fratrum prædicatorum & minorū in caſu non conceſſo à conſtituentibus vel ſine licentia magiſtri ordinis,quòd ſint excommunicati ipſo facto:licèt ibi refert,quando quis haberet probabilem innocentiam,quòd non incideret.
3 Adde †glo.in capitu.quę religioſis.xviij. quæſti.ij. quòd vicarius illius monaſterij monaliū non debet eſſe nimium iuuenis.

ARGVMENTVM.

Monialibus monaſterium egredi niſi grauis morbi occaſione vetitum eſſe tacitę profeſsionis eſt.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo ut moniales monaſterium pro libito egrederentur,non ualet.*
2 *Abbatiſſa monalium appellatione comprahenditur.*
3 *Galli hanc conſtitutionem non receperunt.*

Quæſtio DCCCCVIII.

QVAERITVR an ſit prohibitū monialibus tacitè vel expreſsè profeſsis exire monaſterium.& dicendum eſt quòd ſic,niſi in caſu morbi & infirmitatis:quando aliâs ſine graui periculo cum alijs commorari non poſſet.dict.cap.j.de ſtatu
1 regular. libr.vj. † nec valeret conſuetudo in contrarium:ſecundum Geminia.ibi.& idem eſt de ab
2 batiſſa: † quia compręhenditur appellatione monialium:cum agatur de ſalute animarum.cap.fina. de ſymo.ſecundum Archidia.Ioan.And. & Gemi.in dict.cap.j.& prout referunt ibi,Ioan.And.& Ge
3 minia.† dicta cōſtitutio non fuit acceptata in partibus Gallicanis,& quod Ioan. Andr. vidit non obſeruari Venetis.vide additio. Heliæ in glo.dict.cap. j.de ſtatu regu.lib.vj.

ARGVMENTVM.

Moniales in cuius manibus profeſsionem facere teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Velum imponere fœminæ non licèt.*
2 *Abbatiſſa monialis profeſsionem recipere poteſt.*

Quæſtio DCCCCLIX.

QVAERITVR in cuius manibus debeāt moniales facere profeſsionem:&an poſsint facere in manibus abbatiſſæ: & dicendum eſt quòd non:ſed debet fieri in manibus ſacerdotis: ſecundū
1 glo.in cap. vidua.xx.quæſtion.j. † quia nō licèt fœminis imponere velum.cap.ſtatuimus.xx. quæſtio. ij.ſed ſuper hoc iſtę moniales ordinem fratium prędicatorū & minorum habent eorum ſtatuta & conſtitutiones, de tempore recipiendi velum monialium,vide in cap.j.de tempo.ordina.& in cap.deuotis.xx.quæſtio.j.& ibi per glo.de quadruplici velo, & cap.placuit.j.q. Vide de hac quæſtion. per gloſ. Inno. Panor.in cap.porrectum.cap.ad noſtram. de regul.per Specu.titu. de ſtatu mona.verſicu.xix. & xx.per Gemini.Petr de Ancha.& Phil.in cap.fi. de regul.lib.vj.& in cap. conſtituen. eodem titul. vbi
2 Archidi.Gemi.&.Petr.de Ancha. tenent quòd abbatiſſa poteſt recipere profeſsionem monialis.Hoſtien.in ſumma in titul.qui cleric.vel vouen.§.quis vouens.

ARGVMENTVM.

Moniales dum miſſa cātatur: reſpōdere miſſæ non horas canonicas dicere tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Moniales adſtare altari non debent.*
2 *Mulieres caracterem non recipiunt: nec ordinem officium exercent.*
3 *Monalibus officium ad altaria exercere prohibitum.*

Quæſtio DCCCCLX.

QVAERITVR an dictæ moniales dicendo &cantando officiū diuinū,ſuas horas canonicas poſsint nec valeant reſpondere in miſſa: &
1 dicendum eſt quòd non:quia † non debent appropinquare altare.& quia presbyter quando celebrat debet habere vnū aut duos. c. hoc quoque.de conſecratio.diſtinct.j.cap.propoſuit.de fil.presby. cap. vt quiſque.de vita & honeſta.clerico.& hoc verum niſi in neceſsitate vbi non ſuffragatur copia clerici:ſecundum gloſſ.Archid.in dict.cap.hoc quoq;. & hoc etiam tenet glo.in cap. diaconiſſam. xxvij.
2 quæſtio.j.vbi tenet, † quòd mulieres non recipiūt
3 caracterem: † poſſunt exercere officium ordinum, licèt fortè poſsint legere homeliam vel euangelium ad matutinas.pro quo facit cap. ſacratas. xxiij. diſtinct.vbi prohibetur exercere officium ad altare. verūtamen populus etiam ſi ſint laici bene poſſunt reſpondere in miſſa Amen.cap. cedulo. xxxviij.diſtinct. & ibi per gloſſ.& in dict. cap. hoc quoque. de conſecratio.diſtinctio.j. & per gloſſ.in cap. placuit.lxxvij.diſtinct.

ARGVMENTVM.

Monialium cœnobia per quos viſitari debeant.

SVMMARIVM.

1 *Monialium monaſteria per ordinarios annuatim uiſitanda.*
2 *Monaſteria quæ ſunt ordinis exemptorum,per abbates aut eorum prio-*

eorum priores annuatim uiſitanda ſunt.

5 *Viſitans cœnobia quos ſecum habere teneatur.*

Quæſtio DCCCCLXI.

QVAERITVR de modò viſitandi monaſteria monalium habetur in clemen. attendentes: de ſtatu monachorum: † quia debent viſitari annuatim per ordinarios quãdo non ſunt exẽpta ab authoritate ordinaria. Si verò ſint exẽpta ſede apoſtolica immediatè ſubiecta viſitantur per ordinarios authoritate apoſtolica. Si verò † ſint exempta: quia ſunt ordinis exemptorum, debent viſitari per eorum abbates vel priores ſeu ſuperiores, ſicuti in monaſterijs Siſtertienſium & ſimilium. Si verò talia monaſteria monialium ſubſint alijs monaſterijs monialium: cùm illa maior prælata clauſuram exire non debeant, debet viſitare per alium: ſecundũ glo. in d. cle. j. & Archidi. in dict. c. j. de ſtatu regular. lib. vj. & quãdo tales viſitatores † viſitãt debẽt habere duos notarios, duas notabiles perſonas ſuæ eccleſię, & quatuor perſonas honeſtas: vt habetur in d. clemen. j. quæ habet locum in monialibus quę profitentur religionem Baſilij Benedicti Auguſtini, & aliàs religiones approbatas: ſecundum Cardinalem Florentinum ibi.

ARGVMENTVM.

Pro monialium ingreſſu nihil accipiendum.

SVMMARIVM.

1 *Conuiuia neque ante profeßionem, neque poſt facere uetitum. item nec quicquam dare.*

2 *Ingredientes omni pactione ceſſante ſi quid dare uoluerint tanquàm in pios uſus poſſunt.*

3 *Datum pro in greſſu religionis filiæ an loco dotis uel legitimæ datum cenſeatur.*

4 *Vidua ingrediens religionem, quòd primi matrimonij dotẽ habere debeat.*

5 *Pater filio ingredienti religionem aßignare alimenta uel legitimam cœnobio exiſtente inopi tenetur.*

Quæſtio DCCCCLXII.

QVAERITVR an ſit licitum aliquid accipere pro ingreſſu monalium: & dicendum eſt quòd non: cap. non ſatis. & cap. quoniam. de ſymo. † Et pariter non eſt licitum ante, aut poſt receptionem facere paſtus prandia ſiue cœnas, aut Iocalia ſeu pecunias dare etiam ad pręſens vſum directè vel indirectè † reſeruato eò quòd ingredientes purè ſponte & libertate pactione ceſſante dare voluerunt, aliàs incurrunt ſententiam excomunicationis ipſo facto, tàm recipientes quàm dantes reſeruata abſolutione ſedis apoſtolicę: ſecundũ fratrem Anthonium in tracta. de excomunica. ſub rubric. excõmunicatio. contra recipientes. iij. parte. ti. xxiiij. & clxviij. & ibi refert extrauagantem Vrbani III. licèt ibi referat audiuiſſe ab aliquibus, ꝙ Martinus V. dicebat, quòd non intendebat, quòd moniales incurrãt pro huiuſmodi datis aliquã cenſuram eccleſiaſticam, & maximè excommunicationis. De hac materia aliàs ſcripſi in quodam alio volumi. cauſarum eccleſiaſticarum, fol. xxiij. & etiam in alio volumi. cauſarum mixtarum, in ij. volu. vide per Petrum de Vbald. in tractatu ſeruitu. xj. parte.

3 verſicu. quarto quæro. † quando pater tempore ingreſſus monaſterij filiæ offert ſuper altari aliquam ſummam pecuniæ an ſit loco dotis aut legitimę ſtãte ſtatuto quòd filia dotata non ſuccedat, & ibi tenet, quòd non eſt loco dotis, nec computatur in legitimam: quia debet dari purè & ſine aliqua conditione: aliàs eſſet ſymoniaca nõ ſatis. & cap. tua nos. & cap. fina. de ſymo. capitu. placuit. j. quæſtion. j. de quo plenius in dict. tracta. vbi ſuprà. Vide Cyn. Alberic. & Salice. in authentic. ſed quamuis. C. de rei

4 vxor. actio. quòd † filia vidua quãdo ingreditur religionẽ debet habere dotem primi patrimonij: quia nubit Deo: ſecus ſi ingreditur religionem non approbatam: vt in breuibus. clemen. j. de relig. domi. vide Bald. in l. fina. C. de do. promiſſ. & Barto. in l. j. §. ſi parens. ff. ſi à patre manu. & Bald. Nouel. in tractatu do. in prima patre in princip. & ibi etiam in

5 ingreſſu religionis filij, † quòd pater tenetur aſsignare pro legitima vel alimẽtis filij, maximè quando monaſterium eſt inops & tenue. Adde Ioan. Calderi. conſil. ix. ſub titu. de regula. & ibi quando pater dat nomine dotis pro ingreſſu filiæ quæ memor ante profeſsionem quam poteſt repetere deducta expẽſa moderata. facit c. quod ante. le j. de cleri. coniuga. Adde gloſſ. in cap. non ſatis. de ſponſa. ꝙ quando monaſteriũ eſt tenue, licitũ eſt aliquid accipere pro alimentis præalleg. de quo ibi per Ioan. de Anan. & per Bart. in l. Titio. §. j. ff. condition. & monſtrat. & per Alexan. de Imol. poſt Bart. & Bal. in l. ij. C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſub condit. fact. Vide tex. cum glo. in cap. tua nos. de ſymo. quò tempore ingreſſus licitum eſt aliquid dare gratis abſque aliqua pactione vel priuata intentione. Vide Mari. Soz. in tracta. oblat. lib. xv. verſi. ſecundo caſu, an illud quod pater dat pro ingreſſu filię cõputatur in legitimam. & alio ſecundo volu. cauſarum miſtarũ in princip. vel circa, & in volu. cauſarũ eccleſi. fol. xxiij. Vide plenè per fratrem Anthonium Flor. in ſumma, ſecunda parte, tit. j. cap. v. §. xviij. & ſequen. & iij. parte, tit. xxiiij. c. lxvij. & in deci. Tho. cccxij. Guid. Pap. deciſ. lxxx. & cccccl xxxj. & per Bald. in l. ſi quenquam. C. de oper. & cleric. vide in ſecundo volumi. carmi. in princip.

ARGVMENTVM.

De abſolutione monialium.

1 *Moniales quæ propter manuum iniectionem excommunicationis ſententiam incurrerunt per Epiſcopum diœceſanum abſoluendæ ſunt, etiam ſi moniales ſunt exempti.*

2 *Moniales diui Franciſci & aliæ quæ ſuos ſuperiores habẽt, an excommunicationis incurſæ propter manuum uiolentarum iniectionem abſolutionem à ſuis ſuperioribus, nõ à diœceſanis obtinere poßint.*

Quæſtio DCCCCLXIII

QVAERITVR de abſolutione monialium excommunicationis quando cõtingit ipſas adinuicem verberare cum effuſione ſanguinis. & dicendum eſt quòd non debẽt exire clauſtrũ

1 propter iniectionem manuũ violẽtarũ † Sed debẽt abſolui per Epiſcopũ in cuius diœceſi monaſteria ſunt ſita. cap. de monialibus de ſentent. excommunicationis. nam licèt moniales vel conuerſi gaudẽt priuilegio canonis, ſi quis ſuadente. xvj. quæſtion.

iiij.ita quòd maſculinum ibi concipit fœmininum: ſecundum Panormit. in dict.cap.de monialibus.tamen poſſunt abſolui per Epiſcopum etiam ſi exceſſus ſit enormis.etiam ſi tales moniales ſint executæ:
2 ſecundú glo.ibi † Quid aut in iſtis ſororibus ſancti Franciſci & aliarum mendicantium quæ habent eorum generalem ſuprà ſe, & exercent quaſi iuriſdictionem Epiſcopalem,an debeant abſolui per eorum ſuperiores propter iniectionem manus violentæ in clericum. & videtur dicendum, quòd ſic, per ea quæ habentur, per Innocentium,in capitu. ſecundo.de tranſaction.& in clementin. prima. de rebus eccleſi.non alienand.ſed in contrarium fortè eſt dicendum in caſu iſto: quia hîc tantùm fuit indultum Epiſcopis ob reuerentiam Epiſcopalis oridinis: ergo non licèt inferioribus: ſecundum Panormita.in dict.capitul.de monialibus. Adde Bartolum in l.prim.§.ſi parens.ff.ſi quis teſtamen. manu.fue. quãdo pater puellę aliquid tradit pro ingreſſu monaſterij,quòd computatur in legitimam. nam pater tenetur dotare filiam etiam in ingreſſu monaſterij ſecundum Baldum,in l.final.C.de dot. promiſſ. Adde quòd non valet conſuetudo, quòd aliquid accipiatur in ingreſſu monaſterij, aliâs eſſet locus repetitioni. cap.non ſatis.capit.quoniam. capitul.veniens.cap. de hoc.de ſymonia. veruntamen propter ſymoniam non reuocatur monachatus licèt debeat transferri ad arctius monaſterium: vt ibi notatur.

ARGVMENTVM.

Quictantiæ abbatiſſæ vel prioriſſæ quę capituli cõſenſum requirunt:ſi fiant capitulo præſente & non contradicente valent, maximè de re momentanea & temporali.

SVMMARIVM.

1 *Actus qui ut ualeat conſenſum capituli requirit, an tacitus ſufficiat.*
2 *In actibus uniuerſitatis ſi quis aſſentire noluerit,contra dicat oportet,aliàs tenetur,ſicuti qui conſenſerunt.*
3 *Pacta facta per gardianos & priores de conuentuum conſenſu ualida ſunt,& ſi ſuperiorum authoritas non interuenerit.*

Quæſtio DCCCCLLXIIII.

QVAERITVR quando abbatiſſa vel prioriſſa quę habet adminiſtrationem bonorum monaſterij: prout ſupra dictum fuit, facit aliquam quictantiam de aliqua re temporali & non perpetua cum conſenſu capituli: an ſufficeret conſenſus tacitus in præſentia capituli:& non contradicentis? & videtur dicendum quòd ſic.cap.contin ebatur.de his quę fiunt à prælato.& maximè in rebus quę non ſunt grauis præiudicij: vt ibi habetur
1 vbi loquitur in abbatiſſa, † quando facit aliquam confeſsionem conuentu ſciẽte & non contradicente:quia ſufficit tacitus conſenſus quando fit talis confeſsio ad tempus, & de re modici valoris, aliâs requireretur expreſſus conſenſus: ſecundũ glo. Io. Andr.& Innocen.& eſt caſus vbi tacens habetur pro conſentiente.& hoc etiam voluit Innocen. in capitul.j.de his quæ fiunt à maiore parte capituli.
2 & ibi Panormitan.vbi dicitur, † quòd in actu vniuerſitatis ſi quis nonvult conſentire,debet expreſsè contradicere, aliâs inuoluitur pœna & peccato ſicut expreſsè conſentiret. & pro hoc facit capitul.
3 final.de pactis.libr.vj. † vbi in õrdine mendicantium pacta facta per priores vel gardianos de conſenſu conuentuum ſunt valida, licèt non interueniret authoritas ſuperioris.& idem eſt in monaſterio mendicantium, cùm gaudeant eodem priuilegio: iuxt.ibi notat. & ideò nouiſsimis diebus conſului in quitantia conceſſa per dict. dominam prioriſſam montis Flureti.domino Argenſone quod conſius quòd fuit conceſſa per dominam prioriſſam de conſenſu capituli ad ſonum campanæ congregati vbi interſunt moniales ſeu maior pars. & etiam interfuit prior fratrum dicti monaſterij.

ARGVMENTVM.

De monialibus ſanctæ Claræ.

SVMMARIVM.

1 *Moniales ſanctæ Claræ ſunt de ordine diui Franciſci.*
2 *Moniales ſanctæ Claræ proprium habent,ſed in communi.*
3 *Tertius ordo diui Franciſci dictus de pœnitentia uiris & mulieribus in coniugio uiuentibus conſtans.*
4 *Monialibus ad arctiorem religionem tranſire ſicuti & religioſo permiſſum.*

Quæſtio DCCCCLXV.

QVAERITVR de monialibus ſanctæ Claræ gloſſ.in clemen.cùm adeò. de ſententi.
1 excõic.tenet, ꝙ dictæ moniales ſanctæ Claræ ſunt de ſecundo ordine ſancti Frãciſci,&differt à primo
2 ordine.†quia poſſunt habere proprium in cõmuni, ſed non particulari:ſecus in primo ordine: quia nõ habent proprium, nec in communi nec in particu-
3 lari.† Tertius ordo ſancti Fãciſci fuit factus de pœnitentia,qui fuit inuentus pro maribus & fœminis etiam viuentibus in coniugio, & an iſti gaudeant priuilegio clericali, vide ibi per cardinalem Flor.
4 & Ioannem de Imol. Adde †quòd monialis poteſt tranſire ad arctiorem regulam, ſicuti de religioſo dicitur:ſecundum Panormitanum in capitul.final. de ſtatu regularium.

ARGVMENTVM.

De raptu ſeu copula carnali monialium.

SVMMARIVM.

1 *Laicus qui monialem rapuit bonis monaſterio applicatis capite plectitur.*
2 *Quid in eo qui corrupit aut ſollicitauit.*
3 *Commiſcens inguina inguinibus monialis tribus peccatis irretitur.*
4 *Clericus immiſcens ſe carnaliter cum moniali,depoſitus ab officio in monaſterium detruditur.*
5 *Monialis impudicè uiuens in carcerem ſui cœnobij detrudenda eſt.*

Quæſtio DCCCCLXVI.

QVAERITVR de pœna rupto monialit aut aliâs quando quis habet copulam carna
1 lem cum moniali. & in effectu † quando laicus cõmittit raptum cum moniali eſt pœna capitalis&bona ipſius applicantur monaſterio.capitul.ſi quis ra
2 puerit.vigeſimaſeptima quæſtion.prima.† & idem ſi ſollicitauerit vel corruperit quamlibet religioſam,&

ſam,& quò ad mulierē debet tradi arctiori monaſterio,& an bona debeāt applicari ſecūdo monaſterio
3 quò ad vſumfructū habetur per glo. vnde ille † qui ſe immiſcet carnaliter cū moniali cōmittit tria delicta, videlicet ſacrilegiū, inſeſtū, & adulteriū: ſecun-
4 dum glo. in c. virginibus. xxvij. quæſtion. j. † Si verò ſit clericus qui commiſcet ſe cum moniali debet deponi ab officio & detrudi in monaſteriū. c. ſi qua monacha. & c. ſi quis Epiſcopus. xxvij. q. j. de quo per Panor. in c. monaſteria. de vit. & honeſt. cleri. c.
5 at ſi cleri. de iudic. Adde etiā † quādo maniales viuunt impudicè, debēt detrudi incarcerem in eo. mo ſterio. c. impudicas. xxvij. q. ij. & idem in monacha: ſecundū Cardi. in clemē. ne in agro. §. quia verò. de ſtatu monachor.

ARGVMENTVM.

Moniales quot in cœnobio eſſe debeant.

SVMMARIVM.

1 *Moniales in monaſterio non, niſi ſecūdum prouentuū quantitatem, recipiendæ ſunt.*

Quæſtio DCCCCLXVII.

QVAERITVR de numero monialium quot debeāt eſſe in monaſterio: & in effectu
1 nō † debēt recipi ſorores in monaſterijs ordinū nō mēdicantiū, niſi ſecundū prouētus monaſterij, ita ꝙ ſine penuria ſubſtētari poſsint. c. j. §. planè. de ſtatu regul. lib. vj. ſecus ſi cōmodè nō poſsit ſuſtētari ſine penuria: ſecundū glo. ibi quia tales cōſtitutę & recep tę non habent mendicare. veruntamen in aliquibus monaſterijs moniales duntaxat habēt victum, & veſtimenta ſibi faciunt ex loco manuū ſuarum: ſecundū Panor. in c. cùm ad monaſterium. de ſtatu monachorū. & interdū moniales habēt penſionē à parentibus. & iſtud facit pro ordine Carthuſieñ. aut mendicātiū, qui habet interdū aliquas pēſiones pro veſtiarijs ſeu indumētis religioſorū: ſecundū Io. And. in d. c. cū ad monaſteriū. vide Feli. in c. cùm in. de cōſti. Panor. in c. edoceri. de reſcri. & cōſi. lxxxix.

ARGVMENTVM.

Diſpenſatio ad caſus etiā non expreſſos extēdi pōt.

SVMMARIVM.

1 *Diſpēſatio ut quis ad maiorem ordinem promoueri poßit, etiam minorem ordinem tacitè comprehendit.*
2 *Diſpenſatio in conſequentiā ad ea quæ antecedūt extēditur*
3 *Diſpenſatio ordinarij facta ſine cauſa non tenet.*

Quæſtio DCCCCLXVIII.

QVAERITVR an diſpenſatio poſsit extendi etiam ad caſus non expreſſos: & videtur quòd ſic: quia beneficium principis eſt latiſsimè interpretandum. l. beneficium. ff. de conſtitu. princi
1 pum. c. olim. de verbo. ſignifi. Præterea † diſpēſatio vt quis poſsit promoueri ad maiorē ordinem etiā includitur quòd poſsit promoueri ad minorē. c. fi. de tranſla. prelato. & not. per glo. & docto. in c. literas. de fil. presbyte. & maximè in clauſis, ꝙ vnum neceſſariò includitur in alio: ſecundū Præpoſitū in c. nos conſuetudinē. xij. diſtin. maximè quādo aliàs diſpēſatio reducitur inutilis? de quo etiam per doctor. in
2 c. per venerabilem. qui filij ſint legiti. † Nam fit diſpenſatio in conſequentiā ſe extēdit ad antecedēs: ſecundū Gemi. in c. cùm ex eo. lib. vj. quia diſpenſatio includit antecedens: ſecundū Præpoſi. in d. cap. nos conſuetudinē. xij. diſtin. de quo etiā per Panor. in c. fi. de ſymo. & per glo. in clem. j. de offic. vica. de materia diſpenſationū vide per glo. in c. propoſuit. de conceſs. prçben. & in c. à nobis. de deci. quia Papa quādo diſpēſat ſine cauſa, quia non eſt tutus in conſcientia. & per glo. in c. literas. de reſtitu. ſpolia.
3 & quando † ordinarius diſpēſat ſine cauſa, tūc non tenet: quia diceretur nō potiùs diſsipatio: ſecundū Innoc. in c. cùm ad monaſteriū. de ſtatu monach. & per Panor. in c. de multa. & c. extirpandę. §. quia verò. de prębend. & per Spec. in tit. de diſpenſa. §. qualiter. & per Hoſtien. in tit. de pœnit. & remiſsi. ſub rubric. de diſpenſatio.

ARGVMENTVM.

Excommunicatus an appellatione pendente beneficia conferre poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Excōmunicati publici & occulti differentia nulla in his quæ ſuum fauorem concernunt. fallit ut nu. 2. & 6.*
3 *Excommunicatus qui excommunicationis nullitatem prætendit appellatione pendente beneficia conferre poteſt.*
4 *Quid ſi non appareat de publicatione excommunicationis licèt ad notitiam peruenerit.*
5 *Publicatio denuntiatio excōicationis an hodie requiratur.*
7 *Geſta per excommunicatum maximè tolleratum an & quando teneant.*
8 *Reſcriptum impetratum ab excommunicato præterquàm excommunicationis aut appellationis non ualet.*
9 *Collatio beneficij facta excommunicato tollerato nō ualet.*
10 *Geſta ab excommunicato tollerato ratione publici officij tenent & ualent.*
11 *Suſpenſus ea quæ ſunt iuriſdictionis exercere poteſt.*
12 *Excōmunicatio ſimplici denuntiatione non probatur.*
13 *Collatio facta ab excōmunicato tollerato tenet.*

Quæſtio DCCCCLXIX.

QVAERITVR an excōmunicatus publicus vel occultus pēdente appel. poſsit cōferre beneficia actiuè vel paſsiuè. & videretur dicendum ꝙ non. c. poſtulaſti. de cleri. excōmunicato mi
1 niſtrante. c. cùm dilectus. de cōſuetudi. † Nec eſt differentia inter occultū vel publicū excōmunicatum in his quę tendunt ad fauorē excōicati, vel alterius mediante eius perſona: ſecundū Inno. in d. c. cùm di
2 lectus. de cōſuet. † niſi in his quę duntaxat quæ geruntur ratione publici officij. c. ad probādum. de re iudic. & ita etiā tenet Panor. in d. c. poſtulaſti. & in c. paſtoralis. §. verū. de appel. & in c. veritatis. de do-
3 lo & cōtu. † Veruntamen vbi pretenderetur nullitas excōicationis, & ꝙ appellatio pręueniſſet interim collatio beneficij facta per excōicatum excōicato teneret: ſecundū glo. in d. c. paſtoralis. §. verū. pro quo facit hodie textus in c. ſolet. in fi. de ſenten. excommuni. lib. vj. licèt ſecundū glo. ibi in fin. iſtud dependeat ex futuro euentu dictę appellationis, ſi
4 benè vel malè fuerit appellatū. † attamē cęteris paribus licèt non appareat de publicatione vel denūtiatione excōicationis, dum tamē peruenerit ad notitiā per famam, aut aliàs potiùs eſt abſtinendum, cùm ſit tutior via eligenda. c. illud. de cler. excōica. miniſtrā. & per glo. in c. j. de ſcrutinio. in ordi. faciē. quia denuntiatio vel publicatio excōicationis non eſt de ſubſtantia. d. c. paſtoralis. & c. cùm ab homine. de ſenten. excōica. licèt hodie ſecundum pragm. ſanctio. requiratur publicatio vel denuntiatio: niſi

ſententia excõicationis eſſet notoria: vt in tit. de excommunicati. non vitand. c. j. & ibi per glo. ſuper verbo, publicata. & ſuper verbo, denuntiata. & etiã in fi. allegat dict. c. cùm dilectus. & Ioan. And. in c.
6 j. de reſcrip. lib. vj. † quòd non eſt differentia inter occultum & notoriũ excõicatũ in his quæ tendunt ad fauorem excõicati vel alterius: ſecus in his quæ facit ex officio publico ad vtilitatem alterius. argumen. l. Barbarius Philippus. ff. de officio prætor. & qualiter quis dicatur publicè excommunicatus vide per gl. in c. exceptioné. de except. & in d. c. ad probandum. de re iudi. & per glo. in clemen. j. de ſepultu. ſuper verbo, publicè. Sed attende: quia Panor. in dict. c. veritatis. de dol. & contuma. circa finem poſt Inno. verſicu. nunc venio ad ſecundum
7 membrũ. ſecundò, an † geſta per excommunicatũ in ſpiritualibus teneant? & tãdem ibidem facit certam diſtinctioné in his quę ſunt facti, vel iuris: quia in his quæ ſunt facti, tenent: vt mittere in corporalé poſſeſsionem, & tunc geſta tenent: in his verò quę ſunt iuris, vt cõferre cõfirmare ſentẽtiare & ſimilia: tunc refert an geratur ratione publici officij, an verò priuati: quia in his quę ſunt publici iuris, in quibus non confertur caracter, vt collatio beneficij: tunc ſi eſt tolleratus: quia cõmuni opinione habetur pro abſoluto: & tunc tenent geſta fauore publici iuris: quia dignitas videtur exercere, & non perſona. dicta. l. Barbarius Philippus. in iij. quæſti. vij. cap. veruntamen. & dict. c. ad probandum. Si verò excommunicatus non ſit tolleratus: quia habetur cõmuniter pro excõmunicato, vel quia communis opinio in contrarium non eſt probabilis, cùm ſententia fuerit publicè lata, vel quia eſt depoſitus, tunc non tenent geſta per excommunicatos, dict. c. ad probandũ. Si verò caracter imprimitur, vt in collatione ordinum: non tenẽt geſta quò ad executionem. Si verò gerantur ratione priuati officij, vt ſingulares canonici eligant: tũc non tenent geſta per excõmunicatum: ſecũdum Inno. in c. cùm dilectus. & Ioan. And. in d. c. j. de reſcrip. lib. vj. Nec obſtat ſi dicatur quòd electio competit ratione publici officij: quia hoc verum quãdo cõpetit ad capitulum: ſecus ſi ad ſingulares canonicos: ſecundum Innoc. & Panor. in d. c. veritatis. & idem eſt in impetrante
8 reſcriptum: † quia non tenet impetratum ab excõmunicato ſuper alio quàm excõmunicationis vel appellationis articulo. c. j. de reſcript. lib. vj. veruntamen Panor. in d. c. paſtoralis. §. verum. de appella.
9 videtur tenere, † quòd collatio beneficij facta excõmunicato tollerato non teneat: quia non eſt differentia in his quæ tendunt ad fauoré excõicati inter publicũ vel occultum excõicatũ, & idem in his quę facit excõicatus in fauoré alterius, ſi non ratione publici officij: ſecundũ Innoc. in d. c. cũ dilectus. & Ioan. And. in d. c. j. de reſcript. lib. vj. Sed in caſu iſto collatio facta per d. domi. abbatem ſancti Petri foris portã Viennę eſto, quòd prætendatur excõica
10 tus tolleratus: tamen videtur † facta ratione publici officij: quia abbas dicitur prælatus, & in dignitate conſtitutus. c. j. de ætate & quali. c. ij. de iudic. & ibi Panor. & in clem. j. abbates. de reſcript. faciunt not. per glo. & doct. in c. ij. de pręben. lib. vj. & iſtud tenet Io. Cald. in quadã eius diſputatione incipien. excõmunicatus. quem refert & ſequitur Panor. in cap. ſi verè. de ſenten. excõica. & hæc videtur tenere
11 glo. in c. audiuimus. xxiiij. q. j. ibi tenet † ꝙ ſuſpenſus poteſt exercere ea quæ ſunt iuriſdictionis: vt dare præbendã & excõmunicare. & hoc verum, niſi ille cui fuit facta collatio beneficij ſcienter adiuerũt excõmunicatum: ſecundum Io. Calde. quem refert & ſequitur Panor. in d. c. veritatis. ſecus in collatione quæ fit excõmunicato occulto: quia non tenet ad eius fauorem: ſecundum Panor. in d. c. poſtula-
12 ſti. Veruntamen † per ſimplicem denuntiationem non probatur excõmunicatio: ſecundum glo. in d. c. pia. de except. lib. vj. & domi. de Rota deci. cclvj. in nouis, & hoc in vim peremptoriæ: ſecus in vim dilatorię. de quo per glo. in dict. c. j. in pragma. ſanctio. de excommunica. non vitandã. vide gloſſ. in c. licèt. de ſenten. excõmu. lib. vj. Adde Panor. in c. ad
13 probandum. de re iudic. vbi tenet, † quòd collatio beneficij facta per excommunicatũ tolleratũ, tenet. & pro hoc allegat in c. ſi hęre. de ſenten. excommunic. & in c. j. de ſciſmat. & Calde. in eius diſputatione incipien. excõmunicatus. & hoc verum niſi tollerantia non ſit probabilis, vel quando quis ſciebat illum eſſe excõmunicatũ, licèt nõ ſit nulla ipſo iure. Adde quando ſententia excõicationis non eſt lata in loco proximo ſed longinco, tunc tenent geſta per excõicatũ tolleratũ, vel etiam quando eſt lata in loco, ſed de longinco tempore, ſecundum Panor. in d. c. ad probandum de re iudic.

ARGVMENTVM.

Beneficium reſeruatum ſi commendetur commenda finita an per mortem vacare dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Commenda propriè non eſt titulus.*
2 *Eccleſias parœciales plures habere in titulũ nõ niſi una dependeat ab altera, vel habeantur in cõmendã, poſſunt.*
3 *Commendatarius an ſit prælatus. & nu. 7.*
4 *Commendare quid.*
5 *Eccleſias cõmendare in eccleſiarũ fauorem prælatus poteſt.*
6 *Eccleſia parœcialis ad hoc ut commendari poßit quæ requirantur.*
8 *Beneficium uacare non dicitur ipſa commenda durante.*
9 *Ordinarius commendam reuocare non poteſt.*
10 *Epiſcopus commendare poteſt.*
11 *Eccleſia in dubio perpetuò conceſſa cenſetur.*
12 *Titulus beneficij ad tempus concedi non poteſt.*
13 *Beneficium commendatum an permutari poßit.*
14 *Beneficiũ commẽdatum finita commẽda an ad ordinarium collatio redeat.*
15 *Beneficium commendatum commendatario mortuo in curia quòd in curia vacare dicatur.*
16 *Beneficium cõmendari ab Epiſcopi inferiore non poteſt.*

Quæſtio DCCCCLXX.

QVAERITVR quando commendatur beneficium reſeruatum an finita commẽda
1 dicatur vacare per mortem: dubium facit † quia propriè commenda non eſt titulus: ſecundum glo. in cap. nemo. de elect. lib. vj. Ergo durat prima vaca
2 tio. vnde nullus † poteſt habere plures parœciales eccleſias in titulum, niſi vna depẽdeat ab altera, vel niſi habeat alteram in commendam. c ap. dudum. le ij. circa finem. de electio. & ibi per gloſſ. & Panor. c.
3 qui plures. xxj. quæſtion. j. & ibi glo. quę tenet † ꝙ commendatarius non eſt prælatus eccleſiæ, ſed potius pro-

tius procurator:& ille qui commendauit poteſt re-
4 uocare quando vult: † quia commendare nihil eſt quàm deponere,per iura ibi allega. & ita tenet glo. in cap.ſi conſtiterit.de accuſa. adeò quòd commendatarius non poteſt petere ſe reintegrari cùm non poſſideat.ſed Archid.in dict.cap. qui plures. refert Vincent.tenere,quòd commenda ex toto nõ ſequitur naturam depoſiti,licèt nõ pereat ius ei cui commendatur cùm non potuerit præſentare clericos ad titulum beneficij.Sed idem Archidiac.tenet, quòd licèt eccleſia commẽdata vacet de iure , non tamen de facto.cap.literas.& cap.cùm noſtris.de electio. & ideò ſi literæ non faciunt mentionem de tali poſ-
5 ſeſſione factæ nõ valent. † Præterea permiſſum eſt prælatis eccleſiarum eccleſias commendare in fauorem eccleſiarum.vij.quæſtio.j.cap.paſtoralis: licèt hodie in eccleſia parœciali ſit innouatum vt ſolùm poſſit cõmendari pro vtilitate eccleſię ad ſex menſes,licèt non ſe extendat ad alia beneficia: ſecundũ Archidia.in dict.cap.qui plures.& idem tenet glo.
6 in dict.cap.nemo. † Et ad hoc vt poſsit commendari parœcialis eccleſia oportet quòd ſit in ætate legitima & ſacerdotio:&ꝙnon cõmendatur niſi vna , & cùm neceſsitas vel vtilitas eccleſię exigit:licèt quãdo datur in titulum poſsit dari non presbytero.c.licèt.eodem titul.& per gloſſ.in dict.cap.nemo.& ibi etiam tractat,quid ſit commendare.& pariter ibi te-
7 net, † quòd commendatarius non ſit prçlatus, ſed procurator : habet tamẽ legitimam adminiſtratio-
8 nẽ: † nec dicitur interim vacare:quia titulus eſt canonicus,nec facit fructus ſuos , quia eſt cuſtos,nec habet ius in eccleſia vel fructibus,niſi ad colligendum & gubernandum & prouidendum ſibi & miniſtris.& quod ſupereſt conuertat in vtilitatem eccleſię licèt talis habens commendam quando impetrat aliud beneficium tenetur facere mentionem. & pariter in tali commenda debet vocari patronus,
9 licèt talis † cõmenda non poſsit reuocari per ordinariũ vel interim conferri. Et pariter Epiſcopus po-
10 teſt † commendare durante tempore ſex menſium conferendi etiam in fine ſex menſium & durabit per alios ſex menſes:ſecundum glo.in dict. cap.nemo.Panor. verò in dict.cap.ſi cõſtituerunt.tenet,ꝙ
11 eccleſia† in dubio præſumitur cõceſſa perpetuò,& non ad tempus.& dicenti contrarium incũbit onus probandi,& licèt commẽda poſsit concedi ad tem-
12 pus:ſecus † in titul.beneficij. quia non poteſt concedi ab inferiore, & ad tẽpus:ſecus in Papa.c.ſi gratioſè.de reſcrip.lib.vj.cum glo.& in cap paſtoralis. vij.quæſtio.j.Vnde ſecundum Panormita.quando commenda fit ad tempus & ex cauſa:tunc non poteſt reuocari ante tempus:ſecus ſi ſit facta ſimpliciter. Sed redeundo ad quæſitum Frederi.de Senis in
13 tractatu permutation.quæſtion.xv.quærit †an beneficium commendatum poſsit permutari etiam ſi ſint duo commendati,an poſsint adinuicem permutare etiam ſi ſint commendæ ad vitam vbi faciunt fructus ſuos, & quaſi idem ſunt,quòd adminiſtratores dati à ſede apoſtolica.cap.is cui.de elect. libr. vj. & expirata commenda non vacat de nouo beneficium,ſed durat antiqua vacatio donec ſit eccleſię de prælato prouiſum. vnde ſi tempore commendæ beneficium vacabat in curia ſublata commenda remanet eccleſia vacans in curia: ſi verò tempore cõ-
14 mendę factę per Papam,† an ſublata cõmenda redeat collatio ad ordinariũ.allegat Compoſte.in ca. nobis olim.de electi.& Archidia.in dict.c.is cui. de quo allegat nota. per Ioan.And. poſt Innocen. & Hoſtien.in cap.inter dilectos.de exceſsi.prælato.Si
15 autem † commedatarius decedat in curia tunc vacat in curia beneficium. allegat Ioan. Andr.in d. cap.nemo.& clemen.j.de ſupplen.negligen.prælato. Gemini.verò in dict.cap.nemo.refert Freder.de Senis.vbi ſuprà & quòd eccleſia ſemper dicitur vacare,donec ſit prouiſum de prælato eccleſię.allegat gloſſ. in clemen.j. vt lite penden.& licèt ſecundum Lapum & Ioan. Andr. quando commendatarius moritur in curia cẽſetur vacare beneficium : tamen in contrarium tenet Geminian.in dict. capi. nemo. quia.cap.præſenti.& cap.licèt.de præbend. libr.vj. qui loquuntur de morientibus in curia, intelliguntur de veris prælatis,qui habent titulum in beneficio:ſecus de commendatarijs : & tandem ibi tenet
16 in fin. † quòd inferior Epiſcopo non poteſt commendare. Adde quòd aliqui volunt prætendere,ꝙ ad hoc vt vacet beneficium cõmendatum in manibus Papæ,requiritur,quòd appareat quòd primus per eius obitum vel renuntiatio vacauit in manibus Papę teneret in titulum.Sed iſtud nihil facit ad factum:quia ex quo Papa poſuit manum ſiue per commendam vel aliàs dicitur vacans in eius manibus:iux.not.per Gemini.in cap.nemo.de electi.lib. vj.& per Freder.de Senis in tractatu permutatio.in xv.quæſtio.& per Romanum conſil. ccci. & licèt aliqui velint prætendere quòd non obſtante quòd fuerit facta commenda per Papam quòd attẽdatur aliqua vacatio,adeò quòd ſi per prius ordinarius contuliſſet quòd reddeat poteſtas cõferendi ad ordinem, & maximè quando fuiſſent factę plures cõuctiones.cõtinuè ne videatur facti in fraudem ordinarij:tamen aliqui tenent contrarium prout ſupra dictum fuit. Adde quòd aliqui volunt dicere quòd beneficia commendata quę vacant in curia Romana nõ poſſunt acceptari vigore reſeruationũ aut expectatiuarũ propter decretũ pragma.ſanct.quia licèt non agatur de prçiudicio ordinarij pro eo:quia vacant in curia Romana,tamen obſtãte aliæ rationes propter ambitionẽ & votum captandę mortis. Adde de materia commendę per Nico. de Mili. in repertorio ſuper verbo,beneficium vacans.quia durat primus modus vacandi:per glo.in clemẽ.vt lite penden.ſiue vacauerat in curia ſiue extra.& ex quo Papa reſeruauit vel appoſuit manum, cenſentur ligatę manus ordinarij.cap.vt noſtri.de appel.cap.ſi eo tempore.de electi.libr.vj.

ARGVMENTVM.

Reſeruatio per commendam expirat.

SVMMARIVM.

1 *Commendæ tempore beneficium vacare non dicitur.*
2 *Papa commendans dignitatem reſeruatam an commenda finita redeat eligendi poteſtas ad eligentes.*
3 *Beneficia commendata non niſi cum illius qui commendauit conſenſu permutari poſſunt.*
4 *Commenda ſi ad vitam fiat an ſit titulus.*
5 *Commendatarius ſine licentia Epiſcopi commendã acceptare poteſt.*
6 *Beneficium ſemota commenda vacans remanet.*
7 *ommendare nihil aliud propriè eſt,quàm depoſitare.*

ii ij

Quæſtio DCCCCLXXI.

QVAERITVR Papa reſeruauit beneficiũ vacationis poſteà comĩdat ad tẽpus, nunquid dicetur expirata reſeruatio ſicuti contuliſſet? Geminia. in dict. capitu. nemo. de electio. libr. vj. allegat domi. de Rota: quòd non: quia commendatarius non eſt prælatus; ſed ſimplex procurator: ſecus ſi ſit facta commenda ad tempus incertum donec quis aſſecutus fuerit poſſeſsionẽ Epiſcopatus: quia tunc diſpoſitio eſt perpetua, & expirat reſerua
1 tio: † nam ex quo eſt facta commenda non vacat beneficium. vnde ſecundum Geminia. debet attendi forma reſeruationis Papæ: quia ſi Papa reſeruauerit prouiſioni ſuæ aliquod beneficium tentũ per commendam perpetuam expirat reſeruatio: ſecus ſi reſeruauerit collationi ſuę: quia tunc intelligitur de titul. beneficij. capitul. ſi tibi. de præbend. libr. vj. gloſſ. in pragma. ſanctio. in titul. de electio. capitul.
2 ij. ſuper verb. cauſa. format quæſtionem, † quando Papa commendat aliquam dignitatem eccleſiaſticam reſeruatam an expirata commẽda reddeat poteſtas eligendi ad eligentes: & allegat Freder. de Sen. in dict. tractatu permutationum. quæſtion. xv. quòd non: quia per commendam non eſt plenè prouiſum beneficio: ſed durante commnenda vaccat beneficium de iure, ſed non de facto: allegat Archidiac. in dict. cap. qui plures. xxj. quęſtion. prima. & Panormita. in capitu. cùm olim. de rerum permu
3 tatione. qui tenet † quòd beneficia commendata non poſſunt permutari ſine cõſenſu illius qui commẽdauit quia ſolum illi poſſunt permutare qui habent ius in beneficijs quæ dicuntur ſua. cap. j. de rerum permuta. libr. vj. & clementi. prima. eodem titul. tamen gloſſ. in dict. pragma. ſanction. vbi ſupra tenuit quòd finita commenda poteſtas eligendi reuertitur ad eligentes: ſecundum tenorem pragmac. ſancti. per quam eſt ſublata via impediendi directè vel indirectè electionem: licèt ſecundum gloſſ. mul
4 ti teneant † commendam eſſe titulum, præſertim quando eſt ad vitam. de quo etiam per glo. in dict. pragma. ſanctio. in titu. de pacific. poſſeſſo. capitu. vbi tenet, ꝙ commẽdatarius habet titulum ſaltem largè. & dicitur canonicus titulus. vide Bal. in l. ex verbo. C. de fideicõmiſ. liberta. vbi tenet, quòd commenda in beneficialibus, non tribuit titulum, vide eundem Bald. in marga. ad Innocen. ſuper verbo,
5 commenda. vbi tenet † quòd commendatarius poteſt acceptare ſine licẽtia proprij Epiſcopi: quia nõ obligatur ad eam tenendam, niſi quantũ voluerit, licèt cõmendatarius habet adminiſtrationẽ legitimam, & faciat ceſſare electiones. Adde quòd be
6 neficia cõmendata vacãt in curia Romana: † quia ſublata cõmenda remanet beneficiũ vacãs vt poſt vacabat in curia. ſecundũ Arch. in c. qui plures. xxj. q. j. & in c. nemo. de elect. lib. vj. & per Roma. conſi.
3 cccl. † quia cõmendare propriè nihil aliud eſt quã depoſitare. ca. ſi cõſtiterit. de accuſa. Adde gloſſ. in pragm. ſanct. tit. de elect. cap. ij. ſuper verbo, cauſa. quòd durante commenda non currit tempus Epiſcopo conferendi.

ARGVMENTVM.

Officium prothonotariatus an in curia vacare dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruationes ſublatæ ſunt & quæ.*
2 *Beneficia collecta & ſubcollecta reſeruata.*

Quæſtio DCCCCLXXII.

QVAERITVR an beneficia prothonotariorum vacant in curia? dubium facit propter regulam cancellarię: ſed in contrarium videtur veritas: ſecundũ decretum prag. ſanctio. niſi ſint actu in curia facto officijs inſiſtentes: vt in pragma. ſanctio. in titul. de cauſ. cap. j. & ibi gloſſ. ſuper verbo, prothonotarios. quę declarat de offic. iſtorum prothonotariorum. & pro hoc facit in dict. pragmac.
1 ſanct. in titu. de reſeruatio. cap. j. vbi † ſunt ſublatæ iſtę reſeruationes tàm generales, quàm ſpeciales de quibuſcũq; eccleſijs & beneficijs etiam ſi ſolet prouideri per extrauagantes per regimen & execrabilis ſiue regulas cancellariæ, aut alias apoſtolicas conſtitutiones exceptis reſeruationibus in corpore iuris clauſis. & in terris eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectis. & ibi glo. ſuper verbo, ad regimen. quæ declarat beneficia reſeruata officiariorũ per d. extrauagãtem ad regimen. eſſe ſublatam, per decretum pragma. ſanctio. Adde Deci. ij. in titu. de præ-
2 ben. incipien. itẽ ꝙ beneficia. † ꝙ beneficia collecta & ſubcolecta quæ ante acceptationẽ officij vel tempore acceptationis ſunt reſeruata etiam ſi deſierit tenere officiũ: ſecus de poſt obtentis vel obtinendis, vide eo. tit. deciſ. incipien. item licèt iuxta. nam licèt deſerit tenere officiũ, tamẽ ex quo Papa ſemel reſeruat: nõ põt alius cõferre donec Papa cõtulerit.

ARGVMENTVM.

Poteſtas conferendi an ad ordinarium redeat ex quo Papæ collatio non valet.

Quæſtio DCCCCLXXIII.

QVAERITVR quando collatio beneficij eſt facta per Papã vel eius executorẽ, quæ non tenet propter ſubreptionẽ literarũ, vel indignitatem perſonę: an reddeat poteſtas conferẽdi ad Papam vel ad ordinarium. dubium facit: quia ex quo Papa ſemel appoſuit manum alius inferior non poteſt ſe intromittere. cap. vt noſtrum. de appellat. vnde ſecundum Innocen. Ioan. Andr. & Panor. in c. inter dilectos. de exceſsi. prælato. in glo. fina. debet diſtingui: aut Papa in collatione reſeruauerat beneficium: & tunc licèt collatio non habeat locum, inferior nõ põt ſe intromittere. c. ſi eo tẽpore. de elec. lib. vj. facit qđ habetur per Archi. in c. is cui. eo. lib. Si verò, Papa non fuerit vſus verbo, reſeruationis, ſed mandauerit cõferri incertę perſonæ, tunc idem eſt. ſi verò mandauerit cõferri certę perſonæ, & collatio non valuit, tunc poteſtas cõferendi reddit ad ordinarium. de quo ibi plenius per ipſos. & iſtud facit ad propoſitum, quando commenda eſt expirata. an reddeat poteſtas conferendi ad Papã vel ordinarium. Vide per Gemi. Pet. de Ancha. & Phil. in cap. ſi beneficia. de præbend. libr. vj.

ARGVMENTVM.

Eccleſijs vacantibus reſeruatis procuratores vel adminiſtratores conſtituere an Epiſcopus poſsit. & quid in capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Sede Epiſcopali vacante Papa beneficijs vacantibus adminiſtratores dare poteſt.*

Papa quan-

2 *Papa quando Cardinalibus eccleſias ſiue cathedrales ſiue collegiales cõmendat, quibus uerbis utatur.*
3 *Eccleſiarum inferiorũ ius inſtituendi ad Epiſcopum pertinere regulare.*
4 *Epiſcopo quæ ratione epiſcopatus de iure communi competant.*
5 *Epiſcopus in beneficijs reſeruatis procuratorẽ conſtituere poteſt.donec aliter, &c.*

Quæſtio DCCCCLXXIIII.

QVAERITVR an eccleſiæ vacanti poſſit Epiſcopus in beneficijs reſeruatis conſtituere procuratorem vel adminiſtratorem: & idem poteſt quæri de capitulo ſedente vacante, licèt non habeat poteſtatem conferẽdi beneficia ſpectantia
1 ad Epiſcopũ.c.j.ne ſede vacante.lib.vj. † Et dicendum eſt, ꝙ in eccleſijs cathedralibus ſpectat ad ſolum Papam dare adminiſtratorẽ vel viſitatorem, c.is qui.de electio.libr.vj.& talis adminiſtrator dicitur habere liberam & legitimam adminiſtrationem:vt ibi habetur.& in c.cùm nobis.de electio.in
2 fin.& ibi Panormit. † ꝙ Papa vtitur iſtis terminis quando cõmendat eccleſias cathedrales vel regulares Cardinalibus:quia ipſos facit adminiſtratores ſeu viſitatores,& interdum ex cauſa propter vtilitatem & neceſsitatem eccleſiæ, quãdo expedit habere aliquem in prælatum, qui eſt minoris ætatis:
3 reſpectu † verò eccleſiarum inferiorum regulariter ad Epiſcopum pertinet ius inſtituendi, & cuſtodia eccleſiarũ vacantium: cùm ſit fundatus de iure cõmuni in eius diœceſi.c.omnes baſilicę.xvj.quæſtione vij.c.cùm ex iniuncto.in fin.de hæreticis. c.cùm
4 veniſſent. de inſtitutio. † Nam Epiſcopus eſt fundatus de iure cõmuni,tàm reſpectu iuris conferendi,quàm etiam reſpectu cuſtodiæ beneficiorum, & etiam reſpectu iuris cõfirmãdi electionẽ etiam Abbatum:ſecundum Panormita.ibi. c.j.xix. quæſt. ij. Et reſpectu cuſtodiæ eccleſiarum vacantium regulariter ſequitur ius conferendi: ſecundum gloſſ. in c.cùm vos.de offic.ordinar.tamen in beneficijs re-
5 ſeruatis † Epiſcopus poteſt deputare procuratorẽ donec aliter fuerit prouiſum per Papam,&idem de capitulo ſede vacante:ſecundum Panormi.in dict. c.cum nobis.allegat c.regenda. x. quæſt. j.& iſtud facit pro adminiſtratore deputato in Epiſcopatu Gebenenſi propter defectum ætatis filij quondam domini ducis Sabaudiæ.

ARGVMENTVM.

Legatus à latere an vltra ſex menſes commendam facere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Nemo,negatiua cùm uniuerſalis ſit, apta eſt legatum comprehendere?*
2 *Legatus de latere contra conſilia generalia non diſpenſat.*
3 *Legatus de latere eccleſias collegiatas uel dignitates in eccleſijs cathedralibus reſeruare non poteſt.*
4 *Intellectus c.nemo.de elect.*
5 *Legatus de latere an eccleſias parœciales ſicuti Epiſcopus ultra ſex menſes commendare poßit.*
6 *Legato de latere omnia licent quæ ſummo pontifici reſeruata non ſunt.*

Quæſtio DCCCCLXXV.

QVAERITVR an legatus de latere poſſit etiam facere commendam vltra ſex menſes?Et dicendum eſt,quòd non:ſecundum Archid. in dict.c.nemo.de electio.lib.vj.propter illam nega-
1 tiuam vniuerſalem, nemo. † quæ eſt apta comprehendere etiã legatũ:quia nemo,dicitur nullus homo.licèt Geminia.ibi referat Ioan.Monach.in c.j. de ſciſmaticis.libr.vj.vbi tenet,quòd nunquã Cardinales includuntur:ſed Geminia. inſequitur opinionem Archidiaconi:vt non poſsit legatus de latere facere commẽdam eccleſię parœcialis vltra ſex menſes.nec obſtat dictum Monachi: quia erat Cardinalis,&ſic pro ſe loquebatur,&in cauſa propria. Præterea dictum c.nemo.fuit conditum in genera-
2 li conſilio Lugdunen. † contra quod non diſpenſat legatus de latere: ſecundum gloſſ.in c.j.de filijs presbyterorum.libr.vj.Nam talia beneficia regularia debent conferri religioſis eiuſdem monaſterij. c.cùm ſingula. §. prohibemus. & c. cùm de beneficio.de præben.libr.vj.c.ſi religioſus. & c.nullus. &
3 c.ex eo.de electio. libr. vj. † Nam legatus de latere nõ poteſt reſeruare eccleſias collegiatas, vel etiam dignitates eccleſiaſticas in eccleſijs cathedralibus poſt pontificalem.c.penult.de officio legat.libr.vj. Veruntamen eccleſia collegiata haberet etiam parœciam: tunc legatus de latere non poterit commendare,licet Epiſcopus ſit.argumento cap.ſtatutum.de electio.libr.vj.de quo latiùs per Geminian. in d.c.nemo. Veruntamen in caſu iſto dictus prioratus de beſoyes non eſt conuentualis, nec habet conuentum ſeu collegium: iuxta clementinã ne in agro.§.cæterum.de ſtatu monachorum. & ſic cùm
4 dictum † c.nemo.non habeat locum in alijs benefi
5 cijs præterquàm in eccleſia parœciali, † ita ꝙ Epiſcopus poſſet diſpenſare, & commendare vltra ſex menſes:ſecundum gloſſ.ibi,& c.qui plures.xxj.q.j. Ergo idem in legato de latere, qui eſt ordinarius in prouincia ſibi commiſſa.c.ij.de offic.legat. libr.vj. ſecundum Speculato.in titu.de diſpenſatio.§.conſequenter.quia omnia poteſt quæ non ſunt ſpecialiter reſeruata ſummo pontifici: ſecundum Speculato.ibi. Nec obſtat c.pen.de filijs presbyter. quia ſecũdum glo.ibi nõ loquitur de legato à latere,qui ſunt quaſi pars corporis domini Papæ: ſed in alijs
6 legatis ſimplicibus miſsis. † Nam legati de latere omnia poſſunt quæ nõ ſunt ſpecialiter ſummo pontifici reſeruata.c.quod ad tranſlationem.de officio lega.licèt nullus legatus diſpenſet cõtra concilium generale.de quo ibi per Panormita. Adde ꝙ legatus de latere non habet poteſtatem diſpenſandi vt vnus religioſus tranſeat ad monaſterium alterius religionis:ſecundum Speculator.in titu. de diſpen. §.conſequẽter.in princip.& ibi Ioan.And.& idem quòd non diſpenſat vt ſecularis eligatur,aut poſtuletur ad beneficium regulare:ſecũdum Ioan.And. & Panormita.in c.officij.de electio.licèt Compoſt. aliter videatur ſentire,&c. Adde Præpoſitum in c. ſi quis.lviij.diſtin.quòd Epiſcopus non poteſt dare in commendam clerico ſeculari beneficium regulare,nec econtra.allegat Cardina.in clementi.quia contingit.§.vt autem.de religio.domi.

ARGVMENTVM.

Diſpenſatio facta per legatum, ſi re exiſtente integra reuocetur,an diſpenſatio expiret.

ii iij

Quæſtio DCCCCLXXVI.

QVAERITVR quia de tempore diſpenſationis factæ per dictum dominum Cardinalem advincula pro tunc legatum de latere dicto domino Buaterij ad tenēdum vnū beneficium regulare in commendam, licèt ex poſt facto fuerit reuocatus maximè per reuerſum ad vrbem, an expiret dicta gratia diſpenſationis re integra? & videretur dicendum ꝙ ſic. c. præſenti. in princip. de offic. lega. lib. vj. vbi finita legatione expirant reſeruationes legatorum, & hoc ex generali poteſtate ſuæ legationis: ſecus ſi ſpeciale authoritate ſibi commiſſa: ſecundum gloſſ. ibi. vnde tales reſeruationes vigore generalis legationis factæ, & etiā proceſſus executoris antequàm beneficia vacent, vel etiā poſtquàm vacauerint antequàm conferant. Nec obſtat c. ſi ſuper gratia. de offic. delega. lib. vj. quia ibi loquitur in gratia iam facta, de quo habetur per Lapum allegatione xvij. qui loquitur aliquantulum obſcurè in hac materia. ideò me remitto ad ipſum, licèt in caſu iſta dicta diſpenſatio fuerit pura, & ſine datione executoris, & videtur trahere effectum & executionē à principio datæ argumento c. eam te. de reſcript. & cap. ſi eo tempore. de reſcript. libr. vj. Adde Speculat. in titu. de legato. §. ſupereſt. verſicu. quid ſi delegati. ꝙ in ingreſſu prouinciæ & per publicationē poteſtatis legati perpetuatur eius iuriſdictio: licèt ſecundum Ioan. Andr. ibi, quò ad c. ſi ſuper gratia. non eſt opus perpetuatiōe, & ꝙ pariter legati habent literas, quòd poſtquàm exiuerint curiam, vtuntur eorum officio.

ARGVMENTVM.

Geſta delegati reuocati antequā ſibi renuntiatum ſit valent & tenent.

SVMMARIVM.

1 *L. iudicium ſoluitur. ff. de iudicijs explicatio.*

Quæſtio DCCCCLXXVII.

QVAERITVR quando Papa reuocat legatum de latere in publico cōſiſtorio, an teneant geſta ante notificationē ſeu intimationē reuocationis, dubium facit propter l. iudicium ſoluitur. ff. de iudicijs. ſed in contrarium facit c. audita. cum ibi notatis. de reſtitutio. ſpolia. vbi tenent geſta delegati ignorātis reuocationē, & in dubio pręſumitur ignorantia. l. verius. ff. de proba. & hoc tenet Ioan. Calderi. conſil. iiij. ſub titu. de offic. lega.
1 Nec † obſtat dict. l. iudicium. quia debet intelligi quādo reuocatio deuenit ad notitiam legati, aliàs ſecus. & idem etiam reſpondetur ad c. præſenti. de officio lega. libr. vj. vbi finita legatione reuocātur reſeruatiōes, & proceſſus: quia debet intelligi quādo peruenerat ad notitiam dicta reuocatio, & pro hoc facit clemen. j. de iudi. vbi executio facta in audientia apoſtolicarū literarū vel in palatio, vel in ianuis maioris eccleſiæ nō arctant citatū perſonaliter. Nec obſtat etiam c. primū. de poſtulatio. prælatorum. vbi pręſumitur ſcientia geſtorum publicè: quia illud verum quando quis eſt in loco, aliàs ſecus. & præmiſſa intelligerem niſi in literis reuocationis legati eſſet appoſita clauſula decreti irritantis reuocando quicquid eſſet geſtum in cōtrarium à tempore datæ præſentium: iuxta notata per Innocen. & Panor. in dict. c. audita. & per Inno. in c. j. de conceſſio. præben. libr. vj.

ARGVMENTVM.

Geſta à legato communiter reputato legato, licèt aliter non appareat, an valeant?

SVMMARIVM.

1 *An pro legati poteſtate præſumendum ſit.*
2 *Cardinali de ijs quæ geſſit uiuæ uocis oraculo creditur.*
3 *Cardinalibus atteſtantibus de commiſſione etiam in ſpecialiter reſeruatis credendum.*
4 *Intellectus cano. Nobiliſsimus. 96. diſtinct.*
5 *Legato de latere atteſtanti de poteſtate an credendum ſit. & numer. 8.*
6 *Mandatum principis prouinciæ inſinuandum eſt.*
7 *Legati de latere antequam prouinciam ſibi decretam ingrediantur legationis officio funguntur.*

Quæſtio DCCCCLXXVIII.

QVAERITVR quando legatus de latere in prouincia contulit beneficia, vel legitimat illegitimos, & cōmuniter reputatur pro legato, licèt aliter nō appareat de eius poteſtate, an teneāt
1 geſta per ipſum? & videtur dicendum ꝙ ſic: † quia in hoc præſumendum eſt de eius poteſtate. c. nobiliſsimus. xcvij. diſtinct. & ibi glo. fin. Tum ratione præſumptæ veritatis tanti viri: ſecundum Bald. in l. exemplo. in fi. C. de proba. & per Specu. in titu. de legato. §. ſupereſt. verſ. quid delegati. Tum ratione communis erroris. arg. l. Barbarius Philippus. ff. de offic. prætor. & ita tenet Ioan. Calderi. conſil. ij. ſub tit. de offi. lega. & Lapum allegatione xv. licèt etiā
2 credatur † Cardinali de cōmiſsis viuæ vocis oraculo propter præeminentiam dignitatis: iuxta notata per Innocen. & Ioan. Andr. in c. conſtitutus. de appellatio. & per Ioan. Andr. in c. j. de offi. lega. lib. vj. & ita ſe habet ſtylus & conſuetudo curiæ Romanæ: ſecūdum Lapum allegatio. xxxiij. & per Panor. poſt glo. in c. quod ſuper hijs. de fide inſtru. & ideò
3 credendum eſt, † Cardinalibus quando atteſtantur de commiſsione etiam in ſpecialiter reſeruatis, niſi tenderent ad præiudicium alterius: ſecundum glo. in c. ſicut. de ſent. excom. & in c. ad eminentiā. eod. tit. & in c. cùm olim. de priuileg. & per Bart. in l. vnica. C. de ſuperindicto. & per Bal. in l. ſi qui pe calumniam. C. de Epiſcop. & cleric. vide Specu. vbi ſuprà. verſi. quidam tamen dicunt, ꝙ dictum c. nobiliſsimus. nedum procedat in Cardinali, ſed etiā in quolibet alio noto & non ſuſpecto. & pro hoc etiā facit glo. & Panor. in d. c. cùm olim. le j. de priuileg. vbi tenet, ꝙ dictum c. Nobiliſsimus. habeat etiam locū nedum in Cardinali: ſed in quolibet alio noto & non ſuſpecto. & pro hoc facit quod voluit Bald. in c. cùm à nobis. de teſtib. ꝙ clemē. j. de proba. habeat locū nedum in Papa, ſed in quolibet alio principe temporali. vide de bellencijs in additio. ad Pa-
5 nor. in d. c. ꝙ ſuper hijs. † ꝙ creditur legato de latere atteſtantis habere poteſtatem legitimandi. & pro hoc allegat Ange. conſi. clxxxij. vbi tenet, ꝙ
6 mandatum † principis eſt inſinuandum in prouincia. & iſtud etiam tenet Spec. vbi ſuprà: quia ſi ſedes apoſtolica aliorum legatos ſine literis non ſuſcipit, nec alij etiam ſine literis ſuos recipere coguntur, & propter hoc legati in ingreſſu decretæ ſibi prouinciæ ſolent

ciæ ſolent legationi ſuæ literas publicare, ne quis deinceps poſsit ignorantiam allegare. capitu. quòd dicitis. xvj. diſtinctione. capitu. primo. de poſtulatione prælatorum. Et vt poteſtas eorum perpetuetur. Et ibi Ioan. Andr. in additio. quod iſtud cõcernit ſpecialiter commiſſa, licèt nõ expediat inquantum ſapiunt gratiam legati. c. ſi ſuper. de offi. delegati. libr. vj. & ibi refert, quòd hodie datur litera legatis, quanquàm ſcito exiuerit curiam ipſorum iuriſdictio ſit perpetuata quò ad omnia ſibi cõmiſſa.
7 Et ideò † hodiernis temporibus iſti legati de latere etiam antequàm ingrediantur prouinciam ſibi commiſſam vtuntur officio legationis, licèt de ſtylo regni Franciæ antequàm legati vtantur officio legationis: habẽt inſinuare in principio regni eorũ poteſtatem: vide Ange. in d. conſil. clxxxj. tenet, ꝙ
8 credendum † eſt legato de latere, quando ſibi aſſerit cõmiſſum ſpecialiter ſuper eo, ꝙ non tendit ad præiudicium ſubditorum: vt quando aſſerit habere poteſtatem diſpenſandi, aliâs ſecus: quò ad verò inferiores non eſt ſtandum eorum ſimplici aſſertioni. vide etiam per glo. in pragma. ſanctio. in titu. de ſublatio. clemẽ. literis. de proba. & ideò in caſu iſto ſunt videnda verba diſpenſatiõis dicti domini Buaterij quãuis dominus legatus de latere ſe aſſerat habere poteſtatẽ diſpẽſandi vel ne, licèt in dicta diſpenſatiõe ſatis atteſtetur de dicta poteſtate diſpẽſandi.

Quæſtio DCCCCLXXIX.

QVAERITVR ſuper viſitatione quarundam aliarum allegationum dicti domini Micheleti Buaterij prætextu dicti prioratus beſayorũ, inquantum ibi opponitur aduerſus prouiſionẽ dicti Claudi Cõſtagni adoleſcẽtis: quia ibi narratur, ꝙ dominus Michaël de Genagio qui vltimatè tenebat dictũ prioratum illum tenebat in commendam: & tamen ipſe obtinuerat collationẽ ab ordinario. Secundò deducitur, ꝙ prouiſio dicti Iacobi de Vaeſta facta per dominũ Cardinalẽ ad vincula prætenſum legatũ die iij. Decembris, præuenit collationẽ dicti Buaterij, quæ fuit facta iiij. Decẽbris. & ibidẽ inſerũtur duodecim dubia, de quibus ſeriatim fiet infrà mẽtio reſolutiõis ꝑ modũ quęſitoris.

SVMMARIVM.

1 *Collatio ordinarij præferenda eſt prouiſioni Papæ, ut qui de iure communi fundatus ſit.*
2 *Papa præuentione ordinariorum manus claudit.*

Quæſtio DCCCCLXXX.

QVAERITVR an † collatio ordinarij. in beneficialibus ſit præferenda, & an ſit fundatus de iure cõmuni. & dicendum eſt, ꝙ ſic, quò ad Epiſcopum. c. omnes baſilicæ. xvj. quæſt. vij. c. cùm ex iniuncto. in fi. de hæretic. cũ ibi notatis. c. de zenodochijs. de religio. domib. ſed quò ad beneficia regularia ſeu prįlatorũ inferiorum fuit etiam idem
2 allegatum per c. conquerente. de offi. ordina. † niſi Papa priùs appoſuiſſet manum: quia eſſent clauſæ manus ordinariorum. c. auditis. de præben. libr. vj. c. quia cunctis. de conceſsio. præben. eod. libro. c. ſi à ſede. de præben. eod. lib. ſed in caſu iſto Papa non præuenit.

SVMMARIVM.

Prothonotarius qui, quæ officio ſuo incumbunt, non facit, priuilegijs non gaudet.
2 *Scolaris qui acta ſcolaſtica nõ facit, ſcolariorũ immunitate exuitur.*
3 *Bullæ benedicti xij. intellectus.*

Quæſtio DCCCCLXXXI.

QVAERITVR quia dictus dominus Michel de Genagio per cuius obitum vacauit dictus prioratus fuit prothonotarius, licèt vnquã fecerit reſidentiam in vrbe, an in aliquo habeat obſtare iuri dicti Buaterij, ad hoc vt dicatur dictũ be-
1 neficium reſeruatum? Et † dicendum eſt, ꝙ non, ex quo non fecit domicilium in vrbe: quia non debet gaudere priuilegio prothonotariorũ: vt in pragmatica ſanctio. in titu. de cauſis. §. Romani. & pro hoc facit c. vigilanti. cũ ibi notatis per Panorm. de præſcript. Et in c. j. de iudic. in fi. l. j. §. negotiatores. & l.
2 ſemper. & ibi Barto. ff. de iure imminuit. † ſicuti de ſcolari, quando non intrat ſcolas vel non exerceret acta: quia nõ gaudet priuilegio. l. qui ſub prętextu. cum ibi notatis. C. de ſacroſanct. eccleſ. & per conſequens bulla benedicti XII. ex aduerſo producta
3 non habet obſtare: † quia intelligitur, ꝙ beneficiũ vacat in curia, quãdo prothonotarius ibi facit domicilium.

ARGVMENTVM.

Poſsidens cum titulo canonico an ei præferendus ſit in poſſeſſorio qui ſolùm titulo poſsidet.

SVMMARIVM.

1 *Poſsidentis conditio maximè cum titulo potior cauſa habenda eſt.*

Quæſtio DCCCCLXXXII.

QVAERITVR quia dictus Buaterij fuit primò miſſus in poſſeſsionem dicti prioratus quàm alij collitigãtes, licèt dictus de Vaeſto ſe prętendat priorẽ in data tituli, an nihilominùs dictus Buaterij debeat obtinere? Et videretur dicendum,
1 ꝙ ſic: † quia melior eſt conditio poſsidentis. d. c. ſi à ſede. de præben. lib. vj. c. ex literis. de proba. c. in literis. de reſtitu. ſpoliato. & maximè interueniente titulo canonico aut colorato: iuxta notata per gloſſ. & docto. in clemen. j. de cauſa poſſeſ. & proprie. & attento. ꝙ agitur interdicto manutenendæ, vbi curia cognoſcit de mero titulo & non de viribus titulorum: iuxta nota. per do. Guido. Papæ deciſ. j.

ARGVMENTVM.

Legatus an commẽdare poſsit maximè reuocatus.

SVMMARIVM.

1 *poteſtas legati deficit ſtatim atque in urbem reuocatur.*
2 *Legati poteſtas reſtringenda utque extraordinaria ſit.*
3 *Legati poteſtas quot modis finiatur.*
4 *Collatio facta ei qui plura beneficia incompatibilia obtinet, an nulla ſit.*

Quæſtio DCCCCLXXXIII.

QVAERITVR an dictus dominus Cardinalis ſancti Petri ad vincula habuerit poteſtatem conferendi ſeu commendandi dictũ prioratum dicto de Vaeſto, & videtur dicendum, ꝙ non. quia licèt dictus dominus Cardinalis aliâs fuerit le-
1 gatus de latere: † tamẽ eius poteſtas expirauit per reuerſum ad vrbem. & pariter eius poteſtas non ſe extendit in diœceſi Viennenſi Valentineñ. vbi eſt
2 ſitus dictus prioratus. † Et maximè debuit reſtringi poteſtas legatoris cũ ſit extraordinaria: ſed eius poteſtas ordinarij tanquã naturalis debet extendi:

3 ſecundum glo. in clemen. fin. de offic. ordin. † vnde poteſtas legati finitur quatuor modis: ſecundū Hoſtien. in ſumma. de offic. lega. & inter cætera ibi dicitur, ꝙ quando legatus portam Romę ingreditur, deponit imperium. l. j. & fin. ff. de offic. proconſulis. & per glo. in c. præſenti. de offic. legat. libr. vj. ſuper verbo, finitur. & maximè quia de tempore illo qui contulit dictū prioratum dicto de Vaeſto ampliùs non vtebatur inſignijs legatiōis, de quibus in c. cū
4 antiquum. de priuileg. † Pręthereà dictus de Vaeſco obtinet plura alia beneficia incompatibilia, & ſic eius collatio nulla. c. de multa. de præben. cap. cum qui. eodem titu. libr. vj.

SVMMARIVM

1 *Subreptio in beneficialibus uitiat ipſo iure.*
2 *Commendæ perpetuæ ſunt per pragmaticam ſanctionem ſublatæ.*
3 *Collatio facta ei qui ætatis defectum patitur, non tenet.*
4 *Expreßio ætatis in reſcripto an diſpenſationem inducat.*
5 *Collatio præcipitata & arctiori tempore facta quā fieri ſolitum ſit, nullitatis ſuſpitionem inducit.*

Quæſtio DCCCCLXXXIIII.

QVAERITVR an collatio dicti Conſtagni ſit ipſo iure nulla? & videretur dicēdum, quòd ſic: quia ipſe expreſsit in bulla pontificis, ꝙ dictus dominus Michaël de Genagio tenebat dictum prioratum in commendam: quia imò de contrario probatū fuit per aliquos teſtes, ꝙ dictus prioratus fuerat collatus dicto de Genegio per ordinē.
1 Et talis † ſubreptio in beneficialibus vitiat ipſo iure. c. cōſtitutis. de reſcrip. & licèt dominus Archiepiſcopus Viennēſis per prius teneret in cōmendā antequàm dictus de Genagio: tamen collatio remittitur ad ordinarium: ſecundum Panor. in c. inter dilectos. de exceſsi. prælato. & attenta clauſula appoſita in bulla dicti Conſtagni, dum tamen tempore datæ præſenti non ſit alteri ius quæſitum, quæ in dubio intelligitur. c. ſi pro eo. de officio deleg. Pręte-
2 reà † iſtæ commendæ perpetuę per pragmaticam ſanctionem ſunt ſublatæ: maximè vt cenſeantur beneficia reſeruata: vt in pragmatica ſanctio. in titu. de electio. c. ij. & ibi per gl. ſuper verbo, cauſæ. & in titu. de reſeruationibus. & in titul. de collationib. c. j. §. reſeruationis. & de materia commendæ habetur in c. nemo. de electio. lib. vj. & in c. ſi conſtiterit. de accuſatio. & per gloſſ. in c. qui plures. xxj. quæſt. j. & per glo. in pragmatic. ſanctio. in titu. de pacific. poſſeſſoribus. ſuper verb. titulum. & ibi tenet, quòd eſt titulus. & per do. Guido. Papæ deciſio. clij. & Panormita. in c. cùm olim. de rerum permutatio. & at-
3 tento ꝙ dictus Conſtagni † eſt minor ætate. cap. ſi inordinata. de præben. libr. vj. clemen. ne in agro. §. cæterū. de ſtatu monach. & licèt in narratiua bullæ
4 dicti Conſtagni dicatur † qui vt aſſeris in xij. tuæ ætatis anno conſtitutus: tamen per hoc nō videtur diſpenſatum, cùm diſpenſatio ſit ſtricti iuris. c. j. de
5 filijs presbyterorum. libr. vj. † Prætereà collatio dicti Cōſtagni eſt nulla: quia fuit facta iiij. idus Decembris, quæ fuit dies decima. Decembri. & ſic per octo dies poſt obitum dicti de Genagio, & ſic non potuit accedi infrà octo dies: ſecundum dictas leges cùm à ciuitate Valentiæ bene diſtent xx. dietæ: iuxta notata per gloſſ. in c. præſenti. de præben. lib. vj. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ hodiernis diebus curſores ſeu poſtæ equitāt diligētiùs, & accedūt in quinque vel ſex diebus: quia talis modus non debet attendi: cùm procedat ex ambitione & cupiditate lucri: vt faciunt iſti banquerij. & in hoc prouidet regula cancellariæ in numero xxix.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio chartis papyraceis affixis per compita non probatur.*
2 *Quid ſi ad partis noticiam deuenerit?*
3 *Exceptio excommunicationis in curia Romana rarò, aut nunquàm admittitur.*
4 *Collatio facta per excommunicatum tolleratum ualet & tenet.*

Quæſtio DCCCCLXXXV.

QVAERITVR an habeat obſtare inquātum opponit aduerſus collationē dicti Buaterij, quòd ordinarius erat excōmunicatus maiori excommunicatione. Et in effectu licèt illius ſit ſoluere cuius eſt ligare. cap. cùm inferior. de maiorita. & obedient. & ſic requiritur publicatio ſeu denun-
1 tiatio. † Sed iſtæ copiæ ſeu placardi affixi in muris non probant excommunicationē: quia ille qui denuntiat nihil de nouo dat. cap. licèt. de ſentent. excommunicatio. libr. vj. cap. pia. de except. eod. libr. & maximè vbi agitur de magno pręiudicio ſeu graui: iuxta notata per Panormitan. in c. prudentiam. §. ſexta. de officio delega. & dom. de Rota deciſio.
2 cclij. incipien. licèt ſit concertatio. † Et maximè cū non peruenerit ad notitiam partis: ſecundum dom.
3 de Rota in nouis, deciſione iiij. Vbi dicūt, † quòd rariſsimè in curia Romana admittitur exceptio excommunicationis, & attento quòd fuit probatum, quòd tempore collationis dictus dominus Abbas reputabatur pro catholico & non excommunicato, & intrabat in choro & capitulo. vnde ſecūdum Innocentium in c. ſi vna. de ſenten. excommunica. & in cap. j. de ſciſmaticis. & in cap. ad probandum.
4 de re iudicata. † quòd collatio facta per excommunicatum tolleratum tenet: quia dignitas hoc exercet per gloſſ. in cap. quanto. ij. quæſtione iiij. & per Panorm. in d. c. ad probandum. & in c. veritatis. de dolo & contuma. & Geminia. in c. j. de reſcript. lib. vj. & in dict. cap. pia. & facit in pragmatica ſanctio. in c. j. de excommunicatis non vitandis. & ibi gloſ. quando quis non eſt denūciatus in loco reſidentiæ quòd poteſt conferre beneficia. & regula cancellariæ Papæ moderni in numero lxix.

SVMMARIVM.

1 *Verb. Commendamus, poſitū in collatione ab eo qui commendare non poteſt, an reſcriptum uitiet.*
2 *Surreptio in parte, totum reſcriptum non uitiat.*

Quæſtio DCCCCLXXXVI.

QVAERITVR an habeat obſtare dicto
1 Buaterij † inquantū in eius collatiōe fit mentio commendamus, & quòd Abbas nō poteſt commendare: ſecundum Archidiaconum in c. qui plures. xxj. quæſtio. j. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd ibi eſt etiam

ibi eſt etiam dictio expoſitiua, ſeu cóferimus, & ſic ſuſtinetur dicta collatio: iuxta nota. in ſimili, in cap. in præſentia. de renunciatio. Ioan. Andr. & Panormita. in cap. cùm inter. de re iudica. & Panormit. in
2 c. ad diſſoluendum. de deſponſa. impube. † quia ſubreptio in parte, non vitiat in totum. capitu. qui eo tempore. de reſcript. libr. vj.

SVMMARIVM.

1 *Auditor cameræ apoſtolicæ, an iuriſdictionem ordinariam, an delegatam habere cenſeatur.*
2 *Auditores non niſi ex ſpeciali Papæ delegatione cognoſcuntur.*
3 *Differentia quæ, inter auditores cameræ & contradictarum.*
4 *Auditores de locumtenentia eorum fidem facere tenentur.*

Quæſtio DCCCCLXXXVII.

QVAERITVR ſuper quodam proceſſu domini Ioannis Vanulli locumtenentis au-
1 ditoris cameræ apoſtolicæ, † an dictus auditor cẽſeatur habere ordinariam vel delegatã iuriſdictionem. de hoc habetur in clemen. auditor. de reſcrip.
2 & ibi per Cardi. in ij. quæſtio. † tamen auditores nõ cognoſcuntur, niſi ex ſpeciali delegatione Papæ, & ſic debent facere fidem de eorum poteſtate, quò
3 ad locumtentiã. † Veruntamẽ auditores cameræ & contradictarũ, licèt habeant ordinarium: tamen eſt differentia: quia auditor cameræ cognoſcit de cauſis ſpiritualibus ad cameram pertiẽtibus, & de delictis & contractibus in curia perpetratis: ſed auditor contradictarũ cognoſcit, an literæ debeant impetrari & concedi: ſecundum Ioan. de Imol. ibi, & per gloſſ. & Geminia. in capit. ſolet. de ſenten. excõmu. lib. vj. & per Bart. in l. præcipimus. de appella.
4 & † debet fieri fides de locumtenẽtia: ſecundũ do. Guido. Pap. deciſio. ccccxxij.

ARGVMENTVM.

Expenſæ pro reconciliatiõe cœmeterij, an & à quibus debeantur.

SVMMARIVM

1 *Cœmeterium ſi uiolatum fuerit, an & quando Epiſcopi expenſis reconciliandum ſit. & num. 7.*
2 *Expenſæ reconciliationis cœmeterij per eum qui polluit, ſi reſtiri poteſt, & ſoluendo ſit, rependendæ ſunt.*
3 *Quid ſi neſcitur.*
4 *Conſuetudo an ſtatuta an uel hoc caſu ſint attendenda. & numer. 9.*
5 *Rector eccleſiæ & parœciani, an dictas expenſas ſuſtinere debeant.*
6 *Expenſæ quæ ſuſtinentur in reconciliatione, debentur non ratione intereſſe, ſed ratione uiſitationis.*
8 *Conſuetudo ut aliquid pro ſacramentorum collatione accipiatur, ſymoniaca eſt.*
10 *Epiſcopo diſtanti ab eccleſia tribus dietis quod expenſæ tãtum unius diei ſoluendæ ſint.*

Quæſtio DCCCCLXXXVIII.

QVAERITVR ſuper cauſa procuratoris epiſcopalis Balliceenſis contra homines parœciæ Fictiliaci, prætextu violationis cœmeterij dictæ eccleſiæ, ad cauſam homicidij perpetrati per dominum Laurentium Groſsi vicarium dictæ eccleſiæ, in perſonam Gulielmi Naſtelli vicecaſtellani Palludis, nunc verò dicti parœciani fuerũ moniti ſub pœna excõmunicationis ad ſoluendũ pro expẽſis recõciliationis dict. cœmeterij, aduerſus quæ ſe opponunt dicti homines, quòd non tenentur ad dictã expenſam, quęritur quid iuris. Et in effectu Vincentius in capit. conquerente. de offic. ordi. quem refert Panormita. in capit. propoſuiſti. de cõ-
1 ſecratio. eccleſiæ vel altera. in fin. tenet, † quòd. Epiſcopus debet hoc facere expenſis ſuis: quia propter hoc & ſimilia habet reditus Epiſcopatus. Nec obſtat c. cùm ſit Romana. de ſymo. vbi Epiſcopus pro conſecratione eccleſię accipit procurationem. quia ad iſtud reſpondetur ſecundum Panormita. quòd loquitur in conſecratione eccleſiæ, & eſt ſpeciale in illo caſu dumtaxàt: licèt ſecundum aliquos in d. capit. non excuſentur caſus ſimiles. per gloſſ. in ca. ſicut. de accuſatio. licèt vbi deficiunt facultates eccleſiæ, Epiſcopus debet conſecrare ſuis ſumptibus. & iſta pars placet Panormita. in dict. cap. propoſuiſti. per capit. j. de cenſib. libr. vj. licèt aliqui, vt refert
2 Ioan. Andr. in d. cap. propoſuiſti. † quòd aut eſt certum quis violauerit eccleſiam per homicidium, aut ſeminis, aul ſanguinis effuſionem. dict. cap. propoſuiſti. & cap. fi. de conſecratione eccleſiæ vel alta. cap. ſignificaſti. de adulte. & tunc ſi talis qui violauit ſit ſoluẽdo, expenſas reconciliationis ſoluere tenebitur. cap. fina. de iniur. l. j. ff. de eo per quem fa-
3 ctum eſt. † Si verò neſcitur quis violauerit eccleſiam
4 vel cœmeterium, vel non eſt ſoluendo: † tunc recurrendum eſt ad conſuetudinẽ, vel ſtatutum eccleſiæ,
5 quibus ceſſantibus † rector & parœciani debent procurare Epiſcopum. dict. c. cũ ſit Romana. quia talis procuratio eſt annexa viſitationi. & debet dũtaxàt præſtari expenſæ victus moderatè ſecundum facultates eccleſiæ: ſecundum gloſſ. in dict. capitu. cùm ſit Romana. cap. ſopitè. cap. cùm nuper. de cenſib. cap. ſi Epiſcopus. de offic. ordina. libr. vj. & licèt ſit vicinitas locorum ſeu quod eccleſia cõſecranda, vel reconciliãda ſit vicina, nihilominùs debetur procuratio: ſecundum Hoſtien. & Panormita. in dict. cap. cùm ſit Romana. & pro hoc allegat capit. venerabilem. de cenſi. vbi Epiſcopus accipit procurationem ab eccleſijs ciuitatis quas viſitat. Nec obſtat præſcriptio in contrarium, vt ibi habetur. Nec obſtat ſi dicatur, quòd quando eccleſia eſt in ciuitate explicita viſitatione poteſt redire ad domum propriã, ſicuti in ſimili dicitur, quando iudex proficiſcitur extra domicilium: quia tũc debet computare ea quæ expendiſſet domi. iuxta notat. in capit. cùm non ab homine. de vita & honeſta. cleric. Quia ad
6 iſtud reſpondetur: ſecundum Panormi. † quòd iſta procuratio debetur nõ ratione intereſſe: ſed ratiõe viſitationis. & in ſignum ſubiectionis, & in ſignum ſuperioritatis. & vt faciliùs prelati inducantur ad viſitandum & conſecrandum. & hoc etiam tenet Io.
7 de Ana. in dict. capit. cùm ſit Romana. † & in defectum omnium Epiſcopus debet facere expẽſis ſuis, argumen. capit. cauendum. x. quæſtio. iij. & ibi glo. quòd quando Epiſcopus eſt in via debet expendere ea quæ expẽdiſſet domi. & licèt in reconciliatione poſsit peti procurantio: tamen non poteſt peti procuratio ſeu vacatio. ca. placuit. j. quæſtio. ij. allegat in authen. de mãdatis principum. §. illud. colla. iij. & in authẽ. vt nulli. iudicum. §. nullo. colla. ix.

& in authenti.de mandatis principum.§.ſi tibi.colla.iij.quia debet exhigere, niſi conuiuium ſeu expéſis victus: ſecundum gloſſ.in dict.capit.placuit.ſed ſponſiõe oblata pót recipere:vel ea quæ cõſueuit recipere propter procurationem quaſi pro labore: ſecundum gloſſ.in dict.capit.placuit.allegat xij.quæſtio.ij.capit caritatem.licèt gloſſ.in dict.capit. cum ſit Romana. teneat quòd Epiſcopus nihil recipit pro laboribus. Veruntamé hoc verũ,niſi cõſuetudo ſit in contrarium:ſecundum gloſſ.ſingularem in capit.nullus Epiſcopus.le.iij.prima quæſtio.prima,& de Bellencijs in additio.ad Panormit.in dict. capitu.propoſuiſti.allegat cap.nemo.de ſymo.facit capit.ad appellationem.cum ibi notatis,& in ca. ſua.
8 de ſymo. & † hoc verum quando laici liberaliter conſueuerunt offerre aliqua temporalia,abſq; aliqua pactione,& exactione pręcedente:ſecundũ Hoſtien.& Panormit.ibi,& maximè quando poſt collationẽ ſacramentorum aliquid liberaliter dcatur. ita tamen quòd non ſit aliqua compulſio:vel aliqua exactio,aliàs dicta conſuetudo eſſet ſymoniaca:ſecundum Panormita.in dict.capitu.ſua nobis. & in dict.capit.ad apoſtolicam:quia iſto caſu conſuetudo haberet initium vitioſum.& iſtud facit cõtra aliquos Epiſcopos qui antequàm vadant ad cõſecrandum vel reconciliandum eccleſias,vel ad viſitandum,quòd nunciant eorum aduentum & faciunt ſe aſſequrari per aliquos in particulari,de eorum ſumptibus & expenſis, vide Cardina. Florẽ.in clementi.j.in princip.de celebratione miſſarum. in
9 decimaquarta quæſtione,† quòd debet attendi ſtatutum,vel conſuetudo ſuper hoc:& his ceſſantibus contribuant parœciani cũ rectore: quia tenentur ad iſta iura parœcialia.capit.j.de eccleſ. ædifican.licèt propriè iſta onera incumbent ratione viſitationis.capit.cùm venerabili.de cenſi.tamen iſte caſus non eſt de iuribus epiſcopalibus,in quibus rector ſolus tenetur,& ibi tenet ꝙ Epiſcopus pót recipere procurationẽ pro quocũq; cõmuni negotio.accedat etiã cauſa cõſiquẽdi pœnas. allegat Inno.in c. Romana.de cẽſi.libr.vj.& hoc idem tenet Ioan.de Imol.in dict.clementi.j.& ibi etiam tenet quando
10 Epiſcopus † diſtat ab eccleſia per tres dietas, quòd tamen non debetur procuratio, niſi pro vna dieta per quotcunq; dietas vadat:allegat c.decẽ.x.quęſtio.j.vide de materia per glo.in ca.eccleſijs. de cõſecratio. diſtinctio.j.quæ tenet,quòd quãdo fit ſanguinis effuſio per choitum illicitũ ſeu fornicariũ: ſecus quando vir cognoſcit vxorem in eccleſia,vel quando per ſomnium,licèt gloſſ.aliter videatur tenere,in cap.j.de conſecratio.eccleſ.vel alta.libr. vj. de quo vide ibi plures quæſtiones.& ibi per Geminia.in fine,quando de naribus effunditur ſanguis in eccleſia caſu,quòd tunc non eſt opus recõciliatiõe,ſecus ſi ex percuſsione, & ſit magna ſanguinis effuſio,aliàs non.cap.pro illorum.de ſenten.excommu.& quæ dicatur magna vel parua relinquitur arbitrio iudicantis:ſecundum Gome.

ARGVMENTVM.

Reus criminis dum de vno carcere ad alium duceretur per cœmeterium tranſiens immunitatem appellanit,an audiendus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegus an eccleſiæ immunitate gaudere debeat.*

2 *Delicti cognitio & animaduerſio, & ſi in eccleſia patretur ſit,fori ſecularis eſt.*

3 *Latrones famoſi,an eccleſiæ immunitate gaudere debeant: & an à ſecularibus extrahi poßint.*

4 *Iudex laicus de ſacrilegij crimine cognoſcere poteſt.*

5 *Sacrilegus licèt per iudicem eccleſiaſticum punitus ſit: non tamẽ in eo,quòd excedit iudicis ſecularis animaduerſionem effugiet.*

6 *Iudex domicilij,aut originis,an de delictis alio loco perpetratis cognoſcere poßit.*

7 *Iudex loci domicilij,vel originis de delictis eo in loco commiſsis etiam inquiſitionis uia cognoſcere poteſt.*

Quæſtio DCCCCLXXXIX.

QVAERITVR ſuper caſu Rolandi de Pratis detenti in carceribus Baroniæ aut hominis quem ducendo ad carceres officiarij tranſiuerunt per cœmeterium eccleſiæ parœcialis Auenancii, propter quod dictus de Pratis petijt franchesiã, an debeat gaudere immunitate? Et videretur dicẽdum quòd non.argumen.l.ſi quis.C.de ædificio.priuat.ſecundum Archidiaco.in ca.ſicut.le j.xvij. quæſtio.iiij.licèt ſecundum ipſum in cõtrarium faciat capit.ſi quis.& cap.diffinit.in princip.ea.quæſt. de quo etiam habetur per de viſgijs.in repetitio. dict.
1 capit.diffinit. † Præterea dictus Rolandus de Pratis inculpatur de ſacrilegio vnius calicis perpetrati in eccleſia de Brás,& de pecunijs ſubreptis in quodã ploto dictæ eccleſiæ, & ſic ſacrilegus in nulla eccleſia gaudere debet immunitate,etiam ſi aufugiat ad aliam eccleſiam,ex quo deliquit in eccleſia. capitu. ad epiſcopos.& capit.ſicut.le.ij.ea.quæſt. ſecundũ gloſſ.in capit.fiant.ea.quæſtio.capit.fina.de immunitate eccleſ.& ibi per de Bellencijs in addition.ad Panormita.quia licèt ibi fiat mentio de homicidio vel mutilatione membrorum,tanquam perpetrantur in eccleſia.idem eſt in omni graui delicto,prout eſt caſus ſacrilegij.l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſ-
2 co.& cleric.† quia licèt delictum perpetretur in eccleſia: tamen cognitio & punitio ſpectat ad iudicem laicum.dict.l. ſi quis in hoc genus. ſecundum Bartol.in l.ſi cui.§.fina.ff.de accuſatio.& Panormita.in dict.cap.fina.& attento quòd iſtud ſacrilegiũ fuit reiteratum aggrauat.l.iij.C.de epiſco. audien. & eſſet pœna capitalis.l. ſacrilegij.ff.ad legem Iul. pecu.de quo habetur per Salicet.in rubric.C.de crimi.ſacrile.& per Barthachi.in repertorio,ſuper ver
3 bo,ſacrilegium.& attento † etiam quòd dictus de Pratis cenſeatur eſſe publicus ſeu famoſus latro cũ crochetis,qui non gaudet immunitate eccleſiæ.ca. inter alia.de immunita.eccleſ.& iſto caſu iudex ſecularis poteſt extraẽre:iuxta notat. per Ioan. Fab. inſti.de hi. qui ſunt ſui vel alie.iur.& Bal.in authẽ.
4 ſi quis.C.de epiſco.& cleric.† & licèt agatur de crimine ſacrilegij:tamen iudex laicus etiam poteſt cognoſcere: quia eſt crimen miſtum.l.placet.& dict. l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſco.& cleri. iuxt.nota.per gloſſ.& doctor.in capit. cùm ſit generale. de for.competen. & maximè quantum ad præuentionem realem:quia dict. Rolandus de Pratis fuit captus per officiarios temporales: ſecundum Ioannẽ Andr.in capit.j.de oblig.ad ratiocinia.Barto.in l.j. ff.de pœni.& Bald.in l.officiales. C.de epiſcop. & cleri.& hoc verum,quãdo captura fuit licita, aliàs ſecus:in-

ſecus:iuxta notat.per Aangel.in authen.vt iudices
ſine quoquo ſuffragio.§.ſcientes.collatio. ij. & per
Alexand.de Imol.in appoſtil.ad Bartol.in l.ſepul-
5 chri.ff.de ſepulch.violat. †& licèt ſacrilegus fuerit
excommunicatus,aut punitus per iudicem eccleſia
ſticum:tamen poterit etiam puniri per iudicem lai-
cum,in eo in quo excedit.capitu.fina. de pœn.libr.
vj.ſecundum Panormit.in d.c.cùm ſit generale.&li
cèt dict.ſacrilegium prætendatur commiſſum in a-
6 lieno territorio:† tamen ex quo dictus Rolādus de
Pratis trahit domicilium cùm vxore & familia in
dicta Baronia Anthonis,& per cõſequens iudex lo
ci domicilij,aut originis bene põt cognoſcere de de
lictis alibi commiſsis:ſecundum Bart.in d.l.ſi cui.
§.fin.ff.de accuſatio.l.j. c.vbi de crimi.agi.oport.c.
cùm contingat.de foro competenti. & ibi per Ioã.
Andr.& Panormit.& cap.fina.eod.titu.& hoc quã
do agitur per viam accuſationis : ſecus ſi per viam
inquiſitionis:ſecundum Io.Andr.in additione Spe
cu.poſt Odoffre. in tit. de competē.iudi. additio.§.
j.verſic.vj.ratione criminis.verſic.ſi quid conueni-
tur.licèt Cyn.Bartol.Bald. & commoniter omnes
in l.j.C.de ſumma trinit. & fide catoli.teneāt,quòd
etiam per viam inquiſitionis iudex loci domicilij,
vel originis poteſt cognoſcere de delictis ibi com-
miſsis.& idem tenet Ange.in repet.l.vacantia.C.de
bo.vacanti.lib.x.& Angel. Aretin.in tractatu ma-
leficiorum,ſuper verbo,hæc eſt quędam inquiſitio.
& ibi Auguſti.in additio.& iſto caſu iudex loci do
micilij tenetur remittere iudici delicti requirēte an-
te ſententiam:vt authentic. vt nulli iudic. §.ſi verò.
colla.ix.ſecundum gloſſ.in dict.§.ſententiam. in d.
l.à diuo Pio.ſecus poſt ſententiam.quia non habet
locum remiſsio:ſecundum Dinum in l.relegatorũ.
§.interdicere.ff.de interdict.& relegati.de quo vi-
de plenè per Bald in auth.executorem.C.de execut.
rei iudicatæ.& per Alexandrum de Imol.in dict.§.
ſententiam.

ARGVMENTVM.

Epiſcoporum & aliorum prælatorum literis, an & quæ fides adhibenda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Clerico proficiſcenti extra ſuam diœceſim, an non niſi cũ commendatitijs Epiſcopi literis credatur.*
2 *Clerici tranſmarini ad clericatum non admittantur, niſi fide facta de literis dimiſſorijs cum quinque Epiſcoporum ſigillis.*
3 *Quid ſi clerici ignoti ſint & penitùs extranei. & numero 10.11.*
4 *Sigilla dimiſſoriarum literarum, an recognoſci debeant.*
5 *Quid ſi offuſcata fuerint.*
6 *Inſtrumentum cuius ſigillum non recognoſcitur, ſuſpectum cenſetur.*
7 *Literæ dimiſſoriæ ſigillum quarum notum eſt plenam fidē faciunt.*
8 *Epiſcopi dicto ſolo, an credatur: conſuetudini ſtandum eſt. Quid de ſcripto non ſubſripto. & nu.21.*
9 *Epiſcopi literis, an & quando credendum. & nume.16.*
11 *Cardinalis dicto de geſtis coram ſe etiam ſine iuramēto credendum. & nume.15.*
12 *Prælatorum literæ, an authenticæ dicantur, & quem fidem faciant.*
13 *Literæ iudiciales ſubſcriptæ à tabellione teſtibus etiam non adhibitis creditur.*
14 *Epiſcopi dicto, an ſine teſtimonio credatur.*
15 *Sigilli ad ſigillum collatio fieri poteſt.*
17 *Literæ pœnitentiarij Papæ in hijs quæ ſuum concernit officium fidem faciunt.*
18 *Cardinalis dicto in alterius præiudicium nõ creditur. & nume.22.27.*
19 *Papæ dicto ante papatum, an credendum & nu.27.*
20 *Literis ſigillatis epiſcoporum, an & quando credendum. nume.23.25.*
Sigilli materiam ex iure ciuili.
24 *Sigilli fidem quæ detrahunt coniecturæ quatuor.*
26 *Commiſsio ſubdelegationis literis ſolo ſigillo delegati ſigillatis probatur.*
28 *Sigillũ & ſubſcriptio uarijs ex cauſis in literis apponi ſolēt.*

Quæſtio DCCCCXC.

QVAERITVR an literæ ſigillatæ Epi-
ſcoporum,aut aliorum prælatorum plenam
fidem faciāt.Et cum pleriquè varia cenſerint opor
tunitate habita doctorũ opiniones referam. Et pri-
mò quia textus in cap. extraneum.lxxj. diſtinctio.
1 habet † quòd non creditur clericis pergentibus ex
tra ſuam ciuitatem ſeu diœceſim ſine literis cõmē-
datitijs proprij Epiſcopi:textus verò im capit. nul-
lus.in cap.& in ca.tranſmarinos.xcviij.diſt. habet,
2 quòd † clericus ignotus de partibus tranſmarinis
non debet admitti ad gradum clericatus, niſi ha-
beat literas dimiſſorias cum ſigillis quinque Epi-
ſcoporũ.& hoc verũ ſecundum glo.ibi, quãdo cle-
rici ſunt ita remoti, quòd ſigilla & loca ſunt igno-
ta,aliàs autem ſufficeret ſigillum vnius Epiſcopi.c.
aliena.lxxj.diſtinctio.& vbi non appareret de lite-
ris,ſufficeret, quòd probaret per teſtes.capit.vlti.de
cleric. peregrin. licèt Hugutius teneat quòd di-
cta capitula ſunt hodie arrogata:quia olim habue-
runt locum propter multitudinem meretricorũ: ſed
3 gloſſ.in dict.capit.nullus.tenet, quòd † ignotus &
præſentatus extraneus non eſt recipiendus,& ſi mil
le ſigilla haberet ignota : quia non plus fidei præ-
ſtant mille ignota,quòd vnum ignotũ:ſicuti in te-
ſtamento in ſcriptis dicitur, vbi oportet, quòd te-
ſtes recognoſcant eorũ ſigilla & ſigna.l.cùm ab ini
4 tio.ff.quēadmo.teſta.apperiã.† & idē eſt in ſigillis.
quia debēt recognoſci.c. quod ſuper hijs.de fide in
5 ſtru.&†quãdo ſigilla ſunt ſuffocata ſunt ſuſpecta:ſe
6 cundum gloſſ.ibi,& cap.inter dilectos.eod.tit.† &
quando non recognoſcitur ſigillum inſtrumētũ ha
betur ſuſpectum.capit.inter dilectos.de fide inſtru.
7 l.j.in fine.ff.quemadmo.teſta.appe.† aliâs vbi ſigil
lum eſt notum facit plenã fidem, ſeu creditur tali-
bus literis,etiã in præiudiciũ alterius: ſecundũ gl.in
d.c.quod ſuper hijs.Si verò habeatur aliqualis no-
titia de dictis ſigillis & eccleſijs remotis,tunc ſuffi-
ciunt quinque ſigilla.d.cap.nullus.& cap. tranſma
rinos.glo.verò in c.ſi tantũ.& c.placuit. v.quæſt.ij.
8 tenet, † quòd non creditur dicto ſolius Epiſcopi
nec ſcripto,niſi adſit ſubſcriptio,vel cõſuetudo ali-
ter habeat.& hoc verum,niſi quò ad literas excom
municatorias:quia per illas quis probatur excom-
municatus.c.poſt ceſsionem.de probatio.cap.cura.
xj.quæſt.iij. vnde ſecundũ glo.in d.cap.curæ. debet
attēdi conſuetudo.c. cũ dilectus.de fid.inſtru. aliâs
nõ eſt credendũ.verbis.epiſcopi. Nec obſtat ſi dica
tur quòd viua vox ſit potior quã mortua.§. ſi verò.
in authen.de fid.inſtrumen.col.vj. quia idem eſt in

ſcriptura tabellionis,quia non creditur,niſi habeat ſubſcriptionem teſtium.& tandem gloſſ.in d.c.cure.refert Hugo. tenere quòd ſemper ſtatur ſigillo Epiſcopi:quia obtinet vicem publici inſtrumenti. c.ij.de fid.inſtru.alij dicunt quòd non creditur, niſi ſit redactũ in publicam formã, vel niſi habeat ſubſcriptionem teſtiũ,in loco vbi nõ habetur tabellio. facit l.vt perfectius.C.de annal.exceptio. per Ang. in l.ſi vacantia.C.de bo.vacan.lib.x.hodie expeditum eſt in iudicialibus, quòd non præſumitur pro iudice,niſi quantum aliâs probari poteſt.cap.quoniã.de probatio.& in omnibus alijs præſumendũ eſt pro ſentẽtia iudicis:ſecundũ glo.in d.c.cure. Ar
9 chidia.verò ibi refert primò opinionem Hugu.† ꝙ in omnibus ſtãdũ eſt literis Epiſcopi, niſi probetur contrariũ,etiã circa acta iudicij.c.cũ dilectus.§. igitur.de purgatio.canonica. Nec obſtat c.quoniã.de proba.quia illud loquitur,quãdo non ſtant literæ, ſed tãtum iudex atteſtatur verbo.Secũdò refert opinionẽ Gauffredi,quòd creditur iudici ſcribenti iure ordinario de eo quod fit coram eo, ſecus de eo quod facit,vt priuatus. Tertiò refert opinonẽ Innocen.quòd creditur literis Epiſcopi extraiudicialis:ſecus ſi in iudicio, niſi in ſentẽtia excõmunicationis,propter periculũ participationis.idẽ verò Archid.tenet,quòd nõ ſit ſtandũ literis Epiſcopi quò ad probationẽ negotij principalis:iuxta nor.per gl. in ca. placuit.vj.q.ij.& ibi tenet poſt Goffred. quòd ſtandum eſt literis Epiſcopi extraiudicialis, etiã ad præiudiciũ alicuius.c.cũ in eccleſijs.de maio.& obedien.& tandẽ hîc tenet Archidia.quòd ſtãdũ eſt literis Epiſcopi in hijs quę cõcernunt ratione officij: per iura ibi allegata.gl.verò in c.teſtes.iij. q.ix. vbi habetur,quòd teſtes nõ debent facere teſtimonium per ſcripturam,tenet quòd nõ valẽt literæ Epiſcoporũ:quia non teſtamonijs:ſed teſtibus credendum
10 eſt.glo.verò in c.j.de cleric.peregri.tenet, † quòd licèt in clericis penitùs ignotis requiritur ad mimus quinq; ſigilla Epiſcoporũ:tamẽ vbi conſtaret, ſufficeret ſigillũ vnius Epiſcopi. Panor.verſi.ibi primò tenet,quòd quãdo cõſtat de ſigillo quòd credẽdũ eſt,&hoc quãdo ſigillum eſt ordinarij:ſecus ſi ſit teſtimoniale:ſecundũ Io. And.quia tũc nõ ſufficit vnũ ſigillũ,etiã ſi ſit notũ.Siverò eſſet incognitum, nõ ſufficerent mille ſigilla.allegat c. nobiliſsimus. xcvij.diſt.& ibi glo.quòd legatus debet exhibere literas ſuæ legationis.& ibi an delegatio poſsit probari per teſtes tamẽ ſi reſcriptũ eſſet redactum in publica formam facerẽt fidem.& ibi etiam glo.de materia ſigilli,& an quis poſsit ſigillari ſigillo alieno: & an credatur aſſertioni Cardinali.& ibi Archidia
11 co.† quòd credatur dicto Cardinalis,de actis confectis coram ſe etiã ſine iuramẽto:ſed Hugo.quem refert Panor.in d.c.j.de cleric.peregri.tenet Goffred. quòd ſufficerẽt plurima ſigilla,etiã ignota:quia nõ ita de facili falſificarẽtur.glo.verò in cap.cùm in ec
12 cleſijs .de maiori.& obediẽ.tenet, †quòd literæ prẹlatorũ dicũtur authenticæ,& ꝙ creditur literis Epiſcoporũ,etiã ad præiudiciũ aliorũ.Panor.ibi refert Inno.tenere in c.in pręſentia.de renunciatio.quòd faciunt ſemiplenã probationẽ per bienniũ. & tandẽ tenet,quòd vbi agitur de modico præiudicio creditur talibus literis authenticis prælatorũ, vbi verò agitur de magno præiudicio faciunt aliqualem probationem.glo.verò in d.c. poſt ceſsionẽ. de proba.refert opinionem vt dixi ſuprà relatam.& etiam aliã cõtrariam opinionẽ,& tandẽ diſtinguit quòd hodie in iudicio in actu iudiciali nõ creditur. circa verò alia quæ in figura iudicij ordinarij non agitantur bene creditur literis prælatorum, & præcipuè in ſentẽtia excõmunicationis. Innoc.verò in d. c.poſt ceſsionẽ.Primò refert,quòd ſit ſtandũ literis etiã ſi ſigillẽt alieno ſigillo.§.nõ poſſunt.inſti.de teſta.& etiã literis aliorũ principum,ſi hoc habet cõſuetudo.deinde arguit in contrariũ,quia nõ eſt ſtãdũ viua voce prælati,per iura ibi allegata.& ibi refert plures opiniones,& ibi tenet quòd eſt ſpeciale in iudicio, vt credatur notario ſine ſubſcriptione teſtiũ.Bal.verò tenet,quòd debet eſſe propriũ ſigil
13 lũ,& vſitatũ ad hoc,† & quòd literæ iudiciales debẽt eſſe ſignatæ manu tabellionis, & quòd faciunt fidẽ etiam ſi nõ habeãt ſubſcriptionẽ teſtium. Panor.verò ibi refert nouem opiniones,& tandem ponit decimã opinionẽ ſuam,& ibi etiã refert domi. de Rota tenere,an tales literæ ſigillatæ faciant fidem ad præiudiciũ illorum qui habetur literas apoſtolicas.Spec.verò in tit.de teſte.§. reſtat. verſic. hoc tamẽ fallit. vbi ponit caſus in quibus credatur
14 vni teſti tenet, † quòd hodie non creditur ſoli Epiſcopo.per dictum c.ſi tamẽ c.ne placuit.vj. quæſt.ij. & ibi an credatur ſolo dicto Cardinalis, & pariter non creditur vni teſti ſiue iurato,ſiue non iurato,niſi quoad præſumptionem,& vbi non eſſet præiudicium,vt quia non ſit pręiudicium alicui:vt quia agitur de probando,quòd aliquis ſit baptiſatus vel quòd eccleſia ſit conſecrata:ſecundum gloſſ. in ca. nuper.de teſte.& ibi Panormit.quòd non creditur ſoli Epiſcopo in foro eccleſiaſtico: ſecus in foro ciuili,.licèt iſtud non ſeruetur de conſuetudine:ſecũdum Panormit.ibi,de quo in capit. quicunque. xj. quæſt.j.& ibi etiam per glo.quæ notat quantũ ſpeciale,quod vnius Epiſcopi teſtimonio fides adhibetur:licèt ſit arrogatum per dict.cap.ſi tamen.&c. placuit.vide Panormita.in cap.ij.de fid.inſtrumen. vbi tractat materiam ſigilli per quinque quæſtiones.& ibi etiam de Bellencijs in additio.& in capit. quod ſuper hijs.eod.titu.& ibi tenet per gloſſ.quòd quando ſigillum eſt notum,tunc ſtatur ſigillo donec probetur contrarium.& hoc verum, ſecundum Hoſtien. niſi quando illa contra quem producitur negaret,incumbit ei onus probandi.ca.tertio lo
15 co.de probatio. † poſſet tamen fieri collatio cùm alijs ſigillis illius ſi habeantur,ſicut fit collatio literarum per comparationes.C.de fid.inſtrumen.Siverò ſigillum eſt ignotum,tunc requiruntur quinque ſigilla,ſi habeatur aliqualis cognitio.cap.j.de cleric.peregri.de quo ibi latiùs per Panormita.& tandem ibi tractat,an ſit credendum literis ſigillis Cardinalium:aut dicto ipſorum,de quo per Specula.in tit.de legato.verſic.ſupereſt.verſicu.quid ſi delegatus delegati iuridi.& per Ioan.Andr.in nouella, in cap.j.de offic.legat.libr.vj.& an creditur Cardinali aſſerenti aliquid eſſe ſibi commiſſum, vice vocis oraculo, & per Panormita. in dict.cap.quod ſuper hijs.& ibi per de Bellencijs cùm reſponſionibus, vide etiam de materia ſigilli,in capit.ſignificauit. de appellatio. vbi capitulum poteſt habere ſigillum authenticũ,vide etiam in capit.vt circa.in princ.de electio.

electio.libro ſexto.& ibi gloſſ.ſuper verbo, literis.
quæ amplificat de literis ſigillatis ſigillo authenti-
16 co.ſed Archidiacono.ibi tenet,† quòd literæ Epiſco-
pi ſigillo munitæ non ſufficerent, niſi eſſet ibi te-
ſtium ſubſcriptio,vel niſi haberet cōſuetudo: quia
durum eſſet, quòd propter ſolius Epiſcopi literas
quis cadat à iure ſuo. & hoc verum quando literæ
emanant ab vno Epiſcopo: ſecus ſi à pluribus. de
quo ibi per Geminia.vide etiam de materia ſigilli
in capitul.ſecundo,de ſolutio.vide gloſſ.in capitu.
cùm olim.de priuileg.vbi non creditur Cardinali-
bus vt teſtibus ſine iuraméto: licèt eorum aſſertio
inducat quandam præſumptionem:ſecundum Pa-
normita.ibi,vide etiam in capitu. ad eminentiam.
de ſentent.excommunicatio.an legati de latere poſ-
ſint abſoluere à ſententia canonis, ſi quis ſuaden-
te diabolo. decimaſeptima quæſtione quarta,vide
glo.in capit.ſicut.de ſentent.excommunicatio.vbi
Papa committit vices ſuas: & doctores intelligunt
17 in pœnitentiario Papæ, † & ideò literæ pœniten-
tiarij faciunt fidem in pertinentibus ad officium
ſuum.& ibi gloſſ.quæ limitat dict. capitul.nobiliſ-
18 ſimus.cvij.diſtinctio. † vt non credatur Cardina-
li aſſerenti ad præiudicium alterius: etiam ſi aſſè-
rat ſibi fuiſſe commiſſum viuæ vocis oraculo, &
ibi per de Bellencijs in additio.quòd Papa non po-
teſt ſtatuere,quòd credatur vni in præiudicium al-
19 terius: † creditur tamen dicto Papæ: de hoc quod
geſſit dum erat Cardinalis.pro quo facit cap. cùm
à nobis.de teſtib.vbi ſtatur dicto Papæ: & eſt ſpe-
ciale in iſto, & hoc quando perſeuerat: quia ne-
mo auderet ſibi contradicere: & hoc verum in be-
neficialibus.de quo ibi latè per Panormitanū.facit
clementi.j.de probatio.& per de Bellencijs in dict.
capitu.cùm à nobis.& per Baldum.in l. iuriſiuran-
di.C.de teſti.vbi dicit quod licèt credatur dicto Pa
pæ:tamen ſi non recordatur licitum eſt ſalua maie-
ſtate ipſum reducere ad memoriam. Super materia
ſigilli habetur etiam de iure ciuili.in l.ſi qua per ca
lumniam. C.de epiſcop.& cleric. vbi creditur li-
teris Epiſcopi. & ibi per Baldum & per gloſſam in
20 l.pacta nouiſſima.C.de pact.† quòd ſtatur literis
ſigillatis Epiſcoporum:licèt Cynus ibi dicat, quòd
non creditur,niſi in hijs quæ ſunt modici præiudi-
cij.& per Ioannem Andræam in additioni.ad Spe-
culatorem in titul.de inſtrumen.editio.§. nunc di-
cendum.& per Ioannem Fab.inſtituta de teſtamē.
§.poſſunt.vbi latè tractat, & qualiter ſigillum de-
bet habere nomen ſigillantis,& caracterē: & quòd
dicatur ſigillum authenticum,vel priuatum. & per
Bartolum in l.ſi procuratorem.ff.de procurato.vbi
tenet. quòd literæ quæ habent ſigillum authenti-
cum ſeu publicum probant: ſecus ſi habent ſigil-
lum priuatum,niſi eſſent approbatæ. & idem tenet
in l. ſi publicanus.§. final. ff.de public. & in l.pri-
ma.§.fina.ff. quemadmodum teſtamen. apperian.
vide Iaſo.in repetitione l.admonendi.ff.de iure iu-
rando, vbi refert dictum Innocentij & Hoſtien.
21 in cáp.nuper.de teſtib.† quòd in cauſis quæ agun-
tur in curia ſeculari ſtatur plenè dicto Epiſcopi.ca-
pit.quādocunque.vndecima quæſtio. prima, licèt
nō ſeruetur hodie,quia eſt derogatum. allegat Spe
culatorem.in tit.de teſte.§.reſtat.in vigeſimaſecun
da fallentia.& pro hoc facit glo.in dict.capitu. poſt
ceſsionem.de probatio.& in dict.capit.cuiæ. vnde
cima quæſtione tertia, vbi dicit,quòd Papa nō cre-
dit alicui Epiſcopo aliquem excommunicaſſe. alle
22 gat capit.cùm tu.de teſti.† an autem credatur Car
dinali aſſerenti ſibi fuiſſe commiſſum, habetur in
dict.cap.nobiliſsimus.& per Lapum. allegatione.
trigeſimatertia.& ibi quando aliquid atteſtatur vi
uæ vocis oraculo ſibi fuiſſe commiſſum. & per Bar
tolum in l prima.C.de ſuperindit.libro decimo, &
per Speculatorem in titul. de legato.§.ſupereſt. ver
ſicul.quod tamen.vbi ampliat dict.capit.nobiliſsi-
mus.ad quemlibet alium notum,&non ſuſpectum.
& idem tenet Bartolus in dict.l. prima,dum ibi te-
net,quòd de iure canonico, creditur Cardinalibus,
& quibuſdam alijs præexcellentibus:vide etiam de
materia ſigilli per Innocentium & Panormita-
num in capitulo inter dilectos.de fide inſtrumen-
23 torum, dum ibi tenent, † quòd ſigillum non dici-
tur authenticum ſi literæ non ſint legibiles, vel
non eſt integrum. & ibi etiam quòd fractura ſi-
gilli non faciat inſtrumentum, quando eſt con-
fectum manu publica cùm debitis ſolemnitatibus.
24 & † ibi ponuntur quatuor quæ detrahunt fidei
ſigilli. Primò quando non congruit ſculpturis di-
gnitatis ſigillatis: & ſic non valet, quando ſigil-
latur ſigillo alieno, niſi hoc expreſsè atteſtetur:
cum literæ ſigilli non ſint legibiles. Tertiò quan-
do ſigillum patitur enormem fracturam. Quar-
tò quando carta ſigilli interior eſt vetuſtiſsima,
ſed glutimen nouæ ciræ fuit cartæ connexum.
& iſta ſimul iuncta retorquent onus probandi ad-
uerſario, ſigillum eſſe verum. idem ſi ſingulari-
ter appareat: ſecundum vnam opinionem, licèt
Panormitanus ibi in hoc relinquat arbitrio iu-
dicis.& ideò bonum &vtile eſt viſitare iſta ſigilla:
vide etiam de materia ſigilli per Oldradū conſil.
clxxxiij.& per do.de Rota in nouis, deciſ.xxij. vbi
25 referunt,†q; de generali conſuetudine totius orbis
creditur literis Epiſcopi ſuo ſigillo ſigillatis ſine ta
bellione & teſtibus,dūmodò nō procedat vt iudex.
& hoc verum,niſi quò ad impetrantē apoſtolicum
propter fraudem,quę timetur ne anticipetur data.
& iſtud facit pro ſtylo curiæ Regis: quia inter-
dum quò ad confederancias & allegantias ema-
nant reſcripta ſigilla ſine ſeceretario.facit quod ha
betur per Bald in l.in donationibus.C. de donatio.
& de materia ſigilli etiam habetur per Baldum,de
pace conſtantiæ.in principio ſuper verbo, ſigillo.
& pro præmiſsis etiam facit quod voluerunt
domini de Rota in nouis, deciſione ccclj. vbi
idem tenent quòd ſtylus curiæ habet, quòd lite
ris collationis beneficij factæ per ordinarium ſo-
lo ſuo ſigillo ſine ſubſcriptione teſtium tabel-
lionum non credatur in præiudicium impetran-
tis: propter præſumptam fraudem, aut calum-
niam. & idem in quolibet alio collatore, licèt
allegent in contrarium. Archidiaconum.in capi-
tu. ſi à ſubdelegato.de officio delegat. libro ſexto,
26 videlicet † quòd commiſsio & ſubdelegatio pro-
bantur per literas ſolo ſigillo delegati ſigil-
latas. & idem in proceſsibus executorum litera-

rum apoſtolicarum, qui probantur per ſolas literas ſigillatas. & idem in remiſsionibus quę fiunt ad curiam Romanam: ſecundum Speculator. in titu. de remiſsionibus. §. vtile. verſicu. ſed nunquid. de materia ſigilli etiam habetur per Speculato. & Ioann. Andr. in additio. in titul. de instrumento. edit. §. núc dicendum. verſicu. ſecundum ſupplementum. & verſicul. ſeptimo. Adde quando ſcriptura eſt confecta per manum publicam & habet formam inſtrumenti publici cùm ſigillo: licèt ſigillum ſit perditum vel coroſum non per hoc corruit fides inſtruméti: quia remanet authoritas notarij: ſecundum Innocen. in capitu. inter dilectos. de fide inſtrumento. Panormitanus in capitu. innotuit. de electio. Adde gloſ. in capitu. teſtes. iij. quæſtio. nona, quòd non valeát literæ Epiſcoporum: quia teſtibus non teſtimonijs credendum eſt. l. iij. §. idem Dinus. ff. de teſtib. capitu. tua. de cohabi. cleric. & mulie. nec eſt credendum verbo Epiſcopi: ſecundum gloſſam in capitu. cure. vndecima quæſtione. tertia, & in capitul. poſt ceſsionem. de probatio. vide domi. de Rota, in dict. deciſio. vigeſimaſecunda, in nouis, quòd frequenter accidit quòd Epiſcopi vel eorum cancellarij anticipant datam contra apoſtolicos: vide Oldradú conſil. clxxxiij. incipiente factum tale. Adde de materia ſigilli per Innocen. in cap. j. & Panormitanú in ca. ij. de fide inſtrumento. & ibi per quinque quæſtiones per Ioannem Fabr. inſtituta de teſtamen. §. fina. per Iaſo. in repetitione. l. admonendi. ff. de iureiurando, per Panormita. poſt gloſſ. in dict. capit. poſt ceſsionem. & ibi refert nouem opiniones & ponit ſuam. & in capit. j. de procurato. & capit. peruenit. de fide. capit. ſi tantum. capit. placuit. ſexta quęſtio. ſecúda. c. de cleric. peregri. Adde quòd quando quis negat ſigillum proprium, & habet ibi formam ſigilli, quòd poſsit legi, tunc in dubio præſumendum eſt pro ſigillo: ſecundum gloſſ. in l. j. §. ſi quis neget. ff. quemadmodum teſtamenta apperiá. & ibi ſequútur Barto. Bald. Ioan. de Imol. & maximè in ſigillo publico: ſecundum Ioanné de Imol. ibi, & pro hoc allegat gloſſ. l. nec ſatiſdatio. ff. rem ratam haber. & Bartol. allegat l. tribunus. ff. de ceſſio. mu. & eſt ratio: ſecundum Ioann. de Imol. quia ſigillum publicú magis ſecurè cuſtoditur, & nó eſt præſumendum, quòd de facili quis haberet ſigillú
27 alterius. Adde † quòd ſtatur dicto Cardinalis in ſibi conceſsis, & pariter ſtatur dicto Papæ, licèt interdum ſalua eius maieſtate licitum eſt ipſum reducere ad memoriam: ſecundum Baldú in l. iuris iurádi. C. de teſtib. & pariter ſententia lata pro rege pót probari per ſcripturam eius ſigillo ſigillatam: ſecúdum Bald. in l. exemplo. C. de probatio. & ibi quòd tenent geſta legati de latere, quando publicę pro tali ſe gerit: vide etiam Baldum in l. nec exéplum. C. de fal. quòd ſtatur dicto Papæ, aut Imperatoris. ſuper errore bullæ. De materia ſigilli: vide etiam in alio meo volumine cauſarum eccleſiaſticarú. & per domi. Guido. Papæ deciſio. lxxv. & ccccclxxi. Adde quòd ſigillum & ſubſcriptio ex multis cauſis apponuntur literis: verbi gratia in ſignú conſenſus: quinque etiam apponuntur in ſignú teſtimonij: & quinque in ſignum authoritatis: & quinque in ſignum confirmationis: & quinque ex pluribus alijs cauſis: ſecundum Archidiaco. in capit. cùm redemptor. xij. quæſtio. ij. & ibi tenet, quòd debet exprimi ad quid ſigillum, & cuius ſit, & a quo.

ARGVMENTVM.

Sigillú recognoſcédum eſt, quòd ſi negetur, aut de eo dubitetur, an pro ſigillo præſumatur.

SVMMARIVM

1 *Sigillum ubi recognitum eſt pro eo præſumitur. & inſtrumentum validum eſſe cenſetur.*
2 *Sigillum in dubio fidem facit contra illum cuius ſigillum eſt.*
3 *Sigillum quid habere debeat.*
4 *Sigillum authenticú & inſtrumentú publicú æquiparátur.*
5 *Iudices ordinarij ſigillum authenticum habere dicuntur.*
6 *Procuratorium ſigillatum ſolo ſigillo Epiſcopi: uel alterius prælati etiá ſine teſtibus & notarij ſubſcriptione ualet.*
7 *Reſcriptis ſigillatis cancellariæ Regis etiam ſine teſtibus creditur.*
8 *In literis Papæ & Epiſcoporum teſtes non requiruntur.*

Quæſtio DCCCCXCII.

QVAERITVR an debeat recognoſci ſigillum? & an negando vel dubitando præſumatur pro ſigillo? Et videtur dicendum, quòd debeat recognoſci. l. cú ab initio. ff. quemad. teſta. apperian. & l. ſequenti, & ibi glo. quòd debeant recognoſci cú iuramento: vide glo. in l. j. §. ſi quis neget. eodé titu. quòd quando quis negat ſeu reprobat ſigillum, aut dubitat ſi non eſt ſigillum ſuum reddit ſuſpectum: ſecus ſi ſit proprium ſigillum: quia præſumitur pro ſigillo. allegat l. ne ſatiſdatio. ff. rem ratá habe. & in §. ſi verò mouentur. collatio. v. vnde ſecundum Bart. in dict. §. ſi quis neget. in prin. diſtinguit tres caſus, quádoq; quis apertè dicit hoc non eſſe meum ſigillum núquàm appoſui illud ſigillú; & tunc inſtrumentum redditur ſuſpectú, quádoque quis ſimpliciter non recognoſcit ſigillú & túc ſi ſit alienum redditur ſuſpectú. & idem quando prętenditur ſigillum proprium: tamen non apparet forma, ita quòd non poteſt diſcerni, tunc redditur ſuſpectum: ſi verò appareat ſigillum, vel quia ibi eſſent arma ſua, vel literæ deſcriptæ: † tunc nó obſtáte dubitatione ſua præſumitur validum inſtrumentum, & nó ſuſpectú, licèt quidá teneant contrariú: quia dict. l. ne ſatiſdatio. loquitur quádo apponitur ſigillú ad obligandú, quia nó poteſt cótrauenire: ſecus ſi ad recognoſcendum: ſed Bar. idem tenet quádo apponitur ſigillum ad teſtificandum: quia in dubio præſumitur pro ſigillo. allegat l. tribunus. ff. de teſta. milita. Bal. verò in d. §. ſi quis neget. tenet, ꝙ magis præſumitur pro ſigillo, quá pro negante, per iura ibi per ipſum allegata, licèt ibi referat opinioné Iaco. de Arena facientis differentia, an ſigillú apponatur ad obligandú: vel ad teſtificádú de quo ſuprà dictú fuit. Io. verò de Imol. ibi tenet, ꝙ quando apparet forma ſigilli proprij, vt quia ibi ſunt arma ſua & literæ etiam dicunt, vel etiam in ſigillo alieno, & ex ſubſcriptione apparet quòd ſigillauit ſigillo alieno, ſtabitur ſigillo licèt ipſe neget vel dubitet licèt Iacob. de Arena tenuerit, quòd quando apponit ſigillum ad teſtificandum, non pręſumitur pro ſigillo, niſi quis recognoſcat, adeò & in tántum, quòd ſi vnus ex teſtibus neceſſarijs interim moreretur, non teneret teſtamentum: vt notat in in l. ij. ff. quemad. teſta. apperian. & in l. publicati. C. de teſta. & hoc verum, niſi eſſet ſigillum publicum: quia fa-

2 quia † facit fidem in dubio, contra illum cuius eſt ſigillum: ſecundum Ioann. de Imol. ibi, allegat l. ſi qua per calumniam. C. de epiſco. & cleric. ſed Ioã. de Imol. in clemen. ſtatutum. de electio. ibi quærit an præſumatur ſigillum de voluntate eius cuius eſt, ſe remittit prout in ſimili conſueuit dici de inſtrumento cancellato reperto penes debitorem. cap. ecclesiæ ſanctæ Mariæ. le ij. vt lite pendente, vnde Ioã. de Imol. in dict. §. ſi quis neget. reddit differentiam inter ſigillum publicum & priuatum: quia in ſigillo publico meliùs cuſtoditur, quàm priuatũ. & ideò non poteſt appoca de facili citra conſtitutionem illius cuius eſt ſigillum: ſecus in priuato. allegat l. j. §. ſed nec fraudandi. C. de lati. liber. tollend. Ioã. vero Fab. inſtitu. de teſtamen. §. poſſunt. tenet, † quòd
3 ſigillũ debet habere caracterem, hoc eſt imaginẽ, vel nomẽ: vel arma ſigillantis. c. inter dilectos. de fide inſtru. & Ioan. Fab. tenet in d. §. poſſunt. † quòd ſigillum. authen. & inſtrumentũ publicũ parificantur. & ibi etiam loquitur de ſigillo alieno. & ibi tenet, quòd etiam creditur vni ſigillo authentico. & ibi ponit exemplum, quòd ſigillum authenticũ dicitur iudicis ordinarij. Nec obſtat c. cùm dilectus. de fid. inſtru. vbi ſigillũ Regis facit fidẽ, ſi conſuetudo terræ hoc habeat: quia ibi loquitur de inſtru-
5 mentis, non de literis ſigillatis. † vnde iudices ordinarij, licèt non poſsint creare notarios: tamẽ habẽt ſigillũ authenticũ, & hoc in ijs quæ ad eorum officiũ ſpectãt. gl. verò in c. quod ſuper hijs. de fid. inſtr. videtur tenere, ꝙ quando ſigillum eſt ignotũ, quòd debet reuocari ad conſignationem, vt cognoſcãt ſigilla ſua: vnde ſecundum Hoſtien. & Panormi. ibi, quãdo quis negat ſigillum quod eſt notum, tunc incombit ei onus probandi qui negat. allegat cap. tertio loco. de proba. Adde dominos de Rota deciſio. cc. xx. ij. in nouis. quòd quando in curia Romana, negantur ſignificationes inſtrumentorum, vel ſigilla, quòd tunc debet fieri remiſsio ad partes pro recognitione & verificatiõe ſigillorũ, & ſignatorũ procedendum per teſtes, aut aliàs fides inſtrumenrum, & ſigillorum pariter. Adde etiam domi. de Rota in nouis. ſub titulo. de procuratoribus incipien, item
6 quòd valet: vbi tenent † quòd procuratorium ſigillatum ſolo ſigillo Epiſcopi, vel alterius prælati abſque ſubſcriptione teſtium, & notarij facit fidem, dum modo ſigillatum ſit recognitum, vel probatum: ſecus ſi fuerit negatum. & pro hoc etiam allegat gloſſ. in clementi. de procurato. & ibi quòd dicatur ſigillum authenticum. de quo ſe remittit ad notata per Speculato. in titu. de procurato. §. ratiõe autem formæ. & ibi etiam tenet Speculat. quando apponitur falſitas in modum exceptionis, tũc non admittitur procurator, niſi probet inſtrumentum eſſe verum, vel ſigillum. Adde cap. ea noſcitur. de hij. qui fiunt à præla. vbi fit mentio de literis abbatum.
7 Adde † quòd in reſcriptis ſigillatis cancellariæ regiæ ſtatur ſine teſtibus: ſecundum domi. Guido. Papæ deciſio. clxxvj. Adde clemen. j. de iure iurand. §. fina. vbi Imperator ante coronationem vtitur magno ſigillo, & poſt coronationem vtitur bulla aurea, ſic in Papa ſecundum gloſſ. ibi, aliter vtitur ante coronationem, & aliter poſt: ſecundum gloſſ. in data ſexti, licèt hodie ſecundum glo. in dict. clemẽti. parum vtatur bulla aurea, propter periculum ſubſtractionis. & idem in bulla argentea. vel ſecundũ Cardina. Floren. ibi, aliqui vtuntur bulla aurea deſuper & vacua ſeu croſa. infrà: vide capitu. licèt. de
8 crimine falſ. vbi Papa vtitur bulla plumbea: † & pariter in bullis Papæ, aut Epiſcoporum non ſunt neceſſarij teſtes: ſecundùm Bald. in l. ſanctius. C. de donatio. & Alexand. in l. omnes. C. de teſtamen. Adde Innocen. in capit. inter dilectos. de fide inſtrumen. Panormita. in capitu. innotuit. de electio. quando inſtrumẽtum publicum quod habet ſolemnitatem inſtrumenti publici, & eſt ibi ſigillum appenſum, licèt perdatur ſigillum vel deſtruatur non tamen cernit fides inſtrumenti: & ideò cautum eſt vt collationes beneficiorum, & ſimilia, facit per manum publicam ne diſtracto ſigillo pereat fides inſtrumenti, facit in ſimili gloſſ. & doctor. in l. ij. in princip. ff. quẽadmodum teſtamen. apperian. vide gloſſ. & Panormita. in capitul. quoniam contra falſam. in verbo, duos viros. de probatio.

ARGVENTVMM.

Sigillum cum ſubſcriptione vt quis obligetur vel ſibi præiudicet requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Sigillis Epiſcoporum & Abbatum creditur.*
2 *Sigillo cuiuslibet ordinarij fides adhibetur.*
3 *Quid de ſcædularum ſigillis.*
4 *Quid de literis principum in quibus tantummodò ineſt ſubſcriptio uulgariter dict. blans ſinetz.*
5 *Literæ priuatæ ſigillum publicum habentes fidem faciunt: ſi priuatum non, niſi ab aduerſario recognoſcantur, creditur.*
6 *Apoca publicum ſigillum habens etiam ſine teſtibus plenam fidem facit.*
7 *Quid in epiſtola.*
8 *Literæ citatoriæ iudicis ſigillo ſigillatæ probant.*
9 *Annulus piſcatoris.*

Quæſtio DCCCCXCII.

QVAERITVR an ſufficiat ſigillum alicuius abſque ſubſcriptione, vt ſibi præiudicet, an verò requiratur vtrunque? Et videretur dicẽdum quòd requiritur vtrunque. l. ad teſtium. §. ſi teſtibus. ff. de teſtamen. licèt Bald. ibi, in apoca mercatoris, quando ſigillo ſuo ſigillant, non ſufficit, niſi ſe ſubſcribant, licèt in hoc relinquit cogitandum: ſed idem Bartol. in proœmio digeſtorum. tenet, ꝙ non ſufficiat ſolum ſigillum, niſi interueniat ſubſcriptio. & hoc videtur etiam tenere Bald. in l. falſus. C. de furt. in fine: quia ſigillum per ſe nihil loquitur, vt chiffra vel chimera. & ideò ſignum ſine ſubſcriptione nihil operatur. per dict. l. ad teſtium. quia notoria & abuſiua repreſentatio eſt & plerunquè falſa & incerta. ſed idem Bartolus in l. quæ dotis. in fine. ff. ſoluto matrimonio tenet, quòd ſolum ſigillum præiudicat, & induci conſenſum, per iura ibi allegata. & idem tenet Baldus poſt gloſſ. in l. ij. C. de reb. alie. non alie. vnde ſecundum Alexand. de Imol. in additio. ad Bar. in dict. l. ad teſtium. §. ſi quis ex ſignatoribus. diſtinguẽdum eſt pro cõcordia. Interdum apparet quòd ſigillum

alicuius eſt impreſſum cartæ, & ſibi præiudicat.in-
terdum verò ſolum eſt ibi ſigillum, ſed non appa-
ret,quòd de eius voluntate fuerit impreſſum: & túc
requiritur vtrunque, videlicet ſigillum & ſubſcri-
ptio. Spec.verò in tit.de proba.§.videndum. verſ.x.
tenet,quòd credatur ſigillo Epiſcoporũ Abbatum:
& hoc in magnis abbatibus, vti Cluniacenſis, &
principum:allegat cap.ſtatuimus.xix.quęſt.iij.c.ea
neſcitur.de hij.qui fiũt à pręla.ſecus in ſigillo infe-
riorum abbatũ,niſi in hijs,quæ ſunt ſuæ iuriſdictio
2 nis, † quia tunc creditur cuilibet ordinario. & ibi
etiam ponit de literis teſtimonialibus Epiſcoporũ.
& ideò eſſet bonũ habere literas teſtimoniales ad
recognitionem ſigilli, ſicuti ad recognitioné ſigni
notarij:iuxta nota.per Bal.& Salic.& vlterius Spe-
cul.vbi ſuper verſi.illud ſcias.ponit cauſas ex qui-
3 bus apponatur ſigillum.† Et quid in ſchædulis va-
cuis,quando apponitur ſigillum ſe remittit ad not.
per Innoc.in ca.ij.de fid.inſtru.& ibi etiam per Pa-
normi.circa fin.& ibi tenent cõmuniter, ꝙ tale ſi-
gillum traditũ ſchædulæ vanæ, non tenet ex quo
litera non eſt ſcripta tempore ſigilli, & multa poſ-
ſent ſequi inconuenientia ſcribens non eſt immu-
nis à falſitate. & iſtud facit contra principes &
4 prælatos:†quia ſępè dant tales ſchædulas ſigillatas
eorum nuncijs & procuratoribus,vt ſcribant in eis
ſecundum terrarum,temporum & locorũ indigen-
tiã.& in talibus ſigillatis vt plurimum non ſignan
tur ſecretarij principum.& interdum principes ma
nu propria apponunt nomen proprium. Bart. verò
in l.ſi procuratorem. tenet, † quòd literæ priuatæ
quando habent ſigillum publicum, vti ſigillum ali
cuius communis,vel domini:&tunc faciunt fidem:
aut habent ſigillum priuatum &nõ faciunt fidem,
niſi approbentur ab aduerſario: & tunc dicuntur
approbari,quando notarius ſignauit, vel quando
teſtes vident ſigillare. Pau.verò de Caſt. in l. admo
nendi.ff.de iure iur.tenet,quòd appoca priuata fa-
cit fidem,quando habet ſigillum. ſed Iaſ. ibi tenet
contra,niſi haberet ſigillum publicum,vti alicuius
Regis,principis,vel communitatis,vel alicuius pu
blici magiſtratus: & túc facit plenam fidem etiam
7 ſine ſubſcriptione teſtium. †& idem in epiſtola:iu-
xta notat.per Bartol.in l.nuda.ff.de donatio.Bald.
verò in rubrica.C.de fide inſtrumen.circa finem,te
net, quòd ſcriptura priuata ſigillata antiquo ſigil-
lo maioris magiſtratus,id eſt deputata ad actum ſi
gillandi, faceret fidem: ſecus ſi eius officium non
eſſet deputatum ad illum actum:quia tunc talis ſcri
ptura non faceret fidem.Speculato.verò in titul.de
citatione §.iam de citatione. verſicul.literis. tenet
8 quòd †literæ citatoriæ ſigillatæ ſigillo proprio pro
bant,quando iudex apponit ſigillum ſuum:ſecus ſi
alienum,niſi quando in loco non habent eius ſigil-
lum: quia tunc poſſet ſigillare ſigillo alieno,dum-
tamen hoc expreſsè atteſtetur. & iſtud facit pro ſi-
gillo curiarum huius patriæ, vbi interdum in defe-
ctum ſigilli iudicis ſignant propria manu literas.
& idem operatur ac ſi eſſent ſigillatę. De materia ſi
gilli etiam habetur per Cardina. Florent. in clemé.
ſtatutum.de electio.& ibi ſe remittit ad notat. per
Speculatorem vbi ſuprà.& ad Hoſtien. in ſumma,
de fide inſtrumento.§.quibus inſtrumẽtis.vide Spe

culato.in d.tit.de probatio.§.fin.verſic.x.ibi,illud:
ſcias.vbi tenet,quòd de iure ciuili vocat annulum
illud quod ius canonicum vocat ſigillum. & ibi e-
tiam tenet,quòd ſigillum ad cauſas non facit fidé
9 in alijs actibus.& iſtud facit † quando Papa ſigil-
lat ſub annulo piſcatoris:aut pro principibus,qui
habet paruum,aut magnum ſigillum,ac etiam pro
prælatis qui habent ſigillum cauſarum & etiam ſi-
gillum pontificale, ita quòd deputantur ad actus
diuerſos:& vnum non debet deputari pro alio, niſi
ex cauſa:quia interdum in abſentia magni ſigilli ſi
gillatur cum paruo.& pariter in curia Parlamenti
Delphinalis.vbi vtitur duplici ſigillo paruo & ma-
gno.& paruum deputatur ad ſigillum literarum
iudicialium,magnum verò ad ſigillum ſententia-
rum diffinitiuarum.&pro hoc facit ca.ſignificauit.
de appellatio.vbi ſecundum Panormita.licitum eſt
habere plurima ſigilla deſtinata ad diuerſos actus,
& non eſt vtendum vno pro alio,niſi vbi non habe
retur alterum prè manibus: ſicuti etiam poſſet ſi-
gnari ſigno alieno.etiam allegat capitu.cùm inter.
de re iudicata.vbi ex cauſa quis poteſt ſe ſubſcribe
re pro alio.& hoc etiam tenet Præpoſitus in dict.ca
pit.ſignificauit.quòd ſigillum ſolitũ apponi circa
vnum actum,non debet apponi circa alium. & ex
hoc infert quòd caſtellani ſeu cuſtodes caſtrorum
non debet dare caſtrum,niſi cum ſignis particulari
bus ſibi datis:nec debent credere dictis principum,
etiam ſi eſſent mille.& idem in notario.qui non de-
bet vti diuerſo ſigno.

ARGVMENTVM.

Sigillum ſolum in literis vt probent an & quando ſine atteſtatione ſufficiat, & quando atteſtatio requiratur.

SVMMARIVM

1 *Literis patentibus abbatum creditur.*

Quæſtio DCCCCXCIII.

QVAERITVR an ſufficiat ſigillum impreſſum cartæ, an vno vltra requiratur,quòd ſigillans atteſtetur ibi poſuiſſe ſuum ſigillũ? Et videtur dicẽdum quod ſic,quòd requiratur atteſtatio.l. penulti.ff.de teſtamen.l. ſi vnus.& l.ac conſultiſsima.C.eodem titul.vnde Innocen. quem refert Panormita.in capit.ſecundo.de fide inſtrumen. refert duas opiniones,prima quòd requiratur atteſtatio. ſecunda opinio,quod non requiratur:ſed ſufficiat, quòd apponantur ſigilla Epiſcoporum, aut aliorum inferiorum,prælatorum,ſaltem in hijs quæ ſpectant ad iuriſdictionem ſuam.l.fina.C.arbitr.tutel. vel poteſt dici ſecundum Panormita.ibi, etiam in ſigillo non authentico,quando apponuntur in cótractu,& eſt ſigillum propriũ.& præſumitur de cóſenſu illorum quorum nomine apponitur.l.ij.C.de reb.alie.non alie.aut ſunt ſigilla aliorum, & tunc procedat prima opinio, vt non ſufficiat appoſitiò ſola: ſed oportet, quòd ipſi contrahentes, vel illi cuius eſt ſigillum atteſtentur ad quid illud ſigillum fuit appoſitum, aliàs præſumitur adulterinum. & falſò appoſitum. cùm in dubio ſigillum debeat continere dignitatem ſigillantis, vide Spe-

vide Speculatorem in titu. de probation. §. vltimo.
1 verſic. x. circa finem. † ꝙ creditur literis patentibus
Abbatis dicentis ſe aliquem recipi feciſſe: quia cre
ditur ſibi in facto ſibi commiſſo.

ARGVMENTVM.

Literæ ſigillatæ ſigillo alieno cum atteſtatione valent & faciunt fidem.

SVMMARIVM.

1 *Sigillans literas ſigillo alieno ſine atteſtatione in falſi pœnam incidit.*
2 *Scriptura priuata ſigillo authentico roboratur.*
3 *Nuntio deferente ſignum aut ſigillum heri ſui ita creditur, ut debitor illi ſoluendo liberetur.*

Quæſtio DCCCCXCIIII.

QVAERITVR an quis poſsit ſigillare
ſigillo alieno: & dicendum eſt ꝙ ſic, dum ta-
men expreſsè atteſtetur. l. ad teſtium. §. ſi ab ipſo. ff.
1 de teſta. † aliàs incideret in pœnam falſi, ſi non at-
teſtaretur: ſecundum Paul. de Caſtr. ibi. l. lege Cor-
nelia. & l. omnes. & l. falſi. ff. de falſ. & per Specula.
in titul. de probationibus. §. vltimo. verſicu. primo.
ibi. & nota. & in titu. de citatione. §. iam de citatio-
ne. verſicu. literis & per Salicetum & Alexandr. de
Imol. in l. ſi vnus. de teſtam. vide Feli. in c. ij. de fide
inſtru. & per glo. in c. in memoriam. xix. diſtin. dum
ibi tenet, ꝙ carta dicitur falſa, ſi eſt alieno ſigillo
ſigillata, dummodò ille habeat propriũ, vel niſi di-
xerit, quòd tunc non habuit proprium. allegat c. ſi-
gnificauit. de appellatio. licèt Ioan. Fabri in §. poſ-
ſunt. inſtitut. de teſtamen. faciat differentiam inter
ſigillum priuatum & ſigillum authenticum: vt in
ſigillo priuato quem non poſſet ſigillare ſigillo a-
2 lieno: ſecus in authentico. † quia dat robur etiam
priuatæ ſcripturæ. dict. c. ſignificauit. de appellatio.
niſi haberet ſigillum proprium: vt ibi habetur. Glo.
verò in c. inter dilectos. de fide inſtrumen. ſuper ver
bo, delatę. tenet, ꝙ poteſt ſigillari ſigillo alieno. fal
lit in contractibus magnarũ rerum, aut principum:
ſecundum gloſſ. ſingularem ibi, quam ibi commen
darunt Bald. & Præpoſitus in cap. ſignificauit. de
appellatio. & ex hoc ibi Præpoſitus infert ad plura,
3 quòd † licèt nuntio credatur cum ſigillo aut ſigno
magiſtri ſui, aut alio interſigno, ita quòd debitor
ſoluendo liberaretur: iuxta notata per Barto. in l. ſi
quis vxori. §. apud Labeonem. ff. de furt. & per Bal
dum in l. is cui. C. de furt. tamen hoc fallit in graui-
bus nuntijs vbi quis non debet credere nuntio, vel
quando eſſet talis perſona quòd eſſet pręſumendũ,
quòd ſubtraheret ſigillũ, vel niſi eſſet famulus con
ſuetus: quia tunc crederetur, & ſibi culpa non po-
teſt imputari. l. eum qui. §. ſi. & l. argentum ff. com-
modati. & hoc verum niſi à principio contractus
fuiſſet dictum per quam perſonam debebat tradi,
vel quando erat debitum generis: quia tunc traden
do famulo non liberaretur: ſecundum Prępoſitum
in dict. c. ſignificauit.

ARGVMENTVM.

De vicario generali vnius Abbatis cum omni poteſtate conferendi beneficia.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius an conſtitui poſsit cum poteſtate conferẽdi beneficia.*
2 *Vicarius cõſtitutus ad beneficia conferẽda, dignitates quoque conferre poteſt. & numer. 5.*
3 *Promittens conferre beneficia non uacatura: quòd non obſtante illa promiſsione alteri conferre poteſt.*
4 *Poteſtas conferẽdi beneficia uacatura uel uacantia de præſenti an dari poſsit.*
6 *Vicarius perpetuus in decimis exigendis intẽtionem à iure communi fundatam habet: ſecus in eo qui ad tempus conſtituitur.*
7 *Vicario conferendi uacatura non alteri poteſtas committi poteſt.*
8 *Epiſcopus beneficia conferendi poteſtatem alteri præterquam quòd uicario generali non poteſt.*
9 *Epiſcopus certæ perſonæ beneficia uacatura conferẽdi poteſtatem ſi eum officialem aut procuratorẽ generalem non conſtituat expreſsè concedere non poteſt.*
10 *Archidiaconus uicarij Epiſcopi dicitur.*
11 *Beneficia uacantia in curia Romana poſt menſem Epiſcopi in eorum diœceſibus prouidere poſſunt.*
12 *Conferendi beneficiis facultas non niſi uicario generali conferri poteſt.*
13 *Epiſcopus committendo poteſtatem conferendi beneficia, an rerum adminiſtrationem conferre teneatur.*
14 *Vicarij generales tàm in ſpiritualibus quàm in temporalibus conſtituti ad quæ conſtitui cenſeantur.*
15 *c. Statutum. de præbendis. libr. 6. diſpoſitio etiam in Abbate & alio collatore locum ſibi uendicat.*
16 *§. Prohibemus. c. deliberatoriæ. de officio delegat. libr. 6. diſpoſitio etiam in omni collatore locum ſibi uendicat.*
17 *Poteſtatis beneficia conferendi conceſsio teſtibus probari poteſt.*
18 *Vicariatus non niſi generalis ſit in ſpiritualibus & temporalibus & ad conferenda beneficia ualet.*

Quæſtio DCCCCXCV.

QVAERITVR ſuper viribus vicariatus
dicti domini Antonij Palmerij dum ibi dici-
tur in principio, Franciſcus de Stagno commenda
tarius & adminiſtrator perpetuus monaſterij ſancti
Theoffredi, comeſque & canonicus eccleſiæ cathe
dralis ſancti Ioannis Lugduneñ. & ibi dum dici-
tur eoſdem & quemlibet inſolidùm & pro toto vi-
carios noſtros & generales in ſpiritualibus & tem-
poralibus conſtituimus & ordinamus cum ſpeciali
& expreſſa quæcunque beneficia vel officia tam
eccleſiaſtica quã ſecularia perſonis idoneis & ſuf-
ficientibus quoruncunque vacantia collationẽ ra-
tione dicti noſtri monaſterij ſpectantia cõferendi:
aliáque faciendi promouẽdi & exercendi in tali-
bus neceſſarijs & requiſita, & quę nos faceremus &
facere poſſemus: ſi pręſentes & perſonaliter intereſ
ſemus etiam ſi talia ſint quæ mandatũ exigant ma-
gis ſpeciale. Promittentes nos ratum, gratum & fir-
mum ſtabile habere & perpetuò habituri. Datum
Turonis ſub ſigneto & ſigillo noſtris die xxiij. men
ſis Iunij, anno domini Mccccxciij. Franciſcus de
Stagno Abbas commẽdatarius prædictus. & aliàs
prout ibi pleniùs continetur, licèt verba ibi deſcri-
pta in dicta copia videãtur corruptè ſcripta & ideò
eſſet bonũ videre originale: veruntamen pro nunc
1 poteſt quæri † an poſsit conſtitui vicarius cum ſpe-
ciali poteſtate conferendi beneficia. & dicendum

eſt quòd ſic.c.fi.de officio vicar.lib.vj.&licèt non
poſsit dari ſpecialis poteſtas conferendi beneficia
in ſpecie antequàm vacent.c.conſtitutus.& c.fina.
de conceſsio præben.tamen in genere benè poteſt
committi:ſecundum gloſſ.in dict.c.fina.pro quo al
2 legat c.ſtatuimus.xvj.quæſtio.j. † Et talis vicarius
conſtitutus ad conferẽdum beneficia poteſt etiam
conferre dignitates: ſecundum Geminia.in dict.c.
fin.glo.verò in dict.c.fi.de conceſsio.præben.tenet,
3 quòd † licèt quis fecerit promiſsionẽ de beneficijs
non vacantibus,ꝙ non obſtante illa promiſsione
poteſt conferre alteri.Et idem in effectu tenet in c.
conſtitutus.eod.titu.quando conſtituitur procura
tor ſpecialiter ad conferendũ antequàm vacet.Pa-
normi.verò in dict.c.fin.de conceſsio.præben.tenet
ꝙ non poteſt dari facultas conferendi beneficia,
aut pręſentãdi in ſpecie:ſecus in genere: ſecundum
Io.Andr.ibi.Et maximè quãdo ſubeſt cauſa legiti
ma quando ſe vult abſentare & hoc in patrono.ſe-
cus in Epiſcopo:quia ſolùm poteſt committere vi-
cario poteſtatem conferendi beneficia. idem verò
4 Panor.in dict. c. conſtitutus. tenet, † ꝙ Epiſcopus
non poteſt dare in ſpecie ſeu delegare poteſtatem
conferendi beneficium vacaturum:ſecùs in genere
ſed in beneficio vacanti de præſenti bene poteſt cõ
mittere in ſpecie alicui:quia ceſſat pręſumptio frau
dis.Si verò det poteſtatẽ conferendi in genere tunc
non poteſt dare niſi eius vicario.c.deliberatione.§.
prohibemus.de offi.lega.lib.vj.& c.ſtatutũ.de pręben
d.libr.vj.vide glo.in dict.§.prohibemus.ꝙ non
poteſt Epiſcopus dare alteri poteſtatem quàm vica
rio:quia dando poteſtatem in genere conferẽdi be-
neficia alteri quàm vicario,ſeu conſtituẽdo procu-
ratorem eſſet in fraudem.& ibi etiam recitat caute
lam Ioannis Andreæ de modo dandi poteſtatẽ vi-
cario conferendi beneficia,&illam reſtringendi.&
de poteſtate vicarij.vide etiã per dominos de Rota
in antiquis. deciſion. dcccxlvij. incipient. Epiſco-
pus.an Epiſcopus poſsit cõmittere vicario ſibi com
miſſa.vide etiam deciſio. ccccevìij. ꝙ officialis po-
5 teſt inquirere.& deciſio.ccccxxxvij. vbi tenet, † ꝙ
vicarius datus cum poteſtate conferẽdi poteſt con-
ferre dignitates,licèt non fuerit facta ſpecialis men
tio: quia iſto caſu nomen beneficij largè ſumi de-
bet,cùm non ſit materia ambitioſa.c.tua.de verbo.
ſignificatio.& c.dudum.de præbend. libr. vj. & ibi
Ioan. Andr.ſuper verb.beneficia. & etiam deciſio.
6 cccxlij. † ꝙ vicarius perpetuus fundat intentionẽ
ſuam de iure communi ad petẽdum decimas.clem.
j.de offic.vicar.ſecus in vicario conſtituto ad tem-
pus.c.perpetuis.de fide inſtr.vide deciſio. cccxxvij.
7 quòd † licèt ordinarius vel alius habens poteſtatẽ
conferendi,poſsit committere vicario ſuo generali
poteſtatẽ conferendi beneficia:certæ tamen &ſim-
plici perſonæ non poteſt de beneficijs vacaturis ta-
lem poteſtatem concedere: ſecundum Ioan. Andr.
in dict.c.de liberatione. in fi. ſecus in beneficio va-
cante de præſenti:quia bene poteſt dari poteſtas cõ
ferendi:& ita etiam tenent dom.de Rota in antiq.
deciſio.cclxxxviij.vide deciſi. ccxxviij.in antiquis,
ꝙ licèt in prioratu ſeculari ſit vicarius perpetuus:ta
men prior dicit haber curam illius &non vicarius
clemen.ne in agro.§.cæterum. de ſtatu monachor.
& not.in cap.expoſuiſti.de præbendis.vide gloſ.in
dict. cap. deliberatione. §. prohibemus. ſuper ver-
bo, cumque. quæ tenet,quòd licèt Epiſcopus poſ-
ſet generaliter tradere poteſtatem officiali vel vi-
cario ſuo non tàm alteri, quàm officiario conſti-
tueret. & ita eſt quia non vicarij generales perpe-
tui & ita eſt propoſito:quia vicarij non erant vica-
rij generales:ſed fuerunt conſtituti in fraudem be-
neficiorum vacaturorum cuiuſdam conſanguinei
dicti domini Abbatis ſeu commendatarijs dicti
S. Theofredi,ita quòd nõ obſtante dicto vicaria-
tu potuit idem dominus Abbas alteri conferre,nec
poteſt ſibi obijci,quòd alleget turpitudinem ſuam:
ſecundum gloſſ.in dict.c.fin.& c.cum ſuper.de con
ceſsio.præben.vide Geminia.in dict.c.deliberatio-
ne.§.prohibemus. qui tenet, quòd dictus §.nedum
loquitur in legato de latere: ſed etiam in alijs col-
latoribus;& multò fortiùs:quia illi ſunt inferiores
legato: & ideò ratio ibi poſita ipſos arctat, & iſta
fraus benè detegitur quãdo quis impetrat vicarios,
de quibus confidit.vnde Geminia.ibi ſuper glo.in
8 verbo, quicunque. in fi.dum ibi glo.tenet, † quòd
Epiſcopus non poteſt committere poteſtatem con-
ferendi beneficia alteri quàm vicario generali. alle
gat pro gloſſ. Oldra.conſil.lxxvij.incipien. Quòd
9 Epiſcopus. † quòd non poteſt Epiſcopus concede-
re certæ perſonæ poteſtatem conferendi beneficia
vacatura expreſsè quando nõ conſtituit eum eius
officialem,vel vicarium generalem.& pro hoc alle
gat Oldrad. Innocen.& Hoſtien.in c.ex parte.le j.
de officio delega.ſecus ſi cõſtituant eum vicarium
generalem vel officialem:ſecundum Archidiacon.
in c.ſtatuimus.xvj.quæſt.j.& Ioan. Andr. & Ioan.
Monach.& Archidia.in dict.§.prohibemus.& Ar-
chidiaco.& Ioan. Andr.in dict.c.ſtatutum.de pre-
bend.lib.vj.Et ideò fit in fraudem, & multiplican-
tur collationes,& fiunt multæ fraudes in collatio-
nibus.Geminia.verò in dict.§.prohibemus.ꝙ bene
valet conceſsio quando datur poteſtas conferendi
beneficium vacans per renuntiationem,licèt ſecun
dum ipſum ſit tutiùs: tamen glo.& pro hoc allegat
notata per Ioannem de Imol.in dict.cap.conſtitu-
tus.de conceſsio.præbend.Nec obſtat cap.cùm ve-
niſſet.de inſtitutio.vbi datur poteſtas Archidiaco-
10 no conferẽdi beneficia,† quia ibi vicarius Archi-
diacon.eſt vicarius Epiſcopi.gl.verò in d. c. ſtatu-
tum.de præben.lib.vj.ſuper verbo.per ſeipſos. poſt
textum vbi dicitur,quando beneficia vacant in cu
11 ria Romana, † quòd tunc poſt menſem à tempore
vacationis poſſunt conferre per ſeipſos vel per eo-
rum vicarios generales in eorũ diœceſibus exiſten-
tes.& hoc quando ſunt in remotis partibus.& ideò
ad obuiandũ fraudibus: quia cõſtituebant procu-
ratorẽ in curia ad conferendũ vt præuenirent Pa-
pam,& ideò obuiandum eſt & tandem gloſſ.final.
12 tenet, † quòd non poteſt committi facultas confe-
rendi beneficia niſi vicario generali. Non autem
ſufficeret quòd conſtitueretur officialis ſpecialis.
glo.verò in dict.cap.conſtitutus.de conceſsio.prę-
13 ben.tenet, † quòd Epiſcopus poſſet in genere com
mittere poteſtatem conferendi beneficia conceden
do etiam adminiſtrationem rerum ipſius conceden
tis,ita quòd ſi non cõcedatur adminiſtratio rerum
non valeret poteſtas conferendi per iura ibi allega
ta:licèt non benè probent: ſecundum Ioannem de
Imol.ibi:

Imol. ibi: & ideò eſſet videndum ſi in dicto vicariatu eſſet etiam conceſſa adminiſtratio rerum mona-
14 ſterij, dum ibi † conſtituuntur vicarij generales in ſpiritualibus, & temporalibus, quod videntur importare illa verba. c. is cui. de electione. lib. vj. licèt in caſu iſto dicti vicarij non reſideant in loco monaſterij: & ſic non poſſunt habere adminiſtrationem rerum. facit cap. ſtatutum. in fin. de præbend. libro vj. Vnde ſecundum Ioannem Andræam ibi:
15 dictum c. † nedum procedat in Epiſcopo: ſed etiam in Abbate, & alio collatore: ſingula ſingulis referendo. Ioannes verò de Imola & Panormitanus in dict. cap. cõſtitutus. tenent, quòd Epiſcopus poteſt concedere vicario ſuo generali poteſtatem conferendi beneficia: ſed non poteſt committere alteri. dict. cap. fin. de officio vicarij. lib. vj. & dict. cap. deliberatione. §. prohibemus. & c. ſtatutum. & ibi referunt in dict. cap. conſtitutus. Ioannes Andr. aliàs dediſſe conſilium cuidam ſcolari ſuo qui volebat dare poteſtatem vni conferendi primã vacaturam. Nam conſuluit, quòd daret ſibi tanquàm vicario generali poteſtatem conferendi omnia beneficia ad ipſum ſpectantia: deindè ſcribant ſibi per aliam literam inhibendo ſibi ne poſt primã collationem faceret aliam, niſi habito reſponſo ab ipſo. ſed tale conſilium fuit in fraudem, & non eſt tantùm in foro conſcientiæ. & pariter ſi fuiſſet diſcuſſum in foro contentioſo, non habuiſſet effectum: ſecundum Antonium de Butrio, de quo ibi latiùs per Ioannẽ de Imola & Panormitanũ. Domini verò de Rota in nouis, ſub rubrica de officio vicarij. deciſione incipiente, Item ſi Epiſcopus. vbi tractant de intelle-
16 ctu dicti §. prohibemus. † quòd procedit in quolibet collatore. & ibi tenent, quòd poteſt dari poteſtas conferendi beneficia vicario generali habenti generalem adminiſtrationem bonorum & rerum: ſecus in officiali Epiſcopi qui nullam haberet adminiſtrationem rerum vel bonorum temporalium. Nec obſtat c. ij. de conſuetudine. libr. vj. quia licèt ſit idem conſiſtorium Epiſcopi & officialis in facto iuriſdictionis: ſecus in actu voluntariæ iuriſdictio-
17 nis. Et ibi etiam tenent † quòd talis poteſtas conferendi beneficia conceſſa per Epiſcopũ aut alium viuæ vocis oraculo poſſet probari per teſtes: per iura ibi allegata. & hoc ab inferioribus à Papa, vel Imperatore aliàs ſecus. capitu. cùm in iure peritus. de officio delegati, l. prima. C. de mandat. Princip. de quo ibi latiùs per domi. de Rota. & per Cynum, & Baldum in l. ſi qua per calumniam. C. de Epiſcopis & cleric. Baldus verò in l. ij. ff. de officio proconſulis & legati. tenet, quòd vicarius Epiſcopi extra diœceſim non confert: vide per gloſſam in pragmatica ſanctione. in titu. de collatione. §. item voluit: ſuper verbo, vicario. per Geminianũ & Petrum de Anchara. & Philippum Franc. in dict. cap. fina. de officio vicarij. libr. vj. Adde Socinum conſil. cclx.
18 in penultima colum. † quòd non valet vicariatus niſi ſit vicarius conuẽtualis in ſpiritualibus & temporalibus, & ad conferẽdum beneficia. per capitu. ſtatutum. de præbend. libr. vj. capitu. deliberatione. §. prohibemus. de officio legati. libro vj. & per alia iura ibi allegata. Aduertendum, quòd licèt in dicto vicariatu in fine fiat mentio de ſigneto & ſigillo dicti domini Abbatis: tamen ibi non eſt aliquod ſignetum, licet ibi ſit deſcriptio nominis & cognóminis dicti domini Abbatis. Aduertendum quòd iſte vicariatus incipit vnum: ſed ad formam inſtrumenti contra ſolutam formam: quia à principio ponitur titulus Abbatis. Adde quòd licèt conſtituantur vicarij generales: tamen non datur plena & libera poteſtas ſeu adminiſtratio. facit cap. is cui. de electione. lib. vj. Adde, quòd iſte vicariatus non videtur generalis ſeu in genere, quò ad poteſtatẽ conferendi beneficia, dum ſe reſtringit ad beneficia ſpectantia ratione dicti monaſterij, & ſic nõ tenet. cap. conſtitutus. cum ibi notatis. de conceſsione præbend. & licèt ſit clauſula cum poteſtate faciendi quicquid ac ſi eſſet præſens: iuxta nota. per Bartolum in l. procurator. ff. de procuratorib. capitu. qui ad agendum. de procuratoribus. libr. vj. Panormitanus in conſilio lxxxxix. tamen dicta clauſula cum alia promittentes habere ratum reſtringitur ad ſpecificata: iuxta notata per Alexandrum conſilio xij. in fine. in primo volumine. Adde gloſſam in capitu. de officio primicer. quòd inferior prælatus Epiſcopo poteſt conſtituere vicarium.

ARGVMENTVM.

Sub vicariatu generali ad quæcunque beneficia an veniant & comprehendantur beneficia regularia.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium regulare diuerſum à ſeculari cenſetur.*
2 *Quando de beneficio prouideri mandatur, quòd de ſimplici intelligendum eſt.*
3 *Beneficium quale dicatur.*
4 *Vicarius conſtitutus cum poteſtate conferendi beneficia quòd beneficia uacantia in curia etiam poſt menſem non niſi expreſſè dictum ſit, ueniant.*
5 *Vicarius conſtitutus cum poteſtate conferẽdi beneficia etiã dignitates conferre poteſt.*
6 *Beneficij nomen largè accipiendum.*
7 *Procuratorium ad beneficia acceptanda, dignitates acceptandi poteſtatem includit.*

Quæſtio DCCCCXCVI.

QVAERITVR an ſub dicto vicariatu cõprehendatur facultas conferendi beneficia regularia. Et videretur dicendum quòd non: quia licèt in dicto vicariatu dicatur ad quæcunque beneficia tàm eccleſiaſtica, quàm ſecularia: tamen illa vniuerſalis reſtringitur per enumerationem in ſpecie: vt in cap. generi. de regulis iuris libro ſexto. Et non intelliguntur cõprehendi diuerſa aut maio-
1 ra expreſsim. capitu. ſedes. de reſcriptis. † quia beneficium regulare eſt diuerſum à ſeculari: nec poteſt conferre beneficium regulare perſonæ ſeculari, nec ècontra. capitu. cùm de beneficio. de præben. libro ſextò. clementina prima. de ſupplenda negli-
2 gentia prælatorum. Prætereà † quando mandatur prouideri de beneficio intelligitur de ſimplici beneficio non autem de curato, aut dignitate. in dict. capitu. finali. de præbendis. & ibi per gloſſam & Panormitanum, nec poſſet prouideri de præbenda: vt ibi habetur, niſi in defectu, quando non

eſſent alia beneficia:quia canonia eſt honorabilior quàm aliud beneficiū ſimplex.& ob ideò quia debet fieri ſtricta interpretatio.c.j.&ij.de filijs presbyterorum.lib.vj.c.quamuis.& c.cum in illis. de præbend.eodem titu. Et licèt mādetur prouideri de beneficio præbendali & alio:non tamen potuit prouideri de beneficio curato,niſi expreſsè dicatur.c. pro illorum.de præben.ſecundum Panormita.in dict.c. fina.quia in dubio Papa nō intelligit prouidere de beneficio cui imminet cura animarum.dict. c. cùm
3 in illis.& clemen.j.de præbē. Et † quale dicatur beneficium ſimplex aut ſine cura animarum, vel habens dignitatem: vide ibi per Cardinalem Floren. Et pro præmiſsis facit quod voluit Archidiaconus
4 in c.ſtatutum.de præbend.lib.vj. † quando conſtituitur vicarius cum poteſtate conferendi beneficia cùm non comprehenderentur etiam beneficia vacantia in curia etiam poſt menſem, niſi ſpecialiter diceretur.ſed Ioan. Andr.ibi tenet,quòd ante factū tutiùs eſſet exprimere,ſed poſt factum licèt illud nō exprimeretur valeret collatio. Et pro præmiſsis facit: quia iſte prioratus de Barralibus eſt prioratus regularis habens curam animarū licèt exerceatur per vicarium ſecularem.c.j.de capell.monach.libro vj.clemen.ne in agro.§.cæterū.de ſtatu monachor. Sed pro cōtraria parte etiam quòd comprehendantur beneficia regularia facit quod voluit Geminia.
5 in dict. cap.ſi.de offic.vicar.lib.vj.vbi tenet,† quòd vicarius cum poteſtate conferendi beneficia pote-
6 rit etiam conferre dignitates: † quia hìc nomen beneficij, largè ſumi debet: cùm non ſit materia ambitioſa.cap.tua.de verborum ſignificatio.iuxta notata per gloſſ.in c.dudum.de præben.lib. vj.& in c. j.de regu.iur.eodem lib. & hoc tenuerunt domini de Rota in antiquis.deciſio.ccccxxxviij.incipient. Nota.ſub titulo de offic. vicarij. Et facit quod voluit Ioan. Andr.in c.accedens.de præben.& in clementi.j.de conceſsio.præben.quod in procuratorio quod datur ad acceptandum beneficia includitur etiam poteſtas acceptandi dignitates. & hoc etiam videtur tenere Geminia.in ſimili in c.ſi propter debita.de reſcript.lib.vj.& maximè in caſu iſto, vbi debet fieri larga interpretatio ad præiudicium concedentis talem poteſtatē,vt comprehenduntur etiā dignitates,aut beneficia curata:ſecūdum Geminianum in d.c.dudum.alleg.c.quia circa. de priuileg.

ARGVMENTVM.

Vicarij plures conſtitui an inſolidùm poſsint.

Quæſtio DCCCCXCVII.

QVAERITVR quia in dicto vicariatu ſunt nominati tres vicarij,& quilibet inſolidum:an iſtud poterit fieri? Et dicendum eſt, quòd ſic, ex quo ſunt ordinarij, ita quòd habent iuriſdictionem inſolidùm,etiam ſi non fuiſſet dictum,niſi cauſa ſit incepta coram vno.l.j.ff.de offic.conſulis. & ibi Barto.& per glo.in c.quoniam Abbas.de officio deleg. & in clem. & ſi principalis. de reſcript. licèt ſecūdum glo.ibi,in dubio intelligetur de principali.vide Barto.in l.ſi vni.aliàs incipit, Pompon. ff.de re iudicata. Adde Franciſc.de Senis conſi.iiij. vbi ponit de vicario conſtituto in ſpiritualibus & temporalibus,& idem officialis & vicarius,& ſi eſt an dando ſecundum vicarium videatur reuocatus poſt:ſicuti in procuratore dicitur. Ioan.Calde. in c. ſua.de offi.vicar.tenet, quòd ſic:quem refert & ſequitur Geminia.in c.ij.de offic.vicar.lib. vj. licèt Panormita.in c.volentes.de offic.lega.teneat contrarium. Adde glo.in c.ij.de arbitr.lib.vj.& c. vt officium.de hæretic.eodem lib.quando plures iudices ordinarij qui habent iuriſdictionem & exercitium iuriſdictiōis inſolidùm.& idem in duobus vicarijs Epiſcopi ſecundum Panormitan.in c.prudentiam. de officio delega.licèt Geminian.in cap.ij. de offic. vicar.lib.vj.teneat contrariū,niſi ſit appoſita clauſula inſolidùm facti in procuratoribus dicitur. c. ſi duo.de procurato.lib.vj.

ARGVMENTVM.

Beneficia quando in procuratorio idoneis cōferri demandantur,an de idoneo intelligendum ſit.

SVMMARIVM

1 *Beneficia religioſa religioſis debentur.*
2 *Verbum,idoneus,in dubio de idoneitate naturali non ciuili intelligendum.*
3 *Filius legitimatus ſubſtitutum non excludit.*
4 *Prior diſpenſatus per Papam pro uero priore habetur.*

Quæſtio DCCCCXCVIII.

QVAERITVR quia in dicto vicariatu mādatur conferri beneficia perſonis idoneis an intelligatur,quòd poſsit prouideri clerico ſeculari diſpenſato de beneficio regulari? Videretur pri
1 ma facie dicendum quòd non: † quia debent talia beneficia religioſa conferri religioſis eiuſdem ordi
2 nis.c.cùm ſingula.de præben.lib.vj. † Et in dubio debet intelligi de idoneo naturaliter,non autem ciuiliter,& per diſpenſationem.l.final. C. de hijs qui veni.ætat.impetra.cū ibi nota.per Angel. qui tenet quòd ille qui efficitur doctor per priuilegium nō
3 conſequitur legatum. Et pariter † filius legitimatus non excludit ſubſtitutum:ſecundum vnam opinionem:licèt Baldus in dict.l.final.videatur tenere
4 quòd † prior diſpenſatus per Papam habeatur pro vero priore. vide in cap. nemo deinceps. de electio. lib.vj.qualiter ordinarius non poteſt commendare vltra ſex menſes. Adde Petr.de Anchar.cōſi. ccccv. vbi diſpenſatus per ſummum pontificē dicitur idoneus ad beneficium.c.ferrum.lx.diſtin.ſicuti de legitimato dicitur, qui reputatur pro filio legitimo.

ARGVMENTVM.

Prælatus & vicarius ſi vno & eodem die vnum beneficium diuerſis perſonis,quę collatio admittetur prælatine an vicarij.

SVMMARIVM.

1 *Committens nonnihil alicui,quòd ab illius rei quam cōmitatit,poteſtate non eximitur.*
2 *Poſsidentis conditio cæteris paribus potior eſſe debet.*
3 *Collatio prælati,vicarij collatione ubi collationū concurſus fit,præfertur.*

Quæſtio DCCCCXCIX.

QVAERITVR quia dictus dominus Frāciſcus de Stagno Abbas ſeu commēdatarius ſancti Theofredi etiam fecit collationem de dicto prioratu conuētuali dicto domino Antonio de Stagno profeſſo ordinis ſancti benedicti, licèt abſenti in perſonam

in perſonam domini Petri Burgenſis presbyteri eadem die xv. mẽſis Iunij proximè præteriti, an dicta collatio beneficij debeat præferri collationi factæ per eius vicarium, cùm ſint de eadem data? & videtur dicendum ꝙ ſic, tanquàm facta à principaliori & maiori. c. ſi à ſede. de præben. libr. vj. iuxta not. per Ioan. Monachi in cap. penul. de reſcript. lib. vj. Nam maior poteſtas remanet penes Epiſcopũ ſeu alium prælatum quàm vicarium. Prętereà quia Epiſcopus vel alius prælatus poteſt reuocare vicarium ad nutum expreſsè vel tacitè: ſecundũ glo. in d. clemen. fin. de procurato. ſed conferendo ſpecialiter vnum beneficium quantum ad illud beneficium videtur Epiſcopus reuocaſſe poteſtatem vicarij ſicuti domino dicitur comparente cũ procuratore. c. ſi quem. de procur. lib. vj. & ſicuti in delegato per cognitionẽ quam facit videtur reuocare poteſtatem ſubdelegati. c. intimaſti. de appella. ſecundum Archidia. in cap. quamuis. de officio delega. libr. vj. & hoc tenet in terminis Ioan. Calde. in conſil. ij. ſub tit. de offic. vicarij. & in titu. de præbend. conſil. vij. & pro hoc facit quod voluit Gemi. in d. c. dudum. de præben. libr. vj. vbi. not. ex illo textu, † quòd licèt quis tribuat poteſtatem alteri actum faciundi per hoc non eximitur ab illa poteſtate: ſed penes ipſum remanet maior poteſtas, & ideò licèt procuratores laici pręſentauerunt vnum, per hoc non excluditur patronus à poteſtate accumulandi alium: & maximè in caſu iſto vbi etiam vigore collationis factæ per dictum dominum abbatem ſeu commendatarium dictus frater Anthonius de ſtagno fuit miſſus in poſſeſsionem dicti prioratus de Barralibus in perſonam dicti Hugueti Heliaci eius procuratoris per dominũ Georgiũ Frenonis capellani die xvij. mẽſis Iunij, per oſculum magni altaris, & traditionem clauium. & licèt miſsio in poſſeſsionem dict. domini Gulielmi Palmerij fuerit facta die xvj. dicti mẽſis Iunij præcedentis: tamẽ præcedebat alia miſsio in poſſeſsionem accepta per notabilem Frãciſcum de Grangijs alium procuratorem dicti domini Antonij de Stagno die xv. dicti menſis Iunij & ſic fuit ipſo iure quædam conuerſio, quando ſuperuenit nouus titulus in beneficio: ſecundum Bal. in l. ij. C. de ſeruitũ. & aqua. de quo per gloſſ. in pragma. ſanctio. in titu. de pacifi. poſſeſ. cap. j. & ſic nõ
2 obſtat. cap. ſi à ſede. de præben. lib. vj. † vbi cæteris paribus debet eſſe potior conditio poſsidentis, & quod habetur per domi. de Rota, deciſi. xxij. in nouis, in fi. quando quis eſt in poſſeſsione ante datã literarũ appoſtolicarũ impetrãtis vel ante inſinuationem literarũ, quòd excluditur præſumptio fraudis ſeu anticipationis literarum ordinarij, & etiã vide Geminia. in dict. cap. ſi à ſede. de præben. lib. vj. circa fin. quòd dict. cap. non procedit in Epiſcopo & vicario quando cõfertur eodem die, & fuit accepta poſſeſsio vigore collationis vicarij: quia pręfertur collatio Epiſcopi. de quo ibi per Phil. Franc. & Iaſ. in l. j. ff. ſolu. matri. & ibi, quid iuris, de data horæ. Adde quòd licèt dominus abbas ſeu commendatarius Lugdunenſis tamen potuit conferre etiam in aliena diœceſi cùm ſit volũtariè iuriſdictionis. iuxta nota. per glo. & doct. in cap. nouit. de offic. lega. & per Ioan. And. & Gemin. in c. ſtatutum. de pręben. lib. vj. ſecus in vicario Epiſcopi: ſecundum Bald. in l. ij. ff. de offici. proconſul. & lega.

ARGVMENTVM.

Collatione abſenti facta in procuratoris perſonã an ipſi abſenti ius quæſitum ſit.

Quæſtio DCCCCC.

QVAERITVR quia collatio dicti beneficij fuit facta per dictum dominum abbatẽ, & etiam eius vicarium in perſonã procuratoris dicti domini Antonij de Stagno, an fuerit quęſitum ius eidem reuocabiliter? & dicendum eſt quòd non, antequàm acceptet: quia requiritur acceptatio. c. ſi tibi abſenti. de præbend. lib. vj. & hoc verum quando non fit collatio in perſonam alicuius, quia tunc quæritur ius abſenti facta prius acceptatione. Si verò fiat collatio in perſonam procuratoris habentis ſpeciale mandatum: tunc quæritur ius incontinenti: iuxta not. per glo. & Panor. in c. accedens. de præbend. & ſufficit quòd habeat ſpeciale mandatum ad acceptandum beneficia in genere: ſecundum Panormita. ibi quid autem in negoti. geſtore, vide ibi per gloſſ. & doctor.

ARGVMENTVM.

Vicarius ad beneficia conferenda, item & procurator ad acceptãda beneficia clerici an eſſe debeant.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus neque Epiſcopi neque alterius prælati vicarius aut officialis eſſe poteſt.*
2 *Laicus ut beneficium acceptet, & beneficij inueſtituram petat procurator conſtitui poteſt.*
3 *Laicus ad ſpiritualem actum conſtitui non poteſt.*

Quæſtio DCCCCCI.

QVAERITVR an iſti vicarij ad cõferẽda beneficia aut procuratores ad acceptãda beneficia debeãt eſſe clerici, vel an poſsint eſſe laici & in effectu in vicario Epiſcopi requiritur quòd ſit clericus, & non poſſet eſſe laicus: iuxt. nota. in cap. in noua. xvj. quæſtio. vij. & in cap. contingit. de arbitr. & per glo. in c. decernimus. de iudi. & hoc ibi te-
1 net Panormita. & hoc verum in ſpecialibus: † quia etiam clericus coniugatus non poſſet eſſe vicarius ſeu officialis Epiſcopi, ſecundum docto. in capitul. Ioannes. de cleric. coniuga. & in c. vnic. eodem tit. libr. vj. ſecus ſi etiam Epiſcopus haberet temporalẽ iuriſdictionem: quia bene poſſet committere laico
2 cap. fina. ne cleri. vel monach. lib. vj. † ſed reſpectu procuratoris bene poteſt etiam eſſe laicus ad acceptandum beneficium, & ad petendum inueſtiturã beneficij, licèt ſit tutius conſtituere clericum: ſecundum Ioan. Andr. & Panormi. in dict. cap. accedens. de præben. per cap. j. de procura. lib. vj. † licèt laicus non poſſet conſtitui procurator ad aliquem actum ſpecialem: vti ad eligendum: ſecundum Ioan. And. in regu. quod alicui. de regul. iur. lib. vj. & Panorm. in dict. cap. decernimus. pro præmiſsis etiam facit: quia laicus poteſt eſſe notarius in negotijs eccleſiaſticis. cap. quia propter. de electi. & nota. in cap. ſicut. ne cleric. vel monach.

ARGVMENTVM.

Regula cãcellariæ de tempore veriſimili an habeat locum in ordinario.

S V M M A R I V M.

1 *Regula de uerisimili tẽpore in quo locum habeat. & nu. 5.*
2 *Regulæ cancellariæ an ſint per pragmaticam ſanctionem ſublatæ, & ad quæ.*
3 *Præuentio fraudulenta prohibita.*
4 *Nuntius infirmitate pendente mitti ad curiam poteſt.*

Quæſtio DCCCCCII.

QVAERITVR quia dicta collatio facta
dicti prioratus per dictum dominum abbatẽ
fuit facta in ciuitate Lugduni vbi diſtat duabus
dietis communibus ſaluo pluri etiam de tempo-
re ſtatuto à loco de Barralibus vbi deceſsit dictus
dominus Ruffinus vltimus prior: & fuit facta col
latio eadem die obitus dicti Ruffini an habeat
obſtare regula cancellariæ vt debeat præcedere
tantum tempus, quòd interim vacatio de loco vbi
deceſsit perueniat ad notitiam Papę? Et videtur
1 dicendum quòd non: † quia dicta regula cancel-
lariæ ſolùm loquitur in Papa aut legato de latere,
non autem in ordinatio: quia quis poſſet conferre
beneficium vacans, licèt collator ignorauerit vaca
tionem: ſecundum Ioan. Monach. & Ioan. Andr.
2 in cap. ij. de electio. lib. vj. † Præterea regulæ cancel
lariæ ſunt ſublatæ per pragm. ſancti. ſaltẽ quò ad re
ſignationes: & quando contrariantur iuri commu-
ni. cap. de reſignationibus. & ibi per glo. ſuper ver-
bo, regulas. ſed in contrarium tenet gloſſ. in pra-
gma. ſanctio. in titul. de collation. cap. j. §. neque. ſu
per verbo, funeraterias, vbi tenet, quòd dicta regu-
3 la cancellariæ etiam habet locum in ordinar. † Et
quia etiam præuentio fraudulenta eſt de iure prohi
bita. capitu. ſtatutum. de præbend. lib. vj. verunta-
men in materia beneficiali quis poteſt vti curſore
eundo duplomate die & nocte. l. continuus. §. cùm
4 ita. ff. de verbo. obliga. † Et quis etiam poteſt deſti
nare nuntium ad curiam durante infirmitate alicu
ius: ſecundum glo. in cap. vbi periculum, ſuper ver-
bo decem diebus. de electio. lib. vj. & quia vigilanti
bus & non dormiẽtibus iura ſubueniũt. l. qui autẽ.
§. ſciendum. l. pupilli. in fine. ff. de his quæ in fraud.
credito. Et ideò dictus dominus abbas prætendit quòd
dictus quõdã vltimus prior notificauit ſibi eius in-
firmitatem, & quòd pariter dictus dominus abbas
vſus eſt curſore, qui ſibi notificauit obitum dicti
domini prioris de infra certas horas de eodem die
obitus. Vide glo. in dict. regula cancellariæ. xxviij.
quę diſputat an dicta regula cancellariæ de tempo-
5 re † veriſimili & aliæ regulæ cãcellariæ, quæ loquũ
tur in Papa habeãt locum in legato de latere, & ibi
allegat conſil. Petr. de Ancha. & Ludo. Roman. quòd
non: quia tales regulę ſunt exorbitantes & non de-
bent extendi & quòd ſententiauit Rota facit glo.
in cap. volumus. xvj. quæſtio. iiij. licèt ſecundum ip-
ſum non eſſet magnũ dicere ſecũdum ipſum quòd
dicta regula procedat, etiam in legato & ordinario
ad obuiandum fraudibus. Et licèt dict. regula can
cellariæ xxviij. habeat locum de tempore veriſimi-
li, loquitur quando beneficium vacat per obitum
naturaliter: ſecus ſi per reſignationem: quia ceſſat
fraus: ſecundum gloſſ. ibi & in pragmact. ſanction.
titul. de collati. cap. j. §. neque.

A R G V M E N T V M.

Titulo duplici in cã poſſeſſoria, an quis vti poſsit.

Quæſtio DCCCCCIII.

QVAERITVR an dictus dominus Antonius de Stagno poſsit vti duplici titulo in cauſa poſſeſſoria? & videtur dicẽdum quòd ſic. l. iij. §. ex pluribus. ff. de acquiren. poſſeſ. & quia ipſe eſt prouocatus ad iudicium, cum dictus dominus Palmerij primo prouocauerit ad iudiciũ, & ſic fungi debet vice actoris. l. ex pluribus. ff. de iudic. cap. ex literis. de probatio. & hoc tenet Ioan. Andr. in c. cùm perſonę. de priuileg. libr. vj. Et maximè quando quis vtitur duplici titulo ad cautelam: ſecũdum Panormi. in cap. poſt electionem. de conceſsi. præbend. & in cap. veniens. de præſcripti. & in cap. peruenit. de arbitr. Lappus allegatione cxxxij. Romanus conſil. cccl. & ccccxxxiiij. & ſic nõ habet obſtare cap. vt qui duas. de electio. libr. vj. quia loquitur in petitorio, & quando quis fungitur vice actoris de quo pleniùs ibi habetur.

A R G V M E N T V M.

Vicarius conſtitutus ad beneficia eccleſiaſtica conferenda an commendare poſsit.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia parœcialis non niſi ſacerdoti commendari poteſt.*
2 *Quid in uicaria perpetua parœcialis eccleſiæ.*
3 *Eccleſia parœcialis an in gratijs expectatiuis in quibus mentio habetur de beneficijs curam animarum habentibus, comprehendatur.*
4 *Præbendæ & prioratus licèt curam animarum habeant annexam ſine parœcialem eccleſiam cui uicarius perpetuus præficitur, quinque & uiginti annorum ætas non requiritur.*
5 *Beneficium curam animarum quando habere dicatur.*

Quæſtio DCCCCCIIII.

QVAERITVR quia in dicto vicariatu di
cti domini Palmerij conſtituntur d. vicarij ad
conferendum beneficia eccleſiaſtica an comprehẽ-
datur poteſtas dandi in cõmendam? & videretur di
cendum quòd non: quia iſta ſunt diuerſa. cap. quã-
1 uis. cùm ibi nota. de præbend. lib. vj. † quia eccleſia
parœcialis non poteſt commendari niſi ſacerdoti.
cap. nemo. de electio. lib. vj. & tamen bene poteſt
conferri non ſacerdoti, dum tamen infra annum ef
ficiatur presbyter. cap. licèt. & c. cùm ex eo. de elect.
2 eod. libr. & idem † in vicaria perpetua parœcialis
eccleſiæ. clemen. vnic. de offic. vicar. & ibi gloſſ. &
licèt beneficia habẽtia curam animarum requirãt
ætatem xxv. annorũ; iuxt. cap. cùm in cũctis. §. tam
inferiora. de elect. tamen in ipſis non habet locum
diſpoſitio dicti capituli valet: niſi habeãt parœciã
ſeu populum: ſecundum gloſſ. in dicto cap. licèt. &
3 ideo † in gratijs expectatiuis quãdo fit mẽtio de be
neficijs in quibus imminet cura animarum non
cõprehẽditur parœcialis eccleſia niſi dicatur. & pro
hoc facit quod habetur in dict. cap. quamuis. & in
in cap. cùm in illis. de præbend. lib. vj. & in clemen.
j. de præbend. & in cap. extirpandæ. §. quia verò. de
præbend. & in cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœni
ten. & remiſsio. & per Innoc. & Panormi. in rubric.
de parœcijs. & maximè vbi tractatur in materia o-
dioſa ſeu beneficijs vacaturis. vbi debet fieri ſtri-
cta interpre

cta interpretatio. dict. cap. quamuis. aliâs ſecus. cap.
4 dudùm. de præbend. lib. vj. Adde † quòd licèt præbenda aut prioratus habeat curam animarum annexam ſeu parœcialem eccleſiam in qua deſeruitur per vicarium perpetuum, tamē venit acceſſoriè, nec requiritur ætas xxv. annorum. cap. ſuper eo. de prębend. libr. vj. clemen. ne in agro. §. cęterùm. de ſtatu monacho. Adde Specul. in titul. de diſpenſatio. §.
5 videndum. verſicul. ſed quæritur, † quòd beneficium dicitur habere curam animarum quãdo ineſt inquirere, corrigere, reformare, pręcipere, interdicere, ſuſpendere, & ſimilia. cap. cùm ſatis. de offic. Archidia. cap. quia nonnulli. de cleric. non reſiden. licèt ſecundum Spec. vbi ſupra cura animarum aſſumatur largè, nec eſt vis ſiue ſit eccleſia parœcialis ſiue cappella, habens curam aliquorũ parœcianorum, nec refert habeat parœcianos vel ne, dum tamen habeat parœciam.

ARGVMENTVM.

Miſsio in poſſeſsionem in beneficialibus an tituli præſentiam requirat.

SVMMARIVM.

1 *Signatura ſola bullis non confectis an ius quæratur.*

Quæſtio DCCCCCV.

QVAERITVR an miſsio in poſſeſsionē dicti prioratus facta pro parte dicti domini Palmerij bina vice ſine præſentia literę tituli de iure teneat: & videtur dicendum quòd non: quia licèt
1 litera tituli non ſit de ſubſtantia † ita quòd bullis non confectis quæratur ius: tamen requiritur ad probationem, ita quòd aliter non poteſt quęri poſſeſsio in beficialibus: iuxta nota. per Ioan. And. & Geminia. in procemi. ſexti. & per Bald. in l. ſi qua per calumniam. de epiſco. & cleric. & per Panor. in cap. in noſtra. de reſcrip. vbi refert, quòd emanauit extrauagans ſuper hoc, vt quis non ſe ingerat beneficio, niſi prius conſtet de litera tituli beneficij: ſecundum Bal. in l. humanum. C. de legi. Vide hodie in regula cancellariæ. xxv. & xxx. & ibi per glo.

ARGVMENTVM.

Clericatus an ſatis probatus videatur docto de literis ſigillatis ſigillo Epiſcopi, qui ordines contulit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi literis ſigillatis in actu extraiudiciali creditur.*
2 *Clericatus ordo per alienum Epiſcopum conferri non niſi cum literis dimiſſorijs, poteſt.*
3 *Clericatus ſeu literæ dimiſſoriæ teſtibus & inſtrumentis probari poteſt.*
4 *Epiſcopus in aliena diœceſi ea quæ iuriſdictionis & ordinis ſunt, nõ, niſi cum authoritate diœceſani exercere poteſt.*

Quæſtio DCCCCCVI.

QVAERITVR ſuper declinatoria fori pro parte honeſti Petri Chitroni clerici ſoluti primę tonſurę inculpati in curia magnifici parlamẽti Delphina. de nece ſeu verberio Claudij Bruni quondã villæ Voyneti, vbi dictus Chitroni facit fidem de litera clericatus domini Epiſcopi Daginenſis qui fecit certos clericos primæ tonſuræ in loco Voyneti permittente vicario Vapinc. authoritate apoſtolica deputatus an ſufficienter fuerit probatum de litera clericatus, & videtur dicendum ꝙ ſic;
1 quia † literis Epiſcopi ſigillatis creditur maximè quando eſt notus. c. j. & ij. de cleri. pereg. l. ſi qua per calumniã. C. de epiſco. & cleri. & pręſertim cũ agatur de actu extraiudiciali: iuxt. not. per glo. & doct. in ca. poſt ceſsionem. de proba. & in c. curæ. xj. quęſtio. iij. & per Specul. in tit. de probati. c. videndum. verſic. x. & per domi. de Rota in nouis deciſi. xxij. Nec obſtat c. cùm eos. & c. cùm nullus. de tempo. or
2 dinãd. lib. vj. & c. fi. eod. titu. vbi non † poteſt cõferri ordo clericalis per alienũ Epiſcopũ ſine licentia ſeu literis dimiſſorijs Epiſcopi aut eius vicarij: quãdo Epiſcopus eſt in remotis. Quia ad iſtud reſpõdetur, quòd ſatis apparet de d. licentia ex quo ita atteſtatur in literis d. domini Epiſcopi ordinatorijs quia non eſt pręſumendũ ꝙ d. dominus Epiſcopus Daginẽ. aliter ſe ingeſsiſſet adminiſtrationi ordinis in aliena diœceſi, & ꝙ apposuiſſet falſam in meſſem
3 alienã. † Pretereà ordo clericatus ſeu literę dimiſſoriæ poſſunt probari per argu. & teſtes. c. ij. & iij. de cleri. pereg. attento etiã quia dictus Chitroni fuit repertus in habitu & tonſura clericalibus. & ſic interim debet gaudere priuilegio fori, & perſonę, & debet ſuperſedi ab vlteriori proceſſu donec cognito per iudicẽ eccleſiaſticũ ſuper dictã declinatoriã fori. c. ſi iudex laicus. de ſenten. excom. lib. vj. c. tuam. de ordin. cogni. & pro pręmiſsis facit glo. in cle. ij. de priuil. vbi in aliena diœceſi Epiſcopus poteſt vti
4 põtificalibus. † ſed non debet exercere ea quę ſunt iuriſdictionis & ordinis ſine licentia Epiſcopi loci. facit clemen. j. de for. competen.

ARGVMENTVM.

Quibus pœnis ſubiaceant Epiſcopi ordinantes clericos ſeu laicos alterius diœceſis ſine licẽtia proprij Epiſcopi. Et an ordinati caracterem receperint.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo alterius diœceſis clericum ordinare vetitum.*
2 *Ordo ſuſceptus à non ſuo Epiſcopo an per proprium Epiſcopum ratificari poßit. & nu. 4.*
3 *Clericus ordinatus à non ſuo Epiſcopo ſine literis dimiſſorijs caracterem recepit.*
5 *Epiſcopum ſiue laicos ſiue clericos alterius diœceſis nõ niſi cum proprij Epiſcopi licentia ordinare poſſe.*
6 *Epiſcopus Italiæ qui clericos citramõtanos ſine licentia ſuorũ Epiſcoporũ ordinauit quòd pœnitentia ei indicetur.*
7 *Quid ſi Epiſcopus citramontanus clericos Italiæ ſine dimiſſorijs literis ordinet.*
8 *Epiſcopus citramontanus ordinans clericum alterius Epiſcopi citramontani ſine licentia ſcienter aut cum ignorãtia affectata præter aliâs pœnas iuris ab ordinum collatione per annum ſuſpenditur.*
9 *Ordinatus à non ſuo Epiſcopo ſine licentia proprij Epiſcopi, ipſo iure ſuſpenſus eſt.*
10 *Papa cum ordinato ab alio quàm ſuo Epiſcopo an ſolus diſpenſet.*

Quæſtio DCCCCCVII.

QVAERITVR quando Epiſcopus ordinat laicũ aut clericũ alterius diœceſis ſine licẽtia ſui Epiſcopi quę pœna incurratur: & an talis ordinatus recipiat caracterẽ? & in effectu iura prohi-
1 bẽt regulariter, † ꝙ nullus Epiſcopus ordinauit clericũ alterius parœciæ. c. j. & ij. lxx. diſtinct. c. j. & ij. lxxj. diſtin. niſi cauſa hoſtilitatis clericus exularet.
2 c. clericos. ea. diſtin. † vel niſi Epiſcopus qui ordinat

clericũ alienũ haberet bonam fidẽ traditionis Epi-
ſcopũ propriũ habere ratũ,ſicuti nõ cõmittitur fur-
tum,quãdo quis capit putans placere domino.inſti
tuta de obliga.quę ex delict.in princi. ſecundũ glo.
in c.ij.ix.q.ij. & c.Lugdunẽſ.e.q.& ibi ponitur exẽ
plũ de ſancto Epiphanio qui interdũ ordinabat cle
ricos alterius diœceſis putãs placere Epiſcopo pro-
prio. Panor. verò in c.quod tranſlationẽ.de tẽpor.
3 ordinãd.tenet ꝙ iſto † caſu quando clericus ab al-
tero Epiſcopo ordinaretur ſine licẽtia proprij Epi-
ſcopi,ꝙ recipit caracterẽ non tamen recipit execu-
tionẽ,vel talis ordinatio eſt irrita quò ad depoſitio
nem:quia taliter ordinati debent deponi, niſi cum
eis fuerit diſpenſatum,& non incurrunt irregulari-
4 tatem ipſo iure. Et † ideò Epiſcopus põt ratificare
& diſpenſare.& pro hoc ſtilus curię dũ dicitur mã-
damus quòd cum eo ad tẽpus diſpenſes. idem verò
5 Panor.in c.nullus.de parœcijs tenet, † ꝙ Epiſco-
pus nõ poteſt ordinare ſiue laicos ſiue clericos alte-
rius diœceſis ſine licentia proprij Epiſcopi,ſicut nõ
poteſt iudicare.vt ꝙ laici non prorogare iuriſdictio
nẽ in talibus. & idem tenet glo.in c.j.& c.fi.de tẽpo.
ordinand.lib.vj.ꝙ etiam quò ad clericos primę ton
ſurę alius Epiſcopus non poteſt ordinare, licèt per-
prius eſſent laici.licèt do.Guid.Pap.deciſ.ccccxlix.
6 videtur in hoc tenere contrariũ. & quãdo † Epiſco
pi Italiæ ordinant clericos citra mõtanos ſine licen
tia proprij Epiſcopi tales ordinati ſunt abſq; ſpe di-
ſpenſationis, & ordinãtes debẽt puniri pœnitentia
condigna.c.j.de tẽpor. ordinan.libr.vj. quid autem
7 econtra, † quando Epiſcopi vltramontani ordi-
nant clericũ Italicum ſine licẽtia proprij Epiſcopi
8 an incurrat pœnã vide ibi per glo. † Si verò vnus
Epiſcopus citramõtanus ordinet clericum alterius
Epiſcopi citramontani ſine licentia proprij Epiſco
pi ſcienter ſeu affectata ignorantia, vel quocunq;
alio figmento:tunc eſt ſuſpẽſus per annum à colla-
tione ordinaria vltra alias pœnas, quæ iura ſta-
tuunt.c.eos.de tempor.ordinand.lib.vj.& ibi gloſ.
quæ refert opiniones,ꝙ ordinatio rata non habea-
tur quò ad executionem,licèt ſecũdum alios requi-
ratur ꝙ interdicatur d.c.quod trãſlationem.& tan-
9 dem tenet † quòd talis ordinatus eſt ſuſpẽſus ipſo
iure licèt non incurrat irregularitatem, donec fue-
rit ſuſpẽſus ab homine.vnde ſecundũ glo. in forma
diſpenſationis quę talibus datur ab apoſtolica ſede
dicitur ipſo ab ordinum executione ſuſpenſo. & li-
cèt ſint ſuſpẽſi ipſo iure:nihilominus ab homine ſu
ſpendũtur.vnde ſecundum Gemini. ibi idem tenet
Spec.in tit.ij.§.inſta.verſ.itẽ eſt hîc irregularitas.&
licèt talis ordinatus ſit ſuſpẽſus ipſo iure quò ad ſe
nõ quò ad alios nec incurritur irregularitas. c.vlti.
de cle.excõicato miniſtrãte, ſicuti dicitur de pecato
re occulto.c.fi.de quohabit. cleri.& idẽ ibi tenet de
ordinato ante legitimationẽ ſi celebret,ꝙ nõ incur
rit irregularitatẽ,& idẽ in Epiſcopo conſecrato cõ-
tra formam c.prouida.de electio.lib.vj. & tandem
10 refert ſecundũ vnã opinionẽ, † ꝙ ſolus Papa diſpẽ
ſat cum ordinato ab alio Bpiſcopo quàm proprio,
vt videtur ſentire glo.in dict.c.eos.per c. dilectus.c.
cùm quidam.& c.literas.de tempor. ordinand. Sed
Archid.in dict c.eos.diſtinguit,ꝙ aut talis ordina
tus recepiſſet executionẽ,ſi habuiſſet licentiã à pro
prio Epiſcopo,& tunc Epiſcopus poteſt diſpẽſare:
aut non recepiſſet executionẽ,vt in illo qui ordina-
tur vltra tẽpora ſtatuta,vel quãdo quis recipit duos
ſacros ordines in eodem die vbi ſolus Papa diſpen-
ſat.c.j.c.literas.& cap.dilectus.de tempor.ordinan.

ARGVMENTVM.

Geſta ratione communis erroris an teneant.

SVMMARIVM.

1 *Veritas potius quàm communis opinio ſiue error attenditur in his quæ ſunt ordinis & ſacramenti.*

Quæſtio DCCCCCVIII.

QVAERITVR quia d. dominus Epiſco
pus Digñieñ in d.diœceſi Vapieñ.publicè cõ
ferebat ordines,& dedicabat eccleſias &altaria,an
iſto caſu vbi non appareret de licentia ſibi cõceſſa
an teneãt geſta ratione cõmunis erroris:& videtur
dicendũ prima facie ꝙ ſic,argu.l.Barbarius Philip
pus.ff.de offic.prætor.& §.verum.iij.q.vij.& quod
not.in c.ad probãdum.de re iudic.& in c.nihil.§ fi.
1 de elect.ſed in cõtrariũ videtur veritas † in his quæ
dependent ab ordine, ſeu in iſtis ſacramentalibus:
quia potius attenditur veritas quàm communis opi
nio,ſeu error:ſecũdum glo. & Panor.in c.ij.de preſ-
bytero non baptiſato.facit c.quanto. de conſuetu-
dine.ex quo infertur, quòd ordinatus ab eo qui
putabatur Epiſcopus,cùm nõ eſſet, nullum ordinẽ
recipit:valent tamen geſta propter meritum &pro-
pter fidem,allegat glo.in c.dudum.le ij.de election.
& hoc etiam voluit Bald.in l.cùm arbiter.C.de ſen
ten.& interlocu.omniũ iudic.nec obſtat d.l. Barba
rius.& alia iura ſuprà allega.quia loquuntur in his
quæ deſcendunt ex facto iuriſdictionis, & non
ordinis.

ARGVMENTVM.

Oratorium in domo priuata habere deuotionis cauſa licitum.

SVMMARIVM.

1 *Oratorij locus neque ſacer neque publicus dicendus,neque eccleſiæ immunitate gaudet.*
2 *Oratorium publicum ſiue ſacratum fieri non, niſi cum Epiſcopi authoritate faciendum*
3 *Oratorium publicum dotandum & à quibus.& nu.5.*
4 *Eccleſiam fundare ſine Epiſcopi licentia nemini licere. Item nec oratorij domum conſtruere.*
6 *Ius patronatus ex ſola fundatione queritur.*

Quæſtio DCCCCCIX.

QVAERITVR an ſit licitum habere ora
torium priuatum in domo.& dicendum eſt ꝙ
ſic, cauſa deuotionis.c.fi.de cenſi.c. patentibus. de
1 priuileg. † Sed non propterea dicetur locus ſacer
ſeu publicus:nec gaudebit immunitate eccleſiæ: ſe
cundum docto.ibi,nec debet ibi celebrari miſſa.c.
vnicuiq;.de conſecrati.diſtin.j.& hoc niſi pro neceſ
ſitate & cum cõſenſu Epiſcopi:ſecundum glo.ibi c.
2 ſi quis.ead.diſtinct.& in hoc differt † ab oratorio
publico ſeu conſecrato, quod non poteſt fieri ſine
authoritate Epiſcopi.c.nemo.de conſecrati. diſtin.
j.& iſto caſu debet aſsignari dos dictæ cappellæ ſeu
2 oratorij: ſecundum gloſſ.ibi,aliàs † teneretur fun-
dator ſeu eius hæres, ad dotandum dictum orato-
rium. & in defectum teneretur Epiſcopus.cap.cùm
ſecundum.& cap.Epiſcopus. de præbend. vnde ſe-
cundum Ar-

eundum Archidi.ibi nullus debet eccleſiam funda
re ſine licentia Epiſcopi,nec pariter domum orato-
rij licitum eſt conſtruere ſine licentia Epiſcopi.pro
quo facit in authen.vt nullus fabricet, colla.v.etiã
in loco exempto.c.authoritate.de priuil.lib.vj. Ad-
5 de c.cũ ſicut.de celebr.miſſa, † ꝙ ille qui facit con-
ſtrui vel cõſecrari eccleſiam tenetur ipſam dotare,
ſicut pater filiam,de quo ibi per Panor.vide cap. ſi-
6 gnificauit.de teſti. † ꝙ ex ſola fundatione acquiri-
tur ius patronatus licèt fundator expreſsè nõ reſer-
uet dũ tamẽ interueniat conſenſus Epiſcopi : ſecun
dum glo.in c.nobis.de iur.patron.

ARGVMENTVM.

Hoſpitalia conſtruere ſine Epiſcopi licentia licere.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitalia ſecularia uiſitare ius Epiſcopo non eſſe.*

Quæſtio DCCCCCX.

QVAERITVR quid in hoſpitali an ſit licitum conſtruere ſine authoritate Epiſcopi, & dicendum eſt ꝙ ſic,ſed erit priuatum, & poterit reduci ad prophanos vſus:ſecundum Inno. Hoſti. & Panorm.in cap.de ſenedochijs.& cap.ad hęc. de relig.domi.& in cap.inter dilectos.de dona.& licèt in hoſpitali ſit aliquod oratorium vbi aliquãdo celebretur,non tamen ex hoc cõcluditur ꝙ ille locus
1 ſit ſacer,vel religioſus. † Nec iſto caſu Epiſcopus habet ius viſitandi talia hoſpitalia priuata.c.fin.de cenſi.Veruntamen Epiſcopus poſſet accedere ad talia oratoria ſeu hoſpitalia priuata ad videndũ quid ibi fiat, & ad euitandũ ne ibidem fiat abuſus.& ita etiam ibidem tenet glo.iñ clem. quia contingit. de relig.domi.§.cęterum.ſuper verb.altare.& clemen. ſi de dote.& in c. authoritate.de pręben.libr.vj.per Inno.& Panor.in ca.inter dilectos de donat.& iſto caſu licèt ibidẽ ſint oratoria, & ibidem celebretur tamen pauperes aut ruſtici ſeu familiares habitantes in talibus oratorijs ſeu hoſpitalibus debent confiteri curato parœciali & ab eodẽ recipere eccleſiaſtica ſacramẽta:niſi aliter conſuetudo habeatur.

ARGVMENTVM.

Authoritas Epiſcopi introueniſſe in dubio præſumitur:& locus religioſus cenſetur.

SVMMARIVM.

1 *Campana in altum eleuata religioſum locum eſſe & publicum arguit.*
2 *Eccleſie uel altaris conſecratio, ſcriptura in eccleſie muro affixa probari poteſt.*

Quæſtio DCCCCCXI.

QVAERITVR quid in dubio quãdo nõ apparet ꝙ interuenerit authoritas Epiſcopi vel ne,& tamen locus eſt in forma eccleſię,& ibidẽ per ſacerdotes, & alios clericos publicè celebrãtur, an præſumetur locus religioſus:& dicendũ eſt ꝙ ſic, ſecundum Archi.in d.c.nemo.de conſe.diſt.j.& Inno.& Panor.in d.c.inter dilectos. de dona. & idem
1 eſt † quando habet cãpanã in altũ erectã : ſecundũ Pan.ibi,quia tũc eſt ſignum, ꝙ locus ſit religioſus & publicus.c.patentibus.de priuileg.quia vbi eſſet oratorium priuatum,non eſſet licitum habere campanam erectam in altum, licèt non eſſet prohibitum tenere campanam priuatam & permittere pulſare.& pro pręmiſſis facit quod voluit Inno. in
2 rubr.de cõſecra. eccleſi.vel altaris, vbi voluit, † ꝙ per ſcripturam affixam in muro eccleſię poteſt probari conſecratio eccleſię vel altaris.

ARGVMENTVM.

Celebrare in domo loco non ſacro cum altari portatili licitum non eſt.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo peregrinanti uiaticum altare habere, & cum eo celebrare licitum.*
Idem in fratribus prædicatoribus & minoribus.
2 *Celebrare in domo priuata non niſi cum conſenſu Epiſcopi & altari portatili licere.*
3 *Altare portatile dicitur altaris tabula ſeu conſecratio.*
4 *Altare portatile lapideum eſſe debet.*

Quæſtio DCCCCCXII.

QVAERITVR an ſit licitum celebrare in domo ſeu in loco non conſecrato cum altari viatico ſeu portatili. & videretur prima facie dicendum ꝙ non.c.j.c.miſſarum.c.vnicuiq;.de conſecra.diſtin.j.& pro hoc facit à ſpeciali ceſſante.c.fi.
1 de priuile.lib.vj.vbi eſt ſpeciale † in Epiſcopo quãdo peregrinatur,vt ſit licitum habere altare viaticũ & cũ eo celebrare,ſeu celebrari facere. & idem eſt in fratribus prædicatoribus & minoribus.c.in his. de priuil.ſed in cõtrarium tenet Inno.in c.j.de conſecra.eccl.vel alta.quia ex quo eſt ibi altare viaticũ cõſecratum,dicitur locus cõſecratus. ſed Archi. in
2 d.c.miſſarũ.tenet, † ꝙ in domo priuata non eſt licitum celebrare,niſi concurrant duo videlicèt altare portatile.ſeu viaticũ & licentia Epiſcopi. Veruntamen quò ad prædicatores & fratres minores qui habẽt priuilegiũ celebrandi cũ altari viatico, poſſunt celebrare etiã ſine licentia Epiſcopi,ſine tamen pręiudicio eccleſię parœcialis.d.c.in his.licèt quidã velint tenere ꝙ hodie nõ procedat:quia antiquitùs tẽpore d.priuilegij d.fratres nõ habebãt ita in multitudine eccleſias cõſecratas ſicuti hodie habetur.ſed ſecundũ Panor. ibi vbi tales fratres habent aliqua loca non cõſecrata poſſunt celebrare cũ altari portatili ſeu viatico.ſed Hoſti.& Io.And.in d.c.in his. de priuileg.tenent,ꝙ hodie prędicatores vel minores nõ habẽt hoc priuilegiũ & Card. Flor. Adde ꝙ
3 iſtud † altare portatile dicitur tabula altaris aliàs cõſecrata.c.cõcedimus.de cõſecra.diſt.j.& Gemi.in c.
4 fi.de priuil.lib.vj.adde † ꝙ altare debet eſſe lapideũ. c.altaria.de cõſec.diſt.j. Adde Archid.in d.c.miſſarũ.& Panor.in rub de cõſecra eccle.vel altar. ꝙ in eccleſijs cõſecratis non põt celebrari etiã cũ altari viatico,niſi cõcurrat licẽtia Epiſcopi:ſed idẽ Pan.in c.fi.eo.ti.tenet ꝙ in eccleſia nõdũ cõſecrata ex quo à primordio eſt dedicata pro diuino cultu põt celebrari miſſa cũ altari viatico etiã ſine licẽtia Epiſcopi,licèt in d.rub.teneat ꝙ in locis nõ conſecratis & ſine altari viatico nõ ſufficit licẽtia Epiſcopi. vide eundẽ Pan.in c eccleſia.de immu.eccle.ꝙ iſto caſu requiritur licentia Epiſcopi.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus priuilegium celebrandi cum altari portatili concedere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Altaris uiatici ſeu portatili priuilegium cõcedi poteſt etiã paroco non uocato.*
2 *Epiſcopus qui loco deſtinato hoſpitali pauperum altaris cõſectionem & ſacerdotem qui pauperum confeſſiones audiat, & ſacramẽta miniſtret cõcedere uult, an hoc poſſit paroco parœcię loci in quo ſitũ eſt hoſpitale nõ uocato.*

3 *Capella an poßit erigi intra alterius parœciam & quæ requirantur.*
4 *Quid ſi parocus conſentire noluerit.*
5 *Hoſpitale pro peſtiferis quòd erigi poßit cum eccleſiæ conſecrata & cœmeterio etiam ad parœcialis eccleſiæ præiudicium.*
6 *Rector eccleſiæ ſiue parocus peſtis tempore reſidere non, niſi miniſtris deficientibus tenetur.*
7 *Prælati inferiores à Papa priuilegium unius eccleſiæ in alterius præiudicium rationabili ſubſiſtente cauſa concedere poteſt.*
8 *Epiſcopus in tota ſua diœceſi altaris portatilis priuilegiũ concedere poteſt.*
9 *Fratres prædicatores & minores quocunque loco fuerint ſine Epiſcoporum licentia ſemoto parœcialis eccleſiæ præiudicio celebrare poſſunt.*
10 *Miſſam in naui mari & flumine celebrare non eſt licitũ.*
11 *Epiſcopus neceßitate urgente eccleſiam ſine dote conſtruere poteſt.*
12 *Oblationes hoſpitales uel capellæ nouæ ædificatis quòd ipſorum rectoribus erunt.*
13 *Epiſcopus cũ ſui capituli cõſenſu ius cœmeterij & ſepulturæ capellæ etiã in alterius limitibus exiſtẽte cõcedere põt.*

Quæſtio MXIII.

QVAERITVR an Epiſcopus in eius diœceſi poſsit cõcedere hoc priuilegiũ celebrandi cum altare portatili ſeu viatico, & dicendum eſt quòd ſic: ſicuti Papa põt concedere tale priuilegiũ in toto orbe terrarum: ſecundum Io. And. & Gemi. in d. cap. fi. de priuileg. lib. vj. & Panomita. in dict. c. in his. de priuileg. & hoc etiam tenet Lappus alle-
1 gation. xlij. & ibi tenet, † quòd poteſt concedi tale priuilegium altaris viatici ſeu portatilis ſine cõſenſu rectoris parœcialis, abſq; tamen graui præiudicio eccleſiæ parœcialis. & ibi in dict. allegatio. po-
2 nit plura notabilia dicta. Primò, † quòd Epiſcopus loco deputato ad hoſpitale pauperum poteſt ibi cõcedere quòd ſit altare & ſacerdos qui audiat confeſſiones pauperum & ſacramenta miniſtret: & hoc verum, quãdo talia loca ſunt ſubiecta Epiſcopis: vt quia eriguntur cũ eccleſia altari & authoritate Epiſcopi: ſecundũ glo. in d. clem. quia cõtingit: ſecus ſi non eſſent erecta authoritate Epiſcopi, licèt ibi poſſet eſſe oratorium priuatum ad orandũ & celebrandum de authoritate Epiſcopi: & poſſet ibi eſſe altare viaticũ antequàm conſecretur, prout in caſu iſto: quia dictum oratoriũ nondum eſt conſecratum: & quando hoſpitale eſt erectum authoritate Epiſcopi ibi poſſunt accedere altare cœmeteriũ & presbyter. Si verò locus non ſit religioſus: tunc poſſet ibi concedi oratoriũ, vbi infirmi ibidem degentes diuina officia ibidẽ audirent, vel poſſet cõcedi altare viaticũ, nec per hoc efficeretur locus religioſus. & iſtud poſſet fieri ſine cõſenſu alicuius rectoris parœcialis. ſi verò locus eſſet religioſus: tũc poſſet concedi altare. & capellanus per Epiſcopũ, ſicuti per præſcriptionem poteſt acquiri: ſed an iſto caſu requiratur conſenſus rectoris parœciæ vbi eſt ſitus locus hoſpitalis: & dicendum eſt quòd Epiſcopus non poteſt hoc cõcedere cum graui præiudicio parœcialis eccleſiæ: ſecus cũ modico præiudicio & ex cauſa legitima etiã rectore parœcialis eccleſiæ inuito s. c. ad audientiã. le. j. de eccleſi. ædifi. & ibi glo. j. Io. Andr. & Panor. & ſecundum Lappum erit cauſa legitima ibi confluit multitudo infirmorum in tantũ, quòd rector parœcialis eis propter multitudinẽ eorũ vel parœcianorũ non poſſet illis cõmode prouidere, & ibidem tenet, quòd in his conceſsionibus ſolet cõcedi alia reputatio rectoris parœcialis cauſa honoris vel cõmodi quod eſt æquum: ſecundũ ipſum: vide etiã per eun-
3 dem Lappũ allegation. lxvij. † qualiter poſsit conſtrui eccleſia infra parœciã alterius, & ibi ponit de cauſa legitima de qua in dict. c. ad audientiã. & ibi
4 tenet quòd debet requiri rector parœcial. † Et ſi requiſitus non conſentiat ſuperior faciet, allegat glo. in c. nullus. xcix. diſt. & ibi etiã tractat an debeat prouideri iſti nouo rectori de prouentibus antiquæ eccleſiæ. vide de materia per Feder. de Senis, conſil. ccxxiiij. in vltimo quæſito, quando ædificatur eccleſia ſeu capella infra plebanatum, ſeu parœciam alicuius, an plebanus ſit fundatus de iure cõmuni & etiã habeat ius patronatus. Nec obſtat d. cap. ad audientiam. quia ibi de prouentibus matricis eccleſiæ fuit dotata dicta capella; ſecus autẽ vbi non apparet, quòd d. capella fuerit dotata de bonis matricis eccleſiæ. Eſto quòd ibi recipiat oblationes ex cõſuetudine vel de conſenſu rectoris parœcialis eccleſiæ. Non obſtat etiam glo. in ca. eam te. de ætate & qualit. quando eccleſia parœcialis in fundo ſuo cõſtruit aliam eccleſiã, quòd poteſt ibi cõſtituere vicariũ: quia ad iſtud reſpondere vt per Panor. in d. cap. ad audientiam. Et iſta poſſunt adaptari in hac ciuitate Grationop. in conſtructione hoſpitalis fundati per quendã ſcutiferũ vocatũ Graſsi maritum
5 Guietæ orandæ pro infirmis de peſte: † quia conſules præſentis ciuitatis inſtãt erga reuerendũ do. Epiſcopum Grationo. vt in d. hoſpitali deputetur vnus capellanus, & ibidem etiam conſacretur eccleſia & cœmeteriũ pro ſepultura infirmoris: & quòd ibidem miniſtrentur eccleſiaſtica ſacramenta. attẽto quòd curatus parœcialis non poteſt deſeruire, maximè tempore peſtis: & quod iſta ſit iuſta cauſa ædificãdi eccleſiã ſaltem quòd aliquid recognoſcatur ratione honoris vel cõmodi matricæ eccleſiæ d. c. ad audientiam. iuxta nota. per Lappum in dicta allegatione xlij.
6 Nam clericus † non tenetur reſidere de tempore peſtis, niſi eccleſia pateretur defectum in miniſtris: ſecundum Ioan. de Imol. in c. clericos. de cleric. non reſiden. Veruntamen domini capituli beatæ Mariæ Gration. videtur ſuper hoc ſe opponere, ſeu curatus parœcialis & eorũ oppoſitio nõ videtur rationabilis ſaltẽ ſi eis aliquid recognoſcatur cauſa honoris, vel cõmodi, prout ſupradictũ fuit. & pro præmiſsis
7 facit † quia prælati inferiores à Papa poſſunt concedere priuilegium vni eccleſiæ in præiudicium alterius, quando ſubeſt cauſa rationabilis, vt de conſenſu capituli: ſecundum Hoſtien. & Goffred. in capitul. conſtitutus de religio. domi. dum tamen non interueniat enorme præiudicium: aliàs ſecus ſecundum gloſſ. in capitul. eccleſiæ. xvj. quæſtione prima. Nam Epiſcopus poteſt concedere vni eccleſiæ priuilegiũ liberæ ſepulturæ: ſecũdum Ioan. Andr. in c. certificari. de ſepult. & Panor. in d. c. cõſenſum. Adde de iſto altari viatico ſeu portatili, quòd poſſunt vti peregrini & etiã eſt conceſſum aliis perſonis in caſu neceſsitatis: ſecundum Hoſti. in c. in his. §. fi. de priuil. alleg. c. cõcedimus. de cõſecr. diſt. j. & ſequitur Card. Flo. in d. c. in his. dũ tollit prædicatores &

minores

8 minores nõ tradãt euchariſtiã. Item adde † ꝙ Epiſcopus in ſua diœceſi põt cõcedere priuileg. altaris viatici ſeu portatili: ſed in Papa põt vbiq; cõcedere videlicèt in tota chriſtianitate: ſecundũ Hoſti. in d. c. in his de priuileg. Adde de iſto altari portabili,
9 ꝙ † fratres prędicatores & minores poſſunt vbicũq; ſint celebrare ſine licẽtia Epiſcoporũ abſq; pręiudicio parœcialis eccleſię. c. in his. de priuileg. de quo per fra. Anto. in ſumma iij. parte. ti. xiij. c. ix. §. j. in fi.
10 Adde ꝙ non eſt † licitũ celebrare in naui mari, & fluminibus: ſecundũ Alb. in dictionario ſuper verb. altare. pro quo allegat de cõſecr. diſt. j. c. j. & c. cõcedimus Adde c. ſi. de cõſecra. diſt. ij. ꝙ quãdo Epiſcopus celebrat miſſam in aliquo altari nõ eſt licitũ illo die celebrare, niſi de eius licentia, vel in caſu neceſſitatis: ſecundum glo. ibi. Adde Hoſti. in d. c. ad audientiã. le j. de eccle. ædifi. quẽ refert ibi Panor. in
11 glo. ij. † ꝙ quando imminet magna neceſſitas propter periculũ animarũ, vt quia populus ſępè decedit ſine ſacramẽtis, tũc Epiſcopus debet prouidere, & põt cõſtrui eccleſia ſine dote. & licèt glo. in d. c. ad audientiã. teneat ꝙ requiritur cõſenſus maioris eccleſię: tamen ſufficit ꝙ requiratur, & ſi contradicat ſuperior faciet. Vide Io. Cald. cõſi. v. & vj. in tit. de
12 relig. do. † quãdo ædificatur cappella vel hoſpitale cui debeãt eſſe oblationes, & quãdo cõceditur priuilegiũ an Papa vt poſſit ibi celebrari etiã poterit celebrari publicè & oblationes erũt rectoris hoſpitalis vel capellę. Adde Io. And. & Anto. de Butr. in c. certificari. de ſepul. ꝙ Epiſcopus poteſt cõcedere alicui capellę ſeu eccleſię infra limites alterius parœcię ius cœmeterij & ſepulturę de cõſenſu ſui capituli de quo vide latiùs ibi per ipſos, & Panor. Adde Panor. in d. c. ad audientiã. le j. de eccle. ædi. quãdo ædificatur capella infra parœciã alterius nõ eſt illi ſubdita, nec acquiritur ius patronatus, niſi fuerit dotata de prouentibus eccelſię parœcialis ſecus ſi fuerit cõſtructa in eccleſiã parœciali: quia tũc acquiritur ius patronatus ratione fundi: & poſſunt cõcurrere plures patroni: ſecũdm glo. in c. pię mẽtis. xvj. q. vij.

ARGVMENTVM.

Priuilegium ſeu indultum ne religio infra certos limites mendicantium erigatur an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Clauſulæ derogatoria per quam derogari mandatur ac ſi tenor ipſius priuilegij inſertus eſſet, ſufficiens ſit ut alijs prioribus & ſpecialibus priuilegijs derogatum ſit.*
2 *Eccleſiam ædificari de nouo non debere regulare.*
3 *Eccleſia ſi nouè conſtrui permittatur quòd ſine antiquæ eccleſiæ præiudicio intelligatur.*
4 *Eccleſia ædificata ſolo æquenda non uenit.*

Quæſtio MXIIII.

QVAERITVR an valeat indultũ appoſtolicũ cõceſſum aliquibus religioſis, vt non poſſint de nouo ædificari aliquę eccleſię, ſaltẽ mẽdicantiũ infra certos limites, & dicendũ eſt ꝙ ſic: ſecũdum Io. And. & Gemi. in c. j. de exceſſi. pręla. lib. vj. & hoc ne fiat pręiudiciũ antiquę eccleſię. & iſtã quęſtionẽ vidi de facto in prioratu Tinitę qui dependet à monaſterio Cluniaceñ. vbi eſt priuilegiũ vt non cõſtruantur religiones de nouo infra certos limites. & ibidem iſti mendicantes obſeruantię ſancti Franciſci ex priuilegio apoſtolico volebãt ædificare de nouo eccleſiã: ſed dict. prior Tinitæ ſe opponebat, & dicebat ꝙ priuilegiũ dictorũ mendicantiũ non derogabat nominatim & ſpecialiter priuilegio ordinis Cluniaceñ. iuxt. not. in d. c. j. de exceſ.
1 prælat. † & an ſufficeret clauſula derogatoria per quã Papa mandaret derogari, ac ſi eſſet inſertus tenor priuilegij de verbo ad verbũ, aliàs ſcripſi in alio volumi. ca uſarũ eccleſiaſticarum, fol. cccccxc. in x. & xj. q. ſed attende quia dictus prior Tinitę non habebat nullam cauſam ſe opponendi de iure cõmuni aduerſus conſtructionẽ dict. religionis: niſi dictus
2 prior haberet populũ & parœciam: † quia regulariter nõ debet ædificari eccleſia de nouo. c. j. de ope. noui nuntia. c. j. & c. ad audientiam. le j. de eccleſi. ædific. c. eccleſiæ. & c. quicunq;. xvj. q. j. & eſt ratio ſecundũ Panor. in d. c. j. de oper. noui nuntia. quia eccleſia baptiſmalis habet iuſtam cauſam ſe opponendi, ne eccleſię de nouo conſtruendę vſurpẽt iu-
3 ra parœcialia. † & ideò ſemper quãdo permittitur conſtrui eccleſia de nouo, intelligitur ſine præiudicio antiquæ eccleſię. c. ij. & d. c. ad audientiam. de eccleſi. ædi. & per conſequens fratres minores aut alij mendicantes non habent cauſam legitimã ſe opponendi aduerſus conſtructionẽ eccleſię de nouo fiendæ, cùm non habeant parœciam. Sed oportet ꝙ ex eleẽmoſinis victum ſibi quęratur. c. j. de relig. domi. lib. vj. & hoc verum, niſi habeãt priuilegium, vt infra certos limites ſeu menſuras, quòd non poſſet cõſtrui alia religio de nouo. & iſto caſu in exitu ciuitatis ſeu limitum poſſet conſtrui eccleſia, & deberet fieri menſuratio per expertos in arte: ſecundũ Fred. de Senis conſi. ccj. ſub rubr. de eccleſi. ædi. vide glo. in c. apoſtolicos. xij. q. ij. qualiter ſolũ cedit ædificio quando eccleſia eſt ædificata in fundo alieno, licèt debeat reſeruari ius patronatus antiquę eccleſiæ: aut ſibi cẽſus cõſtitui. c. prætereã. de iure patro. & ꝙ eccleſia ædificata nõ debeat diſrui, tenet Panor. in c. j. in fi. de oper. noui nũnt. & hoc verũ quãdo eccleſia eſt conſtructa ſine cauſę cognitione non pręcedente nũtiatione noui operis, aliàs ſecus de quo ibi vide per eum, & per Bart. Alex. de Imol. in l. j. §. nuntiatio. ff. de oper. noui nuntia.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus pro monaſterij cõſtructione, an de alterius eccleſiæ bonis conferre poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Prælati inferiores Epiſcopo ſi eccleſiam conſtruere uolunt, q. de alterius eccleſiæ redditibus eam dotare non liceat.*
2 *Eccleſia exẽpta non eſt de diœceſi, licèt in diœceſi ſit.*
3 *Epiſcopus de bonis eccleſiæ nedum fructus ſed & redditus & poſſeſſiones alteri eccleſiæ in dotem dare poteſt.*
4 *Eccleſiã unam ægenam facere ut altera ditetur nõ faciẽdũ.*
5 *Eccleſiæ Bona, pauperum bona dicuntur.*

Quæſtio MXV.

QVAERITVR an Epiſcopus pro cõſtructione monaſterij, de nouo poſſit cõferri quinquageſimam, vel quando vult eccleſiam ſecularem facere religioſam an poſſit conferre quinquageſimam partẽ vel quãdo vult magnificare eccleſiam pro ſuis ſepulturis, an poſſit conferre centeſimam? Et videretur dicendum, quòd ſic. ca. bonæ. xij. q. ij. etiam ſine conſenſu ſui capituli: vt ibi not. & in ca.

paſtoralis.de hijs quæ fi.à præla.ſine conſen. capit. c.apoſtolicæ.de dona.& iſtud eſt priuilegium Epi-
1 ſcoporum: † quia non competit prælato inferiori: ſecundum Panor.in d.c.apoſtolicę.Et hoc quando vult conſtruere monaſterium infra eius diœceſim: ſecus ſi extra. Veruntamen Epiſcopus poſſet facere hanc donationem eccleſiæ exemptæ exiſtēte infrà
2 eius diœceſim. † quia eccleſia exempta eſt in diœceſi,licèt non de diœceſi:ſecundum Antho.de But. & Panor.in d.c.apoſtolicæ.Et talis donatio poteſt fieri nedum de bonis menſæ Epiſcopalis, quando ſunt bona diuiſa:ſed etiā de bonis eccleſiæ, quando ſunt indiuiſa:ſecundum Panor. in d.c.apoſtoli-
3 cæ. † Et nedum poteſt facere talem donationem de fructibus eccleſiæ:ſed etiam de redditibus & poſſeſsionibus:vt ibi habetur, nec requiritur ſolemnitas iuris,quādo fit talis donatio: ſecundum Panor. in d.c.paſtoralis.& poteſt etiam imponi penſio alicui eccleſiæ quando abundat facultatibus ſoluenda ad ſuſtentandam vitam religioſorum: & non ſolum hoc poteſt facere Papa: ſed etiam Epiſcopus,
4 quod eſt verum † quando detracta penſione eccleſia poteſt honeſtè viuere,aliâs ſecus: quia non eſt licitum deperire vnum altare vt aliud coperiatur.ca. cùm cauſa.c.extirpandæ.in fin.de præb. ſecundum
5 Pan.in d.c.paſtoralis.Et pro præmiſsis facit:†quia bona eccleſiarum dicuntur pauperum. c.fi.xvj.q.j. facit quod habetur in c.de monachis.de præben.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus de bonis inferioris eccleſiæ neque quinquageſimam, neque centeſimam vt alteram ditet dare non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus de rebus unius eccleſiæ etiam inferioris, pro alterius eccleſiæ ſubſtantatione præter tamē enormem læſionem dare poteſt.*
2 *Superior in hoc caſu quis dicatur.*
3 *Eccleſia quæ facultatibus non habundat ut detracta quinquageteſima uel centeſima enormiter lædatur, quòd donationem reuocare poteſt.*

Quæſtio MXVI.

QVAERITVR an Epiſcopus poſsit donare iſtam quinquageſimam vel cēteſimam de reb.eccle.inferioris:& maximè quando vult magnificare eccleſiā pro ſepulturis ſuis ibi eligere ſepulturā:& in effectu Inno.in d.c. paſtoralis. de his quę fiunt à pręlat.ſine cōſen.capi.tenet ꝙ nō, quia iura loquūtur de redditibus & poſſeſsionibus Epiſcopi. Sed Petrus cōſuluit cōtrariū in Auinione vt refert abbas.& pro Petro videtur caſus in c.paſtoralis.de quo ibi latiùs per Panor.in d.c. paſtoralis.
1 & pro prçmiſsis bene facit:quia† Epiſcopus poteſt dare de rebus vnius eccleſię etiā inferioris pro ſubſtentatione alterius:dum tamen non lædatur enormiter,& ꝙ interueniat cauſa rationabilis,& cōſenſus capituli.clem.ij.de reb. eccle. nō alien.& c.j.eo. tit.lib.vj.ſecundū glo.in c.eccleſi.xvj.q.j.& per Panor.in c.cōſtitutus.de religi.domi.veruntamen vbi Epiſcopus vellet facere talē donationē vltra quinquageſimā aut centeſimā partē requireretur licētia ſuperioris.eſto ꝙ eccleſia abundaret facultatibus.
2 Sed quis dicatur iſto caſu ſuperior dicendū eſt ꝙ ſolus Papa:ſecundū Inno.in d.c.apoſtolicę.ſed ſecundum Hoſti.hoc verū quādo Epiſcopus iurat in manibus Roma.pontificis ſiue eius cōmiſsi: ſecus ſi iuraret in manibus Archip. quia tunc duceretur eius ſuperior:licèt hodie ſecundū Panor.ibi prelati iurant in manibus Papę de non alienando.c.ex parte
3 de feud.c.fi.de eccle.ædificand. Adde † ꝙ vbi eccleſia non eſſet abundās facultatibus ita ꝙ detracta d. quinquageſima vel cēteſima parte eccleſia nō poſſet congruè viuere, tunc talis donatio poſſet reuocari,cū pateretur graue præiudiciū.d.c. apoſtolicę. quia non oportet diſcoperire vnū altare pro coperiendo alterū.c.cū cauſam.de præben.& ibi per Io. de Imol.& Panor.& ſolet etiā notari per glo.& docto.in l.aſsiduis.C.qui potio.in pign.habean.& ibi etiam ſentit Panor.in dict.cap.paſtoralis.

ARGVMENTVM.

De monaſterio Planæ.

SVMMARIVM.

1 *Nouam religionem conſtruere non niſi cum ſummi pontificis authoritate licere.*
2 *Religioſorum regulæ quatuor.*

Quæſtio MXVII.

QVAERITVR de tali caſu qui contingit hodierno tempore: quia reuerēdus do.Lauren. Allioudi,Epiſopus Grationop.deuotione motus incepit cōſtruere,& fundare quandā religionē in loco Planę propè hanc ciuitatē Grationop.quorundam fratrū de obſeruātia vocatorū minimorū ſancti Frāci.& vt prçſumitur de authoritate ſedis apoſtolicę.c.fi.de religi.domi.c.j.eod.tit.lib. vj. Nā
1 non † eſt licitū conſtruere nouam domū religionis ſine authoritate Roma.pontific.& iſto caſu debet accipere vnā de quatuor regu. approba. iuxt.d.c.fi. quia nimia religionū diuerſitas eſt reprobata,vt dici
2 tetur cōfuſio in eccleſia Dei:vt ibi habetur. †Nam prima regula fuit Baſilij,ſecunda Auguſtini,tertia Benedicti,quarta Franciſci:ſub quarū altera militant oēs religioſi catholici,an iſto caſu poſsit idem dominus Epiſcopus elargiri ſeu dare pro cōſtructione d.noui monaſterij religioſorū de redditibus aut poſſeſsionibus ſuæ eccleſiæ aut alterius eccleſię inferioris.& an requiratur conſenſus ſui capituli, & qui de fructibus ſuę eccleſię patet ſolutio ex prçmiſſis:vide de iſtis quatuor religionibus ſupra mentionatis per fratrem Anthonium in ſumma iij.parte ti. xvj.cap.j.§.v.

ARGVMENTVM.

Religioſi an poſsint effici regulares.& econtrà.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſecularis regularis effici poteſt.*
2 *Papa ſolus ut de religione ſtricta ad latiorem trāſeatur diſpenſare poteſt.*
3 *Religionis diſparitas in una eccleſia eſſe non debet.*
4 *Sanctus Hugo Epiſcopus Grationopolis eccleſiā cathedralem ad canonicorum regularium ſtatum redegit.*
5 *Clerici ſeculares ordinari in monaſterio non niſi religioſis deficientibus, debent.*
6 *Nullus præter Papam eccleſiæ religioſæ ſtatū alterare pōt.*
7 *Habitus monachum non facit, ſed regulæ profeſsio.*

Quæſtio MXVIII.

QVAERITVR an religioſi poſsint effici ſeculares ſeu de ſtatu ſeculari, & econtrà. Hoſtien.in

Hoſtien.in ſumma. de religio. domib. §. & verum.
& §. vel econuerſo.tenet,quòd ſic.ſed viuente reli-
gioſo,qui fecit profeſsionem, non abſoluetur à re-
gula.c.cùm ad monaſterium.de ſtatu monachorũ.
1 Et quòd † eccleſia ſecularis poſsit effici regularis:
facit dictum c.apoſtolicè.de dona.quia Papa eſt ſu
2 prà ius.c.propoſuit.de conceſsio.præben. † Et ſolus
Papa poteſt diſpenſare ꝙ fiat trãſitus de ſtricta re-
ligione ad latiorem : ſecundum gloſſ. communiter
approbatam in c.cùm ſingula.de præben.libr.vj.Et
iſto caſu quando eſt eccleſia regularis:non debent
plures effici canonici: quia non eſt arandum boue
& aſino.c.cum cauſam.de electio.c.fina.§.præcipi-
3 mus.de ſtatu monachorum.† quia in eadem eccle-
ſia non debet eſſe diſparitas religionis.clemen.j.de
electio.Nec obſtat ſecundum glo.ibi, ꝙ in eccleſia
ſancti Ambroſij Mediolaneñ. eſt duplex collegiũ,
videlicèt monachorũ & canonicorum regularium:
quia ſecundum gloſſ. ibi: quodlibet collegium eſt
diuerſum : quia collegium monachorũ regitur per
Abbatem, & collegium canonicorum regitur per
Præpoſitum. licèt regulariter monaſteria duplicia
ſint prohibita.c.diffinitio.c.in nullo.xviij.quæſtio.
Et præmiſſa poſſunt adaptari ad quoddam cõmu-
ne dictum antiquorum in iſta ciuitate Grationop.
4 quòd ſanctus Hugo,qui fuit Epiſcopus Grationo-
polis fecit erigi dictam eccleſiam cathedralem Gra
tionop.ad ſtatum canonicorum regularium: & ꝙ
fundauit certas religiones de redditibus eccleſiæ
Grationopol.vti religionem Carthuſienſium. Sed
an ſit verũ me refero veritati. Veruntamen de tem-
pore meo audiui ꝙ Papa Sixtus erexit eccleſiam ca
thedralem Auinioñ.quæ per priùs erat regularis ad
ſtatum ſeculariũ.Et pariter videlicet quoddam ſe-
mel, ꝙ canonici dictæ eccleſiæ beatæ Mariæ Gra-
tionopolis deſtinauerat nuntium ad curiã Roma-
nam:vt efficerentur ſeculares.Sed res non fuit ſor-
tita effectum.vide c.per tuas.de voto,vbi fit mentio
de eccleſia Grationopolitana. Adde cap.inter qua-
5 tuor. de religio. domib. † ꝙ non debent ordinari
clerici ſeculares in monaſterio,niſi in defectum re-
6 ligioſorum.& ibi per Panorm. † quòd nullus citra
Papam poteſt alterare ſtatum eccleſiæ religioſæ:
& facit c.poſſeſsiones. de rebus eccleſ. nõ alienan.
& cap.cùm de beneficio.de præbend.lib.vj.& facit
pro conſuetudine eccleſiæ Grationopo. vbi cano-
nici regulares celebrant in magno altari,& in defe
ctum poſſunt celebrare clerici ſeculares. vide in c.
relatum.ne cleric.vel monach.& c.ad audientiam.
7 le ij.de eccleſ.ædificã. Adde ad propoſitum: † quia
habitus non facit monachum: ſed regularis profeſ
ſio.c.porrectum.de regula.& hoc quò ad profeſsio
nem expreſſam:ſecus tacitam.de quo ibi per glo.&
doctor.& in c.ex parte.c.ad apoſtolicam. c. ſtatui-
mus.de regula.c.j.c.non ſolùm. c. conſtitutionem.
eodem titu.libr.vj.& ibi quòd poteſt fieri profeſsio
expreſſa non mutato habitu ſeculari,& in clemen.
eos.eodem titu.& dicitur fieri profeſsio tacita per
lapſum anni manendo in monaſterio portando ha
bitum,qui dari conſueuit profitentibus.vide gloſſ.
in c.quorundam lxxiiij.diſtinct. Philippus Franc.
in repetitione rubric.de teſtam.libr. vj. quòd Papa
poteſt facere de monacho clericum ſecularem ex
poteſtate eccleſiæ ſibi data. c. quodcunque. xxiiij.
quæſtione j.de habitu diſtincto profeſsis aut noui-
cis. vide in dicta clementin.eos.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus hoſpitalia infirmorum ſuæ diœceſis vi-
ſitare poteſt.

SVMMARIVM

1 *Hoſpitalia infirmorum habentia oratoria,altaria & cam-
panas Epiſcopo ſubſunt.*
2 *Hoſpitalia habentia ſigna loci eccleſiaſtici eccleſiaſtica cen
ſenda ſunt.*
3 *Collegium leproſorum religioſorum & eccleſiaſticorum.
& nume.8.*
4 *Eccleſia ſemel conſecrata,alia conſecratione non eſt opus.*
5 *Patronus laicus uacantis eccleſiæ cuſtodiam non habet.*
6 *Læproſus habere eccleſiam presbyterum & cœmeterium
permiſſum.*
7 *Læproſi de ortis & animalium nutrimentis decumas ſol-
uere non tenentur.*

Quæſtio MXIX.

QVAERITVR an Epiſcopus poſsit viſi-
tare hoſpitalia infirmorum ſuæ diœceſis ha-
bentia oratoria, altaria & cãpanilia? Et dicendum
1 eſt ꝙ ſic: † quia talia hoſpitalia ſubſunt Epiſcopo.
c.de zenodoch.c.ad hoc.de religio.domib. clemen.
quia contingit. de religio. domib. Et hoc tenet Io.
Andr.in c. Romana.§.j. ſuper verbo,Pia.de cenſi.
lib.vj.& probatur in clemen.per literas.de præben.
vbi cenſetur eccleſiaſtica,vel quaſi, quia non inclu
duntur ſub literis apoſtolicis:quia aliàs fruſtrà quæ
reretur ſi includerentur ſub literis apoſtolicis ſi eſ-
ſent loca priuata,& ſuper hoc emanauit declarato
ria Bonifacij VIII.quã fecit ſuper datione decimæ
Papalis:iuxta clemen. fina. de deci. per quam exe-
mit talia hoſpitalia à dicta decima papali quæ exẽ-
ptio non erat neceſſaria,ſi illa loca non pertinerent
ad iuriſdictionem eccleſiæ:& ita tenet Frederic. de
Senis,conſil. cxj. ſub titu.de cenſib. Nec obſtat ſe-
cundum ipſum,ꝙ non appareat de fundatione au-
thoritate Epiſcopi dict.c.ad hoc.& per Hoſtien. in
ſumma.cod.tit. in princip. quia ad iſtud reſponde-
2 tur ſecundum ipſum, † quòd ex quo talia loca ha-
bent ſigna loci eccleſiaſtici, debent cenſeri pro ec-
cleſiaſticis:vti quia habent altare campanile. c.pa-
tentibus.de priuileg. ſecundum Archidiac. in cap.
nemo.de conſecra.diſtinct.j. & maximè quia tales
perſonæ ibi degẽtes ſunt miſerabiles,& ſic cenſen-
tur ſub protectiõe eccleſiæ.Et idem eſt de collegio
3 læproſorum, † quòd dicitur religioſorum ſeu eccle
ſiaſticorum:ſecundum Innocẽ.in c.ij.de eccle.ædi-
fican.& hoc verum quando ſunt ſigna loci eccleſia
ſtici:vt quia eſt ibi capella ſeu altare & campanile,
aliàs diceretur locus priuatus,nec ſubijceretur Epi
ſcopo:ſecundum Hoſtien. & Panor. in dict.c.ij.&
Frederic.de Senis vbi ſuprà.& conſil.cxiij. ſub titu
lo de cenſi.&ibi an Epiſcopus poſsit recipere quar
tam de relictis iſtis læproſis.& in caſu quo haberẽt
capellam debet eſſe ſine præiudicio eccleſiæ baptiſ
malis,ſeu parœcialis dict. c.ij. de eccleſ.ædificand.
Vide Innocen.in rubric.de conſecra. eccleſ.vel al-
taris. qui tenet quòd eccleſia probetur conſecrata
per ſcripturam in libro eccleſiæ,vel in columna,vel
in lapide marmoreo, vel per vnum teſtem de vſu,

vel teſtes de auditu:quia iſto caſu ſemiplenæ pro-
bationes ſunt plenæ probationes , & pariter ibi te-
4 net, † ꝙ eccleſia ſemel conſecrata non debet iterũ
reconſecrari:niſi in tribus caſibus : vt quia dubita-
tur:ſecundò quia eccleſia eſt exuſta,ita ꝙ eſt decru
ſtata in toto,aut in parte:quia iſta conſecratio con
ſiſtit in vnione exteriori.tertiò quando eccleſia eſt
in totum diſrupta aliàs non:ſed debet reconciliari.
Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem quam vidi de
facto:quia læproſi boyſſeratæ propè Grationopo-
lis habent in eorum domo capellam ſeu altare por-
tatile,calicem &alia ornamenta ad hoc deputata,
& ibi faciũt celebrari.& dictus curatus ſancti Mar
tini Vienneſi infrà cuius parœciam ſunt dicti lepro
ſi volebãt habere clauem archæ ornamentorum di
ctæ capellæ.ſed ex aduerſo ſe opponebant dicti læ-
proſi,& inter cæteros inſtaute Repellano,ꝙ dictus
curatus non debebat habere cuſtodiam: ſuper quo
reuerendus dominus Epiſcopus fuit ibidem in eius
domo à me petijt opinionem meam , & ſuper hoc
dixi ꝙ ad ipſum ſpectabat viſitare & dare ordinem
per iura ſuprà allegata.& hoc tenet etiam Panor.in
c.ſopite.de cenſib. Veruntamen iſti laici nó debent
habere cuſtodiam iſtarum rerum ſacrarũ:quia non
habent dominium. c.ij. de reliquijs.& veneratione
ſanctorum. & ideò nó debent cuſtodire aut ligare
reliquias:ſecundum Panor. in c. nullus.de iure pa-
trona.pro quo facit etiam quia patronus laicus nó
habet cuſtodiam eccleſiæ vacãtis:ſecus in patrono
eccleſiaſtico.c.bone.de appellatio.c. cùm & plan-
tare.de priuileg. Veruntamen quia dictum orato-
rium dictorũ leproſorũ cenſetur priuatum , ideò ad
præſens dubito,licèt curatus parœciæ ſit fundatus
de iure communi infrà eius parœciam quò ad iura
parœcialia.c.paſtoralis. de hijs quæ fiunt à prælat.
6 Adde, † quòd eſt permiſſum læproſis habere eccle
ſiam propriam & presbyterum &cœmeterium ſine
7 præiudicio eccleſiæ parœcialis: † nec tenentur ſol-
uere decimam de ortis vel nutrimentis animalium:
ſecus de alijs rebus.dict.c.ij. de eccleſ. ædificand.&
ideò non debent ſepeliri cum alijs Chriſtianis, ma-
ximè quando habent eorũ cœmeterium ad partem
de quo ibi per Panor.& in c.ſacris.de ſepult. Adde
8 Frederi. de Senis conſi. cxj. qui videtur tenere,† ꝙ
collegium læproſorum dicitur religioſum.

ARGVMENTVM.

Hoſpitale priuatum in domo ſua facere ſine Epi-
ſcopi authoritate an licitum ſit.

SVMMARIVM

1 *Hoſpitale priuatum Epiſcopi iuriſdictioni non ſubijcitur.*
3 *Hoſpitale priuatum eccleſiæ priuilegio non gaudet.*

Quæſtio MXX.

QVAERITVR an quis poſsit facere ho-
ſpitale priuatum in domo ſua ſine authorita
te Epiſcopi:ſecundum Innoc.Hoſtien.& Panor.in
c.de zenodochis.& c.ad hæc.de religio. etiam ſi ha
1 beat oratorium priuatum, † nec ſubijcietur iuriſdi
ctio Epiſcopi ſaltem viuẽte illo qui fundauit : quia
2 poſſet committere ad domum priuatum, † nec gau
det priuilegio eccleſiæ.de quo ibi per de bellencijs
in additio.& per fratrem Anto. in ſumma iij. parte
tit.xxiii.c.vlti.§.vj.& per Frederic.de Senis conſi.
cxj.& cxiij.vide l.orphanotrofos.& l. omnia priui-
legia.C.de Epiſcop. & cleric.vbi iſta hoſpitalia ha-
bent priuilegia eccleſię.& per Bald.in auth.hoc ius
porrectum.C.de ſacroſanct.eccle. Adde gl.in clem.
quia contingit.§.cæterũ.de relig.domib.in clem.fi.
de decim.in clem.literas.de præben.in c.authorita-
te.de priuileg.lib.vj. Ioan. Fabr.in §.nullius. inſtit.
de rerum diuiſio.do.Guid.Papæ deciſion.clxxxvij.

ARGVMENTVM.

Eccleſia nondum conſecrata an immunitatis priui
legio gaudeat.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ antequàm conſecrentur baſilicæ dicuntur.*
2 *Priuilegia omnia quæ eccleſijs conceſſa ſunt, conceduntur & hoſpitalibus.*
3 *Quid in oratorijs priuatarum domorum?*
4 *Oratorium portus rupis an eccleſiæ immunitate gaudeat.*
5 *Altare portatile unde dicatur.*
6 *Silueſter altare non niſi lapideum fieri uetuit.*
7 *Oratoria de proximo conſecranda eccleſiæ immunitate gaudent.*

Quæſtio MXXI.

QVAERITVR an eccleſia nondum con-
ſecrata gaudeat priuilegio immunitatis ec-
cleſiæ. & videretur prima facie dicendum ꝙ non:
1 quia † ante conſecrationem non dicitur eccleſia
ſed baſilica.c.baſilicas.de conſecrat.diſtin.j. ſecun,
dum Innoc.& Panor.in rubric.de conſecra. eccleſ.
vel altar.ſicuti in electo.in Epiſcopum dicitur , qui
poſt conſecrationem dici aſſerũt nomen Epiſcopi:
ſecundum glo.& doctor.in c.j.de religio. domibus.
ſed in contrarium videtur veritas.c.eccleſiaſtici. de
immunitate eccle.ſecundum Hoſtien. & Panorm.
ibi.quia ſufficit,ꝙ à primordio Epiſcopus poſuerit
primum lapidem ſolenniter cum cruce. c.nemo. de
conſecra.diſtin.j.licèt eccleſia nondum ſit cõſecra-
ta: quia iſto caſu locus eſt dedicatus diuinis obſe-
quijs,eſto ꝙ nondum fuerit celebratum ſicuti in ſi-
mili dicitur, ꝙ de proximo militaremus gaudet pri
uilegio militum.l.penult.ff.de teſtam.milit. Verun
tamen in hac materia eſſet ſtandum conſuetudini:
ſecundum Panor. in d.c. eccleſiæ. & pro hac parte
allegat l.omnia priuilegia. C.de Epiſcop. & cleric.
2 vbi probatur, † ꝙ omnia priuilegia conceſſa eccle
ſijs extenduntur ad hoſpitalia:fortiùs ergo idem di
cendum in eccleſia nondum cõſecrata de proximo
3 conſecranda: † ſecus autem eſſet in iſtis hoſpitali-
bus,ſeu oratorijs priuatis:quia non gaudent immu
nitate.argumento de conſecr.diſtin.j.in princip.&
in authen.de eccleſiaſticis titul. §.ſi quis in ſua do-
mo.col.ix.ſecũdum Goffred.& Panor.in d.c.eccle-
ſiaſtici.& in c.fi.de cenſi.& eſt ratio ſecundum do-
ctores. quia iſta loca poſſunt reuocari & reduci ad
priores vſus prophanos authoritate dominorũ ſe-
cundum Inno.in c.inter dilectos.de donatio.ſecus
dicit Vincentius ſi oratorium fuit conſtructum au-
thoritate Epiſcopi, quem refert & ſequitur Panor.
in dict. c. eccleſiæ.Et præmiſſa poſſunt adaptari ad
4 quæſtionem, † an dictum oratorium portus ruppis
gaudeat immunitate eccleſiaſtica. & idem poſſet
quæri de oratorio læproſorum Boyſſeratæ: quia li-
cèt ibidem celebretur cum altari portatili ſeu via-
tico:tamen nondum ſunt conſecrata. Nam altare
viaticum ſeu portatile nó facit locum ſacrũ: ſecun-
dum Archid.

dum Archid. in c. miſſarum. de conſecra. diſtin. j. & Panor. in rubr. de conſecra. eccleſiæ vel altar. Vnde
5 altare † portatile dicitur quòd portetur de loco ad locū, & eſt paruus lapis continens in ſe foramen cū conſecratione & ſigno ſuppoſito, & iſtud non exe-cratur, niſi moueatur illud ſigillum continens con-ſecrationem. & in hoc differt ab alio altari quod di citur ſtabile, pro eo quia eſt firmū in loco. & iſtud benè exſecratur: quādo violatur locus conſecratio-nis, vel quādo mouetur menſa ſeu lapis cōſecratus. c. j. de cōſecr. eccle. vel altar. & ibi per Panor. & per de bellencijs in additi. vbi refert ſanctū Thomam in iij. ſententiarū. diſt. xiij. q. j. ar. ij. ꝙ beatus Silue-
6 ſter: inſtituit, † ꝙ de cætero non fiat altare niſi lapi deum: non autem de ligno aut terra. & ideò mate-ria debet eſſe communis, non autē de auro vel ar-gento vel ſimili: quia de facili non poſſet haberi. & pariter altare debet eſſe lapideum: quia lapis ſigni-ficat Chriſtum. qui etiam per petram ſignificatur. j. ad Corinth. petra autē erat Chriſtus. & ideò eſſet vi dendum ſi dicta oratoria à principio fuerint cōſtru cta & ædificata authoritate Epiſcopi vel ne. & ſi
7 poſuerit primum lapidem cū cruce: † quia iſto caſu talia oratoria bene gauderēt immunitate eccleſiæ, cū eſſent de proximo conſecrāda prout ſuprà dictū fuit: aliàs ſecus, cū eſſent oratoria priuata. & maxi-mè cū non habeant ſigna loci eccleſiaſtici vti cam panile altare & ſimilia, licèt quando indifferenter ibidem celebraretur & publicè poſſet præſumi lo-cus eſſe eccleſiaſticus: ſecundum Panor. in c. paten tibus. de priuileg. & Archid. in c. nemo. de conſecra tio. diſtin. j. & latiùs ſuprà dictum fuit.

ARGVMENTVM.

Forma conſecrationis altaris.

SVMMARIVM.

1 *Altare quid dicatur.*
2 *Corpus Chriſti animæ cibus.*

Quæſtio MXXII.

QVAERITVR de forma conſecrationis
1 altaris. Et in effectu † altare dicitur lapis cō tinens ſigillum: quia cū conſecratur altare fit vnū foramen paruum vel in ſuperiori parte in ipſa men ſa lapidea altaris, vel ante altare, vel in latere dex-tro altaris: & poſt conſecrationem clauditur paruo lapide quadrato vel rotundo: & ille lapis paruus ſi-gnata vocatur ſigillum, & denotat cōſecrationem. & in ipſo foramine apponuntur reliquiæ. Item no-men Epiſcopi conſecrantis. Item nomen ſancti in cuius honorem conſecratur. & vtrum deficientibus reliquijs poſſet apponi corpus Chriſti. Ioan. tenuit quòd ſic. in c. placuit. de conſecr. diſt. j. licèt Hugut. eadem diſtin. c. nullus. teneat non eſſe de ſubſtan-tia conſecrationis. Vnde Hoſtien. in ſumma. de cō-ſecra. eccleſiæ & altaris. §. iij. ſe conſuluiſſe Innoc. Papam ſuper illo dicto Io. an licitè poſſit ibi appo-ni corpus Chriſti pro reliquijs ſeu loco reliquiarū, qui reſpondit, quòd non, & non reddit rationem: ſed Ioannes Andræas quem refert Panormitan. in cap. j. de conſecration. eccleſ. vel altar. reddit ratio-
2 nem: † quia corpus Chriſti eſt cibus animæ. de cō-ſecratione. diſtinctio. ij. c. panis. nec debet conſer-uari niſi cauſa infirmorum vel alia de cauſa neceſ-ſaria. c. vnico. de cuſto. euchariſtiæ. & vti debemus rebus ad vſum deſtinatum. cap. iij. de appellatio. & iſta pars placet Panormitan. licèt ibi referat vt fer-tur, quòd Leo Papa deficiētibus reliquijs dedit par tem corporalis & euchariſtiæ in conſecratione cu-iuſdam eccleſiæ. De materia vide in c. altaria. de cō ſecratione. diſtinctione j. & in reali diuinorum offi ciorum. in titul. de altari. folio v. & in titu. de altari conſecratio. fol. xvj.

SVMMARIVM.

1 *Tempore qui prior eſt, iure potior habendus eſt.*
2 *Titulo ſolo in beneficialibus ius in re quæritur.*
3 *Prælatus plus iuris habet in inſtituendo quàm patronus in præſentando.*
4 *Impetratio per mortem nulla eſt, ubi per renuntiationem uacauit.*
5 *Vacare beneficium neque iure neque facto dicitur, ubi quis inſtitutus & in poſſeßionem miſſus fuerit.*
6 *In renuntiatione beneficij patronati patronum requirere ſufficit, ut illius contumacia conſenſus loco habeatur.*
7 *Litera in beneficialibus t tuli loco non habenda.*
8 *Litera non eſt de ſubſtantia gratiæ uel legis.*
9 *Collatio per teſtes probari poteſt.*
10 *Intruſus dicitur qui caret titulo.*

Quæſtio MXXIII.

QVAERITVR ſuper viſitatione iurium domini Iacobi de Viennesio prothonotarij prętextu eccleſiæ parœcialis beatę Marię de lento, de qua fuit inſtitutus & ſibi facta collatio per reue rendiſsimum dominum Epiſcopum Grationopo-lis, ſeu eius vicarium vacante per liberam reſigna-tionem ſeu renuntiationem domini Gonini de Viennesio de anno domini Mccccxcvj. die iij. men ſis Aprilis. Et de qua fuit miſſus in poſſeſsionē per eius executorem in perſonam eius procuratoris: & ſuper qua etiā obtinuit ad cautelam prouiſionem apoſtolicam quartò non. Nouembr. proximè præ-teriti. Viſa etiam copia cuiuſdam alterius inſtitutio nis de eadem eccleſia parœciali factæ cuidam Ni-colao Arthaudi ad præſentationem venerabilis & egregij domini Antonii Palmerij iurium doctoris prætenſi cenſuris præpoſituræ vlnenſis per vacatio nem per mortem ſeu deceſſum dicti domini Gonini de Viennesio cum clauſula iuſtificatiua, & in caſu oppoſitiōis ad effectum citandi dictum dominum Iacobum de Viennesio exhibiturū dictam inſtitu-tionem, & aliàs prout ibi pleniùs aſſeritur contine-ri: datū Grationop. de hoc præſenti anno natiuita-tis domini Mccccxcvij. die ij. menſis Ianuarij. Viſo etiam quodā facto tali exhibito pro parte dicti do-mini Iacobi de Viennesio in quo inter cætera con-tinetur ꝙ antequā dicta renuntiatio dictæ parœcia lis eccleſiæ fuiſſet admiſſa per ſuperiorem ad vtili-tatem dicti domini Iacobi de Viennesio, quòd fuit deſtructum nuntius ad vicarium domini præpoſiti vlnenſis, & capitulum dictæ præpoſituræ ad haben dum eorum conſenſum: ſed recuſauerunt præſtare. Viſa etiam copia alterius inſtitutiōis de hoc pręſen ti anno factæ præfecto domini Antonij Palmerij ad præſentationem domini Alfonſi Roy, prætenſi vicarij generalis præpoſituri vlnenſis cum dicta clauſula oppoſitionis de hoc præſenti anno die ſexta menſis Ianuarij per obitum dicti domini Gonini de Viennesio. & alijs dicendum videtur

dicendum,quòd inſtitutio ſeu collatio dicti domi-
ni Iacobi de Vienneſio ſit canonica & ſuum de-
beat ſortiri effectum non obſtantib. dictis duabus
prætenſis inſtitutionibus ex aduerſo factis. Tum
quia dictus dominus Iacobus de Viēneſio eſt prior
1 in inſtitutione & collatione dicti beneficij: † & ſic
qui prior eſt tempore,eſt potior iure in beneficiali-
bus.c.cùm autem.in fin.de iure patronatus. ſecun-
2 dum gl.in c.qui prior.de regu.iur.lib.vj. † quia per
ſolum titulū acquiritur ius in re in beneficialibus.
c.ſi tibi abſenti. de præben. libro vj. vnde præfatus
dominus Epiſcopus Gratianopolis, ſeu eius vica-
rius qui primò contulit dicto domino Iacobo de
Vienneſio eſt fundatus de iure cōmuni in eius dyœ
ceſi.c.omnes baſilicæ. xvj. quæſtio.vij. Et ad Epi-
ſcopum pertinet ius inſtituendi & deſtituendi in
beneficialibus in tota eius diœceſi.c.cùm ex iniun-
cto.in fine.de hæreticis.& ibi per glo.& Doctor. c.
de zenodoch.c.conſtitutus. de religioſis domibus.
Adde quòd Epiſcopus fundat eius intentionem in
eius diœceſi:ſecus in alio inferiore:ſecundum gloſ.
in c.fina.de offic.Archidiacon.licèt gloſſ. in c.alia.
xvj.quæſtio.videatur tenere idem infrà limites iuriſ
dictionis alterius inferioris:ſed in domino tempo-
rali non fundat intentionem de iure communi niſi
in Imperatore: ſecundum Hoſtien. & Panormita.
in dict.c.ſi.vide Ioan. Fabr.in l.j.C.de ſumma trini
tate.glo.in c.eam te.de æta.& qualita. & Panorm.
in c.ad audientiam.le j.de eccleſ. ædifican. Vide ſi-
cuti ad Papā pertinet diſpoſitio Epiſcopatuum : ita
etiam ad Epiſcopum pertinet diſpoſitio eccleſiarū:
inferiorum:ſecundum glo.in c. quanquàm. de ele-
3 ctione.libr. vj. Nam plus iuris habet † prælatus in
inſtituendo,quàm patronus in præſentando.c.dile
ctus.de offic.lega.c.cùm dilectus. de iure patrona-
tus.Hinc eſt, ꝙ per ſolam inſtitutionem quæritur
ius:ſecus per ſolam præſentationem : ſecūdum glo.
ibi:quia etiam in beneficio patronato interdum ſo
lus prælatus poteſt inſtitui ſine præſentatione pa-
troni.cap quoniam.c.cùm propter.de iure patrona
tus. & ideò quādo agitur poſſeſſorio in beneficia-
libus ſufficit ad collorandum titulum ſola inſtitu-
tio Epiſcopi:etiam ſine præſentatione patroni.ſecū
dum dominos de Rota in nouis, deciſione cxcix.
4 Tum etiam † quia dictum beneficium vacauit per
renuntiationē:& ſic non tenet impetratio per mor-
tem.c.ſuſceptum.de reſcript.lib.vj.quia eo ipſo qui
dictus dominus Goninus de Vienneſio renūtiauit
dicto beneficio:vacauit quò ad ipſum.c.quod amo
5 uet.c. in dubijs. de renūtiatio. † Nam ex quo di-
ctus dominus Iacobus de Vienneſio obtinuit inſti
tutionem ſuperioris,& fuit miſſus in poſſeſsionem
dicti beneficij nō dicitur vacare.nec de iure, nec de
facto.c.cùm noſtris.de conceſsio.prębend. adeò &
intantùm,ꝙ à tempore dictę renuntiationis & reſi-
gnationis factæ & inſtitutionis dicti domini Iaco-
bi de Vienneſio vſque ad tempus prætenſæ inſtitu-
tionis aduerſariorum nedum eſt lapſum tēpus qua-
drimeſtre in patrono laico ad præſentandum. ſed
etiam ſemeſtre in patrono eccleſiaſtico. c. j.de iure
patrona.libr.vj.cum ibi notatis.Nec obſtat præmiſ
ſis,ſi dicatur,ꝙ inſtitutio facta contempto patrono
non teneat ſaltem quin debeat irritari. c. decerni-
mus:xvj.quæſt.vij. Quia ad iſtud reſpōdetur,quòd
6 in renuntiatione † beneficij patronati ſufficit re-
quirere patronum:ita ꝙ eius cōtumacia habeatur
loco conſenſus:ſecundum gloſſ.in c.nemo. de ele-
ctio.libr.vj.&vbi patronus cōtradixit ſine cauſa le
gitima poteſt renuntiatio admitti per ſuperiorem:
ſecundum dom.de Rota in nouis,deciſion.cccx.&
Frederic.in tractatu permutationum.quæſtio. xxx.
prout fuit factum in caſu iſto:quia dictus dominus
vicarius & capitulum præpoſituræ vlnenſis fuerūt
requiſiti ad præſtandum conſenſum dictæ renuntia
tioni licèt renuntiauerit indebitè præſtare conſen-
ſum.Non obſtat etiam ſi dicatur quòd dictus domi
nus Iacob.de Vienneſio,adeptus fuerit poſſeſsio-
nem dicti beneficij antequàm eſſet leuata litera ſuę
inſtitutionis volendo inhærere , quòd ſe intruſerat
7 in beneficio per c.eum qui.de pręben.lib.vj. † quia
ad iſtud reſpondetur,quòd in beneficialibus litera
non eſt loco tituli:quia ſolo verbo ſuperioris acqui
ritur ius in beneficio.c. fin. de conceſsio. præbend.
libr.vj.ſecundum Archidiac.Ioan.Andr.& Gemi-
nianum. in proœmio vj. §. vniuerſitati. l. hinc eſt,
quòd ſi Papa moriatur nōdum confectis bullis nō
8 expirat gratia:vt ibi nota. † quia litera non eſt de
ſubſtantia gratiæ vel legis.c.inſtitutiōis.xxv.quæſt.
ij.ſecundum Ioannem Andr.in c.nemo. de regulis
iuris.libr.vj.in mercurialibus.Panormita.in cap.in
noſtra.de reſcript.Bald.in l.humanum.C.de legib.
& per domi.de Rota deciſio. ccl. in nouis. Si verò
quæratur an ad probationem gratiæ , aut principis
requiratur ſcriptura ibi habetur.Veruntamen quia
hîc agitur de collatione ſeu inſtitutione inferioris
9 videlicet Epiſcopi. † Ideò illa poſſet probari per
teſtes ſecundum Cynum & Bald.in l. ſi qua per ca-
lumniam.C.de Epiſcop.& cleric.& maximè ſecun-
dum ipſos,quādo agitur de beneficio paruo: prout
in caſu iſto : quia parem vim habent inſtrumenta
& teſtes.l.in exercendis.C. de fide inſtrumen. quia
litera ſolùm fit ad faciliorem exitum probationis.
l.contrahitur.ff.de pignor.& ita non poteſt dici di-
ctus dominus Iacob. intruſus in beneficio ex quo
præcedebat titulus:quinimò dictus de Vienneſio li
citè potuiſſet apprehendere poſſeſsionem propria
authoritate ex quo non erat aliquis in poſſeſsione,
& præcedebat titulus: ſecundum Panormitan.in c.
10 transmiſſam.de electio. † Nam ille dicitur intruſus
qui caret titulo.c.cùm veniſſet.& c. ex frequētibus.
de Inſtitu.ſecundum glo.in pragmatica ſanctione.
in titu.de pacificis poſſeſſoribus.c.j.in princip.Sed
dictus de Vienneſio habebat titulum ante adeptio
nem poſſeſsionis, & ſic non poterat dici intruſus.
& ita nō tenent inſtitutiones aduerſariorū tanquā
factæ de beneficio non vacante,& maximè non te-
nent inſtitutiones aduerſariorum non caſſata pri-
ma.c.inter dilectos.de exceſsi.prælato.c.audit.cum
ibi notatis.de electio.licèt vt ſuprà dictum fuit, in-
ſtitutio dicti de Vienneſio remanet valida,& atten
to ꝙ videtur variatio in perſonis præſentatis aduer
ſariorum quod eſt reprobatum in patrono eccleſia
ſtico d.c.cùm autem.iuxta notata in ſimili in c.fin.
de inſti.Præterea vbi præmiſſa ceſſarent prout non
ceſſant ad hæc dictus dominus Iacobus de Vienne
ſio immittitur ad cautellam iure prouiſiōis apoſto-
licæ per quam Papa cenſetur derogaſſe iuri patro-
natus eccleſiæ.dict.c.dilectus.&not.per glo.in cap.
per literas.

per literas.de præben.& ex quo dictus dominus de Vienneſio eſt in poſſeſsione dicti beneficij, poteſt vti duplici titulo: ſecundum Ioan. Andr. in capitu. cùm perſonæ.de priuileg.libr.vj. Lapum allegatio. cxxxij.in vltima quæſtio. Romanum.conſil.cccl.& ccccxxxij. Panormita.in capit.poſt electionem. de conceſsio.præbend. Ex quibus præmiſsis apparet quòd dictus dominus Iacobus de Vienneſio fouet ius & iuſtitiam in huiuſmodi beneficio. Et ita videtur dicendum ſaluo ſemper ſaniori conſilio.

ARGVENTVMM.

Princeps pro nouo & iucundo aduentu ius nominandi canonicum in eccleſijs catedralibus habet.

SVMMARIVM

1 *Delphinatus qualiter ſeparetur, & ſit diuerſus à regno Franciæ.*
2 *Regnum Franciæ Delphinatum non comprehendit.*
3 *Ius patronatus in eccleſia collegiata an acquiri poßit.*
4 *Patronus laicus ut eccleſiæ collegiatæ capitulo interſit etiã conſuetudine effici non poteſt.*
5 *Creationes ambitioſæ ſunt & prohibitæ.*
6 *Rex Franciæ mala ualetudine affectos ſolo tactu priſtinæ ualetudini reſtituit.*
7 *Reges dum inunguntur, an ordinẽ uel caracterem recipiant.*
8 *Imperator & Rex Franciæ in honore æquiparantur.*
9 *Rex Franciæ in regno ſuo imperator dicitur.*
10 *Imperator id priuilegij habet ut in unaquaque germaniæ eccleſia unum canonicum conſtituere poßit.*
11 *Reges in temporalibus patroni ſunt.*
12 *Imperatores antiquitus ſacerdotes erant.*
13 *Imperator triplici corona coronatur.*

Quæſtio MXXIIII.

QVAERITVR quia literæ regiæ prætextu quarum Benedictus de Thoneto proſequitur creationẽ canonicatus fundantur principaliter inquantum ibi narratur Rex in primo ſeu ſuo iucundo aduentu, ſiue in regno Franciæ, ſiue in Delphinatu pro prima vice habet ius nominãdi in aliqua eccleſia catedrali vel collegiata aliquem: vt ibi recipiatur in canonicũ cum expectatione futuræ præbendæ. Veruntamen quia non apparet de iſto priuilegio aut conſuetudine, maximè in hac patria Del-
1 phinali, † quæ eſt ſeparata & diuerſa à regno Frãciæ: iuxta notat.per Bartol.in l.ſi conueniat.§.ſi nuda.ff.de pignor.actio.& per Bald.poſt gloſſ.in l.iij. ff.de offic.præſid. & per gloſſ.in pragmatica ſanctione in proœmio, ſuper verbo, Delphinatũ.vbi te
2 net, † quòd regnum Franciæ non comprehendit Delphinatum, nec ordinationes patriæ, ſe extendũt ad hanc patriam: quia iſta patria non venit acceſſoriè, ad regnum: ſed principaliter, & vtitur iure ſtatuto, & ſub ſeparatis & diuerſis ſtatutis. & ideò ceſſante priuilegio aut conſuetudine, non eſt dubium, quòd principes ſeculares, ſeu laici non poſſunt prætendere aliquid ius nominandi, aut eligendi, in eccleſia catedradi, ſeu collegiata.capit.cùm terra.capitu. Meſſana. cap.quiſquis. cap. cùm inter.de electio.aliàs diceretur fieri electio per abuſum laicorum, & incurreretur ſententia excommunicationis ipſo facto.capit.ſciant cuncti.de electio.libr.vj. facit capit.nobis.cum ibi notatis, de iure patrona. & licèt in eccleſia non collegiata in fundatione poſ-
3 ſit acquiri ius patronatus, † de gratia tamẽ ſecus in
4 eccleſia collegiata: vt ibi habetur. † Quinimò patronus laicus ex conſuetudine, non poteſt acquirere ius intereſſandi in capitulo eccleſiæ collegiatæ: quia eſſet cõtra libertatem eccleſiæ.dict.c.ſi quis.& c.quod ſicut.licèt facta electione debeat præſentari patrono.& eſt ratio ſecundum Innocen. & Panormita.in dict.capit.quod ſicut.quia per electionẽ cõtrahitur matrimoniũ ſpirituale, & eſt actus ſpiritualis: iuxta notat.per gloſſ.in capit.quanto. lxiij. diſtinctio.ſed laicus non eſt capax iurium ſpiritualiũ.cap.decernimus de iudic.c.cauſam.de præſcrip. ſecus eſt in iure patronatus: quia non acquiritur ius ſpirituale.& licèt à principio eccleſia cõceſſerit aliquibus principibus poteſtatem prouidendi in eccleſijs.c. Adrianus.lxiij.diſtinctio.tamen ex poſt facto fuit reuocatum.ca.ego Ludouicus.ead. diſtinctio.& pro hoc facit capit.generali.de electio. libr. vj.vbi non valet conſuetudo laicorum, quòd beneficio vacante habeant cuſtodiam, aut iure regaliæ: quinimò ſecundum pragmaticam ſanctionẽ prohibentur Reges aut principes, cõmunitates, aut alij ſeculares porrigere preces pro aliquo, aut inferre comminationes quominùs electio liberè fieri va-
5 leat: multò fortiùs in caſu iſto, vbi iſte † creationes ſunt de iure prohibitæ, cùm videatur inducere votũ captandæ mortis.capit.quamuis.de præbend. libr. vj.& in pragmatic.ſanctio.de collationi.capit. j. in fine. Nec obſtat præmiſsis ſi dicatur quòd Rex Frãciæ inungitur & conſecratur diuinitùs ex oleo ampulæ, vt referũt Ioan. And.& Geminia.in cap.ij. de
6 præbend.libr.vj. † & ad ſolum tactum ſanant infirmos de quadã infirmitate: vnde ibidẽ referũt, quòd Rex Franciæ & Rex Angliæ in certis eorum eccleſijs dicũt ſe habere collationẽ præbendarum.& ius regaliæ: quia ad iſtud reſpondetur, quòd hoc poteſt procedere ex priuilegio, non autem ex conſuetudine, vel præſcriptione, & hoc ſede vacante: & pro hoc facit cap.dilectus.le ij.de præbend. nam talia iura non cadũt in laico, etiam per præſcriptionẽ cuius iuri non ſtat memoria hominis in contrarium. c.cauſam.de præſcript.ſecundum Ioan. And.& Geminia.in dict.ca.ij.& licèt inungantur.ca.vnico.de ſacra vnctione: nõ tamẽ conſequuntur ordinẽ, nec recipiunt poteſtatem, ſuper iuribus eccleſiaſticis: ſecundum gloſſ.in capit.valet.lxiij.diſtinctio.& Specula.in titu.de lega.§.nunc oſtendendum.verſicul.
7 xxxix. † & licèt Imperator, aut Rex quando inunguntur nõ recipiant ordinem ſubdiaconalẽ, ſed militarẽ caracterẽ: tamẽ gerit officiũ ſubdiaconatus: quod miniſtrat Epiſcopo: ſecundum glo.in dict.capit. Valentinianus.& licèt d.glo.loquatur in Imperatore: tamen idẽ dicerem in Rege Franciæ, qui conſecratur & inungitur diuinitùs, & iſtud facit ad quandam conſuetudinẽ, quæ ſolet vigere in curia Romana, quando Imperator, aut Rex Franciæ ibi reperiuntur, quòd in miſſa Romani pontificis Imperator dicit euangelium, & Rex Franciæ epiſtolam, ſed puto quòd iſtud ſit ſolum quò ad officium ſubdiaconi, quòd Imperator vel Rex Franciæ habeãt dicere dumtaxàt epiſtolam, & prout audiui dici à quodam Corteſano curiæ Romanæ, qui interfuit in quadam vigilia natiuitatis domini, dum Im

perator Fredericus vltimo defunctus interfuit in miſſa mediæ noctis Romani pontificis ipſe fecit officium ſubdiaconi,dicendo epiſtolam.de hac materia vide per gloſſ.in pragmatic.ſanctio.in titu. de collationibus,ſuper verbo, regaliæ.vbi tractat,an ad Regem Franciæ in eius regno ſpectet collatio beneficiorum de iure regalię.& quòd ſupradictum fuit,quòd Imperator gerit officium ſubdiaconi cõminiſtrat Epiſcopo:vide rationale diuinorũ officiorum.libr.ij.tit.de ſubdiacono.vbi refert,quòd quidem voluerunt tenere,quòd Imperator debet habere ordinem ſubdiaconatus,dum in eius coronatione dicitur adiutor & defenſor tuus, vt meum ordinem decet ſemper exiſtere.pro quo facit l.ſancta & ſacra.de rer.diuiſio.& l.j.ff.de iuſti.& iure,in princ. ibi,cuius meritò nos ſacerdotes appellat.quia ſecũdum gloſſ.ibi ſicuti ſacerdotes miniſtrãt ſacra: ita & Imperator in condendo leges quæ ſunt ſacratiſſimè l.leges.C.de legi.ſed ſecundum rationale, vbi ſuprà,licèt non recipiat ordinem ſubdiaconatus,gerit tamen illud officium, quoniam in die ordinis ſiue receptus primò in canonicum à canonicis ſancti Petri miniſtrat domino Papæ in officio ſubdiaconatus parando calicem & huiuſmodi ſimilia faciendo:vide Præpoſi.in d.cap.Valentinianus.lxiij. diſtinctio.in fine,vbi tenet,quòd per illam gloſſ.reprobatur opinio vulgarium,quæ habet quòd Imperator ſit ſubdiaconus.& iſtud poſſet adaptari,in Rege Franciæ,qui in aliquibus eccleſijs ſui regni recipitur,vt canonicus & defert ſuperciliũ, & vt refert do.Gui.Pap.deciſi.ccxxxix.† quòd in honore Imperator & Rex Franciæ æquiparantur,ita quòd vnus non præcedat alium. nam Rex Franciæ non ſubijcitur Imperatori,nec recognoſcit ſuperiorem, in temporalibus.ca.per venerabilem qui fil.ſint le-
9 gi.† & Rex Franciæ in regno ſuo dicitur Imperator:ſecundum Bald.in l.exemplo.C.de probatio.& pro præmiſsis facit quod voluit frater Anthonius. in ſumma,tertia parte titu.xiij.capitu.viij.§.ij. vbi oleum materiale cõſecratum ab Epiſcopo in cœna domini cathecumenus,ante baptiſmum,& ſacerdotes cùm ordinantur manus eorum,& Reges hodie non eſt ſacramentum:ſed quid ſacramentale. Adde Speculat. in tit.de legato.§.nunc tractemus. verſi. ſed nunquid.vbi loquitur de Rege Franciæ, quòd Papa vel legatus quãdo conferet præbendas de patronatu laici,vt in eccleſia Lugdunenſi,quòd Rex Franciæ ſe opponeret.& in titu.de præbend.§.re-
10 ſtat.in fine,refert de Imperatore, † quòd habet in Alamania priuilegium quòd poſsit facere recipi in qualibet eccleſia vni,& ibi etiam Ioan.Andr.in addi.loquitur de Regibus Franciæ & Angliæ, quòd in quibuſdam eccleſijs vacantibus habent collationem beneficij,& quòd in terminis recipiũt temporalia,licèt ſit contra.cap.generali de electio.lib.vj. & in titu.ne iudi.vacant.ad finem,quòd vacante ſede Epiſcopali de conſuetudine aliqui principes habẽt gardiam & cuſtodiam & adminiſtrationem bonorum Epiſcopaliũ. & aliqui Reges habent regalia volentes percipere fructus etiã conferendo præbendas ſicut Rex Franciæ in eccleſia Charnotenſi, vide domi.de Rota in antiquis deciſi.cccxlj.quòd valet conſuetudo:quia Epiſcopus in iucundo aduentu ſuo poſsit ponere in aliqua eccleſia vnum canonem. Adde Archidiaco.Præpoſi.in cap.lectis.lxiij.
11 diſtinctio.† quòd Reges ſunt patroni in Epiſcopalibus.Bald.in capit.quanto.de iudi.per gloſſ.in regula cãcellariæ.xl.& ibi de Regibus Francię & Hiſpaniæ,nam principes tenentur defendere res eccleſiæ.ca.Adrianus.le ij.diſt.lxiij.cap.principes.xxiij. quæſtio.v.& ad id poſſunt compelli.ca.adminiſtratores.xxiij.quæſtio.v. Adde gloſſ.in §.nullus autẽ.
12 verſic.ſacra.inſtitu.de rer.diuiſio.vbi refert † quòd olim Imperatores erant ſacerdotes: vt in canonibus dicitur.& pro hoc facit ſecundum Ioan. Fabr. & Angel.Aretin.ibi,quia Imperator conſecratur. cap.venerabilẽ.de electio.clemen.Romani.de iureiurãd.licè impropriè ſumitur in hoc conſecratio:ſecundum Hoſtien.in dict.capitu.venerabibilem. & idem tenet glo.in l.ſacra.ff.de rer.diuiſio.quòd Imperatores erant olim ſacerdotes.& Ange.Aretin.in dict.§.ſacra.tenet,quòd ſacerdotium & Imperium fuerunt ſimul in vnam & eadem perſonam, ſed ſacerdotium per prius & Imperium per poſterius. Et pro præmiſsis facit: quia Imperator dicitur ſacratiſsimus. vt in procœmio.C. & ibi gloſſ. quæ reddit rationem,vel quia vnctus,vel quia condidit ſacras leges:vide Ioan.de Imol.in rubro.ff.de verbo. obliga.vbi ponit quatuor cauſas,propter quas Imperator dicitur ſacratiſsimus,& ibi tenet, quòd nõ confertur Imperatori ſacer ordo:ſed militaris: ſecundum gloſſ.in c.Valentinianus.lxiij.diſt.licèt in apparatu ſubdiaconali,ex priuilegio,vel ex vſu Romanæ curiæ deſeruiat Papæ in miſſa, & præſertim in miſſa natiuitatis,ſi ibi reperiatur, & idem quòd poſsit deſeruire in miſſa cuiuſlibet Epiſcopi.& Specula.in titu.de lega.§.nunc.oſtendendum.verſicul. xxxix.& in ratio.diuinorum offi.lib.ij. eod. de ſub
13 diaco. Adde tamen,† quòd Imperator præexcellit alios Reges qui coronatur triplici corona, videlicet ferri argenti & auri:ſecundum.gloſſ.in clemen. Romani de iure iuran.ſuper verbo,veſtigijs. & per Aluarotum in capitul.j. quis dicatur Dux Comes vel vaſallus,vide gloſſ.in dict.clemen.Romani.ſuper verbo,dyadema,vbi declarat,quòd dicitur corona compoſita auro,& lapidibus præcioſis. Adde gloſſ.& Panormi.in ca.vt quiſque.de vit.& honeſt. clerico.& in capit.j.de cleric.non ordi.miniſt,quòd laicus non ſubdiaconus non debet dicere epiſtolã in apparatu ſeu veſtibus ſacris,nec in pulpitro,aliàs ſecus in neceſsitate.

ARGVMENTVM.

De dono charitatiuo principi ob nouum aduentũ faciendo.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati & nobiles qui ſe à tallijs immunes prætendunt,à domo charitatiuo eximentur.*

2 *Subditi nouũ principem adire uacuis manibus non debent.*

3 *Epiſcopus charitatiuum ſubſidiũ à ſubditis rationabili ſubſiſtente cauſa petere poteſt.*

4 *Capitulum ſede uacante charitatiuum ſubſidium imponere poteſt.*

5 *Epiſcopus pro iucundo aduentu charitatiuum ſubſidium, an petere poßit.*

6 *Reges charitatiuum ſubſidium imponere cùm eorum menſa non ſufficiat,poſſunt.*

7 *Tributum ut ſoluatur pro Imperatoris coronatione cõſuetudo ualet.*

Conſuetu-

8 *Conſuetudo in iucundo principis aduentu ſeruanda.*
9 *Epiſcopus in iucundo eius aduentu canonicũ creare poteſt.*
10 *Cauſæ tres ob quas princeps collectam indicere poteſt.*
11 *Charitatiuum ſubſidium, an locum habeat in prælatis Epiſcopo inferioribus.*
12 *Collecta ſi pro nouo principis aduentu fiat, omnes ſoluere tenentur.*
13 *Priuilegio exemptionis neceßitatis tempore locus non eſt.*
14 *Nobiles ad collectas publicæ & communis utilitatis ratiõe factas tenentur.*

Quæſtio MXXV.

QVAERITVR an pro iucundo aduentu
Regis pro prima vice quando viſitat eius re
gnum, aut Delphinatum intrando in aliqua ciui-
tate vel villa, an ſit iuſta cauſa petendi charitatiuũ
ſubſidium ſeu imponẽdi collectam ſeu talliam ſub
ditis, cauſa faciendi donum Regi, ſeu alterius prin
cipi? Et in effectu iſta quæſtio fuit in hac ciuitate
Grationopolis, in primo aduentu Regis Caroli
VIII. domini noſtri Delphini: quia ciuitas impo-
1 ſuit collectam pro dicto dono, & aliqui vti † aduo
cati & nobiles dicebant ſe exemptos per libertatem
patriæ, vbi à tallijs Delphinalibus eximuntur nobi
les nobiliter viuentes, & clerici clericaliter viuẽtes,
& licèt regulariter, quando collecta reſpicit publi-
cam vtilitatem, non poſsit imponere, niſi per ſolum
principem. l. j. C. de ſuper indic. ſecus autem ſi con-
cernat neceſsitatem ciuitatis: ſecundum Bartol. &
Ioan. de Platea ibi, pro quo allegat gloſſ. in l. j. §. j.
ff. quod cuiuſque vniuerſita. & per Bartol. in l. iiij.
§. actor ff. de re iudicat. & ita eſt in propoſito: quia
cauſa iſtius collectæ concernebat honorem, neceſsi
2 tatem & vtilitatem dictę ciuitatis: † quia ſubditi nõ
debent ſe repreſentare pro prima vice eorum domi
no, manu vacua. Exodi xxiij. & Deuteronomi. xvj.
& de conſecratiõe diſt. j. c. omnis chriſtianus. & pro
hoc facit c. cũ appoſtolicus. verſi. prohibemus. de cẽ
3 ſi. vbi eorũ cauſa rationabili, & manifeſta, † Epiſco
pus poſſet petere charitatiuũ ſubſidiũ à ſubditis. fa
cit c. conquerente. de offic. ordi. vbi ratiõe cathedra-
tici, ſeu ſynodatici ſoluuntur per quemlibet duo ſo
lidi Epiſcopo. & quæ ſit iuſta cauſa imponẽdi iſtud
charitatiuum ſubſidium, vide Innocen. & Panor-
mita. in cap. j. de ſtatu monacho. puta quando Epi-
ſcopus vult ire ad Papam, vel ad concilũ, vel ad Re
gem pro communi vtilitate eccleſiæ, & in hoc tenẽ
tur cõtribuere monaſteria religioſorum, eſto quòd
ſint exempti à lege diœceſana. capitu. quænam ſit.
decimaoctaua quæſtio. ſecunda, & licèt gloſſ. in c.
vnio. decima quæſtio. tertia, teneat, quòd non ſit iu
ſta cauſa petendi huiuſmodi ſubſidium quando
itur ad Papam vel Regem: tamen ſecundum Archi
diaco. ibi quando pro aduentu Regis incombit o-
nus Epiſcopo poteſt petere huiuſmodi charitati-
uum ſubſidium: vnde gloſſ. in capitu. cupientes. §.
4 electum. de electio. in vj. † quòd capitulum ſede va-
cante poſſet imponere huiuſmodi charitatiuum
ſubſidium, vide in clement. j. de exceſs. prælato. ver-
ſicu. in exhibendo, vbi exempti tenerentur ad huiuſ
modi charitatiuum ſubſidium, dummodò ſit mode
ratum. & hoc ibi tenent Anthio. de Butr. & Panor.
quos refert & ſequitur de Bellencijs in addi. ad Pa-
normit. in d. c. cùm apoſtolus. & hoc etiã tenet Car-
di. Florẽ. in d. clementi. j. verſ. nonnulli. in j. q. & ſe-
quenti, & pro hac parte facit quòd exempti teneantur. l. neminem. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. vbi in aduen
tu principis omnes tenentur: quia iſtud cẽſetur mu-
nus ordinarium, ſeu reale, quo caſu etiam officiarij
tenentur: iuxt. not. per Barto. in l. j. C. de immuni. ne
mi. conceden. & per Præpoſi. in cap. j. quæ ſunt rega
liæ, vbi tamen dignitas quãdo princeps in eius ad-
uentu accipit plauſtra & naues ſubditorum, quòd
debet ſoluere, & quòd pariter Imperator propter
defenſionem Imperij imponat collectam ſeu talliã,
quòd poteſt facere cum ſit de regalij: tamen vaſal-
li dominorum inferiorum qui tenentur eorum
domino, quòd nõ tenentur contribuere, ne duplici
onere grauentur. l. nauis onuſtæ. §. autẽ. ff. ad legẽ.
Rod. de iact. ſecundum And. de Iſar. vide in l. me-
dicos. C. de profeſſ. & medic. libr. xj. quòd doctores
ſaltem actu legentes non tenentur ad onera colle-
ctarum ſiue ordinaria ſiue extraordinaria. & idem
in aduocatis qui nõ debẽt adhiri ad aliquod onus,
per quod poſſent diuerti ab officio aduocationis,
nec pariter debet eis imponi aliqua perequatio. l.
ſancimus. la j. C. de aduoca. diuerſ. iudi. Sed reddeun
5 do ad quæſitũ, an † Epiſcopus pro iucũdo aduentu
poſsit petere charitatiuum ſubſidiũ à ſubditis, gloſ.
in pragmatic. ſanctio. in tit. de annatis, ſuper verbo,
annatarũ tenet; ꝙ nõn. xxiij. quæſtio. j. capit. multa
re. quia iſtud non videtur concernere ſtatũ eccleſię:
ſed facit in contrariũ. ca. ſi debita. cum ibi not. de re-
ſcript. lib. vj. & in c. vt præterite. de elect. quãdo præ
latus eſt oneratus pro debitis proſecutionis electio
nis relinquo cogitandũ. Adde Bald. in cap. conque
6 rente. de offic. ordi. † quòd Reges poſſunt impone
re iſtud charitatiuum ſubſidiũ, quando eorum men
ſa non ſufficit. Bald. & Alexand. in l. diuortio. §. ob
donationes. ff. ſolu. matrimo. verſic. item ſi locatio
agri. & Oldrad. conſil. cxxix. incipiente, in quæſtio
ne, quòd illud quod datur archidiacono pro ſuo iu
cundo aduentu, non venit in collationem? Adde l.
7 j. C. de auro coro. libr. x. † quòd valet conſuetudo, vt
ſoluatur tributum pro coronatione Imperatoris
ſeu Regis. facit l. Iudæorũ. C. de iudę. c. j. §. firmiter.
de pace iuramen firmand. & ſic pro nouo aduentu
8 ad coronam. Adde † quòd debet ſeruari conſuetu-
do in iucundo aduentu alicuius principis, aut pro-
cõſulis, ſeu legati. l. obſeruare. §. antequàm. & l. ſi in
aliam. & ibi per gloſſ. & Bal. ff. de offic. proconſul.
& lega: & per domi. de Rota in antiquis, deciſio.
9 cccxlj. & ibi de iucundo aduentu Epiſcopi, † quòd
poſsit creare vnum canonicum, in aliqua eccleſia.
Adde domi. Rota in antiquis, deciſi. dcccxlj. quòd
valet conſuetudo, quòd Epiſcopus in eius iucundo
aduentu poſsit ponere vnum canonicum in aliqua
eccleſia, & in iſta collatiõe Epiſcopi Archidiaconus
habeat palafredum. Adde gloſſ. in l. placet. C. de ſa-
cro ſanct. eccleſ. verſicul. poſtremo. ſuper verbo, ca-
10 nonica. vbi loquitur de † triplici cauſa collectæ: vt
quia naſcitur filius principis, vel facit filium mili-
tem, vel duxit vxorem, & ſuper verbo, ab hijs: quan
do Imperator imponit tempore facultatis ſuperint:
dictum, vide Bartol. in l. nullus. C. de cur. pub. libr.
xij. Adde tamen quòd iſtud charitatiuum ſubſidiũ
non debet peti, niſi in ſubſidium: quando Epiſco-
pus non habet vnde ſibi ſubuenire: aliàs ſecus: ſe-

cundum Archid. in can. vnio. x. q. iij. Panormita. in capit. apoſtolus. §. prohibemus. de cenſi. Alexan. in l. placet. C. de excuſa. muner. libr. x. in addi. ad Bartol. † An autem iſtud charitatiuum ſubſidiũ habeat
11 locum in prælatis inferioribus Epiſcopo, vide Cardina. Floren. in clemen. j. §. ead. de ſupplen. neglig. prælato. in fin. qui videtur tenere, quòd ſic in eccleſiis exemptis: vide in capit. cùm apoſtolus. verſi. prohibemus. & ibi glo. Adde Bartolum in l. j. §. quod ſi nemo. ff. quod cuiuſque vniuerſi. nomine, quòd nõ poteſt imponi collecta, vt donetur alicui, quia illud appellatur decretum ambitioſum. l. ambitioſa. ff. de decret. ab ordi. facien. & ibi Bartol. qui tenet, quòd decuriones ciuitatũ poſſunt donare aliquid ambaſiatoribus & legatis venientibus, & ſic ex cauſa poſſent donare: vide Bartol. in l. j. C. de mulie. & in quo loc. libr. x vbi tenet, quòd de iure ciuitas quæ recognoſcit ſuperiorem, non poteſt imponere collectam, vt donet principi: ſecus de facto. Si verò ciuitas non recognoſcat ſuperiorẽ poteſt imponere collectam, prout ſibi placet: vide Bald. in l. etiam. C. de executio. rei iudicat. quòd ciuitas ſeu communitas poteſt imponere collectam, quando vult facere honorem alicui Cardinali, vel alicui venienti ad partes. Adde Ioan. de Plat. in l. ij. C. de quib. muner. &
12 præſta. ne. licc. ſe excu. lib. x. † quãdo fit in aduentu principis collecta omnes ꝙ tenentur contribuere etiã eccleſię, per text. ibi, cum glo. & iſto caſu collecta cenſetur munus ordinarium: ſecundum cauſam propterquam imponitur: ſecundũ Bar. in l. iij. qui. ff. de iur. immuni. & quod nobiles teneantur ad collectas, quando imponitur ex cauſa neceſsitatis, & publicæ vtilitatis, tenet Oldra. conſi. xcviij. ſub titul. de cenſi. Alberic. in rubric. ff. de mune. & oneri. quem ibi refert & ſequitur do. Chriſto. de Mal. Ad. de Bal. in l. iubemus nullam nauem. C. de ſacro ſan eleſ. & de Bellencijs in capit. quod non eſt. de regu.
13 iur. in additio. ad Panormita. † quòd tempore magnæ neceſsitatis nõ prodeſt priuilegium exemptionis. Adde Oldrad. conſil. xcviij. incipiente, factum tale eſt. quòd nobiles prouinciæ tenentur ad tallias fiendas gratia publicæ & communis vtilitatis pro alberga & caluacuta: vide Alber. & do. Chriſto. de Mal. ſuper rubr. ff. de mune. & one. Adde l. cũ fœliciſsimã. de quib. muner. vel præſta. lib. x. & l. nullus. C. de cur. pu. lib. xij. vbi in aduentu principis, vel in expẽſis curius, & tranſitus armigerorum nullus excuſatur etiam eccleſia. facit capitu. peruenit. de immuni. eccleſ. l. neminem. C. de epiſco. & cleri. An autem nobiles teneantur ad collectas tempore guerræ: vide per Lucam de pen. in l. fin. C. de fundi. limitro. libr. xj.

ARGVENTVM.

Conſuetudo vt mortuo prelato, & antequã ad electionem deueniatur, mors prelati principi renũcietur, non valet tanquàm contra eccleſiæ libertatem.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo in eccleſiaſticæ libertatis præiudicium facta, nõ tenet.*
2 *Conſuetudo onerosa non extendenda.*
3 *Conſuetudine introduci poteſt ut mors prælati principi denuncietur, & ab eo eligendi prælatum licentia petatur, num. 9.*
4 *Princeps an prælati electioni ſe opponere poßit.*
5 *Laici ius eligendi in aliqua eccleſia ex priuilegio habere poſſunt.*
6 *Principis cõſenſum habere in electionibus prælatorũ bonũ.*
7 *Patronus ſi electioni factæ conſenſum præſtare noluerit, quid agetur.*
8 *Conſuetudo ut de certo perſonarũ genere electio fiat, quid agendum.*
10 *Electio contempto patrono nulla eſt.*

Quæſtio MXXVI.

QVAERITVR an valeat conſuetudo, vt antequã eligatur prelatus, ꝙ nunciatur mors prelati defuncti principi, & quod habeatur eius cõſenſus ante electionẽ, vel poſt electionẽ ante cõfirmationem, vel poſt cõfirmationẽ? Et videretur di
1 cendum, quòd talis conſuetudo, † tanquàm cõtra libertatem eccleſiæ nõ teneat. ca. j. de cõſuet. c. cùm terra. de electio. licèt ille textus in fin. videtur innuere quòd poſt electionem debetur exquiri cõſenſus principis, ſeu Regis, & idem videtur probari in ca. cũ inter vniuerſas. de elect. licèt ſecũdũ Panor. ibi, loquitur in eccleſia quæ tenet feudũ à Rege, vel quia erat patronus illius eccleſiæ. per ca. nobis. de iur. patrona. quia iſtis caſibus bene valet conſuetudo, vt poſt electionem exquiratur cõſenſus principis, & ideò Panor. in d. c. cũ inter. format quæſtionẽ cùm hodie Papa prouidet eccleſijs cathedralibus, & regularibus, in illis locis in quibus erat dicta cõſuetudo: nam cũ prouiſio Papæ habuit vim electionis & cõfirmationis, videtur quòd teneatur requirere, ſicuti tenebatur ipſum capitulũ. Sed in cõtrariũ decidit, quia Papa prouidet iure ſuo, & nõ vice capi-
2 tuli, † & cõſuetudo oneroſa eccleſiæ introducta cõtra capitulũ nõ debet extendi ad aliã perſonã: ſecũdum Innoc. in cap. fin. de offic. ordi. vide in c. quod ſicut. de electio. vbi videtur probari, quòd poſt electionẽ valet conſuetudo, vt præſentetur principi, vt preſtet ſuum aſſenſum, licèt non valeret cõſuetudo: vt in eccleſia collegiata, quòd princeps laicus habeat ius eligẽdi, aut intereſſandi: ſecundũ gl. ibi ca. ſacro ſanct. & capit. Meſſana. de electio. Veruntamẽ ſecundũ Inno. & Panor. in d. cap. quod † ſicut.
3 propter cõſuetudinẽ introduxi, vt mors prelati nuncietur principi, & ab eo petatur licentia eligẽdi prælatũ, itaq. aliter electio facta nõ tenet: intereſt enim principi ne eligatur aliquis ſibi ſuſpectus, qui poſſit reuelare ſecreta regni ſui. argumẽto. l. omnes de
4 lictum. §. exploratores. ff. de re milit. † & iſta ratiõe aduerſus electionẽ factam prælatis poteſt Rex obijcere, quòd habet electũ ſuſpectũ: & hoc probato poterit electio irritari: ſecundũ Inno. in c. ſuper hijs. de accuſa. & ibi declarat cauſas ſuſpitionis, vt quia princeps timet de cõiuratiõe, ſeu proditione patrię; ſeu reuelatiõe ſecretorũ ſuorũ, & hoc ratiõe patrię, vnde electus eſt oriundus, vel propter parẽtes ſuos, qui ſibi fuerunt infeſti: & tunc ſatis eſt audiendus princeps cũ appareat de ſuo intereſſe, & hoc eſt ſingulariter notãdum: ſecundum Panormita. ibi, & ex hoc dicto infert Panor. in d. cap. quod ſicut. §. ſuper eo. ꝙ ex prædicta cauſa ſuſpitionis põt princeps ſecularis nõ admittere inſtitutũ per Papã. & licèt Panor. in d. c. quod ſicut. arguat, ꝙ non debeat irritari electio. quando non fuit nuntiatũ principi: quia per hoc impeditur libertas eccleſię: tamẽ dicit ꝙ cõmuniter tenetur dict. Inno. vide Panormi. in c. quiſ

quis. de

5 quis. de elect. qui tenet † φ laici bene poſſunt habere ius eligendi ex priuilegio in aliqua eccleſia. c. Adrianus. lxiij. diſt. ſecus ex conſuedine: quia non poteſt ex tali cõſuetudine acquiri ius eligendi in laicũ etiã per tempus cuius memoria hominis nõ exiſtat in contrariũ: ſecundũ Io. And. in c. ij. de præbẽ. lib. vj. & Panor. in c. Marſana. de elect. Sed redeundo ad quæſitũ: vide latiùs per Panor. in d. ca. cũ terra. vbi primò ſecundũ Inno. tenet, φ talis conſenſus principis requiritur poſt cõfirmationem, niſi aliud cõſuetudo habeat. & cõſequenter ſecundũ Panor. ceſſante cõſuetudine capitulũ ante vel poſt nõ tenetur requirere cõſenſum principis, vbi nõ eſt pa-
6 tronus, † licèt de honeſtate eſſet bonũ habere cõſenſum principis, ne poſsit in futurũ opponere aduerſus electũ, quòd habet eũ ſuſpectũ: aut eccleſia habet patronũ, & tũc poſt electionẽ debet requiri cõ-
7 ſenſus patroni: † ſi aũt nollet cõſentire ſine cauſa rationabili: nõ propter hoc caſſabitur electio: ſed examinabuntur cauſæ legitimæ: aut cõſuetudo ſuper hoc diſponit, & tunc valet, vt requiratur conſenſus poſt electionem: & tũc talis cõſueudo valet: & ſi diſcentit ſine cauſa legitima non retractabitur electio, aut habet cõſuetudo, vt electio dependeat à facultate, ſeu voluntate principis vel alterius, & tũc non valet: quia tolleret libertatẽ eligendi: ſecus ſi reſtringat libertatẽ. c. ij. de in integr. reſti. & pariter be-
8 ne valeret conſuetudo: † vt debeat fieri electio, vt debeat fieri de certo genere perſonarũ: ſecus de certa perſona: ſecundũ Panor. in d. ca. cùm terra. argu. c. licèt. de electio. & tandẽ Panor. in d. ca. cũ terra. tenet poſt Inno. in d. c. quod ſicut. φ bene poteſt con-
9 ſuetudine introduxi, † φ mortuo prælato ante electionẽ nuncietur principi, & habeatur eius cõſenſus eligendi propter intereſſe principũ non de certa perſona: ſed quòd princeps admoneat capitulũ ad eligendũ aliquẽ bonũ, & ſibi fidelẽ, vt defendat eccleſiã ab oppreſsionibus aliorum: & nequid prouitatis in electione intercedat, quod eſt menti tenẽdũ ſ(e)c(un)d(u)m ipſum: vide per gl. in prag. ſanctio. de elect. c. j. ſuper verbo, procurabit. quod eſt licitũ porrigere preces pro aliquo digno. De hac materia vide latè in pragma. ſanctio. de electio. c. j. ſuper verbo, põtifex. allegat etiã gl. in c. j. lxij. diſt. & ibi refert quòd in multis eccleſijs Frãciæ ſeruatur cõſuetudo. Vide glo. in prag. ſanctio. de electio. c. ij. §. Veruntamẽ Panor. in ca. j. de elect. c. ex parte. de teſt. glo. & Gemi. in c. vt circa. de elect. lib. vj. Vide gl. in ſumma. lxiij. diſt. in. quę videtur facere differentiã inter electionẽ & præſentationẽ in caſu iſto. & gl. in c. aretina. ead. diſt. in. Adde Panor. in c. quiſquis. de elect. qui ponit duas limitatiões, vt laici habeãt ius eligẽdi in eccleſia, videlicet ex priuilegio vel conſuetudine: ſed nõ approbat: ſecũdũ allegata. Ioan. And. in c. ij. de prębẽ. lib. vj. in nouella, facit c. nobis. de iur. patro. Adde Gemi. in c. vt circa. §. edicto. de electio. lib. vj. qui refert Inno. in d. c. ſuper hijs. de accuſ. & Io. Andr. in ca. nobis. de iur. patro. φ princeps põt habere ſuſpectũ electũ ex duplici cauſa, vt quia habuit originẽ à patria inimica, vel parẽtibus inimicis, & Gemi. allegat etiã Oldra. cõſ. ix. φ vaſallus eccleſiæ ſe põt opponere. Adde Panor. in c. j. de cõſue. poſt Inno. in d. c. quòd ſicut. de elect. φ valet cõſuetudo, φ vacante eccleſia non procedatur ad electionẽ, niſi priùs nũciato principi, & poſtulato eius conſenſu, ad eligendũ in genere non de certa perſona. c. cum terra. de electio. vide glo. in c. aretina. lxiij. diſt. in. φ valet cõſuetudo requirẽdi licentiã principis, verũtamẽ in eius abſentia, ſufficit cõſenſus eius locũtenẽtis, ſeu eius vicarij: ſecundũ Archid. Præpoſi. ibi, Bal. in c. cũ venerabilis. de cõſue. Adde glo. in cap. hoc. de ſymo. quãdo Reges, aut alij principes ſunt
10 patroni aliquarũ eccleſiarũ, † tũc in electiõe prælati requiritur cõſenſus, aliàs nõ teneret electio: ſed ſecundũ Panor. in hoc procedit ex priuilegio: vt in Rege Frãciæ & certis alijs principibus orbis, aliàs ſecus, nec valeret conſuetudo. de quo vide ibi Panor. vide Spec. in tit. de lega. §. nunc tractemus. verſi. ſed nunquid. & in tit. de prębẽ. §. reſtat. in fin. & in tit. ne ſede vacan. in fin. & ibi de cuſtodia laicorum vacante ſede Epiſcopali. & do. de Rota in antiquis deciſi. cccxlj. & per Archid. in c. lectis. lxiij. diſt in ct. Bal. in c. quanto. de iudi. gl. in regula cãcellarię. xl.

ARGVMENTVM.

De tẽpore ad eligẽdum vel pręſentãdum cõſtituto.

SVMMARIVM.

1 *Tempus eligendi & præſentandi quod ſit.*

Quæſtio MXXVII.

QVAERITVR de tempore quo datur ad eligendũ, aut ad pręſentandũ electione? Et in effectu in dignitatibus de quibus in c. ne pro defectu. de electiõe, vti in electiõe pręlati cathedralis eccleſiæ, aut regularis dantur tres mẽſes ad eligendũ: ſed in alijs beneficijs inferioribus dantur ſex mẽſes, à tẽpore vacatiõis. & intelligitur de prælato cathedralis eccleſię, id eſt, de Epiſcopo: quia iſto caſu eccleſia dicitur viduata: ſecundũ Panor. in d. c. ne pro defectu. & conſequenter poſt electionem debet præſentari electio infrà tẽpus arbitrariũ infrà quod cõmodè poterint præſentari. cap. quam ſit. de electio. libr. vj. & ſi fuerint negligentes in præſentando per octo dies. poſtquàm commodè potuerint, tunc priuantur commodo proſecutionis dictæ electionis, licèt non fiat præiudicium electo. capit. cupientes. §. cæterum. de electio. libr. vj. & hoc procedit etiam in alijs electionibus quàm prælatorum: ſecundum gloſſ. in dict. capitu. quàm ſit. aliud eſt verò tempus ad conſentiendum, videlicet vnus menſis à tempore præſentationis, aliâs lapſo menſe electus priuatur ſuo iure. dict. capit. quàm ſit. niſi ſit perſona quæ non poſsit conſentire ſine licentia ſuperioris: quia tunc non currit dictus menſis, niſi à tempore licentiæ obtentę, aliud eſt tempus trium menſium ad petendum confirmationem, aliud eſt tempus trium menſium ad petendum conſecrationem, aliud eſt tempus trium menſium ad petendum pallium à tẽpore conſecrationis: ſecundum glo. in ca. ſi electio. de electio. libr. vj.

ARGVMENTVM.

Tempus eligendi capitulum, an arctari poſsit.

SVMMARIVM

1 *Manus citò imponenda non eſt.*
2 *Capitulum qui congregare poteſt, an terminum conſtituere & abbreuiare poßit.*
3 *Quid ſi quis non fuerit, qui capitulum cõgregare poßit, an*

capitulum terminum præſcribere poſsit.
4 *Abbreuiationis electionis termini iuſta cauſa quæ ſit.*

Quæſtio MXXVIII.

QVAERITVR an capitulum ex cauſa poſſit reſtringere, & abbreuiare terminum à iure præfixum ad eligendum & conuocare abſentes: vt in termino aſsignato habeant intereſſe, aliâs quòd præſentes poſsint procedere ad electionem, dumtamen faciant maiorem & ſaniorem partem capituli? Et dicendum eſt quod ſic.capitu.cùm nobis.de electio.nec tenētur præſentes expectare finem termini menſium: quia mora in talibus eſt noxiua: dūtamen terminus non ſit nimium breuis: ſecundum
1 verbum apoſtoli: dicentis † nemini citò manum imponas: vt ibi habetur.& idem eſt in alijs actibus ca
2 pituli, ſecundum Panormitanū ibi, † ſed an ille ad quem ſpectat poteſtas congregandi capitulum, poſſit præfigere & abbreuiare vnum terminum. Innocen.in dict.capitu.cùm nobis.ſentit quòd ſic.ſed in capitu.eccleſia veſtra.le.ij.eodem titu.tenet contra rium.& iſtam partem tenet domi. Anto. de Buttrio & Panormita.licèt talis ad quem ſpectat poteſtas cōgregandi, poſsit conuocare alios, & ponere ipſos
3 in contumacia. † Si verò non ſit aliquis ad quem ſpectat poteſtas congregandi, an iſto caſu capitulum poſsit præfigere terminum, ſunt tres opiniones. prima gloſſ.in dict.capitu.cùm nobis. quòd maior & ſanior pars poteſt conuocare alios. Secunda opinio Hoſtien.quòd requiruntur duæ partes collegij. Tertia opinio, quòd præſentes poſſunt monere abſentes, etiam ſi vnus ſolus eſſet præſens.pro quo facit capitu.gratum.& quod ibi notat Panormita.de poſtu.ibi verò diſtinguit? Et in effectu tenet, quòd requiruntur duæ partes collegij. Nec obſtant iura quę dicunt, quòd ſit ſtandum maiori & ſaniori parti capituli: quia intelliguntur, quando collegium eſt congregatum, aliâs ſecus. & iſto caſu ex cauſa talis terminus poteſt abbreuiari: ſecus ſine cauſa non.capitu.indultum.de regu.iur.lib.vj. Quid autem quando capitulum eſt congregatum, & aliqui de capitulo recedunt, an alij præſentes poſsint procedere ad electionem, vide per Panormit.in dict. capit.cùm nobis.& per gloſſ.in pragmatic.ſanctio.in titu.de autho.& poteſta.conſili.cap.j. ſuper verbo, abbreuiatione.& per Hoſtien.in ſumma. de elect.
4 §.qualiter.faciendo. † & dicitur eſſe iuſta cauſa abbreuiationis termini, quādo inſtat finis termini iuris, vel propter metum tyranni, quo caſu etiam præſentes poſſent eligere abſentibus non vocatis. cap. quia propter.de electio.& de materia facit quod habetur per Bart.& cæteros in l.ij.ff.de re iudi. an iudex poſsit abbreuiare dilationem iuris.

ARGVMENTVM.

Prælatus an capituli appellatione contineatur.

SVMMARIVM

1 *Dignitates habentes ſumpto propriè uocabulo capituli appellatione non ueniunt.*
2 *Vocem primam in capitulo quis habeat.*
3 *Capituli conuocatio habita rationis inſtitutione cuius ſit.*
4 *An ad eſſe collegij ut prælatus ſit, neceſſum ſit.*
5 *Capitulum ſine capite acephalùm collegium dici certum.*

Quæſtio MXXIX.

QVAERITVR quia tàm ſtatutis quàm conſuetudine dictæ eccleſiæ beatę Marię Grationopolis decanus eſt prælatus capituli, & prȩſidet in capitulo, an contineatur appellatione capituli: Et in effectu † propriè loquendo habens dignitatē: non eſt de capitulo: ſed ſolùm ſoli canonici faciunt capitulum: vt in c.nouit.& cap.quanto. de hij. qui fiunt à prælat.& per Inno.& Panor.in c.ij. de inſti. Veruntamen in hoc ſtandum eſt conſuetudini, ſicu
2 ti de conſuetudine dictæ eccleſiæ; † decanus habet primam vocem, & concludit voces.c.auditis. & ibi Panormi.de electio.aliâs ceſſante conſuetudine canonicus qui eſt maioris authoritatis, ſeu antiquior
3 habet primam vocem.c. Iſidorus.xvj.diſtin. † quia ſpectat conuocatio capituli ad antiquiorem reſpectu inſtitutionis, & eſſe primum in voce, in ſubſcriptione, & in ſedendo.& alijs cōſimilibus. c. ſtatuimus.de maiori.& obedię.& per not.per Inno.& Pa
4 nor.in c.j.de maior.& obedię. † nam ad eſſe collegij, non requiritur de neceſsitate, quòd ſit prælatus. argumen.l.j.ff.quod cuiuſq; vniuerſi. ſecundū Inno.in c.cùm non ignores.de præbend. quòd eſt verū de prælato ſpirituali: ſed de prȩlato ſeu capite generali vti Papa aut Epiſcopo, bene debet eſſe colle
5 giū ſub aliquo: † aliâs diceretur acephalū collegiū: contra iura.xcij.diſtinct.ca.nulla.de hac quæſtiōe habetur latè per glo.in prag.ſanctio.in tit.de elect. ca.j.ſuper verbo, collegium, & de hac queſtione, an decanatus ſit dignitas, & habeat locum in capitulo eccleſiæ beatæ Mariæ Grationopolis, in alio volumi. cauſarū eccleſiaſticarū fol.ccccxcj.q.v.& q.vj.vij.viij.ix.quæſt.xviij.vide glo.in c.à collatione. appellatio.lib.vj.quādo Epiſcopus non intereſt in capitulo, vt prȩlatus.& ideò cōmuniter intitulatur decanus & capitulum, & ſic copula ponitur inter diuerſa: ſecundum glo.in rubr.ff.de iur.& fact. igno.

ARGVMENTVM.

Cōſenſus in electionibus, aut alijs actibus capitularibus, an collegialiter, an particulariter præſtandus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Voces in electionibus quomodò præſtandæ.*
2 *Quid in alijs capituli actibus?*
3 *Quid in alienati one rerū eccleſiæ, aut in receptione in canonicum.*
4 *Conſenſus in communi, an præſtandus ſit.*
5 *Conſenſus per procuratorem non admittendus in explicando actu per uniuerſitatem.*
6 *Vota per literas non danda.*
7 *Conſenſus præſtitus in communi, quòd ei qui particulatim præſtatur, deliberatior cenſetur.*
8 *An in actu capituli requiratur quòd dicatur regulariter.*
9 *Cauſæ arduæ in publico conſiſtorio tractandæ.*
10 *Papa res arduas explicare, non niſi cum conſilio & conſenſu Cardinalium poteſt.*
11 *Cauſæ maiores Papæ deferuntur, Epiſcopis mediocribus relictis.*

Quæſtio MXXX.

QVAERITVR an in electionibus & alijs actibus capituli debeat præſtari conſenſus collegialiter, an verò ſufficiat præſtare conſenſum
1 in particulari? Et in effectu in † electionibus debet præſtari collegialiter.capitu.quia propter.capit. in geneſi. de electio.& in electione Epiſcopi: ſeu aliarum dignitatum de quibus in capitu.quia propter.
2 non ſufficit conſenſus in ſingulari, etiam ſi fiat capictula

pitulariter,ſed oportet quòd poſt publicationẽ fiat communis electio:ſecus in alijs beneficijs:quia ſufficiunt voces præſtitæ in ſingulari: ſecundum Innocen. Panormita.in dict.cap.in geneſi.& per gloſ.
2 in capit.ſicut.de electio.libr.vj.in alijs † verò actibus capituli,aut vniuerſitatis ſufficeret præſtare cõſenſum in ſingulari,& in camera:ſecundum glo.in capitu.dudum.de reb.eccleſ.non alie.libr.vj.de hac quæſtione etiam habetur in l.ſicut. ff. quod cuiuſq; vniuerſi.& per Bart.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.in ij.quæſt.principali.& per gloſſ.in pragmati. ſanctio.de elect.c.j.ſuper verbo,conueniat.& ibi te
3 net circa fin.† quòd in alienatione rerum eccleſiæ, aut in receptiõe in canonicũ quæ nõ tribuit ius,ſufficit cõſenſus præſtitus ſingulariter, & ꝙ excõmunicati in tali receptione poſſunt præſtare conſenſum.de materia electionis,vide ſuprà in eodẽ libr. in tracta.domini de Gracis. & pariter in quodã facto tali ibidem in fine appoſito,ſuper conſuetudine eccleſiæ ſancti Appollinaris Valentiæ:quia quę ibi pollicitus fueram, hic videantur.¶An debeat præ-
4 ſtari †conſenſus in communi,vide glo.in pragma. ſanctio.de electio.ca.j.ſuper verbo,conueniat.Pau. de Caſt.in l.j.ff.de legi.dicit,quòd conſenſus populi in condendo legem, ſeu ſtatutum debet præſtari in communi. Adde de forma præſtãdi cõſenſum in communi in actu vniuerſitatis.Bar.in d.l.omnes. populi.ff.de iuſti.& iur. l.ij.q. principali, quia ſufficeret, quòd vnus pro omnibus reſponderet.d.c. ſicut.de electio.libr.vj.& ſufficit tacitus cõſenſus:ſecundum glo.ibi,quia capitulũ videtur habere ratũ. c.ij.de hij.quæ fiũt à præla.ſine conſenſu capit. ſecũdum Inno.in c.j.de hij.quæ fiũt à maio.par.capit.licèt in iudicibus,quãdo vnus procreat pro alijs requiratur expreſſum mandatũ, & quòd proferatur per verba pluralis numeri.capit.cùm ab vno. de re
5 iudi.lib.vj. Adde † quòd in actu explicando per vniuerſitatem non admittitur quis per procuratorẽ. ca.quia propter.§.illud.de electio.& ibi Panor. ca.
6 penul.eod.tit.lib.vj.nec † admittitur quis ad dandũ votum ſuum per literas:vt ibi habetur,ne detegãtur ſecreta collegij. Et præmiſſa poſſunt adaptari ad ſtylum huius curiæ Parlamenti, vbi interdum dñi curiæ in eorũ cameris habẽt decretare prouiſiones,& grapharius defert ſupplicaitões hoſtiatim,li
7 cèt,prout ſuprà dictũ fuit,† conſenſus præſtitus in communi præſumitur magis deliberatus. vide glo. in ca.cùm omnis.de conſti.quod debet præſtari cõſenſus in communi,in actu capituli:quinimò ſecũdum Panormita.ibi,etiam in actu ſpectante ad ſingulares perſonas,quando conſenſus maioris partis præiudicat minori, tunc requiritur vt talis conſenſus fiat inſimul,& in communi.l. iuregentium.§.fina.& l.ſequenti,in fi.& l.maiorem.ff.de pact. quia talis conſenſus præſtitus in communi eſt magis deliberatus,& ideò requiritur vocatio minoris partis: quia minor pars poſſet adducere maiorem partem, in ſuam ſententiam,& ex hoc infertur: ſecundum Panormita.in dict.c.cùm omnes.contra commune dictum doctorũ,qui tenent,quòd in patronis,quòd ſufficit præſtare conſenſum in particulari: ſecundũ Panormita.ex quo maior pars præiudicat minori, debet minor pars vocari, & præſtari conſenſus in communi,ex quo præſentatio facta à pluribus tenet. capit.iij.de iure patrona.& idem tenet ibi Panormi.licèt Ioan. And.& communiter doctores teneant cõtrarium:quia maior pars patronorum præualet etiam præſtita in particulari, & non vocata minori parte.& iſto caſu dicitur maior pas patronorum comparatione minoris partis,nõ reſpectu omnium patronorum,ſecundum Ioann. Andr.& Panormita.in dict capit.iij.& hoc verum quando plures patroni præſentant,vt ſingulares:ſecus ſi præſentarent vt collegium: quia tunc requireretur maior pars capituli:ſicuti in electione dicitur.capit. eccleſia veſtra.le j de electio.& quod ſuprà dictum fuit,
8 quãdo agitur de actu capituli,ſeu vniuerſitatis,†ꝙ debeat præſtari conſenſus in communi, requiritur iſto caſu,quòd inſtrumenta apponantur verba illa capitulariter:ſecundum Felin.in dict. capitul. cùm omnes.& allegat Angel.conſi.ccxliij.& gloſſ. in l. ſicut.§.j.ff.quod cuiuſque vniuerſitatis.in l.ſi ex dolo.§.ſed an municeps.ff.de dol.& in l.metum.§. animaduertendum.ff.quod metus cauſ.& in l.aliud.§. refertur.ff.de regul.iur.& per Bartol.in l. aut facta. §.fina.ff.de pœn.vide etiam per gloſſ.in pragmatic. ſanctio.de electio.cap.j. ſuper verbo,conueniat.de conſenſu patronorum. Adde in ſimili Bald.in l.fina.C.de diuer.reſcript.& ibi Iaſo. & in l.placet. C.
9 de ſacro ſanct.eccleſi. † quòd factum arduum, ſeu cauſę arduæ debent tractari in conſiſtorio publico, & non in camera.pro quo facit quod voluit Ioan. Monach.in cap.ſuper eo.de hæreti.lib.vj.quòd col
10 legium Cardinaliũ eſt in quaſi poſſeſſione,†vt Papa non explicat ardua ſine conſilio & conſenſu Cardinalium.de quo per Panormita.in capit. ij. de cleric.non reſiden.& præſertim cauſæ vniuerſitatis debent tractari in conſiſtorio publico: ſecundum Bald.in dict.l.fina.C.de diuer.reſcript. Adde gloſſ. xj.quæſtio.j.in ſumma.quæ ponit multiplicem ſpeciẽ cauſarum,& in ca.frater videtur. xvj.quæſtio.j.
11 quòd † maiores cauſæ referuntur Papæ: Epiſcopi verò poſſunt cognoſcere de mediocribus: vide capitul.vt debitus.de appella.& ibi gloſſ.fin.quæ declarat,quæ ſint cauſæ omnes quę reſeruãtur Papæ, vt tranſlatio Epiſcoporum.capit. quòd tranſlationem.de offic.legat.& cauſæ fidei.capit.maiores. de baptiſ.vide ibi de Bellencijs in additio.ad Panormita.qui mouet quæſtionem quæ dicantur cauſæ arduæ,& quòd eſt arbitrariũ iudici.allegat Anto. de Butr.in cap.edoceri.de reſcript.& capit.quærelam. de procura.vide gloſſ.& Ioan.de Imol.in clement. non poteſt.de procura.qui dicunt quòd ſunt cauſæ maiores.vt fidei Epiſcopales & ſimiles mediocres, vt beneficiales minores,vt pecuniariæ.faciunt nota.in l. Imperium.ff.de iuriſdictio. omnium iudic. & l.placet.C.de peda.iudic.& l.leuia. ff. de accuſa. & auth.niſi breuiores C.de ſent.ex peric.recitã. Ad de glo.in l.non ambigitur.ff.de legib.quòd in ſenatoribus non ſufficit conſenſus præſtitus in ſingulari,ſed requiritur quòd præſtetur in communi, & collegialiter,quia non competit eis iuriſdictio,vt ſingulis: ſecundum Bald. ibi,licèt habeant eorum procurationes.toto titu.ff.de ſena.vide Panormi.in cap.prudentiam.de offic.delega.

ARGVMENTVM.

Capitulum vices ſuas committere poteſt.

Quæſtio MXXXI.

QVAERITVR an in caſu quo requiritur conſenſus capituli, an poterit cõmittere vices ſuas? Et dicendum eſt quod ſic, ſed iſto requireretur cõſenſus omniũ capitulãtiũ: ſecundum Archid. in c. Epiſcopus. xvj. q. vij. de quo habetur latè per Felin. in d. c. cũ omnis. qui videtur tenere, quòd in negotijs arduis capitulũ poſſet cõmittere vices ſuas aliquibus canonicis, niſi darent eis collegialẽ formalem commiſsionẽ. & iſto caſu oportet, ꝙ appareat de cõmiſsione dictorũ canonicorũ. c. cũ in iure peritus. de electio. & iſtud facit ad quæſtionẽ quã habeo de facto: quia capitulũ eccleſię Auinionenſis cõmiſit certis canonicis capituli ad accenſendum prioratũ cautimeruilli vnicũ mẽſæ dicti capituli: & qui canonici accenſauerunt cuidam qui fecit certa albergamẽta, nec apparet de cõmiſsione dictorũ commiſſorum, nec quòd haberent poteſtatem ad albergandum.

ARGVMENTVM.

In actu capituli vel vniuerſitatis, an abſentes ſint vocandi, conſuetudini ſtandum.

SVMMARIVM.

1 *Duæ partes capitulum conſtituunt.*
2 *Abſentes qui dicantur.*
3 *Exiſtentes in caſtris, an ſint uocandi.*
Quid ſi in ciuitate.
4 *Abſentes non niſi in tribus actibus uocandi. & num. 6.*
5 *Abſentes ad ſonum campanæ uocari, an ſufficiat.*
6 *Comodè poſſe uocari quomodò intelligatur arbitrariũ.*
7 *Abſentes in negotijs arduis citandi.*

Quæſtio MXXXII.

QVAERITVR an in actu capituli vel vniuerſitatis ſint abſentes vocandi? Et in effectu glo. in d. c. cùm omnis. de conſti. tenet, quòd ſic. allegat capit. quod ſicut. de elect. glo. verò in capit. cùm inter vniuerſas. ſuper verbo, remoti. de elect. tenet, quòd in caſu iſto ſtandum ſit conſuetudini, in facto electionis: vt in cap. in geneſi. de electione. vbi in regno Franciæ vocantur abſentes de conſuetudine eccleſiæ gallicanæ, ceſſante verò conſuetudine in negotio electionis debet diſtingui, an abſentes ſint in eadem prouincia, vel ne in alijs verò actibus
1 præſentes in eccleſia † conſtituunt capitulum dum
2 modò duæ partes ſint præſentes. & dicũtur, † abſentes ſecundum Panormi. in dict. c. cùm inter. quãdo non faciunt reſidentiã, in loco vbi eſt eccleſia: vt in ca. hoc ius porrectũ. x. q. iij. & ex hoc infert Panor.
3 quòd † exiſtentes in caſtris non ſunt vocandi. Si verò canonici eſſent in ciuitate, tunc bene ſunt vocandi: ſecundum Panormi. & Felin. in dict. ca. cùm omnis. & Calderi. in tit. de conſti. conſil. iij. gloſſ. verò
4 in ca. ij. de teſtib. lib. vj. tenet, † quòd regulariter in actu capituli non debeant vocari abſentes, niſi in tribus caſibus, videlicet in electionibus, in receptione canonicorum, & in ceſſatione à diuinis propter arduitatẽ negotij: ſed Panor. & Felin. in dict. c. cùm omnis. tenent, ꝙ idem in alijs actibus magni præiudicij, vt vocẽtur abſentes, & idẽ tenet Panor. in d. ca. cũ inter. & ibi tenet, quòd valet cõſuetudo, ſuper vocatiõe abſentiũ, dũ tamen nõ ſint nimium remoti, & quãdo fit electio debet aſsignari dies certa electionis. Panor. verò in c. in cauſis. tenet, quòd
5 ſufficit † vocare abſentes per ſonũ cãpanæ in minoribus negotijs: ſed in electionibus in quibus debẽt vocari abſentes, debẽt vocari per nũtiũ, aut literas. d. c. cũ inter. & idem in alijs actibus arduis: ſecus in minoribus negotijs, in quibus regulariter præſentes poſſunt explicare actum: ſecundũ glo. in dict. c. ij. de teſti. lib. vj. dum tamẽ ſonus cãpanæ ſit aptus, quòd potuerit veriſimiliter vocare, ad notitiam exiſtentes in loco. gloſſ. verò in cap. corã. de electio. tenet, quòd debet attendi conſuetudo: ſuper hoc ceſſante verò cõſuetudine, ſi ſint in eadẽ prouincia & poſsint cõmodè vocari: ſunt vocandi: ſi verò eſſent nimiũ remoti, ſecus & ecõtrã, qñ ſunt extra prouinciã: quia ſi eſſent propè debent vocari: & ad cogno
6 ſcendũ † qualiter dicatur comodè poſſe vocari, eſt arbitrarium, & qualiter dicatur prouincia: vnde ibi per Panor. & ibidẽ declarat qualiter valeat conſuetudo, ꝙ abſentes nõ vocẽtur: quia debet intelligi, ꝙ valeat indiſtinctè etiã ſi alij canonici cõmodè poſſent vocari. cap. cùm in eccleſijs. de præben. libr. vj. & ibi gl. ibi, intelligat ſiue agatur de electione prælati ſiue beneficiorum inferiorũ. & ibi loquitur in receptiõe canoni. & in collatiõe præbẽdarũ, vel beneficiorum, & econtrà valeret conſuetudo, vt abſentes vocentur, dũ tamen non ſit nimium remoti. pro quo facit quod notat. in authent. hoc ius porrectũ. C. de ſacro ſanct. eccleſ. canonizata. x. quæſt. iij. vide gloſſ. in ca. quia propter. de electio. tenet, quòd deberent vocari abſentes. in §. illud. ſuper verbo. vere. Adde Inno. in c. j. de oper. noui nunqia. quem refert & ſequitur Azo. in l. placet. C. de ſacr. ſanct. eccleſi.
7 ꝙ in. † omni arduo & graui negotio abſentes etiã in locis diſtantibus, ſunt citandi. & iſtud facit ad quæſtionẽ, de ſtylo curiæ Parlamenti Delphinalis, quòd in cauſis arduis interdum partes petunt expectari aduentum dominorum abſentium. Adde ca. cùm in eccleſijs. de prçben. lib. vj. vbi in receptione canonicorũ debent abſentes vocari, quando commodè poſſunt vocari: licèt ſecundum gloſſ. ibi, agitur de contemptu, vt irritetur. cap. quod ſicut. de electio. & ſic nõ eſt ipſo iure nulla, ſed adnullãda, niſi eſſet totum capitulum cõtemptum, aut maior pars capituli. capitu. quia propter. de electio. ſecundum Ioan. de Imol. in capit. ij. de hij quæ fiunt à prælat. ſine conſe. & vide in dict. capit. quia propter. an debeant vocari abſentes in electione prælati, quando eccleſia eſt viduata. Adde quòd præſentia vel abſentia canonicorum non inducit nullitatem electionis, ſed agitur de contemptu. capit. quod ſicut. de electio. ſecundum Panormita. in capit. quia propter. eodem. titu. dum tamen ſint duæ partes. Adde gloſſ. in capitu. quamuis. de officio ordina. libr. ſexto, quæ tenet. quòd valet cõſuetudo, vt in facto electionis, non vocentur abſentes, & idem eſt in ceſſatiõe à diuinis, vt ſic poſsint explicare actus capituli etiam ſi non ſint duæ partes, vt de conſuetudine ſeruatur in eccleſia cathedrali Valentiæ. Adde ad propoſitum quod habetur in c. fi. de regul. lib. vj. & per Panor. in c. porrectũ. & c. ad apoſtolicam. de regula ꝙ ſolus abbas ſine cõſilio cõuẽtus nõ põt creare, & incorporare monachũ in monaſterio ſine conſilio cõuẽtus ſeu capituli, ne fiat prçiudiciũ eccleſię, niſi aliter cõſuetudine caueretur vt ibi habetur. nec pariter Epiſcopus põt recipere profeſsionẽ monachi,

incipere tur

incorporetur monaſterio, licèt poſsit recipere prouiſionem alicuius ad manendum honeſtè in aliqua domo.

ARGVMEMTVM.

Epiſcopi electio quo loco facienda.

SVMMARIVM.

1 *Electio Epiſcopi quo loco fiat nõ refert modò honeſtus ſit.*
2 *Locus an ſit de electionis ſubſtantia.*

Quæſtio MXXXIII.

QVAERITVR in quo loco debeat fieri electio Epiſcopi. Et in effectu debet fieri in eccleſia cathedrali. c. quod ſicut. §. ſuper eo. de electio. aliter non teneret. ſecundum glo. in c. in nomine domini. xxiij. diſtinctio. Hoſtien. verò in c. cum terra. de election. quem refert Panormitan. in dict. cap. quòd ſicut. tenet, quòd in hoc ſit ſtandum con-
1 ſuetudini: & ceſſante conſuetudine † non refert in quo loco fiat, dum tamen honeſto. argumento. l. penultimæ. ff. de iuſtitia & iure. Panor. verò ibi, tenet, ꝙ debet fieri infrà ambitũ eccleſiæ cathedralis ſiue fiat in choro ſiue in capitulo, ſiue alio loco honeſto: vide per glo. in pragmatic. ſanctione. de electio. c. j. ſuper verbo, locũ. & ibi refert Cardinalem Flo-
2 rentin. in clem. ne Romani. de election. † quòd locus non eſt de ſubſtantia electionis: & ideò electio Papæ facta extra conclaue, non tenet. Vide gloſ. in c. cum terra. de electio. attenditur locus conſuetus, ſi commodè fieri poteſt, vide Præpoſitum in dict. c. in nomine domini. xxiij. diſtinct. ꝙ electio alibi facta tenet, licèt non ſit in loco ſolito: dum tamen locus ſit honeſtus. Vide gloſſ. in pragmatica ſanctio. de authoritate & poteſtate ſacro. concil. c. j. ſuper verbo, peſtis. quòd propter peſtem poteſt mutari locus electionis.

ARGVMENTVM.

Electio cùm à maiore parte capituli facienda ſit, de qua parte intelligendum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Electio facienda eſt à maiore parte reſpectu capituli.*
2 *Electio facta à maiori parte comparatione minoris valet.*
3 *Suffragia ubi danda ſunt, & quòd maioris partis reſpectu numeri, meriti & zeli ratio habenda ſit.*

Quæſtio MXXXIIII.

QVAERITVR quia in actu electionis requiritur maior & ſanior pars capituli. c. quia propter. & c. eccleſia veſtra. le j. & c. eccleſia veſtra. le ij. de elect. & idem in alijs actibus capituli. c. ij. de renuntiatione. c. cùm in cunctis. de hijs quæ fiunt à maiori parte capituli. ſed an requiratur maior pars reſpectu capituli, an verò reſpectu cõparationis mi-
1 noris partium. † & dicendum eſt, quòd requiritur maior pars reſpectu capituli. d. c. eccleſia veſtra. le j. nec ſufficeret ſanior pars, habita collatiõe meriti ad meritum, & zeli ad zelum, niſi interueniat maioritas numeri: ſecundum Panormitan. ibi. Nam requiritur principaliter, quòd fuerit facta electio à maiori & ſaniori parte: ſecũdum collationẽ meriti ad meritum. Tertium electio per ſcrutiniũ. d. cap. eccleſia veſtra. le ij. & c. in geneſi. ſecundum glo. in dict. c. eccleſia veſtra. le j. & idem eſt in alijs actibus vniuerſitatis ſeu capituli: ſecundum Panormita. ibi per c. primum. de hijs quæ fiunt à maiori parte capituli. Et pro hoc allegat glo. in c. ſi cui. de electio. lib. vj. licèt alleget Inno. in dict. c. eccleſia veſtra. tenere contrarium, quod eſt verum ſecundum Panorm. ibi, de maiori parte exiſtente in collegio, ſeu capitulo: quia illi benè poſſunt explicari actum. l. planè. l. nulli. ff. quòd cuiuſque vniuerſi, de quo ſe remittit ad plenius notata per ipſum in c. cùm nobis. de election. hoc fallit in electione prouinciali de ordi-
2 ne minorum: † quia bene valet electio facta à maiori parte comparatione minoris. clementin. exiuit de paradiſo. §. demùm de verborum ſignificatio. & idem eſt in patronis, quando ſunt plures patroni & præſentant vt ſinguli: quia ſufficit maior pars cõparatiõe minoris: ſecũdum Panor. ibi, & ſuprà fuit dictum. quæſtio. vij. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem in curia parlamenti Delphiñ. vbi competit iuriſdictio pluribus vt collegium & non vt ſingulis: iuxta notata in c. irrefragabili. de officio ordinarij. contingit, ꝙ ſunt differentes in iudicando an ſufficiat maior pars comparatione minoris, an verò requiratur maior pars ratione numeri collegij. Et in effectu Speculator in titul. de ſenten. & re iudica. §. iuxta. verſicu. ratione iudicis. & verſic. ſi inter tres.
3 quia † regulariter requiritur maior & ſanior pars tàm ratione numeri, quàm ratione meriti & zeli. c. j. de hijs quę fiunt à maio. parte capit. c. eccleſia veſtra. le ij. de electio. & etiam in c. eccleſia veſtra. le j. eod. titu. c. in Geneſi. c. cùm in iure. de electio. ſecundum Speculatorem in dict. §. iuxta. vbi tenet, quòd in facto electionis requiratur maior pars reſpectu capituli & non reſpectu cõparationis minoris partis: ſed in iudicibus ſecus: licèt Speculator ibi arguat. vbi fit etiam mentio de ſolennitate deportationis. & pro hoc facit quod voluit Bar. in l. Pomponius. aliàs ſi vni. ff. de re iudica. Verùntamen me remitto ad Speculatorem vbi ſuprà. & aliàs ſcripſi de huiuſmodi materia in alio volumine cauſarum arduarũ. Adde quòd etiã in canonijs & alijs actibus capituli, ſeu alterius vniuerſitatis requiritur maior pars capituli ſeu vniuerſitatis præſentium nõ habito reſpectu cõparationis minoris partis ſecundum Panormitan. in cap. eccleſia veſtra. le j. de elect. ſecus in actu communi pluribus vt ſingulis. c. quoniam. de iure patro. Adde quòd ſufficit maior pars vniuerſitatis ſeu capituli præſentium. dum tamen ſint duæ partes: iuxta notata in l. planè. l. ſicut. l. nulli. ff. quod cui. vniuer. l. quòd maior pars. ff. ad municipa. Vide cap. eccleſia veſtra. le ij. de electio. an electio à minori parte ſit nulla. per Panormit. & quid in electione religioſorũ. c. quorũdam. §. circa. de electio. libr. vj.

ARGVMENTVM.

Electióni factæ à maiori parte numeri ratione & à ſaniori reſpectu dignitatis zeli & meriti quæ præferenda erit.

SVMMARIVM.

1 *Electiones duæ ſi ex uno ſcrutinio fiant neutra confirmabitur.*
2 *Quid ſi electio facta ſit à duabus partibus ſeu maiori parte in duplo.*

Quæſtio MXXXV.

QVAERITVR quando in electione inter uenit maior pars ab vna parte ratione numeri:ſed ab alia parte interuenit ſanior pars ratione dignitatis zeli & meriti,tàm reſpectu eligentis,quàm electi,quæ electio debeat præferri.de hac quæſtione habetur per glo.& Panor.in c.eccleſia veſtra. le ij.de electio.& ibi videtur tenere glo.ꝙ debeat attendi ſanior pars cũ electio Cardinalis tenuerit ibi à minori parte & fuerit confirmata. & pro hoc videtur gl.in l.abſunt.ff.de tuto.& curato.da. ab hijs & Bart.in l.Pomponius.ff. de re iudi.ſed contrariã partem tenuerunt Io.And.Hoſtien.& Panor.in d. c.eccleſia veſtra.quia requiruntur duo copulatiuè: videlicèt maior & ſanior pars:& alterum non ſuffi
1 ceret.& ideò ſecũdum Hoſtien. ibi. † Si ex eodem ſcrutinio fierent duæ electiones,neutra confirmabitur. Veruntamen electores pro illa vice non priuabuntur poteſtate eligendi:ſed poterunt iterũ eligere.& ſi ſint pares,Papa poſſet facere gratiam in cõfirmando electionẽ quam vellet.ſecus in alio ſuperiori:ſecũdum Io. Andr.& Panor.ibi. Veruntamen præmiſſa habent locũ exceptis duobus caſibus:primò in electione Papæ:quia ſufficit ꝙ electio fuerit facta à maiori parte ratione numeri, licèt non à ſaniori parte.c.licèt.de electio. Secundò quando electio eſſet facta à maiori parte in duplo: quia tunc non admittitur exceptio,ꝙ non fuerit facta à ſaniori parte,ſeu ꝙ non fuerit facta collatio zeli ad zelũ & meriti ad meritum.c.ſi quando.de electio.lib.vj. Adde glo.in c.quoniam.de iur. patro. quæ videtur tenere,ꝙ requiritur maior pars,& ꝙ electus ſeu præſentatus ſit idoneus,licèt glo.ibi arguat, ꝙ ſufficit maior pars, & ꝙ electus ſit idoneus, licèt alius ſit melior,licèt ſe remittat ad nota.in c.eccleſia veſtra. le ij.de elec.Panor.ibi tenet,idẽ tenet in electis.alle. glo.in c.ij.de offi.cuſto.& in c.monaſterium.xvj.q. vij.& in c.licèt.viij.q.j.& an ſalua conſcientia poſſit eligi idoneus,licèt poſſet eligi idoneior,ſe remittit ad nota.per ipſum in c. conſtitutus.de appell. & ad nota.in d.c.licèt.vide Io. And.in c.cũ autem. de iur.patro.vbi non ponderatur exceſſus idoneitatis. ſed ſufficit ꝙ alter præſentatus ſit idoneus.

ARGVMENTVM.

Acceſsio ex duabus electionibus paribus nõ fit vt quæ non valeant.

Quæſtio MXXXVI.

QVAERITVR quando duæ electiones ſunt pares numero, an poſsit fieri acceſſus de vna electione ad aliam: & dicendum eſt ꝙ non: quia vtraque nõ tenet:ſecũdum glo.in c.indennitatis. §.ſanè.verſi.ſi à minori.de electio.lib.vj.quia ſicuti quando eſt facta electio à minori parte nõ poteſt fieri acceſſus ad minorẽ partem,ex quo à principio nõ teneat:vt ibi habetur:ita etiam quãdo vtraque electio eſt æqualis. Præterea ſolùm acceſſus habet locum in electione Papæ,aut monialium:vt ibi habetur,de quo me remitto ad dicta per doctor.ibi. Vide Panor.in c.publicatio.de elect. ꝙ minor pars poteſt accedere ad aliã:ſecus ecõtrà,ſi verò vota eligentiũ ſint æqualia poſſunt iterùm eligere & facere nouũ ſtatutũ:quia nõ irrogatur infamia nominato.

ARGVMENTVM.

Electiones duæ vno contextu factæ ſi concurrant, quæ amplectenda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta à maiori parte de ſcienter indigno non ualet & eligenda poteſtas ad minorem partem deuoluitur.*

Quæſtio MXXXVII.

QVAERITVR quando concurrunt duæ electiones factæ eodem cõtextu, quæ electio teneat? Et in effectu dicendum eſt ſecũdum Panor. in c.auditis.de elect.circa fin.quia diſtinguendum eſt, aut electio eſt facta à diuerſis electoribus, aut ab eiſdem. Primo caſu:tunc ſi fuerint factę electiones eodem contextu:tunc illa tenet, quæ eſt facta à maiori & ſaniori parte.d.c.eccleſia veſtra.& c.qua-
1 propter.de electio.&hoc verũ † niſi maior pars elegiſſet ſcienter indignum:quia tunc poteſtas eligendi fuiſſet deuoluta ad minorẽ partem. c.dudum. & c.cùm in cunctis.& c.bone.de electıon.Si verò fuerint factæ electiones diuerſo contextu, tunc regulariter non valet ſecunda,niſi caſſata prima.vt habetur in d.c.auditis.Et dicũtur fieri electiones eodem contextu quando fuerunt factæ omnibus exiſtentibus in capitulo, & eligentibus: ſecus quando vna pars eligit poſtquàm alia receſsit:ſecundum Inno. & Panor.ibi. Quando concurrunt duę electiones: vide fratrem Antonium in ſumma iij.parte.tit.xix. c. ij. §.iij. & in ſumma Piſana, ſuper verbo,electio. verſi.publicatio.

ARGVMENTVM.

Capituli poteſtas an penes pręſentes aut in vno ſolo reſideat.

SVMMARIVM.

1 *Vocati & qui non uenerunt electionis commodo indignos ſe conſtituunt.*
2 *Ius uniuerſitatis in uno ſolo reſidere poteſt.*
3 *Vniuerſitas ſi à præſide aut alio poteſtatem habente uocatur,quòd uniuerſitatis poteſtas penes præſẽtes reſideat*
4 *Pars minor maiorem quandoquè conuocare poteſt.*

Quæſtio MXXXVIII.

QVAERITVR quãdo abſentes fuerunt vocati,an poteſtas capituli reſideat quo ad præſentes,eſto ꝙ non ſint duæ partes? Et in effectu licèt glo.in c.j.de hijs quæ fiunt à maio.parte capituli,ꝙ requirãtur ſaltem duę partes.l.nulli.ff.quod cuiuſque vniuerſi.l.nominationum. C. de decurio. libr.x.l.fi.C.de pręd.cur.& hoc tenet Bart.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.in ij.quæſtio.principali.vbi tenet,ꝙ non ſufficit eſſe vocatos niſi ſint duę partes præſentes,& hoc de iure ciuili,& in vniuerſitatibus ciuitatum. ſed de iure canonico in actibus
1 capituli, ex quo alij canonici fuerunt vocati. † & non comparuerunt ſe reddiderunt indignos commodo electionis.c.cũ nobis.de elect.ſecundum gloſ.in c.quod circa.de elect.ſecundũ Inno.in c.j.de maio. & obedien.& in c.ij.de oper. noui nuncia. & quod tenet Panor.in c.cũ omnes.d conſti. & ibi per Feli. & per Pañor.in c.cũ nobis.& in c.in cauſis. de ele-
2 ctio.& eſt ratio:ſecũdum ipſum: † quia ius vniuerſitatis poteſt reſidere in vno ſolo alijs remotis, vel longè abſentibus.c.gratũ.de poſtula.præla.l.ſicut. ff.quòd

ff. quod cuiuſque vniuerſi. Idem dicẽdum eſt quando alij vocati nolũt intereſſe. Nec obſtat, quod ex aduerſo dicebatur, ꝙ requirũtur duæ partes vniuer
3 ſitatis: quia hoc verũ † niſi quando vniuerſitas conuocata per preſidentẽ vniuerſitatis, aut alium habentem poteſtatem: quia tunc poteſtas capituli ſeu vniuerſitatis reſidet quò ad præſentes: ſecus ſi non eſſet aliquis habens poteſtatem vocandi, abſentes: quia tunc requirerẽtur duę partes vniuerſitatis niſi inſtaret finis termini electionis, ſeu alterius actus:
4 quia † tunc poteſt minor pars vocare maiorẽ partem, & nollente vocare, poteſt minor pars procedere: ſecundm Panor. vbi ſuprà. & hoc verũ ſi abſentes eſſent ex cauſa neceſſaria: vt quia fuerũt expulſi per inuidiam. vel quia ſunt abſentes propter metũ tyranni, quo caſu nõ præiudicatur abſẽtibus: iuxta notata per Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. in ij. quæſtio. principali. & per Innocẽ. in c. ij. de oper. noui nuntia. & per glo. in pragma. ſanctio. in c. j. de elect. ſuper verbo, pręſumatur. & §. & cũ humanæ. ſuper ver. dic. & verbo. conueniant. Adde gl. in pragma. ſanctio. ſub titu. de authoritate & poteſtate ſacrorũ general. conciliorũ. c. j. ſuper verb. duarum partium, vbi tractat an in actu vniuerſitatis requirantur duæ partes: & qualiter vocati nolentes venire faciunt ſe alienos: ita ꝙ alij poſſunt explicare actum, per glo. in clem. quod circa. de electio.

ARGVMENTVM.

Abſentes vocati qui venire nõ poſſunt, procuratores ad eligendum conſtituere non poſſunt.

Quæſtio MXXXIX.

QVAERITVR an abſentes vocati poſſint conſtituere procuratorẽ ad eligẽdum, & dicẽdũ eſt regulariter, ꝙ nõ. c. quia propter. §. illud de elec. & hoc verum niſi talis ſit abſens in loco vbi debuit vocari, & fuit impeditus iuſto impedimẽto. & de hoc cõſtiterit iuramẽto: vt ibi habetur: & iſto caſu debent conſtituere vnum de capitulo: quia nõ admitteretur extraneus, ne manifeſtẽtur ſecreta capituli, vt ibi habetur: & in c. conſtitutus. de appel. & in c. pen. de electio. libr. vj. poſſet tamen admittere capitulum procuratorẽ extraneum ſi vellet, ſed nõ cogitur, & hoc tenet glo. in pragma. ſanctio. de electio. c. j. ſuper verbo, caſibus.

ARGVMENTVM.

Eccleſia cathedrali vel metropolitana vacante capitulum Cardinalem eligere poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis Epiſcopus poſtulandus eſt.*
2 *Papa ſolus Cardinales creat.*
3 *Cardinales in triplici reperiuntur differentia.*

Quæſtio MXL.

QVAERITVR quãdo vacat aliqua eccleſia cathedralis vel metropolitana, an poſſit capitulum eligere Cardinalem? & videtur dicẽdum ꝙ ſic. c. eccleſia veſtra. le ij. de elect. & maximè ſecũdum Panor. ibi, quãdo tractatur de electione Car-
1 dinalis presbyteri, vel diaconi: † quia ſi eſſet Epiſcopus Cardinalis tunc deberet poſtulari: ſicuti de Epiſcopo dicitur ratione vinculi matrimonij, quo eſt obligatus primę ſuę eccleſiæ. c. ſi. de poſtu. pręla. ſecus in Cardinali presbytero, vel diacono: quia iſto caſu Epiſcopus eſt maior Cardinali presbytero vel diacono: ſecũdum glo. in c. quanquã. ij. q. vij. & hoc verũ ratione ordinis: ſecus ratione officij: ſecundum Panor. in d. c. eccleſia veſtra. & in c. cũ apoſtolus. de cenſi. de hac quęſtione habetur per gloſſ. in pragma. ſanctio. in titu. de numer. & qualita. Cardinalium. c. j. ſuper verb. legitimè nati. & ibi alleg. Bart. in l. j. §. ſi quis. ff. de appel. & ibi etiam ponit de
2 prærogatiuis Cardinaliũ ſaltẽ remiſſiuè. Adde † ꝙ Papa ſolus poteſt creare Cardinales & nõ tenetur de neceſsitate requirere conſenſum aliorũ Cardinalium: ſecũdum Io. And. & Anto. de Butr. in c. ſanè. de conuerſ. coniug. & Iaſon in l. placet. C. de ſacroſanc. eccleſ. & idem tenet Panor. in d. c. ſanè. & glo. in clem. ne Romani. ſuper verb. poteſtatem. de electiõ. etiam ſede vacante cœtus Cardinalium non poteſt creare & antiquitùs fuerũt inſtituti propter baptiſma & ſepulturis: ſecundum Cardina. Floren.
3 in clem. ne Romani. §. porrò. de elect. Adde † quòd Cardinales poſſunt dici in triplici differentia: quia quidam dicuntur Cardinales Epiſcopi: vt Hoſtien. & Sabinenſis: ſecũdum Panor. in c. ij. de cleric. non reſiden. alij Cardinales dicũtur presbyteri qui intitulantur in certis parœcijs: ſecundum Panor. ibi. & in hoc debet eis ſcribi: ſecundum eorũ titulum. alij dicũtur diaconi: iuxta nota. per glo. in clemẽ. vt hij. de æta. & qualita. & debent reſidere in curia & habent allas ligatas cũ non conſueuerint exire curiã ſine licentia Papę: ſecundum Panorm. in c. eccleſia veſtra. le ij. de electio. vide etiam in c. licèt. de elect. vide Angel. in l. j. B. de ſent. paſsis. ꝙ Imperator in aduentu Cardinalis aliquantulum ſe aſſurgit non totaliter, licèt contrarium faceret Carolus IIII. quia totaliter aſſurgebat in aduentu Cardinalis, & ibi allegat gloſſ. in l. j. C. de dome. & protec. lib. xj. ꝙ Papa oſculetur in pede & deindè recipit in oſculo manus & aliquos in oſculo oris. de materia Cardinalium vide iij. parte. c. ij. in ſumma Antonij vide Anto. in ſumma iii. parte. tit. xxj. c. ij. §. ij. ꝙ eccleſia non conſueuit Cardinales creare de Alamania, & debet ceſſare omnis cœtus in creatione Cardinalium. c. fundamenta. §. decet. de elect. lib. vj.

ARGVMENTVM.

Electio ſtatim atque prełatus obdormiuit in domino, licèt humo datus non ſit, fieri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Mulier orbata marito ad ſecunda uota de honeſtate conuolare non niſi præterito luctus anno debet.*
2 *Tractatus de eligendo prælato, altero prælato animã agente licitè fieri poteſt.*
3 *Magiſtratus ſucceſſorem nominare poteſt.*

Quæſtio MXLI.

QVAERITVR an electio poſsit fieri ante ſepulturã prælati? & videtur dicendum ꝙ non. c. bonæ. le ij. de electio. ſed in cõtrarium tenet ibi glo. niſi de honeſtate. & per gl. in c. obeuntibus.
1 & in lxiij. diſt. & in c. poſtquàm. 50. diſt. †. ſicuti dicitur in vxore mortuo viro, vt nõ nubat infrà annũ luctus de honeſtate: aliàs ſecus. c. pen. & ſi. de ſecũd. nupt. & maximè poſſet fieri electio ante ſepulturã, quãdo timetur impreſsio principis: ſcdm Panor. in

dict. c. bonæ. & ibidem Panormita. poſt Innocent.
2 tractat † an poſsit fieri tractatus electiõis ante mortem prælati eo forte in extremis agẽte, & an electio ſubſecuta teneat: & an eligẽtes incurrant aliquam pœnam: & in effectu nõ poteſt haberi tractatus decitorius de certa perſona. ſed bene poteſt haberi tractatus conſultorius: ſicut de Papa dicitur: quia viuente Papa poteſt haberi tractatus cõſultorius de ſubſtitutione ſummi pontificis. c. ſi tranſitus. lxxix. diſtin. c. in nomine domini. xxxiij. diſtin. c. nullus. le ij. lxxix. diſt. ꝙ debet expectari de honeſtate per tres dies poſt ſepulturã. & ibi Gemin. Adde gl. Io.
3 de Plat. in l. ij. C. de periculo nomina. libr. x. † quòd magiſtratus nominat ſucceſſorem, & Petrus nominauit Clemẽtem, & deinde Salomonem hodie Epiſcopus cum fratribus poſſet tractare de electiõe futuri ſucceſſoris: vide ibi per Ioannem de Plat.

ARGVMENTVM.

Eligentes eligendi poteſtate ratione formæ aut aliâs priuati deuoluantur eligendi poteſtas ad proximum ſuperiorem.

SVMMARIVM.

1 *Eligendi poteſtas ad eos qui non peccauerunt de ſocietate deuoluitur.*
2 *Deuolutio qualiter fiat de capitulo ad Epiſcopum & econtra remiſsiuè.*

Quæſtio MXLII.

QVAERITVR quando eligentes priuantur poteſtate eligẽdi ratione formæ vel perſonæ ad quem fiat deuolutio pro illa vice? Et in effectu quando omnes de capitulo peccauerunt in eligendo perſonam indignam: vt in c. cùm in cunctis. de electio. & c. perpetuæ. eod. titu. lib. vj. vel in omiſſione ſolemnitatis. c. quia propter. de electionn. tunc fit deuolutio ad proximum ſuperiorem, niſi ſit eccleſia cathedralis. c. quanquàm. de electio. lib. vj. Si
1 autem non peccauerunt omnes de capitulo: † tunc poteſtas deuoluitur ad eos, qui non peccauerunt. c. congregato. cap. cùm Vintonienſis. de election. & not. in dict. c. quia propter. & per gloſſ. magnam in
2 dict. c. quanquàm. † qualiter autem fiat deuolutio à capitulo ad Epiſcopum & econtrà habetur in c. irrefragabili. de electio. & in c. ij. de conceſsio. præbend. & in pragmatic. ſanctio. de election. c. j. & ibi gloſſ. ſuper verbo, priuati. vide c. ſi electio. & cap. ſi quando. de electione. libr. vj. cap. cùm in cunctis. §. final. de electione.

ARGVMENTVM.

Confirmatio quomodò petatur.

SVMMARIVM.

1 *Electionis publicatio ad quem fiat.*

Quæſtio MXLIII.

QVAERITVR de forma confirmationis electionis: Et in effectu quãdo apparet quòd electus ſeu opponẽs debet nominatim citari ac etiã per edictum. c. fina. de electio. libr. vj. & in pragmatica ſanctio. de electio. c. j. §. facta. & ibi gloſſ. ſuper verbo, præſentata, quæ tenet, ꝙ poteſt fieri præſentatio electionis per eligentes, vel per electum. c. cùm
1 dilectus. de cõſuetu. † licèt honeſtiùs faciat ſi præſentetur per electores ad euitandum vitium ambitionis: ſecundum Ioan. Andr. in c. quam ſit. de electio. libr. vj. & in defectum eligentium & electi populus poſſet petere confirmationem electionis ſui prælati. c. quod Dei timorem. de ſtatu monacho. ſecundum Ioan. Andr. in c. cùm nobis. de elect. quem refert glo. in pragmatic. ſanctio. vbi ſuprà, & ibi refert Mandago. in tractatu electionis. c. xxxvij.

ARGVMENTVM.

De canonico creato ſub expectatione futuræ præbendæ.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus ſub expectatiua antequàm creetur, quæ interuenire debeant.*
2 *Canonici, quibus præſentibus & tacẽtibus Epiſcopus præbendam contulit, in ipſorum præiudicium conſentiſſe nõ uidentur, tacens propter uerecundiam nõ obligatur.*
3 *Taciturnitas in caſu arduo & magni præiudicij conſenſum non arguit.*
4 *Receptio in canonicum facta abſentibus & eorum quibus intereſt, non uocatis non tenet.*
5 *Receptio in canonicum ſub expectatione præbendæ facta per inferiorem à Papa an ualeat.*
6 *Receptio in canonicum facta omnibus non concordantibus non tenet.*

Quæſtio MXLIIII.

QVAERITVR an receptio in canonicũ cum expectatione futuræ præbendæ per dominum Antonium de Alpignato commendatarium decanatus eccleſiæ beatæ Mariæ Grationopo. de perſona domini Benedicti de Thaneto ſit valida vel ne? & videtur dicẽdum quòd ſit nulla, prout apparet ex præmiſsis: tum quia fuit facta per dictũ dominum decanum, qui non habet niſi vnam vocem in capitulo. c. auditis. de elect. & ſuprà pleniùs fuit deductum. & ita non procedit ex quo non fuit facta à maiori & ſaniori parte capituli. cap. eccleſia veſtra. le j. c. quia propter. & c. eccleſia veſtra. le ij.
1 de electio. † quia nõ interuenit inquiſitio collatio meriti electio, quæ ſunt præcipua: ſecundum glo. in c. in Geneſi. de electio. & in dict. c. eccleſia veſtra. le ij. Nec obſtat, ꝙ in dicta receptione ſeu creatione interuenerunt tres canonici ibidem vocati, qui tacuerũt, & ſic videntur conſentire ex quo non reclamauerunt. c. j. & c. continebatur. de hijs quæ fiunt à maiori parte capituli. & ibi Panor. argumento c. qui tacet. de reg. iur. libr. vj. quia ad iſtud reſpondetur, ꝙ hoc potuiſſet procedere & habere locum. vbi dictus dominus decanus exquiſiuiſſet voces à dictis præſentibus, aut ab eis petijſſet deliberationem aliâs ſecùs: ſecũdum Felin. in c. cùm omnes. de conſtitu. pro quo allegat Innocen. in c. cùm in cunctis. de electio. quod tamen nõ fuit factum in caſu iſto. Secundò reſpondetur, ꝙ dicti præſentes non audebant contradicere dicto domino decano, propter præſentiam ſereniſsimi Regis domini noſtri Delphini, qui pro tunc erat in ciuitate, cuius cõtemplatione dictus de Thoneto proſequebatur dictã creationem. facit quod habetur per Archidiaco. in c. de
2 eo. 50. diſtinctio. vbi tenet, † ꝙ quando Epiſcopus contulit præbend. canonicis tacentibus in ipſorũ præiudicio non videntur conſentire: quia tacens propter

propter verecundiã non obligatur: ſecundũ glo. in
c. plerique. ij. q. vij. & in ca. vnuſquiſque. xxij. q. iiij.
not. Bar. in l. j. §. quæ honorandę. ff. quarum re. act.
dat. & per Alex. de Imol. in l. quæ dotis. ff. ſolu. ma
trim. & Felin. in d. c. cùm omnes. Tum etiam quia
non apparet quòd illi tres præſentes fuerint citati:
3 quia non apparet de commiſſione citationis: † Et
per conſequens taciturnitas ipſorum non habetur
pro cõſenſu, maximè in caſu arduo & magni præiu
dicij: ſecundum Panor. in c. in cauſis. de electio. in j.
colum. & Feli. in d. c. cùm omnes. Tum etiam quia
non apparet ꝙ alij canonici in ſacris cõſtituti, qui
habent vocem in capitulo ꝙ fuerunt vocati ſaltem
quòd legitimè apparet: & tamen debuerũt citari ex
quo erãt in ciuitate: ſecundum Panor. & Feli. in d.
cap. cùm omnes. & Cald. in titu. de conſtitu. conſil.
iij. & maximè in caſu iſto cùm nõ faciat conuocare
conſilium. ad ſonum campanæ prout ſupra dictum
fuit: tum etiam: quia alij abſentes à ciuitate nõ fue-
runt vocati: licèt in tali receptione in canonicũ de-
beant abſentes vocari. cap. cùm in eccleſijs. de pre-
4 bend. lib. vj. & glo. in cap. ij. de teſtib. eod. lib. † ma
ximè quãdo tales abſentes ſunt infrà prouinciam
& poſſunt commodè vocari. & ideò conſulo quòd
in proceſſu declarẽtur alij abſentes qui non fuerũt
5 vocati. † Tum etiam non tenet talis receptio in ca
nonicum ex quo fuit facta per inferiorẽ à Papa ſub
expectatione futurę præbendę: quia cenſetur capta
toria: ſecundum Ioan. de Imol. in clemen. fi. de præ
bend. quia plus nocet expreſſum, quàm tacitum.
capitu. ſecundo. de conceſſi. præben. Nam licèt ca-
pitulum poſſit recipere aliquem in canonicum vo-
catis abſentibus dict. ca. cùm in eccleſijs: tamẽ non
poteſt dari ad futuram præbendam. Tum etiam di
cta receptio eſt nulla: quia non fuit facta publica-
tio dictæ receptionis in canonicum reuerendo do-
mino Epiſcopo eccleſię ſeu eius vicario & domino
decano ſeu antiquiorj canonico, qui habent trade-
re frochiam & ſtatuere ſtallum in choro dicto rece
pto ſecundum conſuetudinem dictę eccleſię. Tum
6 etiã † iſta receptio in canonicũ nõ tenet ex quo non
fuit facta omnibus cõcordãtibus: quia eſt actus va
lidus, & merè facultatis: ſecũdum glo. cõiter appro
batam in c. cùm omnes. de conſtitu. Nam ex quo
in dicta eccleſia beatæ Marię eſt certus numerus ca
nonicorũ & prębendarũ authoritate apoſtolica ap
probatus, & de d. tempore nõ vacaret aliqua cano-
nica ſeu prębenda talis receptio fuit volũtaria, prę-
tereà quando actus fit cõtra conſtitutiones cõſuetas
eccleſiæ tunc maior pars nõ præiudicat minori niſi
omnibus cõcordantibus: ſecundum Innoc. in c. ac-
cedentibus de priuileg. in cap. humiles. de maiori.
& obedien. Panor. in ca. veniens. de prę ſcriptio. Fe-
li. in cap. cùm omnes. de conſtitu. & pariter quando
agitur de admittando extraneum ad capitulum re-
quiritur conſenſus omnium, ſecundum Panormit.
capitul. ſcriptum de election. Felyn. in dict. capitul.
cùm omnes.

ARGVMENTVM.

Canonicus ſupernumerarius ꝙ ſtallum in choro,
vocem in capitulo, & quotidianas diſtributiones
interim habere non debeat.

SVMMARIVM.

1 *Canoniæ iura ſunt ſtallum in choro, uocem in capitulo & quotidianas diſtributiones habere.*
2 *Conſuetudini ſtandum ſuper iuribus canoniæ ſupernumerariæ.*
3 *Canonici ſuper numerarij uocantur canonici in herbis.*
4 *Canonici ſuper numerarij ex generali conſuetudine uocem in capitulo non habent.*
5 *Canonici præter numerum recepti nullos fructus percipiunt.*
6 *Canonicum ſupernumerarium nihil acipere debere communis practica.*
7 *Canonicorum numerus licet rumpatur: præbendarum tamẽ numerus non rumpitur.*
8 *Is cuius nomine mandatum eſt authoritate apoſtolica prouideri de canonicatu cum plenitudine iuris canonicalis, quòd uocem in capitulo & quotidianas diſtributiones habere debeat.*

Quæſtio MXLV.

QVAERITVR præſuppoſito ſed non cõ
ceſſo & citra præiudicium veritatis, quòd di
cta receptio in canonicũ teneret de iure, an interim
debeat habere ſtallum in choro vocem in capitulo
& quotidianas diſtributiones? de hac quæſtione,
aliàs ſcripſi in alio volumine cauſarum eccleſiaſti-
carum fol. cccccl xxxvij. q. iij. Et prima facie videre
tur dicendum quòd canonicus creatus interim pen
dente vacatione prębendę debeat habere dicta tria
1 iura ſuprà declarata, † cùm videãtur eſſe de iure ca-
noniæ. c. relatum. c. dilectus. le j. de prębend. ſecun-
dum Panor. in c. cùm M. de conſti. & doct. de Rot.
in nouis deciſ. ccccl. Et maximè in eccleſijs regula
ribus: ſecundũ Pan. in d. c. cum M. quia regulariter
debent habere bona in communi: licèt glo. in d. ca.
cùm M. videatur tenere contrarium. Et ideò ſuper
huiuſmodi materia eliciã caſus indubitabiles. Pri-
2 mò † quia in hoc ſtandum eſt conſuetudini: ſecun
dum glo. communiter approbatam in d. c. cùm om
nes. & ita tenent Card. Flor. in cle. fi. in iiij. q. & Io.
de Imol. in clem. fin. de præben. & do. de Rota. vbi
ſuprà & ibi referunt de cõſuetudine curiæ quòd ta-
les canonici recepti extra numerum nihil dẽbent
3 percipere nec habere quotidianas † diſtributiones
ſed vocantur honorarij in herba, & Cardin. Flor. in
dict. iiij. quæſtio. refert conſuetudinẽ quæ commu-
niter ſe habet vbique, quòd tales canonici non ha-
4 bent † vocem in capitulo, & ita generalis conſuetu
do non indiget probatione: ſecundum Bald. in l. ſi
fugitiui. de ſerui. fugiti. pro quo allegat Specu. in ti
tul. de accuſa. §. j. & l. rem non nouam. C. de iudic.
facit quod habetur in l. de quibus. ff. de legi. & pro
iſta conſuetudine facit ca. ex parte. de conceſſi. prę-
ben. & ideò ad iſtum effectum fuit deducta conſue
tudo pro parte dicti capituli, quòd tales recepti vl-
tra numerum, nihil percipere habẽt. Tum etiam
quia licèt dicta eccleſia ſit numerata, & habeat cer
tum numerũ canonicorum & præbendarum diſtin
ctarum ita ꝙ non valeret prouiſio Papæ in contra-
rium, niſi fieret ſpecialis mentio. ca. conſtitutus. de
reſcript. attamen in dicta eccleſia fructus capituli
percipiuntur in communi, & ſemel in danno diui-
5 duntur inter canonicos. † & iſto caſu recepti vltra
numerum nihil debent recipere: ſecundum Cardi.
Flor. & Ioan. de Imol. in dict. clemen. fi. de pręben.

facit pro iſta ſecunda fallentia.cap.fina.de conceſ. præbend. libr.vj. quia quanto prouentus in aliqua eccleſia diuiduntur, tãto maiores fieri poſſunt. Tertiò receptus vltra numerũ nihil debet percipere quã do recipitur hoc adiecto, ꝙ ſit ſupernumerarius:ſecundum Panormi.in dict.capit.cùm in. & gloſſ. in pragmat.ſancti.de colla.in fi.vide Ioan. de Imol.
6 in dict. capitul. pro illorum. de præbend. vbi refert † quòd communiter in pratica.tenetur opinio, quòd nihil debeat recipere,licèt in hoc ſit ſtandum
7 conſuetudini:ſecundũ ipſum. & ibi tenet † ꝙ licèt rumpatur numerus canonicorum: non tamẽ rumpitur numerus pręœbendarum.& de ratione differentiæ vide ibi per ipſum,& an potiùs dicatur augmentatus numerus canonicorum quã ruptus.& ibi etiã habetur,quòd quando capitulum recipit aliquem canonicum vltra numerum authoritate propria,ꝙ videtur renuntiare priuilegio: ſecus ſi authoritate Papæ: quia legatus de latere nõ poſſet præiudicare priuilegio eccleſiæ. Vide cap.dilecto.de præbend.ꝙ non valet receptio vltra numerum iuratũ conſecratum authoritate apoſtolica, maximè quando eſt
8 decretũ irritans. Quartò fallit † quando mandaretur recipi aliquem in canonicum authoritate apoſtolica, cum plenitudine iuris canonicalis:quia tũc debet habere vocem in capitulo,& quotidianas diſtributiones:ſecundum Panormi. in dict. cap.cùm omnes. & Ioan.de Imol.in dict.capit. pro illorum. Quintò fallit,quando capitulum recepiſſet aliquẽ ſub expectatione præbendæ: quia tunc non tenet talis receptio:ſecundum Ioan de Imol. in clemen. fi.de præbend.& ſupra dictum fuit. Adde quando in eccleſia eſt certus numerus canonicorũ iuratus tunc in literis debet ſpecifica mẽtio fieri,aliàs non tenent literæ,quod eſt verum:ſecũdum glo. niſi canonici contrauenerunt faciendo contra illum.

ARGVMENTVM.

Canonicorum præter numerum iuratum receptio, an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Canonicum ſupernumerarium recipientes an priuilegio & ſtatuto renuntiare uideantur.*

Quæſtio MXLVI.

QVAERITVR an capitulum poſsit augmentare numerum canonicorum, quãdo habent certum numerum iuratum?Et dicẽdum eſt ſecundum Inno.in cap.dilecto.de pręben.quòd non: quia actus ſpiritualis factus contra iuramentũ non tenet:ſecus in actu temporali.ſed Ioan.And.&Panormi.tenent contrarium per cap.ſicut.de ſponſa. vbi matrimonium tenet contra iuramentum, licèt recipientes vltra numerum incurrẽt periurium, vi-
1 de ibi † an recipiendo vltra numerum renuntietur priuilegio ſeu ſtatuto.& in cap.pro illorum.eod.tj. & in cap.accedentibus de priuileg.& cap.cùm omnes. capitul. cum acceſsiſſent. capitul. cùm in.de conſtitution.

ARGVMENTVM.

Canonicus ſupernumerarius,an canonicorum priuilegio gaudeat.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus ſupernumerarius delegatus eſſe poteſt:ut qui dignitatem retineat.*
2 *Canonici receptio facta per excommunicatos tenet.*

Quæſtio MXLVIII.

QVAERITVR an canonicus receptus vltra numerũ ſeu ſupernumerarius gaudeat priuilegio canonicorum,& dicendum eſt quòd nõ: ſecundum Bart.in l.ſi duas.§. granatici.ff.de excuſa.tuto.& glo.in dict.pragma.ſanctio.de collation. in fin.de quo habetur per Alexand.conſil.clxxviij:
1 in ſecundo volumi.licèt poſsit † eſſe iudex delegatus apoſtolicus:quia remitteretnomẽ dignitatis ſeu canonici eccleſiæ cathedralis:ſecundum Rotam in nouis deciſio.cccci. Gemini.in cap.ſtatutum.de re-
2 ſcript.libr.vj. † Et pariter valet receptio canonici etiam facta per excommunicatos. cap. pro illorum de præbend.ibi glo.docto.& in pragmatic.ſanctio. de electio. cap.j. ſuper verbo. conueniant. & gloſſ. in fine.quia actus excommunicati, tenet ad ſui pręiudicium.& poteſt fieri talis receptio,etiã ſi fiat extra capitulum, & præſtetur conſenſus in particulari:ſecundum gloſſ.allegat Innocen.in cap.bonæ,le ſecund.de poſtula.prælato.

ARGVMENTVM.

Eccleſia qualiter numerata dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Præbendæ in dubio præſumuntur diſtinctæ ſecundum canonicorum numerum.*
2 *Eccleſiæ regulares in commui uiuere debent.*

Quæſtio MXLVIII.

QVAERITVR qualiter dicatur eccleſia numerata ſeu habere determinatũ numerũ canonicorum taxatũ:&in effectu eccleſia non dicitur habere numerum taxatum ex ſola facti contingentia:puta ſi ibi fuerint xij.canonici, ſed oportet probare ſtatuto conſuetudine,vel priuilegio:ſecundum Innocen.in cap.ex parte.de conceſsi. præben. & per gloſſ.in pragmact.ſanctio. de collatio. circa
1 finem. † & in dubio præſumũtur præbendę diſtinctæ:ſecundum numerum canonicorum, & iſtæ dicuntur portiones diſtinctę ſeu priuilegiatæ: ſecundum Innocen.in dict.cap.dilectus.le j.de præbend.
2 & idem in eccleſijs † regularibus quę debent viuere in communi:ſecundum Innocen. ibi & gloſſ. in dict.cap.ex parte.tamen ſecundum Ioan. Andr.in dict.cap.non eſt obligatorium.de regul.iur.libr.vj. in mercu.&Panormi.in dict.cap.ex parte. vide glo. in cap.fina.de conceſsi.præben.libr.vj.quando Papa mandat prouideri in aliqua eccleſia non obſtante aliquo numero,quòd poterit etiam prouideri in eccleſia non numerata. Nec obſtat dict.cap.ex parte,quia licèt in tali eccleſia non habeat locum prouiſio Lateraneñ.conſilij: quia non fit deuolutio,cũ non vacent:tamen habebit locum papalis prouiſio: obſtabit tamen penuria eccleſiæ,ſi non ſuppetant facultates eccleſię vt alij viuere honeſtè poſſent:ſecundum gloſſ.in dict.cap.fi.de conceſsio.præbend. lib.vj.& ideò eſſet bonum in caſu iſto pro parte dicti capituli eccleſiæ beatæ Marię Grationop.deducere periu-

cere penuriã dictę eccleſię, & onera incombentia, & numerum clericorum ipſius eccleſiæ, &c.

ARGVMENTVM.

De vxoratis ordinandis.

SVMMARIVM.

1 *Papa ut deponatur, de ſimonia accuſari non poteſt. & nu mer. 7.*
2 *Papa an ab uxore repeti poßit.*
3 *Vxoratus Epiſcopus eſſe poteſt.*
4 *Cardinalis Epiſcopi uxor religionem intrare tenetur.*
5 *Liberos habens in Epiſcopum promoueri poteſt.*
6 *Vxoratus ad ordines promoueri, & religionem profiteri uxore adſentiente poteſt.*
8 *Religionis profeßione matrimoniũ per uerba de præſenti carnali copula non ſecuta, diſſoluitur.*
9 *Græci uxorati ad ſacros ordines promoueri poſſunt.*
10 *Maritus profeſſus religionẽ uxore nõ adſentiente, per uxorem ipſam repeti poteſt.*
11 *Papa ut clericus uel monachus uxoretur an diſpẽſare poßit.*
12 *Græcia continentiæ uotum non admittit.*
13 *Nuptiæ terram replent: uirginitas paradiſum.*
14 *Papa contra religionis uotum diſpenſare poteſt.*
15 *Laico uxorato primam tonſuram cõferri non niſi religionem profiteatur, aut ad ſacros ordines promoueatur, poteſt.*

Quæſtio MXLIX.

QVAERITVR de vxoribus ordinandorum qualiter venire debeant & dare licentiam, de quo habetur per glo. in cap. ſi ſe cuiquam. xxviij. diſtinct. & in ca. ſi quis pœnam. lxxix. diſtin.
1 & ibi per gloſſ. † An Papa poſsit accuſari de ſymonia. & tenet quòd non, ad effectum vt deponatur. & ibi etiam quando vxor alicuius creditur mortua
2 & eligitur in Papã, & conſecrat, † quòd vxor non poteſt ipſum repetere, quando reuocatur in dubiũ. de quo ibi pleniùs habetur. de quo etiã habetur in
3 cap. ſanè. de conuerſio. cõiug. vbi habetur, † quòd vxoratus poteſt promoueri in Epiſcopum, quando vxor ſua profitetur cõtinentiam, & intrat religionem ſacram veſtem aſſumendo. cap. fraternitatis. xxiiij. diſtinct. & eſt ratio ſecundum Hoſtien. quia ſi vxor remaneret in ſeculo ſæpè mulieribus aſſociata viſitaret Epiſcopum: & inſtaret in impetratione gratiarum, maximè pro ditatione parentum: meritò aliud in eò quàm in vxore promoueri ad ſacros
4 ordines interiores. † Et idem eſt in vxore Cardinalis: vt ſit neceſsè ꝙ religionẽ ingrediatur, quando eſt Cardinalis Epiſcopus: ſecus quãdo non eſt Cardinalis Epiſcopus: quia tunc Papa prouidet, qui poteſt ſolos Cardinales creare: ſecundum Ioan. And. & Panor. in dict. cap. ſanè. vide nota. in cap. cathinen. lx. diſtinctio. & in cap. de Syracuſane. xxviij. diſtinctio. & per Innocen. & Panormi. in cap. j. de te-
5 ſta. † quòd habẽs filios poteſt promoueri in Epiſcopũ ſaltẽ ex diſpenſatione poſt longuam cõtinentiam: licèt Hoſtiẽ. teneat quòd etiam ſine diſpenſatione: ſicuti in beato Petro, qui habuit ſanctam Petronillam eius filiam. vide tamen ibi certam diſtinctionẽ
6 per Panormita. † Si verò vxoratus velit promoueri ad alios ſacros ordines poteſt promoueri de licẽtia vxoris. cap. coniugatus. de conuerſ. coniuga. Si verò vxoratus velit intrare religionẽ, tunc ſi vxor non eſt iuuenis, nec ſuſpecta: tunc ſuffieit eius licẽtia: ſecundum vnam oppinionem. c. cùm ſis. & c. ex parte. de conuerſ. coniuga. de quo articulo habetur latè per Panor. in c. j. de conuerſi. coniuga. vide etiam
7 per Panor. in cap. licèt. de electi. † quãdo Papa vxoratus eligitur in Papã quòd non poteſt opponi aduerſus electionem: vide per glo. in cap. j. de voto & voti redẽpt. lib. vj. quòd licet profeſsio religionis & ſacer ordo æquiparentur quantum ad dirimẽdum matrimoniũ ex poſt facto contractum: tamen ſecus eſt quantũ ad dirimendum ſponſalia per verba de
8 præſenti ante copulã carnalem. † Nam profeſsio religionis bonæ diſſoluit matrimoniũ per verba de præſenti ante copulam carnalem. c. ex publico. de conuerſ. cõiug. Nam ſacer ordo requirit continentiam ex conſuet. eccle. & Papa poſſet diſpenſare ſicuti in Greſi dicitur. ca. cùm olim. cum ibi not. de
9 clericis cõiugatis. † quia Gręci vxorati poſſũt promoueri ad ſacrum ordinem: vt ibi habetur. & in ca. Nicena. xxxj. d. c. presbyter. c. quoniã. ead. d. de ma
10 teria † quando vxratus ingreditur religionem vel promouetur ad ſacrum ordinem ſine cõſenſu vxoris, tunc vxor poteſt ipſum repetere. c. quia ſunt culpæ. cum duobus ſequentibus xxviij. diſtinct. c. Agatoſa. xxj. diſtict. & quando vxor cõſentit: tunc poſt mortem mariti non poteſt contrahere matrimonium: quia cenſetur vouiſſe & eſſe ſolenniſatum votum. ſecundum vnam opinionem. de quo habetur per glo. & doct. in c. ſeriatim. xxxij. diſtin. & per Car. Flo. & Ioan. de Imol. in cle. j. de conſangu. &
11 affin. Quid autem econtrà, † an Papa poſsit diſpenſare quòd clericus vel monachus poſsit cõtrahere matrimoniũ, ſicuti adhuc hodie Gręci vtuntur
12 matrimonio: † quia eccleſia orientalis nõ admiſit votum continentiæ: ſed eccleſia occidentalis ſic. Nam Græcia in minoribus poſſunt cõtrahere matrimonium: & in ſuperioribus vti matrimonio contracto. c. cùm olim. de cleric. coniug. cap. presbyter. capit. Nicena. cap. quoniã. xxxj. diſtin. ne peccant in hoc. Gręci: ſecundum glo. in c. de libellis. in fin. xx. diſtin. & dicendũ eſt ꝙ Papa poſſet diſpenſare: quia ſucceſsio ſine ordinis aut monachati procedũt ex conſtitutione eccleſię. c. j. de voto. lib. vj. & hoc videtur tenere glo. in d. c. cùm olim. & ibi Panor. & glo. in c. ſunt quidam. & in c. quę ad perpetuã. xxv. q. j. & maximè ex cauſa in voto expreſſo vel tacitò, quod eſt de iure diuino, & ſolùm debet ſeculo commutari in maius bonum. c. j. & c. cùm admiſſum. in
13 fine. de voto. † nam nuptię replent terram: virginitas paradiſum. xxxj. q. j. ca. nuptię. & hoc aparet, ꝙ Papa interdũ diſpenſat, quòd monachus filius Regis aut alterius principis contrahit matrimonium ad prolem habendam, & ne deficiat: ſecundum Io. Andr. in c. actus legitimi. de regul. iur. lib. vj. in mercu. & hoc ad tempus ſecundum vnam opinionem. & per glo. in clemen. j. de conſang. & affinit. & per Bald. in l. ſi pater. §. in arrogato. & in l. ſi filius. ff. de adop. & per Panor. in c. ex publico. de cõuerſione coniug. & per Inno. poſt glo. in d. c. cùm ad mo-
14 naſteriũ. in fi. de ſtatu monach. vbi † ex cauſa Papa poteſt diſpẽſare contra vota religionis, & facere de non monacho monachũ, ſicuti de nihilo aliquid. & ibi per Panor. & per Io. And. in c. ſemel. de regu. iu. lib. vj. in mercuria. & per Iaſ. in l. fina. C. de tranſa. vide gloſſ. in can. ſicut. xxxij. diſtinct. quæ diſputat

-an monialibus ſit fortior & dignior ſacer ordo vide c.rurſus.de conuerſione coniuga.quod votū ſimplex licèt impediat matrimonium contrahendum: non tamen dirimit contractū:ſecus in voto ſolemni.& de ratione differentię vide ibi,& per Cardin. Flor.in d.clemen.j.de cōſang.& affini.in xxiiij.q. Adde c.quia Agathoſa.& c.ſcripſit.xvj.q.vij.quos Deus coniunxit,homo non ſeparet. Deus tamen ſeparat,per ingreſſum religionis de cōſenſu amborū, etiam poſt copulam carnalem. Adde c.fi.de tempo.

15 ordina.libr. vj. vbi non poteſt † laico coniugato conferri prima tonſura,niſi in caſu quo intraret religionē,vt ad ſacros ordines promoueatur: prout ſacris canonibus eſt diffinitū. Adde glo.in c.de Syracuſanæ.xxviij.diſt. ꝙ habens liberos non debet promoueri ad Epiſcopū,quando eſſet ſuſpitio dilapidationis bonorum eccleſię,& idem de nepotibus vel fratribus. An per ingreſſum religionis ſoluatur matrimoniū cōſummatū.gl.in c.licitè.xxxij.queſt. vij.& in c.paſtoralis.vij.q.j.& in c.ij.de conuer.cōiuga. De Papa vxorato vide etiā glo.in c.ſi quis pecunia.l.lxxix.d.& in c.quā ſit.xviij.q.ij.& ibi quando monachus efficitur Papa. Adde Lap.alleg.cxxx an debeat applicari dos vxoris quando ingreditur religionem de conſenſu mariti. Adde glo.in c. omninò.xxxj.diſt. ꝙ Epiſcopus vxoratus pōt paſcere vxorē,& liberos de bonis eccleſię in caſu neceſsitatis,quando non habeat bona.

ARGVMENTVM.

Mendicantibus vt cadauer humo detur, an gregatim & proceſsionaliter cum cruce accedere liceat.

SVMMARIVM.

1 *Velum regium tollere an quis poßit.*

2 *Prædicatores & minores cum Epiſcopo & clero in proceſſionibus & letanijs proceßionaliter adeſſe poſſunt.*

3 *Letania duplex.*

Quæſtio ML.

QVAERITVR de tali caſu ſepulturæ qui contingit in hac ciuitate Grationop. de hoc præſenti anno 1496.de mēſe Septēbris: quia Frāciſcus Douceti parœcianus S. Laurētij elegit ſepulturā apud eccleſiā fratrū minorū Grationo. & curatus ſancti Laurentij cōduxit funus cū cruce vſq; ad finem ſuę parœciæ ſupra pontē, & ibidem venerūt fratres minores proceſsionaliter cum cruce ad portandum dictū funus. Sed exaduerſo ibi ſuperuenerūt cappellani beatæ Marię Grationop.de mandato dicti capituli,& etiam curati ſanctorum Hugonis & Ioannis qui abſtulerunt crucem dictę eccleſię fratrum minorum prætendentes,quòd dicti fratres minores non poſſunt ire proceſsionaliter cum cruce in aliena parœcia ad querēdum funus etiam ſi fuerit electa ſepultura in eorum eccleſia,& debēt prius portari in eccleſia parœciali.& ibi recipere vltimū vale.& deinde dicti fratres minores debent expectare funus ante eorum portam. Prætextu quorū præmiſſorum dicti fratres minores intentauerunt ſtatutū,ſi quis per literas.in curia parlamenti Delphinali.Sed exaduerſo dicti domini capituli beatæ Mariæ Grotionop.intentauerunt ſuper contrario poſſeſſorio. Ideò quæritur quid iuris.& de materia quādo ordinarius abſtulit cruces alicuius habetur in cap.cùm ad ſedem.de reſtitu.ſpolia.veruntamen in hac quęſtione referunt opiniones. nam gloſſ.in clemen.dudum. aliàs ſuper catedram.§. verum.ſuper verbo,integrè.de ſepultu.refert Ioan.Monach. tenere,quòd ſi conſuetudo habet quòd ſemper debeat prius portari funus ad propriam eccleſiam, & dicta clem.non tollit conſuetudines,niſi pręcedentibus aduerſas. Quinimò tenet quòd vbi nō eſt cōſuetudo etiam eſſet deferendum,vt haberet miſſam in propria eccleſia.& ſic quòd recipiat vltimum vale à ſuo curato:nec iſtud repugnat electiōi ſepulturæ, ſed concordat.allegat cap.nam oportet.le ij.de conſecra.diſtin.v.Cardina. Flor.in d.clem.dudum. §.huiuſmodi.in ij.q. format queſtionem an fratres. poſsint ingredi proceſsionaliter cum cruce ad portandum funus in eius qui ibi eligit ſepulturam inuito rectore parœciali eccleſiæ.& ibi primo allegat Oldra.dicentem quòd non.per text. dictæ clemen. quia permittitur dictis fratribus, quòd recipiant funus,quādo ibi eligitur ſepultura. Et ſic debet intelligi, quòd ad eos portetur funus per parœcialē ſacerdotem.ſed in contrariū in alia parte allegat Oldra.tenentem cōtrarium:quia cùm hîc permittatur fratribus ſepultura libera,& ſic conceſſo fine videntur conceſſa precedentia,argu.c. prętereà.de offic. delega.& l.ad rem mobilem.de procura.& tandem ibidem refert quòd primum dictū ibidem eſt ſolitū ſeruari:quia nō leuatur funus niſi iubēte ſacerdote parœciali,qui etiā incipit verſum ſubuenite.& hoc tutius ſecundum ipſum:ne detur materia rixę. Ioa. de Imol.verò in d.clem.in glo.ſuper verbo,integrè. ibidem tenet ſimpliciter glo. niſi eſſet conſuetudo quòd non deferatur funus ad eccleſiam parœcialem:quia iſto caſu benevaleret conſuetudo:allegat c.certificari,& c.cùm liberum.de ſepultu. Oldrad. verò conſil.lxxxij.incipien.an fratres.videtur tenere primam partem videlicèt,quòd fratres mendicātes non poſſunt ingredi parœciam proceſsionaliter cum cruce ad portādum funus defuncti per plures rationes ibidem per ipſum adductas: quia quis poteſt prohibere venationē volucrū ingredi fundū ſuum.l.diuus.ff de ſeruitu.ruſtico. prædio. iſti autē fratres venatoribus æquiparari poſſunt: quia videntur eſſe ſolliciti de prędā abūdè æducata.argu.xiij.

1 quæſtion.j.cap.j. † Præterea quis poteſt authoritate propria tollere velum regium appoſitum in re mea ſine authoritate ſuperioris.l. ij.C.vt nemo priuat titul. poſſeſſ.nec videtur rector parœcialis iniuriā feciſſe auferēdo eis crucē.d.c.cùm ad ſedem.de reſtitu.ſpoliato.& per plures alias rationes ibi per ipſum adductas:ſed idem Oldra.conſil. cccxxiiij. exordien.grauamina.in j.& ij.dubijs, videlicèt quòd dicti fratres poſſunt liberè proceſsionaliter & cum cruce ire quæſitum funus defuncti,quando ibi elegit ſepulturam abſque pręſentando eccleſiæ parœciali:nec valet conſuetudo in contrarium.& ſi dicti fratres fuerunt ſpoliati debent reintegrari, & ablata reſtitui,& violenti debent priuari iiij. canonica iſtam partem etiam tenet Panormita. in dict. cap. cùm liberis.de ſepult.propter verbum,liberè. quod denotat abſque cōſenſu & licentia alterius.cap. de multa.de pręben.cap.licèt Epiſcopus.eod.titul.lib. vj.& iſtam partem tenet etiam Petr.de Ancha.conſilio lv.&

ſilio lv. & hoc verum ſecundum eum niſi rectores parœciales haberent ex conſuetudine: vt prius ſonus deferatur ad eorum eccleſias. Et ideò non poteſt denegari, quoniam iſtæ paſſus ſit dubius. veruntamen, prout intellexi ſunt pactiones inter eccleſiam cathedralem, & dictos mendicantes huius ciuitatis, vbi inter cętera cautum, quòd quando aliquis eligit ſepulturam in eccleſia ſeu cœmeterio dictorum mēdicantium, quòd tunc facta notificatione, curato ſi diferat ire quæſitum funus defuncti, tunc ipſi mendicantes poſſunt proceſsionaliter ire quæſitum funus defuncti cum cruce, vide Oldrad. conſilio ducenteſimouigeſimoquarto, qui tractat plures alias quæſtiones ſuper materia dict. clemen. dudum. Adde quod ſuper proceſsionibus debet attendi conſuetudo: ſecundum Baldum. in l. obſeruare. §. antequàm. ff. de officio procōſul. & lega. & refert, ꝙ in Tuſcia minores vadunt ante prædicatores, & ſic ille debet ire primò qui prius cōſueuit ire, & dignior debet eſſe in digniori loco, & dicitur eſſe locus dignior quando magis apropinquat domino. facit capitu nimis. le ſecond. de exceſsion. præ-
2 lato. vbi † prædicatores & minores debent ire proceſsionaliter cum Epiſcopo & clero in letanijs, vel etiam quando proceſsio fit ex cauſa magna: vt pro pace, vel pro alio ſimili caſu. & per Archidiaconum in canon. quando. in fine trigeſimaoctaua diſtinctio. vide Ioannem Calderinum, conſilio octauo, ſub titul de regular. an fratres minores & prædicatores ad mandatum Epiſcopi, & an poſsint excommunicari, ſi non vadant ad proceſsionem: & dicendum eſt quòd non: ſecundum Ioannem Calderinum: cùm habeant priuilegium ſuper hoc. vide Præpoſitum in dicto capitul. quando. quòd de conſuetudine ſufficit quòd clerici vadant ad eccleſiam baptiſmalem. & licèt mendicantes aliqua vice acceſſerint ad proceſsiones: non tamen præiudicant eorum priuilegio. & maximè cùm fuerint proteſtati ſuper hoc. & quia priuilegium dictorum mēdicantium eſt facultatis, quia poſſunt ire ſi volunt & ſi nolunt, poſſunt abſtinere. & ideò non acquiritur poſſeſsio: quia videretur precario iuſſe. An letaniæ ſint de lege diœceſana, vide Innocentium & Panormitanum. in capitul. dilectus. de officio ordinarii, & qualiter canonici eccleſiæ cathedralis in proceſsione præferuntur abbatibus: ſecundum Geminianum in capitul. quamuis. §. quanquàm.
3 de præbend libr. ſexto. Adde † de duplici letania videlicèt maiore & minore per rationale diuinorum officiorum in titulo de regularibus, & iſte rogationes ante Aſcenſionem domini vocātur letania minor, & eſt introductum ieiunium ex deuotione, non ex parte precepti. canon. rogationes. de conſecratio. diſtinctio. iij. & ſeptuageſimaſexta diſtinctione §. non autem. letania verò minor dicitur illa quę fit in feſto beati Marci, & pariter moniales vadunt ad proceſsionem: ſecundum rationale vbi ſupra.

ARGVMENTVM.

Mendicantibus plures campanas habere, an liceat.

SVMMARIVM.

1 *Clem. dudum de ſepul. diſpoſitio an locum habeat in omnibus mendicantibus.*

2 *Religioſi in eorum eccleſijs campanam etiam ſi parœciam non habeant, tenere poſſunt.*

3 *Mendicantes & religioſos unam tantum campanā habere iuris eſt.*

Quæſtio DCCCCCL I.

QVAERITVR an dicti fratres prædicatores ſeu minores poſsint habere plures campanas. Et in effectu Panormi. in capitul. nimis. le j. de exceſsi. prælato. ibi notat, quòd licèt mendicantes non habeant populum: poſſunt tamen habere campanam & cœmeterium. & ibidem format quæ-
1 ſtionem, † an dicta clemen. dudum. de ſepultu. quæ permitit fratribus prædicatoribus & minoribus liberam ſepulturam ibi eligendi, an habeat locum in alijs mendicantibus ſeu religioſis non habentibus populū. & tenet cum opinione Innocen. quòd ſic. pro quo allegat capitul. fraternitatis. de ſepultu. & Archidiaconus in cap j. decimaſexta quæſtion. j. idem verò Panormita. in dict. capitul. patentibus.
2 de priuileg. refert Goffredum tenere, quòd † religioſi in eorum eccleſijs licitè poſſunt tenere campanam, licèt non habeant parœciam dicto capitul. nimis. vel ſecundo poteſt intelligi quòd illud capitu. procedit ex priuilegio. iſtud de iure communi. vel tertio ſecundum Hoſtienſ. contrarium loquitur de vna campana, vt ſic liceat iſtis religioſis, vnam campanam tenere in eorum mōnaſterijs, & non plures. & iſtud dictum Hoſtienſis eſt notatu dignum pro iſtis religioſis potiſsimè mendicantibus, qui retinent plures campanas, ita quòd eorum loca videantur principaliora in ciuitate. Nam non † poſ-
3 ſunt de iure communi tenere niſi vnam campanam & eis ſufficere debet. & ita ſeruant minores fratres obſeruantiæ, vt ibi refert Panormita. Oldrad. verò conſilio ducenteſimovigeſimoſeptimo. incipiente quòd fratres prædicatores. ibi tenet, quòd ſit ibi licitum habere plures campanas: quia nec ordo prohibet, nec conſuetudo repugnat, præſertim vbi ſanctorum corpora quieſcunt, ex deuotione concurrit populi multitudo. Nec obſtat ſi dicatur. quòd ſtrepitus & ſonus campanarum impediat diuinum cultum: quia iſtud non impedit niſi vellent eſſe nimium delicati. & maximè quando eorum prędeceſſores longiſsimò tempore ſic paſsi fuerūt. & quando dicti fratres nunquam fuerunt prohibiti campanas tenere: quia tunc ab illo tempore incipit currere pręſcriptio, de quo ibi latiùs per eum. & iſtam quæſtionem vidi de facto agitari in cancellaria Regia dum vltimatè fui Lugduni: quia prædicatores ciuitatis de Langre fecerant fieri de nouo quandam Campanam ad finem vt populus faciliùs audiret, cùm eſſet modicum longe. & ibidē decanus & capitulū eccleſiæ cathedralis prohibuerunt fieri dictā campanā, propter quod dicti prędicatores habuerūt recurſum in cācellaria Regia. Vide Albericum in declaratiōe ſuper verbo, campanas, qui refert aliàs fuiſſe litem in curia Romana. Vide de materia numeri cap. xij. etiam ſecundum Pſalmiſt. Laudate dominum in ſymbalis bene ſonantibus. facit capitul. j. de officio cur. nam licitum eſt facere in ſuo quod ſibi prodeſt, & alteri non nocet: dum tamen non faciat doloſè. l. flumina. §. fi. ff.

de damn.infect. & Oldrad.conſil.ccxxviij. nec obſtat clemen.exiuit.de verbo.ſignifica.vbi prohibetur dictis fratribus habere pretioſa.quia per hoc nõ prohibetur pluralitas campanarũ.licèt dict.clemẽ. non comprehendat fratres minores, qui non ſunt de obſeruantia per priuilegiũ mare magnum facit. c.quòd non vilis.de priuileg.vide rati. diuin. offici. ſub titul.de campan. Adde dict.clementin. exiuit. de verbo.ſignifica.§.licèt.& §.quamuis.& Cardin. Flor. quòd ſuperfluitas ornamentorum vaſorum reprobatur,licet tendat ad vſum primum licitum. Adde quòd de conſuetudine in aliquibus conuentibus fratrum minorum in eorum campanili vtuntur pluralitate campanarum pulſando inſimul ad baudetam ſeu treſel:& communiter habent in campanali duas campanas vltra campanelam vocatam naulam in conuentu extra campanala ſeu clocheri umpro vſu fratrum.

ARGVMENTVM.

Mendicãti pręſentato vt confeſsiones audiat, quę requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Gardiani aut priores mendicantium religioſos ut confeßiones audiant Epiſcopo aut eius uicario generali præſentare non poſſunt.*

2 *Præſentatio actualis eſſe debet.*

3 *Religioſi præſentati quòd extra diœceſim illius cui præſentati fuerunt confeßiones audire non debent.*

4 *Confeßio præſentatis an teneantur proprio ſacerdoti confiteri.*

5 *Præſentati à quibus peccatis abſoluere poſſunt.*

6 *Præſentatis confeßionis audiendæ locus nullus præſcriptus.*

7 *Religioſi præſentati altari uiatico ſeu portatili celebrare ubicunque locorum poſſunt.*

Quæſtio MLII.

QVAERITVR de tali caſu qui etiam cõtingit hodierno tempore de anno natiuitatis domini 1497. de menſe Ianuarij inter venerabilẽ dominum Ioannem Roboudi, aliâs Noyati curatum ſanctorum Hugonis & Ioannis Grationo.ex vna,& fratres prædicatores & minores, ex altera, pro eo quia dictus curatus prætẽdit, quòd dicti mẽdicantes infra eius parœcias non poſſunt nec debeant audire confeſsiones parœcianorum in domibus priuatorũ, & præſertim infirmorũ. Secundo ꝙ dicti mendicantes non poſsint nec debeant celebrare cum altari portatili. Tertiò quòd dicti mendicantes non poſsint nec debeant dicere officium miſſæ vulgariter dicta eſſuite mulieribus exiſtentibus in puerperio, quæ abſtinent ab ingreſſu eccleſiæ durante puerperio ex deuotione: iuxta capitul.prim. de purifi. poſt puerperium. Super quibus pro nunc. videtur breuiter reſpondendum quò ad confeſsiones, quòd dicti mendicantes dum tamen fuerint debito modò præſentati prælatis:iuxta numerum taxatum,&obtinuerint licentiam,quòd poſsint liberè audire cõfeſsiones in ciuitate & diœceſi:iuxta clementin.dudum.§. ſtatuimus.de ſepul. dum tamen quatuor interuenerũt ſecundum auctorem in ſumma angelic.ſuper verbo, confeſsio. Tertiò primum quòd generalis vel prouincialis miniſter aut cuſtos quò ad minores, & magiſter aut prior prouincialis, aut eius vicarius quò ad prædicatores accedat ad pręſentiam prælatoris, petendo quòd fratres qui fuerint electi poſsint liberè cõfeſsiones ſuorum ſubditorum audire. Sed iſta prima licentia eſt de bene eſſe: quia ſufficit alia licentia quando præſentantur actualiter: ſecundum Cardinalem Florentinum,ibi poſt gloſſam, ſuper verbo,deindè.& ibi quòd ſufficit talis licentia petita li-
1 cèt non obtenta. Et ideò ſimplices † Gardiani vel priores conuentuales non poſſunt præſentare prælatis,ad licentiam obtinendam: ſecundum gloſſam ibi ſuper verbo, cuſtodes. Secundum requiritur quòd fuerunt electi & habilitati ad audiendas confeſsiones per generalem aut prouincialem miniſtrum quò ad minores,aut per magiſtrum vel priorem prouincialem quò ad prædicatores. Tertium quòd ſic electos præſentent per ſe vel per fratres quos ad hoc deputauerat Epiſcopis, ſeu eorum vicegerentibus, petendo humiliter, vt de eorum beneplacito poſsint audire confeſsiones ſuorum ſub-
2 ditorum.an autem requiratur præſentatio † perſonalis & actualis titulus electorem. gloſſ. in dicta clementin.dudum. tenet quòd ſic. de quo ibi per Cardinalem Florent. & per auctorem in ſumma angelica, vbi ſupra.& licèt vicarij miniſtrorum poſſint petere talem licentiam.non tamen poſſunt eligere:ſecundum gloſſam, ibi ſuper verbo, miniſtri.
3 Quartum† quod requiritur eſt,quòd non audiant confeſsiones extra diœceſim illius cui fuerint præſentati: vt ibi habetur,& licèt tales præſentati poſſint liberè audire confeſsiones, non tamen dicun-
4 tur curati. Et † ex quo ſubditi ſunt confeſsi talibus electis non tenentur de neceſsitate proprio ſacerdoti confiteri ſemel in anno reprobata gloſſ.in capitul.omnis vtriuſque.de pœniten. & remiſsionib. iuxta notata per gloſſam,& Cardinalem Florenti. in dict.§.ſtatuimus. verſicu.ſi verò poſt gloſſam ſuper verbo,liberè.& verbo,impartiri.& per gloſſam & doctores in capitul. ſecundo. de pœniten. & remiſsio.lib.vj.& per Hoſti.in ſumma de pœniten. & remiſs.§.cui ſit cõficendũ. Et tales pręſentati poterũt abſoluere inuitis & cõtradicẽtibus parœciali-
5 bus ſacerdotibus † ab omnibus à quibus poſſunt ſacerdotes parœciales à iure: vt habetur in dict.§. ſtatuimus.adeò & in tantum quòd licèt Epiſcopi poſsint ſibi vel per conſtitutiones aut ex conſuetudine reſeruare caſus. Ita quòd curati abſoluere nõ poterunt: tamen præfati fratres abſoluant: ſecundum auctorem in dict. ſumma angelica. de quo per gloſſam.in dict.§.ſtatuimus. verſicul. ſi verò. ſuper verbo,coceſſa. Veruntamen tales fratres non poterunt abſoluere in caſibus reſeruatis Epiſcopo de iure communi, niſi eis ſit ſpecialiter commiſſum. Et ex premiſsis apparet, quòd dicti fratres debito modò præſentati poſſunt audire cõfeſsiones ſubdi-
6 torũ liberè infrà ciuitatem aut diœceſim:† quia ibi nõ limitatur poteſtas d.fratrũ in eorũ eccleſijs & domibus dũtaxat Quinimò ſi ſint plura loca minorum aut prędicatorũ habẽtia determinatos fines:ſecundũ eorundem ordinẽ,ꝙ poſſunt audire cõfeſsiones infra

nes infra terminos alterius loci dum tamen ſint infra ciuitatem aut diœceſim: ſecundum Cardi. Florenti. in dict. §. ſtatuimus. verſic. extra ciuitates. aduertẽdum tamen quòd debet ante omnia conſtare de iſta litera licentiæ iſtorum fratrum pręſentatorum: ſicuti dicitur de literis dimiſſorijs ſeu recommandatitijs clericorum ſecũdum capitul. extraneo. lxxj. diſtinct. ſecundum glo. in cap. j. de cenſib. libr. vj. cap. tuę. de cleri. peregri. & hoc ad euitandũ ſcãdallũ quando aliquis non deputatus ſe ingerit ad audiendum confeſsionem: quia licèt cõfitens ſit ſecurus quò ad Deũ & quò ad pœnam æternã: ſecundũ glo. in d. §. ſtatuimus. verſi. extra ciuitates: ſecus quò ad ſatisfactionẽ peccati eccleſię militãtis: ſecũdum Cardinalem Florenti. ibi poſt gloſſ. ſuper verbo, adicere licèt ſecundum Cardin. Floren. ibi poſt Steph. facit differẽtiã in homine ſimplice iura ignorante vel ne, & pro pręmiſsis quòd requiratur litera licentiæ, facit cap. j. & ij. de tempo. ordin. libr. vj.

7 Quò ad ſecundum punctum de altari viatico † ſeu portatili dicti fratres poſſunt celebrare vbicunque ſint abſque alia licentia. cap. in his. de priuileg. ſine tamen præiudicio eccleſiæ parœcialis: vt ibi habetur, & per fratrem Antonium in ſumma tertia parte titul. xvj. c. ix. §. j. in fine. Sed quò ad alia quæ ſpectant ad officium parœcialis eccleſiæ non poſſunt exercere, vt habetur in dict. capit. in his. quò ad certum punctum videlicèt de officio viſitandi dictas Iaſſumerias in puerperio ex præmiſsis patet reſponſio: quia licèt dicti fratres poſsũt habere altare viaticũ: hoc intelligitur ſine pręiudicio parœcialis eccleſiæ: & dum tamen non faciant in fraudem & nõ exerceant alia quæ ſpectant ad officium parœcialis eccleſię prout ſupradictum fuit. vide de materia dict. clementi. dudum. in alio volumi. cauſarum eccleſiaſticarum. fol. cclxv. plures concluſiones ibidem extractas.

ARGVMENTVM.

Qui vult alio quàm proprio ſacerdoti confiteri veniam petat: quę ſi denegetur, non propterea aliò fateri deſinet.

SVMMARIVM.

1 *Permiſsio fatẽdi alio ſacerdoti quàm proprio de quo ſacerdote intelligendum ſit.*

2 *Confiteri alieno ſacerdoti præterquàm proprio non niſi uenia poſtulata, licere.*

3 *Confeſsio facta alieno ſacerdoti ſine proprij ſacerdotis permiſsione innutilis eſt.*

Quæſtio MLIII.

QVAERITVR quando quis vult confiteri alieno ſacerdoti debet prius poſtulare & obtinere licentiam à proprio ſacerdote. dict. cap. omnis vtriuſque ſexus. verſicul. ſi quis autem. de pœniten & remiſsion. & ibi glo. ſuper verbo, obtineat quando proprius ſacerdos malitioſè recuſat dare licentiam, quòd tunc ſufficit licentia petita, licèt non obtenta, ita quòd poteſt accedere ad alium, & maximè eminente neceſsitate, vel ſecundũ aliam opinionẽ potuit accedere ad ſuperiorem. & hac ſubſiſtente cauſa propter imperitiam proprij ſacerdotis: vel quia habet eum exoſum. capit. placuit.

1 de pœniten. diſtinction. vj. † & talis licentia debet dari ad confitendum alteri habenti curam animarum: quia non ſufficeret confiteri ſimplici ſacerdoti: ſecũdum glo. in dict. cap. omnis vtriuſque ſexus. ſuper verbo, alieno ſacerdoti. & in clemen. j. de priuileg. ſuper vebo ſpeciali. niſi talis alienus ſacerdos vteretur ex cõmiſsione curati: quia curatus ſeu proprius ſacerdos bene poteſt ſibi aſſumere ſocium in exercitio pœnitentiæ: ſecundum Cardina. Flor. ibi Sed quod quando quis cõ fitetur ſemel in anno pro

2 prio ſacerdoti, an in alijs vicibus in eodem † anno poſsit confiteri alieno ſacerdoti ſine licentia proprij ſacerdotis: quia ab alieno iudice non poteſt ſolui vel ligari: ſecundum Panor. quod autem. de pœniten. & remiſsio. nam licèt quilibet ſacerdos dum ordinatur recipiat poteſtatem ligandi vel abſoluendi in habitu & non in actu: ſecundum Panormita. ibi qui tenet quòd in foro pœnitentiali non ſortitur quis forum infra limites alienæ parœcię vt ibi poſsit confiteri: ſecundum gloſſam: in capitul. placuit. decimaſexta quæſtion. prima. el primo. & Pa-

3 normi. in dict. cap. quod autem. † An autem quando quis confitetur alieno ſacerdoti non obtenta licentia ceſſante neceſsitate ſeu iuſta cauſa an quis ſit abſolutus: quia vbi emineret neceſsitas etiam quis poſſet confiteri laico: iuxta notata per gloſſ. & doctores in capitul. paſtoralis. de officio ordinarij. an ceſſante neceſsitate ſit abſolutus: & dicendum eſt quòd non: ſecundum gloſſam in cano. inferior. vigeſimaprima diſtinctio. & in dict. can. placuit. de pœniten. diſtinction. prima. & in cap. dudum. el ſecond. de election. nam prout tenet gloſſ. in dict. cap. placuit. licèt quis ſit ordinatus à nõ ſuo Epiſcopo recipiat veritatẽ ordinis: ſecus in ſacramento pœnitentię: quia talis confeſsio erit inutilis: niſi propter imperitiã proprij ſacerdotis: quia tunc conceditur licentia à iure confitendi extraneo ſacerdoti. & ideò tenet gloſſ. in cap. j. decimaſexta. quæſtion. videlicèt, quòd nullus ſacerdos, ſiue monachus ſiue alter poteſt iniungere pœnitentias: niſi ab Epiſcopo ſit commiſſa ei cura animarum, vel niſi in cauſa neceſsitatis: vnde qui ab eis recipiunt pœnitẽtiam nec quantum ad Deum, nec quantum ad mundum. & ibi gloſſ. etiam quando parœcianus delinquit in alterius Epiſcopatu vel territorio veruntamen gloſſ. in clemen. dudum. §. ſtatuimus. verſicu. extra ciuitates. ſuper verbo, audituræ. de ſepultur. videtur tenere, quòd confitendo alieno ſacerdoti quòd eſſet tutus quò ad Deum. de quo ibi videtur pleniùs.

ARGVMENTVM.

Venia fatendi alio quàm proprio ſacerdoti an fuerit petita vel non an ſimplici pœnitentis verbo ſtandum erit.

SVMMARIVM.

1 *Licentia fatendi alio quàm proprio ſacerdoti, uel ſacramente præcipiendi an ſcripto danda ſit.*

Quæſtio MLIIII.

QVAERITVR an ſit credendum ſimplici verbo pœnitentis ſeu parœciani dicentis

ſe habere talem licentiam à ſuo proprio ſacerdote vel quando dicit eius ſacerdotem eſſe imperitum? & dicendum eſt quòd ſic:ſecundum gloſſ.in dict.c. placuit.de pœnitent.diſtinctio. vj. quia non eſt veriſimile ꝙ commendatio veniat ad pœnitentiam. Et partem videtur tenere etiam glo. in dict. clemẽ. j.de priuileg.ſuper verbo,non habita.licèt gloſſ.ibi arguat ad ambas partes,& pro hoc allegat cap. ſignificaſti.le ij.de homicid.& ibi gloſſ. ſuper verbo, credendũ.quòd in iudicio animę cuilibus eſt credẽdum: quia non eſt veriſimile quòd ſit immemor ſuæ ſalutis capitul. ſancimus.j. quæſtion. vij.ſecus in ſacramento ordinis, vbi requiretur litera: quia non datur propter recipientem tantum, ſed etiam propter alios.Secus in ſacramẽto pœnitentiæ quod datur propter recipientem tantùm, & ideò ſibi creditur:ſecundum glo.in dict.clemen.j.& ibi per Cardina.Floren.& Ioan.de Imol. vide ibi gloſſ. ſuper verbo,ſpeciali.an in dict.
3 † licẽtia requiratur expreſſio ſacramentorum & perſonarum videlicèt pœnitentiũ & confitentiũ an verò ſufficiat generalis licentia? Et in effectu ſecundum gloſſ. ibi eſt tutius quòd fiat ſpecificatio,licèt ſufficeret ſpecificatio ſacramẽti & nominis religioſi,vel parœciani cui datur hæc licentia:ſecundũ gloſſ. ibi veruntamen vbi non eſſet obtenta licẽtia proprij ſacerdotis in ſacramẽto pœnitentiæ non incurrerẽtur pœna excõmunicationis.dictę clemen.j.de priuileg. ſecundũ glo. ibi & idem in ſacramẽto baptiſmi:quia dicta clem. j.ſolùm procedit in tribus ſacramentis eccleſiæ videlicèt euchariſtiæ,matrimonij & extremę vnctionis:vt ibi habetur.

ARGVMENTVM.

Mendicantes præſentati confeſsiones extraneorũ audire licitè non poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatorum poteſtas latius extenditur quàm parocorũ ſeu curatorum.*
2 *Peregrinus extra diœceſim quòd curato parœciæ in qua eſt, fateri teneatur.*
3 *Peregrini & nuncij non niſi cum literis dimiſſorijs à paroco obtentis iter arripiant*

Quæſtio MLV.

QVAERITVR an tales mendicãtes pręſentati iuxt.dictã clem.dudum.§. ſtatuimus. de ſepultu.poſsit audire confeſsiones extraneorum ſeu exemptorum.& diſcendum eſt quòd non: quia ibi permittitur audire cõfeſsiones ſubditorum qui ſubſũnt diœceſanis eo quibus fratres habent licentiam,adeò ꝙ aliorũ non ſubditorũ audire non poſſunt,etiam ſi ſunt in loco: ſecundum Cardin. Flor. in dict.§.ſtatuimus.in princip.quia diœceſani poſſunt dare eorum licentiã per totam diœceſim: ſed rector parœcialis infra eius parœciam duntaxat.dicto cap.eis.vtriuſque ſexus.de pœniten. & remiſſi. facit gloſſ.in dict. cap.ij.eod.titul.libr.vj.&pro hoc etiam facit gl. in dict.clemen.dudum §.ſtatuimus. ſuper verbo,intenditur. & ſuper verbo, volentem.
1 & ſuper verbo,conceſſa.& ideò † poteſtas iſtorum præſentatorum,licèt æquiparentur poteſtati curatoris ſeu parœcialium ſacerdotum quò ad caſus ipſorum.dicta clemen.dudum.§. ſtatuimus. verſicul. per honorem tamen maior eſt quò ad numerum perſonarum:quia ſe extendit per totam diœceſim: ſecundum Cardina. Flor.in dict.§.ſtatuimus.verſic. & ſi idem.vide etiã in dict.§.ſtatuimus.verſic.ac deinde.an ſufficiat licẽtia petita licèt nõ obtẽta quod videtur tenere gloſſ. ibi ſuper verbo,deinde.de quo vide ibi per Cardinalem Florẽ.in dict.authen.
2 † de viatore qui peregrinatur extra diœceſim cui ſit cõfitendum.& in effectu gloſſ.in dict.clementi.j.de priuilegijs,ſuper verbo, parœcialis.tenet,quòd ſeculares marcenarij.& hij ſimiles ſint parœciani in cuius parœcia inhabitant. de quo ſe remittit ad notata per Hoſtienſem in ſumma de parœci.§. penultim. verſicul.quis intelligatur.& in titul. de pœniten.& remiſsionib.§.cui ſit confitendum.ad finem. & ibi
3 tenet, † quòd debet habere licentiam proprij ſacerdotis quando recedit extra parœciam vel diœceſim aut ſi non habet licentiam quòd debeat confiteri extraneo ſacerdoti ſub intẽtione,quòd proprius ſacerdos ratificet.facit cap.fina.de pœniten. & remiſſionib.vbi in abſentia ſuperioris poteſt quis eligere confeſſorem de quo ibi latiùs. vide etiam per Ioan.de Imol.in dict.§.ſtatuimus.ſuper verbo,libere.& ſuper verbo,impartiri.an non obſtante confeſſione iſtorum præſentatorum teneatur quis confiteri proprio ſacerdoti.

ARGVMENTVM.

Legatum factum ſub conditione, conditione non adimpleta an transferatur.

SVMMARIVM.

1 *Cautio mutiana & ſi negatiuam conditionem habeat in ſe: tamen affirmatiuam conditionem tacitè continet.*
2 *De conditione trahendi moram in certo loco.*
3 *Habitare quis dicatur.*
4 *Conditionem ſemel adimplere in ultimis uoluntatibus an ſufficiat.*
5 *Conditio habens ſucceſsiuum actum,an temporis momento adimpleri poſſit.*
6 *Conditio quæ ſucceſsiuum actum habet qui temporis momento impleri non poteſt,perſeuerantiam requirit.*
7 *An in exhumatione & translatione corporis ſuperioris licentia requiratur.*
8 *Eccleſiæ parœcialis quarta canonica de legatis factis religioſis ratione ſepulturæ debetur.*
9 *Corpus poſitum in feretro transferri poteſt de loco ad locum uenia non petita.*
10 *Quid ſi teſtator corpus ſuum transferri ſub pœna ordinauerit?*
11 *Quid quando corpus per diuerſa territoria transfertur?*
12 *Corpus humo conditum ſi ab alijs diſcerni non poſſit, exhumari non debet.*

Quæſtio MLVI.

QVAERITVR ſuper clauſula teſtamenti nobilis Margaretæ de Loiaſio relicta nobilis Iacobi de Cyzerino cõditi de anno Mcccclxxxvj. die vigeſimaſecunda menſis Auguſti recepti per Anthonium Galberti notarij vbi inter cætera ibi ordinata dicta teſtatrix elegit ſepulturã in capella ſiue eccleſia ſancti Mauricij de Myolano in tũba eius quondã viri. itẽ dedit & legauit prędictæ eccleſię S. Mauricij centũ florẽ.monetę ſoluendos per ſuum

ſuum hæredem pro vna miſſa celebranda in qualibet ſeptimana in die lunæ de officio defunctorum per dominum curatum ſeu vicarium eiuſdem eccleſiæ. Et caſu quo nobilis Franciſcus de Cizerino filius & hæres ſuus prædictus ſubnominatus ſuam moram & manſionem tempore futuro facere nollet in eodem loco & domo ſua ſancti Mauricij voluit & ordinauit eadem teſtatrix in eo caſu quòd dictum corpus ſuum ſiue oſſa cadaueris eiuſdē tranſportentur ad eccleſiam fratrum prædicatorū Grationopolis, in qua eccleſia dicta miſſa poſt dicatur, & celebratur qualibet die lunæ iuxta ordinationē dictę teſtatricis ſuprà ſcriptam, & centum floreni pro ipſa miſſa legati & ſolut ordinati pariter ſoluantur per dictum hæredem ſuum poſt tranſportationem dicti ſui corporis prædictæ eccleſiæ fratrum prædicatorū loco dictæ eccleſiæ ſancti Mauricij caſu præmiſſo aduenienti & non aliter, & ibidem dicta teſtatrix inſtituit eius hæredem vniuerſalem dictum Franciſcum de Cizerino eius filium, & conſequenter poſt mortem dictæ teſtatricis dictus Franciſcus de Cizerino vendidit & alienauit dictam domum ſancti Mauricij cum iuribus & pertinencijs, ita ꝙ nihil poſsidet in hac patria, ſed facit domicilium cum vxore & familia in regno Franciæ, vt fertur in patria Bituriceñ. Nunc quæritur an ſit locus tranſlationi dicti legati, & an debeant transferri oſſa cadaueris dictæ teſtatricis ſepultæ in dicta eccleſia ſancti Mauricij ad dictam eccleſiam conuentus fratrum prædicatorum Grationopolis? Dubiū facit: quia conditio ſub qua fuit facta tranſlatio dicti legati habet actum ſucceſsiuum, & poſſet dictus Franciſcus de Cizerino mutare domicilium, & adhuc morari in dicta domo ſancti Mauricij. l. nihil. l. domicilium. ff. ad municipal. ſed contrarium facit: quia voluntas dictæ teſtatricis fuit ꝙ dictus eius hæres non alibi traheret eius domiciliū, & non credebat, quòd alibi faceret: & ideò in caſu adueniente etiam ante mortem dicti Franciſci eſt locus tranſlationi dicti legati: iuxta notata in ſimili per Ioan. Andr. in additio. ad Specu. in titu. de ſecundis nupt. in rubric. in quęſtione illa, quando teſtator relinquit mille fruenda eius vxori quandiu in viduitate honeſtè permanſerit: & quòd poſt eius obitum perueniant ad Titium, & contingit caſus, ꝙ mulier ſecundò nubit, tunc dicta mille debeat peruenire ad Titium etiam ante mortem mulieris: quia teſtator non credebat vxorem nubere. & ita ſequuntur Paul. de Caſtr. & Alexan. de Imol. in l. mulier. in princip. ff. ad Trebellia. & in l. ſi mater. C. de inſtitutio. & ſubſtitution. ſub condit. fact.

1 Nec obſtat, ſi dicatur, † quòd dicta tranſlatio legati fuit facta ſub conditione negatiua, caſu quo dictus hæres ſuam moram & manſionem tempore futuro facere nollet in domo ſua & loco ſancti Mauricij, & ſic quòd locus cautioni mutianæ cùm non poſsit impleri niſi vltimò vitæ ſpiritu: iuxta notata per gloſſ. & doctor. in l. mutianæ. ff. de conditio. & demonſtratio. quia ad iſtud reſpondetur, quòd talis cōditio negatiua habet etiam in ſe tacitam conditionem affirmatiuā, videlicet caſu quo alibi traheret domicilium, & ꝙ nō debet expectari tale tempus triſtis euentus mortis filij. l. cùm tale. in principio. & l. auia. §. mutiana. ff. de cōditio. & demonſtr.

2 Non † habet etiam obſtare quod non debet attendi conditio per quam iubet teſtator morari in certo loco, ſeu vt non recedat à monumento: vel vt in illa ciuitate domicilium habeat, niſi ſit in libertis. l. Titio centum. §. Titio. le ij. ff. de conditio. & demonſtratio. & hoc ne libertas infringatur. Sed ad iſtud reſpondetur: ſecundum Barto. ibi, quòd bene valet talis diſpoſitio, quando concernit cōmodum alicuius. l. qui concubinam. §. vxori. ff. de legat. iij. Prætereà ſecundum Bart. ibi in fine, licèt morari in certo loco ſit ſpecies ſeruitutis: tamē cauſatiuè per viā conditionis, non eſt prohibitum: quia ſi non obſeruatur conditio, quis priuatur legato: vt ibi habetur, & l. j. C. de legat. Non habet etiam obſtare ſi dicatur, quòd dictus Franciſcus de Cizerino: vt fertur viuente teſtatrice, vel poſt eius obitum manſit certo modico tempore in dicta domo ſancti Mauricij. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd per hoc nō eſt ſatiſfactum voluntati teſtatoris. quia dictus Franciſcus de Cizerino non fecit ibi moram & locū cum familia cauſa ibi perpetuò manendi, quòd tamen requiritur. l. ciues. C. de agro & cenſit. lib. x. l. domicilium. ff. ad municipal. Nam differētia eſt inter habitare & peregrinari. l. j. §. habitare. ff. de his qui
3 deiecer. & ibi Bart. † quia ille dicitur habitare quādo trahit domicilium cum familia cauſa ibi perpetuò manendi: ſecundum Barto. ibi, & pro hoc facit c. is qui. de ſepult. libr. vj. Nam ex quo dictus hæres vendidit bona quæ habuit in hac patria, præſumitur mutaſſe domicilium cauſa perpetuò deſerendi dictum locum ſancti Mauricij: quia tunc dicitur facto mutare domicilium. dict. l. domicilium. & ibi Bart. & l. aſſumpto. §. viris prudentibus. ff. ad municipales. & per Inno. in c. iij. de renuntiatio. Nec ob-
4 ſtat ſi dicatur, † ꝙ in vltimis voluntatibus ſufficit ſemel impletam conditionem: licèt non duret. l. ſi quis hæredem. C. de inſtitutio. vel ſubſtitution. ſub conditio. fact. Quia ad iſtud reſpōdetur, quòd conditio non fuit adimpleta in forma ſpecifica, quòd tamen requiritur. l. qui hęredi. & l. Mœuius. ff. de conditio. & demonſtr. Quia dictus Franciſcus de Cizerino poſt mortem dicta teſtatricis non traxit moram cū familia in dicta domo ſancti Mauricij.
5 Prætereà dicta † conditio de qua ſuprà non poteſt impleri momento temporis, quia habet actum ſucceſsiuum & requiritur perſeuerantia. l. iij. §. fina. ff. ſtatu liber. ſecundum Bald. in dict. l. ſi quis hæredē. & ex hoc ibi inferunt Bart. Bald. Angel. & Salicet. quando relinquitur alicui ſub cōditione ſi tale monaſterium intrauerit. & deinde ſemel intrauit, & aſſumpſit habitū, licèt poſteà depoſuerit: & exiue- quia priuatur legato cùm nō fuerit perſeuerantia. l. reprehendenda. à contrario ſenſu. C. de inſtitutio. vel ſubſtitutio. ſub conditio. fact. quia non ſufficit aliquid fieri, niſi duret factum. l. ſi pro patre. §. ver-
6 ſuri. ff. de in rem verſo. & ideò † quando conditio habet actum ſucceſsiuū quę non poteſt impleri momento temporis, requiritur perſeuerantia: ſecūdum Cyn. in d. l. ſi quis hæredem. & ibi decidit tres quæſtiones, quæ faciunt ad factum: quia nō ſufficit ſemel paruiſſe conditioni. niſi ſequatur perſeuerantia. pro quo facit. l. inter caſtellianum. cum ibi notatis. ff. de arbit. & ita eſt in propoſito: quia ex quo apparet, ꝙ dictus hæres non perſeuerauit habitare in

dicto loco ſancti Mauricij, eſt locus tranſlationi di
cti legati de vna perſona, ſeu de vna eccleſia ad aliã
l. ſicut. & l. tranſlatio. ff. de adimen. & transferen.
lega. Et maxime: quia fuit factum dictũ ſecundum
legatum ſub commemoratione primi legati facti
dictæ eccleſiæ ſancti Mauricij. l. nó ad ea. ff. de con
ditio. & demonſtratio. quia licèt primum legatum
fuerit purum: tamen potuit transferri in aliam per-
ſonam purè vel ſub cõditione: vt ibi notatur. Et ex
præmiſsis apparet q etiã debent transferri oſſa ca-
dauerís dictæ teſtatricis ad dictam eccleſiam fratrũ
prædicatorum Grationop. iuxta voluntatẽ defun-
ctæ, quæ debet ſeruari pro lege. §. diſponat. in auth.
de nupt. collatio. iiij. quia dicti fratres prædicato-
res habent liberam ſepulturam ex quo dicta teſta-
trix ibi elegit. clem. dudum §. huiuſmodi. de ſepul-
turis. Maximè ex quo commodè poſſunt ibi portá-
ri dicta oſſa, cùm non ſit magna diſtantia. dicto
capitul. is qui. & capitul. finali. de ſepulturis. libro
ſexto, quia electio ſepulturæ facit ceſſare ſepul-
turam in loco maiori vel parœcialis eccleſiæ: vt
ibi habetur. & capitul. cùm liberi. de ſepultu-
ris. & poſſunt etiam exhumari oſſa, vt ibi habe-
tur: ex quo conſtat de iuſtitia ſeu iure partis: ſecun
dum Panormita. ibi, & dom. de Rota, in antiquis,
ſub titu. vt lite pendente. deciſion. cccccliiij. Et pro
hoc facit l. oſſa. & l. nec corpora. ff. de religioſis. &
7 ſumptib. funer. † Vbi in tali exhumatione & tran-
ſlatione corporis & oſsium requiritur authoritas
pontificis ſeu diœceſani: ſeu eius vicarij. Et ita intel
ligo quòd dicti frates prædicatores intendunt pro-
cedere ad dictam tranſlationem cadaueris median
te authoritate ſeu licentia reuerendiſsimi domini
Epiſcopi Grationopol. ſeu eius vicarij. Et attento,
q dicta eccleſia non habet dictum cadauer niſi per
modum depoſiti: & ideò dicti fratres prædicatores,
ante omnia debent inſtare vt fiat dicta tranſlatio:
ſeu tranſportatio dicti corporis ſeu oſsium ad eo-
rum eccleſiam: quia aliter non poſſent petere dictũ
legatũ centum florenorũ pro dicta miſſa, niſi priùs
poſt tranſportationem dicti corporis: iuxta formã
8 dicti legati. Aduertendum tamen, † quòd de dicto
legato centum florenorũ facto dicto conuentui fra
trum prædicatorum pro dicta miſſa, ex quo ibi eſt
electa ſepultura debetur quarta eccleſiæ parœcia-
li. dict. clementin. dudum. §. huiuſmodi. de ſepultur.
de quo habetur latè per Petrum de Ancharan. con
ſilio ccclxx. incipiẽ. Super iſto dubio. Veruntamen
de relictis ad vſus priuilegiatos vti pro ornamen-
tis eccleſiæ, pro fabrica, pro anniuerſario: vbi non
tenetur canonica portio. iuxta capitu. final. de te-
ſtament. fratres prædicatores & minores nõ tenen-
tur: ſecundum Ioannem de Calder. in titu. de ſepul
tur. conſilio ſecundo, & ibi etiam conſilio iij. tra-
ctat quando propter peſtem quis ſe transfert ad a-
liud caſtrum, & ibi moritur, quòd debetur canoni-
ca portio primæ eccleſiæ vide ibi per totum titulum
& per Lapum ſub titulo de ſepulturis. & per Fre-
dericum de Senis, ſub titu. de ſepultur. conſilio ter-
9 tio. & conſilio quarto. & conſil. cliiij. Adde † quan
do corpus eſt repoſitum in caſſa vt vtuntur citra-
montani magni domini: ſecundum gloſſam in l.
diui fratres. ff. de religioſis & ſumptibus funerum.
tunc ſi ad tempus poſſunt transferri etiam ſine li-
centia alicuius. l. ſi necdum. C. de religio. & ſumpti-
bus funerum. ſi verò vt ibi ſit perpetuò, tunc ex cau
ſa ſufficeret licentia præſidis ad transferendum. l.
iij. §. nõ perpetuò. ff. de ſepulchro violato, aliàs ſine
cauſa non licèt ſine licentia principis: ſecundum
gloſſam in l. ſi quis. ff. de religio. & ſumptibus fun.
Et intelligitur licentia principis, ſeu pontificis &
Papæ: ſecundum gloſſ. in l. final. C. de religioſis &
ſumptibus funerum. ſed attende: quia Paulus de
Caſtro in l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de legat. j.
10 format quæſtionem † quando teſtator in aliquo
loco ordinauit corpus ſuum transferri per hæredem
infrà certum tempus, ſub pœna priuationis hæredi
tatis, quòd non valet talis pœna: quia eſt impoſsibi
lis: cùm reſideat in facto principis: licet Fulgoſius
conſuluerit contrarium, quem ſequuntur Alexan.
de Imol. & Franciſcus de Aret. quãdo corpus non
erat ibi cauſa perpetuæ ſepulturæ. Item Franciſcus
de Aretio tenet, quòd ille §. non perpetuò. in dicta
11 l. iij. intelligitur, † quando transfertur corpus per
diuerſum territorium infrà ciuitatem aut villam
debet obtineri licẽtia præſidis ſeu iudicis loci. Item
vide l. ij. & ibi Bartolus ff. de cadauer. quòd corpus
banniti non debet transferri & ſepeliri in loco vbi
12 vnius erat bannitus. Item † quando corpus nõ po
teſt diſcerni ab alijs nõ debet exhumari. capitu. ſa-
cris. de ſepultur. ſecus ſi poſsit diſcerni: vt quia eſt
repoſitum in capſa: vel quia eſt de recenti: iuxta no
tata per Baldum in ſimili. in l. ſi quis teſtibus. C. de
teſtibus. in fine. Item vide capitu. animæ defuncto-
rum. xiij. quæſtione ij. vide capitu. is qui. & capitu.
final. de ſepultur. libro ſexto, quando corpora de-
functorum nõ poſſunt commodè alibi portari: ſeu
transferri per Henricum Boyc. in capitu. abolen-
dæ. de ſepultur. Adde, quòd in reſtitutione cadaue-
rum ſeu corporis defuncti non habet locum reme-
dium reintegrandæ ſeu attentati, niſi appareat de
iure proprietatis: ne corpora defunctorũ vexentur.
l. ne corpora. ff. de relig. & ſumptibus funerum. ſe-
cundum Innocentium in capitu. cùm liberum. de
ſepultur. de quo ibi per Panormitanum. & de bel-
lencijs in additio. ad Panor.

ARGVMENTVM.

Laicus fideiuſſor clerici an priuilegio quo gaudet clericus gaudere debeat.

SVMMARIVM.

- A *Iuriſdictio an per cautionem de ſiſtendo iudicio prorogetur.*
- 2 *Bona clericorum priuilegio gaudent quo clerici.*
- 3 *Iudicatum ſolui clauſula qualiter committatur.*
- 4 *Iudicatum ſolui clauſ. tres alias clauſulas in unum collectas complectitur & quæ ſint.*
- 5 *Sententia lata contra principalem executioni demandatur contra fideiuſſorẽ de iudicato ſoluendo, etiam ſine nouo proceſſu.*
- 6 *Exceptio priuilegij fori perſonæ cohæret.*
- 7 *Fideiuſſor contractus in ſuo foro conueniri poteſt.*
- 8 *Fideiuſſor priuilegij fori clerici non gaudet.*
- 9 *Fideiuſſor iudicatum ſolui, principalis forum ſortitur.*
- 10 *Sententia lata contra principalem contra fideiuſſorem contractus executioni non demandatur.*

Quid ſi

11 *Quid ſi fiat depoſitum in manibus clerici?*
12 *Priuilegium authentic. habita. C. ne filius pro patre. an ad clericorum fideiuſſores extendatur.*
13 *Fideiuſſor de iudicio ſiſtendo ordinis priuilegio non gaudet: ſecus in fideiuſſore iudicatum ſolui.*
14 *Fideiuſſor clerici priuilegio clericali non gaudet.*

Quæſtio MLVII.

QVAERITVR an fideiuſſor de iudicato ſoluēdo gaudeat priuilegio fori clericorum? Dubium facit, & ideò poſſet argui ad ambas partes: & pro parte affirmatiua, quod debeat gaudere priuilegio fori, facit authentic. offeratur. C. de litis conteſtatione. & in authentic. vnde ſumitur. de exhibendis reis. §. ſancimus. aliâs §. illud quoque. columna v. vnde ſecundum Baldum in dicta authen.
1 Offeratur. in ſecūdo notabili. per † cautionem de iudicio ſiſti, quis non intelligitur in iudicē conſentire, niſi quatenùs de iure debeat aliter non: quia neceſſaria ſatisdatio non inducit conſenſum. & pro hoc etiam allegat Cynum in l. fina. C. de ſponſalib. & dignita. in l. continuus. §. cunctis. cum hoc. ff. de verborum obligationibus. Nam prout dicit Cyn. in dict. l. final. C. de ſponſalibus. in fine. quando aliquis citatus coram iudice & ſatisdedit de iudicio ſiſti vel iudicato ſoluendo, per tales cautiones neceſſarias nō excluditur, quin poſſit recuſari iudex ante litis conteſtationem. Secundò pro iſta parte facit quia dictum ſequeſtrum equorum non debuit
2 fieri per iudicem laicum. † Cùm bona clericorum gaudeant priuilegio clericorū: quia bona ſequuntur perſonam. capitu. eccleſiarum ſeruos. xij. quæſtione ij. ſecundum gloſſ. in cap. fina. de vita & honeſtate clericorum. & per gloſſ. in capitu. ex literis. de pignoribus. & per gloſſam in capitul. ſimiliter. xvj. quæſtione j. licèt Panormitanus in dict. capitu. fina. dicat, quòd iſtud non ſemper procedit. Tertiò pro hac parte facit: quia dicti actores non bene videntur experiri cōtra fideiuſſorē prætextu dictæ fi-
3 deiuſſionis iudicatum ſolui: † quia talis clauſula non cōmittitur niſi priùs lata ſententia contra principalem. l. iudicium ſolui. la ij. ff. iudic. ſolut. Nam talis clauſula importat id quod verbum ſonat, vt
4 ibi habetur. † Et habet in ſe tres clauſulas in vnum collectas. videlicet de re iudicata, de re defendenda de dolo malo. l. iudicatum ſolui. la j. ff. iudicio ſolu. pro quo facit l. Græcè. in princip. cum ibi notatis.
5 de fideiuſſor. Et iſto caſu, † quando fertur ſententia contra principalem mandatur executioni contra fideiuſſorē de iudicato ſoluendo ſine nouo proceſſu: iuxta notata per gloſſ. & doctores in cap. j. de iureiurand. & damno dato. libro vj. & per Barto. in l. j. ff. iudicio ſoluto. & per Baldum poſt glo. in l. fin. C. de vſu. rei iudic. Sed pro cōtraria parte facit: quia
6 talis † exceptio priuilegij fori cohæret perſonæ, & eſt inſeparabilis: & ſic non prodeſt fideiuſſori. l. exceptio. la ij. ff. de exceptio. l. ex perſona. ff. de fideiuſſorib. cum ſimilibus. Secundò pro hac parte facit: quia vltrà clauſulam de iudicato ſoluendo dictus dominus Guillonis fideiuſſor fecit debitum proprium, cū renūtiatione de priùs cōueniendo principalem, quòd fideiuſſorem, ſe ſubmittendo expreſsè dictæ curiæ, & cum iuramento, & ſic expreſſe prorogauit iuriſdictionem, adeò quòd nō eſt locus pœnitentiæ propter iuramentū: iuxta notata per Angelum & cæteros in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. ōīo ne omnium iudicum. Nam iſto caſu cenſetur fide-
7 iuſſor contractus. † Et ita fideiuſſor contractus poteſt cōueniri in foro ſuo: iuxta notata per Baldum: in l. cùm Archimedoram. C. vt in poſſeſsio. legator. Tertiò iſtam partem videtur tenere Speculator in titulo de competenti iudicis additio. §. primo. verſiculo ſed ponit clericus. Nam tale priuilegium fori eſt perſonale & nō egreditur perſonam. Et licèt ibi Speculator arguat ad ambas partes: tamen in fina-
8 libus tenet, † quòd fideiuſſor non gaudet priuilegio fori clerici: vnde Baldus ibi, in additio. tenet, quòd fideiuſſor contractus vel iudicij ſi ſuum iudicem meretur. allegat l. primā. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, niſi ſit fideiuſſor ſe iudicatum ſolui:
9 quia † tunc fideiuſſor ſortitur forum principalis. ex quo ſententia lata contra reum mandatur executioni contra fideiuſſorem. licèt ſint diuerſi fori. allegat l. final. C. de vſur. rei iudicatæ. in fine. ſecus in
10 fideiuſſore contractus: † quia ſententia lata contra principalem non mandaretur executioni contra fideiuſſorem: ſecundum doctores, vbi ſuprà. Et hoc verum ſecundum Baldum in dicta additione: quando laicus fideiubet pro clerico: ſecus econtrà quando clericus fideiubet pro laico de iudicato ſoluendo: quia tunc clericus non poſſet prorogare iuriſdictionem. vel ſecundum Baldum hoc poteſt fieri etiam per clericum per modum ſummariæ executionis. facit quod habetur per Baldum in l. acce-
11 ptam. in principio. C. de vſur. † quando fit depoſitum corā iudice ſeculari in manibus clerici, quòd tunc etiam poteſt procedi contra clericum ex officio iudicis ſecularis per modum executionis. & pro hoc etiam facit quod voluit Baleus in authentica
12 habita. C. ne filius pro patre. vbi tenet, † quòd priuilegium dictæ authenticæ, non tranſit ad fideiuſſorem ſcolaris: & pro hac etiam parte facit quod voluit Guido de ceſaria in l. in præſenti. C. de hijs qui ad eccleſiam confugiunt. quem refert & ſequitur Alexander de Imol. in l. exceptionem. la prima. in additione ad Bartolum. ff. de exceptione. vbi tenet, quòd priuilegium fori rei principalis nō prodeſt fideiuſſori. faciunt etiam notata per Cynum & Baldum in l. quoties. C. de precibus Imperatorū offerend. an priuilegium iudicantis conceſſum principali profit fideiuſſori. veruntamen ſuper hoc paſſu pro me aliter non declaro: quia lis pendet coram me tanquàm iudice dictæ curiæ communis. Veruntamen bene facit textus in dicta l. finali. §. finali. C. de vſuris rei iudicatæ. pro prima parte vbi priuilegium quadrimeſtre quòd datur debitori principali ſe extendit ad fideiuſſorem, vide etiam Angelum poſt gloſſam in authentica de fideiuſſorib. in principio. poſt gloſſam columna prima, qui tenet, quòd
13 fideiuſſor. † de iudicio ſiſti, quando promittit ſiſtere in iudicio illum qui non eſt obligatus, quòd tunc non gaudet priuilegio ordinis, licèt in fideiuſſore iudicatum ſolui bene gaudeat dicto priuilegio ordinis: ſecundum Bald. in d. l. fi. C. de vſu. rei iudic. Adde Io. Fabr. in authen. ſtatuimus. C. de Epiſcop.
14 & cleric. Vbi tenet, † ꝙ fideiuſſor clerici non gaudet priuilegio clericali. allegat Speculato. in titu. de

competen.iudic.aditio.verſicu.ſed pone. vide eundem Ioan. Fabrum inſtitu.de ſatis datio.§.fina.vbi format quæſtionem, quando clericus ſe offert defenſioni laici coram iudice ſeculari, quòd non debet admitti: quia non poteſt renuntiari priuilegio clericatus,nec ſe obligare vel ſubmittere foro ſeculari.c.at ſi clerici.de iudic.alleg.Specula.in titu. de primo decret.§.reſtat.verſ.quòd ſit dominus.etiam ſi clericus dat fideiuſſorẽ laicum:quia ex quo principalis non obligatur,nec fideiuſſor. l. vbicunque. ff.de fideiuſſor.& ibi etiam tractat quod in clerico defenſoris neceſſario qui tenetur de euictione, & quid in actione reali.&ibi refert conſuetudinem in regno Franciæ,ꝙ Cardinales & Epiſcopi reſpondent in foro ſeculari in actione reali, & an fiat contra authorem nominatum in iudicio. Adde l.j.ff.iudic.ſolut.cum ibi notatis.per Bart.& l.cùm quærebatur.ff.iudic.ſolu.quòd reſpectu clauſulæ iudicatum ſolui non poteſt agi ante ſententiam latam cõtra principalem ſed reſpectu: quia non defendit ad intereſſe ſic.vide Bald.in l.fin.C.de vſu.&re. iudi.an priùs debeat diſcuti principalis, quàm fideiuſſor. Adde Roman.ſingulari dcxxix.incipien. nunquid fideiuſſor clerici qui tenet quòd fideiuſſor non gaudet priuilegio clerici. Adde quando fideiuſſor non eſt idoneus,habetur pro nõ dato,niſi fuerit approbatus per partẽ.l.quę ſatis dare.ff. qui ſatiſdare cogun.ergo à contrario ſi fuerit impugnatus per partem non tenet: iuxta notata per Bald.in l.j.ff.ſi quis in ius vocatus non ierit.

ARGVMENTVM.

Extraneus pro re mobili an poſſit conueniri.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus animalia cuius damnum dederunt, quod aut de ſiſtendo iudicio cauere tenetur, aut animalia ſequeſtranda ſunt.*

2 *Clericus an ratione rei coram iudice ſeculari forum ſortiatur.*

3 *Eccleſia & clericus pro cenſibus & tributis coram iudice ſeculari conueniri poſſunt.*

Quæſtio MLVIII.

QVAERITVR quando extraneus tranſiens per aliquod territorium duxit aliquos equos,boues,aut aliam rem mobilem,an ibi ſortiatur forum ratione rei mobilis,ſicuti pro re immobili:iuxta l.final. C. vbi in rem actio. & videretur dicendum,quòd ſic,cùm ſit eadem ratio: ſecundum Azonem per iura ibi præallegata, licèt ſecundum
1 Hugo.in re mobili ſufficiat † ſatis dare de iudicio fiſci in ſuo foro.allegat.l.ſenatus.ff.de offic.pręſid. & in defectu cautiõis. Res debet deponi ſeu ſequeſtrari. Nec obſtat l.ij.§.penultim.ff. de iudi. vbi videtur ſufficere nuda cautio prouiſionis: quia hoc procedit ratione affectus legationis, vel quando perſona non eſt ſuſpecta, licèt etiam aliqui intelligant,quòd in iudicio vbi res mobilis reperitur debeat lis conteſtari, quod eſt verum, quando actio eſſet tempore peritura, & de quo etiam habetur per gloſſ.& doctor. in c. final.de foro competen. & per Speculat.in titu.de competen.iudic.additione. §. j. verſicu.ſi quis per locum eum.& ibi per Ioan.Anđ. in additio. ad Speculator. vnde ſecundum Cyn. & Barto.in dict.l.fin.C.vbi in rem actio, eſt fienda differẽtia an res mobilis ſit in aliqua menſura,& tunc ratione poſſeſſionis poterit ibi quis cõueniri aliâs non:vide tamen certas limitatiões quas ponit Paulus de Caſtr.in dict.l. fin. Veruntamen in caſu iſto non debet attendi poſſeſſio rei mobilis coram iudice ſeculari ex quo dicti equi arreſtanti erant perſonæ religioſæ & eccleſiaſticæ:quia etiam in actione reali clericus non ſortitur forum coram iudice ſeculari:ſecundum Alberic.in authen.ſtatuimus. C. de Epiſcop. & cleric. Attento etiam quia non agitur
2 hic in actione reali ſed perſonali, † quo caſu etiam ratione rei quis non ſortitur forum:ſecũdum Bart. in l.forma.ff.de cenſib. & Paul.de Caſtr. Adde Baldum poſt Guliel.de Cune. in l.de hijs.C. de Epiſcopis & cleric.vbi pro tributis & cenſib. eccleſia ſeu clericus poteſt conueniri coram iudice ſeculari. nõ quod perſonæ ſint obligatæ:ſed res ipſæ. & ita etiã videtur ſentire Barto.in l. Imperatores.ff. de publi. Vide etiam notata per Bald.in l.ad inſtructiões.C. de ſacroſanct.eccleſ.& in authen.ſed &periculum. & l.fin.C.ſiue cenſi.vel reli.

ARGVMENTVM.

Debitor forenſis an & in quibus caſibus pro debito ciuili in alieno territorio conueniri & arreſtari poſſit

SVMMARIVM.

1 *Vagabundus ubicunque locorum conueniri poteſt.*

2 *Quid de debitore fugitiuo & ſuſpecto.*

Quæſtio MLIX.

QVAERITVR de debitore aduena ſeu forenſi & extraneo tranſeunte per aliquem locum an poſſit ibi conueniri,& arreſtari pro debito ſeu in actione perſonali ſaltem ad effectum cauendi,ſeu fideiubendi in foro competẽti: & dicendum eſt ꝙ non:ſecundum glo.in dict.l.ij.§.ſed ſi dubitetur.ff.de iudic.quia etiam viator contrahens in aliquo loco non poteſt ibi conueniri.l. hæres abſens. §.j.ff.de iudic. Niſi in certis caſibus ibidem per Barto.& hoc verum † niſi eſſet vacabundus,qui nõ habet certum domicilium:quia vbique poteſt conueniri:iuxta nota.per glo.& Barto.in dict.l.hæres ab-
2 ſens.§.ſi quis tutelam. & idem eſt in debitore † fugitiuo:quia vbique poteſt conueniri:ſecundũ Bartolum in l.j.ff.de eo quòd cert.loco.in j.quæſtione: & idem eſt in ſuſpecto de fuga.l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.de hijs qui in fraud.credito. de quo habetur latè in tractatu domini Io.Baptiſt.de debi.ſuſpect.in iiij.quęſt.principali,& in vij. & ibi tractat an poſſit opponi de incompetẽtia iudicis,& an poſſit authoritate propria capi in alieno territorio. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſtili dictæ curiæ communis præſentis ciuitatis,vbi forenſes & extranei debitores ad inſtãtiam ciuium & habitorũ præſentis ciuitatis etiam pro debito ciuili poſſunt arreſtari, donec caueant ſaltem cautione iuratoria in defectum fideiuſsionis: & vt pretenditur hoc fuit introductum vigore libertatis ſuper hoc conceſſa: quia aliâs de iure eſſet ſecus:niſi per modum ſuprà declaratum.

ARGVMEMTVM.

Clericus & religioſus ne incarcerentur priuilegio gaudent.

SVMMA-

SVMAMRIVM.

1 *Clerici & religioſi fugitiui, aut de fuga ſuſpecti capi etiam à laico propria authoritate poſſunt.*

2 *Clerici & religioſi iudicis laici authoritate, neq; detineri, neque eorum bona arreſtari poſſunt.*

3 *Clericoram bona iudicis eccleſiaſtici authoritate non laici deſcribenda ſeu inuentoriſanda ſunt.*

4 *Iudicis eccleſiaſtici ſententiam in rebus temporalibus clericorum iudici laico quandoquè licere.*

Quæſtio MLX.

QVAERITVR an clericus ſeu religioſus gaudeat priuilegio capturæ ne capiatur? Et dicendum eſt quòd ſic.cap. Odoardus. de ſolutio.l.miles.in princip.cum ibi nota.per gloſſ.& doctor.ff.de re iudic.& hoc verum,† niſi clericus ſit fugitiuus,aut ſuſpectus de fuga. dict.§.ſi debitorem. quia iſto caſu etiam laicus creditor poſſet accipere propria authoritate: iuxta notat.per gloſſ. inſtit. de actio.in princip.ſecundum Innocen.in capit.vt famæ.de ſentent.excommu.& Panormita.in ca. cùm ab hære.de iudæ. & hoc ad effectū ipſum præſentādi iudici eccleſiaſtico:† non tamen per hoc iudex laicus poſſet concedere licentiam capturæ contra clericum:ſecundum Ioan.Baptiſtam in dict. tractatu.de debitore ſuſpecto,in vltima quæſtio.& in hoc plus priuilegij habet pars priuata quā iudex: prout ibi habetur.& idem videtur eſſe de licentia arreſtus rerum & bonorum clerici, quòd non poſsit cócedi per iudicem laicum:quia bona ſequuntur conditionem perſonę.l.j.C.de impo.lucra.deſcriptio.libr.xj.& per Speculato.in titu.de cenſi.& in titu. de cleric.coniuga.& per Bart.in l. Paulus.ff.de acquirend.hæredi.& per Alberic.in authenti. ſtatuimus. C.de epiſcop.& cleri.& ideò talis arreſtatio equorū dicti religioſi facta vt prætenditur per dictam curiam communē,& vt prætenditur,de laico ſeu mādato alterius locumtenentis proceſsit minùs iuridicè,& per iudicem incompetentem.cap.at ſi clerici.& capit.ſi deligenti.& capit.decernimus.de iudi. & pro hoc facit in ſimili,quod notatur per do. Guidonē Papę deciſio.cclxj.& deciſio.dclxij.vbi tenet, 3 quòd † bona clericorum debent inuentoriſari, per iudicem eccleſiaſticum, & non laicum.de quo ibi 4 pleniùs per eum,licèt etiam interdum † executio iudicis eccleſiaſtici,mandetur executioni per iudicē laicum,in rebus temporalibus: iuxta nota. per Innocen.in cap ſignificaſti.de offic.delega.& per Cynum & Bald.in l.epiſcopale.C.de epiſco audien.de quo aliàs etiam tetigi in volumine maleficio. & cótractuum folio xxvj.& in materia tutelarum in eodem volumine,quæſtio.xxviij.& quæſtio.xxix. Et pro præmiſsis bene poſſet facere: quia creditores à principio bene ſciebant conditionem dicti religioſi:quia poſt contractum debitum non ſuperuenit noua cauſa ſuſpitionis.l.ſi creditores. cum ibi not. ff.de priuileg.credito.& in dict.l.ait prætor. § ſi debitorum.ff.de hij.quæ in fraud.credi.& in dict.tractatu,de debitore ſuſpecto in vj.quæſtio.principali.

ARGVMENTVM.

Iudex laicus de ſpolio etiam cótra clericos cognoſcere poteſt..

SVMMARIVM.

1 *Aduocatorū ſalaria ex mercenario iudicis officio debentur.*

Quæſtio MXLI.

QVAERITVR quia dictum debitum de quo agitur proceſsit iàm ex cauſa patrocinij præſtiti per dictum quondam dominum Franciſcū Chāterelli in cauſa ſpolij prioratus de Ternay vertere coram curia Parlamenti, quā etiam pro expēſis dicti religioſi ſollicitatoris, quā etiam ex cauſa mutui pro certis eius neceſsitatibus,ſuper quo etiā fuit facta commiſsio per dictam curiam Parlamenti,dicto iudici curiæ communis,an iſto caſu ſpectet cognitio dictæ cauſæ contra dictum religioſum?Et 1 videretur dicendum quòd ſic: † quia ſalaria & patrocinia aduocatorum,etiā debentur ex officio iudicis mercenario:corā quo cauſa pēdet.l.j.§. in honorarijs.ff.de varijs & extraordinarijs cognitio.l. properandum.§.illo proculdubiò.C.de iudic. & ibi per gloſſ.& doctor.ca.ſtatutum. §. aſſeſſorē.de reſcript.libr.vj.capit. Romana.§.nec etiam ſuffraganeorum.de foro competen.libr.vj.& pro hoc facit quod voluit Bal.in l.acceptam.in princ.C.de vſur. vbi voluit,quòd quando fit depoſitum in cauſa pēdente,coram iudice ſeculari in manibus alicuius clerici,quòd etiam fit executio ex officio iudicis ſecularis contra clericum ex conſequentia officij ſuſcepti. & ita eſt in propoſito,quia iſta cauſa venit in conſequentiam dictæ cauſæ ſpolij vertētis, in dicta curia Parlamenti Delphinalis.

ARGVMENTVM.

Iudex ſecularis de ſpolio & ex ijs quæ ab ipſo depēdent etiam contra clericum cognoſcere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatorum ſalaria ex mercenario iudicis officio coram quo lis agitatur,debentur.*

Quæſtio MXLII.

QVAERITVR an per huiuſmodi arreſtationem equorum ſeu ſequeſtrū, aut licentiam capturæ cùm dicta cautione præſtita in dicta curia communi,an dicatur lis cœpta? Et videretur dicendum quòd ſic. l.vbi cœptum iudicium. ff. de iudi.ſed in contrarium facit:quia in cauſa ſuſpicio1 nis fugæ debitorum,† quando fit arreſtatio perſonæ,aut bonorum,tunc dicatur fieri ex neceſsitate, & tunc tale iudicium debet remitti & agitari corā alio iudice competenti.l.ſed & ſi reſtituatur. §. ſed & ſi dies.ff.de iudi.& hoc ibi notat Bartol.Bald.ff. de iudic.& in dict.l. vbi cœptum. & pro hoc facit quod habetur per gloſſ.§.ſi dubitetur.ff.de iudi. & in l.fina.C.vbi in rem actio.quando extraneus atteſtatur pro re mobili:quia tūc ſufficit, quòd ſatis det de iudicio ſiſti in ſuo foro.& ita etiam tenet domi. Ioan.Baptiſta in dict.tractat. de debitore ſuſpecto. in xv.quæſtio.& ibi etiam tenet,quòd per huiuſmodi ſatiſdationem,ſeu fideiuſsionē, videtur approbata captura,aut ſequeſtrum, vbi per priùs de iure nō proceſsiſſent per iura ibi per ipſum allegata, licèt ibidem de hoc vltimo dubitet, attamen eſſet bonū proteſtari, quòd per huiuſmodi cautionem nō fiat præiudicium iuris partis.

ARGVMENTVM.

Captura ſiue arreſtatio equorum clerici fugitiui iudicis ſecularis authoritate facta, & cautione præ

SVMMARIVM

1 *Captura perſonæ aut bonorum in materia fugæ, aut ſuſpitionis ex neceßitate fit.*

Quæſtio MLXIII.

QVAERITVR quia ante dictã cõmiſsionẽ curiæ Parlamenti fuerat priùs facta arreſtatio dictorum equorum,& ſic talis arreſtatio ſeu captura nõ proceſſerat debito modo, an cõfirmetur& reualidetur per huiuſmodi cõmiſsionẽ ſup eueniẽtem? Et videretur dicendum quòd non, quando caret à principio defectu iuriſdictionis: quia non poteſt ex poſt facto validare: iuxta notat. per gloſſ. & doctor. in l. ij. C. de iur. fiſc. lib. x. & in l. licèt. ff. de iudi. & in l. obſeruare. ff. de offic. proconſul. & per Innocen. in capit. prudentiam. de offic. delega. ſed in contrarium facit l. fina. §. fin. ff. quod met. cauſ. vbi licèt decretum iudicis, non fuerit licitè interpoſitũ: tamen ex quo conſtat de cauſa veri debiti, nõ retractetur. de quo habetur per Bart. in eius diſputatione incipiente Lapus & per doctor. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. & in d. tract. de debito re ſuſpect. quæſtio. xiiij.

ARGVMENTVM.

Debiti nouatio, an videatur facta quando fideiuſſor de iudicãdo ſoluendo debitũ in ſe aſsumit cùm ſponſione ne in poſterum debitorem conueniret.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de iudicio ſiſti aut iudicato ſoluendo neceſſaria eſt.*
2 *Stipulationem ſecundum naturam actus ſuper quo apponitur regulari certum.*
3 *Fideiuſſor qui facit debitum proprium, an ut obligatio nouaretur id feciſſe uideatur.*
4 *Conſtituto animo nouandi facto, an debitor liberetur.*
5 *Defenſori litis iudicij nouandi animo libellus dari poteſt.*
6 *Fideiuſſor ſeu defenſor litis an ius expenſas à principali repetere poßit.*

Quæſtio MLXIIII.

QVAERITVR an dict. fideiuſſor per dicta verba in dicta cautione appoſita de iudicato ſoluendo debitum proprium faciendo cùm renunciatione de plus conueniendo principalem, quã fideiuſſorem, an dicatur fideiuſſor neceſſarius de iudicato ſoluendo, an verò cõtractus: quia in hoc eſt
1 differentia: † quia cautio de iudicio ſiſti aut iudicato ſoluendo eſt neceſſaria. ff. qui ſati ſ. cogan. & per huiuſmodi ſatiſdationẽ neceſſariã, non videtur induci conſenſus iudicis: iuxta nota. per Bald. in authenti. offeratur. C. de litis conteſta. & per Cyn. in l. fina. C. de ſpon. nec per hoc dicitur cœptum iudiciũ: prout ſuprà dictum fuit in 1062. quæſt. Nec ob
2 ſtat quòd interuenerit ſtipulatio: † quia debet regulari ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur. l. j. §. ſi ſub cõditiõe. ff. vt legato. nomi. cauea. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. Nec obſtat quòd ibidem dictus fideiuſſor fecerit debitum proprium ſe ſubmittendo curiæ communi Gratianopolis: quia etiam in iudicijs etiam contrahimus. l. iij. §. idem ſcribit. ff. de pecul. & pariter in iudicijs etiam poteſt interuenire alius animo nouandi & liberãdi iudicij. l. delegare. ff. de noua. l. ſolutionem. cum ibi notat.
3 per gloſſ. & Barto. & cæteros. † Nam iſto caſu quãdo fideiuſſor facit debitum proprium, videtur facere animo nouandi: iuxta notat. per gloſſ. in authen. de fideiuſſo. §. ſi quis igitur. ſuper verbo, fideiuſſo-
4 rem. colla. j. † ſimile videmus in conſtituto, quando fit animo nouandi, quòd tunc liberatur debitor principalis: iuxta nota. per Bartol. in l. item illi. §. fina. ff. de conſtitu. pecu. & in l. vbi quis. eod. titu. ſaltem hodie ope exceptionis: iuxta notat. per gloſſ. in
5 l. fina. C. de noua. & iſto caſu † quando interueniat defenſor litis animo liberandi, iudicij poteſt dari libellus contra ipſum, & alia ſubſtentialia iudicij in perſonam ipſius fundari poſſunt: ſecundum do-
6 ctor. in dict. l. ſolutionem. & iſto caſu, † an talis fideiuſſor ſeu defenſor litis animo nouandi & liberãdi iudicij, an poſsit repetere à principali. Et dicendum eſt quòd ſic, quando acceſsit eo animo vt repeteret, aliàs ſecus. l. ſi quis ſeruũ. ff. de interro. actio. ſecundum gloſſ. in l. ſolutionem. quod eſt intelligẽdum: ſecundum Bartol. quando talis defenſor litis interuenit reo ignorante: ſecus ſi eo inuito, & idem tenet gloſſ. in dict. authentic. de fideiuſſo. in dict. §. quis igitur. quando fideiuſſor interuenit non rogatus, & iſto caſu dicitur ſponſor, & poteſt repetere, dumtamen non interueniat reo inuito. l. ſi pro te. & l. ſi re §. ſi paſſus. ff. mãda. facit l. ſi mulier. §. ſi ab ea. ff. ad ſenat. conſul. Velleia. licèt etiam quando interuenit fideiuſſor reo principali vertente daretur actio, contra reum ſaltem inquantum leffectus eſſet locupletior iure & de æquitate: iux. not. in d. l. ſi pro te. & in l. fina. C. de nego. geſt.

ARGVMENTVM.

Declinatoria fori ſi allegetur, an iudex coram quo allegata eſt, na admittenda, aut reijcienda ſit, cognoſcet.

SVMMARIVM

1 *Clericus an priuilegio clericali gaudere debeat, iudicis eccleſiaſtici notioni relinquitur.*
2 *Iudex de declinatoria fori cognoſcere debet: ne ſi ad ulteriora procederet, proceſſus nullus redderetur.*

Quæſtio MLXV.

QVAERITVR quando allegatur declinatoria fori, an ſit neceſſe adhibere cognitionẽ ſuper hoc, & interloqui ſuper hoc: & an iudex ſecularis poſsit cognoſcere de declinatoria fori priuile-
1 gij clerici? Et in effectu, † an clericus debeat gaudere, vel ne priuilegio clerici iudex eccleſiaſticus ſuper hoc debet cognoſcere. ca. ſi iudex laicus. de ſent. excommu. libr. vj. capit. tuam. de ordine cognitionũ: niſi deduceretur articulus per modum quæſtionis facti: iuxta nota. per Bartol. in l. Titia. ff. ſo luto matrimo. & in l. omni nouatione ceſſante. C.
2 de ſacro. ſanct. eccleſ. Veruntamen qui † loquendo in terminis generalibus ſuper declinatoria fori iudex debet adhibere cauſæ cognitionem: & ſi procederet ad vlteriora ſine cauſæ cognitione proceſſus eſſet nullus: ſecundum Angel. in dict. l. ij. §. ſi dubitetur. ff. de iudic. & debet pronunciari expreſsè, vel tacitè procedendo ad vlteriora: ſecundũ Pau. de Caſt. ibi, pro quo facit c. exhibita. de iudi. & cap. ex parte. de teſti. & quod not. per Bartol. in l. à procedente. C. de dila.

ARGVMENTVM.

Stipulatio pœnalis de repreſentando aliquem ſtato termino

to termino: ſi termino pendente is qui repreſentari debuit, moriatur, an cōmiſſa ſit ad hoc, vt fideiuſſores teneantur.

Quæſtio MLXVI.

QVAERITVR de tali caſu quia Franciſcus Baichacus & Ioann. Mariolis fideiuſſores, etiā pro Ioanne Giroudi loci tineti de ipſum repreſentando in caſtro Turnonis hinc ad feſtum omnium ſanctorum: & caſu quo non præſentarent infrà dictum terminum in eum caſum promiſerunt ſoluere debitū principale, ſeu reſtam eiuſdē. Cōtingit, quòd dictus Giroudus principalis pēdente termino mortuus eſt, quæritur an dicti fideiuſſores ſint liberati? Et videretur dicendum quòd ſic, nec habuerit locū ſtipulatio pœnalis. l. ſanctius. in fin. & ibi glo. ſuper verbo, ſub tractus. & Bald. C. de fideicōmiſſ. l. ſi deceſſerit. ff. qui. ſatiſ. cogant. licèt glo. in d. l. ſi deceſſerit. in promiſsione ex iudiciali videatur tenere, quòd pœna committatur, licèt videatur tenere contrarium. in l. ſi homo mortuus. ff. de verbor. oblig. Veruntamen Bart. in d. l. ſi deceſſerit. diſtinguit, aut iſta ſtipulatio pœnalis incipit à præcedenti conuentione, & tunc re perempta non committitur ſtipulatio pœnalis: ſi verò incipiat à præcedenti conditione: ſecus l. in illa. ff. de verb. obligat. Adde Bal. & Alexā. in l. ſed & ſi quis. ff. ſi quis caut. in q. ij. quando aliquis promiſit ſiſtere Titiū, aut ſoluere cōdemnationē pro eo, quòd interim Titius teneatur quòd liberatur fideiuſſor: licèt Angel. cōtra tenet Alexā. pro Bal. allegat d. l. ſancimus. C. de fideiuſſ. licèt ibi non loquatur in obligatione alternatiua, ſed pœnali.

ARGVMENTVM.

Interpretatio conſuedinis Gratiopo. de contra mādando inquilinos.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo contra mandandi inquilinos quomodo intelligatur.*

2 *Conſuetudo contra mandandi neque emptori neque ſingulari ſucceſſori præiudicat.*

Quæſtio MLXVII.

QVAERITVR de interpretatione conſuetudinis cōtramādandi inter ciues præſentis ciuitatis Grationopolis eorum inquilinis. Et in effectu ſecundum quòd intellexi ab aliquibus burgenſibus præſentis ciuitatis talis conſuetudo fuit, & eſt introducta, tàm in fauorem dominorū domo-
1 rum, quàm inquilinorum, videlicet † primo in fauorem dominorum inquantum, ſi dicti inquilini non contramandeuerint dominis pro tempore futuro. inter dictum terminum feſti kalendarum & epiphaniæ: quia tunc inquilinus tenetur peruenire in domo conducta pro illo anno ſequenti incipiēte in feſto exaltationsi ſanctę crucis, menſis Septembris, non autem cenſebitur renouata locatio, pro alijs tribus annis, ſi in dicta prima locatione eſſent plures anni, & ecōtrà dicta cōſuetudo, etiā intelligitur in fauorē inquilinorū: quia ſi domini cōtra non cōtramādant eis, infrà dictū term inū: tūc cēſe tur renouata locatio pro anno ſequēti, nō autē pro pluripus annis, prout ſuſpectū fuit. & pēdēte illo termino dicti domini domorū, nō poterūt expellere dict. inquilinos. † Verūtamen ſi pendēte dicto termino domini domorū venderent: aut aliàs alienent alicui. Tertio domū locatam titulo particulari: tunc talis emptor ſeu ſingularis ſucceſſor non tenebitur ſtare inquilino, nec habebit ſibi præiudicare dicta conſuetudo: iuxta l. emptorem. C. locat.

ARGVMENTVM.

Locatores, quibus peſtis ratione re locata, frui non licuit, an retentionis iure mercedem pro rata retinere valeant.

SVMMARIVM.

1 *Peſtis tēpore locatiōis deductio ꝓ rata fieri debet. & nu. 3.*

2 *Inquilino à re conducta recedere neceſſitatis cauſa ſicuti domino inquilinum expellere licitum eſt.*

4 *Partium conuentiones in locatione attendendæ.*

5 *Peſtis cauſa in pedagij locatione nulla fit remiſsio. Item de belli tempore ſentias uelim.*

Quæſtio MLXVIII.

QVAERITVR ſuper cauſa Thomę Ruffi panaterij actoris originarij, contra Anthoniū Peruchæ agitate in curia cōmuni Grationopolis, ſuper eo quia dict. Ruffi petebat quatuor florenos cū dimidio, paruæ monetę ex cauſa locrij cuiuſdā cameræ pro termino natiuitatis domini, ibi deſignato. ſed ex aduerſo fuit appoſitū, ꝙ debet fieri remiſsio mercedis: pro tēpore quatuor menſiū cū dimidio ad cauſam obitus cuiuſdē eius filię, quę obijt de peſte. & ſuper hoc produxit quādā ordinationē, aliàs latā in curia Parlamenti regiſtratā in camera cōputorum Delphinaliū, de anno M. cccclxvij. die vj. mēſis Iunij, vbi fuit in effectu ordinatum, ꝙ inquilini qui tenebāt domos locationis nomine in ciuitate Grationopolis, de tēpore peſtis: tūc vigentis, qui ſe abſentauerāt, ꝙ nō teneatur ſoluere dicta locria domorū de tēpore dictæ abſentiæ, & aliàs prout ibi pleniùs continetur. Sed ex aduerſo pro parte d. Ruffi fuit replicatū, quòd dicta ordinatio nō loquitur pro tempore futuro. & quòd pariter dictus Perniche de dicto tempore, tenet dictam camerā clauſam cū claue quā pœnes ſe cuſtodiuit, & tenet eius vtenſilia domus: quæritur quid iuris? Et in effectu videretur † dicendū ꝙ caſus peſtis ſit iuſta cauſa timoris & migrandi ante tempus finitū locationis, & ꝙ debeat fieri remiſsio mercedis pro rata tēporis. l. habitatores. §. fi. ff. loca. l. j. ff. de migran. & hoc videtur velle glo. in l. in lege. §. ſi domino. ff. locat. vbi
2 tenet, † ꝙ ſicuti dominus ex cauſa neceſsitatis poteſt domum conductam accipere. l. ſi ædem. C. locati. c. propter. de loc. ita econtrà inquilinus ante tempus finitū, ex cauſa poteſt migrare & recedere à re conducta. & pro hoc facit: quia in loco peſtifero nō eſt tutus acceſſus, nec tenetur quis comparere: iuxt. not. per glo. & docto. in l. de ætate. ff. ad Trebel. & licèt præmiſſa procedant de iure, tamen in practica vix poteſt obtineri: ſecundum Panor. in d. capit. propter. & Alex. de Imol. in addi. ad Bart. in l. ſi vno. §. item cū quædam. ff. loca. vbi etiam refert Raphaël. tenere. in dict. l. de ætate. de ſcola. † quando recedit propter peſtē, ꝙ poſsit migrare, nec tenetur ſoluere locū pro tempore abſentię peſtis, licèt expreſsè non decidat. de quo etiā habetur per do. Guid. Pap. deciſ. ccccxxx. Veruntamē in caſu iſto non debet fieri remiſsio mercedis ex quo dictus Peruche perce-

pit commodum tenendo ibidem eius vtenſilia domus & pecunias, prout deponunt aliqui teſtes, iuxta notat. in ſimili, in l. cùm plures. in princip. ff. locat. Quia ex quo conductor percepit aliquem fructum ſeu commodum non fit remiſsio mercedis, & pariter non dicitur quis migrare, quando non recedit totaliter, ſed ibi dimittit res ſuas, licèt eſſet tutiùs apponere pactum, per quod conductor renunciet expreſsè caſui fortuito peſtis: ſecundum Bartachi. in tractatu gabellarū, in ſecunda parte, quæſtio. xxiij. imò † in tali caſu attenditur conuentio partium. dict. l. i. §. fina. ff. de migran. Et pro præmiſſis quod voluit Bald. in l. licèt. C. locat. in iij. quæ-
5 ſtio. † vbi in aſſenſamento pedagij non fit remiſsio
6 precij propter caſum peſtis. † & idem poſſet dici de guerra. de quo per Bartach. vbi ſuprà quæſtio. xxiij. & Bar. in l. quoties. §. maximos. ff. de public. & Bal. in l. ſi ea. C. de vſur. & Barto. in dict. l. cùm in plures. ff. locat.

ARGVMEMTVM.

Inquilinus cui domus locatæ claues traditæ fuere, ad totam penſionis ſolutionem tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Inquilinus claues recipiendo fortuitos caſus in ſe ſuſcepiſſe uidetur.*

Quæſtio MLXIX.

QVAERITVR quia vt præſupponitur, dictus Peruche tenuit clauem dictæ cameræ. & eius bona mobilia infrà habuit pro tempore, an propter cuſtodiam clauium teneatur dictus Peruche ad totum ſalarium mercedis etiam pro tempore peſtis? Et videretur dicendum quòd ſic: † quia inquilinus recipiendo clauem videtur recipere in ſe eius caſus fortuiti argumen. l. clauibus. ff. de contrahend. emptio. ſecundum Paul. de Caſtr. poſt gloſſ. in l. domus orreorum. ff. loca. faciunt nota. per Bal. in l. j. & l. ex diui. C. loca. Veruntamen ex poſt facto audiui dici, quòd vltimatè dum vigebat peſtis in hac ciuitate Grationopolis, & fuit tranſlata ſedes Parlaméti in villa Mayrecij, de anno M. cccclxxxv. fertur fuiſſe latam ordinationem in dicta curia Parlamenti in manibus magiſtri Ioannis actueri, ꝙ inquilini qui tenuerunt claues domorum, & eorum bona, de tempore peſtis, & abſentiæ teneantur ſoluere ad rationem medietatis locationis rata pro rata temporis.

ARGVMENTVM.

Locator generalis res particulariter locare, an poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Inquilinus res particulatim ſublocare non poteſt: ſecus in locatore uniuerſali.*

2 *Conſuetudo ciuitatis Grationopolis ſuper domorum locationibus locum non habet in ſecundo & tertio locatore.*

Quæſtio MLXX.

QVAERITVR an inquilinus vel colonus iterum poſsit locare domum vel prædiū ruſticum alteri, & maximè quando locagium eſt generale de vna hæreditate, an poſsit locare vnam rem particularem? Et videretur prima facie dicendum quòd ſic: dum tamen locet idoneo, & ad eundem vſum. l. nemo. C. locat. cum ibi notatis per glo. & doctores: aliâs ſi non eſſet æquæ idoneus non de-
1 beret admitti. l. non aliter. ff. de vſu. & habit. † ſed quando locagium eſt vniuerſale videtur diuerſa ratio, quòd non poſsit fieri locatio per inquilinum vel colonum de vna re particulari: quia plura tranſeunt ſub vniuerſitate: quæ non tranſeunt particulariter. l. quædam. de acquirend. rer. domi. l. ij. ff. de fundo dota. capitu. ex literis. de iure patrona. & per
2 conſequens † conſuetudo libertatis præſentis ciuitatis Grationopolis, quando dominus non contra mandat inquilinis de tempore feſti kalendarum vſque ad feſtum epiphaniæ domini, quòd cenſeatur facta renouatio locationis pro anno ſequenti in feſto exaltationis ſanctæ crucis menſis Septembris, non procedit in ſecundo vel tertio inquilino, quando locat vnam rem particularem de locagio vniuerſali. & ita fuit ordinatum de hoc præſenti anno domini quingenteſimo decimo, die decimaquarta menſis Octobris in manibus magiſtri Galiffeti ſecretarij curiæ Parlamenti Delphinalis: in quadam cauſa appellationis ſeu ſupplicationis Ioannis Giroudi cōtra nobilem Ciprianum Floardi qui locauerat bona & hæreditatem hæredum Blaſij Peroti: quia dictus Giroudi appellans prætendat quòd in primo loërio facto Claudio Rafin aliâs Lombardi, qui vt prætenditur, locauerat quādam domum ſitam retro clauſtrū, & dictus Petrus Boyſſonus iterum locauerat dicto Ioanni Giroudi qui dicebat, quòd non fuerat ſibi contramandatum, nec Petro Boyſſoni, licèt eorum loërium eſſet finitum in dicto feſto ſanctę crucis mēſis Septembris, proximè præteriti, ſed non obſtante præmiſsis fuit ordinatum primam ordinationem iudicis curiæ cōmunis Grationopolis, fore obſeruandā, & executioni mandandā ſuper vacuatione dictæ domus, & aliâs prout pleniùs conſtat in manibus dicti Galiffeti.

ARGVMENTVM.

De multiplici differentia præceptoriarum.

SVMAMRIVM.

1 *Præceptoriæ generales apoſtolicæ ſedi reſeruatæ cenſentur.*

2 *Abbas S. Antonij uacantes præceptorias confert. Item ſpolia de conſuetudine.*

2 *Præceptoriæ ſimplices obedientiariæ dictæ, ſunt ad nutum reuocabiles.*

4 *Præceptoriæ ſi reuocentur ſuperioris officium implorandum eſt.*

5 *Præceptoriæ quædam ſunt de Abbatiæ menſa, quæ nūquàm uacant.*

6 *Præceptoriæ generales aliæ conuentionales aliæ ſimplices.*

Quæſtio MLXXI.

QVAERITVR quò ad præceptorias religionis Sancti Antonij ordinis ſancti Au-
1 guſtini: † quia quædam ſunt præceptoriæ generales, & illę cenſentur reſeruatæ ſedi apoſtolicæ: & ſonant in nomē dignitatis, & vt prætenditur recipiūt cauſas delegatas apoſtolicas, licèt in regno Frāciæ & Delphi-

& Delphinatu: vbi vtitur pragmati. ſanctio. reuerendus domi. Abbas ſanct. Antonij ordinis illius, quãdo vacaret, confert, & in illis etiam preceptoribus recipit ſpolium ex cõſuetudine vel ſtatuto: iuxta ca præſenti.de offic.ordina.lib.vj.

3 † Quædã preceptoriæ dicuntur ſimplices, & dicuntur obedięciariæ: ſeu manuales & tẽporales, quæ non poſſunt dari perpetuò, ſed poſſunt reuocari ad nutum ſuperiorum.capit.ad monaſterium.verſi.tales.& verſi. nec alicui.de ſtat.monach.adeò, & in tantum, quòd ſi Abbas ex ſtatuto daret ad vitam alicuius aliquam pręceptoriam, poſſet illam reuocare: ſecundum Panormita.ibi, quia aliâs videretur eſſe contra bonũ obedientiæ. & ita etiam notat idem Panormita. in capit.ad noſtram.de confir.vtil.vel.inutil.& ibi circa finem notat pro iſtis præceptorijs ſancti Antonij, aliâs autem vbi talia beneficia habeant collegium ſeu conuentum, ita quòd haberet adminiſtrationem & præeminentiam, tunc procederetur per electionem & confirmationẽ, & eſſent tales prioratus perpetui, nec poſſent reuocari ad nutum ſuperioris, niſi in tribus caſibus: videlicet propter dilapidationem, incontinentiam, & quando promoueretur ad maiorem dignitatem.capitu.ij.in fine, ne clerici vel monachi: ſecus in priore monaſterij Abbatis: quia etiam ille non eſt perpetuus.dict.capit.cùm ad monaſterium, & alia beneficia manualia quando vacant debent conferri per prælatos regulares infrà tempus Lateranenſis conſilij, aliâs Epiſcopus poſſet ſupplere.clementi.quia regulares.de ſupplend.neglig en.prælato.

4 Veruntamen † vbi Abbas ſeu alius prælatus vellet reuocare tales obedienciarios ſine cauſa rationabili poſſet implorari officiũ ſuperioris ne fiat: ſecundum Ioannem Andræam & Geminianum.in capitu.cùm ſingula.de præben. libro ſexto,

5 † quædam præceptoriæ dicuntur de mẽſa Abbatiæ quæ non vacant, nec ibi intitulantur aliqui præceptores ſeu priores, licèt deputentur, interdum vicarij ad tempus, aut traduntur ad firmam ſecundum gloſſ.in dict.clementina: quia regulares. & clementina frequens.§.quidem.de exceſſ.prælato. Aduertẽdum, quòd præceptoriæ generales ſunt

6 in duplici differentia: † quia quædam ſunt conuentuales: quæ habent conuentum ſeu capitulum & certum numerum religiorũ: & ibi dicuntur omnes horæ tàm matutinę, quàm diurnę: aliæ verò præceptoriæ generales dicuntur ſimplices, quę non habẽt conuentum, nec capitulum, nec dicuntur horæ canonicæ continuè: licèt vtręque præceptoriæ generales ſunt conuentuales, ſiue ſunt plures ſonant in nomen dignitatis: & recipiunt cauſas apoſtolicas: & ſunt reſeruatæ in curia Romana, niſi obſtat pragmatica ſanctio.in patria reali & Delphinali. Aduertendum quòd prioratus monaſterij ſancti Antonij qui ſupplet in abſentia Abbatis: iuxta capitu.cùm ad monaſterium.de ſtatu monachorũ. eſt dignitas, & recipit cauſas apoſtolicas: licèt ſit perpetuus, vt intellexi.

ARGVMENTVM.

Papa vbi confirmauit officia manualia, an perpetua fiant.

SVMMARIVM.

Papa licèt preceptorias manuales confirmet, propterea ab Abbatis obedientia non auocantur.

Quæſtio MLXXII.

QVAERITVR quando Papa cõfirmat iſta beneficia manualia ſeu obedięctiaria, an tunc dicantur perpetua, ita quòd Abbas ſeu alius ſuperior non poſſit reuocare ad nutum. Dubium facit: quia ex quo Papa manũ appoſuit, videntur clauſæ manus inferiorum.& ideò iſto caſu vocãtur obedientiarij Papæ. Sed in contrarium videtur veritas:

1 quia † per hoc non remouentur ab obedientia Abbatis ſeu eorum ſuperioris.capitu. per tuas.de maioritate & obedientia, nec de facili Papa concedit literas talibus obedientiarijs.capit.ad noſtram.& capit.porrecta.de confirma.vtil.vel inutil. & hoc verum, niſi in literis Papæ eſſet appoſita clauſula ex certa ſcientia: quia tũc Abbas non poſſet tales obedienciarios reuocare: ſecundum Panormit. in dict. capit.ad noſtram.& capit.porrecta.

ARGVMENTVM.

Beneficia ſecularibus neque ad tempus neque ad nutum conferenda.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia perpetua eſſe debent.*

Quæſtio MLXXIII.

QVAERITVR an beneficia poſsint conferre clericis ſecularibus ad tempus, vel ad

1 nutũ ſuperioris? Et dicendum eſt quòd non: † quia beneficia debent eſſe perpetua.capit.paſtoralis. ſeptima quæſtione prima.& hoc tenet Cardina. Florent.in dict.clementina.quia regulares.§. præmiſſa.de ſupplend.negligen.prælato. & Panormita. in dict.capit.porrecta.de confirma.vtil.vel inutil. niſi in Papa.capitu.ſi gratioſè.cum ibi notat.de reſcrip. libr.ſexto capit.j.vt eccleſia.benefi.cap.is qui duas. de elect.libro vj.

ARGVMEMTVM.

Prælatus an teneatur ex conſanguineorum facto.

SVMMARIVM.

1 *Dominus ex familiæ facto tenetur.*

Quæſtio MLXXIIII.

QVAERITVR quia poſt mortem domini prothonotarij Ruppis Chomõcij fuerunt plures nobiles congregati in magno numero, & inter cæteros dominus Chomoncij frater dicti domini Abbatis ſancti Antonij & certi filij domini Turnonis, qui fuerunt in dicta domo Ameyronis ſeu propè ad recuperandum poſſeſsionem dictæ domus Ameyronis, an ex facto illorum parentum & conſanguineorum, ſeu familiarium, teneatur dictus dominus Abbas, & an in dubio pręſumatur mandaſſe? Dubium facit: quia dicta recuperatio poſſeſsionis concernit factum & negotium dicti domini Abbatis ſancti Antonij, & ſic præſumitur particeps occultè ſocietatis.capitu. conſtitutis.le.j.de teſti.ca.quia pręſulatus.j.q.iij.iuxt. nota. per Bartol.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi presbyteri. ff.de operis noui nunciatio.in x. quæſtione. Præterea in dicta comitiua inter caſtellanum ſancti

1 Antonij: † & ſic dominus tenetur ex facto familiæ quãdo vtitur eius opera, niſi exhibeat illos.l.j.§.fa

miliæ.& §.cũ exhibuiſſent.ff.de publi.ſed in cõtrarium videtur veritas,in caſu iſto,ex quo do. Abbas ſancti Antonij nõ mãdauit,nec ratificauit.ca.cũ ad ſedẽ,vbi caſus.de reſti.ſpoliat.l.j.§.familiæ. ff. de vi & vi arma.& hoc tenet Bal.in l.ij.C.de epiſc. & cleri. Tum etiam quia dictus dominus ſancti Antonij præmiſſa ignorabat,& quãprimũ ad eius notitiam peruenit,prohibuit,& fecit quòd in ipſo fuit.capit. Petrus.de homicid.& ita non tenetur dictus dominus Abbas,nec incurreret irregularitatem, ſi fuiſſet ſecutum homicidium: vel mutilatio membri, ex quo non dedit cauſam nec occaſionem rixæ, aliâs ſecus dict.capit. Petrus.& ibi Panormi. nec præſumitur, quòd fuerit factum de ſcientia & mandato dicti domini Abbatis quando tale factum eſt momentaneum:ſecus ſi haberet actum ſucceſsiuum & concerneret negotiũ dicti domini Abbatis: ſecundũ Panor.in d.c.conſtitutis.& in cap. cùm cauſam. in glo.ſuper verbo,compellas.de quo per Alexã.de Imol.in dict.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de oper.noui nuncia.

ARGVMENTVM.

Contractus prædeceſſoris, an ſucceſſori noceat.

SVMMARIVM

1 *Spiritualis & ſpiritualibus annexa uendere prohibitum.*
2 *Venditio rerum ſpiritualium ipſo iure nulla eſt, & ſymoniæ uitio non caret.*
3 *Rerum ſpiritualium emptor fructus ſuos non facit ut qui reſtituendi ſunt.*
4 *Loca ſacra aut religioſæ æſtimationem non recipiunt.*
5 *Contractus qui prohibetur ratiõe rei ſuper qua apponitur, iuramento non firmatur.*
6 *Rei eccleſiaſticæ nullum commercium.*
7 *Symonia nedum teſtamento ueteri:ſed & nouo teſtamento damnata eſt.*
8 *Symonia unde denominati.*

Quæſtio MLXXV.

QVAERITVR quia vt fertur prædeceſſor dicti domini ſancti Antonij fecit certum contractum cum domino prothonotario ruppiſchẽdi mediante certa ſumma pecuniæ: prætextu dictæ domus Annoyronis,an talis contractus de iure teneat?Et dicendum eſt ꝙ non:quia habet ibi cappellam religioſam cùm altari & campanis erectis: &
1 ſic † prohibetur vendi ſpirituale,& etiam ſpirituali annexum,vt in iure patronatus.cap.quia clerici. &
2 cap.de iure.de iur.patrona.& ibi Panormit.† quòd talis contractus eſt ipſo iure nullus.& committitur ſymonia.c.quæſitum.de rer.permuta.c.præterea.de tranſactio.c.quærelam.de ſymo.vbi etiam prohibetur concedi ſub annua penſione cum reacheto ma-
3 nere & eccleſia. † & talis recipiens indebitè non facit fructus ſuos, ſed tenetur eos reſtituere.c. ſi quis presbyterorũ.de reb.eccle. nõ alie.nec reperit melio ramẽta.l.iubemus.C.de ſac.ſanct.eccl.nec firmatur talis contractus iuramẽto cũ ſit contra bonos mores.ca.non eſt obligatoriũ ide reg.iur.lib.v.quinimò poteſt venire alienator ad reuocandũ eius contractũ pro iuribus eccleſiæ:ſecundũ gl. in d.c. presbyterorũ.& ibi ſequitur Panor.& per glo.in c.j.de
4 in integr.reſtit.lib.vj. Tũ etiã † quia loca ſacra,aut religioſa non recipiũt æſtimationẽ.l.ſacra.in fin.ff. de rer.diuiſio.nec poſſunt vẽdi cũ non cadat cõmercium in re ſacra.§.ſi.inſti.de cõtrahen.empt.nec eſt locus euictioni,ſaltẽ ad intereſſe.de quo ibi per Io. Fabr.§.nullus.& §.ſacræ.& §.religioſum.inſtit. de rer.diuiſ.l.ſed excelſus.& l.hanc legẽ.ff.de contrahend.empt.& hoc per Bart.in l.ſi quis.pro eo. ff. de fideiuſſo.l.inter ſtipulantẽ.§.rem ſacrã.ff.de verbo.
5 oblig. † vnde talis cõtractus qui prohibetur ratiõe rei ſuper qua interponitur nõ firmatur iuramẽto,vt in re ſacra,in qua non eſt cõmertiũ:ſecundũ Barto. in d.l.ſi quis pro eo.in nona cõbinatione,Panor.in c.cũ contingat.de iur.iur.facit c.ſemel.de reg.iur.li
6 br.vj.Adde † ꝙ rei eccleſiaſticę nõ eſt cõmerciũ. & ideò ſi legetur res eccleſiæ nõ debetur extraneo, ſiue ſciẽter ſiue ignorãter.c.filius.de teſta.ſecundum glo.in ſumma.xij.q.ij.& xij.q.v.c.ſi Epiſcopus. de quo per Bar. Alex. Franciſ.de Aret.in l.apud.Iul.§. cõſtat.ff.de lega.j.Adde ꝙ ius donæ non poteſt vẽdi cũ ſit ſpirituale.c.prohibemus.de deci.ſecundum Ioan. Fabr.inſtit.de contrahen.emptio.§.fin.Adde
7 quòd † etiam de iure diuino eſt prohibita ſymonia: vt in veteri teſtamento de Gieſi qui fuit percuſſus lebra. & in nouo teſtamento.de Iuda. & Symone Mago.cap.qui ſtudet.j.quæſtio.j.cap.cùm in eccleſiæ.de ſymo.&ibi gloſſ.quòd ſymoniaci dicuntur à Simone Mago.& licèt ſymonia mentalis ſit prohibita:ſicuti vſus mentalis:ſecundum gloſſ.in cap. ex parte.le premier.de offic.delegat.tamen poſt pertatam petendam tollitur abſque reſtitutione.cap.fin. de ſymo.an autem poſsit diſpẽſari:vide per Panormita.in repetitio.capit.extirpandæ.§.quia verò. de præbend.& an in curia Romana ceſſat ſymonia. ſicut.l.Iulia ambitus.l.j.ff.ad legem Iul.de ambi.l. Barbarius Philippus. ff. de officio. præto.vide ibi pleniùs.

AGVMENTVM.

Rei eccleſiaſticæ alienatio quãdo reuocatur,an & cui pecunia reſtituenda.

SVMMARIVM

1 *Cõtractus alienationis rei eccleſiaſticæ ſi reuocetur, pecuniæ emptori pauperi reſtituenda eſt.*
2 *Quid de bonæfidei emptore?*

Quæſtio MLXXVI.

QVAERITVR an debeat reſtitui pecunia & cui? Et videre tur dicendum quòd non debeat reſtitui pecunia,illi qui dedit,ſed debeat applicari eccleſiæ,vbi fuit commiſſa ſymonia.cap. de hoc.de ſymo.capitu.procurationes.de cenſi.& not. per gloſſ.in dict.capit.de iure patrona.& in capitu. quia plerique.de inuenta.eccleſiæ. vnde ſecundum Panormita.in dict.capit.de hoc.in eccleſia regula-
1 ri,† quando ille qui dedit pecuniam eſſet pauper,debet ſibi reſtitui.cap.veniens.de ſymo.de quo ibi latiùs habetur.vide l.ſancimus.la j. C. de ſacr.ſanct. eccleſ.quòd ſuperior poteſt experiri pro reuocatiõe alienationis iuri ũ eccleſiaſticarum inferiorũ, & ꝙ non datur actio ad reſtitutionem precij, contra eccleſiam,licèt detur cõtra œc onomium, qui vẽdidit, nec tenetur ſucceſſor beneficij ſeruare contractum prędeceſſoris,maximè quando non tendit ad vtilitatem eccleſi-

tatem eccleſiæ.c.fin.ne prælat.vic.ſuas. cum ibi nota.per gloſſ.& docto. Adde quando alienantur res eccleſiæ,quod tunc debet accipiens reſtituere pretium emptori bonæ fidei, & idem ſcienti quando ſtipulatum eſt de euictione:ſecundum gloſſ.Panormita.in cap.ad audientiam.de reb.eccleſ. non alie. per l.ſi fundum.C.de actio.

ARGVMENTVM.

Dicata Deo & eccleſiæ deuota,an & quando alienari poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Res eccleſie & Deo dicatæ pro redimendis captiuis alienari poſſunt.*

Quæſtio MLXXVII.

QVAERITVR an talia bona eccleſię cõſecrata,ſeu Deo dedicata poſsint alienari ex cauſa? Et videretur dicendum quòd nõ:quia quod ſemel Deo dedicatum eſt,ampliùs ad humanos vſus egredi non debent.capit.ſemel.de regul.iur.lib. ſexto.capit.nulli.xij.quæſtione ij.capitu.ad hæc. de religio.domib.capit.mancipia.de rer.permuta. Sed
1 in contrarium videtur, † quando imminet cauſa redemptionis captiuorum vel æris alieni.l. ſancimus. la prima.C.de ſacro ſanct.eccleſ.ſecundum gloſ. in dict.capit.ſemel.quæ videtur etiam facere differentiam inter bona eccleſiæ Deo dedicata pro cultu diuino,& alia bona prophana:ſeu temporalia eccleſiæ,quę bene poſſent ex cauſa alienari laicis & conuerti ad vſus humanos:vt ibi habetur.

ARGVMENTVM.

Eccleſiæ bona diſtrahentibus quæ debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Papa an ſententiam ſuam reuocare poßit.*
2 *Bona eccleſiæ diſtrahentes ipſo facto excommunicati ſunt.*

Quæſtio MLXXVIII.

QVAERITVR de pœna contra alienantem bona eccleſię?Et in effectu incurritur pœna diuina: quia Deus iraſcitur & percutit animas, & quis anathematiſatur.capitu.ſi quis presbyterorum.de reb.eccleſ.non alienan.& ibi gloſſ.quòd in hoc loquitur more humano,quia aliàs Deus eſt incõmutabilis.cap.incõmutabilis.xxij.queſtio.iiij.& vbi habetur,quòd interdum Deus mutat promiſſa, & temperat ſuam ſentẽtiam:vt in ſcripturis ſcripturæ ſanctæ,quando loquutus eſt per Iheremiam dicentem: Repente loquar aduerſus gentem,&aduerſus regna,licèt ſecũdum glo.ibi intelligatur, quòd Deus mutat ſeu temperat ſententiam,id eſt commi nationem:quia ea quæ dominus dicit comminãdo vel cõmonendo bene reuocat:ſed ea quę aſſerendo dicit,non reuocat:de quo ibi per Archidiaco.& per Bald.in l.ij.C.de ſenten.ex pericul.recitan. vbi format
1 quæſtionem, † an Papa poſsit reuocare eius ſententiam diffinitiuam? Et videretur dicendum ꝙ ſic:quia Deus reuocat,ergo & Papa:ſed certè quãdo Deus reuocat primã ſententiã reſoluitur in comminatoriam:ſecundum ipſum:ſed in Papa non poteſt reuocare:quia poteſt ſibi imponere legem derogatoriam,licèt non poſsit imponere ſucceſſori:ſecundum Ioan.Monach.in cap. licèt Romanus. de conſtitutio.libr.vj.Veruntamen tenet, quòd Papa poſſet reuocare de plenitudine poteſtatis,& cũ cau-
2 ſa:alia etiam incurritur pœna † alienationis rerum eccleſiaſticarum excommunicationis ipſo facto: vt in extrauaganti Pauli,ſub rubric.de reb. eccleſiæ non alienand.& ibi etiam habetur de alijs pluribus pœnis.de qua materia aliàs ſcripſi in alio volumine cauſarum eccleſiaſticarum in tractatu alienationis rerum eccleſiaſticarum. quæſtion cxxj. An autem Deus mitet ſuam ſentẽtiam, iſta eſt materia de præſcientia & ſcientia Dei,an poſsit augeri,minui mutari falli,& pariter de prædeſtinatione Dei, an inducat neceſsitatem,vt prædeſtinatus poſsit damnari,&an reprobum poſsit ſaluari,de quo per magiſtrum ſententiarum in prima diſtin. xxxv. xxxviij. xxxix.xl.& etiam eſt materia liberi arbitri, de quo per magiſtrum ſententiarum in ij.diſtinſtio.xxv. & xxvj. & ibi per ſanctũ Tho.& Sanct. Bonauẽturã.

ARGVMENTVM.

Bona eccleſiæ viuentia alienationi affecta nõ ſunt.

Quæſtio MLXXIX.

QVAERITVR quò ad bona authoriſata eccleſię,vt in ſeruis,an ſit licitum alienare? Et dicendum eſt quod non regulariter. & quia non debent transferri ad manus laicorum: quia nobiliùs eſt eſſe ſub terra & iuriſdictiõe eccleſiæ, quã ſub domino temporali.c.iniuſtum.de rer.permuta. & ibi Panor.& eſt ratio ſecundum ipſum: quia ille qui eſt de terra eccleſiæ ſeruit Deo. & ſeruire Deo regnare eſt.

ARGVMENTVM.

De Abbatibus.

SVMMARIVM.

1 *Abbatum uariæ ſunt ſpecies.*
2 *Abbates quidem ſunt,qui patres denominantur religionis caput facientes, & ſigillum autheuticum habentes.*
3 *Abbates exempti,ſigillum authenticum habentes.*
4 *Abbates inferiores ſigillum authenticum non habent.*
5 *Epiſcopi qui ſunt legati de latere mitris albis & planis utuntur.*
6 *Doctores togati ſunto.*
7 *Abbates qui ex priuilegio pontificalibus utuntur, quòd in monaſterio tantùm utantur.*
8 *Epiſcopus in aliena diœceſi pontificalibus an uti liceat.*
9 *Epiſcopus in aliena diœceſi ordines Epiſcopo aſſentiente conferre poteſt.*

Quæſtio MLXXX.

QVAERITVR quia ſuprà fuit facta mentio de prefato domi. Abbate ſancti Antonij, ideò duxi querẽdũ ſuper dignitate abbatiali:& an debeãt denedixi:& an poſsint benedicere, & mino
1 res ordines cõferre:cuius gratia prẽmittẽdũ eſt,† ꝙ
2 Abbates ſunt in multiplici differẽtia.† Nam quidẽ vocãtur patres Abbates,& faciũt caput religionis. c.ſi.de ſtatu.monach.& iſti poſſunt vocari magni Abbates,& habẽt ſigillũ authenticũ:ſecundũ Spe.
3 in tit.de prob.alij etiã dicuntur† Abbates exẽpti,& iſti etiam habent ſigillum authenticum: ſecundum Spec.vbi ſuprà,& iſti ſubijciũtur immediatè Romanę eccleſię,cuius cõfirmatio ſpectat immediatè ad Papam:ſeu legatum de latere.ca.qui Abbatem. de
4 electioni.lib. ſexto, † alij verò Abbates dicuntur inferiores qui non habent ſigillum authenticum, niſi appareat ex conſuetudine, aut niſi in hijs quæ ſunt ad eorum officium:ſecundum Speculator. vbi

ſuprà, & pariter tales Abbates inferiores quando habent priuilegium vtendi pontificialibus in conſilio prouinciali, aut ſynodo Epiſcopali, non vtuntur niſi mitra ſimplici: ſed Abbates exempti vtuntur mitris aurefriſiatis. capitu. vt apoſtolicæ. de priuile. libro ſexto, & tales Abbates maiores de conſuetudine conſecrantur, id eſt benedicuntur. capitu. alienationes. duodecima quæſtio. ſecunda. Veruntamẽ Ioannes Andræas in nouella, in dict. capitul. apoſtolicæ, quem refert & ſequitur Præpoſitus in cap. quoniam. lxix. diſtinctio. quòd inſigni pōtificalia hoc præſtant Abbatibus quod præſtant genitalia
5 mulis, quæ ſunt ſteriles, † & pariter Epiſcopi qui ſunt legati de latere vtuntur mitris albis & planis, & licèt tales Abbates ex priuilegio vtuntur ornamentis pontificialibus: tamen nihil iuris tribuitur quò ad ea quę ſunt ordinis, nec poſſunt cõſecrare ordines: ſecundum Ioannem Andræam ibi, allegat Archidiaco. vigeſimaſexta quæſtio. ſexta. cap. ſecundo. Veruntamen ſecundum gloſſ. in dict. ca. vt apoſtolicæ, quòd non ex reſpuendum vti põpo-
6 ſitate, † & ideò doctores debent eſſe togati & incedere ornati, vt per illa dignitas doctoratus appareat: ſecundum gloſ. ibi, vide ibi Geminianũ, qui te-
7 net idem quod Ioan. Andr. & tandem tenet ibi, † ꝙ Abbas qui ex priuilegio vtitur pontificalibus, hoc debet intelligi in eius monaſterio, vel eccleſijs pleno iure ſubiectis: ſecus in alio monaſterio, niſi hoc priuilegio caueatur. Et pro præmiſsis facit quod habetur in clementina archiepiſcopo. de priuileg. vbi Archiepiſcopus per quęuis loca ſuæ prouinciæ faciens tranſitum poteſt facere portari crucem ante ſe: & pariter celebrare in pontificalibus, ſimili modo Epiſcopus in locis ſuæ diœceſis poteſt benedi-
8 cere & celebrare in pontificialibus, † & licèt Innocen. in capit. fin. de vſu pallij, tenuerũt, quòd Epiſcopus in aliena diœceſi exiſtens celebrando non vtitur pontificialibus, etiam ſi celebret cum licentia diœceſani: tamen Hoſtien. ibi tenet contrarium, & iſtud ſeruat generalis conſuetudo: ſecundum gloſ-
9 ſam in dict. clementina Archiepiſcopo. † Non tamen poterit exercere actum iuriſdictionis, niſi cùm licentia Epiſcopi, puta ordinando, degradando, & ſimilia faciendo. nec ſufficeret licentia vicarij in hoc, niſi eſſet ſibi ſpiritualiter conceſſum, aut Epiſcopo in remotis exiſtente. capitul. ſecundo, de tempo. ordina. libro ſexto, facit quod habetur per Panormitanum conſilio lxxxix. Et præmiſſa poſſunt adaptari in præfato domino Abbate ſancti Antonij & certis alijs magnis Abbatibus, vti Cluniaſenſis, aut Siſtertienſis, qui ſunt exempti. & interdũ habent alios Abbates inferiores ſub ſe: & etiam monaſteria monialium: iuxta notata per gloſſam in clementina attendentes. de ſtatu monacho.

ARGVMENTVM.

Abbates ex priuilegio ſolemni benedictiõe vti permiſſum.

Quæſtio MLXXXI.

QVAERITVR an licitum ſi Abbatibus benedicere benedictione ſolemni, qua dicitur ſit nomen domini benedictum: iuxta notat. per gloſſam in proœmio ſexti, ſuper verbo, benedictionem. & in capitul. Abbates. de priuilegijs libro ſexto, & in d. clement. Archpeiſcopo. de priuilegijs. Et in effectu licitum eſt ex priuilegio ſuper populo benedicere, vel in eccleſijs, quæ ad eos pertinent benedicere dum celebrant ſolemnia miſſarum in veſperis, aut matutinis, non autem alibi, niſi aliter priuilegio caueatur, vt ibi habetur.

ARGVMENTVM.

Abbatibus minores ordines conferre & manuum impoſitione vti licitum.

SVMMARIVM

1 *Corepiſcopi manuum impoſitione uti & minores ordines conferre poſſunt.*
2 *Abbas ut ordinare poßit tria requiruntur.*
3 *Quid de gardianis & prioribus an ordines minores conferre poßint.*
4 *Minores ordines ſine titulo conferri poſſunt.*
5 *Abbatis benedictio quando facienda.*
6 *Abbatiſſæ neque benedicere neque confeſſiones audire licitum.*

Quæſtio MLXXXII.

QVAERITVR an Abbates poſsint cõferre minores ordines, ſeu tonſuram dare per manus appoſitionẽ? Et dicendum eſt quòd ſic.
1 capitu quoniam. ſexageſimanona diſtinctione † & idem in corepiſcopo, aut presbytero: ſecundũ gloſſ. in capitul. pſalmiſta. vigeſimaſecunda diſtinctio. capitu. cùm contingat. de ætate & qualitate, & hoc verum, quando Abbas eſt presbyter & benedictus: vti ibi habetur: & hodie tantum in ſuis religioſis, vel conuerſis, niſi aliter indulto apoſtolico caueatur. dict. ca. Abbates. de priuilegijs, libro ſexto: vnde ſecundum Prępoſitum in dict. capitu. quoniam.
2 tria † requiruntur. Primò quòd Abbas ſit presbyter. Secundò quòd benedictionẽ acceperit. Tertiò quòd proprio monacho conferat non alieno. & talis benedictio Abbatis debet fieri diebus dominicis. dict. capit. cùm contingat. & capitul. ter-
3 tio de tempor. ordinan. Quid † autem de iſtis gardianis, aut prioribus regularium, an poſsint conferre iſtos minores ordines per manus impoſitionẽ. Et dicendum eſt quòd non, niſi ad tonſurã, quæ cõfertur ſine manus impoſitione: ſecundum Præpo-
4 ſitum in dict. capitul. quoniam. † & tales minores ordines poſſunt conferri ſine titulo: quia Epiſcopus, aut alius qui confert non tenetur dare ordinato in minoribus aliquid pro alimonia: ſeu alimentis: ſecundum gloſſam. in dict. capitul. pſalmiſta: vigeſimatertia diſtinctione, & in capitul. ſecundo, de præbendis, & eſt ratio ſecundum doctores ibi, quia clerici in minoribus poſſunt redire ad ſeculum, vide Panormitanum in dict. capitu. cùm contingat. de ætate & qualitate, vbi tenet in effectu, prout ſuprà, quòd requiruntur tria ad hoc vt Abbas poſsit conferre minorẽ ordinem. & licèt requiratur, ꝙ receperit benedictionẽ, hoc verũ vbi eſt negligẽs: ſecus ſi nõ ſit negligẽs. c. j. de ſupplen. negli. prælato.

prælato vel ſecundum Panor.intelligitur de ordine Siſterceñ.duntaxat: & tales ordines poſſunt conferre Abbates de tempore quatuor temporum, aut
5 diebus dominicis.† Et pariter iſta benedictio Abbatis debet fieri diebus dominicis & feſtiuis:ſecundum Panormitan.in dict.c.cùm contingat.c.j. & c. iij.de tempor.ordi.vide fratrem Antonium in ſumma iij.parte.titu.xiiij.c.xvj.§.vij. vbi refert opiniones,an Abbates poſsint dare duos ordines quatuor ordines minores,vel duos primos tantùm,quod videtur eſſe ſecuriùs: ſecundum ipſum,licèt ſecunda
6 opinio ſit communior: † licèt Abbatiſſa nõ poteſt benedicere, nec audire confeſsiones.c.noua.de pœniten.& remiſſ.licèt poſsit exhortari eius ſubditos, & etiam debet habere curam clauſuræ monaſterij: & debent viuere in cõmuni,& de vna burſa,& plura alia ponit frater Antonius in ſumma iij.parte. titulo xvj.c.vij.§.ij.& §.iij.

ARGVMENTVM.

Abbates epiſcopalem iuriſdictionem aut quaſi habentes in alienatione rei eccleſiaſticæ & authoritatem & decretum interponere poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterij exempti res alienare non niſi cum Papæ authoritate licet.*

Quæſtio MLXXXIII.

QVAERITVR an iſti abbates poſsint interponere authoritatem & decretum in alienatione rerum eccleſiaſticarũ? Et in effectu quando tales Abbates habent iuriſdictionem epiſcopalem,ſeu quaſi in eccleſijs ſibi commiſsis pleno iure, tunc poſſunt interponere:ſecundum Innocen.in c. ſtatuimus.de tranſactio. & ibi Panorm. & per glo. in clemen.j.de rebus eccleſ.non alienand.c. Abba-
1 tes.de priuileg.libr.vj.† In alienatione verò rerum monaſterij exempti requiritur authoritas Papæ:ſecundum gloſſ.in dict.clementin.j.cap.authoritate. §.j.de priuileg.libr.vj.

ARGVMENTVM.

Conſecrandi Epiſcopi forma.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus antequàm pallium ſuſcipiat conſecrationis munus ſuſcipere poteſt.*
2 *In Epiſcopi conſecratione Epiſcopi ad minus tres requiruntur.*
3 *Conſecratio Epiſcopi inter epiſtolam & euangeliũ fienda.*

Quæſtio MLXXXIIII.

QVAERITVR de forma conſecrationis Epiſcopi,& de numero Epiſcoporum:habetur in c.ſuffraganeis.de electio. † vbi Archiepiſcopus etiam ante ſuſceptionem pallij poteſt committere munus conſecrationis aliquibus ſuis ſuffraganeis,quando non fuit negligens in petendo palliũ:
2 & debent † interuenire ſaltẽ tres Epiſcopi de temporibus ordinandorum:& debet interuenire miſſa
3 in conſecratione Epiſcopi. Et pariter † debet fieri conſecratio Epiſcopi inter epiſtolam & euangeliũ, nec debet tũc cõferre aliquos ordines minores aut aliâs:ſecus in Papa.capitu.quod ſicut. de electiõ. & de forma conſecrationis habetur per fratrẽ Antonim in ſumma iij.parte.titu.xiiij.cap.xvj.§.ix.in fin.quia inungitur criſmate caput,& ponitur liber ſuper ceruicem conſecrãdi & conſecratur à tribus: & ſecundum Hoſtienſ.liber ſuper ceruicem eſt de ſubſtantia & munus triuarius: ita quòd vnus Epiſcopus non ſufficeret, etiam ſi in mundo non eſſet niſi vnus Epiſcopus: ſecundum gloſſ.in cap.porrò. lxvj.diſtinct.habetur etiam in libro duorũ officiorum.fol.xxxij.rubric.de Epiſcopo.titulo de Epiſcopo.& ibi tenet,quod debet fieri cõſecratio, de quo ibi latiùs. Vide de forma conſecrationis tàm in Epiſcopo,quàm Archiepiſcopo,per gloſſ.in pragmati. ſanctio.de electio.c.ij.§.cenſuit.& ibi etiam de benedictione abbatis. Iſte ordo epiſcopatus ſeu conſecrationis confertur in die dominico.c. quòd à patribus.c.quòd die.lxxv.diſt.& c.ordinationes.ead. diſt. & etiam conſecratio Regum. notatur in c.literas.per Antonium de Butr.de tempo. ordin.c. ſi Archiepiſcopus.de tempo.ordin.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus Archiepiſcopi nomen non niſi à die ſuſcepti pallij aſſumit.*
2 *Quid de Epiſcopo?*
3 *Pallium quod dicatur.*
4 *Pallium quando deferendum.*

Quæſtio MLXXXV.

QVAERITVR quid in Archiepiſcopo, habetur in c.ſi Archiepiſcopus. & c. Epiſco-
1 pi.de tempor.ordinandorum. † quia Archiepiſcopus non aſſumit nomen Archiepiſcopi,niſi à die ſu-
2 ſcepti pallij.c.niſi.de authorita.& vſu pallij. † Sicuti etiam Epiſcopus non aſſumit nomen Epiſcopi ante munus conſecrationis: vt notatur in c. tranſmiſſa.de elec.& in c.tua.de hijs quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capituli. vide fratrem Antonium in
3 ſumma iij.parte titu.xx.c.iiij.§.ſed † & dicitur pallium quoddam ornamentum ad modum ſtollæ ſacerdotalis, cum quibuſdam crucibus nigris iaxis quod defertur ſuper alia circũdans pectus & humeros ad modum coronæ,& ſignificat plenitudinem dicti pontificalis officij. dict.c. niſi. & debet peti à Papa infra tres menſes à tempore conſecrationis. & debet præſtare ſacramentum fidelitatis.c. ſigni-
4 ficaſti.de electio. † Et debet ſolùm portari in miſſarum ſolemnijs certis diebus anni, & infra eius eccleſiam:non autem proceſsionaliter.c.j. c.ad honorem.de authoritate & vſu pallij.licèt ſummus pontifex ſemper portet in ipſis ſolennijs vt ibi notatur. Alij verò inferiores certis diebus,quos enumerat frater Antonius vbi ſuprà,& rationale dicitur offi. in titu. de pallio.& ibi tenet,quòd Archiepiſcopus debet ſepeliri cum pallio,vt ibi habetur.

ARGVMEMTVM.

De benedictione Abbatis & Abbatiſſæ.

SVMMARIVM.

1 *Abbatis uel Abbatiſſæ benedictione ordo non confertu*
2 *Abbas ante benedictionem paſtorali baculo,anulo & mitra uti poteſt.*
3 *Cardinales ordines conferunt & benedictione utuntur,licèt tantùm presbyteri ſint.*
4 *Beneficia quæ Abbas habebat antequàm fieret Abbas ab*

adepta poſſeßione & ante benedictionẽ uacare dicitur.
5 *Aetas in Abbate quæ requiratur. item & in Abbatiſſa.*

Quæſtio MLXXXVI.

QVAERITVR quid in Abbate an nominetur Abbas ante benedictionẽ? Et dicendũ
1 eſt, ꝙ ſic: † quia per benedictionem Abbatis, vel Abbatiſſæ non confertur ordo: ſecus per conſecrationem Epiſcopi: ſecundum Innocent. & Panor. in c. meminimus. de accuſatio. & in c. inter monaſterium. de re iudica. in fin. per c. primum. de ſtatu monachorum. & in clement. attendentes. §. ſtatuimus. de ſtatu monachorum. vide Felin. in c. inter monaſterium. de re iudica. quòd per benedictionem Abbatis non imprimitur character niſi Abbate exercitatio: quia talis benedictio Abbatis aut Abbatiſſæ refertur potiùs ad ſolennitatem & conſuetudinem, quàm ad ſubſtantialia: quaſi nõ eſt conſuetudo in monaſterio, ꝙ Abbas benedicatur poterit Abbas benedicere monachos & exercere alia ad ſuum offi
2 cium ſpectantia: † quinimò etiam ante benedictionem Abbas poteſt vti baculo paſtorali annulo & mitra & alijs ornamentis pontificalibus: quia iſta conceduntur potiùs Abbatibus ad decorem ſuarum eccleſiarum quàm denotant aliquid ordinis ſicut in Epiſcopo: ſecundum Ioannem Andræam, in capitu. vt apoſtolicæ. de priuileg. libro ſexto, ſi
3 mile videmus in Cardinalibus presbyteris, † qui ex priuilegio conferunt minores ordines, & benedicunt ſolenniter: & tamen non ſunt niſi presbyteri: ſecundum Panormitanum in dict. cap. inter monaſterium. Vide Oldradum conſilio xiiij. incipien.
4 Cùm quæritur. vbi tenet, † quòd beneficia Abbatis quæ priùs habebat vacantia die adeptæ pacificæ poſſeſsionis monaſterij ante benedictionem: ſecus in Epiſcopo ante munus conſecrationis. cap. cùm in cunctis. §. cùm vero. de election. Idem tenet gloſſ. in pragmatica ſanctio. de electio. cap. ij. §. cenſuit. & ibi etiam quòd à tempore minoris conſecrationis & pacificæ poſſeſsionis vacant plura beneficia, aliâs ſecus: aut à tempore decurſus trium menſium de Epiſcopis conſecrandis. dict. cap. cùm in cunctis. §. cùm verò. de electio. cap. quoniam. C. mandati. vide gloſſ. in c. ſi electio. de electio. lib. vj. Et licèt in Epiſcopo requiratur ætas triginta anno-
5 rum: † tamen in Abbate ſufficit ætas vigintiquinque annorum. dict. cap. cùm in cunctis. ſecundum Oldradum, vbi ſuprà, licèt in Abbatiſſa requiratur ætas triginta annorum. c. indemnitatibus. de elect. libr. vj. Vide de benedictione Abbatiſſæ in clemen. attendentes. §. ſtatuimus. de ſtatu. regul. ſuper verbo, benedici. & in cap. meminimus. de accu. Adde quòd Abbas antequàm benedicetur debet ordinari eſſe presbyter, & debet benedici diebus dominicis: ſecundum Ioannem poſt Hoſtien. in c. tuam. c. cùm contingat. de ætate & qualitate. facit cap. eod. titu. c. j. c. iij. de tempor. ordinand. & per gloſ. in clementin. attendentes. §. ſtatuimus. de ſtatu monach. & quod habetur in cap. deuotis. xx. quæſtio. j. niſi aliter diſpenſaretur in Abbate: ſecundum Hoſtien. & Ioannem Andræam in dict. capitu. tuam. Adde quòd electus in Epiſcopum pro munere conſecrationis, vel Abbas pro munere benedictionis, debet accedere ad immediatum ſuperiorem: ſecundum pragmaticam ſanctio. de election. c. ij. §. cenſuit. de quo ibi per gloſſ. ſuper verbo, benedictionis. & ibi ponitur pœna etiam ſi recipiatur cõſecratio vel benedictio extra curiam vigore commiſsionis apoſtolicæ, & aliâs vt ibi habetur.

ARGVMENTVM.

De priuilegijs Abbatiæ ſancti Antonij.

SVMMARIVM

1 *Actor forum rei ſequitur.*
2 *Papa contra ſeculares reſcripta concedere: an poßit.*
3 *Iudex ſecularis an laico inhibere poßit ne coram iudice eccleſiaſtico reſpondeat.*
Quid ſi de feudo fiat queſtio?
4 *Conſeruatoris officium quantum ad negotia non cœpta cõcedentis morte expirat.*
5 *Reſcripta ad cõqueſtus pragmaticæ ſanctioni aduerſantur.*

Quæſtio MLXXXVII.

QVAERITVR circa priuilegia monaſterij ſancti Antonij in capite & membris, vbi ſunt deputati certi conſeruatores: & inter cæteros, dominus decanus Valentiæ per quem priuilegia apparet, quòd etiam laici poſſunt conueniri pro re ciuili & prophana vti pro cenſibus, redditibus & alijs iuribus nedum ſi trahuntur per vnam dietam à fine diœceſis: iuxta capitul. ſtatutum. de reſcript. libr. vj. Sed etiam per duas dietas: iuxta cap. nõnulli. de reſcript. & quæ priuilegia fuerunt approbata, & mandata obſeruari per reuerendiſsimũ Regem dominum noſtrum Delphiñ. prouiſo quòd nõ tendant in damnũ ſuum & eius patriæ & ſubditorum. & aliâs prout conſtat literis patentibus ſuper hoc conceſsis, quæ fuerunt interinatæ in curia parlamenti Delphiñ. iuxta illarum tenorem. Et conſequenter procurator conuẽtus dicti monaſterij ſancti Antonij fecit conueniri certos laicos de mandato talium coram dicto domino decano Valentiæ conſeruatore pro re merè prophana certarum penſionum ſeu redditũum. ſuper quo habuerunt recurſum in curia magni parlamẽti Delphiñ. ad euitandum ne fiant abuſus, & ne vexentur laboribus & expenſis. Et attento, quòd iſti conſeruatores nõ debent deputari per ſummum pontificem niſi pro manifeſtis iniurijs & violentijs. c. fina. de offic. delega.
1 libr. vj. Prætereà † actor ſequitur forum rei etiam ſi clericus ſit actor. c. ſi clericus. c. cùm ſit generale. de foro competenti. Et maximè quando negatur qualitas, quòd ſit de bonis eccleſiæ vel clerici. dict. cap. ſi clericus. quia aliâs vbi ageretur de bonis clerici, vel eccleſiæ, & tunc iudex eccleſiaſticus cognoſceret etiam contra laicum. dict. cap. ſi clericus. & cap. cùm ſit. quia tunc laici dicerentur malefactores, & detentores rerum eccleſiaſticarum, vel etiam quando iudex laicus eſſet negligens in adminiſtrando iuſticiam: quia tunc iudex eccleſiaſticus cognoſceret: vt ibi habetur. Sed redeundo ad materiam perti
2 nentem, † an Papa poſsit concedere literas contra laicos. glo. in dict. c. ſi clericus. tenet, quòd de conſuetudine generali Papa indiſtinctè concedit literas clerico agenti contra laicum, ſiue iudices laici ſint negligentes ſiue non: ſed laico contra laicum, ſeu inter puros laicos non concedit, niſi in caſibus notatis per gl. in c. licèt. & c. ex tenore. de foro competenti. & ita etiam tenet glo. in cap. tranſmiſſa. de foro compe-

foro competen. & per Archidiaconum in c. iudica-
tum. lxxxix. diſtinctio. Ita quòd quando Papa con
cedit clerico literas contra laicum, & laicus allega-
ret declinatoriam fori & appellaret nó darentur li-
teræ in cauſa appellationis, & idem tenet Specula.
in titul. de competent. iudic. aditione. §. regulariter.
verſic. xxx. Nec obſtat, ſi iudex ſecularis ſe offerat
paratum miniſtrare iuſtitiam: quia per hoc nó im-
3 pedietur iuriſdictio delegati Papæ. † Nec poteſt iu
dex ſecularis tunc inhibere laico ne reſpondeat co-
ram iudice eccleſiaſtico, & ita etiam tenet Hoſtien.
in ſumma. de foro competen. §. ij. verſic. ex præmiſ-
ſis. & hoc verum niſi cauſa ſit feudalis: ſecundum
Panormita. in dict. c. ſi clericus. quia tunc Papa nó
concedit literas contra laicum, niſi dominus feudi
ſit negligens in adminiſtrando iuſtitiam. dict. c. ex
tranſmiſſa. Et licèt Papa conceſſerit literas inter pu
ros laicos: tamẽ non valeret à principio. Sed ſunt in
pendenti donec docto de negligentia iudicis ſecu-
4 laris, ſecundum glo. in dict. cap. licèt Adde † quòd
officium conſeruatoris quò ad negotia nó cœpta,
expirat ipſo iure per obitum concedentis. c. fina. §.
officium. de offic. deleg. lib. vj. Adde de materia cõ-
ſeruatoris & etiã reſcriptorũ apoſtolicorũ vulgari
ter dictorum conqueſtus. dom. Guido. Papæ. deci-
5 ſione xvij. ibi, quòd † talia reſcripta vocata de cõ-
queſtus ſunt contra pragmaticam ſanction. in titu.
de cauſis. quia tollunt ordinariam iuriſdictionem:
ſecus in conſeruatoribus: vt in deciſion. xviij. quia
tales conſeruatores ſunt de iure communi. & deci-
ſione ccxlvii. quòd poteſtas conſeruatoris ex-
pirat mortuo Papa, quò ad cauſas nõdum cœptas.
dict. c. fi. & per Ioan. Fab. inſtitu. mandati. §. item ſi
adhuc. licèt Rex Ludouicus reuocauerit pragma-
ticam ſanctionem, vt refert domi. Guido Papæ. de-
ciſio. xvij. & conſil. ciij. Et corã etiam talibus cõſer
uatoribus poterunt etiam trahi debitores: quia te-
nẽdo iniuriãtur creditores: ſecundũ do. Guid. Papę
deciſio. xviij. alleg. Speculato. in titu. de inſtru. edi-
tio. §. nunc verò aliqua. ver. de hoc autem quęritur.

ARGVMENTVM.

De forma reſcripti apoſtolici ad lites.

SVMMARIVM.

1 *Rei ratione forum ſortitur.*
2 *Computatio à quo loco ſumenda.*
3 *Iudex rei ratione ſitæ iuriſdictionem habet.*
Rei ſitæ ratione an iudex multari aut excommunicari poßit.
4 *Dietæ appellatione uulgaris uenit.*
5 *Dietarum computatio unde fienda. & nu 9.*
6 *Quid ſi reus plura domicilia habeat.*
7 *Rei uel contractus ratione diœceſim non dici.*
8 *Rei ratione quis ſubditus non efficitur.*
9 *Exceptio de duabus dietis an in ordinario locum habeat.*

Quæſtio MLXXXVIII.

QVAERITVR ſuper continentia reſcri-
pti apoſtolici pro parte reuerendi domini
Ioannis Epiſcopi Viuarieñ. obtenti, contra & ad-
uerſus reuerendum dominum Theodorum Abba-
tem monaſterij ſancti Antonij prætextu, & ad cau-
ſam præcẽtorię ſancti Antonij Treceñ. ordinis ſan
cti Auguſtini quidquid reſcriptum derogatur dile
ctus filius Valentineñ. & Vticeñ. de Auinione offi-
cialibus, cùm illa clauſula, quatenùs vos vel duo,
aut vnus veſtrum, prætẽdendo dictus dominus Epi
ſcopus Viuariẽſis, quòd dicta pręceptoria: tunc cer
to modo vacans fuerit quò ad vixerit authoritate
apoſtolica commendata, & quòd dictus dominus
Abbas ſancti Antonij falsò prætendens dictã præ-
ceptoriam ad ſe ſpectare impedit quominùs perci-
pere valeat fructus dictæ præceptoriæ, iuxta formã
commendæ: ideò Papa eundem Epiſcopum à qui-
buſuis ſententijs excommunicationis & cenſuris
eccleſiaſticis ad effectũ præſentiũ abſoluendo, mã
dat per apoſtolica ſcripta quatenùs vocato dicto
Theodoro & alijs qui fuerunt euocandi, quod iu
ſtum fuerit appellatione ſemota decernatis cũ cer-
tis clauſulis & derogationibus ibi mentionatis:
datũ Romę anno incarnationis Mcccclxxxvij. vj.
calend Septembris. Et conſequẽter dominus Chri-
ſtoforus de Salhiente officialis Valentinenſis ad
inſtantiam dicti domini Ioannis de montecamuto
Epiſcopi Viuariencenſis, celerarij monaſterij ſan-
cti Antonij de ſancto Antonio ordinis ſancti Au-
guſtini, & præceptoris ſancti Antonij de renuerſo,
nec non treceñ. decernit eius literas citatorias con
tra præfatum dominum Abbatem ſancti Antonij,
apud locum grangiarum propè & extra muros ci-
uitatis Valentiæ in domo habitationis Petri Gaye
ti ad diem decimã poſt præſentiũ executionẽ inhi-
benda eidem domino Abbate, ne in præiudicium
litis pendentiæ aliquid attentet ſub pœna excom-
municationis. datum in dicto loco Grangiarum de
eodem anno die v. menſis Decembris ipſum citan-
do ad omnes actus, licèt nó appareret de excuſatio-
ne ſeu ſubrogatione aliorum collegarum. Et conſe
quenter in termino citationis, ſeu in executione di
ctarum literarũ citatoriarũ dictus dominus Abbas
ſancti Antonij ſeu eius procurator declarauit ius
ſibi competens in dicta præceptoria ceſsiſſe & remi
ſiſſe eodem domino Gabrieti Roberteri, & quòd
nó poſsidet nec dolo deſijt poſsidere, propter quod
petijt dictus domin. Viuarienſis inhiberi dicto Ro
berteti, & alijs quibus videbitur ne ſe intrudant in
dicta præceptoria, & ipſos iterum citari. Et tandem
idẽ dominus officialis Valentinẽſis iterũ decreuit
eius literas citatorias & inhibitorias apud dictum
locũ grangiarum. Et licèt in dicto reſcripto apoſto
lico derogetur cõſtitutiõi Bonifacij Papę VIII. ne
quis extra ſuam ciuitatẽ & diœceſim, niſi in certis
exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine
ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices
à ſede apoſtolica deputati extra ciuitatem & diœce
ſim, in quibus fuerint deputati procedere habeant
dummodò vltra tres dietas aliquis authoritate pręe
ſentium non trahatur: tamen dicta præceptoria tre-
cenen. de qua agitur à fine diœceſi, & treceñ. vbi eſt
beneficium diſtat vſque ad dictum locũ Grangia-
rum vltra ſex dietas, & quia dictum reſcriptum apo
ſtolicum pro parte dicti domini Epiſcopi Viuarien
ſis impetratum, & dictę literæ citatoriæ decretę ten
dunt contra ſtatuta & libertates præſentis patriæ
Delphinalis. quia Abbatia ſancti Antonij eſt
in præſenti patria in diœceſi Viuarienſis, & do-
minus Abbas ibi trahit domicilium. & pariter
dictus dominus Gabriel Roberteti religioſus
ſancti Antonij etiam trahit ibi domicilium

Ideò & pro parte procuratoris generalis patriæ Delphiñ. fuit data ſupplicatio in curia parlamenti Grationopolis, petendo exortari dictum dominum officialem Valentiæ, & inhiberi dicto domino Epiſcopo Viuarieñ. ne habeát extrahere extra præſentem patriam Delphiñ. dictũ dominum Abbatem ſancti Antonij, & dictum dominum Gabrielem Robertati. Et licèt pars domini Epiſcopi Viuarieñ. in eius ſchedula exordieñ. Veniunt velit prætendere, ꝙ res de qua litigatur, videlicet præceptoria treceniis ſit ſita in regno, & non in Delphinatu, prout eſt notorium: ita quòd quamuis nõ releuet ab onere proponendi, releuat tamen ab onere probandi: iuxta gloſſ. in clementin. appellanti. de appellatio. Bartol. in l. ſi quis adulterium. cùm inſeſtu §. idem Pollioni. ff. de adulter. Et etiam apparet per tenorem literarũ citatoriarũ, † Ita quòd ratione rei cũ agatur actione reali quis ſortitur forum. c. ſanè. & c. fina. de foro competen. c. experientia. xj. quæſtio. j. l. fina. C. vbi in rem actio. Et hoc ſiue res ſit ſita in foro actorũ, ſiue in tertio foro: ſiue in loco fori rei: ſecundum Maria. in dict. c. ſanè. Nec obſtat, quòd dictus dominus Abbas diſtat à loco rei vltra duas
2 dietas: † quia hic fit computatio dietarum à loco domicilij rei conuenti: & non à loco rei de qua agitur: ſecundum glo. in c. ſtatutum. §. j. de reſcript. lib. vj. Panormita. in c. ex parte. de foro competen. & in c. dilectus. le ij. de reſcript. domin. de Rota in antiquis. ſub titu. de reſcript. deciſio. xxviij. quæ incipit, Communiter. Bald. in l. fina. in xx. colum. verſic. ſed hic quæritur. C. de edict. diui Adrian. tollen. Sed ita eſt, quòd dictum monaſterium ſancti Antonij non diſtat vltra duas dietas à loco vbi conuenitur, licèt locus rei diſtet vltra duas dietas, & per conſequens poteſt licitè dictus dominus Abbas conueniri: nec ſanè poteſt dominus procurator Delphinalis prætendere dictum dominũ Abbatem trahi extra Delphinatũ in præiudicium libertatũ Delphinalium:
3 quia † iudex ratione rei ſitæ habet iuriſdictionem, & non ratione perſonæ. Ita quòd non comparens non poteſt multari aut excommunicari: ſecundum Vincentium in dict. c. ſanè. quem ſequitur ibi Ioannes Andr. & Cardinalis Florentin. & communiter omnes, & ibi Marianus in xiiij. declaratione. licèt ibi faciat certam diſtinctionem. Sed in contrarium apparet per tenorem dictarum literarum citatoriarum. vbi mandatur citari dictum dominum Abbatem, & pariter mandatur ſibi inhiberi ſub dicta excommunicationis pœna ne haberet aliquid attentare in præiudicium litis. Vnde pro clariori intelligentia vide gloſſ. in c. nonnulli. de reſcript. quæ tenet, quòd licèt antiquitùs quis non debebat trahi vltra duas dietas, & hodie vltra vnam dietam à fine
4 diœceſis, † quòd intelligitur de dietis vulgaribus: ſecundum conſuetudinem loci. vide etiam per glo. in c. dilectus. le ij. de reſcript. quæ diſputat, ꝙ quan-
5 do agitur actione reali, † quòd debet fieri computatio dietarum à loco rei ſitæ, & non à loco domicilij. Et idem quando agitur actione in rem ſcripta: ſecus ſi in actione perſonali, quia tunc habebitur reſpectus ad diœceſim domicilij: ſecundum Innoc. ibi: & Bart. in l. Formam. §. j. ff. de cenſib. Et vbi reus
6 haberet † plura domicilia debet attẽdi de loco domicilij principalioris: ſecũdum Hoſtien. & Panor. in dict. c. dilectus. & ibi Panormitan. ponit tres concluſiones, & in ſecunda concluſione, dicit ꝙ quando fit impetratio extra locum rei ſitæ ſeu cõtractus vel delicti computatio regulariter licèt fieri à loco domicilij & nõ de loco vbi res eſt ſita: quia in dict. cap. nonnulli. dicitur, quòd non debet trahi extra
7 ſuam diœceſim. † Nam ratione rei vel ratione contractus non poteſt dici illa diœceſis ſua, licèt ibi ſor
8 tiatur forum. † Non tamen efficitur ſubditus illius iudicis: ſecundum glo. in clemen. j. de foro competen. & in c. à nobis. de ſenten. excommunic. vide Panormitan. in dict. c. ſanè. qui refert dictum Vincentij in inferiore à Papa, quando conuenitur ratione rei vltra duas dietas, ꝙ habeat locum dictum c. nonnulli. vt debeat delegare: vide in c. ex parte B. Panormita. vbi refert Innocen. & Hoſtien. tenere,
9 quòd † debeat fieri cõputatio à loco rei ſitæ. Et ibi
10 tenet Panormit. † quòd coram ordinario loci non habet locum exceptio de duabus dietis. c. cùm Epiſcopus. de offic. ordin. lib. vj. Si verò fiat commiſsio extra locum ſeu diœceſim vbi res ſita eſt, tunc ſemper fit computatio à loco domicilij principaliori. & quando fit commiſsio vltra vnam dietam, non poteſt delegatus ſe appropinquare ad alium locum d. c. ſtatutum. §. in nullo. de reſcript. libr. vj.

ARGVMENTVM.

Commiſsio an rurali loco fieri poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Commiſsiones quo loco faciendæ.*
2 *Iudices ſeculares abuſum eccleſiaſticorum iudicum ſupplere poſſunt.*
3 *Forum rei mobilis ratione non ſortitur.*

Quæſtio MLXXXIX.

QVAERITVR an poſsit fieri commiſsio
1 in loco rurali, & dicendũ eſt, † ꝙ non, niſi in ciuitatibus vel locis inſignibus, vbi poſsit commodè copia peritorum haberi. dict. c. ſtatutum. in principio. verſic. nec admittitur. de reſcript. lib. vj. & eſt ratio ſecundum glo. ibi: quia ibi præſumuntur eſſe parti: quia debet eſſe prouiſio pro aduocatis conſiliarijs & alijs quæ emergunt, & ita eſt in propoſito: quia dicta citatio cõtinet errorem manifeſtũ apud locum grangiarũ vbi notoriè nõ eſt copia peritorũ ſed eſt Rodanus inter mediũ, & licèt in dicto reſcripto delegatorio derogetur iuri ne iudices à ſede apoſtolica deputati extra ciuitatem & diœceſim in quibus ſunt deputati procedere non poſsint vel vices ſuas committere: tamen non propter hoc non mandatur quòd procedatur in loco vbi non eſt copia peritorũ, & maximè cùm nõ interueniat conſenſus partiũ. d. c. ſtatutũ. §. in nullo. tùm etiam fuerit proceſſum nulliter ad dictũ citatorium: quia nõ apparet de commiſsione ſeu ſubrogatione aliorũ collegarũ, attenta clauſula ibi appoſita, quatenùs vos vel duo aut vnus veſtrum. c. cùm plures. de offic. delega. libr. vj. Secus ſi eſſet appoſita clauſula quòd ſi non omnes: vel ſi ambo. c. prudentiam. de offi. delegat. tamen ex alio capite dictum citatorium continet errorem manifeſtum ratione dicti loci grangiarum. Et ſic non obſtat dicta citatio: ſecũdum Innocen. in c. ij. de dilatio. & Barto. in l. ij. ff. ſi quis in ius

vocat. non ierit. Et per côſequens apparet, quòd fue
2 rit factus abuſus, † ita quòd iuriſdictio temporalis
poteſt ſupplere abuſum iuriſdictionis ſpiritualis: ſe
cundum glo. in capitul. princeps. xxiij. quæſtion.
3 vj. Adde † quòd quãdo agitur in actione reali pro
re mobili tunc quis non ſortitur forũ ratione rei: ſe
cundum omnes: vt refert glo. in l. fin. C. vbi in rem
acti. licèt Azo teneat contrarium: ſed Huguitius te-
net quòd debet ſatiſdare de iudicio ſiſti in foro ſeu
domicilio rei côuenti: & ſufficit nuda cautio quan-
do reus non eſt ſuſpectus. de quo ibi per doctores:
vide ibi per Alberi. & Paul. de Caſtr. qui faciunt
certam diſtinctionem.

ARGVMENTVM.

Exceptio diſtantiæ loci côtractus vel delicti, an præ-
terquàm ꝙ vnam aut duas dietas locorum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio loci diſtantiæ quòd rei ratione præter unam aut duas dietas non extenditur.*
2 *Exceptio ultra unam aut duas dietas in Papæ delegato non attenditur.*
3 *Ordinarius extra ſuam diœceſim cauſas delegare non niſi partibus adſentientibus, poteſt.*
4 *Cõſtitutio de duabus dietis, ut inferiores iudices extra diœceſim delegare poßint, locum non habet.*
5 *Abbates aut alij prælati pro mẽbris inferioribus ultra unã dietam loci contentioſi ratione habita conueniri non poßint*

Quæſtio MXC.

QVAERITVR quando in loco contra-
ctus vel delicti, an habeat locum exceptio ꝙ
locus diſtet vltra vnam dietã vel duas? & dicẽdum
1 eſt ꝙ non: cap. dilecti. de for. competen. † & idem
quando quis conuenitur ratione rei ſitę. capitul. ſa-
nè. de foro compet. licèt Vincen. aliter ibi ſenſerit.
& ſicuti in ordinario ratione contractus aut delicti,
aut rei ſitę non attenditur exceptio vltra vnam die-
2 tam aut duas: † ita etiam in delegato Papæ. cùm
Papa ſit ordinarius ordinariorũ in quolibet loco.
cap. cuncta per mundum. ix. quæſtion. iij. ſecũdum
Panor. in d. dilect. c. & licèt coram ordinario non ha
beat locum illa exceptio dietarum. cap. cùm Epiſco
3 pus. de offic. ordinar. lib. vj. † tamen non poteſt de-
legare cauſas extra ſuam diœceſim. cap. vt litigan-
tes. de officio ordina. lib. vj. niſi de conſenſu partiũ.
4 Et ideò conſtitutio † de duabus dietis non habet lo
cum in inferioribus, vt poſsint delegare extra diœ-
ſim: ſecundum Panor. in dict. cap. ſanè. Veruntamẽ
5 Abbates †, aut alij prelati pro mẽbris inferioribus
non poſſunt conuenire vltra vnam dietam, niſi ha-
bito reſpectu ſituationis loci, dictorũ membrorum.
clemen. j. de reſcript. Et pariter quando Epiſcopus
eſt expulſus à ſua diœceſi poteſt procedere contra
ſubditos in vicariatu diœceſ, dum temen non tra-
hantur vltra duas dietas. clementi. §. eidem. de foro
competen.

ARGVMENTVM.

Iudices ſeculares an eccleſiaſticorum iudiciũ negli
gligentiam ſupplere poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Minoris defectum ſuppleri à maiore certum, & non ecõtra.*
2 *Iudicem ſecularem ex ſpeciali & conſuetudinario iure iudicis eccleſiaſtici defectum ſuppleri poſſe, Ioan. And. tenet.*
3 *Iudices tum eccleſiaſtici tum ſeculares in iuriſdictione cum una & eadem ſit ſimboliſare tenentur.*
4 *Papa licèt à nemine iudicetur, hominum tamen iudicio hæreſeos ratione ſubijcitur.*

Quæſtio MXCI.

QVAERITVR quando iudex eccleſiaſti
cus eſt negligens aut abutitur in iuriſdictio-
ne an iudex ſecularis ſuppleat negligentiam iudi
cis eccleſiaſtici: ſicuti econtrà. cap. ex tranſmiſſa. c.
licèt. de foro competen. & videretur dicẽdum quòd
ſic. cap. ſi quis cum clerico. xj. quęſti. j. & in authen.
vt clerici, apud proprios epiſcopos, in princip. colla.
vj. & hoc tenet glo. in c. filijs. xvj. q. vij. & in c. prin-
ceps. xxiij. quæſtion. vj. ſed in contrarium tenet glo.
in cap. qualiter & quando. de iudic. quam ibi ſequũ
tur Goffred. Ioan. And. & Panor. & eſt ratio: quia
1 maior † ſupplet defectum minoris: & non econtrà:
ſed iuriſdictio eccleſiaſtica eſt maior: quia eccleſia
habet vtrunq; gladium: videlicet iuriſdictionẽ ſpiri
tualem & temporalem, videlicet temporalem habi
tu, ſed non econtrà. Nec obſtant iura ex aduerſo al
legata: quia ſunt conrrecta: ſecundum Ioan. Andi.
Nec obſtat d. c. filijs. quia ibi nõ dicitur, quòd Rex
ſuppleat defectũ Epiſcopi: ſed vt amoueat & inſtet
apud ſuperiorem. ca. nullus. de iur. patrona. & iſtud
etiam tenet glo. in cap. verum. de for. competen. vbi
etiam in cauſa feudi eccleſiaſtici iudex temporalis
non ſupplet defectum iudicis eccleſiaſtici etiam ſi
agatur inter laicos, licèt Tancredus, Vincen. & Ho
ſtien. teneant contrarium quando agitur de re feu-
dali & temporalis ſecus in actionibus perſonalibus
2 Ioan. And. in dict. cap. verum. tenet, † quòd de iure
ſpeciali ſeu conſuetudinario iudex ſecularis po-
teſt ſupplere defectum iudicis eccleſiaſtici, quando
vaſſalli ſunt laici de quo ibi latiùs per Panor. Nam
3 iuriſdictio eccleſiaſtica & temporalis debent fra-
terniſare ad inuicem: ſecundum Barto. in prooemi.
ff. orum. Nam ſicuti eccleſia poteſt inuocare auxi-
lium brachij ſecularis, etiam per modum neceſsita-
tis & pręcepti: iuxt. nota. in cap. j. de offic. ordin. ita
& econtrà iudex ſecularis poteſt implorare auxi-
lium iudicis eccleſiaſtici: ſecundum Inno. in c. licèt
ex ſuſcepto. de for. compen. & ibi loquitur de Im-
peratore, quòd poteſt inuocare auxilium Papæ. de
quo etiã per glo. in dict. cap. j. de officio ordinar. &
ibi per docto. vide gloſſ. in dict. cap. princeps. xxiij
quæſtion. v. quę enumerat caſus in quibus iudex
ſecularis habet iuriſdictionem ſuper clericos & co-
rũ bona. & ſuper Bald. in l. fi. & auth. ibi appoſit. c.
ſine cenſu. vel. reli. & per do. Guid. Papę. deci. lxxj.
4 lxxix. cxxxviij. & cccccLxxij. Adde † ꝙ Papa alios
iudicat, & à nemine iudicatur. cap. ſi Papa. xl. diſt.
niſi in hæreſi, licèt priùs debeat moneri & cõtuma-
cia habetur pro hęreſi: ſecũdum glo. ibi facit. c. cun
cta per mũdum. cap. per principalem. ix. quęſtio. iij.
veruntamen Papa poteſt ſe ſubmittere iudicio alte
rius ſiue in foro animę, ſiue contentioſo. ſecundum
gloſſ. in cap. nos. ij. quæſtion. vij. & in prooemi. vj.
ſuper verbo, ſeruus. & in capitul. ſanè. le ij. de offici.
delega. & per Alexand. in l. eſt receptum. ff. de iudi.
& gloſſ. in cap. nemo. ix. quæſtio. iij.

ARGVMENTVM.

Priuilegium patrię Delphinalis ne incolę extra patriam trahantur ad clerum extenditur.

SVMMARIVM

1 *Abbates & monachi ciues & municipes dicuntur.*

2 *Clerico de temporali ſecularium diſtrictu dicuntur.*

3 *Literæ citatoriæ an ob priuilegij, (ne quis extra patriam trahatur) taciturnitatem ſurreptitiæ & obreptitiæ cenſeantur.*

4 *Reſcriptum quo mandatur ut quis in ius uocetur in loco quo peritorum copia haberi non poteſt, an manifeſtum errorem contineat.*

5 *Rei ratione forum ſortiri quis non, niſi ibi reperiatur, dicitur.*

6 *Domicilium poſſeſsio ſola non facit.*

Quæſtio MXCII.

QVAERITVR an libertas præſentis patriæ Delphinalis qua cauetur, quòd ſubditi Delphinales non trahantur extra pręſentem patriã Delphinalem comprehendat præfatum dominum Abbatem ſancti Antonij & eius religioſos in eius monaſterio commorantes, & alios clericos pręſentis patriæ. Et videtur dicendum, quòd ſic: quia ratione habitationis quis cõtrahit domicilium. cap. nullus. de tempor. ordinan. libr. vj. cap. dilectus. le ij. de reſcript. & pro hoc videtur caſus in materia. in cap. dilecti. de foro compen. vbi priuilegium conceſſum Anglicis ne conueniantur citra mare, comprehen-
1 dit etiam clericos. † Nam Abbates monachi alicuius loci dicũtur ciues & municipes, ſecundum Bar. in l. j. ff. ad municipal. & Ioan. de Plat. poſt gloſſ. & Bartol. in l. ciues. C. de in col. lib. x. & hoc etiã tenet
2 Geminia. in cap. fi. de officio delega. lib. vj. † Nam clerici dicũtur eſſe de diſtrictu temporali laicorũ vt ibi habetur. Nec obſtat c. ſanctæ Marię. de conſti. quia fallit in priuilegijs principis quãdo tendit ad vtilitatem eccleſię: quia eccleſia cenſetur acceptare & approbare: ſecundum Hoſtien. in cap. final. de cenſi. & per conſequens ex quo iſta patria Delphinalis eſt ſeparata à regno, & non venit acceſſoriè, ſed regatur iure ſcripto ſeu eius conſuetudinibus & ſtatutis: iuxt. not. per Guli. de Cuneo. & Bartol. in l. ſi conuenerit. § ſi nuda. ff. de pigno. actio. & per glo. Bald. in l. iij. ff. de offic. præſid. & per gloſſ. in cap. j. ne ſede vacan. de quo dicendũ, quòd dictum prætẽſum reſcriptum dicti domini Epiſcopi Viuarieñ. & literæ citatoriæ domini officialis Valen. pretenſi de
3 legati per quas mãdatur † citari dictum dominum Abbatem ſancti Antonij & fratrẽ Gabrielem Roberteti in loco grangiarum à parte regni ſunt ſubreptitiæ & obreptitiæ tacito de priuilegio libertatis pręſentis patriæ: quia Papa in dubio nõ videtur derogare ſtatutis & conſuetudinibus locorum. cap. j. de conſtitu. lib. vj. iuxta not. per Bald. in l. fina. C. ſi
4 contra ius vel vtilita. public. † Præterea dicta citatio continet errorem manifeſtũ inquantum mãdatur citari in loco non inſigni vbi non eſt copia peritorum. c. ſtatutum. in princip. verſic. nec audiantur. de reſcrip. lib. vj. nec obſtat quod ex aduerſo opponitur ꝙ dicta præceptoria Trecen. eſt ſita in regno Franciæ, & ita quòd dictus dominus Abbas ſancti Antonij non extrahitur extra patriam qua non poſſet excommunicari vel multari: iuxta nota. per Io. And. & Marian. in dict. c. ſanè. de for. competen. & domi. de Rota in nouis deciſ. ccccIxvij. incipien. Si quęritur. in titul. de iudic. & for. compet. Quia ad iſtud reſpondetur quòd dicta commiſsio non fuit impetrata in diœceſi Treceñ. & ſic quòd non competit iuriſdictio dicto domino officiali Valenti. ratione dictę præceptoriæ, ſed ratione cõmiſsiõis apoſtolicæ ſibi factę: iuxta nota. per Panor. in dict. cap. dilectus. le ij. de reſcript. in ij. concluſione. pro quo allegat glo. in dict. clemen. j. de foro competen. §. eiſdem. ſuper verbo, ſubditos. Et ita dicta prętenſa citatio haberet arctare perſonam dicti domini Abbatis attẽto quòd ibi ſit commonitio ſub pœna excõmunicationis. vide etiam per Paul. de Caſtr. in l. fi.
5 C. vbi in rem actio. † quòd licèt quis ſortiatur forũ ratione rei ſitæ: hoc verum ſi ibi reperiatur, aliàs ſecus, ſicuti in contractu vel delicto dicitur. cap. Romana. §. contrahentes. de for. competen. libr. vj. & licèt agatur ratione rei, tamen iudex non habet iuriſdictionẽ in perſonam. & ideò nõ poſſet capere: iux. l. conſentaneum. C. quomod. & quand. iudex. vel etiam non poſſet excommunicare ſecundum Ioan. Andr. in nouell. in dict. cap. ſanè. de for. competen. & ita in effectu voluit Panormi. in dict. ca. dilectus. le ij. de reſcript. Adde quòd licèt ratione rei, delicti aut contractus quis ſortiatur forum: non tamen dicitur ſubditus: ſecũdum glo. in clemen. j. §. eiſdem.
6 ſuper verbo, ſubditos. de for. competen. † quia ſola poſſeſsio non facit domicilium. l. libertus. §. j. ff. ad municipal. & pariter forenſis ratione rei non ſortitur numera. l. reſcripto. §. fi. ff. de muneri. & oneri b.

ARGVMENTVM.

Intellectus c. Statutum. de reſcript. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Literarum gratiarum executio quibus committi debeat.*

Quæſtio MXCIII.

QVAERITVR quò ad intellectum dicti capitul. ſtatutum. de reſcript. lib. vj. quando actor & reus ſunt eiuſdem ciuitatis & diœceſis non poteſt committi cauſa extra ipſos, niſi certis in caſibus. vt ibi habetur. § cùm verò. & maximè quando actor non audet intrare ciuitatem vel diœceſim ſui aduerſarij potentiam perhorreſcens etiam ſi culpa actoris: quia eſt relegatus vel bannitus. ſecundum
1 glo. ibi. † Quid autem in executiõibus grauarũ, an debeat cõmitti perſonis eccleſiaſticis in dignitate vel canonicis eccleſiarũ cathedraliũ: de hoc habetur per Gem. in d. §. in nullo. & ibi diſtinguit de multiplici ſpecie & differẽtia executoris, de quibus per glo. in cap. paſtoralis. §. quia verò. de offic. delega. nam ſi eſſent executores miniſtri ad conferendum ſeu prouidendum qui interdum poſſent aſſumere partes iudicis: tunc ſeruatur dictum cap. ſtatutum. ſi verò eſſent nudi miniſtri ad vnum articulum vt ad examinandum teſtes vel ad ponendum aliquem in poſſeſsionem, prout faciunt iſti ſubexecutores vigore clauſulæ ceterũ appoſitæ in proceſsibus executorialibus: quia iſto caſu poſſunt deputari ſimplices clerici. & idem quãdo Papa cõmitteret alicui ſimplici clerico, vel cũ clauſula ex certa ſciẽtia: ſecundũ glo. in dict. c. ſtatutũ. ſuper verb. licentiarũ.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Inferior à principe cauſam extra territorium in quo res eſt ſita committere non niſi de partium & iudicis voluntate, poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus ultra unam dietam extra diœceſim quo res ſita eſt ſubdelegare non poteſt.*

Quæſtio MXCIIII.

QVAERITVR an inferior à Papa poſſit committere cauſam extra territorium ſuum vbi res eſt ſita? Et dicendum eſt quòd nó, niſi interueniat conſenſus partium, & conſenſus iudicis vbi fit commiſsio. c. vt litigantes. de offic. ordina. lib. vj.
1 licèt delegatus † Papę non poſſit ſubdelegare etiã de cõſenſu partiũ vltra vnam dietã extra diœceſim in qua cauſa eſt ſibi delegata: ſecundũ Ioan. And. & Gemin. in dict. cap. ſtatutum. in nullo. de reſcrip. lib. vj. & Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titul. de iudic. delega. §. ſequitur videre. verſicu. ſed nunquid. & Maria. in c. ſanè. de for. competen.

ARGVMENTVM.

Cauſa commiſſa alicui ſub nomine dignitatis alio quàm in ſua dignitate diuerſorium habentis, in diuerſorij loco tractari poterit.

SVMMARIVM.

1 *Papa laicorum cauſas laicis committere poteſt.*
2 *Dietæ à quo loco computandæ ſunt.*

Quæſtio MCXV.

QVAERITVR quando committitur alicui ſub nomine dignitatis vel canonico eccleſię cathedralis alibi cõmoranti, & de hoc fit expreſſa mentio, an poſſit procedere in loco vbi commoratur? & dicẽdum eſt quòd ſic, licèt non reſideat in loco dignitatis: ſecundum Ioan. Andr. & Panor. in cap. fi. de rer. permuta. & in c. nonnulli. de reſcrip.
1 & pariter † quando Papa committit cauſam inter laicos. aut in cauſa criminali: iuxt. cap. fi. qui cleric. vel monach. lib. vj. tunc cauſa poſſet committi laicis, aut alijs in dignitate non exiſtentibus: ſecundũ Ioan. Andr. & Panormi. in cap. ſua nobis. de appela. licèt Panormi. ibi referat opiniones. vide etiam per Præpoſitum ibi vide Panor. in dict. cap. nonnulli. qui poſt Inno. & Hoſtien. facit differentiã, quando quis conuenitur actione reali vel miſta, vt ſortiatur forũ: ſecus ſi ſimpliciter actione perſonali. l. forma. verſicu. ſi vno. ff. de cenſi. & ibi per gloſſ. & Barto. & per Marian. in cap. ſanè. in vij. declaratione. de foro compet. & per Panormita. in cap. fi. eodem titul. quæ autem ſint actiones miſtę ſeu in rem ſcriptæ habetur per gloſſ. in l. iij. §. eſt autem. ff. ad exhiben. vide per Specul. in titu. de citati. §. j. verſic.
2 & not. vbi tenet, quòd † debent computari dietæ à loco vbi res eſt ſita ſiue agatur actione reali ſiue in rem ſcripta ſiue perſonali, de quo per Paul. de Caſtro, in l. fi. C. vbi in rem actio.

ARGVMENTVM.

Officium camerarij Papæ hodie quale ſit.

Quæſtio MCXVI.

QVAERITVR ſuper literis appoſtolicis Raphaelis miſeratione diuina ſancti Georgij advelum aureũ ſacro ſanctę eccleſiæ diaconus Cardinalis domini noſtri Papæ camerarij obtentis pro parte reuerendi domini abbatis & ſancti Antonij de ſancto Antonio ordinis ſancti Auguſtini, vbi in effectu narratur, quòd cũ accepimus quondã Anthoniũ Alamandum ſedis appoſtolicę prothonotarium extra Romanam curiam defunctũ eius vita durãte poſſidebat plura beneficia de quibus non erat ſufficienter diſpenſatus, deceſſerit inteſtatus, ex quo etiam ratione officij prothonotariatus, & certis alijs cauſis eius ſpolium, bona & iura quæcunque per eum relicta ad dominum noſtrum Papam & eius cameram apoſtolicam pertinere noſcũtur: cũq; abbas & camerarius dicti monaſterij ſancti Antonij eidem Antonio in aliquibus pecuniarijs ſummis certis de cauſis obligati, & debitores reperiantur, volendo eidem domino abbati, vt ſe cõmodiùs & eius religioſos ſubſtentare valeat in aliquo ſubuenire. præfatus camerarius habita deliberatione cum theſauriſario & alijs clericis cameræ apoſtolicæ de conſenſu & conſilio ipſorum præfatus dominus camerarius, omnes & ſingulas pecuniarum ſummas per dictos abbatem & conuẽtum & religionem debitas pręfato quondam Antonio pręfato Theodoro abbati moderno dedit, ac etiã omnia iura & actiones, quæ ſanctiſsimus dominus noſter & camera apoſtolica habet, habereque poteſt in ſpolijs, rebus, bonis quibuſcunq; dicti quondam Antonij ceſsit & tranſtulit cum poteſtate tranſigendi componendi eum procuratorem conſtituendo cum poteſtate ſubſtituendi, & aliàs prout ibi pleniùs continetur datum Romę anno natiuitatis domini 1497. die prima Decembris, pręſentibus ibidẽ teſtibus receptum per do. de Cãpana cũ cordula rubea & ſigillo rubeo cooperto ferro albo. & ideò poteſt quæri de officio camerarij Papæ, & in effectu hodie eſt magnum officium: quia eſt Cardinalis. clemen. ne Romani. §. eo tamen. de electio. & idem de vicecancellario & magno pœnitentiario vt ibi habetur. & talis camerarius recipit & cuſtodit bona eccleſię Romanæ. cap. ad audientiam. de pręſcrip. & iuriſdictionem exerceret circa omnes debentes camerę & Papatu vacante, ab eo nihil recipiunt Cardinales. cap. vbi periculũ. §. prouiſionis. de electi. lib. vj. & eius officium eſt diſtribuere pauperibus: ſecundum gloſſ. in dict. clemen. ne Romani. prout facit beatus Laurentius, licèt hodie malè obſeruetur: ſecundum glo. in pragmact. ſanctio. in titul. de cenſi. cap. j. §. reuocare. & iſtud facit in caſu iſto: quia præfatus camerarius de cõſenſu aliorũ officiariorum camerę apoſtolicæ remiſit pręfato domino abbati iura dicti ſpolij propter hoſpitalitatẽ & alia omnia dicti monaſterij ſancti Antonij.

ARGVMENTVM.

De prothonotarijs.

SVMMARIVM.

1 *Prothonotarij reſidentes in curia coram ordinarijs locorũ non conueniuntur.*
2 *Prothonotariorũ officiorũ in primitiua eccleſia qualæ fuit.*
3 *Prothonotariatus dignitas eſt.*

4 *Aetas quæ in Prothonotario requiratur.*

Quæſtio MCXVIII.

QVAERITVR quia dictus dominus Antonius Alamandi prætenditur fuiſſe prothonotarius cuius reſpectu ſpolium pertinet cameræ cancellariæ apoſtolicæ quid iuris, de officio iſtorũ prothonotariorũ ſedis apoſtolicæ, & an ſit dignitas. & in effectu quando tales prothonotarij ſeu officia-
1 rij † actu reſident in curia Romana, non debent cõueniri corã ordinarijs loci, vt in pragm. ſanct. in ti. de cauſis. c. j. §. Romanę. & ibi glo. ſuper verbo, pro
2 thonotarios, quę declarat, quòd † officium iſtorum prothonotariorũ in primitiua eccleſia fuit inſtitutũ ad perquirendum geſta ſanctorum martyrũ: ſecundum ſtylum curię in literis Papę vocantur notarij: vt xij. q. ij. cap. ij. & cap. cùm redempta. & v. queſti. j. cap. quidam. & not. per glo. in cap. cupiẽtes. in principio de elect. libr. vj. & interdum vocantur Cartularij Papę. ij. queſtio. v. cap. qua de cauſa. aliquando vocantur apocriſſarij. c. ſignificaſti. de electi. nã
3 prothonotariatus † eſt dignitas: quia notarij principũ dicũtur habere dignitatẽ. l. maximarũ. C. de excuſa. muner. lib. x. l. j. C. de mãda. princi. ſecus in inferiore notario. l. vniuerſos. C. de decu. lib. xj. vñ Pau-
4 lus. II. ſtatuit, quòd † nullus fiat prothonotarius niſi habeat vigeſimũ annũ: aut ſi eſſet de ſublimioribus, aut filijs vel nepotibus principum: quia requiritur ꝙ habeãt xvj. annũ, licèt tales minores nõ debent geſtare habitum, nec ſumere rochetum, niſi habeãt xx. annum & infra annum à die promotionis debent promoueri ad gradum ſubdiaconatus.

SVMMARIVM.

1 *Conſilia quando tenenda*
2 *Confeßio prælati an eccleſiæ præiudicat.*

Quæſtio MXCVIII.

QVAERITVR ſuper cauſa executionis ſententiæ latæ ad vtilitatem conuentus ſancti Antonij contra hęredes domini Rupiſchinardi prętextu venditiõis xiij. ſeſtariorũ frumenti pretio centum ducatorum: vbi fuit petitum pro parte dicti cõuentus tenemẽtarios & emphyteotas compelli. ſed exaduerſo pro parte dictorum hæredum Rupiſchinardi fuit oppoſitum quòd dictum pretium ſeu debitum principale proceſsit pro negotijs domini quondam Epiſcopi Caturceñ. & ꝙ dictus dominus Epiſcopus ſoluit: & ꝙ dominus abbas & religioſi ſancti Antonij capitulariter congregati cõfeſsi fuerunt dictum debitum fore & eſſe ſolutum, pręcipiẽdo fanaterijs vt de cęterò habeãt ſoluere dicto domino Rupiſchinardi: & ad iſtos fines fecerunt examinari tres teſtes, qui videntur deponere, ꝙ in quodam capitulo generali tento in craſtinum feſti aſcẽſiõis domini in magna aula dict. monaſterij ſancti Antonij pręſidebat vbi dñs abbas de Brione: & ibi interfuerunt plures religioſi: & dictus dominus Epiſcopus Caturcen. & quòd dict. dominus de Albenas magnus prior in dicta abbatia habuit dicere certa verba in Gallico importantia quitationẽ. ſed exaduerſo replicatur pro parte dicti conuentus ſancti Antonij quòd talis confeſsio prioris non præiudicat conuentui, attento etiam quòd bona conuentus ſunt diſtincta & ſeparata à menſa abbatis. Tum etiam quia de conſuetudine dicti monaſterij ſancti Antonij fuit & eſt obſeruatum, quòd deſcribuntur per ſecretarium capituli omnes prælati, præceptores generales, diffinitores, & alij religioſi interſunt tali capitulo, licèt non appareat deſcriptus dictus dominus Epiſcopus Caturcen. & pariter quòd ſolent deſcribi omnia quæ geruntur in talibus capitulis: ſed iſtud non reperitur fuiſſe ſcriptum, & ſic tale teſtimonium exaduerſo factum præſumitur falſum. Prætereà in dicto capitulo generali quod tenetur annuatim, aut de trino in trinũ quando interſunt præceptores generales, abbas aut prior dicti conuentus non poſſunt præiudicare iuribus conuentus, niſi ipſo vocato & audito, maximè cùm in dicto capitulo generali non interſunt niſi duo religioſi electi cum priore, licèt dictus prior habeat dignitatem: tamen non præſidet in conuentu. de materia capituli religioſorum habetur in capitul. in ſingulis. de ſtatu monachorum. & in pragmat. ſanction. in titul. de authorit. & po-
1 teſtate ſacrorum cõſiliorum. & ibi per glo. † & celebrantur de triennio in triennium: & ibi habetur ſed conſilia prouincialia aut epiſcopalia ſeu ſynodi celebrantur annuatim. capitul. ſicut de accuſati. c. graue. de prębend. capitu. conquerente. & cap. cùm dilectus de officio ordinar. licèt in religioſis ſancti Auguſtini generalia capitula celebrantur annuatim, & prouincialia de quadriẽnio in quadrienniũ ſecundum gloſſ. in pragma. ſanction. vbi ſuper verbo celebrantur. Prætereà poteſt probari falſitas dictorum teſtiũ indirectè, per illos de dicto capitulo, quòd dicta quitatio non fuerit facta. cap. Tertio loco. de probatio. capitul. quanto. de his quæ fiunt à pręlatis ſine conſenſu cap. ex tenore. de teſti. Tum
2 etiam † confeſsio pręlati non præiudicat eccleſiæ, maximè quando bona ſunt deſcripta: ſecundũ glo. in capitul dudum. le ij. de election. & in cap. fina. de pręſcript. Tum etiam: quia pręlatus non poteſt habere fidem de pretio. l. ſi procurator. ff. de iure fiſc. ſecundum Panormita. in capit. ij. de præcar. Tum etiã quia debet probari pretium eſſe conuerſum in vtilitatem eccleſiæ: authentic. hoc ius porrectum. C. de ſacr. ſanct. eccle. l. ciuitas. ff. ſi cert. per. c. quod quibuſdam de fideiuſſo. Tum etiam quia dicta ſeſtaria frumenti fuerunt & ſunt incorporata de bonis & menſa dicti conuentus, & ſic non poſſunt alienari ſine ſolemnitate iuris. ca. vt ſuper. de rebus eccleſi. non alienan. & per glo. in clemen. frequens. de exceſs. prælato. ſuper verbo, de menſa. Tum etiã quia dicti teſtes non deponunt, quòd capitulum generale quitauerit, nec pariter exprimunt nomina particularium, quod tamen requiritur de iure, quãdo tractatur de alienatione. l. fi. C. de vẽdi. rer. ad ciuita. libr. vndecimo. ſecundum Bartol. in l. j. ff. de alb. ſcriben. Specul. in titul. de ſyndico. §. j. verſicu. porrò. & ſequenti. & gloſſ. in capitu. fina. de procura. & Hoſtien. in ſumma. de ſyndico. §. & qualiter. Bald. in l. j. ff. de magiſtratib. conuen. Panormitan. in capitu. j. de ſyndico. & in capitul. quanto. de his quę fiunt à præla. Adde etiam quòd iſta declaratio ſeu quitatio domini prioris Dalbenas facta in pręſentia capituli non tenet: quia non ſufficit tacitus conſenſus capituli in alienatione ſeu conceſſione perpe-

ſiōe per Pan. ſed requiritur colla. expreſſa.c.j.de his quę ſi. à pręla. ſine cōſen. capi.& per gl. Io. de Imol. Panor. in cap. ij. eo. tit. & per glo. in c.j. de reb. eccle. nō alie. ſuper verb. perpetuò. Adde quādo numerus vniuerſitatis eſſet magnus ita ꝙ eſſet difficile exprimere nomina particulariū, tūc excuſatur ſi nō exprimantur nomina: ſecundū Bar. in d.l.j. licèt ſit vtiliùs exprimere in ponderoſis & arduis negotijs & per Ang. Aret. inſtitu. de cura. §. fi.

ARGVMENTVM.

Licitum non eſt ante pontificis vel alterius pręlati mortem tractare de ſucceſſore eligendo aut ſucceſſorem nominare.

SVMMARIVM.

1 *De beneficij uiuentis impetratione tractare uetitum.*
2 *Succeſſorem hereditario iure nominare prohibitum.*
3 *Tractare per modum conſilij de futuro ſucceſſore Papæ ipſo annuante permiſſum.*
4 *Imperator uel prælatus an ſibi ſucceſſorem eligere poſſit.*
5 *Papa papatui renuntiare in ſuis proprijs manibus poteſt.*
6 *Papa eligēdi ſibi ſucceſſorē alteri facultatē concedere pōt.*
7 *Quid ſi uiuente Papa conuenticulum de papatu faciāt, læſæ mageſtatis incurrunt.*

Quæſtio MXCIX.

QVAERITVR an licitè poſsit fieri tractatus electionis ante mortē pontificis ſeu alterius prelati: & an ſit licitū nominare ſucceſſorē in beneficio ſeu an habeat locū ſucceſsio in Papa: Du
1 biū facit: † quia non debet tractari de impetratione beneficij viuētis. c.j. & ij. de cōceſ. pręben. & quia tales tractatus ſunt ambitioſi, & captatorij mortis alienę. c. deteſtanda. & c. ne captādæ. de cōceſs. præbē. lib. vj. & ſic reprobātur tanquā cōtra bonos mores. l. fi. C. de pact. & pro hoc videtur textus in c. nullus. lxxix. diſt. vbi debet expectari poſt tertiā diem mortis prælati, aut ſaltē debet expectari donec corpus pręlati eccleſiaſticę ſepulturę donetur. c. bone. le ij. de electio. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ poteſt fieri talis tractatus in electione Papę ex deliberatione cardinaliū. c. ſi tranſitus. lxxix. diſt. quia talis tractatus licèt ſit deliberatorius: nō tamen eſt diffinitorius: ſe-
2 cundum glo. ibi. Secus autē ſi † quis vellet nominare futurū ſucceſſorē iure hęreditario: quia iſtud eſt prohibitū. c. Epiſcopo. le j. c. Moyſes. c. apoſtolica. viij. q. j. quia ſanctuariū Dei iure hæreditario prohibetur. c. cōſuluit. de iur. patr. c. ad decorē. de inſti. c. ex trāſmiſſa. de fil. presb. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ S. Petrus elegit Clementē in ſucceſſorē. viij. q. j. c. j. & c. ſi Petrus. quia ad iſtud reſpōdetur ſecundū gl. ibi ꝙ S. Clemens ex poſt renuntiauit ad tollendū perni tioſum exēplū alijs: vel ſecundū Gemi. ibi illud fiebat in primitiua eccleſia, vbi nō erāt clerici aut ſaltem pauci vel nō apparebāt metu gentiliū: vnde in hac materia ſecūdū Inn. Io. And. Ant. de But. Pan. & Ioan. de Imol. in d.c. bone. le ii. de elect. poſſunt formari iij. qōnes, Prima, vtrū talis tractatus ſit licitus. ſecunda, an electio ſubſecuta de tali perſona ſit nulla, vel annullāda. tertia, an eligētes ſint priuati. & in effectu talis tractatus eſt prohibitus, quādo eſ-
3 ſet diffinitorius: † ſecus ſi eſſet cōſultorius annuente Papa, vel etiam in alia electione alterius prælati inferioris, quādo loquerētur ad inuicē de tali perſona, ꝙ eſſet bona, dum tamen nō concludāt aliquid vel faciāt aliquid, quod cōcernat electionē, vti deliberare ſuper loco, vel citare aliquos canonicos ab-
4 ſentes: ſecundū doct. vbi ſupra. † Veruntamen Imperator vel pręlatus pōt ſibi eligere ſucceſſorē, quādo hoc habet ex priuilegio. cap. petiſti. vij. q. j. ca. in. ſinodo. lxiij. diſt. licèt ſecundū glo. ibi fuit cōceſſum priuilegiū Imperatori eligendi ſucceſſorē in regno Italię: vel ſecundū glo. Imperatores perdiderūt priuilegiū propter abuſum, vel ꝙ ſit opus impetratiōe noua priuilegij de quo ibi habetur. veruntamē Pa-
5 pa † poſſet renūtiare Papatui in manibus proprijs. c. j. de renun. lib. vj. ſecundū glo. in c. nos. ij. q. vij. & in c. non aūt. vij. q. j. & Papa cū fratribus pōt delibe rare de ſucceſſore: ſecundū glo. in viij. q. de quo etiā per Alex. in c. Epiſcopū vel abba. qui. feu. da. po. & ſ. pleniùs fuit tactū. & licèt prælatus nō poſsit eligere ſucceſſorē, hoc verū niſi de ſpeciali gratia Papę. c. petijſti. vij. q. j. ſecundū Io. de Imol. & Panor. in c. accepimus. de pact. verū Papa non poteſt in vita eligere ſibi ſucceſſorē: ſecundū glo. in §. his omnibus. viij. q. j. Archid. in c. ſi trāſitus. lxxix. diſtin. & Pan. in d.c. accepimus. Adde Archi. in c. ſi trāſitus. lxxix.
6 diſt. ꝙ Papa poteſt † dare alij licentiā vt eligat ſibi ſucceſſorē. & ibi an cardinales poſsūt renūtiare. c. licèt. de elect. Adde Alex. de Imol. in addi. ad Bart. in
7 l. j. in ſi. ff. ad leg. Iul. maieſt. de illis † qui viuente Papa faciūt cōuenticulū de papatu ꝙ incurrunt crimē læſę maieſtatis. & ibi alleg. Io. And. in c. veniēs. le j. de teſtib. & ibi Panor. poſt Goffr. & hoc verum, qñ Papa incōſulto fit cōuēticulū. c. ſi quis Papa. 79. diſt. & ibi dicitur Papa incolumi & incōſulto, &c.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo mortuo uicarij poteſtas euacuata.*
2 *Vacare in curia per renuntiationem & per mortem paria ſunt.*
3 *Mors ciuilis naturali æquiparatur in beneficiorum uacationibus.*
4 *Vicarij Epiſcopi tranſlati geſta poſt tranſlationē etiā ignorantis non ualent.*
5 *Epiſcopi & Abbates non niſi de eorum conſenſu transferuntur, uel euidens cauſa ſubſit.*
6 *Papa Epiſcopū à ſuæ eccleſiæ uinculo etiā ſine cauſa abſoluere poſſet.*
7 *Renuntiatione in beneficialibus per ſuperiorē admiſſa nedum poſſeſsio, ſed & proprietas perditur,*
8 *Reſignatio beneficiorum ſtatim atque admiſſa eſt per Papam ius quæritur.*
9 *Epiſcopo depoſito uicarij geſta non ualent.*
10 *Vicarij datione an primus reuocatus cenſeatur.*
11 *Epiſcopus ſtatim atque tranſlatus eſt, ipſo facto uicarij poteſtas expirat etiam ſi non certioretur.*
12 *Monachus profeſſus Epiſcopi uicarius eſſe non niſi cū ſui abbatis licentia eſſe poteſt.*
13 *Epiſcopus poteſtatem conferendi beneficia non niſi ſuo uicario generali committere poteſt.*

Quæſtio DCCCCCC.

QVAERITVR de tali caſu ſuper translatione Epiſcoporum: viſa ſerie facti exhibiti pro parte venerabilis domini Claudij Pillati commendatarij perpetui parœcialis eccleſiæ prioratus nuncupatæ, ſancti Trophimi de villa muris & ruralis prioratus de mōte Furano, Aqueñ. diœceſis principaliter videtur attingenda quæſtio illa, de Epiſco

po tranſlato per renuntiationē à Papa & abſoluto
à vinculo prioris eccleſię, an eccleſia dicatur vacare
ante apprehenſam poſſeſsionē, & antequā pręſtiterit
iuramentū & ſe ingeſſerit adminiſtrationi rerū
eccleſię, adeò ꝙ expiret poteſtas vicarij, & non teneat
collatio beneficiorū facta per vicarium poſt d.
tranſlationē. Pro cuius quæſtionis ſolutione præ-
1 mittendum eſt, ꝙ mortuo † Epiſcopo ceſſat iuriſdi
ctio vicarij, & expirat ipſo facto eius poteſtas. c. il-
la. & c. fi. ne ſed. vac. c. cum olim. de maio. & obedi.
ſecundū Hoſt. in c. quoniam abbas. de offic. deleg.
Io. And. Anto. de Butr. & Panor. in c. tua nobis. de
offic. vica. Archi. in c. Romana. in fi. de offic. vicar.
lib. vj. Pet. de Ancha. Gemi. & Philip. Franc. in c. ij.
eod. tit. & lib. Bal. in l. aliquādo. in x. q. de offic. pro
conſul. & lega. etiā quoad cauſas cœptas: quia vlti
mus non poteſt ſe intromittere. Et idem eſt quādo
eccleſia vacat per renuntiationē. c. j. de renun. libr.
vj. ſecundum glo. in ca. ſi cui nulla. de præben. eod.
lib ſuper verbo, moriatur. quia iſta parificātur quā-
2 do † beneficiū vacat in curia ſiue per mortē ſiue per
renuntiationē: ſecundum Io. And. in nouella. Petr.
de Anch. & Gemi. in c. ij. de prębē. lib. vj. & pro hoc
3 facit: quia † in hoc caſu mors ciuilis æquiparatur
naturali, quò ad vacationē beneficij, cùm ſit eadē
ratio: ſecundū glo. in c. ſi propter tua debita. de re-
ſcript. lib. vj. ſuper verbo, vacabit. videlicèt morte,
renūtiatione, depoſitione, trāſlatione, vel quocūq;
alio modo. & in c. ſi Epiſcopus. de ſuppl. negl. pręl.
lib. vj. & ibi glo. ſuper verb. morte. & ita tenet Card.
Flor. in clem. fi. de procur. in xiiij. q. quia ſicuti per
mortē naturalē pręlati reuocatur procurator etiam
quoad negotia: ita etiā quando vacat eccleſia per
ceſsionē, tranſlationē depoſitionē. & pro præmiſsis
facit c. fi. §. officiū. de offic. & pot. iudi. dele. lib. vj. &
hoc pręſuppoſito, ex quo expirauit poteſtas vicarij
Epiſcopi etiā habentis ſpeciale mandatū ad confe-
rendū beneficia, ſequitur neceſſariò dicendū ꝙ nō
teneat collatio beneficiorū poſt d. trāslationē: quia
deficit poteſtas in cōferente. & pro non dato habe-
tur, ꝙ ab illo datur, qui non pōt de iure donare. ca.
ꝙ aūt. in fi. de iur. patr. nec debet attēdi ſi poſt tranſ
lationē fuerit apprehēſa poſſeſsio, vel ne, aut pręſti
tū iuramentū: quia ex quo fuit facta promotio trāſ
lationis per Papā, fuit quęſitū ius etiā ante traditio
nem. c. fi. de cōceſ. prębē. lib. vj. quia ſolo viuę vocis
oraculo perficitur gratia Papę, adeò quòd cōſpirat
morte cōcedētis, etiā bullis nondū cōfectis: ſecundū
Archid. Io. And. Gemi. in procemi. vj. & Bal. in l. hu
manū. C. de legi. in fi & maximè propter abſolutio-
nē vinculis prioris eccleſię, vt eſt moris fieri, ita ꝙ li
gat ignorātes. c. ij. §. ſic ergo. de trāsla. epiſc. & c. bo
næ. le ij. in fi. de poſtul. pręla. & pro hoc facit c. quia
cūctis. §. adijciebatur. de cōceſ. pręben. lib. vj. cū ibi
not. per doct. & licèt per formā literarū. Epiſcopus
trāslatus prohibeatur ſe ingerere adminiſtrationi
rerū ante pręſtationē iuramēti: tamē hoc nō obſtāte
habet titulū eccleſię, & poſſet inſtalari in choro abſ
que incurſu pœnę. c. auaritię. de elect. li. vj. ſecundū
Oldr. cōſi. cxlvj. & Panor. in c. qualiter & quādo. de
elect. & pro pręmiſ. facit text. in l. j. in fi. ff. de bo. po.
ex teſta. mili. vbi miles tranſlatus ad aliū numerū
ſeu ordinē, gaudet priuilegio antequā ſit receptus.
& ita in terminis tenet Cald. conſi. vlti. in tit. de ſen
ten. & re. iudi. vbi loquitur de Epiſcopo trāslato, ꝙ
non tenēt geſta vicarij poſt tranſlationē, etiā ſi fuiſ
ſet ignorans: quia abdicata erat eius poteſtas per d.
c. quia cūctis. §. adijciebatur. multò fortius vbi talis
tranſlatio fuiſſet nota in loco. Nec obſtat pręmiſ.
4 ſi dicatur, † ꝙ non videatur quęſitū ius irreuocabi
liter ante cōſenſum tranſlati: maximè quādo trāſla
tio Epiſcopi fit propter merita ipſius: & ſic videtur
facta ob eius gratiā: & ſic non debet redundari in
eius odiū. d. c. quod ob gratiā. de regu. iur. lib. vj. vt
videtur tenere Io. Mona. in d. c. quod ob gratiā. in
c. generali. de elect. lib. vj. & ibi ponit exēplum, qn̄
eccleſiā Baraneñ. aliquis ex priuilegio vel cōſuetu
dine percipit regalia ſeu fructus, quod non habebit
locū in caſu iſto ante cōſenſum Epiſcopi trāſlati, &
hodie refert Panor. in c. fi. de poſtula. pręla. in fi. ſta
5 tutum in conſil. Piſano. † ꝙ non trāsferuntur Epi-
ſcopi ſiue abbates ſine eorū conſenſu, niſi ſubeſſet
cauſa euidens & rationabilis. Quia ad iſtud reſpō-
detur, ꝙ pręmiſſa procederent niſi aliter appareret
Papam aliud voluiſſe: ſecundum Io. Andr. in dict.
c. quod ob gratiā. & c. pręſupponitur in facto ita eſt
per tenorē literarū tranſlationis duorū Epiſcoporū
per renuntiationē admiſſam per Papā & cōſenſum
præſtitum. & ita etiā tenet in terminis Io. Cald. cō-
ſil. ij. in tit. de trāſla. pręla. quia eſt quęſitū ius hinc-
inde propter renuntiationē factā, & de cōſenſu par
tiū: quoniā imò Papa poſſet trāsferre Epiſcopū inui
tum & contradicentē: ſecundū Hoſti. & Io. Andr.
in d. c. fi. de poſtula. pręla. & Frede. de Sen. in tracta
6 tu permutationū. q. xxv. † & Papa poſſet abſolue-
re Epiſcopū à vinculo ſuę eccleſię etiam ſine cauſa:
quia habet plenitudinē poteſtatis, & ita tenet glo.
in c. per principalē. iij. q. iij. & ita tenet etiā Cald. cō
ſil. j. in ti. de trāſla. pręla. multò fortiùs quādo inter-
uenit cōſenſus per renuntiationē, ita ꝙ non eſt, in-
ſiſtendū ſuper poſſeſsione ex quo d. tranſlatio fuit
admiſſa per Papā: & in dubio pręſumendū eſt ꝙ Pa
pa fuerit motus ex iuſta & euidenti cauſa: ſecundū
Inno. in c. quę in eccleſiarū. de cōſti. glo. in l. relega
ti. in princip. ff. de par. Cyn. in l. reſcrip. C. de preci.
7 Imper. offer. † Nam per renuntiationē in benefi-
cialibus admiſſam per ſuperiorē perditur poſſeſsio
& proprietas. c. admonet. c. quod in dubijs. de renū.
ſecundū glo. Inno. Pan. in c. ſollicitè. de reſti. ſpoli.
8 Pręthereà ex quo † reſignatio beneficiorū eſt admiſ
ſa per Papā ſtatim quęritur ius: ſecundum Inno. &
Panor. in c. inter cętera. de pręben. Non obſtat etiā
ſi dicatur ꝙ vicarius Epiſcopi cenſeatur habere iu-
riſdictionē ordinariā: iuxt. not. per glo. & doctor. in
c. ij. & fi. ne pręla. vices. & per cōſequens non debet
ceſſare poteſtas ſeu iuriſdictio vicarij in offici. do-
nec ad aduētum ſuceſſoris. l. meminiſſe. ff. de offic.
pro cōſul. l. ſi fortè. ff. de offic. præſi. quia ad iſtud re
ſpōdetur, quòd illa iura loquutur in iudice ordina-
rio, qui habet iuriſdictionem, quæ coheret territo-
rio principaliter & non acceſſoriè: ſecus in vica-
rio Epiſcopi, qui venit acceſſoriè. Et ideò mor-
tuo vel depoſito Epiſcopo expirauit ipſo facto po-
teſtas vicarij. l. quòd principi. & l. ſi auguſtæ. ff. de
lega. ij. & ita tenent Barto. Alexand. & Iaſon in l.
more. & l. & quia. ff. de iuriſdiction. omn. iudic. de
quo etiam per Alexand. de Imol. in l. eius. poſt glo.
ſuper verbo, ignoraſſent. ff. ſi certum peta. prætereà
dict. l. memi-

dict. l. meminiſſe. & l. ſi fortè. iuxt. allegata, non procedant in beneficijs & priuilegijs, & collatione beneficiorum: quia non tenét geſta, ex quo expirauit officium vicarij: ſecundum Gulielmum de Cune. in Bal. l. in dict. l. meminiſſe. & ita eſt in propoſito: quia non debet tenere collatio beneficij facta per vicarium domini Archiepiſcopi Aquenſis poſt tranſlationem factam ex quo conſpirauerat officium vicarij, prout ſuprà dictum fuit. & pro hoc facit cap. j. de offic. vicar. libr. vj. vbi manente Epiſcopo excó-
9 municato non tenent geſta vicarij: † multò fortiùs quando Epiſcopus eſt remotus: quia vicarius poteſt reuocari ad nutum ſuperioris: ſecundum glo. & doctor. in clementi. & ſi principalis. de reſcriptis. & in clemen. fina. de procu. Tum etiam vt præſup-
10 ponitur, in facto, † dictus dominus Archiepiſcopus Aqueñ. creauit ſecundos vicarios abſq; claulula citra reuocationem priorum vicariorum: & ita cenſentur priores vicarij ipſo facto reuocatio: ſicuti de procuratore dicitur. cap. non iniuſtè. de procura. l. ſi quis cum procuratorio. §. fi. ff. de procura. ſecundú Ioan. Cald. in cap. ſua nobis. de offici. vicar. & Bar. in tractatu de epiſcopa. in vij. parte. iiij. lib. quęſtio. xxj. & Ioan. de mili. in repertorio, ſuper verbo, vicarius. & per Gemini. in cap. ij. de offic. vicar. lib. vj. & maximè vbi fuiſſet facta intimatio creationis ſecúdi vicarij, licèt vbi appareret de ſcientia talis reuocationis vicarij non eſſet opus alia certioratione & intimatione. l. j. in fi. ff. de acti. emp. ſecundum Bar. in l. ij. §. fina. ff. ſolu. matrimo. & Bertach. in dict. tractatu vbi ſupra. ſed quia aliud fundamentum ma-
11 gis vrget † quando Epiſcopus eſt tranſlatus ſeu remotus expirat ipſo facto officium vicarij abſq; aliqua certioratione & certificatione, prout ſupra dictum fuit. & maximè quando apparet de mente Papæ, quòd voluerit transferre etiam Epiſcopum inuitum, & abſolui à priori vinculo habet ligare ignorantes, nec eſt opus intimatione ſeu certioratione per dictum capitú. quia cunctis. §. eijciebatur. & ita tenet Philip. in cap. cæterùm. de reſcript. Ideò videtur neceſſariò concludendum quòd non teneat collatio beneficij facta per vicarium poſt dictam tranſlationem domini Archiepiſcopi Aqueñ. Poſſent etiam deduci aliquę aliæ cauſæ nullitatis aduerſus poteſtatem dictorum vicariorum, & maximè quia poteſtas alterius dictorum vicariorum eſt conditio-
12 nalis, & alter erat † monachus profeſſus ordinis ſancti benedicti, & ita non poteſt eſſe vicarius Epiſcopi ſine licentia ſui abbatis. capitu. ſi quis. lviij. diſtinc. & hoc ibi tenet præpoſi. & ſolet notar. in clemen. & ſi principalis. de reſcript. & pariter poſſet impugnari ſubdelegato vicarij ad conferendum beneficia ad tempus decem dierum: quia videtur factum
13 in fraudem Lateraneñ. concilij, † & ideò Epiſcopus non poteſt committere poteſtatem conferendi beneficia niſi eius vicario generali. cap. de liberatitione. §. prohibemus. de offi. lega. lib. vj. & ibi doct. & in cap. ſtatuto. de præbend. lib. vj. & ita etiam tenet Panormita. in cap. conſtitutus. de conceſſ. præbend. & pariter in altero facto tali fit mentio de interuentione domini Ioannis Feyzani. ſed vt puto, eſt poſterior in data dicti domini Claudij Pilati: & ideò ſuper hoc aliter non ſcribo. & licèt collationes dictorum vicariorum beneficij, de quo agitur ſint priores in data, quàm prouiſiones commendæ dicti domini Claudij Pilati: tamen propter illas, non fuit inducta præuétio ex quo apparet de nullitate & inualiditate dictarum collationú dictorum vicariorum: prout ſupra dictum fuit: quia non præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum. capitu. non præſtat. de regu. libr. vj. & in terminis videtur tenere Ioan. de Imol. poſt Zen. in clemen. j. de iur. patr. circa finem vbi tenet, quòd licèt patronus clericus non poſsit variare. ca. cùm autem. de iur. patro. hoc verum quando prima præſentatio eſt valida ſeu ritè, & rectè facta: aliâs ſecus: quia tunc teneret ſecunda præſentatio. & ita etiam tenet gloſſ. in pragmact. ſanction. in titu. de collati. §. viſum eſt. ſuper verbo, non valeant. in fine. ſicuti etiam dicitur in iudicialibus, quòd licèt per citationem fiat preuentio: hoc verum quando citatio eſt valida: ſecus ſi ſit inualida: ſecundum Archidiaco. in capitul. non ita. ij. quęſtio. vj. Panormita. in cap. propoſuiſti. de for. competen. & in capitu. illud. de preſcript. & facit gloſſ. in l. ſi pater. C. ne de ſtat. defunct. quęra. Nec obſtat ſi opponatur de regula cácellariæ xxxiij. quádo fit reſignatio in curia, quòd debeat publicari infra ſex menſes: quia ſecundum glo. ibi ſufficit, quòd fiet publicatio in cancellaria vel in camera apoſtolica, vel quòd notificetur partibus, & vt puto iſtud fuit factum, & maximè quando reſignátes non moriuntur in poſſeſsione, vt ibi habetur per glo. licèt fortè appellatione beneficiorum in dict. regula cancellarię non comprehenduntur dignitates epiſcopales: iuxt. not. in cap. j. de pręœbend. lib. vj. Adde gloſſ. in cap. ſi quis tranſlatus. xxj. quęſtione ſecunda. quod quis non dicitur tranſlatus donec fuerit cófirmatus & adeptus fuerit poſſeſsionem. capitul. ſi qui Epiſcopi. xcij. diſtinct. cap. cùm in cunctis. §. cùm verò. de electio. vide Ro. conſili. cccxlv. vide Panormita. in capit. non iniuſtè. de procura. & in cap. volentes. de offic. lega. vbi videtur tenere quòd per dationem ſecundi vicarij non reuocatur primus. & ibi reddit rationem diuerſitatis in vicario Epiſcopi & procuratore, & maximè qñ ſunt diuerſę ſpeciei & non fuit facta intimatio.

ARGVMENTVM.

Canonicus poſt renútiationem ſuæ præbendæ admiſſam vocem in capitulo non habet neque geſta per ipſum valent.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas ex quo abdicata eſt: geſta etiam ignoranter facta non tenent.*

2 *Reſignatione admiſſa per ſuperiorem ius quæſitum eſt in beneficio.*

3 *Renuntiatione beneficij nedum poſſeſsio ſed & proprietas perditur.*

4 *Reuocatio tacita quæ fit per mortem nullam aliam certiorationem requirit.*

Quæſtio M.CI.

QVAERITVR an canonicus poſt renuntiationem ſui canonicatus & præbendæ admiſſam per ſuperioré habeat vocem in capitulo: & ſi teneát geſta per ipſum antequàm certificetur deceſsione admiſſa per ſuperiorem? Dubium facit per ea quæ dicta ſunt in præcedenti quæſtione de Epi-

ſcopo tranſlato & abſoluto à vinculo prioris eccleſiæ quando apparet de intentione Papæ, ꝙ voluerit transferre inuitum: iuxt. not. per Ioan. Andr. in nouella, Gemini. & Petr. de Ancha. in cap. generali. de electi. lib. vj. & per Io. And. in cap. quod ob gratiã. in mercu. de regu. iur. lib. vj. & maximè quando fit tranſlatio per renuntiationem: quia tũc non exquiritur alius conſenſus: ſecundum Ioan. Calder de tranſlatio. epiſco. conſil. ij. & in titul. de ſenten. & re iudica.
1 † quia eſt abdicata poteſtas non tenẽt geſta etiam ignoranter facta. capitu. cunctis. §. adijciebatur. de conceſsio. præbend. libr. vj. & pro hoc facit quod voluit Bald. poſt Guliel. de Cuneo. in l. meminiſſe. ff. de offic. proconſul. vbi tenet, quòd licet durent geſta iudicis ordinarij poſt reuocationẽ vſque ad aduentum ſucceſſoris in officio, hoc verũ in actu iuriſdictionis: ſecus in prębendis, ſeu beneficijs concedendis: quia non poteſt concedere ex quo eſt reuocatus, pręterea
2 † per renuntiationẽ beneficij admiſſam per ſuperiorem ſtatim eſt quęſitũ ius in beneficio. capitu. ſi tibi. de præbend. libr. vj. ſecundum Innocen. & Panormita. in capitul. inter cætera. de præbend. & per talem
3 † renuntiationem perditur poſſeſsio & proprietas beneficij. capitu. ſu per hoc. cap. admonet. capitul. ſuper his. de renuntiation. iuxta nota. per gloſſ. Innoc. & Panormita. in cap. ſollicitè. de reſtitu. ſpoliato. facit l. ſi quis vj. §. differentia. ff. de acquirend. poſſeſsion. nec poteſt prætẽdi quòd teneant geſta, ex quo remanet in poſſione. argumen. capitu. cõſultationibus. de iure patrona. & capitu. querelam. de electi on. cum ibi not. quia caret titulo, cenſetur in mala fide: iuxt. nota. per doct. ibi. nec obſtat quod habetur in capitul. nihil. in fine. de electio. per gloſſ. & docto. & in capit. veritatis. de dol. & contuma. & in l. Barbarius Philippus. ff. de officio prætor. vbi tenent geſta ratione publici erroris etiam in Epiſcopo tranſlato: ſecundum Bartol. ibi, in repetitione circa finem. quia ibi aderat authoritas ſuperioris, licèt perſona eſſet minus idonea. & pro iſta parte facit clemen. j. de renũtia. vbi valet renuntiatio beneficij per procuratorẽ reuocatum, antequam reuocatio fuerit deducta in notitiam illius in cuius manibus renuntiatio vel procuratorum, & etiam
4 † in reuocatione tacita quæ fit per mortem non requiritur certioratio: ſecundum gloſſ. ibi, & Bartol. in l. ſi procuratorem. ff. de procura. niſi in procuratorio dominus cauiſſet pro procuratore, quia tunc nõ reuocaretur per mortem domini. l. ſi defunctus. ff. de procura. ſecundum Panor. in c. mandato. de procu. vide per Fely. in ca. ex parte decani. de reſcript. quę ponit certas limitationes ad dictam clemen. j. de renũcia. Sed pro contraria parte facit quòd canonicus, qui renuntiat, habeat vocem in capitulo antequam fuerit certioratus de ceſsione admiſſa per ſuperiorem: ſicuti in ſimili dicitur quòd valent geſta iudicis reuocati, do nec ignorat reuocationẽ. cap. ſi duobus. de appella. cap. audita. de reſtit. ſpolia. & ignorantia facit valere ſententiã. c. ſi verum. iij. q. vij. c. ordinationes. ix. q. j. facit glo. in c. tibi domino. lxiij. diſt. dict. l. ſi procuratorẽ. ff. de procura. & iſtud videtur tenere Cardina. Flo. in dict. clemen. j. de renunti. in xiij. q. poſt Paul. pro quo facit l. ſi fortè. ff. de offic. præſid. licèt Cardina. loquatur in pręlato qui reuocauit procuratorem factum ad renuntiandum, putans reuocationem perueniſſe ad notitiam procuratoris, & ceſſionem non eſſe admiſſam, & interim adminiſtrat, licèt ceſsio eſſet facta: quia tunc tenent geſta antequàm certioretur. ſed in caſu iſto canonicus ſeu pręlatus qui conſtituerat procuratorẽ ad renuntiandũ non reuocauerat, relinquo cogitãdum, quia fui interrogatus de hac quęſtione per quendam conſiliarium de magno conſilio valentem virum & habuimus conferentiam adinuicem, & aliter non concluſimus.

ARGVMENTVM.

De clauſul. motu proprij legati de latere.

SVMMARIVM.

1 *Collatio legati de latere tacito de alio beneficio non ualet.*
2 *Collatio Papæ motu proprio facta etiam nulla prioris beneficij mentione facta tenet.*
3 *Quid in legato de latere, quando motu proprio beneficium confert.*

Quæſtio MCII.

QVAERITVR an teneat collatio beneficij legati de latere cũ clauſula proprio motu, non facta mentione de priori beneficio. dubium facit:
1 quia collatio legati de latere non tenet, quãdo non fit mentio de alio beneficio. cap. fi. de offic. lega. lib. vj. clem. ij. de offic. ordin. nec obſtat ſi dicatur, quòd in
2 † Papa quando confert beneficiũ proprio motu tunc tenet collatio etiam non facta mentione de alio beneficio. cap. ſi motu proprio. de prębend. libr. vj. Veruntamen glo. in dict. ca. fi. de offic. lega. libr. vj. tenet,
3 † quòd idem ſit in legato de latere quando confert beneficium proprio motu: licèt Ioan. Monach. & Archidiaco. teneant cõtrarium: de quo ibi latiùs per Geminia. & per Cardin. Floren. in dict. clemen. ij. de officio ordinar. in quarta quęſtion. vnde quando fit impetratio beneficij legati de latere debet fieri ſpecialis mentio de prioribus beneficijs, & de circunſtantijs illorum, aliàs non tenet collatio beneficij, tanquam ſubreptitia: ſecundũ Cardi. Floren. ibi in xiiij. quęſti. ſi quis. in colatio. ordina. quia licèt non fiat mentio de prioribus beneficijs: licèt non potuerit tenere vtrũque, vt ibi habetur. cap. de multa. de prębend. cap. ordinarij. §. fina. de offic. ordina. lib. vj. clemen. ſi plures. de præbend. vide in clemen. ſi Romanus. de prębend.

ARGVMENTVM.

De clauſula quocunque, qualiacunque & quotcũque, an diſpenſationem inducat.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſationes ambitioſæ ſunt, & reſtringendæ.*
2 *Collatio facta cum clauſula non obſtante quòd aliud beneficium teneat, an diſpenſatum ſatis eſſe uideatur.*
3 *Clauſula ut cũ obtẽtis tertiũ retinere ualeat, in diſpenſatione poſita, nũm ſuper omnibus ſatis diſpenſatum ſit. & nu. 5. & uſque in finem.*
4 *Quid ſi in impetratione ſecundi beneficij dicatur una cum predicto*

Quæſtio MCIII.

QVAERITVR quando in impetratione ſecundi beneficij incompatibilis legati de latere fit mentio de prioribus beneficijs ſimul annexis, & de

xis, & de circunſtantijs illorum cum clauſula illa quæcunque, qualiacunque, quotcũque & vna cum dictis beneficijs ſuprà expreſſatis recipere & inſimul quò ad vixerit vt præfertur retinere, vel quando cum beneficijs obtentis ſuprà expreſſatis cõcedatur ſecundum beneficium, an per iſta verba, videatur ſufficienter diſpenſatum ſuper pluralitate
1 dictorum beneficiorũ? Dubium facit: † quia diſpenſationes ſunt ambitioſæ & ſic reſtringendæ. c. ij. de filijs presbyterorum libr. vj. & pro hoc facit c. non poteſt. de præbend. libr. vj. vbi licèt in impetratione
2 beneficiorum fiat mentio cum clauſula † non obſtante, quòd aliud beneficium teneat, per hoc non videtur diſpenſatum: vt ibi habetur. & licèt fiat diſpenſatio ad duo beneficia incompatibilia: tamen illud debet intelligi ſi canonicè conferatur, vt ibi habetur. vnde ſecundum Archidiaconum in dict. c. non poteſt. Papa non videtur cogitaſſe de primo, & hoc facit ad quæſtionem, quando quis habet duas eccleſias cum cura, & obtinet diſpenſationem quòd ei liceat habere tertiam ſi ei canonicè conferatur nõ obſtante, quòd habet alias duas, quòd per hoc non videtur diſpenſatũ: quia illa duo quæ iniuſtè detinebat, nõ intelliguntur in diſpenſatione repetita, licèt ibi referat alios tenere cõtrarium, quòd videatur diſpenſatum, ex quo priora beneficia fuerunt nominata. l. ſi quãdo. ff. de legat. j. vnde ſecun-
3 dum Archidiaco. † quando in diſpenſatione dicit, vt cum obtentis tertiam retinere valeat, ſuper omnibus videtur diſpenſatum. l. ſi ſit. ff. de legat. iij. quia ex verbis diſpenſationis iſta intelligi debẽt. Ioannes Andræas in dict. c. non poteſt. in nouella tenet, quòd illa verba in diſpenſatione appoſita intelliguntur, dum tamen conferentur per illum qui conferre poterat, & licèt diſpenſatio ſit inſufficiens, licèt nõ tribuat ius retinendi beneficium: tamen prȩſtat obſtaculum ordinario cõferendi ſecundum beneficium: dum tamen in diſpenſatiõe dicatur quòd poſſit primum cum ſecundo tenere. & ibidem cum verſic. cùm verò. ſuper verbo, noſcaris. tenet quòd quando ſimpliciter dicitur in impetratione ſecundi beneficij non obſtante quòd aliud obtineat non
4 inducitur diſpenſatio: ſecus † ſi diceret, vna cũ prędicto &cæt. ibi refert notata per Archidiac. de habente duas eccleſias cum cura cũ quo diſpenſatur per Papam, quòd licet ſibi habere tertiã, ſi aliàs canonicè conferatur. & quia videtur diſpenſatũ maximè quãdo dicitur in diſpenſatione quòd poſſet cũ obtentis obtinere tertium, ſuper omnibus diſpenſatum videtur ex verbis ergo oportet talia iudicari. c. porrò. de priuileg. Petrus verò de Anchara. in dict. c. non poteſt. de præbẽn. libr. vj. refert dictam quæſtionem tactam per Archidiaco. & quòd illa verba non obſtante. inducũt diſpenſationem: ſicuti in ſimili dicitur, quando legantur vxori centum præter dotem, vel ſuprà dotẽ, vel vltra dotẽ, videtur etiam legare dotem: ſed in cõtrarium eſt ibi propter odiũ diſpenſationis, ſuper pluralitate beneficiorum. clementin. literarum ad beneficia, non important diſpenſationem quãdo poſſunt alium effectum operari, videlicet vt præſeruentur ſurreptione: & niſi in
5 diſpenſatione † diceretur, quòd cum obtentis tertium obtinere: quia ſuper omnibus videtur diſpenſari: ſecundum Ioannem Andræam: ſed idem Petr. de Anchar. refert Lap. tenere, ꝙ iſta clauſula non obtentis inducat diſpenſationem, ſi exprimatur, ꝙ prima duo beneficia minùs iuſtè conſecutus fuerit, aliàs nõ valeret diſpenſatio de tenendo illa duo beneficia cum tertio beneficio: nec etiam quò ad tertium habendum propter duplicitatem duorum curatorum, eſſet inhabilis ad habẽdum tertium. c. dudum. le ij. de electio. clemen. j. de præbend. & c. ordinari. §. final. de offic. ordinarij. & licèt fiat mentio de prioribus beneficijs nõ tamen confertur nouus titulus: ſed vt per colationẽ vltimi nõ perdatur & ſic verba prolata ad retinendum non operatur ad inducendum. l. iij. ff. de acquirend. poſſeſsio. Sed attende: quia quãdo in diſpẽſatione vel in impetratione apponitur clauſula cum alijs iam obtentis, ſit neceſſario facere mẽtionem, quòd iniuſtè teneret, vt inducatur diſpenſatio: tamen vbi per priùs teneret cũ titulo canonico non eſſet neceſſe facere mentionẽ: quia tunc induceretur diſpenſatio: quia non poſſet operari alium effectum, & ita mihi reſpondet quidam doctor valere dum adinuicem loqueremur de ſimili materia. Gemini. verò in dict. c. nõ poteſt. §. illud autem. format quæſtionem, an diſpenſatio minùs ſufficiẽs aliquid operetur: & ibi tenet, quòd licèt non operetur effectum retinendi vtrunque: tamen non poterit priuari ſecundo, quando fuit dictum, quòd poſsit tenere primum cum ſecundò. & deindè in §. cùm verò tibi. format quæſtionẽ quando quis habet duas eccleſias cum tertia, & obtinet diſpenſationem quòd poſsit habere tertiam ſi aliàs canonicè ſibi conferatur, quòd ſi fuerit dictum, ꝙ poſsit retinere tertium cum obtentis, quòd tunc videtur diſpenſatum ſuper omnibus: ſecundum Archidiaconum & Ioannem Andræam. & ibi refert Lapum Abbatem limitare, quando in diſpenſatione exprimitur, quòd duo beneficia minùs iuſtè conſequutus fuerit, aliàs non valeret diſpenſatio de illis duobus retinẽdis, nec etiam quò ad tertium: per iura ibi alleg. licèt Gemin. ibi teneat contrarium, quòd talia verba portant diſpenſationem dicens, quòd dictum Lapi procedit quãdo ſimpliciter diceretur nõ obſtante quòd quis teneret duas eccleſias: ſecus ſi dicatur vt cum obtentis. & Philippus Francus in dict. c. non poteſt. §. cùm verò. tenet, ꝙ quando in literis fit mentio vt vna cum prædicto beneficio diſpenſamus. deindè format quȩſtionem de illo qui habet duas eccleſias curatas, & obtinet diſpenſationem ſuper tertia quæſtione, non obſtante, ꝙ teneat alias duas eccleſias, iſtud non induceret diſpenſationem, niſi diceretur cum obtentis: licèt ſecũdum Lapum requiritur vt exprimatur quòd fiat mentio quòd detinebat iniuſtè priores eccleſias prout ſuprà dictum fuit: ſecundum Lapum. veruntamen in caſu iſto videtur inducta diſpenſatio propter illa verba vnà cum beneficijs obtentis, ſuprà expreſſatis, quæ denotant coniunctionem & incluſionem. l. fi. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. ſub conditione factis. ſecus ſi fuiſſet dictum præter beneficia iam obtenta: quia non cenſetur diſpenſatum: quia illa dictio præter, non includit: ſecundum Innocen. in cap. dudum. le ij. de electio. & Angel. conſilio cix. vide etiam in regula cancellariȩ. xlix. cum gloſſ. quando verba prouiſionis aliter nihil operarentur inducunt diſpenſationem.

Quæſtio MCIIII.

QVAERITVR an ſufficiat fieri mentio de prioribus beneficijs in ſalutatione, licèt non exprimatur in parte gratiæ: vt quia à principio bullę dicitur dilecto talis rectori tali eccleſię &cęt. an per hoc videatur eſſe diſpẽſatũ ſuper pluralitate beneficiorum, & dicendum eſt, ꝙ non: ſed ſolũ pręſeruatur à ſurreptione literarũ: ſecundum Specu. in titu. de lega. §. videndum. verſi. quod ſi Papa. & Io. Andr. Geminia. & Philip. Franc. in d. c. non poteſt. §. cùm verò. de præben. libr. vj.

ARGVMENTVM.

Clauſul. Non obſtãte quòd talia beneficia teneas qualiacunque quæcunque & quotcunque an diſpenſationem operetur.

Quæſtio MCV.

QVAERITVR quando in impetratione beneficiorum vel diſpenſationum Papa dicit in bulla, non obſtante ꝙ talia beneficia teneas qualiacunque ſint, quecunque, quotcũque operentur diſpenſationẽ qualiacunque ſint beneficia etiã electiua etiam vt ſimul tenere poſsit? Et videretur dicendum ꝙ ſic: quia tantùm operatur genus in genere ſicut in ſpecie. c. ſolitę. de maio. & obed. & maximè quando exprimãtur illa verba quotcũque: ſecundum Feli. in c. nonnulli. de reſcript. in nona col. pro quo alleg. glo. in extrauaganti execrabilis. ſuper verbo, perſonatis. in fine, & idem eſſet quando Papa haberet aliqua pro expreſsis. arg. l. qui in militari. ff. de teſtam. milita. ſecũdum Bald. in c. ſuper literis. de reſcript. in ſexta col.

Quæſtio MCVI.

QVAERITVR quæ dicantur beneficia quæ poſſint ſimul teneri abſque diſpenſatione apoſtolica? Et in effectu dicuntur illa quæ ſunt annexa vel quæ dependent vnũ ab alio. c. extirpandæ. § qui verò. de præben. c. ſuper eo. de præben. lib. vj. ſecundum glo. in c. ex gratia. de reſcript. lib. vj.

ARGVMENTVM.

Diſpenſatio ad duo vel tria an extendatur ad iam obtenta vel obtinenda.

SVMMARIVM.

1 *C Non poteſt. § illud. de præbend. lib. 6. intellectum.*
2 *Diſpenſatio quandoquè retrotrahitur.*

Quæſtio MCVII.

QVAERITVR an quando quis habens vnum beneficiũ curatũ cõſequitur aliud de facto, deindè impetrat diſpẽſationẽ ꝙ cũ primo beneficio poſsit aſſequi aliud curatũ, an poſsit retinere primũ, ſeu an diſpenſatio ad obtinẽdum duo vel tria beneficia eccleſiaſtica ſe extẽdat etiam quò ad
1 beneficia priùs obtẽta? Dubiũ facit, propter † c. nõ poteſt. §. illud de præben. lib. vj. quia debet intelligi de duobus proximis vacaturis. Sed in cõtrariũ facit l. ſi quis filio exhęredato officio. de iniuſt. rup. & irri. teſt. quia ſicut poteſt aſſequi de nouo, ita & aſſecutũ retinere, & prout ibi dicit Io. de Imol. cui permittitur de nouo facere, multò fortiùs iam factum conſummari. & hoc tenet Paul. de Caſt. in l. & mili
2 tibus. ff. de teſta. mili. & ſic † iſta diſpenſatio trahitur retrò: facit quod voluit Paul. de Caſt. in l. hęc cõditio filiæ meæ. §. ſi ſic. ff. de condi. & demõ. ꝙ quando Papa concedit Cardinali vel Epiſcopo facultatem teſtandi de fructibus beneficiorum ſe extendit ad inſtrumentũ iam factũ. & ſequitur Alexan. in d. l. & militibus. licèt Iaſo. ibi videatur aliter ſentire.

ARGVMENTVM.

Legatus de latere beneficia regularia ſecularibus cõmendare nõ niſi ſpecialiter demãdatũ ſit, poteſt.

Quæſtio MCVIII.

QVAERITVR an legatus de latere poſſit cõmendare beneficia regularia perſonis ſecularibus, vel religioſis alterius ordinis, & videretur dicẽdum ꝙ nõ: quia iſtud eſt reſeruatũ Papę. c. cùm ſingula. §. prohibemus. de præbẽ. lib. vj. ſecundum Philip. Franc. ibidem & hoc verum niſi fuiſſet ſpecialiter cõceſſum legato de latere, prout intelligo ita eſſe in legatione reuerẽdiſsimi domini Georgij de Ambaſia tituli ſancti Sixti cardinalis presbyteri, vulgariter Rothomagenſis nuncupati, qui vt fertur habet ſpecialem poteſtatem diſpenſandi ad tria beneficia incompatibilia.

ARGVMENTVM.

Beneficia commẽdata an incõpatibilium numero adnumerentur.

SVMMARIVM.

1 *Commenda propriè ſumpto uocabulo tituli beneficij appellatione non uenit.*
2 *Beneficia commendata quando & per cuius mortem uacare dicantur.*

Quæſtio MCIX.

QVAERITVR an beneficia commendata etiam habentia curã animarũ vel dignitatem cõputentur in numero incompatibilium, adeò ꝙ per acceptationẽ ſecundi beneficij cõmendati & adeptæ pacificæ poſſeſsionis vacent priora benefi-
1 cia? Dubiũ facit: † quia cõmenda non eſt propriè titulus beneficij. ſed cuſtodia. c. ſi plures. c. ſi cõſtiterit. de accuſa. c. dudum. le. ij. de elect. c. nemo. cum ibi notatis. de elect. libr. vj. & ſic non videntur talia beneficia commendata computari in numero incõpatibilium, nec per ipſa debent vacari prima beneficia: iuxta c. de multa. de pręben. c. ordinari. §. fi. de offi. ordi. lib. vj. clem. ſi plures. de pręben. & in extrauagan. execrabilis. §. Sed pro iſta parte allegatur quædam regula cancellariæ: ſed pro iſta
2 parte facit: † quia nõ vacant per mortẽ vltimi commendatarij: ſed vacant eo modo quo primò vacabant tempore prouiſionis cõmendæ: ſecundum Frederic. de Senis in tractatu permut. quæſtione & ita quẽ ſequũtur plures doctores in d. c. nemo. Sed pro contraria parte facit: quia quãdo cõmenda eſt perpetua, habetur loco tituli, & cõmendatarius facit fructus ſuos: ſecũdum glo. in d. c. nemo. de elect. lib. vj. ſecundò pro iſta parte facit: quia quando cõmenda eſt perpetua: tunc beneficium dicitur vacare per mortẽ commendatarij & nõ eo modo quo priùs vacabat: ſecũdum glo. in pragmatic. ſanctio. in titu. de elect. c. ij. in princip. ſuper verbo, cauſa

Et ita etiam obſeruatur in parlamento Pariſius, & in regno Franciæ: vt fertur.

ARGVMENTVM.

Beneficij qualitas & valor exprimendi.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum qualitates exprimendæ ſunt.*

2 *Expreßio maior requiritur quando beneficium nouè impetratur, quàm in obtento.*

3 *Beneficium eccleſiaſticum ſi à legato impetretur, priorũ beneficiorum mentionem facere ſufficit.*

Quæſtio MCX.

QVAERITVR an in impetratione vel diſpẽſatione plurium beneficiorũ debeant exprimi qualitates, aut verus valor beneficiorũ priùs obtentorũ? Et videretur dicendũ ꝙ ſic. c. ad aures. & c. poſtulaſti. de reſcript. quia Papa poſſet moueri faciliùs iudici ad cõcedendum vel nõ concedendum.
1 c. ſuper literis. de reſcript. † & ideò quando beneficiũ eſt dignitas, officiũ vel perſonatus vel cui immi net cura animarum, & ſi ſit dignitas electiua, debet fieri mẽtio: vt in regula cancellariæ lxiij. & pro hoc facit clem. j. de præben. & clem. cũ in illis. de præb. lib. vj. facit c. de multa. de præb. & c. j. de conſue. lib. vj. & quod dictũ eſt, ꝙ debeat fieri mẽtio, ꝙ ſit dignitas officiũ in dicta eccleſia. licèt viderunt in aliqua impetratione cuiuſdã canonicatus & ſacriſtiæ quæ officiũ exiſtit in dict. eccleſia: licèt ſufficeret dicere ꝙ reputetur. ſecũdum glo. in dict. regula cancellariæ lxiij. Et idem in prioratu conuentuali, ꝙ debet fieri mẽtio. clem. & ſi principalis. de reſcrip. & præmiſſa procedunt quãdo fieret impetratio beneficij
2 de nouo: † quia requireretur maior ſpecificatio qualitatis beneficiorũ, quàm in beneficijs obtentis ſicuti in ſimili dicitur de valore beneficiorũ, qui debet exprimi in impetratiõe beneficij: ſecus in beneficijs obtẽtis: quia ſufficit, ꝙ fiat mẽtio ꝙ habeantur valores pro expreſsis: ſecundum gloſſ. in regula cancellariæ lxj. & pro pręmiſsis etiam facit: quia in impetratione beneficij eccleſiaſtici à legato de latere ſufficit facere mẽtionẽ de prioribus beneficijs. c. fi. de offi. lega. lib. vj. clem ij. de offic. ordin.

SVMMARIVM.

1 *Mentio extrauagantis, Execrabilis. Ioan. XXII. an in diſpenſationibus ſuper beneficiorum pluralitate facienda ſit, ſtylus attendendus eſt.*

2 *Clauſ. Prouiſo quòd ſupportentur &c. in beneficijs commendatis, non in datis in titulum apponuntur.*

3 *Beneficij eccleſiaſtici uel ſacri ordinis ratione ad horas canonicas tenetur.*

Quæſtio MCXI.

QVAERITVR an in diſpenſationibus ſuper pluralitate beneficiorũ eccleſiaſticorũ ſit fienda mentio de extrauaganti Io. XXII. incipiente, Execrabilis. & quid operẽtur clauſulę illæ videlicet prouiſo, ꝙ ſupportentur onera debita, & diuinũ officium non poſtponatur. & in effectu vt intellexi
1 à quodam abbreuiatore bullarũ: licèt † in impetratione beneficiorũ fiat mentio de dicta extrauaganti, execrabilis. tamen in diſpenſatiõe non eſt ſolitũ fieri mentionẽ, & ſic debet attẽdi ſtilus. c. quam gra
2 ui. de crimin. falſ. & † quò ad dictas clauſulas, prouiſo. & c. ſunt ſolita apponi in beneficijs cõmendatitijs: ſecus in beneficijs quæ dantur in titulũ: quia in illis quis habeat potiùs ius licèt tamẽ nõ debeat deſeri diuinũ officium: quia propter officium datur
3 beneficiũ. c. fi. de reſcript. † & quis tenetur ad horas canonicas ratione beneficij eccleſiaſtici vel ordinis ſacri. c. j. cum ibi notatis. de celebratio. miſſa.

SVMMARIVM.

1 *Signatura ſupplicationis an perfecta gratia dicatur.*

2 *Bullæ intra quod tempus expediendæ ſint.*

3 *Bullarum expeditionis tempus à tergo originalis ponitur.*

4 *Diſpenſatus ad tria incompatibilia bullis non confectis in pœnam extrauagantis execrabilis non incidit.*

5 *Bulla in dubio ut pœna euitetur licito tempore expedita præſumitur.*

Quæſtio MCXII.

QVAERITVR an per ſignaturam ſupplicationis quæritur ius in beneficio nõdum cõfectis bullis ſeu ante expeditionẽ bullarum: & quid iuris ſecũdum regulas cancellariæ quo tẽpore debeant expediri bullæ & ſi procedant in prouiſionibus legatorũ de latere extra Romanã curiam. Et in
1 effectu prima facie videretur dicẽdum, † ꝙ per ſolam ſignaturã ſupplicationis dicatur gratia perfecta & quæratur ius in beneficio. c. inſtitutiõis. cum glo. xxvj. q. ij. clem. dudum. §. nos enim. de ſepultu. adeò ꝙ ſi moriatur Papa nondum confectis bullis, non expirat gratia: ſecũdum Io. And. Gemin. & cęteros in procœmio vj. & Bald. in l. ſi qua per calumniam. C. de Epiſc. & cleric. & in l. humanũ. C. de legib. Panor. in c. in noſtra. de reſcript. & in c. noſtri. de elect. & ideò rationi cõgruit, ꝙ dictę bullæ leuẽtur de prima data. Sed in cõtrarium facit regula cã
2 cellariæ xxv. & xxvj. & ibi glo. † ꝙ infrà ſex menſes expediantur bullæ, aliâs ꝙ nõ valeat ſignatura. & iſtud fit ad errorẽ pro exburſandis pecunijs, & ſimiles regulæ nõ ſunt dandæ: ſecũdum glo. ibi & de modo producẽdi regulas cãcellariæ ibi habetur. & pro præmiſsis facit regula cãcellariæ liij. vbi habetur, ꝙ nulla diſpenſatio debet alicui ſuffragari niſi literę deſuper ſint cõfectæ: nam ſecundum gloſ. ibi iſtud fuit factũ ad extorquendas pecunias tàm pro officialibus, quàm etiã pro alijs, & ſufficit ꝙ bulla ſit in plombo, & cautela eſt quãdo bulla eſt regiſtrata, ꝙ producatur ſumptũ in iudicio, & nõ origina-
3 le: † quia in originali de retrò ponetur quãdo fuit expedita, ſecus in ſumpto: quia nõ ponitur de retro. & pariter quãdo expeditur per camerã ſi vis ſoluere vnã taxã vltrà nõ ponitur quãdo fuit expedita, licèt per librũ ſollicitatorũ ſiue geniſerorũ bene conſtat quãdo fuit expedita, & etiã per reſcribẽdarios, & per alios cõputatores, & dicta regula procedit in diſpẽſationibus quę reſtringũtur per regulas cãcellariæ tantũ, ſecus dẽ alijs quę reſtringuntur tantũ de iure cõmuni: licèt gl. in hoc relinquat cogitandũ. Verun
4 tamen ſecũdum gl. ibi, † diſpẽſatus ad tria incõpatibilia etiã bullis nõ expeditis nõ incidit in pœnam extrauagãtis execrabilis. Sed in prouiſiõibus legatus de latere extra curiã ſeu eius locũtenentẽ Auinionis & diſpẽſatis nõ eſt ſolitum apponi de retro, qñ fuit expedita, licèt vt intelligo quãdo regiſtrantur, apponatur tẽpus regiſtratiõis, & in hoc ſtãdum eſt tali ſtilo. c. quã graui. de cri. falſ. & maximè quia in curia Romana dicta regula cancellariæ de expediendo bullas diſpẽſationũ fuit facta propter plombum ad ſoluendũ taxã, & extorquendum pecunias prout ſuprà dictũ fuit nec apponitur in dict. regula cancellariæ liij. tẽpus certũ ad leuãdum dictas bullas & pariter loquitur in diſpenſationibus cõceſsis ꝑ ſummũ Põtificẽ, & ſic nõ debet extẽdi ad Cardinales vel legatos de latere: iuxta not. ꝑ Pet. de Anc.

conſil.cccxcvj.incipien. Pro clariori.& Ioan. Monachus in c.j.de ſciſma.libr.vj. Felin.in c. quòd ſuper his.de fide inſtrumen.prætereà vbi appareret quòd ſecundum illas regulas cancellariæ deberet apponi aliquod tempus certum tempore expeditiõi bullarum de retrò: † tamen in dubio bula præſumitur
5 expedita infrà tempus licitum vt euitetur pœna.argumẽ.in l.ſi eum actum.ff.de nego.geſt. & pro hoc facit quod habetur per Bartol. Alexand. & Iacob. in l.non ſolùm.§.ſciendum.verſic.ſed vt probari.ff. de oper.noui nuntia.& per gloſſ.& doctor.in clem. fina.de reſcript.& in c.venerabilibus.§. fin. de ſententia excom.libr.vj.Et licèt ſuprà dictum fuerit,ꝙ litera nõ ſit de ſubſtantia gratiæ, nec ſit loco tituli: tamen requiritur ad probationem: adeò quòd ſecundum extrauagantem Bonifacij VIII.quis non debet recipi pro prælato, niſi oſtendat literas ſuæ promotionis:ſecundum Panorm.in c.noſtra.in fin. de reſcript.& in c.noſti.de elect.

ARGVMENTVM.

Filius ob patris læſæ maieſtatis crimen beneficio priuandus non eſt.

SVMMARIVM.

1 *Filius propter crimen patris iure patronatus nõ puniatur.*
2 *Patris delictum in crimine hæreſis quandoquè filio nocet.*

Quæſtio MCXIII.

QVAERITVR an propter crimen hæreſis vel crimen læſæ maieſtatis temporalis patris filius priuari debeat beneficio eccleſiaſtico? & dicendum eſt,ꝙ non reſpectu criminis læſæ maieſtatis:ſecundum glo.in c.ſatis peruerſum.lvj.diſtinctio.Et pro hoc facit glo.in c.filijs.xvj.quæſtio.vij.
1 quòd † propter crimen patris non priuatur filius iure patronatus:quia habet à Papa authoritate canonis, niſi priuaretur per iudicem laicum cum vniuerſitate.argumen.c.ex literis.de iure patrona. de quo per gloſſ.in clem.paſtoralis.de re iudic. ſuper verb. ſubiectæ.& per Panormitan.in c.cautio.de iudi. & per Ioan.de Imol.in l.inſulam.in princip.ff. ſoluto
2 matrimo.vbi etiam tenet,quòd † in crimine hæreſis delictũ patris præiudicare poteſt filio. allegat c.
2 vnicum de ſciſma.libr.vj.& c.quicunquè. de hæretic.libr. vj.de quo etiam per Oldrad. conſilio xvij. Et quid in bonis feudalibus quando mouentur de homagio,vel de emphyteoſi domini temporalis,an veniant in confiſcatione bonorum,habetur per l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de damn. infect.& per Bald.& Angel.& Alexan.in d. l.inſulam. in princ.

ARGVMEMTVM.

Legitimatus ſuper defectu natalium &diſpenſatus ad dignitates neque ad epiſcopatum neque ad archiepiſcopatum diſpenſatus cenſetur.

SVMMARIVM.

1 *Dignitatis appellatione an epiſcopatus & archiepiſcopatus ueniant. & nu. 1.*
2 *Lateranenſis concilij conſtitutio de quibus dignitatibus loquatur.*
4 *C ij.de præbend libr.6.intellectus. & nu.6.*
5 *Dignitatis appellatione an Abbatiæ & prioratus ueniant.*
7 *C. Auaritiæ.de electio.libr.6.de quibus dignitatibus loquatur & in quibus procedat.*
8 *Monachi appellatiõe in materia diſpẽſationis Abbas uenit.*
9 *Habens poteſtatem conſtituendi procuratorem idoneum in dignitate eccleſiaſtica conſtitutum, an Epiſcopum conſtituere poterit.*
10 *Legatum de latere uica-ium conſtituere poſſe iuris communis eſt.*

Quæſtio MCXIIII.

QVAERITVR an legitimatus ſuper defectu natalium & diſpenſatus ad dignitates eccleſiaſticas ſe extẽdat ad dignitates epiſcopales: & an appellatione dignitatis eccleſiaſticæ veniat etiam dignitas epiſcopalis vel archiepiſcopalis ſiue in materia odioſa ſiue fauorabili?Et in effectu tex-
1 tus in c.dilectus.de conceſſ.præben.probat, † quòd appellatione dignitatis in beneficijs non veniat dignitas epiſcopalis,vel archiepiſcopalis.Et ita tenet
2 ibi gloſſ. † quia conſtitutio Lateraneñ.concilij de qua in c.nulla.de conceſſ præben. quæ loquitur de minoribus dignitatibus & beneficijs non ſe extendit quò ad epiſcopatus vel archiepiſcopatus ratione ſemeſtri. Et ideò ſecundum Innocent. quando fieret aliqua cõſtitutio ſeu aliquod ius ſuper eccleſijs & monaſterijs vel ſuper dignitatibus non ſe extend.t ad epiſcopatus.& idem quando quis obtineret diſpenſationem ſuper defectu natalium ad obtinendum dignitates eccleſiaſticas non poterit obtinere epiſcopatum:quia diſpenſationes ſunt reſtringendæ.c.quòd dilecto.de conſangui.& affinita. & pariter quando diſpenſatur ad obtinendum epiſcopatum non poterit obtinere archiepiſcopatũ.c. nos conſuetudinem.xij.diſtin.ſecundum Inno. in dict. c.dilectus.& licèt eſſet diſpenſatum vt quis aſſumatur ad omnia ſpiritualia:tamen non poterit eligi in Epiſcopum:ſecundum Inno.ibi:quia in tali generali ſermone non veniunt ea quæ quis nõ eſſet ſpecialiter conceſſurus.l.obligatione. ff.de pignor.l.j. C.quæ res oblig poſſ.Et hoc verũ niſi fieret ſpecialis mentio:ſecundum Ioan.And.in dict. c.dilectus. facit c.ſi de offic.vica.& c.in generali.de regul.iur. libr.vj.& c.quia periculoſum.de ſent.excom.lib.vj. & pro hoc etiam facit cap.j.& ij.de filijs presbyter. libr. vj. Et idem in effectu tenet Anto.de Butr.in d. c.dilectus.&idem ibi ſequitur Io.de Imol.etiam in materia iuris communis,ꝙ appellatione dignitatis vel beneficij non comprehenditur dignitas epiſcopal.s vel archiepiſcopalis multò minùs in materia exorbitante vel pœnali in dubio non cõprehenditur perſona Epiſcopi vel Archiepiſcopi.c.quia periculoſum.de ſent.excom.lib.vj.licèt ſecus in ſenten. excom.quia bene cõprehenderentur:ſecũdum glo. ibi.Et idem in effectu tenet Panor. in d. c. dilectus. ꝙ conſtitutio diſponens de dignitatibus miniſtris, & eccleſiaſticis beneficijs nõ extenditur ad epiſcopatus &ſuperiores dignitates, & eſt ratio decidendi:quia epiſcopatus nõ eſt ſimplex dignitas ſed culmen dignitatis.c.pen. de præben.& pro hoc etiã fa-
3 cit glo.in c.ij.de præben.lib.vj.quę tenet, † ꝙ in beneficijs vacãtibus apud ſedem appellatione dignitatis non cõprehenditur epiſcopatus.&hoc verũ in odioſis:ſecus in fauorabilibus: quia tũc appellatione dignitatis,veniret omnis dignitas eccleſiaſtica. c.ij.de iudi.c.j.de regu.iur.libr.vj.cũ ibi notatis per gl.quia ibi ſumitur beneficium largo modo: ſecundum Panor.

dum Panor. in dict. c. dilectus. de conceſſ. præbend. Et ideò in materia diſpenſationis, quæ eſt odioſa. c. j. & ij. de filijs presbyte. libr. vj. appellatione dignitatis non veniret dignitas epiſcopalis vel archiepiſcopalis, & ideò Papa volens facere vberiorẽ gratiam quando diſpenſat facit mentionẽ vſque ad cardinalatum excluſiuè: ad cardinalatum autem communiter non diſpenſat: poteſt tamen ſi vult. c. propoſuit. de conceſ. præben. ſecundum Panorm. in dict. c. dilectus. Archid. in d. c. ij. de præbẽ. lib. vj. tenet ꝙ appellatione dignitatis non cõprehẽditur epiſcopalis dignitas, abbatia, vel prioratus conuentualis, qui fiunt & creantur per electionem. in dict. cap. ij. &
4 ibi etiam tenet, † quòd d. dict. capit. ij. procedit de beneficijs vacantibus apud ſedem ſeu curiam Romanam ſiue vacent per mortem, ſiue per renuntiationem: & hoc tenet ibi Ioann. Andr. in nouella, licèt quoad abbatias & prioratus electiuos ſi comprehendantur appellatione dignitatis, vt dicantur vacare apud ſedem apoſtolicam obſcurè loquatur, licèt ſecundum ipſum curia non recipit quin dicatur vacare apud curiam. & pro hoc facit ca. mandato. deſimo. vbi ſub nomine monachi cõtinetur abbas. capit. à ſubdiacono. xciij. diſtinctio. & pro hoc facit cap. quamquàm. de electio. libr. vj. vbi in eccleſijs cathedralibus, quando fit electio ſcienter de perſona indigna, vel cõtra formã fit deuolutio immediatè ad põtificem Romanum: quia non habet locum in dignitatibus inferioribus regularibus, vel collegiatis: vt ibi habetur. Pet. de Ancha. in dict. ca. ij. de præbend. libr. vj. tenet quòd ſub nomine dignitatis non venit Epiſcopalis dignitas, niſi ſpecialiter re-
5 ſeruetur: de † abbatijs verò & prioratibus, dubitatur an veniant appellatione dignitatis, licèt alleget Ioan. Monach. in cap. inquiſitores. de hæreti. libr. vj. quòd appellatione dignitatis venit abbatia. & pro hoc bene facit dict. cap. inquiſitores. vbi reſeruatur ſolum Epiſcopalis dignitas. licèt Ioã. Andr. in nouella, in dict. capit. inquiſitores. referat Ioan. Monac. tenere, quòd appellatione dignitatis nõ venit abbatia: & quod fuit ita declaratum, licèt contrarium faciat clementi. j. de renun. vbi fit ſpecialis mentio de dignitate pontificali, vbi in dubio appellatione dignitatis non venit pontificalis, ſeu Epiſcopalis dignitas, & hoc ibi notat Cardina. Floren. & non fit ibi ſpecialis mentio de abbatia, aut alia inferiore dignitate, niſi in genere. Geminia. in dict. c. ij. tenet quòd dict. c. ij. non includat Epiſcopatus. & hoc verum in odioſis ſicut eſt in dict. cap. ij. vbi prę iudicat ordinarię poteſtati per iſtã reſeruationem, ſed ſi ius non eſſet odioſum: vt quia coadiuuaret ius antiquũ quod habebat locum in Epiſcopalibus, tunc appellatione dignitatis comprehenderetur etiam Epiſcopatus. ca. auaritiæ. de elect. libr. vj. & ibi per gloſſ. Archidia. Ioan. Andr. in nouella, & cæteros. & idem ſequitur Philip. Franc. in dict. cap. ij. de præbend. libr. vj. ſed reſpectu abbatiæ & prioratuum, per quos requirũtur monaſteria. & maximè quando non recognoſcunt ſuperiorem, tunc habet locum dict. capit. ij. ſecundum Archidia. Ioan. Monach. ibi, & Lapum alleg. lxxxviij. circa finem, quia abbatiæ gaudent priuilegio Epiſcoporum cũ prouideatur de ipſis conſiſtorialiter ore Papæ: & non datur executio impetranti, ſicut in alijs beneficijs: ſed ſcribitur ſicut onus iniunctum propria deuotione prompta ſuſcipiat, & non appellantur beneficia, quę ab alijs tanta rerum vniuerſitate tractãtur: ſecundum Lap. vbi ſuprà: licèt nunc in dict. ca. ij. teneat contrarium. & allegat Ioan. de Fan. & Io. de Li. tenere pro iſta parte. tamen Philip. Franc. in dict. cap. ij. tenet opinionem Archid. Ioan. Monac.
6 gloſſ. verò in dict. cap. ij. de electio. libr. vj. tenet, † ꝙ dict. capitu. ij. de præbend. libr. vj. non habet locum in eccleſijs cathedralibus, abbatijs, & prioratibus, in quibus proceditur per electionem, & ſeruatur forma capit. quia propter. de electio. ſecus in alijs inferioribus, in quibus proceditur per electionem, & nõ ſeruatur forma dict. capitul. quia propter. quia eccleſia non dicitur viduata: & propriè non dicuntur dignitates electiuæ, ſed collatiuæ: ſecundum gl. in dict. pragmati. ſanctio. vbi ſuprà: & licèt gloſſ. in cap. cùm Vintonieñ. de electio. ſuper verbo, promeruit. velit ſentire, quòd legitimatus ad dignitatem eccleſiaſticam poſſit eligi ad dignitatem Epiſcopalem, & hoc ſequitur Hoſtien. quando in legitimatione fieret mentio de dignitate Epiſcopali: ſecus vbi legitimatio fuiſſet ſimpliciter facta. domi. Petr. de Ana. quem ibi refert Panormita. tenet ſimpliciter glo. etiam ſi in reſcripto non fiat mentio ſpecialis de dignitate Epiſcopali: quia conſtitutio Papæ poteſt quem reddere legitimum: vnde ſecundum Anto. de Butr. & Panor. ibi, quando Papa procedit per viam diſpenſationis: tunc non ſe extendit ad dignitatem Epiſcopalem: niſi ſpecialiter exprimatur. dict. cap. dilectus. de conce. præbend. aut Papa procedit per viam legitimationis reſtituendo illum primęuo iuri, & antiquioribus natalibus, & tunc talis poteſt promoueri ad dignitatem Epiſcopalem, de quo ibi latiùs per Panormit. gloſſ. verò in cap. auaritię. de electio. libr. vj. ſuper verbo, eccleſiarum. ſen-
7 tit, † quòd dict. cap. auaritiæ. habeat locum etiam in dignitate Epiſcopali: vt electus in Epiſcopum nõ ſe ingerat adminiſtrationi ante confirmationem: licèt ibi non fiat mentio de dignitate, niſi in genere: & hoc ibi tenet Archidiaco. quia Epiſcopatus dicitur dignitas: vt in authentic. de ſanct. epiſc. §. ſancimus. col. ix. de quo ſe remittit latiùs ad cap. j. de cõſue. libr. vj. quia ordo Epiſcopalis dicitur dignitas, per plura iura ibi per ipſum allegata, & pro hoc facit gloſſ. in cap. quia nonnulli. de cleric. non reſidẽ. vbi tractat de nomine dignitatis quot modis accipiatur. & hoc etiam tenet Ioan. Andr. in dict. capit. auaritiæ. in nouella. Nec obſtat capit. ij. de præbẽ. libr. vj. cùm gloſſ. quia conſtitutio dict. capit. auaritiæ. coadiuuat ius vetus, quod etiam electos in Epiſcopos includebat. cap. noſti. capit. qualiter. de electio. ſed in dict. capit. ij. abſorbet ius vetus, & præiudicat ordinarijs collatoribus. & ideò ſub nomine reſeruationis dignitatis non comprehenditur Epiſcopalis dignitas, niſi ſpecialiter ibi exprimatur. & ita ſequitur Petr. de Anchara. in dict. capit. auaritiæ. de quo ſe remittit in Spe. in titu. de reſcrip. pręſen. §. ratione aũt cauſæ. verſi. quid ſub reſcripto. vbi tenet, quòd appellatione clericorum in reſcripto non veniunt Epiſcopi, niſi fortè ſit conteſtatio: vel generale mandatum: vel edictum. capitu. ſi quis ſuadente. xvij. quæſtio. iiij. capit. cleros. xxj. diſtinctio. & hoc etiam ſequitur Gemi. in dict. capitu. auaritiæ. quia

conſtitutio pœnalis emanans ad coadiuuationem:
vel executionem iuris antiqui interpretatur latè,vt
includat contenta in iure antiquo. & pro hoc facit
quod habetur per Præpoſi.in dict.cap.nos conſue-
tudiné.xij.diſtinctio.vbi tenet,quòd quando côce-
ditur alicui facultas diſpenſandi,latè interpretatur
talis facultas,cùm ſit mera gratia,quæ venit per di-
ſpenſationem eroganda.capit.dudum. de præben.
libr.vj ſecundum Ioan.Andr.in cap.fina.de verbo.
ſig.libr.vj.in nouella.& in ca.fina.de ſymo.vbi ha-
8 betur: †quòd appellatione monachi,etiã in mate-
ria diſpenſationis venit abbas:quia ſecundum glo.
ibi beneficium principis eſt largiſsimè interpretan
dum.cap.olim.de verbor ſignificatio.cap. cùm di-
lecti.de donatio.l fin.ff.de conſtit princip.Namvi-
detur caſus cum gloſſ.ibi:quia Papa conceſsit ali-
cui facultatem diſpenſandi cum monachis,qui per
ſymoniam ingreſsi fuerant monaſterium,& ibi cô
prehenditur abbas: licèt non fuerit facta ſpecialis
mentio de abbate:quia dicta diſpenſatio cui eſt fa
uorabilis quoad illum cui conceditur facultas di-
ſpenſandi actiuè perſonis non expreſsis: & dicitur
beneficiũ,& debet latè interpretari reſpectu illius
cui conceditur:ſecundum Panormita. & Ioann.de
Ana.in dict.capitu.fina.pro quo facit capitu.ſi cui.
de præbend.lib.vj.& pro iſta parte etiam,quòd ap-
pellatione dignitatis includatur Epiſcopalis digni
tas,tenet Philip.Franc.in dict.capit.auaritiæ.de ele
ctio.libr.vj.etiam ſi ſit noua conſtitutio pœnalis
emanans ad coadiuuandum ius vetus debet latè in
terpretari ad omnia in antiquo iure contenta. Et
præmiſſa poſſunt adaptari ad quæſtionem ſuper fa
cultate cuiuſdã domini legati de latere vbi in bul-
la inter cætera dicebatur,quòd poſſet deputare v-
num probum virum idoneum,in dignitate eccleſia
6 ſtica conſtitutum eius locumtenẽtis, † an potuerit
deputare vnum Epiſcopum idoneum pro eius locũ
tenente in prouinciis ſibi decretis: ſolutio patet ex
præmiſsis:quia iſta facultas domini legati de late-
re ſibi conceſſa videtur fauorabilis reſpectu ipſius,
& inquantum non fuit nominata perſona locumte
nentis,& quia venit ad coadiuuandum ius vetus:
quia legatus de latere ad inſtar procõſulum poteſt
creare locumteneñ,& dicitur ordinarius.capitu.ij.
de offic.legat.libr.vj.l.legatus.ff.de offic. procon-
ſul.l.cùm prætor.§.iudicem.& ibi Angel. ff. de iu-
10 dic.† Nam legatus de latere de iure communi po-
teſt conſtituere vicarium:ſecundum Panormita.in
capit.nouit.de offic.legat.& ſic talis facultas quæ
venit ad coadiuuandum ius commune comprehen
dit etiam dignitatem epiſcopalem. Nec obſtat ſi di
catur,quòd collatio legati de latere dicitur extraor
dinaria ſuperinducta præiudicans ordinariis colla
toribus:& ideò debet reſtringi, ſecundum gloſſ.in
clementin.ij.de offic.ordina.& ideò in impetratio-
ne beneficij legati de latere debet fieri ſpecialis mẽ
tio de beneficijs prius obtentis,aliâs impetratio eſt
ſubreptitia,& non tenet:vt ibi habetur.& in capit.
fina.de offic.legat.libr.vj.ſecus in collatione colla
toris ordinarij:vt in dict.clementi.ij. quia ad iſtud
reſpondetur,quòd licèt ratio gloſſ.in dict.clement.
ij.non militet,nec concludat neceſſario: ſecundum
Cardina.& Ioan.de Imol.in dict clementi.ij. quia
in delegato ordinarij,qui confert beneficium, talis
ſurreptio beneficiorum prius obtentorum non vi-
tiat:& tamen delegatus non dicitur ordinarius:ſed
poteſt reddi alia ratio:quia Papa aut legatus de la
tere veriſimiliter ignorant qualitatem beneficiorũ
& perſonarum,quibus fit collatio:ſecus in ordina-
rio,veruntamen ex alio capite caſus dict.clemen.ij.
eſt diuerſus ab iſto:quia in iſta locuntenentia,etiã
quando fit mentio de Epiſcopo non ampliatur po-
teſtas legati de latere,nec per hoc fit præiudicium
ordinario reſpectu dictæ locumtenentiæ: quia ve-
nit ad obſeruationem iuris antiqui communis &
cæt.Prætereà facultas dicti domini legati de latere
de Ambaſia tituli ſanct.Ciſti presbyteri Cardinalis
vulgariter nuncupati Rothomagiẽſis cum eius lo-
cumtenente domini Epiſcopi Ratineñ fuerunt
publicatæ & regiſtratæ in curia Parlamẽti Delphi-
nalis, & obſeruatæ de tempore dictæ legationis.
Adde quòd iſte locũtenẽs domini legati quamuis
eſſet Epiſcopus,fuit toleratus per Papam palàm &
publicè:ita quòd videtur approbatus. faciunt not.
per gloſſ.&doctor.in capit.quia circa.de conſan.&
affi.& in cap.ſi aliquando.de ſenten.excommu. &
per gloſſ.in pragmatic.ſanctio.in tit. de collatio. §.
volens.ſuper verbo,tolerandas.

ARGVMEMTVM.

Abbati electio in Archiepiſcopum,vel Epiſcopum an liceat conſentire electioni de ſe factæ,& acceptare ſine licentia ſuperioris.&c.

SVMMARIVM.

1 *Abbas non debet deſerere ſuum monaſterium, & tranſire ad aliam eccleſiam.*
2 *Religioſus poteſt eligi ante profeßionẽ ad dignitatem Epiſcopalem in ſecularibus uel regularibus eccleſijs.*
3 *Intellectus cap.licèt.de regularib.*
4 *Abbas poteſt conſentire ſine licentia ſuperioris electioni de ſe factæ.*
5 *Dignitas Epiſcopalis & Archiepiſcopalis diuerſe ſunt.*
6 *Monachus electus in Abbatem proprij monaſterij electioni poteſt conſentire ſine alicuius licentia.*
7 *Diſpenſatio eſt ſtricti iuris.*

Quæſtio MCXV.

QVAERITVR an abbas electus in Ar-
chiepiſcopum,vel Epiſcopum,de cuius diœ-
ceſi exiſtit,poſsit conſentire electioni, & acceptare
ſine licentia ſuperioris. Et quid de religioſo,quãdo
eligitur in Abbatem proprij ordinis,& an appella-
tione Archiepiſcopi includatur Epiſcopus. Dubiũ
1 facit:quia abbas non debet † deſerere ſuum mona
ſterium,& tranſire ad aliam eccleſiam.cap.ſi abba-
tem.de electio.libr.vj. Adde,quòd Epiſcopus nõ de
bet deſerere ſeu tranſire ad aliam eccleſiam & ſine
licentia Papæ.ca.non oportet.c.placuit.vij.quæſt.j.
cap.quanto.de tranſla.epiſcop.cap. quod tranſire.
de offic.legat.nec abbas non exemptus ſine licen-
tia Epiſcopi.cap.abbas.xviij.quæſtio.ij. nec alius
clericus inferior,ſine licentia Epiſcopi.cap. admo-
net.de renuncia.facit capitu.pontifices.vij.quæſt.j.
Nam vbi abbas eſt immediatè ſubiectus Papæ, de-
bet obtineri licentia à Papa, vel eius legato de late
re,vt ibi habetur.& idẽ de ſubiectis Epiſcopo: quia
debet obtineri licentia ab Epiſcopo proprio: ſecun
dũ gl.ibi,& idem de monacho ſeu religioſo, quan-
do eligi-

do eligitur in Epiſcopũ: vel aliã prælaturã extra ſuũ monaſterium: quia debet obtineri licentia ſui immediati ſuperioris, antequàm conſentiat electioni: & talis licentia poterit obtineri à ſuperiore ſine licentia ſui conuentus, ſeu capituli. cap. ſi religioſus. de electio. lib. v. & licèt nullus religioſus valeat eligi ad abbatiam, ſeu prælaturam ſuæ, vel alterius religionis, niſi anteà fuerit ordinẽ regularem expreſſè profeſſus, tamen bene poterit eligi † ad dignita-
2 tem Epiſcopalem in ſecularibus, vel regularibus eccleſijs ante profeſsionem. cap. nullus. de electio. libr. vj. vnde ſecundum Archidiaco. in dict. cap. ſi abbatem. non ſufficeret tacitus conſenſus, ſeu licentia tacita ſuperioris, ſed requiritur expreſſa. dict. cap. ſi religioſus. & vbi abbas exemptus vellet tranſire ad ſtrictiorem religionem, non ſufficeret petita licentia, niſi obtenta: ſecundum Archidiaco. in dict. cap. ſi abbatem. pro quo allegat Hoſtien. in ca. illud. de clerico excommu. miniſtran. & ſic non debet obſta-
5 re ca. licèt. de regula: quia † non loquitur in abbate exempto. facit cap. fin. de renuntia. vbi abbas exemptus non poteſt renuntiare in manibus conuentus, vt fiat electio de alio: veruntamen licèt abbas non poſsit tranſire ad aliam eccleſiam, etiam ſi eligatur in Epiſcopum ſine licentia expreſſa ſuperioris: tamen ſecus eſt quoad conſenſum electionis: quia bene poterit conſentire electioni: quia in dict. ca. ſi abbatem. ſolùm prohibetur tranſitus: ſecundum Archidiaco. ibi, & licèt poſsit eligi in Epiſcopum: tamen quoad tranſitum debet poſtulari: ſecundum Archidiaco. ibi, faciunt nota. per gloſſ. & docto. in cap. fina. de poſtulatio. prælato. & talis poſtulatio dicitur minus ſolemnis, quando agitur de licentia ſuperioris: ad obtinendum conſenſum: iuxta notat. per gloſſ. & doctor. in cap. cupientes. §. deniquè. de electio. libr. vj. & idem tenet Ioan. And. in nouella, in dict. cap. ſi abbatem. vbi non prohibet cõſenſum ſed tranſitum: & vlterius ibi tenet poſt Ioan. Monach. quòd quando abbas non exemptus eligitur in Epiſcopum propriũ illius diœceſis, vbi per prius erat ſubiectus, non requiritur licẽtia alicuius: quia non alienatur, ſed fit de filio pater: ſecus ſi eſſet exẽptus: quia tunc alienaretur: & ideò requiritur licentia Papæ: vel legati de latere ad hoc, vt poſsit tranſire ad Epiſcopatum. dict. capitu. ſi abbatem. vbi etiã habetur, quòd legatus de latere in prouincia ſibi decreta poteſt confirmare electiones Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum exemptorum: vt ibi habetur. & licèt in ſecundo capite & ca. ſi abbatem. fiat mentio de confirmatione Archiepiſcoporum, vel Epiſcoporum exemptorum: tamen in primo capite dict. c. dum fit mentio, quando abbas exemptus eligitur in Epiſcopum, quòd requiratur licentia Papæ vel legati de latere tranſeundi ad Epiſcopatum, tamen ibi non fit mentio de Archiepiſcopo. & ideò poſſet dubitari in quæſtione ſuprà tacta, quando abbas non exemptus eligitur in Epiſcopum proprium, quòd non requiratur licentia alicuius: quia fit de filio pater, prout ſuprà dictum fuit, an procedat quando talis abbas non exemptus eligitur in Archiepiſcopũ illius diœceſis. Dubium facit, quia
5 iſtæ ſunt diuerſæ dignitates Archiepiſcopalis, † & Epiſcopalis. & ideò ſi diſpenſetur cũ aliquo de epiſcopatu, non intelligitur diſpẽſatum ſuper Archiepiſcopatu. cap. nos conſuetudinem. xij. diſtinctio. ſecundum Innocen. in cap. dilectus. de conceſs. præbend. relinquo cogitandum, quia videtur militare eadem ratio, quando abbas non exemptus eligitur in Archiepiſcopum proprium, ſicuti quando eligitur in Epiſcopum proprium: quia efficitur de filio pater, & non alienatur. Geminia. in dict. cap. ſi abbatem. in effectu tenet, quòd licèt abbas non poſſit tranſire ad Epiſcopatum ſine licẽtia ſuperioris: tamen bene poterit conſentire electioni ſine licentia ſuperioris, & in tali licentia ſuperioris non ſufficit tacitus conſenſus. & pariter tenet quando abbas non exemptus eligitur in Epiſcopum ſuæ diœceſis, non requiritur licentia alicuius, ſed poterit tranſire abſque licentia alicuius: ſecus ſi eſſet exemptus prout ſuprà dictum fuit. & ſicuti quando abbas eligitur in Epiſcopum proprium non requiritur licentia alicuius, idem & fortiùs eſt dicendum quando
6 monachus † eligitur in abbatiam propriam, quòd non requiritur licentia alicuius: ſecundum Gemi. in dict. cap. ſi abbatem. capit. quã ſit. xviij. quæſt. ij. ſecundum Archidiaco. in capit. ſi religioſus. de electio. libr. vj. quia licèt eligatur abbas, tamen remanet monachus: ſecundum Ioan. Andr. in procemio decretalium, & in cap. fina. de ſymo. & idem tenet Philip. Franc. in dict. capit. ſi abbatem. quando abbas non exemptus eligitur in Epiſcopum proprium, quòd non requiritur licentia alicuius. Et præmiſſa poſſunt adaptari ad quæſtionem ſuper eccleſia Archiepiſcopali Ebreduni, nouiſsimè vacante per obitum reuerendi quondam Roſtagni de Ancedima, qui vt fertur, deceſsit de hoc præſenti anno domini M.ccccc x. de menſe Iulij, in curia Romana. & capitulum dictæ eccleſiæ elegit in Archiepiſcopum reuerendum dominum Claudium de Arcijs abbatẽ Biſcondoni non exemptum dictę diœceſis Ebreduni, an requiratur licentia alicuius ad trãſeundum ad Archiepiſcopatum proprium: reſponſio patet ex præmiſsis. & licèt ſuprà dictum fuit, ꝙ in diſpenſatione reſpondetur quando fit mentio de Archiepiſcopo, non includitur Epiſcopus: ſecundum Innocen. in dict. ca. dilectus. de conceſs. prebẽ. illud eſt quia diſpenſatio eſt exhorbitans, & ſtricti iuris: ſecus quando loquimur de iure communi, & non eſt dare rationem diuerſitatis, de Archiepiſcopo ad Epiſcopum: quia tũc erit idem ius de Archiepiſcopo ad Epiſcopum. cap. Epiſcopum. x. quæſtio. j. ſecundum gloſſ. in cap. Romana. in princip. ſuper verbo, viſitare. de cenſi. lib. vj. quia Archiepiſcopus habet diœceſim, & dicitur Epiſcopus: ſecundũ Pet. de Anchara. Geminia. Philip. Franc. ibi, & licèt in dict. capit. Romana. §. nunc autem. quæ ibi dicuntur de Archiepiſcopo viſitãte extendũtur ad Epiſcopũ, & alios prelatos, tacitè innuãdo ꝙ loquẽdo de Archiepiſcopo, nõ includatur Epiſcopus, niſi fieret ſpecialis mentio: quia ad iſtud reſpõdetur: ſecundũ doct. ibi, ideò ponitur: quia ſunt certa capitula, conuenientia Epiſcopis, & certa capitula quæ contingunt ſolos Archiepiſcopos: licèt aliàs etiam in materia pœnali, appellatione Epiſcoporum, veniant ſuperiores. ca. quia periculoſum. de ſenten. excõ. li. vj. & ibi gl. circa finẽ, quæ cõmuniter approbatur.

ARGVMENTVM.

Religioſus electus ad abbatiam exemptam eiuſdẽ

ordinis,vel ad Epiſcopatum exemptum in concordia,an poſsit adminiſtrare ante confirmationem: & an conſuetudo in talibus valeat.

SVMMARIVM.

1 *Electus in Epiſcopum in concordia ad eccleſiam ſubditam immediatè Romano pontifici ante confirmationem pōt adminiſtrare, niſi legatus de latere ſit in illis partibus.*

2 *Conſuetudo adminiſtrandi ante confirmationem,an & quādo valeat,uel non.*

a Quæſtio MCXVI.

QVAERITVR an religioſus electus ad abbâtiam exemptam eiuſdem ordinis vel ad Epiſcopatū exemptū in cócordia vltra Italiā valdè remotus,poſsit adminiſtrare in ſpiritualibus & tēporalibus ante cōfirmationē: & an per priuilegiū Papæ poſsit adminiſtrare, & ſi valeat conſuetudo
1 in talibus? Et in effectu licèt in eccleſia † immediatè
ſubdita Romano pontifici, electus in Epiſcopum
in concordia vltra Italiam valdè remotus,& in cócordia poſsit adminiſtrare ante confirmationem.c. nihil.§.fina.de electio. & idem in abbate:vt ibi habetur,dum fit mentio de munere benedictionis,ſeu cóſecrationis,circa finem,ſecundum gloſſ. ibi quā ſequuntur communiter doctores,tamen hoc fallit, quando legatus de latere eſt in partibus: quia tunc habet poteſtatem confirmandi hodie.per.cap. ſi abbatem.de electio.libr.vj.quia tunc ceſſat ratio dict. cap.nihil.cum iſto caſu non ſit diſtantia loci,quando legatus de latere eſt in partibus:ſecundum doct. in capit.cùm venerabilis.de conſue.& licèt non va-
2 leat † conſuetudo adminiſtrandi ante confirmationem:quia daret occaſionem delinquendi, & quòd electus non curaret petere confirmationem:vt in d. cap.cùm venerabilis.& in cap.auaritiæ. de electio. libr.vj.& hoc verum in iſtis dignitatibus pontificalibus,& regularibus:iuxta ca.ne pro defectu.& ca. quia propter.de electio.& hoc tenuerunt Innocen. Hoſtien.& Panormit.in cap.tranſmiſſam. de elect. ſecus in dignitatibus inferioribus: quia bene valeret conſuetudo adminiſtrandi ante confirmationem:ſecundum Panormit.in capit. cùm in iure. de electio. Et præmiſſa procedunt in collegijs eccleſiaſticis:ſecus in collegijs ſecularibus:quia bene valeret conſuetudo adminiſtrandi ante confirmationē: ſecundum Baldum in authentica habita.ne fili.pro pat.& Panor.in dict.cap.tranſmiſſam. & in capit. nihil.de elect. Veruntamen per priuilegiū Papæ bene poſſet electus adminiſtrare ſine confirmatione: ſecundum Inno.Io.And.& cómuniter cæteros in dict.ca.cùm venerabilis.prætereà licèt electio eſſet facta in cōcordia de Epiſcopo,vel vltra montes,nó tamē poſſet adminiſtrare,quādo eſſet alligatus vinculo primæ eccleſiæ:quia ibi habet obſtare duplex defectus:videlicet cōfirmationis,& vinculi primæ eccleſiæ:quia non poteſt tranſire ad aliam eccleſiā ſine licētia ſuperioris:toto titulo de trā ſlat. epiſco. ſecundum Anto.de But.& Panor.in d.c. cùm venerabilis.de conſue.

ARGVMENTVM.

An ad Epiſcopalem dignitatem ſine ſui diœceſani licentia quis tranſire poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Nullus ad dignitatem epiſcopalem tranſire non,niſi cum ſui diœceſani licentia,poteſt.*

2 *Quid ſede uacante, an capitulum hanc licentiam concedere poßit?*

3 *Capitulum ſeu conuentum ſede uacante in ſpiritualium & temporalium adminiſtratione ſuccedere regular.*

4 *Monaſteria ſub Epiſcoporum cura & diſpoſitione ſunt.*

5 *Conuentus an licentiam ut quis ad dignitatem epiſcopalē trāſire liceat,dare poßit.*

6 *Quid in œconomo uel adminiſtratore?*

7 *Monaſterium ſuperiore uacante,an Epiſcopus cum conſenſu conuentus licentiam Epiſcopalem dignitatem accipiēdi dare poßit.*

Quæſtio MCXVII.

QVAERITVR an clericus extraneus alterius diœceſis poſsit eligi in Epiſcopum,& acceptare ſine licentia ſui diœceſani,& an ſede vacante poſsit concedere huiuſmodi licentiā? Et in ef-
1 fectu glo.in c.ſi abbatem.de elect.lib.vj. † tenet,ꝙ
talis ſubiectus alterius Epiſcopi bene poteſt eligi in Epiſcopū, ſed non debet trāſire ſine licentia ſui diœceſani.& eſt ratio:quia regulariter nō debent conferri ordines clericis alterius diœceſis, ſine licētia,ſeu literis dimiſſorijs ſui ſuperioris.capit.j.& capit.cùm nullus.& c.nullus.de tempo.ordi.libr.vj.facit toto titulo de cleric.peregri. Prætereà dignitas Epiſcopalis dicitur ordo eccleſiaſticus,& maior inter cæteros:ſecundum iuxta illas.xxj.diſtinctio.capit. cleros.& xxiij.diſtinctio. capit. Epiſcopus. ſecundum gl.in proœmio ſexti, ſuper verbo, Epiſcopus. & ſic non debet quis tranſire ad ordinem Epiſcopalem alterius diœceſis ſine licentia ſui diœceſani.
2 ſed † an ſede vacante capitulum poſsit concedere
huiuſmodi licentiam tranſeundi ad dignitatē epiſcopalem,& petendi ordines in aliena diœceſi. Dubium facit:quia licèt eccleſia vacante, capitulum ſuccedat in iuriſdictione & adminiſtratione ſpiritualium & temporalium.capit.ſi Epiſcopus.de ſupplend.negligen.prælato.libr.vj.capit.j.de maioritate & obedien.eodem libr.excepta alienatione immobilium.capit.is cui.de electio.libr.vj. & faciunt notat.in capit.his qui.& capit.cùm olim.de maioritate & obedien. & excepta collatione beneficiorum.cap.illa.ne ſede vacan.niſi collatio beneficiorum pertineret communiter ad prælatum & capitulum.cap.j.ne ſede vacan.libr.vj.vel quoad ius inſtituendi.capit.j.de inſtitutio.eodem libr.tamen capitulum non poteſt dare ſede vacante licentiā tranſeundi ad aliam diœceſim:quia diceretur quædam alienatio.ca.præsbyteri.xxvj.diſtinct.cap. fraternitatē.lxxj.diſtin.& hoc ibi tenet gloſ.quam videtur ſequi Archi.niſi capitulum daret licentiā de cóſenſu Archiepiſcopi.de quo ibi per doct.& iſtam partē tenet glo.in d.c.cū olim.de maio.& obediē. quia prælatus nō poteſt alienare ſine cōſenſu capituli.c. ſi qua.xij.q.ij.iſtam partē etiā tenet gl.in d.c.ſi Epiſcopus.de ſupplē.negli.præla.& Archie. in ca fi.de ſupplen.negli.præla.lib.vj. quia ſicuti ſede vacāte nō poteſt alienare res eccleſiæ,ita nec poterit alienare perſonas.ſed idem Io.And.poſt Io. Monach. in d.c.ſi abbatē.in nouella,tenet cótrariū,videlicet ꝙ capitulū ſede vacante poteſt dare talē licentiā,& ibi reſpōdet ad argumenta in contrariū. & pro iſta parte facit c.cū nullus.verſ.Epiſcopo.de tempo.lib. vj.vbi Epiſcopo in remotis agenti eius vicarius generalis vel capitulū ſede vacante poteſt dare huiuſmodi li-

iuſmodi licentiã,& iſtam partẽ etiã tenet Panor. in d.c.cũ olim.de maio.&obediẽ.de quo ibi latiùs per ipſum. Nã capitulũ ſuccedit in poteſtate Epiſcopi, quoad ea quæ ſunt iuriſdictionis,& etiam ordinis: licèt iſto caſu quoad ordines debeant vocari vicini Epiſcopi cũ cautela iudicio,ſeu proteſtatiõe de nõ faciẽdo præiudiciũ ſucceſſori.c.põtifices.vij.q.j.ſecundũ gl.in d.c.ſi Epiſcopus.de ſupplẽd.negli. prę-
3 la.libr.vj.& pro præmiſsis facit, † quia regulariter capitulũ ſeu cõuentus ſuccedit ſede vacãte in adminiſtratione ſpiritualiũ & tẽporaliũ. c. ſi Epiſcopus. de ſupplen.negli.præla.libr.vj.etiã in prælato inferioris eccleſię,vti abbate mortuo tota eius adminiſtratio,ſiue ſpiritualis ſiue tẽporalis trãſit ad cõuentũ.c.cũ dilectus.de cõſue.&ibi Inno.clemẽ.ne in agro.§.abbate.de ſtat.regula.pręterquã.in poteſtate alienãdi,litigãdi,& beneficia cõferendi,quãdo collatio ſpectat ſolũ ad prælatũ.c.illa.ne ſede vacã. c.j. eod.tit.lib.vj.c.j.de inſti.lib.vj.ſecundũ Cardina.& Pet.de Ancha.poſt Laurẽ.in d.cle.ne in agro.§.abbate.licèt aliqui velint prætendere ꝙ in caſu d. §. abbatæ.ſit ſpeciale,quãdo abbas eſt ſuſpẽſus à collatione beneficiorũ,ꝙ fit deuolutio ad priorẽ clauſtralem,cũ cõſilio & aſſenſu conuẽtus: ſeu maioris partis eiuſdẽ,de quo ibi per doct.& in c.ea quæ.ver ſic.ſint autẽ.de ſtat.monach.& per Panor.in c. bonæ.de appell.ſed redeũdo ad quæſitũ.de iſta licentia,quando vacat abbatia,aut alius prelatus inferior Archid.in c.religioſus.de teſta.libr.vj.tenet, ꝙ
4 ſpectat ad Epiſcopũ:† quia monaſteria ſunt ſub cura & diſpoſitione Epiſcoporũ.lxj.diſtin.c.obitũ. in fin.& quia monaſterio vacãti datur adminiſtrator, qui habeat curã tẽporaliũ per Epiſcopũ.ca.ea quæ. de ſtat.monach.ſecundũ Inno.ibi, & per alia iura per Archi.in d.c.religioſus.allegat Ioã.And.in d.c. religioſus.in nouella,refert Io.Monac.tenere quãdo ſuperior immediatus eſt mortuus, ꝙ tunc debet differri negotiũ,& ſi nimiũ differatur,cõſulẽdus eſt Papa:ſed ipſe tenet,ꝙ ad Epiſcopum pertinet dare iſtã licẽtiã religioſo acceptãdi officiũ executionis, quãdo vacat ſuperior immediatus, cũ habeat cauſam fauorabilẽ,& pendet à caritatis officio. Idẽ tenet Pet.de Ancha.in d.c.religioſus.licèt referat ibi
5 Lap.tenere,† ꝙ cõuentus poſsit dare hãc licentiã. per not.per Io.Andr.in nouella,in d.c.ſi abbatẽ.de elect.lib.vj.& in d.c.cũ olim.de maio.& obediẽ.ca.
9 penul.& ca.fi.eod.tit.lib. vj. vel etiã † œconomus: ſeu adminiſtrator poſſet dare talem licentiã quæ in d.c.religioſus.refert Io.de Lign.tenere,ꝙ cõmuniter tenetur opinio Archidiaconi,quòd Epiſcopus habet dare iſtã licentiã religioſo:ſed ipſe Gemi. tenet opinionẽ Lap. ꝙ cõuentus vel œconomus põt dare iſtã licentiã,& idẽ tenet Philip. Frãc.ſiue dicatur,ꝙ iſta licẽtia ſit iuriſdictionis: ſiue adminiſtrationis:capitulũ ſuccedit in facultate dandi licentiã faciũt not.per gl.& doct.in c.cũ inter canonicos.de elect.& c.admonet.de renũtia.ſed Archid.in c.quã
7 ſit.de elect.lib.vj.formar quæſtionẽ,† quãdo vacãte monaſterio aliquis monachus eligitur in abbatẽ alterius monaſterij, an Epiſcopus poſsit dare licẽtiã trãſeundi dicto electo:& arguit primo ꝙ nõ: quia cenſeretur quedã alienatio perſonę. Præterea monachus tenet potiùs obedire abbati,quã Epiſcopo:ſed alij tenẽt cõtrariũ, ꝙ Epiſcopus de cõſenſu cõuentus põt dare iſtã licẽtiã.& iſtã partẽ tenet Io. And.in nouella,in c.ſi religioſus.de elect.lib.vj.per c.nullus.xviij.q.ij.& per alia iura ibi allegata, nec facit quod ſuprà dictũ fuit,ꝙ talis licẽtia cenſetur quedã alienatio,quia ad iſtud reſpõdet Ioan. And. in nouella,in d.c.ſi abbatẽ.de elect.lib.vj. quia hic nõ eſt alienatio,cũ in tali licentia nõ requiritur tractatus,nec alia ſolẽnitas.de qua in c ſine exceptione.xij.q.ij.preterea non dicitur alienatio,quia loco religioſi tranſlati ſubrogabitur alius qui erit fortè vtilior.& idem Io. Andr.tenet in d.c.cùm olim. de maiorita.& obedien.

Quæſtio M.CXVIII.

QVAERITVR ſuper tali caſu ſuper quo etiã fuit facta cõſultatio de tẽpore quo curia Regis fuit hìc Grationopol.de hoc pręſenti anno.Mccccxj.die xxiiij.menſis Iunij,& vt veritas magis habeatur,inſeritur factũ tale,cũ queſitis ſubiunctis. Quadã Epiſcopali ſede vacãte canonici ad electionẽ futuri paſtoris,qui erãt numero xxvij.qui vocata eorũ in duos diuiſerunt,quorũ alter eſt electus à decẽocto canonicis,alter ab octo: qua electiõe ſic facta electus ab octo prætẽdens alios canonicos ſuũ coelectum eligẽtes per ſymoniã,eundẽ elegiſſe,iure deuoluto,& aliàs quouiſmodo vacet obtinuit à ſede apoſtolica de dicto Epiſcopatu prouideri mediãte qua prouiſione adeptus eſt poſſeſsionẽ dicti Epiſcopatus & iuriũ eius.poſteà autẽ alter coelectus petit electionẽ de ipſo factã cõfirmari dicto prouiſo ſe opponente, & pro ſuæ oppoſitionis cauſis deducit prædictũ coelectũ mediãtibus pactis & cõuẽtionibus ſymoniacis ab ipſo coelecto & parẽtibus eius cũ ſuis eligẽtibus ante dictã electionẽ, & poſt factis & ratificatis:& ad probãdũ ſymoniã prædictam certos teſtes producit:quorũ aliqui tres, aut quatuor numero deponũt eſſe famam publicã, in loco & ciuitate,in qua facta fuit electio,quòd tàm electus prædictus,quã eius parentes plures promiſsiones ſcilicet cõferẽdi & reſignãdi beneficia in fauorem dictorum eligentium:aut ſaltem nonullorum ipſorum,& plures alias promiſsiones fecerunt ante dictam electionem, vt dicti canonici prædictum coelectum eligerent: alij verò promiſsionibus tàm per ipſum coelectum quàm eius parentes factis quibuſdam dictorum eligentium de certa ſcientia deponunt de loco,tempore numero deponentes,aut concordantes, ſed de varijs & diuerſis promiſsionibus deponentes.ex præmiſsis. Primum quæritur vtrum electio per promiſsiones ſymoniacas facta ſit ipſo iure nulla, & ſint eligentes ſymoniacè ipſo iure priuati poteſtate eligendi,& an ſit locus deuolutioni, & ad quem fiat deuolutio. Secũdò queritur,an probatis promiſsionibus electionẽ præcedentibus,licèt non conſtet quòd ſortitæ ſint effectũ,an ſit ſymonia ſufficenter probata ad repellẽdũ electũ. Tertiò queritur,an ſi forſam nõ probaretur dictũ electũ,ſciuiſſe de dict. ꝓmiſsionibus per eius parẽtes factis:ſed eſto,ꝙ eo ignorãte per dictos eius parẽtes eſſent factæ,aut nihilominùs talis electio dictis promiſsionibus facta ſit nulla: ipſo iure. Quartò queritur an in crimine ſymonię, maximè cũ agitur ciuiliter,vt in propoſito teſtes ſingulares cũ fama cõmuni probẽt ſufficiẽter, & an teſtis de-

ponẽs famã crimẽ eſſe in loco nõ dicẽs à quibus habuit ortum talis fama deponat ſufficiẽter de fama: Quintò quęritur an teſtes deponentes de promiſſionibus ſymoniacis nõ deponẽtes de loco vel tempore,nec cõſtat ꝙ in eis cõueniant ſint ſingulares, vel an cõiũgantur corũ depoſitiones ad cõcludendũ effectũ ſymoniæ. Sextò quęritur an eſto,ꝙ dicta electio fuerit ſymoniaca,& ipſo iure nulla, an poteſtas eligẽdi remãſerit in octo canonicis aliũ eligentibus:& qui non fuerint ſymoniaci, aut ad quẽ fuerit facta deuolutio. Septimo quęritur,an electus ab octo,& prouiſus per ſedẽ apoſtolicã poſsit ſe iuuare vtroq; titulo prouiſionis & electionis. Octauo quęritur,an dictus pretenſus electus à decẽocto audiatur Petrus ſibi prouiſionẽ fieri lite pẽdẽte de bonis dict. epiſcopatus,& an ſit locus dictę prouiſioni.

ARGVMENTVM.

Tenor literarũ indulgentię duorũ Cardinaliũ qui Iulij Papę tẽporibus cõcilijs Piſani,& Lugdunenſi interfuerunt.

Quæſtio MCXIX.

QVAERITVR qñ cõciliũ vniuerſale pretẽditur nõ eſſe ritè cõgregatũ,an teneãt talia geſta,& ꝓuiſiões talis cõcilij:& ſi incurratur pœna priuatiõis dignitatis Cardinalatus,cuius gratia in cõcilio vulgariter d. Piſano:deinde trãſlato Lugduni, vbi inter ceteros interfuerunt duo Cardinales , qui poſt mortẽ Papę Iulij fuerũt reabilitati & obtinuerũt veniã à Papa Leone X. moderno, in cõſiſtorio cuius copia hìc inſeritur, Nos Bernardinus de Caruail,& Theodoricus de ſancto Seuerino olim nube ſciſmatis occulti, nũc ſupernę illuſtrationis lumine ſerenati: cõpertóque ſciſmatis laqueo quo tenebantur diuina nobiſcũ deliberatione perpetrãtes ac renunciantes ad abundantẽ cautelã omnibus & ſingulis proteſtationibus & ſecretè & corã notario & teſtibus per nos actenus factis. Quarũ tenores & clauſulas ad hoc,vt omninò ſpecialiter pro expreſſis,ac perinde de verbo ad verbũ inſerẽtur pro inſertis habere volumus prona & ſpõtanea volũtate:nõ autẽ metu:ſed in loco tutiſsimo ac in plenaria noſtra poteſtate cõſtituti:ac ſinceris cordibus ad vnitatẽ ſedis apoſtolicę diuina gratia Dei reuerſi ſumus. & ne nos pura mẽte ſed ſimulatè reuerſi exiſtẽtur à ſanctitate veſtra corã ſacro Cardinaliũ collegio erratorũ noſtrorũ veniã humiliter poſtulamus: ſupplicamúſq; vt ſanctitas veſtra pro nobis ad Deũ optimũ maximũ,cuius vices gerit in terris intercedere dignetur. Spõdemus & volũtariè promittimus ſub caſu ordinis & dignitatũ & cardinalatus ſi ad eam nos reſtitui cõtingerit,& anathematis obligatione & tibi Leoni X. pontifici maximo vero indubitato, Chriſti vicario,& pro te ſancto Petro apoſtolorum principi nos nunquã quorũlibet ſuaſionibus , aut quibuſlibet cauſis quęſito vè colore, aut ingenio ad ſciſma de quo redẽptoris noſtri gratia erepti ſumus reuerſuros,ſed ſemper in vnitate ſanctę eccleſię catholicę veráq; obediẽtia ſanctitatis veſtrę per omnia permãſuros:& cũ reuerẽdiſsimis Cardinalibus,ſi ex ſanctitatis veſtrę eorũq; clemeñ ad ordinẽ eorũ reſtituũt benignè,pacificéque,ac ſine rancore ſcãdalóque à quo ratione præteritorum,ſeu ex alia quauis cauſa cõuerſaturos iuramus per Deũ omnipotentẽ & ad Dei euangelia quæ in manibus noſtris tenemus,nos in vnitate prędicta permanſuros: & omnia & ſingula ſuprà dicta & infrà dicẽda obſeruaturos ſub pœna periurij & alijs ſuprà dictis & infrà dicendis , & licet nuperrimè per ſchædulam noſtris manibus ſubſcriptã , attamẽ in ſacro Lateranẽſi concilio publicatã ſciſma prædictũ abiurauerimus ad vlteriorẽ tamen noſtrorum cordiũ ſinceritatẽ oſtẽdendũ ſpecialiter & expreſsè Piſanũ conciliabulũ,eiúſque indictionẽ,& omnia ſingula in eo geſta anathematizamus , ac ꝓnũciamus credimus & ſimpliciter cõfitetur irrita,vana ac nullius momẽti,& à nõ habentibus authoritatẽ geſta:quoniã potiùs temerariè pręſumpta,cõſentimus autem ſacro ſancto lateranẽſi cõcilio tanquã verò & vnico , illúdq; cõfitetur legitimũ iuſtè & ex legitimis cauſis indictã omniáque & ſingula in eo geſta,& ſpecialiter vel generaliter cõtra perſonas noſtras, necnon omnes & ſingulas cõdẽnationes & ſentẽtias latas cõtra nos per bonę memorię Iuliũ Papã,& prędeſſorẽ veſtrũ,& omnia & ſingula cõtra Piſanũ cõciliabaliũ geſta & facta ritè rectè & iuſtè facta pronũciamus,credimus & ſimpliciter fatemur, promittimus inſuper omnẽ pœnitẽtiã quã ſanctitas veſtra pro erratis noſtris nobis duxerit iniungendã benignè humiliter ſuſcepturos,& opere cõpleturos. volumus etiã obligari,& per præſentes promittimus ſub pœnis ſuprà dictis,ac cõtra ſciſmaticos à ſacris canonibus inflictis: & in ampliori forma cameræ omnia & ſingula ſuprâ dicta firma illeſa perpetuò obſeruabimus: rogamúſque te notarium:vt ſuprà prædictis omnibus:& ſingulis à ſchædula huiuſmodi vnũ vel plura etiã in ampliori forma camerę cõficias inſtrumẽtũ vel inſtrumẽta . ego Bernardinus de Caruail,ſuprà dictus iuro vt ſuprà ita eſſe. ego Theodoricus de ſancto Seuerino iuro vt.ſ.ita eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Symonia cõmiſſa per tertiũ,an eccleſiaſtici beneficij prouiſionem reddat nullam. & num. 4. 6.*
2 *Quid ſi ſymonia per illum cui confertur beneficium fiat?*
3 *Reſignatio beneficij facta per ſymoniam,an ipſo iure nulla ſit.*
5 *Lex Iulia ambitus ſeu ſymonia,an in curia Romana locum habeat.*
7 *Prouiſioni iuris deuoluti,ut locus ſit, requiritur:ut quis ipſo iure:uel per ſententiam priuatus ſit.*
8 *Beneficium eccleſiaſticum non niſi, cum canonica inſtitutione obtineri poteſt.*
9 *Potior habendus in iure,qui tempore prior eſt.*
10 *Electiõe caſſata,an eligẽdi poteſtas ad monaſteriũ redeat.*
11 *Iure deuoluto qui nititur contra electum confirmatum experiri non poteſt.*
12 *Teſtes minus idonei in crimine ſymoniæ admittuntur.*

Quæſtio MCXX.

QVAERITVR ſuper ſeriè facti talis exhibiti cum certis quæſitis exhibitis ſuper poſſeſſorio abbatiæ beatæ Mariæ de Sauigni diœceſis Conſtañ in ducatu Normaniæ cuius cauſa poſſeſſorij vertitur,aut verti ſperatur coram magnifico Parlamento Rothomageñ,videtur poſſe reſpõdere:vt ſequitur. Et primo quoad primum quęſitum
1 videtur dicendum,† ꝙ prouiſio beneficij eccleſiaſtici interuentu pecuniæ,aut promiſsione facta per tertium dicatur ſymoniaca.c.quicunquè. & c. præſentium.j.q.v. vbi fit mentio quãdo datur pecunia in curia

in curia parentum: & licèt ille promotus & prouiſus in abbatiam ignorauerit, & non fuerit in culpa:
2 tamen non punitur ſine cauſa: † ſi verò ſymonia eſſet commiſſa per illum cui confertur beneficium, aut ipſo ſciēte, aut ratū habente, tunc talis collatio ſeu prouiſio eſſet ipſo iure nulla.c.de iure.de iure patrona.& ibi glo.& ita tenet Inno.in ca.cùm vniuerſorum.de re.permu.& Archid.in ca.ordinationes.j. q.j.& idem in electione.cap.penulti.de elect.& ita etiam cauetur in pragmati.ſanctio.in tit.de elect.c. j.§.deinde.& ibi per glo.ſuper verbo, ipſo iure.† & idem tenet de reſignatione beneficij facta per ſymoniam.& pro hoc etiam allegat glo.in c.ſuper eo.de renuncia. Nec obſtat c.nobis.de ſymo. vbi videtur probari, quòd talis electio ſeu prouiſio ſymoniaca ſit reprobanda ſeu caſſanda: quia ibi loquitur quādo aliqui in fraudem, electi ignorantis cōmittunt ſimoniā, vel quādo contradicente electo: quia tunc non debet præiudicare electo.ca.ſicut.le j.de ſymo. de quo ibi latiùs per glo.in d.pragma.ſanctio. in d.
4 c.j.de elect.§.facta.ſuper verbo, ſymoniacam.† Veruntamen quādo ſymonia eſt cōmiſſa per tertium ignorantē eo cui fit collatio: ſeu prouiſio beneficij eccleſiaſtici, nō eſt ipſo iure nulla: & hoc tenet glo.
5 in l.j.ff.ad leg.Iul.de ambi.& ibi refert † ꝙ in vrbe Romana ceſſat lex Iulia ambitus: ſeu ſymonia, licèt ibi referat quādo datur pecunia per tertiū ignorante illo cui cōfertur beneficiū ſeu officiū, ꝙ fortè nō nocet, licèt referat ꝙ decretiſtæ tegent cōtrariū: attamen etiā ſecūdū canoniſtas titulus de ſymonia nō habet locū in curia Romana: in beneficialibus, in his quæ ſunt ſymoniaca, quia prohibita, quia nituntur ex cōſtitutiōe eccleſię: ſecus in prohibitis: quia ſymoniaca: quia iſto caſu ꝓhibeatur de iure diuino: iux.no.per gl.in ca.ex parte.le j.de offi. dele.& in c.cū pridem.de pact.& hoc tenet Hoſtiē. in c.j.ne præla.vices ſuas.Ioā.And.Cardi.Flo. Fœlix in c.ij.de ſymo.quia Papa nō ligatur ſua conſtitutio: & licèt procuratoriū ad reſignandū dictā abbatiā fuerit factū in partibus & prętēdatur fuiſſe cōmiſſam ſymoniā ex cupiditate parentum ignorante promoto: tamē ex quo dictū procuratorium trahit effectū ſuum in curia Romana, ibi cenſetur paſſatam: iuxt.not.per Ioā.And.in c.ij.in nouella.de præ
6 ben.lib.vj.& ibi per Gemi.† Sed redeundo ad quæſitū quādo ſymonia eſt commiſſa per tertiū ignorāte promoto ad beneficiū eccleſiaſticum non eſt priuatus ipſo iure: quia non dicuntur ſymoniaci, cùm per ipſos non fuerit cōmiſſa ſymonia, ſed ipſis ignorantibus.facit cap.de ſymoniace.cum ibi notat.per gl.& doct.de ſymo.& c.poſt tranſlationē.§.rurſus. de renuntia.quia requiritur ſententia per ſuperiorē eccleſiaſticum: & interim tales promoti ignorāter de dicta ſymonia dicuntur habere titulū & habere colorē poſsidendi, & ita in terminis tenēt Cardi.Flo.Anto.de Butr.in c.niſi.in principio, & §.intueri.& Ioan.de Mil.in repertorio ſuper dictione ſymonia. Ad ſecundū quæſitum reſpōdetur, ꝙ non eſt locus impetrationi iuris deuoluti, in caſu iſto: quia dicta abbatia non dicitur vacare de iure, nec de facto: iuxta cap.cū noſtris de cōceſ.præben.quia prout dictū fuit in præcedēti quæſito propter dictū crimē ſymoniæ ignoranter cōmiſſum reſpectu promoti, non eſt priuatus ipſo iure: ſed requiritur ſententia: & interim habet titulū & colorē poſsidendi: ſecundū Cardi.& Anto.de But.in d.c.niſi.& Ioan.de Mil.& iſta eſt maxima in iure ꝙ requiritur ad hoc:
7 vt † iure deuoluto fiat prouiſio per ſuperiorem de beneficio eccleſiaſtico, ꝙ quis ſit priuatus ipſo iure, vel per ſententiā.ca.quamquā.de elect.libr.vj.& ibi per glo.& doct.& ideò talis prouiſus iure deuoluto non haberet ius intentandi, vel proſequēdi ſuper poſſeſſorio dictæ abbatiæ: quia non habet titu-
8 lum, alio non apparente: † quia beneficiū eccleſiaſticū nō poteſt licitè ſine inſtitutione canonica obtineri.c.j.de reg.iur.lib.vj.quia in poſſeſſorio beneficij requiritur, quòd quis iuſtificet titulum: ſeu habeat coloratū titulum.clemē.j.de cauſ.poſſeſ.& proprie.& ibi per glo.fi.& Ioā.de Imol.ſed è contrà, ille qui obtinet per reſignationem in curia Romana habet ius in re, & habet colorem poſsidendi authoritate ſuperioris: & qui habet poteſtatem conferendi: iuxt.not.per Ioan.de Imol.in d.cle.j.& dict.ca. cū noſtris.de conceſ.præben.quia Papa habet plenitudinem poteſtatis in beneficialibus. cle.j. vt lite pendē. Preterea ille qui obtinet dictā abbatiam ex cauſa reſignationis authoritate apoſtolica eſt prior
6 tempore, † & ſit potior iure: vt in regula iuris, qui prior tēpore.de reg.iur.lib.vj.& vt præſupponitur prius adeptus eſt poſſeſsionē, & ſic debet præferri: quia ex inſpectione eius tituli non apparet de aliquo vitio viſibili, nec debet admitti in poſſeſſorio, exceptio criminis.c.item cū quis.de reſti.ſpolia.l.ſi maritus.C.de dona.inter vi.& vxo.& maximè quia crimē ſymoniæ eſt merè eccleſiaſticū, de quo iudex laicus nō debet cognoſcere: iux.not.per gl.& doct. in c.j.cū ſit generale.de fo.cōpe.c.tuam.de ordi.cognitio.clemen.diſpēdioſam.de iudi. Ad tertiū quęſitū reſpōdetur, ꝙ nundū redit poteſtatē eligendi ad monaſteriū dictæ abbatiæ, cū nūdum fuerit caſſata prouiſio apoſtolica ex cauſa reſignationis facta, & licèt quādo electio nō tenet propter vitiū occultum
10 electi, vel † qñ renuntiatur electioni redeat poteſtas eligēdi ad monaſteriū, & detur tēpus integrū.c.ſi electio.de elect.lib.vj.tamen in caſu iſto eſſet dubiū, ex quo ſemel Papa appoſuit manū, licèt prouiſio non teneret, ꝙ nō redeat poteſtas prouidēdi ad ordinariū pro illa vice.c.vt noſtrū. de appel.c.ſi eo tēpore. de elect.lib.vj.& maximè quādo eſſet beneficiū reſeruatū: ſecundū Inno.& Panor.in c.inter dilectos. de exceſs.præla.de quo ibi per ipſos. Veruntamē in
11 caſu iſto † ille qui impetrauit iure deuoluto non poſſet experiri contra electum, dum tamen eſſet cōfirmatus: quia nondum competit ius illi qui impetrauit iure deuoluto, prout ſuprà dictum fuit. Et ad obtinendū in poſſeſſorio beneficij ſufficit quòd non appareat de iure actoris, licèt non competat ius reo, ſeu defenſori.l.fina.C.de rei vendicatio.ſecundum Compoſt.& Ioan.Andr.in capit.mandatum.& capitu.ſanctæ crucis.de reſcrip.& Fœlix in capit.olim.eodem titu.& domi.de Rota, in titul.de except.in nouis. Ad quartum & quintum quæſita reſpondetur, quòd illi teſtes qui fuerunt participes dicti criminis ſymoniæ, & muneris non eſſent idonei teſtes.capitu.j.de teſtib.libro ſexto, licèt
12 aliâs † in iſto crimine ſymoniæ admittantur teſtes minus idonei.capitu.tanta.& capit.per tuas. de ſymo.de quo ibi me remitto.

ARGVMEMTVM.

Beneficium an ſine ſuſpitiõe ſymoniæ famulo prælati conferri poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Symonia quid.*
2 *Symonia unde dicatur.*
3 *Symonia qualiter contrahatur.*
4 *Symonia a quo accuſari poßit.*
5 *Symoniæ pœna quadruplex.*
6 *De ſymonia an diſpenſari poßit, & quis.*

Quæſtio MCXXI.

QVÆRITVR an licitè poſsit cõferri beneficum eccleſiaſticũ alicui ſeruitori alicuius prælati ſine metu labis ſymoniæ? gloſ. in c. ſunt nõnulli.j.q.j. format quæſtionẽ & arguit ad ambas partes: ſed antequã veniã ad deciſionem huius quæſtionis præmitto quod habetur per gloſſ. in ſumma j.q.j. vbi format plures quæſtiones, prima quid ſit
1 ſymonia, † nã ſymonia dicitur ſtudioſa cupiditas, vel volũtas emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, nec oportet addi, vel annexum ſpirituale, licèt ſecundũ aliam opinionem debeat addi propter ius patronatus, de fructibus verò non eſt quæſtio: quia etiam dari vel vendi poſſunt porcis. c. fi. ne præla. vi-
2 cet. ſua. Secundo quærit gloſſ. in ſumma, vbi ſuprà: vnde dicatur ſymonia: & dicitur à ſymone mago, qui primo in nouo teſtamento huius ſceleris author extitit: ſicut enim Gieſi in veteri teſtamento voluit vendere ſanitatem Naamam, ſic iſte voluit emere domũ Dei: vnde Gieſi hęreiticus eſt dicẽdus, qui vẽdit gratiam: ſymoniacus qui emit: vnde ſymoniaci ſunt appellandi emptores. Tertio quærit qualiter
3 cõtrahatur ſymonia, † & dicit quòd contrahitur tribus modis, videlicet à manu, ab obſequio & à lingua, contrahitur quandoquè ex parte dantis, quandoquè ex parte accipientis, quandoquè ex vtraque.
4 ca. & ſi quæſtiones. de ſymo. Quartò quærit † quis admittatur ad accuſandũ in hoc crimine ſymoniæ, & qualiter admittitur, ſicuti in crimine læſæ maieſtatis. ca. ſunt. xv. quæſtio. iij. Veruntamen ſi clericus accuſatur à laico diſtinguitur, an ſit bonæ famæ vel non: iuxta cap. per tuas. de ſymonia. Quin-
5 tò quærit de pœna † criminis ſymoniæ? Et in effectu eſt quadruplex pœna, videlicet excommunicatio: quandoquè in monaſterio detruſio: quandoq; ſpoliatio omnium bonorum: quãdoquè depoſitio: & ſunt etiam infames, & tenentur teſtituere accepta. Quintò quærit quæ diſpenſatio admittatur. de quo ibi latiùs per ipſam: & quis poſsit diſpenſare. de quo ſe remittit ad cap. fin. j. quæſt. v. vide de materia per Nico. Boërii. in tract. de poteſta. lega. de late. in quarto pręludio, vbi videtur tenere, quòd legatus de latere nõ poſsit diſpenſare cũ ſymoniaco in ordine. Allegat Spec. in tit. de lega. §. nunc oſtendẽdum. verſic. xxiij. ſed glo. in pragma. ſanctio. in titu. de elect. cap. j. §. ſi verò confirmatores. ſuper verbo, Romanũ pontificem. tenet, quòd ſolus Papa diſpẽſat in iſto crimine ſymoniæ, & non legatus de latere, & per domi. Boërii, vbi ſuprà circa finem, in ij. q. principali, quando fit reſignatio beneficij ad fauorem alicuius, & non aliter, an ſit ſymoniaca, & quando fit in recompenſationem ſeruitiorum.

ARGVMENTVM.

Papa an diuidere poſsit Epiſcopatum in duos, & facere nouum Epiſcopatum Epiſcopo, & principe temporali inconſultis.

SVMMARIVM.

1 *Papa in beneficialibus, an poteſtatis plenitudinem habere dicatur.*
2 *Papa uni eccleſiæ detrahere, ut alteri det, non poteſt.*
3 *Intellectus can. per principalem. ix. quæſt. iij.*
4 *Epiſcopi apoſtolorum loco inſtituti fuerunt.*
5 *Papa Epiſcopum depoſitum de beneficio æquè bono prouidere tenetur.*
6 *Quid ſi agatur de titulis uel iuribus beneficiorum.*
7 *Papa an dicatur princeps Epiſcoporum & bonorum eccleſiarum inferiorum.*
8 *Intellectus l. bene à zenone. C. de quadrien. præſcriptio.*
9 *Papa aut princeps clauſ. plenitudinis poteſtatis uti nõ, niſi cum magna cauſa, debet.*
10 *Clauſ. plenitudinis poteſtatis defenſionem & partis uocationem non tollit.*
11 *Claue diſcretionis nõ errante Papa poteſtatis plenitudinẽ habet & eſt ſuprà ius.*
12 *Papa habet animam ſuam in ſuis manibus.*
13 *Cauſæ ſpecialitatis in Papa.*
14 *Papa an Epiſcopatus diuidere poßit.*
15 *Epiſcopatus propter populi multitudinem quandoquè diuiduntur.*
16 *Argumentum de diuiſione prouinciarum temporaliũ ad eccleſiaſticas dignitates, an fieri poßit.*
17 *Papa detrahẽdo iuri unius eccleſiæ iniuſtitiã facere cẽſetur.*
18 *Quod unum eſt, diuidi non poteſt.*
19 *Intellectus can. mutationes. vij. quæſt. j.*
20 *De Archiepiſcopo ſeu patriarcha Gradenſi.*
21 *Chriſtus an clauium poteſtatem dederit cæteris apoſtolis ſicut & Petro.*
22 *Beneficia perpetuò conferuntur.*
23 *Epiſcopus matrimonium ſpirituale cum eccleſia contrahit.*
24 *Argumentum de toto ad partem.*
25 *Papa non eſt tollerandus, quando ex facto ſuo ſtatus uniuerſalis eccleſiæ perturbatur.*
26 *Cauſæ rationabiles ob quas epiſcopatus diuidi poteſt, quæ ſint.*
27 *Diœceſes eo quod ſe in diuerſis prouincijs diuerſorũ principum ſecularium ſe extendunt, an diuidi debeant.*
28 *Papa an negotia ardua ſine Cardinalium conſilio explicare poßit.*
29 *Ordo eccleſiaſticus confunditur, niſi unicuique ſua iuriſdictio ſeruetur.*
30 *Iuſta cauſa, an in Papa præſumatur. & nume. ſequent.*
31 *Epiſcopatuum diuiſiones in conſilio uniuerſali fieri uetitũ.*
32 *Eccleſiæ ſtatus ſi decoloretur, Papa tollerandus non eſt.*
33 *Quid ſi timeretur ſcandalum.*
34 *Princeps ſecularis, an iuſtam opponendi cauſam aduerſus Epiſcopatus diuiſionem habet.*
35 *Reges & alij principes cathedralium eccleſiarum patroni dicuntur.*
36 *Quo remedio utendũ ſit aduerſus epiſcopatuũ diuiſiones.*
37 *A Papa ad futurum concilium appellari an liceat.*
38 *Executor ſi modum excedit, aut legitimas exceptiones non admittat ab eo appellari poteſt.*
39 *Prælati factũ minùs legitimè præiudicare eccleſiæ nõ debet.*

Quæſtio MCXXII.

QVÆRITVR ſuper caſu occurrẽti de præſenti, quia vt fertur ſummus põtifex Leo Papa

Papa X. modernus erexit, aut aliâs de nouo erigere
intendit eccleſiam cathedralem ſeu archiepiſcopa
lem in oppido ſeu villa Châberiaci, quæ eſt de diœ-
ceſi epiſcopatus Grationopol. illam volendo diui-
dere, & de vno epiſcopatu facere duos, & illi eccle-
ſiæ de nouo erectæ applicare decanatum Sabaudię
qui eſt vnum membrum principale dicti epiſcopa-
tus Grationopol. & de mẽſa epiſcopali ab antiquo
& hoc non requiſito domino Epiſcopo, nec de ip-
ſius conſenſu, & vt prçſumitur cõtemplatione illu-
ſtriſsimi domini ducis Sabaudię alligati eidẽ ſum-
mo Pontifici affinitate prætextu ſororis dicti domi
ni ducis deſpõſatæ magnifico domino Iuliano fra
tri germano dicti ſummi Pontificis, & aliâs prout
veritas ſuper hoc ſe habet: quia non vidi bullam di
ctæ erectionis ſeu illius copiam. Veruntamen pro
clariori intelligẽtia cõgruenter poſſunt tangi quin
que quæſita ſubſcripta. Primò ſi Papa dicatur habe
re plenam & liberam poteſtatem ſeu plenitudinem
poteſtatis in beneficialibus, vt poſsit auferre ius al-
terius tàm reſpectu tituli, quàm reſpectu iurium ec-
cleſiæ. Secundò ſi ſit licitum Papæ diuidere epiſco-
patus & detrahere vni eccleſiæ & alteri dare nõ re-
quiſito Epiſcopo, nec de eius conſenſu & abſque
cauſa iuſta & rationabili, & quæ dicãtur cauſæ iu-
ſtæ & rationabiles diuidendi epiſcopatum. Tertiò
ſi in Papa præſumatur iuſta cauſa: & præſertim
quando reſcribit cõtra concilium generale. Quar-
tò ſi Chriſtianiſsimus Rex Francorũ dominus no-
ſter Delphinus habeat iuſtam & legitimã cauſam
ſe opponendi aduerſus dictam diuiſionem dicti epi
ſcopatus Grationopol. & dimembrationẽ dicti de-
canatus Sabaudiæ, attento ꝙ caput dictæ eccleſiæ
cathedralis & ciuitas Grationopol. & maior pars
diœceſis eſt in eius patria Delphinatus. Quintò
quo remedio ſit conſulendũ reuerẽdo domino Epi
ſcopo Grationopol. & etiam Regi domino noſtro
Delphino præmittendo tamen proteſtationem de
qua in c. damnamus. circa fin. de ſumma trinita. ꝙ
omnia ſubijciantur determinationi & correctioni
ſanctæ matris eccleſiæ. Ad primum quæſitum pri-
1 ma facie videtur dicendum, † quòd Papa in bene-
ficialibus habeat liberam diſpoſitionem & plenitu
dinem poteſtatis. c. ij. de præben. lib. vj. clem. j. vt lite
pendente. & ex hoc notat ibi Cardina. Floren. poſt
Paul. in decimo notabili, ꝙ Papa poteſt quem pri-
uari ſuo beneficio etiam ſine cauſa, per glo. in c. per
principalem. ix. quæſt. iij. & pro hoc facit quod vo-
luit Bald. in l. reſcripta. C. de precib. Imperator. of-
feren. ꝙ omnia beneficia mũdi ſunt obedientialia
reſpectu Papalis poteſtatis. vnde ſecũdum Hoſtien
ſem in c. cùm veniſſent. de iudi. Papa quandiu viuit
poteſt mutare quadrata rotondis, & omnia diſpo-
nere tanquàm dominus: quia gerit vicẽ Dei, & nõ
puri hominis. c. quanto. de transla. prælat. c. vt no-
ſtrum. vt eccleſiaſti. benefi. & ideò eſt idem conſiſto
rium Dei & Papæ eius vicarij: ſecundum Hoſtien.
in dict. c. quanto. argum. c. ij. de conſuetu. libr. vj. &
pro hoc etiam facit glo. in c. conſtitutus. de religio.
domibus. ꝙ licèt Papa poſsit dare de iuribus vnius
eccleſiæ alteri: ſecus in Epiſcopo: quia non poteſt
dare ſine cauſa rationabili. Sed præmiſsis non ob-
ſtantibus in caſu iſto videtur contrarium dicẽdum:
2 quia † Papa nõ debet detrahere vni eccleſiæ & al-
teri dare. c. ecce. xcix. diſtinctio. niſi ſubſit cauſa: ſe-
cundum glo. in c. omnes. xxij. diſtinct. vnde ſecun-
dum Archidiacon. ibi non debet tribui beneficium
in præiudicium alterius. l. nec auus. C. de emancipa
tio. libero. & ita etiam ſequitur ibi Geminia. & etiã
3 Cardina. Alexand. poſt Hugon. Nec obſtat † glo.
in dict. c. per principalem. ix. quæſt. iij. inquantum
tenere videtur, quòd Papa poſſet priuare vnum cle
ricum ſuo beneficio vel Epiſcopum ſuo epiſcopatu
ſecus quò ad omnes epiſcopos: quia non poſſet pri
uare, cùm decoloraretur ſtatus vniuerſalis eccleſiæ.
quia hoc debet intelligi cauſa legitima exiſtente:
ſecundum Cardina. Florent. conſil. cxliij. incipient.
Sanctiſsimus. quia quãdo detrahit iuri alterius ec-
cleſiæ, vel etiam priuando Epiſcopum ſine cauſa fa
cit iniuſtitiam. dict. c. omnes. xxij. diſtinctio. & iſto
caſu non diceretur gerere vicem Dei, nec gerere of
ficium boni paſtoris: iuxta dictum euangelij, paſce
oues meas. quãdo vellet remouere Epiſcopum ſine
4 cauſa: † quia Epiſcopi fuerunt inſtituti loco apo-
ſtolorum. c. in nouo. xxj. diſtinct. vnde quemadmo-
dum Petrus non potuiſſet ſine cauſa aliquem remo
uere ab apoſtolatu ſuo: ita nec Papa poteſt aliquẽ
Epiſcopum priuare ſine cauſa ſuo epiſcopatu & ita
etiam tenet Panormita. per plures alias rationes in
c. fina. de confirmatio. vtil. vel inutil. & quòd etiam
Papa non poteſt ſine cauſa publica transferre Epi-
ſcopum inuitum. & ibi etiã allegat conſtitutionem
concilij Conſtantień. & hoc etiam tenuit Io. An-
dræas in c. quod ob gratiam. de regul. iur. libr. vj. in
nouella. & vbi eſſet cauſa iuſta publica ſine culpa:
tamen Epiſcopi: vt quia princeps, vel populus ha-
5 beret Epiſcopum exoſum, † tunc Papa deberet ſibi
prouidere de equè bono beneficio: ſecũdum Inno-
çen. in c. niſi cùm pridem. de renuntia. & Bald. in c.
j. §. ad hoc. de pace iuramen. firmand. etiam ſi proce
dat de plenitudine poteſtatis: ſecundum Bald. ibi,
6 & licèt Papa habeat ampliorẽ poteſtatẽ † vbi agi-
tur de titulis beneficiorum, ꝙ quando agitur de iu-
ribus eccleſiarum ſeu de dimembratione membro-
rum eccleſiæ: quia iſto caſu non poteſt facere ſine
cauſa: ſecundum Geminian. & Alexandr. & Cardi.
in c. lege. x. diſtinct. quia Papa non poteſt alienare
bona eccleſiarum. c. non liceat. xij. quæſtio. ij. aliàs
peccat mortaliter, maximè quãdo facit pro ditãdo
conſanguineos ſuos: ſecundum Archidiaco. ibi, &
licèt Romana eccleſia dicatur mater eccleſiarum.
7 c. non decet. xij. diſtinct. † non tamen Papa dicitur
dominus Epiſcoporum, & bonorum eccleſiarũ in-
feriorum: ſed proprietas & poſſeſsio bonorũ eccle-
ſiarum conſiſtit penes Chriſtum & Papam eius vi-
carium & alios prælatos reſpectu adminiſtrationis,
ita ꝙ non poteſt alienare nec dimembrare pro libi-
to voluntatis: ſecundum Archidiac. Geminia. Car-
dina. & Alexan. in dict. c. non decet. Nec obſtat, ꝙ
fuit ſuprà dictum, ꝙ Papa vtendo de poteſtate ab-
ſoluta & plenitudine poteſtatis, poteſt auferre ius
8 alterius ſicuti de Imperatore dicitur. † l. bene à ze-
none. C. de quadri. præſcript. ſecundum Angel. in l.
item ſi verberatum. ff. de rei vendica. licèt deberet
fieri debita recõpenſatio vt ibi habetur: licèt etiam
rigor dictæ l. bene à zenone. nõ procedat de iure ca-
nonico: ſecundum glo. in c. ij. de reb. eccle. non alie.
& in c. quicunque. xij. quæſt. ij. & in c. placuit. xvj.

9 quæſtio.v. † Veruntamen Papa aut alius princeps
non debet vti iſta clauſula de plenitudine poteſta-
tis,niſi cum magna cauſa:ſecundum Inno.in c.in-
notuit.de elect. & Bald. in d.l.bene à zenone. vnde
princeps nõ debet vti tali clauſula de plenitudine
poteſtatis,niſi de raro:quia debet ſe præcauere me-
liùs quàm alius:ſecundum Bald.in l.ij.C.de cómu.
rerum alie.per iura ibi per ipſum allegata.Præterea
iſta clauſula de plenitudine poteſtatis licèt tollat
defectum ſolennitatis,non tamen tollit defectũ re-
10 ſultantem de iure naturali,& ſic † non videtur tol-
lere defenſionẽ & vocationem partis.clem.paſtora
lis.de re iudic.quia Papa nihil debet diffinire parte
inaudita.c.j.de cauſa poſſeſ.& proprie.& ita etiam
tenet Specu.in tit.delegato.§. nunc oſtendendum.
verſic.xviij.& ibi Io.Andr.& ſequitur Alexand.de
Imol.conſil.lxij.circa finem.in primo volumine.&
ideò Papa non debet ſcribere contra ius poſitiuum
ſine cauſa exemplo Chriſti,qui nõ venit ſoluere le-
gem,ſed adimplere. Mathæ.v.& in dubio Papa nõ
præſumitur facere de plenitudine poteſtatis,vel ex
certa ſcientia,niſi exprimatur in literis.cap.ſi motu
proprio.de præben.lib.vj.ſecũdum glo. in c. ſtatu-
tum.ſuper verbo,literarum.de reſcript.lib.vj.& Io.
11 de Imol.in repertorio ſuper dictiõe,Papa. † & ideò
Papa licèt habeat plenitudinem poteſtatis,& ſit ſu-
prà ius.c.propoſuit.de cõceſsio.præben.tamen hoc
intelligitur claue diſcretionis non errante:ſecundũ
gl.in c.quãto.de iureiuran.& Hoſtien.in d.c.quan
to.de tranſla.præla.& ideò caueat Papa,ꝙ iuſtè iu-
dicet:quia ſibi eſt terribilius iudiciũ quàm parti:ſe-
cundum Hoſtien.in d.c.cõueniſſent.de iudi. & Io.
12 And.in d.c.propoſuit. † quia anima ſua in ſuis ma
nibus,& terribilior cruciatus:per iura ibi per ipſum
allegata.Non obſtat etiã ſi dicatur,ꝙ nõ erit diffe-
rentia inter Papam & Epiſcopũ ſi requiratur cauſa
quando detrahitur de iure vnius eccleſiæ & datur
alteri:quia ad iſtud reſpondetur:ſecũdum Cardina.
& Alexã.poſt Bellamer.in d.c.per principalem. ix.
13 q. iij. ꝙ imò erit duplex cauſa ſpecialitatis: † quia
Papa nõ tenetur ſeruare ordinem iuris in priuando
aliquem ſuo iure,excepta vocatione & defenſione
partis:ſecus in Epiſcopo qui tenetur ſeruare ordinẽ
iuris.Secunda ſpecialitas: quia præſumitur pro fa-
cto Papæ,ꝙ ex iuſta cauſa proceſſerit:ſecus in Epi-
ſcopo niſi expreſsè appareat,de quo latiùs infrà di-
cetur,& hoc verũ in foro contentioſo:ſecus in foro
pœnitentiali : quia etiã in Papa non præſumeretur
iuſta cauſa:quia in foro pœnitentiali nõ ſtatur prę
ſumptioni iuris & de iure,ſed veritati:ſecũdum In-
nocen. in c. quia plerique.de immu.eccle.& Cardi.
& Alexã.in d.c.per principalem. Ad ſecundũ prin-
14 cipale quęſitũ prima facie videretur dicẽdum, † ꝙ
Papa habeat poteſtatẽ diuidẽdi diœceſes & epiſco
patus,& de vno epiſcopatu faciẽdi duos,& etiã eri
gendi de nouo eccleſiam cathedralem,ſicuti ècon-
trà de duobus epiſcopatibus erigendi vnũ Epiſco-
pum,& vniendi tanquã de caſibus reſeruatis Papę.
c.pręcipimus. & c. ſicut duo epiſcopatus.xvj.q.j.c.
ſicut vnire.de exceſſ.prælat.c.quod tranſlationem.
de offic. legat. & ſecũdum glo.in d.c.ſicut vnire.&
in c.j.de tranſla.præla.ponuntur certi verſus de ca-
ſibus reſeruatis Papæ. & inter cæteros ponitur iſte
caſus diuiſionis epiſcopatuum,& etiam per Specu.
in titu.de legato. §. nunc oſtendendum.verſic.v.&
per Bald.in d.l.reſcripta. C. precib. Imperat.& pro
hoc etiam facit l. j.C.de metropolit.Berin. lib.xj.&
ibi etiã refert Lucas de Penna, ꝙ Papa eccleſiam
adriencẽ tunc ſubiectã epiſcopatui pennenci ſubli
mauit ad apicem dignitatis epiſcopalis remanente
tamen eodem Epiſcopo ambarũ eccleſiarum etiam
& hoc tenet gloſſ.iuris ciuilis in l. ij.C.de offi. prę-
fect.præto.Affri.circa fin.ꝙ Papa de vno epiſcopa
tu poteſt facere duos ſicuti Imperator de duabus ci
uitatibus poteſt facere vnam,& econtra,de vna ci-
uitate ſeu de vna prouincia poteſt facere duas.§.il-
lud.in auth.vt iudi.ſine quo.ſuffra. colla. ij. l.ſi ea-
dem.ff.de offi.aſſeſſ.& pro hoc etiam facit c.ad au
dientiam.le j.de eccle.ædific.vbi propter diſtãtiam
loci & in diſpoſitione temporis hyemalis poteſt di-
uidi parœcia.Sed præmiſsis nõ obſtantibus in con
trarium videtur veritas in caſu iſto: & iſtud cõpro-
batur iuribus,authoritatibus & euidentioribus ra-
tionibus.Nam primò facit text.in c.fœlix. xvj. q. j.
ibi,in concilio Cartha.fuit ſtatutum,ꝙ nõ erigan-
tur de nouo eccleſiæ cathedrales,nec habeant diœ-
ceſes Epiſcopum quem nunquàm habuerunt:& ſe-
cundum gloſſ. ibi licèt ciuitas per mille annos ſine
Epiſcopo fuerit,dum tamen epiſcopalis limes poſ-
ſit probari,nõ obſtat præſcriptio. Secundò pro hac
parte facit c.multis.eadem cauſa,& quæſtione,vbi
prohibetur fieri diuiſio epiſcopatuum etiã in conci
lio generali ſine voluntate Epiſcopi, intelligendo
de Epiſcopo:ſecũdum gl.& Archid. Adde etiam c.
ſicut. xxj. q. ij.vbi prohibetur fieri diuiſio eccleſia-
rum.& in c.illud.le ij.vij.q.j. & ibi gloſſ.quæ ponit
quinque cauſas mutationis: & in c. maioribus. de
præbend. vbi prohibetur in concilio Turoñ. & ita
etiã tenet glo.in d.c.præcipimus. ꝙ requiratur con
ſenſus Epiſcopi: quia Epiſcopi debent inſtitui non
in Caſtellis & nõ modicis ciuitatibus ſed maiori-
bus.c.Epiſcopi.& c.illud.lxxx.diſt. & pro hoc etiã
videtur text.in c.lege.x.diſt.& ibi glo.ꝙ Papa non
poteſt diuidere epiſcopatũ inuito Epiſcopo & ſine
15 cauſa legitima. & ibi ſequitur Archid. † niſi fortè
propter multitudinẽ populi. c. nulli. xcix. diſt.licèt
ſecundum glo. ibi loquatur quãdo aliqua gens de
nouo conuertitur ad fidem propter multitudinem
loci:& adhuc requiritur cõſenſus Epiſcopi ſeu ple-
bani:& ibi videntur ſequi Archid.Gemin. Alexan.
16 Cardi.cũ non improbent glo. † & licèt fiat diuiſio
prouinciarũ per Imperatorẽ aut alium principem,
non tamen ſequitur ꝙ debeat fieri diuiſio epiſcopa
tuum & diœceſum. d.c.lege.ſecũdum glo. Archid.
Gemin.Cardin.& Alexan.ibi & prout ſuprà dictũ
fuit,Papa non debet detrahere vni eccleſię, & alte-
ri dare.c.ecce.xcix.diſt.quia ſecundũ glo. ibi Papa
per ſuum mandatũ non vult derogare iuri alterius
per iura ibi alleg.Nam ſecũdum Gemin.ibi princi-
pis non eſt perimere iura alterius. l.quotiens. C. de
precib. Impera.offer.& maximè in Epiſcopis quos
Papa vocat fratres.& in dubio princeps non vide-
tur alteri velle pręiudicare: ſecundum Alexan.Car
di.ibi & pro præmiſsis etiã facit c omnes.xxij.diſt.
17 vbi quãdo † detrahitur iuri alterius Papa cenſetur
iniuſtitiam facere,niſi ſecũdum glo. ibi ſubſit cau-
ſa, & ſecũdum Archid.ibi Papa nõ debet in cuiuſ-
quam alterius beneficiũ tribuere. l. nec auus. C.de
emancipa.

emancipa.libe.& in d.c.omnes.etiam ſequitur Gemin.ꝙ ſicut Imperator non poteſt ius alterius ſine cauſa auferre:neq; etiã Papa.& etiam ibi ſequitur Cardi. Alexan. poſt Hugo.ꝙ Papa ſine cauſa hoc
18 facere nõ poſsit: † quia quod vnũ eſt diuidi nõ poteſt:ſecundum gloſ. in d.c.lege.& pro pręmiſsis facit etiam c.eccleſiæ.xvj.q.j.vbi etiã in concilio Cabiloneñ.fuit ſtatutum vt eccleſiæ antiquiores, nec decimis,nec vlla poſſeſsione priuentur.ita vt nouis oratorijs tribuantur,& maximè quãdo prior eccleſia enormiter lęderetur prout in caſu iſto:quia eſſet enormis læſio epiſcopatus Grationop.ſi fieret diuiſio diœceſis Grationopolis. de villa Chamberiaci, vbi eſt ſolitus habere officialem foraneum à quo appellatur ad officialem Grationopolis, & etiam quò ad decanatum Sabaudię qui eſt vnum principale membrum dicti epiſcopatus.Non obſtat præmiſsis c.non autẽ.vij.q.j.vbi in eccleſia Hypponenſi præfuerunt duo prælati, videlicet Auguſtinus & Valerius:quia hoc fuit diſpenſatiuè propter nimiã probitatẽ Auguſtini,nec vnquàm fuit repertũ ante nec poſteà,&ideò ſi Auguſtinus sciuiſſet fuiſſe prohibitũ in concilio Niceno: nunquã acceptaſſet, vt ibi referunt Archid.Gemi.Alexan.Cardin.pro hoc facit c.quoniam.de offic.ordi.vbi videtur monſtrũ ꝙ fiant duo Epiſcopi in vna diœceſi. Præterea pro hac parte ꝙ prohibeatur diuiſio epiſcopatuum facit c.j.vij.q.j.vbi ex cõcilio apud Aluerniã celebrato nullus viuẽte Epiſcopo ſuperponatur, aut ſubordinetur.& c.mutationes.ead.cauſa.& quæſtio.vbi prohibẽtur fieri mutationes Epiſcoporũ,niſi pro cõmuni vtilitate & neceſsitate,& non pro voluntate. ſed in caſu iſto nõ poteſt prętendi cõmunis vtilitas vel neceſsitas,imò plura incõmoda prouenirent, ſi fieret diuiſio epiſcopatus Grationopol.tàm à parte Sabaudiæ, ꝙ Delphinatus, prout eſt notorinm & ideò:ſecũdum Archid.in d.c.mutatiões.fortè Deus omnipotens offenderetur, ſi fieret talis diuiſio & mutatio.c.ſcripſit.in fi.vij.q.j.& pro præmiſsis etiã facit c.in illis.lxxx.diſt. vbi in ſingulis ciuitatibus ſingulos & nõ plures Epiſcopos conſtitui oportet. Nec obſtat de Auguſtino & Valerio:quia fuit ſpeciale:ſecũdnm glo.ibi.& ſuprà fuit tactũ. Nec etiã obſtat de Venetis qui habent patriarcham & Epi-
20 ſcopũ:† quia dictus patriarcha non eſt patriarcha Venetorũ,ſed Gradeñ.qui locus multũ differt à Venetis:ſecũdum glo.in d.c.in illis.lxxx.diſt. & iſtam partem, ꝙ Papa nõ poſsit diuidere epiſcopatũ ſine cauſa rationabili inuito Epiſcopo tenet Panor. in c.ſi.de confir.vtil.vel inutil.& pro hoc alleg.glo. in d.c.j.x.diſt.& alia iura iam ſuprà alleg.& idem Panor.in d.c.ad audientiam.le j.de cleric.ædifi.& clariùs tenet idẽ Panor.in eius diſputatione incipient. Epiſcopus.in xj.col.verſ.vj.& vltimo.& Felin.in c. quę in eccleſiarũ.de cõſtit.col.xvj.quia ſicuti Papa non poteſt diuidere epiſcopatum ſine cauſa: multò minùs ei auferre:ſicuti etiam non poteſt transferre Epiſcopum inuitum. & inter cæteras rationes ibi
21 adijcitur: † quia Chriſtus non dedit ſoli Petro poteſtatem clauium,ſed etiam alijs apoſtolis poſt reſurrectionem per verbum euangelij, Accipite ſpiritum ſanctum,quorum remiſeritis peccata &c.licèt commiſerit Petro tanquàm capiti eum vocãdo cephas per illa verba, paſce oues meas. & ſicuti Petrus non potuiſſet remouere aliquem apoſtolum ſine cauſa:ita nec Papa Epiſcopũ, vt cùm Epiſcopi ſucceſſerint loco apoſtolorũ.c.in nouo.xxj.diſtin.
22 prout ſuprà dictũ fuit: † Præterea beneficia cõferuntur perpetuò.c.præcepta.lx.diſt.& notatur in c.
23 paſtoralis.vij.q.j.& maximè in Epiſcopo † qui cõtrahit matrimoniũ ſpirituale cũ eccleſia ſua & ſicuti marito viuente nõ debet vxor alteri deſponſari: ſic etiã in Epiſcopo.c.ſicut.vij.q.j.& idem eſt quando fit diuiſio epiſcopatuum : quia quod vnum eſt non debet diuidi xxiij.quęſtio.j.c.loquitur.& c.ſciſma.
24 & in hac materia bonum eſt argumẽtum † de toto ad partem.l.quæ de tota. ff. de rei vendicatio. quia in hoc decoloraretur ſtatus vniuerſalis eccleſiæ: quia ſicuti Papa deponeret vnum Epiſcopum, vel etiam diuideret vnum epiſcopatum, alij Epiſcopi timerent prout incepit iam facere Papa Leo modernus in archiepiſcopatu Lugduni in villa Burgi Breyſsiæ,qui eſt de diœceſi Lugduni vbi nititur erigere eccleſiam archiepiſcopalem,& ſic de ſimilibus poſſet fieri:& iſtam rationem ſentit Panormita. in dict.diſputatione ſuprà allegata,& quando turbatur ſtatus eccleſiæ alicuius regni vel prouinciæ in conſequẽtiam dicitur turbari ſtatus vniuerſalis eccleſiæ:ſecundum Panormita.in c.literas.de reſtitu. ſpoliato.& etiam tenet Cardin. Alexand.in repetitione c.j.xv.diſt.in xxiij.col.quia prout ſuprà dictũ fuit,bonum eſt argumentum de toto ad partem. d. l.quæ de tota.& c.paſtoralis.§.item cùm totam. de offi.& poteſta.iudi.deleg.& ita etiam tenet Ludo. de Roma.conſi.cccxlv.incipien. Circa primum. in iiij.col.dum ibi tenet quãdo Papa transfert aliquos Epiſcopos ſine cauſa rationabili, tunc dicitur turbare ſtatũ vniuerſalem eccleſiæ : quia alij Epiſcopi poſſent terreri,& redderẽtur timidiores,& eſſet contra libertatẽ eccleſię:facit quod habetur per Inno.
25 in c.nouerit.de ſent.excõ.& iſto caſu † quãdo perturbatur ex facto Papæ ſtatus vniuerſalis eccleſiæ nõ eſt tolerandus. c. ſicut.xv.diſt.& per glo.in d. c. literas.& Inno.in c.quanto.de cõſue.& in c.inquiſitioni.de ſent.excõ.ita ꝙ iſto caſu nõ eſſet obtẽperandum præcepto Papę. Nec obſtant iura alleg.in princ.iſtius ſecũdę quęſt.ꝙ Papa habet poteſtatem diuidendi epiſcopatũ,& quòd iſtud ſit de reſeruatis Papę adeò, ꝙ legatus de latere nõ poſſet diuidere? Quia ad iſtud reſpõdetur,ꝙ iſtud verũ eſt,quando ſubeſt cauſa rationabilis,& interueniat conſenſus Epiſcopi aliâs nõ : ſecundum glo.& Archid.in d.c. præcipimus.& cap.ſicut duo epiſcopatus.xvj.q.j.& pleniùs ſuprà iam fuit tactum. Et ſi quæratur quæ ſint iſtæ cauſæ rationabiles propter quas Papa poſ
26 ſit moueri ad diuidendum epiſcopatum.† Reſpondeo, quòd fortè poſſet dici propter multitudinem populi exereſcentis:ſecundum Archidiaco. in dict. c. j. aliâs incipit,lege.x.diſtinctio.per c.nulli. xcix. diſtinction.Epiſcopo tamen priùs requiſito:ſecundum gloſſ.ibi,licèt propriè ille text. loquatur quando gens populi creſcentis fuit de nouo conuerſa ad fidẽ excreuiſſet:ſed in caſu populus villę Chãberiaci nõ fuit de nouo cõuerſus ad fidẽ, ſed ſemper fuerunt boni Chriſtiani:&ideò nõ eſſet iuſta nec rationabilis cauſa diuidendi epiſcopatũ Grationop.alię ſunt duę cauſę quas ponit gl.in c.cũ inferior.de maio.& obe.videlicet propter longã &latã prouinciã,

vel propter diuerſitatem linguarum & idiomatum. c.quoniam.de offic.ordin.ſed iſtæ rationes ceſſant in caſu iſto:quia idioma Delphineñ.& Sabaudigenarum non eſt diuerſum,nec ignotum, ſed intelligibile. præterea dominus Dux Sabaudiæ in eius patria habet plures epiſcopatus qui ſe extendunt in hac patria Delphiñ. in certa parte, vti epiſcopatus Taurini,&epiſcopatus Bellicēſis prout eſt notoriū nec eſt etiā lata & ampla diœceſis reuerēdi dñi Epiſcopi Grationo. quia poteſt in breui tēpore circui,
27 prout eſt notorium, & licēt † diœceſes epiſcopatuum ſe extēdant in diuerſis monarchijs diuerſorū principum ſecularium:non tamen propter hoc dicitur cauſa rationabilis diuidendi epiſcopatum. d. c. j.x.diſt.& hoc ibi tenent gl. Archid.Gemin.&Cardina. Alexandr.& per hoc etiam reſpondetur ad dictam l.j.C.de metro.poli.beri.lib.xj.& ad glo. in d. l.ij.in fin.C.de offic.præfecti præto. Affri.quia licēt fiat diuiſio principatuum & prouinciarū temporalium:non tamen ſequitur, ꝙ fiat diuiſio epiſcopatuum,&hoc tenet ibi Alber.dum ſe remittit ad no-
28 tata per Archid.in d. c.j.x.diſt. Præterea † vbi eſſet cauſa rationabilis prout non eſt,adhuc Papa ſolus ſine cōſilio Cardinalium nō poſſet diuidere epiſcopatum:quia iſtud eſt arduum negotiū, quod deberet expediri conſiſtorialiter:quia collegium Cardinalium eſt in quaſi poſſeſsione,ꝙ Papa non explicet ardua negotia ſine conſilio Cardinaliū, ſecundum Io.Monach.in c.ſuper eo.de hæreti.libr.vj. & ibi per Io. Andr. in nouella, & ita etiam tenet Panor.in d.diſputatione ſuprà allegata.& pro hoc allegat text.in c.per venerabilem.ver. eiſdem rationibus.qui filij ſunt legitim.& ita etiam tenet Barba. conſil.xl.in quarto volumine,in xxv. col.Nec ſufficeret.ꝙ Papa haberet particulariter cōſenſum aliquorū Cardinalium, niſi illud fieret collegialiter: ſecundum Barba.ibi,nam hic perturbaretur ſtatus
29 eccleſiæ vniuerſalis: † quia ordo eccleſiaſticus cōfunditur, niſi vnicuique ſua iuriſdictio ſeruetur. c. peruenit.xj.q.j.ſecundum Panor.in dict.diſputatione ſuprà alleg. Quinimò in re ardua requiritur cōſenſus Cardinalium,qui dicūtur capitulum vniuerſalis eccleſiæ:ſecundū Bald.in l.cū multa.C.de bo. quæ liber. & eodem modo princeps de neceſsitate debet tractare cauſas graues cū conſilio procerum, & ſenatorū ſuorum, & non ex capite ſuo.l. humanum.C.de legi.ſecūdum Bald.& Iaſon.in l.placet. C.de ſacroſanct.eccleſ.ſed quicquid ſit nō vidi formam bullæ iſtius diuiſionis epiſcopatus, & erectionis de nouo eccleſiæ cathedralis ſeu archiepiſcopalis in dicta villa Chamberiaci ad ſciendum ſi proceſſerit cōſiſtorialiter vel ne. veruntamen vbi proceſſerit conſiſtorialiter,nō debet afferre præiudiciū iuri reuerendi domini Epiſcopi Grationop. nō vocati,nec requiſiti per iura ſuprà allegata. Ad tertiū
30 quæſitum: † licēt regulariter pro facto Papæ præſumatur iuſta cauſa propter authoritatē ſanctæ ſedis apoſtolicæ.c.cùm à nobis.in fin. de teſti.& idem in alio principe,vbi ſola voluntas habetur pro ratione:ſecundum glo.in l.relegati.in princ. ff. de pœn. & ibi Bart.& per Cyn.in l.reſcripta. C. de precibus Imperat.offer.tamen iſtud fallit in pluribus caſibus prout in caſu iſto:quia iſta diuiſio epiſcopatus & dimembratio iurium eccleſiæ cathedralis cōcernit ſtatum vniuerſalem eccleſiæ in conſequentiam quia ſic poſſet fieri de alijs Epiſcopis prout ſuprà dictum fuit.& ſic nō præſumitur iuſta cauſa:quia iſto caſu Papa nō poteſt diſpenſare ſine magna cauſa.
31 c.ſicut.xxj.q.ij.vbi in † concilio vniuerſali fuit prohibita diuiſio epiſcopatuum.& etiā in c.fœlix.& c. multis.xvj.q.j.vbi etiam fuit prohibita talis diuiſio in concilijs ibi mētionatis in ſuperſcriptione, & ſic non præſumitur iuſta cauſa iſto caſu in Papa.ſecundum Panorm.in dicta diſputatione incipient. Epiſcopus,& Felin.in c.quæ in eccleſiarū.de conſti. in quarta limitatiōe:quia quādo alteratur ſtatus vniuerſalis eccleſiæ nō eſt tolerandus Papa,nec præſumitur iuſta cauſa:ſecūdum Inno.in cap.quanto.de
32 cōſue.facit c.& ſi illa.j.q.vij.vbi fit mentio,† quan
33 do decoloratur ſtatus eccleſiæ. Secundò fallit, † ꝙ non præſumitur iuſta cauſa in Papa,quādo ex mandato Papæ timeretur ſcādalum futurū,cui obuiandum eſt.c.nihil.de præſcript.c.ij.de oper.noui nunciatio.cū ſimilibus;ſecundum Panor.& Felin.in d. c.quę in eccleſiarū.quia ſi dicta diuiſio epiſcopatus ſortiretur effectū, veriſimiliter oriretur ſcandalum diſcordiæ inter chriſtianiſsimū Regē.dominū noſtrum Delphinū,& eius patriā Delphinatus,& dominum ducem Sabaudiæ,& eius patriam: quia iſta diuiſio epiſcopatus eſſet multū nociua iuri & prærogatiuæ domini noſtri Delphini, & præſenti eius patriæ Delphinatus:prout etiam tāgetur in ſequenti dubio,attento etiam ꝙ dominus Dux Sabaudiæ in eius patria habet etiā plures epiſcopatus, qui ſe extendunt in hac patria Delphinatus, & eſſet dare occaſionē rixæ inter tantos principes,qui hactenùs fuerunt & ſunt ſanguine & parētela alligati & boni amici. Tertiò etiam fallit quādo prouiſio pontificis concernit fauorē & vtilitatem conſanguineorum,vel affiniū Papæ:quia iſto caſu præſumitur facere inſtinctū carnis & ſanguinis, & non inſtinctu ſpiritusſancti: ſecundum Bald.in l.ſi tutor.§.j.ff.de excuſa.tutor.prout in caſu iſto illuſtriſsimus dominus dux Sabaudię eſt alligatus Papę Leoni moderno prętextu matrimonij ſororis dicti domini ducis cum fratre dicti ſummi pōtificis moderni. Quartò etiam fallit quādo agitur de cōtractu ſeu obligatione naturali prout in caſu iſto vbi Epiſcopus dicitur ſponſus ſuæ eccleſiæ,& ſicuti requiritur eius cōſenſus in cōtrahendo tale matrimonium ſpirituale,ita etiā in diſſoluendo,& nō eſt licitū habere filios temporales.l.ſi tibi ff.de adoptio.& idem in Epiſcopo, quia nō debet eſſe ad tempus: ſecundum Panor. in dicta diſputatiōe. Quintò nō præſumitur iuſta cauſa: quia Epiſcopus dicitur quodammodo vaſallus Papæ & ſibi præſtat iuramentū fidelitatis.c.ego.de iureiurand. vbi etiam eſt obligatio reciproca. c.de forma.xxij.q.v.& quando agitur de auferēdo feudo in toto vel in parte non præſumitur iuſta cauſa: ſecundum Panor.& Felin.in d.c.quę in eccleſiarū. Sextò etiam nō præſumitur iuſta cauſa in Papa nec in alio principe prætextu nō ſubditorū,quādo agitur de præiudicio laici:ſecūdum Inno.in c.inquiſitioni.de ſent.excom.Panor.& Felin. in d. c. quę in eccleſiarū.prout & in caſu iſto, vbi agitur de magno præiudicio ſereniſsimi Regis domini noſtri Delphini prout tangetur in quæſito ſequēti.Septimò etiā fallit quādo Papa procedit parte non vocata,nec audi

ta nec audita:quia tunc nõ præſumitur iuſtitia, nec iuſta cauſa:ſecũdum Panor.in c.j.de cauſ.poſſeſ.& proprie.& Feli.in d.c.quę in eccleſiarũ.in vj.limitatione. Nec etiã obſtat ſi dicatur quãdo Papa procedit de plenitudine poteſtatis, ꝙ ſit ſibi obtẽperandum,& ꝙ non ſit ſibi dicendum cur ita facit: quia Papa non debet vti tali plenitudine poteſtatis, niſi de rarò & ex magna cauſa,prout iam ſuprà fuit tactum in primo dubio:licèt etiam talis clauſula non tollat defectum naturalis rationis,vti citationis & defenſionis partis:ſecundum Specu.in titu.de lega. §.nunc obſtendendum.verſ.xviij.& ibi Ioan.And. in additi.qui allegat clemen.paſtoralis.de re iudic.

34 Ad quartum quæſitum reſpondetur, † quòd prædictus dominus noſter Rex Delphinus habet iuſtam & legitimam cauſam ſe opponendi aduerſus dictam diuiſionem Epiſcopatus Grationopolis pro ſuo intereſſe: quia eccleſia cathedralis Grationopolis eſt ſita in hac eius ciuitate, & ibi eſt cathedra epiſcopalis vbi eſt ſolitus inſtallari: iuxta capitul.vt noſtrum.de officio Archidiaconi, & pariter ibi ſolet teneri eius ſynodus, bis in anno, vbi omnes clerici & presbyteri habentes curã animarũ veniunt etiã illi à parte Sabaudiæ,qui ſunt de diœceſi Grationop.iuxt.c.conquerente.de offic.ordin. vbi ponuntur iura epiſcopalia,& vt prætenditur dicta eccleſia cathedralis proceſsit ex fundatione regia Caroli Magni, cùm ibi habeat eius capellam ſancti Vincentij.& pariter aliqui domini Delphini fuerunt ibi ſepulti.Et licèt dicta eccleſia cathedralis Grationop. habeat bona in ditione Sabaudiæ, vti decanatum Sabaudiæ:tamen debet attendi locus capitis beneficij principalis.l. cùm in diuerſis. ff.de relig.& ſump.ſecũdum glo.in cap.in eccleſia-
35 ſtico.xiij.q.ij. † Præterea Reges & alij principes dicuntur patroni eccleſiarum cathedraliũ.cap.lectis. lxiij.diſt.in.ſecundum Archid.Gemi.Cardi.Alexã. ibi & Bald.in procemi.decretalium,& in cap.quanto.de iudic.&Corſet.in tractatu de poteſta.& excellen.Regi.quæſtio.xxxiiij.& nemini dubium quando agitur de dimembratione bonorum eccleſiæ patronatę patronus habet iuſtam cauſam ſe opponẽdi,imò quòd plus eſt,non poſſunt dimembrari nec alienari ipſa bona ſine conſenſu patroni: ſecũdum Specula.in tit.de empt.& vendi.§.nunc dicendum. verſ.cæterũ.& verſ.de capellanis. Adde Io.de Imo. in cap.j.de his quę fiunt à pręla.ſine cõſen.capituli. circa finem vbi tenet poſt Specul.vbi ſ. quòd requiratur conſenſus patroni in alienatione rei eccleſiæ patronatę. Præterea in dubio Papa per eius literas apoſtolicas non intendit derogare iuri patronatus laicorum.cap.dilectus.de offici.lega.& cap.cũm dilectus.de iure patro.ſecundum gloſſ.in clemen. per literas.de præben. Quinimò etiam ſi fiat mentio in genere de iure patronatus laicorum,non tamen intelligitur derogare iuri patronatus Regũ,Ducum, Marchionum,niſi nominatim & ſpecificè dicatur: quia in talibus difficilius derogatur: & quia talis derogatio eſt periculoſior:ſecundum Felin. in tractatu quãdo literæ,apoſtolicæ noceant iuri patronatus in vna ampliatione,& maximè in Rege Frãciæ qui inungitur diuinitùs,vt referũt Ioan. Andr. in nouel.& Gemin.in cap.ij.de præben.lib.vj.quoniam Reges Francię defenderunt res eccleſiæ Romanę,& habuerunt poteſtatem eligendi pontificẽ & eis fuit collata ſumma dignitas patriciatus.cap. Adrianus.le ij.lxiij.diſtinctio. Nam Reges Franciæ in coronatione, & ſucceſsione diadematis habent iurare tueri & defendere eccleſias Regni & Delphinatus:vt in procemi. pragmatic.ſanct. nam boni Regis & Principis eſt tueri & defendere iura eccleſiarũ.cap.boni principis.xcvj.diſtin.cap.principes.& cap.adminiſtratores.xxiij. quæſtio.v. nam ſi dicta diuiſio Epiſcopatus Grationo.cum dimembratione decanatus Sabaudiæ ſortiretur effectum reuenuta menſę Epiſcopalis Grationop. diminueretur de tertia parte vt fertur,& ſic habet dominus noſter Delphinus iuſtum intereſſe defendendi dictum dominum Epiſcopũ Grationopo.qui eſt eius vaſſallus ratione temporalitatis Grationop. & caſtrorum quæ tenet in pręſenti patria Delphinatus: cùm dominus obligetur etiã ad defendendum vaſallum.cap.de forma.xxij. quæſtio.v.cap.j.de nou. fid.& cap.j.de forma fideli, vbi oritur actio reciproca inter dominum & vaſallum. Adde etiam quòd Archiepiſcopus Viennen̄.cuius eſt ſuffraganeus d. Epiſcopus Grationo.habet etiam magnum intereſſe ratione appellationũ,& etiã ratione ſedis primi-
36 cialis. Ad quintum & vltimum quæſitum † quo remedio ſit conſulendum in hac materia tam pręfato reuerẽdo domino Epiſcopo Grationop. quàm etiã pręfato ſereniſsimo Regi domino noſtro Delphino.& in effectu vbi Bullæ dictæ diuiſionis & nouæ erectionis nondum eſſent leuatę,eſſet bonum deſtinare apud pontificem vnum oratorem literatum & idoneum ex parte Regia,& dicti domini Epiſcopi, ſi viſum fuerit ad impediendum leuationem dictarum literarum: quia faciliùs à principio non admittitur hoſpes quàm ex poſt facto eijciatur.c.quẽadmodum. de iureiurand.& vbi dictę literę eſſent leuatę,quòd idem orator porrigat ſupplicationem eidem ſummo pontifici quòd dignetur ſanctitas ſua ex cauſis ſupra narratis retractare & reuocare dictã diuiſionem & nouam erectionem & rem ad priſtinum ſtatum reducere: quia bene poteſt ſupplicari coram eodem ſummo pontifice de geſtis per ipſum ſaltem per viam reſtitutionis in integrum.cap.tum ex literis.de in integr.reſtitu.ſecundum glo.in cap. apoſtolicè.xxxv.quæſtio.ix.quia ſententia Romani pontificis per eundem in melius commutari poteſt.cap.veniam.& c.ſententiam.ead.cauſa,&quęſtio.& hoc ſi retractatio eſſet fienda via iuſtitiaria, aliâs ſi de facto proceſſerit,& de plenitudine poteſtatis ſine vocatione partis:ita ſimiliter de facto poſſet procedere ad retractationem: ſecundum Cardi. Alexand.in dict.cap. per principalem. ix. quæſtio. iij.facit glo.in l.minor.in princi.ff.de euict.& quod notatur per Bald.in l. ſi pacto quo pœnam. C. de
37 pact. non enim auderem conſulere, † quòd ab eodem Papa appellaretur ad futurum cõcilium: quia talis appellatio videtur reprobata, cùm à ſententia concilij generalis appelletur ad Papam, & non ecõtrà.c.ipſi ſunt.ix.quæſti.iij. & ideò emanauit extrauagans Pij II.contra appellantes à ſententia Papę ad futurum concilium,quòd ſint ſuſpecti de hęreſi: vt refert Card. Alexand.in repetitione.cap.j.xv.diſtincti.circa finem.& in rubr.de appella. Veruntamen vbi deputarentur aliqui exequutores in par-

tibus ſuper executione dictarum bullarũ, ſi poſſet haberi copia pro parte dict. domini Epiſcopi & etiã Regis, poſſent opponi cauſæ ſurreptionis & obreptionis. cap. ſi quando. de reſcript. quia tales delegati & executores apoſtolici non debẽt eſſe ita formidoloſi diſplicere Papæ quin admittant legitimas exceptiones & habeant ſuperſedere ab executione, quando cognoſcunt tales literas iniuſtas: ſecundum glo. in authen. de manda. princip. §. deinde competens. colla. iij quàm ibi not. Barto. l. puniri. & ibi glo. & Iaſon. C. ſi contra ius vel vtil. publi. & etiam ſequuntur Bal. Imol. & Felin. in dict. cap. ſi quando. de reſcript. & à tali executore poſſet appellari corã eodem, vel coram authenticã perſonã
38 ad Papam † quando exceditur modus in exequendo in non admittendo legitimas exceptiones: iuxt. nota. in cap. quod ad conſultationem. de re iudic. l. ab executione. C. quorum appella. non recipian. & in præmiſsis etiam eſt conſiderandũ., quòd de tempore illuſtriſsimę dominæ Iolant Ducicę Sabaudiæ adminiſtratrix domini Ducis Sabaudiæ eius filij attentauit de facto facere ſeparari dictum decanatum à diœceſi Grationop. per Romanum pontificem, ſed ex poſt facto ad proſecutionẽ Regis Ludouici XI. domini Delphini Papa reuocauit & ceſſauit omnia, & rem ad priſtinum ſtatum reducit: quia res de facili ad ſuam priſtinam naturam reuertitur: ita quòd ſi in iſta noua prouiſione diuiſionis dicti epiſcopatus Grationop. fuerit tacitum de præmiſsis, talis ſurreptio ſeu obreptio redderet ipſo iure bullam nullam: quia in beneficialibus ſeu literis de gratia nimia ſubreptio vitiat ipſo iure. cap. j. & ij. de fil. presbyter. libr. vj. cap. ad audientiam. le ij. c. poſtulaſti. c. cùm adeò. & ca. ſi proponente. cum ibi nota. de reſcript. Non obſtat etiam præmiſsis ſi dicatur ſi reperiatur reuerendũ quondam dominum Sybaudum Alamandi Epiſcopum Grationop. patruum reuerendi domini Laurentij Alamandi Epiſcopi Grationopolis moderni conſenſiſſe dimembrationi dicti membri decanatus Sabaudiæ: quia ad iſtud reſpondetur, vbi legitimè apparuerit de dicto prætenſo conſenſu proceſsit nulliter abſque tractatu & conſenſu ſui capituli beatæ Mariæ Grationopolis, & abſque legitima cauſa, & ſic proceſsit nulliter, nec debet præiudicare eccleſiæ, nec ius ſucceſſori in beneficio. cap. de his. quę fiunt à præla. ſine conſen. capit. cap. nulli. cap. ſi quis presbyterum. de reb. eccleſ. non alienan. cap. ſine exceptione. xij.
39 quæſtio. ij. clementi. j. de reb. eccleſ. non alie. † quia factum prælati minus legitimè: non debet præiudicare eccleſiæ. cap. ſi Epiſcopum. xvj. quæſtio. vj. & ideò iure merito omnia fuerunt caſſata & reuocata, prout ſuprà dictum fuit. Et ita videtur dicendum in caſu præmiſſo ſalua ſemper proteſtatiõe, de qua ſuprà in principio, & rectiori conſilio cuiuſlibet alterius melius ſentientis. Anno natiuitatis domini milleſimo quingenteſimo decimoquinto, die xxix. menſis nouembris de licentia verbali curiæ parlamenti Delphinal. quærant domini Præ. Pal. pelate. Rabo. Marchi. Galli. vli. Morarta. Galli. dominus Marchi originale iſtarum allegationum nobili Nicolao de Ganameria correario magiſtro Petro Pollardi ſecretario & ſigillifero reuerendi domini Epiſcopi Grationop. in præſentia magiſtri Petri Ruffi clerici dicti domini Marchi.

ARGVMENTVM.

Eccleſię appellatione cathedralis eccleſia intelligitur: quæ nomine ſancti, quo intitulatur, exprimenda non eſt.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia uocabulum ſtrictè pro Epiſcopo & canonicis eccleſiæ cathedralis accipitur.*

2 *Eccleſiæ caput Epiſcopus. & numer. 4.*

3 *Eccleſiæ uocabulum pro maiori eccleſia ſumitur.*

5 *Eccleſia cathedralis ſub nomine diœceſis, non ſancti à quo intitulatur, nominatur.*

6 *Eccleſiæ cathedralis nomẽ ſancti à quo denominatur in gratijs de ſtilo curiæ Romanæ non exprimitur: ſecus in eccleſijs inferioribus.*

Quæſtio MCXXIII.

QVAERITVR an appellatione eccleſię intelligatur ſolùm de cathedrali eccleſia: & an de ſtilo curię Romanę non ſit ſolitum exprimi nomen ſancti, ſub cuius vocabulo eſt erecta eccleſia cathedralis: & quid iuris de ecclſijs inferioribus. Et in effectu videtur dicendum, quòd debeat ſolum intelligi de eccleſia cathedrali. cap. cum clerici. de verbo. ſignifica. vbi iſtud vocabulum eccleſiæ, ſtri-
1 ctè † ſumitur pro Epiſcopo tanquam capiti, & canonicis eccleſię cathedralis tanquàm membris: licèt ſecundum glo. iſtud nomen eccleſia habeat varias ſignificationes, de quo ibi, & eſt ratio: quia non eſt, tanta communio inter Epiſcopum & aliàs eccleſias, quanta inter ipſum & eccleſiam cathedralem: ſecũdum glo. ibi: cap. requiſiſti. de teſtamen. cum quã ipſe efficitur vnum corpus, & ipſi canonici membra. cap. nouit. de his quę fiunt à præl. ſine conſen. capit.
2 vbi † Epiſcopus dicitur caput & alij dicuntur membra. & ſecundum Innocen. in dict. cap. cùm clerici. dicit ꝙ iuramẽtum fidelitatis pro ſpiritualibus nedum præſtatur Epiſcopo ſed etiam capitulo: quia iſta iura ſpiritualia non ſunt diuiſa inter Epiſcopũ & capitulũ: ſecus ſi præſtaretur Epiſcopo iuramentum fidelitatis pro aliquibus tẽporalibus quæ ſunt
3 ſegregata à capitulo: & vlterius dicit, quòd † per eccleſiam ibi intelligitur maior eccleſia. allegat lxiij. diſtinct. cap. ſacrorum. §. vltim. c. antiquos. x. quæſt. j. & quandoquè appellatione maioris eccleſię intelligitur tantùm Epiſcopus, & quandoquè quęlibet eccleſia: ſecundum Innoc. in dict. cap. cùm clerici. Hoſtien. in dict. cap. cùm clerici. tractat primo de iuramento obedientię & etiam fidelitatis & etiam qualiter canonici debent iurare ſeruare iura eccleſiæ. & pariter in §. nos igitur. tractat in appellatione eccleſię ſumatur ſtrictę pro Epiſcopo principaliter & ſecundario pro eius capitulo, cùm ſint vnum corpus. Ioan. And. in dict. cap. cùm clerici. tractat de iuramento obedientię vel fidelitatis. & pariter rddit rationem quare ibi appellatione eccleſię ſu-
4 matur ſtrictè † pro Epiſcopo & capitulo, propter periculum quod eminere poſſet ratione periurij. Henri Boic in dict. cap. cùm clerici. tractat quęſtionem vtrum clerici vel laici qui eccleſiæ cathedrali iuramentum præſtare tenẽtur, præſtare teneãtur, quoad ſpiritualia vel temporalia. & ibi in fi. tractat quot modis ſumatur eccleſia, de quo per glo. in cap. ſi. ne

prælati

prelati vices ſuas. Cardi. Flor. in d.c. cùm clerici. no
5 tat, † q eccleſia cathedralis nominatur, ſub nomine appellatiuo diœceſis nó expreſſo nomine ſancti ſub quo intitulatur: vt ibi, Placentinę: deinde tractat de ſignificatione huius verbi eccleſię, & ibi etiam ponit rationem quare eccleſia ibi accipitur ſtrictè etiã Antho. de Butr. tractat etiam de forma iuramenti: & deinde tractat quot modis aſſumatur eccleſia. Panormita. in dict. cap. cùm clerici. etiam tractat de effectu iuramenti pręſtandi per clerum Epiſopo, & eius cap. penul. Veruntamen redeundo ad quęſitum gloſſ. in cap. quamuis. §. quãquàm. de prębend. lib. vj. ſuper verbo, non extendit, refert q
6 de ſtilo † curię Romanę in cathedralibus eccleſijs non ſolet exprimi nomen ſancti ſub eius vocabulo eſt erecta eccleſia cathedralis aliter gratia rederetur ſubreptitia: ſed in eccleſijs inferioribus bene exprimitur nomen ſancti: fallit in quibuſdam locis ſolentnibus habentibus matrices eccleſias, vbi exprimitur eccleſia ſine nomine ſancti: ſecundum Ioan. And. ibi in nouella. & ibi ſequũtur communiter cęteri doctores per cap. cùm adeò. de reſcript. & per alia iura vbi ſupra allegata. Adde quòd appellatione eccleſię intelligitur de cathedrali tãquàm eo honorabiliori. cap. quamuis. le j. §. quãquàm. cum ibi nota. de prębend. lib. vj. pro quo facit clemen. j. de ſenten. excõmu. facit quod habetur in §. ſed ius quidem verſi. ſed quotiens. inſtitu. de iure natur. genti. & ciuil. & ibi gloſſ. quando fit mentio de apoſtolo intelligitur de Paulo.

ARGVMENTVM.

Clericorum appellatione qui veniant.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum appellatione nedum maiora & minora continentur: ſed etiam prębendę.*
2 *Clericorum nomen in reſcriptis cõtentioſis ſtrictè ſumitur.*
3 *Canonici an & quando clericorum appellatione ueniũt, & numer. ſequen.*
4 *Chriſtianorum duo ſunt genera.*

Quæſtio MCXXIIII.

QVAERITVR qui contineantur appellatione clericorum. & in effectu prima facie videretur dicendum, quòd debeat ſumi largiſsimè pro omnibus clericis ſubditis Epiſcopo. cap. cùm tibi. de verbor. ſignific. ita quòd comprehenduntur canonici, vt ibi habetur per glo. quia ex quo ſimpliciter & indefinitè intelligitur de omnibus, etiam ſi concedatur priuilegium contra conſuetudinẽ deſcendentium ab inteſtato, vt propinqui ſuccederẽt in bonis intuitu eccleſię acquiſitus, vt Epiſcopus poſsit diſponere, quia intelligetur de omnibus cle-
1 ricis: ſicuti dicitur † quòd appellatione beneficiorum tàm maiora quàm minora beneficia continentur etiam prębendę & maiora beneficia. cap. tua nobis. de verbo. ſignifi. vnde ſecundum Ioan. And. in dict. cap. cùm tibi. etiam comprehenduntur canonici. Nec obſtat cap. ſedes. de reſcript. vbi non comprehẽduntur canonici tanquã maiores: & de primo gradu quia loquitur in reſcriptis ad lites, odioſis: ſecus in indulgentijs Henric. Boic in dict. cap. cùm tibi. tractat an nomen clericorum debeat accipi lar-
2 giſsimè, largè, aut ſtrictè: † quia in reſcriptis contentioſis ſumitur ſtrictè: ſicuti, quãdo fit mentio de nomine cathedralis eccleſiæ: quia ſolùm continetur capitulum ipſius eccleſiæ, non inferiores ad euitandum periurium. cap. cùm clerici. de verbor. ſignifica. Cardi. Flor. in dict. cap. cùm tibi. quę de ratione dubitandi quare ibi appellatione clericorum cõ
3 tineãtur canonici, vbi dicit. quia videbatur † quòd appellatione clericorum nõ venirent canonici, per dict. cap. ſedes. & per cap. quia periculoſum. de ſenten. excõ. lib. vj. vbi quando fit mentio de ſentẽtia excõicationis ſuſpẽſionis vel interdicti non cõprehenduntur Epiſcopi vel alij ſuperiores, niſi expreſsè dicatur: quia in caſu iſto tractatur de beneficio qđ debet latè interpretari: ſecus in odioſis. Anthon. de Butr. in dict. cap. cùm tibi. idem tenet: quia in materia ſtricta, appellatione clericorum non comprehẽduntur canonici: ſecus in materia larga. Panormi. in dict. cap. cùm tibi. tenet, quòd verbum clericorũ in priuilegio prolatum comprehendit canonicos etiam eccleſię cathedralis: ſecus in reſcriptis ad lites, quę ſunt odioſa. de quo etiam ſe remittit ad notata per ipſum in rubric. de vita & honeſta. clerico. circa finem, vbi tenet quòd largo ſumpto vocabulo appellatione clericorum veniunt omnes in quacũq; dignitate ſint poſiti, ex quo ſunt clerici ad ſer-
4 uitium Dei deputati: † cùm duo ſint genera Chriſtianorum, vnum clericorum aliud laicorum. cap. duo ſunt. xij. quęſtio. j. priuilegium ergo tributum ſimpliciter clericis comprehendit omnes clericos, etiam ſi ſit Epiſcopus: ſed in ſtricta ſignificatione, & in materia odioſa appellatione clericorum non cõprehẽditur Epiſcopus. cap. quia periculoſum. de ſenten. excommu. lib. vj. cap. in fidei fauorem. de hęretic. eod. libr. & idem de alijs clericis in dignitate conſtitutis, & caninocis cathedralium eccleſiarũ. c. quamuis. de prębend. lib. vj. cap. ſtatutum. de elect. eod. lib. cum ibi not. & ratio eſt ſecundum Panor. in dict. rubric. quia in iſtis clericis in dignitate conſtitutis ineſt qualitas, quę non eſt in alijs ſimplicibus clericis: ſecundum Innocen. in cap ſedes. de reſcript. & hoc in materia ſtricta: ſecus ſi non ſit odioſa. per iura ſupra allegata.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio quid.*
2 *Epiſcopus quibus in caſibus diſpenſare poſsit.*
3 *Clerici an & quando per iudicem ſecularem diſtringi poſſunt.*
4 *Epiſcopus ſine cauſa diſpenſare non debet.*
5 *Epiſcopi contra canones diſpẽſare non niſi eis permittatur poſſunt.*

Quæſtio MCXXV.

QVAERITVR quid ſit diſpẽſatio, & in quibus caſibus Epiſcopi vel Archiepiſcopi poſsint diſpenſare, & in quibus caſibus prohibean
1 tur. Et in effectu † diſpenſatio dicitur iuris communis relaxatio cum cauſę cognitione: ſecundũ Inno. in cap. dilectus. de tempo. ordina. & ibi per Hoſtiẽ. Ioan. Andr. & cæteros. & in cap. cùm ad monaſterium. de ſtatu monachorum, & per Specula. in titu. de diſpen. in princip. & in §. iuſta quis diſpenſet, ſuper defectus irregularitatis. & in §. nunc de Epiſcoporum. vbi ponit caſus vbi Epiſcopi poſsint diſpen

ſare,& in verſicu.in his igitur.deducitur, quòd Epi
2 ſcopus † poteſt diſpẽſare:in caſibus expreſsis in iu-
re.ſed non in alijs qui non ſunt expreſsi:ſecundum
Goffre.Guliel.nat.& eorum ſequaces:quia Epiſco
pus eſt aſtrictus obſeruare canones.cap.j.de conſti
tu.cap.ego.de iureiurand.c.hac conſona.xxv.quæ-
ſtio.j.non debet cõtra canones facere,nec debet di-
ſpenſare niſi vbi inuenitur expreſſum : ſecundum
Innocen.in dict.cap.dilectus.vel ſecundum glo.ibi
non licèt Epiſcopo diſpenſare in his quæ pertinent
ad generalem ſtatum eccleſię per iura ibi allegata:
ſed in delictis poteſt diſpenſare iuxt.dict.cap.at ſi
clerici.§.de adùlterijs. Nec obſtat c.nuper. §. in ſe-
cundo. de ſenten.excõmu.vbi habetur,ex quo con
ditor canonis eius abſolutionem ſpecialiter ſibi
non retinuit alijs conceſsiſſe videtur:quia ſecundũ
Innocen.& Cardi. Flor.in dict.cap.dilectus.loqui-
tur in caſu abſolutionis & non diſpenſationis. Ve-
runtamen Specul.vbi ſupra pro contraria parte, ꝙ
ſit licitum Epiſcopis diſpenſare niſi expreſsè repe-
riatur prohibitũ.& ibi allegat plures doctores anti-
quos quorum dictum eſt communis ſecundum ip-
ſum,& inter cæteros allegat Vincen. ꝙ licitum ſit
Epiſcopo diſpenſare,niſi reperiatur inhibitum. ve-
runtamen in alijs nouis caſibus Papa eſt conſulen
dus,& ibi refert dominum Mar. qui dicit quòd in
caſibus in quibus verſatur peccatum mortale: ſecũ
dum legem diuinam vt in furto, rapina Epiſcopus
non poteſt diſpenſare xiiij.quæſtion.j.cap pœnale.
& ſecundũ aliquos Papa non poſſet diſpẽſare quo
minus fiat pœnitẽtia & reſtitutio,de quo ibi latiùs
per ipſum.deinde in verſicu. prohibetur autem Epi
ſcopus.ponit caſus in quibus eſt prohibitum Epi-
ſcopis diſpenſare, de quibus ibi latiùs per ipſum
Henric.Boic in dict.capitu.at ſi clerici. de iudic.in
princip. primò tractat an clerici poſsint diſtrin-
3 gi per iudicem ſecularem. † Et primò tenet quòd
ſit ex delegatione Papæ indiſtinctè, ſiue ciuiliter,
ſiue criminaliter,aut citra commiſsionem Papæ,&
tunc regulariter quòd non in clerico ſoluto etiam
de conſenſu Epiſcopi. Fallit quãdo eſt incorrigibi
lis,vel ſe immiſcet rebus ſecularibus, vel in auxiliũ
brachij ſecularis.de quo ibi latiùs per ipſum.Secun
dò ibi tractat an ſententia ibi lata à non ſuo iudice
teneat. Tertiò tractat qui prælati poſsint diſpenſa-
re,& etiam ponit certos caſus in quibus Papa non
diſpenſat:& etiã in caſibus in quibus poſſet diſpen
4 ſare non † debet diſpẽſare ſine cauſa:aliâs peccaret
ipſe diſpenſans,& ille cum quo diſpenſatur: ſecun-
dum gloſſ.in cap.non eſt.de vot.deinde etiam tra-
5 ctat de diſpenſatione Epiſcoporum,ꝙ † non diſpẽ-
ſant cõtra canones:niſi ſpecialiter permitteretur, ſi
verò quæratur in delictis,vide ibi per ipſum, & per
Panormit.Felin.& Barba. Veruntamen Epiſcopi
non poſſunt diſpenſare contra eorum ſtatuta vel
conſuetudinem approbatam ſaltem ad præiudiciũ
iuris quæſiti tertio : ſecundum Innocen. Hoſtien.
Ioan.Andr.& Cardina.Flor.in dict. cap. dilectus.
de tempor.ordinan.

ARGVMENTVM.

Permutatio contempto patrono laico an nulla ſit.

SVMMARIVM.

1 Gratia expectatiua ad beneficia uacatura, an ad beneficia
permutationis cauſa uacantia extendatur.
2 Beneficia uacantia ex cauſa permutationis non niſi permu-
tantibus conferri poſſunt.
3 Permutatio facta cũ tertio ut nepoti uel amico conferatur
quòd fraudulenta & ſymoniaca cenſeatur.
4 Beneficia patronata in commendam dari non poſſunt.

Quæſtio MCXXVI.

QVAERITVR an permutatio beneficij
authoriſata per Epiſcopum contempto pa-
trono laico ſit ipſo iure nulla ſeu irrita.& prima fa-
cie videretur dicendum quòd ſic. cap. decernimus.
xvj.quæſti.vij. ibi dum dicitur,ordinationem ſuam
irritans nouerit,& hoc verum in ſimplici collatio-
ne facta ſine pręſentatione patroni,& hoc tenet Io.
Andr.in cap.ij.de offic.ordina.lib.vj.in nouella.&
Panormi.in cap.cùm Bartoldus.de re iudic.& in c.
illud.de iur.patrona.& hoc quando patronus pro-
ſequitur contemptum:ſecundum Panormi.vbi ſu-
pra.& idem eſt in renuntiatione ſeu reſignatione
beneficij patronati,quòd debet interuenire conſen
ſus patroni:ſecundum Panormita.in cap.ſignifica-
tum.de præbend.& Ioan.de Imol. in clemen.j.de
rer.permu.Sed in cõtrarium facit c.j.de rer. permu.
1 lib.vj.vbi † gratia exſpectatiua apoſtolica ad bene
ficia vacatura non cadit ad beneficia vacantia ex
cauſa permutationis:quia aliâs inuicem permutan
tes reſignaſſent.& pro hoc etiam facit clemen.j.de
2 rer.permuta.vbi quando† beneficia vacant ex cau
ſa permutationis non poſſunt conferri alijs quam
permutantibus:nec ibi fit mentio de conſenſu pa-
troni:qui Epiſcoporum eſt permutare,vel permuta
tionibus authoritatem præſtare. cap. quæſitum.de
rer.permuta.ſecundum glo.in dict.clemen.j.de rer.
permuta.vnde in hac materia, Gemi.in dict. cap.j.
de rer.permuta.lib.vj.refert Lapum tenere,quòd in
beneficijs non collegiatis valeret permutatio bene
ficij de patronatu eccleſię,quòd bene tenet ſine con
ſenſu patroni:ſecus in patronis laicis:quia ſi contra
dicunt,non tenent.Si verè permutatio fiat per Epi-
ſcopum cum conſenſu illorum quorum intereſt,
tenet, aliâs non quando contradicunt, & idem te-
net in vnione beneficiorum de quo ibi latiùs per
ipſum.Ioan.Andr.in nouella in dict c.j. de rerum
3 permuta.lib. vj.tenet † quando permutatio fit cum
aliquo tertio vel renuntiatio vt conferatur nepoti
vel amico cenſetur fraudulenta & ſymoniaca. arg.
cap.ij.de renun.lib.vj. Idem tenent ibi Petr.de An-
char.Gemin.& Philip. Franc.qui Philip.videtur te
nere ꝙ teneat colla.licèt obſcurè loquũtur. Freder.
de Senis in tractatu de rer.permuta.q.xxx.in hac.q.
arguit pro & contra, & tandem inclinat in illam
partem, quòd talis collatio beneficij patronati ex
cauſa permutationis contempto patrono non ſit
nulla,ſed annullanda, ſi patroni contradicant.de
quo ibi latiùs per ipſum,& per domi.de Rot.in tit.
de rerum permuta.in nouis deciſi.vbi tenent, quòd
quando fit permutatio beneficiorum in manibus
Epiſcopi poteſt interuenire conſenſus patroni ante
& poſt.& tandem tenet,quòd in collatione volun-
taria beneficij patronati non tenet ipſo iure contẽ-
pto patrono:ſecus in collatione neceſſaria ex cauſa
permutationis,quia tunc non eſt irrita, ſed tenet,
niſi patroni contradicerent [illegible] aliqua cauſa ratio-
nabili &

nabili & infra tempus à iure ſtatutum. Feli.in dict. c.cùm Bartoldus.de re iudi. in quinta limitatione: ibi refert opiniones quando patroni contradicunt ex cauſa rationabili,quòd tunc poſſet irritari talis permutatio.do.Guid.Pap. deciſ. ccclxxiiij.in effectu tenet,quòd quando fit permutatio per ordinarium contépto patrono non eſt nulla,ſed venit annullanda quando patronus proſequitur eius contéptum infra tempus quod debet pręſentare: ſecus in collatione beneficij patronati contépto patrono & ibi etiam loquitur de legato de latere,de quo ibi latiùs per ipſum.de iſta materia etiam habetur in tractatu iur.patr.domini Rochi de Curte,ſuper verb. honorificum.in iij.quæſtio.& ibi refert quando fit permutatio beneficij patronati, ꝙ cõmuniter doct. tenent ꝙ talis permutatio tenet,vſq; quo patronus contradicat ex cauſa.& idem in legato de latere,&
4 quòd † talia beneficia patronata non poſſunt dari in commendam ſine conſenſu patroni. allegat glo. in c.nemo.de elect.lib.vj.de hac materia etiam ſcripſi in alio volumi. cauſarum eccleſiaſticarum. fol. ſexcenteſimoprimo.de iſta materia etiam habetur per Petrum de Ancha.& Ioannem de Imol.in cap. final.de rerum permutatio.

ARGVMENTVM.

Permutatio pinguis beneficij cum tenui quòd fraudis & ſymoniæ ſuſpitione non caret.

SVMMARIVM.

1 *Iactare ſuum nullus præſumitur.*
2 *Præſumptio ſi de tenu beneficio ad pingue permutatio fuit, facit ut renuntiatio & fraudulenta & ſymoniaca cenſeatur.*
3 *Permutationẽ tenuis beneficij cum pingui omni pactione ceſſante Epiſcopus authoriſare poteſt.*
4 *Præſumptio fraudis & ſymoniæ in actis allegari debet.*
5 *Authoritas ſuperioris attendenda.*
6 *Renuntiatio fraudulenta expectanti non præiudicat.*

Quæſtio MCXXVII.

QVAERITVR quando permutatur beneficiũ pingue cum beneficio tenui,an præſumatur fraudulẽta & ſymoniaca? Et videretur prima facie dicendum ꝙ ſic.c.ij.de renunti.lib. vj. vbi habetur,quando quis renuntiat tenuem præbendã & alius erat in infirmitate graui cõſtitutus,qui habebat pinguiorẽ præbendam in fraudẽ vt expectãs apoſtolicus habeat acceptare tęnuẽ præbẽdam primo vacaturã:tunc non præiudicat expectãti. Et maximè ſi talis pręcbenda pinguior conferatur renuntianti:quia eo ipſo cenſetur probata fraus: pro quo etiam facit cap.j.de rer.permuta.lib.vj. & in clem.
1 j.eod.tit.& pro hoc etiam facit,† quia quis non pręſumitur iactare ſuum.l.cùm de indebito.in princip. ff.de probatio.nam non eſt veriſimile, quòd quis ſpontaneę velit renuntiare beneficium fortè expen. & laboribus acquiſitum.capitul.ſuper hoc. de renuntia.capitul.quia veriſimile.de præſumption.vnde ſecundum Panormita. ibi iſta ſola præſumptio non ſufficit niſi adeſſent alia adminicula puta, quando quis habeat pingue beneficium & permutat cum nepote,qui habet beneficium tenue, & maximè ſi alter permutans ſit ſenex:quia hic concurrit ſuſpitio ſanguinis vltra tenuitatem beneficij. & pro hoc allegat Ioan. Andr.in dict.capitu.ſecundo de renuntiatio.libr.vj.in nouella. Veruntamen ſola preſumptio de tenui beneficio ad pingue pręſtat legitimam cauſam indicendi purgationem, ſeu aliter procedendi: ſecundum Panormita.in dicto capitu. quia veriſimile. Felyn.in dicto capitul. quia veriſi-
2 mile. Refert opiniones,† quia ſufficit ſola præſumptio de tenui beneficio, quòd talis renuntiatio præſumatur fraudulenta vel ſymoniaca: ſecundum Ioannem de Imol. in dict.capitu. quia veriſimile:niſi alia pręſumptio excludat iſtam, vt quia ſecurè non poterat manere in beneficio pingui propter intemperiem aëris, aut aliâs non erat tutus acceſſus.cap.ad ſupplicationem.de renuntia.& idem Felin.in dict.capitu.quia veriſimile.allegat Pet.de Anchar.conſil.ducenteſimooctuageſimo,incipiente, Quæſtio proponitur, vbi tenet, quando ſenex
3 vult permutare beneficium † opulentum curatum cum beneficio tenui habente paruam curam,quòd Epiſcopus poterit authoriſare,ceſſante aliqua pactione:& quòd Epiſcopus ex officio poterit reſeruare aliquam ſummam annuã dicto homini ſeu renũtianti.allegat etiam eundem Petr.de Ancha.conſil. cclxxxix.incipiente In caſu præmiſſo, & quando aliquis renuntiãs eſt infirmus,requiritur quòd infirmitas ſit grauis.dicto cap.ij.de renunti.lib. vj. ſuper quo eſt fundata regula cancellariæ xviij. & de iſta materia etiam habetur per Ioannem de Anan.
4 in c.audiuimus.de collu.deteg.† & quòd talis pręſumptio debet allegari in actis.l.ſi adulterium cum inceſtu. §.idem Pollioni.ff.de adulte. & ibi Bartol. & licèt vnum beneficium ſit minoris valoris quàm aliud:non tamen propter hoc vitiatur permutatio, etiam ſi ſint diuerſæ qualitatis: ſecundum Freder. de Senis in tractatu permuta.quæſtio.vltim.& Rota in antiquis deciſ.cxl.incipiente, Item nota. idem Panormita.in capitu.j.de cleri.non reſiden. tractat de iſta materia,& idem refert Ioan.de Lig.ibi tenere,quòd valeat renuntiatio etiam ſi concurrat præſumptio conſanguinitatis,dum tamen ſit idoneus. & ibi ponit certas coniecturas ad excluſionem fraudis vt puta,quia pingue beneficium requirebat magnam curam, vel quia locus non erat tutus: prout ſupra dictum fuit. Ioannes Andræ.in dicto capitu. primo, de rerum permuta. libr. vj. refert Ioannem Monachum tenere quando habens pingue beneficium permutat cum tenui beneficio, quòd valet permutatio.& pro hoc allegat l.ſi quis donationis. ff.de contrahend.emptio.quæ licèt loquatur in venditione:tamen idem in permutatione, cùm venditio aſſumpſit originẽ à permutatione.l.j.de contrahend.emption. Veruntamen ſi adeſſent alię circunſtantiæ fraudis non teneret permutatio: ſecundum Ioannem Andr.in nouella ibi, Petr. de Anchar. in dict.capitul.de rerum permutatio.idem tenet quòd Ioannes Andræ. & etiam in effectu ibi ſequuntur,
5 Geminia.& Philip. Franc. † quia attenditur authoritas ſuperioris à quo ſumit Robur permutatio, & non à conuentione partium. capitul. quæſitum. & capitul. vt vniuerſorum.de rerum permutation. Adde l.filię meę egre.ff.ſolu.matrim.vbi repudium fraudulentum non præiudicat:& ſecundum Bald. ibi cap.ij.de renun.libr.vj.emanauit. de vtero dict.

l.filię.& ibi inducũt Barto. Ioan.de Imol.poſt Bal.
6 & Alexand. † quòd renuntiatio beneficij facta in
fraudem non præiudicat exſpectanti apoſtolico,&
dicitur apparere de fide quando renuntians detine
batur graui infirmitate,ex qua veriſimiliter dubita
tur mori:de quo etiam per Angel. in l.dubium. C.
de repud.per Ioan.de Ana. in capit. audiuimus.de
collu.detegend.per glo.in regula cancellariæ.xviij.

ARGVMENTVM.

De ſymonia mentali.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij purè fieri debet.*
2 *Renuntiatio beneficij quantuncunque pura & ſimplex ſit, ſi eo animo fecerit, ut tertio conferretur, ſymoniaca cenſetur.*
3 *Symonia ſicut uſura,ſola uolunate committtitur.*
4 *Pro ſymonia mentali an ſola pœnitentia creatori facta ſufficiat.*
5 *Lucri ſola expectatio,in mentali uſura,uſurarium facit.*
6 *Symonia ſola intentione quando inducatur.*
7 *Symoniæ & uſuræ differentia.*

Quæſtio MCXXVIII.

QVAERITVR quando ſit collatio ſeu
præſentatio beneficij vt conferatur alicui a-
mico confido idoneo ſub intentione ſaltem men-
tali,vt poſtmodum habeat dimittere beneficium,
an incurratur ſymonia etiam quò ad tractantes &
ſe impedientes?Et videretur prima facie dicendum
quòd ſic,quia in beneficialibus non debent inter-
uenire pactiones.capitu.pactiones.& capitul. cùm
1 pridem.de pactis. Nam † collatio beneficij debet
fieri purè &ſimpliciter abſque contemplatione per
ſonę:cap.ordinationes.j. quæſtion. j. vbi prohibe-
tur pretio vel precibus vel obſequio fieri collatio
beneficij,licèt gloſſ.ibi teneat,quòd non eſt ſymo-
nia renuntiare beneficio:vt alij detur: dum tamen
in pactum nõ deducatur.& licèt quiſq; habeat ſpem
habendi beneficium,non tamen dicitur ſymonia.
2 glo.in cap.ex parte.le j.de offic.deleg.tenet † quòd
quando quis renuntiat ſimpliciter beneficio,ſed in
anno habet quòd detur alteri,aliàs non fuiſſet re-
3 nuntiaturus , quòd committatur ſymonia: † cùm
committatur ſola voluntate,ſicut vſura.cap.conſu
luit.de vſur.capitu.fin.de ſymonia.cap. qui ſtudet.
j.quæſti.j.licèt.glo.in dict.cap.ex parte. faciat cer-
tam differentiam in ſymoniacis, quia prohibita: &
econtrà quando prohibita: quia ſunt ſymoniaca,
de quo ibi latiùs per glo.& docto.glo. verò in cap.
dilecto.de præbend.ſuper verbo, reſignauit. tenet,
quòd reſignatio beneficij debet fieri purè ſine ali-
qua conditione modo aliàs eſſet ſymonia.cap. quã
pio.j.quæſtio.ij.Ioan.Andr.in nouella.in cap.j. de
rer.permuta.lib.vj.tenet,quòd non procedit permu
tatio,cùm beneficium meum tibi renuntiatio,& tu
tuum nepoti meo vel amico:quia tunc non ſit per-
mutatio de ſuo beneficio:& quia eſt ſymoniacum.
allegat glo.in dict.cap.ex parte.Petr.de Ancha. in
dict.cap.j.de rerum permutati.lib.vj.idem tenet. &
idem tenet Dñs Gemi.quia non dicuntur tũc permu
tare beneficia ad inuicem.Philip. Fran. videtur te-
nere,quòd iſto caſu valet renũtiatio,& collatio per
ſuperiorem hincinde facta.cap. cùm vniuerſorum.
de rer.permuta.niſi eſſet expectans: quia tunc non
procederet.dict.cap.j.de rer.permuta.lib.vj.de quo
ſe remittit ad nota. per Freder.de Sen. in tractatu
permuta.quæſtio.j.& Ioan.de Imol.in dict. cap. fi.
de rer.permu.facit &pro pręmiſsis cap.ſecudum.de
renun.lib.vj.cum ibi nota. Nec obſtat cap.fina.de
4 ſymoni.vbi † pro ſymonia mentali ſufficit per ſo-
lam pœnitentiam ſuo ſatisfacere creatori, & quòd
non tenetur de ſymonia. vnde ſecundum gloſſ. ibi
ſola voluntas ſiue affectus animi nõ facit aliquem
ſymoniacum,licèt aliter peccet.& pro hoc allegat
cap.conſulere.de ſymo.licèt glo.ibi not. argumen.
quòd ſola voluntas facit hominem ſymoniacum.
cap.qui ſtudet.j.quęſtio.ſed in contrarium tenet in
dict.ca.conſulere.licèt aliàs peccet,& quòd nõ fuit
proceſſum ad actum,ſed fuit contentum ſuis termi
nis. faciunt notata in cap.tua nos.in fine de ſymo.
quia tales non dicuntur ſymoniaci,quantum ad ec
5 cleſiã:de quo ibi latiùs habetur: † ſed in vſura men
tali ſola ſpes lucri facit vſurarium. xiiij.quæſtio.iij.
cap.j.& cap.conſuluit.de vſuris. Panormit.in dict.
6 cap.tua nos.allegat Innocen. † quòd ſola intentio
inducit ſymoniam in prohibitis , quia ſymoniaca,
quæ ſunt ſpiritualia & de iure diuino:vt vendere ſa
cramenta,& ſimilia:ſed in ſymoniacis:quia prohi-
bita ſola intentio non inducit ſymoniam: vt ſi quis
renuntiet beneficio ſuo cum intentione habẽdi ali-
quid temporale.de quo ſe remittit ad nota. per glo.
& doctor.in cap.ex parte.le j.de offic.delega. & de
hac materia etiam habetur per gloſſ.in ſumma.j.q.
j.& in cap.ſunt nonnulli. ead. quæſtio. an collatio
beneficij facta per pręlatos ſeruitoribus contempla
tione remunerationis ſeruitiorum dicatur ſymonia
ca:& etiã fuit tactum ſupra quæſtio.cclxxxv.& pro
hoc etiam facit glo.in cap.j.de cleric. non reſiden.
lib.vj.in fi.de canonico:quia vadit ad eccleſiã pro-
pter diſtributiones & non propter diuinũ officium
quòd committit ſymoniam mentalem. vnde redeũ
do ad Panormi.in dict.cap.tua nos.per Ioan. And.
& quòd ſola intentio non inducit ſymoniam niſi
mentalem,& quòd eſt maxima differentia inter ſy
moniam mentalem quę poteſt aboleri per ſolam
pœnitentiam & ſymoniam cõuentionalem,in qua
debent rẽſtitui omnia. Idem verò Panormi.in dict.
7 cap.fin.de ſymo.in glo.fi.tenet, † ꝙ eſt differentia
inter vſurã & ſymoniã:quia in vſura mentali licèt
non interuenerit pactum:ſed duntaxat affectio mu
tuantis,vt quia aliàs non erat mutuaturus , niſi ha-
buiſſet illam ſpem conſequẽdi aliquam vtilitatem:
quia tenetur reſtituere quicquid conſequutus eſt:
ſecus in ſymonia mentali,vt ex ſola affectione non
teneatur reſtituere quicquid inde conſequutus eſt:
ſed ſatis eſt agere pœnitentiam de mente deprauata
& eſt ratio diuerſitatis:quia vſura eſt prohibita
vtroq; teſtamento,nec Papa in ea diſpẽſare poteſt:
ſed ſymonia in beneficio. Deſunt nonnulla.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio clauſa in corpore iuris dicitur,cùm beneficium eo modo quo prius uacabat,uacet.*
2 *Gratia Papæ falſa cauſa non uitiatur.*
3 *Cauſæ finales ubi plures inueniuntur , unam eſſe ueram ſufficit.*

Quæſtio MCXXIX.

QVAERITVR ſuper cauſa poſſeſſoria prioratus beatæ Mariæ de Mura mandamẽti Mirę in Mathaſſena ordinis ſancti benedicti reuerendi domini Gulielmi d'Allegre prothonotarij contra venerabilem dominum Ioannem Gauteronis & reuerendum in Chriſto patrem dominum Gabrielem Deſclaſſatis Epiſcopum Vapicenſis, vbi fuit obtẽta noua prouiſio apoſtolica pro parte dicti d'Allegre in qua narratur quòd ceſſante cõmenda dicti prioratus per obitum Ioannis de Poyſiaco canonici ſancti Anthonij qui extra curiam Romanam diem ſuum clauſit extremum, ad hoc eo quòd dum ſibi commendatus fuit vacabat modo vacante dilectus filius magiſter Aymarus de Poyſiaco notarius qui monaſterium ſancti Petri foris portam Viennæ ex diſpenſatione apoſtolica obtinet in commendam ad quem ſpectat collatio dicti prioratus authoritate ordinaria dicto Gulielmo contulit & prouidit:& vigore dictæ collationis & diſpenſationis apoſtolicæ dictum prioratum in cõmendam rexit. Cùm autem dubitet dictam prouiſionem viribus non ſubſiſtere, & vt accepimus dictus prioratus adhuc vacat. & dictus Aymarus ſub data ſeptimo kalendis Auguſti anno ſeptimo ponticatus Papæ moderni dictũ prioratum vigore prouiſionis apoſtolicæ commendari obtinuiſſet, non obſtantibus quibuſuis cenſuris eccleſiaſticis ibi ſpecificatis quò ad effectum huiuſmodi duntaxat conſequendum literis apoſtolicis ſuper ea non confectis ſpontè ceſsit in manibus pontificis, & non obſtante quòd ipſe & certi alij ſuper poſſeſſorio dicti prioratus litigent, illis vos aliquandiu moleſtatis: prout moleſtatis: imò dictum prioratum de Mura, qui non eſt conuentualis cuius fructus & redditus ducentorum ducatorum auri de camera ſecũdum communem æſtimationem valorẽ annuum vt aſſerit non excedunt quouiſmodo & ex cuiuſcũque perſona ſuper liberam cuiuſuis reſignationẽ de illo in curia Romana vel extra factam, etiam ſi vacaueurit tanto tempore, iuxta ſtatuta Lateranenſ. concilij eſſet douolutum, etiam ſi lis pendeat, dummodo tempore datę pręſentiũ nõ ſit in eo alicui ius ſpecialiter quæſitum, quò ad vixerit tenendum & regendum, ſicuti illum in titulum pro tempore obtinentes, & ibi deputant certi executores. datum Romę anno incarnationis milleſimoquatercenteſimo nonageſimonono calend. Ianuarij. Et cõſequenter inſeritur proceſſus executorialis de ſuper, de anno natiuitatis milleſimo quingenteſimo die vigeſima prima menſis Februarij. & fuit accepta miſsio in poſſeſsionẽ de eodem anno die nona menſis Martij per procuratorem nomine dicti domini protonotarij d'Allegre per tactum vectis magnæ portæ. & deinde fuerũt dati articuli pro parte dicti d'Allegre incipiente pro plena. vbi declarantur iura dicti prothonotarij d'Allegre quò ad dictam vltimam prouiſionem apoſtolicam de nouo obtentam & in vndecimo articulo opponitur aduerſus collationem factam per dominum Reyneriũ Baronis aſſertum vicarium domini de Poyſiaco: quia de illo tempore ipſe Aymarus erat excommunicatus & quòd collatio per ipſum vicarium eſt ipſo iure nulla. & in decimoquinto articulo deducitur, quòd dictus Gauteronis ſciebat dictam executionem, & in decimoſexto articulo deducitur quòd reſpectu collationis factæ per dictum dominum Aymarum dicto d'Allegre, quòd ipſe ignorabat ipſum eſſe excommunicatum. & in decimooctauo articulo opponitur aduerſus reſeruationem dicti domini Epiſcopi Vapicenſis quod eſt cõtra pragmaticam ſanctionẽ. & in decimonono articulo deducitur, quòd etiam dicta reſeruatio eſt reuocata, & in concluſione petit ſe à ſupplicatione abſolui & ſe manutenerí pracise. Viſa etiam ſeriẽ proceſſus inter partes pendentis vbi dictus dominus Gauteronis fuit primus ſupplicans, & producit primo quendam titulum d. collationis ſibi factæ de dicto prioratu per dominum Gulielmum Palmerij vicarium dicti electi Archiepiſcopi vacante pro tunc per obitum dicti domini Ioannis de Poyſiaco vltimi rectoris & poſſeſſoris iure deuoluto pro hac vice. Datum Viennæ de anno domini milleſimo quatercenteſimo nonageſimonono die vigeſimatertia menſis Iulij: & econtrà pro parte dict. domini prothonotarij d'Allegre fuit producta collatio facta per dictum dominum Aymarum, dicto domino prothonotario de Allegre de dicto prioratu vacante per obitum dicti domini Ioãnis, aut aliàs quouiſmodo. Datum Lugduni de eodem anno, die vigeſimaſecunda menſis Iulij, cum eius miſsione in poſſeſsionem facta de eodem anno die vigeſimanona menſis Iulij, & fuit oppoſitum aduerſus titulum dicti domini Gauteronis, quòd ante quàm ipſe habeat aliquem titulum ipſe erat intruſus in beneficio, vt fuit oppoſitum in quibuſdã articulis incipiẽtibus Manus Delphinal. actis fol. xxviij. in decimotertio articulo. & pariter in ſequentibus articulis opponitur aduerſus reſeruationem dicti domini Epiſcopi Vapicenſis de decreto pragmaticę ſanctionis: & etiam de pluralitate acceptationis beneficiorum. Nec obſtat præten ſum breue apoſtolicum per dictum Deſclaſſatis productum ex aduerſo eo pro parte dicti Deſclaſſanati fuit productus eius titulus reſeruationis apoſtolicæ conceſſæ per Innocen. VIII. de anno milleſimo quatercenteſimo octuageſimooctauo. xiij. Kalend. Ianuarij conceſſa ex certa ſcientia & proprio motu cum proceſſu fulminato & literis de placet Regis Caroli nuper defuncti: & qualiter de hoc præſenti anno milleſimo quatercenteſimo nonageſimonono, & die vigeſimaſecunda Iulij dictus prioratus vacans per obitũ dicti fratris Ioannis de Poyſiaco fuit acceptatus. & deinde debita prouiſio facta dicto Deſclaſſati. & qualiter dictus de Poyſiaco per prius tenebat in commẽdam, & quòd fuit facta declaratio & reualidatio Papæ moderni cum deuoto irritãti, & quòd dictus prioratus remanet in diſpoſitione ſedis apoſtolicæ. & pariter fuit productus pro parte dicti domini Gauteronis vicariatus domini Archiepiſcopi Viennenſ. & pariter miſſio in poſſeſsionem pro ipſius parte de eodem anno & die xxv. menſis Iulij vigore collationis ſibi factę per d. dominũ vicariũ. & pariter fuit producta collatio facta per d. Epiſcopũ Grationop. facta mandato Gauteronis iure deuoluto de eodem anno & die xxij. mẽſis Iulii, & in quantũ collatio facta per dominum vicariũ dict. domini Abbatis foris portam Viennę non teneret: quia fuit facta eidem Gaute-

ronis,die vigeſimaprima menſis Iulij, & die vigeſimaſecunda Iullij fuit facta miſsio in poſſeſsionem. Et eſt aduertẽdum quòd dict. Deſclaffatis obtinuit dictam reſignationẽ & exſpectatiuam cum decreto irritante,vbi inter cætera cauetur ꝙ Papa Inno. VIII.in d.eius gratia reſeruationis atteſtatur ꝙ d. Deſclaffatis eſt continus cómenſalis & frater germanus dilecti filij Iacobi presbyteri Cardinalis,nomine ex cõcordio inter Theobaldũ de Turre ſuper regimine & amminiſtratione eccleſię Viennẽ.diſpendiũ patiatur de mera liberalitate ex certa ſcientia,tot beneficia etiã regularia,etiam ſi ſint dignitates maiores poſt põtificalem &prioratus conuentuales exiſtant etiã ſi ſint reſeruata,dum tamen non vacent apud ſedem apoſtolicã aut familiaritatẽ cardinaliũ etiã ex generali reſeruatiõe:quia cõmẽdata ſunt vſq; ad prouẽtus 80.ducatorum auri,dummodò cuiuſlibet beneficiũ monaſteriorũ non ſit maioris valoris ducentum ducatorũ,& aliorũ beneficiorum minoris valoris ducatorum auri de camera in diœceſi & diſtrictu Vapicenſ.necnon in domanijs Delphi.& Prouincię etiã ſi in aliquo ex menſibus permittatur facultas diſponẽdi etiam ſi alternatiuè exiſtãt quę infra vnius menſis ſpatiũ duxerit acceptandũ: & poſtmodum in cõmendam accipiẽdum ex nunc prout ex tunc,decernẽdo in irritum,etiam ante latas prorogatiuas, & ibidem inſerũtur certi executores dati:datum Romę anno incarnationis 1488. xiij.kalend.Iunij. & deinde inſeritur reualidatio Papę Alexandri moderni vbi fit mentio quòd omnes reſeruationes etiã de fratrũ minorum conſilio reuocauerit:tamen Papa reualidauit &plenariè reintegras eſſe voluit vſq; ad valorẽ cccccc. florenorum auri de camera decernentes ſimiles ſub quibuſuis reuocationibus etiã derogare derogatorijs non cõprehendi:datũ ſub annulo piſcatoris die xxj.Maij:& cõſequenter inſeritur quędã atteſtatio magiſtri Ioãnis Bonẽdi notarij de Vapicẽ.de anno 1499.die xvj.menſis Maij vbi atteſtatur,ꝙ d. Gabriel Deſclaffanatis Epiſcopus Vapicenſ. cõſtituit eius procuratores egregios dños Benedictũ Varrę & Anthonium Peytini:& quemlibet inſolidùm ad acceptandũ beneficia vigore dictę reſignationis.& deinde inſeritur miſsio in poſſeſsionẽ dicti prioratus factę per d. dñm Peytini, de eodem anno & die xxiij.mẽſis Iullij,licèt ibi fiat mẽtio de anno 1490, vt ſic videtur error in data,& ibi non inſeritur acceptatio.& vlterius fuit viſa declaratio cenſurarũ eccleſiaſticarũ cõtra d.dominũ Aymarũ de Poyſiaco vbi fuit declaratus tanquàm hęreticus,& de fide catholica & apoſtaſia ſuſpectus,& incurriſſe maiores ſententias excõicationis & priuationis beneficiorũ & aliâs prout ibi plenius cõtinetur de anno domini 1499.die j.mẽſis Februarij. Præterea dictus prioratus de mura eſt reſeruatus etiam reſeruatione iuris ex triplici cõmenda,tàm dominorũ Anthonij & Guliemi de Poyſiaco, quàm etiam dicti fratris Ioannis de Poyſiaco, vltimo defuncti. & ita eſt per-
1 miſſa etiã ſecundum pragma. ſanction. † quia iſta eſt reſeruatio clauſa in corpore iuris, cùm vacet eo modo,quo prius vacabat.& per cõſequens non tenet collatio ordinarij infra tempus menſis, etiam ſi non acceptetur propter incongruitatem temporis: ſecundum glo.in clemen.j.de conceſs. præben. nec pariter habet locum deuolutio,niſi adueniente ſuo tempore: quia poterit eſſe,quòd infra tẽpus ſuperueniat habilitas: & ita cùm dictus prioratus minor ſit ſupra valorem xxx.florenorum de camera, & infra valorem ducentum ſcutorum auri. Tum etiam titulus dicti domini Gauteronis eſt Canonicus & titulus dicti Deſclaffanatis ipſo iure infectus: quia dicta reſeruatio ceſſat per obitum dicti Theobaldi de Turre,propter pẽſionem quã percipiebat ſuper Epiſcopatu Vapicẽ. Nec obſtat reualidatio Alexandri Papę moderni:quia ibi fatetur dictas bullas fuiſſe reuocatas:& tale breue non eſt in forma patenti,ñec probanti.& licèt dominus Raynerius Baronis vicarius dicti domini Aymarij de Poyſiaco, qui contulit dict.prioratum dict.domino Gauteronis & eſt in priori data prætẽdatur fuiſſe reuocatus tamẽ dictus dominus Gauteronis etiam habet iure deuoluto ab immediato ſuperiore propter excõmunicationẽ dicti domini Aymari de Poyſiaco. Non habet obſtare inquantum exaduerſo opponitur, ꝙ ex quo dictus Theobaldus de Turre cum quo fuerat facta dicta concordia deceſsit, & ſic quòd videatur ceſſare cauſa & ratio conceſsionis dictæ reſeruationis apoſtolicę, ibi dum dicitur, pręmiſſorum intuitu gratiam facere volẽtes:quia ad iſtud
2 reſpondetur quòd † falſa cauſa non vitiat gratiam Papæ:iuxt.nota.per Panorm.poſt Innocen.in cap. ſicut vnire.de exceſsib.præla.& domi.de Rot. Præterea ibi inſeruntur tres cauſę.Prima quia dict. dominus Epiſcopus Vapicẽ. eſt frater germanus domini Ioannis Iacobi Cardinalis presbyteri. Secunda propter dictam cõcordiam cum d. Theobaldo,licèt ibi nõ deſignetur penſio. Tertia vt ſtatum pontificalis dignitatis exigentium,& omnia incũbẽtia faciliùs perferre valeat, & aliâs prout ibi ple-
3 niùs continetur:& per conſequens † quòd ſunt plures cauſæ finales,ſufficit alteram eſſe veram: iuxta nota.per gloſſ.& doctor. in §.affinitatis. inſtitu.de nupt.Nec obſtat quod ex aduerſo ſit oppoſitum de pretenſa reuocatione vicariatus domini Reynerij Baronis vicarij dicti domini Aymarij de Poyſiaco: quia de illa nõ apparet per proceſſum.Aduertendũ quòd in dicta bulla in viij.linea ibi,inter cætera obtinẽti:videtur pati defectũ in latinitate. & videtur raſura vnius literæ S.etiam ex inſpectione diei. Et quia Papa reſcribendo alicui particulari reſcribit in ſingulari per verbum,tu.& ideò debent eſſe obtines:ſicuti in verbis poſterioribus bullæ continetur ibi in commendam recepiſti, & ibi, tu dubites:& prẽſumitur ſuſpecta.ca.quàm graui.de crimine fal. Aduertendum quòd ibi refert fuiſſe prouiſum domino Aymaro de Poyſiaco non obſtãte quòd fuiſſet excommunicatus per alium vigore rei iudicatę, & generaliter quibuſcunque alijs cenſuris,& ibi in xvj.linea videtur aliquis defectus & raſura.

ARGVMENTVM.

De viſitatione vnius inſtrumenti fundationis & dotationis.

Quæſtio MCXXX.

QVAERITVR ſuper viſitatione inſtrumenti fundationis,&dotationis capellę beati Mar-

beati Marci euangeliſtæ in eccleſia beatæ Mariæ Grationop. fundatæ per venerabilẽ quondam dominum Amedeum de paſſu canonicum & vicariũ eccleſiarum ſanctorum Hugonis & Ioannis Grationopol. vbi in principio narratur, ꝙ dictus dominus Amedeus de paſſu dictam capellam fundauerat de anno Mccccxlvj. & die xxvj. menſis Aprilis etiam authoritate apoſtolica ſibi in hac parte conceſſa. Hinc propterea fuit & eſt, ꝙ de anno domini Mccccliij. & die xij. menſis Februarij dictus dominus de paſſu dotauit dictam capellam de bonis ibi deſignatis, & ordinauit celebrari in qualibet ſeptimana tres miſſas in introitu magnæ miſſæ dictæ eccleſiæ beatæ Mariæ Grationop. vidi primam in die dominico de officio currenti, ſecundam in die lunę de officio defunctorum, & quòd in die feſti beati Marci dicatur magna miſſa cũ proceſsione & ſermone, & ibidem narratur ꝙ Nobil. Hugo Marchi fecit vnũ annuum legatũ de ſex groſsis bonæ monetæ pro mercede illius qui dicet ſermonem in dicto feſto beati Marci. Item dictus fundator ipſo viuente ſibi retinuit ius patronatus: & quòd rector dictæ capellæ ſit de gremio & choro dictæ eccleſiæ miſſam celebrans: & ꝙ non poſsit eligi ad regimen dictæ capellæ aliquis canonicus religioſus dictæ eccleſiæ. Item ꝙ facta huiuſmodi electione electus præſentetur capitulo dictæ eccleſiæ pro obtinenda inſtitutione. Item ꝙ poſt obitum dicti fundatores ius patronatus dictę capellæ integrè deuoluatur ad maiorem domum Carthuſiæ: cui exnunc prout ex tunc donat. Et ꝙ talis electus tẽpore electionis pręſtet iuramentum de reddendo per inuentarium omnia bona dictæ capellæ dictæ maiori domui Carthuſiæ infrà mẽſem à tempore adeptæ poſſeſsionis, & quòd dicta maior domus Carthuſiæ poſsit viſitare de biennio in biennium, & quòd faciat expenſam religioſo viſitãte pro illa die. & ꝙ dictus rector ſoluat annuatim quinque ſolidos bonæ monetæ dictæ maiori domui Carthuſiæ. Item & ſi in hac tranſlatione iuris patronatus dictũ capitulum beatæ Mariæ contradixit aut præſentatũ admittere recuſauerit, tunc dictus fundator voluit deuolui dicta bona ad dictam maiorẽ domum Carthuſiæ, & prohibet transferri dictum ius patronatus per reſignationem, permutationem aut quauis aliam alienationem præterquã dictam domum Carthuſiæ. & ꝙ non poſsit acceptari dicta capella per gratiã expectatiuam. & promiſit dictus fundator non cõtrauenire ſub iuramento manum ad pectus ponendo more religioſorũ. & ibidem inſerũtur literæ apoſtolicæ domini legati de latere cum proceſſu fulminato obtentæ pro parte dicti domini de paſſu ſuper licentia dotandi dictam capellam etiam non petita licentia dicti capituli. & poſtmodum eidem Amedeo cui ipſe voluerit ius præſentandi perſonam idoneam: & quoties caſus vacationis aduenerit. datum Viennæ anno domini Mccccliij. die ix. menſis Nouembris & ibidem dictus executor impartitus fuit licentiam dicto Amedeo, iuxta tenorem dictæ prouiſionis apoſtolicæ de anno Mcccc.liij, die xij. menſis Februarij receptũ per Ioannem Andrici quondam. Et conſequenter anno domini Mccccluj. die xxij. menſis Nouembris. vbi narratur dicta dotatio & remiſsio iuris patronatus dictæ maiori domui Carthuſiæ, & tandem dictus dominus Amedeus de paſſu ordinauit, quòd ius patronatus ſpectet Iacobo de paſſu & eo deficiente illis de cognomine facientibus moram in hac ciuitate aliàs, ꝙ ius patronatus pleno iure deuoluatur ad dominos decanum & capitulum dictæ eccleſiæ beatæ Mariæ Grationopol. Et conſequenter viſa nominatione ſeu pręſentatione dictæ maioris domus Carthuſiæ incipiẽs Nos frater Petrus humilis prior domus maioris Carthuſiæ, & conuẽtus eiuſdẽ de perſona dñi Ludouici Morardi in dicta capella vacante per obitũ domini Huberti de auro obſecrando omnes & ſingulos ad quos ſpectat collatio dictæ capellæ vt dignẽtur conferre eidẽ faciendo fratrem noſtrũ dominũ Ioannem hoſpitis procuratorem Carthuſiæ procuratorem ſpecialem in hac parte, datum Carthuſiæ die xvj. mẽſis Martij, anno domini Mcccc. ſub impreſsione ſigilli dictæ domus Carthuſiæ, licèt non ſint teſtes. & conſequẽter fuit facta pręſentatio dicto capitulo pro obtinendo inſtitutionem, & aſsignauerunt dictũ capitulum ad penultimam iuris ad audiendum reſponſionem. & deindè fuerunt obtentæ literæ à domino vicario & officiali Grationopol. In quibus fuit præfixus certus terminus dicto capitulo ad inſtituendum, aliàs ꝙ lapſo termino prouidebitur vt fuerit iuris.

ARGVMENTVM.

De viſitatione proceſſus.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio mandati de prouidendo.*
2 *Præbendæ quæ diſtinctæ non ſunt ſed in cõmuni percipiuntur an per canonici mortem uacare dicantur.*
3 *Executor an ante recuſationem conferre poßit.*
4 *Decretum conditionale non niſi conditionis euentu, effectum operatur.*

Quæſtio MCXXXI.

QVAERITVR ſuper viſitatione proceſſus domini Ludouici Faucheti canonici eccleſiæ beatæ Mariæ dyeñ. cõtra dominũ Ioannem de Foreſio ſuper eo: quia dictus dominus Ludouicus Faucheti vacante canonicatu in dicta eccleſia dyeñ. per mortem domini Bartholomei Faucheti fuit electus per dominos decanum & capitulum dictæ eccleſiæ, & creatus canonicus, & ſibi facta collatio de anno Mccccxcix. die xj. menſis, & miſſus in poſſeſsionem. Sed ex aduerſo pro parte dicti de
2 Foreſio fuit producta quædam † prouiſio apoſtolica in forma cap. mandatum. & duobus ſequentibus de reſcript. cum clauſula motu proprio, etiam cum clauſula, ꝙ nõ poſsit obtineri niſi ſit canonicus dictæ eccleſiæ. Datũ Romæ anno Mccccxcviij. & pridiè calend. Octobr. cum alia bulla prouiſionis executorum & proceſſus fulminati deſuper, ac etiam præſentatione facta capitulo dictæ eccleſiæ Dyeñ. de anno Mccccxcix. die xxvij. menſis Septẽbris. Et deinde fuit facta repręſentatio die ſequenti, vbi dominus decanus reuocauit collationẽ factam dicto domino Faucheti inquantũ in ſe eſt, & etiam alij. Et pariter inſerũtur literæ collationis factæ per dominum officialem, valentiæ executorem deputatum die prima menſis Octobris. Cùm quædã prætenſa miſsione in poſſeſsionem die x. menſis Octo-

bris & certis alijs executiōibus. Viſis etiam quibuſ-
dam prętenſis articulis pro parte dicti Faucheti tra
ditis, incipient. dicēdo. In quibus opponitur de ex-
ceptiōe falſi aduerſus bullas dicti de Foreſio. & in
quinto articulo opponitur ꝙ dicta prouiſio apoſto
lica eſt conditionalis. & in vj. & vij. articulo oppo-
nitur, ꝙ Papa reſcripſerat & cōceſſerat gratias ex-
pectatiuas ſeu expectatiuam pro alio: quę fuerunt
præſentatæ dicto capitulo. & in x. articulo opponi-
tur de pragmatica ſanction. & eſt etiam ſciendum,
2 quòd † de cōſuetudine dictæ eccleſiæ diœceſis nul-
læ ſunt præbendæ diſtinctæ. Sed percipiuntur in cō
muni: & ideò per mortem canonici non vacat prę-
benda. c. exceptionem. de conceſſ. præbend. c. cum
eccleſia vulterana. de electio. Sed diuiditur præben
da inter canonicos. & ideò dictus de Foreſio non
potuit acceptare aliquam præbendam cùm non va
3 caret. † Prætereà executor dictæ gratiæ dicti de Fo
reſio non potuit procedere niſi in caſu recuſationis
dicti capituli: ſecundum Geminian. in c. ſi capi. de
conceſsion. præben. libr. vj. Nam ibi etiam ponitur
conditio, ſi capitulum non contulerit, vel plus debi
to diſtulerit. & clemen. j. de conceſsio. præben. vbi
4 decretum † conditionale non operatur effectum
ante conditionis euentum.

ARGVMEMTVM.

Collatio executoris de ſimplici præbēda an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum apoſtolicum ad ſimplices præbendas non ex-
tenditur.*

2 *Dignitatis appellatione an canonicatus ueniat.*

Quæſtio MCXXXII.

QVAERITVR an valeat collatio facta
dicto de Foreſio per eius executores? Et vide
1 tur dicendum ꝙ non: † quia dictum mandatū apo
ſtolicum non ſe extendit ad præbendam ſimplicem
clem. fin. de præben. c. cui. de præben. lib. vj. quia fi-
nes mandati ſunt diligenter attendendi. & de eadē
materia etiam habetur per glo. in c. ſi ſoli. de cōceſ.
præben. lib. vj. & in c. ſi poſtquā. & c. dudum. de prę
ben. lib. vj. & ibi etiam in d. c. ſi ſoli. habetur de prę-
2 ſentatione literarū: & quia † appellatione dignita-
tis non venit canonicatus, nec tenēt cenſuræ eccle-
ſiaſticæ ratione commiſsionis executorum.

Quæſtio MCXXXIII.

QVAERITVR ſuper cauſa poſſeſſoria
prępoſiturę Tricaſtineñ. cui annexatur prio
ratus palludis ordinis ſancti Benedicti inter vene-
rabilem dominum Iacobum Roberteti prothono
tarium ex vna: & dominū Petrum Audageni cano
nicum dictę eccleſiæ ex altera partibus. Vbi in effe
ctu dicta præpoſitura vacante per liberā reſignatio
nem magiſtri quondā Iacobi Roberteti ſenioris
notarij apoſtolici admiſſam per Fabriciū de pallis
procuratorē ad hoc ſpecialiter cōſtitutum in mani-
bus Romani pontificis fuerat facta prouiſio dicto
domino Iacobo Roberteti iuniori de dicta prępoſi
tura, quę eſt maior dignitas poſt pontificalem, etiā
cum dicto prioratu annexato, quāuis authoritate
vacet etiam ſi reſeruatū exiſtat, & ad illam conſue-
uerit aſſumi, & immineat cura animarum etiam ſi
lis inter aliquos pendeat cum iuribus & pertinen-
tijs apoſtolica authoritate conferendo decernen-
tes in irritum & inanè, non obſtantibus conſue
tudinibus ſtatutis dictæ eccleſię etiam non facien-
tes expreſſam mētionē de verbo ad verbum, etiam
non obſtante regula cancellariæ quiſquis reſignat
in infirmitate, & decedat ante viginti dies, & aliâs
prout ibi pleniùs cōtinetur, & ꝙ poſsit pręſtare iu-
ramentum in abſentia per procuratorē, datū Ro-
mæ anno incarnationis domini M cccexcviij. deci-
motertio calend. Decembris, & deindè inſeritur
alia bulla vbi deputantur certi executores ad reci-
piendum iuramentum fidelitatis ſub certa bulla,
quę non eſt ibi inſerta. & pariter ibi inſerūtur literę
apoſtolicę prothonotariatus dicti Roberteti cū ho
noribus priuilegijs pręrogatiuis cōceſsis cū diſpen
ſatione ad tria incōpatibilia etiam cuiuſuis ordinis
Datum Romę anno domini M cccexcv. xj. calend.
Aprilis. Deindè inſeritur proceſſus literalis factus
per dominum ſacriſtam Tholoceñ. de eodē anno
& die xx. menſis Septembr. & pariter inſeritur alius
proceſſus executorialis factus per dominum Gu-
lielmū Palmerij officialem Viennę, de eodē anno
die xx. mēſis Nouembris. & pariter inſeritur forma
pręſtationis iuramenti, quę incipit, Ego Iacobus
Roberteti, &c. quod fuit pręſtitum in manibus di-
cti domini officialis Viennę, & die xx. menſis No-
uembris. Et conſequenter de anno natiuitatis do-
mini M cccexcix. die iiij. menſis Nouembris domi-
nus Antonius Chapuiſij presbyter procurator dicti
Roberteti præſentauit eius literas fratri Ioanni,
Guicharelli ſacriſtę ſancti Andreę extra muros ciui
tatis Vapincēſis executori ſuper hoc deputato, qui
poſuit ipſum in poſſeſsionē per magni altaris oſcu
lum, tactum & ibi dominus Petrus Audigerij non
conſentit. Et deindè idem executor prę ſentauit cer
tis canonicis dictę eccleſię, & aliâs prout ibi pleniùs
continetur. & conſequēter inſeritur procuratorium
dicti Chappuſij. Sed ex aduerſo pro parte dicti do-
mini Petri Audegerij fuit producta quędam colla-
tio dictę prępoſiturę ſibi facta tanquàm canonico,
per dominos Iacobum de Vereſio ſacriſtam Girar-
dum Teſtardi præcentorē, Stephanum Redigij ca
nonicum dictę eccleſiæ in loco concapitulari ſoli-
to congregari cum membris & pertinentijs vniuer-
ſis de anno M cccclxxxviij. die penultima menſis
Auguſti. Et ibidē fuit facta miſsio in poſſeſsionem.
Et deindè fuerunt obtentę literæ manutētionis. Et
in caſu appoſitionis de eodem anno & die iij. men-
ſis Septembris. Et deindè obtentæ literę apoſtolicę
manutentionis in contrariū de eodem anno & die
ſecunda menſis Octobris. Licèt pro parte dicti Ro
berteti fuerint obtentę alię literę manutentionis in
caſu oppoſitionis de anno M cccexcix. die xij. men
ſis Februarij. & in eius ſupplicatione fit mentio de
prępoſitura eccleſię collegiatę ſancti Pauli Trica-
ſtineñ, & ſic eſt error. Item fuerūt articuli dati pro
parte dicti domini Petri Audagerij, incipien. Vt cō
ſtet, vbi opponit de literis manutentionis iam ob-
tentæ, & in viij. articulo deducitur conſuetudo di-
ctę eccleſiæ, quòd eſt numerus decem canonicorū:
in quibus includuntur Archidiaconus, Præpoſitus
ſacriſta, & præcentor. Ita ꝙ non poſsint conſtitui
officiarij, niſi de altero dictorum canonicorū, & ꝙ
fuit authoritate

fuit authoritate apoſtolica confirmatũ. & in xj. articulo deducitur, quòd nullus cõſueuit admitti ad dictam prępoſituram, niſi priùs fuerit canonicus, & de numero dictorum decem. & in xv. articulo deducitur, quòd de tẽpore dictę collationis dictus dominus Petrus Audigerij erat canonicus. & in concluſione petit ſe abſolui à ſupplicationibus petẽdo dictam manutentionem ſibi obſeruari. Et conſequenter dictus dominus Petrus Audigerij petijt ſcribi in archiuis eccleſiæ Tricaſtineñ. in quadam capella ſub vocabulo ſanctæ trinitatis, vbi fuit aperta quædam magna incipient. Vocato procuratore dicti Roberteti vbi fuit reperta quædã bulla plumbata cum collatione canonicatus & præbendæ factis dicto domino Iacobo Roberteti quõdam per obitum DN. Hugonis Geneueſij. Et ibi fit mẽtio, quòd dicta eccleſia erat deſtituta capite capituli: & ideò eidẽ prouiderunt, & ipſum inſtituerunt, & etiã de dictis canonicatu præbenda ac etiam elegerunt nominauerunt caput dicti capituli vna cum omnibus fructibus redditibus dictæ præpoſituræ præſtito iuramento ab eius procuratore. datum in capitulo dictæ eccleſiæ de anno Mcccclxxxix. die viij. mẽſis Octobris, cum eius miſsione in poſſeſsionem. Et vlteriùs inſeritur copia bullæ Clementis vbi fit mentio, quòd dicta eccleſia erat onerata numero canonicorum cùm bene eſſent xxxviij. Et ideò Epiſcopus & capitulum ſtatuerunt quòd eſſet numerus decem canonicorum & trium ebdomodariorũ. Et ideò Papa confirmauit ex certa ſcientia ſupplentes omnem defectum. & ibi inſeritur tenor dicti ſtatuti: conditi de anno Mccccxlv. die xvij. menſis Ianuarij. vbi ordinauerunt quòd ſint decem canonici computatis Præpoſito Archidiacono Sacriſta & procentore, & quòd ſint tres ebdomadarij qui partem recipiebant de redditibus eccleſiæ. & tandem Papa confirmauit. datum Auinioñ. idus Octobris Pontificatus Clementis VI. anno quinto.

ARGVMENTVM.

Puellæ offerendæ in monaſterio modus.

Quæſtio MCXXXIIII.

QVAERITVR de modo offerendi puellam virginem in ingreſſu monaſterij. Et in effectu de conſuetudine monaſterij Abbatiæ ſanctæ Claræ ordinis ſancti Dominici ciuitatis Siſtaci fuit & eſt ſolitum obſeruari, quòd die, ingreſſus de mane puella ornatur admodum ſponſę crinibus trenatis & eſchaualatis cum iocalibus decentibus, & ducitur ad eccleſiam monaſterij per aliquos notabiles viros, aſſociata mulieribus honeſtis. & ibidem cantatur & celebratur miſſa de ſancto ſpiritu ad notam. & dum venit in offertorio miſſæ pater puellæ accipit ipſam vna manu & altera tenet facem ardẽtem, & ibi ponit aliquem petiam auri. & offert dictam puellam Deo, & dantur ad oſculandum manipulum vbi ſunt reliquiæ. & conſequenter puella dimittitur ibi ab angulo altaris. & deindè presbiter qui celebrat miſſam ordinis fratrum minorum incipit dicere officiũ benedictionis puellæ & eius habitus. & deindè puella genibus flexis & manibus iunctis ibidem ante presbyterum ſtat, donec cõpleto officio beneficium perſonæ ſeu eius habitus. Quo officio benedictionis peracto, pater puellæ iterum accipit ipſam per manus, & ipſam ducit coram Abbatiſſa & monialibus aſſociatus de dyacono & ſubdiacono miſſę. & ibidem Abbatiſſa remouet habitus puellæ cum iocalibus & ornamentis in ſignum, quòd oportet dimittere iſtas ſolennitates. & ibidem induitur puella de alio habitu religionis nouitiarum & ibi auferuntur de crinibus. & poſtmodùm per patrem ducitur puella coram magno altari genibus flexis & manibus iunctis ad audiendum complementum miſſæ.

ARGVMENTVM.

De iure patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus qualiter quæratur.*
2 *Modus qui apponitur ſuper iure patronatus in patroni fauorem ad ponitur: quòd perpetuò ſeruandus ſit.*
3 *Ius patronatus innititur ex gratia.*
4 *Generis appellatione qui ueniant.*
5 *Generis proximior an in iure patronatus præferendus ſit.*
6 *Nepos an admittatur cum patruo ad ius patronatus.*
Ius patronatus eccleſiæ ſucceßione defertur.
7 *Nepos patris locum ingreditur.*
8 *Ius patronatus etiam ad hæredem extraneum tranſit.*

Quæſtio MCXXXV.

QVAERITVR ſuper fundatione capellę ſancti Mauricij dudum fundatæ in eccleſia beatæ Mariæ Grationopolis, de anno milleſimotrecenteſimo octuageſimoquarto. die quarta menſis Ianuarij per venerabilem quõdam dominum Hugonem de Comerijs decanum Grationopol. & dominum Rodulphum de Comerijs militem dominum Baſtida, tàm coniunctìm, quã diuiſim habentes poteſtatem ordinandi capellam domini Guigonis de Comerijs genitorem dicti domini decani nomine aliorum fratrum dicti domini decani videlicet fratris Gulielmi de Comerijs canonici ſancti Antonij dominũ Rodulphum de Comerijs militẽ iuniorem Petrũ & Ioffredũ de Comerijs domicillorum cum conſenſu dicti capituli vbi inter cętera cauetur, quòd dictus dominus Hugo dum vixerit habeat ius patronatus. Et ipſo de medio ſublato dictum ius patronatus & pręſentatio ipſius capellæ pertineat ad directum dominũ ſancti Ioannis veteris portantem & habentem nomen & arma directa & pura de Comerijs eiúſque hæredibus & ſucceſſoribus portantibus & habentibus nomen & arma de Comerijs. Si verò contingerit decedere ab humanis dictum dominum ſancti Ioannis veteris ſine libero vel liberis habentibus & portantibus nomen & arma de Comerijs, quòd illo caſu dictum ius patronatus pertineat pleno iure ad proximiorẽ generis portantẽ nomen & arma puta de Comerijs & caſu quo contingeret omninò deeſſe de dicto genere de Comerijs portante nomen & arma pura, quòd eo caſu ius patronatus pertineat pleno iure ad dominos decanum & capitulum beatæ Mariæ Grationopol. Et in dicta fundatione etiam cauetur, quòd duo rectores dictæ capellæ moderni & futuri admittantur in libris conſuetis dictæ eccleſię Grationop. ſicuti alij capellani dictæ eccleſiæ corearij admittũtur, & aliâs prout ibi pleniùs cõtinetur. Conſequen

ter viſa ſerie teſtamenti dicti domini Rodulphi de Comerijs conditi de anno natiuitatis domini Mil. ccccviij. die xiiij. menſis Iullij, vbi inter cætera ibi ordinata dictus teſtator elegit ſepulturam in dicta capella ſancti Mauricij: & ibi etiam ordinauit celebrari in dicta capella ſingulis diebus vnam miſſam per vnum aut duos ſacerdotes dictæ eccleſiæ præſentandos ſeu inſtituendos per Hunetũ de Comerijs eius hæredem. & ibidem dictus teſtator legauit certos redditus ibi deſignatos reſeruato directo dominio eius hæredibus. & ibidem dictus teſtator facit quoddam prælegatum nobili Guigoni de Comerijs eius filio primogenito de caſtro ſancti Ioannis veteris cum pertinentijs. & pariter nobili Huneto alteri filio de domo ſua de Balma ſita in parœcia ſancti Martini Vienneſij cum cenſibus hominibus & pertinentijs, etiam quæ habet in mandato Grationopol. & in reſiduo inſtituit eius hæredes vniuerſales. dictos Guigonem & Hunetũ equis portionibus ſubſtituendo reciprocè & eorum liberos maſculos, & vltimo decedenti ſine liberis maſculis ſubſtituit eius filias ibi nominatas exceptis bonis, in quibus fuit particulariter inſtitutus dictus Hunetus quæ perueniunt ad dominum Iacobum Mochi & Claudium Mochi & eorum liberos maſculos, & aliàs prout ibi pleniùs continetur. Et conſequenter dictus teſtator ab humanis deceſsit relictis dictis Guigone & Huneto liberis & hæredibus vniuerſalibus. Et deindè dictus Hunetus ab humanis deceſsit ſine liberis ſuperſtite dicto Guigone eius fratre ſubſtituto. & poſtmodùm dictus Guigo ab humanis deceſsit ſuperſtite Rodulpho eius filio. & poſteà dictus Rodulphus deceſsit ſine liberis legitimis ſuperſtite nobili Guigone de Comerijs condomino vallis qui ſe prætendebat ſubſtitutum ex teſtamento dicti Guigonis quondam ſancti Ioannis veteris. & deindè dictus Guigo condominus vallis ab humanis deceſsit relictis & ſuperſtitibus Rodulpho Sydone & Ludouico eius liberis, & deindè dictus Sydonus ab humanis deceſsit, ſine liberis ſuperſtitibus dictis Rodulpho & Ludouico eius fratribus. Deindè dictus Rodulphus ab humanis deceſsit relicto & ſuperſtite vnico filio vocato Guigone. Nunc eſt orta quæſtio inter dictum Ludouicum patruum, & dictum eius nepotem ſuper dicto iure patronatus: quia dictus Ludouicus ſe prætendit proximiorem generis portantem nomen & arma illorum de Comerijs, videlicet ſancti Ioannis veteris, qui ſunt ſoliti portare quatuor roſas rubeas cum quadam coquilla. & licèt non ſint arma pura illorum de Comerijs, qui deferunt ſine aliqua differentia dicta arma vti portabat nobilis quondam Rodulphus de Comerijs dominus de Maſa & campi rotundi, & nunc debet portare dominus de Roris ſubſtitutus. Veruntamen in caſu dictæ fundationis veriſimiliter debet intelligi quò ad arma pura illorũ ſancti Ioannis veteris, qui ſunt etiam de cognomine & armis fundatoris. Et ex aduerſo verò dictus nepos prætendit quòd ipſe filius vnicus & hæres dicti Rodulphi quondam vallis primogeniti, & quòd iure repreſentatiuo debet venire, & quòd ipſe conſueuit deferre arma pura dictæ domus ſancti Ioannis veteris, & quòd ipſe eſt caput ipſorum armorũ. Alij verò fratres apponunt diſſentiuam ſeu diuiſam. & ita eſt ſolitum obſeruari de more nobilium præſentis patriæ Delphinal. & regni Franciæ: nunc quæritur quid iuris? Et in effe-

1 ctu præſuppoſito in iure, † quòd ius patronatus acquiritur altero trium modorum, videlicèt conſtructione, dotatione & fundatione: iuxta notata per gloſſam in capitu. piæ mentis. xvj. quæſtione vij. & maximè quando interuenit conſenſus Epiſcopi ſeu capituli. cap. nobis. & capitu. quoniam. de iure pa-

2 tronatus. Et iſto caſu † quando à principio apponitur aliquis modus ad fauorem patroni debet perpetuò obſeruari. capitul. cùm dilectus. & ibi per Innocentium & Panormitanum, de conſuetudin. quia aliàs ſecundum ipſos, ſi non obſeruaretur modus adiectus in fundatione eccleſiæ patroni retra-

3 herentur à tali fundatione. † Nam ius patronatus innittitur ex gratia, vt laici reddantur magis prompti ad fundandum & dotãdum eccleſias. cap. quoniam. de iure patronat. cum ibi notatis. & ideò dicti nobiles Ludouicus & Guigo de Comerijs cũ ſint proximiores de genere fundatoris debent ad-

4 mitti ad dictum ius patronatus: quia † appellatione generis veniunt conſanguinei ſeu agnati de cognomine armorum. l. j. & ij. ff. de liberali cauſa. l. j. ff. de iure immunit. Pro quo facit capitul. nouit. de iudic. ibi. Et Carolus innouauit de cuius genere Rex ipſe noſter deſcendiſſe. Et licèt poſſet argui, quòd dictus Ludouicus debeat † præferri cùm ſit proximior in gradu, cum ibi diſpoſitio fuerit facta per nomen collectiuum proximiorem iuris, & ſic quòd debeant vocari ordine ſucceſsiuo. l. puto. §. fratre. & l. cùm pater. §. libertis. ff. de lega. ij. l. hęredes mei. §. fi. ff. ad Trebellia. Tamen in caſu iſto nepos debet admitti iure repræſentatiuo. authen. ceſſante. C. communia de ſucceſſ. Non obſtante quòd diſpoſitio fuerit facta per nomen collectiuum, & hoc tenet gloſſ. in l. cùm ita. §. fina. ff. de legat. ij. ſuper verbo, maximè, quæ tenet, quòd licèt patruus & nepos ſint in gradu impari: tamen æqualiter admittuntur. nedum quando agitur ex diſpoſitione legis, ſed etiam ex diſpoſitione hominis: ſecundum Ioan. de Imol. ibi reprobata ſententia Bald. quoniam ibi aliter videtur ſentire. & iſtam partem etiam tenet Alexand. de Imol. conſil. cxxxvij. incipien. Præclarè. in j. volumine. Et hoc etiam tenet Bartol. In ſimili in l. quidem. §. fin. ff. de rebus dubijs. Quia iſte ordo ſucceſſionis quãdo fit diſpoſitio per nomen collectiuum conſideratur ordo ſuccedendi ab inteſtato: ſecundum Bar. in l. Gallus. §. quidem rectè. ff. de liber. & poſtu. Et ita eſt in propoſito: quia nepos etiã veniret ab inteſtato iure repræſentatiuo cum patruo, prout ſuprà dictũ fuit. dict. clem. plures. de iure patron. Et in termino decidunt Ioan. Fabr. & Angel. Aretin. inſtitu. de hæredita. quæ ab inteſta. §. cùm filius. vbi

6 tenent, † quòd nepos cum patruo admittitur ad ius patronatus eccleſiæ: quia ius patronatus eccleſiæ defertur ſucceſsione: ſecundum gloſſ. & Inno. in c. cùm ſeculum. de iure patro. Et per conſequens nepos in ſucceſsione admittitur cum patruo. dict. §. cùm filius. & pro hoc facit quod voluit Baldus in l. j. C. de ſecundis nuptijs. vbi tenet, quòd ſtante ſtatuto, quòd filia dotata non ſuccedat exiſtentibus maſculis filijs, quòd etiam nepos ex filio

7 præmortuo admittuntur: † quia nepos ingreditur locum pa-

locum patris.facit capit filijs.& capit. conſiderandum.xvj.quæſtio.vij.veruntamen Bald.in l.ij.C.de in ius vocand.tenet, quòd ius patronatus eccleſiæ tranſit ad hæredem extraneum, niſi in fundatione vel dotatione aliud ſit actum.allegat dict.capit.filiis.& capit.conſiderandum.& per Angel.in l.fina. C.de bon.liberto. & pro hoc facit quòd habetur per glo.in l.qui operis.ff.de oper.liberto.qui loquitur de patronatu eccleſiæ, & an æquiparetur patronatui libertorum.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus,an in fideicommiſsi reſtitutione veniat.

SVMMARIVM.

1 *Quæ in fideicommiſsi reſtitutione ueniant.*

Quæſtio MCXXXVI.

QVAERITVR an ius patronatus veniat in reſtitutione fideicommiſsi? Et videretur
1 prima facie dicendum quòd non: † quia ſolum illud venit in reſtitutione fideicommiſsi,quod tranſit ad hęredem extraneum.l ſi patroni.& l.quia per inde.§.j.ff.ad Trebell.ſed iura patronatus eccleſiæ vel libertas non tranſeunt ad extraneos hęredes,vt ibi habetur,& in l.ſi operarū.& l.vt iure iurand.§.ſi liberi.ff.de oper.liberto.& iſtud tenet Bart. in dict. l.quia proinde.& ibi etiam ſequitur Paul. de Caſt. Nec obſtat ſi dicatur quòd ius patronatus eccleſiæ tranſit ad extraneum hæredem.dict.clemen.plures. de iure patrona. quia non tranſit pro portionibus hæreditarijs.& iſtam partem tenet Ioan. de Imol. in dict.l.ſi patroni. & Alexand.de Imol.in dict.l. quia perinde.& Bald. in l.cùm virum. C. de fideicomiſs.licèt Ludouicus Roma.aliter voluerit ſentire:quia ſicuti ex contractu inter viuos transfertur ius patronatus ex titulo vniuerſali. capit.ex literis. de iure patrona.multò fortiùs in fideicommiſſo vniuerſali,licèt vt ſuprà dictum fuit,ſint certa iura perſonalia quæ non veniunt in reſtitutionibus fideicō miſsi,ſed remanent penes hæredem.l.qui hæredi.§. cùm hæreditas.ff.de conditio.& demonſtratio.ſicuti etiam in iure ſepulchrorum dicitur dict. l. quia. perinde.& l.monumentorum. C.de religio. & ſumptibus funer.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus eccleſiaſticum,an ad hæredem extraneum vel filium particularem hæredem, aut qui abſtinuit perueniat.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus eccleſiaſticum ſucceſsione defertur.*

Quæſtio MCXXXVII.

QVAERITVR an ius patronatus eccleſiæ tranſeat ad hæredem extraneum:vel ad filium particulariter inſtitutum,vel etiam qui repudiauit hæreditatem? Et in effectu gloſſ.in capit. cū
1 ſeculum.de iure patronatus.tenet,†quòd ius patronatus eccleſiæ defertur ſucceſsione, & ſic quòd trāſfertur ad hæredē extraneū iure hæreditario. & hoc ibi tenet Ioannes Andr.& Panormita. & per conſequens non defertur ad filium,qui repudiauit hęreditatem:ſecundum Frederic. de Senis conſil. cxj. incipiens. Quæſtio talis eſt.in v.coll.de quo etiam per gloſſ.in cap.filijs.& in capit.conſiderandū.xvj. quæſtio.vij.& per gloſſ.in l.ſi operarū.ff.de oper.liberto.facit quod habetur per Bartol.in l.iuriſiurādi.§.ſi liberi.ff.de ope.liberto.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus eccleſiæ,an prælegari vel legari ſine Epiſcopi conſenſu,poſsit.

Quæſtio MCXXXVIII.

QVAERITVR an ius patronatus eccleſiæ poſsit prælegari,vel legari ſine conſenſu Epiſcopi? Et dicendum eſt quòd non, nec pariter donari.capitu.cùm ſeculum.& capit.ex inſinuatione.& capit.quod autem.de iur.patrona.& hoc verum,quando legatur clerico:ſecus ſi eccleſiæ:vel religioſo loco.c.j.de iur.patronatus.libr.vj.licèt Fredericus de Senis conſil. ccxxv. teneat, quòd poſsit legari.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus,an inter hęredes diuidi poſsit,vt ad vnum deueniat.

SVMMARIVM.

1 *Ius ſepulchri ad omnes hæredes & omnes de familia pertinet.*

Quæſtio MCXXXIX.

QVAERITVR an ius patronatus eccleſiæ poſsit diuidi inter hęredes:vt ad vnum perueniat? Et videretur prima facie dicendum, quòd
1 non:ſicuti in iure ſepulchri dicitur,† quòd pertinet ad omnes hæredes,& ad omnes de familia.l. familiarū. cum l.ſequenti.ff.de religio.& ſumpti.funer. l.ſi ſepulchrum.C.eod.tit. & etiam quicūque hæredes veniunt ſiue in re certa ſiue repudiauerit hæreditatem, vt ibi habetur,nonobſtante diuiſione facta,niſi teſtator aliter ſenſerit.l.iij.§. ſi quis hæredem.ff.de ſepulchr.violat.vel niſi ex conſuetudine ius primæ geniture haberet locum: iuxta notat. in capit.quā periculoſum.vij.quęſtio.j.& in cap.licèt. de voto:ſecundum Ioan.Andr.& Panormita.in d. cap.cùm ſeculum.& cap.ex inſinuatione.de iure patronatus.facit l.voluntas.C.de fideicommiſ. Paul. de Caſtr.in dict.l.ſi ſepulchrū.format quæſtionem, an tale ius patronatus eccleſiæ poſsit diuidi inter hæredes & aſsignari vni cum videatur indiuiſibile, de quo ſe remittit ad notat.per gloſſ. & doctor. in cle.plures.de iure patronatus. Adde tamen, ꝙ quādo in diuiſione ſeu partēdis hęreditat.perueniūt aliqua caſtra villæ cū pertinētijs ad aliquem, vbi ſunt eccleſiæ ſeu capellæ iuris patronatus, quòd in cōſequētiā & per modū vniuerſitatis venirent. argumē. c.ex literis.& ca.conſultationibus.de iure patrona. vide Speculato.in titul.de fund.§.quoniam. verſic. ix.vbi etiam primogenitus tenetur facere homagiū ſtante conſuetudine,quòd primogenitus ſuccedat.

ARGVMENTVM.

Arma & inſignia armorum nobilitatis penes primogenitum remanere debent.

SVMMARIVM.

1 *Primogenito ſuccedenti ius patronatus eccleſiæ ad eum trāſfertur.*

2 *Ius armorum ſeu nobilitas indiuiſibilis: & ad omnes de*

agnatione tranſmißibile.
3 *Spurij ſeu baſtardi armis ſeu inſignijs nobilitatis gaudere non debent.*
4 *Arma pura nobiliū penes quem eſſe debeat conſuetudo eſt attendenda.*
5 *Arma pura nobilium quòd penes principalem domus tanquàm caput remanere debeant.*

Quæſtio MCXL.

QVAERITVR an arma ſeu inſignia armorum nobilitatis & vexillorum debeant remanere penes primogenitū tanquā caput armorū, Et videretur dicendum quòd ſic:argument.capitu. quàm periculoſum.vij.quæſtio.j.& capit.licèt.cum ibi not.de vot.& maximè ſtante conſuetudine,quę eſt de iure valida, quòd primogenitus ſuccedat:
1 quia iſto caſu † ius patronatus eccleſiæ transfertur ſolùm ad primogenitum:ſecundum Ioan. Andr. & Panormita.in capit.cùm ſeculum.& capitu.ex inſi-
2 nuāte.de iure patronatus,aliàs verò † ius armorum ſeu nobilitatis non poteſt diuidi,ſed tranſit ad omnes hæredes & deſcendentes ſiue ſint hæredes, ſiue non,& pariter tranſit ad omnes de illa agnatione. l.familiarū.& l.ſequenti.ff.de religio.& ſumpti.funer.l.ſi ſepulchrum.C.eod.tit.licèt non tranſeat ad illos de cognatione. l. ius familiarū.ff.de religio. & ſumpti.funer.ſecundum Bartol.in tracta. de inſig.& armi.verſicul.quæro qualiter. & ibi tenet, ꝙ
3 baſtardi† vel ſpurij non poſſunt vti armis:ſeu inſignijs nobiliū,cum non ſint de familia ſeu agnatione.l.annunciatio.ff.de verbor.ſignificatio. licèt aliter in Thuſcia ſeruetur de conſuetudine, cui cōſuetudini ſtandū eſt:ſecundum Bartol.ibi, & idem tenet domi.Guid.Pap.deciſ. Veruntamen ſecūdum Bartol.in dict.tracta.vbi ſuprà quandoq; multiplicātur hij qui portant talia inſignia vel arma,& conſuetum eſt per aliquos aliquid apponi vltra, vt ab alijs agnoſcantur & diſcernātur,quod eſt licitū: ſicuti quando additur alicui nomini pro nomen,& iſtud vulgariter dicitur diuiſa ſeu barra,quæ denotat differentiam in nouis,licèt ille qui eſt caput armorum portet arma pura ſine intermiſſo. Et pro præmiſsis facit:quia apud digniorem debet conſiſtere caput armorum:ſicuti ſolet dici de inſtrumentis communibus.l.fi.ff.de fid.inſtrumen.l.procurator.cum ibi notat.per doctor.C.de edend.facit etiā l.in religioſis.ff.de religio. & ſumpti.funer. & per glo.in c.vbi denominātur eccleſiæ:vbi reſidet,;licèt alia membra ſint alibi.& idem de baronia dicitur quæ intitulatur à Caſtro baronai, licèt alia membra fuerunt demembrata:ſecundum Ioan. de Pla.
4 in l. Veruntamen ſecundum Bart.ibi,ſuprà, † in talibus debet attendi conſuetudo in facto armorū nobilium:ſecundum Bartol.vbi ſuprà: & de modo probandi,arma & quæ ſunt digniora:quando cōceduntur à principe & de coloribus armorum: vide per Bart.vbi ſuprà. & in tractatu armorum belli cir
5 ca finem. Adde Bald.in l.j.C.pro ſoc. † quòd arma pura nobilium debent remanere apud principalem domus,tanquàm caput,& per de Vbald.in tract. ſocieta.parte.xj.quæſt.xj.

ARGVMEMTVM.

Ius patronatus,an præſcriptione quæri poſsit.

SVMMARIVM

1 *Præſcriptio iuris patronatus quod fama probari poßit.*
2 *Laici iurium ſpiritualium incapaces.*
3 *Ius patronatus præſcriptibile.*

Quæſtio MCXLI.

QVAERITVR an ius patronatus laicorum poſsit quæri præſcriptione,& an probe-
1 tur per famam? Et in effectu† bene poteſt probari per famam, & alia adminicula, maximè in factis de antiquo:ſecundum Bal.in l.cùm ſuper.de rei vēdicatio.& in authen.quas actiones.C.de ſacr.ſanct. eccleſ.ſed quòd poſsit quęri præſcrptione.Dubium
2 facit:†quia laici ſunt incapaces iurium;ſpiritualiū, nec poſſunt præſcribi,etiam per tantum tempus cu ius initij memoria hominū non exiſtit. ca.cauſam. de præſcript.cum ibi notat.per Panormitanū.& per gloſſ.in capitu.j.de cleri.ægro.libr.vj.Veruntamē quia ius patronatus non eſt merè ſpirituale.cap.de-
3 cernimus.de iudic.ideò† poſſet præſcribi ſaltem cū allegatione tituli per tantum tempus cuius non eſſet memoria hominis in contrarium.cap. j. de præſcript.lib.vj.& quando allegatur tale tempus non eſt neceſſe allegare titulum:ſecundum Fredericum de Senis conſilio. ccxxxiiij. de quo ibi latiùs per ipſum.

ARGVMENTVM.

Collatio facta contempto patrono,an valeat.

SVMMARIVM

1 *Inſtitutio ſecunda prima non caſſata in iure patronatus,an teneat.*
2 *Inſtitutio facta patrono contempto nulla dicitur.*
3 *Inſtitutio ſola patrono contempto,an in poſſeſſorio ſufficiat.*

Quæſtio MCXLII.

QVAERITVR qn̄ Epiſcopus,aut alius diœceſanus confert beneficiū iuris patronatus cōtempto patrono,vel inſtituit ad præſentationē non veri patroni,an teneat ſecunda inſtitutio,non caſſata prima,ſaltem in cauſa poſſeſſoria? Dubium facit per ea quæ habetur in cap.inter dilectos.de ex-
1 ceſſ.prælat.vbi non †tenet ſecunda collatio nō caſſata prima:quia quis eſt functus officio ſuo.cap.in literis.de offic.delega.& idem in electionibus.cap. auditis.cum ibi notatis,de electio.capit.poſt electionem.§.quoniam.de conceſsio.præbend.Sed in contrarium videtur veritas:in caſu iſto.capit.fina.de iure patro.Nec obſtant iura ſuprà allegata: quia loquūtur quādo ambæ collationes ſeu inſtitutiones fierent ab eodem collatore,eodem reſpectu:ſecus ſi
2 alio iure:ſeu diuerſo reſpectu.† & ideò quando collatio fit ſpreto patrono, tunc talis inſtitutio dicitur nulla.cap.decernimus.xvj.quæſtio.vij. cum ibi notat.per glo.vbi Epiſcopus tenetur inſtituere præſentatum,non obſtante priore collatione facta per ipſum ſine conſenſu patroni,& notatur in c. illud. de iur.patrona.& idem eſt quando Epiſcopus inſtituit aliquem ad præſentatio nem eius, qui non erat verus patronus:quia non impediet ſecundam inſtitutionem ad præſentationem illius, qui eſt verè patronus:ſecundum gloſ.in pragm atic. ſanctio.in tit. de collatio.§.vt verò.verſic.eo ipſo.Nec obſtat ſi di
4 catur, † quòd ſola inſtitutio prælati ſufficiat.& ꝙ tribuat

tribuat titulum coloratum, ſaltem in poſſeſſorio. clemen.j.de cau.poſſ.& propriè,quia plus iuris prælatus habet in conceſsione, quàm patronus in præſentatione.capit.dilectus. de offic.lega. & hoc voluerunt domi.de Rota,deciſi.cxcij. Quia ad iſtud reſpondetur,quòd ſaltem in petitorio non impeditur ſecunda inſtitutio, quinimò ſecundum aliquos inſtitutio facta contempto patrono dicitur nulla. de quo habetur per Frederic.de Senis in tractat.per mutationum.quæſtio.xxx.& per gloſſ.in pragma. ſanctio.in tit.de electio.§.& cum humanę.cap. decernimus.xvj.quæſtio.vij.domi.de Rota, deciſio. ccclvij.Panormita.in cap.cùm Bartholdus.de re iudica.& ibi Felin.vide domi.de Rota,in nouis,deciſio.cxcij. quòd ſola inſtitutio Epiſcopi ſufficit in poſſeſſorio.&c.

Quæſtio MCXLIII.

QVAERITVR ſuper viſitatione prouiſionis apoſtolicæ decanatus eccleſiæ Valeñ obtētæ pe reuerendum dominum Carolum de Turnone vacāte per obitum domini Caroli de Grolea, qui decanatus inibi dignitas poſt pōtificalém maior exiſtit ipſo,in xvj.ſuæ ætatis anno cōſtituto,vel circa ac de nobili & militari & genere baronū procreato.&ibidē fit mētio de certis alijs beneficijs quę obtinet,& etiam de canonicatu Valeñ,cū dictus decanatus per canonicos dictæ eccleſiæ conſueuit teneri,& cuius prouentus xl.ducatorum ſoluere non excedunt etiam quouis alio modo vacet,etiam ſi cōſueuerit per electionem aſſumi, etiā ſi inter alquos lis pendeat,&aliàs prout ibi pleniùs habetur,Datū Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis dominicæ.M.cccccvj.idus Maij, cū proceſſu executoriali deſuper formato,de eodem anno,die ſecunda menſis Septembris,vbi etiam inſeritur bulla poteſtatis rigoroſa tamē executorum, ibi nominatorū,quorum ſunt duo,videlicet domi. Abbas ſancti Antonij officialis Viuarieñ,cū clauſula alternatiua quatenus vos vel duo aut vnus.&c.& ibi fit mentio de canonicatu & etiam decanatu,prius præſtito iuramento fidelitatis ſolito,iuxta formam bullę introcluſæ,& miſsionē in poſſeſsionem facta de eo dem anno die viij.menſis Octobris,acceptæ per magiſtrum Bernardum de capella procuratorem dicti domini Caroli de Turnone,& factæ per dominum Antonium Buaterij ſubexecutorem per introitum portæ eccleſiæ ſanctæ Apolinaris,& per oſculū magni altaris,licèt ibi nō inſeratur procuratoriū cum præſtatione iuramenti,de eodem anno,die viij.mēſis Octobris,præſtito per dictum Bernardum de capella in manibus dicti magiſtri Buaterij officialis Viuarienſis,& ibi inſeritur forma iuramenti, licèt ibi non inſeratur procuratorium dicti magiſtri Bernardi de Capella.

Quæſtio MCXLIIII.

QVAERITVR ſuper cauſa poſſeſſoria beneficiali prioratus beatæ Mariæ de Mura Viennenſis diœceſis in Vieneſio inter venerabilem dominum Petrum Raboti decanum Dyenſis cōmendatarium dicti prioratus ex vna:&fratrem Ioānem Coignio partibus ex altera, vbi in effectu dictus Raboti ſupplicat, quòd dictus prioratus vltimatè vacauerit per obitū domin.Gulielmi Borſerij vltimi comendatarij & poſſeſſoris dicti prioratus,& quòd fuit eidē Raboti authoritate apoſtolica canonicè prouiſum,petendo ſe manuteneri: ſed econtrà dictus Coignio ſe oppoſuit & produxit eius titulum domini abbatis Athenateñ,à quo immediatè depēdet dictus prioratus,de anno. M.ccccxcviij. die xij.menſis Ianuarij à paſchate ſumptis vbi narratur,quòd dict. prioratus vacauit per deceſſum dicti Borſerij,extra Romanam curiā,etiam per cuiuſcunque alterius obitum:& deinde de eodem anno die xiiij.menſis Ianuarij,fuit miſſus in poſſeſsionē: ſed econtrà pro parte dicti domini Raboti fuit producta eius prouiſio appoſtolica, vbi narratur qualiter dictus prioratus quem dictus Borſerij dū viueret ex cōceſsione & diſpenſatione apoſtolica in comēdam obtinebat,comenda huiuſmodi per obitum dicti Borſerij qui extra Romanam curiam diem clauſit extremum, caſſante adhuc eo,quòd dum dictus Borſerij commendatus fuit vacabat modo vacare neſcitur,& ibi fit mentio qualiter dictus Raboti inter cætera obtinet decanatum eccleſiæ Dyeñ,etiam ſi obtineat quecūque alia beneficia dictum prioratū de Mura,qui conuentualis nō eſt, & cuius fructus & prouentus:ſecundum communem æſtimationem non excedunt quouiſmodo vacet, & ex cuiuſuis perſona, etiam ſi lis pendeat indeciſa,dūmodò tempore datæ pręſentiū non ſit in eo alicui ſpeciale ius quæſitum, & ibi deputantur tres executores cum clauſula alternatiua, & cùm illa clauſula amoto exinde quolibet illicito detētore, Datū Romæ anno incarnationis domini. M.cccexcix. idus Ianuarij,cum proceſſu executoriali deſuper formato anno natiuitatis domini. M.cccexcix. die xviij. menſis Iunij,cùm miſsioni in poſſeſsionē dicti Raboti per eius procuratorē per tactū vectis,& introitum & exitum primæ portæ dicti prioratus,vbi etiā fuit facta fides de prouiſione commendæ dicti domini Gulielmi Borſerij,in qua narratur,quòd vacāte dicto prioratu de Mura & etiam de Coignio per ceſsionem Theodori Abbatis Athenatenſis. Datū Romæ anno incarnationis. M.cccc.lxxxviij.iij. idus Decēbris,cùm proceſſu executoriali deſuper formato,licèt ita non ſit miſsio in poſſeſsionem, & aliàs prout ibi pleniùs continetur.

SVMMARIVM.

1 *Ius oritur ex facto.*

2 *Titulus canonicus in beneficijs requiritur.*

3 *Inſtitutio ut canonica dicatur, tria requiruntur.*

4 *Legatorum poteſtas reſtringenda.*

Quæſtio MCXLV.

QVAERITVR ſuper viſitatione allegationū venerabilis domini Criſpini martij canonici eccleſiæ cathedralis Triſtatueñ contra dominum Antoniū de Troys ſupplicantem prætextu & ad cauſam canonię & prębendę quę vacauerunt in dicta eccleſia per obitū domini Franciſci de Malopaſſa vltimi poſſeſſoris,† & quia ex facto oritur 1
ius.capitu.de muliere.de ſponſal.l.quidem referāt. ff.de iur. codicil.l.ſi ex plagijs.§. in clino.ff.ad leg. Aquiliam.& ex parte actoris ius metimur.l.ij. ff. ſi pars hæredi.peta.ideò ex proceſſu apparet de non
2 iure dicti domini Andreæ,† quia in beneficialibus requiritur canonicus titulus.cap. ex frequentibus.

de inſti.capit.j.de regu.iur.libr.vj.&ibi Ioan.And.
in mercurialibus poſt Din.quòd tria requirũtur ad
hoc,vt dicatur canonica inſtitutio:videlicet habili
tas in inſtituente, in inſtituto & forma inſtitutio-
nis, & plura vitia incurrit qui ingreditur benefi-
cium ſymoniaco titulo.cap.dudum.le ij.de electio.
& ibi Panor.in v.notabili,& licèt dictus de Troys
petierit fieri ſequeſtrum:tamen curia ordinauit cõ-
trarium,vt dictum dominũ Marini forè præciſè ma
nutenendum.Præterea licèt dictus de Troys obti-
nuerit quędam prætenſam ordinationẽ à dño Car-
dinali ad Vincula: ſeu eius executore: tamen di-
cta collatio eſt penitùs infecta,cùm non fuerit re-
ceptus à Rege domino noſtro Delphino,nec ab iſta
curia ſuprema Parlamẽti,† & poteſtas legatorũ eſt
reſtringenda:iuxta nota.per gloſſ.in clementi. fin.
de offic.ordina.Nec obſtat quod fuerit aliâs lega-
tus:quia eius poteſtas expirauit,tàm per ingreſſum
vrbis,quàm etiam per reuocationẽ expreſſam. cap.
præſenti.de offic.legat.libr. vj. & ita vbi dictus de
Troys fuiſſet in poſſeſsione diceretur intruſus. ca.
cùm iam dudum.de præbend.& ibi Panormit.ca.ij.
de in integr.reſtitu.reſpectu verò dicti domini Mari
ni,qui prius obtinuit manutentionẽ in hac curia in
contumaciam non comparantiũ. & ita non debet
audiri dictus de Troys tanquàm contumax, atten
to etiam quia dictus dominus Marinus facit fidem
de eius collatione facta per dictum capitulum ec-
cleſiæ Tricaſtaneñ,& miſſus fuit in poſſeſsionẽ, &
ad dictum capitulũ ſpectat collatio ſeu electio præ-
bendarũ.cap.cùm eccleſia Vulterana.de electio.ca.
cùm in eccleſijs.de præbend.libr.vj.& licèt collatio
dicti de Troys prætendatur facta de anno domini.
M.ccccxcvij.xvj.kalendarũ Decembris quæ cadit
xvj.Nouembris,& procedat de vno die collationẽ
dicti capituli,quæ fuit facta xvij.Nouembris:tamẽ
collatio dicti domini legati dicitur nulla, tanquã
facta à non habente poteſtatem: quia non fuit ad-
miſſus à Rege domino noſtro Delphino moderno,
licèt prætendatur fuiſſe admiſſus per Regem Ca-
rolum.Nec obſtat ſi dicatur,quòd quidem amicus
dicti Marini accepit poſſeſsionem,licèt non habe-
ret ſpeciale mandatum: quia iſtud non obſtat: iu-
xta nota.per Panormita.in cap.accedens.de prębẽ.
& per glo.in cap.nonnulli.de reſcrip.& poteſtas ca
pituli reſidet etiam in duobus:videlicet in domino
Petro Odineti Præpoſito, & dño Stephano Odi-
neti canonico,qui contulerũt dicto domino Mari-
ni, attento ꝙ alij fuerunt vocati per ſonũ cãpanæ.
ca.gratum.cũ ibi nota.de poſtulatio.prælato.& vl-
terius fuit probatũ,ꝙ data dicti de Troys non fuit
vera.Nec obſtant prætẽſi obitus aduerſus teſtes di-
cti Marini:quia illi nõ obſtãt,& maximè in iudi-
cio,ſummario:iuxt.not.per Panor.in c.veniẽs.facit
quod habetur per Panor.in c.iij.de ſymo.Tũ etiam
quia apparet de raſura literarũ dicti de Troys,& in
loco ſuſpecto,videlicet in data.cap.licèt.de crimine
falſi.ca.ex literis.de fid.inſtru.& maximè quia fuit
probatũ,ꝙ die xvj. Nouẽbris.ꝑdo. Cardinalis non
erat in loco Petrelatę:ſed alibi,videlicet in loco ſan
cti ſpiritus.Nec obſtat c.ſi à ſede.de pręb.lib.vj.vbi
præfertur collatio legati collatiõe ordinarij, de ea-
dẽ data,quia d. Marini fuit prius poſſeſsionẽ ade-
ptus, & maximè quãdo actor agit cõtra poſſeſſorẽ:
ſecundum Geminianum in capitul.ſi à ſede.

ARGVMENTVM.

Litera in beneficialibus,an tituli locò habẽda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Verbo ſolo in beneficialibus ius quæritur,cùm de Papæ pro uiſione agitur.*
2 *Litera ad tituli probationem requiritur.*
3 *Supplicatione Papæ ſola ſignata ius in beneficio quæritur.*
4 *Supplicationes decretas fuiſſe non niſi literæ leuentur,ſufficere ſtyli Senatus Delphinalis eſt.*

Quæſtio MCXLVI.

QVAERITVR an in beneficialibus litera ſit
loco tituli,& an bullis nondũ cõfectis,quęra
1 tur ius in beneficio? Et in effectu quãdo †agitur de
prouiſiõe Papę,tũc ſolo verbo quæritur ius in bene
2 ficio.c.ſi.de cõceſs.præben.lib.vj.†licèt bene requi
ratur litera ad probationẽ tituli.c.inſtitutiõis. xxv.
q.ij.& hoc tenet Cyn.& Bal.in l.ſi qua per calum-
niã.C.de epiſc.& cleri.licèt ibi teneãt,ꝙ quãdo agi
tur de collatiõe inferiorũ à Papa,& maximè quan-
do agitur de paruo beneficio, ꝙ poſſet probari per
teſtes.de quo etiã per Bal.in l.humanũ.C.de legib.
&ibi etiã tractat,an de eſſe ſeu ſubſtãtia legis requi
ratur ſcriptura:& in l.falſus.C.de furt.& ibi etiã te
3 net,ꝙ †per ſupplicationẽ ſignata Papa quęritur ius
in beneficio,licèt requiratur,ꝙ leuetur ſcriptura,ſeu
bulla:vt in regula cãcellariæ.xxv.de quo etiam per
Ang.Aret.in.§.pręterea. inſtit. de inutil.ſtipulatio.
& ibi quãdo ſupplicatio trãſit,fiat vt petitur:de hoc
etiã habetur per Bal.in l.fi.C.ſentẽ.reſcin. nõ poſſ.
& in c.j.per quos fiat inueſti.& per Io. And.in c.ne
mo.de reg.iur.lib.vj.& per Archi. Io. And.in nouel
la,& Gemi.in proœ.vj.& per do.de Rot. deciſ.ccl.
Veruntamẽ hodie emanauit conſtitutio extrauag.
Bonifacij VIII.vt quis nõ adipiſcatur poſſeſsio-
nẽ beneficij,niſi prius leuatis bullis & cõſtito de li-
teris:ſecundũ Panor.in c.in noſtra.de reſcript.& in
ca.tranſmiſſa.de election.ſub pœna priuationis.in
c.eũ qui.de præbẽ.lib.vj.& idẽ in officio tẽporali.l.
probatorias.C.de diuerſ.offi.lib.xij.Addeꝙ iſtud fa
5 cit pro ſtylo curiæ Parlamẽti Delphina.vbi †nõ ſuf
ficit ꝙ ſupplicationes fuerũt decretatæ,niſi leuẽtur
literæ:facit deciſ. Rot.in antiquis ſub tit.de proba.
incipiente,notat ꝙ ſumptũ de regiſtro literarũ apo-
ſtolicarũ facit fidẽ,ſecus in ſumpto ſupplicationũ ſi
gnatarum:veruntamẽ in vrbe in rota præſentantur
ſupplicationes ſignatæ auditoribus quò ad cõmiſ
ſiones,& prouiſiones per curſores, & vigore quarũ
ſupplicationũ ſignatarum procedũt auditores:vide
in regula cãcellariæ xxv.vbi non debet iudicari ſe-
cundũ ſupplicationes:ſed ſecundũ bullas, vide per
Felin.in rubr.de cõſti.& in c.veniens.de accuſ.Ad-
de Roma.cõſi.cccl.qñ Papa narrat factũ ſui præde
ceſſoris ſeu ſupplicationẽ ſignatã an ſtetur narra-
tioni Papæ:iuxt.cle.j.de proba.Et videretur dicen-
dũ,ꝙ ſic:iuxt.not.per glo.in c.j.de renũcia.lib.vj.
in c.ad appoſtolicę.de re iudi.lib.vj. ſed admittitur
probatio in cõtrariũ,& per inſpectionem ſupplica-
tionis de quo ibi latiùs per Roma.in dict.conſi.vi-
de Bal.in rubr.qui ſucce.tene.quòd ante literas cõ
fectas & præſentatas poteſt acceptari beneficium
ſed nõ mitti in poſſeſsionẽ:ſicuti de hærede,qui po-
teſt adire ante appertas tabulas, ſed nan mitti po-
teſt in poſſeſsionẽ.& per Cardi.Flo.in cle.j § cæte-
ri.de con

rum.de conceſ.pręben. Adde per glo.in regula cancellariæ viij.quando Papa ſignat vnam gratiam,& moritur ante quàm leuetur bulla, quòd acquiritur ius.allegat text.cum gloſſ.in clemen.dudum.§.nos enim.de ſepul.Panormi.in cap.noſti. de electio.in cap.in noſtra.de reſcrip.tamen non datur fides ſine confectione literarum.iuxt.nota.per Bald.in l.falſus.C.de furt.& Oldrad.conſil.ccxxiiij.& cccxxvj. & multa ſtatuuntur cauſa extorquendi pecunias: iuxt.nota.per Ioan. Andr.in cap.ſedenti.de reſcrip. Facit regula cancellariæ.xxvj.& xxix.& liij.& lxix.

SVMMARIVM.

1 *Authoris poſſeßionem non titulum in beneficialibus probare ſufficit.*

Quæſtio MCXLVII.

QVAERITVR quando impetratur beneficium an debeat docere de titulo prędeceſſoris:an verò ſufficiat docere de poſſeſsione prędeceſſoris.& dicendum eſt quòd non tenetur iuſti-
1 ficare de titulo prędeceſſoris: ſed ſufficit † probare quòd pro tali reputabatur, & quòd erat in poſſeſſione:vti quando agitur de beneficio permutato: quia non requiritur iuſtificare de titul.authen. ſed ſolùm de poſſeſſore:ſecundum Panormita. in cap. cùm venerabilis.de except.& domi. de Rot.deciſi. cxij. quos refert & ſequitur glo.in pragma.ſancti. in titul.de pacific.poſſeſſ.cap.j.§.ordina.ſuper verbo,inquirant.Et iſtud facit pro beneficio commendator,quòd ſufficit narrare, quòd talis qui erat in poſſeſsione beneficij mortuus erat.argumen.c.cùm de beneficio.de prębend.libr.vj.& l.Barbarius Philippus.ff.de offici.prętor.

ARGVMENTVM.

Contendentes de beneficio interdicto retinendæ ſi titulo minùs canonico careant, quid agendum.

SVMMARIVM.

1 *Iudicem amicum habere in arbitrarijs bonum eſt.*
2 *Poßidere commodum in arbitrarijs.*
3 *Ius ex actoris parte metiri ſolet.*
4 *Vitioſus ingreſſus in beneficijs non eſt dandus.*
5 *Titulus beneficij impreſcriptibilis.*
6 *Actore non probante reus & ſi iuris ſui defectum fateatur ab actoris impetitione abſoluendus eſt. & nu. 9.*
7 *Delationi iuramenti, ubi de beneficij titulo agitur, locus non eſt.*
8 *Confeßio in beneficialibus an teneat.*
10 *Actor & ſi de titulo & iure ſuo doceat: reo tamen ſuos obiectus deducere permittitur.*

Quæſtio MCXLVIII.

QVAERITVR quando agitur de beneficio eccleſiaſtico in petitorio vel poſſeſſorio retinédę inter duos cótendentes qui carét canonico titul an debeatur reus abſolui ab impetratione actoris,an verò debeat quęſtio ſorte dirimi, vel ſequeſtrari beneficium ad ſaluũ ius habentis, prout interdũ contingit de ſtilo curię parlaméti Delphi. vel an ſit gratificãdũ:iux.no.in c.duobus.de reſcri. lib.vj.& in l.humanũ.§.fi. ff.de lega.j.& in l.ſed cũ ambo.ff.de iudic.quia officiũ iudic.eſt latiſsmũ.l.j.
1 ff.de iur.om.iudi. † & ideò in iſtis arbitrarijs bonũ eſt habere iudicé amicũ:dum tamen non faciat cótra cóſcientiã:ſecundũ Io.Andr.& Panor.in c.j.de conſtituti.& quia iſta quęſtio poſſet habere longũ tractum:ideò referam abreuiaté opiniones. Et prima facie videretur dicendũ ꝙ reus debeat abſolui actore non probãte.l. qui accuſare.C.de edé.c.fi.de
2 iur.iurãd. † & in hoc cóſiſtit cómodũ poſſeſſoris.§. cómodũ.inſtit.de interdict.l. qui petitorio.ff. de rei
3 vendic.& † quia ex parte actoris ius metimur.l.j.ff. ſi pars hæred.peta.in princ. adeò ꝙ non apparente de iure actoris,reus debet abſolui,etiã non cóſtito de aliquo eius iure.l.fi.C.de rei vendi.& licèt in interdicto vti poſsidetis:quod dicitur duplex quilibet dicitur actor &reus:tamẽ ille fungitur vice actoris, qui primo prouocat ad iudiciũ.d.l.ſi cùm ambo. & pro hoc facit c.olim.de reſcrip.vbi licèt reus priuetur ſuo iure in beneficio:nõ tamẽ adiudicatur acto-
4 ri,niſi faciat fidẽ,de eius canonico titulo,ne † detur vitioſus ingreſſus:vt ibi habetur. c. cum qui. & ibi glo.fi.de eo qui mit.in poſſeſ.cauſ.rei ſeruãd.lib.vj. & ibi gl.fi.& in c.fi.de iure iuran.lib. vj.facit quod habetur per glo.in c.contingit.de dol.& cótu.& in c.ex inſinuatione.de procura.vbi in beneficialibus
5 non † preſcribitur titu.beneficij:quia nõ poteſt obtineri ſine canonica inſtitut.& quia de qua re cognouit pretor pronũtiari debet.l.de qua re ff. de iudic. & maximè quando ageret de iuribus partiũ: vt ibi habetur,& per glo.in l. ff.de re iudic. de hac materia habetur per glo.in pragma.ſancti.in tit. de pacific.poſſeſſ.c.j.§.ordinarij.ſuper verb. inquirãt. & pro hoc allegat docto.in c.mandatũ.de reſcript.
6 ꝙ † ſi reus etiam in beneficialibus cõfitetur defectũ iuris ſui,abſoluetur ab impetitione actoris,quando actor nihil probat de iure ſuo:quia inferior à Papa nõ poteſt pronũtiare vltra vires libelli. Et hoc verũ vbi reus ſtetit in meris terminis defenſionis:ſecus ſi petijt pronuntiari ſuper iure ſuo:quia tũc nõ debet vnũ abſoluere ab impetitione alterius,&ecõtrà:ſed debet vtrũq; expellere à beneficio.allegãt nota.per gl.& doct.in c.cũ ſuper.de cauſ.poſſeſ.& propr.nec
7 eſt † locus delationi iuraméto qñ agitur de tit.bñficij.c.dilationi.& ibi per Inno.& Hẽric.Boic.de iureiurã.de quo ibi latiùs per glo. etiã quando agitur poſſeſſorio. Feli.verò.in d.c.olim.primo. facit regulã,ꝙ in beneficialibus nõ ſufficit probare de nõ iure aduerſarij:niſi etiã probet de iure ſuo:quia vterq; pót eſſe,ꝙ vterq; careat titulo.l.ſi inter.ff.de excep. rei iudic.& pro hoc allegat Roma.cõſil.cccxlvij.& Inno.in c.abbate. de verb.ſigni. vbi tenet, ꝙ licèt quis ſit poſſeſsione beneficij,& teneat canonico ti. & dubitet ab aliquo moleſtari,qui nõ habet ius in beneficio,ꝙ reus nõ pót agere cõtra actoré ne moleſtetur in beneficio:alleg.not.per Spec. de cenſ. & Alex.de Imol.in l.ſi finita.§.elegãter.ff.de dãn. infect.& ſicuti in matrim. carnali nõ tenet cõfeſsio.c.
8 ſuper eo.de eo qui cogno.cõſangui. vxor.ſue. † ita etiã non tenet cõfeſsio in beneficialibus,nec pariter ſufficeret tenere pro cõfeſſo in cõtumaciã nõ reſpõdentis:iuxt.c.ſed ſi. de confeſ.lib.vj.& licèt quãdo nõ apparet de iure actoris, reus debeat abſolui: prout ſ.dictũ fuit,etiã in beneficialibus: ſecundum Compoſtellanum. in cap.mandatũ. de reſcript. & poſtmodum in alia inſtantia ordinarius poterit ex offic.contra reum prouidere qui caret tit.iuxt.c.ordinarij.de offic.ordi.lib.vj.& meliùs eſt, quòd reus maneat in ſua iniuſta poſſeſsione, quàm ſi actor de

nouo ingrediretur poſſeſsionem: ſecundum Felin. in dicto cap. olim. de reſcript. qui ponit quinque limitationes, videlicèt prima quando producitur gratia. ſi neutri. Secundũ quãdo agitur poſſeſſorio. quia ſufficit cõfeſsio partis etiã in beneficialibus. & ibi allegat do. de Rot. & in iij. limitatione prout
9 ꝙ etiã quando † agitur de poſſeſsione retinenda, quando non apparet de non iure actoris ꝙ reus debet abſolui, nec debet remoueri de poſſeſsiõe: quia turpius eijcitur hoſpes, quã nõ admittatur, c. quęad modum. de iureiuran. & in pari cauſa turpitudinis potior eſt cauſa poſsidentis. domi. verò de Rota in nouis in rubr. de re iudic. deciſio. incipiente, Item
10 quòd reus. tenẽt † quòd licèt actor iuſtificet de titulo & ſuo iure: tamen reus poteſt admitti ad dandũ obiectus cõtra reſignationem & titulũ actoris. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ non debet audiri ille cuius non intereſt in beneficialibus. cap. cùm inter. de electio. quia ad iſtud reſpõdetur, quòd ſatis intereſt reo, ꝙ poſsit vincere per non ius actoris. l. ſi. C. de rei vẽdi. ſecundũ Compoſtel. in d. c. mandatum. de reſcript. & Inno. in c. ex inſinuatione de procura. ſecundum do. de Rot. in antiq. tit. de except. deciſ. ij.

ARGVMENTVM.

In poſſeſſorio manutenendæ, ſi partium iura ſint dubia quomodò iudicandum erit.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtro an locus ſit quando partium iura dubia ſunt.*
2 *~~Cæteris paribus qui de potentiori titulo iuſtificat obtinere~~ debet.*
3 *Vocatus in ius cæteris paribus ſentẽtiam reportet, oportet.*

Quæſtio MCLXIX.

QVAERITVR quando agitur ſuper poſſeſſorio manutenẽdę in cauſa beneficiali & iura partium ſunt dubia: vt quia eſt omnimoda paritas inter probationes vtriuſq; partis: qualiter debeat pronuntiari: & an debeat ſortè dirimi, quod videretur dicendum in c. licèt. de probat. & in l. vnic. C. vti poſside. & maximè quando agitur ad tollendam controuerſiam præteritorũ: ſecundum Cardi. Floren. conſil. centeſimo: vel ſaltem poteſt prnũcia rivti poſsidetis ita poſsideatis reſpectu poſſeſsionis cuiuſlibet, quãdo poſsidẽt diuerſimodè. l. ſi duo. in princip. ff. vti poſsidetis aliàs pręberet occaſionẽ ri-
1 xæ: † & ideò debet ſequeſtrari: ſecundum Barto. in dict. l. ſi duo. vel debet adiudicari per modum aſsignationis fructuum pro medietate cuiuſlibet. Sed Felyn. in cap. capitulum. de reſcript. circa finem, te-
2 net, † cæteris paribus, ille qui iuſtificat de apparẽtiori tit. debet obtinere. & idem tenet do. Guid. Pa-
3 pæ deciſ. clxxj. & ccccxxv. † vel etiam cæteris paribus, ille qui eſt prouocatus ad iudicium vincere debet: & maximè in cauſa beneficiali, faciliùs permittitur ſequæſtrum: ſecundum Archidiac. in cap. quia res. xj. quæſtio. j. & in cauſa recurſus ſeu appellationis. l. Imperatores. ff. de appel. vide Io. And. in nouel. in c. eum qui. de eo qui mitti. in poſſeſ. cauſa re. ſerua. de duobus litigãtibus ſuper beneficio, quã do neuter probat plenè, ſed ſemiplenè, vel quoquomodo: quia non eſt locus diuiſioni, nec delationi iuramenti, nec gratificationi, niſi fieret per Papã, nec eſt tollerabilis diuturna vacatio, nec ad manus prę-lati retentio, nec poſsidentis iniuſta detentio: vnde ſecundum Hoſtien. iſto caſu cõſulendus eſt Papa & tãdem tenet quòd ſit recurrendũ ad ordinarium per modum ibi declaratum. Archid. ibi tenet, quòd licèt reus ſit contumax: tamen non eſt locus ſequeſtro, nec pariter ſtatur confeſsioni partis de titulo: quia titulus non dependet à poteſtate partium: ſecũdum Ioan. And. ibi in nouella: ſed oportet quòd aliter conſtet de canonica inſtitutione: facit cap. ſuper eo. de eo qui dux. in matrimo. vide gloſſ. in cap. poſt electionem. de conceſsio. pręben. ꝙ ſtatur confeſsioni partis ſuper ꝓrioritate tituli: ſecundũ Antoni. de Butr. facit quod habetur in cap. ſuper eo. de tranſact. & in cap. niſi eſſent. de præbend.

ARGVMENTVM.

Partes in beneficialibus ante omnia de eorum titulis fidem facere an teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Partes in caſu oppoſitionis manuteneri non, niſi de eorum titulis facta fide, debere ſlili parlamẽtai Grationop. eſt.*
2 *Reus in beneficialibus an de nõ iure actoris opponere poſſit.*
3 *Actore de iure ſuo non docente reus & ſi nihil præſtiterit uincere debet.*

Quæſtio MCL.

QVAERITVR an partes teneantur ante omnia fidem facere de titulis quando agi tur in cauſa beneficiali, ſuper poſſeſſorio? & in effe-
1 ctu † de ſtylo curiæ parlamenti non dantur literæ manutentionis in caſu oppoſitionis, niſi prius facta fide de titulo ex parte actoris ſeu rei ne detur vitioſus ingreſſus. capitul. eum qui. de eo qui mitti. in poſſeſsion. cauſa rei ſeruandæ. libr. vj. quia ex parte actoris ius metimur. l. j. in princip. ff. ſi pars hæredita. petatur. ſed adueniente dicta non admittitur etiam opponens ad habendum copiam ſupplicationis & titulorũ partis ſupplicantis, niſi prius facta fide de titulo ad obuiandum malitijs & fraudibus hominum. l. in fundo. ff. de rei vendica. quia ne inueniatur modus faciendi antidatas, quando viderentur tituli partis ſupplicãtis: licèt de iure communi reus poſſeſſor beneficij debeat audiri vt poſſit dare obiectus aduerſus titulũ actoris ad inficiendum titulũ: ſecundũ do. de Rot. in anti. ſub titul. de except. deciſi. ij. & in nouis, ſub titul. de re iudic. in-
2 cipiente, Item reus. Nec obſtat ſi dicatur † quòd in cauſa beneficiali non debet quis admitti, niſi ſua interſit. cap. cùm inter. de election. & talis exceptio etiam poteſt admitti in vim declaratoriæ: iuxt. not. per Bartol. in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. & in l. poſthumus. ff. de inoffic. teſtamen. & per Alex. de Imol. in l. ille à quo. §. ſi de teſtamẽ: ff. ad Trebel. & à princi. tertius tenetur docere de intereſſe. ſecundũ Bald. in authen. litigioſa res. C. de litigi. facit quod habetur in l. ſententia. & l. ſi per illuſorię. ff. de appella. quia ad iſtud reſpondetur ſecũdum do. de Rota vbi ſuprà: quia ſatis intereſt ipſius rei poſſeſ-
3 ſoris demonſtrãdo de non iure actoris: † quia tunc debet vincere etiam ſi nõ probat de iure ſuo: ſecundum Compoſtel. in c. mandatũ. de reſcript. & Inno. in c. ex inſinuatione. de procura. & Felin. in c. olim de reſcript.

de reſcrip. nec obſtat ſi dicatur quòd iſto caſu tolle
rabitur vitioſus ingreſſus. quia ad iſtud reſpondetur
ſecundum docto. vbi ſuprà, quòd ordinarius in
alia inſtantia poteſt compellere reum ad oſtendendum
titulum: iux. c. ordinarij. de offi. ordi. lib. vj.

ARGVMENTVM.

Narrationi literarum Papæ an & quando ſtãdum.

SVMMARIVM.

1 *Exemplo non, niſi de originali doceatur credendum.*
2 *Vltimæ bullæ narrationi nõ niſi prima inſerta ſit credẽdũ.*
3 *Scripturæ referenti in qua relatum inſertum eſt creditur.*
4 *Principi atteſtanti ſe uidiſſe originale creditur.*

Quæſtio MCLI.

QVAERITVR quãdo in literis Papæ fit
mentio de alijs literis hodie conceſsis, vel etiã
de data aliquarum literarum, an faciant fidem ſine
exhibitione literarum ad quam fit relatio, dubium
facit propter. cle. j. de probationib. vbi ſtatur literis
Papæ quando narratur aliquid de facto proprio ſu
perquo fundatur eius intentio: & etiam quando
narratur de facto alieno: quia facit præſuppoſitionẽ,
donec contrarium probetur. & pro hoc facit quod
habetur in cap. cùm à nobis. de teſtib. ſed in cõtra-
1 rium tenet glo. in c. j. de fid. inſtrum. † quia non eſt
ſtandum exemplo niſi exhibeatur originale. authẽ.
ſi quis in aliquo documento. C. de edend. etiam ſi
Papa mandet quòd procedatur ſecũdum tenorem
priorum literarum: quia debet cõſtare de prioribus
literis. & hoc etiam tenet Specu. in titul. de inſtru.
2 æditio. §. nunc autem. verſicul. opponere. † niſi inſe
reretur in vltima bulla tenor primæ bullæ: ſecundũ
Specu. ibi & per glo. in c. vlti. de confir. vtil. vel inutil.
& Romanus conſi. cccxxxvj. nec obſtat d. clem.
j. quia ibi non fit mẽtio quãdo narratur de pluribus
literis & alieno facto Papę, vide gl. in c. ſi Romano
rum xix. diſt. cap. abbate. ſuper verbo, fides. de verb.
3 ſignifica. † quando inſeritur tenor facit plenam fidem.
Roma. conſi. cccxxxvj. incipiente Circa propoſitum.
Iaſ. in authen. ſi quis in aliquo. & ibi refert
Bald. in addi. ad Specu. tit. de inſtru. editi. in ix.
col. verſi. an valeat, quãdo Papa vel princeps atteſtatur
vidiſſe originale, quòd ſtatur tali aſſertioni:
dict. clemen. j. de proba. facit glo. in l. ex verbis. C.
de dona. inter vir. & vxor. & in capit. inter dilectos.
de fid. inſtrum. & ibi Panor.

ARGVMENTVM.

Abutentes literis apoſtolicis nomina ſupponendo omni literarum commodo cum expenſis damnis & intereſſe priuantur.

Quæſtio MCLII.

QVAERITVR de his qui abutuntur literis apoſtolicis accõmodãdo nomine alterius licèt ſimulatè interueniunt nomine proprio. & ineffectu debét carere cõmodo literarũ tam impetrationis quã receptionis cũ expẽſis dãnis & intereſſe. c. quia nonnulli. & c. nonnulli. §. ſunt & alij. de reſcr. quia tales ſe cõuertũt ad nouũ genus marcionij ſubſtituẽdo querelas ſępiùs vel nõnullas qõnes & quos volunt fatigant, vt ibi habetur. & pariter ſunt alij qui abutendo faciũt plures acceptationes variãdo vltra quãtitatẽ beneficiorũ: & ideò ſibi præiudicãt maximè quãdo acceptant ſine proteſtatione, & donec facta ſententia declaratoria: iuxt. nota. per glo. ſi. & Gemi. in c. ij. de reſcript. lib. vj.

Quæſtio MCLIII.

QVAERITVR ſuper cauſa ſupplicationis dñi Matthęi Reynerij prętextu poſſeſſorij eccleſię ſancti Germani Inſulę dartas ex vna: & domini Anthonij Madorij ex altera vbi, pro parte dicti Reynerij fuit producta quædã impetratio apoſtolica parœcialis eccleſię Inſulæ dartas cũ omnibus iuribus & pertinẽtijs ſuis per obitũ dñi Petri reſtang. vltimi poſſeſſoris qui extra Romanam curiã diem clauſit extremũ, cuius fructus & redditus quindecim ducatorũ auri de camera: ſecundũ communẽ æſtimationẽ valorẽ annuũ non excedũt ſiue alio quouiſmodo vacet & ex quauis perſona dummodo tẽpore datę pręſentiũ non ſit alicui ius ſpecialiter quęſitũ: & ibi deputãtur certi executores cum clauſula alternatiua quatenùs ipſi vel duo, aut vnus ipſorũ ad inducendũ ipſum in poſſeſsionẽ amoto exinde quolibet illicitò detẽtore etiã ſi fratri noſtro Archiepiſcopo Vienneñ. vel quibuſuis alijs ſit à ſede apoſtolica indultũ, ꝙ de dictis beneficijs ſpectantibus cõiũctim vel ſeparatim nulli valeat prouideri per literas apoſtolicas nõ facientes plenã de verbo ad verbũ mentionẽ & cũ clauſula decreti irritãtis. Datũ Romę apud ſanctũ Petrũ anno incarnationis dñi 1499. xiij. Calend. mẽſis Martij, cum proceſſu executoriali ſubſecuto dñi Ioãnis baptiſtę Epiſcopi Mutineñ. alterius executoris de ann. Mccccc. die xxviiij. mẽſis Aprilis. deinde etiã fuit producta quędã miſsio in poſsionẽ de anno 1499. & de à paſcate more galicano ſumpto. & die vltima mẽſis Martij vbi dñs Andręas Gonin ſubexecutor receptis d. literis apoſtolicis & proceſsibus apoſtolicis ſuper eiſd. decretis exhibitis pro parte d. dñi Matthęi Reynerij ſe trãſtulit apud eccleſiã parœcialẽ ſancti Germani d. Inſulæ dartas: & ibi de vigore dict. literarũ apoſtolicarũ & proceſſuũ deſuper decretorũ miſit ipſum in poſſeſsionẽ d. eccleſiæ ſancti Germani. Et deinde ſe tranſtulit ad eccleſiã parœcialẽ d. Inſulę: & ibidẽ ipſum etiã poſuit in poſſeſsionẽ, actũ vbi s. ſignatũ per d. Andræã Gonin notarium apoſtolicum: licèt d. Reynerij ex poſt facto produxerit quendã aliam miſsionẽ in poſſeſsionẽ de anno 1500. die ij. menſis Auguſti cõtinuãdo primã poſſeſsionẽ d. parœcialis eccleſię Inſulę dartas & cõnexorũ ipſius per tactũ ipſarũ eccleſiarũ Inſulę dartas, & ſancti Germani: ſed ex aduerſo pro parte d. dñi Anto. Maderij fuit producta eius pręſentatio dñi prioris Darraſij curę ſeu Vicarię perpetuę ſancti Petri de inſula Artaſij de anno dñi 1499. die x. mẽſis Martij cum eius literis inſtitutionis vicarij dñi electi eccleſiæ Vienneñ. eccleſiarũ parœcialiũ ſimul vnitarũ ſanctorũ Petri de inſula & Germani Artaſij Vienneñ. diœceſis de eod. Anno die. xxj. mẽſis Martij in perſonã domini Antonij Augerij procuratorio nomine d. dñi Antonij Mãdoni cũ ratificatiõe ſubſecuta d. miſsioni in poſſeſsionẽ de anno 1500. die vltima mẽſis Aprilis: licèt etiã appareret de procuratorio d. dñi Antonij Augerij, & conſequenter fuerunt dati articuli pro parte dicti domini Antonij Maderij incipiente: vt appareat. ſignati per dictum Chãterelli: vbi deducitur, quòd dicta parœcialis eccleſia de quo agitur, mouetur de iure patronatus domini prioris Artaſij & cuiuſdã alterius laici, vt ibi habetur in iiij. arti.

& in viij.art.deducitur,ꝙ prouentus d.eccleſię ſunt valoris xx.ducatorũ,& vltra,& deinde fuit datũ vnum propoſitũ pro parte dicti domini Maderij qualiter eccleſia ſancti Germani nõ eſt parœcialis, ſed ſancti Petri,& ꝙ vna diſtat ab altera per quartũ vnius leucæ, & licèt in vtraq; eccleſia ſint ſacri fontes & cœmeteriũ,& percipiãtur eccleſiaſtica ſacramẽta:tamẽ dicta eccleſia S. Germani eſt filiolla, & depẽdet à d. eccleſia ſancti Petri, licèt dictus Reyuenerij nõ fecerit mẽtionem in eius impetratione, & ſic cẽſetur ſubreptitia.c.ad aures.de reſcript.Pręterea à tẽpore obitus d. domini Pet. Roſtagni, vſq; ad tẽpus impetrationis dicti Reyuenerij.nõ efluxit tantum tẽpus,ꝙ à loco caſtri foreſte in parœcia altæ Riuoriæ ex Lugduneñ,per ſex leucas quod potuiſſet veriſimiliter ad notitiam domini noſtri Papæ peruenire,& per cõſequens ſecundũ regulas cãcellariæ talis impetratio eſt nullius Roboris, vel momenti:ſecundũ regulas cancellariæ, & maximè cũ in dicta impetratione nõ derogetur dictæ regulæ cancellariæ,pro quo facit quod habetur in pragma.ſanctio.in tit.de collatio.c.j.§.ſed neque.&eſt ſciendũ,ꝙ dicta parœcialis eccleſia inſulæ ſancti Petri Artaſij bene diſtat à prioratu Artaſij per duas leucas & eſt diuerſa parœcialis eccleſia à parœcia prioratus Artaſij.

ARGVMEMTVM.

De modo adhibito in fundatione.

SVMMARIVM

1 *Acceſſio perſonarum in Dei eccleſia nulla eſſe debet.*

2 *Papa in dubio fundationis ſtatutoriũ derogare non videtur.*

3 *Pro re temporali modus in ſpiritualibus apponi minimè poteſt.*

Quæſtio MCLIIII.

QVAERITVR an in fundatione iuris patronatus licitè poſsit adhiberi modus,ꝙ præſentetur ad eccleſiam de genere fundatoris? Dubiũ
1 facit:† quia in eccleſia Dei non debet eſſe acceſsio perſonarũ.c.venerabilis.de præbẽ.ſicuti dicitur,ꝙ nõ debet reſtringi libertas eligẽdi,quod ſecus eſſet ſi aſtringeretur ad eligendũ de certo genere perſo-
2 narũ.c.cũ terra.de elect.Adde, † ꝙ in dubio Papa nõ videtur derogare ſtatutis fundationis:iuxta no. per Præpoſi.poſt Inno.in c.cũ in cunctis.§.inferiora.de elect.Sed præmiſsis nõ obſtãtibus videtur dicendũ,ꝙ valeat talis modus,ſicuti de præbenda dicitur,ꝙ debetur certæ dignitati: ſecundũ Gemi. in c.cũ in eccleſia.de præben.lib.vj.& pro hoc facit c. præterea.le ij.& ca.nobis.de iur.patron.Nec obſtat quod habetur per Inno.in c.quoniã.le ij.ne prælat.
3 vice.ſua.†vbi pro re temporali nõ poteſt in ſpiritualibus apponi modus vel cõditio.nã patronus cùm ſit perſona priuata nõ poteſt immutare ordinẽ canonicum & diſpoſitionẽ iuris.c.tua. & c.requiſiſti. de teſta.c.ij.x.q.j.ſecundũ Inn.& Pan.in c.cùm dilectus.de cõſu quia ad iſtud reſpõdetur,ꝙ hoc verũ ex poſt facto:ſed à principio de authoritate Epiſco. bene poſſet alterari diſpoſitio iuris: ne patronus retrahatur à benefaciendo:quia licèt prout in d.c.cũ dilectus.quia licèt ad Epiſcopũ pertineat ius cõferendi & inſtituẽdi,in tota eius diœceſi.c.omnes baſilicæ.xvj.q.vij.quia hoc verũ, niſi à principio conſentierint,ꝙ tale ius ſpectat ad aliũ pręlatũ inferiorem.

ARGVMENTVM.

Patronus quando præſentat minus idoneum,quid iuris.

SVMMARIVM

1 *Patronus eccleſiaſticus indignum præſentans eligendi iure pro illa uice priuatur:ſecus in patrono laico.*

2 *Quid ſi patronus laicus ſcienter indignum præſentauerit?*

Quæſtio MCLV.

QVAERITR quando patronus præſentauerit aliquem indignum,an ſit priuatus pro illa vice iure præſentandi?gl.in c.cũ vos.de iure patronatus,facit differentiã inter patronũ eccleſiaſticũ,& laicũ:† quia in patrono eccleſiaſtico, priua-
1 tur iure præſentãdi illa vice,quãdo præſentat indignũ,quia ipſe nõ poteſt variare:ſecus in patrono laico.c.cùm autem.de iure patronatus. Et ideò patronus eccleſiæ habet ſex menſes: ſed laicus quatuor c.j.de iure patronat.lib.vj. ſed ſecundũ Ioan. And. ibi etiam patronus laicus priuatur iure præſentãdi: vt in auth. de ſanctiſsimis Epiſcop.Si quis.colatione ix. Nec obſtat d.c. cum autẽ. vbi poteſt variare: quia illud habet locũ quãdo ignorãter præſentauerit indignũ: ſecus ſi ſcienter ſecũdum Hoſti. in d.c. cùm vos.& Imol.in c.propoſuit.de fil. presbyt. ve-
2 runtamẽ ſecundũ Io.And.in d. c. cùm vos. † quando patronus laicus præſentauerit indignum & perſiſtit in illa præſentatione per quatuor menſes, tũc Epiſcopus poteſt prouidere de alio: ſecus ſi nõdum ſint lapſi quatuor mẽſes:quia ſi patronus laicus poteſt variare quãdo præſentauit idoneũ, multò fortius quando pręſentauit indignũ:vide latius Panor.in d.c. cùm vos. vbi allegãt Federic. de Sen. & do.de Rot.& per Bart.in l.cùm quidã.ff. delega.ij. vbi quãdo ex diſpoſitione teſtatoris quis habet poteſtatem eligẽdi,& eligat indignum: tunc priuatur poteſtate eligendi:ergo idem in patrono. c.cùm in cunctis.de elec.& ſicut poteſtas deuoluitur ad Epiſcopum ita etiã idem eſt in abbate vel capitulo qui habent ius inſtituẽdi.de iure ſpeciali: ſecundũ glo. ſingularem in cle. j. de ſupplenda negligen. pręlat. & Panor.in d.c.cùm vos.

ARGVMENTVM.

Patronus quando fundatur,an ſubſtitutionis gradus fieri poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Vota in electionibus conditionalia eſſe non debent.*

Quæſtio MCLVI.

QVAERITVR an in fundatione patroni poſsit apponi gradus ſubſtitutionis quod deuoluatur de vno ad aliũ & ꝙ etiã abbreuiatur vel prolongetur tempus pręſentandi. & in effectu quò
1 ad gradũ ſubſtitutionis dubiũ facit:†quia hodie in electionibus vota non debẽt eſſe cõditionalia.c. in electioni.de electio.lib.vj.licèt ſecundũ glo. in c. cũ terra.de electi.poſſent fieri gradus vt vno non acceptante alter eligatur.de quo per Cyn.in l. poſt aditam.C. de impuber. & alij. ſubſtitutio.& pręmiſſa procederent vbi in fundatione interuenerit authoritas Epiſcopi:quia alias laicus nõ poſſet acquirere ius patronatus.c.nobis. & ibi per gl. & Pan. de iure patro.ſed quo ad tẽpus præſentandi dubiũ facit, an patronus poſsit præſentare.iux.not.per Inno.& Panor.in c.cùm dilectus.de conſuetudine.

SVMMA

SVMMARIVM

1 *Epiſcopus in ſua diœceſi de iure cõmuni fundatus eſt, etiã quò ad beneficiorum collationem.*

2 *Monaſteria & prioratus religioſorum à lege diœceſana exempti ſunt.*

Quæſtio MCLVII.

QVAERITVR ſuper cauſa ſupplicatiõis fratris Adhiberi de vlmo ex vna. & reuerẽdi domini Aymarij de Claromõte prothonotarij par tibus ex altera ſuꝑ poſſeſſorio prioratus beatæ Mariæ Bellemontis in Valentineſio, vbi dictus de vlmo fecit fidem de eius prætenſo titulo domini Abbatis Caſę Dei à quo cuius monaſterio prætenditur dictus prioratus dependere, licèt dictum monaſteriũ Caſæ Dei ſit extra præſentem patriam & diœceſim Valentinenſis, Ita quòd potiùs ius commune faceret contra dictum de vlmo alio nõ apparente:
1 cùm † diœceſanus in eius diœceſi ſit fundatus de iure cõmuni etiam quò ad collationẽ beneficiorũ. c. omnes baſilicæ. de cõſecra. diſt. j. c. cũ ex iniũcto.
2 in fin. de hæretic. Nec obſtat ſi dicatur, † ꝙ monaſteria & prioratus religioſorũ ſunt exempti à lege dioceſana: iuxta notata in c. j. de ſtatu monachorũ.

Quæſtio MCLVIII.

QVAERITVR ſuper cauſa poſſeſſoria prioratus ſancti Marcelli dyeñ. Cluniaceñ. ordinis vbi venerabilis dñs Ludouicus de clauſo prior chaudiaci obtinet prouiſionem apoſtolicã, in qua narratur ꝙ Henricus Abbas monaſterij inſulæ barbarę dictũ prioratum ſancti marcelli obtinebat ex diſpenſatione apoſtolica commenda habente per obitum dicti Henrici vacantem, qui extra Romanã curiam diem clauſit extremum: & ibi etiam narratur de diſpenſatione apoſtolica dicti de clauſo ad duo regularia etiam ſi alterum ſit conuentuale, & conſueuit per electionem aſſumi prioratum prędictũ ſancti Marcelli qui conuẽtualis eſt, & à monaſterio Cluniaceñ. immediatè depẽdet, & non excedit valorẽ annnum centum & octuaginta ducatorũ auri, quouiſmodo & excurſus ꝑſonę etiã per reſignationẽ vacet, etiam ſi lis pendeat inter aliquos dummodò tempore datæ præſentis nõ ſit alicui ius quæſitũ authoritate apoſtolica cõcedamus. & ibi deputantur tres executores, non obſtantibus cõſuetudinibus, ſtatutis priuilegijs ordinatiõibus ordinis Cluniaceñ. & cũ alijs clauſulis derogatorijs ibi pleniùs ſpecificatur etiã non obſtante, ꝙ nõ effluxerit tantùm tẽpus à tempore obitus dicti Hẽrici etiam non obſtante, ꝙ nõ ſit expreſsè profeſſus dicti ordinis. Datum Romæ anno incarnationis Mcccc. calend. Octobris. & pariter fuit fulminatus proceſſus executoris deſuper de eodẽ anno natiuitatis Mccccj. die xxix. menſis Decembris, vna cum forma iuramenti dicti de clauſo, & etiam recipere ipſius iuramenti præſtiti in manibus domini Huberti peyrolerij canonici & ſacriſtæ Viennæ alterius executoris die vij. menſis Ianuarij, ac etiam miſſione in poſſeſſionem facta per dominum Guigonem Zachariæ ſubexecutorem & ipſum duxit ad fores dictæ eccleſiæ ſancti Marcelli & ipſas inuenit clauſas & per tactum ipſarum portarũ miſit in poſſeſſionẽ. & etiam fuit prohibitum inſtrumentũ procuratoriũ dicti domini Henrici Abbatis ad reſignandum dictum prioratũ ſancti marcelli valoris annui quinquaginta florenorum de camera ad reſignandum ad opus & vtilitatẽ dicti fratris Ludouici & non aliàs, & aliàs prout ibi pleniùs continetur de anno domini Mcccc. die xxvj. menſis Septemb.

ARGVMENTVM.

Citationis copia an & contra quos fidem faciat.

SVMMARIVM.

1 *Copia reſcr ipti non niſi contra eum qui impetrauit, fidem facit.*

2 *Præuentioni an locus ſit inter duos executores adeò ut ſi unus cognouerit alter cognoſcere non poßit.*

3 *Executor iudicis partes aſſumere non debet.*

4 *Citare extra diœceſim partibus ex eadẽ diœceſi exiſtentibus an liceat.*

Quæſtio MCLIX.

QVAERITVR ſuper copia cuiuſdam prętenſæ citationis decretæ per dominum Iacobum Formeni in decretis bacalaurei prætẽſum vicarium & officialem Tricaſtineñ. aſſertum cõmiſſarium apoſtolorum cũ certis alijs collegis ad inſtantiam domini Gulielmi Eynardi canonici & infirmarij eccleſiæ Gratianopolitanæ ordinis ſancti Auguſtini contra venerabiles dominos Claudium Marchi canonicum & ſacriſtam & Ioannem Robondi etiam canonicũ dictæ eccleſiæ, & quemlibet inſolidũ, tàm vigore bullæ apoſtolicæ, quàm proceſſus executorialis deſuper formati per alterũ ex collegis ad comparendum coram ipſo ſeu alio ſubdelegando manè hora tertiarum in auditorio curiæ ſpiritualis Tricaſtineñ. die decima iuridica poſt præſentem executionem ad dicendum contra dictas literas apoſtolicas, necnon ſe effectualiter paruiſſe mãdatis apoſtolicis & fulminatione proceſſuum debitæ intimatorum. Nec non viſuros declarari diffinitiuè pro excõmunicatis agrauatis & reagrauatis vſque ad interdictum & inuocationem brachij ſecularis incluſiuè cum comminatione, ꝙ aliàs iuſtitia mediante procedetur. Datum Tricaſtineñ. anno natiuitatis domini Mccccj. die decima menſis Februarij, & executa die xij. menſis Februarij contra dictum dominum Claudiũ Marchi, perſonaliter repertum eidem tradendo copiam dictæ executionis ſignatã per Idepodio. Et in effectu videtur dicendum, quòd talis citatio non arctet citatum: quia in citatione nõ inſeritur copia reſcripti apoſtolici, & ſic non competit iuriſdictio dicto officiali vt officiali Tricaſtineñ cùm dictus dominus Marchi nõ ſit ei ſubditus, nec de eius diœceſi, quin imò debet tranſmitti originale reſcripti cum citatorio. c. ij. cum ibi notatis de dilationibus, & maximè vbi agitur de valdè graui præiudicio: prout hic, vbi agitur de declaratione excommunicationis, &
1 laxationis interdicti: ſecundum Panor. ibi: † quia copia reſcripti non facit fidem niſi cõtra impetrantem: ſecundum Angel. in authen. vt ſponſalia largitas. §. j. colla. viij. Sed contra impetratum non facit fidem niſi exhibeatur originale: ſecundum Angel. ibi de quo etiam per Barto. in authen. qui ſemel C.
2 quomodò & quando iudex. † Pręterea ex quo proceſſus eſt fulminatus per alterum collegam eſt lo-

cum anno pontificatus & die expeditionis, licèt ſit de diuerſa data bullę: & ſic non eſt veriſimile quòd proceſſerit per cancellariam licèt à dorſo retro ponatur regiſtrata, & ſic præſumitur falſitas: quia ſi fuiſſet expedita per camerã ab extra non fuiſſet poſita regiſtrata, ſed fuiſſet poſitũ in camera apoſtolica. Item quòd de ſtilo curiæ Romanæ apponitur in fine plicaturę ab infrà econtra ſcripturã referendarij menſis abbreuiatè per duplicẽ literam aut per tres ad differentiam, & vt appareat de menſe regiſtrationis, licèt nõ ſit de data bullę: & hoc ponitur de manu propria reſcribendarij, & per longas literas tractas: facit cap. porrecta. de confirma. vtil. vel inutil. & in regula cancellariæ. liij.

SVMMARIVM.

1 *Ampliatio bullæ tertio non nocet.*
2 *Bullæ primæ data in ampliatione bullæ poni non debet.*

Quæſtio MCLXII.

1 QVAERITVR quando † bulla eſt reſcripta ſeu ampliata vltra tenorẽ ſupplicationis, an debeat poni ſub data primę, an verò ſub data reſeruationis: & an præiudicet parti. & dicendum eſt quòd nõ præiudicat tertiò: vt in regula cancellarię
2 xiiij. † nec debet poni data primæ: ſecundum regulam cancellariæ xlij. & quãdo bullæ tranſeunt per cancellariam nihil additur vltra tenorẽ dictæ ſupplicationis: ſecus quando expediuntur per camerã apoſtolicam & non prędicat parti, ſed redducitur ad tenorem ſupplicationis. vide ibi per gl. quando tranſit per fiat, &c.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio facta cauſa mortis cùm per reſignationem uacauerit ipſo iure nulla eſt.*
2 *Collatio de uiuentis beneficio non ualet.*
3 *Titulo ſolo ius in re quæri in beneficialibus certum.*
4 *Renuntians beneficio ſi ante uigeſimum diem obdormiat in domino, an per obitum uacare dicatur.*
5 *Regul. cãcellariæ de xx. diebus de quibus diebus intelligatur.*
6 *Reſignans ſi ex morbo alio quo laborabat dum beneficio renuntiaretur intra uiginti dies moriatur, an per mortem uel reſignationem beneficium uacare dicatur.*
7 *Hominis uita eſt centum annorum.*
8 *Beneficium reſpectu morbi incurabilis aut ſenectutis uacare non dicitur.*

Quæſtio MCLXIII.

QVAERITVR ſuper cauſa beneficiali agitata corã domino vicario Archiepiſcopi Vienneñ. inter dominũ Ioannem Signelli ex vna: & dominum Petrũ Morardi partibus ex altera prętextu & ad cauſam parœcialis eccleſię beatę Marię minutæ familiæ Viennenſis diœceſis mandati fal[...]lanni: vbi in effectu dictus Signelli produxit eius collationem factam per dominũ Antonium de Cla[...]omonte electũ Vienneñ. de dicta parœciali eccleſia vacante per obitũ domini Michael. Floreti vltimi rectoris & poſſeſſoris dictæ parœcialis eccleſiæ de anno incarnationis Mccccxcix. die vltima menſis Decembr. Cum prętenſa miſsione in poſſeſſionem per aſpectũ viſus maioris altaris facta per Andræam Tabullati prætenſum notariũ qui non debuit vti duplici officio, videlicet executoris & notarij. Ex aduerſo verò pro parte dicti domini Petri Morardi fuit productus eius titulus collationis factæ de dicta parœciali eccleſia beatę Mariæ minutę familiæ vacante per renuntiationẽ ex cauſa permutationis ad quandam capellam. & ibi inſeritur procuratoriũ factum ad reſignandũ de anno incarnationis Mccccxcix. die ix. menſis Decembris. Et deindè inſeritur collatio facta per dominum Thomam Pelliſſonis vicariũ dñi Archiepiſcopi Viennenſis die xj. dict. menſis Decembr. cũ miſsione in
1 poſſeſsionẽ ſubſecuta die ſequẽti. Et † ita nõ tenet ipſo iure impetratio dicti Signelli cũ dictum beneficium nõ vacauerit per mortẽ ſed per reſignatione. c. ſuſceptũ de reſcript. libr. vj. Quia in beneficialibus qui prior eſt tempore, potior eſt iure: vt in regu
2 la qui prior. de regu. iur. lib. vj. & ſic non † tenet collatio de beneficio viuentis. c. j. de conceſſ. præbend.
3 c. nec captandę. eod. titu. lib. vj. † Et ex ſolo titulo, in beneficialibus quæritur ius in re. c. ſi abſentis. de præben. lib. vj. Nec obſtat quod ex aduerſo opponitur pro parte dicti Signelli, ꝙ de tempore dictę renuntiationis dictus dominus Michael Floreti erat in infirmitate conſtitutus ex quo prætenditur de-
4 ceſsiſſe † infrà viginti dies, & ſic ꝙ habet obſtare regula cancellariæ in numero xviij. ita ꝙ dicta reſignatio non tenet etiã ſi ſit facta ex cauſa permutationis, nec cenſetur vacare tale beneficium per renuntiationẽ ſed per mortem: vt ibi habetur: quia ad
5 iſtud reſpõdetur, † ꝙ dicta regula cancellariæ non habet obſtare pluribus rationibus: & pręſertim vbi dictus dominus Floreti ſuperuixit poſt viginti dies naturales: ita ꝙ currant de momento ad momentum: iuxta notat. in l. more Romano. ff. de ferijs. & in c. ij. de feri. de quo per glo. ſuper dicta regula cancellarię allegat quod habetur per gloſ. in c. ſicut. de appell. Et licèt non eſſet abſonus intellectus, ꝙ intelligeretur de die artificiali: quia dicta regula eſt odioſa & reſtringẽda. Tamen cõtrarium practicatur in curia: ſecundum glo. ibi, & ſic non currit tale tempus à tẽpore procuratorij cũ nondum ſit admiſſa per ſuperiorẽ dicta reſignatio. d. c. ſuſceptũ. & aliud eſt reſignare actualiter, & aliud eſt conſtituere procuratorẽ ad reſignãdum. faciunt nota. in cle. j. de renuntiatio. Veruntamen ex alio capite nõ ha-
6 bet obſtare dicta regula cancellarię: † quia licèt de tempore reſignationis ipſe detineretur infirmitate gutæ ſeu podagrę: tamen non eſt mortuus ex dicta infirmitate ſed ex accidenti: quia dictus do. Floreti cecidit à ſuo cubili volendo accipere pitalphum ad nauigandum: & in hoc fuit valde grauata eius perſona, & fuerũt abbreuiati eius dies prout depoſuerunt plures teſtes ſuper hoc, & ſuper hoc etiã depoſuit quidam ſirurgicus exiſtẽs in villa burgundi, & ſic in talibus ſtandũ eſt dicto ſirurgici. l. ſemel. C. de re milit. lib. xij. c. propoſuiſti. cum ibi nota. de probation. & hoc tenet gloſſ. ſuper dicta regula cancellarię xviij. vbi dicta regula loquitur, quãdo deceſsit de ipſa infirmitate: ergo ſecus quãdo moritur ex alia cauſa ſuperuenięti. & pro hoc allegat quod habetur per gl. & docto. in l. j. C. de emẽda. ſeruo. & in c. ij. de cleric. percuſo. quia dictus Floreti nõ deceſsit infrà tres dies à tẽpore dictę reſignatiõis: ſed ſuperuixit per plures dies, & viſus eſt ambulare & facere bonũ feſtũ, & habere appetitũ: quia talis infirmitas gutę vel podagrę nõ eſt mortalis: & plures fuerunt reperti habẽtes talẽ infirmitatẽ qui nõ deceſſerunt ex illa infirmitate ſed ex accidẽti ꝓut deponũt

plures teſtes. Nec obſtat inquantū ex aduerſo prætenditur, ꝙ dictus dominus Floreti erat ſenex ſexaginta annorum, & ꝙ ſenectus æquiparatur infirmitati: tamen de cōtrario apparet per acta: † quia regularis vita hominum eſt centum annorum. l. fina. C. de ſacroſanct. eccleſ. † Nec propter morbum incurabile aut ætatis ſenilis dicatur vacare beneficium. c. j. & c. de rectoribus. & not. per gloſſ. & doctor. in c. tua nos. de clerico ægrotante. & cap. j. eodem titu. libr. vj.

7

8

ARGVMEMTVM.

Regula cancellariæ xviij. de xx. diebus an per pragmaticam ſanctionem ſublatæ cenſeantur.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ cancellariæ quæ iuri aduerſantur communi, an per pragmaticam ſanctionem ſublatæ cenſeantur.*
2 *Reſignationes admittere diœceſanum inſtituendi & deſtituendi poteſtatem habente, iuris communis eſt.*
3 *Beneficia expectatiua ad beneficia permutationis cauſa uacantia non extenduntur.*
4 *Reſignatio fraudulenter facta non ualet.*
5 *Tempus promouendi intra annum ab adepta pacifica poſſeſſione non currit ſi in iudicium uocetur.*
6 *In cauſa beneficiali ſufficit ut non appareat de iure actoris ad hoc ut reus abſoluatur.*

Quæſtio MCLXIIII.

QVAERITVR tum etiam dicta regula cancellariæ xviij. de tempore reſignationis viginti dierum eſt ſublata ſecundum pragmaticam
1 ſanctionem: quia eſt contraria iuri communi. † Et ideò regulæ cancellariæ quæ contrariantur iure cōmuni cenſentur ſublatæ: vt in pragmatica ſanctione, in titu. de reſeruationibus. c. j. & ibi glo. ſuper verbo, regulas. & maximè quia talia beneficia reſignata, quando non viuunt per viginti dies ſunt reſeruata ſedi apoſtolicæ: vt in modis vacandi curiæ Romanæ xxj. & ſic tales reſeruationes ſunt ſubla-
2 tæ: quia † de iure cōmuni authoritas recipiendi reſignationes ſpectāt ad dyœceſanū loci qui habet authoritatem inſtituendi & deſtituendi. c. cùm ex iniuncto. in fine de hæretic. iuxta nota. per Innocent. in c. quòd in dubijs. de renuntiation. & per gloſ. in clementi. j. de renuntiation. ſuper verbo, manibus. Et maximè quia talis regula cancellariæ fuit edita ad fauorem apoſtolicorū expectantium. c. ij. de re-
3 nuntiation. libr. vj. † licèt expectatiua non cadat ad beneficia vacantia ex cauſa permutationis. c. j. de rerum permutatio. lib. vj. clemen. j. eod. titu. Nec poteſt prætēdi quòd dicta reſignatio fuerit facta in fraudem diœceſani, ex quo eius vicarius admiſit & authoriſauit dictam reſignationem: & ideò conſulo, quòd producatur poteſtas dicti domini Thomę Pelliſſonis ad finē, quòd appareat de poteſtate conferendi. & ſic non habet obſtare quod notatur per Angelum in l. dubium. C. de repudijs. & Alexan. de Imol. in l. filiæ. ff. ſoluto matri. dum ibi tenent de
4 renuntiatione † beneficij fraudulenta, quòd nō tenet: quia non apparet de aliqua fraude: quia in dubio non præſumitur dolus. l. quotiens. §. qui dolum. ff. de probatio. & attento quia dictus dominus Morardi eſt idoneus. & licèt pars dicti Fignelli produxerit literas ſacrorum ordinum etiam presbyteratus, & quòd eodem modo eſſet vtile producere literas ſacrorum ordinum dicti domini Morardi pro-
5 pter c. licèt. de electio. lib. vj. ſaltem vt appareat, † ꝙ infrà annum ſe fecerit promoueri ad ſacerdotium, vt ibi habetur: tamen ex quo dictus dominus Morardi fuit tractus in cauſam non currit tempus dicto domino Morardi. c. cōmiſſa. de electio. libr. vj. Tum etiam habet obſtare dicto domino Fignelli notorius defectus tituli & proprietatis: quia poſito ſed non conceſſo, & circa præiudicium veritatis, ꝙ dicta regula cancellariæ ſuper tempore reſignationis viginti dierum obſeruaretur in iudicando non obſtante pragmatica ſanctione: tamen beneficium eſſet reſeruatum in curia, & nō tenet eius collatio:
6 & ſufficit † etiam in cauſa beneficiali vt appareat de non iure actoris ad hoc vt reus abſoluatur: ſecūdum Compoſtellanum in c. mandatum. de reſcript. & Felin. in c. olim. eod titu. & domi. de Rota in nouis, in titu. de re iudica. deciſione incipient. Item ꝙ reus. Veruntamen conſulerem ad omnem cautellam, quòd dictus dominus Petrus Morardi reus impetraret gratiam, ſi neutri. Vide per gloſſam in regula cancellariæ de tempore veriſimili vigeſimaoctaua, quæ diſputat an regulæ cancellariæ, quæ loquuntur in Papa habeant locum in legato de latere, & videtur quòd non cùm ſint exorbitantes & debent reſtringi. & allegat Petr. de Anchara. Ludouicū tenere in conſilijs, vide ibi latiùs. & ibi etiam tenet quòd dicta regula de tempore veriſimili habet ſolum locum quādo beneficium vacat per mortem naturalem: ſecus ſi per reſignationem.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia regularia per regulares regi debent.*
2 *Vicarij perpetui à quibus inſtitui debeant.*
3 *Permutationem beneficiorum authorare inferiores Epiſcopo non poſſunt.*

Quæſtio MCLXV.

QVAERITVR ſuper cauſa ſupplicationis domini Ioānis Varcię canonici eccleſię beati Bernardi de Romanis cōtra dominum Bertrandi Cretæ prætextu capellæ ad honorem Dei & ſub vocabulo beatæ Mariæ virginis in eccleſia ſancti Donati fundatæ: vbi dictus domin. Varcię producit eius titulum collationis ſibi ſanctæ per dominum Gulielmum Palmerij prætenſi vicarij generalis in ſpiritualibus & temporalibus domini Antonij de Claromonte electi Viennenſis de dicta capella vacante per reſignationem in eius manibus factam per dominum Antonium Pruneti cauſa permutationis ad eccleſiam parœcialem ſancti Donati de anno domini Mccccxcix. die penultima menſis Iunij cum miſſione in poſſeſsionē à tergo deſcriptā, de eodē anno & die quarta menſis Iulij in perſonam domini Claudij laterij curati ſancti Andeoli. Ex aduerſo verò pro parte dicti domini Bertrandi Creſtę canonici dictę eccleſię ſancti Donati fuit producta reſignatio facta per dictum dominū Antonium Prineti in manibus priorum ſancti Donati de anno Mccccxcix. die xxiij. mēſis Aprilis. & deindè collatio facta per dominum priorem de Torchitillone de conſenſu capituli religioſorum dicti prioratus de anno domini Mccccc. die xxvij. menſis Iunij

enſis Iunij cum miſsione in poſſeſsionem à dor-
deſcripta de eodem anno & die viij. menſis Iulij
ætendendo quòd debeat manuteneri,& quod ſit
eneficium regalię,& quod † ſit ſolitũ regi per regu
ares.c. cùm de beneficio.de pręben.lib.vj.& quod
eſignatio debuit fieri in manibus dicti prioris,qui
abet † poteſtatem inſtituendi & deſtituendi:ſecũ-
um Innocen.in cap.quod in dubijs.de renunti. &
er domi.de Rota in nouis deciſi. cccxj. nec valet
collatio dicti domini Vaicię cùm ſit ſecularis: ſed
ex aduerſo pro parte dict.domini Vaicię opponitur
quòd ad Epiſcopum pertineat in eius diœceſi au-
thoritas inſtituendi & deſtituendi.cap.cùm ex iniũ
cto.in fine,de hæretic.cap.omnes baſilicæ. xvj. quę
ſtio.vij.cap.de xenodochis.de religioſis domib. &
præſertim quò ad capellas monacorũ: quia vbi ap-
pareret,quòd haberet ius pręſentandi:tamen ius in
ſtituendi ſpectat ad Epiſcopum: & debet præſenta
ri ſecularis. cap.j.de capellis monac.cap.j.eod.titu.
lib.vj.niſi appareret quòd ſpectaret eis pleno iure
ex priuilegio vel conſuetudine.ca.cùm& plantare.
§.in eccleſijs.de priuile.libr.vj.& pro hoc facit glo.
in clemen.j.de renuntia.ſuper verbo,manibus.& in
clemen.j.de rerum permutati.veruntamen vicarius
domini Archiepiſcopi Viennen. non habuit pote-
ſtatem conferendi ex cauſa permutationis.cap. fin.
3 de offici.vica.lib.vj.† Quia inferior Epiſcopo non
habet authoritatem præſtandi authoritatẽ in per-
mutatione beneficiorum:ſecundũ Hoſtien.in ſum-
ma de rer. permuta.§.quis poteſt.verſi.& nunquid.
& glo.in dicta clemen.j.de rerum permuta. de quo
habetur in cap.quæſitum. de rerum permutati. nec
obſtat c. ſecũdum de inſtitutio. vbi vicarius poteſt
inſtituere vel confirmare:quia aliud eſt in collatio-
ne beneficiorum:ſecundum gloſſ.in dict.cap.final.
de offic.vicar.libr.vj.

ARGVMENTVM.

Prælati electio ſi ad duas aut tres eccleſias ſpectet, an & quando per corpora vel capita fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ plures ſi in unum corpus iungantur, ut Epiſcopũ eligant, uoces per capita, nõ per corpora computantur: ſecus ſi per ſe qualibet eccleſia corpus faciat. & nu.2.*

Quæſtio MCLXVI.

QVAERITVR quando electio prælati
ſpectat ad duas vel tres eccleſias ex cõſuetu-
dine:iuxta nota.in capit.cùm eccleſia. de cauſ.poſ-
ſeſsi.& propri.vel etiam quando ſunt duę eccleſiæ
ſimul vnitę, ita quòd quis eſt Epiſcopus ambarum
eccleſiarum:iuxt.nota.in cap.j.ne ſede vacante, nũc
quęritur de modo eligendi & præſtandi voces, &
1 in effectu iſto caſu † quãdo coniungãtur plura cor
pora eccleſiarum in vnum,non vt diuerſæ vniuerſi
tates,ſed vt faciant vnum corpus: tunc computan-
tur voces per capita,& non ſecundum corpora : &
ſic non requiritur maior pars corporum:ſed conſi-
deratur numerus ſingulorum.capitul. ſcriptum. &
ibi per Ioan.Andr.& Panormita.de electiõ.ſecus
2 quando diuerſa corpora concernunt tanquam di-
uiſa & diuerſæ vniuerſitates:quia tunc non ſuffice-
ret maior pars ſingulorum:ſed oporteret quòd con-
ueniat maior pars duorum corporum:iuxt. not. per
gloſſ.in cap.paſtoralis.de reſcript. & ideò ſi ex for-
ma ſtatuti electio ſpectet ad prælatũ pro tertia par-
te ad capitulum pro tertia parte, & pro alia tertia
parte ad clerum ciuitatis: tunc requireretur maior
pars corporum:non autem ſingulorum: ſecundum
Ioan.Andr.& Panor.in dict.cap.ſcriptum.

SVMMARIVM.

1 *Voces in generali concilio ſunt per nationes & corpora præſtandæ.*

2 *Principes ſeculares ad generale concilium uocandi ſunt.*

Quæſtio MCLXVII.

QVAERITVR quid in concilio genera
li ſeu vniuerſali de modo præſtandi vocem,
an pręſtentur per capita,an verò per nationes & cor
1 pora:& in effectu dicendum eſt quòd † pręſtantur
per nationes,& non per capita,ita quòd requiritur
maior pars nationum:licèt ſint pauciores in nume-
ro:ſecundum Ioan. Andr.& Panormita.in cap.ſcri
ptum.de electio.de quo vide in pragma. ſanctio. in
titul.de authoritate & poteſtate ſacrorum genera-
2 lium conciliorum : & ibi an principes † ſeculares
debeant vocari facit quod habetur per glo. Panor.
& Felin.in cap.paſtoralis.de reſcript.

ARGVMENTVM.

Stylus curiæ Romanæ ſuper bullarum reſignationis beneficiorum expeditione quis ſit.

Quæſtio MCLXVIII.

QVAERITVR de ſtylo curiæ Romanę ſuper expedione bullarum reſignationis beneficiorum: quia in talibus debet attendi ſtylus.capi. quam graui. de crimine falſ. & in effectu. de ſtylo dictę curię Romanę à dorſo per referendarium,deſcribitur ſummarium bullæ.& pariter poſtquam renuntiatio fuit facta in manibus Romani põtificis licèt fuerit paſſata in curia,adhuc tranſit per cancellariam:& expedit quòd procurator renũtiantis adhuc conſentiat expeditioni bullarum quando ſunt in plumbo.& ita atteſtatur alter officiarius in bulla à dorſo.

ARGVMENTVM.

Canonici de electione per eos facta,ſi in controuerſiam deducatur, teſtimonium ferre, ſi aliàs haberi non poſſet,tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Canonicorum teſtimonium contra eorum eccleſiam nullum eſt.*

2 *Teſtes minus idonei,ſi ueritas aliundè haberi nõ poßit,quãdoquè recipiuntur. & nu. 5.*

3 *Teſtis qui ex ſua depoſitione laus aut uituperium reportare poteſt,idoneus habendus non eſt.*

4 *Teſtis an ſuper ignominioſa poſitione deponere tenetur.*

6 *Teſtes ut ueritas habeatur,teſtimonium ferre per cẽſuras eccleſiaſticam & alia remedia compelli poſſunt.*

7 *Teſtes corrupti contra corrumpentem produci poſſunt.*

8 *Teſtes inhabiles, ſi ueritas aliundè haberi non poßit,admittuntur.fallit nume. 9.*

10 *Ea quæ fiunt in capitulo per canonicos probanda ſunt.*

Quæſtio MCLXIX.

QVAERITVR an in cauſa electionis quando vertitur lis inter duos contendentes poſſunt cogi illi de capitulo ferre teſtimonium? Du
1 bium facit: † quia canonici alicuius eccleſię non debent admitti ad deponẽdum contra eccleſiam.au gu.c.ſi.de poſtulan.iuxt.nota.in cap. cùm nuntius. & cap cùm ſuper.de teſtib. Sed in contrarium videtur veritas, quando aliter veritas haberi non poſſet. cap.cùm dilecti.& ibi glo.ſuper verbo,& ſi tres. de
2 electio. † quia in defectum probationis admittuntur teſtes minus idonei.l.quoniã.C.de hæretic.quia facultas probandi non debet anguſtari : vt ibi habetur.pro quo facit quod voluit Barto.in l.quidem relegatus.ff.de reb.dub.& pro hoc facit cap.veniẽs. le grand.de teſtib.& c.& ſi Chriſtus.in fin. de iure
3 iurand.nec obſtat ſi dicatur,† quòd quando ex depoſitione teſtis poſſet ſibi adſcribi laus vel vituperium,quòd non dicatur idoneus teſtis. cap.inter dilectos.de exceſs.præla.cap.cùm à nobis.cum ibi nota.de teſtib. Quia ad iſtud reſpondetur ſecundum Panormi.in dict.cap.cùm dilecti. quòd in caſu iſto admittuntur canonici:quia ſcrutiniũ fit in ſecreto, nec vocãtur teſtes:quia ſcrutinatores debẽ redigere in ſcriptis:iuxt.not.per glo.& docto.in cap.quapropter.de electio.pro quo facit l.cõſenſu.C.de repud.
4 Non obſtat etiam ſi dicatur, † quòd teſtis non tenetur reſpõdere nec deponere ſuper poſitione ignominioſa:quia nemo tenetur ſe prodere nec ſe accuſare.cap.non tibi dico.de pœni.diſtinct.j.&not.per glo.in cap.cùm cauſam.de teſtib. quia ad iſtud reſpondetur,quòd imò tenetur reſpondere ſuper ſingulis circunſtantijs:vt ibi habetur. iiij. quæſtio.iij. §.ſi teſtes.& maximè in ſubſidium vbi etiam ſocius criminaliter admittitur ad detegendam cõſpirationem.cap.fina.de teſtib.cogen.& ibi per glo.& do-
5 ctor. † quia in defectum probationis minus idonei teſtes admittuntur.c.quando.de hæretic.&iiij.quæſtio.§.item ſecundum.& quia veritas non debet occultari ne malus vt bonus æſtimetur.cap.quanquã xiiij.quæſtion.ij.& qui veritatem occultat committit peccatum mortale.cap.quiſquis.xj.quæſtion.iij.
6 Et † ideò poſſunt compelli teſtes ad prohibẽdum teſtimonium veritatis per cenſuram eccleſiaſticam cap.j.de teſtib.cogend.vel per alia iura prętorum.l. ſi quando.C.de teſtib. facit quod habetur per Panormi.in cap.de cætero.de teſtib.vbi licèt laici non admittantur ad teſtimonium in cauſa criminali cõtra clericos:fallit in defectum aliarum probationũ. Nam iſto caſu particeps criminis admittitur ad te-
7 ſtimonium in defectum probationis.& ideò † teſtes corrupti poſſunt produci contra corrumpẽtem : ſecundum Bald.& Fely.in dict.cap.fina.de teſtib. co
8 gend. † ideò vbi veritas aliter ſciri nõ poteſt admittuntur teſtes inhabiles:ſecundum Feli. in dict.cap. veniens.le grand.de teſtib.& ibi ponit certas limi-
9 tationes.& inter cætera † quando damnum vel lucrum venit applicandum illis de capitulo : quia tuc non admittuntur,ex quo tractatur de eorũ cõmodo vel damno niſi materia veniret in ſecreto tractanda:quia tunc admittuntur canonici ad deponendũ. dict.cap.cùm dilecti.ſecundum Felin. in dict. cap. veniens. Nec obſtat quod exaduerſo prætenditur, q in dicto decreto electionis interuenit notarius & teſtes.Et ita non poteſt dici ſecreto: quia ad iſtud reſpondetur,quòd licèt in publicatione electionis interuenerit notarius & teſtes:tamen in tractatu & ſcrutinio quę proceſſerunt non interueniunt teſtes.
10 Et ita † ea quæ fiũt in capitulo debent probari per canonicos.cap.tertio loco.de probatio. & pręmiſſa poſſunt adaptari ſuper cauſa Archiepiſcopatus Viennen̄.domini cardinalis ſancti Seuerini,contra dominum Anthonium de Claromonte vbi pro parte dicti domini Cardinalis fuerunt producti quidã canonici ad examinandũ:ſed ex aduerſo dict.dominus de Claromõte ſe opponit:& quia aliter veritas heberi nõ poterat,ideò fuit ordinatum ipſos examinari,& maximè reſeruato iure opponendi in perſonas teſtium in tẽpus publicationis:iuxt.cap.ex parte de teſtib.& cap.pręſenti.eod.titul.& authen.ſi teſtis.C.de teſtib.

SVMMARIVM.

1 *Concluſio petitorij in materia beneficiali.*
2 *Duo officia ſub eodẽ tecto non niſi cum diſpẽſatione licere.*
3 *Adeptione tertij beneficij ſine diſpenſatione duo priora beneficia vacare dicuntur.*
4 *Officia commendata hodie qui conferre poſſint.*
5 *Titulum prædeceſſoris in impetratione beneficij probare nõ neceſſum.*
6 *Iuri deuoluto locus non eſt ubi beneficium titulo canonico per alium poſſidebatur.*
7 *Collatio ſecunda non niſi prima caſſata ualet.*

Quæſtio MCLXX.

QVAERITVR ſuper cauſa petitorij officij clauſtralis camerarij Abbatiæ ſancti Andreæ monachorum Viennę cui ſunt vniti & annexati prioratus Ezini & Septini vertente corã domino officiali Viennę inter fratrem Petrum Pageti actorem: & fratrem Petrum de Mortello religioſum dicti monaſterij Reum in qua cauſa dictus Pageti dedit eius libellum ſuper petitorio: in quo inter cætera deducitur,quòd dictum officium camerariæ vltimatè vacauit per obitum domini Anthonij de Balma qui illud tenebat,& fortè minus debitè & ſine canonico titulo:& per prius vacauerat per tantum tempus, quòd fuit ius deuolutum ad dominum Archiepiſcopum Viennen̄.& quòd ſi conſtet de aliqua collatiõe domini abbatis dicto fratre Petro de Mortello proceſsit nullliter.& quòd per conſequens fuit ius deuolutum ad dictum dominũ Archiepiſcopum Viennæ immediatum ſuperiorem.& quòd ideò dominus Gulielmus Palmerij vicarius domini Archiepiſcopi Viennenſ.eidem contulit.&
1 in † concluſione petit declarari collationem ſeu prouiſionem dicti Pageti forè & eſſe canonicum.& dictum de Mortello cõdemnari ad vacuandũ cum fructibus & expenſis.& licèt dictus reus oppoſuit, quòd dictus actor non habeat perſonam legitimã ſtãdi in iudicio,nec cõſtituendi procuratorem cle. religioſus.de procurat. cum ibi nota.& per conſequens quòd non teneatur reſpondere dicto libello. Tamen hoc non obſtãte fuit ordinatum reſpondere dicto libello à qua ordinatione fuit pro parte dicti rei appellatum.ſed non oſtante dicta appellatione dictus reus,ſeu eius procurator reſpondit dicto libello animo litem conteſtandi. & tandẽ d. actor fecit ſi

fecit fidem de eius collatione facta per dictum dominum Palmerij prætenſum vicarium dicti electi Vienneñ. dicto Pogeti de dicta camera cum eius connexis & membris hac vice iure deuoluto: datum Viennæ anno domini milleſimo quingenteſimo, die ſecunda menſis Septembris cum earũ executione & miſsione in poſſeſsionem de eodem anno & die ſeptima menſis Septembris. & pariter dictus actor fecit examinari certos teſtes ſuper certis articulis ſui libelli:tam ſuper iure deuoluto domini Archiepiſcopi Vienne̜,quàm etiam ſuper obitu dicti fratris Antonij de Balma,quàm etiã ſuper exercitio officij vicarij dicti domini Palmerij, & aliàs prout ibi plenius apparet per acta:ſed exaduerſo dictus frater Petrus de Mortello obtinuit collationẽ dicti officij camerariæ,à dicto domino abbate ſancti Andreæ à quo dependet immediatè,de anno domini milleſimo quingenteſimo, die xxij. menſis Aprilis,cum miſsione in poſſeſsionẽ ſubſecuta. & licèt ex actis dicti proceſſus non fuerit expoſitũ de pluralitate beneficiorum aduerſus intentionem dicti domini Petri de Mortello:tamen de tempore dicte̜ collationis dicti officij camerariæ,ipſe erat monachus dicti monaſterij,ipſe tenebat vnam monachalem portionem.& pariter tenebat officium ſacriſtie̜ cum membris annexis.& etiã tenebat eccleſiam parœcialẽ de Aurlhiana,licèt eodem die collationis dicti officij camerarie̜ dominus abbas ſancti Andree̜ contulit officium dicte̜ ſacriſtiæ cuidem alteri. Viſa etiam copia cuiuſdã diſpẽſationis apoſtolice̜ dñi fratris Petri de Mortello obtẽre ab Innocen. VIII. vbi fit mentio,quòd eſt expreſsè profeſſus orndinem ſancti Benedicti,& quòd obtinet monachalem portionem in dict. monaſterio. & quàm primùm xviij. annum ſue̜ ætatis attingit,quòd poſſit obtinere vnum alium beneficium,& quam primùm ad ætatem legitimam peruenerit cum eorum altero vnum:& abſque illis duo alia quæcunq; cura vel ſine cura prędicti ordinis regularis ſeu cum vna ex dictis regularibus vel abſque eis vnũ ſeculare curatum etiam ſi ſit parœcialis eccleſia,ſi aliàs canonicè conferantur etiam ſi fuerit prioratus prepoſitura,vel alia dignitas conuentualis, aut officium clauſtrale fuerit in titulum: reliquum verò ſeculare vel regulare in commendam quia duxerit retinere:illáque ſimul vel ſucceſsiuè ſimpliciter vel ex cauſa permutatiõis quotiẽs ſibi placuerit diuertere & eidem commende̜ cedere, ac locum dimiſsi vel dimiſſorum, aliud vel alia ſimile vel diſsimile aut ſimilia vel diſsimilia beneficia eccleſiaſtica duo duntaxat dicti ordinis regularia aut cum altero eorum vel abſq; illis vnum ſeculare curatũ ſimiliter recipere etiã cum diſpenſatiõe non promouendi ad ſacros ordines de tẽpore quo reſidebit in ſtudio vſq; ad xxv. annum.cum clauſula non obſtante: datum Rome̜ anno incarnationis 1491.xvj.calend. Aprilis. Nunc queritur quid iuris ſuper validitate titulorum. Et in effectu licèt dictus de Mortello paſſus fuerit & patiatur cõtrouerſiam ſuper petitorio que̜ fuit mota per dictum actorem in dicta curia officialatus Vienne̜ de anno domini milleſimo quingenteſimo.die xxviij.menſis Septembris: tamen à tempore collationis facte̜ dicto fratri de Martello vſque ad tempus prætenſe̜ collationis facte̜ dict. actori per dominum vicarium Vienne̜, non poteſt dici tẽpus cõcilij Lateraneñ.ſex menſiũ elapſum: & ſic hoc capite non procedit ius deuolutum:iuxt.cap.ſecundum de conceſsion.prębend.& clemen.quia regulares de ſupplenda negligen.prælato. nec apparet in proceſſu de pluralitate beneficiorum incompatibiliũ dicti de Mortello vt potuerit,nec debuerit eſſe laicus iure deuoluto exaduerſo mentionato cùm dictus de Mortello eſſet religioſus eiuſdẽ monaſterij & expreſsè profeſſus. cap. cùm ſingula. de pręben.lib.vj.nec obſtat ſi dicatur, quòd dictus de Mortello per prius tenebat monachalẽ portionem in dicto monaſterio,quia illa venit acceſſoriè ad dictum officium camerarie̜,& habeatur pro vno,cùm dictum officium camerariæ non conſueuerit conferri niſi religioſo eiuſdem monaſterij.dicto c. cùm ſingulum.verbo,niſi fortè.& cap.ſuper eo. de præbend.lib.vj.cap.extirpande̜. §.qui verò.de præben. Non obſtat ſi dicatur quòd dictus de Martello, de tempore collationis ſibi facte̜ de dicta cameraria tenebat ſacriſtiam in eadem eccleſia, † quod non po-
2 teſt fieri ſine diſpenſatione ſedis apoſtolice̜. ca.j. de conſuetudi. lib.vj. Et pariter dictus de Mortello tenebat eccleſiã parœcialem de Aurlhiana,& adhuc de pręſenti tenet.nec apparet quòd dimiſerit dictã ſacriſtiam & dictam parœcialem eccleſiã ante col-
3 lationem dictæ camerarie̜. & ſic † quòd debeat priuari vtroque.cap.ordinarij.§.fina.de offici. ordina. lib.vj.& in extrauaganti,exſecrabilis.§.porrò.quia ad iſtud reſpondetur,quòd de hac non fuit oppoſitum in proceſſu nec iuſtificatũ, & ſic ſecundũ acta & probata. Non habet obſtare intentioni dicti de Mortello:quia ex facto actoris ius metimur. l.j.ff. ſi pars hæreditatis peta. & ex quo non apparet de iure actoris etiam in beneficialibus,debet reus abſolui:ſecundum Cõpoſtel.in cap.mandatum.de reſcript.& domi.de Rota.in nouis,ſub titul.de re.iudi.incipiente,item ſi reus.tum etiam in collatione ordinar.facta obtinenti aliud beneficium, non eſt neceſſe facere mentionem de prioribus beneficijs. clem.ij.de offic.ordina.facit quòd habetur in cap. gratia.de reſcript.libr.vj. Prætereà habenti beneficia confertur aliud beneficium vbi diſpenſatio eſt ſufficiens,tunc non vacãt ſiue primũ vel ſecundum dicto cap.ordinarij.§.final.ſecundum gloſſ. in clemen.ſi plures. de præbend.licèt ibi diſpenſatio non fuiſſet ſufficiens,tunc ante collationem vltimi beneficij ſi dimiſit primũ,tenet collatio.de quo latiùs per gloſſ.ibi,& ita eſt in propoſito: quia dictus de Martello priùs obtinuerat diſpenſationem etiam ad acceptãdum aliud regulare loco dimiſsi, & vnũ ſeculare prout apparet per tenorem dictæ diſpenſationis,que̜ producentur ſi opus fuerit.& licèt dict. de Martello tempore acceptationis camerarie̜ non declarauerit expreſsè volũtatem ſuam,quòd dimittebat ſacriſtiam:tamen ipſo facto declarauit voluntatem ſuam,ex quo fuit facta eadem die collatio ſacriſtiæ fratri Gulielmo Gonin,& adeptio poſſeſsionis. Et ita plus facto quàm verbo datur veritas intelligi ex quo dictus de Martello eadem die dimiſit dictam ſacriſtiam. capitul. dilecti. le ſecond. de appella.l.reprehendenda.C.de inſtitutio.& ſubſtitutio.ſub condition. fact.cum ibi notatis per Iaſo. l.de quibus.ff.de legib.Non obſtat ſi dicatur quòd

dictum officium camerariæ non vacabat per obitum dicti fratris Anthonij de Balma vltimi poſſeſſoris: quia per prius dominus Gulielmus. de Poyſiaco prior terrarij tenebat dictum officium in commendam: & ſic cenſetur vacare eo modo quo va-
4 cabat per prius. & † ſic quòd nullus potuit diſponere pro hac vice, præterquàm Papa. Quia ad iſtud reſpondetur quòd ſecundum tenorem pragmatic. ſanctio. poteſtas conferendi rediit ad ordinarium: ſecundum gloſſ. in pragmatic. ſanction. in titulo de electio. capitul. ij. ſuper verbo, cauſa. Tum etiam quia dict. Pageti actor per eius prætenſam collationem cõfitetur, quòd d. beneficiũ vacauit per obitũ dicti de Balma. Et pro hoc etiam facit, quia in im-
5 petratione † beneficii non eſt neceſſe probare de titulo prędeceſſoris, ſed ſufficit ꝙ pro tali reputabatur: ſecundum Innocen. in capitu. illud. de pręſumptio. & domi. de Rota in nouis deciſio. cxij. facit l. Barbarius Philippus. cum ib nota. ff. de offici. prætoris. & maximè quia vt prætenditur, dictus de Balma fuit triennalis poſſeſſor pacificus ipſo viuente. facit regula cancellariæ, & etiam in pragmatic. ſanction. in titu. de pacific. poſſeſſoribus. capitul. j. cum ibi nota. per gloſſ. Tum etiam quia non apparet de ſpeciali poteſtate conferendi dicti domini Gulielmi Palmerij prętenſi vicarij dicti domini electi Viennenſ. & ita non tenet ipſo iure collatio dicti Pageti actoris. capitu. final. de offic. vicarij. libr.
6 vj. † Tum etiam non tenet ipſo iure collatio prætenſi iuris deuoluti dict. Pageti ex quo de dicto tempore poſsidebatur beneficium dictæ camerariæ per dictum de Mortello nedum titulo colorato, ſed vero & canonico. capitul. cùm noſtris. de conceſsion. præbend. quod procedit etiam in ordinario: ſecundum Antonium de Butri. & Panormita. ibi & Felinum in capitu. in noſtra. de reſcript. in xxix. correlario. & eſt ratio ne dicatur conferri beneficium vi-
7 uentis† & quia non valet ſecunda collatio, niſi caſſata prima. capitu. audiτis. de electio. capitu. inter dilectos. de exceſſi. prælator. Nec obſtat capitul. licèt Epiſcopus. de præbend. lib. vj. vbi poteſt cõferri per ordinariũ primũ beneficium incõpatibile per acceptionem ſecundi beneficij: licèt alius ſit in poſſeſsione: iuxt. capitu. de multa. de præbend. quia ibi non eſt poſſeſsio colorata ex quo vacat primum ipſo iure. & ita eſt in propoſito: quia quò ad ſacriſtiã fuit facta collatio eadem die, & reſpectu officij camerariæ ex quo dictus de Mortello habet titulum & eſt in poſſeſsione, non potuit conferri per alium ordinarium: ſaltem niſi caſſata eius prima collatione. Ex quibus præmiſsis apparet de iure & iuſtitia dicti domini de Mortello in hoc proceſſu vertẽte in foro eccleſiaſtico ſuper petitorio dicti officij camerariæ, adeò quòd debet reportare victoriam cum expenſis, & ita videtur dicẽdum ſaluo ſemper ſaniori cõſilio.

ARGVMENTVM.

De cõſuetudine eccleſię metropolitanę ſancti Mauricii Viennæ concernente capiſtolium & magiſtrum chori.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones quotidianæ præſentibus adfectæ ſunt.*
2 *poſſeſsione nullus niſi uocatus priuandus eſt.*

Quæſtio MCLXXI.

QVAERITVR ſuper viribus ſtatuti in eccleſia metropolitana ſancti Mauricij Viennæ vbi inter cętera cauetur, quòd capiſtolius & magiſter chori in eorum creatione habẽt iurare, quòd ipſi vel alter ipſorum tradant vel tradere tenentur in ſcriptis refectuario nomina & cognomina omnium dictæ eccleſię antiquorum incorporatorum, & continuo ſeruitorum vſque ad numerum lxviij. & hoc quolibet anno per octo dies adminùs ante feſtum beati Mauricij, & quòd capiſtolius per ſe vel alium teneatur dicta nomina indicare in ſcriptis, & affigere in hoſtio reueſtiarij dict. eccleſię per octo dies ante vigiliam beati Mauricij ad finem, quòd dicti domini decanus & canonici propter ignorantiam non ſe valeant excuſare in pręſentando. ſed dictos ſeruitores pro commenſalibus ſuis in dicta vigilia poſsint & valeant faciliùs pręſentare, vt in ſequenti articulo continetur. & ſi quis alios quã de dictis indicatis & affixis vt ſupra pręſentauerint pro non pręſentatis habeantur. & aliàs prout ibi pleniùs continetur. & conſequenter de hoc pręſenti anno milleſimo quingeteſimoprimo, & de menſe Septembris domini capiſtolius & magiſter chori inter cæteros inrotulauerũt dñm Ioannẽ Merlini presbyterum & ſeruitorem dictę eccleſię. & fuerunt traditi rotuli dicto reffectorio & exhibitis in capitulo dictę eccleſię: tamen hoc non obſtante certi canonici dictę eccleſię exiſtẽtes in paruo capitulo ſine cauſę cognitione & vocatione partis fecerunt derotulati tolli & amoueri dict. dominum Merlini à dicto rotulo: & loco ipſius fecerunt deſcribi dominum Petrum Garnerij abſentem in curia Romana permutando ritum dictæ eccleſię, cùm debeant ſolùm deſcribi pręſentes, & qui faciãt reſidentiam in dicta eccleſia: cùm debeant recipi pro commen-
1 ſalibus ratione victus: † & etiam pro quotidianis diſtributionibus: & ſic debent ſolùm admitti intereſſentes diuinis. capitul. j. de egrot. cleric. libr. vj. & licèt dictus dominus Petrus Garnerij prętendatur eſſe in curia Romana pro negotijs dictę eccleſię: tamen in caſu iſto non debet admitti. capitul. de cętero. & capitul. cùm dilectus. de cleric. non reſiden. etiam ſi eſſet in ſtudio theologię. capitul. licèt. de prębend. & licèt dicti canonici poſſent dare certam annuam quantitatem pecunię pro victu dictorum commenſalium: tamen iſtud eſt loco alimentorum & victualium: & ſubrogatũ ſentit eius naturam l. ſi eum. § iniuriarum. ff. ſi quis caution. Nec obſtat ſi dicatur, quòd dictus dominus decanus & canonici habeant cognitionem quando oriuntur controuerſię poſt affixionem dicti rotuli: & remittuntur partes in craſtinum ſancti Mauricij in capitulo generali: quia non fuit ſeruata talis forma in hoc, & ſic non debuit auferri poſſeſsio etiam iniuſta ſine vocatione partis. capitu. licèt Epiſcopus. de præbẽdis. libr. vj. ſecundum Bald. & Salic. in l. ſi deſerta. C. ſine cenſ. vel reliq.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio beneficij uiuentis nulla eſt, & impetrans efficitur incapax illius beneficij, ſi poſtea uacare contingat. & numer. 4.*
2 *Colatio ordinarij quæ certam horam habet, an Papæ collationi horam*

tioni horam determinatam non habẽti præferri debeat.

3 *Poſſeſsionem qui prius apprehendit eadem impetrationis data an præferendus ſit.*

Quæſtio MCLXXII.

QVAERITVR ſuper cauſa apoſtolica appellationis domini Antonij Marionis cõtra dominum Antonium Goyri prętextu prioratus ſancti Petri d' Ambornay vltimatè vacãtis per obitum domini Gulielmi de Croſeto v. idus: hoc eſt ix. Nouembris: inter vij. & viij. horas poſt meridiem, fuit facta collatio per ordinarium dicto domino Marionis licèt dictus Goyri impetrauerit eodẽ die in curia Roma. nec appareat de hora certa, & pretẽditur in facto quòd d. de Croſeto mortuus fuerit in monaſterio ſancti Petri foris portam quòd diſtat ab vrbe duodecim dietis legalibus & maximè tem-

1 pore hyemali. & ita dicta impetratio † apoſtolica fuit facta viuente dicto de Croſeto, & ita non tenet ipſo iure, ſed efficitur incapax. capitul. j. & ij. de cõceſsio. prębend. nec releuat clauſula proprio motu ibi appoſita: ſecundum gloſſ. in clemen. ſi Romanus. de præbend. & ibi per Ioannem de Imol. quia in bulla narratur quòd per relationem d. Goyri vacauit dictum beneficium per obitum dicti de Croſeto: & preſertim quia ſemper intelligitur clauſula ſi preces veritate nitantur, non obſtante clauſula motu proprio: ſecundum Ioannem Andręam in capit.

2 ſi motu proprio. de præbend. libr. vj. Prętereà † ex quo in collatione ordinarij eſt hora determinata, debet præferri collationi Papę vbi non eſt hora certa: ſecundum Fuſinum. in l. j. in p. incip. ff. ſolu. matrimonio. iuxta nota. in ſimili per Cynum & Bald. in l. de rebus. C. de donat. ant. nup. vt per Salice. in l. ſi debitor. C. de priuileg. offic. & Ioan. de Plate. in l. j. C. de iure fiſci. libr. x. pro quo facit. capitu. in prouincia. cum ibi nota. C. de probatio. & ibi per Felinum. & attento quòd dictus Goyri non eſt profeſſus, expreſſè. cap. nullus. de electio. lib. vj. & capitu. ne in agro. §. ſanè. de ſtatu monachorum. & præſertim quando non eſt facta in manibus illius qui habet poteſtatem. capitul. porrectum. de regularibus.

3 & cap. conſului, qui clerici vel vouent. † Prætereà dictus dominus Marionis eſt prius in poſſeſsione, & ſic debet præferri concurrente eadem data. capi. ſi à ſede. de præbend. lib. vj. Tum etiam quia officialis Viennæ proceſsit ad ſententiam diffinitiuam pendente cauſa appelli ab interlocutoria. & dum executor vellet ſibi inhibere. faciũt not. in c. penul.

4 de appellatio. † & ex quo fuit facta impetratio beneficij viuentis dictus Goyri ſe redidit inhabilem: iuxta nota. per gloſſ. in regula cancellariæ xxviij. ad tollendum fraudes & ambitiones, cùm ſit captatoria mortis. capitul. ſecundo. de conceſsion. præbend. libr. ſexto. & ita debuit admitti dictus dominus Marionis ad probandum fraudem, quòd dict. Goyri miſerat curſorem ante mortem dicti de Croſeto, & ita non operatur clauſula motu proprio, cõtra intentionem concedentis. & quia etiam non tollitur inhabilitas. ſecundum Felinum, in capitu. cauſam quæ. de teſtament. in ſecunda columna. & Cardinal. Floren. conſil. trigeſimooctauo. qui dictus Goyri obrepſit ſummo pontifici: dum ibi dicitur. Cùm itaque fuit actio prius: quia falſitas vitiat clauſulam motu propria: ſecundum Panormita. in capitul. quia circa. de conſanguineitate & affinitate. & Felin. in dicto capitul. cauſam quæ. & per glo. in clementi. prima. de probatio. ſuper verbo, feciſſe. & per Franciſcum de Areti. conſil. clxv. Nec obſtat quòd fuerit derogatum dictæ regulę cancellariæ. Tum etiam licèt profeſsio facta in manibus alicuius religioſi teneat: hoc verum ſi habuerit mandatum à ſuperiore ſeu toto capitulo: ſecundum Panormita. in capitul. ſi clerici vel vouent. & in capitul. ad apoſtolicam. de regular. & facit capitul. final. de regulari. libr. ſexto.

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio cap. mandatum. de reſcript. extra, an extendatur ad dignitatem vel officium canonicatui annexis.

ARGVMENTVM.

1 *Gratia expectatiua de qua in cap. mandatum. de reſcript. an extendatur & cadat ſuper dignitate uel officio quibus canonicatus annexus eſt.*

2 *Canonico creato ſub expectatione prebendæ, quòd donec prebendam ſit aſſecutus capitulum ei de prouentibus eccleſiæ prouidere teneatur.*

3 *Scandali cauſa ab apoſtolicis literis quandoquè receditur.*

4 *Capituli appellatione an prælatus ueniat.*

5 *Reſeruatione ſpeciali titulus & poſſeſsio afficiuntur.*

Quæſtio MCLXXIII.

QVAERITVR an grratia expectatiua in forma capitul. mandatum. de reſcript. videlicèt ſi pro alio non ſcripſimus, qui ſimilem gratiam non proſequatur in aliqua eccleſia cathedrali, vel collegiata vt recipiatur in canonicum ſub expectatione prępendæ ſi vacet vel quàm primùm vacauerit ſe extendat & cadat ſuper aliqua dignitate vel officio ſolita conferri alicui canonico: dubium fa-

1 cit: † quia licèt quando canonicus eſt annexus dignitati vel officio venit acceſſoriè ad dignitatẽ vel officium, tunc non cadit talis gratia expectatiua ad talem dignitatem, vel officium cùm ſimpliciter fiat mentio de canonicatu vel prębenda. cap. quia ſæpè. de prębend. libr. vj. ſecus quando canonicus & dignitas ſeu officium, ſunt beneficia diſtincta: vt ibi habetur. & in capitul. penu. eod. titul. ſed tamen in contrarium facit quando talis præbenda eſt debita dignitati ex cõſuetudine alicuius eccleſię: quia tunc iſto caſu gratia expectatiua non cadit ſuper tali præbẽdã: ſed debet differri. c. cũ in eccleſia. de prębend. lib. vj. quia iſto caſu maius dignum debet attrahere minus dignum. cap. ſi is cui. de præben. lib.

2 vj. Verũtamẽ † iſto caſu talis canonicus qui eſt creatus authoritate apoſtolica ſub expectatione prębẽdę interim non debet carere cõmodo prębendæ, ſed tenetur capitulũ prouidere de prouentibus, propter tranſgreſsionem mãdati apoſtolici. c. dilectus. le ij. de prębend. & pręmiſſa faciunt pro cauſa ſuper poſſeſſorio canonicatus & canonicalis poſitionis inter dominum Nicolaum miſtral. qui obtinuit gratiam expectatiuam in forma dicti capitul. mandatum. in eccleſia collegiata beati Bernardi de Romanis., & dominum Humbertum Peyrolerij, cui fuit collatus canonicatus ſeparatim & ad partem: & etiam ſacriſtia, quę eſt principalis dignitas in dicta eccleſia

per obitum domini Michaelis Chapuſij vltimi ſacriſtę:quia dicta ſacriſtia eſt ſolita conferri tantùm canonico,& ſic maius dignum debet atrahere ad ſe minus dignum.& pro hoc videtur textus in dict. c. ſi is cui.& clemen.ſi.de præben.Pro quo facit: quia ſi fieret ſeparatio,poſſet generare ſcandalum in di-
3 cta eccleſia,& ita propter † ſcandalum licitum eſt diſcedere à literis apoſtolicis.capitu.cùm teneatur. de præbend.quia ſi dictus canonicus ſepararetur à dicta ſacriſtia:iſto caſu dictus ſacriſta non intereſſet in capitulo,nec haberet vocem: † quia appella-
4 tione capituli non venit prælatus ſaltem iuſſu.iuxta not. in clementin.prima.de ætate & qualitate. quia de eſſe collegij non requiritur quòd ſit prælatus.iuxt.nota per Innocen.& Panormi.in capitul. cùm non ignores.de prębend.nam ratione dignitatis quam habet quis in eccleſia nõ habet vocem in capitulo,niſi cùm ſit canonicus,capitul.fin.de prębend.libr.vj.& ibi per Gemin. & per gloſſ. in pragmatic.ſanction.in titu.de election.capitul.j. ſuper verbo, legitimi. Prętereà dictus Peyrolerij etiam nititur ex iure domini cardinalis Andegaueñ. mediante renuntiatione domini Hectoris de Poyſiaco, qui habebat ſpecialem reſeruationem in dict. beneficiis cum clauſula anteferri, ita quòd pro illa vice interim ſunt ſuſpenſę alię gratiæ expectatiuę capitul.penulti.de prębend.& cap. authoritate. de conceſs.prębend.lib.vj.ita quòd Papa potuit derogare tali gratiæ expectatiuę:quia non ligauit ſibi manus.cap.dudum.de præbend.libr.vj. & per Cardina. Flor.in clemen.j.ij. col de conceſsi.præbend.
5 & maximè † quia ſpecialis reſeruatio afficit titulũ & poſſeſsionem.capitu.ſi eo tempore de elect.libr. vj.adeò quòd beneficia reſeruata non cadunt ſub expectatiua,capitu.ij.de prębend lib.vj. ſecundum Ludo.de Roma.conſil ccxl.ſed debet expectare aliam præbendam vacantem:ſecundum Specul.in titul.de expenſ.§.nunc.verſicu.ſed pone. Tum etiam quidam Faber qui aſſeritur præſentaſſe dictas literas apoſtolicas dicto capitulo beati Bernardi de Romanis, non habebat mandatum à dicto miſtrali, nec valet collatio domini Franciſci Iaſſerandi pretenſi executoris dicti miſtralis:quia ipſe contulit ex falſa cauſa, aſſerendo quòd dicti canonici beati Bernardi de Romanis recuſauerãt conferre: & tamen non apparet de tali requiſitione,cùm poteſtas dicti executoris ſit conditionalis in deffectũ quo dicti canonici non prouiderent.cap.j.de cõceſ. pręben.libr.vj. quia dictus miſtralis debebat poſt obitum dicti domini Michaelis Chapuſij petere ſibi prouideri à dictis canonicis.& attenta oblatione facta per dictos canonicos de obediẽdo mãdatis apoſtolicis,nec poteſt acceptari beneficiũ niſi habeat ſpeciale mandatum:ſecundum Geminia.in cap.ſi tibi. de prębend.libr.vj. & Rot.in nouis, in titul.de reſcript.incipien.not.

ARGVMENTVM.

Verbis narratiuis Papæ, an ſit credendum.

SVMMARIVM.

1 *Clemen.j.de probatio.enodatio.per tot.*
2 *Clemen.j.de probati.per pragmaticam ſanctionem ſublata.*
3 *Verbis narratiuis Papæ etiam ſi ſuper his gratia uel intentio ipſius fundetur ; non niſi teſtibus aut alijs legitimis documentis conſtiterit credendum.*
4 *Mandãtis morte re non exiſtente integra,mandatũ finitur.*
5 *Atteſtationes & documenta contra eum qui producit fidem faciunt.*

Quæſtio MCLXXIIII.

QVAERITVR quando beneficium vacat in curia Romana per renuntiationem: & Papa in literis prouiſiõis atteſtatur reſignationem recepiſſe:& dicta renuntiatione fuiſſe facta per talem procuratorem,an ſit ſtandũ talibus verbis narratiuis etiam quò ad poteſtatem procuratoris: & an poſt datã bullæ prouiſionis requiritur in retro ſcriptione ſeu plica ab extra de retrobullam, quòd appareat de conſenſu procuratoris ſuper expeditione bullæ,& de diuerſa data,& in effectu prima facie videretur dicendum quòd ſit ſtandum narrati-
1 uis Papę,† ſuper quibus fundatur eius intentio.clemen.j.de probatio. & quòd preſumatur pro dicto procuratorio:ſecundum Ioan.de Imol.ibi.pro quo facit in ſimili quod voluerunt domini de Rota in nouis deciſi.cccccxxvij.vbi voluerunt quòd in literis Epiſcoporum inſtitutionis ad pręſentationem patroni vel confirmationis electionis,quòd creditur talibus literis licèt non appareat de pręſentatione,
2 nec de electione. † Sed in cõtrarium facit quod habetur in pragmatica ſanctione,in titul. de ſublatio
3 tione clemen.literis.de probatio. † Etiam ſi ſuper his gratia vel intentio Papę fundetur,niſi per teſtes aut alia legitima conſtiterint documenta. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionem ſuper proceſſu parœciali eccleſię ſanct Laurentij montis ſuperioris inter dominum Claudium Boneti,& dominum Leonardum Salamardum in manibus ſeruandũ: quia dictus Boneti obtinuit dictum beneficium in curia Romana per renuntiationem domini Antonij Bergerij:& dictus Salamardi opponit,quòd non apparet de procuratorio,& q͂ non apparet de retroſcriptione bullæ in plica ab extra ſuper conſenſu procuratoris ſuper expeditione dict.bullę.Sed ex aduerſo replicat dictus Boneti,quòd ipſe produxit cop à dicti procuratorii tabellionatam,& quòd pariter d. Salamardi ſimiliter producit quandam literam atteſtatoriam in curia Romana per quam atteſtatur de dicto procuratorio,& de pręſtatione conſenſus & pręſtatione iuramẽti,cùm nõ interuenerit fraus: iuxta regulam cancellarię xliij.licèt d cta pręſtatio conſenſus interuenerit poſt obitum d. Bergerij.Sed viuente dicto Bergerij fuerat iam conceſſa bulla,
4 & ſic † res non erat integra,ita quòd morte mãdantis non finiebatur mandatum.facit capitul. ſi ſuper gratia.cum ibi nota de offici.& poteſta.iudi.deleg.
5 libr.vi.† Veruntamen ex quo dict. Salamardi producit dictam atteſtatoriam,in qua fit mentio de dicto procuratorio,& etiã de dicta pręſtatione cõſenſus facit fidem contra producentem.l.cùm pręcum. C.de liber.cauſ.iuxt.not.per Innocen.in cap.cùm olim.de cenſi.etiam ſi eſſet litera priuata. authenti. ad hec.C.de fide inſtrumen.& ita ſufficit etiam ſecundum pragmaticam.ſanctionem,prout ſupra dictum fuit:& talis renuntiatio debet publicari infra ſex menſes, quando fit in curia, & infra menſem quando fit extra curiã:vt in regula cancell. xxxiiii.

ARGVMENTVM.

Regula cancellariæ. xviij. de viginti diebus explicatis.

Quæſtio MCLXXV.

QVAERITVR quando reſignans beneficium moritur infra viginti dies, quo caſu nõ cenſetur vacare per renũtiationem: ſed per obitum. capitul. ſuſceptum. de reſcript. libr. vj. & in regula cancellariæ decimaoctaua. & hoc ad obuiandum ne defraudentur expectantes vel ordinarij. capitul. ſecundo, de renuntiatio. lib. vj. etiam ſi vacet ex cauſa permutationis. capitu. j. de rerum permution. lib. vj. & licèt ſecundum veritatem vacauerit per renũtiationem: tamen propter regulam cancellariæ per fictionẽ quę habetur pro veritate vacat per obitum etiam ſi impetràs per renuntiationem haberet clauſulam quouiſmodo vacauerit, ſi aliàs impetret per obitum: ſecundum gloſſ. in dicta regula cancellarię vbi requiritur, quòd quis decedat ex illa infirmitate infra viginti dies. & pariter Papa poteſt derogare dictę regulę cancellariæ.

ARGVMENTVM.

Beneficij commendati impetratio per obitum non valet.

SVMMARIVM.

1 *Commenda quid.*

2 *Impetratio uerum uacandi modum non exprimens nullius eſt uirtutis.*

3 *Intellectus capitul. ſuſceptum. de reſcriptis, libr. ſexto, & numer. 5. & 6.*

4 *Collatio ordinarij naturalis eſt & fauorabilis & ampliãda.*

5 *Beneficium uacare in genere exprimere ſufficit.*

6 *Quid ſi eſſet communis opinio quod tali modo quo impetretur uacaret?*

7 *Beneficium licèt per obitum alicuius qui nullum ius in beneficio habebat, impetretur. & uerè per alterius obitum uacaret, tenet impetratio.*

7 *Conferentis poteſtas ſi in controuerſiam uertatur, per famam probare ſufficit.*

9 *Commenda perpetua uim tituli habet.*

Quæſtio MCLXXVI.

QVAERITVR quando impetratur beneficium comendatum per obitum alicuius an talis impetratio de iure teneat, dubium facit: quia ſecundum vnam opinionem beneficium commendatum nõ vacat per obitum cõmendatarij: ſed vacat
1 eo modo quo prius vacabat: † Quia cõmenda non dicitur niſi cuſtodia. l. commendare ff. de verbo. ſignification. capit. qui plures. vigeſimaprima quæſtion. prima. capitu. dudum. le ij. de electio. licèt interim non dicatur vacare: ſecundum glo. in capitu.
2 nemo. de electio. libr. vj. † Et per conſequens non tenet impetratio ex quo non exprimit verus modus
3 vacandi. capitul. † ſuſceptum. de reſcript. libr. vj. & maximè vbi non eſt appoſita clauſula quouiſmodo vacauerit. & præmiſſa faciunt ſuper prioritatu Vallisboeſij, vbi dominus Ioãnes de Palloem impetrauit dictum beneficiũ à domino Abbate Cluniaceñ. ſeu eius vicario, à quo dependet immediatè per obitum domini Ioannis de Poyſiaco, qui tenebat in cõmendam: quia ſibi opponebatur per eius aduerſarios, videlicet dominum Epiſcopum Vapicenſ. dominum Ioannem Varcię, dominum Ioannem Arzellerij, quòd non fuerit expreſſatus verus modus vacandi ex quo tenebat in commendam. Sed in cõtrarium reſpondebatur, quòd talis error non habet præiudicare ordinario, etiam ſi ignoret modum
4 vacandi ex quo vacabat beneficium: † quia collatio ordinaria eſt naturalis fauorabilis & amplianda: ſecundum gloſſ. in clementi. final. de officio ordina. capitul. nam valet collatio ordinarij de beneficio verè vacãte: licèt collator ignorauerit vacationem: ſecundum Ioannem Monach. & Ioannem Andræam. in capitul. ij. de electicn. libr. vj. Henri. Boic in capitul. nullam. de conceſsio. de præbend. quia debet attendi veritas. l. illicitas. §. veritas. ff. de
5 offici. præſid. † Et ſufficit exprimere quòd beneficium vacet in genere. clemen. prima. verſicu. quamuis. de præbend. ſecundum gloſſ. in capitul. cupientes. de election. libr. vj. ſuper verbo, vacationibus. & Geminian. in capitul. ſuſceptum. de reſcript. lib. vj. & gloſſ. in pragmatic. ſanction. in titul. de collation. capitul. primo. §. neque. ſuper verbo, faciendas. & pro præmiſsis facit quod habetur per Felinũ in capitul. in noſtra. de reſcript. in trigeſimaſeptimo correlario, & etiam in trigeſimoſecundo. Nam dictum capitul. ſuſceptum. etiam habet locum in ordinario: ſecundum gloſſam ibi. Ita quòd exprimendo vnum modũ vacandi non continetur aliud.
6 & hoc verum † niſi eſſet communis oppoſitio, quòd vacaret illo modo, & non eſſet niſi vnicus impetràs: ſecundum Felinum in dicto correlario. & Lapum allegatione nonageſimanona. in nona colũ. & plures alias fallentias ponit ibi Felinus, & maximè in caſu iſto vbi omnes partes deduxerunt in proceſſu: & confeſſæ fuerũt quòd dictum beneficium vacabat per obitum dicti domini Ioannis de Poyſiaco, vltimi poſſeſſoris. de intellectu etiam dicti capitul. ſuſceptum. vide per gloſſ. in regula cancellariæ decimaoctaua. & in regula cancellarię quadrageſimaquinta, & quadrageſimaquarta.
7 † Quia licèt impetretur beneficium per obitum alicuius qui non habebat ius in beneficio: & verè vacet per obitum alterius, tenet impetratio: vt nota. in dicto capitul. ſuſceptum. quia ſufficit quòd eſſet in poſſeſsione dicti beneficij, nec eſt neceſsè probare eius titulum, ſed ſufficit communis reputatio: iuxt. nota. per Innocen. in capitu. illud. de præſumpt. & in capitu. innotuit. de eo qui furtiuè ordinem ſuſcepit: ſecundũ
8 Rotam in nouis, deciſio. duodecima. † nec eſt neceſsè etiam probare poteſtatem conferẽtis, niſi per famam: iuxta nota. per domi. de Rot. in nouis, deciſio. cxxvj. facit capitu. cùm de beneficio. de præben. libr. vj. prętereà per priuilegia ordinis Cluniaceñ. beneficia commendata & reſeruata etiam in curia poſſunt conferri per abbatem, & reddit poteſtas cõferendi ad ipſum. & maximè quia ſecundum vnam
9 opinionem † quando commenda eſt perpetua habet vim tituli. & dicitur vacare per obitum. dict. capitu. dudum. le ſecond. de electi. ſecundum Innocen. in capitu. ſi conſtituit. de accuſa. & Barbati. conſil. ij. in prima parte. & in tractatu commendę. Adde de clauſula commendæ ſolita apponi in bullis apo-

ſtolicis, videlicet cōmenda huiuſmodi per obitum talis &c. qui extra Romanam curiā diem clauſit extremum, ceſſante adhuc eo quo eidem Claudio cōmendatus fuerat, vacabat prę̄fato Claudio quò ad vixerit commendauit, aut aliàs commēdari mādauit deputatis certis executoribus in curia vel extra. Et licèt aliqui velint facere differētiam an commenda fiat in curia vel extra: tamen vt plurimum fiunt commendæ in curia, & proceſſus executoriales ibi fulminentur.

ARGVMENTVM.

Canonici in multiplici differentia eſſe poſſunt in vna eccleſia ſiue cathedrali ſiue collegiata.

Quæſtio MCLXXVII.

QVAERITVR an in aliqua eccleſia cathedrali vel collegiata poſsint eſſe canonici ſub duplici differentia: vti, quia aliqui ſunt canonici ſimpliciter, & alij cum cauda: vti in eccleſia collegiata beati Bernardi de Romanis, vbi ſunt xvj. canonici cōprę̄henſo ſacriſta, qui eſt caput capituli, & celebrant in magno altari: & habent vocē in capitulo: & tēpore hyemali in eorū capis à parte capitis ab extra eſt de pellicia griſei coloris magis lata quàm cæteri. ſunt etiā quidam alij canonici vocati panateri qui etiam celebrant in magno altari. ſed non intrant capitulum, nec habent vocem in capitulo, nec defertur ita magnā pelliciā griſeā ſuper caputio. & dicti canonici Panaterij ſunt tres in numero, qui celebrant in magno altari, ſicuti alij canonici, licèt habeant vocem in capitul. & idem poteſt dici in eccleſia metropolitana ſancti Mauricij Viēnæ, vbi ſunt quatuor quaternerij duo milites & certi cancellij, qui celebrant in magno altari.

ARGVMENTVM.

Officium choriſtarum eſt impetrabile, vt quod vacare non dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Choriſtarum officium re nobile.*
2 *Choriſtiarum officia per obitum uacare non dicuntur.*
3 *Choriſtarum officia impetrantur ubi choriſtarum certus eſt numerus & deputatæ libræ.*

Quæſtio MCLXXVIII.

QVAERITVR an officiū chorariorū ſeu choriſtarum & epiſſaridorū alicuius eccleſiæ ſit impetrabile: dubiū facit: quia tales clerici dicuntur aſciti & non faciunt collegiū, licèt accipiāt lu-
1 cra † poſſunt reuocari: iuxt. not. in c. penul. de cleri. non reſiden. & non habent vocem in capitulo: ſecundum glo. ibi, & in cap. dilecta. de exceſs. prælat. & maximè quando eccleſia quò ad choriſtas non
2 eſt numerata, † quò caſu non vacant talia officia ſeu beneficia per obitum alicuius. capitu. ex parte.
3 de conceſsio. præbend. ſecus vbi † eccleſia haberet certum numerum choriſtarum, & certas libras deputatas. Quia tunc talia officia poſſent impetrari etiam ſi eſſent manualia. clementin. quia regulares de ſupplenda negligenti. prælato. Et præmiſſa poſſunt adaptari ad quæſtionem in cauſa ſupplicationis dominorum prę̄poſiti, & canonicorum ſancti Saluatoris Criſtearnaudi, contra dominum Simonem de Ripparia, qui impetrauit certum officium chorarij vacans per obitum domini Gulielmi Bellionis in curia Romana etiam iure deuoluto: ſecundum ſtatuta Lateranēſis concilij, qui fecit moueri dictos canonicos vigore proceſſus executorialis in conſequentiam prouiſionis apoſtolicæ: quia in dicta eccleſia eſt certus numerus canonicorū & chorariorum etiam authoritate apoſtolica cōfirmatus.

ARGVMENTVM.

AEtas quæ in canonico deſideretur.

SVMMARIVM.

1 *Canonicum ſeptemnio maiorem eſſe oportere iuris communis eſt.*
2 *Canonicus in pupillari ætate exiſtens uocem in capitulo non habet.*
3 *AEtas in canonico catedralis eccleſiæ ſecundum regulas cācellariæ quæ eſſe debeat, item & canonico eccleſiæ collegiatæ.*

Quæſtio MCLXXIX.

QVAERITVR de ætate canonicorum in aliqua eccleſia cathedrali vel collegiata. Et
1 in effectu de † iure communi ſufficit quòd ſit maior ſeptemnio. capitul. ex eo. de electiõn. libr. vj. vbi
2 habetur, † quòd quando canonicus eſt in pupillari ætate quòd non habet vocem in capitulo licèt poſsit eſſe canonicus. & ita tenet gloſſ. in capitul. ſi eo tempore. & in capitul. ſtatutum. in princip. de reſcript. libr. vj. faciunt nota. per gloſſ. & doctor. in capitu. ſuper inordinata. de præbend. veruntamen
3 ſecundum regulas † cancellariæ Romanę, regula xvij. in eccleſia cathedrali ad obtinendum canonicatum, requiritur quòd compleuerit xiiij. annum. & in eccleſia collegiata decimū annum: aliàs non valet impetratio, niſi fieret ſpecialis & expreſſa mētio: nec poſſet ordinationi diſpenſare, nec ſufficeret cauſa motu proprio: ſecundum glo. ibid.

ARGVMENTVM.

Reſignationis faciendæ modus.

SVMMARIVM.

1 *Tempus reſignationis publicationis quale ſit.*
2 *Clauſu. Authoritate quoque prouideas, & quòd in reſignatione prædicta dolus, uis &c. ponenda eſt.*
3 *Reſignans præſens in curia expeditioni bullarum conſentire debet, & iuramentum præſtare, quòd neque dolus uel metus & c. interuenerit aut ſi præſens non ſit, procuratorem ad hoc conſtituere tenetur.*
4 *De expeditione literarum aßignationis penſionis.*
5 *Reſignans quot dies à tempore admißionis reſignationis ſuperuiuere debeat ut beneficium uacare per reſignationem dicatur.*
6 *Beneficium ualor exprimendus. & nume. 11. item & eorum quos tenet impetrans.*
7 *Beneficiorum qualitates exprimendæ ſunt.*
8 *Reſeruationis generalis & ſpecialis differentia.*
9 *Reſignandi forma.*
10 *Regreſſus per pragmaticam ſanctionem prohibiti.*
11 *Beneficiorum ualoris expreßio quorſum fiat.*

Quæſtio

Quæſtio MCLXXX.

QVAERITVR, ſuper modo faciendi reſignationem beneficiorum in curia Romana. Et in effectu quando fit, & ordinatur reſignatio in
1 curia, † tunc debet fieri publicatio infra ſex menſes: & ſi fiat extra curiam, debet fieri publicatio infrà menſem, aliâs non cenſetur vacare per reſignationem, ſi ille qui reſignauit remaneret in poſſeſsione, & moreretur. argumen. l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus mod. pign. vel hypothec. ſolui. vt in regula cancellariæ. Innocen. VIII. xxxiiij. & ſatis eſt. ꝙ fuit notificatum reſignanti corã notario, vel ꝙ fiat publicatio in cancellaria, vel in camera apoſtolica, vel in audientia cõtradictarũ, de quo ibi latiùs per
2 glo. Item pariter requiritur, † ꝙ quando committitur receptio reſignatiõis, tunc debet apponi clauſula authoritate quoq; prouideas, ꝙ in reſignatione prædicta dolus, vis, metus ac aliqua ſymoniaca prauitas nõ interueniat: vt in regula cancellariæ xliij.
3 Item requiritur antequàm expediantur literæ, † ꝙ reſignans vel cedens ſi ſit præſens in curia vel aliâs per procuratorem ſpecialiter conſtitutũ ad reſignãdum, ꝙ conſentiat expeditioni bullarum: & ꝙ iuret, quòd non interuenit dolus vel metus vel ſymoniaca prauitas: vt in regula xliij. & talis conſenſus ponitur ab extra in plica bullæ, & de diuerſa data bullæ, & ita requiritur quòd talis procurator ſit ſpecialiter conſtitutus ad reſignandum & ad conſen-
4 tiendum expeditioni bullarum. † Et idem in expeditione literarum aſsignationis penſionis ſuper aliquo beneficio: quia oportet quòd conſtet de conſenſu illius qui habet perſoluere talem penſionem: & ſufficit ad obuiandum fraudibus: quia per verba narratiua bullæ Papę fieret plena fides: iuxta clem. j. de probatio. & ideò vltra præmiſſa requiritur, ꝙ appareat de conſenſu reſignantis ſeu eius procuratoris. facit quod habetur in pragmatica ſanctio. in titu. de ſublation. clemen. literis. c. j. & ibi per gloſſ.
5 Item † requiritur etiam, quòd reſignans à tempore reſignationis admiſſæ per ſuperiorem ſuperuixerit per viginti dies, aliâs cenſetur vacare per mortem, & non per reſignationem: vt in regula cancellarię xviij. de quo ibi per gloſſ. licèt vtile ſit, ꝙ in hoc derogetur dictæ regulæ. & pariter alteri regulę xxviij. ſuper tempore, niſi tantum tempus effluxerit vſque ad tempus prouiſionis infrà quod veriſimiliter po-
6 tuerit peruenire ad notitiam Papæ. Item † etiã eſt vtile facere mentionem de valore beneficiorum: vt in regula cancellariæ lxj. Et aliorum quorum impetrantes tenent aut ſaltem quòd habeantur valores pro expreſsis. Item etiã eſt vtile apponere clauſulas quouiſmodo vacent, etiam per conſtitutionẽ execrabilis. Et etiã ſi ſint beneficia reſeruata generaliter aut ſpecialiter: vt in regula cancellariæ xij. etiam ſi ex quauis perſona vacet: iuxta nota. in c.
7 ſuſceptum. de reſcrip. lib. vj. † Item etiam debet fieri de qualitate beneficiorũ: vt in regula cancellarię lxiij. an ſit dignitas vel officium, & ſit electiuum: vt
8 ibi habetur. Et eſt differẽtia inter † generalem reſeruationem & ſpecialem: quia generalis dicitur quando eſt perpetua: & in impetratione debet fieri mentio: quia in dubio Papa non intelligeretur prouidere. c. ij. & c. præſenti. de præben. lib. vj. ſpecialis verò dicitur reſeruatio quando expirat per mortem Papæ. c. ſi gratioſè. de reſcript. lib. vj. vel quando in bulla dicitur, ꝙ eſt generaliter vel ſpecialiter reſeruatum: quia tunc inhærendum eſt verbis bullæ: ſecundum glo. in regulis cancellariæ regula j. & regula ij. & lxij. Et pro clariori intelligẽtia præmiſſo-
9 rum poteſt ſubiungi talis breuis practica: † videlicet talis beneficiatus de certis ex cauſis ad id animum ſuum mouentibus tale beneficium in manibus ſanctiſsimi domini noſtri Papæ aut alterius ad id poteſtatem habentis intendit ſpontè & liberè reſignare, & cõmendæ cedere in fauorẽ talis clerici nondum profeſsi in viij. ſuæ ætatis anno vel circa conſtituti, reſeruatis tamen eidem reſignanti apoſtolica authoritate ne patiatur detrimentum omnibus & ſingulis fructibus & prouentibus loco penſionis annuæ quò ad vixerit. Necnon libero regreſſu ad dicta beneficia cedente aut decedente, tali aut aliâs quomodolibet etiã apud ſedem apoſtolicam dimittente, & nõ aliâs nec aliter nec alio modò: & ibi conſtituuntur procuratores ibi nominati. Item fiat reſignatio de qua ſuprà: & cõmendetur dicto iuueni vſque ad ætatẽ legitimam. & deinde in titulum adueniente tempore cum beneficijs obtentis & obtinendis, & cum facultate permutandi & commendæ cedendi: & cum ampliſsima derogatione ſtatutorum eccleſiæ & ordinis maximè de optando domos, & in ampla forma. Item pariter fiat reſeruatio dicto reſignãti de fructibus loco penſionis ad vitam cum beneficijs obtentis & obtinendis in titulum vel commendam. & cum libero regreſſu: prout ſuprà dictum fuit: & cũ ſuſpẽſione gratiarũ expectatiuarum reſeruationũ vnionũ. Item & pro cautella cũ derogatiõe regulæ, ſi quis decedat infrà viginti dies, & impetratur poſt obitum, ſi forſam iam deceſsiſſet cum derogatione regulæ de veriſimili noticia, licèt & nõ expediantur pro nunc, Item fiat expreſsio de valore fructuum in portatis, & non in loco ad euitandum ſolutionẽ annatę quę ſoluitur in camera apoſtolica. videlicet media pars quia debent æſtimari: ſecundum quod poſſent arrendari. Item quòd deputentur executores qui videbuntur. Item quòd nominentur procuratores fideles, qui videbuntur ad cedendum & reſignãdum reſeruatis fructibus pro penſione, & cum libero ingreſſu, & non aliter, nec alio modo. Et ad conſentiendum expeditioni bullarum, & etiam ad iurandum in animam ipſius conſtituentis, ꝙ non interueniat fraus dolus ſymoniæ labes ſeu quęuis alia illicita pactio aut corruptela, & aliâs generaliter omnia alia ſingula faciendum. Item fiat aliud procuratorium per dictum reſignantem ad eum obtinendum in camera apoſtolica in euentum, ꝙ per clauſulam regreſſus ipſe veniret ad beneficia. Item ꝙ fiat aliud procuratoriũ per eum in cuius fauorem fiet reſignatio, & ceſsio ad conſentiẽdum dicto regreſſu & aſsignationi fructuũ loco penſionis: iuxta regulam cancellariæ. Et vbi eſſet pupillus, tunc poterit conſtituere procuratorem de licentia curatoris ſibi decreti per Epiſcopum vel officialem: iuxta c. ſi annuum. de iudic. libr. vj. & in l. neque tutores. C. de procurato. Item etiam quando paſſatur reſignatio per ſedem apoſtolicam cum regreſſu priori titulo remanente valido & ſub reſeruatione fructuum loco penſionis oportet ſecundum conſtitu-

tiones cameræ,quòd ille in cuius fauorem fit reſignatio,conſtituat aliud procuratorium ad ſe obligandum in camera apoſtolica de ſoluendo annuatim ad rationem dimidiæ præyſiæ totiens quotiens contingerit ipſum percipere fructus per obitum reſignantis,& poſſunt percipi verba obligationis in perſonam procuratoris ſe obligando procuratorio nomine talis in cuius fauorem fit reſignatio. Adde ꝙ eſſet vtiliùs obtinere ad partem bullam reſeruationis fructuum pro penſione,& aliam bullam regreſſus, ne vna prouiſio propter aliam in eadem
10 bulla vitietur, † propter pragmaticã ſanctionem, quæ ſecũdum aliquos prohibet regreſſus,& ne ſint captatorij, &c. Adde etiam ꝙ erit bonum, quòd magiſter Andræas Bouchier qui recepit inſtrumenta miſsionis in poſſeſsionẽ dominorum Claudij & Petri Marchi canonicatus ſacriſtiæ prioratus ruppis, & pertinentia & alia expleta faciat vnũ inſtrumentum ad partem de reſponſione facta ſuper proteſtatione capituli beatæ Mariæ Grationop.& qualiter
11 eis tradidit vnam copiam. † Item in impetratione beneficiorum vacantium debet fieri mẽtio de vero valore annuo dictorũ beneficiorum ſecũdum communem æſtimationẽ,& etiam de valore annuo beneficiorũ obtentorũ etiam ad quæ nõ habent,aliàs gratię ſunt nullę,niſi fierent motu proprio.& idem de gratiis expectatiuis:vt in regula cancellariæ lxj. licèt regulariter de iure communi non eſſet fienda mentio de valore beneficiorũ obtentorum : ſecundum glo.in clem.j.de præben.& idem eſt in confirmationibus quod debeat fieri mẽtio valoris annui beneficiorum:ſecundum gloſ. in dicta regula can-
12 cellariæ lxj. † & iſta expreſsio valoris fit propter mediam annatam,quando beneficium excedit vigintiquatuor libras,&c.ſecundum glo.in dicta regula:quia de beneficijs valoris vigintiquatuor ducatorum ſeu librarum aut minùs non ſoluitur dimidia annata.& pariter in iſto valore non habetur reſpectus ad quotidianas diſtributiones, aut mortuaria,aut quando quis habet in ſtipendium, licèt glo.in dicta regula teneat,ꝙ in beneficiis obtentis hodie in bullis diſpenſatur, ꝙ veri valores habentur pro expreſsis.& pariter de penſione quæ nõ datur in titulum non eſſet fienda mentio, niſi fieret loco tituli & ad vitam recipientis:ſecundum glo.ibi, de quo per Panorm. & Felin.in c. ad aures c.ad audientiam.de ij c.poſtulaſti.de reſcript.& per gloſ.in pragma.ſanctio.ſuper verbo.annatarum.quia inceperunt de tempore Ioan. XXII.

ARGVMEMTVM.

De reſeruatione gratiæ expectatiuæ.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio gratiæ expectatiuæ an poſſeſſorio agenti obſtare poſsit.*

2 *Beneficium acceptare ſimplici acceptatione quis non prohibetur etiam ſententia non expectata.*

3 *Ordinarius ex priuilegio ordinis Cluniacenſis beneficia reſeruata liberè conferre poteſt.*

4 *Titulo duplici in poſſeſſorio permiſſum.*

5 *Priuilegium conceſſum propter paupertatem facultatibus auctis expirat.*

Quæſtio MCLXXXI.

QVAERITVR circa reſeruationem gratiæ expectatiuæ reuerendi domini Gabrielis de exclafanatis Epiſcopi Vappincẽſis ad beneficia ſecularia ſeu regularia etiam ordinis Cluniacenſis motu proprio infrà patrias Delphinatus & prouinciæ vſque ad valorem octocentum ducatorum ſeu Florenorum de camera de tẽpore Innocentij Papę VIII. & deindè reualidationis factæ de tempore Alexandri Papę VI.vſque ad ſummam ſexcentum ducatorum prætextu concordiæ factæ cum domino Teobaldo de turre ratione pẽſionis annuę aſsignatæ ſuper dicto epiſcopatu Vappincenſi , an iſta dicatur magna &euidens cauſa in dictis literis apoſtolicis expreſſa,adeò vt reſeruatio dicatur permiſſa ſecundum pragmaticam ſanctionem.c.j.& iij.de electio.& maximè quãdo agitur de beneficio commendato in curia:iuxta notata per glo.in pragma. ſanction.in titu.de collatio.§.reſeruatio.ſuper ver-
1 bo,mille. † Et talis reſeruatio habet obſtare etiam agenti poſſeſſorio:ſecundum Roma.in authen. de cauſa poſſeſsio.& proprieta.deciſio.xj.Nec obſtat ſi dicatur, quòd fuerunt acceptata plura beneficia nomine dicti domini Epiſcopi Vapincenſis vigore dictæ reſeruationis vltrà ſummam ſuperiùs expreſſatam,& ita quòd dicta bulla ſit conſumpta : iuxta notata per gloſſ.& doctor.in c.ij.de reſcript.libr.vj. quia ad iſtud reſpondetur, quòd non fuit ſeruata forma mandati per procuratores dicti domini Epiſcopi Vappincenſis præſertim in faciendo publicari ſecundum regulas cancellariæ,ita non præiudicat domino: ſecundum Rotam in nouis. deciſione xiij.ſub titu.de conceſſ.præben. Prætereà talis acceptatio non præiudicat ex quo pars aduerſa impugnans nõ probat de valore beneficiorum de tempore acceptationis: ſecundum Oldrad.conſil.lviij.in j.colum.& conſil.lxviij.& Roma.deciſio.j.de conceſsio.præbend. & maximè quando non probatur valor beneficij deductis honoribus: ſecũdum Rot.
2 eod.titu.deciſio.lx. † Prætereà per ſimplicem acceptationem non prohibetur quis acceptare beneficium etiam non expectata ſententia,maximè quando eſt notorium non competere ius in primo beneficio acceptato.c.ſi beneficia.de præben.libr.vj.ſecundum Gemini.in dict. c.ij.de reſcript.libr.vj. & Oldrad.conſil.cccvij.& Ludouic. Roman. conſil. cccxxix.& Rot.in antiquis.deciſion. v.ſub rubric.
3 de conceſsio.præbend. † & licèt per priuilegia ordinis Cluniacenſis poſsit ordinarius conferre liberè etiam beneficia reſeruata generaliter vel ſpecialiter:ſecundum Rot.deciſio.ix.in antiquis. in rubri. de conceſsio.præbend.propter verbum liberè. cap. j.de regu.& cap. Romana.§.j.& ibi gloſſ.ſuper verbo,liberè. de ſenſi. libr. vj. Tamen non procedit in
4 caſu iſto ex quo acceptãs habet ius ordinarij: † & quis in poſſeſſorio poteſt vti duplici titulo maximè ad cautelam:ſecundum Panormitanum in cap. poſt electionem.de conceſsio.præben. Tum etiam opponitur aduerſus dictam reſeruationem domini Epiſcopi Vappincenſis,quòd expirauit propter obitum dicti domini Theobaldi de turre,qui habebat certam ma-

certam magnam penſionem annuam ſuper dicto epiſcopatu Vappincenſi occaſione cuius fuerat facta dicta reſeruatio dicto Epiſcopo Vappincenſi, vt decentiùs poſſet tenere eius ſtatum, & ita finita cauſa priuilegij finitur priuilegium. l. Titia. §. vſuras.
5 ff de legat. ij. & ibi Bartolus pro quo facit: † quia priuilegium conceſſum propter paupertatem extinguitur auctis facultatibus. l. non tãtùm. §. eos. ff. de excuſatio. tutor. l. cura. §. deficientibus. ff. de muneribus & onerib. ſecundum Ioannem de Platea, & Iaſonem inſtituta de iu. na. gen. & ciui. §. ſed quod principi placuit.

ARGVMENTVM.

De locumtenente legati de latere, & de religioſo an ſine ſui ſuperioris licentia vicarius ad conferendum beneficia & procurator ad acceptandum eſſe poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Titulum apparentiorem in poſſeſſorio qui habet, ſententiam aſſequi debet.*
2 *Ingreſſus uitioſus in beneficialibus non tollerandus.*
3 *Collatione ſeu prouiſione ſola beneficij ius in re quæritur.*
4 *Legatus de latere & eius locumtenens qui eſt eius poteſtatis atque legatus ipſe in prouincia ſibi decreta ordinarius dicitur & beneficia conferre poteſt.*
5 *De clauſ. decreti irritantis legati de latere.*
6 *Legatus de latere conferendo ſubſecutam ordinarij collationem afficit.*
7 *Legatus de latere ſeu eius locumtenens an derogare ualeat.*
8 *Quid in conciliorum generaliorum ſanctionibus & apoſtolicis conſtitutionibus & ordinationibus.*
9 *Ordinationes & cõſtitutiones apoſtolicæ quid importent.*
10 *Diſpenſando in maiori parte, an in minori diſpenſare uideatur.*
11 *Regulæ cancellariæ derogando an fateri tacitè uideatur.*
12 *Regulæ cancellariæ an extra curiam adſtringant.*
13 *Quid in legato de latere & Cardinalibus.*
14 *Legati de latere aſſertioni an ſit credendum.*
15 *Laicus an ſit incapax beneficij eccleſiaſtici.*
16 *Religioſus an prælati uicarius eſſe poſſit.*
17 *Vicarius in ſpiritualibus conſtitui non niſi in temporalibus conſtituatur, poteſt.*
18 *Inſtrumentum in quo locus loci nõ eſt adpoſitus an ob hoc probatorium eſſe deſinet.*
19 *Procurator ad negotia in beneficialibus ſubſtituere non poteſt.*

Quæſtio MCLXXXII.

QVAERITVR an locumtenens legati de latere habeat poteſtatem recipiẽdi & admittendi reſignationes beneficiorum etiam regularium: & an habeat poteſtatem derogandi regulę cancellariæ, qua dicitur, caueri quando reſignans moritur de infirmitate qua detinetur, & non ſuperuiuit per viginti dies cenſetur vacare per mortem, & non per reſignatiobem: & maximè quando eſt conceſſa facultas diſpenſandi in maiori, vti conſilijs generalibus: & an etiam ſit præſumendum pro poteſtate domini legati de latere etiam in reſeruatis, & caſibus ſpecialiter commiſsis abſque exhibitione ſuæ poteſtatis & præſertim quando hoc cauetur in commiſsione ſuę poteſtatis: & an etiam poſſit vti in eius literis clauſula decreti irritantis: & an religioſus poſsit eſſe vicarius alterius ad conferendum beneficia ſine licentia ſuperioris: & an religioſus poſsit eſſe procurator ad adipiſcendum poſſeſſionem beneficij, maximè quando eſt ſubſtitutus ab illo qui non habet poteſtatem ſubſtituendi ad negotia, & de pluribus alijs de quibus in allegationibus ſubſcriptis quorum tenor infrà ſequitur. Super deciſione præſentis proceſſus poſſeſſorij prioratus Burgi oyſentij placeat aduertere ad ſubſcripta pro iure & iuſtitia domini Petri Marchi commendatarij perpetui dicti prioratus. Et primò ſuper validitate titulorum ambarum partium domini Georgij de Appiniaco, & dicti domini Petri Marchi
1 quis † dicatur habere apparentiorem titulum vt obtinere debeat in hoc iudicio manutenẽdæ: iuxta notata per dominum Guidonem Papæ, deciſione lxxi. & lxxxv. etiam ſi alter ſe priùs intruſerit in be-
2 neficio: † quia non debet permitti in beneficialibus vitioſus ingreſſus. c. eum qui. de eo qui mittitur in poſſeſsionem cauſa rei ſeruand. libr. vj. & ideò cùm dictus dominus Petrus Marchi ſit prior in titulo, cùm obtinuerit dictum prioratum Burgi Oyſentij per reſignationem admiſſam per dominum locumtenentẽ domini legati de latere die decima quarta menſis Auguſti proximè præteriti, prout apparet per datam prouiſionis commendę cuius originale eſt penes actuarium cauſæ: & etiam inſeritur actis folio xv. cum proceſſu executoriali. fol. xxvj. prætenſus verò titulus dicti de Appiniaco eſt poſterior poſt obitum domini quondam Claudij Marchi die vigeſimaſecunda menſis Auguſti: vt apparet actis. folio lxix. Ex quo ſequitur, quòd in beneficialibus qui prior eſt tempore, potior eſt iure. cap. qui prior. de regulis iuris libro ſexto, & ibi per glo. capitu. duobus. de reſcript. libro ſexto, etiam ſi alter
3 priùs aſſequatur poſſeſsionem: † quia per ſolam collationem ſeu prouiſionem beneficii acquiritur ius in re. cap. ſi abſenti. de præbend. libro vi. ſecundum Iaſonem in repetitione l. quoties. C. de rei vendicat. in quarta fallentia. Nam ex quo dictus prioratus vacauit per reſignationem admiſſam per ſuperiorem, nõ cenſetur vacaſſe ex poſt per mortem.
4 cap. ſuſceptum. de reſcript. libro vj. Nam † legatus de latere ſeu eius locumtenens, qui eſt idem tribunal, & qui habet ſimilem poteſtatem & prærogatiuam etiam ſecundum bullam Papæ actis fo. xxxix. & folio lvij. dicitur ordinarius in prouincia ſibi decreta, & poteſt conferre beneficia. capitu. j. ij. de officio legati. libro ſexto. Et habet ius præueniendi. capitu. ſi à ſede. de prebend. libro ſexto, etiam ſecundum pragmaticam ſanctionem. capitu. j. de colla-
5 tion. § neque. † Et pariter decretum irritans legati de latere habet etiam ligare ignorantes: ſicuti in literis apoſtolicis dicitur. c. ſi eo tempore de electiõ. libro ſexto. cap. quia cunctis. de conceſsio. præben. libro ſexto, & habet etiam afficere poſſeſſorium: ſecundum dominos de Rota, deciſione decima ſexta. in nouis. nam hodie legati de latere in eorum literis habent etiam facultatem vtendi clauſula decreti irritantis. cap. ſi apoſtolicæ. de præbend. libro vj. & ibi Ioannes Andræ. in nouella, & ibi ſequuntur

Petr.de Anchar.Geminia.& Philip. Franc. & hoc
etiam tenet glo.in c.j.de conceſ.præben.libr. vj.ſu-
per verbo,irritũ.& Lap.alleg.xiiij.& maximè quã-
6 do agitur de beneficio iam collato, † quando lega
tus de latere præuenit ordinariũ habet afficere col-
lationem ordinarij,ſubſecutã:ſicuti reſeruatio apo
ſtolica.c.ſi beneficia.vbi caſus de præbend.libr. vj.
& ibi glo.quam ſequuntur communiter doctores.
Nec obſtat ſi opponatur de regula cancellariæ, ꝙ
dictus quondam dominus Claudius Marchi reſi-
gnans non ſuperuixerit per viginti dies: quia ad
7 iſtud reſpondetur, † ꝙ fuit ſpecialiter derogatum
in prouiſione commendæ dicti domini Marchi di-
ctæ regulæ ſeu conſtitutionis apoſtolicæ, & quòd
dictus legatus de latere ſeu eius locumtenens ha-
bet facultatem derogandi ſuper hoc,vt apparet,per
tranſcriptum facultatum dicti domini legati de la-
tere regiſtratũ in magno libro curiæ & extractum
in hoc proceſſu.fol.lj.& ſequẽtibus:& in altera fa-
cultate eſt bulla abſolutionis generalis ad effectũ
obtinendi beneficia, & derogandi quibuſcunque
8 iuribus,&c. † etiam quibuſcũque conciliorum ge-
neralium ſanctionibus conſtitutionibus & ordina
9 tionibus apoſtolicis. Nam † ordinationes & con-
ſtitutiones apoſtolicæ nihil aliud important quàm
regulæ cancellariæ:vt in procœmio regularum can-
cellariæ.& ibi per glo.& in pragmatic.ſanctio.titu.
de reſerua.a.j.& ibi gloſ.ſuper verbo, regulas. can-
cellariæ:quia ſi poſsit diſpenſari ſuper concilijs ge
neralibus:fortius in iſtis regulis cancellarię,& con
ſtitutionibus apoſtolicis: quę non ſunt leges gene-
rales.argumen.authenti.multò magis. C.de ſacro-
ſanct.eccleſ.quia difficiliùs & cum maiori ſolenni
tate diſpenſatur ſuper concilio generali.c.ex parte.
10 de capel.mona. † quia diſpenſando in maiori,vide
tur diſpenſatum in minori c.fin.de tranſlatio. præ-
lato.& per glo.in c.literas.de filijs presbyter.& ma-
ximè ne reddatur diſpenſatio inutilis:ſecundũ Prę-
poſitum in c. nos conſuetudinem. xij. diſtinctione.
Adde in materia diſpenſationis cũ conceditur ma-
ius & minus.c.ex parte. le ij.de decim. & notat.per
gloſſ.in c.fin.de ſymo.& vbi tractatur de fauore il-
lius cui conceditur facultas diſpenſandi latè inter-
pretatur:ſecundum Ioan. Andr.in c. fin.de verbor.
ſignificatio.libr. vj.Panor.in dict.c.fin. & Præpoſi.
in c.nos conſuetudinem.xij.diſtinctio.c.dudum.de
præbend.lib.vj.ſecus cum perſona cum qua diſpen
ſatur,vt notatur in dictis iuribus. Et licèt per dictũ
tranſcriptum curiæ ſatis probetur poteſtas domini
legati de latere & eius locumtenentis, cum ſuis fa-
cultatibus cùm literæ curiæ fuerint interinatæ &
ordinatum obſeruari. pro quo facit cap.cùm perſo
nę.de priuileg.libr.vj.vbi fit mẽtio de tali tranſcri-
pto.vide in ſimili quòd probando de litera presby-
teratus non probatur de prioribus ordinibus:ſecũ-
dum Bar. Ange.& Pau.de Caſt.in l.illud. ff.de ac-
quir.hæred. Inno.& Panor.in c.j.de cleri.pere.cum
limitatione. Panor.in c.niſi. Veruntamen ex abun
danti cautela fuit peritũ in præſentia partis non ſe
opponẽtis in diffinitiõe huius cauſæ afferri per do-
minos camerę quatenùs viſum fuerit curiæ,& expe
dierit dictas facultates dicti domini legati de latere
ad plenum regiſtratas in camera computorum etiã
de tempore quo Papa modernus antequàm fuiſſet
aſſumptus ad apoſtolatum erat legatus de latere:
quia dominus Cardinalis Rothomageñ. legatus
de latere modernus ſeu eius locũtenens habet ſimi
les facultates,prout apparet per tenorẽ eorum po-
teſtatis,etiam in actis regiſtratæ.fol.xxxix. & folio
lvij.& attento quòd ambæ partes ſe ſummiſerunt
ſummariæ cognitioni curiæ, & vt etiam euitetur
circulus. Præterea in actis non apparet de dicta re-
gula cancellariæ: cũ non fuerit producta ſub plom
11 bo. Nec obſtat † ſi dicatur,quòd per dictam proui-
ſionem commendæ dicti domini Marchi deroge-
tur dictæ regulæ cancellariæ, & quòd tacitè videa-
tur confiteri illam. Quia ad iſtud reſpõdetur,quòd
vbi fit mẽtio modificatiuè ibi,illis quibus expreſsè
caueri dicitur, ꝙ ſi aliquis in infirmitate conſtitu-
tus,&c. Nam per clauſulas derogatorias literarum
Papæ per quas derogatur ſtatutis aut conſtitutioni
bus quis non fatetur ſtatuta:quia tendunt ad dimi
nuendũ ſtatuta,& non debent operari contrarium
effectum.l.cùm tale.§.ſi a.ff.de conditio.& demon-
ſtratio.& ita videtur ſentire Bald.in l. quia autem.
in princ.ſuper verb.omittere.ff.ſi quis omiſſa cauſ.
teſta.& ita in l.legata inutiliter.ff.de lega.j. & prę-
ſertim producendo tales literas quis nõ fatetur re-
gulas cancellarię:quia non eſſet in poteſtate partis
producentis diſponere ſuper illis.argument. l.con-
feſſoribus.ff.de interroga.actio.& hoc tenet in ter-
minis. Roman.conſil.cclx.incipient. In propoſito.
allegat notata per Bartol. in l. non epiſtolis. C.de
12 probatio. Licèt etiam poſsit attẽtari dicere, † quòd
vbi appareret legitimè de dictis regulis cancellarię
prout nõ apparet, ꝙ nõ adſtringerẽt extra curiam:
cùm nõ appareat de publicatione in qualibet pro-
uincia.argum.auth.vt noua conſtitu.in princ. col-
13 latio.v. † Et maximè non aſtringerent Cardinales
ſeu legatos de latere, qui ſunt pars corporis Papæ,
& ſicuti nõ ligant Papam,nec eius membra: ſecun
dum Petrum de Ancharan.conſil.ccxcvj.in ordine
meo incipient. Pro clariori euidentia. & Barba. in
tractat. de pręſtan.Cardin.q.vij.& hoc tenet Ioan.
Monach.in c.j.de ſciſma.lib.vj.quòd ſub verbis ge
neralibus canonum pœnalium nõ comprehendun
tur Cardinales, niſi exprimentur,facit c. quia peri-
culoſum.de ſent.excom.libr.vj. & ſequitur Feli. in
c.quòd ſuper hijs.de fid. inſtrum. Tum etiam appa
ret ſufficienter de poteſtate domini legati de latere
ſeu eius locumtenentis quò ad derogadũ dictę re-
gulæ cancellariæ:& etiam in alijs ſpecialiter reſer-
uatis,& hoc apparet per poteſtatem dicti domini le
14 gati de latere circa finem,vbi expreſsè cauetur,† ꝙ
in eius literis concedendis ſtetur eius aſſertioni abſ
que exhibitione poteſtatis, & ſic debet intelligi in
ſpecialiter reſeruatis: vt verba priuilegij aliquid o-
perentur.c.ſi Papa.de priuileg.libr.vj.quia aliàs in
concernentibus officium legationis ſtatur eius aſ-
ſertioni de iure communi.c.nobiliſsimus.xcvij. di-
ſtinct. Et hoc etiam refert Panor. in c. ꝙ ſuper his.
de fide inſtrum.ſeruari de conſuetudine, quòd cre-
ditur legato de latere atteſtanti de eius poteſtate in
iſtis reſeruatis ſpecialiter commiſsis.& in c.conſti-
tutus.de appellatio.poſt Ioan. Andr.& Specula. in
titu.de lega.§.ſupereſt.verſi.quid ſi delegati iuriſdi
ctione,& ita etiam refert gl.in pragma. ſanctio. in
tit.de ſubla.clem.literis.de proba.in princ. Et idem
eſt in

eſt in locum tenente domini legati de latere, vt credatur eius aſſertioni cùm ſit idem tribunal, & gaudeat eiſdem prærogatiuis, etiam ex forma poteſtatis domini legati de latere, prout apparet per acta. Et hoc atteſtatur dictus dominus locumtenens in prouiſione commendæ dicti domini Marchi ibi, dũ dicitur ſufficienter ad hæc authoritate appoſtolica muniti. &c. Vlteriùs pro pleniori iuſtructione iuris & intentionis dicti domini Marchi, nedum fecit fidem de eius titulis, & miſsione in poſſeſsionẽ dicti prioratus: ſed etiam de inſtrumento procuratorij facti per dictum quondam dominum Claudiũ Marchi ſacriſtarij ad reſignandum dictum prioratum Burgi Oyſantij receptum per Iacobum Boſonis: vt apparet actis, fol. xij. & ſic non obſtat in pragmatica ſanctione, in tit. de ſubla. cle. literis. & pariter fecit fidem dictus dominus Marchi de litera clericatus primæ tonſuræ, actis fol. lxxxviij. Et licèt per præmiſſa appareat notoriè de infectione prætẽſi tituli dicti domini Georgij de Appiniaco: tamen vltra præmiſſa apparet de incapacitate dicti domini Georgij de Appiniaco, de qua fuit oppoſitum in ſchædula dicti domini Marchi incipiente, venerabilis. actis fol. lxxxvij. † quia dictus de Appiniaco

15 eſt laicus, & non apparet ipſum eſſe clericum ſaltẽ primæ tonſuræ, & ita eſt incapax. capit. ij. de inſtit. capit. ex literis. de tranſact. Tum etiam reſpectu prętenſæ diſpenſationis defectus natalium dicti de Appiniaco videtur ſubreptitia & obreptitia in quantum tacetur de dignitate eccleſiaſtica eius genitoris prout eſt notorium: ſecundum Ioannem Andr. in capit. fina. de fili. presby. & Alexand. conſil. cxcv.

16 in ſecundo volumine. Tum † etiam reſpectu vicariatus domini Humberti Bauilli archipresbyteri & canonici regularis beatæ Mariæ Grationopolis, apparet de nullitate: quia eſt religioſus, & fuerunt excomunicati teſtes parte vocata, ſuper hoc circa finem proceſſus, & ſic non debuit acceptare talem vicariatum ſine licentia ſuperioris: ca. ſi religioſus. de procu. & hoc tenet gloſſ. in clemen. & ſi principalis. de reſcript. & ibi per Cardina. Flor. & Imol. & per Ioan. Andr. & Panormita. in capitu. fina. de clerico egro. & Geminia. in ca. ſi quis. lviij. diſtinctio. Tum etiam talis vicariatus eſt captatorius & reprobatus de iure: & in fraudem Lateraneñ concilij prohibentis dari ius ad beneficia vacatura: quia dictus dominus Antonius de Appiniaco Epiſcopus Aduren decanus Grationopolis commendatarius prioratus ſancti Laurentij Grationopolis creauit dictũ dominum Humbertum Bauilli eius vicariũ in ſpiritualibus ad conferendum ſpecialiter beneficia dependentia à dictis decanatu & prioratu ſancti Laurentij Grationopolis: & ſic videtur eſſe data poteſtas in ſpecie & in fraudem canonis, maximè attenta qualitate dicti domini Georgij de Appiniaco. capit. conſtitutus. & ibi per Panormita. in capit. fina. de conceſ. præbend. capit. deliberatione. §. prohibemus. de offic. lega. libr. vj. cap. conſtitutum. de præbend. eodem. libr. & ideò reprobant doctor. in eodem capit. conſtitutus. cautelam quam dabat Ioannes Andræas cuidam eius ſcolari ad creandum vi-

17 carium, & conferendum beneficia: † & maximè nõ poteſt conſtitui talis vicarius ad conferendum beneficia: niſi habeat adminiſtrationem rerum tẽporalium & ſpiritualium ipſius conſtituentis: ſecundum glo. in dict. cap. conſtitutus. Tum etiam nõ tenet apprehenſio poſſeſsionis dicti prioratus Burgi facta per dominum Guigonem Pollonis religioſum nomine dicti domini Georgij de Appiniaco vigore cuiuſdam ſubſtitutionis procuratorij factis per dominum Antonium de Appiniaco prætextu cuiuſdam prætenſi procuratorij factis: vt prætenditur per dictum dominum Georgium de Appiniaco in ciuitate Tholoſæ, de perſona dicti domini An-

18 tonij de Appiniaco: † quia tale procuratorium nõ eſt probatorium cùm deficiat locus loci: iuxta not. per gloſſ. in l. generali. C. de tabu. libr. x. & per Bartol. & cæteros in l. de pupillo. §. qui nũciat. ff. de operis noui nuntiatio. & maximè quia dictus dominus Antonius de Appiniaco non habeat poteſtatẽ ſubſtituendi per tenorem dicti prætenſi procuratorij:

19 & ita † procurator ad negotia non poteſt ſubſtituere in beneficialibus, cùm requirant ſpeciale mandatum: iuxta notat. in cap. accedens. de præbend. ſecũdum Hoſtien. in capit. ex parte decani. de reſcrip. & Iaſon in l. quod quis. C. de procu. Tum etiam in pretenſa collatione facta per dictum dominum Hũbertum Bauilli citra illius approbationem expreſsè dicitur, quòd primitùs antequàm dictus Georgius de Appiniaco mittatur in poſſeſsionem, quòd debeat præſtare iuramentum de ſeruando ſtatuta religionis: & tamen non fuit ſeruata forma mandati: & attento quòd dominus Guigo pollonis eſt religioſus, & ſic non potuit exercere officium procuratoris ſine licentia ſuperioris. cle. religioſus. de procura. & præſertim cùm non apparet de aliquo iuramẽto præſtito per dictum de Appiniaco ſeu eius prætenſum procuratorem. Ex quibus pręmiſsis apparet de iure & iuſtitia dicti dñi Petri Marchi, adeò quòd debet manuteneri in poſſeſsione: ſeu quaſi dicti prioratus Burgi Oyſantij iurium & pertinẽtiarũ cuiuſdam, & intruſi ſi qui ſint expelli cum expenſis. Et ita videtur dicendum ſaluo ſemper ſaniori conſilio.

ARGVMEMTVM.

Qualitates de quibus in impetrationibus beneficiorum mentionem fieri ſolitum eſt, quis probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſ. Si preces veritate nitantur, quòd in omni reſcripto ſemper ſubintelligatur.*

2 *Excipiens an probare teneatur.*

3 *Vnumquenque bonum & idoneum contractus tempore præſumi regulare, niſi contrarium probetur.*

4 *Fraudem alleganti probandi onus incumbit.*

Quæſtio MCLXXXIII.

QVAERITVR quando in impetratione beneficij fit mentio de aliqua qualitate vti de baronum genere, vel de nobili genere, vel quòd ſit minoris ætatis, vti xij. vel xx. annorum, vel quòd beneficium eſt tanti valoris. &c. an impetrans teneatur probare & ad ipſum cadat onus probãdi, & maximè quando nõ opponitur. Si verò opponatur, an excipiens teneatur probare? Et in effectu prima fa-

1 cie videretur dubium: quia † in omni reſcripto ſubintelligitur clauſula illa, ſi preces veritate nitantur.

capit.ij.de reſcript.l.fina.C.de diuerſ.reſcript. quia reſcriptum eſt loco libelli.cap.ij.cum ibi not.de dilat.capit.ex conqueſtione.de reſtit.ſpoliat.cum ibi nota.per Innocen.& Panormit.authen.qui ſemel. C.quomodo & quando iudex.& illud videtur tenere Ioan.Andr.in cap.j.de lit. conteſta.libr.vj.in nouella.quò ad expreſſata in reſcripto:ſecus ſi opponatur de ſubreptione,quòd ſit tacita veritas, licèt ibi videatur facere differentiã in iudicialibus: quia tunc excipiens tenetur probare:ſecus in extraiudicialibus:vti ſi fiat mentio de minori ætate,vel quòd ſit legitimus,licèt etiam incumberet onus vtrique parti, de quo ibi latiùs per ipſum & per Gemini.
2 & Pet.de Ancha.Sed in contrarium †quòd ſpectet onus probandi ad incipientem, facit l. ſi quando. vbi caſus.C.de dilat.canoniſata.iij.quęſt.iij.can.ei qui.cùm ibi notat.per Alberic.& Paul.de Caſtr. & hoc videtur velle Bal.in l.neque natales.circa finẽ. C.de probatio.& Lap.allega lxj.& Felin. poſt Innocen.in capit.fina.de præſumptio.verſic.no. quia quilibet præſumitur idoneus,vt ibi habetur:& hoc etiam ſentit gloſſ.in clemen.literas.de reſcript. ſuper verbo,creatum.in fine,& ibi Cardina.Flo. notat,quòd gratia eſt fundata eo ipſo, quòd conſtat de ipſa.& conſtat beneficium vacare: qui ergo excipit contra eam probet,& ita etiam tenet Panormit.in cap.in præſentia.de proba.& hoc etiam notat Ioan.de Imol. quòd producens teſtamentum factum à minore xxv. annis non tenetur probare ipſum eſſe maiorem xiij.annis:facit quod habetur per Innocen.in ca.innotuit.de eo qui fur.ordi.ſubſe.facit quod habetur in l.cùm te.C.de probatio.&
3 per glo.in l.ſi minorem.C.de in integr.reſtit. †quia tempore contractus ſeu alterius actus,quilibet præſumitur maior & idoneus,niſi probetur contrariũ. dict.ca.in præſentia.& hoc etiam tenet Calderi.cõſilio x.in tit.de probat.& maximè quando non opponitur per partem aduerſam tenet proceſſus:iuxta notat. per gloſſ.& Panormit.in c.ad audientiam.le ij.de reſcrip.& per Felin.in cap.cæterùm. & in cap. ſcicitatus.de reſcript.& pro hoc facit.ca.ſuper literis.de reſcript.ibi,poſtquã ſibi ſuper hoc facta fuerit fides, & etiã & ibi glo.ſuper verbo,priori modo.
4 quæ dicit †quòd qui allegat fraudẽ, vel malitiam, illã probare debet.l.quotiens.§.qui dolo.ff.de proba.quia quilibet pręſumitur bonus, donec probetur malus.c.j.de ſeru.ca.fina.de præſumpt.

SVMMARIVM.

1 *Eligendi licentia,an peti debeat.*
2 *Collegium quodlibet prælatum ius eligendi habet.*
3 *Conſuetudo ut mors prælati principi denuntietur, & eligẽdi prælatum licentia petatur,ualet.*
4 *Acceptatio electionem ſequitur.*
5 *Electus quod intra menſem electioni conſentire tenetur.*
6 *Electus intra quod tempus confirmationẽ petere teneatur.*
7 *Religioſus mendicans ſi in prælatum eligatur,acceptare electionem etiam cum ſuperioris authoritate nõ poteſt.*
8 *Quid ſi religioſus à minori parte electus ſit, an electioni conſentire poßit.*
9 *Quãdo quis ad monaſterium eligitur, ut illius monaſterij profeſſus ſit requiritur.*
10 *Vicarius Epiſcopi,an Abbatis electionẽ cõfirmandi poteſtatem habeat,licèt ſpecialiter exprimatur.*
11 *Confirmatio Abbatis ad loci diœceſanum ſpectat.*
12 *Coelectus in cõfirmatiõe electionis nominatim citãdus eſt.*
13 *In notorio ut pars nominatim citetur,requiritur.*
14 *Procuratores plures conſtituti abſq; clauſula inſolidum, quod unus pro alio comparare poßit.*
15 *Sententia confirmationis electionis, quòd præcipitationis & denegationis actorum ratione nulla dici poßit*
16 *Acta publica illi cui intereſt,deneganda non ſunt.*
17 *Procurator legitimè fundatus domini nomine appellare poteſt,etiam ſi ſint plures cum clauſ. cum libera.*
18 *Confirmatio in contradictorio iudicio diffinitiuæ ſententiæ uires habet.*
19 *Vicarij generales tanquã ordinarij fundati ſunt,eo ſanè ut pro eorum poteſtate præſumendum ſit, niſi negaretur.*
20 *Nullitas quæ in appellatione deducta non fuit,an in tertia inſtantia opponi poßit.*
21 *Appellandi cauſa an iuſta fuerit,ſi ubi plura oppoſita fuerunt de omnibus pronuntiatum non ſit.*
22 *Appellãdi cauſam probet qui omiſſo emergẽti ſuper principali pronuntiat.*
23 *Litiſconteſtatio an & quando in cauſa appellationis ab interlocutoria opus ſit.*
24 *Appellatio an dicatur communis.& nume.30.*
25 *Delegatus qui à principio poteſtatẽ nõ habuit,ab ijs à quibus habere debebat, an poſtmodum ſecuta defectum ſuppleat.*
26 *Fatale primum quod ſit.*
27 *Fatale ſecundum ſine reſtitutione à lege datur.*
28 *Cõfeßio iudicialis per partẽ acceptata reuocari nõ niſi de errore probabili conſtiterit,poteſt.*
29 *Diſpoſitio l.edita.C. de edend.an in cauſa appellationis locum ſibi uendicet.*
31 *Appellãs an corporaliter ſacramentum præſtare teneatur, quòd credit per ſe oppoſita uera eſſe.*
32 *Inſtrumenta producta in cauſa ſi de falſo pars aduerſa redarguere ſe offerat,an uerum producenda ſint.*
33 *Pronũtiari nè poßit ſuper nullitate ſententiæ confirmationis una cum appellationis articulo.*
34 *Iudicis iniquitas in appellatione ab interlocutoria principaliter arguitur.*
35 *Delegatus in cauſa appellationis ab interlocuria de negotio principali cognoſcere poßit.*
36 *Appellatus an ſuper negotio principali citari debeat.*

Quæſtio MCLXXXIIII.

QVAERITVR ſuper facto contigenti electionis abbatiæ monaſterij ſancti Florentini ordinis ſancti Benedicti Andegauẽſis diœceſis propè villam de Saulmur, in regno Franciæ inter fratrẽ Ioãnem de Mathefalone electum à numero lxxx.religioſorũ:& fratrẽ Petrum Dars coẽlectũ à numero ix.religioſorum vel circa, & antequã fuiſſet proceſſum ad dictam electionẽ fuit petita & obtenta licentia per conuentum à vicarijs domini Epiſcopi Andegauẽſis ad eligẽdum,& fuerunt decretæ literæ citatoriæ per conuentum ſeu capitulum ad citandũ abſentes & priores dependentes à dicto monaſterio ad certã diem ad intereſſandũ dictę electioni. & tandem facta electione de duobus contendentibus ſuprà nominatis, & acceptatione dictus de Mathefalone præſentauit dictam electionem duobus vicarijs domini Epiſcopi Andegauenſis,petendo confirmationem,qui decreuit eius literas citatorias ad citandum apponentes per edictum in valuis eccleſię dicti monaſterij,& etiã in

valuis eccleſiæ Cathedralis Andegauenſis: dictus verò frater Petrus Dars conſtituit tres procuratores ſimpliciter abſque clauſula inſol.dùm ad ſe opponendũ aduerſus dictam confirmationem.deinde in die aſsignata comparuit alter dictorum procuratorum nomine dicti Dars deducendo plures cauſas oppoſitionis aduerſus dictam electionem ſeu confirmationem petitã,petendo etiam copiam actorũ, & proceſſuum: ſed dicti vicarij ſpretis dictis oppoſitionibus eadẽ die proceſſerunt ad cõfirmationem electionis dicti de Matafalone & illicò & incontinenti dictus procurator appellauit pro dicto Dars ad ſedem metropolitanam Turonis.& conſequenter poſt decem dies dictus Dars à tempore notitiæ ſuam appellauit in ſcriptis,& fuit cauſa introducta corã dictis vicarijs Turoni dictus Dars dedit facta ſeu articulos, quos dicti vicarij admiſerunt ad probandũ per inſtrumenta,dũtaxàt, & aliàs prout pleniùs dicitur continere,in dicta interlocutoria, à qua fuit appellatum in ſcriptis pro parte dicti Dars ad ſedem primacialem Lugduni:& dictus officialis primacialis Lugduni delegauit de conſenſu partium cauſam appellationis,& etiã cũ negotio principali venerabili domino Guigoni Burgenſis decretorum doctoris ſacriſtæ eccleſiæ cathedralis ſancti Ioannis Lugduni coram quo fuerunt producta acta priorum inſtãtiarum,& iura partium hinc inde dictus dominus ſacriſta iudex delegatus venit ad hanc ciuitatem Grationopolis,de hoc præſenti anno Mil.ccccc.& vij.de hoc menſe Maij,& elegit certos aſſeſſores quorum conſilio protulit ſententiam:& ideò pro faciliori intelligentia fuerunt extracta dubia ſuper quibus fuit facta declaratio quę intendo inſerere hic cũ inſertione iuriũ. Et primò
1 quæritur † quia dictum monaſterium ſancti Florentij quando vltimatè vacauit dicta abbatia per obitum fratris Ludouici de Velley vltimi Abbatis petijt licentiam eligendi futurum abbatem, an de iu-
2 re iſtud procedat? Dubium facit: † quia quodlibet collegiũ habet ius eligẽdi prælatum.c.j.& c.ne pro defectu.& cap.monaſterium.de elect.& electio debet eſſe libera.c.libera.ca.quiſquis.c.ſacroſancta. &cap. Maſſana.de electio.aliàs exquirere licentiã alterius eſſet reſtringere libertatem electionis. Sed in contrarium facit quod habetur in capit.cùm inter.& in capit.cùm terra.& capit.quòd ſicut.de ele-
3 ctio.vbi ſecundum Innocen.& Panormita. † valet conſuetudo,vt nuntietur mors prælati principi antequàm fiat electio,& ab eo petatur licentia eligendi prælatum, ſeu requiratur eius aſſenſus. de quo habetur per gloſſ.in pragmatic. ſanctio.in titul.de electio. capitu.ij.ſuper verbo,pontifex, & ita poteſt adaptari in caſu iſto,quia fortè in dicto monaſterio ſancti Florentij eſt conſuetudo petendi licentiam eligendi abbatem,quando vacat à reuerendo domino Epiſcopo Andegauenſi, ſeu eius vicario: facit quòd habetur per gloſſ.in capitu.cùm venerabilis.de conſuetud. Secundò quæritur an facta electione requiratur acceptatio,& infrà quantum tempus in iſtis dignitatibus regularibus. Et in effectu
4 poſt † electionem debet ſequi acceptatio per religioſum,quando eligitur in abbatem eiuſdem monaſterij, & à maiori parte eligitur,& electores de-
5 bent præſentare electo, † & deinde electus infrà menſem debet conſentire.capit.quam ſit.de electio libr.ſexto,& hoc niſi exiſtat impedimentum, vt ibi
6 habetur.& deinde † infrà tres menſes debet petere confirmationem à ſuperiore, vt ibi habetur:aliàs ſi religioſus eſſet electus extra ſuum monaſterium vel ſuam eccleſiam non debet conſentire ſine licentia ſui ſuperioris.capit.ſi religioſus.de electioni. li-
7 bro ſexto. Quinimò † vbi talis religioſus eligitur an diſcordia extra ſuam adminiſtrationem ad aliquam prælaturam in mendicantibus non valeret acceptatio,etiã cum licentia ſuperioris. capit. quo-
8 rundam.de electio.libr.ſexto, † & in alijs religioſis prohibetur quis conſentire,quando eſſet electus à minori parte numero,etiam cum licentia ſuperioris,vt ibi habetur:niſi maior pars eſſet priuata ipſo iure: quia tunc vota maioris partis redirent ad minorem partem,& tunc poterit conſentire,quia non eſſet electus à minori parte, ſed à toto capitulo: ſecundum gloſſ.ibi, facit quod notatur in capit.gratum.de poſtu.prælat. & in clementin. quod circa. de electio. Et pro præmiſsis etiam facit cap.ſi quando.de electioni.libr.ſexto,vbi contra electum à duplo maiori parte:vel electores ipſius nihil poteſt opponi quod votum extenner:ſecus ſi annullet ipſo iure: vt ibi habetur. & in ca. indemnitatibus.§. ſanè. de electio.libr.ſexto,& iſtud facit pro electione dicti fratris Ioannis de Matafalone, qui fuit electus in abbatem à duplo maiori parte numero: dictus verò frater Petrus Dars fuit electus à minori parte: & ideò ſi habuerit iuſtam cauſam ſe opponendi aduerſus confirmationem,& ſi debuerit pro ſui parte petere confirmationem , & attento etiam quia à principio non erat proceſſus dicti monaſterij, licèt
9 ex poſt fuerit tranſlatus per Papam, † & quando quis eligitur ad aliquod monaſterium, requiritur, quòd ſit expreſsè profeſſus dicti monaſterij.ca. nullus.de electio.libr.ſexto. capit.cùm ſingula.de præbend.libr.ſexto,clementin.ne in agro.§.ſanè.de ſtatu monacho. Quinimò quando monachus tranſit ad aliud monaſterium debet,iterum ibi profiteri.capit.abbate.le ſecundo,de verbor. ſignificatio. licèt Philippus Decius conſilio quinto aliter ibi vi-
10 deatur tenere. Tertiò quæritur † an vicarius Epiſcopi habeat poteſtatem confirmandi electionem abbatis,licèt ſpecialiter non exprimatur in vicariatu. Dubium facit: quia in generali poteſtate vicarij non venit poteſtas conferendi beneficia, niſi ſpecialiter exprimatur.capit.fina.de officio vicarij. libro ſexto.Sed in contrarium decidit ibi gloſſ. quia aliud eſt conferre beneficium,& aliud confirmare. Nam conferre beneficium procedit ex liberalitate:ſed confirmare procedit ex neceſsitate,& hoc ibi tenet Ioannes Andræas domi. Petrus de Anchara. & Philip.pro quo facit capit.ex frequentibus.de inſtit.capit.cùm olim.de maioritat. & obedientia, & capit.primo,de inſtitu.libr.ſexto,vbi licèt ſede vacãte poteſtas conferendi beneficia nõ deuoluatur ad capitulum: tamen ſecus eſt in poteſtate inſtituendi, vel confirmandi: vt quia bene tranſit ad capitulũ: vt ibi habetur & cũ de iure communi ad diœceſanum loci ſpectet confirmatio abbatis.dict. capit. cũ olim. & pro hoc facit cap.ſi abbatem.de electio.

libr. ſexto. ergo idem in vicario in caſu iſto prout ſuprà dictum fuit: & ita non poteſt opponi aduerſus vicarios domini Epiſcopi Andegauenſis de defectu poteſtatis confirmandi electionem: Quartò quæritur † an dictus frater Petrus coelectus debuerit nominatim citari ſuper confirmatione electionis dicti fratris Ioannis de Matafalone? Et videretur dicendum, quòd ſic. capitu. fina. de elect. libr. vj. vbi quãdo electio eſt facta in diſcordia, debet coelectus nominatim citari: & idẽ quãdo eſt oppoſitor, aliàs confirmatio eſt ipſo iure irrita: vt ibi habetur: & vbi non appareret coelectus, vel oppoſitor, ſufficit citatio generalis per edictum in loco beneficij: vt ibi habetur, & in pragmatica ſanctione in titulo de electio. capit. primo. §. facta. niſi coelectus ius non haberet. capit. quoniam. de fili. presbyte. ſecundum Lap. in dict. capitu. fina. de electio. libr. ſexto, quod eſt verum quando appareret de non iure per confeſsionem partis, ſecundum Geminianum,
13 & Philippum Fran. ibi, aliàs ſecus: † quia etiam in notorio requiritur citatio partis: ſecundum gloſſ. in. capitul. ad noſtram. le iij. de iure iurand. ſecundum Geminianum & Philippum Francum in dict. c. fi. & licèt non interuenerit citatio principalis à principio: ſed tamen compareat coelectus, vel oppoſitor, tenebit proceſſus, etiam ſi non fuerit ſpecialiter citatus: ſecundum doctores in dict. capit. fin. Quintò † quæritur quando conſtituuntur tres procuratores: vel plures in cauſa electionis abſque clauſula quilibet inſolidùm, an vnus ſine alio poterit cõparere: & comparendo videatur iudex ipſum approbare tacitè. Et dicendum eſt quòd ſic. capit. ſi duo. §. ſanè. de procurato. libr. ſexto, & ibi ſequuntur Geminianus Philippus Francus, & domi. de Rota deciſio. cvij. incipiente, Item ſi in cauſa. Sextò quę-
15 ritur † an ſententia confirmationis poſsit dici nulla ratione præcipitationis, & denegationis actorum? Et dicendum eſt quòd ſic: quia dicti vicarij in prima die aſsignationis proceſſerunt ad dictam confirmationem denegando viſionem actorum. capitu. cùm ex literis. de in integrum reſtitu. cum ibi notatis, & in l. prolatam. C. de ſentent. & intercut.
16 omnium iudicum: † quia acta publica ſunt communia, & non debent denegari illi cuius intereſt. capit. quoniam. contra falſam. de probatio. cap. G. perpetuus. de fide inſtrument. l. ſecunda. §. edenda. ff. de edend. l. apud quem. C. de edend. l. ſecunda. C. vt lit. penden. Præterea ex quo emanauit citatio generalis, debuit audiri dictus frater Petrus Dars: quia omnis citatus eſt audiendus. capit. veniens. le grand, de teſti. ſecundum Baldum in l. fina. C. de edict. diui Adria. tollend. Septimò quæritur an procurator dicti Dars potuerit viua voce appellare: & quid de appellatione principalis à tẽpore notitiæ
17 infrà decẽ dies? Et † in effectu ex quo talis procurator eſt legitimè fundatus, poteſt appellare nomine domini, licèt non teneatur proſequi l. inuitus. C. de procurato. l. ſi actor. C. de appellatio. capit. non iniuſtè. de procurato. etiam ſi ſint plures procuratores cum clauſula. cum libera: quia habet vim clauſulæ inſolidùm: ſecundum Bartolum in rubric. C. de excecut. rei iudi. & ſufficit appellare viua voce il-
18 licò, & incontinenti, † quando confirmatio fit in contradictorio iudicio: quia habet vim diffinitiuę: ſecundum gloſſam in capitu. fina. de electioni. libr. ſexto, quam ſequuntur ibi communiter doctores: aliàs ſecus. capit. conſtitutis. de appellatio. Sed attende quia licèt ſententia habeat vim diffinitiuę in aliquibus, debet regulari ſecundum naturam appellationis à diffinitiua: tamen ſecũdũ ſolemnitatẽ appellationis debet appellari in ſcriptis: ſecundum domi. de Rota, in no. deciſio. decimatertia, de quo per Baldum. in l. minoribus. C. de hijs quib. vt indign. & licèt quando procurator omittit appellare, præiudicet domino. l. prima. §. fin. ff. quando appellandum ſit. hoc verum, niſi quando cauſa, eſſet ardua & aliter non eſſet prouiſum domino: ſecundum Bartolum & Salicetum, in l. ab eo. C. quomodo & quan-
19 do iudex. Octauò quæritur † an vicarij domini Archiepiſcopi Turonenenſis Metropolitani ſint legitimè fundati tãquam ordinarij adeò, quòd ſit præſumendum pro eorum poteſtate? Et videretur dicendum quòd ſic: quia eſt idem tribunal Epiſcopi & eius vicarij. capit. ſecundo, de conſuetu. libr. vj. capit. Romana. de appellatio. eodem libr. & hoc verum, niſi negaretur eorum poteſtas: ſecundum domi. de Rot. in antiquis deciſione cccexcix. quia tunc opportet probare communem reputationem. Veruntamen quia in ſecunda inſtantia ap-
20 pellationum Turonis non fuit oppoſitum: † ideò fortè in iſta terria inſtantia nõ poſſet opponi quòd fuerit appellatum ab interlocutoria: quia talis nullitas non fuit deducta in appellatione. arg. clemen. appellanti. de appellationi. ſecundum Baldum in l. prima. C. quando prouoca. non eſt neceſſe. & Panormita. in capit. dilecto. de appellatio. faciunt notata per Innocen. in capit. innotuit. de eo qui furti. ordi. ſuſcepit. & per Felin. in capit. ſicut. de re iudic. & per gloſſam & doctores in capit. cùm in iure peritus. de officio & po. iudi. deleg. & per Baldum in l. ſecunda. C. de ſentent. & interlocuto. omnium iudicum, vbi præſumitur pro poteſtate ordinarij. No-
21 nò quæritur † quia fuerunt plura oppoſita coram dictis dominis vicarijs curiæ Metropolitanæ Turonis, ſuper quibus non fuit pronunciatum, ſcilicèt ſuper omnibus, ſed fuit proceſſum ad vlteriora, an propter hoc fuerit iuſta cauſa appellandi? Et in effectu quando pronuntiatur ſuper principali, tacitè videtur pronunciari ſuper incidenti. l. prima. C. de
22 ordin. iudi. & in capit. primo de ordi. cogni. † ſecus in quæſtiõe emergenti quæ euenit lite pendente, & quę differt à quæſtione incidenti, quę habet vetuſtiorem cauſam: vt notat. per gloſſam & docto. ibi, aliàs eſſet iuſta cauſa appellandi, ſi procederetur ad vlteriora abſque pronunciando ſuper emergenti: ſecundum Speculatorem in titu. de except. §. fina. verſicul. ſi opponitur. & per Bartolum in l. à procedente. C. de dilatio. & per doctores in capit. ex parte. de appellatio. & maximè ſi eſſet exceptio oppoſita quę reſpiceret defectum iuriſdictionis. de quo per Bartolum. & Iaſ. in l. ſecunda. ff. ſi quis in ius voca. nõ ierit. quia tunc deberet expreſsè interloqui, ſuper competentia, vel incompetentia iudicis: ſecundum gloſſam, in capitu. diſpendia. de reſcript. libr. ſexto, & in capit. Rodulphus. de reſcript. de quo per Felinum in capit. ſuborta. de re iudica. & in capitu. ſuper lite-

per literis.de reſcript.& per Inno.in cap.ij.de dilat.
23 Decimò † quæritur ſi in appellatione ab interlocutoria vel diffinitiua ſit neceſſaria litis conteſtatio, & dicendum eſt,quòd ſic,ſi pars ſit præſens.l. final. §.illud. cum ibi notatis. C.de tempore appellation. de quo per gloſſam & doctores,in capitu. per tuas. de appellationib.& per dominos de Rota deciſio. viij.& per Bartolum in l.eius.ff.de appellatio. reci. aliàs abſente parte poteſt procedi ad vlteriora: vt ibi habetur. Vndecimò quęritur:quia in appellatione ab interlocutoria interiecta pro parte dicti fratris Petri Dars à dicta interlocutoria vicariorũ domini Archiepiſcopi Turonis fuerunt expreſsè plures cauſæ grauaminis,& inter cæteras,quòd ipſi reſtrinxerunt facultatem probandi articulos dicti Dars per inſtrumenta duntaxàt,an ſufficiat iuſtificare alteram cauſam eſſe veram ex eiſdem actis, & an pars appellata ſe poſsit iuuare ab appellatione interlocutoria: & videretur dicendum, quòd ſufficiat iuſtificare alteram cauſam eſſe veram.clemẽ. appellanti.de appellationib. & ſufficit, quòd talis ſit cauſa, quòd ſi foret probata,deberet legitima probari.capitu.vt debitus.de appellationib. & notatur per Baldum in l.ante ſententiam. C. quorum appellatio.nõ recipi.dum tamen talis cauſa ſit expreſſa in appellatione. capitu. cùm cauſam. de appellationib.& not.per gloſſam & Doctores in cap. exhibita.de iudic.& in capitu.cordi.de appellatio.
24 libro ſexto.clementin.appellanti.eodem titu. † Et licèt regulariter appellatio dicatur cõmunis adeò quòd appellatus poteſt ſe iuuare. l. ampliorem. C. de appellationibus.l.final.C.quando prouoca.non eſt neceſ.hoc verũ in appellatiõe à diffinitiua:ſecus in appellatione ab interlocutoria: ſecundum Panormitanum in capitu.interpoſita. de appellation. de quo ibi latiùs per ipſum:vide eundem Panormitanum in capitu.cùm Ioannes. circa finem. de fide inſtrumentorum. Albericus in dicta l. Ampliorem. & Ioannes de Imol.in dict.capit.cùm Ioannes heremita.ſuper gloſſ.fin. Duodecimò quæritur: quia
25 dictus † dominus ſacriſta Lugduni delegatus à principio, non habuit poteſtatem à domino vicario ſeu officiali primatiæ Lugduni an ratificatio ſuppleat defectũ iuriſdictionis? Dubium facit propter gloſſ.in l.prima.C.vbi de crimine agi oportet. & ibi per Baldum & in l. prima. C qui pro ſua iuriſdictione.& per doctores in capit.prudentiam. de officio delegati. licèt dictus dominus ſacriſta fuerit delegatus à quodã alio vicario qui habebat poteſtatem à domino Archiepiſcopo Lugdunenſi, & ideò talis ratificatio actus iuriſdictionis habet cauſam de præterito habet validare actum: ſecundum Bartolum in dict. l. in prima. C.vbi de crimine agi oportet.de quo per gloſſam & doctores in dict.cap. prudentiam.& per gloſſ.ix.quæſtione ij.& per Baldum in l.obſeruare.§.poſt hæc.ff.de officio proconſulis.& per gloſſam in l.inſtar.C. de iure fiſci.lib.x. Decimotertiò quæritur,an primum fatale in cauſa appellationis currat ipſo iure,an verò detur ſecundum fatale ſine reſtitutione in integrum, quando ſtat per appellatum vel ſuperiorẽ: & quando etiam
26 appellans petijt diffiniri?Et in effectu † licèt regulariter tempus finiendæ appellationis ſit annus, & ex cauſa biennium.authentic.ei qui appellat. C. de tempore appellation. & ſecundum gloſſam ibi ſuper verbo, indulgeatur: † ſecundum fatale indulgetur à lege,& non eſt opus reſtitutione in integrũ, & pars abſens in omni caſu debet condemnari in expenſis, ſiue reſci ndatur, ſiue confirmetur ſententia:vt ibi habetur. gloſſ.verò in authentic. ſi appellatione.eodem titulo.facit differentiã: quando ſtat per iudicem vel ne. & tunc poteſt prorogari vltra biennium de quo ibi per gloſſam & doctores.& in capitu.ex ratione.de appellationib. vbi appellans ipſo iure in hijs caſibus ſeruatur illeſus:vt ibi habetur.& per Oldradum conſilio ſexageſimo.& iſtud facit pro dicta cauſa appellationis ſedis prouincialis Lugduni:quia ſteterat per partem appellatam, qui impetrauerat certas literas inhibitorias à cancellaria Regia,ne dictus dominus ſacriſta Lugduni iudex delegatus procederet in cauſa,donec ſopita cauſa poſſeſſorij dictæ Abbatiæ. Decimoquartò quæritur: quia de matafalone qui eſt appellatus in dicta cauſa appellationis primacialis Lugduni, in eius ſcripturis bis cõcluſerat malè appellatum & bene iudicatũ per dictos vicarios Turonis, an poſſit retractare dictam confeſsionẽ iudicialem: iuxta ſtilum allegatum:& an ſe poſsit iuuare appellatione?
27 [see above]
28 Dubium facit: † quia confeſsio iudicialis ex quo eſt acceptata per partem non poteſt reuocari, non conſtito de errore probabili. l. error. cum ibi notatis.C.de iure & facti ignorantia.& l. non fatetur. ff. de confeſſ. & maximè quando confeſsio eſt redacta in ſcriptis: iuxta notata per Bartolum in l.
29 .ff. de iure fiſci. † Prætereà diſpoſitio l. edita.C.de edend.non habet locum in cauſa appellationis:ſecundum Baldum in l.ſi quis libellos.C.de
30 appellationi bus. † & licèt appellatio ſit communis.l. ampliorem. C. de appellationibus. cum ibi notatis per Albericum hoc verum in diffinitiua:ſecus in interlocutoria: iuxta notata per Panormitanum in capitul.interpoſita.de appellationib. prout ſuprà dictum fuit. faciunt notata per Panormitanum in capitul. cùm Ioannes. circa finem, de fide inſtrumentorum.& per Ioannem de Imola,ibi.ſu-
31 per gloſſa final. Decimoquintò quæritur, † an dictus frater Petrus Dars qui appellauit à dicta confirmatione electionis dicti fratris Ioannis de Matafalone debuerit præſtito corporali iuramento iurare,quòd credit ea quæ oppoſuit poſſe probare? Et videretur dicendum quòd ſic.cap.vt circa.de electiõn.libro ſexto. Nec ſufficeret ſe offerre, niſi realiter iuraret: ſecundum gloſſam ibi, Nec ſufficeret probare in parte.de quo ibi per gloſſam, & doctores,aliàs appellatio non teneret: vt ibi habetur. & in capitul. is qui. eodem titulo. Sed in contrarium videtur veritas in caſu iſto:quia iura ſuprà allegata loquuntur in appellatione extraiudiciali: ſecus in appellatione iudiciali.capitul.quamuis.cum ibi notatis.de appellationib.libro ſexto. Et licèt quando appellatur in talibus cauſis electionis ſiue appelletur ab interlocutoria ſiue diffinitiua debeat exprimi cauſa probabilis in ſcriptis:ſecundũ vnam opinionem. Et hoc etiam tenet Petrus de Ancha-

rano in dicto capitul. vt circa. pro quo facit, quod habetur hodie in clemen. conſtitutionem. de elect. quando pro ſuo intereſſe quis appellat, non haberet
32 locum. dict. capit. vt circa. Decimo ſextò † quæritur an in cauſa appellationis ab interlocutoria poſsit iterum peti reproductio inſtrumentorum iam productorum, quando aduerſarius ſe offert redarguere de falſo: iuxta l. fina. C. de fide inſtrumento. Dubium facit: quia in cauſa appellationis ab interlocutoria debet ante omnia vacuari articulus appella. capit. vt debitus. de appellatio. cap. cordi. eodem titu. & libr. ſexto, niſi opponeretur de falſo poteſtatis iuriſdictióis: quia illa euacuaret funditùs: iuxta not. per Inno. in c. ſuperl iteris. de reſcrip. & Bart. in l. præſcriptióe. C. ſi cōtra ius vel vtil. publi. aliàs deberet renouari dicta cognitio ſuper meritis negotij principalis. & iſtud etiam facit pro dicta cauſa appellatióis Lugduni: quia dictus frater Petrus Dars appellans producit certa inſtrumenta, quæ expoſt retraxit: dictus verò de Mathaphalone appellatus iterum petijt produci volendo impugnare de falſo.
33 Decimooctauò quæritur an ſimul † & ſemel poſſit pronuntiari ſuper nullitate ſententiæ confirmationis vnà cum appellationis articulo. Et in effectu licèt in appellatione inſit nullitas. l. Carmelia pia. ff. de iure patrona. l. quædam nulla. ff. familiæ erciſcundæ. ita quòd etiam à ſententia nulla poteſt appellari. l. ſi expreſſam. ff. de appellationibus. hoc verum quando appellatur à definitiua: ſecus ſi appelletur ab interlocutoria: tunc debet ſolùm pronuntiari ſuper articulo appellationis, & nota. ſuper nullitate, niſi expreſſa in appellatione. clementi. appellanti. de appellationibus. ſecundum Baldum in l. j. C. quãdo prouo. non eſt neceſ. Ioannes de Imol. & Panormitanus in cap. dilecta. de appellationib. niſi cauſa nullitatis eſſet annexa ipſi cauſæ appellationis, vel niſi peteretur fieri reuocatio attentati per viam nullitatis: ſecundum Ioannem de Imola in cap. non ſolùm. de appellationib. libro ſexto, &
34 eſt ratio: † quia in appellatione ab interlocutoria principaliter arguitur iniquitas iudicis à quo ſi grauauerit vel ne. Et ideò non poteſt iuſtificari ex alijs actis dicta clementin. appellanti. licèt aliàs regulariter nullitas in ſe continet iniuſtitiam. capitu. cùm contingat. de officio deleg. & ibi per Innocentium
35 & cæteros nota. Decimonono quæritur, † quando iudex delegatus in cauſa appellationis ab interlocutoria pronuntiat bene appellatum, an poterit cognoſcere de negotio principali ſine noua commiſſione, & an ſit opus citatione partis appellatæ ad procedendũ ſuper negotio principali. Et in effectu gloſſa in capitu. final. ij. quæſtione vj. tenet, quòd iudex delegatus iſto caſu poterit cognoſcere, ſine nouo reſcripto. & idem tenet Innocentius in capitul. vt debitus. de appellationib. licèt Vincen. tenuerit, quòd debeat attẽdi forma reſcripti. & niſi aliud appareat ex forma mandati non poterit cognoſcere de negotio principali. & Ioannes Andræas in dicto capitu. vt debitus. de quo ibi per Panormita. & Ioannem de Imol. niſi fieret prorogatio inter partes, vel niſi in cõmiſsione articuli appellationis dicatur, & cũ omnibus ſuis acceſſorijs & appenditijs. argumento. l. ſi quis hæres. ff. de acquirend. hæreditate. ſecundum Ioannem de Imol. in dicto capitul. vt debitus. Quid autem quando committitur cauſa nullitatis, an poſsit cognoſci de negotio principali ſine noua commiſsione: vide per Felinum in l. ſi præſes. C. quomodò & quando iudex. quantum autem ad aliam partem quæſiti, an pars appellata
36 debeat † citari ſuper negotio principali, & videretur dicẽdum quòd ſic, per gloſſam in cap. oblatum ſuper verbo, proſequi. & in capitu. ſæpè. de appellationibus. ſuper verbo appellauerat, & hoc verum niſi appellans petierit quòd appellans appareat inſtructus cum munimentis ad cauſam: iuxta cap. eorum. de appellationibus. libro ſexto, ſecundum dominos de Rota, quos refert Ioannes de Imol. in dicto capitul. vt debitus de quo ibi latiùs per ipſum.

ARGVMENTVM.

Papa beneficium eccleſiaſticum ad tempus & ſub conditione conferre, & regulæ de tempore veriſimili derogare poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius beneficium ſub modo de præſenti conferre poteſt.*
2 *Ordinarius beneficium conferre utcũque uacaverit poteſt.*
3 *Papa ſolus beneficium ad tempus ſub modo uel conditione confert.*
4 *Papa quadrata rotundis adæquare fide ſalua poteſt.*
5 *Animæ Papæ eſt in manica ſua.*
6 *Regulæ cancellariæ pro lege non habentur ut quæ temporales ſunt.*
7 *Papa reg. 28. de tempore ueriſimili derogare poteſt.*

Quæſtio MCLXXXV.

QVAERITVR an Papa poſsit conferre beneficium ad tempus vel ſub conditione, & an poſsit derogare regulæ cancellariæ de tempore veriſimili, vt debeat præcedere à tempore vacationis beneficij: vt in regula cancellariæ vigeſimaoctaua. Et in effectu † ordinarius poſſet conferre beneficium vacans ſub modo vel conditione de præſenti, vel quãdo tacitè ineſt: iuxta notata per Ioannem Monachum, Ioannem Andræam, Dominic. in capitul. ij. de election. libro ſexto. & in capitul. ſi tibi. eodem libro. etiam ſi ignorauerit vacare, ſecun-
2 dum gloſſam ibi, & Lapum allegat. ſexta, † etiam conferendo quouiſmodo vacauerit. & in capitul. ex parte. de conceſsion. præbend. & in capitul. ſuſceptum. de reſcriptis. libro ſexto. multò fortiùs procedit in ſummo pontifice qui habet plenitudinem poteſtatis in beneficialibus. capitul. ſecundo, de præbend. libr. ſexto, clementin. ſecunda, lib. pen. & ſibi parendum eſt in beneficialibus: ſecundum Innocentium, in capitul. inquiſitioni. dé ſen-
3 tent. excommunica. † & ſolus poteſt conferre beneficium ad tempus ſub modo vel conditione. capitu. paſtoralis. ſeptima quæſtione prima. capit. veniens. de fili.

de fili.presbytero.ſecundum gloſſ.in capit.ſi gratioſè.de reſcript.libro ſexto:quia etiam poſſet conferre beneficium non vacans,vt tribuat ius in re cum vacauerit:ſecundum Hoſtien.in ſumma,in titul.de conceſsio.præbend.§.& vtrum.verſicul.vbi autem.& Henricus Boic in capit.nulla.de conceſsio.præbend.& poteſt Papa præuenire omnes collatores beneficiorum:ſecundum Franciſc.de Senis in tractatu permuta.quæſtio.quarta,facit clementin.dudum.§.verum.de ſepultu.vbi Papa poteſt infringere collationes aliorum:ſecundum Romanum conſil.cccxcviij.

4 † cùm poſsit æquare cadrata rotondis ſalua violatione fidei:ſecundum Hoſtienſem in capitul.cùm veniſſent.de iudic. Nam Papa diſpenſat contra quatuor conſilia & contra Apoſtolum:dum tamen nihil ſtatuat contra fidem. vigeſimaquinta quæſtione prima:ſecundum gloſſam fina. in capit.

5 poſt tranſlationem.de renuntiatio.† & ideò anima Papæ eſt in matica ſua: ſecundum Ioannem Andr. ibi:quia Papa eſt ſuprà concilium generale.capitu. ſignificaſti.de electíon. multò fortiùs poteſt derogare regulæ cancellariæ,& ita tenet gloſſ. in dicta

6 regula cancellariæ vigeſimaoctaua, † quia regulæ cancellariæ non habentur pro lege:ſecundum Antonium de Butrio in procœmio decret.ſuper verbo, decreto. quia regulæ ſunt temporales ad vitam cõditoris: ſecundum Ioannem Andræam in capit.ne mo.de regul.libro ſexto.& Nicolaum Mil.in repertorio,ſuper verbo,lex.verſicul.leges obtinent:quia

7 talis † regula cancellariæ eſt introducta in fauorẽ ordinariorum: & ideò illam tollere poteſt. facit l. eius militis.§.militiam miſſus.ff.de teſtamen.milit. & gloſſ.in capit.vbi periculum.ſuper verbo conſilium.de electioni.libr.ſexto, & Antonium in ſumma,in ſecunda parte tit.tertio,cap.vndecimo: quia non reperitur quòd dicta regula fuerit approbata per concilium Baſilienſe,nec dicitur contra iudicium diuinum,maximè cum fuerit impetratum beneficium defuncti. Nec obſtat gloſſ.in pragmatica ſanctione,in titul.de collatio.§.neque.ſuper verbo, facienda.vt ex præmiſsis apparet.& pro hoc facit l.de fideicommiſſo.C.de tranſactio.cum ibi notatis per Iaſon.

ARGVMENTVM.

Geſta per intruſum an teneant.

SVMMARIVM.

1 *Intruſus an ligandi uel abſoluendi poteſtatem habeat.*
2 *Abſolutio facta per intruſum tolleratum propter ſacramẽ menti fidem tenet.*
3 *Geſta in eccleſiæ præiudicium ab intruſo etiam tollerato non tenent.*
4 *Quid ſi intruſus contra ſuperioris inhibitionem geſſerit?*
5 *Error communis in ſpiritualibus,an ius tribuat.*
6 *Intruſi, cuius titulum non habere certum eſt, uel qui contra ſuperioris authoritatem adminiſtrat, geſta etiam in animo foro non ualent.*

Quæſtio MCLXXXVI.

QVAERITVR an teneant geſta per intruſum in beneficio tàm in ſpiritualibus,quã temporalibus: & quid quò ad beneficium abſolu-

1 tionis: vel quò ad ordines? Dubium facit † quia non habuit poteſtatem ligandi vel ſoluendi: ſicut non valet ſententia à non ſuo iudice lata.capitu.at ſi clerici.de iudici.capitu. ordinationes.nona quæſtione prima.capitul.primo & ſecundo,de ſciſmaticis,& hoc verum quantum ad executionem:ſecundum gloſſam in dict.capit.primo:quia bene imprimitur caracter,licèt non teneat executio:de quo ibi per Panormitanum, & Ioannem de Anania vnde ſecundum gloſſam in capitu.dudum.le ſecũd.

2 de electio.ſuper verbo,decepti. † etiam abſolutio facta per intruſum in beneficio tenet,propter fidem ſacramenti.capitu.nouæ.octaua quæſtione quarta & hoc verum,quando eſt tolleratus, & habet authoritatem ſuperioris in foro contentioſo:ſed in foro animæ,ex quo ſubditi credebant illum eſſe prælatum,tenet abſolutio,etiam ſi non habeat authoritatem ſuperioris: ſecundum Panormitan. ibi.gloſſ. verò in capit.nihil.in fine,de electio.Primò arguit, quòd non tenent geſta ab intruſo.capit. alienationes.duodecima quæſtione ſecunda poſtmodum in contrarium tenet ex quo fuit in adminiſtratione, & in poſſeſsione prælationis de ſententia Papæ,ni-

3 ſi † eſſent geſta ad præiudicium eccleſiæ: quia non

4 tenerent,Panormitanus verò ibi tenet, quòd † non tenent geſta quando quis eſſet intruſus contra inhibitionem ſuperioris,quia tunc deficit authoritas ſuperioris. Nec obſtat l.Barbarius.ff.de offic. præthor.vbi communis error tribuit ius: quia ibi habebat authoritatem ſuperioris,aliàs ſecus capit. veritatis.in fine,de dol.& contuma. trigeſimaſecunda diſtinctione.§.verum.Baldus verò & Salicetus in l. ſi arbiter.C.de ſentent.& interlocut.omnium iudi-

5 cum tenet,† quòd in ſpiritualibus communis error non tribuit ius.allegat Archidiaco.vndecima quæſtione tertia.capitul.primo facit quod habetur per gloſſ.in l.iuſiurandi.§.primo. ff. de iure iurand. & quod habetur per Bartolum & Ioannem de Platea in l.actuarios.C.de actuar.libr.decimo,vbi tenẽt,q licèt quis reputetur pro publico officiali Epiſcopo, vel tabellione,non tenent geſta, niſi fuerint ſolemniter ordinati,& idem poſſet dici de excommunicato tollerato,an teneant geſta per eum,de quo in capitu.veritatis.& in capit.ad probandum.de re iudica.facit l.ſi vrbana.cum ibi notat.ff.de condi.inde.

6 Adde † quòd quãdo eſt notoriè intruſus non habet titulum, vel quando adminiſtrat contra prohibitionem ſuperioris, vel quando ſubditi haberent ſcientiam, quòd non eſt verus prælatus, non tenẽt geſta etiam in foro animę:ſecundum Ioannem de Imol.& Panormita. in dict.capit.dudum. le ſecund.de electio.vide per Hoſtien.in ſumma de ſciſmati.§. quid iuris.& per gloſſ.Panormita.& Ioan. de Ana.in capit.j.de ſciſmati.

ARGVMENTVM.

Intruſi conſecratio qui epiſcopatum non adſequitur,non tenet.

SVMMARIVM.

1 *Promoti ad eccleſiam cathedralem quæ clero & populo caret, conſecratio non tenet, & ſi caracter impreſſum ſit.*
2 *Papa ea quæ ordinis ſunt ſimplici ſacerdoti committere poteſt.*
3 *Electus minùs canonicè ſi conſecretur,conſecratus & conſecrans,niſi diſpenſatum ſit,deponuntur.*

Quæſtio MCLXXXVII.

QVAERITVR quando intruſus ſe fa-
cit conſecrari in prælatura:& deinde nõ ob-
tineat epiſcopatum,an teneat conſecratio, tenen-
do quòd epiſcopatus eſt ordo eccleſiaſticus: iuxta
notat.per gloſſ. in prœmio ſexti. Et in effectu vi-
detur dicendum,quòd non.clementi .in pleriſque.
1 de electioni. † quando quis promouetur ad eccle-
ſiam cathedralem,quæ caret clerico & populo per
inferiorem à Papa,quòd non tenet conſecratio:
quod eſt verum ſecundum gloſſ.ibi ſuper verbo,
vel aliquid,quò ad executionem : licèt imprimatur
caracter.allegat capit.manus.de conſecrat. diſtin-
ctio.quinta,facit capit.paſtoralis.ſeptima quæſtio.
prima, Baldus verò in tit.qui fund.dar.poſſ.§. Mar
chi.tenet,quòd vbi non tenet electio Epiſcopi, nec
per conſequens conſecratio.& idem tenet in l.dire-
ctis.de teſtamen. manumiſs.facit quod habetur in
cap.de ordina.ab Epiſcopo qui renunciauit.& per
gloſſ.in clementi.prima,de pœni.dum ibi habetur,
quando Epiſcopus renunciat loco & ordini,ſeu di
gnitati,quòd non poteſt conferre ordines : ſecus ſi
ſimpliciter renunciet loco:vide gloſſ.in capit.quan
2 to.de conſuetudi. † quòd Papa poſſet committere
ſimplici ſacerdoti ea quæ ſunt ordinis. Adde capi-
3 tu.nullus.lxij.diſtinctio.& ibi Præpoſit . † quando
non canonicæ electus conſecratur,quòd conſecra-
tus,& conſecrans deponuntur,niſi fuerit diſpenſa-
tum.allegat capitu.innotuit.de electio. facit capit.
ſi qui epiſcopi.prima quæſtio.prima:vide Panormi
tanum poſt Hoſtien.in capitu.inter corporalia . de
transla.epiſcopi,de illo qui conſecratur, & non eſt
canonicè promotus, an retineat habitum conſecra
tionis,vide gloſſam in capitu.eum qui.de prębend.
libr.ſexto, ſuper verbo,obtineat . quando Epiſco-
pus ſe facit conſecrari lite pendente iniuſtè , quòd
vacauerũt eius priora beneficia,& ibi Archidia. &
cæteri docto.

ARGVMENTVM.

Papa reſeruationes ſiue gratias expectatiuas face-
re poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruationes ſeu gratiæ expectatiuæ de iure decretorum incognitæ.*
2 *Papa ut ſupremus iudex omnium ordinariorum inhibere, & reſeruare poteſt.*
3 *Princeps non niſi cum legitima cauſa contra ius reſcribere nec ſtatuere debet.*
4 *Reſeruatio Papa mortuo, an expiret.*

Quæſtio MCLXXXVIII.

QVAERITVR ſuper reſeruationibus &
gratijs expectatiuis apoſtolicis à quo tempo
re habuerint originem:& an Papa pro libito volun
tatis potuit facere tales reſeruationes? Et in effectu
ſecundum Ioan. Andr.in additio.ad Specul. in ru-
bric.de conceſſio.præben.Geminia.in cap. duobus
de reſcrip.libr.ſexto,Panormita.in cap.mandatum.
de electio.gloſſ.in pragmatic.ſanctio.in titu.de ele
1 ctio.capit.ij.ſuper verbo,reſeruationi, † antiquitùs
de iure decretorum tales reſeruationes & expectat
uæ erant incognitæ,nec fatigabamur de hijs in vo-
lumine decretorum,& demùm inceperunt dare põ-
tifices curialiter tamen rogando,licèt ex poſt facto
per modum neceſsitatis datis executoribus cùm fa-
cultate recipiendi infrà tempus vnius menſis.cle-
menti.prima,de conceſ.præbend.quia Papa habet
plenitudinem poteſtatis in beneficialibus. capit. ij.
2 de præbend.libr.vj.& vt † ſuppremus iudex omniũ
ordinariorum poteſt inhibere & reſeruare.de pœni.
diſtinctio.vj.capit.j.vnde gloſſ.in pragmatic.ſanct.
vbi ſuprà refert,quòd Reges Franciæ ſemper inſu-
dauerunt pro electione.capit.ſacrorum.lxiij.diſtin
& ibi valdè tractat,an Papa poſsit facere iſtas reſer
uationes,& licèt Papa in electionibus poſsit vti ple
nitudine poteſtatis:ſecundum Innocen.in cap. in-
notuit.de electio.tamen non debet vti ſine magna
cauſa,& hoc voluit decretum Baſilienſe,quòd in li-
teris apoſtolorũ illa cauſa nominatim exprimatur.
pro quo facit capit.illa.de electio.capit.quanto.de
transla. prælato.c. propoſuit.de conceſs.præbend.
quia iura ſunt fundata ſuper ratione.capit.conſue.
3 tudo prima diſtinct.& ideò † princeps non debet ſi
ne legitima cauſa ſcribere vel ſtatuere contra ius:
ſecundum Ioan. And.in capit.de multa.de præben.
aliàs non eſſet bonus paterfamiliâs : quia Criſtus
cuius Papa eſt vicarius,nõ venit ſoluere legem, ſed
adimplere , Matthæi quinto, xj.quæſtio.j.c.j.& li-
cèt illud quod fit authoritate Papæ,dicatur fieri au
thoritate Dei.cap.inter corporalia.verſic.diuina.de
transla.prælato.hoc verum , quando facit ex iuſta
cauſa:ſecundum gloſſ.ibi.Nam ordo eccleſiaſticus
confunditur ſi ſua iuriſdictio cuique,non ſeruetur.
capit.peruenit.xj.quæſt.j.de quo ibi latiùs per glo.
in pragmatic.ſanctio.vbi ſuprà.& ſuper verbo,im-
pediri,an per reſeruationem ligentur manus ordi-
narij, & quid in permutatione & pariter ſuper ver-
bo,cauſa.quando Papa facit ex cauſa aliquam re-
4 ſeruationem, † an expiret mortuo Papa , & pariter
quando prouiſio beneficij reſeruati non tenet , an
redeat poteſtas conferendi ad Papam,vel ad eligen
tes: & quid in commenda quando expirat, vel
quando Papa dat viſitatorem vel adminiſtrato-
rem:iuxta capitu.his cui . de electioni.libr.ſexto,&
an per mortem commendatarij vacet beneficium
in curia,de quo ibi latiùs per gloſſ.

SVMMARIVM

1 *Narrationi Papæ in facto proprio ſtandum.*
2 *Exceptio ſpontaneæ renunciationis tàm in petitorio quàm in poſſeſſorio locum habet.*

Quæſtio MCLXXXIX.

QVAERITVR ſuper cauſa poſſeſſorij prioratuum ſancti Donati & Chaſtæ ſimul vnitis & parœcialis eccleſiæ ſancti Martini Seyſiriaci mandamenti Turriſpini,inter venerabilem dominum Petrum de Torchifellone priorem dictorum prioratuũ, & dominum Iacobum de Tõrchifellone clericũ ex altera,vbi dictus dñs Petrus producit eius titulos vigore prouiſiõis apoſtolicæ ſibi

factæ

factę in vim renũtiationis exceptionis factæ per dominum quondã Henricum de Torchifellone, qui obtinebat in commendam, ac etiam canonicatum Viennenſis. non obſtante defectu natalium & ætatis viginti annorum, & quòd dictus prioratus ſancti Donati ordinis ſancti Auguſtini ſit conuentuale, & ad ipſum conſueuerũt per electionem aſſumi, & immineat cura animarum, & aliàs prout pleniùs continetur in literis apoſtolicis deſuper confectis cõtinetur. Datũ Romæ anno incarnatiõis M cccc. lxxxvj. decimoſexto calendas Ianuarij. cum proceſſu executoriali deſuper fulminato, ita, ꝙ interim dum peruenerit ad ætatem legitimã teneat in commendam, & poſtmodum ſibi cõferatur dictus prioratus ſancti Donati in titulum, & quòd habeat emittere profeſsionem expreſſam, licèt nõ appareat de aliquali immiſsione in poſſeſsionem. Veruntamen curia attento, ꝙ dictus Iacobus clericus non fecit fidem de titulis ordinauit dictum dominũ Petrum de Torchifellone manuteneri in poſſeſsione dicti prioratus ſancti Donati & membrorum eiuſdem. Veruntamen quia ædificia dictorum prioratuum ſancti Donati & Chaſę minantur ruinam culpa dicti ſupplicantis: ideò fuit ordinatum tertiam partem reuenutæ dictorum prioratuum reponi in manu tertia, & implicari in reparationem ædificiorum dictorum prioratum. Veruntamen in dicta ordinatione fuit omiſſum facere mentionẽ de dicta parœciali eccleſia ſancti Martini Seycerani. & ideò petit dictus dominus Petrus ſuppleri & manuteneri etiam. Sed ex aduerſo apponit dictus dominus Iacobus quòd dictus dominus Petrus renũtiauit in manibus Romani pontificis: & ideò obtinuit prouiſionem apoſtolicam, nõ obſtante, quòd ſit ætatis quindecim annorum, & aliàs prout pleniùs conſtat literis apoſtolicis deſuper confectis, de anno Mccccxlviij. ix. calend. Octobris. Cum proceſſu executoriali deſuper de eodem anno die xvj. eiuſdem menſis Octobris, vna cum miſsione in poſſeſsionẽ facta de eodem anno die xxij. menſis Nouembris facta per dominum Guinetum de Torchifellone ſubexecutore, de dicta parœciali eccleſia. Et licèt dictus dominus Petrus non produxerit ſpecialiter bullam prouiſionis apoſtolicæ dictæ curiæ: tamen in prouiſioue dicti prioratus ſancti Donati
1 ſit mẽtio etiam de dicta parœciali eccleſia, ita † ꝙ ſtandum eſt narratiõi Papæ: maximè de facto proprio. clement. j. de probatio. & conſequenter dictus Iacobus etiã produxit alias literas apoſtolicas pro uiſionis dictorũ prioratuum Chaſæ cum proceſſu executoriali & miſsionis in poſſeſsionem, & certis articulis datis & ſchedula in iure in qua petit reparari & in meliùs reformari: quia intentionem dicti
2 domini Petri habet obſtare † exceptio ſpontaneæ renuntiationis, quæ obſtat tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio. c. acceptat. & c. ſollicitè. de reſtitutio. ſpoliat. Nec obſtat ordinatio ex aduerſo lata: quia fuit lata nondum productis iuribus dicti domini Iacobi, & ipſo non audito: & attento quòd eſt minor vigintiquinque annis: iuxta notata per Bald. in l. j. C. ſi de momenta. poſſeſsio fuerit appellat.

ARGVMENTVM.

Reſignatio facta metu cruciatus corporis & carcerum nulla eſt.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorium ad renuntiandum metu mortis & carcerum tanquam incarceratus ipſo iure non ualet.*

2 *Metus leuis etiam in eo qui ſe pro patre naturali gerit ſufficit.*

3 *Bullæ obtentæ ſuper reſignatione meticuloſa, tacito metu nedum ſurrepetitiæ ſunt, ſed & obreptitiæ.*

Quæſtio MCXC.

QVAERITVR quia dictus dominus Petrus de Torchifellone prętendit, quòd dicta reſignatio ſeu renuntiatio beneficiorum fuerit facta metu cruciatus corporis in carceribus, in quibus detinebatur. & etiam per communicationes & impreſsiones: nunc quæritur ſi talis renuntiatio ſit ipſo iure nulla, & an ſit opus diſpẽſatione iuramenti attento quòd dictus dominus Petrus de Torchifellone obtinuit reſcriptũ apoſtolicum quod dirigitur domino Abbati ſancti Antonij, Antonio Putoudi canonico eccleſię Viennen̄. Grationop. commorãti, & officiali Grationop. vbi narratur dictam renũtiationem meticuloſè factam metu carcerum minarum mortis: & licèt interuenerit iuramentum in conſtitutione procuratorũ fecit reuocationem dictorum procuratorũ. & qualiter prætextu dictæ renuntiationis maticuloæ dictus Iacobus de Torchifellone aduerſarius obtinuit ſibi fieri prouiſionem commendæ: & ibidem Papa mandat quatenùs vos vel duo aut vnus veſtrum vocatis Ioanne Iacobo & alijs clericis & laicis præfatis, ac alijs qui fuerunt euocandi iuramentum prædictum eidem Petro ad effectum agendi & excipiendi duntaxàt authoritate apoſtolica relaxent, & nihilominùs auditis hincindè propoſitis quod iuſtum fuerit decernant cum derogatione iuris ne conueniantur vltrà vnam dietam vel duas à fine diœceſis, & aliàs prout ibi pleniùs continetur. Datum Romæ anno incarnationis Mccccxcvij. calend. Martij, & deindè fuerunt decretæ literæ citatoriæ per dominum officialem Grationopol. de anno Mccccxcix. à natiuitate & die ſexta menſis Aprilis. Et in effectu attento, ꝙ
1 dictus dominus Petrus de Torchifellone † fecit procuratorium ad reſignãdum metu mortis & cruciatus carcerum, & tanquàm incarceratus non tenet ipſo iure. c. accedens. de procurator. clementin. multorum. §. ſanè. de pœn. c. Gonſaldus. xvij. queſt. ij. & ibi Archidiaco. & maximè quia dictus dominus montis Cediati, qui fecit incarcerari dictum priorem eſt vir potens. facit l. qui in carcerẽ. cum
2 ibi notatis. ff. de hijs quæ vi met. cauſ. fiunt. † & attento quia dictus dominus montis Cediati ſe gerit pro patre naturali dicti prioris, & ſic ſufficeret leuior metus: iuxta notata in l. j. §. quæ honorãdæ. ff. quarum rerum actio non dat. cũ ibi notatis per gl. & Barto. & ita nõ habent obſtare bullæ productæ pro parte dicti Iacobi de Torchifellone ſuper di-
3 cta reſignatione meticuloſè facta: † quia illæ ſunt ſubreptitię & abreptitię tacito de metu & violẽtijs. de hac materia vide per glo. in pragmati. ſanctione. in titul. de electio. c. j. §. ad tollendum. ſuper verbo, liberè. & ibi, an ſit opus nouæ prouiſiõi, vide etiam ibi an electio ſit ipſo iure nulla.

Quæſtio MCXCI.

QVAERITVR ſuper viſitatione prouiſionis apoſtolicæ dicti domini Petri de Caſtro

briando, ſuper canonicatu & præbenda & præpoſitura eccleſiæ Valentinenſis, quæ eſt maior dignitas poſt pontificalem in choro duntaxat, quorum, ac Abbatiæ ſecularis eccleſiæ collegiatæ ſancti Petri de burgo propè & extra muros Valentiæ dictæ præpoſituræ canonicè vnitæ, & aliorum illi forſan annexorum fructus redditus & prouentus ſexaginta ducatorū auri de camera ſecundum cōmunē æſtimationem valorem annuum ne excederet ibi vt aſſeris de nobili genere ex vtroque parēte procreatus exiſtis. Et in xxiiij. vel circa tuæ ætatis conſtitutus: necnon Archidiaconatū Bryei in eccleſia Pariſien. obtines per obitum dicti Gulielmi Borſarij, qui extra Romanā curiam diem clauſit extremū. ſiue aliâs quouiſmodo aut ex alterius cuiuſcunque perſona ſuper liberam reſignationē dicti Borſerij, ſiue per conſtitutionem execrabilis, etiam ſi tanto tempore vacauerit: ipſéque canonicatus & præbenda & præpoſitura diſpoſitioni apoſtolicæ ſpecialiter vel ex eo, ꝙ dicta præpoſitura eſt maior poſt pōtificalem generaliter reſeruatæ exiſtant, etiam ſi ad dictam præpoſituram aſſumi eique cura immineat animarum, & lis pendeat indeciſa, duntamen tempore præſentium nō ſit ſpecialiter ius quæſitū mandando Epiſcopo Mutinenſi & officialibus Dyēſis, & Valentinēſis quatenùs ipſe vel duo aut vnus eorum recepto iuramento ratione præpoſituræ noſtro & Romanæ eccleſiæ fidelitatis, quatenùs per te aut tuum procuratorem in poſſeſsionē inducant amotis quibuſlibet illicitis detentoribus non obſtantibus conſtitutionibus, ordinibus & ſtatutis, & conſuetudinibus dictæ eccleſiæ cum plenitudine canonum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis. & aliâs prout ibi pleniùs continetur cum clauſulis derogatorijs. Datū Romæ anno incarnationis Mccccxcviij. idus Ianuarij, pontificatus noſtri anno ſeptimo, cū proceſſu executoriali deſuper fulminato per dictū dominum Epiſcopum Mutineñ. de anno natiuitatis domini Mccccxcix. die ij. menſis Maij. cum miſſione in poſſeſsionē animo cōtinuādi, facta die xv. menſis Maij per dominum Benedictū Chaſtillionis procuratorio nomine dicti domini Petri de Caſtrobriando citra præiudicium primæ acceptæ poſſeſsionis cum præſtatione iuramenti præſtiti per dictum Caſtillionis procuratorio nomine dicti domini de Caſtrobriando in manibus domini Gulielmi de Sala præcētori dictæ eccleſiæ Valentineñ. qui induxit in poſſeſsionē dictorū canonicatuum præbēdæ præpoſituræ aſsignando primū ſtallum in choro. Et ibidem fuerunt intimatæ literæ certis corarijs & canonicis dictæ eccleſiæ. lectura monitione dicti proceſſus executorialis, & pariter fuit accepta poſſeſsio in eccleſia Burgi, prætextu dictæ Abbatiæ: & pariter dictus executor ad domum Abbatialem acceſsit, & fecit aperire portam, quæ fuit aperta, & intrauit. Sed nobilis Ludouicus de Salhiente fecit claudi portam: & pariter fuit facta inſinuatio dicti proceſſus executorialis certis canonicis dictæ eccleſiæ Valeñ. & ſancti Petri de Burgo. & pariter dicto domino Chriſtoforo de Salhiente, qui non conſentijt, & fuit facta ſibi lectura.

Quæſtio MCXCII.

QVAERITVR ſuper electione domini Petri de Caſtrobriando vbi narratur, quòd de anno incarnationis Mccccxcviij. die xiiij. menſis Ianuarij in aula noua capituli eccleſiæ cathedralis Valentiæ fuerunt citati ſex canonici ibi nominati, in quorum præſentia expoſuit dominus Gulielmus de Sala præcētor qualiter dicta eccleſia cathedralis Valeñ. carebat præpoſito vna cum præbenda & canonicatu per obitū domini Gulielmi Borſerij: quare conſuluit vt eligeretur via breuis ad eligendum, & ibidem deliberauerunt & cōcluſerunt dicti canonici dictæ eccleſiæ quòd eligatur via ſcrutinij & nominauerunt ſcrutatores dominum Chriſtophorum de Salhiente canonicum & ſacriſtam, & dominum Petrum de lya concanonicum, & concuratum dictæ eccleſiæ: & captauerunt craſtinam diem, quæ fuit decimaquinta Ianuarij, & ibi ſubrogauerunt dominum Michaelem Laudoys canonicum dictæ eccleſiæ loco dicti domini Petri Delya cum dicto domino Chriſtoforo de Salhiente. Qui quidem ſcrutatores vna cum notario & teſtibus ibi nominatis ſe tranſportauerūt ad theſaurariam dictæ eccleſiæ iuxta aulam nouam capituli & ibidem in ſecreto exiſtentibus ſinguli domini Canonici dederunt vota ſua in ſcriptis: quibus vocibus perſcrutatores habitis redierunt ad dictam aulam nouam, & ibidem capitulariter fuit facta publicatio votorum ſeu vocum. & quia dictus dominus de Sala præcentor reperit dominos Chriſtophorum de Salhiente ſacriſtam & canonicū Michaelē Laudoys Franciſcum Septeri, & ipſum dominum præcentorem declaraſſe & voces ſuas dediſſe dicto domino Petro de Caſtrobriando, ipſúmque canonicum & præpoſitum nominaſſe tanquàm à maiori & ſaniori parte dicti capituli nomine ſuo & aliorum adhærentium, qui voces ſuas dederunt. Et in præpoſitum & canonicum nominauerunt de dicto canonicatu & præbenda collationem ſibi fecit per certa verba in numero ſingulari prolata dicendo, ego Gulielmus de Salari, quem de Caſtrobriando in præpoſitum & canonicum dictæ eccleſiæ nominauerunt de dictis canonicatu, & præbenda, & præpoſitura cum maiori parte collationem ſibi facio in aſsignando horam ſecundam poſt meridiem ad audiendum publicationem dictæ collationis, necnon viſuros fieri confirmationem: receptis per Stephanum Boraſsij in præſentia teſtium ibi nominatorum: ſucceſsiuè eadem die inter primam & ſecundam horā poſt meridiem in naui dictæ eccleſiæ cōgregatis dictis dominis de Sala, Michaël de Sala & Franciſcus Sexterij præſentauerunt dictam collationem dicto domino Benedicto Chaſtillionis procuratori dicti domini de Caſtrobriando cuius procuratoriū ibi inſeritur & quędā litera teſtimonialis de anno Mccccxcviij. die v. menſis Ianuarij: & qui Chaſtellionis declarauit animum quòd acceptauit ictas prouiſiones, & diſpoſitiones prædictas cum proteſtatione in talibus fieri ſolita, & citra præiudicium aliorum ſuorum iurium in eis competentium, & ibidem petijt poſtquàm fuerit confirmatus ſe mitti in poſſeſsionem, & cum proteſtatione, quòd vbi dicta præpoſitura eſſet electiua, quòd non intendit ſe immiſcere ante confirmationem. & petijt confirmari quatenùs indigeat à domino Claudio de Cepoſſorio vicario domini Epiſcopi Valentiæ: qui in abſentia dicti domini

Chriſtophori

Chriſtophori de Salhiente confirmauit dictam electionem quatenùs indiget. & ſubſequenter dictus dominus de Boyſſono poſuit in poſſeſsionem dictum procuratorem. Et deindè die ſequenti pariter fuit accepta poſſeſsio dictæ Abbatiæ ſancti Petri Burgi vnitæ dictæ præpoſituræ.

Quæſtio MCXCIII.

QVAERITVR ſuper quibuſdam literis de vidimus, exhibitis autenticatis coram domino vicario & officiali Valentiæ ad petitionem procuratoris capituli Valentiæ, cùm de ipſis literis indigeant in pluribus locis, & propter viarum periculà non audent portare: & ibidem inſeruntur dictæ literæ cuiuſdam tranſactionis ſeu arbitramenti facti inter dominum Epiſcopum Valentiæ ex vna & capitulum dictæ eccleſiæ ex altera, & ibi in primo capitulo dictæ concordiæ quò ad electionem præpoſiti, quòd fiet per capitulum ſeu maiorem partem capituli: & deindè præſentabitur Epiſcopo, qui confirmabit & collocabit in loco præpoſiti ad dexteram partem chori, & præſtabit ſacramẽtum fidelitatis eccleſiæ ſuper altare, & ibi poſtmodùm fit mentio de decano & electione ipſius. Et ibidem fit mentio quòd inquiſita voluntate ſingulorũ canonicorũ præſidentium & reſidentium, quòd fiat electio à maiori & ſaniori parte pleráque alia capitula ibi continentur acta fuerunt anno incarnationis milleſimo ducenteſimo & decimoſexto, in feſto ſanctorũ Innocentium, ſi de tali inſtrumento tranſactionis fiat vnum vidimus, an faciat fidem vel ne, quia non fuit factum parte vocata. Deindè inſerũtur articuli dicti de Caſtrobriando incipiente. Pro declaratiõe. in quibus declaratur dicta electio, ſeu collatio dicti domini de Caſtrobriando. & in ſeptimo & octauo articulis deducitur, quòd non fuit licitum dicto domino de Salhiente turbare dictũ dominũ de Caſtrobriando in poſſeſsione præpoſituræ, & Abbatiæ: nec pariter domino dono de tacita miſsione in poſſeſsionẽ canonicatus & præbendæ. Et in vndecimo articulo deducitur conſuetudo dicti capituli Valentiæ, quòd poteſtas capituli in electionibus, collationibus remanet quò ad præſentes & reſidentes non vocatis abſentibus, ſed omninò excluſis. & in fine articulorum producuntur documenta dicti domini de Caſtrobriando, & in concluſione petit ſe manuteneri. Item etiam inſeritur ſchedula dicti de Caſtrobriando incipiens, Comparet. vbi produxit eius titulum prouiſionis apoſtolicæ, cum proceſſu executoriali, & cum proteſtatione citra præiudicium dictæ electionis ſeu collationis ordinarij, petendo ſequeſtrari beneficium. Item etiam inſeruntur articuli dicti de Salhiente incipiente, Quia nouiſsimè. ad euitandum dictum ſequeſtrum.

Quæſtio MCXCIIII.

QVAERITVR ſuper titulo prætenſæ electionis & confirmationis dicti domini Chriſtofori de Salhiente, quæ fuit facta eodem tempore & eodem cõtextu, ſicuti electio dicti domini Petri de Caſtrobriando, de qua ſuprà fit mentio quæſtione MCXCIIJ. Et ex eodem ſcrutinio, & fuerunt nominati idem ſcrutatores. & tandem fuit facta publicatio votorum ſeu vocum ſcrutinij. & ibidem dominus Ioannes de Ianta antiquior canonicus reperit dominos Ioannem de Bellocaſtro Fortunatum de Sala, & ipſum de Iareta canonicos declaraſſe in dictum dominũ Chriſtoforum de Salhiente, & voces ſuas dediſſe in præpoſitum dictæ eccleſiæ idem de Ianta nomine ſuo & aliorum adhærere volentium habita cõferentia meriti ad meritum elegit dictum de Salhiente per verba numeri ſecularis decretorum doctorum tanquàm bene meritum ſacriſtam & canonicum in præpoſitum dictæ eccleſiæ tanquàm te merito cum ſuis iuribus & pertinentijs aſsignando ad eandem diem hora ſecunda poſt meridiem ad videndum fieri admiſsionem præſentationem & confirmationem dictæ eccleſiæ. & tandem poſt prandium anticipando horam dictus de Ianta & alij ſuprà adhærentes ſuprà nominati inſequendo formam cuiuſdam inſtrumenti antiqui: duplici ſigillo ſigillati narrauerunt dictam electionẽ domino Claudio de Boyſſono vicario domini Epiſcopi Valentiæ qui approbauit & laudauit dictam electionem. & deindè dictus de Ianta & adhærentes iterum acceſſeruut ad capitulum dictæ eccleſiæ, & ibi fuit facta publicatio, & deindè iterum acceſſerunt ad dictum dominum de Boyſſono, vt dictam electionem cõfirmet. & informatus de forma dictæ electionis illam confirmauit: & informatus de zelo eligentium & literarũ ſupradicti de Salhiente. Qua electionis cõfirmatione obtenta dictus de Ianta & adhærẽtes præſentauerũt dicto de Salhiente, qui facta certa proteſtatione acceptauit regratiando altiſsimo & dominis electoribus. & ibidem dictus de Boyſſono iuxta formam inſtrumenti ipſum poſuit in poſſeſſionem in ſtallo chori. & deindè præſtitit iuramentum fidelitatis ſuper altare dictæ eccleſiæ genibus flexis. & deindè die craſtina quæ fuit decimaſexta Ianuarij accepit poſſeſsionem dictæ Abbatiæ cum certis ceremonijs ibi declaratis. Et dominus Franciſcus de Voyranis prior & canonicus dictæ eccleſiæ ipſum poſuit in poſſeſionem domus præpoſituræ. & deindè dictus de Salhiente creauit caſtellanum & grapharium, & certos officiarios in iuriſdictione tẽporali Burgi, & aliàs prout ibi pleniùs cõtinetur.

ARGVMENTVM.

Electio quæ à minore parte facta eſt, à ſaniori parte facta reſpectu maioris an dici poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Pars ſanior qualiter dicatur.*
2 *Eccleſiæ potentes habere quandoquè expedit.*
3 *Electio ut teneat requiritur ut ſit facta à maiori & ſaniori parte.*
4 *Copulæ natura eſt utrunque extremorum copulare.*
5 *Pro maiori parte electionis in dubio ſemper præſumitur.*
6 *Electiones duæ quando ex uno ſcrutinio concurrant, facta à minori parte ipſo iure nulla eſt: & quæ à maiori parte facta eſt, ualet.*
7 *Quid ſi una electio facta eſſet à maiori parte reſpectu numeri: altera uerò à ſaniori, minori reſpectu numeri.*

Quæſtio MCXCV.

QVAERITVR quia dicta electio domini de Salhiente dicitur facta à minori parte capituli, licèt velit prætendere quòd ſit ſanior pars:
1 Attamen † non poteſt dici ſanior pars cùm dictus de Caſtrobriando habuit quatuor voces: & reſpectu eligentium aliqui erant maioris dignitatis, vti dominus precentor, & pariter dictus de Salhicente, qui erat ſacriſta, nec poteſt dici ſanior pars reſpectu perſonæ electæ dicti de Salhiente: quia non habet niſi tres voces. & licèt dictus de Salhiente ſit maior ætate & graduatus: tamen dictus de Caſtrobriando
2 eſt idoneus & de maiori domo, † & interdum expedit in eccleſia habere gentes potentes pro defenſione iuris eccleſiæ: iuxta notata per Panor. in c. conſtitutis. de appellatio. Quia iſta ſanioritas conſiſtit in authoritate eligentium in zelo, & in merito electorum: & in hoc relinquitur arbitrio iudicantis: ſecundum Panor. poſt glo. in c. eccleſia veſtra. le ij. de electio. & licèt dictus de Salhiente ſit de gremio eiuſdem eccleſiæ: tamen electio facta à maiori parte eſto, quòd non ſit de gremio eiuſdem eccleſiæ debet præualere: iuxta notata in c. ſcriptum. de electio. & per glo. in c. nullus. lxj. diſtinct. & ſuprà ple-
3 niùs fuit tactum: † & duo requirũtur vt electio teneat. videlicet quòd ſit facta à maiori & ſaniori parte. c. quapropter. de electio. & ibi Panor. vbi poni-
4 tur copula: & ſic requirũtur duo: † quia de natura copulæ eſt copulare vtrunque extremorum: ſecundum Panor. ibi, licèt Innocen. expoſuerit illam copulam, &, expoſitiuè pro id eſt, volendo ſentire, ꝙ ſufficeret, quòd electio eſſet facta à ſaniori parte licèt non ſit maior numero, & hoc etiam tenet gloſſ. in dict. c. eccleſia veſtra. le ij. & glo. in l. vbi abſunt. ff. de tutor. & excuſa. dat. ab his. Sed contrarium tenent Ioan. Andr. Petr. Abbas Hoſtien. & Panorm. in dict. c. eccleſia veſtra. per dictum c. quia propter. & c. eccleſia veſtra. le premier. & c. auditis. de elect. vbi Papa retractauit electionem: quia non fuit facta à maiore parte capituli. cap. j. de hijs quę fiunt à maio. part. capitu. vbi duo requiruntur copulatiuè.
5 Et in dubio † præſumitur pro maiori parte ratione numeri: ſecundum gloſ. communiter approbatam in dict. c. j. & Panorm. in dict. c. eccleſia veſtra. vnde quando electio fit à minori parte capituli, eſt ipſo
6 iure nulla. dict. c. auditis. & ideò quando † concurrunt duæ electiones eodem cõtextu ex eodem ſcrutinio à diuerſis electoribus: tunc illa quę eſt facta à minore parte eſt ipſo iure nulla, & alia electio quæ
7 eſt facta à maiori & ſaniori parte eſt valida. † Si verò vna electio eſt facta à maiori parte reſpectu numeri, & alia eſſet facta à ſaniori parte licèt minori reſpectu numeri: tunc neutra electio teneat: ſecundum Hoſtien. & Panor. in dict. c. eccleſia veſtra. le ij. & in dict. c. auditis. & electores poterunt iterum eligere: ſecundum gloſſ. in dict. c. eccleſia veſtra. le ij. Et præmiſſa procedunt niſi numerus multũ excederet: vt quia electio eſſet facta à duplo maiori: quia tunc nõ debet admitti oppoſitio meriti ad meritum, aut zeli ad zelum. c. ſi quando. de electio.

ARGVMENTVM.

Electio facta à minori parte confirmatione poſteà facta non validatur.

SVMMARIVM.

1 *Capituli potentia penes minorem partem non conſiſtit.*
2 *Electio collegialiter & in communi facienda eſt, non ſingulariter.*
3 *Conſuetudo in electionibus attendenda.*
4 *Electio propter contemptum an nulla dici poßit.*

Quæſtio MCLXCVI.

QVAERITVR quia certi canonici abſentes dictę eccleſię Valeñ. poſt electionẽ dictorũ de Caſtrobriando & de Salhiente ex interuallo tẽporis ratificauerunt electionem dicti de Salhiente in aula dicti capituli & ex interuallo temporis, & quatenùs opus eſt, quilibet de particulariter elegit: inter cæteros dominus Prãciſcus de Voyranis procurator nomine domini Michaëlis Buaterij canonici ratificauit: Quæritur quid iuris, & an talis electio dicti de Salhiente facta à minori parte dicti capituli conualidetur per ſubſequentes conſenſus aliorum particulariter præſtitos? Et dicendum eſt ꝙ non: vt eſt caſus in dict. c. auditis. de elect. & eſt ra-
1 tio ſecundum Panormitan. ibi: † quia potentia capitularis non conſiſtit penes minorem partem: ideò nõ poteſt dici facta à capitulo. c. j. de hijs quæ fiunt à maior. parte capitu. licèt ex poſtfacto acceſſiſſent conſenſus aliorum canonicorum electio non po-
2 teſt validari: † quia electio debet fieri collegialiter & in communi, non autem ſingulariter: ſecundum gloſſ. in c. j. de rebus eccle. non alienan. lib. vj. & vbi electio facta à maiori parte peccaret in forma: non tamen deuolueretur poteſtas ad minorem partem, niſi quãdo electio facta à mniore parte de perſona indigna ratione delicti. c. congregato. de electio. c. perpetuæ. de electio. lib. vj. ſecundum Panorm. in d. c. eccleſia veſtra. le ij. de elect. Veruntamen erit bonum deducere conſuetudinẽ & ſtatutum dictæ eccleſiæ Valentiæ, quòd in electionibus & alijs actibus poteſtas capituli ſolùm reſidet quò ad præſentes & reſidentes: & non eſt neceſſe vocare abſentes.
3 Et in talibus † debet attendi conſuetudo. c. cùm in eccleſijs. de præben. libr. vj. & not. per glo. & docto. in c. coram. de electio. & ideò erit bonum deducere qualiter dicti canonici qui ratificauerũt de tempore dictæ electionis non erant pręſentes in dicta ciuitate Valentiæ: nec faciebant reſidentiã. Et licèt abſentes poſſint ratificare propter cõtemptum infrà
4 tempus confirmationis. c. ꝗ ſicut. de elect. † tamen electio propter contemptum nõ diceretur nulla. vt ibi habetur niſi maior pars canonicorum eſſet contempta: ſecundum Ioannem de Imol. in c. ij. de hijs quæ fiunt à maior. parte capitu. & pariter poſt confirmationem non poteſt agi de contemptu.

SVMMARIVM.

1 *Electio ſecunda non niſi prima caſſata ualet.*

Quæſtio MCXCVII.

QVAERITVR ſuper alia pretẽſa electione ſeu collatione canonicatus prębendę, ſeu canonicali portiões quas obtinebat dictus quondã dominus Gulielmus Borſerij facta per dominos Chriſtophorum de Salhiente pretenſum prępoſitũ eccleſiæ Valentię, Ioannem de Ianta, Ioannem de Bellocaſtro, Petrum de Vaeſco canonicos dictę eccleſię in abſentia domini Fortunati de Ianta citati in loco

in loco febre detenti, qui vocem ſuam dedit domi-
no Odony de Ianta, & ibidem capitulariter dede-
runt & contulerunt dicto domino Odony de Ian-
ta de anno incarnationis 1498. die xviij. menſis Ia
nuarij, & aliâs prout ibi plenius continetur, licèt ap
pareat de aliquali miſsione in poſſeſsionem, verum
tamen talis collatio eſt ipſo iure nulla ex quo dictũ
capitulũ prius contulerat, ſeu prouiderat dicto do-
mino Petro de Caſtrobriando. c. auditis. de electio.
1 capitu. inter dilectos. de exceſ. prelato. † quia non
tenet ſecunda collatio, niſi caſſata prima. dict. cap.
inter dilectos.

ARGVMENTVM.

Sequeſtro in interdicto vti poſsidetis in beneficia-
libus an & quando locus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Recredentia in beneficialibus illi dari debet, qui apparen-*
tiorem titulum habet.
2 *Sequeſtrum faciendum ſi æquitas ſuggerat.*
3 *Sequeſtro locus eſt ſi duorum de poſſeſsione cõtendentium*
nullus poßideat: ſecus ſi unus. & nu. 4.
4 *Sequeſtro locum facit ſcandali timor.*

Quæſtio MCXCVIII.

QVAERITVR an ſit iuſta cauſa ſeque-
ſtri dictæ prepoſituræ canonicatus & præben-
dæ durãte proceſſu ſuper poſſeſſorio vti poſsidetis?
dubium facit: quia d. dominus de Caſtrobriando
prouocauit ad iudiciũ, & obtulit eius ſupplicationẽ
ſuper interdicto manutenendæ poſſeſsionis, & ita
quando certum eſt aliquem poſsidere, licèt ſit con-
tentio de poſſeſsione: tamen non debet fieri ſeque-
ſtrum: ſecundum Bal. in l. j. C. de prohibi. ſequeſtra-
tio. poſſeſ. & fructuum. & Petrum. de Ferrarijs in ti-
tul. forma ſequeſtri. & Bal. in l. ſi diſceptetur. ff. vbi
pupill. Sed in cõtrarium videtur veritas in caſu iſto:
quia vtraque pars accepit poſſeſsionem eadem die,
& ſic eſt contẽtio de poſſeſsione, inter partes: & eſt
timor armorũ & rixæ inter partes. l. æquiſsimũ. ff. de
vſufructu: ſecundum Specul. in titul. de ſequeſtra.
poſſeſsionis. verſicu. ſed nunquid. Bald. & Paul. de
Caſtro in l. nullus. C. de ſumma trinita. & fid. catho.
Bart. & Bald. in dict. l. ſi diſceptetur. & domi. Guid.
Papæ deciſi. ccxlvj. & maximè in cauſa beneficiali,
vbi faciliùs permittitur ſequeſtrum cum agatur de
præiudicio animæ: ſecundum Archidiacon. in cap.
quia res. xj. quæſtio. j. allegat ca. peruenit. de appell.
facit clemen. j. de ſequeſtra. poſſeſsion. & fructu. &
ne detur occaſio dilapidationis fructuũ. cap. ij. de ſe
queſtra. poſſeſ. & fruct. & ne aduerſarius fatiget de
fructibus & expenſis, & maximè in caſu iſto vbi ap
paret de non iure dicti domini de Salhiente, & ne
permitatur vitioſus ingereſſus in beneficialibus. c.
eum qui. de eo qui mitti. in poſſeſ. cauſa rei ſeruan-
dæ. libr. vj. Et attento quòd apparet de apparentiori
titulo d. domini de Caſtrobriando. facit quod ha-
betur per domi. Guid. Pap. deciſi. lxxxv. & per glo.
in pragmatic. ſancti. in titu de cauſis. cap. j. §. neq;.
& per Ioan. Fabr. in l. ij. in fin. C. de edict. diui A-
1 dria. tollen. vbi tenẽt, † quòd recredentia in benefi
cialibus debet dari illi qui habet potiora iura ſeu
apparitiorem titulũ, licèt aliter ſe intruſerit prius in
beneficio: multò fortiùs debet fieri ſequeſtrum ad
petitionẽ d. domini de Caſtro Briando: ſecundum
Archidia. in d. cap. quia res. & maximè quia obſtat
defectus notorius proprietatis per prędicta: ſecun-
dum Innocen. in cap. conſtitutus. de fil. presby. &
Alex. de Imol. poſt Bal. in l. naturaliter. §. nihil com
mune ff. de acquirend. poſſeſſ. in vij. fallen. & Salic.
in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iuliam. de vi. &
præſertim in interdicto vnde vi, habet obſtare de-
fectus proprietatis quam apparet incontinenti. ca.
licèt. de prębend. ſecundum glo. in l. ſi de vi. ff. de iu-
di. & per Din. in cap. qui ad agendum. de regu. iur.
2 lib. vj. Adde quòd † quotieſcunq; inſurgit æqui-
tas ad faciendum ſequeſtrũ, & quæ mouet iudicem:
vt quia timetur de cõſumptione fructuũ cauſa pro
telandi iudicium, tunc debet fieri ſequeſtrum: ſecun
dum glo. in clemen. j. de ſequeſtratio. poſſeſsi. & fru
ctuum, & per Ioan. Andr. in rubr. eod. tit. & per Io.
Monach. in regula locupletari. de regu. iur. libr. vj.
3 vbi ſecundum ipſum † quando duo contendunt dẽ
beneficio, & nemo poſſet beneficium tenere lite pen
dente fit ſequeſtrum: facit quòd habetur in l. impe-
ratores §. ſi. ff. de appella. & in l. ſi cùm dotem. §. ſin
autem. ff. ſolu. matrimo. & per glo. in cap. dilectus.
de ſequeſtra. poſſeſs. & fructuum. & per domi. Gui.
4 Papę deciſi. ccxiij. vel etiam quando † timetur ſcã-
dallum. l. æquiſsimum. ff. de vſufruct. licèt ipſo caſu
vbi apparet altera partium poſsidere nõ deberet fie
ri ſequeſtrum, ſed inhiberi parti aduerſæ ne aliquid
attentet: ſecundum Baldũ in l. j. C. de prohibit. ſe-
queſtra. & Bal. in l. ſi diſceptetur. ff. vbi pupil. æduc.
debeat. in l. ſi de proprietate. C. ſi à nõ cõpeten. iud,
l. vis. C. de proba. in l. ordinarij. verſic. hic quæro. C.
de rei vend. in l. ſi ſeruus. C. quod cum eo. & ibi glo.
Bald. Salice. Paul. de Caſtr. & conſil. v. idem tenet
Franciſc. de Cur. in repetitione. l. j. C. de prohibi. ſi
quæ pecu. in iiij. fallentia.

SVMMARIVM.

1 *Papa ordinarium præuenire poteſt adeò ut ſi Papa & ordi*
narius uno die cõtuliſſent, prouiſio Papæ ordinarij pro
uiſioni præferenda eſt.
2 *Epiſcopus & uicarius ſi eodem die conferant, Epiſcopi col*
latio præualet.
3 *Clauſul. Decreti irritantis ordinarium etiam inſcium ligat.*
4 *Beneficia omnia Papæ obedientialia ſunt & manualia.*

Quæſtio MCXCIX.

QVAERITVR ſuper prouiſione apoſto-
lica venerabilis domini Benedicti Caſtellio-
nis ſuper canonicatu & præbenda eccleſiæ beati
Bernardi de Romanis, quos quondam obtinebat
dominus Gulielmus Borſerij: quorum fructus &
redditus valorem annuum xxiiij. librarũ paruorũ
turonẽ. non excedunt cum plenitudine iuris cano
nici & omnibus iuribus & pertinen. eiuſdẽ deputã-
do executores ſuper hoc, non obſtãtibus apoſtoli-
cis conſtitutionibus, ſtatutis, & conſuetudinibus
dictæ eccleſiæ, cum clauſula decreti irritantis. Datũ
Romę anno incarnationis milleſimo quatercente
ſimo nonageſimooctauo, Idus Ianuarij vna cum
proceſſu executoriali, de ſuper fulminato de anno
natiuitatis 1499. die ſecunda menſis Martij vna
cum miſsione in poſſeſsionem de eodem anno &

Quæſtio MCCVI.

QVAERITVR de forma electionis quæ fit per viam compromiſsi, habetur in dict. c.
1 quia propter. §. vel ſaltem. de electio. † quia poteſt committi aliquibus viris religioſis: etiam ſi nō ſint de capitulo, & poteſt etiam cōmitti vni: ſecundum gloſſ. nec tenentur iſti cōpromiſſarij ſeruare iſtam formam: licèt vnus debeat pronūtiare in ſingulari nomine omnium. c. ſicut. de electio. libr. vj. c. cùm
2 ab viro. de re iudi. lib. vj. † & requiritur in tali compromiſſo conſenſus omnium de capitulo: nec ſufficeret maior pars: vt ibi habetur. de electione inſpirationis, vel quaſi ſpecies ſancti vide in dict. cap. quia propter. §. niſi.

ARGVMENTVM.

Nominatione ſimplici nullum ius quęritur: ſed pœnitentiæ locum facit.

Quæſtio MCCVII.

QVAERITVR quale ius quæratur per nominationē: & an ſit locus pœnitentiæ? Et in effectu dicendum eſt, quòd nō quęritur aliquod ius per ſimplicē nominationem: ſed eſt locus pœnitentiæ ante publicationem ſcrutinij. c. publicato. c. quod ſicut. c, auditis. de elect. de quo ibi per doctor. & per glo. in pragmatic. ſanction. in tit. de collationibus. c. j. §. volens. itaquè ſuper verb. nominatiões.

ARGVMENTVM.

Collatio meriti ad meritū, & zeli ad zelum per eos facienda eſt qui à capitulo commiſsi ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Electio communis per unum totiùs capituli nomine fieri debet.*

Quæſtio MCCVIII.

QVAERITVR per quæ debeat fieri collatio meriti ad meritum, & zeli ad zelum. Et idem poteſt quęri per quem debeat fieri communis electio poſt publicationem ſcrutinij. Et in effectu quò ad collationem meriti ad meritum debet fieri per illum cui capitulum cōmiſit, & ideò vtile eſt ſecundum doctor. quòd capitulum à principio det poteſtatem iſtis ſcrutatoribus ad faciendum collationem: & quòd de hoc conſtet per literā. Et ideò cùm in caſu electiōis dicti domini de Salhiente fiat mentio, ꝙ fuit priùs habita confirmatiua meriti ad meritum, & zeli ad zelum, & nō appareat per quē fuerit facta dicta collatio meriti ad meritū: nec de poteſtate capituli: ſequitur dicendum, quòd proceſsit nulliter. Veruntamen ex abundanti cautela poterit interrogari Stephanus Bariaſſus, qui recepit, de cuius mandato appoſuit illam clauſulam, & quis fecerit dictam collationem, & de cuius mādato & ad
1 cuius inſtātiam fecit. Quantum † autē ad communem electionem fiendam, debet fieri per vnum nomine totius capituli: & per verba ſingularis numeri: eſto quòd non appareat de mandato: quia tacendo videtur ratificare. c. ſicut. de electio. libr. vj. & ibi glo. ſecundum Panormitan. in dict. c. quia propter. de electaion.

ARGVMENTVM.

Aetas quæ requiratur, vt quis dignitatem adipiſci poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an & quando ſuper ætate diſpenſare poſsit.*
2 *Papa prouidendo ſcienter indigno diſpenſare uidetur.*
3 *Electione prima nulla exiſtente capituli, poteſtas an ad numerum minorem deuoluatur.*
4 *Electio facta ignoranter de indigno ad minorē numerum non deuoluitur.*
5 *Quid ſi electio à minori duplo facta ſit.*
6 *Electio quæ à principio nulla eſt, temporis tractu firmà reddi non poteſt.*
7 *In beneficijs non uerè electiuis in iure deuoluto Papa concurrere poteſt, & præuentioni locus eſt.*

Quæſtio MCCIX.

QVAERITVR quia per tenorem prouiſiōis apoſtolicę dicti domini de Caſtrobriando apparet, quòd eſt ætatis vigintiquatuor annorum, an requiratur ætas vigintiquinque annorū ad obtinendum dictam præpoſituram eccleſiæ Valentiæ: & an requiratur quòd ſit in ſacris: & an videatur ſufficienter diſpenſatum. Et in effectu vbi dicta præpoſitura haberet curam animarum debet attingere vigeſimumquintum annum: & debet eſſe in ſacris, aut ſaltem quòd faciat ſe promoueri in proximis temporibus. c. cùm in cunctis. §. inferiora. de electio. Si verò dicta præpoſitura nō habeat curam animarū: tunc adhuc requiratur ætas vigintiquin-
1 que annorum, † licèt Epiſcopus poſsit diſpenſare poſt vigeſimum annum. c. j. de ætate. libr. vj. ſecundum Panor. in dict. §. inferiora. Veruntamen in ca-
2 ſu iſto videtur ſufficienter diſpenſatū: † quia Papa ſcienter conferendo indigno videtur diſpenſare: ſecus in inferiori: iuxta notata per gloſſ. & doctor. in c. ij. de ſciſma. & in cap. diuerſis falacijs. de cleri. coniugatis. Et per glo. in d. c. vno. de ætate & qualitate. libr. vj. Et ita tenet Panor. in dict. c. cùm in cunctis. §. inferiora. & in c. præterea. de ætate & qualitate. facit quod habetur per Bald. in l. fin. C. ſenten. reſcind. non poſſ. & in capitu. j. quid ſit inueſtitura. & per Bart. in l. quidam conſulebāt. ff. de re iudi. Et præmiſſa poſſunt adaptari ad quæſtionem: quia vbi dictus dominus de Caſtrobriādo pateretur defectum perſonæ ratione ætatis, eſto quòd electio eſſet facta à maiori parte capituli: tamen alia electio facta de dicto domino de Salhiente, eſto quòd eſſet facta à minori parte capituli præualeret, cùm
3 prætendatur eſſe facta de perſona idonea: † & poteſtas capituli eſſet deuoluta ad minorem partem capituli: ſecundum glo. in c. quanquàm. de electio. libr. vj. & facit c. perpetuæ. & c. ſi electio. eod. titul. & libr. Sed in caſu iſto dictus dominus de Caſtrobriando eſt idoneus, & ſufficiēter fuit & eſt ſecum diſpenſatum, prout ſuprà dictum fuit. Præterea licèt quando electio eſt facta à maiori parte capituli. de ſcienter indigno deuoluatur poteſtas ad minorē
4 partem capituli: † ſecus ſi eſſet facta electio de indigno ignoranter: ſecundum Panormita. in capit. eccleſia veſtra. le ij. & in cap. conſecratio. de electio. li-
5 cèt Innocen. & Hoſtien. ibidem teneant, † quòd idem ſit quando eſt facta electio de indigno ignoranter

rantia, niſi eſſet facta electio à minori numero duplo. c. ſi quando. de electionib. lib. vj. licèt Hoſtien. ibidem tenuerit quòd etiam deuoluitur poteſtas ad vnum de capitulo. Veruntamen vbi fieret electio à maiori parte indigno, ad hoc vt deuoluatur poteſtas eligendi ad minorem partem capituli requiritur quòd primo maior pars elegerit indignum: aliàs
6 ſecus: † quia ex quo electio minoris partis eſt ipſo iure nulla, non firmatur tractu temporis. capitul. non firmatur. de electıon. libr. vj. ſecundum Ioannem Andr. in dicto capitul. congregato. licèt aliqui velint tenere contrarium, de quo vide ibi per Panormita. & iſto caſu ſecundũ aliquos requireretur nouum ſcrutinium, facit quod habetur in capitul. perpetuæ. & capitul. ſi fortè. de electi. libr. vj. de quo vide per Panormita. in dict. capitul. congregata. & in capitul. ſcriptum. de electio. & ideò eſſet bonum interrogare dictũ Bariaſij notariũ capituli Valeñ. quæ electio præceſſerit dictum de Caſtrobriando, & de Salhiente, & ſi fuerit factum ſcrutinium vel
7 plura. Adde quòd † in beneficijs non verè electis in iure deuoluto Papa poteſt cõcurrere: & eſt locus præuentioni: de quo per Gulielmum in tractatu ſuper pragmatic. ſanction. in prima parte circa finem vbi etiã ponit certos caſus vbi Papa poteſt apponere manum non obſtante pragmatic. ſanction. vide per gloſſ. in capitul. j. §. quibus. ſuper verbo, electis. de electionib. in pragmatic. ſanction. & in capitul. ij. §. ſtatuit. eodem titul. & in ſecundo §. neque. de colla. ſuper verbo, alijs. quę dicantur proprię dignitates electione, quando eccleſia eſt viduata. iuxta capitul. ne pro defectu. & capitul. quia propter. dę electionib. & Cardina. Flor. conſil. ccciij.

ARGVMENTVM.

Electio quæ de idoneo facienda eſt, ſufficit vt idoneus eligatur, licèt idoneus reperiri poſſit: niſi dictum fuiſſet à principio quod de idoneiori fieret.

SVMMARIVM.

1 *In electionibus an potentia, diuitiæ, & nobilitas attendãtur.*
2 *Pro nobilitate & potentia, an præſumatur.*

Quæſtio MCCX.

QVAERITVR an ſufficiat eligere idoneũ in eccleſia, licèt poſſit reperiri magis idoneus & an in electionibus beneficiorum ſit habenda ratio potentiæ, diuitiarum aut nobilitatis? Et in effectu prima facie videtur dicendum, quòd debet eligi magis idoneus, vt prouideatur eccleſiæ, cùm debeat eligi doctior & ſanctior. capitul. licèt. octaua quæſtione prima. veruntamen licèt titulo ſit eligendus: tamen ſufficit ſi eſt idoneus: quia conueniens ſcientia toleratur in prælato, & ſufficit quòd non ſit malus: ſecundum gloſſ. in capitul. conſtitutus. de appellation. Nec in hoc vulneratur conſcientia: ſecundum gloſſ. in dict. capitul. licèt. veruntamen ſecundum Panormitanum, in dicto capitul. conſtitutis. poteſt diſtingui: quia aut fuit appellatũ à principio ne fieret electio: niſi de idoneiori, & tunc ſi reperitur de eodem collegio magis idoneus non tenet electio de idoneo: aut non fuit appellatum, & tunc tenet electio de idoneo, licèt eligentes peccẽt: & hoc quãdo in eodẽ collegio reperitur magis idoneus: aliàs ſecus: ſecundum Panormitanum, ibi facit quod habetur per Bartolum, in l. cùm quidam ff. de legatis primo. † Quantum autem ad poten-
1 tias, diuitias, & nobilitatem alicuius: licèt quo ad Deum non ſit acceptio perſonarum.: capitul. venerabili. de præbend. capitul. nouit. de iudic. tamen interdum habetur diſtinctio qualitatis perſonarũ. capitul. de multa. in fine de præbend. & expedit in eccleſia Dei habere ſubditos locupletes pro defenſione iurium eccleſiæ: ſecundum gloſſam in capitu. cum eccleſiaſticę. de exceptio. & certis partibus prę ferendus eſt ditior, ſeu potior, vt melius conſolatur eccleſię: ſecundum gloſſ. in dict. capitul. conſtitutus. de quo ibi latiùs per Hoſtienſem. & Panormi-
2 tanum. † Et an præſumat pro potentia ſeu nobilitatem: & dicendum eſt quòd ſic: ſecundum gloſſ. in capitul. illud. quadrageſima diſtinctio. licèt in contrarium faciat gloſſ. in capitul. quoniam vetus. vigeſimaquarta. quæſtio. prima. quę adhuc de Petro, qui fuit piſcator & filius Fabri quem dum elegit in apoſtolatum. & ſic non conſideratur ſplendor domus, vide gloſſam in pragmatic. ſancti. in capitul. j. §. ad locum. vbi debent iurare de eligendo vtiliorẽ & aſſumere ſacramentum euchariſtiæ, & ibi gloſſ. ſuper verbo, vtiliorem. & an teneat electio de magis idoneo contra iuramentum, vide ibi per gloſſam. Adde actuum vj. quæ requirantur in electione perſonæ idoneæ. & in regula ſancti Benedicti capitul. xxxj. fol. cxviij. verſicul.

ARGVMENTVM.

Vota qui in ſcrutinio dedit, ſcrutinio aperto ea reuocare vt alteri electioni adſentiat non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Electionem de alio factam, quem ex quo uocem dedit publicato ſcrutinio impugnare non poſſe regulare.*
2 *Electus qui alium elegit in ſcrutinio, an numerum electionis de ſe factæ augeat. & nume. 4.*
3 *Electioni de ſe factæ à minori parte qui cõſentit ambitionis ſuſpitione non caret.*
5 *Electio an per nominationem in ſcrutinio factam publicatione nondum facta ius quæſitum ſit.*

Quæſtio MCCXI.

QVAERITVR quia dictus dominus de Salhiente dedit eius vocem pro dicto domino de Caſtrobriando & habuit quatuor voces, licèt dictus de Salhiente habuerat tres voces, & an dictus de Salhiente poſſit impugnare electionem dicti de Caſtrobriando, & an dictus de Salhiente computetur in numero eccleſiarum, & augeat numerum eligentium, & an conſentiendo electioni de ſe factæ videatur diſcedere à voce per eum prius pręſtita. &
1 in effectu † regulariter quis non poteſt impugnare electionem de alio celebrato ex quo ſemel dedit vocem publicato ſcrutinio. capi. publicato. de electio. capitul. nulli. de electionib. libr. vj. & an quis poſſit venire contra factum ſuum iſto caſu, vide per gloſ. & doctores in capitul. qualiter. de electio. & in cap. diuerſis fallacijs. de cleric. coniuga. ſed redeundo
2 ad quęſitum, † quòd dict. de Salhiente non augeat

rano in dicto capitul. vt circa. pro quo facit,quod habetur hodie in clemen.conſtitutionem. de elect. quando profuo intereſſe quis appellat,non haberet
32 locum.dict.capit.vt circa. Decimo ſextò † quæritur an in cauſa appellationis ab interlocutoria poſsit iterum peti reproductio inſtrumentorum iam productorum,quando aduerſarius ſe offert redarguere de falſo:iuxta l.fina.C.de fide inſtrumento. Dubium facit:quia in cauſa appellationis ab interlocutoria debet ante omnia vacuari articulus appella.capit.vt debitus.de appellatio.cap. cordi.eodem titu.& libr.ſexto, niſi opponeretur de falſo poteſtatis iuriſdictiõis:quia illa euacuaret funditùs: iuxta not.per Inno.in c.ſuperl iteris.de reſcrip.& Bart.in l.præſcriptiõe.C.ſi cõtra ius vel vtil.publi.aliàs deberet renouari dicta cognitio ſuper meritis negotij principalis.& iſtud etiam facit pro dicta cauſa appellatiõis Lugduni:quia dictus frater Petrus Dars appellans producit certa inſtrumenta, quæ expoſt retraxit:dictus verò de Mathaphalone appellatus iterum petijt produci volendo impugnare de falſo.
33 Decimooctauò quæritur an ſimul † & ſemel poſsit pronuntiari ſuper nullitate ſententiæ confirmationis vnà cum appellationis articulo.Et in effectu licèt in appellatione inſit nullitas. l. Carmelia pia. ff.de iure patrona.l.quædam nulla.ff. familiæ erciſcundæ.ita quòd etiam à ſententia nulla poteſt appellari.l.ſi expreſſam.ff.de appellationibus. hoc verum quando appellatur à definitiua:ſecus ſi appelletur ab interlocutoria:tunc debet ſolùm pronuntiari ſuper articulo appellationis,& nota.ſuper nullitate,niſi expreſſa in appellatione.clementi.appellanti. de appellationibus. ſecundum Baldum in l. j.C.quãdo prouo.non eſt neceſ. Ioannes de Imol. & Panormitanus in cap. dilecta. de appellationib. niſi cauſa nullitatis eſſet annexa ipſi cauſæ appellationis,vel niſi peteretur fieri reuocatio attentati per viam nullitatis:ſecundum Ioannem de Imola in cap. non ſolùm. de appellationib.libro ſexto,&
34 eſt ratio: † quia in appellatione ab interlocutoria principaliter arguitur iniquitas iudicis à quo ſi grauauerit vel ne. Et ideò non poteſt iuſtificari ex alijs actis dicta elementin.appellanti.licèt aliàs regulariter nullitas in ſe continet iniuſtitiam.capitu cùm contingat.de officio deleg.& ibi per Innocentium
35 & cæteros nota. Decimonono quæritur, † quando iudex delegatus in cauſa appellationis ab interlocutoria pronuntiat bene appellatum,an poterit cognoſcere de negotio principali ſine noua commiſsione, & an ſit opus citatione partis appellatæ ad procedendũ ſuper negotio principali.Et in effectu gloſſa in capitu.final. ij. quæſtione vj.tenet, quòd iudex delegatus iſto caſu poterit cognoſcere, ſine nouo reſcripto.& idem tenet Innocentius in capitul.vt debitus.de appellationib.licèt Vincen.tenuerit,quòd debeat attẽdi forma reſcripti.& niſi aliud appareat ex forma mandati non poterit cognoſcere de negotio principali.& Ioannes Andræas in dicto capitu.vt debitus.de quo ibi per Panormita. & Ioannem de Imol.niſi fieret prorogatio inter partes, vel niſi in cõmiſsione articuli appellationis dicatur,& cũomnibus ſuis acceſſorijs & appenditijs. argumento.l.ſi quis hæres.ff.de acquirend.hæreditate.ſecundum Ioannem de Imol. in dicto capitul. vt debitus. Quid autem quando committitur cauſa nullitatis,an poſsit cognoſci de negotio principali ſine noua commiſsione:vide per Felinum in l. ſi præſes. C. quomodò & quando iudex. quantum autem ad aliam partem quæſiti, an pars appellata
36 debeat † citari ſuper negotio principali,& videretur dicẽdum quòd ſic,per gloſſam in cap. oblatum ſuper verbo,proſequi.& in capitu.ſæpè.de appellationibus. ſuper verbo appellauerat, & hoc verum niſi appellans petierit quòd appellans appareat inſtructus cum munimentis ad cauſam:iuxta cap.eorum.de appellationibus.libro ſexto,ſecundum dominos de Rota,quos refert Ioannes de Imol. in dicto capitul. vt debitus de quo ibi latiùs per ipſum.

ARGVMENTVM.

Papa beneficium eccleſiaſticum ad tempus & ſub conditione conferre,& regulæ de tempore veriſimili derogare poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius beneficium ſub modo de præſenti conferre poteſt.*
2 *Ordinarius beneficium conferre utcũque uacaverit poteſt.*
3 *Papa ſolus beneficium ad tempus ſub modo uel conditione confert.*
4 *Papa quadrata rotundis adæquare fide ſalua poteſt.*
5 *Anima Papæ eſt in manica ſua.*
6 *Regulæ cancellariæ pro lege non habentur ut quæ temporales ſunt.*
7 *Papa reg.28.de tempore uerisimili derogare poteſt.*

Quæſtio MCLXXXV.

QVAERITVR an Papa poſsit conferre beneficium ad tempus vel ſub conditione,& an poſsit derogare regulæ cancellariæ de tempore veriſimili,vt debeat præcedere à tempore vacationis beneficij:vt in regula cancellariæ vigeſimaocta
1 ua. Et in effectu † ordinarius poſſet conferre beneficium vacans ſub modo vel conditione de præſenti,vel quãdo tacitè ineſt:iuxta notata per Ioannem Monachum,Ioannem Andræam,Dominic.in capitul.ij.de electiõ.libro ſexto.& in capitul. ſi tibi. eodem libro. etiam ſi ignorauerit vacare, ſecun-
2 dum gloſſam ibi,& Lapum allegat. ſexta, † etiam conferendo quouiſmodo vacauerit. & in capitul. ex parte. de conceſsion. præbend. & in capitul. ſuſceptum. de reſcriptis. libro ſexto. multò fortiùs procedit in ſummo pontifice qui habet plenitudinem poteſtatis in beneficialibus.capitul. ſecundo, de præbend.libr.ſexto,clementin.ſecunda,lib.pen. & ſibi parendum eſt in beneficialibus : ſecundum Innocentium,in capitul. inquiſitioni.de ſen-
3 tent.excommunica.† & ſolus poteſt conferre beneficium ad tempus ſub modo vel conditione.capitu. paſtoralis.ſeptima quæſtione prima.capit.veniens. de fili.

de fili. presbytero. ſecundum gloſſ. in capit. ſi gratioſè. de reſcript. libro ſexto: quia etiam poſſet conferre beneficium non vacans, vt tribuat ius in re cum vacauerit: ſecundum Hoſtien. in ſumma, in titul. de conceſsio. præbend. §. & verum. verſicul. vbi autem. & Henricus Boic in capit. nulla, de conceſsio. præbend. & poteſt Papa præuenire omnes collatores beneficiorum: ſecundum Franciſc. de Senis in tractatu permuta. quæſtio. quarta, facit clementin. dudum. §. verum. de ſepultu. vbi Papa poteſt infringere collationes aliorum: ſecundum Romanum conſil. ccxcviij.
4 † cùm poſsit æquare cadrata rotondis ſalua violatione fidei: ſecundum Hoſtienſem in capitul. cùm veniſſent. de iudic. Nam Papa diſpenſat contra quatuor conſilia & contra Apoſtolum: dum tamen nihil ſtatuat contra fidem. vigeſimaquinta quæſtione prima: ſecundum gloſſam fina. in capit. poſt tranſlationem. de renuntiatio.
5 † & ideò anima Papæ eſt in matica ſua: ſecundum Ioannem Andr. ibi: quia Papa eſt ſuprà concilium generale. capitu. ſignificaſti. de electíon. multò fortiùs poteſt derogare regulæ cancellariæ, & ita tenet gloſſ. in dicta regula cancellariæ vigeſimaoctaua,
6 † quia regulæ cancellariæ non habentur pro lege: ſecundum Antonium de Butrio in procœmio decret. ſuper verbo, decreto. quia regulæ ſunt temporales ad vitam cōditoris: ſecundum Ioannem Andræam in capit. nemo. de regul. libro ſexto. & Nicolaum Mil. in repertorio, ſuper verbo, lex. verſicul. leges obtinent: quia talis
7 † regula cancellariæ eſt introducta in fauorē ordinariorum: & ideò illam tollere poteſt. facit l. eius militis. §. militiam miſſus. ff. de teſtamen. milit. & gloſſ. in capit. vbi periculum. ſuper verbo conſilium. de electioni. libr. ſexto, & Antonium in ſumma, in ſecunda parte tit. tertio, cap. vndecimo: quia non reperitur quòd dicta regula fuerit approbata per concilium Baſilienſe, nec dicitur contra iudicium diuinum, maximè cum fuerit impetratum beneficium defuncti. Nec obſtat gloſſ. in pragmatica ſanctione, in titul. de collatio. §. neque. ſuper verbo, facienda. vt ex præmiſsis apparet. & pro hoc facit l. de fideicommiſſo. C. de tranſactio. cum ibi notatis per Iaſon.

ARGVMENTVM.

Geſta per intruſum an teneant.

SVMMARIVM.

1 *Intruſus an ligandi uel abſoluendi poteſtatem habeat.*
2 *Abſolutio facta per intruſum tolleratum propter ſacramēmenti fidem tenet.*
3 *Geſta in eccleſiæ præiudicium ab intruſo etiam tollerato non tenent.*
4 *Quid ſi intruſus contra ſuperioris inhibitionem geſſerit?*
5 *Error communis in ſpiritualibus, an ius tribuat.*
6 *Intruſi, cuius titulum non habere certum eſt, uel qui contra ſuperioris authoritatem adminiſtrat, geſta etiam in animo foro non ualent.*

Quæſtio MCLXXXVI.

QVAERITVR an teneant geſta per intruſum in beneficio tàm in ſpiritualibus, quā temporalibus: & quid quò ad beneficium abſolutionis: vel quò ad ordines? Dubium facit
1 † quia non habuit poteſtatem ligandi vel ſoluendi: ſicut non valet ſententia à non ſuo iudice lata. capitu. at ſi clerici. de iudici. capitu. ordinationes. nona quæſtione prima. capitul. primo & ſecundo, de ſciſmaticis, & hoc verum quantum ad executionem: ſecundum gloſſam in dict. capit. primo: quia bene imprimitur caracter, licèt non teneat executio: de quo ibi per Panormitanum, & Ioannem de Annania vnde ſecundum gloſſam in capitu. dudum. le ſecūd.
2 de electio. ſuper verbo, decepti. † etiam abſolutio facta per intruſum in beneficio tenet, propter fidem ſacramenti. capitu. nouæ. octaua quæſtione quarta & hoc verum, quando eſt tolleratus, & habet authoritatem ſuperioris in foro contentioſo: ſed in foro animæ, ex quo ſubditi credebant illum eſſe prælatum, tenet abſolutio, etiam ſi non habeat authoritatem ſuperioris: ſecundum Panormitan. ibi. gloſſ. verò in capit. nihil. in fine, de electio. Primò arguit, quòd non tenent geſta ab intruſo. capit. alienationes. duodecima quæſtione ſecunda poſtmodum in contrarium tenet ex quo fuit in adminiſtratione, & in poſſeſsione prælationis de ſententia Papæ, niſi
3 † eſſent geſta ad præiudicium eccleſiæ: quia non
4 tenerent, Panormitanus verò ibi tenet, quòd † non tenent geſta quando quis eſſet intruſus contra inhibitionem ſuperioris, quia tunc deficit authoritas ſuperioris. Nec obſtat l. Barbarius. ff. de offic. præthor. vbi communis error tribuit ius: quia ibi habebat authoritatem ſuperioris, aliàs ſecus capit. veritatis. in fine, de dol. & contuma. trigeſimaſecunda diſtinctione. §. verum. Baldus verò & Salicetus in l. ſi arbiter. C. de ſentent. & interlocut. omnium iudi-
5 cum tenet, † quòd in ſpiritualibus communis error non tribuit ius. allegat Archidiaco. vndecima quæſtione tertia. capitul. primo facit quod habetur per gloſſ. in l. iuſiurandi. §. primo. ff. de iure iurand. & quod habetur per Bartolum & Ioannem de Platea in l. actuarios. C. de actuar. libr. decimo, vbi tenēt, quod licèt quis reputetur pro publico officiali Epiſcopo, vel tabellione, non tenent geſta, niſi fuerint ſolemniter ordinati, & idem poſſet dici de excommunicato tollerato, an teneant geſta per eum, de quo in capitu. veritatis. & in capit. ad probandum. de re iudica. facit l. ſi vrbana. cum ibi notat. ff. de condi. inde.
6 Adde † quòd quādo eſt notoriè intruſus non habet titulum, vel quando adminiſtrat contra prohibitionem ſuperioris, vel quando ſubditi haberent ſcientiam, quòd non eſt verus prælatus, non tenēt geſta etiam in foro animę: ſecundum Ioannem de Imol. & Panormita. in dict. capit. dudum. le ſecund. de electio. vide per Hoſtien. in ſumma de ſciſmati. §. quid iuris. & per gloſſ. Panormita. & Ioan. de Ana. in capit. j. de ſciſmati.

ARGVMENTVM.

Intruſi conſecratio qui epiſcopatum non adſequitur, non tenet.

SVMMARIVM.

1 *Promoti ad eccleſiam cathedralem quæ clero & populo caret, conſecratio non tenet, & ſi caracter impreſſum ſit.*
2 *Papa ea quæ ordinis ſunt ſimplici ſacerdoti commitere poteſt.*
3 *Electus minùs canonicè ſi conſecretur, conſecratus & conſecrans, niſi diſpenſatum ſit, deponuntur.*

Quæſtio MCLXXXVII.

QVAERITVR quando intruſus ſe facit conſecrari in prælatura: & deinde nõ obtineat epiſcopatum, an teneat conſecratio, tenendo quòd epiſcopatus eſt ordo eccleſiaſticus: iuxta notat. per gloſſ. in prooemio ſexti. Et in effectu videtur dicendum, quòd non. clementi. in pleriſque.
1 de electioni. † quando quis promouetur ad eccleſiam cathedralem, quæ caret clerico & populo per inferiorem à Papa, quòd non tenet conſecratio: quod eſt verum ſecundum gloſſ. ibi ſuper verbo, vel aliquid, quò ad executionem: licèt imprimatur character. allegat capit. manus. de conſecrat. diſtinctio. quinta, facit capit. paſtoralis. ſeptima quæſtio. prima, Baldus verò in tit. qui fund. dar. poſſ. §. Marchi. tenet, quòd vbi non tenet electio Epiſcopi, nec per conſequens conſecratio. & idem tenet in l. directis. de teſtamen. manumiſſ. facit quod habetur in cap. de ordina. ab Epiſcopo qui renunciauit. & per gloſſ. in clementi. prima, de poeni. dum ibi habetur, quando Epiſcopus renunciat loco & ordini, ſeu dignitati, quòd non poteſt conferre ordines: ſecus ſi ſimpliciter renunciet loco: vide gloſſ. in capit. quan
2 to. de conſuetudi. † quòd Papa poſſet committere ſimplici ſacerdoti ea quæ ſunt ordinis. Adde capi
3 tu. nullus. lxij. diſtinctio. & ibi Præpoſit. † quando non canonicæ electus conſecratur, quòd conſecratus, & conſecrans deponuntur, niſi fuerit diſpenſatum. allegat capitu. innotuit. de electio. facit capit. ſi qui epiſcopi. prima quæſtio. prima: vide Panormitanum poſt Hoſtien. in capitu. inter corporalia. de transla. epiſcopi, de illo qui conſecratur, & non eſt canonicè promotus, an retineat habitum conſecrationis, vide gloſſam in capitu. eum qui. de præbend. libr. ſexto, ſuper verbo, obtineat. quando Epiſcopus ſe facit conſecrari lite pendente iniuſtè, quòd vacauerũt eius priora beneficia, & ibi Archidia. & cæteri docto.

ARGVMENTVM.

Papa reſeruationes ſiue gratias expectatiuas facere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruationes ſeu gratiæ expectatiuæ de iure, decretorum incognitæ.*

2 *Papa ut ſupremus iudex omnium ordinariorum inhibere, & reſeruare poteſt.*

3 *Princeps non niſi cum legitima cauſa contra ius reſcribere nec ſtatuere debet.*

4 *Reſeruatio Papa mortuo, an expiret.*

Quæſtio MCLXXXVIII.

QVAERITVR ſuper reſeruationibus & gratijs expectatiuis apoſtolicis à quo tempore habuerint originem: & an Papa pro libito voluntatis potuit facere tales reſeruationes? Et in effectu ſecundum Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in rubric. de conceſſio. præben. Geminia. in cap. duobus de reſcrip. libr. ſexto, Panormita. in cap. mandatum. de electio. gloſſ. in pragmatic. ſanctio. in titu. de ele
1 ctio. capit. ij. ſuper verbo, reſeruationi, † antiquitùs de iure decretorum tales reſeruationes & expectatiuæ erant incognitæ, nec fatigabamur de hijs in volumine decretorum, & demùm inceperunt dare põtifices curialiter tamen rogando, licèt ex poſt facto per modum neceſsitatis datis executoribus cùm facultate accipiendi infrà tempus vnius menſis. clementi. prima, de concel. præbend. quia Papa habet plenitudinem poteſtatis in beneficialibus. capit. ij.
2 de præbend. libr. vj. & vt † ſuppremus iudex omniũ ordinariorum poteſt inhibere & reſeruare. de poeni. diſtinctio. vj. capit. j. vnde gloſſ. in pragmatic. ſanct. vbi ſuprà refert, quòd Reges Franciæ ſemper inſudauerunt pro electione. capit. ſacrorum. lxiij. diſtin. & ibi valdè tractat, an Papa poſsit facere iſtas reſeruationes, & licèt Papa in electionibus poſsit vti plenitudine poteſtatis: ſecundum Innocen. in cap. innotuit. de electio. tamen non debet vti ſine magna cauſa, & hoc voluit decretum Baſilienſe, quòd in literis apoſtolorũ illa cauſa nominatim exprimatur. pro quo facit capit. illa. de electio. capit. quanto. de transla. prælato. c. propoſuit. de conceſ. præbend. quia iura ſunt fundata ſuper ratione. capit. conſue-
3 tudo prima diſtinct. & ideò † princeps non debet ſine legitima cauſa ſcribere vel ſtatuere contra ius: ſecundum Ioan. And. in capit. de multa. de præben. aliàs non eſſet bonus paterfamiliàs: quia Criſtus cuius Papa eſt vicarius, nõ venit ſoluere legem, ſed adimplere, Matthæi quinto, xj. quæſtio. j. c. j. & licèt illud quod fit authoritate Papæ, dicatur fieri authoritate Dei. cap. inter corporalia. verſic. diuina. de tranſla. prælato. hoc verum, quando facit ex iuſta cauſa: ſecundum gloſſ. ibi. Nam ordo eccleſiaſticus confunditur ſi ſua iuriſdictio cuique, non ſeruetur. capit. peruenit. xj. quæſt. j. de quo ibi latiùs per glo. in pragmatic. ſanctio. vbi ſuprà. & ſuper verbo, impediri, an per reſeruationem ligentur manus ordinarij, & quid in permutatione & pariter ſuper verbo, cauſa. quando Papa facit ex cauſa aliquam re-
4 ſeruationem, † an expiret mortuo Papa, & pariter quando prouiſio beneficij reſeruati non tenet, an redeat poteſtas conferendi ad Papam, vel ad eligentes: & quid in commenda quando expirat, vel quando Papa dat viſitatorem vel adminiſtratorem: iuxta capitu. his cui. de electioni. libr. ſexto, & an per mortem commendatarij vacet beneficium in curia, de quo ibi latiùs per gloſſ.

SVMMARIVM

1 *Narrationi Papæ in facto proprio ſtandum.*

2 *Exceptio ſpontaneæ renunciationis tàm in petitorio quàm in poſſeſſorio locum habet.*

Quæſtio MCLXXXIX.

QVAERITVR ſuper cauſa poſſeſſorij prioratuum ſancti Donati & Chaſtæ ſimul vnitis & paroecialis eccleſiæ ſancti Martini Seyſiriaci mandamenti Turriſpini, inter venerabilem dominum Petrum de Torchifellone priorem dictorum prioratuũ, & dominum Iacobum de Torchifellone clericũ ex altera, vbi dictus dñs Petrus producit eius titulos vigore prouiſiõis apoſtolicæ ſibi factæ

facte in vim renũtiationis exceptionis factæ per dominum quondã Henricum de Torchifellone, qui obtinebat in commendam, ac etiam canonicatum Viennenſis. non obſtante defectu natalium & ætatis viginti annorum, & quòd dictus prioratus ſancti Donati ordinis ſancti Auguſtini ſit conuentuale, & ad ipſum conſueuerũt per electionem aſſumi, & immineat cura animarum, & aliâs prout pleniùs continetur in literis apoſtolicis deſuper confectis cõtinetur. Datũ Romæ anno incarnatiõis M cccc. lxxxvj. decimoſexto calendas Ianuarij. cum proceſſu executoriali deſuper fulminato, ita, ꝙ interim dum peruenerit ad ætatem legitimã teneat in commendam, & poſtmodum ſibi cõferatur dictus prioratus ſancti Donati in titulum, & quòd habeat emittere profeſsionem expreſſam, licèt nõ appareat de aliquali immiſsione in poſſeſsionem. Veruntamen curia attento, ꝙ dictus Iacobus clericus non fecit fidem de titulis ordinauit dictum dominũ Petrum de Torchifellone manuteneri in poſſeſsione dicti prioratus ſancti Donati & membrorum eiuſdem. Veruntamen quia ædificia dictorum prioratuum ſancti Donati & Chaſę minantur ruinam culpa dicti ſupplicantis: ideò fuit ordinatum tertiam partem reuenutæ dictorum prioratuum reponi in manu tertia, & implicari in reparationem ædificiorum dictorum prioratum. Veruntamen in dicta ordinatione fuit omiſſum facere mentioné de dicta parœciali eccleſia ſancti Martini Seycerani. & ideò petit dictus dominus Petrus ſuppleri & manuteneri etiam. Sed ex aduerſo apponit dictus dominus Iacobus quòd dictus dominus Petrus renũtiauit in manibus Romani pontificis: & ideò obtinuit prouiſionem apoſtolicam, nõ obſtante, quòd ſit ætatis quindecim annorum, & aliâs prout pleniùs conſtat literis apoſtolicis deſuper confectis, de anno Mccccxlviij. ix. calend. Octobris. Cum proceſſu executoriali deſuper de eodem anno die xvj. eiuſdem menſis Octobris, vna cum miſsione in poſſeſsioné facta de eodem anno die xxij. menſis Nouembris facta per dominum Guinetum de Torchifellone ſubexecutore, de dicta parœciali eccleſia. Et licèt dictus dominus Petrus non produxerit ſpecialiter bullam prouiſionis apoſtolicæ dictæ curiæ: tamen in prouiſioue dicti prioratus ſancti Donati
1 fit métio etiam de dicta parœciali eccleſia, ita † ꝙ ſtandum eſt narratiõi Papæ: maximè de facto proprio. clement. j. de probatio. & conſequenter dictus Iacobus etiã produxit alias literas apoſtolicas pro uiſionis dictorũ prioratuum Chaſæ cum proceſſu executoriali & miſsionis in poſſeſsionem, & certis articulis datis & ſchedula in iure in qua petit reparari & in meliùs reformari: quia intentionem dicti
2 domini Petri habet obſtare † exceptio ſpontaneæ renuntiationis, quæ obſtat tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio. c. acceptat. & c. ſollicitè. de reſtitutio. ſpoliat. Nec obſtat ordinatio ex aduerſo lata: quia fuit lata nondum productis iuribus dicti domini Iacobi, & ipſo non audito: & attento quòd eſt minor vigintiquinque annis: iuxta notata per Bald. in l. j. C. ſi de momenta. poſſeſsio fuerit appellat.

ARGVMENTVM.

Reſignatio facta metu cruciatus corporis & carcerum nulla eſt.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorium ad renuntiandum metu mortis & carcerum tanquàm incarceratus ipſo iure non ualet.*

2 *Metus leuis etiam in eo qui ſe pro patre naturali gerit ſufficit.*

3 *Bullæ obtentæ ſuper reſignatione meticuloſa. tacito metu nedum ſurrepeitiæ ſunt, ſed & obreptitiæ.*

Quæſtio MCXC.

QVAERITVR quia dictus dominus Petrus de Torchifellone pretendit, quòd dicta reſignatio ſeu renuntiatio beneficiorum fuerit facta metu cruciatus corporis in carceribus, in quibus detinebatur. & etiam per communicationes & impreſsiones: nunc quæritur ſi talis renuntiatio ſit ipſo iure nulla, & an ſit opus diſpẽſatione iuramenti attento quòd dictus dominus Petrus de Torchifellone obtinuit reſcriptũ apoſtolicum quod dirigitur domino Abbati ſancti Antonij, Antonio Putoudi canonico eccleſię Vienneñ. Grationop. commorãti, & officiali Grationop. vbi narratur dictam renũtiationem meticuloſè factam metu carcerum minarum mortis: & licèt interuenerit iuramentum in conſtitutione procuratorũ fecit reuocationem dictorum procuratorũ. & qualiter prætextu dictæ renuntiationis maticuloæ dictus Iacobus de Torchifellone aduerſarius obtinuit ſibi fieri prouiſionem commendæ: & ibidem Papa mandat quatenùs vos vel duo aut vnus veſtrum vocatis Ioanne Iacobo & alijs clericis & laicis præfatis, ac alijs qui fuerunt euocandi iuramentum prædictum eidem Petro ad effectum agendi & excipiendi duntaxàt authoritate apoſtolica relaxent, & nihilominùs auditis hincindè propoſitis quod iuſtum fuerit decernant cum derogatione iuris ne conueniantur vltrà vnam dietam vel duas à fine diœceſis, & aliàs prout ibi pleniùs continetur. Datum Romæ anno incarnationis Mccccxcviij. calend. Martij, & deindè fuerunt decretæ literæ citatoriæ per dominum officialem Grationopol. de anno Mccccxcix. à natiuitate & die ſexta menſis Aprilis. Et in effectu attento, ꝙ
1 dictus dominus Petrus de Torchifellone † fecit procuratorium ad reſignãdum metu mortis & cruciatus carcerum, & tanquàm incarceratus non tenet ipſo iure. c. accedens. de procurator. clementin. multorum. §. ſanè. de pœn. c. Gonſaldus. xvij. quęſt. ij. & ibi Archidiaco. & maximè quia dictus dominus montis Cediati, qui fecit incarcerari dictum priorem eſt vir potens. facit l. qui in carceré. cum
2 ibi notatis. ff. de hijs quæ vi met. cauſ. fiunt. † & attento quia dictus dominus montis Cediati ſe gerit pro patre naturali dicti prioris, & ſic ſufficeret leuior metus: iuxta notata in l. j. §. quæ honorãdæ. ff. quarum rerum actio non dat. cũ ibi notatis per gl. & Barto. & ita nõ habent obſtare bullæ productæ pro parte dicti Iacobi de Torchifellone ſuper di-
3 cta reſignatione meticuloſè facta: † quia illæ ſunt ſubrepticię & abrepticię tacito de metu & violẽtijs. de hac materia vide per glo. in pragmati. ſanctione. in titul. de electio. c. j. §. ad tollendum. ſuper verbo, liberè. & ibi, an ſit opus nouæ prouiſiõi, vide etiam ibi an electio ſit ipſo iure nulla.

Quæſtio MCXCI.

QVAERITVR ſuper viſitatione prouiſionis apoſtolicæ dicti domini Petri de Caſtro

briando, ſuper canonicatu & præbenda & præpoſitura eccleſiæ Valentinenſis, quæ eſt maior dignitas poſt pontificalem in choro duntaxat, quorum, ac Abbatiæ ſecularis eccleſiæ collegiatæ ſancti Petri de burgo propè & extra muros Valentiæ dictæ præpoſituræ canonicè vnitæ, & aliorum illi forſan annexorum fructus redditus & prouentus ſexaginta ducatorũ auri de camera ſecundum cõmunẽ æſtimationem valorem annuum nę excederet ibi vt aſſeris de nobili genere ex vtroque parẽte procreatus exiſtis. Et in xxiiij. vel circa tuæ ætatis conſtitutus: necnon Archidiaconatũ Bryei in eccleſia Pariſieñ. obtines per obitum dicti Gulielmi Borſarij, qui extra Romanã curiam diem clauſit extremũ. ſiue aliàs quouiſmodo aut ex alterius cuiuſcunque perſona ſuper liberam reſignationẽ dicti Borſerij, ſiue per conſtitutionem execrabilis, etiam ſi tanto tempore vacauerit: ipséque canonicatus & præbenda & præpoſitura diſpoſitioni apoſtolicæ ſpecialiter vel ex eo, ꝙ dicta præpoſitura eſt maior poſt põtificalem generaliter reſeruatæ exiſtant, etiam ſi ad dictam pręp oſituram aſſumi eique cura immineat animarum, & lis pendeat indeciſa, duntamen tempore præſentium nõ ſit ſpecialiter ius quæſitũ mandando Epiſcopo Mutinenſi & officialibus Dyẽſis, & Valentinẽſis quatenùs ipſe vel duo aut vnus eorum recepto iuramento ratione præpoſiturę noſtro & Romanę eccleſię fidelitatis, quatenùs per te aut tuum procuratorem in poſſeſsionẽ inducant amotis quibuſlibet illicitis detentoribus non obſtantibus conſtitutionibus, ordinibus & ſtatutis, & conſuetudinibus dictæ eccleſiæ cum plenitudine canonum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis. & aliàs prout ibi pleniùs continetur cum clauſulis derogatorijs. Datũ Romæ anno incarnationis Mccccxcviij. idus Ianuarij, pontificatus noſtri anno ſeptimo, cũ proceſſu executoriali deſuper fulminato per dictũ dominum Epiſcopum Mutineñ. de anno natiuitatis domini Mccccxcix. die ij. menſis Maij. cum miſſione in poſſeſsionẽ animo cõtinuãdi, facta die xv. menſis Maij per dominum Benedictũ Chaſtillionis procuratorio nomine dicti domini Petri de Caſtrobriando citra præiudicium primæ acceptæ poſſeſsionis cum præſtatione iuramenti præſtiti per dictum Caſtillionis procuratorio nomine dicti domini de Caſtrobriando in manibus domini Gulielmi de Sala pręcẽtori dictę eccleſię Valentineñ. qui induxit in poſſeſsionẽ dictorũ canonicatuum prębẽdæ præpoſituræ aſsignando primũ ſtallum in choro. Et ibidem fuerunt intimatę literę certis corarijs & canonicis dictæ eccleſiæ. lectura monitione dicti proceſſus executorialis, & pariter fuit accepta poſſeſsio in eccleſia Burgi, prætextu dictæ Abbatiæ: & pariter dictus executor ad domum Abbatialem acceſsit, & fecit aperire portam, quæ fuit aperta, & intrauit. Sed nobilis Ludouicus de Salhiente fecit claudi portam: & pariter fuit facta inſinuatio dicti proceſſus executorialis certis canonicis dictæ eccleſiæ Valeñ. & ſancti Petri de Burgo. & pariter dicto domino Chriſtoforo de Salhiente, qui non conſentijt, & fuit facta ſibi lectura.

Quæſtio MCXCII.

QVAERITVR ſuper electione domini Petri de Caſtrobriando vbi narratur, quòd de anno incarnationis Mccccxcviij. die xiiij. menſis Ianuarij in aula noua capituli eccleſię cathedralis Valentię fuerunt citati ſex canonici ibi nominati, in quorum præſentia expoſuit dominus Gulielmus de Sala præcẽtor qualiter dicta eccleſia cathedralis Valeñ. carebat præpoſito vna cum præbenda & canonicatu per obitũ domini Gulielmi Borſerij: quare conſuluit vt eligeretur via breuis ad eligendum, & ibidem deliberauerunt & cõcluſerunt dicti canonici dictæ eccleſiæ quòd eligatur via ſcrutinij & nominauerunt ſcrutatores dominum Chriſtophorum de Salhiente canonicum & ſacriſtam, & dominum Petrum de lya concanonicum & concuratum dictæ eccleſiæ: & captauerunt craſtinam diem, quæ fuit decimaquinta Ianuarij, & ibi ſubrogauerunt dominum Michaelem Laudoys canonicum dictæ eccleſię loco dicti domini Petri Delya cum dicto domino Chriſtoforo de Salhiente. Qui quidem ſcrutatores vna cum notario & teſtibus ibi nominatis ſe tranſportauerũt ad theſaurariam dictæ eccleſiæ iuxta aulam nouam capituli & ibidem in ſecreto exiſtentibus ſinguli domini Canonici dederunt vota ſua in ſcriptis: quibus vocibus perſcrutatores habitis redierunt ad dictam aulam nouam, & ibidem capitulariter fuit facta publicatio votorum ſeu vocum. & quia dictus dominus de Sala præcentor reperit dominos Chriſtophorum de Salhiente ſacriſtam & canonicũ Michaelẽ Laudoys Franciſcum Septeri, & ipſum dominum pręcentorem declaraſſe & voces ſuas dediſſe dicto domino Petro de Caſtrobriando, ipſúmque canonicum & præpoſitum nominaſſe tanquàm à maiori & ſaniori parte dicti capituli nomine ſuo & aliorum adhærentium, qui voces ſuas dederunt. Et in præpoſitum & canonicum nominauerunt de dicto canonicatu & præbenda collationem ſibi fecit per certa verba in numero ſingulari prolata dicendo, ego Gulielmus de Salari, quem de Caſtrobriando in præpoſitum & canonicum dictæ eccleſiæ nominauerunt de dictis canonicatu, & præbenda, & præpoſitura cum maiori parte collationem ſibi facio in aſsignando horam ſecundam poſt meridiem ad audiendum publicationem dictæ collationis, necnon viſuros fieri confirmationem: receptis per Stephanum Boraſsij in præſentia teſtium ibi nominatorum: ſucceſsiuè eadem die inter primam & ſecundam horã poſt meridiem in naui dictæ eccleſię cõgregatis dictis dominis de Sala, Michaël de Sala & Franciſcus Sexterij præſentauerunt dictam collationem dicto domino Benedicto Chaſtillionis procuratori dicti domini de Caſtrobriando cuius procuratoriũ ibi inſeritur & quędã litera teſtimonialis de anno Mccccxcviij. die v. menſis Ianuarij: & qui Chaſtellionis declarauit animum quòd acceptauit iſtas prouiſiones, & diſpoſitiones prædictas cum proteſtatione in talibus fieri ſolita, & citra præiudicium aliorum ſuorum iurium in eis competentium, & ibidem petijt poſtquàm fuerit confirmatus ſe mitti in poſſeſsionem, & cum proteſtatione, quòd vbi dicta pręp oſitura eſſet electiua, quòd non intendit ſe immiſcere ante confirmationem. & petijt confirmari quatenùs indigeat à domino Claudio de Cepoſſorio vicario domini Epiſcopi Valentiæ: qui in abſentia dicti domini

Chriſtophori

Chriſtophori de Salhiente confirmauit dictam electionem quatenùs indiget. & ſubſequenter dictus dominus de Boyſſono poſuit in poſſeſsionem dictum procuratorem. Et deindè die ſequenti pariter fuit accepta poſſeſsio dictæ Abbatiæ ſancti Petri Burgi vnitæ dictæ præpoſituræ.

Quæſtio MCXCIII.

QVAERITVR ſuper quibuſdam literis de vidimus, exhibitis autenticatis coram domino vicario & officiali Valentiæ ad petitionem procuratoris capituli Valentiæ, cùm de ipſis literis indigeant in pluribus locis, & propter viarum pericula non audent portare: & ibidem inſeruntur dictæ literæ cuiuſdam tranſactionis ſeu arbitramenti facti inter dominum Epiſcopum Valentię ex vna & capitulum dictæ eccleſiæ ex altera, & ibi in primo capitulo dictæ concordiæ quò ad electionem prępoſiti, quòd fiet per capitulum ſeu maiorem partem capituli: & deindè pręſentabitur Epiſcopo, qui confirmabit & collocabit in loco præpoſiti ad dexteram partem chori, & præſtabit ſacramẽtum fidelitatis eccleſiæ ſuper altare, & ibi poſtmodùm fit mentio de decano & electione ipſius. Et ibidem fit mentio quòd inquiſita voluntate ſingulorũ canonicorũ præſidentium & reſidentium, quòd fiat electio à maiori & ſaniori parte pleráque alia capitula ibi continentur acta fuerunt anno incarnationis milleſimo ducenteſimo & decimoſexto, in feſto ſanctorũ Innocentium, ſi de tali inſtrumento tranſactionis fiat vnum vidimus, an faciat fidem vel ne, quia non fuit factum parte vocata. Deindè inſerũtur articuli dicti de Caſtrobriando incipiente. Pro declaratiõe. in quibus declaratur dicta electiq, ſeu collatio dicti domini de Caſtrobriando. & in ſeptimo & octauo articulis deducitur, quòd non fuit licitum dicto domino de Salhiente turbare dictũ dominũ de Caſtrobriando in poſſeſsione præpoſituræ, & Abbatiæ: nec pariter domino dono de tacita miſsione in poſſeſsionẽ canonicatus & præbendæ. Et in vndecimo articulo deducitur conſuetudo dicti capituli Valentiæ, quòd poteſtas capituli in electionibus, collationibus remanet quò ad pręſentes & reſidentes non vocatis abſentibus, ſed omninò excluſis. & in fine articulorum producuntur documenta dicti domini de Caſtrobriando, & in concluſione petit ſe manuteneri. Item etiam inſeritur ſchedula dicti de Caſtrobriando incipiens, Comparet. vbi produxit eius titulum prouiſionis apoſtolicæ, cum proceſſu executoriali, & cum proteſtatione citra præiudicium dictæ electionis ſeu collationis ordinarij, petendo ſequeſtrari beneficium. Item etiam inſeruntur articuli dicti de Salhiente incipiente, Quia nouiſsimè. ad euitandum dictum ſequeſtrum.

Quæſtio MCXCIIII.

QVAERTVR ſuper titulo prætenſæ electionis & confirmationis dicti domini Chriſtofori de Salhiente, quæ fuit facta eodem tempore & eodem cõtextu, ſicuti electio dicti domini Petri de Caſtrobriando, de qua ſuprà fit mentio quæſtione Mcxciij. Et ex eodem ſcrutinio, & fuerunt nominati idem ſcrutatores. & tandem fuit facta publicatio votorum ſeu vocum ſcrutinij. & ibidem dominus Ioannes de Ianta antiquior canonicus reperit dominos Ioannem de Bellocaſtro Fortunatum de Sala, & ipſum de Iareta canonicos declaraſſe in dictum dominũ Chriſtoforum de Salhiente, & voces ſuas dediſſe in præpoſitum dictæ eccleſiæ idem de Ianta nomine ſuo & aliorum adhærere volentium habita cõferentia meriti ad meritum elegit dictum de Salhiente per verba numeri ſecularis decretorum doctorum tanquàm bene meritum ſacriſtam & canonicum in præpoſitum dictæ eccleſię tanquàm te merito cum ſuis iuribus & pertinentijs aſsignando ad eandem diem hora ſecunda poſt meridiem ad videndum fieri admiſsionem præſentationem & confirmationem dictæ eccleſiæ. & tandem poſt prandium anticipando horam dictus de Ianta & alij ſuprà adhærentes ſuprà nominati inſequendo formam cuiuſdam inſtrumenti antiqui: duplici ſigillo ſigillati narrauerunt dictam electionẽ domino Claudio de Boyſſono vicario domini Epiſcopi Valentiæ qui approbauit & laudauit dictam electionem. & deindè dictus de Ianta & adhærentes iterum acceſſeruut ad capitulum dictæ eccleſiæ, & ibi fuit facta publicatio, & deindè iterum acceſſerunt ad dictum dominum de Boyſſono, vt dictam electionem cõfirmet. & informatus de forma dictæ electionis illam confirmauit: & informatus de zelo eligentium & literarũ ſupradicti de Salhiente. Qua electionis cõfirmatione obtenta dictus de Ianta & adhærẽtes pręſentauerũt dicto de Salhiente, qui facta certa proteſtatione acceptauit regratiando altiſsimo & dominis electoribus. & ibidem dictus de Boyſſono iuxta formam inſtrumenti ipſum poſuit in poſſeſſionem in ſtallo chori. & deindè præſtitit iuramentum fidelitatis ſuper altare dictæ eccleſiæ genibus flexis. & deindè die craſtina quæ fuit decimaſexta Ianuarij accepit poſſeſsionem dictæ Abbatiæ cum certis ceremonijs ibi declaratis. Et dominus Franciſcus de Voyranis prior & canonicus dictæ eccleſiæ ipſum poſuit in poſſeſionem domus præpoſituræ. & deindè dictus de Salhiente creauit caſtellanum & graphærium, & certos officiarios in iuriſdictione tẽporali Burgi, & aliâs prout ibi pleniùs cõtinetur,

ARGVMENTVM.

Electio quæ à minore parte facta eſt, à ſaniori parte facta reſpectu maioris an dici poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Pars ſanior qualiter dicatur.*
2 *Eccleſiæ potentes habere quandoquè expedit.*
3 *Electio ut teneat requiritur ut ſit facta à maiori & ſaniori parte.*
4 *Copulæ natura eſt utrunque extremorum copulare.*
5 *Pro maiori parte electionis in dubio ſemper præſumitur.*
6 *Electiones duæ quando ex uno ſcrutinio concurrant, facta à minori parte ipſo iure nulla eſt: & quæ à maiori parte facta eſt, ualet.*
7 *Quid ſi una electio facta eſſet à maiori parte reſpectu numeri: altera uero à ſaniori, minori reſpectu numeri.*

Quæſtio MCXCV.

QVAERITVR quia dicta electio domini de Salhiente dicitur facta à minori parte capituli, licèt velit prætendere quòd ſit ſanior pars:
1 Attamen † non poteſt dici ſanior pars cùm dictus de Caſtrobriando habuit quatuor voces: & reſpectu eligentium aliqui erant maioris dignitatis, vti dominus pręcentor, & pariter dictus de Salhiente, qui erat ſacriſta, nec poteſt dici ſanior pars reſpectu perſonæ electæ dicti de Salhiente: quia non habet niſi tres voces. & licèt dictus de Salhiente ſit maior ætate & graduatus: tamen dictus de Caſtrobriando
2 eſt idoneus & de maiori domo, † & interdum expedit in eccleſia habere gentes potentes pro defenſione iuris eccleſiæ: iuxta notata per Panor. in c. conſtitutis. de appellatio. Quia iſta ſanioritas conſiſtit in authoritate eligentium in zelo, & in merito electorum: & in hoc relinquitur arbitrio iudicantis: ſecundum Panor. poſt glo. in c. eccleſia veſtra. le ij. de electio. & licèt dictus de Salhiente ſit de gremio eiuſdem eccleſiæ: tamen electio facta à maiori parte eſto, quòd non ſit de gremio eiuſdem eccleſiæ debet præualere: iuxta notata in c. ſcriptum. de electio. & per glo. in c. nullus. lxj. diſtinct. & ſuprà ple-
3 niùs fuit tactum: † & duo requirũtur vt electio teneat. videlicet quòd ſit facta à maiori & ſaniori parte. c. quapropter. de electio. & ibi Panor. vbi poni-
4 tur copula: & ſic requirãtur duo: † quia de natura copulæ eſt copulare vtrunque extremorum: ſecundum Panor. ibi, licèt Innocen. expoſuerit illam copulam, &, expoſitiuè pro id eſt, volendo ſentire; ꝙ ſufficeret, quòd electio eſſet facta à ſaniori parte licèt non ſit maior numero, & hoc etiam tenet gloſſ. in dict. c. eccleſia veſtra. le ij. & glo. in l. vbi abſunt. ff. de tutor. & excuſa. dat. ab his. Sed contrarium tenent Ioan. Andr. Petr. Abbas Hoſtien. & Panorm. in dict. c. eccleſia veſtra. per dictum c. quia propter. & c. eccleſia veſtra. le premier. & c. auditis. de elect. vbi Papa retractauit electionem: quia non fuit facta à maiore parte capituli. cap. j. de hijs quę fiunt à maio. part. capitu. vbi duo requiruntur copulatiuè.
5 Et in dubio † præſumitur pro maiori parte ratione numeri: ſecundum gloſ. communiter approbatam in dict. c. j. & Panorm. in dict. c. eccleſia veſtra. vnde quando electio fit à minori parte capituli, eſt ipſo
6 iure nulla. dict. c. auditis. & ideò quando † concurrunt duæ electiones eodem cõtextu ex eodem ſcrutinio à diuerſis electoribus: tunc illa quę eſt facta à minore parte eſt ipſo iure nulla, & alia electio quæ
7 eſt facta à maiori & ſaniori parte eſt valida. † Si verò vna electio eſt facta à maiori parte reſpectu numeri, & alia eſſet facta à ſaniori parte licèt minori reſpectu numeri: tunc neutra electio teneat: ſecundum Hoſtien. & Panor. in dict. c. eccleſia veſtra. le ij. & in dict. c. auditis. & electores poterunt iterum eligere: ſecundum gloſſ. in dict. c. eccleſia veſtra. le ij. Et præmiſſa procedunt niſi numerus multũ excederet: vt quia electio eſſet facta à duplo maiori: quia tunc nõ debet admitti oppoſitio meriti ad meritum, aut zeli ad zelum. c. ſi quando. de electio.

ARGVMENTVM.

Electio facta à minori parte confirmatione poſteà facta non validatur.

SVMMARIVM.

1 *Capituli potentia penes minorem partem non conſiſtit.*
2 *Electio collegialiter & in communi facienda eſt, non ſingulariter.*
3 *Conſuetudo in electionibus attendenda.*
4 *Electio propter contemptum an nulla dici poßit.*

Quæſtio MCLXCVI.

QVAERITVR quia certi canonici abſentes dictę eccleſię Valeñ. poſt electionẽ dictorũ de Caſtrobriando & de Salhiente ex interuallo temporis ratificauerunt electionem dicti de Salhiente in aula dicti capituli & ex interuallo temporis, & quatenùs opus eſt, quilibet de particulariter elegit: inter cæteros dominus Frãciſcus de Voyranis procurator nomine domini Michaëlis Buaterij canonici ratificauit: Quæritur quid iuris, & an talis electio dicti de Salhiente facta à minori parte dicti capituli conualidetur per ſubſequentes conſenſus aliorum particulariter præſtitos? Et dicendum eſt ꝙ non: vt eſt caſus in dict. c. auditis. de elect. & eſt ra-
1 tio ſecundum Panormitan. ibi: † quia potentia capitularis non conſiſtit penes minorem partem: ideò nõ poteſt dici facta à capitulo. c. j. de hijs quæ fiunt à maior. parte capitu. licèt ex poſtfacto acceſsiſſent conſenſus aliorum canonicorum electio non po-
2 teſt validari: † quia electio debet fieri collegialiter & in communi, non autem ſingulariter: ſecundum gloſſ. in c. j. de rebus eccle. non alienan. lib. vj. & vbi electio facta à maiori parte peccaret in forma: non tamen deuolueretur poteſtas ad minorem partem, niſi quãdo electio facta à mniore parte de perſona indigna ratione delicti. c. congregato. de electio. c. perpetuæ. de electio. lib. vj. ſecundum Panorm. in d. c. eccleſia veſtra. le ij. de elect. Veruntamen erit bonum deducere conſuetudinẽ & ſtatutum dictæ eccleſiæ Valentiæ, quòd in electionibus & alijs actibus poteſtas capituli ſolùm reſidet quò ad præſentes & reſidentes: & non eſt neceſſe vocare abſentes.
3 Et in talibus † debet attendi conſuetudo. c. cùm in eccleſijs. de præben. libr. vj. & not. per glo. & docto. in c. coram. de electio. & ideò erit bonum deducere qualiter dicti canonici qui ratificauerũt de tempore dictæ electionis non erant pręſentes in dicta ciuitate Valentiæ: nec faciebant reſidentiã. Et licèt abſentes poſsint ratificare propter cõtemptum infrà
4 tempus confirmationis. c. ꝙ ſicut. de elect. † tamen electio propter contemptum nõ diceretur nulla. vt ibi habetur niſi maior pars canonicorum eſſet contempta: ſecundum Ioannem de Imol. in c. ij. de hijs quæ fiunt à maior. parte capitu. & pariter poſt confirmationem non poteſt agi de contemptu.

SVMMARIVM.

1 *Electio ſecunda non niſi prima caſſata valet.*

Quæſtio MCXCVII.

QVAERITVR ſuper alia pretẽſa electione ſeu collatione canonicatus prębendę, ſeu canonicali portiões quas obtinebat dictus quondã dominus Gulielmus Borſerij facta per dominos Chriſtophorum de Salhiente pretenſum prępoſitũ eccleſiæ Valentię, Ioannem de Ianta, Ioannem de Bellocaſtro, Petrum de Vaeſco canonicos dictę eccleſię in abſentia domini Fortunati de Ianta citati in loco

in loco febre detenti, qui vocem ſuam dedit domino Odony de Ianta, & ibidem capitulariter dederunt & contulerunt dicto domino Odony de Ianta de anno incarnationis 1498. die xviij. menſis Ianuarij, & aliâs prout ibi plenius continetur, licèt appareat de aliquali miſsione in poſſeſsionem, verum tamen talis collatio eſt ipſo iure nulla ex quo dictũ capitulũ prius contulerat, ſeu prouiderat dicto domino Petro de Caſtrobriando. c. auditis. de electio.
1 capitu. inter dilectos. de exceſ. prelato. † quia non tenet ſecunda collatio, niſi caſſata prima. dict. cap. inter dilectos.

ARGVMENTVM.

Sequeſtro in interdicto vti poſsidetis in beneficialibus an & quando locus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Recredentia in beneficialibus illi dari debet, qui apparentiorem titulum habet.*
2 *Sequeſtrum faciendum ſi æquitas ſuggerat.*
3 *Sequeſtro locus eſt ſi duorum de poſſeſsione cõtendentium nullus poßideat: ſecus ſi unus. & nu. 4.*
5 *Sequeſtro locum facit ſcandali timor.*

Quæſtio MCXCVIII.

QVAERITVR an ſit iuſta cauſa ſequeſtri dictæ præpoſituræ canonicatus & præbendæ durãte proceſſu ſuper poſſeſſorio vti poſsidetis? dubium facit: quia d. dominus de Caſtrobriando prouocauit ad iudiciũ, & obtulit eius ſupplicationẽ ſuper interdicto manutenendæ poſſeſsionis, & ita quando certum eſt aliquem poſsidere, licèt ſit contentio de poſſeſsione: tamen non debet fieri ſequeſtrum: ſecundum Bal. in l. j. C. de prohibi. ſequeſtratio. poſſeſ. & fructuum. & Petrum de Ferrarijs in titul. forma ſequeſtri. & Bal. in l. ſi diſceptetur. ff. vbi pupill. Sed in cõtrarium videtur veritas in caſu iſto: quia vtraque pars accepit poſſeſsionem eadem die, & ſic eſt cõtẽtio de poſſeſsione, inter partes: & eſt timor armorũ & rixę inter partes. l. æquiſsimũ. ff. de vſufructu: ſecundum Specul. in titul. de ſequeſtra. poſſeſsionis. verſicu. ſed nunquid. Bald. & Paul. de Caſtro in l. nullus. C. de ſumma trinita. & fid. catho. Bart. & Bald. in dict. l. ſi diſceptetur. & domi. Guid. Papę deciſi. ccxlvj. & maximè in cauſa beneficiali, vbi faciliùs permittitur ſequeſtrum cum agatur de præiudicio animæ: ſecundum Archidiacon. in cap. quia res. xj. queſtio. j. allegat ca. peruenit. de appell. facit clemen. j. de ſequeſtra. poſſeſsion. & fructu. & ne detur occaſio dilapidationis fructuũ. cap. ij. de ſequeſtra. poſſeſ. & fruct. & ne aduerſarius fatiget de fructibus & expenſis, & maximè in caſu iſto vbi apparet de non iure dicti domini de Salhiente, & ne permittatur vitioſus ingreſſus in beneficialibus. c. cum qui. de eo qui mitti. in poſſeſ. cauſa rei ſeruandæ. libr. vj. Et attento quòd apparet de apparentiori titulo d. domini de Caſtrobriando. facit quod habetur per domi. Guid. Pap. deciſi. lxxxv. & per glo. in pragmatic. ſancti. in titu de cauſis. cap. j. §. neq;. & per Ioan. Fabr. in l. ij. in fin. C. de edict. diui A-
1 dria. tollen. vbi tenẽt, † quòd recredentia in beneficialibus debet dari illi qui habet potiora iura ſeu apparitiorem titulũ, licèt aliter ſe intruſerit prius in beneficio: multò fortiùs debet fieri ſequeſtrum ad petitionẽ d. domini de Caſtro Briando: ſecundum Archidia. in d. cap. quia res. & maxime quia obſtat defectus notorius proprietatis per prędicta: ſecundum Innocen. in cap. conſtitutus. de fil. presby. & Alex. de Imol. poſt Bal. in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acquirend. poſſeſſ. in vij. fallen. & Salic. in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iuliam. de vi. & præſertim in interdicto vnde vi, habet obſtare defectus proprietatis quam apparet incontinenti. ca. licèt. de prębend. ſecundum glo. in l. ſi de vi. ff. de illi di. & per Din. in cap. qui ad agendum. de regu. iur.
2 lib. vj. Adde quòd † quotieſcunq; inſurgit æquitas ad faciendum ſequeſtrũ, & quæ mouet iudicem: vt quia timetur de cõſumptione, fructuũ cauſa protelandi iudicium, tunc debet fieri ſequeſtrum: ſecundum glo. in clemen. j. de ſequeſtratio. poſſeſsi. & fructuum, & per Ioan. Andr. in rubr. eod. tit. & per Io. Monach. in regula locupletari. de regu. iur. libr. vj.
3 vbi ſecundum ipſum † quando duo contendunt dẽ beneficio, & nemo poſſet beneficium tenere lite pendente fit ſequeſtrum: facit quod habetur in l. imperatores §. fi. ff. de appella. & in l. ſi cùm dotem. §. ſin autem. ff. ſolu. matrimo. & per glo. in cap. dilectus. de ſequeſtra. poſſeſs. & fructuum. & per domi. Gui.
4 Papę deciſi. ccxlij. vel etiam quando † timetur ſcãdallum. l. æquiſsimum. ff. de vſufruct. licèt ipſo caſu vbi apparet altera partium poſsidere nõ deberet fieri ſequeſtrum, ſed inhiberi parti aduerſę ne aliquid attentet: ſecundum Baldũ in l. j. C. de prohibit. ſequeſtra. & Bal. in l. ſi diſceptetur. ff. vbi pupil. educ. debeat. in l. ſi de proprietate. C. ſi à nõ cõpeten. iud. l. vis. C. de proba. in l. ordinarij. verſic. hic quæro. C. de rei vend. in l. ſi ſeruus. C. quod cum eo. & ibi glo. Bald. Salice. Paul. de Caſtr. & conſil. v. idem tenet Franciſc. de Cur. in repetitione. l. j. C. de prohibi. ſi quę pecu. in iiij. fallentia.

SVMMARIVM.

1 *Papa ordinarium præuenire poteſt adeò ut ſi Papa & ordinarius uno die cõtuliſſent, prouiſio Papæ ordinarij præuiſioni præferenda eſt.*
2 *Epiſcopus & uicarius ſi eodem die conferant, Epiſcopi collatio præualet.*
3 *Clauſul. Decreti irritantis ordinarium etiam inſcium ligat.*
4 *Beneficia omnia Papæ obedientialia ſunt & manualia.*

Quæſtio MCXCIX.

QVAERITVR ſuper prouiſione apoſtolica venerabilis domini Benedicti Caſtellionis ſuper canonicatu & præbenda eccleſiæ beati Bernardi de Romanis, quos quondam obtinebat dominus Gulielmus Borſerij: quorum fructus & redditus valorem annuum xxiiij. librarũ paruorũ turonẽn. non excedunt cum plenitudine iuris canonici & omnibus iuribus & pertinen. eiuſdẽ deputãdo executores ſuper hoc, non obſtãtibus apoſtolicis conſtitutionibus, ſtatutis, & conſuetudinibus dictę eccleſiæ, cum clauſula decreti irritantis. Datũ Romę anno incarnationis milleſimo quatercenteſimo nonageſimooctauo, Idus Ianuarij vna cum proceſſu executoriali, de ſuper fulminato de anno natiuitatis 1499. die ſecunda menſis Martij vna cum miſsione in poſſeſsionem de eodem anno &

die xviij. menſis Martij Viſa etiam collatione de dictis canonicatu ſeu pręb enda facta per capitulum dictæ eccleſiæ beati Bernardi de Romanis domino Ioanni Gauteronis canonico eccleſiarum ſancti Mauricij Vienñ. beatę Marię Ebreduni, ſancti Andreę Viennenſis, per obitum dicti domini Ioanni Borſerij de anno incarnatiõis milleſimo quatercenteſimo nonageſimo octauo die xv. mẽſis Ianuarij vna cum miſsione in poſſeſsionem eadem dio facta in perſonam domini Heuſtachij prioris pręten ſi procuratoris dicti domini Ioannis Gauteronis apparet manifeſtè, quòd dictus dominus Ioãnes Gauteronis non habeat titulum canonicum nec coloratum, ex

1 † quo Papa pręuenit. cap. ſi duobus. & cap. ſi tibi qui. de reſcript. lib. vj. cap. eum qui. & cap. ſi à ſede. de pręb end. libr. vj. capitul. capitulum ſanctæ crucis. de reſcript. ſecundum Bald. in l. ſi duas. ff. de excuſatio. tuto.

2 Sicuti † de collatione Epiſcopi & vicarij facta eodem die dicitur: quia illa Epiſcopi pręualet: ſecundum Ioannem Calderin. conſil. ſecundo. in titul. de offic. vicar. multò fortiùs in caſu iſto vbi collatio apoſtolica dicti domini Caſtillionis fuit facta xiij. Ianuarij & collatio dicti Gauteronis facta per capitulum beati Bernardi de Romanis fuit facta xv. menſis Ianuarij. & maximè attenta

3 clauſula † decreti irritatis quæ habet ligare manus ordinari, etiam ſi ſit ignorans. cap. dudum. de pręb end. libr. vj. Et ibi Geminia. in vndecimo notabili. & domi. de Rot. die xix. & ccclxxxvj. capit. ſi eo tempore. de electio. libr. vj. gloſſ. in clemen. j. de concesſion. præbend. in capitul. executor. & c. ſi ſoli. de conceſsio. præben. libr. vj.

4 † quia omnia beneficia ſunt obedientialia & manualia Papæ: ſecundum Bald. in l. reſcripta. C. de precib. imperato. offerend. & Papa eſt ſuper omnia, & poteſt mutare quadrata rotundis: ſecundum Bald. in cap. j. qualiter domi. proprios. & in l. Barbarius Philippus. circa finem. ff. de offic. præto. Prætereà deficit poteſtas capitul. beati Bernardi conferente in caſu iſto: quia iam eſt collatum per Papam, & ita non tenet collatio beneficij viuentis. nec obſtat quòd dictus dominus Henricus Gauteronis ſit prior in poſſeſſorio: quia non prodeſt ſibi ex quo non habet titulum: ſecundum Bartol. & Ioannem de Imol. in l. ſi de eo. §. fina. ff. de acquirend. poſſeſs. & Alexan. de Imol. conſil. cxxx. in quinto volumi. & attento quia dictus dominus Gauteronis eſt intruſus & incoloratus poſſeſſor. capitul. final. de exceſsib. prælato. cap. quia dudum. de conceſſ. pręb end. capitu. ſecundo. de reſtitution. in integrum. & ibi Panormita. ſecundum Ludoui. de Roma. conſil. quatercenteſimo nonageſimo octauo. & quod habetur per Bartol. & Bald. in l. authoritatem. C. vnde vi. & in capitul. eum qui. capitul. præbend. libr. vj. & per Panormi. in capitul. prætereà. de iur. patrona. & attento, quia obſtat dicto domino Gauteronis defectus notarius tituli: ſecundum Lapum allegatione vigeſima quarta: & domin. de Rota in nouis, deciſion. tertia & in antiquis, ſub titulo de cauſ. poſſeſsion. & proprietatis, deciſio. duodecima, & decimatertia. & quòd præuentio habeat locum etiam ſecundum tenorem pragmatic. ſanctio. dum tamen non ſit fraudulenta, habetur in titul. de collationibus. capitul. primo. de collatio. §. necque.

ARGVMENTVM.

Electionis factę à maiori parte reſpectu numeri, & electionis factę à minori reſpectu meriti diſcrimen.

SVMMARIVM.

1 *Electio maioris partis conſenſum habens largè canonica de iure naturali dicitur: ſecus de ea quæ in maiori parte facta eſt.*

Quæſtio MCC.

QVAERITVR de differentia inter electionem dicti domini Petri de Caſtrobriãdo & dicti domini Chriſtophori de Salhiente recepta per eundem notarium Stephanum Barraſsij notar. dicti capitul. Valentiæ, & in effectu differentia apparet multipliciter: tum quia electio dicti de Caſtrobriando eſt facta à maiore parte capituli, cùm habeant quatuor voces: illa verò dic Salhiente fuit facta à minore parte capituli, cùm habuerit duntaxat tres voces. & ita electio dicti de Caſtrobriando dicitur

1 † canonica largè de iure naturali, cùm habeat conſenſum maioris partis eligentium econtrà verò electio dicti de Salhiente, non dicitur canonica de iure naturali: cùm non habeat conſenſum maioris partis eligentium: iuxta notata per Innocen. & Panormitan. in capitul. quod ſicut. de electiõn. & per gloſſ. in pragmatic. ſanction. in titul. de electiõn. capitul. ſecundo, ſuper verbo, canonicas. Secunda differentia eſt quia prouiſio dicti de Caſtrobriando fuit facta per modum collationis: econtrà verò prouiſio dicti de Salhiente de dicta pręp oſitura fuit facta per modum electionis. Tertia differentia eſt, quia in electione dicti de Saliente ſit mentio quòd facit habita differentia meriti ad meritum & zeli ad zelum: ſed econtrà in prouiſione dicti de Caſtrobriando non ſit mentio, & licèt fuerint factę ambę electiones eodem contextu, & receptæ per eundem notarium: & idem erit bonum videre ſchædam originalem dictarum electionum. Quarta differentia eſt: quia in confirmatione dicti de Salhiente ſit mentio de forma confirmationis cuiuſdam antiqui inſtrumenti, & aliæ plures differentię poſſunt colligi ex inſpectione dictarum electionum.

ARGVMENTVM.

Electio ſi ex ſcrutinio fienda ſit: ſcrutatores quot & vnde aſſumendi.

Quæſtio MCCI.

QVAERITVR quando proceditur in electione per viam ſcrutinij quot debeant deputare ſcrutatores: & an debeant eſſe de collegio, ſeu capitulo? Et in effectu debent deputari tres qui ſint de collegio. capitul. quia propter. de election. licèt ſecundum gloſſ. ibi ſuper verbo, maior. Iſtud non ſit de ſubſtantia: quia ſufficerent duo inquiſitores: dum tamen nõ poſsit adhiberi fraus. & iſtud tenuerunt vice[illegible] & [illegible]: licèt communiter doctor. teneant contrarium: ſecũdum Panor. ibi, & licèt glo. etiam ibi tenuerit, quòd non requiretur, quòd ſint de collegio: tamen Gauffred. Innocen. Hoſtien. & Panormita. ibi tenent contrarium.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Scrutatorum officium quale,& quomodò voces recipere debeant,& eorum vota pandere.

Quæſtio MCCII.

QVAERITVR de officio iſtorum ſcrutatorum & quis recipiet ipſorum vota. & in effectu quò ad ipſorũ officium debent ſcribere vota ſingulorum, & debent diligenter exquirere interrogando in quem volunt conſentire & quo zelo in illum conſentiunt,& interrogare etiam de meritis illius & qualitate perſonæ:& ita,impetrat illud verbum vota.& debent etiam iſti ſcrutatores aſtringere ſingulos per iuramentum:ſecundum Ioan.And. licèt ſecundum Panormita. non ſit neceſſariũ:.ſed poterit eos adiurare ſub animę periculo.capit.conſtitutis.el ſecundo,de appella.quò verò ad modum recipiendi vota ſcrutatorũ duo ex ipſis debent ſcrutari tertium:& ipſi duo primo debent ſcrutari ſe ipſos,nec reſeruatur in fine,quia cùm aliarũ vota ſunt eis nota,poſſet electio dependere ab ipſorum poteſtate: poteſt adhiberi alia practica,vt deputetur vnus quartus cum tabellione qui ſcrutabitur illos tres:& debent vota ſingulorum exquiri in ſecreto, vt quiſque liberius poſsit dicere votum ſuum in ſecreto. Et ita fuit factum in caſu iſto:quia dicti ſcrutatores acceſſerunt ad theſaurarium propè aulam capituli Valentiæ.

ARGVMENTVM.

Scrutatorum voces in ſcriptis redigendæ ſunt:& tabellio & teſtes interuenire poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Scrutatorum uota qui redigere poßint.*
2 *Testes ſcrutinio adeſſe poßunt.*
3 *Tabellio etiam laicus ſcrutinio adhiberi poteſt.*
4 *Scriptura ſcrutinij ſeruanda.*

Quæſtio MCCIII.

QVAERITVR per quem debeant redigi vota ſeu voces in ſcriptis & in ſecreto. Et an poſsint adhiberi tabellio & teſtes. & in effectu ſecundum gloſſ.in dict. capitul. quia propter,de ele-
1 ction.ſuper verbo,redacta † debent redigi per ipſos ſcrutatores vel per tabellionẽ. & licèt excludatur alij de capitulo: non tamen excluduntur perſonæ
2 neceſſarię, † ideò poſſunt adhiberi teſtes: ſecundũ Innocen.licèt ibi Hoſtien. & Ioan.Andræ. teneât contrarium:quia dicti teſtes deponunt ſecreto ita etiam iſti ſcrutandi: ſecundum gloſſ.in dicto capit. quia propter. ſuper verbo,ſecretè, licèt Panormita. teneat,quòd poſsint adhiberi teſtes etiã in teſtimonium,maximè in re graui & ponderoſa.cap.vt officium de hæretic.libr.vj.ſecundum Baldum.in l.nul
3 lum. † Et ideò poteſt adhiberi tabellio: ſecundum gloſſ.& in dict.cap.quia propter redacta:& talis tabellio poteſt eſſe laicus,vt ſeruatur de conſuetudine:ſecundum Ioan.Andr. & Panormita. ibi,cap.j.
4 de procur.libr. vj. † Et talis ſcriptura ſcrutinij debet ſeruari vt appareat de conſenſu cuiuſlibet:ſecũdum glo.in dict.cap.quia propter.ſuper verbo,maior.nec refert an dicta ſcriptura ſcrutinij ſit publica vel priuata:ſecundum Io.Andr.ibi.& ita eſt in propoſito:quia dicti canonici Valentiæ dederunt eorũ vota in ſcriptis,& ſcripſerũt propria manu, & ſe ſignauerunt in quodã paruo libro ſecreto.d.capituli.

ARGVMENTVM.

Scrutinij forma.

SVMMARIVM.

1 *Verba latè intelligi debent.*
2 *Electio quibus uerbis fiat non refert: modo eligentium conſenſu appareat.*

Quæſtio MCCIIII.

QVAERITVR de forma ſcrutinij,& quibus verbis debeant vti:& in effectu ſecundũ Ioan.Andr.in dict.cap.quia propter.de electio.poſſunt dicere,ego nomino talem,vel conſentio in ta-
1 lem,vel eligo,quia † verba debẽt latè intelligi.cap. in geneſi. de electiõ. licèt poſteà debet ſubſequi communis electio.cap.ſicut:de electi.lib.vj.de quo latiùs per Panormi.in dict.c.quia propter.de electi. & cap.licèt.eod.tit.Adde Ioan.Andr. & Panor.in dict.cap.in geneſi.de electi.gloſſ.in cap.author.de inſti.vbi interdum collatio accipitur pro inſtitutione.vide c.cùm in illis.de præbend.lib.vj.vide gloſſ.
2 in cap.quãtò. lxiiij.diſt. † quòd non refert per quæ verba fiat electio dum tamen appareat de conſenſu eligentium.

ARGVMENTVM.

De ſcrutinij publicatione,collatione, & communi electione.

SVMMARIVM.

1 *Scrutinium ſtatim atque factum eſt publicandum uenit.*
2 *Collatio meriti ad meritum & zeli ad zelum per eum qui conſtitutus eſt,faciendum eſt.*
3 *Electionis publicatio ſolemniter fieri debet de communi electione uerbali prius facta.*

Quæſtio MCCV.

QVAERITVR quando debeat fieri publicatio & collatio,& communis electio. Et
1 in effectu debet † fieri publicatio ſcrutini mox ſeu incontinẽti:quia non debet dilatari publicatio. Et
2 deinde debet fieri † collatio meriti ad meritum & zeli ad zelum per illum cui capitulum commiſit. Et deinde debet ſequi communis electio verbalis per alterum nomine capituli, per verba ſingularis numeri.dict.c. ſicut.de electi. lib.vj.& c.cùm ab
3 vno .de re iudic.eod.tit. † & deinde debet fieri ſolẽniter publicatio electionis tàm in capitulo,quã coram populo:ſecundum Panor.in d.c.quia propter. de electio.& de alijs ſubſtãtialibus electionis, vide ibi per glo.ſuper verbo,maior.& ibi per Panor.

ARGVMENTVM.

Electionis per viam compromiſsi forma.

SVMMARIVM

1 *Electio per uiam compromißi etiam uiris religioſis committi poteſt.*
2 *In electione compromiſſoria conſenſus omnium de capitulo requiritur.*

Quæſtio MCCVI.

QVAERITVR de forma electionis quæ
fit per viam compromiſsi, habetur in dict. c.
1 quia propter. §. vel ſaltem. de electio. † quia poteſt
committi aliquibus viris religioſis: etiam ſi nõ ſint
de capitulo, & poteſt etiam cõmitti vni: ſecundum
gloſſ. nec tenentur iſti cõpromiſſarij ſeruare iſtam
formam: licèt vnus debeat pronũtiare in ſingulari
nomine omnium. c. ſicut. de election. libr. vj. c. cùm
2 ab viro. de re iudi. lib. vj. † & requiritur in tali com
promiſſo conſenſus omnium de capitulo: nec ſuffi-
ceret maior pars: vt ibi habetur. de electione inſpira
tionis, vel quaſi ſpecies ſancti vide in dict. cap. quia
propter. §. niſi.

ARGVMENTVM.

Nominatione ſimplici nullum ius quęritur: ſed pœ
nitentiæ locum facit.

Quæſtio MCCVII.

QVAERITVR quale ius quæratur per
nominationẽ: & an ſit locus pœnitentiæ? Et
in effectu dicendum eſt, quòd nõ quęritur aliquod
ius per ſimplicẽ nominationem: ſed eſt locus pœni
tentiæ ante publicationem ſcrutinij, c. publicato. c.
quod ſicut. c. auditis. de elect. de quo ibi per doctor.
& per glo. in pragmatic. ſanction. in tit. de collatio-
nibus. c. j. §. volens. itaquè ſuper verb. nominatiões.

ARGVMENTVM.

Collatio meriti ad meritũ, & zeli ad zelum per eos
facienda eſt qui à capitulo commiſsi ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Electio communis per unum totiùs capituli nomine fieri debet.*

Quæſtio MCCVIII.

QVAERITVR per quæ debeat fieri col-
latio meriti ad meritum, & zeli ad zelum. Et
idem poteſt quęri per quem debeat fieri communis
electio poſt publicationem ſcrutinij. Et in effectu
quò ad collationem meriti ad meritum debet fieri
per illum cui capitulum cõmiſit, & ideò vtile eſt ſe-
cundum doctor. quòd capitulum à principio det po
teſtatem iſtis ſcrutatoribus ad faciendum collatio-
nem: & quòd de hoc conſtet per literã. Et ideò cùm
in caſu electiõis dicti domini de Salhiente fiat men
tio, ꝙ fuit priùs habita confirmatiua meriti ad me-
ritum, & zeli ad zelum, & nõ appareat per quẽ fue-
rit facta dicta collatio meriti ad meritũ: nec de po-
teſtate capituli: ſequitur dicendum, quòd proceſsit
nulliter. Veruntamen ex abundanti cautela poterit
interrogari Stephanus Bariaſſus, qui recepit, de cu
ius mandato appoſuit illam clauſulam, & quis fe-
cerit dictam collationem, & de cuius mãdato & ad
1 cuius inſtãtiam fecit. Quantum † autẽ ad commu
nem electionem fiendam, debet fieri per vnum no-
mine totius capituli: & per verba ſingularis nume-
ri: eſto quòd non appareat de mandato: quia tacen
do videtur ratificare. c. ſicut. de electio. libr. vj. & ibi
glo. ſecundum Panormitan. in dict. c. quia propter.
de election.

ARGVMENTVM.

Aetas quæ requiratur, vt quis dignitatem adipiſci
poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an & quando ſuper ætate diſpenſare poſsit.*
2 *Papa prouidendo ſcienter indigno diſpenſare uidetur.*
3 *Electione prima nulla exiſtente capituli, poteſtas an ad numerum minorem deuoluatur.*
4 *Electio facta ignoranter de indigno ad minorẽ numerum non deuoluitur.*
5 *Quid ſi electio à minori duplo facta ſit.*
6 *Electio quæ à principio nulla eſt, temporis tractu firmã reddi non poteſt.*
7 *In beneficijs non uerè electiuis in iure deuoluto Papa concurrere poteſt, & præuentioni locus eſt.*

Quæſtio MCCIX.

QVAERITVR quia per tenorem proui-
ſiõis apoſtolicę dicti domini de Caſtrobrian
do apparet, quòd eſt ætatis vigintiquatuor anno-
rum, an requiratur ætas vigintiquinque annorũ ad
obtinendum dictam præpoſituram eccleſiæ Valen
tiæ: & an requiratur quòd ſit in ſacris: & an videa-
tur ſufficienter diſpenſatum. Et in effectu vbi dicta
præpoſitura haberet curam animarum debet attin
gere vigeſimumquintum annum: & debet eſſe in
ſacris, aut ſaltem quòd faciat ſe promoueri in pro-
ximis temporibus. c. cùm in cunctis. §. inferiora. de
electio. Si verò dicta præpoſitura nõ habeat curam
animarũ: tunc adhuc requiratur ætas vigintiquin-
1 que annorum, † licèt Epiſcopus poſsit diſpenſare
poſt vigeſimum annum. c. j. de ætate. libr. vj. ſecun-
dum Panor. in dict. §. inferiora. Veruntamen in ca-
2 ſu iſto videtur ſufficienter diſpenſatũ: † quia Papa
ſcienter conferendo indigno videtur diſpenſare:
ſecus in inferiori: iuxta notata per gloſſ. & doctor.
in c. ij. de ſciſma. & in cap. diuerſis falacijs. de cleri.
coniugatis. Et per glo. in d. c. vno. de ætate & quali
tate. libr. vj. Et ita tenet Panor. in dict. c. cùm in cun
ctis. §. inferiora. & in c. prætereà. de ætate & quali-
tate. facit quod habetur per Bald. in l. fin. C. ſenten.
reſcind. non poſſ. & in capitu. j. quid ſit inueſtitu-
ra. & per Bart. in l. quidam conſulebãt. ff. de re iudi.
Et præmiſſa poſſunt adaptari ad quæſtionem: quia
vbi dictus dominus de Caſtrobriãdo pateretur de-
fectum perſonæ ratione ætatis, eſto quòd electio
eſſet facta à maiori parte capituli: tamen alia ele-
ctio facta de dicto domino de Salhiente, eſto quòd
eſſet facta à minori parte capituli præualeret, cùm
3 prætendatur eſſe facta de perſona idonea: † & po-
teſtas capituli eſſet deuoluta ad minorem partem
capituli: ſecundum glo. in c. quanquàm. de electio.
libr. vj. & facit c. perpetuæ. & c. ſi electio. eod. titul.
& libr. Sed in caſu iſto dictus dominus de Caſtro-
briando eſt idoneus, & ſufficiẽter fuit & eſt ſecum
diſpenſatum, prout ſuprà dictum fuit. Prætereà li-
cèt quando electio eſt facta à maiori parte capituli
de ſcienter indigno deuoluatur poteſtas ad minorẽ
4 partem capituli: † ſecus ſi eſſet facta electio de indi
gno ignoranter: ſecundum Panormita. in capit. ec-
cleſia veſtra. le ij. & in cap. conſecratio. de electio. li-
5 cèt Innocen. & Hoſtien. ibidem teneant, † quòd
idem ſit quando eſt facta electio de indigno igno-
ranter

rantia, niſi eſſet facta electio à minori numero duplo. c. ſi quando. de electionib. lib. vj. licèt Hoſtien. ibidem tenuerit quòd etiam deuoluitur poteſtas ad vnum de capitulo. Veruntamen vbi fieret electio à maiori parte indigno, ad hoc vt deuoluatur poteſtas eligendi ad minorem partem capituli requiritur quòd primo maior pars elegerit indignum: aliàs
6 ſecus: † quia ex quo electio minoris partis eſt ipſo iure nulla, non firmatur tractu temporis. capitul. non firmatur. de electıon. libr. vj. ſecundum Ioannem Andr. in dicto capitul. congregato. licèt aliqui velint tenere contrarium, de quo vide ibi per Panormita. & iſto caſu ſecundū aliquos requireretur nouum ſcrutinium, facit quod habetur in capitul. perpetuæ. & capitul. ſi fortè. de electi. libr. vj. de quo vide per Panormita. in dict. capitul. congregata. & in capitul. ſcriptum. de electio. & ideò eſſet bonum interrogare dictū Bariaſsij notariū capituli Valeñ. quæ electio præceſſerit dictum de Caſtrobriando, & de Salhiente, & ſi fuerit factum ſcrutinium vel
7 plura. Adde quòd † in beneficijs non verè electis in iure deuoluto Papa poteſt cōcurrere: & eſt locus præuentioni: de quo per Gulielmum in tractatu ſuper pragmatic. ſanction. in prima parte circa finem vbi etiā ponit certos caſus vbi Papa poteſt apponere manum non obſtante pragmatic. ſanction. vide per gloſſ. in capitul. j. §. quibus. ſuper verbo, electis. de electionib. in pragmatic. ſanction. & in capitul. ij. §. ſtatuit. eodem titul. & in ſecundo §. neque. de colla. ſuper verbo, alijs. quę dicantur proprię dignitates electione, quando eccleſia eſt viduata. iuxta capitul. ne pro defectu. & capitul. quia propter. de electionib. & Cardina. Flor. conſil. ccciij.

ARGVMENTVM.

Electio quæ de idoneo facienda eſt, ſufficit vt idoneus eligatur, licèt idoneus reperiri poſsit: niſi dictum fuiſſet à principio quod de idoneiori fieret.

SVMMARIVM.

1 *In electionibus an potentia, diuitiæ, & nobilitas attendātur.*
2 *Pro nobilitate & potentia, an præſumatur.*

Quæſtio MCCX.

QVAERITVR an ſufficiat eligere idoneū in eccleſia, licèt poſsit reperiri magis idoneus & an in electionibus beneficiorum ſit habenda ratio potentiæ, diuitiarum aut nobilitatis? Et in effectu prima facie videtur dicendum, quòd debet eligi magis idoneus, vt prouideatur eccleſiæ, cùm debeat eligi doctior & ſanctior. capitul. licèt. octaua quæſtione prima. veruntamen licèt titulo ſit eligendus: tamen ſufficit ſi eſt idoneus: quia conueniens ſcientia toleratur in prælato, & ſufficit quòd non ſit malus: ſecundum gloſſ. in capitul. conſtitutus. de appellation. Nec in hoc vulneratur conſcientia: ſecundum gloſſ. in dict. capitul. licèt. veruntamen ſecundum Panormitanum, in dicto capitul. conſtitutis. poteſt diſtingui: quia aut fuit appellatū à principio ne fieret electio: niſi de idoneiori, & tunc ſi reperitur de eodem collegio magis idoneus non tenet electio de idoneo: aut non fuit appellatum, & tunc tenet electio de idoneo, licèt eligentes peccēt: & hoc quādo in eodē collegio reperitur magis idoneus: aliàs ſecus: ſecundum Panormitanum, ibi facit quod habetur per Bartolum, in l. cùm quidam
1 ff. de legatis primo. † Quantum autem ad potentias, diuitias, & nobilitatem alicuius: licèt quò ad Deum non ſit acceptio perſonarum. capitul. venerabili. de præbend. capitul. nouit. de iudic. tamen interdum habetur diſtinctio qualitatis perſonarū. capitul. de multa. in fine de præbend. & expedit in eccleſia Dei habere ſubditos locupletes pro defenſione iurium eccleſiæ: ſecundum gloſſam in capitu. cum eccleſiaſticę. de exceptio. & certis partibus prę ferendus eſt ditior, ſeu potior, vt melius conſolatur eccleſię: ſecundum gloſſ. in dict. capitul. conſtitutus. de quo ibi latiùs per Hoſtienſem. & Panormi-
2 tanum. † Et an præſumat pro potentia ſeu nobilitatem: & dicendum eſt quòd ſic: ſecundum gloſſ. in capitul. illud. quadrageſima diſtinctio. licèt in contrarium faciat gloſſ. in capitul. quoniam vetus. vigeſimaquarta. quæſtio. prima. quę adhuc de Petro, qui fuit piſcator & filius Fabri quem dum elegit in apoſtolatum. & ſic non conſideratur ſplendor domus, vide gloſſam in pragmatic. ſancti. in capitul. j. §. ad locum. vbi debent iurare de eligendo vtiliorē & aſſumere ſacramentum euchariſtiæ, & ibi gloſſ. ſuper verbo, vtiliorem. & an teneat electio de magis idoneo contra iuramentum, vide ibi per gloſſam. Adde actuum vj. quæ requirantur in electione perſonæ idoneæ. & in regula ſancti Benedicti capitul. xxxj. fol. cxviij. verſicul.

ARGVMENTVM.

Vota qui in ſcrutinio dedit, ſcrutinio aperto ea reuocare vt alteri electioni adſentiat non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Electionem de alio factam, quem ex quo vocem dedit publicato ſcrutinio impugnare non poſſe regulare.*
2 *Electus qui alium elegit in ſcrutinio, an numerum electionis de ſe factæ augeat. & nume. 4.*
3 *Electioni de ſe factæ à minori parte qui cōſentit ambitionis ſuſpitione non caret.*
5 *Electio an per nominationem in ſcrutinio factam publicatione nondum facta ius quæſitum ſit.*

Quæſtio MCCXI.

QVAERITVR quia dictus dominus de Salhiente dedit eius vocem pro dicto domino de Caſtrobriando & habuit quatuor voces, licèt dictus de Salhiente habuerat tres voces, & an dictus de Salhiente poſsit impugnare electionem dicti de Caſtrobriando, & an dictus de Salhiente computetur in numero eccleſiarum, & augeat numerum eligentium, & an conſentiendo electioni de ſe factæ videatur diſcedere à voce per eum prius pręſtita. &
1 in effectu † regulariter quis non poteſt impugnare electionem de alio celebrato ex quo ſemel dedit vocem publicato ſcrutinio. capi. publicato. de electio. capitul. nulli. de electionib. libr. vj. & an quis poſsit venire contra factum ſuum iſto caſu, vide per gloſ. & doctores in capitul. qualiter. de electio. & in cap. diuerſis fallacijs. de cleric. coniuga. ſed redeundo
2 ad quęſitum, † quòd dict. de Salhiente non augeat

numerum quò ad electionem de ſe factam per alios ex quo eligit alium in ſcrutinio ſecreto, & alius eſt electus à maiori parte tenet: glo. & ibi Panormita. in capitul. licèt. de election. pro quo videtur caſus in dicto capitul. cumana. eodem titul. & hoc tenet Panormitan. poſt gloſſ. in capitu. cùm in iure peritus. de election.
3 † Quinimò conſentiendo electioni à minori parte factę pręſumitur ambitioſus: quia talis electio cenſetur oriri à ſe ipſo: ſecundum Panormitan. in dicto capitul. cùm in iure peritus. & maximè, quia dictus de Salhiente facta publicatione ſcrutinij non diſceſsit à voce per ipſum data dicto de Caſtrobriando. Et pariter fuit præſens vt pręſumitur tẽpore publicationis, & electiõis factæ de perſona dicti domini de Caſtrobriando: & non apparet quòd diſceſſerit ab eius electiõe: quia poſt publicationem non poteſt accedere ad aliam electionem: quia conſenſus eſt præſtitus in dicto ſcrutinio. capitu. quia propter. capitu. auditis. de electi. ſecundum Panormitanum in dicto capitul. cùm in iure. & hoc quando fuit ſeruata forma dicti capitu. quia propter. aliâs ſecus: vt quia fuit facta electio cunctis audientibus: iuxta notata in capitul. ſicut. & capitul. is cui. de electi. libr. vj. niſi fuerit per modum ſcrutinij priuati: quia tunc eſſet eadem ratio: ſecundum Panormitanũ, in dicto capitul. cùm
4 in iure: † quia quãdo fit ſcrutiniũ priuatum ſiue ſit ſeruata forma dicti capitul. quia propter, ſiue non, electus non auget numerum nec poſſet conſentire à principio. in ſe ipſum: cũ ignorat an alij in ipſum, conſentiãt: ſecundum Panormit. in dict. capit. cùm in iure. ſed iſta ratio videtur ceſſare in caſu iſto: quia dict. de Salhiente fuit vnus de ſcrutãtibus qui
5 ſciebat vota aliorum. † niſi dicatur ꝙ huiuſmodi nominatione in ſcrutinio facta non quæratur ius ante publicationem, ſed eſt locus pœnitentiæ. dict. c. publicato. veruntamen ex quo d. de Salhiẽte fuit electus à minori parte, vel etiam ſi diceretur electus ab æquali non poteſt conſentire electioni nec diſcẽtire ab electione per eum facta cum alijs de dicto domino de Caſtrobriando: ſecundum Panormitanum in dicto capitul. cùm in iure: licèt dictus dominus de Salhiente non fecerit aliquam reuocationẽ aut proteſtationem ſuper & contra electionem dicti domini de Caſtrobriãdo. & ideò erit bonum interrogare dictum Bariaſsij notarium an tempore publicationis electionis dicti de Caſtrobriando dictus de Salhiente fuerit præſens, vel ne, & ſi reclamauerit, vel ne.

ARGVMENTVM.

Vnus ex ſcrutatoribus an eligi poſsit.

Quæſtio MCCXII.

QVAERITVR an ſcrutatores aut compromiſſarij ſuper facto electionis fiendæ deputati poſsint vnum ex ipſis eligere? Et videretur dicendum quòd non. capitul. final. de inſtitution. clementin. final. de rebus eccleſi. non alienand. ne videatur in facto proprio authorizare. & iſtam partem tenet gloſſa in capitul. cùm in iure peritus. & plures doctores ibi ſequuntur, licèt gloſſ. in capitu. qui Epiſcopatum. viij. quæſtione prima, teneat contrarium. Hoſtienſ. Innocentius, Compoſtellanus, & plures alij & gloſſ. in l. planè. ff. quod quiſque vniuerſitat. & hoc verum niſi aliter forma eſſet tradita: veruntamen eſſet bonum ſcire ſi alter ſcrutator dederit vocem ſuam dicto de Salhiente vel ne.

ARGVMENTVM.

De prouiſione apoſtolica Abbatiæ monaſterij ſancti Tartij Saonis.

Quæſtio MCCXIII.

QVAERITVR ſuper viſitatione bullæ prouiſiõis apoſtolicę domini Honorati de Baſcha ſibi factæ de monaſterio ſancti Tarcij Saonis ordinis ſancti Auguſtini Abbatis, regimine ad præſens deſtituti per obitum Gerardi illius tunc Abbatis dum viueret ſiue aliâs quouiſmodo aut alterius cuiuſcunque perſona vacaret, cuius redditus & prouentus ducentorum ducatorum auri de camera vt aſſerunt non excedunt vnà cum prioratu ſancti Petri de Tarcibus Siſtertienſis ordinis Aquenſis diœceſis & ſingulis alijs beneficijs quæ obtinet, dummodo tempore datæ pręſentium & de abbate cõſtet prouiſum ſeu commẽdatum canonicè non exiſtat in mandando dilectis filijs Ioanni Collardi, Petro Filholi Verduneñ. & Auinioneñ. eccleſiarũ canonicis ac officiali Valentię quatenus ipſi vel diuerſi vnus eorum per ſe vel aliũ vel alios in apprehendenda poſſeſsione regiminis & ad inſtitutionem bonorum dicti monaſterij aſsiſtant. Volumus autem quòd prius quàm in regimine dicti monaſterij in aliquo ſe immiſceat in muneribus eorum executorum vel alicuius eorum nomine Romanæ eccleſiæ iuramentum fidelitatis præſtet, ſecundum formam bullæ interclusę. Et quòd propter commẽdam huiuſmodi, diuinus cultus nullatenus minuatur decernimus in irritum &c. Datum Romę anno incarnationis milleſimoquadrigẽteſimo nonageſimooctauo. decimooctauo calẽd. Decembris viſo etiã proceſſu executoriali deſuper formato per dominum Ioannem Collardi canonico eccleſię Verduneñ. alterum exequutorẽ vbi inter cętera continetur clauſula, ita tamen quòd dictus dominus Honoratus principalis ſuprà ſcriptorum vel alterius eorumdum fidelitatis ſolitũ præſtet iuramentum, prout præfatus dominus noſter Papa in dictis literis apoſtolicis voluit per ipſum dominum Honoratum præſtari iuxta tenorem bullæ tranſmiſſæ intraclusę. & pariter ibi continetur clauſula centum, per quam idem executor committit vices ſuas perſonis ibi declaratis, & aliâs prout ibi plenius continetur. Datum Romæ anno natiuitatis domini milleſimo quatercenteſimo nonageſimonono, die vigeſimatertia menſis Aprilis. & licèt dictus dominus Ioannes Collardi canonicus eccleſiæ Verdunẽſis in bulla apoſtolica prouiſionis dict. domini Honorati ſit nominatuss alter executor: veruntamen non ſit mẽtio quòd reſideat in curia Romana, & ideò dubium facit ſi poterit exercere officium executoris apoſtolicum extra locum canonicatus Verduneñ. cùm non fiat mentio: iuxta nota. per doctores, in capitul. reſtitutionem. de reſcriptis. libr. vj. &c.

libr.vj.& in capitu.fina.de fideiuſſor.tenendo opinionem illam,quòd dictum capit.ſtatutum,habuit locum in executoribus apoſtolicis.

ARGVMENTVM.

De literis introcluſis formæ iuramenti.

SVMMARIVM.

1 *Subexecutor (qui merus eſt executor) nihil aliud præter mandati formam in exequendo ſequi tenetur.*

2 *Executor cui nudum miniſterium commiſſum eſt an alteri uices ſuas committere poſſit.*

Quæſtio MCCXIIII.

QVAERITVR quia poſtquã dictus proceſſus executorialis fuit fulminatus per dictum dominum Ioannem Collardi canonicum verdunenſem, dictus dñs Honoratus de Baſchio de hoc pręſenti anno Mccccxcix. die vigeſimaquinta menſis Maij præſentaret eius literas prouiſionis cum dictis literis forma iuraměti introcluſis egregio domino Chriſtophoro de Salhiěte canonico & officiali Valentiæ,qui officialis delegatus aperuit dictas literas cùm ſudipěnio plumbo remanente à parte inferiori ab eodem domino Honorato genibus flexis perlegente recepit iuramentum, ſaluo iure electi confirmati,&cuiuſcũque alterius: & conſequenter die ſequenti dominus Ludouicus Colli canonicus & curatus dictæ abbatiæ Saonis induxit in poſſeſsionem dicti monaſterij dictum Ludouicũ de Baſchio procuratorem dicti domini Honorati,cũ illa proteſtatione citra præiudiciũ dicti domini Honorati. Et licèt dicta proteſtatio nõ debuerit opponi:quia nõ fuit cõmiſſum dicto offi-
1 ciali,niſi nudũ miniſteriũ.† Et pariter ſubexecutor in miſsionem in poſſeſsioně,non eſt niſi merus executor. Et ita debebant exequi iuxta formã mandati:iuxta notata in c.paſtoralis.§.quia verò.de offic. delegati.& in capit.de cætero.de re iudicat.Et ideò poteſt quæri ſi poſsit iterum præſtari iuramentum in manibus domini Petri Silhioli alterius executoris collegæ,vel alterius ſubexecutoris vigore illius
2 clauſulæ Cæterũ? Dubium facit: † quia per talem præſtationem iuramenti videtur commiſſum nudum miniſterium ſeu officium, quo caſu cenſetur electa induſtria perſonæ & non poteſt committere alteri vices ſuas.c.fina.§.is autem.& §.cæterum. de officio delegati.capitu.is cui.eodem titu.libro ſexto.Et maximè quia ibi fuit expreſſa forma iuraměti,quo caſu non poteſt alium ſubſtituere:iuxta notata per Bartolum in l.final.ff.de diuerſi.& temporalibus præſumptionib. licèt in contrarium videatur facere gloſſ.in capitu.penultim.de electiõ.lib. vj.quæ tenet, quòd quando canonicus committit vices ſuas in negotio electionis,quòd ille commiſſarius poteſt ſubſtituere:de quo vide per Panormitanum in dict.§.cæterum.& in capitu.quia propter. §.illud.de election. Veruntamen quia in dicta prouiſione apoſtolica dicti domini Honorati apponitur clauſula illa contradictores authoritate noſtra appellatione poſtpoſita compromiſ.propter quam clauſulam etiã Papa dat iuriſdictionem, ideò quò ad iuriſdictionem poterit commiſſarius alteri vices ſuas committere.clementin.j.de offic.deleg.ſecundum Innocentium & Panormitanum in dict.capitul.final. §.cæterum.Et licèt cauſa videatur cœpta coram domino officiali Valentiæ ſuper præſtatione iuramenti:tamen ex quo proceſſerit nulliter, & vltra formam mandati non impeditur alius executor vti eius poteſtate:iuxta notata in c.cùm plures. de officio delegati.libro ſexto.& in l.vna.Adde tamen,quòd per verba bullæ,datur facultas executoribus ibi nominatis ſubdelegandi quò ad miſsionem in poſſeſsionem. per verba ibi appoſita per ſe vel alium ſeu alios,ſed quò ad receptioně iuramenti videtur electa induſtria perſonæ & reſtricta poteſtas ęxecutoris vt perſonaliter recipiatur in manibus executoris vel alicuius procuratoris.

ARGVMENTVM.

Iuramentum fidelitatis an per procuratorem præſtari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum per procuratorem ſpeciale mandatum habentem etiam in animum principalis præſtari poteſt.*

2 *Imperator fidelitatis iuraměntum per procuratorě præſtat.*

3 *Iuramentum fidelitatis per procuratorem præſtari poteſt.*

4 *Iuramentum quando perſonaliter præſtandum,eſt procurator præſtare non poteſt.& nu.6.*

5 *Homagia per procuratorem recipi poſſunt.*

7 *Iuramenta fidelitatis perſonaliter non præſtantur niſi quò ad eccleſiaſticas dignitates.*

Quæſtio MCCXV.

QVAERITVR an dictus dominus Honoratus poſsit præſtare iuramentum fidelitatis
1 per procuratorem? Dubium facit: † quia etiam iuramentum poteſt præſtari per procuratorem etiam habentem ſpeciale mandatum in animam principalis.capitu.fin.de iuramento calumniæ. libro ſexto. Adde Bartol. in l.qui bonæ.§.ſi alieno.ff.de damn. infect.quòd iuramentum poteſt præſtari per procuratorem in perſonam domini & etiam in animam procuratoris.& an requiratur ſpeciale mandatum. vide ibi per Bartol. & Alexandrum. & quòd idem honor & priuilegium exhibetur procuratori quod facit pro ambaſiatoribus. vide per Angel. Aretin. in §.præterea.inſtitu.de actio.Adde clementin.Ro
2 mani.de iureiurand.§.nos itaque. vbi † Imperator præſtat iuramentum fidelitatis per procuratorem habentem ſpeciale mandatum & in animam principalis.& per gloſſam in capitu.tibi domino. ſexageſimatertia diſtinction.facit l.iuſiuradum. §.procurator.ff.de iureiurando. Adde tamen, quòd vbi principalis eſſet magis inſtructus & legalior fortè nõ admitteretur procurator ad iurãdum.argumento l.final.C.de procuratoribus.cum ibi notatis. Et
3 maximè: † quia iuramentum fidelitatis poteſt pręſtari per procuratorem ſpecialem & ſufficientem ad hoc fundatum.c.j.§.ſed verũ.per quos fiat inueſtitura,& ibi Bal.& Aluar.§.itě inueſtitura.de nat. feudo.Adde Bald.in l.j.§.ne autě.C.de cad.tollen. vbi tenet,quòd iuramentum fidelitatis poſsit præ-

ſtari per procuratorē.c.j.§.perſonā.per quo. fia. inueſt.ſecus in iure ſecūdū ipſum:quia debet pręſtare per ſe iuramentū. allegat de pace cōſtan. vide in d. c.j.§.ſed vtrum.& in c.j.quali. vaſſal.iura. deb. Sed
4 in contrarium videtur veritas in caſu iſto: vt † debeat præſtari iuramentum fidelitatis perſonaliter. c.j.§.verum.de ſta.regula.libr. vj. vbi in præſtatione homagij, Abbatiſſæ ſeu monialis habet pręſtare iuramentum perſonaliter,& exire monaſterium multò fortiùs in Abbate:& pro hoc facit l. fina. C. de iure emphyteo.vbi dominus debet facere inueſtituram per ſeipſum & non per procuratorem. Et hoc verū in emphyteuſi,ſecus in feudo; quia dominus poſſet facere inueſtituram per procuratorem: ſecundum Iaſon.ibi,allegant dictum §.ſed vtrum.
5 Et ſic † dominus poteſt conſtituere procuratorem ad recipiendum homagium. Veruntamen in caſu
6 præmiſſo prout ſuprà dictū fuit † videtur electum nudum miniſtrum perſonæ: vt debeat præſtari ſacramentum fidelitatis perſonaliter: ſecundum Baldum in l. prima. ff. de rerum diuiſione. in lvj. quæſtione facit quod habetur per Aluar.& in c. ſi quis deceſſerit.ſi de feud.controuerſ. fuer. Et præmiſſa faciunt ad quæſtionē domini Petri de Caſtrobriando prępoſiti Valentiæ,qui habuit ſimilem prouiſionem apoſtolicam præſtando iuramentum fidelitatis in manibus certorum executorum. & ſic præſupponitur,quòd ſit dignitas electiua:vt pręſumen-
7 dum eſt:quia † talia iuramenta fidelitatis nō præſtantur niſi quò ad dignitates eccleſiaſticas.c.ego. de iureiurand.Et ideò talis præſtatio iuramenti nō poteſt bis delegari,nec pariter præſtari per procuratorem,prout ſuprà dictum fuit.

ARGVMENTVM.

De ætate aut ordine in beneficijs eccleſiaſticis.

SVMMARIVM.

1 *De ætate aut ordine in beneficijs conſuetudini ſtandum.*
2 *Epiſcopus electionis aut promotionis tempore ſubdiaconus eſſe debet.*

Quæſtio MCCXVI.

QVAERITVR de ætate aut ordine in beneficijs eccleſiaſticis: & in effectu iam ſuprà fuit tactum.& ideò procedam remiſsiuè,de quo habetur per gloſſ.& doctores in cap.cùm in cunctis.§. inferiora.& in cap.dudùm.le i.de electio. & in cap. ſuper inordinata.de præbend.& per gloſſ. in cap. ſi eo tempore. de reſcript. libro ſexto. & per gloſſam
1 in cap.primo.lx.diſtinction. † vbi ſtandum eſt conſuetudini.& in cap.licèt.de electíon.libro ſexto. & in cap.ſi pro clericis.& cap.eum cui.de præben.lib. vj.& in cap.ſecūdo.de inſtitutio.eodem l.bro. quia
2 ſpeciale eſt in Epiſcopo: † vt tempore electiōis aut promotionis ſaltem debet eſſe ſubdiaconus. cap. à multis.de ætate & qualitate.aliâs regulariter,quando beneficium habet ordinem ſacrum annexum de iure communi, ſtatuto, aut conſuetudine, ſufficit quòd reſpectu altitudinis poſsit promoueri ad ordines infrà tempus debitum,niſi ex fundatione beneficij requireretur quòd eſſet actualiter in ſacerdotio:ſecundum Panormitanum in dicto capitu.cùm in cunctis.§.inferiora. & per gloſſam in dicto cap. ſi eo tempore.aliâs ſecus.dicto capitul. eum cui. & capitu.ſi pro clericis.& iſtud facit pro fundatione iuris patronatus certarum eccleſiarum ſeu capellarum vbi requiritur, quòd præſentatus ſit in ſacris presbyter & celebrans miſſam.

ARGVMENTVM.

Electio facta per ſcrutinium redactū in ſcriptis notario atteſtante actum eſſe in capitulo duobus teſtibus præſentibus, valet & tenet.

SVMMARIVM.

1 *Electio quæ ſcrutinium ſubſequitur uerbalis eſſe debet.*
2 *Electio quo loco publicanda.*
3 *Electiones quæ populo publicandæ ſunt.*
4 *Iſta uerb. Actum in capitulo præſentibus teſtibus. atteſtata per notarium quòd publicationem & conſummationem actus denotant.*
5 *Electio quæ fit alta uoce publicum ſcrutinium dicitur & nulla alia electione eſt opus.*
6 *Subſcriptio in notis ſcrutinij ſolennitatis eſt, nō ſubſtātiæ.*

Quæſtio MCCXVII.

QVAERITVR quia per tenorem ſcrutinij & electionis dicti domini de Caſtrobriando apparet, ꝙ dictus dominus Gulielmus de Sala præcentor elegerit tàm nomine ſuo quàm aliorum adhęrentium dictum de Caſtrobriando in ſcriptis, & ſe ſubſignauit, licèt notarius ibidem atteſtetur, quòd elegerit per modum deſcriptum cuius tenor ibi ſequitur,& deindè apponit actum in præſentia duorum teſtium ibi nominatorum,& actum in capitulo:an talis electio de iure teneat: & an debuit fieri alia publicatio? Dubium facit: quia licèt vota ſcrutinij debeant fieri in ſcriptis.dicto capitu. quia
1 propter.de electíon. † tamen electio quæ ſubſequitur debet eſſe verbalis:ſecundum Panormitan. ibi. in decimoſexto ſubſtantiali.allegat capit. eccleſia. eodem titu.& cap. ſicut. de electíon. libro ſexto. & cap.cum vno.de re iudicata.eodem libro.niſi dicatur in caſu iſto, quòd dictus dominus præcentor vtrunque fecerit videlicèt,quòd verba eligentium, & quòd pariter manu propria dictam electionem ſumpſerit, & ſe ſubſcripſerit: & licèt vota ſcrutinij fuerunt publicata in cōmuni,videlicet in capitulo,
2 quod etiam de iure requiritur: † tamen etiā requiritur publicatio electionis in capitulo: & etiam eſt licitum vt publicetur populo:ſecundum Panormi. in dict.c.quia propter.in decimoſeptimo ſubſtātiali.allegat c.cùm dilectus.eodem titu.Et hoc verū in
3 dignitatibus † eccleſiaſticis. in quibus eccleſia eſt viduata in quibus procedit dictum cap. quia propter.quia aliâs ſufficeret, ꝙ fieret electio alijs audientibus.iuxta notata per gloſſ.in dict.c.ſicut.Sed
4 in caſu † iſto ex quo notarius atteſtatur actum in capitulo præſentibus ibidem nominatis. Iſta verba denotant publicationē & confirmationem actus: iuxta notata per Baldum in authenti.quòd ſine. & authen.ſequen. C.de teſta.& per doctor.in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.& ita in caſu iſto non poteſt dici dicta electio domini de Caſtrobriando clandeſtina,cū fuerit ſolēniter publicata in capitulo alijs canonicis

canonicis audientibus, & etiam recepta per notarium:facit etiam l.fideicommiſſa.§.j.ff.de legat.iij. & quod habetur per Panormi.in cap.cùm P. tabel
5 lio,de fide inſtrument. Adde quòd quando † fit electio alijs audiētibus,tunc dicitur ſcrutiniū priuatū ſi non eſt opus alia electione: ſecundum Panormi. in cap.cùm in iure.de electio. & ideò eſſet bonum interrogatione notarij ſi electio dicti domini de Caſtrobriando facta per dictum dominum præceptorē fuit facta verbaliter alijs canonicis pro tūc in capi
6 tu.exiſtētibus&audiētibus. Adde† ꝙ ſubſcriptio in votis ſcrutinij eſt de ſolemnitate non de ſubſtantia ſecūdum glo.in cap.quantò.lxiij.d.& ideò in ſcrutinio canonici qui nominauerunt dictū de Caſtrobriando quibus ſe ſubſcripſit ſeu ſcripſit manu propria ſuum votū & ſignauit, licèt ſcrutatores ſecundum vnam opinionem debeant ſcribere:de quo per Panormit.in dict.cap.quia propter.de electio. vide cap.cùm inter canonicas.de electio. vbi fit mentio de iſta ſubſcriptione electionis, & quòd electores non poſſunt variare ex quo electio eſt facta à maiori &ſaniori parte,etiam de perſona de gremio alterius eccleſię:quia maior pars capituli,ex quo eſt cōgregatum,repręſentat totum capitulum & dicitur ſanctum officio ſuo pro illa electione.

Quæſtio MCCXVIII.

QVAERITVR quòd ad electionē dñi Chriſtophori de Saliente,quæ fuit facta per dominum Ioannem de Ianta in ſcriptis,& pariter ſe ſubſcripſerit:&vt prętēditur fuit dilata ab hora octaua de mane ad horam ſecundam poſt meridiem in capitu.& aſsignatum ad publicādum in clauſtro, ita ꝙ iſto caſu poſt publicatione ſcrutinij&collationē meriti ad meritum debet ſtatim fieri electio nullo actu extraneo ita, ꝙ ſi aliter fiat,electio eſt ipſo iure nulla.ca.cùm poſt petitam.de electio. & notatur per Panormita.in dict.cap.quia propter. eod. titul. in xiiij.ſubſtantiali. & ideò eſſet bonum interrogare dictum Bariatus notariū qui recepit, qua hora fuit facta electio dicti de Saliente: & ſi fuerit facta poſt electionē dicti de Caſtrobriando,& per quantum interuallum temporis:& ſi capitulum ibi eſſet concluſum poſt electionem dicti de Caſtrobriādo, ita quòd diceretur functum officio ſuo.&an dictus de Saliente fuiſſet pręſens in electionem dicti de Caſtrobriando,&ſi reclamauerit,aut ſe oppoſuerit aduerſus electionem dicti de Caſtrobriando. verūtamen redeūdo ad quæſitum quādo electio eſt dilatata ſeu procraſtinata poſt publicationem ſcrutinij ſi interueniſſet actus naturalis neceſſarius: iuxta l. antiquitas.de teſtamen.vel etiam miſſa ſancti ſpiritus non vniret electionem: ſecundum Panormita. in dict.cap.cùm poſt petitam,licèt aliqui velint tenere, ꝙ ad hoc vt vitietur electio in capitulo, cum poſt petitam.interuenit duplex cauſa captationis, videlicèt:quia electio fuit dilata ſine cauſa:& quòd ſecunda cauſa:quia fuit requiſitus conſenſus & pręſtitus ante electionē,aliàs vbi ſola electio eſſet protracta non vitiaretur:licèt ſecundū Ioannem And. & communiter doctores etiam vbi electio eſt protracta ſine cauſa,tunc electio eſt nulla: ſecus ſi eſſet protracta ex cauſa & adhibetur ſuperior ad cogendum electiones,vt perueniāt ad electionem.cap.publicato.de electione, ſecundum Panormit.in dict. capitul.cum poſt petitam.

ARGVMENTVM.

Electus qualiter & quando electioni adſentire debeat & quibus verbis vtendum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Electi conſenſus ſtatim atque electio facta eſt requirendus.*
2 *Electus intra menſem à tempore præſentationis conſenſum præſtare tenetur.*
3 *Conſenſum requirere antequàm electio fiat quandoq; utile.*

Quæſtio MCCXIX.

1 QVAERITVR † quia poſt electionem debet requiri & præſtari conſenſus electi & non ante electionem,ne notetur ambitione. dict. c. cùm poſt petitam. de electione.c.quam ſit.in fin. c. cupientes.§.cæterùm.& cap.ſi electio.de electi. lib. ſexto, qualiter debeat ſe habere & reſpondere electus & an debeat incontinenti cōſentire, de hoc habetur per gloſſ. in cap. ſcripturis.viiij.quæſtio.j. Et per Innocen. in cap.cùm in iure.de election. & per glo.in dict.cap.cupientes.§.penult.de electio. libr.
2 vj. † quia electus à tempore electionis & pręſentationis debet pręſtare conſenſum infra menſem. dicto cap.quam ſit.& nota.per glo.in dict. ſi electio. & ideò deueniendo ad quæſitum regulariter quando requiritur conſenſus ante electionem non debet
3 iſte conſentire propter ambitionem.† Veruntamen quandoq; eſt vtile requirere voluntatē alicuius ante electionem,ne ſi contingeret diſſentire, vilipendātur dignitates,& differetur prouiſio eccleſiæ: ſecundum Inno.&Panorm.in dict.cap.poſt petitam. de electi.& iſto caſu poterit reſpondere, nolo quòd me eligatis,&ita rogo:vel poteſt reſpondere non intendo dei vacatione reſiſtere.& ſic poteſt indirectè declarare voluntatem ſuam.Si autem requiritur cōſenſus poſt electionem,tunc eſt honeſtū quòd non ſtatim conſentiat:ſed aliquantulum reſiſtat ne notetur ambitione: & tunc poterit reſpondere nolēs volo,& volens nolo:ſecundum gloſſ.in dict.cap.in ſcripturis. viiij. quæſtione j. vel ſi velit, poterit reſpondere incontinenti ad impediendum ne aliqnis pernitioſius ſe ingerat:& tunc poterit dicere charitas cogit me ad conſentiendum.cap.qui Epiſcopatum.viij.quæſtio. j. qualiter autem poſtulatus debeat reſpondere habetur per gloſſ.in dicto capitu. cupientes.§.penul.de electio.libr.vj.& licèt glo. in dict.cap.cùm poſt petitam de electio. teneat quòd quando quis diſſentit, non debent eligi ad aliquā dignitatem.hoc verum quando conſtaret,quòd nō velit conſentire præciſè.ſecus ſi pro honeſtate diſſimularet ſe non velle conſentire: ſecundum Panormita.in dict.cap.cùm poſt petitam.circa fin.quia ſecundum Hoſtien.ibi fugientes & inuiti debent eligere;non autem ambiētes & ſe offerentes.dict.cap. in ſcripturis.viij. quæſtion.j.l.ſi quemquam. C. de epiſcop.& cleric.

ARGVMENTVM.

Electus non acceptando electionem de ſe factam an peccat:& an cogi poſsit vt conſentiat & dignitatem acceptet.

SVMMARIVM.

1 *Inuito beneficium non confertur.*

1 *Eligentium & electi conſenſu matrimoniũ cum eccleſia aut dignitate contrahitur quod ratum & conſummatum cõ firmatione & conſecratione.*
3 *Creſcere nullus cogitur inuitus.*
4 *Epiſcopo, inuito Papa, monaſterium intrare non licitum.*
5 *Elegẽtium & electi conſenſu ius prælaturæ & adminiſtrationis electio quæritur: exercitium uerò confirmatione.*
6 *Electus ſi electioni non adſentierit, cum ſe idoneum agnouerit noxam maximam incurrit.*
7 *Electus quid præſtare poſsit, cognoſcere tenetur.*

Quæſtio MCCXX.

QVAERITVR nunquid peccet electus, non conſentiẽdo electioni de ſe: & an quis poſſit cogi ſeu compelli ad conſentiendum & accipiendum dignitatem eccleſiaſticam. & videretur prima
1 facie dicendum quòd non: † quia inuito non confertur beneficium: vt in regula iuris. l. inuito. ff. de regul. iur. præterea quod legitimè fit, pœnã non meretur. l. Gracchus. C. de adulter. ſed ſic eſt, quòd electus habet facultatem conſentiendi electioni, vel nõ. cap. cùm inter canonicos. de election. cap. quàm
2 ſit. & cap. ſi electio. de electio. libr. vj. † quia quando adhibetur conſenſus electi, tunc per conſenſum eligentium & electi initiatur ſpeciale vinculum cõiugij inter electum & electionem. dict. cap. cùm inter canonicos. & per confirmationem fit ratum: per conſecrationẽ verò dicitur conſummatum. cap. fin. de tranſlati. epiſcopor. Et per conſequens ſi electus non acceptat non dicitur peccare. Veruntamẽ glo. in cap. Epiſcopus de loco. vij. quæſtion. j. videtur tenere quòd clericus de minori nõ poſsit cogi ad ma
3 iorem ab Epiſcopo: † quia nemo creſcere cogitur inuitus. ca. geſta. lxxiiij. diſtinctio. ſed à Papa poſſet compelli. Si verò Epiſcopus eſt vocatus ſeu tranſlatus ad alium epiſcopatum, requiritur eius conſenſus. & tandem tenet quòd Epiſcopus poteſt cogere clericum vt tranſeat ad maiorem locum: pro quo facit capitu. ſcias. vij. quæſtio. j. vbi debet attendi vti-
4 litas publica & eccleſiæ. † Et ideò Epiſcopus non poteſt fieri monachus inuito Papa. glo. verò in cap.
5 quantò. lxiij. diſtinctio. † tenet quòd per cõſenſum eligentium dum tamen electus conſentiat, acquiritur electo ius prælaturæ, & ius adminiſtrãdi: ſed nõ acquiretur exercitium ante confirmationem: licèt confirmatio nihil non iuris tribuat, niſi exercitium adminiſtrandi. Archidiacon. in dict. capitul. ſi electio. ſuper verbo, recuſat. licèt requiratur conſenſus electi: quia per talem conſenſum contrahitur vinculum ſpirituale, prout ſupradictum fuit. capit. quoniam frequens. §. ſi verò. vt lite non conteſta. & quòd non poteſt compelli ad conſentiendum:
6 peccat † tamen mortaliter ſi ſe dignum credit ad prẹlaturam & ipſam ſibi oblatam non recipit, allegat gloſſ. in cap. in ſcripturis. viij. quæſtio. j. quod eſt verum ſecundum ipſum, quando alius deeſt. Et
7 iſto † caſu debet electus vires ſuas metiri. capitul. non eſt præſentanda. prima quæſtio. prima. & quadrageſimanona diſtinction. §. j. in fine. & ita tenent Ioan. Andr. in nouella. & Geminia. in dict. capitul. ſi electio, quaſi dicat ſecundum Geminian. quòd quis non debet ſemper ſe putare dignum: pro quo facit quod ſolet dici per gloſſ. in clementi. j. de reliquijs & veneratione ſanctorũ, ſuper verbo, confeſſus. quis eſt ille & laudabimus illum. Idem verò Archidiacon. in capitu. j. de poſtula. prælato. lib. vj. videtur tenere quòd ſiue loquantur in electione vel poſtulatiõe quis nõ cogitur inuitus cõſentire: quia nemo inuitus cogitur creſcere. dicto capitul. geſta. lxxiiij. diſtinct. prout ſupra dictum fuit: Panormit. verò in capitu. fina. de poſtulatio. prælator. videtur facere certã diſtinctionẽ, an clericus poſsit prẹciſe cõpelli citra Papã: de quo vide ibi latiùs per ipſum: & an Epiſcopus poſsit inuitus transferri ad alium Epiſcopatum. & ibi refert in fine extrauagant. Conſtantiæ, quòd requiritur eius conſenſus. de quo etiam per ipſum in capitul. final. de confirma. vtil. vel inutil. facit quod habetur per gloſſ. in capitul. per principalem. ix. quęſti. iij. Adde Matthæ. xxiij. vbi prohibetur appetere primos recubitus in menſa & primas cathedras in ſynagogis. facit Luc. xiij. ſed in contrariũ facit j. Thimo. iij. ſi quis epiſcopatum deſiderat, bonũ opus deſiderat, & ibi ponuntur conditiones epiſcopi. capitu. qui epiſcopatum. viij. quęſtio. j. vide dom. Turrę Crem. in dominica xvij. poſt Penthec. in j. quæſtio. qui facit certam diſtinct. poſt ſanctum Thom. Adde Grægo. xxij. Moral. poteſtas cum percipitur non ex libidine amãda eſt. vide de Turre Crema. in feſto beati Ceorg. vbi tractat quęſtionem an melius ſit, electionem canonicam acceptare quàm recuſare: vide etiam in feſto ſancti Matthię an melior ſit ſemper eligẽdus ad dignitatem eccleſiaſticam. vide etiã de Turre Crem. dominica xvij. poſt Penthe. ſuper euangelio Luc. xiij. Adde quòd non valet iuramentum quod vergit in deteriorem exitum. cap. ſi aliquid. xxij. quæſtio. iiij. & ideò non tenet iuramentũ quando quis iurat, quòd non erit Epiſcopus: ſecundum Antho. de Butri. in cap. ſi verò. de iureiuran.

ARGVMENTVM.

Officium temporale inuito conferri an poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Tutelæ uel curæ officium inuitis & inuito datur.*
2 *Delegationem cauſarum an inuitus acceptare cogi poſsit.*

Quæſtio MCCXXI.

QVAERITVR quid in officio temporali, an conferatur inuito & an quis cogatur inuitus acceptare: & in effectu videretur dicendum ꝙ ſic: quando eſt officium publicum. l. nullus. C. de decurio. lib. x. & in authen. de defenſoribus ciuita. §. penul. collatione tertia, & hoc ſiue ſit munus publicum authoritate & vtilitate: ſiue ſit publicũ au-
1 thoritate, priuatum verò, vtilitate: † vt in officio tutelæ vel curæ: vt inſtitu. de excuſa. tutor. in princi. quia datur inuitis & inuito. l. ij. ff. de tutel. & inſti. de tutel. in princip. & ibi per gloſſ. licèt interdum tutor non detur inuitus: ſed volens, vt in matre & auia. authentica matris & auiæ. C. quando mulier. tutel. offic. fungi poteſt. ſecundum Bartol. in l. j. ff. de tutel. & Angel. Areti. inſtitu. de tutel. in princip. vnde ſecundum Bart. in l. ſoluendo. ff. de nego. geſtis poſt gloſſ. quandoque beneficium reſpicit vtilitatem alicuius duntaxat. Et iſto caſu non cõfertur in inuitũ. Si verò reſpiciat cõmodum alterius: tunc beneficiũ confertur in inuitum: vti in oneribus & munerib

muneribus, quæ reſpiciũt vtilitatẽ publicã, vt toto tit.ff.de munerib.& onerib.& eſt ratio diffinitiua: quia quando beneficium reſpicit commodũ alicuius, dumtaxat tale dicitur gaudium, & nemo gaudere cogitur: ſecundum gloſſ.in dict.l.ſoluendo.& in l.inuito.ff.de regul.iur.facit capit.ſi tibi abſenti. de præbend.libr.vj. Et præmiſſa poſſunt adaptari
2 ad quæſtionem, † an quis cogatur acceptare delegationem cauſarum. Et dicendum eſt quòd ſic: quia munus iudicandum eſt publicum l.fina.§.iudicandum.ff.de munerib.& onerib. l.ſancimus.C. de aduoca.diuer.iudic.& hoc verum quando quis eſt ſubditus loci: iuxta notat.per gloſſ.& docto. in l.j.C.qui pro ſua iuriſdi.

ARGVMEMTVM.

Electus conſenſum præſtare quando teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Ordinis præpoſterationne quandoquè actus uitiatur.*
2 *Conſenſus an poſt confirmationem præſtari poſſit.*

Quæſtio MCCXXII.

QVAERITVR quo tempore debeat præſtari cõſenſus electi. Et in effectu debet præſtari poſt electionem & ante confirmationem.dict. capit.cùm inter canonicos.de electio. quia tunc dicitur inhiberi inde coniugium ſpirituale, prout ſuprà dictum fuit: ſed poſt confirmationem efficitur ratum.cap.fina.de tranſlatio.prælato. & poſt confirmationem dicitur confirmatum: vt ibi habetur: & ideò ante confirmationem, licèt præſtitiſſet conſenſum, poſſet renuntiare in manibus eligentium. capit.ſi electio.de electio.libr.vj. & nota.per gloſſ. in dict.cap.ij.de in integr.reſtit.adeò & in tantum
1 quòd † ſi iſte ordo peruertatur, vt poſt confirmationem interueniat conſenſus electi, vitiaretur actus: iuxta notat.per Panormitan.in capit.quia propter. de electio.quia non debet fieri præpoſitio, vt ibi ha-
2 betur in xviij.ſubſtantiali. † & iſtud facit contra dictum dominum de Salliente: quia poſt confirmationem vicarij domini Epiſcopi Valentiæ, aliqui canonici ſibi præſentauerunt electionem de ipſo factã, & præſtitit cõſenſum: facit quod habetur in c. cupientes.§.cæterum.& §.denique.& cap.quòd ſit. de electio.libr.vj.

ARGVMENTVM.

Ius plenum ad hoc vt electo quæratur quæ requirantur.

Quæſtio MCCXXIII.

QVAERITVR an ex ſola electione quæratur ius electo in officio ſpirituali, vel temporali ante confirmationem: & an ſit locus pœnitentiæ: vide per gloſſ.in capit. quanto .lxiij. diſtinctione, & per Ioannem Andræam.in capit.publicato.de electio.& per Bartolum in l.abſenti.ff.de donatio.& in l. ex eo.ff.de teſtamen.milit.& per Salicetum in l.priuatorum. C. de iuriſdictio. omnium iudic. Et in effectu requiritur confirmatio ſuperioris: vt ibi notatur per gloſſ. Baldum & Salicet. vide gloſſ. Bartolum, Baldum, & Paulum de Caſtro, in l. Publius.in princip.ff.de conditio.& demonſtratio. vbi in officio quatuor principaliter requiruntur, videlicet electio & acceptatio.capit.ſi tibi abſenti.de præbend.libro ſexto. Tertiò, confirmatio ſuperioris. Quartò, ingreſſus officij, an autem ſit locus pœnitentiæ: & an eligentes poſſint variare, vide in d. capitul.publicato. & capitul. cùm inter canonicos.de electioni.& per Bartolũ in dict.l.abſenti. Et quid in poſtulatione.in c.bonæ.de poſtul.prælato.

ARGVMENTVM.

Officium vel dignitatem deſiderare licitum.

SVMMARIVM

1 *Recuſans dignitatem peccat mortaliter.*
2 *Epiſcopatum qui deſiderat, bonum opus deſiderat.*

Quæſtio MCCXXIIII.

QVAERITVR an ſalua conſcientia ſit licitum appetere officium vel dignitatem?
1 & videtur prima facie dicendum, quòd ſic: † quia quãdo quis recuſat dignitatem peccat mortaliter: ſecundum Archidiaco.& Ioannem Andr.in capit. ſi electio.de electio.libr.ſexto & pleniùs fuit ſuprà tactum quæſtione clx.& pro hoc facit capitu. qui
2 epiſcopatum.viij.queſtio.prima, vbi habetur, † qui epiſcopatũ deſiderat bonum opus deſiderat, non vt præſit, ſed proſit: quod habetur per gloſſ.in capitul. etiam.de ætat.& qualita.& per fratrem Antonium in ſumma, ſecunda parte, titu.tertio, capit. quinto, per totum. & ibidem in §. ſecundo, in fine, vbi refert de Gauffredo electo in epiſcopatũ Tornaceñ. qui recuſauit: quia fuerit ſibi reuelatum à ſanctiſſima trinitate, quòd fuiſſet de numero reproborum, de hac quæſtione aliàs pleniùs ſcripſi in ſecũdo volumine, cauſarum arduarũ: in alio tractatu officiorum quæſtione decima: & ibi me remitto. Vide in expoſitione euangelij dominica prima poſt Paſcha: vide de Turre.Crem.ſuper euãgelio dominice xviij. poſt octauas trinitatis vide Ioannem Andr. vbi Epiſcopus fugit quando Iudæi voluerunt ipſum facere Regem.

Quæſtio MCCXXV.

QVAERITVR redeũdo ad cauſam poſſeſſorij Archiepiſcopatus Viennenſis: quia per prius fuerunt dati articuli pro parte reuerendi domini Ferandici Cardinalis incipientes, dicendo & obijciendo declarantes eorum iura: econtrà verò pro parte reuerendi domini Antonij de Claromonte fuerunt dati alij articuli exceptionales incipientes, & quidem dicendo in numero xliij. ſignati.per egregium dominũ Ioannẽ Arzellerij. & in tertio & quarto articu.apponitur, ꝙ ex quo fuerat promiſſum dict. domino Cardinali de eccleſia Rothomageñ, non debebat dimittere, & acceptare eccleſiam Viennenſem, & quòd eædem rationes propter quas renũciauit dictæ eccleſiæ Rothomageñ. & ſuperceſſit: ita eiſdem rationibus debet ſupercedere ab eccleſia Viennenſi. in quinto & ſexto articulo deducitur, ꝙ ſicuti eccleſia Rothomageñ. eſt in locis limitrophis Normandiæ: ita etiam ciuitas & eccleſia Viennenſis eſt magis limitropha regni Franciſci Delphini citra montes Gallini & magis vicina patriæ Pedemontium, & ducatus Mediolani. & ſeptimo articulo deducitur, quòd dictus dominus Cardinalis eſt oriundus de ciuitate Mediolani occupata per dominum Ludouicum Sforciã, & ꝙ eſt de eius cõſanguinitate vel affinitate, & in viij.& ix.articulo deducitur, quòd eædem rationes propter quas aſſeritur Regem Carolum VIII. ſcripſiſſe Romano Pontifici & collegio Cardinalium pro dicto domino Cardinali, ita etiam eiſdem rationibus reſcripſit dictus Rex Carolus

& etiam Rex Ludouicus modernus Papæ vt non admittatur dictus dominus Cardinalis: ſed quòd electio dicti de Claromonte ſortiatur ſuũ effectũ: in decimo articulo opponitur, quòd dictus dominus Cardinalis eſt Italus, exterus & linguę extraneæ, & non intelligitur, ſuſpectus, & de patria inimica principi. & in decimotertio articulo allegatur Innocẽ. in c. ſuper hijs. de accuſatio. & l. liberi. C. de inoffic. teſtam. in decimoquarto articulo deducitur qualiter dominus Antonius de Claromonte eſt oriundus de patria præſenti Delphinal. & de maioribus patriæ: & in decimoſeptimo articulo deducitur, ꝙ eſt ætatis legitimæ triginta annorum. in vigeſimo articulo opponitur, quòd reſeruationes ſunt abolitæ per pragmaticam ſanctionem: & præſertim propter pluralitatem talium dignitatum. & in vigeſimoquinto articulo deducitur cauſa inconuenientiæ dictæ eccleſiæ Viennenſis, ſi prouideretur de prę lato extra patriam: cùm fructus & pecuniæ deportarentur extra patriam, ne fieret reparatio eccleſiæ & membrorum eiuſdem. Et in vigeſimooctauo articulo reſpondetur quò ad decretum irritans, quòd non potuit ligare manus eligentium. Et in trigeſimo articulo negatur, quòd interuenerit aliquis tractatus. Et in trigeſimoprimo articulo deducitur, quòd religio ſancti Frãciſci immaculata nõ impedit electionẽ. Et in trigeſimotertio articulo reſpondetur quò ad literas principis benignas, quòd non impediunt electionem. Et in trigeſimoquarto articulo reſpondetur de receptione ſacramenti euchariſtiæ, & in trigeſimoquinto articulo reſpondetur, quò ad omiſſionem iuramenti, quãdo fit electio per quaſi inſpirationẽ ſpiritusſancti. Et in trigeſimoſexto articulo reſpondetur, quò ad licentiam domini de Foſſano vicarij ordinis ſancti Franciſci. & in trigeſimonono articulo deducitur, quòd dictũ electionis fuit præſentatum in ſui iuris tempore Romano pontifici. & in quadrageſimo articulo reſpondetur, quòd non habet obſtare noua prouiſio domini Cardinalis: quia fuit facta de beneficio non vacante. Et in quadrageſimotertio articulo petit ſe abſolui à ſupplicatis, & ſe manuteneri in quaſi poſſeſſione eccleſiæ & archiepiſcopatus Viennæ.

Quæſtio MCCXXVI.

QVAERITVR ſuper aduiſamẽtis transmiſſis pro parte dicti domini Cardinalis. Et primò quò ad primum de eccleſia Rothomageñ. ꝙ non fuerat reſeruata: ſed de ea vacante fuit prouiſum dicto domino Cardinali, licèt ipſe ceſſerit contemplatione Regiæ maieſtati. Item quò ad ſecundum memoriale, quòd dictus dominus Cardinalis ſeu ſui prædeceſſores à ducentum annis citra fuerũt extincti à prouincia Normaniæ. Item quò ad tertium quòd non eſt linguæ extraneæ, ſed intelligit linguam Gallicam & ſtuduit in vniuerſitate Pariſijs expenſis Regis Ludouici: & ei dedit eccleſiam Malenteñ. quã de præſenti tenet. Item quò ad aliud punctum reſpondetur, quòd dictus dominus Cardinalis eſt fidus cognitus principi moderno, qui ſolicitauit pro ipſo, quò ad dictam eccleſiam Mallenteñ. Item non poteſt apponi de reſeruatione: quia illa fuit facta ad preces & requiſitionem principis: nec poteſt opponi, quòd ſit ambitioſus propter pluralitatem dignitatũ ibidem expreſſarũ: quia ſi de vna eſſet ſibi prouiſum valoris annui octo mille ſcutorũ, quòd illud haberet locũ. Sed quia dicta eccleſia Vienneñ. non eſt valoris duorum aut trium millium ſcutorũ. Item non habet obſtare inquantùm opponitur, quòd electio fuit præſentata Papæ, & ꝙ recuſauit ipſam confirmare, quia cõtrarium eſt veritas: quia Papa commiſit negotium domino Cardinali Peruſino: vt haberet referre in cõſiſtorio ſecretorum, ſed minus dicti domini de Claromonte tenuerũt comparere. Item quò ad articulum ibi, vbi opponitur de noua prouiſione dicti domini Cardinalis, quòd non vacaret dicta eccleſia Viennenſis, propter electionem factam: quò ad iſtud reſpondetur, quòd per prius erat quæſitum ius dicto domino Cardinali propter dictam reſeruationem & acceptationem dicti domini Cardinalis.

ARGVMENTVM.

De incommodis propter reſeruationes.

SVMMARIVM

1 *Eccleſia cathedralis ſine ſponſo eſſe non debet.*
2 *Prælatus de bonis eccleſiæ inuentarium facere tenetur.*
3 *Reſeruationibus & gratijs expectatiuis patronorum iura eneruantur.*

Quæſtio MCCXXVII.

QVAERITVR ſi dictæ cauſæ oppoſitæ pro parte dicti domini de Claromonte habeant obſtare dicto domino Cardinali? Dubium facit per ea quæ habẽtur in proœm. pragmaticæ ſanctionis. §. quilibet. le ij. quando nõ ſeruantur decreta antiquorum patrum ſuper electionibus. & ibi in verſicu. nam eccleſiarum. & ibi gloſſ. quæ declarat iſta inconuenientia. Primum inconueniens: quia vt plurimũ promouentur indigni ad beneficia nobiliora & ad dignitates eccleſiaſticas. Secundum incõueniens: quia exteri & alienigenę ad beneficia eccleſiaſtica: & ibi gl. ſuper verbo, exterorum. Tertium inconueniens: quia non facit reſidentiam in beneficijs. & ibi glo. ſuper verbo, reſident. & ibi an valeat conſuetudo percipiendi fructus in abſentia,
1 & maximè in eccleſia cathedrali, † quæ non debet eſſe ſine ſponſo præſente, vel reſidente. c. bonæ. le j. de poſtulatio. prælato. Quartũ inconueniens: quia non intelligunt linguam nec agnoſcũt vultum pecoris ſui: vt ibi gloſſ. ſuper verbo, agnoſunt. Quintum inconueniens: quia neglecta cura eccleſię non quærunt niſi lucra temporalia. & ibi glo. ſuper verbo, quærunt. Sextum incõueniens: quia negligitur cultus diuinus. Septimum inconueniens: quia ſubtrahitur hoſpitalitas ad quã tenetur eccleſia. & ibi gloſſ. ſuper verbo, hoſpitalitas. Octauum inconueniens: quia depereunt iura eccleſiarum. & in gloſſ.
2 ſuper verbo, iura. † quòd tenere tur facere inuentarium de bonis eccleſiæ, & ꝙ hæres tenetur de negligentia. Nonum inconueniens: quia ruunt ædificia. Decimum inconueniens: quia populi deuotio attenuatur pleraque inconuenientia alia ſequuntur. & ibidem in §. centum ponuntur incõuenientia prę-
3 textu † reſeruationum & gratiarum expectatiuarum. & inter cætera, quòd eneruãtur iura patronorum, & ibi gloſſ. quæ declarat de iure patronorum laicorum

laicorum.& pariter in verſicul.ſi quæ iura coronæ. vbi theſauri regni & Delphinatus in extraneas regiones apportantur.ita quòd regnum cum Delphinatu debiliùs redditur. Tum propter annatas ſeu vacãtias. Tum propter gratias expectatiuas. Tum etiam propter aduocationes cauſarum, & de hoc etiam habetur in titu.de collationibus.cap.j. & ibi glo.ſuper verbo,pluralitatis.quæ tractat materiam pluralitatis beneficiorum, an ſit de iure prohibita, vel permiſſa aliquo caſu, licèt in Cardinalibus ſit permiſſum hodie, ꝙ poſſunt tenere Epiſcopatus in titulum,vt refert Panormitan. in c. bonæ.le j.de poſtulatio.prælatorum.& per Barbatiam in tractatu de præſtantia Cardinalium. quæſtione xij. vide etiam per glo.in dict.pragmatica ſanctione.de collatio.cap.j.§.nequè.ſuper verbo,reſidentiæ.vbi declarat,quæ beneficia requirant reſidentiam vel ne.

ARGVMENTVM.

De prolongatione diei cum clauſula cũ continuatione dierum ſequentium.

SVMMARIVM.

1 *Tres electionis uiæ.*
2 *Electio quæ ſpiritus ſancti uia facta eſt, ſolemnitatibus obnoxia non eſt.*
3 *Quæ Dei iudicio aguntur legi non ſubiacent.*
4 *Electionis prorogatio an hijs quibus intereſt notificari debuit.*
5 *Iuramentum in electionibus quando præſtandum.*

Quæſtio MCCXXVIII.

QVAERITVR quia in dicta electiõe domini Antonij de Claromonte fuit præfixa dies vigeſimaquarta menſis Februarij ad eligendum cum cõtinuatione dierum ſequentium.& tandem die aſsignata hora capituli fuit facta prolongatio & continuatio ad diem craſtinam.deindè die vigeſimaquinta dicti menſis Februarij fuit deliberatum & concluſum in capitulo,ꝙ ſtatueretur terminus electionis fiendæ ad eligendum viam electionis:qua electa eodẽ contextu fieret ad proximã diẽ
1 lunę de aliqua † via triũ electionũ:videlicet ſancti ſpiritus ſcrutinij cõpromiſsi, & ꝙ celebretur miſſa ſancti ſpiritus:& quòd eligentes ſe ponant in ſtatu gratiæ.tandem die lunę vltima Februarij per remiſſionem factam celebratur miſſa ſancti ſpiritus, & receptione corporis Chriſti dicti domini Canonici continuauerunt dictam electionẽ fiendam ad tres ſeptimanas proximas &ſic deuiauerunt ab aſsignatione,quia non elegerunt alterã dictam trium viarum:ſed aduenięte die vigeſimaprima menſis Martij dicti canonici vnanimi cõſenſu & vna voce elegerunt via ſpiritus ſancti dictum dominum Anto-
2 nium de Claromonte: † & ita in iſta vltima continuatione nõ interuenit miſſa ſpiritus ſancti, nec iuramentum canonicorum, licèt ſuper hoc fuerit reſponſum, quòd ex quo fuit facta continuatio ſeu prorogatio termini infra tempus,nõ eſt opus noua ſolennitate.argumẽto l.iiij.in princip.ff. de damno infecto.& l.ſed ſi manente. ff. de procuratori. & ꝙ in electione per viam ſpiritus ſancti, aut per quaſi inſpirationem non eſt opus receptione iuramenti;
3 quia † quæ Dei iudicio aguntur non ſunt ſub lege. cap.licèt.de regularibus.& c.quia propter.verſicu.
4 niſi. de electiõn. Sed ad iſtud reſpondetur, † quòd talis continuatio & prolongatio termini nõ debuit fieri,niſi notificato illis quorum intereſt,ſeu abſentibus.argumento clementin.j.in fin. de appellatio. ſecundum Bald.in l.eos.§ apoſtolos.de appellatio.
5 Prætereà † præſtatio iuramenti debet fieri à principio,antequàm fiat aliqua electio in introitu capitu li:vt in pragmatica ſanctione.in titu.de electiõn.c. j.§.& cùm humanæ.& §.ad locum verò. & ibi glo. quòd talis electio debet fieri in eccleſia cathedrali, ſi fieri poteſt.c.in nomine domini.xxiij.diſtinct. de quo per glo.pleniùs in pragmat. ſanctio.vbi ſuprà.

ARGVMENTVM.

Cardinales curiæ Romanæ an de nõ reſidendo, & ſuper beneficiorum incompatibilium pluralitate diſpenſati cenſeantur.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas extrinſeca an præſumatur.*
2 *Clauſ. Non obſtante tali beneficio quod obtinet: quid operetur in gratia?*

Quæſtio MCCXXIX.

QVAERITVR ſi domini Cardinales curiæ Romanæ cenſeantur de iure communi aut per priuilegia ipſorum diſpenſati ſuper non reſidentia beneficiorum quæ obtinent & pluralitate beneficiorum incõpatibilium: & maximè: quia in literis apoſtolicis reſeruationis,& etiam nouę prouiſiõis dicti domini Frederici ſancti Theodori diaconi Cardinalis eſt adiuncta clauſula, illa,ita tamen quòd propter hoc diaconus Cardinalis ſancti Theodori ac Epiſcopus Malliaceñ. eſſe non deſinas, ſed ſancti Theodori ac Malliaceñ. & reſeruata ſeu reſeruatis eccleſijs huiuſmodi præeſſe poſſes & valeas? Illarúmq; vnus præſul & antiſtes exiſtas in illo qui dat gratias & largitur præmia, &c. Et an etiam cenſeatur diſpenſatũ:ſuper defectu ætatis triginta annorũ,licèt ex abundanti cautela fuerit articulatum pro parte dicti domini Federici, ꝙ tempore datæ eius reſeruationis excedebat trigeſi-
1 mum annum:quia † talis qualitas extrinſeca non præſumitur,quòd ſit ætatis legitimę.cap.ſi fortè.de electiõn.libr.vj.clemen.conſtitutionem.§.fin. eod. titu.not.per gloſſ.in l.ſi verò.§.ij.ff.qui ſatiſdar.cogantur. ſecundum Henricum Bohic.in c bonæ. le j.de electiõn.Bald.in l.non ignorat.C.qui accuſar. non poſſ.& per glo.in pragmatica ſanctiõn.de electiõn.§.facta.ſuper verbo, examinentur. Veruntamen redeundo ad quæſitum licèt in impetratione ſecundi beneficij incompatibilis apponatur clauſu
2 la,non obſtante † tali beneficio,quod obtinet:non proptereà cenſetur diſpenſatus ad vtrunque:ſed ſolùm præſeruatur gratia à ſurreptione.c.non poteſt. de electiõn.libr.vj.& ibi glo.quãdo diſpenſatur ſuper pluralitate beneficiorũ an videatur eſſe diſpenſatum ſuper reſidentia.

ARGVMENTVM.

Canonici Epiſcopum eligentes an electionem ſeu vota electionis ſubſcribere teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Subſcriptio an in electione requiratur.*
2 *Electio Cardinalium per auricularia vota facienda nõ eſt.*
3 *In electione Papæ aut Cardinalis ſolennitas. c. Quia propter. de electio. non requiritur.*
4 *Cardinales antiquitùs cum Papa priuilegijs, concilijs & alienationibus ſe ſubſcribebant.*
5 *Rex Gallıarum Delphinus quandoquè priuilegijs & gratijs ſe ſubſcribit.*
6 *Subſcribens ſe in aliquo actu, quod actui conſentiat & obligetur.*

Quæſtio MCCXXX.

QVAERITVR an in electione requiratur ſubſcriptio canonicorum eligentium? Et
1 in effectu † quando fit electio Epiſcopi debet interuenire ſubſcriptio canonicorũ eligentium.c.innotuit.& ibi gloſſ.quæ tenet, quòd decretum & ſubſcriptio ſunt de ſubſtantia electionis.cap.cùm inter canonicos.de electio.c.bonæ.le ij.verſicul. nec nocebat.de poſtulatio.prælato.& per Specula.in titu. de electio.§.j. verſicu. poſtea. & ſequenti. & Mandago in tractatu electíon.c.xxxviij.ſed contrarium tenet gloſſ.in c.Epiſcopus.§.ſed aliud. lxj. diſtinct. Quid autem in poſtulatione ibi vide. Alius caſus habetur in electione Cardinalium, vbi requiritur ſubſcriptio maioris partis Cardinalium in ſcruti-
2 nio.Et publicatio: † quia talis electio nõ debet fieri per auricularia vota:vt in pragmatica ſanctione. de numero & qualitate Cardinalium.c.j.verſi.non
3 fuit.Et ibi glo. ſuper verbo ſubſcriptionem: † licèt regulariter in electione Cardinalis aut Papæ non requiratur forma.c.quia propter.de electíon.ſecundum gloſſ.ibi.ſuper verbo,electio.licèt in electione Papæ requiratur conſenſus duarum partium, nec ſufficeret electio maioris partis.c.licèt. de electíon. & habetur per glo. in pragmatica ſanctio. in c.j.de authoritate & poteſtate conſilij. ſuper verbo, duarum partium. Et pariter quando fit mutatio conſilij vniuerſalis requiritur ſubſcriptio Cardinalium,
4 vt ibi ſuper verbo,ſubſcriptio. Et ibi gloſſ. † quòd antiquitùs Cardinales ſe ſubſcribebant cum Papa in priuilegijs,concilijs,& alienationibus. cap. non liceat.capi.cùm redemptor.xij.quæſtione ij.& not. per gloſſ.in capitu.cùm à nobis. de teſtib. licèt hodie non ſe ſubſcribant: ſecundum Ioannem Andr. ibi facit.l.ſanè affectus.C.de diuerſ.reſcript.& l. penultim.C.de diuerſ.offic. libro duodecimo.vbi Imperator ſe ſubſcribit reſcript.ab eo emanatis, ne dolus aut fraus fiat.& iſtud facit etiam pro ſtilo can-
5 cellariæ Regis domini Delphini: † quia interdum in reſcriptis aut priuilegijs Rex ſe ſignat in fine: & eſt maioris authoritatis. Alius caſus etiam vbi requiritur ſubſcriptio in dicta pragmatica ſanctione. in titu. de electíon.capit.licèt.§.veruntamen.quando Papa cauſa reiecta electione cum ſubſcriptione Cardinalium, remittit electionem fiendam ad capitulum eccleſiæ:licèt regulariter nõ requiratur ſubſcriptio: ſed ſufficit ſimplex conſenſus:niſi aliud à iure exprimatur:ſecundum Baldum in l. cùm antiquitas. C. de teſtament. & Bartol. in l. cùm tabernam.§.idem quæſiit.ff.de pignor. Innocent.in cap.
6 primo.de hijs quæ fiunt à prælatis. † Veruntamen ille qui ſe ſubſcribit in aliquo actu videtur cõſentire & obligatur,l. Titius.ff. de reſcindend. vendit. ſecundum Baldum in l.fi. C. plus valere quod agitur.& hoc quando ſciuit &legit ibi contenta:aliâs ſecus ſi ignorauerit,licèt in dubio præſumatur ſcire:ſecundum Paulum de Caſtro conſilio cccxlviij. ſecundum Bartolum in l. ſicut. §. non videtur. ff. quibus modis pignus ſolua.& in l.fideiuſſor.§. pater.ff.de pignorib.&in l.quæ dotis.ff.ſoluto matrimonio.&hoc quando fit ſubſcriptio ad eſſe contractus:ſecus in teſte,aut tabellione: ſecundum gloſſ. in pragmatica ſanctione,de numero Cardinalium ſuper dicto verbo, ſubſcriptionem.

ARGVMENTVM.

Promouendus vel ordinandus proprium delictum ſeu defectum an & quando pandere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio teſtes requirit.*
2 *Irregularitas pœnitentia peracta non tollitur.*

Quæſtio MCCXXXI.

QVAERITVR an promouendus vel ordinandus teneatur pandere delictum ſeu defectum proprium?Et videtur dicendum, quòd ſic, aliâs non videtur ſaluare conſcientiam ſuam. Et maximè in irregularitate.capitu.innotuit.& ibi Panormitanus de electio. ſecundum Vincentium. ſecus in peccato quod non inducit irregularitatem, ſeu incapacitatem.de quo habetur per gloſſ.& Archidiaconum in capitu.complectentibus.quinquageſima diſtinctione.& per Innocentium in capitu. inquiſitionem.de accuſationibus.vbi facit differentiam inter peccatum ſeu delictum quod impedit ordinis executionem ſeu beneficij retentionem, & tunc tenetur detegere peccatum ſuum: aliâs ſecus. capitu.final.de tempor.ordinand. Et eo modo quis peccaret tenendo beneficium,quando quis tempore electionis vel promotionis nõ detegit defectum, ſecundum diſtinctionem ſuprà relatam. Nec obſtat ſi dicatur,quòd quis non tenetur ſe prodere in medium.§.ex ijs capitu. non tibi dico. de pœniten. diſtinctione prima. quia hoc fallit in caſu iſto, de quo per gloſſam in dicto capitu. ex pœnitentibus. quinquageſima diſtinction. Vide etiam Geminianum & Præpoſitum in dicto capitu. ex pœnitentibus. quinquageſima diſtinctione.per Bartolum in l.ſecũda.C.ſi ſeruus vel lib.ad digni.aſpir.libro decimo.& ibi Ioannes de Platea.Baldus in l.caſſius. ff.de ſena.Panormitanus & Felinus in capitu.ſcicitatus.de reſcript.Panormitanus in capitu.conſulti. de procur.& gloſſ.in dict.capitu.ex pœnitentibus.
1 quinquageſima diſtinction.quòd † in diſpenſatione requiruntur teſtes,& coram teſtibus debet detegere defectum ſuum:ſecundum Felinum in dict. c. ſcicitatus.de reſcript.vide glo.in cap. quærendum. ij.quæſtio.vij.quę loquitur in teſte & ordinibus.facit c.plerunquè.ij.quæſt.vij.vide de peccato occulto quando egit pœnitentiam ſi egeat diſpenſatione.in c.ex tenore.& ibi Panormit.& c.fi.de tempo. ordi.in c.Chriſtiana.xxij.q.v.in ſumma Angel. ſuper verbo,homicidium. Adde Prępoſitũ in capitu. miror.quinquageſima diſtinctio.quòd poſt pœnitentiam peractam non tollitur irregularitas etiam ſi quis eſſet confeſſus pœnitentiarijs Papæ niſi eſſet ſpecia

eſſet ſpiritualiter conceſſa eis poteſtas diſpenſandi:vide duas regulas per Innocen. Ioan. Andr. & cæteros in cap. ad audientiam. de homi.

ARGVMENTVM.

De iure optandi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, Si quis per literas, an habeat locum in interdicto recuperandæ poſſeſſionis.*
2 *Ius optandi locus eſt ſolum in canonicis exiſtentibus in ſacris.*
3 *Canonicus ſucceſſorem non habet.*
4 *Beneficium datur propter officium.*
5 *Cultus diuinus minui non debet, ſed augeri.*
6 *Præbendæ ſi uacant in curia, an optioni locus ſit.*
7 *Præbendæ ſi uacant in curia aliter quàm per mortem optioni locus eſt.*
8 *Statuto, Si quis per literas, inter clericos locus non eſt.*

Quæſtio MCCXXXII.

QVAERITVR redeundo ad materiam iuris optandi in beneficialibus præbendæ & canonicalis portionis quam tenebat nobilis Philippus de Comerijs in dicta eccleſia beatæ Mariæ Grationopolis, & quæ vacauerunt per renuntiationem: & fuit prouiſum authoritate apoſtolica, cuidam iuueni Michaeli Gille aliâs Philiſeti: qui intentauit ſtatutum, Si quis per literas. prætextu cuiuſdam prati, & præbendæ: de quo etiam quæſtio. 1258. & quinque & viginti ſequen. queſt. † Veruntamē dictum ſtatutum non habet locum: quia oportet probare poſſeſſionem & eiectionem. capit. conſultationibus. de officio delega. capit. cui ad ſedem. de reſtitut. ſpoliato. l. j. §. interdictum. ff. de vi & vi arma. & non probata poſſeſſione non poteſt dici eiectio: cùm priuatio præſupponat habitū: capit. ad diſſoluendum. de deſponſa. impuber. l. decem dies. de verborum obligatio. & de modo probandi poſſeſſionem. habetur per Bartol. in l. Celſus. ff. de vſucapio. & in l. j. §. quid autē. ff. de aqua quotidia. & æſtiua. & licèt pro parte dicti Gille fuerunt producti ſex teſtes pro ſecreta informatiōe: tamen non deponunt de poſſeſſione dicti Gille, ſed dumtaxàt domini Philippi de Comerijs, qui deſijt poſsidere per renuntiationem ſeu reſignationē. Quinimò fuit probatum de contrario poſſeſſorio dicti capituli: vt conſuetudo optandi præbendas canonicorum cedentium & detenentium: iuxta capit. fina. de conſuetu. libr. vj. & pro parte dicti capituli fuerunt examinati ſeptem teſtes qui veriſimiliora deponunt, & per exempla de tribus canonicis. Nec obſtant literæ apoſtolicæ dicti Mechaëlis Gille mandati de prouidendo: & quòd dicta reſignatio fuerit facta in manibus pontificis. & quòd mandet executoribus ibi nominatis, vel alteri ipſorum, quòd comenda canonnicaliū portionē eſt de orto & pertinentijs, volendo prætendere, ꝙ dictum pratum ſit de pertinentijs dictæ canonicalis portionis. Sed in contrarium eſt veritas: quia nō ſunt dictæ poſſeſsiōes perpetuæ annexę dictæ cano-
2 nicali portioni, † & tale ius optandi habet ſolū locum in canonicis exiſtētibus in ſacris: quia alij qui non ſunt in ſacris non habent niſi aliam dimidiā præbendam: & hoc etiam ſiue vacent præbendæ per reſignationem, aut permutationem in manibus Papæ, ita quòd antiquiores canonici poſſunt optare in totum aut in parte: iuxta conſuetudinem eccleſię. & pro hoc facit gloſſ. in cap. quod ſicut. de
3 electio. † quòd canonicus non habet ſucceſſorem: quia eſt ſimpliciter beneficiatus: ſecundum glo. in capit. præſenti. de offic. ordina. libr. vj. Tum etiam quia Papa in dictis literis apoſtolicis mandat obſeruari conſuetudinem dictæ eccleſiæ, ibi dum dicitur, & qui conſueuerint obtineri. & iſta fuit mens Papæ. & etiam propter illa verba ibi appoſita: vt moris eſt, ideſt vt conſuetudinis. cap. conſuetudo. j. diſtinctio. & etiam propter alia verba ibi appoſita, ſuperioritatis debitis & cōſuetudinibus omnibus loci, & canonicali portioni. & vt nō defraudatur debitis obſequijs: & ita intentio Papæ eſt quòd dict. Gille ætatis nouem annorum, quòd habeat dumtaxàt dimidiā præbendam & non integram, vt nō diminuatur cultus diuinus: aliâs ſequeretur abſurdū, quòd poſsit diminui, quod non eſt dicendum. cap.
4 cū M. capit. ex parte. de conſtitutio. † quia propter officium datur beneficium. capit. fina. de reſcrip. li-
5 br. ſexto, clementi. j. de cenſi. † & cultus diuinus nō debet diminui: ſed augeri. capit. j. de celebra. miſſa. Ita quòd quando quis non dicit officium non debeat percipere beneficiū: ſecundum Panormit. ibi. Nec obſtant verba bullæ ibi, dum dicitur vltra iura dictorum locorum canonicalis portionis. & ſic, quòd dictum pratū debet remanere dicto Michaëli: quia contrarium eſt veritas: quia dicta verba ſolum intelliguntur de domo & orto, & non ad alia. Non obſtant etiā verba dictæ bullę ibi, non obſtātibus ſtatutis, cōſuetudinibus quibuſlibet antiquorum, canonici non poſſunt optare, quibus pro hac vice derogatur: quia ſolum intelligitur quò ad donum & ortum, & non debent extendi ad alia. cap. cui non. de præbend. libr. vj. Præterea dictus Gille de licentia eius curatoris iurauit ſeruare ſtatuta, & conſuetudines dictæ eccleſiæ, & pariter curator, & pariter dictus Michaël, & ſub pœna cèntum ſcu-
6 torum. Nec obſtat ſi dicatur, † quòd non habet locum optatio, quando præbendæ vacant in curia. dict. capit. fin. de reſcript. libr. vj. & diceretur etiam vacare per conſtitutionem procuratoris ad reſignādum: iuxta notat. per gloſſ. in clementi. j. vt lite pēdente, cap. ſuper verbo, collato. & ibi per Cardina. Floren. & Ioan. de Imol. & per Archidiaco. & Geminia. in cap. ij. de præbend. lib. vj. licèt ſint opiniones ſuper hoc: † quia quando vacant præbendæ in curia aliter quàm per mortem habet locum optatio: ſecundum domi. de Rota, deciſio. cccc xcvj. in nouis, & per Frederic. de Sen. conſil. lxxiij. Nec obſtat decretū irritans appoſitum in dictis literis apoſtolicis: iuxta notat. in capitul. dilecto. de præbend. & in capit. ij. eod. titu. libr. vj. & maximè attento: quia dictus Michaël eſt ſolum ætatis viij. annorū, & ſic non poteſt eſſe canonicus eccleſiæ cathedralis: iuxta nota. in capit. ex eo. de electio. libr. vj. & in
8 ca. ſuper inordinata. de præbend. † Præterea ſtatutum, Si quis per literas, non habet locum inter clericos. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitutio. ſecundum domi. Guido. Papæ in dict. ſtatuto, Si quis per literas. & in deciſio j.

ARGVMENTVM

Collatio facta per vicarium prælati excommunicati, an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Collationis beneficij actus an iuriſdictionis ſit.*
2 *Excommunicatus acta extraiudicialia exercere poteſt.*
3 *Excommunicatus procuratorem conſtituere poteſt.*
4 *Conferre beneficia iuris, ſpiritualis eſt.*
5 *Procurator excommunicatus, an alium procuratorem ſubſtituere poſſit.*
6 *Reus excommunicatus in iudicio ſiſtere poteſt.*

Quæſtio MCCXXXIII.

QVAERITVR ſuper prioratu Murę, qui dependet à monaſterio ſancti Petri foris portam Viennæ, & vacat ad præſens per obitum domini quondam Ioannis de Poyſiaco, & fuit facta collatio per vicarium dicti domini Abbatis, licèt prætendatur dictum dominum Abbatem excommunicatum: quæritur an teneat collatio beneficij facta
1 per vicariũ excommunicati. Dubium facit: † quia actus collationis beneficij non eſt actus iuriſdictionis contentioſæ, ſeu voluntariæ: iuxta notat. in capit. voluit. de offic. legat. & in capit. tranſmiſsio. de
2 electio. † Et in extraiudicialibus, non impeditur excommunicatus exercere actum, argument. cap. decernimus. à contrario ſenſu, de ſenten. excommu. libr. vj. hinc eſt quòd poteſt eſſe arbitrator, aut contractum facere: iuxta notat. per Innocen. & Panormita. in capit. veritatis. de dol. & contuma. capitul. quoniam. xj. quæſtio. iij. capit. ſi verè. de ſenten. ex-
3 communica. hinc eſt, † quòd excommunicatus poteſt conſtituere procuratorem ad negotia, licèt Hoſtien. tenuerit quòd contractus excommunicati tenent ad ſui præiudicium, ſed non ad eius vtilitatẽ: ſecundum ipſum, in capit. ſi verè. de quo latiùs per Panormita. in dict. capit. veritatis. & maximè quãdo denotatur nudum miniſterium facti: quia non cenſetur actus interdictus excommunicato. capit. pro illorum. de præbend. & ibi per doctor. Sed in cõ-
4 trarium videtur in caſu iſto: † quia conferre beneficia eſt iuris ſpiritualis. & omnis actus ſpiritualis cẽſetur interdictus excommunicato. capit. illud. & c. ſi celebrat. de cleric. excommunicato miniſtran. ca. j. de reſcript. libr. vj. capit. cùm dilectus. de conſuetudine, & excommunicatio prælato. impedit officium vnum. capit. j. de offic. vica. libr. vj. cùm ſit idẽ tribunal. capit. ij. de conſuetudine. capit. Romana. de appellatio. libr. vj. & pro hoc facit quod habetur per gloſſ. in clementi. religioſus. de procurato. in fi.
5 vbi † procurator excõmunicatus qui eſt inhabilis non poteſt ſubſtituere alium procuratorem, maximè quando talis erit excommunicatus à principio antequàm ſubſtitueret: ſecundum Cardina. Florẽ. Ioan. de Imol. ibi, de quo per Ioan. And. & Panormit. & in cap. poſt ceſsionem. de proba. & per Petr. & Cyn. in l. quod quis. C. de procurato. & per Bart. & Alexand. de Imol. in l. j. §. item ſancimus. ff. de acquirend. poſſeſ. in illo articulo, an procurator inhabilis cum poteſtate ſubſtituendi poſsit alium habilem ſubſtituere, & quòd excommunicatus nõ poſſit conſtituere procuratorem, ad iudiciũ: facit capitu. fina. de procurato. quod eſt verum ex parte actorum: ſed ex parte rei videtur contrarium dicendum,
6 cùm † excommunicatus reus poſsit ſtare in iudicio. capit. intelleximus. cum ibi notat. C. de iudic. & ibi Innocen. & Panor. vbi tenẽt, quòd in omnibus caſibus in quibus poteſt excommunicatus ſtare in iudicio poteſt etiam cõſtituere procuratorem, & idẽ in religioſo: ſecundum Innoc. in cap. l. & A. de re iudica. & iſto caſu debet conſtituere procuratorem ſpiritualem, de quo per Panormita. in dict. capit. intelleximus. Et pro præmiſsis facit quòd excõmucatio prælati impediat officium vicarij. capitu. j. de ſupplend. negligen. prælato. libr. vj. Adde gloſſ. in cap. licèt. in fin. de offic. delegat. quæ videtur tenere quòd excommunicatio debiti impediat iuriſdictionem delegati, ſicuti in excommunicatione Epiſcopi. allegat cap. Romana. de offic. vicar. libr. vj. cùm gloſſ. fina. quia qui non poteſt per ſe, nec per alium vt in regula iuris: licèt Geminia. ibi videatur tenere, quòd hoc verum in iudicialibus, & pro hoc facit cap. iudex. & cap. ſi is cui cauſa. de offic. delega. libr. ſexto, de quo vide per Panormitanum, in dict. capitul. licèt.

ARGVMENTVM.

Prælatus quando eſt excommunicatus: ita vt vicarius à collatione beneficiorum repellatur ad quem & intra quod tempus deuolutio fiat.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutionem beneficiorũ ad diœceſanum loci ſub quo beneficia ſita ſunt, fieri regulare.*
2 *Deuolutionem fieri de minore ad maiorem regulare. fallit ut nume. 3.*
4 *Epiſcopus ſi indigno conferat, deuolutio fit immediatè ad Papam.*

Quæſtio MCCXXXIIII.

QVAERITVR & pręſupponitur provero & citra præiudicium veritatis, quòd excommunicatio prælati impediat officiũ vicarij: & etiã in conferendo beneficia, quando habet ad hoc ſpirituale mandatum: iuxta capit. j. & fina. de officio vicar. libr. vj. ad quem fiat deuolutio: & an debeat
1 expectari tempus ſemeſtre? Et in effectu † licèt in beneficijs regularibus, vel ſecularibus, etiam exemptis fiat deuolutio ad diœceſanum loci, vbi eſt ſitũ beneficium poſt ſemeſtre: clemen. quia regulares. de ſupplend. negligen. prælato. ſecus propter excõmunicationem: vel ſuſpentionem prælati: quia nõ fit deuolutio ad immediatum ſuperiorem, niſi ad Papam. capit. quia diuerſitatem. de conceſs. præbẽ. & pariter quando inferior eſt negligens per viam eligendi, aut præſentandi non fit deuolutio ad diœceſanum, ſed ad immediatum ſuperiorem, vel ad illum qui haberet poteſtatem inſtituendi: vel confirmandi: ſecundum gloſſ. in dict. clementi. quia regulares. ſuper verbo, prælati. & ſuper verbo, diſpoſitionem. & Panormita. in capit. cùm in ciuili. §. fina. de
2 electio. † & licèt regulariter fiat deuolutio de minori ad maiorem, & non econtrà, quia maior ſupplet negligentiam inferioris, & non econtrà. cap. j. de ſupplend. negligen. prælato. ſecundum Innocẽ. in capitu. quia diuerſitatem. de conceſ. præbend. &
3 Panormita. in cap. irrefragabili. de offi. ordi. † tamẽ hoc fallit in collatio beneficij ad Epiſcopũ, vel aliũ prælatum: quia in caſu negligentiæ fit deuolutio ad capitulum: vel etiam quando confert indigno. dict. cap.

dict.capitu.cùm in cunctis.in fine,& cap.ij.de con
4 ceſsio.præbend.niſi in eccleſia cathedrali: † quia quando fit electio de perſona indigna, fit immediatè deuolutio ad Papam.capitu. quamquàm. de electio.libr.ſexto. Et præmiſſa procedunt, vbi ſpectat collatio iure directo ad Epiſcopum:ſecus ſi iure deuoluto ſibi pertineret ex negligẽtia inferioris: quia tũc fieret deuolutio ad proximũ ſuperiorẽ ſecũdum Innocen.&Panormi. in dict.capit.cùm in cunctis.§.fina.& Ioan. Andr.in dict.capit.quamquam.pro quo facit clementi.ſi de beneficio. cum ibi notat.de præbend.vbi verò collatio beneficiorum ſpectaret ad prælatum & capitulum, tunc nõ fit deuolutio de vno ad alium in caſu negligentiæ. capit.poſtulaſti.de conceſsio.præbend.

ARGVMEMTVM.

Deuolutio in Abbate, aut alijs prælatis inferioribus ad quem fiat.

SVMMARIVM

1 *Abbate & priore conuentuali ſuſpenſis à collatione beneficiorum,ius conferendi ad priorem clauſtralẽ cum cõſenſu maioris partis capituli.*

2 *Collatio beneficiorum de iure cõmuni ſpectat ad prælatũ.*

3 *Abbate mortuo ſpiritualis & temporalis adminiſtratio ad conuentum deuoluitur.*

Quæſtio MCCXXXV.

QVAERITVR quia ſuprà fuit dictum, quòd de Epiſcopo fit deuolutio conferendi beneficia ad capitulum eccleſiæ,& econtrà, ratiõe negligentiæ: vt in dict.capit.cùm in cunctis.§.fina. de electio.capit.ij.de conceſ.præbend.an idem procedat in prælatis inferioribus, vti de abbate ad cõuentum ſeu eius capitulum,& in alijs inferioribus prælatis? Et videtur dicendum quòd ſic:ſecundum gloſſ.in clementi.quia regulares.de ſupplen. negligen.prælato.ſuper verbo,prælati.& ſuper verbo,diſpoſitionem.licèt aliqui nitantur tenere contrariũ: vt refert Cardina. Floren.ibi,in ij.quæſtio. quia nõ eſt tanta communio inter alias eccleſias & prælatos quanta inter Epiſcopum& capitulum ſuum.ca pitu.requiſiſti.de teſta. Præterea quando monaſterium caret Abbate ſuccedit prior clauſtralis.c.j.ne ſede vacante.lib.v.& hoc de morte naturali: ſecus de ciuili.clementi.ne in agro.§.abbate.& ibi gloſ. ſuper verbo,permittatur.de ſtatu monacho. licèt
1 iſto caſu † quando Abbas aut prior conuentualis eſt ſuſpẽſus à beneficiorũ collatione fit deuolutio ad priorem clauſtralem,de conſilio & aſſenſu conuentus vel maioris partis eiuſdem: vt ibi habetur: & eſt ſpeciale in morte ciuili: ſecundum Cardinal. Floren.in cle.quia regulares.in ij.quæſtio. de ſup-
2 plend.neglig.prælat.quia† de iure communi collatio beneficiorum ſpectat ad prælatum cũ conſenſu capituli. c. ea noſcitur.de hij.quæ fiunt à prelat.vnde ſecundum Cardina. Florent.in dict.§.abbate.ſecundum Lapum fit deuolutio de Abbate ad eius conuentũ,licèt Laudenſ.teneat contrarium: quia eſt ſpeciale in dict.§.abbate.in morte ciuili& excõmunicationis,vel ſuſpenſionis abbatis: vel ſecũdũ opinionẽ dict clemẽ.quia regulares. loquitur quãdo collatio beneficij ſpectabat ad prælatum & cõuentũ ſimul:& ideò fit deuolutio ad diœceſan um. & opinio Laudenſ.approbatur per palatium Papę, licèt Lapus teneat opinionẽ glo.in d.clemen. quia
3 regulares.† Veruntamen mortuo Abbate adminiſtratio ſpiritualis & tẽporalis transfertur ad cõuentũ:niſi in caſibus ſpecialiter exceptis.c. cũ dilectus. de conſuetudine.c.ij.de in integr.reſtitu. ca.vnico. de regularibus.lib.vj.Nec obſtat c.vnicum.ne ſede vacante,lib.vj.vbi quando ad Epiſcopum & capitulum ſpectat cõmuniter collatio beneficiorũ,tunc Epiſcopo mortuo:vel ſuſpenſo poteſt conferre capitulũ: vel quãdo ſpectat collatio ad Epiſcopũ de cõſenſu vel conſilio capitulum:tunc capitulũ ſe poteſt intromittere quãdo Epiſcopus eſt in mora in petenda relaxatione: quia eſt ſpeciale in Abbate. vt in d.§.in Abbate.Et pro præmiſsis facit quod habetur per Panor.in c.is qui.cum glo.fi.de maio. & obedien.vbi etiam in inferiori prælato Epiſcopo, vt in Abbate tranſit adminiſtratio ad capitulũ. ca. cùm dilectus.de cõſuetudine,exceptis caſibus ſpecialibus:vt in alienatione bonorum,vel collatione beneficiorũ.c.j.ne ſede vacãte. Vide per glo.in pramati.ſanctio.in tit.de colla.c.j.§. quod ſi quis. ſuper verbo,ſuperiorẽ.quæ valdè diſputat iſtũ articulũ,an in inferioribus prælatis fiat deuolutio ad capitulũ,& econtrà,& quòd clemẽ.quia regulares.de ſupplẽ.neglig.prçlat.non habet locum in eccleſia ſeculari collegiata.

ARGVMENTVM.

Deuolutio iuriſdictionis de Epiſcopo,aut alio prælato ad capitulũ,vel cõuentum non fieri regulare.

SVMMARIVM

1 *Epiſcopo uel alio prælato mortuo capitulũ, aut cõuentus in hijs quæ iuriſdictionis uel ordinis ſunt ,ſuccedit.*

Quæſtio MCCXXXVI.

QVAERITVR an reſpectu iuriſdictionis fiat deuolutio de Epiſcopo ſeu alio prælato ad capitulũ. Et in effectu viuente prælato nõ fit deuolutio ad capitulũ,ſed ad ſuperiorẽ:c.quãto.de offic.ordi.ſecus in collatiõe beneficiorũ: ſecundũ Panor.in c.irrefragabili.de offic.ordi.& eſt ratio differẽtiæ:quia in collatiõe beneficiorũ eſt maior cõmunio inter Eeiſcopũ & capitulũ,quã in facto iu-
1 riſdictionis. † Sed mortuo Epiſcopo,vel alio prælato bene ſuccedit capitulũ,quò ad ea quæ iuriſdictionis,vel ordinis ſint,ſaltem vt poſsit committere aliũ.c.j.ne ſede vacã.c.is qui.& c.cũ olim.de maiori.&obed.ẽ niſi iuriſdictio cõpeteret ex priuilegio, vel iure ſpeciali,vt in iuriſdictiõe feudali.c.verũ. de for.cõpetẽ.cũ ibi not.de quo vide latiùs per Panor. in d.c.cũ olim.de maio. & obed.de materia etiã de uolutionis beneficiorũ:vide per gl.magiſtralẽ in c. quãquã.de elect.lib.vj.& in c.cũ in cũctis. §.fin. de elect.& in d.c.irrefragabili.de offic.ordi. & in c. ij. & in ca.ex parte.& c.quia diuerſitatẽ.& c.ex parte. de cõceſ.præbẽ.& in prag.ſanctio.in tit.de electio. c.j.§.facta.ſuper verbo,infirmãda.& in tit.de colla & c.j.§.quòd ſi quis.ſuper verbo,ſuperiorem. & ſuper verbo,ſimiliter.

ARGVMENTVM.

Capitulo exempto deuolutio ad prælatum non fit, nec econtrà.

SVMMARIVM.

ẽpti ſi negligentes fuerint beneficiorum regularium collatio ad diœceſanum loci beneficij deuoluitur.

Quæſtio MCCXXXVII.

QVAERITVR quando capitula eccleſiarum ſunt exempta, an fiat deuolutio de prælato ad capitulum, & econtrà? Et dicendum eſt quòd non.capitu.licèt.de ſupplenda negligentia prælato.ſecundum gloſſ.in dict.pragmati.ſanctione,de collationibus.§.quod ſi quis. ſuper verbo, ſuperiorē,quia ceſſat ratio cōmunionis ad prælatum & capitulum.pro quo facit capitul. cùm ſumus.nona quæſtione tertia, & pariter clementina quia regulares.de ſupplend.negligen.prælator. in collegiats eccleſijs: ſecundum gloſſ.ibi, vide Innocentium & Panormitan.in capit. cùm dilectus. de conſuetud.quæ tenet, ꝙ mortuo Abbate cōuentus habet adminiſtrationē rerū monaſterij, & pōt
1 cōſtituere ſyndicum. Adde † quia in exceptis in beneficijs regularibus lata negligentia fit deuolutio ad diœceſanum loci beneficij authoritate apoſtolica.clementi.quia regulares.de ſupplend.negligētia prælato.ſecus ſi haberent prælatum mediatum aut immediatum:quia fieret ad eos deuolutio, & non ad Papam:ſecundum Cardina.Floren.ibi, in tertia quæſtione.

ARGVMENTVM.

Deuolutio ſi de regulari eccleſia ad diœceſanum fiat, Diœceſanus cui conferre teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia regularia regularibus & ſecularia ſecularibus cōferenda ſunt.*

2 *Quid ſi prouideretur de alia perſona, an propterea prouiſio caſſaretur?*

3 *Conſuetudine uel ſtatuto ſi caueatur ne quis præter eos, qui de eccleſia ſunt ad beneficia promoueatur, quòd ſuperior non, niſi ijs qui de eccleſia ſunt, beneficia conferre poteſt.*

Quæſtio MCCXXXVIII.

QVAERITVR quando fit deuolutio in eccleſia regulari ad ſuperiorem, ſeu diœceſanum, an poſſit prouideri de perſona alterius eccleſiæ? Et in effectu textus videtur in dict. clemen.
1 quia regulares, de ſupplend.negligen.prælato.† ꝙ ſi ſint beneficia regularia debent conferri regularibus: & ſi ſint ſecularia, debent cōferri ſecularibus. capit.cùm de beneficio.& cap.cùm ſingula.§.prohibemus.de præbend. libr.ſexto. facit clementi.j. de electio.& hoc verum, niſi in defectum, quando nōn reperiantur religioſi idonei.facit capit.poſſeſſores.cum ibi nota.de reb. eccleſiæ.non alienand.
2 Veruntamen † ſi ſuperior prouideret de alia perſona, non caſſaret prouiſio:ſecundum glo.& Io.Andr.in capit.ne pro defectu.de electio. licèt Hoſtiē. ibi teneat, quòd debeat prouideri de gremio illius eccleſiæ, de quo ibi per Panormitan. & per gloſſ.in pragmatic.ſanctio.in titul.de collatio.capitul.j. §. quod ſi quis.ſuper verbo, ſimiliter.& ibi dicit quòd
3 quando † de ſtatuto vel conſuetudine prohibetur prouideri de extraneo:tunc ſuperior nō poſſet prouidere, niſi de perſona illius eccleſiæ: & ita ſeruatur in eccleſijs regni Franciæ, de qua conſuetudine notant. Innocen. Hoſtien. & Henric.in ca.tua. de hij.quæ fiunt à prælat.& Archidiac. in can.j.lx. diſtinctio. Adde capitul.fina.de ſtatu monacho. & capit.cùm cauſam.de electio.quòd in eccleſia.religioſorum non debent deputari clerici ſeculares: quia non eſt arādum in boue & aſino: de quo ibi per Panormita.

ARGVMENTVM

Moræ purgationi in conferendis beneficijs locus non eſt.

SVMMARIVM.

1 *Negligentiæ pœna in conferendis beneficijs executionem ipſo iure ſecum trahit.*

2 *Moræ purgatio non admittitur, ſi à iure fiat executio.*

Quæſtio MCCXXXIX.

QVAERITVR quando fit deuolutio ad ſuperiorem propter negligentiam inferioris lapſo ſemeſtri in inferioribus beneficijs.capitul.ij. de conceſſio.præbend. vel lapſo trimeſtri in eccleſijs cathedralibus vel regularibus.capit.ne pro defectu.de electio.an ſit locus purgationi moræ? Dubium facit propter cap.literas.de ſupplend.neglig. prælato.vbi tolleratur collatio facta poſt ſemeſtre. Sed hoc ibi eſt ſpeciale & procedit ex patientia & tollerantia ſuperioris: & non acquiritur ius ex tunc:ſed vt ex nunc:& abſque hac patiētia vel no-
1 ua collatione non poterat obtinere:† quia talis pœna negligentiæ trahit ſecum executionem ipſo iure,& deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem ipſo iure: ſecundum Panormitan.ibi,& ideò non admittitur purgatio moræ:ſecundum gloſſ. & Panormitanū: in capitul.licèt.de ſupplend.negligent.prælato, &
2 notat.in capitul.fina.de electio. † quia vbi fit executio à iure,non admittitur purgatio moræ.

ARGVMENTVM.

Capitulum, ſede vacante, an commendare poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Commenda nihil aliud eſt quàm mera beneficiorum cuſtodia.*

Quæſtio MCCXL.

QVAERITVR an capitulum ſede vacante poſſit commendare ſicut Epiſcopus ad ſex menſes: iuxta capitul.nemo. de electio. libr.
1 ſexto. Et videretur dicendum quòd ſic, † quia iſta commenda non eſt, niſi cuſtodia beneficij vacantis: ſicuti ad capitulum ſede vacante pertinet ius inſtituendi vel confirmandi.capitul.j.de inſtitutio.libr.ſexto faciunt.notat.per gloſſ. & Panormitanum in capitul.cùm vos. de offic. ordin. & per Geminianum in cap.j.ne ſede vacante, libr.ſexto, & ibi videtur tenere gloſſ.

ARGVMENTVM.

Suſpenſus ab officio à beneficiorum collatione ſuſpenſus cenſetur.

SVMMARIVM.

1 *Suſpenſio ab officio ad quæ extendatur.*

2 *Suſpenſus ſimpliciter, neque conferre beneficia, neque iuriſdictionem exercere poteſt.*

Quæſtio MCCXLI.

QVAERITVR an ſuſpēſus ab officio cēſeatur ſuſpenſus à collatiōe beneficiorū. Du
1 bium facit: † quia ſuſpenſio ab officio ſe extendit quò ad ea quæ ſunt ordinis, & non iuriſdictionis: iuxta notat.in capitu.tranſmiſſam.de electiōn. Sed in contra-

in contrarium videtur veritas:quia ſuſpenſus ab officio cenſetur ſuſpenſus à beneficio,& econtrà : vel quando fit ſimpliciter mentio,de † ſuſpenſione: quia tunc non poteſt conferre beneficia,nec exercere iuriſdictionem.capitu.cùm dilectus.& ibi glo. Innocen.& Panormitan.de electioni.capitul.ſi celebrāt.de cleric.excommunic.miniſtrant.capitul.j. ne ſede vacante,& ibi Geminia.clementin.ne in agro.§.Abbate.de ſtatu monacho.de quo latiùs per Panormita.in dict.cap.cùm dilectus.

ARGVMENTVM.

Monaſteria ſubſunt Epiſcopo, niſi aliter eſſe doceatur.

SVMMARIVM.

1 *Monaſteria & alia loca religioſa ſubeſſe Epiſcopo regulare,niſi ſe exempta eſſe commonſtrent.*

2 *Monaſteria religionis fauore à lege diœceſana ipſo iure exempta ſunt:fallit in iuriſdictione.*

3 *Monaſteria habentia populum ſynodo ſunt aſſecta.*

Quæſtio MCCXLII.

QVAERITVR an monaſteria ſubſint Epiſcopo quò ad legem diœceſanam, aut iuriſdictionis,& an Epiſcopus ſit fundatus de iure communi in eius diœceſi ? Et videtur dicendum, quòd ſic.capitul . omnes Baſilicæ . xvj. quæſtione
1 vij.†niſi monaſteria doceāt ſe exempta ſubſunt Epiſcopo, & quælibet alia loca religioſa.cap. ſi quis Epiſcopum.decimaſexta quæſtio.quinta.capit.monaſteria.decimaoctaua quæſtione ſecunda , & capitu.abbatibus.ea quæſtione.& capit.cùm dilecti. in fine,de confirmatione vtil.vel inutil. ſecundum gloſſ.in capitul.cùm non liceat.de præſcript . & in capitul.de xenodochijs.de religio.domib.vnde ſe-
2 cundum gloſſ.in capitul.dilectus . de offic. † ordi. monaſteria ipſo iure fauore religionis ſunt exempta à lege diœceſana.decima quæſtione prima. capitul.j.& per alia iura ibi allegata:ſed quò ad legē iuriſdictionis.ſubſunt Epiſcopo,eccleſiæ verò ſeculares ſubſunt Epiſcopo tàm quò ad legem iuriſdi-
3 ctionis,quàm quò ad legem diœceſanam.†Si verò monaſteria habent populum , tenētur ire ad ſynodum,etiam Abbate . capitul . quò ad ſuper.de maiorita.& obedien.decimaoctaua quæſtio.ſecunda, capit.abbates.quid autem de capellis monacho.vide in dict.capitul.dilectus.& idem tenet gloſſ.in capitul.j.de ſtatu monacho.& ibi Innocen.qui tenet quod iſta vocabula legis diœceſanæ & legis iuriſdictionis: ſunt vocabula magiſtralia : vide etiam per gloſſ.in fin.

ARGVMENTVM.

Monachus an&in quibus Epiſcopo ſubſit:& item an & in quibus abbati.

SVMMARIVM.

1 *Monachus in ijs quæ ſunt iuriſdictionis Epiſcopo ſubijcitur : in hijs verò quæ regulam clauſtralem concernit,Abbati.*

Quæſtio MCCXLIII.

QVAERITVR an monachi vel alij religioſi potiùs ſubſint Abbati quàm Epiſcopo velecontrà.Et in effectu gloſſ.in capitu.quanto.de offic.ordi.tenet,quòd creatio & correctio monachi,primo loco ſpectat ad Abbatem.capitul.reprehenſibilis.in fine,de appellatio.capit. correptionē. vigeſimaquarta quæſtione tertia. Hugutius verò
1 tenet,quòd † quando agitur in figura iudicij,cognitio ſpectat ad Epiſcopum.Si verò agatur ſecundum regulam clauſtralem,pertinet ad Abbatem ſed gloſſ.in dict.capitul.quanto.videtur tenere , ꝙ prælatus eccleſię collegiatæ habeat iuriſdictionem. capitul.cùm ab eccleſiarum.de offic.ordi. & quòd per conſequens Abbas vel prior poteſt excommunicare,& ad ipſum pertineat prima cognitio.capitul.cùm in eccleſia.de maiorita.& obedien. & ibi, quòd poſſint incarcerari religioſi:& iſtam partem tenent Laurentius,Vicentius,Goffredus , Innocē. verò in dict.capitu.quanto.videtur facere differentiam quando Abbas recipit benedictionem,vel ne. de quo ibi latiùs per Geminia. vbi tenet,quòd quādo agitur de correctione monachi in concernentibus regulam , monachus tenetur potiùs obedire Abbati,quàm Epiſcopo.allegat gloſſ.in capit.qui reſiſtit.vndecima quæſtio. tertia, & capit . noluit. trigeſimatertia quæſtione quinta.ſi verò agatur in cauſa ciuili,tunc non poteſt monachus obligari ciuiliter ſine licētia Abbatis.de quo ibi latiùs per Panormita.facit quod habetur in authent.cauſa quę fit cùm monacho.C.de epiſco.& cleric,

ARGVMENTVM.

Collatio beneficiorum iuriſdictionis eſt,non ordinis.

SVMMARIVM.

Epiſcopus electus & confirmatus ante confirmationem beneficia conferre poteſt.

Quæſtio MCCXLIIII.

QVAERITVR an collatio beneficiorū ſit iuriſdictionis,vel ordinationis?Et in effe-
1 ctu eſt iuriſdictionis:†quia electus cōfirmatus antequàm conſacretur,poteſt conferre beneficia: iuxta notat.per gloſſ.in capitu.trāſmiſſam.de electio. adeò ꝙ ſecundū vnā opinionē,collatio beneficij dicitur iuriſdictionis Epiſcopalis:adeò quòd Epiſcopus in eius diœceſi eſt fundatus de iure communi: adeò quòd non competit inferioribus Epiſcopo, niſi ex priuilegio,vel cōſideratiōe.capit.omnes Baſilicæ.decimaſexta quæſtione ſeptima.capitu.cùm ex iniuncto.in fine,de hæretic.de quo per gloſſ. in pragmatic.ſanctio.in titul. de collationibus beneficiorum.capitul.j.ſuper verbo,iuriſdictio.

ARGVMENTVM.

Prælatus excommunicatus conferendo beneficiū,ſiue eius vicarius officio functus dicitur,& deuolutioni locum facit.

Quæſtio MCCXLV.

QVAERITVR quia vt prætenditur dominus Abbas ſancti Petri foris portam Viennæ,qui prætenditur excommunicatus, fecit collationē de dicto prioratu de Mura:ſeu eius vicarius? fecit etiam collationem. Primo cuidam alteri . ita quòd eſt locus priuationi.c.ſi à ſede.de præben.lib.

vj.an per huiuſmodi collationem dicitur functus officio ſuo,eſto quòd collatio prætendatur nulla, ad ea vt fiat deuolutio ad proximum priorem : iuxta ca.cùm in cunctis.§.fin.de elect.Et videtur dicẽdum,quòd ſic:ſicuti in delegato,qui dicitur functus officio ſuo,etiã per ſententiam nulliter latã. cap.in literis.de offic.delegat.maximè vbi fuit ſeruata forma mandati:ſecundum Panormita.ibi, & ſic iſto caſu non eſſet opus expectare tempus ſemeſtre,quando ordinarius eſt functus officio ſuo, faciendo collationem etiam nullam.facit quod habetur per glo.in cle.ſi de beneficio.de præb. & per Inno.& Panormit.in c.j.&c. de cætero.de re iudic. quia de Abbate fit deuolutio ad diœceſanum immediatè.cap.cùm ad monaſterium.de electio. cap. ſignificauerunt.de exceptio.

ARGVMEMTVM.

Prior clauſtralis,an ſit dignitas.

SVMMARIVM

1 *Prior clauſtralis ſede vacante Abbatis uicem ſupplet.*
2 *Prioris clauſtralis officium,an Abbatis morte expiret.*

Quæſtio MCCXLVI.

QVAERITVR an prior clauſtralis qui eſt primus poſt Abbatem in monaſterio:iuxta c.cùm ad monaſterium.de ſtat. monach. cenſetur dignitas,vt poſſit deputari iudex delegatus apoſtolicus?Et dicendum eſt quòd non.clemen.& ſi principalis.de reſcript.& ibi per gloſſ.Cardi.Florẽ.
1 & Ioan.de Imol.† licèt talis prior clauſtralis suppleat vicem Abbatis ſede vacante.c.j.in fin.ne ſede vacante,in fine,licèt ſecundum Hoſtiẽ.ibi fieret ex indulgentia:ſed Lauren.quem refert ibi Panor. in dict.clemen.ij.de reſcript.& in cle.quia regula-
2 res.de ſupplen.negligen.præla.†tale officium prioris clauſtralis non expirat per mortem Abbatis:ſed Panormi.in hoc dubitat:quia ſicuti per mortẽ Epiſcopi expirat officium vicarij:ſecundum gl.in cle. fin.de procurato.ita etiam cenſetur expirare officium prioris clauſtralis,cùm dicatur vicarius Abbatis,& hoc verum quando dictus prior fuiſſet poſitus per Abbatem tantum. ſecus ſi fuiſſet electus à toto conuentu:quia tunc non expiraret:ſecundum Panormit.ibi,argumento.c.ij.de ſtatu regularium. & pro præmiſsis facit clement.ne in agro.§. Abbate.de ſtatu monacho.videlicet Abbate ſuſpẽſo deuoluitur poteſtas ad priorem clauſtralem & capitulum,& pro hoc facit quod voluit Innocen.& Panormita.de conſuetudine. & in capit.fina.de ſtatu monacho.& ibi an monaſterio vacante debeat deputari adminiſtrator per Epiſcopum.

ARGVMENTVM.

Prioratus conuentualis dignitas eſt.

SVMMARIVM

1 *Prior conuentualis apoſtolicas cauſas recipere poteſt.*
2 *Aetas quæ in priore cõuentuali & quæ in priore rurali requiratur.*
3 *Prior conuentualis Abbatis loco habetur.*
4 *Prioratus an conuentualis ſit unde cognoſcatur.*
5 *Collegij ſigna quæ ſint.*
6 *C.qui propter.& capitul.ne pro defectu.de electio.forma, in electione prioris conuentualis & prelati collegij, an ſeruetur.*
7 *Prioris electioni confirmatio ad quem ſpectet.*

Quæſtio MCCXLVII.

QVAERITVR an prioratus conuentualis ſit dignitas:& qualiter cognoſcatur,quòd
1 ſit conuentualis.Et in effectu dicitur dignitas,† & poteſt recipere cauſas apoſtolicas. clementin. & ſi principalis.de reſcript.capitul.niſi.circa finem, de præbend. & iſto caſu prioratus eſt perpetuus, & quando vacat eligitur per capitulum ſeu conuentum.capitu.ſecundo,verſicul.priores.de ſtatu monacho.ſecus in priore clauſtrali,vel rurali. capitul. cùm ad monaſterium.§.nec alicui. de ſtatu mona-
2 cho.† & in tali priore conuentuali requiritur ætas vigintiquinque annorum:ſecus in priore rurali, vbi ſufficit ætas viginti annorum.clementina. ne in agro.§.cæterum.de ſtatu monacho.facit capit. nul-
3 la.decimaoctaua quæſtio.ſecunda, † & talis prior conuentualis eſt loco Abbatis,in exercenda iuriſdictione.capitu.cùm in eccleſijs.de maiorita.& obedientia,& ibi per gloſſ. & Panormitan.de maiorit. obedientia,capitul.fina. de ſtatu monacho. & ad
4 cogendũ,† an prioratus ſit electus,vel eccleſia collegiata,recurrendum eſt ad inſtitutionem,vel ordinationem eccleſiæ:ſecundum Ioann. Andr.& Panormita.in capitul.nobis.de iure patrona.& ſi non apparet de inſtitutione defendatur eccleſia in poſſeſsione collegij, & ex quo eſt in poſſeſsione collegij,habetur pro collegio, aliàs diceretur ſimplex
5 beneficium, † quæ autem ſint ſigna collegij,ſunt iſta.facere ſyndicum,vel habere ſigillum.capit. ſignificante.de appellatio. capitul. cùm dilecta. de de exceſs.prælato.vel quia aliàs elegerunt prelatũ. capit.j.de electio.de quo per Panormitan.latiùs.in dict.capit.nobis,& per gloſſ.in pragmatic.ſanctio. in titu.de electio.capit.j.ſuper verbo collegiatis, &
6 ibi† an in tali electione debeat ſeruari forma dicti capit.quia propter.& ca.ne pro defectu.de electio. & etiam habetur in dict.pragmatic.ſanctio.vbi ſuprà,ſuper verbo,capitulo.& ibi de differentia inter capitulum,& conuentum:& etiam in §.facta.ſuper
7 verbo,pertinet.& ibi † an confirmatio prioris electioni ſpectet ad Epiſcopum,vel Abbatẽ. & etiam in capitul.ſecundo,de electioni.in pragmatic. ſanctio.ſuper verbo,obſtatio.in capitul.ij.de præbenlib.vj.habeat locũ in epiſcopatu,&abbatia,&priore conuentuali.

ARGVMENTVM.

Electio ſimoniaca ſiue collatio ipſo iure nulla eſt.

SVMMARIVM.

1 *Vexationem redimere an liceat.*
2 *Gieſi & Simon magus ſimoniæ authores.*
3 *Simoniacus promotus ad ordines uel beneficium etiam ignoranter,an beneficio renuntiare poteſt. & an ſolus Papa in beneficio rogato, aut dignitate habente diſpenſare poßit.*

Quæſtio MCCXLVIII.

QVAERITVR an electio ſymoniaca ſit ipſo iure nulla:& idem in collatione beneficij ſimoniaci. Et dicendum eſt quòd ſic.capitul. ſi alicui.

alicui.de election.& ibi Panormitanus capitu.ordinationes.j.quæſtio.j.cap. cùm vniuerſitatis. de rerum permutatione. capitu. quærelam. de ſymonia. & per gloſſ.& Panormitanum in capitul. ex parte. de election.le premier.& idem in renuntiatione beneficij ſymoniaci.ſecundum gloſſ. in capitu. ſuper eo.de renũtiatiõe. Nec obſtat c.nobis. de ſymonia, vbi fit mentio, quòd electio ſymoniaca eſt caſſanda:quia ibi ponitur dictio,penitùs.quæ denotat ipſo iure.& ita etiam in pragmatica ſanctione in titulo de election.capit.j.§.deindè.& ibi etiam ponitur pœna excommunicationis ipſo facto. Nec ob-
1 ſtat ſi dicatur, † quòd licitum eſt redimere vexationem ſuam: quia illud nõ habet locũ pro iure quęrendo:ſecundum Innocentium in capi.Matthęus. & capitu.ad aures.de ſymonia.& gloſſ.in dicta pragmatica ſanctione vbi ſuprà ſuper verbo, datione. & ſuper verbo, perpetuò. & ibi an Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper crimine ſymoniæ, quando quis fuit ignorans:de quo in capitul.de ſymonia. Adde
2 capitu.qui ſtudet.j.quæſtion.j.quòd Gieſi in veteri teſtaměto fuit primus author ſymoniæ,& in no-
3 uo teſtaměto Symon Magus.Adde quando † quis promouetur ad ordines vel beneficium etiam ignoranter,quòd tenetur renuntiare beneficio: & ſolus Papa diſpenſat in beneficio rogato aut habente dignitatem.capitul.penultimo.de election. capitu. de ſymonia.capitul.ex inſinuatione. capitu. nobis. & capitu.ſicut.le ij.de ſymonia. & nota. in capitul. præſentium.j.quæſtion.v.& per gloſſ.in pragmatica ſanctione. in titu. de election.capitul. j.§.deindè eligant.ſuper verbo,ſymoniaci.& ſuper verbo,perpetuò.vide etiam gloſſam in capitu.ex parte. le premier.de officio delegati.

ARGVMENTVM.

Electio antequàm fiat aliquo tractatu opus eſt.

Quæſtio MCCXLIX.

QVAERITVR an in actu electionis requiratur tractatus, antequàm fiat electio? Et in effectu videtur dicẽdum,quòd requiritur tractatus ante electionem & colationem. capitu .cùm terra.& capit.quia propter.& capitu.cùm in veteri. de election. & ibi per gloſſam:vnde ſecundum Panormitanum ibi tractatus non eſt de ſubſtantia electionis:ſed ſolùm de forma ſubſtantiali : niſi aliter haberetur in forma mandati : quia tunc debet tractari de electione in genere,ex quo forma mandati habet requirere conſilium aliquorum : Et iſto caſu poterit eligi vnus ex conſultoribus,licèt nõ det cõſilium in caſu proprio.de quo ibi per glo.& Panor.

ARGVMENTVM.

Subſtitutionis gradus in electionibus locum non habet.

SVMMARIVM.

1 *Electio purè & ſimpliciter facienda eſt.*
2 *Electus ubi electionem non acceptauerit,ad ſecundam electionem deueniri poteſt.*
3 *Electioni acceptatæ renuntians non auditur:nec pœnitentiæ locus eſt:ſecus in officio temporali.*
4 *Subſtitutionis gradus in officio temporali ſeu ſeculari fieri poteſt.*

Quæſtio MCCL.

QVAERITVR an in electione licitè poſſit fieri gradus ſubſtitutionis , vt primò non acceptante vel non valente , quòd eligatur ſecundus:& ſic de ſimilibus. Et in effectu dicendum eſt,
1 quòd nõ in beneficio eccleſiaſtico: † quia talis electio debet fieri purè & ſimpliciter hodie. capit. electionibus.de election.libro ſexto. ſecundum gloſſ. in capitu. cùm terra.de election. & ibi habetur per gloſſ. & Panormitanum , an poſſit procedi ad ſecundam electionem non caſſata prima,quãdo fuit peccatum in perſona ignoranter , vel in forma : de quo in capitul.cùm in cunctis.& cap.innotuit.& c. auditis.de election.& in capit.inter dilectos. de exceſſi.prælatorum.& in capitu.perpetuò. de electio.
2 libro ſexto. Veruntamen † quando primus nõ acceptat electionẽ,bene poteſt procedi ad ſecundam electionem.capitu.ſi electio.de electio.libro ſexto. capitu.qui abſenti.de præben.eodem libro. † licèt
3 quando acceptetur non poſſit reuocari , nec eſt locus pœnitentię.capitu.publicato.de election.ſecus in officio temporali : de quo per Bartolum in l. qui
4 abſenti.ff.de donatio. † & pariter in officio temporali ſeu ſeculari benè poteſt fieri gradus ſubſtitutionis.de quo per Cynum & cæteros in l.poſt aditam. C.de impuber.& alijs ſubſtitutionibus.

ARGVMENTVM.

Reſeruatio Papæ archiepiſcopalis eccleſiæ an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio omnium eccleſiarum Papæ permiſſa.*
2 *Legum præcepta quandoquè ex cauſa tranſgredi licitum.*
3 *Papæ officij eſt prælatos diſceptantes ad unionẽ reducere.*
4 *Francorum Regis ſuggeſtione ordo templariorum deſtructus fuit.*

Quæſtio MCCLI.

QVAERITVR ſuper reſeruatione apoſtolica eccleſiæ Viennenſis dicti domini Cardinalis contra dictum dominum Antonium de Claromonte,quòd dicta reſeruatio ſit valida : facit
1 quia † omnium eccleſiarũ diſpoſitio eſt Papæ permiſſa.capitul. primo.capit.propoſuit.de conceſſio. præbend.capitu. ſecundo. de præbend. libro ſexto. Nec tenet dicta electio dicti de Claromonte contra dictam reſeruationem & prohibitionem Papæ. capit.dilecto.de præbend. Nec obſtat ſynodus pragmaticæ ſanctionis : quia in caſu iſto ex cauſa euidenti permittit dictam reſeruationẽ: vt in pragmatica ſanction. de election. capitul. j. apparet etiam magnitudo dictæ cauſæ ex tenore dictæ reſeruationis: quia licitum eſt diutinæ vacationi eccleſiæ Rotomagenſis,& vbi in pragmatica ſanctiõe non reſeruaretur:tamen iſte caſus cẽſeretur reſeruatus. & recipit interpretationem à iure communi. argumento capitu.cùm dilectus.de conſuetudine.l.ſi ho

2 minem.ff. mandati. † quia ex cauſa licitum eſt legum præcepta transgredi:ſecundum Innocentium in capitu.primo. de conſtitution. Nec obſtat ſi dicatur quòd eccleſia Rotomagenſis non vacabat ex quo erat validè prouiſum dicto domino Cardinali. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd licèt non vacaret de iure, vacabat de facto, ex quo dictus dominus Cardinalis impediebatur habere poſſeſsionem: & ita carebat legitimo adminiſtratore. argumento capitul. cùm noſtris. de conceſsion. præben. iuxta notata per Hoſtienſem & Ioannem Andræ. in capi. olim. el primo. de reſtitutione ſpoliatorum. & per Ioannem Andræam in capitu. primo. de rebus eccleſi. non alienand. libro ſexto. Præterea fuit & eſt iuſta cauſa pro cedenda differentia dicti domini Cardinalis & dicti domini Georgij protunc Archiepiſcopi Narbonenſis ad dictam eccleſiam Rotomagenſem poſtulati: cùm ambo eſſent potentes. Et ideò inſtante Rege fuit facta concordia, & dicta reſeruatio conceſſa ad euitandum detrimentum, quæ potuiſſent ſubſequi: iuxta notata per Petrum de Ancharano conſilio vij. & per Bartolum
3 in l. creditor. ff. de ſolutionib. † Et ideò Papa iure paſtoralis officij tenetur operam dare ad pacificandum tales diſcordantes prælatos. capitul. placuit. capitu. præcipimus. capitu. deſidentes. cauſa pacis, & ſcandali euitandi. capitu. cura. de iure patronatus. capitu. niſi cùm pridem. §. pro graui. de renuntiation. Tum etiam quia fuit iuſta cauſa reſeruationis, vt ſatisfiat precibus præfati Regis Caroli,
4 ſicuti † aliàs ad preces Regis Francorũ ordo templariorũ fuit deſtructus: vt refert Albericus de Roſate in ſuo dictionario ſuper verbo, templo. & an cauſa ſit magna & euidēs relinquitur arbitrio pontificis. capitu. cùm illorum. de ſententia excommunicationis. & Romanus conſi. cccxxxij.

ARGVMENTVM.

Electio quæ fuit facta non ſeruata forma cap. quia propter. de election. nec decretum pragmaticæ ſanctionis, an nulla habenda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Electio ad hoc ut ualeat tria requiruntur.*
2 *Electio ſpiritus ſancti afflatu an nullam aliam ſolennitatem requirat.*

Quæſtio MCCLII.

QVAERITVR quæ habeant obſtare electioni dicti domini de Claromonte. Et in effectu non fuit ſeruata forma concilij generalis. capitul. quia propter. de election. nec pariter decreti pragmaticę ſanctionis. in titu. de elect. c. j §. & cùm humanæ. verſic. ad locum. & verſic. deindè. vbi cauetur, quòd die electionis electores conueniunt auditurí miſſam vtq; euchariſtiã accipiant: & præſtent iuramentum de eligendo virum. & in §. & cùm hu-
1 manæ. & ibi gloſſ. † quòd requiruntur principaliter tria, aliàs electio eſt irrita. Nec obſtat ſi dica-
2 tur, † quòd dicta electio ſit facta quaſi per inſpirationem ſpiritus ſancti, quæ non requirit aliam ſolennitatem: quia quę ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege: quia tollitur abiectus, niſi aliud expreſſum ſit: quia illud habet locum de ſolennitatibus requiſitis in ipſa electione: ſed ante bene debet ſeruari quod ſtatuitur in dicta pragmatica ſanctione: quia vt dicit Mandago in tractatu electionis in c. peccatis hominum. rariſsimè fit electio per quaſi inſpirationem.

SVMMARIVM.

1 *Executoris dignitas deducenda.*

Quæſtio MCCLIII.

QVAERITVR quia poſt dictam reſeruationē dictus dominus Cardinalis illam acceptauit & fuit deputatus reuerendus in Chriſto pater euangeliſta Epiſcopus Tiburtinus vnus ex eius executoribus, qui fulminauit, & decreuit eius
1 proceſſum in forma ſolita, † & ſubdelegauit vigore clauſulæ cęterùm: ideò debet deduci habilitas executoris de tempore dicti proceſſus executorialis decretus, qualiter erat Epiſcopus, & pro tali habebatur. & pariter tempore vacationis & acceptionis ſubexecutor ibi nominatus fuit & erat clericus, & in communione fidelium habilis & idoneus. Et pariter dum ibi dicitur in bulla reſeruationis. & in articulo dicti domini Cardinalis, quòd fuerat prouiſum eidem domino Federico de dicta eccleſia Rothomagenſi conuenientiùs diceretur, quòd fuiſſet prouiſum dictæ eccleſiæ Rothomagenſi de dicto domino Federico.

SVMMARIVM

1 *Archiepiſcopus in prouincia ſibi decreta crucem deferri ante ſe poteſt.*

Quæſtio MCCLIIII.

QVAERITVR quia dicta eccleſia Metropolitana Viennæ eſt immediatè ſubiecta Papæ, & maximè cùm habeat ius primatiæ, quod denotat, quòd immediatè ſubijcitur Papæ. capitul. antiqua. cũ ibi notatis, de priuilegijs. cùm habeat ſecũdas appellationes, tàm ex priuilegio quàm inueterata conſuetudine per tempus cuius initij memoria hominis non excedit. capitul. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verborum ſignificatione. iuxta notata per Panormitanum in capitu. primo. vt lite
1 pendente. † Nã Archiepiſcopus poteſt facere ante ſe deferri crucem in eius prouincia. clementin. Archiepiſcopo. de priuilegijs. & etiam in prouincia aliena ex priuilegio vel conſuetudine: ſecundum Panormitanum ibi.

SVMMARIVM.

1 *Collatione beneficij nedum ius ad rem ſed in re quæſitũ eſt.*
2 *Collatio beneficij & chori inſtallatio an ſufficiat ut nulla alia confirmatione uel ſolennitate opus ſit.*
3 *Impetratio beneficij nõ facta mentione de poſſeſſore etiam annali non ualet.*

Quæſtio

Quæſtio MCCLV.

QVAERITVR ſuper cauſa poſſeſſoria præbendæ & canonicalis portiõis de Auanſono eccleſiæ cathedralis ciuitatis Vapincenſis inter reuerendum dominum Ioannem Guelli prothonotarij ex vna:& venerabilẽ dñm Claudium de Neuro partibus ex altera.apparet de iure dicti Guelli & non iure dicti de Neuro:quia vacante dicta canonicali portione per obitum domini quondam Antonij Armeti maior pars canonicorum dictæ eccleſiæ contulit capitulariter dicto Guelli aſsignãdo ſtallum in choro etiam in præſentia reuerendi
1 domini Epiſcopi Vapincenſis, † & ita fuit ius quęſitum nedum ad rem ſed in re.capitu.ſi tibi. capitu. in illis.de præbend.libro ſexto.& nota.per gloſſam in capitul. primo. de inſtitutionib. eodem libro. & maximè cùm interuenit inſtallatio in loco ſolito. capitu.vt noſtrum.de officio Archidiaconi. ſecundum Innocentium in capitul. tranſmiſſam. de ele-
2 ction. † Nec fuit opus alia confirmatione ſeu ſolennitate in iſtis minoribus officijs: iuxta notata per Panormitanum in capitul. maioribus. de præbend.& in capitu.eccleſia veſtra.de electiõ. & per dominos de Rota.ſub titulo de electiõ. deciſione incipiente. Quod vocetur beneficium. Tum etiam quia dictus dominus Guelli eſt triennalis poſſeſſor pacificus.Et ſic habent obſtare intentioni dicti de Neuro duæ regulæ cancellariæ: quarum prima loquitur de triennali poſſeſſore, & alia loquitur de
3 annali poſſeſſore, † quando quis poſſedit per annum,quòd tunc non valet impetratio apoſtolica, niſi fiat mentio de tali poſſeſſore. capitul. cum noſtris.de conceſsion.præbend. cum ibi notatis. Non obſtat ſi dicatur quòd collatio dicti Guelli fuit facta contra ſtatutum, dictæ eccleſiæ Vapincenſis. cùm debeant vocari abſentes in electionibus, & alijs prouiſionibus dicti capituli. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd per hoc talis collatio non ſubiacet nouo iure vitio nullitatis:ſecundum gloſſam in clementina prima. de iure patronatus. & per Salicetum in l.ſtatutis. C. de ſententijs ex pericul. recitan. & per Baldum & Alexandrum de Imola in l. prima. ff. de liberis & poſthumis. & maximè: quia tale ſtatutũ non fuit obſeruatum. Nõ obſtat etiam prætẽſa impetratio apoſtolica dicti de Neuro cùm ſit ſurreptitia, & obreptitia ipſo facto. quia dicta præbenda non vacabat.& pariter in dicta eccleſia Vapincenſi eſt certus numerus canonicorũ & præbendarum, videlicet duodecim,& ſic erat numerus completus de tempore dictæ prætenſæ impetrationis:nec poteſt opponi aduerſus formam electionis ſeu collationis dicti Guelli per alios de capitulo: iuxta notata in capitu.ſuper his.de electiõ.lib. vj.

ARGVMENTVM.

Recredentia cui litigantium adiudicanda.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula decreti irritantis actum in contrarium geſtum efficit & nullum reddit.*
2 *Clauſula decreti irritantis nedum petitorium ſed & poſſeſſorium afficit.*
3 *Recredentia ei qui potiora iura oſtendit, adiudicanda eſt.*

Quæſtio MCCLVI.

QVAERITVR redeundo ſuper cauſa præpoſituræ eccleſiæ Valeñ. an recredentia debeat adiudicari dicto domino Petro de Caſtrobriando, cõtra dominum Chriſtophorum de Sal-
1 liente: & videretur dicendum quòd ſic, † propter clauſulam decreti irritantis, quæ afficit & reddit actum in cõtrarium nullum, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter fuerit geſtum.c. ſtatutum.in fine de reſcript. libro ſexto.capitu.ſi eo tempore.de electiõ. capit. ſi poſtquàm.de præbend.eodem libro ſexto.ſecundum Cardinalem Florentinum conſilio decimooctauo.Nec eſſet ipſo caſu opus facere mentionem de litis pendentia,etiam ſi teneret actus in contrarium de conſenſu partium: ſecundum Innocẽtium
2 in capitul.dilecto. de præbend. † Et habet afficere nedum petitorum, ſed etiam poſſeſſorium, ſecundum Innocentium in capitu.noſtrum. de appellationibus. Et pro illa vice nullus poteſt prouidere: ſecundum Petrum de Ancharano conſilio quinquageſimoſeptimo.& deficit poteſtas in conferente.& facit deciſio domini Guidonis Papæ octuageſimaquinta. Nec obſtant exceptiones dicti de Salliente, quia ſua non intereſt: iuxta notata in capitul.ſuper hijs.de accuſationibus.capitu. cùm inter. de electiõ.l. loci corpus. §. cùm poſt.ff.ſi ſeruitus
3 vendicetur. † Prætereà recredentia debet adiudicari illi qui oſtendit potiora iura:ſecũdum Ioannem Fabrum in l.final.C.de edict.diui Adrian.tollend. & gloſſ.in pragmatica ſanctione.in capitul.primo. §.necque.de cauſis.Et ita eſt in propoſito: quia dictus de Caſtrobriando iuſtificauit nedũ de colorato titulo: ſed verò & canonico,tàm præuentionis apoſtolicę:iuxta capitu.ſi à ſede. de præbend. libro ſexto.& per Baldum in l.ſi duas. ff. de excuſation. tutorum.quàm etiam iure electionis à maiore parte capituli factæ:& quis in poſſeſſorio poteſt vti duplici titulo:ſecundum Ioannem Andræam in cap. cùm perſonæ.de priuileg.libro ſexto. & Panormit. in cap.poſt electionem.de conceſsio.præbend.

ARGVMENTVM.

De prouiſione apoſtolica domini Michaëlis Gille, aliàs Pheliſot.

SVMMARIVM.

1 *Si mandetur quem in canonicum recipi, intelligitur ſecundum eccleſiæ conſuetudinem.*

Quæſtio MCCLVII.

QVAERITVR ſuper viſitatione prouiſionis apoſtolicæ domini Michaëlis Gille aliàs Pheliſot clerici diœceſis Gratianopolis ætatis octo annorũ, quæ dirigitur Epiſcopo Mutinenſi, & dilectis filijs Valentiæ & Grationop. Epiſcopis, vbi in effectu narratur ꝙ omnia loca & canonicales portiones & prioratus,cęteráq; beneficia ſecularia & regularia apud ſedẽ apoſtolicã vacantia aut vacatura ſunt ſedi apoſtolicę reſeruata,decernẽtes

extunc irritum & inane, ſecus ſi quoquã attentatum fuerit ſcienter vel ignoráter: cùm poſtmodùm locus & canonicalis portio eccleſiæ Gianopolitanæ ordinis ſancti Auguſtini per liberam reſignationem dilecti filij Philippi de Comerijs per eius procuratorem ſpecialiter conſtitutum in manibus Romani pontificis factã, & an ipſam quaſcunque gratias expectatiuas, vniones, reſeruationes, derogationes, & quaſcunque aliàs prouiſiones in cõtrarium ſuſpendendi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pro expreſsis habentes, & prioratus de Corenco dicti ordinis olim loco & canonicali portioni quandiu dictus Philippus viueret vnitus & annexatus, etiam per reſignationẽ diſſolutã, etiam apud ſedem apoſtolicam vacarent: & vt accepimus dictus Michael cupiat ad melioris vitæ frugem cum dilectis filijs capituli dictæ eccleſiæ ſub regulari virtutum domino famuliari: ſupplicando vt vniretur loco & canonicali portioni. Nos igitur qui volumus quòd ſemper in vnionibus commiſsio fieret ad partes vocatis quorum intereſt volentes conſonare dictum Michaelem: qui vt aſſerit in octauo ſuæ ætatis conſtitutus exiſtit, ipſum à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis & alijs ſententijs ad effectum præſentium conſequendum abſoluendo mandamus quatenùs vos vel duo aut vnus veſtrum per vos vel alium authoritate noſtra in dicta eccleſiã in canonicum recipiatis, & in fratrem & regularem habitum: iuxta conſuetudinem ipſius eccleſiæ exhibeatis: & nihilominùs locum & canonicalem portionem quorum quadraginta ac prioratum qui conuentualis non eſt, & cum cura per vicarium exerceri ſolita imminet animarũ cuiuſque quinquaginta librarũ turoneñ. paruorũ fructus & redditus ſecundum communem æſtimationem valorem annuũ: vt dictus Michael etiã aſſerit, non excedens: & ſuper eis inter aliquos lis cuius ſtatũ habere volumus pro expreſſo pendeat indeciſa dummodo eorum diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, videlicet locum & canonicalem portionẽ eidem Michaeli donec xiiij. annum cõpleuerit etiam cũ domo, orto & pertinentijs eorundem, & qui per decanum aut vnum ex canonicis dictæ eccleſiæ obtineri conſueuerunt, etiam ſi dictus Philippus illos obtineat vltra iura dictorũ loci & canonicalis portionis regendos & gubernandos interim huiuſmodi commẽda duráte, ſuportatis oneribus de illorũ fructibus diſponere & ordinare alienatione interdicta cõmendare, necnon prioratũ prædictũ eiſdem loco & portiõi etiam poſt decimumquartũ annum compleuerit: & in titulum obtinuerit vnire annectere, & incorporare, & lapſo dicto decimoquarto anno regularem profeſsionem conferre & aſsignare authoritate noſtra curetis: & in corporalem poſſeſsionẽ loci & canonicalis portionis domus, orti, & prioratus de Corenco, vel portionem ſuam ac dicti prioratus fructibus, prouentibus, redditibus, & obuntionibus vniuerſis integrè reſpondere facientes: non obſtantibus conſtitutionibus apoſtolicis, necnon eccleſiæ & ordinationis prędictorum iuramento confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus illis præſertim quibus inter alia cauetur expreſsè quòd antiquiores canonici domos canonicales vacantes obtinere poſsit hac vice derogamus. Non obſtantibus quibuſuis contrarijs prouiſionibus, aut ſi venerabili fratri noſtro Epiſcopo Gratianop. & præfatis capitulo ſit indultum, quòd non valeat prouideri, vel cõmendari per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de verbo, ad verbum mentionem, volumus quòd dictus prioratus huiuſmodi debitis nõ fraudetur obſequijs, ſed loci & canonicalis portiõi antedictę ac prioratus de Corenco onera conſueta ſupportentur: quodque ſedente vel decedente dicto Michaële annexio, vnio, annexio prædictæ diſſolutæ ſint, decernentes, irritum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Mccccxcvij. noñ. calend. Ianuarij. Pontificatus noſtri anno ſexto. & aliàs prout ibi pleniùs
1 continetur. Aduertendum † quòd in dicta bulla in ea parte inquantum mandatur dictum Michaëlem recipi ad habitum regularem dictæ eccleſiæ, refertur iuxta conſuetudinem dictæ eccleſiæ, & pariter inquantum mandatur ipſum admitti ad locum & canonicalem portionem, dicitur vt moris eſt, & ſic non intelligitur de integra præbenda, ſed de minori: ſecundum conſuetudinem dictæ eccleſiæ. Adde quòd à principio dictæ bullæ eſt vnum verbum incongruũ ſeu prauæ latinitatis ibi, canonicali portione, &c. & debet eſſe canonicali portioni facit c. ad audientiam. le j. de reſcript. licèt in cancellaria poſsit corrigi, & corrigenda veniat.

ARGVMENTVM.

De iure optandi.

SVMMARIVM.

1 *Iuris optandi conſuetudo æquitati canonicæ innititur.*
2 *Antiquiores canonici in optandis præbendis qui dicantur.*
3 *Conſuetudo rationabilis & quæ iuri non aduerſatur, ut ualeat, ſufficit ut longeua ſit, licèt quadraginta annis præſcripta non ſit.*
4 *Diſparitas in præbendis diſtinctis non reprobatur.*
5 *Optandi tempus quòd à tempore ſcientiæ currere incipiat.*
6 *Optandi conſuetudo etiam longo tempore non interrumpitur.*
7 *Nundinarum priuilegium decennio perditur.*
8 *Beneficia apud ſedem apoſtolicam uacare quando dicatur.*

Quæſtio MCCLVIII.

QVAERITVR an iuxta conſuetudinem dictæ eccleſiæ Gratianopol. Antiquiores canonici poſsint optare meliores, ſi voluerint cùm vacant per ſe vel per alias præbendas: & videretur dicendum quòd ſic. cap. fina. de conſuetu. lib. vj. vbi habet locum optatio etiam quando Papa mandat prouideri de præbenda proximè vacatura: ſecus in præbendis apud ſedem apoſtolicã vacantibus: cùm de ipſis per Romanum pontificem ordinatur locus prædictæ conſuetudini non exiſtit: & talis optatio, debet fieri infrà viginti dies à die vacationis, quibus elapſis executores poſſunt procedere nõ optatis:
1 & talis † cõſuetudo iuris optãdi innititur æquitati canonicæ, quæ vult antiquiores præferre canonicos. lxj. diſt. in. c. quid proderit. ſecundum gl. in d. c. fi. Et ideò dicẽdum eſt in ſtatuto. ſecũdum gl. ibi. c. j. de conſtitutio. lib. vj. Et iſto caſu intelliguntur antiquiores

antiquiores non ætate: ſed tempore in eccleſia, niſi aliter conſuetudine aut ſtatuto caueatur: ſecundū
3 gloſſ. ibi, & cum talis † conſuetudo ſit rationabilis & non contra ius, ideò ſufficit, quòd ſit longeua, licèt non ſit præſcripta quadraginta annis: ſecūdum gloſſ. in dict. cap. fina. allegat c. conſuetudo. xij. diſtinctione. & ita refert fuiſſe iudicatum in eccleſia Mediolaneñ, vbi eſt conſuetudo quòd antiquior canonicus poſſet mutare domum. & talis optatio
4 habet locū in melioribus præbendis: † quia in prębendis diſtinctis non reprobatur imperitas. Verun tamen ſi minor prębenda eſſet magis grata, poſſet optari. Nec obſtat cap. cui. de præbend. libr. vj. vbi habetur, quòd quando mādatur prouideri de canonia non ſacerdotali, vel de integra prębēda vel certi valoris, non poterit acceptari præbenda ſacerdotalis, vel dimidia, vel minoris valoris: quia ibi eſt ſpeciale propter formam mandati: ſecundum gloſſ. in d. c. fi. & licèt quando vacat præbenda apud ſedē apoſtolicam, Papa mādat prouideri per alium executorem: tamen ceſſat optatio: ſecundum glo. in c.
5 fi. & vlteriùs quando † habet locum optatio, tunc ſpacium viginti dierum currit tempus à tempore ſcientię, & non dicitur niſi vnicum tempus viginti dierum pro ominibus optare volētibus: ſecundum
6 glo. ibi, † & licèt canonici ſteterint longo tempore, quòd non optauerunt: tamen conſuetudo non eſt interempta: ſecundum Ioan. And. & Geminia. ibi.
7 Nec obſtat l. j. ff. de nundi. vbi † priuilegium nundinarum perdit per decennium: quia ibi non cōceditur expreſsè priuilegio illorū: de quo ibi latiùs per
8 Geminianum. Adde quòd † dicūtur beneficia vacare apud ſedem apoſtolicam, quando moritur in curia, aut propè: iuxt. cap. ij. & cap. ſtatutum. & cap. præſenti. de præbend. lib. vj. an idem ſit quando fit renuntiatio in manibus ſummi pontificis, & mandat conferri: vide ibi: & in dict. cap. fina. §. in præbēdis. lib. vj. & clemen. j. de renuntiati. & in cap. ij. de præbend. libr. vj.

ARGVMENTVM.

Præbenda ſi per permutationem vacat optioni locum non facit.

SVMMARIVM.

1 *In permutatione an opus ſit noua prouiſione.*
2 *Optioni locus non eſt in canonijs, quarum collationem Papa ſibi reſeruauit.*
3 *Optans an pœnitere poßit & ad præbendam dimiſſam redire.*
4 *Excommunicatus optare poteſt.*

Quæſtio MCCLIX.

QVAERITVR quando præbenda vacat per permutationem an habeat locum ius optādi: & dicendum eſt quòd ſic: ſecundum Ioan. And. in dict. cap. fina. & in additio. ad Specul. in rubric. de rer. permu. Nec obſtat clemen. j. de rer. permuta.
1 vbi prohibetur fieri collatio: † quia in caſu iſto non fit noua collatio, licèt Ioan. de Ligna. quem refert Geminia. in dict. cap. fina. videatur tenere, quòd ſit opus noua prouiſione, de quo ibi latiùs per Gemin. & ibi quando Papa vel legatus derogat optationi: & ibi etiam quando ſoli præſentes poſſunt optare & alius quis eſt in ſeruitio Papę, de quo ibi latiùs per Gemin. & ibi in §. in præbendis. quando Papa
2 reſeruauit † collationem canonicatus, an habeat locum optatio? & dicendum eſt quòd non, quando Papa ſpecialiter prouidet: ſecus ſi Papa prouideret
3 iure deuoluto. † quid autem quando ille, qui optauit voluit pœnitere, & interim optare & habere præbendam dimiſſam? Et dicendum eſt ſecundum Geminia. poſt Lapum, quòd in hoc ſtandum eſt cōſuetudini. & conſequenter ibi. §. fina. tenet poſt do
4 minos de Rot. † quòd poteſt fieri optatio per excōmunicatum. de quo ibi latiùs per ipſum.

ARGVMENTVM.

Papa quando prouidet de præbenda, & reperiam in multiplici differentia, de qua prouidendum erit.

Quæſtio MCCLX.

QVAERITVR quia in dicta eccleſia Grationop. præbendę ſunt in triplici differentia: quia quędam ſunt maiores, quæ aſsignantūr canonicis presbyteris: & de iſtis non poteſt prouideri minoribus clericis: cap. ei cui. de præbend. libr. vj. niſi aliter appareret de intentione Papę: ſecundum glo. ibi. Quędam ſunt præbendæ mediæ, quæ non aſsignētur, niſi diaconis, & ſubdiaconis: quædam ſunt prębendę minores quæ aſsignātur inferioribus. ca. cui de nō ſacerdotali. de pręben. lib. vj. an in iſto caſu debebit prouideri de præbenda integra. & videtur dicendum quòd ſic, quando apparet de intētione Papæ, vti quando eſt appoſita clauſula illa, non obſtantibus aliquibus, per quę effectus gratiæ noſtræ impediri valeat, vel differri: ſecundum gloſſ. in dict. cap. ei cui licèt ante. & attēto quòd in dicta bulla mādatur prouideri integrè, licèt Archidiaconus ibi videatur tenere contrarium: de quo aliàs ſcripſi in alio volumine cauſarum eccleſiaſticarum.

ARGVMEMTVM.

Papa cùm mandat prouideri de certa præbenda, de illa non de alia prouidendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio ex quo admiſſa eſt in curia, quòd nulli præter quàm illi in cuius fauorem renuntiatio admiſſa ſit prouideri poteſt.*
2 *Quid ſi mentio præbendæ facta*
3 *Canonicus ſucceſſorem non hab*
4 *Canonicus pro iuribus præbendæ procuratorē conſtituere non niſi cum capituli conſenſu poteſt.*
5 *Papa quando præbendam ſpecialiter confert abſque derogatione, quòd optioni locum facit.*

Quæſtio MCCLXI.

QVAERITVR quia in dicta bulla apoſtolica mandatur prouideri & aſsignari dicto Michaeli feliſot dictum locū & canonicalem portionem, quam tenebat dictus dominus Philippus de Comerijs, & pariter mādatur vniri & annecti dictis loco & canonicali portioni dictum prioratum de Corenco. an iſto caſu poterit prouideri de alia prębenda cōſueta aſsignari in monialibus non exiſtentibus in ſacris quæ vulgariter dicitur dimidia prębenda: non quòd fiat diuiſio prębendæ in duas, ſed eſt vnum totum: ſecundum gloſſ. in cap. cui. de

ARGVMENTVM.

Curator an ſit dandus minori pro adipiſcenda poſſeſsione canonicalis portionis, & pro ſuſceptione habitus.

SVMMARIVM.

1 *Habitus dandi in eccleſia S. Mariæ Grationopolis mos.*

Quæſtio MCCLXIII.

QVAERITVR quia dictus Michaël Felisot eſt ætatis octo annorum, an ſibi debeat prouideri de curatore ad cōſentiendū præmiſsis de
1 licētia & authoritate eius curatoris: & † ad recipiēdum habitum per decanū ſeu antiquiorē canonicū cū vicario dñi Epiſcopi, iuxta cōſuetudinē d. eccleſię: & ad recipiendum poſſeſsionem ſeu quaſi iuris canonicalis per locum in choro in ſtallo conſueto: iuxt. cap. vt noſtrum. de offic. Archidiaco. & in cap. dilecto. de prębend. & videretur dicendum quòd ſic: quia dictus Feliſot propter defectum ætatis non habet adminiſtrationem. cap. ſi annum. de iudi. lib. vj. Et licèt executor appoſtolicus poſſet dare habitum & mittere in poſſeſsionem iuxta formam literarum apoſtolicarum: tamen ſecundum conſuetudinem eccleſiæ quando authoritate ordinaria recipitur aliquis canonicus tunc antiquior canonicus cum vicario domini Epiſcopi habet dare habitum, & recipere in choro prout ſupra dictum fuit. & interdum exequutor appoſtolicus in præſentia capituli dat habitum, & recipit in canonicum. Adde ꝙ ſecundum aliquos attento quòd in prouiſione apoſtolica mandatur commendari donec dictus Michaël peruenerit ad xiiij. annū, quòd executor apoſtolicus debet exequi & non capitulum.

ARGVMENTVM.

Surreptio etiam minima reſcriptum apoſtolicum vitiat.

Quæſtio MCCLXIIII.

QVAERITVR quia in dicta prouiſione apoſtolica mandatur prouideri de dictis loco & canonicali portione cum domo & orto quam tenebat dictus dominus Philippus etiam ſi teneret vltra iura canonicalia, & quę erat ſolita teneri per decanum vel capitulum an ſit ſubreptitia & obreptitia vt vitietur ipſo iure & in totum: quia fuit tacitū, quòd prouiſio & collatio domorum dictę eccleſiæ ſpectat pleno iure decano: dum tamen conferantur alteri ex canonicis dictę eccleſię: & videretur dicendum quòd ſic: quia minima ſubreptio in beneficialibus vitiat in totum ipſo iure. cap. j. & ij. de fil. preſbyter. libr. vj. cap. ad audientiam. & cap. cùm adeò. de reſcript. cap. cùm teneamur. de præbend. cap. ſi eo tempore. de reſcript. libr. vj. cap. ſi motu proprio. de prębend. eod. lib. nec excuſat ſimplicitas à ſubreptione in iſtis beneficialibus: ſecundum gloſſ. ibi de quo per Panormitan. in capitul. ſuper literis. de reſcript. libr. vj.

ARGVMENTVM.

Optandi modus.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatione ſponte facta de beneficio & admiſsione totum ius perditur.*

2 *Curator adprobando ſtatuta eccleſiæ prouiſioni minori præiudicare poteſt.*

Quæſtio MCCLXV.

QVAERITVR quia inſequendo morē & conſuetudinē eccleſię beatæ Marię Grationopo. de hoc pręſenti anno Mccccxcviij. die penul. mēſis Maij fuit facta in d. capitulo dictæ eccleſię optatio dictæ præbendę quam olim tenebat dictus dominus Philippus de Comerijs ſeu prati ac vineæ eiuſdem per modum ibi declaratum: quia domini Hubertus Bartuli & Ioannes de Comerijs ſeniores in prębendis noluerunt ſe mittere, nec aliquid optare: ſed quilibet ipſorū voluit ſe tenere in ſuis prato & vinea. Succeſsiuè dominus Claudius Marchi in ordine dictorum canonicorum ſe optauit de prato & vinea ſua ad pratum & vineam quos tenebat dictus dominus Philippus de Comerijs. & ſubſequenter de alijs ibi per ordinem vigore cuius optationis dictus dominus Claudius Marchi & alij canonici adepti fuerunt poſſeſsionē dictorum pratorum, & vinearum optatarum. & conſequenter etiam ſuper denarijs optatis. ſed ex aduerſo dictus Michael Gille canonicus de nouo creatus & dict. dominus Philippus de Comerijs ſupplicauerūt in curia parlamēti ſuper ſtatuto, ſi quis per literas. pretēdendo ſe fuiſſe ſpoliatos. & quòd dictus Michael Gille de eodem anno die xxiij. menſis Maij fuit habituatus & receptus in canoicum citra innouationem ſtatutorum & ordinationū dictę eccleſiæ: & deinde die martis quinta Iunij iterum fuit miſſus in poſſeſsionem citra derogationem primę. & conſequenter de eodē anno die vij. menſis Iunij dominus Claudius de Aula procurator dict. Gille acceſsit ad dictū pratum proteſtando contra illos qui recollegerūt fœnū: & aliàs prout ibi pleniùs continetur. Ex aduerſo pro parte d. capituli fuit data ſupplicatio ſuper contrario poſſeſſorio: & fuerunt ſumptę informationes ſuper contrario poſſeſſorio. Quęritur quid iuris. Et in effectu non poteſt dictus dominus Philippus de
1 Comerijs ſe prętendere ſpoliatum: quia † per renuntiationē factam de beneficio in manibus ſuperioris ſpontè & admiſsione perditur ius tàm in petitorio quàm in poſſeſſorio. cap. amouet. & capitu. quod in dubijs. de renuntia. l. ſi quis vi. § differentia. ff. de acquirend. poſſeſ. ſecundum Innocen. in cap. ſuper hoc. de renuntia. & Panormi. in cap. ſollicitè. de reſtitu. ſpoli. tum etiam reſpectu dicti Michaelis Gilleti poſſeſsio fuit vacans, & non apparet quòd apprehēderit poſſeſsionem dicti prati & vineę: & maximè cùm non poſſederit per decem dies. Præterèà dictus dominus Franciſcus Reynardi curator dicti Michaelis Gille & de conſenſu ipſius iurauit obſeruare ſtatuta & conſuetudines dictę eccleſię vbi de conſuetudine cauetur, quòd antiquiores canonici gradatim poſsint optare pręℓbendas etiam ſi vacāt per reſignationē in manibus ſummi pontificis. Veruntamen conſulo, quòd pro parte d. domini Claudij Marchi producatur inſtrumentum ſuę adeptæ poſſeſsionis dicti prati & vineę: licèt non ſit opus noua collatione in prębēda optata aut dimiſſa: ſecundum Geminia. in cap. fina. §. in prębēdis. de conſuetud. libr. vj. & attento quòd dictus Michaël Gille eſt pupillus ætatis octo annorum vel circa; & nó

debet habere niſi dimidiã prębendã ſaltẽ de quotidianis diſtributionibus ordinarijs. Adde quòd licèt in prouiſione dicti Michaëlis Gille ſit appoſita clauſula decreti irritãtis:tamen potuit ipſe ſeu eius curator ſibi præiudicare approbando ſtatuta & cõſuetudines dictæ eccleſiæ:nec obſtat cap.dilecto.de præbend.cum ibi nota.per gloſſ. Innoc. & Panor. quia ibi loquitur quòd non poſſunt canonici contrauenire decreto irritanti ad pręiudicium eccleſię: ſecundum Panor.ibi:ſecus hic,quia non eſt præiudicium eccleſiæ.

ARGVMEMTVM.

Habens maiorem prębendam an minorem optare poſſit.

SVMMARIVM.

1 *In beneficialibus aſcendere non deſcendere licitum.*

Quæſtio MCCLXVI.

QVAERITVR ſuper conſuetudine optãdi in aliqua eccleſia,an valeat cõſuetudo optãdi maiorem prębendã vel econtrà maiorẽ. & dicendum eſt,quòd licèt quis optauerit maiorem prębendam ſecundum ordinem ſuę receptionis:tamen poteſt poſteà optare maiorem cũ vacauerit. ſed ecótra habens maiorem præbendam,ſecũdum aliquos
1 non poteſt optare minorem:quia in beneficialibus quis bene poteſt aſcendere de minori ad maiorem, ſed non econtra:licèt gloſſ.videatur tenere contrarium in dict.cap.fin.de conſuetud.lib.vj.de quo habetur per domi.de Rot.deciſi.ccxxxj.in nouis.

ARGVMENTVM.

Canonicus qui conſuetudines & ſtatuta ſeruare iurauit,impetrans nonnullas portiones contra pręlictas conſuetudines non eſt periurus & valet prouiſio cum clauſul.derogatoria.

Quæſtio MCCLXVII.

QVAERITVR quãdo tempore receptionis in canonicum quis iurat ſeruare ſtatuta & conſuetudines eccleſiæ. & poſteà impetrat à Papa aliquas portiones ſeu præbendas contra conſuetudines illius eccleſiæ,an cẽſeatur periurus:an teneat impetratio.& dicendum eſt quòd non eſt periurus, ſed tenet impetratio.Et præſertim quando apponũtur clauſulæ derogatoriæ hodie poni ſolitę. Non obſtantibus ſtatutis conſuetudinibus eccleſiæ contrarijs etiam iuramento,vel cõfirmatione ſedis apoſtolicę roboratis:iuxta nota. in cap.cùm aliquibus. de reſcript.lib.vj.& in cap.ei cui.de pręben.eod.lib. de quo pleniùs per domi.de Rot. in nouis deciſio. ccxcviij.

ARGVMENTVM.

Prębenda quãdo vacat in curia,groſſi fructus optari non poſſunt.

Quæſtio MCCLXVIII.

QVAERITVR quando prębenda vacat in curia,an poſsint optari etiam groſsi fructus alicuius canonici defuncti in curia, etiã ſi illi groſſi fructus redeant ad capitulum?& dicendum eſt ꝙ non ſecundum domi.de Rot.deciſio.ccc.in nouis. & ibi fit mentio quando præbenda vacat per obitum in curia:iuxt.cap.licèt.cap.ſtatutum.& capitu: præſenti.de reſcriptis.lib.vj.

ARGVMENTVM.

Optandi conſuetudo an ſublata videatur, ſi Papa prouideri mandauerit de maiori canonicatu cùm vacauerit cum clauſul. derogatorijs non obſtantibus,&c.

SVMMARIVM.

1 *Papa in dubio ut eccleſiæ conſuetudo ſeruetur mandare videtur.*

Quæſtio MCCLXIX.

QVAERITVR quando mandatur prouideri de maiori præbenda.cùm vacauerit in certa eccleſia, in qua ſunt maiores & minores,non obſtãtibus ſtatutis & cõſuetudinibus illis eccleſiæ cõtrarijs:an videatur ſublata conſuetudo optandi.|& videretur dicendum quòd ſic:quia aliàs gratia impetrantis poſſet totaliter fruſtrari per optationem effectu:quia illam minore non optatã habere non poteſt propter cap.cui de non.de prębend. libr.vj. & quia etiam debet fieri aſcenſus & non deſcenſus in beneficijs, qui nedum per oblationem, ſed etiam collationem capituli fit,quæ impeditur propter decretum Papæ aliud vbi non ſunt gradus prębendarum:ſed omnes præbendę appellantur,licèt vna ſit melior altera:tunc non derogaretur tali conſuetudini:quia gratia impetrantis poſſet ſuum ſortiri effectum in non optatis. de quo per dominos de Rota deciſion.ccciiij.in nouis.& talis conſuetudo.& deciſio.cccclxiij.& in antiquis, deciſio.
1 dcccxxviij.&in nouis cccclíiij.Adde † ꝙ in dubio Papa videtur mandare vt ſeruetur conſuetudo eccleſiæ.cap.cùm in eccleſia.cap.cùm de beneficio.de præben.libr.vj.cap.fina.de conſuetu.eod.lib. ſecundum Panormi.in cap. poſſeſsiones. de reb. eccleſi. non alienand.

ARGVMENTVM.

Optandi conſuetudo quo tempore introducatur.

SVMMARIVM.

1 *Optioni locus nõ eſt ubi præbẽdæ æquales ſunt, & nõ uacẽt: uel omnia per adminiſtratorem capituli diſtribuantur.*
2 *canonicorũ & præbendarum ubi numerus eſt certus,optio locum habere poteſt.*
3 *Optatio quæ fit ſortè,decennio induci poteſt.*
4 *Quid ſi præbendæ omninò diſtinctæ ſint, quod tempus requiratur.*

Quæſtio MCCLXX.

QVAERITVR quanto temporis ſpatio introducatur conſuetudo optandi?de hoc habetur per glo.in cap fina.de conſuetud. libr.vj. vbi videtur tenere quòd præſcribatur decem annis, ex quo non eſt contra ius.de quo etiã habetur per domi.de Rota in nouis deciſi.cccclxiij.incipien.Quęritur.& ibi primò tractatur quanto tempore inducitur conſuetudo iuris optandi.&ibi diſtinguit,quãdo non eſt numerus canonicorũ,nec diſtinctio præbendarum:vel quãdo eſt numerus canonicorũ, ſed
1 non diſtinctio prebendarum. & † tunc non habet locũ ius optãdi cùm præbẽdę non vacent:vel quando omnia

do omnia diſtribuuntur per adminiſtratorem capi
tuli. & iſto caſu dicuntur portiones priuilegiatæ:
2 nec habet locum optatio. in † aliquibus verò eccle
ſijs eſt numerus canonicorum, & numerus præben
darum correſpõdens, & fiunt aſsignationes ad tem
pus, & tunc habet locum optatio ſecundum con-
ſuetudinem eccleſiarum: quia interdum antiquio-
3 res optant gradatim. † Et interdum fit optatio per
ſortem, nec fit mutatio canonicatus per optationẽ:
& iſto caſu poteſt introduci cõſuetudo optandi de-
4 cem annis: ſecus † ſi præbẽdæ eſſent omninò diſtin
ctæ: quia requiritur ſpacium quadraginta annorũ:
& iſto caſu optando cõſequitur nouũ beneficium:
ſecus vbi diſtribuuntur præbendæ per capitulum:
quia non mutatur niſi temporalitas, & dicti cano-
nici iſto caſu poſſent ad inuicem permutare ſine au
thoritate ſuperioris. facit gloſſ. in ſumma prima,
quæſtion. iij. & quod habetur in clementi. ſi iuſta.
de præbend. & conſequenter domin. de Rota, vbi
ſupra, quæ eſt ratio quando conſuetudo eſt contra
jus gratię requiruntur quadraginta anni: nec ob-
ſtat ſi dicatur, quòd quis non poteſt mutare titulũ
nobiliorẽ: quia iſto caſu optans admittitur per ca-
pitulum, ſeu illum qui pręeſt capitulo, & præbenda
optata eſt ſibi debita vigore conſuetudinis: ſecun-
dum domin. de Rota vbi ſupra.

ARGVMENTVM.

Optatio an in beneficijs eccleſiaſticis reſeruatis locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Optatio in beneficijs locum non habet.*
2 *Optationi inter apoſtolicos impetrantes locus non eſt dandus.*
3 *Quid ſi ſtatuta eccleſiarum ſacerdotalem actum requirant?*
4 *Canonicorum ordo triplex.*
5 *Papa in dubio beneficia cum ſuis qualitatibus conferre uidetur.*
6 *Teſtes minores ordines etiam in diebus feſtiuis conferri poſſunt.*

Quæſtio MCCLXXI.

QVAERITVR an optatio habeat locum
1 in beneficijs reſeruatis? † Et dicendum eſt quod
non: ſecundum domin. de Rota in antiquis, deciſi.
ducenteſimanona. ſub titul. de conſuetudine. nec
2 etiam † habet locum optatio quòd ad apoſtolicos
impetrãtes. & hoc propter clauſulas ibidem appoſi
3 tas. † Veruntamen ſi ſtatuta eccleſiarum require-
rent actu ſecerdotiũ: & impetrantes non ſint in tali
ætate, quòd poſsint in proximis quatuor tẽporibus
moueri ad ſacerdotium, quòd tunc in dubio Papa
non intelligatur derogare ſtatutis & conſuetudini
bus eccleſiæ, vel etiam ordinationi fundatoris: ſe-
cundum domin. de Rota in antiquis, deciſio. qua-
tricenteſima ſexageſima ſexta. vide per domin. de
Rota in aliquis. deciſion. dcccxxxviij. vbi referunt
4 quando de conſuetudine eccleſiæ triplex † eſt ordo
canonicorum: quia quidã vocantur ſcolares, qui
ſunt ſub cura obedientiæ: quidam ſunt emancipa-
ti: quidam ſunt maiores, qui ſolum habent voces in
capitulo: an iſto caſu habeat locum in beneficio
reſeruato, vel quãdo Papa cõfert, & tunc debet ve-
nire ad infimum gradum, etiã ſi Papa conferat cũ
5 plenitudine poteſtatis: † quia in dubio videtur Pa-
pa conferre cum ſuis qualitatibus, quæ competunt
canonicis illius eccleſiæ. de quo ibi latiùs. vide de
materia etiam in antiquis deciſionibus ſub titulo
de conſuetudine, ſecundum ordinem decretalium.
& etiam in nouis ſub titulo de conſuetudine. vide
in dicta deciſion. in antiquis dcccxxxviij. & capitu.
ſi pro clericis. de præbend. libro ſexto. vbi requiri-
tur quando præbẽda habet actum ſacerdotij, quòd
faciat ſe in proximis ſtatutis à iure temporibus pro
moueri: & ſecundum gloſſam ibi in quatuor tem-
poribus anni. & in ſabbato ſancto vel ſabbato me-
6 dię quadrageſimę, & † tres minores ordines poſſunt
conferri diebus feſtiuis.

ARGVMENTVM.

Secularis diſpenſatus qui vt prioratui conuentuali regimini præſit poſtulandus, non eligendus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Eligendus poſtulandus non eſt: & econtrà.*
2 *A uerbis diſpenſationis recedendum non eſt.*
3 *Eligentes neque pœnitere neque uariare poſſunt: ſecus in poſtulantibus.*

Quæſtio MCCLXXII.

QVAERITVR ſuper electione venerabi
lis domini Claudij Laterij presbyteri electi
in priorem prioratus cõuentualis ſancti Donati de
hoc præſenti anno milleſimo quatercenteſimo no-
nageſimaoctaua die duodecima menſis Septem-
bris vacantis per obitum venerabilis domini Pe-
tri de Torchisfellone vltimi prioris & poſſeſſoris
dicti prioratus exquiſitis votis per dominum Fran
ciſcum Bouis ſacriſtam antiquiorem. Ipſe ſacriſta
& omnes alij canonici vnanimiter nemine diſcre-
pante nominauerunt & elegerunt dictum domi-
num Claudium Laterij, & aliàs prout ibi pleniùs
continetur. Viſa etiam diſpenſatione apoſtolica di
cti domini Claudij Laterij ad tria quæcunque cu-
rata, vel aliàs incompatibilia etiam vnum regu-
lare huiuſmodi prioratus qui per electionem aſſu-
mi, ſi ſibi aliàs canonicè cõferatur, aut ipſe eligatur
pręſentetur, vel aliàs aſſumatur in commendã quò
ad vixerit retinere valeat: & aliàs prout ibi pleniùs
continetur: an debuerit dictus dominus Laterij
eligi vel poſtulari: quia iſta videntur diuerſa:
1 quia eligendus † non debet poſtulari: & econ-
trà poſtulandus non debet eligi. capitul. final. de
poſtulatione prælatorum. & capitul. primo. eo-
dem titul. libr. ſexto. licèt vbicunque dubium eſt de
aliquo, an ſit eligendus vel poſtulandus: tutius
eſt quòd poſtuletur, vt habetur in tractatu ele-
ctionis Gulielmi de Mandagero capitu. iiij. & aliàs
vidi practicari in poſtulatione domini decani Gra-

tionopol. ad prioratum conuentualem ſancti Martini de Miſeraco qui fuit poſtulatus: & deinde admiſſus per reuerendũ dominũ Epiſcopum Gration. ſeu eius vicariũ. Verũtamẽ in caſu iſto ex quo fuit facta electio concorditer, & per quaſi inſpirationẽ ſpiritus ſancti non fuit neceſſaria alia publicatio: nec requiritur quòd vnus eligat in ſingulari nomine omnium: iuxt. capitu. ſicut. de election. libr. vj. & capitu. fina. de re iudic. eod. libr. ſed ſufficit, quòd fuerit præſtitus conſenſus in communi: ſecundum domi. Ioannem de Gratijs in tractatu electionis ſuper tertia forma. & ideò talis electio poterit ſuſtentari, & quòd obtineatur confirmatio à diœceſano loci, ad quem etiam ſpectat confirmatio prioratuũ & abbatum: cùm ſit fundatus de iure communi in eius diœceſi: ſecundum Panormita. in cap. cùm veniſſet. de inſtitutio. & per gloſſ. in pragmatic. ſanct. in titu. de electio. capitu. j. §. facta. ſuper verbo, pertinet. & quòd in dicta confirmatione ſeruetur forma capitu. final. de election. libr. vj. & deinde obtenta confirmatione quòd adipiſcatur poſſeſsionem dicti prioratus per eius executorem. Nec obſtat ſi dicatur quòd dictus dominus Claudius Laterij patiatur defectum, cùm ſit ſecularis, & beneficium ſit regulare: quia ad iſtud reſpondetur, quòd ipſe eſt di-
2 ſpenſatus etiam ſi eligatur: † & à verbis diſpenſationis non eſt recedendum. & attento etiam quòd hic agitur de dignitate inferiori citra Epiſcopum: iuxta nota. per Panormita. in dict. capitu. final. de poſtula. prælato. Et attento quòd ex quo dicti reli-
3 gioſi elegerint per viam electionis † non poſſent pœnitere nec variare. capitu. publicato. de electio. licèt ècontra in poſtulatione, poſtulantes poſſent pœnitere: ſecundum Panormita. in capitul. penulti. de poſtulatio. prælato. in fine. Aduertatur tamen in verbis dictę electionis vt corrigantur in aliqua parte ſubſtantia non mutata ibi, ſecundum iuris aliàs laudabilis conſuetudinis dictæ eccleſiæ formam. illud verbum iuris non eſt neceſſarium. Item elegerint dictum dominum Laterij ſi videatur quòd fiat mentio, quòd ſit ſecularis & diſpẽſatus ad hoc. Item aduertendum attento quòd dictus prioratus eſt conuentualis, & quòd in diſpenſatione dicti domini Laterij non fit mentio de prioratu conuentuali: cùm iſta qualitas fortè poſſet præiudicare, eſſet vtile obtinere confirmationem dictæ electionis à ſummo pontifice in forma ſpeciali, ex certa ſcientia ſupplicando omnem defectum iuris & facti: aut ſaltem eſſet bonum obtinere nouam prouiſionem propter regulam cancellariæ vbi prioratus conuentuales ſunt præſeruati: licèt in hoc derogetur per pargmatic. ſanctionem. & licèt in dicta bulla diſpẽſationis, non fiat mentio expreſsè de prioratu conuentuali: tamen tacitè ſic: cùm per electionem probetur prioratus conuentualis. capitul. monachi. & ibi Panormita. de ſtatu monachor. capitul. nobis. de iure patrona. & per gloſſ. in clemen. & ſi principalis. de reſcript.

ARGVMENTVM.

Clericus ſecularis ad beneficium regulare an eligi aut poſtulari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Cum boue & aſino non arandum. & nu. 8.*
2 *Religioſi etiam mendicantes in Epiſcopos eligi poſſunt.*
3 *Prælatus de gremio eccleſiæ eligendus, ſi idoneus ibi reperiri poſſit.*
4 *Prior regularis in ſuos canonicos regulares animaduerſionem & iuriſdictionem habet.*
5 *Priores conuentuales dicuntur perpetui & in dignitate cõſtituti, qui & delegationes, & commiſsiones apoſtolicas recipere poſſunt: ſecus in prioribus clauſtralibus.*
6 *Intellectus ad c. cùm monaſterium. de ſtatu monachor.*
7 *Mandatum ad eligendum qui habet, poſtulare poteſt: & non econtrà.*
8 *Secularis non profeſſus in priorem regularem eligi non poteſt.*
9 *Eligentes & electus eiuſdem profeſsionis eſſe debent.*
10 *Canonicus regularis eligi in abbatem alterius monaſterij non poteſt.*

Quæſtio MCCLXXIII.

QVAERITVR an clericus ſecularis poſſit eligi aut poſtulari ad beneficium regulare ſi ſit electiuum aut per viam collationis, quando eſt ſimplex beneficium regulare. & videtur prima facie dicendum quòd non, ſaltem; niſi mediatè diſpenſatione apoſtolica. capitul. cùm de beneficio. c. cùm ſingula. §. prohibemus. de præbẽ. lib. vj. quia talia beneficia, quæ conſueuerũt religioſus cõferri, non debent conferri ſecularibus, nec econtrà: vt ibi habetur clementi. quia regulares. de ſupplenda negligen. prælato. capitu. final. §. præcipimus. de ſta-
1 tu monachor. † Nam ſecundum legem diuinã non eſt cum boue & aſino arandum. capitul. cùm cauſam. de election. nec debeant in eodem monaſterio eligi homines diſparis habitus vel profeſsionis.
2 clementi. j. & clemen. quod circa. de electio. † licèt per hoc non prohibeãtur religioſi eligi in Epiſcopũ obtenta tamen licentia ab eorum prælatis, etiam ſi ſint mendicantes. capitul. quorundam. capitul. nullus. capitu. ſi religioſus. de election. libr. vj. tamen in defectum religioſorum poſſent deputari clerici ſeculares, & econtrà. c. inter quatuor. & ibi per gloſſ. & Panormita. de religioſ. domib. ſicuti econtrà. de ſeculari eccleſia poſſet fieri monaſterium: ſecundum gloſſ. ibi, allegat capitul. ad audientiam. le j. de eccleſi. ædificand. facit l. poſſeſsiones. de reb.
3 eccleſi. non alienand. Et pro hoc facit: † quia debet eligi perſona de gremio eccleſiæ quando poteſt reperiri idonea. capitul. eccleſia veſtra. le ſecond. de electio. l. in eccleſijs. C. de epiſcop. & cleric. & quia iſta materia reperitur multum diſperſa in iure: ideò decreui referre opiniones iuxta vires mei exigui ingenij: nec eſt ſiẽda differẽtia in caſu iſto de abba-
4 te aut priore cõuẽtuali electiuo: † quia prior regularis habet correctionẽ & iuriſdictionẽ in canonicos ſuos regulares: & vbi monaſterium regitur per priorem, eſt ibi prior in exercẽda iuriſdictione loco abbatis. capitul. cùm in eccleſijs. de maiorita. & obedientia. & ibi Panormita. cap. fi. & cap. ij. in fin. de
5 ſtatu regula. † Et iſti tales priores conuentuales dicuntur perpetui, & dicuntur in dignitate conſtituti: & poſ-

tuti: & poſſunt recipere delegationes & commiſſiones apoſtolicas. capitul. niſi. de præbendis. clementin. & ſi principalis. de officio delega. ſecus in priore clauſtrali in eodem monaſterio abbatis: vt ibi habetur. capitul. cùm ad monaſterium. verſicul. prior. de ſtatu monachorum. vnde ſecundum gloſſ. in capitul. cùm monaſterium. de electìon. per illum textum, vbi Heremita ſeu religioſus alterius ordinis ſeu monaſterij debet poſtulari: licèt ſecundum gloſſam poſsit dici electio: quia Papa confirmat. & ſi fuiſſet poſtulatus, Papa vſusfuiſſet alijs terminis. capitul. bone. le primo, & le ſecond. de poſtulation. prælator. licèt ſecundum gloſſ. final. ſufficiat conſenſus Epiſcopi diſpenſatiuè. Panormitan.
6 verò in dicto capitul. cùm monaſterium. † refert duos intellectus: ſecundum Præpoſi. quòd Monachus vnius monaſterij poteſt eligi in abbatem alterius monaſterij, ſi monaſterio, ad quod vocatur, eſt eiuſdem religionis & habitus: ſi autem eſſet diuerſæ religionis vel habitus, tunc non debet eligi, ſed poſtulari. dict. clem. j. de electìon. Alius intellectus, quòd non profeſſus pòt poſtulari in abbatem, ſi ex aliqua alia bona cauſa fiat poſtulatio: quia aliàs ſoli profeſsi promoueri poſſunt. dict. capitul. nullus. de electìon. libr. vj. & capitul. cùm cauſam. & capi. officij. de electio. & hoc verum per viam electionis: ſecus per viam poſtulationis: ſecundum Innocen. & Panormita. ibi & iſto caſu quando non profeſſus poſtulatur, vel etiam quãdo monachus alterius monaſterij poſtulatur: tunc Epiſcopus non poteſt admittere huiuſmodi profeſsionem: ſed ſpectat ſolùm ad Papam: ſecundum Panormita. in dict. cap. cùm monaſterium. aliâs verò vbi monachus eligeretur in abbatem eius monaſterij, tunc confirmatio ſpectaret ad Epiſcopum: ſecundum Panormita. ibi allegat gloſſ. in cap. j. xviij. quæſtion. ij. licèt in hac materia iura antiqua promiſcuè vtebãtur iſtis vocabulis. & quia per poſtulationem perueniatur ad electionem. cap. j. in fi. de poſtula. prǽla. hinc eſt,
7 quòd qui † habet mandatum ad eligendum, poteſt poſtulare: ſed non econtrà: ſecundum gloſſ. in cap. nullus. lxj. diſtinctio. & ibi Præpoſi. cap. cupientes. in fi. de elect. lib. vj. glo. verò in cap. cùm cauſam. de
8 electìon. vbi eſt caſus, † quòd ſecularis non profeſſus non poteſt eligi in priorem regularem: quia non eſt arandũ in boue & aſino prout ſupra dictum fuit. cap. in noua. xvj. quæſtion. vij. nec valet cõſuetudo in contrarium. & eſt electio ipſo iure nulla hodie: quia debet eſſe expreſsè profeſſus: nec ſufficeret tacita. dict. cap. nullus. niſi eligeretur in Epiſcopum eccleſię regularis cathedralis, & non debet eſſe clerici ſeculares & regulares in eadem eccleſia prębendati. gloſſ. verò in capitul. cùm ad noſtram. de electio. tenet quòd clericus ſecularis non poteſt eligi in abbatem, licèt ecõtra: quia clerici bene poſſunt eligere monachos. vnde Ioan. Andr. ibi tenet, quòd ſecularis poteſt poſtulari in abbatem. Sed gloſſ. tenet contrarium in cap. officij. de electio. quia clericus non eſt inſtructus in regula monachali. nec obſtat ſi dicatur quòd eodem modo monachus vel regularis non debet eligi in prælatum eccleſię ſecularis, cùm non nouerit regulas clericorum. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd non ignorant omnimodò: & quòd propter officiũ prędicandi iſtud permittatur. Nec obſtat ſi dicatur, quòd ſecularis vel laicus poteſt eſſe peritus in regula monacali: quia per hoc non eſt expertus regulam. Et licèt laicus poſsit poſtulari in Epiſcopum. capitul. Oſius Epiſcopus. lxj. diſtinctio. & ex poſt facto poteſt addiſcere regulas clericales per tres menſes: vt in authenti. de ſanctiſsi. epiſcop. §. damus. collatio. ix. tamen non po-
9 teſt eligi vel poſtulari in abbatem: † quia debent eligentes & electus eſſe eiuſdem profeſsionis. Veruntamen ſecundum Ioan. Andr. & Panormita. in dict. cap. officij. licèt ſecularis poſsit poſtulari in abbatem: tamen non debet admitti niſi per Papam: ſecundum gloſſ. in dict. clemen. j. de electìon. adeò ꝙ legatus de latere non poſſet diſpenſare: ſecundum Ioannem Andr. in additio. ad Specu. in titul. de lega. aliâs ſub titul. de diſpenſati. cap. conſequenter. glo. verò in cap. cùm in magiſtro. de electìon. & ibi Panormitan. quòd non debent ſumi in abbatem per viam electionis, vel prouiſionis, niſi ſint profeſ-
10 ſi eiuſdem ordinis. Adeò quòd † canonicus regularis non poteſt eligi in abbatem alterius monaſterij. dicta clemen. j. de electio. pro quo facit capit. Deus qui. cum ibi nota. per Panormita. de vit. & honeſta. clerico. & ibi gloſſ. ꝙ contenta in regula religioſorum non alligant prǽterquàm tria ſubſtantialia voti. Et pariter ibi refert poſt Hugutium, ꝙ canonicus regularis poteſt eſſe canonicus in eccleſia ſeculari. per capitul. quorundam. lxxiiij. diſtinctio. ſed ſecundum Panormita. in dict. capitu. Deus. cõmuniter tenetur contrarium. capitu. ſuper eo. de regulari. & quia eſt ſpeciale in beneficio habente curã animarũ, quòd canonicus regularis vel monachus poſsint promoueri. capitul. quod Dei timorem. de ſtatu regul. nec obſtat dictum cap. quorundã. quia loquitur in eccleſia cathedrali.

ARGVMENTVM.

Non profeſſus ad beneficiũ regulare poſtulari non niſi ex cauſa poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium regulare niſi expreſſè profeſſo eiuſdem monaſterij conferri poteſt.*

Quæſtio MCCLXXIIII.

QVAERITVR an non profeſſus poſsit poſtulari ad beneficium regulare? & dicendũ eſt quòd non: ſicuti prohibetur eligi, niſi ſit expreſſè profeſſus. capitu. nullus. de electio. libr. vj. Et hoc verum, niſi ex cauſa neceſsitatis: quia tũc bene poſſet poſtulari: ſecundum Innocen. in cap. cùm monaſterium. de electio. Ioan. Andr. & Panormita. in cap. officij. eod. titul. & fratrem Antonium in ſumma iij. parte titu. xix. cap. iij. & §. j. & in ſumma piſanella ſuper verbo, poſtulatio. & eodem modo † non
1 poteſt conferri beneficium regulare niſi expreſsè profeſſo eiuſdem monaſterij. capitul. cùm ſingula. §. prohibemus. de præbend. libr. vj. clementi. ne in agro. §. ſanè. de ſtatu. monachorum. & hoc verum niſi ſit debitè tranſlatus ad artiorem regulam: iuxta cap. licèt. de regularib. quia tunc bene poſſet conferri vel eligi: quia tunc cenſetur eſſe religioſus monaſterij ad quod transfertur d. cap. cùm ſingula.

§.prohibemus:& capitu.j.de electio. Veruntamen quando confertur beneficium regulare ſeculari,licèt non teneat collatio. cap. cùm de beneficio. de præbend.lib.vj.tamen non incurritur pœna d. cap. cùm ſingula.§.prohibemus.ſecundum Gemi.ibi.

ARGVMENTVM.

Poſtulatio per quem admitti poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere poſtulationem admittere non poteſt etiã in Archiepiſcopum.*

Quæſtio MCCLXXV.

QVAERITVR quando ſecularis aut non profeſſus poſtulatur ad beneficium regulare ex cauſa neceſsitatis pro quo facit cap.inter quatuor. de religioſ.domibus. cum ibi notat. & in cap.poſſeſsionis. de reb.eccleſi.non alienan.& pro uiſo quòd ſit competenter doctus & expertus in regula, vt habetur in ſumma pipirella ſuper verbo,poſtulatio, an iſto caſu poſtulatio poterit admitti per Epiſcopum aut alium inferiorem prælatũ à Papa: & dicendũ eſt ꝙ non:ſed per ſolũ Papam debet admitti:ſecundum glo.in cle.j.de elect.& Panor.in d.
1 cap.officij.de elect. † nec poterit admitti per legatum de latere,ſecundum ipſum.allegat Ioan. And. in additio.ad Specu.in titu. de lega.aliàs ſub titulo de diſpenſatione.§.conſequẽter.in princip.nam legatus de latere non poteſt admittere poſtulationẽ in Archiepiſcopum.cap.niſi.de vſu pali. ſecundum Specu.in tit.de lega.§.nunc oſtendendum.verſi.legatus quoq;.licèt poſsit conſeruare electionẽ. cap. abbatem.de electi.lib.vj.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus clerico ſeculari beneficium ſeculare cõmendare non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Commenda perpetua uim tituli habet.*
2 *Epiſcopus monacho beneficium ſimplex in commendam dare non poteſt.*

Quæſtio MCCLXXVI.

QVAERITVR an Epiſcopus poſsit dare in commendam clerico ſeculari beneficium reuglare: iuxta cap.nemo.de electio.lib.vj.& dicendum eſt quòd non.clemen.quia regulares. de ſup-
1 plen.negl.prælato.& maximè in † commendã perpetuam,quæ habet vim tituli:ſecundum Præpo.in
2 cap.ſi quis Epiſcopus.lviij.diſtin.&idem eſt † quia Epiſcopus non poterit cõmendare monacho beneficiũ ſimplex ſeculare de quo ibi latiùs per ipſum.

ARGVMENTVM.

In poſtulatione forma cap.quia propter. de electi. non eſt ſeruanda.

ARGVMENTVM.

1 *Scrutinio poſtulato an poſtulatores uariare poſſint.*
2 *Poſtulatio quando in cõcordia facta eſſe cenſeatur.& cap. ſequen.eod.nu.2.*
3 *Poſtulationes admittere non niſi concorditer factas curia Romana aſſueuit.*
4 *In poſtolatione duæ partes requiruntur.*

Quæſtio MCCLXXVII.

QVAERITVR de forma poſtulationis, an debeat ſeruari forma ca. quia propter.de electio. Hoſtien.in ſumma,de electio.§.vtrum mutari.verſic.ſed nunquid.ibi quærit, † an poſsint variare poſtulatores publicato ſcrutinio, & ibi refert aliquos tenere quòd nõ,ſicuti de electione dicitur: ſed in hoc non eſt bona æquiparatio:ſecundum ipſum:quia per poſtulationem non quæritur ius poſtulato. & cõſequenter ibi tenet, quòd non eſt neceſſaria forma concilij:quia poſtulatio eſt præparatoria & tanquàm ancilla ad electionem : & ſic non requiritur tanta ſolemnitas. Veruntamen bene poterit opponi quòd poſtulatio non ſit facta in con-
2 cordia,aliàs ſecus: † & iſto caſu videretur facta in cõcordia quando duæ partes conſentiunt.cap.ſcriptum. de electio.cum ibi nota.ſecundum Hoſtien. vbi ſupra.& idem Hoſtien.tenet in ſumma de po-
3 ſtulation . §. qualiter . & ibi refert † quòd curia Romana non conſueuit admittere poſtulationem, niſi fuerit facta concorditer. Panormita.verò in dict. capitul . quia propter. diſtinguit inter poſtulationem minus ſolemnem,& poſtulationem ſolemnem. Primò caſu quando poſtulatur laicus: vt promoueatur ad ordinẽ ſacrũ, vt poſsit eligi vel poſtulari monachus ab abbate vt poſsit eligi, & iſto caſu non requiritur forma dicti capi.quia propter.quia talis poſtulatio eſt præparatoria ad electionem:quia primò poſtulatur conſenſus laici vel abbatis.cap.ſi religioſus.& capitu.nullus.de electi. libr.vj. & deinde ſequitur electio. Et quod debeat procedere poſtulatio iſto caſu tenet etiam gloſſ. in pragmatic.ſanctio.in titul.de electio n.capitu.j. ſuper verbo,poſtulationis. Secundò caſu principali quãdo fit poſtulatio ſolemniter per cuius admiſsionem poſtulatus conſequitur plenum ius, & habet vim electionis & cõfirmationis:tunc requiritur forma dicti cap.quia propter . ſecundum Innocen. in cap.in cauſis.Et Ludo. Roman. conſi.cccclxxxiij. Et Præpoſitus in cap. Oſius Epiſcopus.§.ſed aliud eſt.lxj.diſtinct.& ibi Archid. Nam maior numerus
4 requiritur in poſtulatione,quã in electione:† quia requiruntur adminus duæ partes , prout ſuprà dictum fuit. de quo plenè per Præpoſitum ibi. in iiij. quæſtion. An poſtulantes poſsint variare antequàm poſtulatio ſit præſentata ſuperiori : vide Panor.in c.bonæ.le ij.de poſtulat.prælator.& an poſsint reuocare nuncium.

ARGVMENTVM.

Poſtulatus exiſtens in partibus remotis ante poſtulationis admiſsionem adminiſtrare non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *C.nihil. de electio. an in poſtulatione locum habeat.*
2 *Poſtulatione nullum ius poſtulato quæritur.*
3 *cap. Nihil.de election.locum habet in electionibus abbatum & priorum — in eccleſijs exemptis:quarum confirmatio immediatè ſpectat ad Papam.*
4 *Electus ante conſecrationem de Papæ priuilegio adminiſtrare poteſt.*

Quæſtio

Quæſtio MCCLXXVIII.

QVAERITVR quando poſtulatio eſt facta in concordia, an poſtulatus poterit incontinenti adminiſtrare quando eſt valdè remotus, vti in partibus citramontanis, ſicuti de electo dicitur.
1 cap. nihil. † de electi on. in fine. ante admiſsionem poſtulationis. Et dicendum eſt, quòd non: ſecundū
2 Panormitanum ibi: † quia per poſtulationem non quæritur aliquod ius poſtulato. cùm innitatur ex gratia: ſecus in electo, cùm acquiratur ius in habitu: ſecundum gloſſam in cap. quanto. lxiij. diſtinct. Et ad hoc vt electus poſsit adminiſtrare ante confirmationem requiruntur duo principaliter. Primò quòd electio ſit facta in concordia nemine diſcrepante: ſecundum Panormitanum in dict. cap. nihil. alleg. gloſſ. in clemen. ne Romani. de electio. & in cap. cupientes. §. ad hoc. de electio. libr. vj. Nec obſtat ſi dicatur, quòd dicitur poſtulatio facta in concordia quādo duæ partes conſentiunt. c. ſcriptum. de electio. prout pleniùs fuit tactum in præcedenti quæſtione. Quia ad iſtud reſpondetur, quòd illud procedit in poſtulatione: ſecus in electione, vbi re-
3 quiritur concordia nemine diſcrepante. † Et pariter dictum cap. nihil. etiam habet locum in electionibus Abbatum & Epiſcoporum, & pariter loquitur in eccleſijs exemptis quando immediatè confirmatio ſpectat ad Papam: vt ibi habetur. Secundò principaliter requiritur, quòd eccleſię ſint valdè remotæ: vt in eccleſiis citra Italiam. licèt ſecundum Panormitanum ibi hodie non prouidet: quia Papa ſibi reſeruauit poteſtatem prouidendi talibus dignitatibus. facit capitul. ſi eo tempore. de electi on. libro ſexto. Et pariter vbi legatus de latere eſſet in partibus, non haberet locum dictum capitul. nihil. in fin. quia tunc poſſet peti confirmatio electionis à legato de latere. capit. ſi Abbatem. de electio. libro ſexto. ſecundum Panormitanum in dict. cap. nulli. ſecundum Innocentium Ioannem Andręam Anto. de Butr. & Panormitanum in c. cùm venerabilis. de conſuetu. Et ibi ponuntur aliæ duæ limita-
4 tiones ad dictum capit. nihil. vt † quia per priuilegium Papæ electus ante cōſecrationem poſſet adminiſtrare. Item quando Abbas aut alius prælatus eſſet alligatus alteri eccleſiæ, etiā ſi eligatur in Epiſcopum in concordia vltrà montes & ſic exemptus non adminiſtrabit: ſecundum Antonium de Butr. & Panormitan. in dict. c. cùm venerabilis.

ARGVMENTVM.

Abbatis & prioris conuentualis confirmatio ad quem ſpectet.

Quæſtio MCCLXXIX.

QVAERITVR ad quem ſpectet confirmatio Abbatis vel prioris conuentualis? Et in effectu de Abbate quando non eſt exemptus ſpectat ad Epiſcopum. cap. hoc tantùm. xviij. quæſtio. ij. ſecundum gloſſ. ibi, & Panormitan. in cap. cùm monaſterium. de electi on. & in cap. cùm veniſſent. de inſtitution. quia monaſteria & alia loca religioſa pertinēt ad Epiſcopum, cùm ſit fundatus de iure communi. capit. ſi quis Epiſcoporum. xvj. quæſtio. v. & capitu. omnes baſilicæ. xvj. quæſtio. vij. capitu. de zenodochis. de religi. domib. c. cū ex iniuncto. in fine, de hæretic. Aliàs ſi Abbas eſſet exemptus, confirmatio pertineret ad Papam vel legatum de latere. capitu. ſi Abbatem. de electi on. libro ſexto. Sed quantùm ad prioratum conuētualem vbi haberet ſuperiorem immediatum, vti Abbatē ad ipſum ſpectaret confirmatio. capitu. ſecundo. verſicu. prioratus. de ſtatu monachorum. & hoc ibi tenet Panor. licèt referat aliquos tenere, quòd confirmatio talis prioris conuentualis ſpectet immediatè ad Epiſcopum loci: cùm ſit loco Abbatis, & habeat iuriſdictionem in monachos. capitu. fina. de ſtatu regula. Et ſic dignitas. capitu. niſi. de præbend. clementin. & ſi principalis. de reſcript. capitu. niſi. de prębend. capitu. cùm in eccleſijs. & ibi Panormit. de maiori. & obedien. Et iſtam partem tenet gloſ. in pragmatica ſanction. in titu. de electio. §. facta.

ARGVMENTVM.

Clericus alterius eccleſiæ an vocandus ſit per electionem an per poſtulationem.

SVMMARIVM.

1 *Clericus alterius eccleſiæ ad alterius adminiſtrationem non niſi in defectum uocandus eſt.*

2 *Quid ſi eligantur duo: unus de eligentium eccleſia, & alter de aliena eccleſia, quis præferendus ſit?*

Quæſtio MCCLXXX.

QVAERITVR an valeat electio de perſona de aliena eccleſia, an verò debeat fieri poſtulatio: & quid de clerico alienæ diœceſis. gloſſ. in capitu. cùm inter. le ij. de electi on. refert opiniones.
1 Primò, † quòd non debet fieri electio de aliena eccleſia quandiu reperitur idoneus in eadem eccleſia.
2 Et ideò † ſi maior & ſanior pars capituli eligat de aliena eccleſia, & minor eligat de ſua eccleſia: tunc ſi ſint duæ partes qui eligant de aliena eccleſia, talis electio præfertur: quia duæ partes obtinent vicem totius capituli. cap. licèt. & capitu. ſcriptum. de electi on. Si verò non eſſent duæ partes, licèt eſſet maior pars, & eligeret de aliena eccleſia, & minor pars eligat de ſua eccleſia, præualet. capit. obitum. & capitu. nullus inuitus. lxj. diſtinction. & cap. Florentinum. lxxxv. diſtinctio. Sed Vincentius & Ioannes tenuerunt, quòd ſemper præualet electio facta de propria eccleſia. Tancretus verò dicit, quòd electio facta à maiori & ſaniori parte capituli valet, ſiue de aliena eccleſia, ſiue nō. per iura ibi allegata. & ibi Panormitanus qui refert, quòd communiter doctores tenent opinionem Tancreti. gloſ. verò in cap. ſcriptum. de electi on. tenet, quòd electio ſemper præualet poſtulationi: niſi poſtulatio eſſet facta à duabus partibus: quia tunc duæ partes faciunt totum capitulum, aliàs ſecus: quia eccleſia non conſueuit admittere poſtulationem factam in diſcordia. cap. bonæ memoriæ. de poſtulatione prælator. Et ita quādo concurrūt electio & poſtulatio in eadem eccleſia cæteris paribus præfertur electio: niſi poſtulatio ſit facta à duabus partibus. Et iſto caſu ſit admiſsio poſtulationis & non confirmationis:

quia poſtulatio innititur ex gratia. & quando admittitur poſtulatio, tunc prius abſoluitur à vinculo eccleſiæ ſuæ, licèt transferẽdo tacitè abſoluatur. & ibidem Panormitanus colligit quatuor caſus. Primo quando poſtulatio eſt facta à duabus partibus de perſona idonea: quia virtus capituli conſiſtit in duabus partibus. Secundo caſu quando poſtulatio non eſt facta à duabus partibus, tunc electio facta à minori parte de perſona idonea, tunc præfertur. Tertio caſu quando poſtulantes faciunt duas partes, ſed poſtulatus eſt indignus ignorãter: tunc neutra valet. Quartus caſus quando poſtulantes ſcienter poſtulauerunt indignum: tunc non valet poſtulatio. glo. verò in cap. Oſius Epiſcopus. §. ſed aliud eſt. lxj. diſtinctio. ibi tractat quãdo laicus aſtrictus nexibus Imperatoris poſtulatur, & ſic dicitur poſtulari à ſeipſo: ab alio autẽ fit poſtulatio, quando poſtulatur laicus vel clericus de aliena diœceſi. Si autem laicus diceret: nolo tonſurari, niſi certus ſim de electione: vel clericus diceret: nolo ordinari, niſi ſim certus de Epiſcopatu, an ſit peccatum: vide ibi an autẽ poſtulantes poſſint pœnitere: vide ibi per gloſſ. & ibi Præpoſitus, qui tractat materiam poſtulationis per ſeptẽ quæſtiones. Et ibi in quinta quæſtione, quando ſuperior recuſat conſentire poſtulationi, poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem.

ARGVMENTVM.

Monialis alterius monaſterij ſi poſtuletur in Abbatiſſam, vt poſtulatio valeat, duæ partes interuenire debent.

Quæſtio MCCLXXXI.

QVAERITVR quid in poſtulatiõe Abbatiſſæ alterius monaſterij, an ſufficiat, ꝙ interueniant duæ partes, an debeat præferri electio à minori parte. & dicendum eſt quòd non: ſed neutra tenet: quia de iure communi debent interuenire duæ partes. cap. indemnitatibus. de election. libr. vj. ſecundum Præpoſitum in dict. capitu. Oſius. §. ſed aliud. lxj. diſtinctio. & licèt prohibeatur electio de perſona alterius religionis. Et idem per viam prouiſionis, tamen non prohibetur poſtulatio dum tamen approbetur à Papa ſecundum gloſſam in clementin. prima. de electio.

ARGVMENTVM.

Electio ſi fiat de perſona eccleſiæ, & extraneus poſtuletur, quis præferendus erit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum uel conſuetudo ut nullus prouideatur in beneficijs eccleſiaſticis, niſi illi qui de eccleſia ſunt, ualet.*

Quæſtio MCCLXXXII.

QVAERITVR quando fit electio aut poſtulatio extraneo à maiori parte: ſed fit electio de perſona eccleſiæ à minori. an præferatur ſuprà tactum fuit. & hoc tenet gloſſ. in capitu. nullus. lxj. diſtinction. l. in eccleſijs. C. de Epiſcopis & clericis. & ibi per Albericum: quia debet primò prouideri de clericis propriæ eccleſiæ antequàm de extraneo, niſi in Papa qui poteſt prouidere etiã de extraneo. cap. bonæ. de elect. Quid autem ſi ſtatuto vel conſuetudine non poſſit prouideri de extraneo: vt in Regno Franciæ, vbi in eccleſijs de cõſuetudine præſcripta dignitates vel perſonatus prohi-
1 bentur cõferri extraneis: † an valeat tale ſtatutum vel conſuetudo? Et dicẽdum eſt, quòd ſic: ſecũdum Præpoſitum in dict. cap. nullus. allegat Innocen. in dict. c. tua. de hijs quæ fiunt à prælat. facit quod habetur per Innocen. Et iſtud facit pro regula cancellariæ vbi prohibentur conferri beneficia extraneis de alio idiomate & diuerſa lingua. Et pro præmiſſis etiam facit quod habetur per gloſſ. in cap. per literas. lxiij. diſtinct. quòd poſtulatio extranei debet fieri in concordia. per iura ibi allegata, & quòd clericus alterius Epiſcopi eſt poſtulandus. licèt ſecundum gloſſ. in cap. fin. de poſtulatio. prælator. poſſet eligi. de quo vide ibi per Panormita. qui ponit certas regulas in materia poſtulationis. & qualiter eligendus non debet poſtulari, & ecõtrà poſtulandus non debet eligi. de quo in cap. j. de poſtulatio. prælatorum. libro ſexto. facit gloſſ. in cap. ſi proponente. de reſcript. & in cap. ad decorem. de inſtitutio. & in pragmatica ſanctio. in princip. ſuper verbo, exterus. & in regula cãcellariæ xix. c. hortamur. lxj. diſt.

ARGVMENTVM.

Religioſi ad ſecularia beneficia promoueri an, quando & quomodò poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus Epiſcopus eſſe poteſt: item & eccleſiæ ſecularis prælatus, plebanus, canonicus œconomus & uicarius Epiſcopi.*

2 *Monachus albus an inter nigros eſſe poſſit.*

3 *Monachi ad eccleſiarum parœcialium regimen promoueri poſſunt cum diſpenſatione.*

4 *Canonicus regularis ad eccleſias curatas cum diſpenſatione promoueri poteſt.*

5 *Monachus cum Epiſcopi diſpenſatione ad eccleſiam inferiorem collegiatæ poſtulari poteſt.*

6 *Religioſus ſi Papa efficiatur, ſui Abbatis conſenſum habere debet.*

Quæſtio MCCLXXXIII.

QVAERITVR an religioſi poſſint promoueri ad beneficia & officia ſecularia? Et videntur prima facie dicẽdum quòd non: quia videretur eſſe diſparis habitus & profeſsionis. cap. in noua. xvj. quæſtio. vij. clementin. j. de election. clem. j. de ſupplenda negligen. prælator. cap. cùm de beneficio. de præbend. libr. vj. Veruntamen quia iura videntur in hac materia diſperſa: ideò referam caſus minùs dubios. vnde gloſſ. in cap. priſcis. lxv. diſtinctio. tenet, quòd monachi non poſſunt eſſe prælati eccleſiarum ſecularium, niſi ex diſpenſatiõe: ſed ſecundum Hugut. poſſunt eſſe, dumtamen habeant Abbatis & Epiſcopi conſenſum. de regularibus licitè poſſunt, dumtamen cõmendę habeant ſocium. Cardinal. Alexand. in cap. priſcis. Et do. Rochi. de Cur. in tracta. iur. patronat. ſuper verbo, honorem. in iiij. quæſtio. gloſſ. verò in cap. ſi quis. lxviij. diſtinctione. tenet, quòd monachus poteſt eſſe prælatus
1 in eccleſia ſeculari. † de Epiſcopo non eſt dubium, & quòd poſſit eſſe plebanus & canonicus & vicarius Epiſcopi vel œconomus per iura ibi allegat. gloſſ. verò

2 gloſſ.verò in cap. noua. xvj.quæſt. vij.quærit † an monachus albus poſsit eſſe monachus inter nigros:&prælatus maior in eccleſia ſeculari,& etiam Epiſcopus,licèt non abijciat habitum: ſed retento habitu deſuper ferat habitum in quo magis conueniat eis.gloſſ.verò in capitu.quod Dei timorem.de
3 ſtatu monachorum. † tenet, quòd monachi bene poſſunt promoueri ad regimen eccleſiarum parœcialium propter officium prędicādi,dum tamen habeat ſociū ſui ordinis.Sed regulares bene poſſunt, nec tenentur habere ſocium, niſi cōmodè valeant
4 habere.Panorm.verò refert aliquos tenere,† quòd canonicus regularis vel monachus poſſunt promoueri ad eccleſias curatas cum diſpenſatione tamen: licèt teneat, quòd ſine diſpenſatione, quò ad verò epiſcopalem dignitatem non eſt dubium. cap. nullus.de electione.libr.vj.clementin.prima. de electio.
5 Si verò † eccleſia inferior ſit collegiata:tunc nō poteſt eligi:ſed bene poteſt poſtulari.&Epiſcopus poterit diſpenſare.Sed ſuper hoc dubito: quia in caſu contrario quādo ſecularis poſtulatur ad eccleſiam regularem ſolus Papa poteſt diſpenſare:ſecundum gloſſam in dicta clementi.prima. de electio. & Panormitan.in c.officij.de electione,niſi dicatur,quòd regularis faciliùs promouetur ad eccleſiam ſecularem,quàm econtrà.Si verò eccleſia non ſit collegiata:ſed ſit curata,tunc poteſt promoueri de licentia tamen Abbatis:ſecundum Panormitanum in dict. cap.quod Dei.cap.ſi religioſus.de electione. libr.vj. Et ita in effectu tenet Præpoſitus in dict. cap. pri-
6 ſcis. † Et etiam ſi religioſus efficeretur Papa debet habere conſenſum ſui Abbatis:ſecundum gloſſam in cap. quàm ſit.xviij.quæſtione ij.

ARGVMENTVM.

Religioſus eccleſiæ ſecularis canonicus fieri non poteſt.

Quæſtio MCCLXXXIIII.

QVAERITVR an religioſus poſsit effici canonicus eccleſiæ ſecularis?Glo.in dict.c.ſi quis.lxviij.diſtinctio.tenet,quòd ſic.& in capitu.in noua.xvj.quæſtio.vij.& in cap. Deus.de vita & honeſtate clericorum. Sed contrarium cōmuniter tenetur per cap.ſuper eo.de regularibus.

ARGVMENTVM.

Patronus laicus an ad eccleſiā parœcialem vel beneficium ſimplex præſentare poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Monachos ad eccleſias parœciales ſeculares non præfici regulare.*

Quæſtio MCCLXXXV.

QVAERITVR an patronus laicus poſsit præſentare religioſum ad parœcialem eccleſiam,vel ad beneficium ſimplex? Et dicendum eſt, quòd non,quò ad beneficium ſimplex: ſecundum Panormitanum in dict.cap.quod Dei timorem. de ſtatu regu. Sed quò ad parœcialem eccleſiam non poteſt promoueri etiam de licētia Abbatis, niſi diſpenſatus: ſecundum dominos de Rota deciſion. cccclxxxv. Sed in contrarium tenet Præpoſitus in dict.c.priſcis.lv.diſtin.ꝙ monachus poteſt promoueri ad parœcialem eccleſiam etiam ſine diſpenſatione.& Panor.in dict.c.quod Dei.vide c.j.de cape. monach.vbi quādo eccleſia habet populum,debet de conſenſu monachorum inſtitui per Epiſcopum:
1 quia regulariter † monachi nō præficiuntur ad eccleſiam parœcialem ſecularem.facit c.de cap. libro vj.& Frederic.conſilio cxxxvj. an religioſi poſsint præſentare monachum.& in deciſio.no.de iure patrona.deciſio.incipient.Item in religioſo. vide Archidiaco.in cap.peruenit.xviij.quæſtio. ij.per gloſ. cle.ne in agro.§.ad hæc.ſuper verbo,ad clauſtrum. de ſtatu monachorum.

ARGVMENTVM.

Religioſus mēdicans tranſlatus an curæ parœcialis eccleſiæ extra monaſterij & ordinis adminiſtrationem præfici poſsit.

Quæſtio MCCLXXXVI.

QVAERITVR quando religioſus mendicans eſt tranſlatus ad ordinem non mendicantium debito modo, an poſsit admitti ad curam parœcialem eccleſię extra adminiſtrationem proprij monaſterij & ordinis. & ſibi prouideri per Epiſcopum?Dubium facit propter clemētinam ad vt profeſſores.verſic. prioratus. de regularibus. ſed in contrarium tenet Frederic. de Senis conſil. clxj. Nec obſtat dicta clemen.quia loquitur in adminiſtrantibus proprij ordinis de quo ibi per ipſum.

ARGVMENTVM.

Monachus vel canonicus regularis vicarij Epiſcopi eſſe poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus ordinis mendicātium uicarius ab Epiſcopo conſtitui non poteſt.*

2 *Epiſcopus unum monachum de ſuo monaſterio ut ſibi adſit in cubicularijs extrahere poteſt.*

Quæſtio MCCLXXXVII.

QVAERITVR an monachus vel canonicus regularis poſsit eſſe vicarius Epiſcopi? Et dicendum eſt,quòd ſic: ſecundum gloſſ. in dict. cap.ſi quis.lviij.diſtinctio. dum tamen interueniat licentia Abbatis: ſecundum Præpoſitum ibi: dum tamen habeat ſocium ſui ordinis. c. ij. de ſtatu monachor.iuxta notata per Ioan. Andręam & Ioan.
1 de Imol.in cap.fin.de clerico ægrotante. † Sed religioſum ordinis mendicantium non poteſt Epiſcopus vicarium conſtituere per dictam clementinam primam.verſicul.prioratus.de regularib.ſecundum Ioan.Andr.& Ioan.de Imol.in dict.c. final.Et per hoc facit glo.in cap cùm paſtorum.ij.quæſtion.vij.
2 vbi Epiſcopus † poteſt extrahere monachū ab eius monaſterio pro eius ſeruitio,& vt habeat in ſuum cubicularium etiam inuito Abbate in monaſterijs non exemptis.de hac materia in clemen.& ſi principalis.de reſcript.per glo. Cardinalem Florentin. & Ioannem de Imol.

ARGVMENTVM.

Cardinales an poſtulari debeant.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis Epiſcopus eccleſiæ titulo alligatus poſtulandus eſt.*

2 *Cardinalis presbyter uel diaconus poſtulandus non eligendus uenit.*

3 *Cardinales presbyteri uel diaconi ſecũdum eccleſiarũ ſuarum titulum denominantur.*

4 *Cardinales presbyteri & diaconi in eorum eccleſijs epiſcopalem iuriſdictionem habent.*

Quæſtio MCCLXXXVIII.

QVAERITVR an Cardinalis debeat poſtulari vel eligi ad eccleſiã cathedralem, vel
1 Metropolitanam. Et in effectu: † quia ad Epiſcopum Cardinalem vti Sabinenſem & Hoſtien. debet poſtulari, cùm ſit alligatus eius titulo eccleſiæ.
2 cap. fina. de poſtulatio. prælato. † Si verò ſit presbyter Cardinalis vel diaconus tunc idem: quia ſunt alligati Romano pontifici, & non debent exire curiam ſine licentia ipſius: ſecũdum Hoſtien. in cap. eccleſia veſtra. le ij. de electio. Sed aliqui tenẽt con-
3 trarium: vt ibi refert Panormitan. † quia presbyter Cardinalis vel diaconus nominantur ſecundum titulum ſuarum eccleſiarum. cap. licèt. le iij. de teſtib. cap. quãquàm. de crimine falſi. hinc eſt quòd quando Papa reſcribit presbyteris Cardinalibus vel diaconis particulariter, iſtos vocat filios: ſecus ſi eſſent
4 Epiſcopi: ſecundum Panormitan. ibi. † Veruntamen quia presbyteri Cardinales vel diaconi habẽt iuriſdictionem epiſcopalem in eorũ eccleſijs: ſecundum Panormitan. in cap. hijs qui. de maiori. & obedientia; ideò debent poſtulari: ſecundum ipſum Panormita. in cap. fin. de poſtulatio. prælato. vide Panormitan. in c. bonæ. le j. de poſtulatio. prælato.

ARGVMENTVM.

Poſtulandi poteſtas ſub eligendi mandato continetur.

Quæſtio MCCLXXXIX.

QVAERITVR an in mandato eligendi veniat etiam poteſtas poſtulandi? Et dicendum eſt, ꝙ ſic, cùm præparatorium & vicina ſit electioni; ſecundum gloſſ. in cap. in cauſis. de electiõn. & in cap. nullus. lxj. diſtinctio. & in capit. licèt. viij. quæſtion. j. & per gloſſam in capitu. primo. de poſtulatio. prælator. Et hoc de æquitate: ſecũdum Hoſtien. de quo latiùs per Panormitan. in dict. capitu. in cauſis. & per Præpoſit. in dict. c. nullus.

ARGVMENTVM.

Poſtulantes à poſtulatione antequàm ſuperiori præſentetur recedere poſſunt; item & variare.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulationis reuocatio expreſſè facienda eſt.*

2 *Poſtulantes ſi à poſtulatione recedant expenſæ repetendæ non ueniunt.*

Quæſtio MCCXC.

QVAERITVR an poſtulantes poſſint variare ſeu recedere à poſtulatione? Et dicendum eſt, quòd ſic, antequàm poſtulatio ſit præſentata ſuperiori. cap. bonæ. le ij. de poſtulatio. pręlato. ſecundum gloſſ. in c. in cauſis. de electiõn. Nec obſtat dictum cap. in fin. quia ibi poſtulatio fuit facta per compromiſſum. Sed qualiter debeat tunc fieri
1 reuocatio? † Et dicendum eſt, quòd debet fieri expreſſè, de quo ibi latiùs per Panormitan. & in hoc eſt differentia inter electionem & poſtulationem: quia eligentes publicato ſcrutinio variare non poſſunt. cap. publicato. de electio. ſecus in poſtulatione antequàm ſit præſentaa ſuperiori: quia poſtulatio innititur ex gratia: vt ibi not. & per Panorm.
2 in cap. penult. de poſtulatio. prælator. † An autem poſſint repeti expenſæ quando poſtulantes recedunt à poſtulatione. & dicendũ eſt quòd non: quia non habet poſtulatus ius. de quo per gloſſ. in cap. cupientes. in fin. de electiõn. libr. vj. & facit in ſimili, quando amicus mãdauerat expenſam vt conferatur beneficium, quòd non poſſit repeti expenſa, quando fit ſymoniacè, nec valeret mandatum rei turpis. l. ſi verò non remunerandi. ff. mandati. ſecundum Panor. in dict. c. bonæ. le ij. de poſtula. prælat.

ARGVMENTVM.

De viſitatione titulorum dom. Cardinalis de ſancto Seuerino.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta poſt appoſitionem manus Papæ, & poſt acceptationem nulla eſt.*

Quæſtio MCCXCI.

QVAERITVR ſuper viſitatione titulorum reuerendiſſimi domini Federici ſancti Theodori diaconi Cardinalis de ſancto Seuerino vulgariter nuncupati, Archiepiſcopi Viennen. ac etiam eccleſiarum Malleacen. & Morinen. Epiſcopi ſeu præſulis. Et primò ſuper viſitatione Epiſtolæ Regis Caroli VIII. reſcribentis ſanctiſſimo domino noſtro Papæ in fauorem præfati clariſſimi, & dilectiſſimi domini Cardinalis, ꝙ placeret prouidere eidem de beneficijs vacaturis in Regno vſque ad ſummam octo millium ſcutorum auri portatorum annuatim: præſertim quia idem dominus Cardinalis in fauorem Regiæ maieſtatis ſe deſiſtit à iure quod prætendebat habere in Archiepiſcopatu Rothomagen. & ibidem reſcribit Regia maieſtas, ꝙ placeat Papæ reſeruare dignitates pontificales ibi expreſſatas vſque ad dictam ſummam ſuprà declaratam. & inter cætera ibi nominatur Archiepiſcopatus Viennen. Prouiſo ꝙ nõ fuerint aliâs ſpecialiter reſeruatæ. Et ibidem in ſubſcriptione ponuntur verba ſequẽtia. Voſtre deuot filz le Roy de France Charles, Robertet. Et conſequenter inſequitur tenor alterius Epiſtolæ miſſoriæ præfati Regis directæ magnis amicis Cardinalibus ſanctæ ſedis apoſtolicæ in fauorem præfati domini Cardinalis eiuſdem effectus pręcedentis. Datum Lugduni. anno dñi Mccccxciiij. die xviij. menſis Aprilis. Charles, Robertet. Et pariter inſeritur tenor alterius literæ præfati Regis directæ pręfato domino Cardinali eiuſdem

eiuſdem effectus,& ſubſecutiuè inſeritur tenor bullæ Alexandri Papæ moderni:vbi narratur qualiter eccleſia Rothomageñ.& certo modo paſtoris regimine deſtituta fuit prouiſum de cõſilio fratrum dicto dilecto filio Federico ſancti Theodori diacono, Cardinali,& qualiter eſt præfectus in Archiepiſcopum,& paſtorem:& deinde cum formidaretur oriri lis,ſeu controuerſia inter venerabilem fratrem Georgium,tunc Narboneñ Archiepiſcopum, cùm fuiſſet poſtulatus per electionem capituli ipſius eccleſiæ Rothomageñ in Archiepiſcopum Rothomageñ.tandem pro bono pacis etiam inſtante chariſsimo filio Carolo Francorum Rege illuſtri dictę adminiſtrationi ceſsit. dictáque ceſsiõe admiſſa dictus Georgius à vincula dictæ eccleſiæ Narboneñ fuit abſolutus de fratrum conſilio,& fuit trãſlatus ad dictam eccleſiam Rothomageñ ſibi reſeruata certa penſione donec fuiſſet prouiſum de ſumma quinque millium ſcutorũ ſuper fructibus, redditibus, prouentibus menſæ Archiepiſcopalis Narboneñ conſideratione præfati Regis reſeruauit dignitates Archiepiſcopales & Epiſcopales ibidem nominatas:ſeu alteri ipſarum extra Romanã curiam vacare contingerit,quam duxit acceptandam infrà vnius menſis ſpacium, poſtquam vacatio innotuerit vſque ad dictam ſummã octo millium ſcutorũ in regno,ſeu quibuſuis dominijs eiuſdem Regis,& ibidem deputantur certi executores cum clauſula alternatiua, quatenùs ipſi vel duo, aut vnus eorũ, cũ clauſula decreti irritantis. Datũ Romæ anno incarnationis, M.ccccxciiij.xij.kalẽdis Iunij?Et deinde etiam ſequitur tenor acceptationis dicti domini Cardinalis de anno natiuitatis domini. M.ccccxcvj.die tertia mẽſis Februarij,vbi narratur dicta reſeruatio, & qualiter dicta eccleſia Metropolitana Vieñ vltimatè vacauit extra Romanam curiam,per deceſſum domini Angeli vltimi Archiepiſcopi,& ibidem acceptat vigore dictæ reſeruationis,& ibidem notarius ibi ſignatus vigore clauſulæ cæterum,ſibi prouidit,&ibidem dictus dominus Cardinalis conſtituit eius procuratores, ibi nominatos ad accipiendum poſſeſsionem dictę eccleſiæ Archiepiſcopalis,& poſtmodum de eodẽ anno,die decimaquinta Aprilis frater Ioannis Lapoſtelle procurator dicti domini Cardinalis fuit miſſus in poſſeſsionẽ,& rurſum inſeritur ibi aliud procuratoriũ, & vlterius inſeritur,ibi tenor nouæ prouiſionis,vbi narratur dicta reſeruatio prius facta cum decreto irritãte quauis authoritate ſciẽter vel ignoranter,acceptare contingerit.& ibidẽ Papa de dicta eccleſia Vienneñſi vacante pro potiori cautela prouidet,& ibi ortatur Regem Carolũ & dictã eccleſiã Vienneñ,vt habeant recipere eundẽ. Datũ Romæ anno incarnationis M.ccccxcvij. vj.kalend. Aprilis,& ſimiliter inſeritur tenor alterius prouiſionis apoſtolicæ, iuris deuoluti ſiue per obitum dicti Angeli,ſiue aliàs quouiſmodo vacet. Datũ Romæ de tempore quo ſuprà: & aliàs prout
1 ibi pleniùs cõtinetur,† & ita electio ſeu poſtulatio ſubſecuta de perſona reuerendi domini Antonij de Claromonte ordinis mendicantium fratrum minorum de obſeruantia poſt obitum dicti domini Angeli vltimi Archiepiſcopi Vienneñ,fuit& eſt ipſo iure nulla & infecta, propter reſeruationem Papæ præcedentem cum decreto irritãti.capit.ſi eo tempore.de electio.libr.vj.cum ibi notatis.capit. ſi ſolus.& cap.ſi capitulo.de conceſsio.præbend. lib. vj.quia ex quo Papa appoſuit manum,ſunt ligatę manus inferioris:quia à ſe cenſetur aduocaſſe negotium.cap. vt noſtrum.de appellatio. & maximè quia dictus dominus Cardinalis acceptauit dictam eccleſiam Vienneñ à tempore vacationis infrà mẽſem.clementi.j.de conceſsio.præbend.& maximè ſi dicta acceptatio præuenerit dictam electionem.faciunt notat.per glo.in capit.j. de collatio.in pragmat.ſanct.licèt in dignitatibus electiuis nõ habuit locum præuẽtio. Adde Compo.in c. cũ nobis olim. de elect. Archi.& Ioan. And. in nouella in c. is cui. de elect.lib. vj.quando Papa appoſuit manum dando cõmẽdatarium aut adminiſtratorẽ alicui prælaturæ,quòd ſi capitulum eligat, electio eſt ipſo iure nulla.& ita tenet Roma. conſi cccl.maximè pro illa collatione ſeu vice.iuxt.nota.per Pan.in ca.inter dilectos.de except.prælato.

ARGVMENTVM.

Poſtulatio relgioſi ordinis mendicantium de prælatura facta in diſcordia & extra monaſterium nõ valet.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulatio qualiter in concordia fieri dicatur.*

Quæſtio MCCXCII.

QVAERITVR an electio vel poſtulatio de perſona alicuius religioſi ordinis mendicantium de prælatura extra ſuum monaſterium in diſcordia teneat?Et dicendum eſt quòd nõ,nec debet conſentire etiam ſi obtinuerit licentiam ſuperioris.ca.quorundam.de elect. lib. vj.facit c.ſi reli-
1 gioſus.eod.tit. † Et oportet quòd fiat iſto caſu electio ſeu poſtulatio nemine contradicente, ad hoc, vt dicatur fieri in concordia: ſecundum gloſſ.in d. capit.quorumdam.& in capit.cupientes. §.ſi verò. aliàs.§.ad hoc.de electio.libr.ſexto, & Panormita. in cap.nihil.de electio.faciunt notat.in clementi.j. de electio.

ARGVMENTVM.

Electus in Archiepiſcopum,an antequàm cõfirmetur, adminiſtrare poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio c.nihil.de electio.an per Papæ reſeruationem ſopiatur.*
2 *Poſſeſsio electi à non habentibus poteſtatem colorata non dicitur.*
3 *Confirmatio quæ ex defectu eligentiũ non tenet,poſsidendi colorem non tribuit.*
4 *C.Nihil.de electio.an in poſtulatione locum habeat.*
5 *Reſeruationes quandoquè permiſſæ.*

Quæſtio MCCXCIII.

QVAERITVR attento quòd præſupponitur,quòd dictus Archiepiſcopatus Vienneñ ſubijciatur immediatè Romano pontifici,an per electionem factam in concordia poterit dictus dominus Anthonius adminiſtrare ante confirmationem? Et videtur dicendum quòd ſic, attento,ꝙ dicta eccleſia Vienneñ eſt citra montes.dict. capit.

nihil.in fine,de electio. Sed contrarium tenet Pa-
normita.ibi, quando prius fuit facta reſeruatio, &
1 ideò † hodie de rigore non proceſsit dictus textus
ex quo Papa ſibi reſeruauit poteſtatem prouidendi
de talibus dignitatibus pótificalibus, videtur ſu-
blata poteſtas electionibus.dict.capit.ſi eo tempo-
2 re.de electio.libr.vj.adeò & in tantum, † quòd poſ
ſeſsio dicti fratris Antonij non dicatur colorata,ex
quo deficit poteſtas in eligentibus:ſecundum Ioã.
Calderin.& Ioan.de Imol.in dict.cap.cùm noſtris.
de conceſsio.præben.& Lapus allegatione ciij.vbi
tenet,quòd poſſeſsio non dicitur colorata,quando
deficit poteſtas in conferente,vel quia eſt excômu-
nicatus,vel propter iuriſdictionem,vel propter de-
cretum,nec impeditur iſto caſu executor conferre
quando alius poſsidet: ſecundum Lapum vbi ſu-
3 prà.capit.licèt Epiſcopus.de præbend.libr.vj.† nec
iſto caſu confirmatio tribueret colorem poſsiden-
di,quando electio non tenet ex defectu eligentium
iuxta nota.per Ioan.de Imol.in capit.literas.de cô
ceſsio.præbend.& per gloſſ.in capit.j.de pacifi.poſ
4 ſeſſor.in pragmatic.ſanctio.† & pariter ceſſat priui
legium.dict.capit.nihil.in fine,in poſtulatione,quę
innitur ex gratia.capitu.penul.de póſtula.prælato.
ſecundum Panormita.in dict.capit.nihil.quia ſolũ
loquitur in electione: vbi acquiritur ius in habitu:
ſecundum gloſſ.in capit.quanto.lxiij.diſtinctio.li-
cèt etiam in electione, non habeat locum propter
reſeruationem quę impedit acquiri aliquod ius ele
cto: ſecundum Panor.ibi. & pariter ceſſat dictum
priuilegium.c.nihil.quando legatus de latere eſſet
in partibus,cùm poſſet ad illum recurrere pro obti
nenda confirmatione.capit.ſi abbatem. de electio.
libr.vj.ſecundum Panormita. in dict.cap.nihil. Et
præmiſſa procedũt,niſi obſtaret decretum pragma
ticæ ſanctionis, in titul.de electio.cap.j.& in tit.de
reſeruationib.& in cap.j.de collationibus, de quo
ibi vide per gloſſ.quia Papa non poteſt derogare
concilio generali: cùm electiones habeant locum:
ſecundum Ludoui.de Roma.conſilio ccclxxx. &
5 cccclxxxiij.licèt † interdum etiam ſecundum teno
rem pragmaticæ ſanctionis,reſeruationes ſunt per
miſſæ,vti in reſeruationibus interdum in corpore
iuris clauſis: vel in terris eccleſiæ mediatè, vel im-
mediatè ſubiectis,vel niſi ex magna rationabili &
euidenti cauſa in literis apoſtolicis nominatim ex-
primenda:vt in dict.pragmatic.ſanctione. titul. de
electio.cap.j.& ita eſt in propoſito:quia in dicta re
ſeruatione exprimitur cauſa.& in eod.titu.ea.licèt.
§.ſtatutum. Vide gloſſ.in pragmatic.ſanctio.de ele
ctio.capitul.j.ſuper verbo,exprimenda.an præferą
tur in Papa iuſta cauſa.

ARGVMENTVM

De ſtatu & differétia Cardinalium,ac de ipſis ſcri-
bendi modo.

SVMMARIVM.

1 *Cardinali Epiſcopo ſcribendi modus.*
2 *Cardinali presbytero ſcribendi modus.*
3 *Coram Cardinali diacono ſcribendi forma.*
4 *Cardinalis ſine titulo quandoque eſſe poteſt.*
5 *Sicilia inſula antiquitùs Rauanenſis eccleſiæ fuit.*
6 *Cardinalium numerus quis.*

Quæſtio MCCXCIIII.

QVAERITVR de ſtatu & dignitate Car-
dinalium, & de modo ſcribendi Cardinali
bus.Et attento quia hîc fit mentio de diacono Car
dinali.capit.penul.de arbit.vnde ſecundum Specu
lato.in titu.de libelli.conceptione.§.iam nunc vi-
dendum.in principio, vbi format libellum coram
Papa dicendo,Sanctitati veſtræ clementiſsimè pa-
ter. & deinde coram Epiſcopo Cardinali dicen-
1 do:† Coram vobis reuerendo patre domino Henri
co Dei gratia Hoſtien. & velletreſen. Epiſcopo
Cardinali,& ſupprimendo iſtam dictionem titulũ:
cùm in Epiſcopo Cardinali non dicatur tituli ta-
lis,&pariter ſupprimitur nomen proprium,ſi volue
2 ris,Coram presbytero Cardinali ſic ſcribitur† corã
vobis reuerẽdo in Crhiſto patre dño.A.tituli Baſili
cæ xij.apoſtolorum presbytero Cardinali.Sed ſecũ
dum Ioan.Andr.ibi in additio. in hoc non aduer-
tit Speculator:quia eſt ſpeciale in hoc presbytero
Cardinali:quod per Baſilicam non per titulum no
minatur.cap.cùm olim.le j.de priuileg.cap.ad apo
ſtolicę.de re iudic.lib.vj.presbyteri etiam Cardina
les titulos habent. vide etiam inc.corã.de elect. in
c.ij.de cleric.nõ reſiden.Corã verò Diacono Cardi
3 nali ſic ſcribitur.†Corã vobis reuerẽdo Chriſto pa
tre Vberto Dei gratia ſancti Heuſtachij diacono
Cardinali. Diaconi etiam per titulum non ſcribũ-
tur:vnde ſecundum Ioã.And.ibi,in adddítio. licèt
Epiſcopi Cardinales non poſſunt eſſe ſine titulo:ſe
cundum Hoſtien.in cap.coram.de electio. tamen
non nominantur per titulum:dicendo B.tituli Ho-
ſtien. Portueñ.presbyteri verò Cardinales deno-
minantur à titulo.capit.fina.de ſupplend. negligẽ.
prælato.cap.ij.de cleric.non reſiden.niſi in Cardi-
nali Baſilicæ xij.apoſtolorum:prout ſuprà dictum
fuit:& ita eſt de ſtylo curiæ,adeò quòd ſi aliter ſcri
beretur,reſcriptum cenſeretur falſum.capit. quam
graui.de crimine falſi.Diaconi verò Cardinales nõ
denominantur per hanc dictionem tituli.dict. cap.
penulti.de arbit.capit.ad audientiam.de præſcrip.
4 cap.cùm ex literis.de in integ.reſtitutio. †tamen in
terdum Cardinalis poteſt eſſe ſine titulo,prout cô-
tingit in domino Petro de Colona, qui ſe vocabat
ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalem,donec recu
perauit titulum ſancti Angeli:quẽ ante depoſitio-
nem habuerat:ſecundum Io.Andr.ibi, & vlterius
dicit Specula.verſic.Cardinales.quòd nullam cau
ſam audire poſſunt,niſi à domino Papa ſpecialiter
ſit commiſſa: vel niſi iure proprio: puta ratione
ſui Epiſcopatus:vel tituli ad eos ſpectante. Si verò
ſcribatur coram Archiepiſcopo vel Epiſcopo:tunc
dicitur:Coram vobis venerabili patre. Vide Ioan.
Andr.in additio.ad Speculato.in titu.de iuramen-
to calumniæ.§.reſtat videre.verſic. quid ſi aliquod
5 collegium.vbi refert, † quòd antiquitùs inſula Si-
ciliæ fuit eccleſiæ Rauaneñ,licèt poſteà fuerit trã
lata in Romanam curiam,& quòd ipſius eccleſiæ
Rauaneñ canonici tunc habebant,& hodie reti-
nent nomen Cardinalium,& cantorum:vide gloſ.
in clement.vt hi qui.de ætat.& qualita.qui allegat
Hoſtien.in capit.ij.de offic.Archidiaco.quòd ſicut
inter Cardinales nullus eſt qui ſit ſaltem diaconus:
ita & inter canonicos nullus debet eſſe qui non eſ-
ſet ſaltem ſubdiaconus.Panormita.verò in dict.ca
pitu.co-

pitu.coram.de electio.tenet,quòd presbyter Cardi
nalis nuncupatur per titulum ſuum,qui de Epiſco
po & Diacono,ſe remittit ad notata, in capit.ij. de
cleri.non reſidē.& ibi tenet,quòd Cardinalis preſ-
byter nominatur per titulum ſuæ parœciæ.Nā qui
dam ſunt Cardinales Epiſcopi,vt Hoſtieñ.& Sabi
neñ,& iſti habent Epiſcopatus in titulum. de hac
materia habetur latè per domi. Aluarot. in capit. j.
6 Epiſcopum.vel Abba.feud.dar.poſſ.& ibi † tenet,
quòd ſecundum primordialem numerum debent
eſſe quinquagintavnus Cardinales, & quòd ſunt
tria genera ipſorum,quidam ſunt Epiſcopi Cardi-
nales in numero ſeptē,&ibi nominantur & in ſolē
nitatibus ſunt aſſeſſores Papę,& vtūtur cathedris,
quidā ſuntpresbyteriCardinales in numero xxviij.
& iſti ſunt aſsiſtentes Papæ: & aſsiſtunt Papæ in
miſsis & horis:& quilibet ſeruit ſuam ſeptimanā.
Quidam ſunt Cardinales Diaconi,& iſti inſiſtunt
in miniſterio miſſæ:& induunt Papam, & ei circa
altare deſeruiunt. Vide de materia in pragmat.ſan-
ctione,in titu.de numero & qualita.Cardinalium.
cap.j.& ibi per gloſſ.

ARGVMENTVM.

Papa de numero Cardinalium eligendus eſt.

SVMMARIVM

1 Electio Papæ ad Cardinales ſpectat.
2 Papa magiſtratu ſe abdicare poteſt.
3 Laici propter uitæ ſanctitatem & excellentiam in Papam eligi poſſunt.

Quæſtio MCCXCV.

QVAERITVR an debeat eligi Papa de
numero Cardinalium? Et dicēdum eſt quòd
ſic antiquitùs.capit.oportebat.lxxix.diſtinctio. li-
cèt hodie quando eſt facta electio à duabus parti-
bus non poterit opponi, quòd non ſit de collegio
Cardinalium.capit.licèt.de electio.etiam ſi electus
eſſet clericus vel coniugatus:ſecundum Panormit.
ibi allegat gloſſ.in capitu.ſi quis penum.lxxix. di-
1 ſtinctio.†licèt electio Papæ ſpectat ad Cardinales,
adeò quòd Papa non poſſet eligere ſibi ſucceſſo-
2 rem:† licèt poſſet renuntiare.capitu.j.de renuntia.
libr.vj.& debent eligi tres ſcrutatores,vnus de quo
libet ordine Cardinalium:videlicet vnus Epiſco-
pus Cardinalis:vnus presbyter Cardinalis:& vnus
Diaconus Cardinalis:& licèt antiquitùs Epiſcopi
Cardinales haberent præ alijs prærogatiuis: quia
ipſi prius tractabant de electione:& poſtmodùm
vocabant presbyteros Cardinales.capitu.in nomi-
ne domini.xxj.diſtinctio.tamen hodie Cardinales
in electione Papæ ſunt pares de conſuetudine:ſecū
dum Panormita.in dict.capit.licèt. de iure debeat
ſeruari.dict.cap.in nomine domini.& de iſta diffe-
rentia inter Epiſcopos Cardinales presbyteros Car
dinales & Diaconos Cardinales.habetur in c.præ-
ſul.ſecunda quæſtione quarta. Adde capit.hijs om
3 nibus.lxj.diſtinctio.vbi † propter ſanctitatem vitæ
& excellentiā laici poterit eligi in Papam,aut Epi-
ſcopum,& hoc tenet Barbatias.in tractatu Cardi-
na.j.quæſtio.& frater Antonius in ſumma, tertia
parte titu. xxj.cap.ij.§.vij. & Antonius de Ancha.
in tractatu.de poteſtate eccleſ.in tertia quæſtione
principali.§.vj.vbi poteſt fieri electio de alio quàm
de gremio Cardinalium.

ARGVMENTVM.

Promouendus ad Cardinalatum quem ordinē habere debeat.

SVMMARIVM.

1 Cardinalis cardinalatu ſe abdicare poteſt.& num.5.
2 Papa an ſuper ordine ſacro diſpenſare poteſt.
3 Ordo ſacer iuris eſt poſitiui.
4 Papa cū diacono ut matrimoniū contrahat,modò uoto adſtrictus non ſit,diſpenſare poteſt.

Quæſtio MCCXCVI.

QVAERITVR quem ordinem debeat
habere promouendus ad Cardinalatu? Et di
cendum videtur quòd adminus debeat eſſe diaco-
nus:ſecundum glo.in cle.vt hij qui de ætat. & qua
lita.ſecundum gloſſ.in dict. ca.j.de numero & qua
lita. Cardina.in pragmatic.ſanctio. quando quis
promouetur ad Cardinalatum, epiſcopalem debet
eſſe ſubdiaconus.capit.à multis. de ætate & quali-
ta.Si verò promoueatur ad Cardinalatum presby-
teralem debet eſſe presbyter,& ſi promoueatur ad
diaconalem cardinalatum debet eſſe Diaconus.de
quo ibi latiùs. Et iſtud facit ad quæſtionem cōtin-
gentem,de hoc tēpore M.cccccxcviij.de nepote Ro
mani pontificis Alexandri vocato Cæſarebon mo-
1 derni diaconi Cardinalis Magne: † qui renuntia-
uit cardinalatu,& effectus eſt de ſeculo cauſa ducē
2 di vxorem: † an Papa potuerit diſpenſare,attento
quòd præſupponitur quòd per prius erat in ordine
ſacro,ſaltem diaconatus Et dicendum videretur,ꝙ
3 ſic:† quia ordo ſacer eſt de iure poſitiuo:ſeu ex co-
ſtitutione eccleſię. & adhuc eccleſia orientalis vti
tur matrimonio in clericis.ca.cùm olim.de clericis
coniugatis.de quo ibi per gloſſ & Panormita &
per gloſſ.in cap ſunt quidam.& in cap.quæ ad per-
petuam.xxv.quæſtio.j.& in cap.de illo.xxxij.diſtin
ctio.& ibi per Archidiaco.Geminia. & Præpoſitū.
Adde gloſſ.in cap.de illo.xxxij.diſtinctio.quòd Pa
pa poteſt diſpenſare cùm ſubdiacono:vt contrahat
matrimoniū quando nō eſt adſtrictus voto,de quo
vide ibi latè per præpoſi.& per gloſſ.in cap.quę ad
5 perpetuam.xxv.quæſtio.j. Adde † quòd Cardinalis
poteſt renuntiare cardinalatui in manibus Papæ
ſecundum Philip. Franc.in c.j de renuntia. libr. vj.
Adde vt intellexi,quòd iſti Cardinales Diaconi nō
neceſsitantur promoueri ad ordinem ſacerdotij ſi
non velint,& quò ad iſtum cardinalem diaconum
qui renuntiauit Cardinalatu, hoc ideò fuit: quia
non erat legitimè natus. &c.

ARGVMENTVM.

Papa ſolus ſine Cardinalium cœtu Cardinales creare poteſt.

SVMMARIVM

1 Cardinalium collegium eſt in quaſi poſſeſſione:ut Papa res arduas ſine Cardinalium conſenſu explicare non poſſit.
2 Cardinalium collegium uniuerſalis eccleſiæ capitulum dicitur.
3 A Cardinalium collegio non appellatur.
4 Cardinalium cœtus Cardinalem creare non poteſt.

5 *Papa licèt de Cardinalium conſilio negotia ardua explicare conſueuerit: non tamen tenetur.*

6 *Conſuetudine introduci non poteſt, ut Papa ſine Cardinalium conſilio non agat.*

7 *Imperator uel alius princeps negotia ardua cũ principũ conſilio expedire debeat: ſi tamen ſolus expedierit, tenet.*

Quæſtio MCCXCVII.

QVAERITVR an Papa ſolus poſsit creare Cardinalem ſine conſilio, aut conſenſu cœtus, ſeu collegij Cardinalium? Duqium facit: quia † collegium cardinaliũ eſt in quaſi poſſeſsione, quòd Papa non explicet ardua negotia ſine cõſilio, ſeu conſenſu Cardinalium: ſecundum Ioan. Monach. in capit. ſuper eo. de hæreticis, libr. vj. Hoſtien. in capit. ij. de cleric. non reſiden. pro quo facit capitu. per venerabilem. qui filij ſint legiti. & quia Cardinales ſunt pars corporis Papæ, & dicuntur cardines domini terræ. ij. Regum. & ſicut hoſtiũ regitur & vertitur à cardine: ita eccleſia regitur à Cardinalibus: ſecundum gloſſ. in capit. ij. de offic. archiepresbyt. adeò & in tantum, quòd Papa non debet excommunicare Cardinalem ſine conſenſu Cardinalium ſecundum Hoſtien. in ca. ij. pro quo
2 facit: † quia collegium Cardinalium dicitur capitulum vniuerſalis eccleſiæ: ſecundum Bald. in l. cũ multa. C. de bo. quæ libe. capit. eccleſia habet. xvj. quæſtio. j. & ibi Archidiaco. quòd ille textus loquitur de eccleſia Romana quæ habet ſenatũ ſeu collegium Cardinaliũ, à cuius ſententia nõ appellatur ſecundum gloſſ. ibi, l. j. in fine. C. à quib. appellar. non licet. & hoc tenet Innocen. in capit. cùm te. de re iudica. & poteſt reſtituere famæ. l. j. §. de qua. ff. de poſtula. Et pro præmiſsis facit cap. nouit. de hij. qui fiunt à prælat. ſine conſenſu capitu. & pro hoc facit l. humanũ. C. de legib. vbi in promulgatione legis requiritur tractatio & deliberatio peritorum totius conſiſtorij. & l. fin. C. de diuerſ. reſcript. & ibi Bald. quòd in arduis negotijs præſertim vniuerſitatum & ciuitatum, quòd ſummi pontifices non conſueuerunt tractare in camera: ſed in conſiſtorio publicato. & plura ſuper hoc allegat Iaſo. in l. placet. C. de ſacro ſanct. eccleſ. Sed præmiſsis non obſtantibus redeundo ad thema quæſtionis ſolus Papa ſine cœtu Cardinalium poteſt creare Cardinales: ſecundum gloſſ. in clementi. ne Romani. de electio.
4 ſuper verbo, poteſtatis. adeò & in tantum, † quòd cœtus Cardinalium non poſſet creare Cardinales: ſecundum gloſſ. ibi, & hoc etiam tenuerunt Ioan. And. Anto. de Butr. & Panormita. in capit. ſanè. de conuerſi. coniugato. & Iaſon in dict. l. placet. vbi tenet, quòd de neceſsitate Papa in cratione Cardinalium non tenetur requirere cõſenſum aliorum Cardinalium. & hoc etiam tenet Pau. de Caſtr. in l. j. ff. legi. & cõſ. cclxxxiiij. incipiẽ. in pręſenti: vbi tenet,
5 q † licèt Papa ponderoſa negotia cõſueuit expedire de conſilio fratrũ non Cardinaliũ: tamẽ tenetur de neceſsitate, ſi nõ vult. & pro hoc facit, quod voluit Panormita. in dict. capit. ij. de cleric. non reſidẽ.
9 quòd † non poteſt conſuetudine introduci, vt Papa non agat ſine conſenſu Cardinalium: quia eſſet præſcribere contra ſupremam poteſtatem Papæ, contra quam non currit aliqua præſcriptio: ſecundum Innocen. in capit. bonæ. le ij. de poſtula. prælato. quia eccleſia militans eſt diuinitùs exẽplata ab eccleſia triũphante: & illi ſe debet conformare. Nã ſicuti in eccleſia cæleſti triumphante eſt vnus Deus cui omnia obediunt: ſic in hac eccleſia militãte eſt vnus ſolus vicarius Dei, qui habet poteſtatem clauium eccleſiæ, & qui præeſt omnibus, & hoc videtur tenere Geminia. in dict. capit. ſuper eo. de hæreti. & de hac quæſtione an poſsit introduci conſuetudo de qua ſuprà habetur latè per Barba. in tract. præſtantiæ Cardinalium in ſecunda quæſtione Baſilica. vide Præpoſit. in cap. j. Epiſcopum vel Abbatem. qui tenet, quòd licèt Papa debeat expedire ardua cum conſenſu cardinalium: tamen ille conſenſus exhigitur in vnius conſilij: nõ quòd teneatur ſequi conſilium: iuxta notat. in ſimili in c. cum olim. de arbit. & in capit. cùm in veteri. de electio. & per Bart. in l. j. §. ſi plures. ff. de excercito. & idem in Im
7 peratore vel alio principe: † quia licèt debeat expedire ardua negotia cum conſilio procerum: tamen ſi aliter fiat, geſta tenent. & ibi tenet Prepoſi. quòd etiam ſolus Papa poſsit creare Cardinales.

ARGVMENTVM.

Cardinales an ſint Epiſcopis maiores.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalatus an ſit de iure diuino.*

2 *Apoſtoli fratres Chriſti nominati.*

3 *Epiſcopi Apoſtolorum loco ſuccedunt.*

4 *Auguſtinus an Hieronimo minor fuerit.*

5 *Hieronimus an Cardinalis fuerit.*

6 *Maioritas quatuor modis conſiderari poteſt.*

7 *Perfectio tribus modis conſiderari poteſt.*

8 *Cardinales quis inſtituerit: & ad quid inſtituti fuerint.*

Quæſtio MCCXCVIII.

QVAERITVR an Cardinalis ſit maior Epiſcopo non Cardinali: & an cardinalatus ſit de iure diuino: & an ſucceſſerit in locum Apoſtolorum: & idem eſſet quærere, an ſtatus Cardinalium ſit perfectior ſtatu Epiſcoporum, Id eſt, vtrũ Cardinales in perfectiori ſtatu præferendi ſint Epi
1 ſcopis. Et in effectu † quòd Cardinalatus ſit de iure diuino, facit quod habetur primo regum cap. ij. Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem. & ſicuti hoſtium regitur à cardine, ita etiam eccleſia Romana regitur conſilio Cardinalium, adeò & in tantum, quòd de iure diuino Cardinales eligunt Papã, & aſsiſtũt Papæ, & repreſentãt ipſos apoſtolos: quia ante paſsionem Chriſti Apoſtoli aſtiterunt Chriſto: in quo ſtatu omnes apoſtoli erant pares & ſimplices ſacerdotes. de pœnitent. diſtinctio. j. §. econtrà. & Chriſtus erat ſolus paſtor ouium & pontifex. & iſto modo Cardinales aſsi-
2 ſtunt Papæ, ſicuti apoſtoli Chriſto: † apoſtoli enim ſunt nũcupati Chriſti fratres: ſecundũ illud pſalmiſtę: Narrabo nomẽ tuum fratribus meis. & principes mondi: ſecundum illud pſalmiſtæ, Conſtitues eos principes ſuper omnem terram, ſed Papa cũ facit aliquos Cardinales inſinuit eos iſta duplici dignitate, dicens eis. Eſtote fratres mei & principes mondi ipſe authoritate Papa perſonam gerit Chri-
3 ſti, & quamuis † Epiſcopi ſuccedant loco apoſtolorum: tamen hoc diuerſo modo, quàm Cardinales: quia Cardinales ſuccedunt loco apoſtolorum, tanquàm aſsi-

quòd aſsiſtentes: ſed Epiſcopi tranſmiſsi quando
appoſiti fuerũt, diſperſi per orbem: ſecundũ fratrem
Antonium in ſumma tertia parte. titul. xxj. capitu.
j. §. ſecundo. & Barba. in dicto tractatu Cardinaliũ
quæſton. j. capitu. in nouo. xxj. diſtinct. vnde ſuper
hac materia an Cardinalatus ſit dignior & honora
bilior ſeu perfectior Epiſcopo non Cardinali, text.
in capitul. quanquàm. ij. quæſtio. vij. poteſt facere
pro & contra: quia ibi primò dicitur, ꝙ Epiſcopa-
4 tus eſt maior presbyterio: † tamen Auguſtinus mi
nor eſt Hieronimo. & ſic cùm Auguſtinus fuerit
Epiſcopus, fuit minor Hieronimo: licèt ſecundum
glo. Auguſtinus loquatur ex humilitate. & ita cùm
Hieronimus fuit presbyter cardinalis, patet, quòd
quilibet Epiſcopus, maior eſt presbytero Cardinali
5 ſecundum gloſſ. ibi, † licèt Hugutius vt ibi refert
Archi. Hieronimus nõ fuit Cardinalis. vnde ſecun
6 dum Archid. † maioritas poteſt cõſiderari quatuor
modis. & inter cætera poteſt dici maioritas ratione
ordinis: & iſto caſu Epiſcopus põt dici maior preſ-
bytero Cardinali vel diacono: ita quòd iſto caſu Pa
pa eſt æqualis Epiſcopis. dicto capitu. in nouo. Se-
cundò modo conſideratur maioritas ratione digni
tatis & officij: & iſto modo Cardinalis dicitur ma-
ior Epiſcopo. Et ita etiam tenet glo. in dict. capitul.
in nouo. vbi tenet quod licèt Epiſcopus ſit æqualis
apoſtolo ſeu Papæ in ordine: tamen in adminiſtra-
tione Papa eſt maior, & idem in Petro in admini-
ſtratione ſit maior alijs apoſtolis: vt in dict. capitu.
in nouo. & ibi per Præpoſitum. & præmiſſa proce-
dunt in prebyteris Cardinalibus vel Dyaconis: ſe-
cus in Epiſcopis Cardinal. quia illi ſunt magis ho-
norandi, quàm ſimplices Epiſcopi: ſecundum Pa-
normi. in capitul. cùm apoſtolis. de cenſib. Et hoc
etiam tenet Abbas & Panormita. in capitul. eccle-
ſia veſtra. le ij. de electi. vbi reſpectu ordinis presby
teri Cardinalis dicitur maior quàm Epiſcopus: ſe-
cus ratione officij: quia Cardinales faciunt vnum
corpus cum Papa. & iſtam partem etiam tenet Au-
guſtinus de Ancon. in dict. tractatu de poteſtate ec
cleſiaſtica quæſtio. centeſimaſecunda. §. ij. & Anto.
7 vbi ſ. c. ij. vbi perfectio † poteſt conſiderari tribus
modis. Primò in ordinis poteſtate. ſecũdò in loci di
gnitate. Tertiò in perfectiori charitate de quo ibi
latiùs. & per glo. in pragmatic. ſanctione in titul. de
muner. & qualitate cardinalium, capitul. j. Adde
Specu. in titul. de legato. §. ſequitur. in princip. vbi
tenet, quòd eccleſia habet ſenatum: & quòd Cardi-
nales ſunt ſacerdotes leuitici qui domino Papæ in
executione ſacerdotali officij coadiutores exiſtũt.
& ſic ſentit quòd Cardinalatus ſit de iure diuino.
vnde eccleſia habet ſenatum. c. eccleſia xvj. quæſti.
j. ibi centum presbyterorum. Adde tamen quòd li
cèt Cardinalatus dicatur de iure diuino: tamen ſe-
cundum Archidiaco. in capitul. vbi periculum. de
8 electio. lib. vj. vbi refert ex chronica martiana † Põ
tianum Papam introduxiſſe Cardinales & marcel-
lum, qui fecit quindecim Cardinales in eccleſia Ro
mana, ad ſepelliendum mortuos, & baptiſandum
infantes: licèt hodie non exerceant in officio ta-
lia officia: ſecundum Cardinal. Floren. in clemen.
ne Romani. §. porrò. de election. & pariter ſecun-
dum Alberic. in rubr. de ſumma trinita. tempo-
re donationis factæ per Conſtantinum Papæ Silue-
ſtro nondum erant creati Cardinales.

ARGVMENTVM.

Cardinales vnde aſſumendi.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtoli è Iudæa electi.*
2 *Cardinales è Germania non aſſumuntur.*

Quæſtio MCCXCIX.

QVAERITVR an Papa debeat eligere
ſeu creare Cardinales de vna patria ſeu natio-
ne tantùm, vel de pluribus: & in effectu Auguſtinus
in tractatu de poteſtate eccleſiaſtica quæſtione cen
teſimaſecunda. §. quarto. tenet quòd non derogat
perfectioni Cardinalium eligere omnes Cardinales
1 de vna patria: ſicuti † Chriſtus elegit omnes apoſto
2 los de Iudæa. Prætereà ſicuti † excluditur vna pa-
tria vti de Alemania, quòd non eligatur Cardina-
lis. ergo etiam poteſt introduci, quòd de vna patria
eligantur Cardinales. ſed in cõtrarium arguit: quia
non debet eſſe acceſsio perſonarum. capitul. nouit.
de iudic. ſed ſi eligerentur Cardinales de vna patria
tantùm: non poteſt eſſe ſine acceſsione. Vnde ſecun
dum ipſum Papa poteſt ſibi aſſumi Cardinales in
ſuum adiutorium & conſilium, vnde vult, & quos
vult, & quales vult, & ſibi imputatur ſi boni vel ma
li iuuenes vel docti eligantur ad meritum vel de-
meritum: licèt ſecundum Bernard. ad Eugenium,
tres aſsignentur rationes quòd non de vna patria
ſed de toto orbe Cardinales ſunt eligendi: licèt
non eligantur de Alemania: quia Imperator ibi
eligitur, qui eſt miniſter eccleſiæ: & ne pandantur
ſecreta eccleſiæ: ſecundum fratrem Anthonium in
ſumma tertia parte, capit. ij. §. ij. & ibi per ipſum red
ditur ratio quare Chriſtus elegit apoſtolos ſolùm
de Iudæa.

ARGVMENTVM.

Cardinales Papæ fidelitatem iurare ſicut Epiſcopi
non tenentur.

Quæſtio MCCC.

QVAERITVR an Cardinales debeãt iu-
rare fideltiatem Papæ ſicuti Epiſcopi. cap. ego
de iureiurand. capitul. de forma. duodecima, quæ-
ſtio. v. & capitul. dilecti. de maiorita. & obedien.
& etiam de reb. eccleſi. non alienand. capitu. final.
de eccleſi. ædificand. & in effectu Hoſtien. in capit.
antiqua. de priuileg. tenet quòd non: quia Cardina
les ſunt pars corporis Papæ: licet Cardinales pręcę
teris debent eſſe aſtricti ad obſeruandam Papæ fi-
delitatẽ: & Papa debet ipſos diligere ſicut ſe ipſum:
& omnibus eorũ neceſsitatibus ſubuenire arbitrio
boni viri. Veruntamen Epiſcopi Cardinales tenen
tur iurare tanquàm Epiſcopi, non tanquam Car-
dinales. Et ad propoſitum facit textus in l. ſed &
reprobari. ff. de excuſation. tutorum. & l. ad be-
ſtias. ff. de pœn. vbi ratione ſingularis induſtriæ
qua excuſatur.

ARGVMENTVM.

Papa mortuo an poteſtas penes Cardinalium collegium reſideat.

SVMMARIVM.

1 *Papa morte eccleſia non uacat.*
2 *Criſtus eccleſiæ caput.*
3 *Sede uacante apoſtolica parœciales eccleſiæ per ordinarios conferri poſſunt.*

Quæſtio MCCCI.

QVAERITVR an mortuo Papa reſideat poteſtas ipſius penes collegium Cardinalium: & an ſuppleat eius iuriſdictionem, ſicuti in in prælatis inferioribus ſede vacante: vt toto titul. ne ſede vacante. & videtur dicendum quòd non.
1 quia † mortuo Papa eccleſia: quia eius poteſtas reſidet in Chriſto, qui reſurgens à mortuis iam, non moritur, iuxta notata in capitul. cauſa Carpeñ. de verbor. ſignific. vnde glo. in cap j. lib. vj. de ſciſma. qui diſputat, an mortuo Papa collegium cardina. ſuccedat in iuriſdict. & non debet ſe intromittere niſi de prouiſione & inquantum à iure permittitur. clem. ne Romani. de electio. nec dicuntur Cardina les ſede vacante eſſe ſine capite: cùm Chriſtus ſit ca-
2 put † eccleſiæ: de quo per Auguſtin. de Ancona. in dicto tractatu tertia quæſti. & fratrem Antonium in ſumma tertia parte pro titu xxj. capitu. ij. §. iij. & ſequentibus. & ibi forma electionis Papæ. §. viij. & ibi an debeat potiùs eligi in Papam theologus vel canoniſta. de poteſtate cœtus cardinalium cum æquiparetur ſenatui, qui poteſt reſtituere famæ. l. j. §. de qua. ff. de poſtulati. & ibi Bartol. & per Innoc. in capitul. cum te. de re iudic. & per Felin. in rub.
3 de conſtitu. Adde † quòd vacante ſede apoſtolica eccleſię parœciales poſſunt conferri per ordinarios. capitu. ſi apoſtolica. de præbend. libr. vj.

ARGVMENTVM.

De Cardinalium veſtimentis.

Quæſtio MCCCII.

QVAERITVR de habitibus Cardinalium: & quare deferunt cappellum rubeum, & alia inſignia de quibus per Hoſtien. in capitul. antiqua. de priuilegijs: quia aſſumuntur in ſtatum perfectorum & non perficiendorum: & accipiunt pileum rubeum in ſignum ardentis caritatis, quam dicunt habere, ita vt ſint parati ſanguinẽ ſuum fundere: & hoc pro bono & defenſione eccleſiæ: ſecundum fratrem Antonium in ſumma tertia parte tit. xxj. capitu. primo. §. ſecundo. & gloſſ. in pragmati. ſanctio. de numero & qualitati. Cardina. capitul. j. & nonageſimatertia diſtinct. §. compagis.

ARGVMENTVM.

Præuentio locum habet in beneficijs electiuis.

Quæſtio MCCCIII.

QVAERITVR quia poſt obitum dicti domini Angeli vltimi Archiepiſcopi Vienneñ. qui obijt in partibus Italiæ in regno Siciliæ dictus dominus Cardinalis obtinuit prouiſionem à Papa citra derogationem dictæ reſeruationis, an Papa potuerit præcurrere electionem etiam ſecundum tenorem pragmaticæ ſanctionis. & dicendum eſt, ꝙ ſic. vt in pragmatic. ſanctione in titul. de collatio. capitul. primo. §. neque. & ibi per gloſſ. ſuper verbo, pꝛęuentionem. & in §. viſum. ſuper verbo, non valeant. & ibi de modo faciendi præuentionem in extraiudicialibus per ſolam electionem, vel quando curſor vtitur duplomatę. & ideò eſſet vidẽdum ſi iſta vltima prouiſio apoſtolica dicti domini Cardinalis pręuenerit dictã electionem exaduerſo factam. de prouentione: vide per gloſſ. in capitul. ij. de election. quòd non habeat locum in beneficijs electiuis quę ſunt verè electiua: vti in eccleſijs cathedralibus, regularibus collegiatis. ſuper verbo, fiant. & in capitul. j. ſuper verb. electiuis.

ARGVMEMTM.

De qualitate Cardinalium.

Quæſtio MCCCIIII.

QVAERITVR de ætate & qualitate Cardinalium promouendorum ad cardinalatum & in effectu ſecundum tenorem pragmaticæ ſanctionis in titulo de numero & qualitate cardinaliũ. capitul. j. debent eſſe inſtructi moribus ac rerum experientia excellentes, non minores triginta annis: magiſtri doctores ſeu licentiati, cum rigore examinis: & non debent eſſe vltra numerum vigintiquatuor. & aliâs prout ibi pleniùs deſcribitur.

ARGVMENTVM.

De Ioanna Papiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Ioanna Papiſſa ſedit in cathedra Petri annis duobus, menſibus tribus.*
2 *Ioanna Papiſſa quo tempore regnauit.*
3 *Ioanna Papiſſa Romæ triennio publicè legit.*
4 *Ioanna poſt Leonem IIII. in Papam electa.*
5 *Ioanna in partu moritur.*
6 *Fœminæ caracteris ordinis incapaces.*

Quæſtio MCCCV.

QVAERITVR quia non fuit commiſſa poteſtas clauium eccleſiæ beatæ Mariæ virgini, licèt fuerit dignior & excellentior appoſtolis. capitul. noua. de pœnitenti. & remiſsion. quid iuris fuerit de geſtis de tempore Ioannis
1 in Papatu nationis Anglię, qui fuit fœmina, † quę ſedit in cathedra Petri poſt Leonem IIII. annis duobus, mẽſibus tribus: quæ non ponitur in cathalogo ſummorũ pontificum, propter mulieris ſexũ: & vt referunt in cronic. Antonin. ij. parte titul. xvj.
2 cap. primo. §. vij. † requirat de anno domini dcccl. & perprius in pupillari ætate fuerat adducta à quodam eius amaſio Athenis in habitu virili: & profecit tantum

eit tam in diuerſis ſcientijs, quòd nullus erat ſibi ſi-
3 milis. † Et deinde, poſt Romæ per triennium legés
4 magnos magiſtros & auditores habebat. † & con
ſequenter poſt Leonem concorditer eligitur in Pa
pā. Et in papatu impregnatus per ſuum amaſium.
Et dum ignoraret tempus partus, cùm de eccleſia
ſancti Petri tenderet in Lateraneñ. eccleſiam Au-
guſtiata partu inter eccleſiam ſancti Clementis, &
5 colliſeum † peperit in via: & in partu ibidem ſepul
ta dicitur. & Papa quādo accedit ad dictam eccle-
ſiam Lateraneñ. oblicat, & ſe deuiat, ne tranſeat
per locum illum. & adhuc eſt ſignum ſculturæ mar
moreæ attamen non fuit præiudicium ſalutis, nec
eccleſia tunc fuit ſine capite, qui eſt Chriſtus. & li-
cèt fœminæ non ſint capaces caracteris ordinis: ta-
men effectus ſacramentorum, quę conferebat, non
deficiebāt eis qui deuotè accipiebāt, quia Chriſtus
ſupplebat gratiam ſacramētorum in recipientibus
facti ignorantia. An teneant geſta Papæ propter
publicum errorem: vide Baldum in l. non mutant.
C. de liber. cauſa. Iaſon in l. Barbarius. ff. de offi-
cio præto. circa finem.

ARGVMENTVM.

De numero Cardinalium.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium numerus arbitrarius eſt.*
2 *Cardinales ſupernumerarij an creari poſsint.*

Quæſtio MCCCVI.

QVAERITVR quia ſuprà fuit tactum de numero Cardinalium videlicet, quòd debent eſſe quinquaginta vnum ſecundum Aluaro. in titul. Epiſcopum vel Abbatem, vel ſecundum Albericum in rubrica de ſtatu hominum. debent eſſe ſeptuagintaduo ad inſtar ſeptuagintaduorum diſcipulorum Chriſti, vt habeant iudicare omnes linguas & nationes. capitul. in nouo. xxj. diſtinćti. vel ſecundum decretū pragmaticę ſanćtionis numerus debet eſſe moderatus, vt non excedat numerum vigintiquatuor. dicto cap. primo. de numero & qualitate Cardinalium. capitul. j. pragmatic. ſanctio. licèt ſecundum gloſſ. ibi ſuper verbo, moderatus. collegium Cardinalium non habet numerum taxatū:
1 ſed eſt † arbitrarium Papæ, argumen. capitu. de cau
ſis. de offici. delegat. & ibi refert, quòd de tempore Pontiani fuerūt ccxxxvj. Cardinales. & pro hoc facit quod voluit Auguſtinus de Anchona in tractatu de poteſtate eccleſiaſtica. quæſtion. centeſima ſecunda. §. ad quartam. & frater Antonius in ſumma tertia parte, titul. xxj. cap. ij. §. ſecundo, vbi volunt quòd Papa poteſt ſibi aſſumere Cardinales in ſuū adiutorium & conſilium vnde vult, & quos vult, & quales vult, & ſibi imputatur ad meritum vel demeritum, ſi ſunt boni vel mali, vel iuuenes Cardinales quia ſi ſunt boni & ſapientes creſcit meritum eius & profectus eccleſiæ: quia multitudo ſapiētium ſanitas eſt orbis terrarū inquit Salomon. Si verò ecōtra ſint mali & iniuſti eius, decreſcit meritū, & detrimentum creſcit fidelibus. Veruntamen pręſuppo
2 ſito quòd eſſet certus numerus Cardinalium, † an
poſsint creari Cardinales ſupernumerarij, ſicuti de canonicis ſupernumerarijs. dicitur. Et dicēdum eſt quòd ſic. & ſubrogantur ſeu ſuccedunt in locum decendentium, ſecundum ordinem, quo quilibet ipſorū ſupernumerariorū fuit creatus vt prior creatus prior ſubrogetur & intret numerum: ſecundum Bartarchi. in repertorio ſuper verb. Cardinales. verſicul. xviij. & ſuper verbo, canonicus. verſicu. xj. allegat Bartol. in l. quicunque. C. de proxi. ſacro. ſcrinio. libro xij. & hoc ibi. etiam tenet Ioannes de Plate. qui tenet quòd inter plures de aliquo collegio, attenditur ordo receptionis & matriculæ: vt ille præferatur niſi ex cauſa maioris meriti & laboris princeps alium habeat præferri: vel niſi ſit filius defuncti in cuius locum ſubrogatur, facit gloſſ. in l. nemini, & ibi Baldus. C. de aduoca. diuerſor. iudic. & in l. iubemus. C. de aduocat. diuerſor. iudic. vbi filij aduocatorum ſunt exempti à collecta. ad quod habetur per Bartolum in l. ſi is qui. ff. de excuſatio. tutorum. in lectura Bartol. cum additio. Nicol. de Neapolis.

SVMMARIVM.

1 *Priores depēdētes à monaſterio, ut electioni abbatis adſint, uocandi ſunt.*

Quæſtio MCCCVII.

QVAERITVR ſuper cauſa poſſeſſoria abbatiæ ſancti Tiertij Saonis Valentinenſis diœceſis, ad inſtantiam fratris Florimundi Peconis ſupplicantis ex vna: & reuerendi domini Honorati de Bachio, ac etiam domini Petri Raboti interuenti. principaliter eſt videndum ſuper punctis ſubſcriptis. Et primò quò ad electionem dicti fratris Florimundi, vt prętenditur factę de anno milleſimo quatercēteſimo nonageſimooctauo, die quarta menſis Nouembris poſt ſepulturam domini Giraldi Peconis vltimi abbatis in loco capituli dictæ abbatiæ teneri ſolito ad ſonum campanæ: & ibi vnus religioſus fecit propoſitam. & qui nominauit fratrem Florimundi canonicum & ſacriſtam dictę eccleſiæ. & conſequenter omnes alij religioſi ibi nominati ſingulariter ſingulatim vnuſquiſque dicit in Deo & conſcientia, ego eligo dictū fratrem Florimundi in abbatem & paſtorē dictæ eccleſię vnanimiter & concorditer nemine diſcrepante tanquàm inſpirati à Deo, vt creditur, & quaſi per viam ſpiritus ſancti, & ibi fuit facta acceptatio. & deinde fuit poſitus in choro dicēdo, Te Deum laudamus. Deinde ſequitur confirmatio facta per dominum Præpoſitum de Saliente vicarium domini Epiſcopi Valentiæ de eodem anno die nona menſis Decembris facta prius citatione quorum intereſt per edictum: & facta inquiſitione ſuper idoneitate & ſufficientia electi & zelo eligentium. & ibi dominus vicarius aſsignauit hunc ad diem craſtinam decimam Nouembris. Et ibidem declarauit dictam electionem canonicam, & illam confirmauit & dicta die apud locum Saoni dictus frater Florimundus fuit miſſus in poſſeſsionem per dictum dominum vicarium in locis conſuetis. Sed ex aduerſo pro parte dicti domini Honorati fuit exhibitus titulus domini Iulliani Cardinalis ad vin-

cula maioris pœnitentiarij legati de latere in prouincia Viennenſi & alijs terris adiacentibus prouiſioni factæ dicto domino Honorato ordinis Siſterticñ. de dicta Abbatia Saonis ordinis ſancti Auguſtini, quam vltimatè tenebat dictus dominus Gerardus Piconis, aut aliâs quouiſmodo & ex quauis perſona vacet, etiam ſi lis pendeat inter aliquos, dummodò tempore datæ præſentiũ non ſit in ea ſpecialiter ius quæſitum eidem commendando quò ad vixerit & deputando certos executores, & cum decreto irritante. Datum Auinionis viij. Idus Nouembris de eodem anno cum fulmatione proceſſus de eodẽ anno, & die octaua menſis Nouembris, & miſsione in poſſeſsionem de eodem anno, die decimaſexta Nouembris, repertis ianuijs clauſis per tactum hoſtij. Viſis etiam quibuſdam literis patentibus illuſtris Sanſar de Bruagia Ducis Valentineñ & Comitis Dyeñ. directis certis executoribus vt habeat gaudere plenariè & pacificè cum litera miſſoria Regis domini noſtri Delphini in obſeruantiam literarum dicti domini Ducis. Et eſt aduertendum † quòd in electione abbatis debet vocari priores, qui dependent à monaſterio: iuxta notata per Innocentium & Panormitanum in capitu. fina. de religioſis domib. & hoc verum, niſi tales priores habeant eorum adminiſtrationes diſtractas & ſeparatas à monaſterio: quia tunc non eſt neceſſe vocare niſi aliter conſuetudine eſſet introductum: ſecundum Panormitanum: quia in talibus debet attendi conſuetudo. Vide gloſſ. in pragmatic. ſanctione in titul. de election. capitul. j. ſuper verbo, eligant, vbi tenet, quòd debet attendi conſuetudo.

SVMMARIVM.

1 *De titulis fidem facere an quis teneatur.*
2 *Acta de quibus partes in ſcripturis mentionem faciunt edenda ſunt.*
3 *Poſſeſsione ſola quis decurio non efficitur.*
4 *Sententia in beneficialibus in rem iudicatam non tranſit.*
5 *Poſſeſſor titulum iuſtificare non, niſi aduerſarius doceat, tenetur.*
6 *Poſſeſsio in beneficialibus acquiri non niſi cum literis tituli poteſt.*

Quæſtio MCCCVIII.

QVAERITVR ſuper cauſa poſſeſſoria Archiepiſcopatus Vienneſis. reuerendiſsimi dñi Federici S. Theodori, diaconi cardinalis cõtra reuerẽdũ dñm Antoniũ de Claromõte, nõ debet audiri d. dñs Antonius de Claromonte cum ſua non

1 intereſt, † attento quòd non facit fidem de eius prętenſis titulis. Tum quia dictus dominus Antonius de Claromonte non ſatisfacit ordinationi iam latę in cauſa, die penultima menſis Nouembris proximè prętcriti; quæ tranſiuit, in rem iudicatam per quam fuit ordinatum, quòd dictus dominus de Claromõte producat ſuos prætenſos titulos ad xv. tunc ſequentem diem. & conſequenter in dicta aſsignatione procurator dicti domini de Claromonte acquieſcendo ordinationi petijt terminum ad edocendum de ſuis prætẽſis titulis: & tunc ſecundo iterum curia conceſsit alium terminum ad id faciendum. Et tandem tertiò decimaoctaua menſis Ianuarij proximè præteriti curia iterum ordinauit quòd procurator dicti domini de Claromonte exhibeat ſuos dictos prætenſos titulos: & aliâs prout apparet per acta. & per conſequens dictus dominus de Claromonte tenetur ante omnia exhibere ſuos prætenſos titulos: iuxta ſæpiùs ordinata: quia emanarunt tres ordinationes ſuper hoc conformes. clementin. prima. de re iudica. Quia talis articulus eſt ſuper hoc ſolemniter diſcuſſus, per tot & tantas ordinationes: facit gloſſ. in clementin. final. de appellationib. & maximè cùm dictus dominus de Claromonte acquieuerit dictis ordinationibus, petendo terminum ad exhibendum dictos eius prætenſos titulos. capitul. ad conſuetudinem. de re iudica. l. ad ſolutionem. de re iudica. Tum etiam quia in beneficialibus etiam quando agitur in poſſeſſorio debet pars facere fidẽ de eius titulis prętẽſis, tũ de iure cõmuni quàm etiam de ſtillo huius curiæ. Ne permittatur vitioſus ingreſſus. capitul. eum qui. de eo qui mitti. in poſſeſsionem cauſa rei ſeruand. lib. vj. & maximè ex officio ſuperioris ſeu curiæ, coram qua cauſa agitur. capitul. ordinationem. de officio ordinarij. libr. ſexto: ſecundum gloſſam in capitul. primo, de regul. iuris. libr. vj. & ibi Patrus de Anch. & hoc ſequuntur Baldus & Salicetus in l. cogi. C. de petition. hæredita. De quo etiam per gloſſam in pragmatic. ſanctione, in titul. de pacifi. poſſeſſor. capitul. primo, ſuper verbo, ordinarij. etiam ſi quis prætendatur poſſeſſor beneficij: vt ibi habetur. & quia curia ex indulto apoſtolico etiã cognoſcit de poſſeſſorijs in beneficialibus. per dominum Guidonem Papę, deciſi. prima. & meritò etiam ex officio curiæ tenentur etiam partes facere fidem de titulis in talibus cauſis. Nec obſtat quod nouiſsime pro parte dicti domini de Claromonte fuit oppoſitum in eius præmiſsis titulis, articulis incipientib. Reuerendiſsimus. inquantum ibi aſſerit ſe fuiſſe concorditer electũ. Et obtinuiſſe leuationem manus Delphini, & literas manutenentiæ: quia de illis non ap

2 paret, licèt ante omnia tenetur ædere † iudicialiter, ex quo facit mentionem in eius articulis etiam ex parte rei traditis: ſecundum Innocen. & Baldum in capitul. primo, de probatio. Prętereà vbi apparet de aliquibus prætenſis literis manutenentiæ fuerunt conceſſæ parte non vocata & cauſa non inſtructa, nec in contrario iudicio: & ideò tales prætenſę literę non impediũt quid audiatur pars ex poſt in contradictorio iudicio: prout eſt notoriũ de ſtillo huius curię in pluribus cauſis poſſeſſorijs beneficiorum. Non obſtat etiam quod ex aduerſo fuit oppoſitum pro parte fiſcali in eius ſchædula exordieñ. Comparet petẽdo bullas dict. domini Cardinalis donatarij: quia pars fiſcalis non habet cauſam legitimam interueniendi in hac cauſa, contra dictum dominum Cardinalẽ: quia dictę literę apoſtolicæ reſeruationis & prouiſionis fuerunt conceſſæ ad requiſitionem ſereniſsimi Regis Karoli domini noſtri Delphini prout ibi Papa atteſtatur. Et pariter apparet per literas ſereniſsimi Regis Karoli domini quondã Delphini ex magna ratinabili & euidenti cauſa pro ſedanda differentia eccleſiæ Rothomageñ. de qua fuerat prouiſum dicto domino Cardinali: ſed contemplatione regiæ maieſtatis habuit cedere ad vtilitatem reuereñ. domini Georgij in Archiepi-

Archiepiſcopi Rothomageñ.moderni:vt ibi nominatum exprimitur. Et ſic in hoc nõ derogat decretũ pragmaticæ ſanction. vt in pragmatica ſanctione in titu.de electio.c.j.§.decreuit.& c.licèt.verſic. niſi ex magna cauſa. Et propterea comparet procurator dicti domini Cardinalis,petens quòd dictus dominus Antonius de Claromõte ante omnia faciat fidem de eius pretenſis titulis,aliàs ſibi audientiam denegari,& dictum dominum Cardinalem manuteneri in poſſeſsione ſeu quaſi dicti Archiepiſcopatus Viennenſis & intruſos expelli,& ſilentium perpetuum imponi parti fiſcali,& eius bullas originales reſtitui,& ita ordinari cum expenſis: Officium quod decet humiliter implorando. Et pro præmiſ-
3 ſis facit: † quia ſola poſſeſsio non facit quem decurionem ſed canonica electio. l.Herennius.ff.de curio.Et ideò quis tenetur oſtendere titulum ſuæ ordinatiõis.c.legum.ij.queſt.j. Nec prodeſt allegare præſcriptionẽ ſeu poſſeſsionem in beneficialibus, quem teneatur oſtendere titulum:ſecundum gloſſ. in c. contingit. de dolo & contumacia. & maximè quando eſt præſcriptio contra aliquem.l.ciuile. C. de furt.ſecundum gloſſ.in ſumma. ij. quæſtione v.
4 Et ideò † ſentẽtia lata in beneficialibus non tranſit in rem iudicatam: ſicuti in matrimonio carnali dicitur.c.lator.de re iudic.ſecundum Innocen.in c. ad audientiam.le ij.de reſcrip.ſaltem quantũ ad ſuperiorem:iuxta notata per glo.& Panorm.in c.j.de conceſsio.præben. Adde c.conſtitutus.de filijs preſbytero.gloſſ.& Panormita.in c.ex inſinuatione.de
5 procur. † quòd poſſeſſor non tenetur iuſtificare de titulo niſi aduerſarius doceat.facit gloſſ.in c. licèt. de præben.lib.vj.vide Panor.in c.in literis.de reſtitutio.ſpoliator.ꝙ poteſt quæri poſſeſsio in beneficialibus ſine titulo:ſed non licitè.& ſic non obſtat c.j.de reg.iur.lib.vj.facit l.ij.§. quædam.ff.de inter dict.glo.in c.cum noſtris.de conceſsio.preben.licèt
6 hodie per extraua.Boniſac.VIII. † nõ debeat acquiri poſſeſsio in beneficialibus ſine præſentia literarum tituli:ſecundum Panormitan.in c.in noſtra. de reſcript.& in c.qualiter.de reſcript. c.ea quæ.de præben.lib.vj.& c.paſtoralis.de præbend. Adde ꝙ curia Romana ſeruat, ꝙ in poſſeſſorio requiritur titulus:ſecundum Geminia.in c.eum qui.de eo qui mittitur in poſſeſ.cauſa re.ſeru.

ARGVMENTVM.

Poſſeſsio ſine titulo licitè acquiri non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de locis ſacris ſeu religioſis admiſtã proprietatis cauſam habet: & plus iuris quàm facti.*
2 *Eccleſia etiam ſine titulo poßideri poteſt.*
3 *Titulus in poſſeßionis beneficij acquiſitione quæritur.*
4 *Quid ſi quis diu poſſedit ſuperiore patiente?*

Quæſtio MCCCIX.

QVAERITVR an poſsit acquiri poſſeſſio in beneficialibus ſine titulo? Dubium fa-
1 cit:quia † interdictum de locis ſacris ſeu religioſis habet admiſtam cauſam proprietatis.l. ſecunda. §. quædam. ff. de interdict. & habet plus iuris quàm facti:iuxta notata per gloſſ.in cap. cum noſtris. de conceſsio.præbend. & hoc videtur tenere gloſſ.in cap.licèt.de præbend.libro ſexto.ſuper verbo,vocato:ſaltẽ,quòd requiratur titulus coloratus,aut iniuſtus,nec obſtat c.primum.de regul.iur.libr.vj. quia ibi loquitur, quòd beneficium eccleſiaſticum non poſsit obtineri licitè ſine canonica inſtitutione. Et aliud eſt poſsidere, vel ſi intelligatur poſsideri ibi verbum licitè ſoluit contrarium: quia poteſt acquiri poſſeſsio ſine titulo illicitè:ſecundum Petrum de Ancharan. ibi, & Panormitan.in cap.in literis. de reſtitutio.ſpoliato.Et pro hoc videtur ſentire gloſ. in cap.ex inſinuatione. de procuratorib. & ibi Panormitanus & in cap.contingit.de dolo & contumacia.quia quando agitur de eccleſia vt de benefi-
2 cio,licèt non poſsit præſcribi: † tamen poteſt poſsi
3 deri.Sed † ſecũdum communem opinionem requiritur titulus etiam hodie in acquiſitione poſſeſsionis beneficij, & præſentia literarum tituli per extrauagantem Bonifacij VIII.ſecundum Panormita. in c.in noſtra.de reſcript.& in c.qualiter.de electio. facit c.eum qui.de præbend.libr.vj.& cap.paſtoralis.de priuileg.& gloſſ.in clementi.prima.de cauſa poſſeſsion. & proprieta. Et hoc etiam ſeruat curia Romana,ſecundum Geminian.in cap.eum qui.de eo qui mittitur in poſſeſsion.libr.vj. & in poſſeſſorio etiam requiratur titulus.Et pręmiſſa pręcedunt
4 niſi diu † quis ſtetiſſet in poſſeſsiõe beneficij ſciente & tollerante ſuperiore: ſecundum Innocentium in cap.ex parte.de reſtitutio. ſpoliator. & Ioannes Andr.in nouella.in cap.illud.de præſcriptio. & ibi Panormitan.de quo etiam habetur per gloſſam in pragmatica ſanction.in tit.de pacific.poſſeſſ. cap.j. ſuper verbo,ordinarij.& ſuper verbo, poſsideat. de hac materia etiã aliàs ſcripſi in alio volumine cauſarum eccleſiaſticarum in allegationibus domini Haud.

ARGVMENTVM.

Productio in ſacco an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Electio quando dicatur fieri uia ſpiritus ſancti.*

Quæſtio MCCCX.

QVAERITVR quia dictus dominus Antonius de Claromonte iudicialiter aſſeruit ſe produxiſſe in ſacco eius pretenſos titulos,licèt realiter non exhibuerit, & ſic non tenet talis productio:iuxta notata per Innocen.& Speculator.in titu.de inſtrumento.æditio.§.idem videndum teſtat. verſicu. Item not.& ibi Ioannes Andræas in additio.ne reddatur decretum prætoris illuſoriũ.l.ſi prętor.in principio.ff.de iudic.Nec obſtat ꝙ pro parte dicti domini Antonij de Claramonte fuerint exhibitæ quædam prætẽſę literæ leuationis manus Delphinalis temporalis dicti Archiepiſcopatus, vna cũ literis Regijs & Delphinalibus: & pariter quadam ſupplicatione pro parte dicti domini de Claromonte,& capituli eccleſiæ Viennenſis oblata, ſuper dicta leuatione manus Dalphiñ. vbi fit mentio,quòd dictus dominus de Claromonte fuit electus via ſpiritus ſancti:quia iſtud non eſt veriſimi-
1 le:quia † ſolùm dicitur fieri via ſpiritus ſancti,quando fit Deo authore & reuelante: vti in electione

beati Martini, Nicolai, Ambroſij, & ſic de ſimilibus.& iſta electio indiget confirmatione: iuxta notata per gl.in pragmatica ſanctio.in titu.de elect.c.j.ſuper verb.inſpirare.& per do.de Gatijs in tracta. electionis.ſuper capitulo: quia propter. de election. Aliàs licèt electio dicatur facta concorditer quando omnes de collegio conſentiunt in aliquem, ſine aliquo vitio vel inſtigatiõe alicuius, aut tractu ſpeciali præcedente: tunc diceretur facta per inſpirationem. ſpiritus ſancti. dict. c. quia propter. §.niſi.nec eſt ſtatuendum narrationi dictarũ literarũ, inquantum ibi narratur, ꝙ aliàs fuit exhibita dicta electio curiæ ad pręiudicium tertij: ſecundum Innoc. in c. quoniam contra falſam.de probatio.& Barto.in l.j.C.de fide inſtrum.& iur.haſt.fiſcal.lib.x. quia dictus dominus de Claromonte nõ debet admitti ad diſputandum ſuper validitate vel inualiditate titulorum dicti domini Cardinalis niſi priùs fecerit fidem de ſuis titulis.

Quæſtio MCCCXI.

QVAERITVR quia vltimatè pro parte dicti domini Antonij de Claromonte fuerunt dati quidam articuli incipieñ. Reuerẽdiſsimus.in quibus in effectu deducitur ꝙ eccleſia Viennenſis. deſtituta per obitum dicti domini Angeli Catho, quòd decanus & canonici & alij eccleſiaſtici dictę eccleſiæ elegerunt per viam ſpiritus ſancti omnes vnanimiter vno ore & concordia de anno incarnationis domini Mccccxcv. de menſe Martij dictum dominũ Antonium de Claromonte ſcientia meritum ætate & moribus idoneum, & de nobili genere procreatum.Et deindè fuit facta præſentatio dictæ electionis & obtenta licentia à ſuperiore acceptauit, & ſuum conſenſum præbuit. & quòd dicta eccleſia Viennenſis eſt citra montes, & in remotis, & immediatè ſubdita Romano pontifici, & ꝙ poſſedit per triennium palàm, & publicè.& conſequenter ꝙ dicti eligẽtes & electus infrà tempus iuris deſtinauerunt nuntios & procuratores ad præſentandum decretum electionis Romano pontifici, ſupplicãdo eidem vt dignetur dictam electionem confirmare, licèt fecerit quoddam reſponſum, de quo fit mentio in dictis articulis ſub diſsimulatione iuſtitiæ. & ꝙ fuerunt remiſsi procuratores ad dominum Cardinalem ſancti Seuerini: & ꝙ non potuerunt obtinere reſtitutionem ſuorum inſtrumentorum decreti dictæ electionis.& ꝙ non potuerunt obtinere iuſtitiæ complementum: & ꝙ eſt difficilis acceſſus ad pręſentiam Romani pontificis.& ꝙ dictus dominus Cardinalis eſt pars corporis Papæ.& quòd non fuit aliquis notarius auſus recipere acta. & hoc propter impedimentũ domini Cardinalis in præiudicium regiæ maieſtatis, & Delphiñ.& eneruationem priuilegiorum eccleſiæ gallicanæ, & talibus abuſibus poſſunt prouidere principes ſeculi: c.principes.xxiij.quæſtion. v. Et per Antonium de Butrio in cap.tua.de ordine cognition.Et Cardinalis Florentinus in clementi.abuſionibus. de pœnitẽtijs & remiſsio.Nec obſtat reſeruatio dicti domini Cardinalis: quia eſt captatoria, & contra decretum pragmaticæ ſanctionis per quam ſunt ſublatę reſeruationes: vt refert Romanus conſilio cccIxxx. & conſi.cccclxxxiij.Et ſic eſt impoſsibile dicto domino de Claromonte exhibere eius titulos: & maximè ex quo poſſedit per biennium: quia interdicta ſunt annalia. & in xxv. deducitur ſtilus, quòd quando aliqua pars eſt manutenta & poſſedit per annum, quòd non debet inquietari. Adde quia pars dicti domini Antonij de Claromõte prętendit, quòd fuit facta exhibitio ſuorum titulorum Romano pontifici pro confirmatione obtinenda. cap.cupientes.de electio.lib.vj.& quòd ex quo ſtat per Romanum pontificem cenſetur res impoſsibilis.l.apud Celſum.§.fina.cum ibi notatis. ff.de leg. j.& attento quòd poſſedit iam per biennium quòd non debet audiri dominus Cardinalis: iuxta notata per gloſ. in pragmatica ſanctione, de pacificis poſſeſſoribus.c.j. ſuper verbo, pacificè.

SVMMARIVM.

1 *Notarius in præſentia pontificis intrare mos non eſt.*
2 *Literæ atteſtatoriæ an fidem non faciant.*
3 *Literæ atteſtatoriæ contra producentẽ fidem faciunt etiam ſi priuatæ ſcripturæ eſſent.*
4 *Procuratores idonei teſtes non ſunt.*
5 *Intruſus nunquàm præſcribit.*

Quæſtio MCCCXII.

QVAERITVR quia pro parte dicti domini Antonij de Claromonte fuit producta quædam atteſtatio facta de anno Mccccxcvij. die vigeſimaprima menſis Iullij, qualiter dominus Gulielmus Bugner procurator Regis domini Delphini in curia Romana, & nobilis Aymarus Maruni nuntius dicti domini Antonij intrauerunt aulam parlamẽti palatij apoſtolici exeundo cameram du papeguay, & quòd venerunt de camera Papæ, & proteſtati fuerunt per modum ibi contentũ in vna ſchędula.& qualiter exhibuerũt & præſentauerunt documenta dictæ electionis. Et ibi inſeritur quædam reſponſio Papę, quòd deſiderabat complacere Regi in fauorem illius boni electi. Sed quia recordatur feciſſe reſeruationem & prouiſionem dicto domino Cardinali: ideò ſuperceſsit, & quò ad reſtitutionem documentorum proteſtati fuerunt quòd non poſsit imputari dicto domino Antonio, ſignificando, quòd Regia maieſtas non habet ratam dictam reſeruationem.& ibidẽ Papa declarat, quòd intendit, quòd reſtituantur documenta. & quò ad proteſtationem dixit reſpondendo, quòd dicta reſeruatio fuit facta ad requiſitionem Regis: & quòd
1 non poterat aliter facere: & † quòd de more nõ debet notarius introire in præſentia pontificis.& conſequenter inſeritur alia atteſtatio de eodem anno & die decimaquinta menſis Aprilis dicti procuratores & cuiuſdam pœnitentiarij, qualiter ipſi fuerunt in præſentia pontificis, & quòd accepto decreto electionis penes ſe retinuit: & aliàs prout ibi ple-
2 niùs continetur: quia ad iſtud reſpondetur, † quòd dictæ literæ atteſtatoriæ non faciunt fidem. Tum quia reſpectu primæ atteſtatoriæ inquantùm atteſtatur de præterito: quia notarius nõ debet recipere inſtrumentum, niſi de actu qui poteſt fieri tempore confecti inſtrumenti, aliàs ſibi non creditur ſaltem ad pręiudicium

ad præiudicium tertij: ſecundum Innocentium in
cap.quoniam contra falſam.de probatio. Bartolus
& Ioan.de Platea in l.j.C.de fide inſtrumen.& iur.
haſtę.fiſcal.libro decimo.quinimò per primũ atte-
ſtatoriũ apparet, quòd dum dicti procuratores pe-
tijſſent à Romano pontifice documenta dictę prę-
2 tenſæ electióis,ipſe præcepit eis reſtitui: † & ita ta-
lis atteſtatio facit fidem cótra producentem, etiam
ſi eſſet litera priuata:iuxta notata per Innocent. in
c.cùm olim.de teſtib.& per Doctor.in authenti. ad
hæc.C.de fide inſtrumen. & ita non eſt præſumen-
dum quin dictus dominus de Claromonte habeat
in eius poteſtate documenta dictæ eius prætenſæ
electionis:& maximè quia notarius capituli eccle-
ſiæ Viennenſis, qui aſſeritur recepiſſe inſtrumentũ
dictæ electióis,reſidet in patria debuit penes ſe reti
nere originale ſeu prothocollum.c.quoniam cótra
falſam.de probationib. Tum etiam reſpectu alte-
rius literæ atteſtatoriæ.inquantùm dicti procurato
res in manibus notarij depoſuerunt de dicta pręſen
tatione facta Romano pontifici:& de proteſtatio-
ne facta,quòd non ſtabat per ipſos.Pariter non fa-
ciunt fidem dictæ atteſtationes, cùm fuerunt factæ
parte non vocata.cap.teſtes.iij.quæſtio.ix. & quia
eſſet graue quòd ad petitionem partis tales literæ
promulgatoriæ ſeu atteſtatoriæ probarent: iuxta
notata per gloſſ.& Doctor.in cap. poſt ceſsionem.
4 de probationib.† Et quia procuratores ibi nomina
ti non ſunt idonei teſtes.cap.Romana.de teſtibus.
lib.vj.l.fi. ff.de teſtib.& maximè cùm deponunt ad
eorum exonerationẽ: & ſic non valet eorum teſti-
monium:iuxta notata per Barto.in l. deferre. ff. de
iure fiſc.Nec poteſt prætendere prout non debet di
ctus dominus de Claromente ſe fuiſſe pacificũ poſ-
ſeſſorem ſaltem per triennium, cùm nondum ſunt
tres anni quibus vacauit dicta eccleſia Viennenſis.
Et attento quia nó fecit fidem de aliquo titulo,nec
5 vero,nec colorato:& ſic dicitur intruſus, † qui nũ-
quàm præſcribit:iuxta notata per glo. in pragmati
ca ſanctione.in titu.de pacificis poſſeſ.c.j.

ARGVMENTVM.

Proteſtationes factæ in curia Romana an de iure teneant.

SVMMARIVM.

1 *Appellari à ſententia Papæ non poteſt.*
2 *Papa mortuo eccleſia uacare non dicitur.*
3 *Papa iudicio priuati ſiue in foro conſcientiæ, ſiue in foro contentioſo, ſe ſubmittere poteſt.*
4 *Item & iudicio ſeculari.*
5 *Papa de hereſi accuſari poteſt.*

Quæſtio MCCCXIII.

QVAERITVR quia dicti procuratores aſſerũtur feciſſe certas proteſtationes, quòd fecerunt eorum diligentiam apud Romanum pontificem de obtinendo confirmationem dictæ prætenſæ electionis: an tales proteſtationes de iure teneant? Et videretur dicendum quòd nó: quia Papa non habet ſuperiorem. c.ſignificaſti.c.licèt. de electıon.& nemo poteſt iudicare primam ſedem.c.nemo.c.aliorum.ix.quæſtio.iij.& vbique habet iuriſdictionem.c.per principalem.& c.cuncta.per mun-
1 dum.eadem cauſa.quęſt.j.&per conſequens † non
poteſt appellari à ſententia Papę.l.j.C.à quibus ap-
pellar. non licet. licèt poſsit ſuppleri: iuxta notata
per Innocen.in c.cùm ex literis. de in integrum re-
ſtitutione. Quia Papa eſt vicarius Chriſti, & eſt
2 vnum & idem tribunal: adeò,† quòd mortuo Papa
non dicitur vacare eccleſia:iuxta notata per glo.in
clementi.ne Romani.de electıon.& per Innocent.
in c.quanto.de conſuetudin.& in dubio præſumen
dum eſt pro geſtis Papæ.xl.diſtinctio. cap. j.ſecun-
dum Cyn.& Bald.in l.reſcripta.C. de precib. Impe
rato.offerend. Innocen.& Panormita. in c. quæ in
eccleſiarum.de conſtitutio. An autem poſsit appel
lari aut ſupplicari à Papa malè informato. ad ean-
dem ſedem,vel ad futurum conſilium, vide per Pa-
normita.in quadam eius diſputatione prima inci-
piente,Epiſcopus.in ij.quæſtio. Vide etiam per glo.
in pragmatica ſanctio.in titul.de electıon.c.j.in fin.
&fratrem Antonium in ſumma.iij.parte.titu.xxiij.
c.iij. & ibi tenet, ꝙ non poteſt appellari à Papa ad
ſucceſſorem,nec ad futurum concilium:facit quod
habetur per gloſſ.in c.ſi Papa.xl.diſtinctio.quia ap
pellatio eſt de minori ad maiorem.l.j.§.j.l. Impera-
tores.ff.de appellation.c.ij.de conſuetu.libr. vj.ſed
Papa non habet ſuperiorẽ:ergo &c. & per Roma.
3 in conſi.cccccxxj. Adde † quòd Papa ſe poteſt ſub-
mittere iudicio alterius,ſiue in foro cõſcientiæ: ſe-
cundum glo.in c.ſanè.le ij.de offic. delegat. ſiue in
foro contentioſo:ſecundum glo.in c.nos ſi incom-
petenti.ij.quæſtion.vij. etiam vt deponatur.ſecun-
4 dum gloſſ.ibi, † & etiam ſe poteſt ſubmittere iudi-
cio ſeculari:ſecundũ glo.in procemio vj. ſuper ver-
bo,ſeruus. licèt aliqui tenerent contra, ſecundum
Alexand.in l.eſt receptú. ff. de iuriſdictio.omnium
iudic.& glo.in c.nemo.ix.quæſtio.iij. vide c. nunc
5 autem.xxj. diſtinct. & ibi de prima ſede, † & licèt
in caſu hæreſis Papa poſsit accuſari.c.ſi Papa.xl.di
ſtinct.hoc verum niſi ſit paratus corrigi:ſecundum
glo.in dict.c.nunc autem.

ARGVMENTVM.

Religioſus ordinis mendicantium an priùs poſtulari quàm eligi debeat.

SVMMARIVM.

1 *Admiſsio ſolennis poſtulationis uim confirmationis ſeu prouiſionis habet.*
2 *In admiſsione poſtulationis ſolennis partis uocatio requiritur.*

Quæſtio MCCCXIIII.

QVAERITVR quia dictus dominus Antonius de Claromonte eſt de ordine mendicantium fratrum minorum de obſeruantia an debuerit priùs poſtulari quã eligi? Et videretur dicendum quòd ſic: quia poſtulatio eſt præambula ſeu præparatoria electionis. cap.j.& ibi gloſſ. final. de poſtulatione prælatorum.quia talis religioſus non habet poteſtatẽ præbendi conſenſum electioni,ſeu acceptandi, niſi priùs obtenta licentia à ſuo ſuperiore.c.ſi religioſus.& c.nullus.de electio. libr.vj.c. quorundam.eodem titu. Quinimò quãdo religioſi de ordine mẽdicantium poſtulantur ſeu eliguntur

etiam obtenta licentia ſuperioris non debet dari conſenſus, nec acceptari extra adminiſtrationẽ ſui ordinis, niſi fuerit facta electio vel poſtulatio in cõcordia.cap.quorundam.de election.libr.vj.clementina quod circa.de election.& ideò debet priùs poſtulari à ſuo ſuperiore: & obtenta licentia debet de nouo eligi. Et iſta vocatur poſtulatio nõ ſolennis: quia poſtulatur ab eo qui non poteſt diſpenſare ſuper impedimento: ſecundum Ioan. Andræ. & Panormitanum in cap.primo.de poſtulatio. prælator. & per gloſſ.in cap.primo.eod. titu. libr.vj. Si verò
1 fieret † poſtulatio ſolennis, vt à Papa qui habet plenitudinem poteſtatis, & diſpenſandi ſuper impedimento poſtulati: tunc admiſsio talis poſtulationis habet vim confirmationis ſeu prouiſionis: adeò quòd conſequitur poteſtatem adminiſtrandi abſq; alio titulo, ad euitandum circuitum: ſecundum Io. Andræam, & Panormitan.in dict.cap.primo. Et in tali poſtulatione ſolenni debet ſeruari forma cap. quia propter.de election.ſecundum Hoſtien. & Pa
2 normitan.ibi. † Et pariter requiritur in admiſsione talis poſtulationis ſolennis vocatio partis, aut per edictum: iuxta cap.fina.de election.libro ſexto. & hoc etiam tenet gloſſ in pragmatica ſanctione. in titu.de electio. cap. j. ſuper verbo, poſtulationis. Adde glo.in cap.nullus.de election.libr.vj. vbi tenet, quòd religioſus poſsit primo eligi, & ꝙ deindè obtineatur licentia ſuperioris, antequàm conſentiat. Adde cap.religioſus.in fin.de election. libr.vj. clement.prima.in fin.de electio. vbi religioſi etiam nominati poſſunt eligi ad dignitatẽ epiſcopalem.

ARGVMENTVM.

Confirmatio an ſit neceſsitatis.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio præſentati per patronum neceſsitatis eſt.*
2 *Remedium contra confirmare aut inſtituere recuſantem.*
3 *Confirmationis faciendæ an tempus ſtatutum ſit.*

Quæſtio MCCCXV.

QVAERITVR an confirmatio ſit neceſſitatis vt ſuperior teneatur confirmare: & de remedio quando ſuperior recuſat confirmare. Et in effectu videtur dicendũ quòd ſit neceſsitatis, dummodò electus ſit idoneus.cap.poſtquàm. & ibi Pa
1 normitan.de election. † Et idem in inſtitione præſentati per patronum. & iſto caſu ſuperior non dicitur liberalitatem exercere. & in hoc eſt differentia inter collationem beneficiorum quę dicitur libera, quæ nõ trãſit ad capitulum ſede vacãte: ſecus in poteſtate confirmandi vel inſtituendi.cap. cùm olim. de maioritate & obedientia. cap. ij.de inſtitution. libro ſexto.cap.fina.de regularibus.eodem libr. ſe
2 cundum Panormitan. in dict.cap. poſtquàm. † Et ideò remedium eſt, quòd quãdo ſuperior immediatus recuſat vel differt confirmare, vel inſtituere ꝙ adeatur eius ſuperior, qui pręfigat terminum immediatè ſuperiori ad confirmãdum vel inſtituendum aliàs ꝙ deuoluatur poteſtas ad ſuperiorem.capitu. nullus.de iure patrona.& ibi Panormita. & in cap. ij.de conceſsion.præben.& in dict.cap. poſtquàm. Et licèt ſit ſtatutum tempus ad petendum confirmationem: iuxta c.quàm ſit.& c.ſi electio. de election.
3 libr.vj.& in c.cupientes.eodem titu.& lib.† tamen non eſt tempus certum ad confirmandum ſeu ſumandum confirmationem: ſecundum Panormita. in dict.c.poſtquàm.& in dict. c. ij.de conceſſ.præb.

ARGVMENTVM.

Papa poſtulationem reijcere poteſt, non autem inferior ſi cõcorditer aut à duabus partibus facta ſit.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulatio gratiæ innititur: Electio verò iuri communi.*
2 *Matrimonium ſpirituale inter clericum & eccleſiam contrahitur.*
3 *Poſtulatio & electio differunt.*
4 *Papa de plenitudine poteſtatis electionis confirmationem impedire poteſt.*
5 *Poſtulatio facta in concordia aut à duabus partibus ab inferiore à Papa reijcienda non eſt.*

Quæſtio MCCCXVI.

QVAERITVR an Papa vel alius ſuperior poſsit poſtulationem infirmare ſeu reijcere: & quid de electione? Et in effectu videretur di
1 cendum, ꝙ ſic quò ad poſtulationem: † quia poſtulatio innititur ſoli gratiæ.c.bonæ.ij.& c.penultim. de poſtulatio.prælato. Sed electio innititur iuri cõ
2 muni.c.publicato.de election. † & contrahitur matrimonium ſpirituale ſeu initatur inter eccleſiam & electum.c.cùm inter.de electio.c.inter.de tranſlatio.prælato.ſecundum glo.in c.j.de poſtulatio.pręla.lib.vj. Et hoc in eccleſia cathedrali vel Metropolitana: ſecus in eccleſijs inferioribus: quia propriè non cõtrahitur matrimonium ſpirituale cũ non ſit tanta vnio: ſecundum Innocen.in cap.requiſiſti.de teſtib.& Panorm.in c.fin.de poſtulation. prælato.
3 Et ideo † eſt differẽtia inter poſtulationem & electionem: quia per electionem acquiritur ius electo in habitu: ſecus in poſtulatione.& per confirmationem electionis acquiritur exercitium adminiſtrationis: ſecundum glo.in c.quanto.lxj.diſtinctio. Et ex hoc dicit Ioan. And.in c.pen.de poſtula. prælat. & ibi ſequitur Panor. ꝙ electus ſi cõfidat de idoneitate ſuæ perſonæ poteſt ſuperbè accedere ante ſuperiorem etiam caputio non eleuato: & petere confirmationem & cõmunicari, ꝙ niſi ipſe confirmet, ꝙ habebit recurſum ad ſuperiorem.& hoc in ſuperio
4 re citra Papam, † aliàs Papa poteſt ex plenitudine poteſtatis confirmationem impedire. c. per principalem.& c.cuncta per mundum.ix. quæſt.iij. quia Papa poſſet Epiſcopum inuitum transferre aut deponere: multò fortiùs poteſt confirmationem impe
5 dire: ſecundum Panormita.in dict.c.pen. † Reſpectu verò poſtulationis quando eſſet facta in cõcordia, vel à duabus partibus collegij propter vtilitatem & neceſsitatem eccleſiæ tunc ſuperior citra Papam non debet reijcere: aliàs eſſet iniuria eccleſiæ & poſtulationi.dict. c.penultim.ſecundum Panorm.ibi. Adde ꝙ Papa ex plenitudine poteſtatis poteſt facere quod vult: ſecundum glo.in c. cupientes.§.inſuper.de electio.libr. vj. facit ꝙ habetur per Io. And.& Panor.in c.eccleſia veſtra. le ij.de elect.

ARGVMENTVM.

Confirmationis fiendæ modus.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas intrinſeca præſumitur.*
Quid de extrinſeca.
2 *Confirmandus ſe idoneum eſſe probare tenetur.*

Confirman-

3 *Confirmandus ſi contradictorem non habeat, ſummaria informatione per famam ſufficit.*

Quæſtio MCCCXVII.

QVAERITVR de modo faciendi confirmationem & qualiter ſuperior debeat informari? Et in effectu hodie habetur in capit. fina. de electio. lib. vj. & in pragmati. ſanctio. in titul. de electio. cap. j. §. facta. quia requiritur citatio particularis, vel per edictum: vt ibi habetur. & pariter ſuperior debet ſe informare etiam ex officio de forma

1 electionis & meritis electi, † & licèt præſumatur idoneus: quia ad qualitatem intrinſecam: vt quòd ſit bonus vel caſtus. capitu fina. de præſumpt. tamen quò ad qualitatem extrinſecam, videlicet quòd ſit literatus ætatis legitimæ, aut expreſsè profeſſus nó

2 præſumitur, † & ideò ſuper hoc debet probare ſe idoneum: & fieri informatio. capit. cùm nobis. & c. cùm inter. de electio. capit. ſi fortè. de electio. lib. vj. & ideò incumbit electo onus probandi idoneitatē extrinſecam: ſecundum Panormita. in dict. capitu.

3 poſtquàm. de electio. licèt in iſta inquiſitione † quãdo non apparet contradictor ſufficit ſummaria informatio per famam: in loco vbi conuerſatur electus: ſecundum gloſſ. in capitu. nullus. xxiiij. diſtinctio. Nec requiritur iuramentum: ſecúdum Inno. in dict. cap. poſtquàm. & ſufficiunt literæ teſtimoniales: licèt hodie in curia recipiantur teſtes ſuper idoneitate promouendorum: ſecundum Panormi. in dict. capit. cùm nobis. & gloſſ. in dict. pragmati. ſanctio. vbi ſuprà, ſuper verbo, inquiſitionis.

ARGVMENTVM

Electio de eccleſia reſeruata, an teneat.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio facta cum decreto irritante etiam ignorantes afficit.*
2 *Papa pronior ad prouidendum efficitur quãdo eccleſiæ vota concurrunt.*
3 *Prouiſio Papæ uim electionis & confirmationis habet.*
4 *Literæ prouiſionis ſunt de ſubſtantia probationis.*
5 *Reſeruatione Papæ manus ordinarij ligatæ ſunt.*
6 *Reſeruationes decretorum tempore non fiebãt. Reſeruationes decretis incognitæ.*
7 *Reges Francorum pro electionibus tuendis laborarunt.*

Quæſtio MCCCXVIII.

QVAERITVR an electio facta de eccleſia reſeruata teneat: & an debeat concedi cõfirmatio: & an in eccleſia exempta citra mótes quãdo fuit facta electio in concordia, tribuat ius adminiſtrandi? Et videretur dicendum, quòd non. cap. ſi

1 eo tempore. de electio. libr. vj. † quia talis reſeruatio & maximè cum decreto irritante afficiant ignorantes: vt ibi habetur, & in cap. quia cunctis. & ca. ſi capitulo. & c. ſi ſoli. de conceſsio. præben. & ideò hodie tales electiones non conferunt ius propter re

2 ſeruationes, † prodeſt tamen multum electio canonicorum: quia faciliùs Papa mouetur ad prouidendum: vbi concurrunt vota eccleſiæ: ſecundum Panormita. in cap. j. de electio. & licèt propter tales reſeruationes etiam in eccleſia exempta nó poſsit adminiſtrare electus, etiam ſi fuerit facta electio in cõcordia citra montes: ſecundum Panormita. in cap. nihil. de elect. tamen ex gratia Papa confirmat electos: ſecundum ipſum ibi, & iſto caſu quando Pa

3 pa prouidet, talis † prouiſio habet vim electionis & confirmationis, licèt non debeat recipi tanquàm

4 prælatus, donec faciat fidē per literas Papæ: † quia licèt litera non ſit de eſſe prouiſionis gratiæ: tamen bene eſt de ſubſtantia probationis: ſecundum Panormita. in cap. noſti. de electio. Ioan. Andr. Geminia. in procemio ſexti, Bald. in l. humanum. C. de legib. & ideò in extrauaganti ſunt graues pœnæ cõtra illum qui ſe ingerit in prælatura ſine literis Papæ: ſecundum Panormita. in dict. capit. noſti. & in capit. in noſtra. de reſcript. licèt etiam dict. capit. nihil. non procedat in poſtulatione, etiam ſi ſit facta in concordia: ſecundum Panormit. in d. cap. nihil. Adde quòd licèt gloſſ. in dict. capitu. ſi eo tempore. de electio. libr. vj. teneat, quòd per ſimplicem reſeruationem Papæ non efficiatur electio ſubſecuta ignoranter facta, quando non fuit appoſitum decretum irritans: tamē ſtylus curiæ obſeruatur in cótrarium: ſecundum Geminia. ibi, faciunt notat. in cap. ſi capitulo. & cap. ſi ſoli. de conceſsio. præben.

5 lib. vj. † vnde per reſeruationem Papæ ſunt ligatæ manus ordinarij: ſecundum Archidiac. in cap. fina. de conſuetudi. libr. vj. vide latè per gloſſ. in pragmatic. ſanctio. in tit. de elect. §. ij. ſuper verbo, impediri.

6 Adde, † quòd antiquitùs de tempore decretorum non fiebant reſeruationes, & pariter Romani pontifices antiquitùs ratò faciebant: ſecundum Ioan. Andr. in additio. ad Speculato. in rubric. de cõceſ-

7 ſio. præbend. † ſemper Reges Francorum inſudauerunt pro electionibus: ſecundum glo. in pragmatic. ſanctio. in titu. de electio. cap. ij. ſuper verbo, reſeruationes.

ARGVMENTVM.

Prouiſio apoſtolica de eccleſia electiua pendente tempore eligendi, an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruationes per pragmaticam ſanctionem ſublatæ ſunt.*
2 *Præuentioni in dignitatibus uerè electiuis locus non eſt. & quæſt. ſequen. in fin.*
3 *Cauſa iuſta in dubio præſumitur.*

Quæſtio MCCCXIX.

QVAERITVR an hodie valeat prouiſio apoſtolica de dignitate eccleſiaſtica, pendente tempore eligendi, quòd eſt trium menſium in eccleſia cathedrali aut regulari. capit. ne pro defectu. de electio. & in alijs eccleſijs eſt tempus ſex menſium. cap. ij. de conceſsio. præbend. ſecundum gloſ. in cap. quã ſit. & capit. ſi electio. de electio. lib. vj. & in pragmatic. ſanctio. in titu. de electio. capit. ij. ſuper verbo, tempus. Et in effectu videretur dicẽdum,

1 quòd talis prouiſio non teneat: † quia ſunt ſublatæ reſeruationes per tenorem pragmaticæ ſanctionis. vt in pragmati. ſanctio. tit. de electio. cap. j. & capit.

2 ij. eod. tit. §. ſtatuit. & ibi gloſſ. † quòd in talibus dignitatibus electionis non habeant locum ius præuentionis. & in c. j. de reſeruatio. & hoc tenet Roma. conſil. cclxxx. & ibi tenet, quòd Papa non poſſet ſtatuere contrarium, quando ſcandaliſaretur ſtatus vniuerſalis eccleſiæ. & idē tenet conſ. cccclxxxij.

Veruntamen in caſu iſto reſeruationis & prouiſionis apoſtolicæ dicti domini Cardnalis ſancti Seuerini de dicta eccleſia Viennenſi non habet obſtare dictum decretum pragmaticæ ſanctionis: quia iſte caſus eſt reſeruatus ex quo dicta prouiſio apoſtolica fuit facta ex magna rationabili & euidenti cauſa in literis apoſtolicis nominatim expreſſa: & ad requeſtam Regis Caroli VIII. vt in pragmat. ſanctio.cap.j.& ibi gloſſ.ſuper verbo, exprimenda. quia in dubio præſumitur iuſta cauſa,& in c.ij.eod.tit.& ibi glo.ſuper verbo,cauſa.

ARGVMENTVM.

Confirmationis petendæ forma.

SVMMARIVM

1 *Confirmatio quando petenda.*
2 *Confirmandus præſentare ſe perſonaliter tenetur.*
3 *Duo ex electoribus in confirmatione mittendi.*

Quæſtio MCCCXX.

QVAERITVR de electione eccleſiæ in concordia facta ad quem ſpectat confirmatio:& de tempore petendi cóſirmationem.Et in ef-
1 fectu † infrà menſem à tempore conſenſus præſtiti, vel poſt notitiam habitam debet arripere iter pro accedendo ad curiam Romanam, conſiderata di-
2 ſtantia locorum †perſonaliter coram Papa cú omnibus eius iuribus, & munimétis in duobus caſibus,quando immediatè ſubiecta,vel appllatio deuoluit.cap.cupientes.in princip.de electio.libr.vj. & in pragmatic.ſanctio.in tit.de electio.cap.j.in fi. niſi ſit iuſta cauſa impedimenti,quo caſu debet deſtinare procuratorem ſufficiéter inſtructum,& impedimento ceſſante debet ſe præſentare perſonali-
3 ter.dict.capit.cupientes.§.inſuper.† & pariter electores debent deſtinare duos ex electoribus, qui melius ſciuerunt veritatem.dict.ca.cupientes.§. ad hec.& cuius expenſis hoc fiat,ibi habetur.&vbi aliter fieret priuarentur iure ſuo: vt in §. cæterum. & vbi Papa ex aliqua iuſta cauſa propter perturbationem eccleſiæ,aut boni publici,de qua conſtiterit etiam ſubſcriptione Cardinalium habet eijcere talé electioné,&debet remittere capitulo ad faciendum electionem:vt in pragmatic.ſanctio. de elect. capit.ij.§.ſtatuit.& ibi gloſſ.qua tenet,quòd in talibus dignitatibus electiuis nõ habet locum ius præuentionis.De tempore petendi confirmationé: vide in cap.quã ſit.& cap.ſi electio.de electio.libr.vj. & in capit.cupientes.eodem titu.quæ decretalis antiquitùs antequàm Papa reſeruaſet prouiſiões erat multum,& hodie etiam ſecundum Geminia.ibi in princ.Adde gloſſ.in cap.j.de renuntia.libr.vj.ſuper verbo,ſtatuit.& in c.j.ad apoſtolicæ.de re iudi. lib. vj.ſuper verbo,promiſiſſent.quia creditur verbis Papæ narrantis factum prædeceſſoris ſui,licèt Roma. conſil.cccl.ponat certas limitationes.

ARGVMENTVM.

Verbis Papæ an ſit credendum.

SVMMARIVM

1 *Reſeruationes duas de uno beneficio conſiſtorialiter non fieri,curiæ Romanæ ſtylus eſt.*
2 *Papæ uerbo ſimplici uel ſcripturæ,an & quando credatur. numer.8.*
3 *Verba Papæ quæ in reſcriptis conſiſtunt.teſtibus non probantur.*
Quid in Cardinali.
4 *Legatis Imperatoris & Regum creditur.*
5 *Dicto unius teſtis quantacunque dignitate præfulgeat, nõ creditur.*
6 *Epiſcopi dicto an credatur.*
7 *De geſtis coram Cardinali creditur, etiam ſi ſcriptura non appareat.*
9 *Cardinalis dicto in alterius præiudicium non creditur.*
10 *Statutum ut unius dicto credatur,non ualet.*

Quæſtio MCCCXXI.

QVAERITVR quia per tenorem dictarum literarum atteſtatoriarum dicti domini Antonij de Claromonte fit métio in altera ipſarũ, quòd Romanus pontifex habuit reſpondere,quòd bene recordabatur aliàs feciſſe reſeruationé de dicta eccleſia Viennẽſi ad fauorem dicti boni electi: an iſta verba in aliquo probent,& in aliquo præiudicent reſeruationi dicti domini Cardinalis ſancti
1 Seuerini qui habuit reſeruationé in cõſiſtorio,† & de ſtylo curiæ Romanæ non ſunt ſolitæ fieri duæ reſeruationes conſiſtorialiter de eodã beneficio,niſi alteri renũtiaret prius priori reſeruationi.Et in effectu prout ſuprà dictum fuit tales literæ atteſtatoriæ non probant:quia non fuerunt factæ in præſentia Romani pontificis:ſed ſolum ad relationẽ procuratoris dicti domini de Claromonte. Veruntamen vbi appareret legitimè,quòd Romanus pontifex protuliſſet verba de quibus ſuprà videntur ſibi ſoli credendum.cap.cùm à nobis.in fine,de teſti. vnde ſecundum Bald.ibi,licèt non credatur verbo
2 iudicis, fallit in Papa † cui ſimplici verbo vel ſcripturæ creditur.clementi.j.de probatio.cap.ſi Papa.
3 de priuileg.libr.vj.† nec poteſt probari verbum Papæ per teſtes,quando conſiſtit in priuilegio vel collatione,aut donatione.l.probatorias. C. de diuerſ. offic.libr.xj.& idem in Cardinalibus, quòd credatur eis aſſerentibus ſibi aliquid commiſſum à Papa maximè in vrbe.capit.nobiliſsimus.xcvij. diſtinct.
4 & † idem in Ducibus habentibus legationem Imperatoris aſſerentibus ſibi aliquid commiſſum cũ cenſeantur de latere Imperatoris:ſecundum Bald. ibi,per iura ibi per ipſum allegata, & idem in Regibus præfecti prætorio: ſecundum ipſum, licèt regulariter non ſtetur dicto vnius teſtis quacunque authoritate præfulgeat.capit.licèt.la.j.& capit.nuper.& ibi gloſſ.de teſti.l.iuriſiurand.de teſti. fallit, quando non agitur de præiudicio alterius: ſecundũ gloſſ.ibi,& plures alios caſus ponit Specula. in tit. de teſt.§.reſtat.verſicul.hoc tamen fallit.& ibi verſic. xix. ponit exemplum de Cardinali vel alio excellenti viro,licèt non credatur Cardinali in figura teſtimonij,niſi iurato:ſecundum gloſſ.in c. cùm olim.le j.de priuileg.& pariter non creditur Cardinali ad præiudicium alterius:ſecundum gloſſ.in c. ſicut.de ſentent.excommunica.Nec obſtat ca.qui-
6 cunque.xj.quæſti.j.† vbi creditur ſoli Epiſcopo in iudicio ſeculari:ſecundum Innocen.in dict.cap.nuper.quia hodie illud capit. eſt abrogatũ per cap. ſi tantum.& capit.placuit.vj.quæſt.j.ſecundum Speculato.vbi ſuprà verſicul.xxij.& Iaſo.in repet.l.admonendi.ff.de iure iurand. Verantamen idem Speculato.

7 culato.in tit.de legato.§.ſequitur.in fine,tenet, † q͡ creditur de actis factis coram Cardinali, licèt non appareat de ſcriptura.allegat ca.conſtitutus. de appellatio.ſuper verbo,aſſertione.& hoc verum in legato de latere ex conſuetudine generali, vt credatur relationi ſuæ:ex conſuetudine generali,vel quãdo partes acquieuerãt:aliàs de iure communi ſecus vt pronuntiauit Papa Clemens IIII. ſecundum Specula.in titu.de teſtamen.§.j.verſicul.quid ſi aduocatus.& ibĩ Specu.facit mentionem,de Cardinali vel alio magnæ authoritatis,per iura ibi allegata licèt Clemens V.de iuris rigore dixerit contrarium. & ita tenet Panormita.in dict.capitul.conſtitutus. & in dict.cap.cùm à nobis.diſtinguit: quia quò ad literas Papæ ſe remittit ad dictam clem.j.de proba. licèt ſit ſublata per pragma. ſanction.& in titul.de
8 ſublatione dictę clemen.j. Si verò quęritur † an ſit credendum verbo Papę:& tunc ſi perſeuerat: tunc ſibi credendum eſt:quia nemo eſt qui ſibi contradicere poſſet:ſecundum Hoſtien.ibi allegat capitul. in memoria.xix.diſtin.& cap.cuncta per mundum. & cap.per principalẽ.ix.quæſt.iij. Veruntamen ſecundũ Hoſti. poteſt ſibi dici ſalua maieſtatis reuerentia aliquid eſt de quo non recordamini. & plerunq; fallit obliuio.xxiij.diſtin.c.pręrereà.&ipſum decet patienter audire.&hoc verũ in hijs in quibus Papa habet liberã poteſtatem vti in beneficialibus ſpiritualibus,& ſimilibus:ſecus in cauſis laicorum: quia non crederetur ſoli eius dicto:iuxt. notata per Innocen.in capitul. in inquiſitione. de ſenten.excommunica. Veruntamen adhuc non videretur credẽdum nudo verbo Papæ in præiudicium aliorum, quia de iure diuino Chriſtus noluit, quòd ſibi crederetur:ſed voluit ſe confirmare legi diuinę, dicenti:In ore duorum vel trium, Ioan.viij.& tranſumptiuè.ij.quæſti.iiij.§.j.idem videtur tenere Panor. in dict.clemen.j.de probati.vt non procedat, niſi in ipſis in quibus Papa habet plenam poteſtatẽ: aliàs ſecus. vide de Bellencijs in dict. capi.cùm à nobis. vbi videtur tenere quòd etiam credatur Papę de geſtis per ipſum ante papatũ vel ab alijs.& pariter Panormita.in dict.cap.cùm à nobis tractat an credatur dicto Cardinali vel legati de Latere vide etiam de Bellencijs in addition.ad Panormita.in cap.ſi-
9 cut.de ſenten. excommunic.qui tenet,quòd † non creditur dicto Cardinali ad præiudicium alterius.
10 per cap.licèt ex quadam.de teſtib. Nec † poſſet Papa ſtatuere quòd non crederetur dicto vnius. & ibi etiam tenet,quòd creditur cardinali de actis coram ipſo.& licèt non credatur ſoli dicto Cardinali: tamen bene creditur ſoli dicto Papę etiam de geſtis ante papatum.Bald.verò in l.iuris iurandi.C.de teſtib.tenet quòd creditur dicto Cardinali, in commiſſis ſibi per Papam. ſed bene creditur dicto Papæ ſi tamen non bene recordatur, licitum eſt ipſum reducere ad memoriã.& idem Bal. in l.nec exẽplum.C.ad leg.Corne.de falſi. tenet,quòd quando agitur de errore bullę vel reſcripti ſtandum eſt dicto Papę vel imperatoris.Et iſtud facit pro cauſa reuerendi domini Epiſcopi Grationo. ſuper eius abbatia ſancti Saturnini ciuitatis Tholoſæ,contra reuerendum dominum AEgidium Epiſcopũ Duſez quia poſt reuocationẽ bullę regreſſus Papa Sixtus fecit quandam declarationem recordando in mente,quòd tempore promotionis dicti domini Epiſcopi Grationop.quòd ad eccleſiam Grationop.quòd intẽdebat reſeruaſſe dictam abbatiam dicto domino Epiſcopo Duſez: quia non debet credi ad præiudicium alterius.&pariter poteſt probari error.& reduci Papa ad memoriam,& aliàs eſſet graue quòd crederetur ſoli dicto Papę aut per eius literas:quia poſſet præiudicare cuicũq;: & maximè propter importunitatẽ agentiũ.l.j.C.de peti.bonor.ſubla.lib. x.ſecundum gloſſ.in pragma. ſanction. in titul.de ſublatione clemen.literis.ſuper verbo, non præiudicent.

ARGVMENTVM.

De electione per inſpirationem ſpiritusſancti.

SVMMARIVM.

1 *Electio per inſpirationem ſpiritus ſancti ab omnibus fieri debet.*
2 *Electio per inſpirationẽ ſpiritusſancti ſine ſimoniæ aut alicuius tractatus uitio facienda eſt.*
3 *Electio quæ fit per quaſi inſpirationem ſpiritus ſancti confirmatione indiget.*
4 *Electio quæ fit per quaſi inſpirationem, an publicationem requirat.*

Quæſtio MCCCXXII.

QVAERITVR ſuper electione per inſpirationem ſpiritus ſancti facta, vel quaſi per inſpirationẽ?Et in effectu habetur in dict.cap.quia propter.de electión.§.niſi,vbi requiritur quòd fuerit celebrata ab omnibus abſque vitio:& ſic requiritur quòd fuerit facta ab omnibus qui commodè volunt,debent & poſſunt intereſſe,& ſic debent vocari abſentes,vt ibi habetur.&ſic duo principaliter
1 requiruntur. † Primò quòd ſit facta ab omnibus: vno enim contradicente non valeret: quia non cenſeretur facta Deo ſpirante.cap.non eſt nouum.viij. quæſtio.j.& ideò in hac differt ab electione quæ fit per formam ſcrutinij:quia in illa ſufficit maior & ſanior pars:nec requiritur alia forma: quia quę ſpiritu Dei aguntur,nõ ſunt ſub lege.cap.licèt. de regularibus.ca.duæ ſunt.xix.q.ij.& per hoc tollit dubium quãdo non fuit ſeruata forma dict. cap. quia propter.quia ex qua interueniunt cõſenſus eligentium ſaltem eſt valida de iure gẽtium primæuo: iuxta not.per Inno.& Panormita.in cap. quod ſicut.
2 de electio. † Secũdò requiritur principaliter, quod fuerit facta ſine vitio ſymoniæ vel alicuius tractatus,quod eſt verum:ſecundum Ioan. Andr. & Panor.ibi de tractatu ſpeciali:quia non debet fieri per ſuaſio reſpectu certę perſonę: quia tunc electio fieret ad ſuggeſtionẽ alterius:ſecus de tractatu generali:quia bene poſſet fieri quãdo vnus prædiceret Rogemus Deum pro bono prę lato vel ortãdo alios ad electionem boni prę lati,& iſto caſu quãdo fit quaſi per inſpirationem,quando non conſtat, quòd reuelante Deo ſit facta, ſed præſumitur quando omnes de collegio vno ore conſentiunt finaliter ſine
3 aliquo tractatu ſpeciali pręcedente.Et † iſta electio quæ fit quaſi per inſpirationem indiget cõfirmatione ſuperioris:ſecus in alia electione quæ fit per veram inſpirationem:quia ſic Deo authore reuelante nec indiget alia confirmatione:vt fuit electio beati

Nicolai ſancti Seuerini, & ſic de ſimilibus, & ita in effectu tenet gloſſ. in pragmati. ſanction. de electio. cap. j. ſuper verbo, inſpirante. facit lxj. diſtin. §. hijs omnibus. dominus verò Ioan. de Calsis in tra-
4 ctatu electio. ſuper cap. quia propter. tenet, † quòd talis electio quæ fit quaſi per inſpirationē non indiget publicatione aut alia ſolēnitate: ſed ſufficit, & quando quis eligit, quòd alij dicant fiat. & inconti nenti pulſentur campanæ, de quo ibi plenius per ipſum. Vide fratrem Antonium. in ſumma iij. parte. titu. xix. c. ij. §. x. quòd in iſta electiōe per inſpiratio nem ſeu quaſi non reperitur determinata forma: & ideò quoquomodo determinēt voluntatē ſuā valet dummodo oēs ſimul ſint. Vide per Specul. in titul. de electiōn. §. fi. & ibi requiritur quòd repente fiat & denotat quod præſentetur ſuperiori & confirma tio ſuperioris, & per dict. Io. de Gration. in tract. elect. §. fi. q requiruntur quatuor ex extraneo electis ſed etiam requirtur tanta in forma & in vrbe in eccleſijs cathedralibus Papa committit cardinalibus. Adde domi. de Gratio. in tracta. electio. in iij. forma quando per quaſi inſpirationem quatuor requirūtur & vltra decem requiſita apoſita à primo tractatu. Adde etiam, quòd quando fit electio concorditer quòd requiritur collatio meriti ad meritū & zeli ad zelum cap. cùm poſt petitam. de electi. de quo habetur hodie in cap. ſi quando. de electiōn. libr. vj. Adde Hoſti. in ſumma de electio. §. qualiter. verſi. tertia forma: quia requiritur quòd ad inſtar apoſtolorum inſpirati vno ore eligāt vel quòd ſigillatim in capitulo ſeparatur communis electio. cap. in geneſi. de electi. dum tamen fiat ſine vitio ſymoniç cōiurationis aut requiſitionis conſenſus habiti extra capitulū, & ibi Hoſtien. videtur ſentire, q requiratur quòd ſit communis & concors electio iſto caſu quaſi per inſpirationem. cap. in Geneſi. de electiōn. quia aliâs diceretur voces ſingulares & tot electiones quot eligentes, & diceretur ſimplex nominatio. cap. quòd ſicut. de electio. & ideò requiritur communis electio quæ debet fieri per vnum per verba ſingularum neceſſarij nomine omniū. c. ſicut. de elec. lib. vj. c. fi. de re iudic. libr. vj. & in eccleſijs viduatis de quibus loquitur. cap. quia propter. de ele ctio. aliâs in alijs electionibus ſufficit præſtare conſenſum in ſingulari, dum tamen prçſtetur capitulariter: ſecundum gloſſ. in dict. cap. ſicut. Adde de iſta electiōne per quaſi inſpirationē ſpiritusſancti in tractatu electionis mandag. in cap iij. quia gratia ſancti ſpiritus non venit niſi ſuperius coniugatos in in vnum xiiij. quæſtio. j. §. ſi autem. & ibi tenet mādago, quòd requiritur conſenſus omniū non poſſeſ ſet ratificari ex poſt facto nec refert per quç verba fiat nec eſt neceſſe quòd per vnum communis electio celebretur & debet fieri repente concorditer ſine aliquo ſpeciali tractatu ſecus de generali tractatu, vt ibi in glo.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſancti Mauricij Viennæ exempta eſt.*
2 *Intellectus c. cupientes. de electio. lib. ſexto.*

Quæſtio MCCCXXIII.

1 QVAERITVR † quia dicta eccleſia Vien nenſis metropolitana eſt exempta & immediatè ſubiecta ſedi apoſtolicæ. Et ideò ad ipſam ſpecta confirmatio. cap. cupientes. de electiōn. in princip lib. vj. in princip. Et ideò tangam quçſtiones princi
2 paliores in dict. cap. cupientes. † Nam primò intelligitur de vacatione eccleſiarū cathedralium vel regularium ex quibus eccleſia dicitur viduata. cap. ne pro defectu. & cap. quia propter. de electio. & debet electus à tempore conſenſus præſtiti vel notitiæ obtentæ infra menſem iter arripere. Et deinde infrà tēpus congruum comparere perſonaliter in vrbe ſine fraude cum documentis dict. cap. cupientes. §. hoc generali. & qualiter debeat computari iter habetur ibi per glo. ſuper verbo, abſque fraude. & ſuper verbo, commodè.

ARGVMENTVM

Electus qui ſe vt confirmaretur intra tempus non præſentauit, an moram purgare poſsit?

SVMMARIVM.

1 *Electi non ſe præſentantis ut cōfirmetur pœna priuationis an ipſo iure ſit.*
2 *Quid ſi electus uenit, ſed licentia non petita receſſit, an priuationis pœnam incurrat?*
3 *Tempus datum electis ad comparendum continuum eſt.*
4 *Impedimenti iuſtæ cauſæ quæ ſint, impedimentum cùm de re magna agitur, iuramento non probetur.*

Quæſtio MCCCXXIIII.

QVAERITVR quia poſtquàm effluxit illud tempus infra quod cōmodè electus potuiſſet ſe præſentare, an poſsit mora purgari, quando non allegatur impedimentum? Et dicendum eſt
1 quòd nō: † quia iſta eſt pœna priuationis, ipſo iure, quando electus fuerit expectatus per viginti dies: ſecundum glo. in dict. cap. cupientes. §. quod ſi per viginti. de electio. libr. vj. ſuper verbo, expectati. nec obſtat ſecundum Geminia. cap. potuit. de loca. vbi poteſt mora purgari: quia ibi non infligitur pœna
2 ipſo iure: † Quid autem quando electus venit, ſed illicentiatus receſsit, an incurrat pœnam priuationis dict. cap. cupientes. §. inſuper. & dicendum eſt q ſic: ſecundum gloſſ. ſuper verbo, comparere. cap. ſi
3 poſtquā. de electio. lib. vj. † Et iſtud tempus quod datur electo ad cōparendum, eſt continuum. & currit etiam tempore feriato: ſecundum glo. ibi ſuper verbo, cōparere. & licèt electus debeat eſſe præſens vſque ad finem: tamen bene poteſt proſequi electionem per procuratorem: ſecundum glo. ibi ſuper verbo, petere. Et in caſu pœnæ priuationis æquiparan
4 tur, cōtemnere vel negligere, † niſi fuerit iuſta cauſa impedimenti: puta infirmitatis aduerſitatis mori, vel hiemis, vel incurſus latronum: ſecundū glo. ibi. l. ſi oportet. §. obſeruatione. ff. de excuſa. tuto. l. ij. ff. ſi qui. cautio. quo caſu debet mittere nuntiū ſeu procuratorem cum ſpeciali mandato. dict. c. cupientes. §. inſuper. Nec eſt locus probationi impedimenti per iuramenrum, cùm agatur de magno prçiudicio: ſecundum Geminia. ibi.

ARGVMENTVM.

Electus qui curiam Romanam vt cōfirmetur adijt: ſi neque Papa, neque auditore frui poſsit proteſtetur & plures, negligentiç arguatur.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Referendarij officium quale?*
2 *Tempus confirmationis breuiari non poteſt.*

Quæſtio MCCCXXV.

QVAERITVR quid ſi electus non poſsit infra dictum tempus habere Papam ſeu auditorem, vel quãdo loco & hora competẽti Papam requiſiuit, & eius copiam habere non potuit. quo remedio ſit ſubueniendum. Et dicendum eſt ſecundum gloſ. in dict. c. cupientes. §. quòd ſi per viginti. ſuper verbo, propoſita. de electio. lib. vj. ꝙ iſto caſu debet proteſtari, & plures, ne arguantur de negligẽtia: quia aliâs non excuſaretur. idem tenet glo. in c. j. & in c. plerunque. de reſcript. & c. ſi iuſtus. de appellatio. Quid autem ſi appareat, quòd Papa admiſerit alios: tunc ſecundum Geminian. præſumitur negligens: quia præſumitur potuiſſe quod alij potuerunt, aut ſaltem debuit adire † Referendarium:
1 cuius officium eſt referre: vt in authen. de referendarijs. §. in hijs. collatione ij. ſecundum Ioan. Monachum, & Archidiaco. ibi. Et licèt ſecundum glo. in dict. §. quòd ſi per viginti talis proteſtatio debuit fieri in ſcriptis. tamen ſecundum Petrum de Ancharano non requiritur ſcriptura, fallit in caſu clementinæ iiij. de electio. † & tale tempus non poteſt ab-
2 breuiari: ſecundum glo. in dict. cap. cupientes. ſuper verbo, decimumquintum. & licèt minùs qui allegat impedimentum debeat habere mandatum: tamen vbi non appareret de mãdato ſufficeret dummodò ſequatur ratificatio infrà tempus: ſecundum glo. ibi, ſuper verbo, propoſitum.

ARGVMENTVM.

Electus ſi ſe vt confirmaretur perſonaliter præſentare noluit, eligendi poteſtas ad capitulum deuoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Papa propter boni publici perturbationem quandoq; electiones infirmat.*
2 *Electio quando eſt nulla defectu formæ vel perſonæ deuoluitur ad Papam.*

Quæſtio MCCCXXVI.

QVAERITVR quando electus non curauit comparere perſonaliter infrà tempus ſtatutum in dict. c. cupientes. Ad quem fiet deuolutio? ad Papam an verò ad capitulum eccleſiæ Viennenſis? Et licèt quidam velint dicere, quòd prouiſio iſto caſu ſpectet ad Papam, ex quo negotiũ eſt deuolutum in curia. c. ij. de præben. libr. vj. c. quanquàm. de electio. eodem libr. tamen ſecundum glo. in dict. c. cupientes. §. inſuper. ſuper verbo, ſpiritus. licèt Papa poſsit prouidere de plenitudine poteſtatis: tamen de iure eſt contrarium: quia redijt poteſtas eligendi ad capitulum. c. ſi electio. de electíon. libr. vj. Nec obſtat dictum c. quanquàm. quia loquitur in caſu cathedralium eccleſiarum, quando canonici deliquerunt eligendo perſonam indignam, vel non obſeruauerunt formam. Et ita etiam habetur in pragmatica ſanctione in titu. de electio. c. ij. §. ſtatuit. licèt ibi loquatur, quando eligentes non
1 fuerunt in culpa: quia † Papa infirmat electionem propter perturbationem boni publici aut eccleſiaſtici: aliâs ſecus: ſecundum glo. ibi, ſuper verbo, remittat. & in c. j. §. & cùm humanæ. ſuper verbo, ipſo iure. & §. deindè. & §. facta. ſuper verbo, infirmanda. vide glo. in dict. c. quanquàm. & in clemen. j. de ſupplend. negligen. prælato. licèt glo. in dict. c. cupientes. §. inſuper. de electíon. libr. vj. teneat, quòd quando canonici deliquerunt in perſonam vel formam, tunc habeat locum deuolutio. iuxta dictum c. quanquàm. ſi verò non deliquerunt: tunc deoluitur ad ipſos: ſed ſecundum Cardi. & Archidiaco.
2 in d. §. inſuper. † quando electus non ſe præſentat perſonaliter deuoluitur poteſtas ad Papam. & ita ſeruat ſtilus curiæ, & ibi etiam refert Geminian. & maximè, quando non fuit ſatisfactum pro parte capituli: quia non deſtinauit aliquos de electoribus: quia tunc nõ fieret deuolutio ad capitulum: ſecundum gloſſ. in dict. §. inſuper. & eod. titu. Adde quòd non eſt mirum quãdo electio eſt nulla defectu formæ vel perſonæ, quòd fiat deuolutio ad Papam in eccleſijs cathedralibus. cap. quanquàm. de electio. libr. vj. quia ſecundum gloſſ. de aliquibus prouiſio eccleſiarum cathedralium ſpectabat ad Papam.

ARGVMENTVM

De duobus inſtructoribus.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiarum uacantium cuſtodia ad quem ſpectet.*

Quæſtio MCCCXXVII.

QVAERITVR quando electio eſt facta in concordia quo caſu licèt electus teneretur ſe præſentare perſonaliter: tamen vltra hoc eligentes tenentur mittere duos inſtructores de electoribus infra idem tempus expenſis prælati eccleſiæ, de cuius electione agitur, quando bona ſunt diſcreta, aliâs expenſis communibus ſi ſupetant, aliâs capitulum poteſt accipere mutuum. dict. cap. cupientes. §. ad hoc. ad finem vt poſsit fieri plena informatio. tàm de forma electionis: iuxta cap. quia propter. de electio. quàm etiam de perſona electi & eligẽtium, an ſint excommunicati, vel aliâs indigni, ſecũdum gloſſ. ibi. c. cùm in cunctis. cap. cùm inter. de electio. Veruntamen electus nõ tenetur ſecum ducere iſtos duos inſtructores: ſecundum Geminianum ibi. Sed
1 circa præmiſſa poteſt quæri † ad quem ſpectet cuſtodia eccleſiarum vacantium, tàm regularium, quàm ſecularium. Et in effectu ſecũdum Hoſtien. in c. ea qui. de ſtatu monachor. & Archidiaco. in c. præſenti. de offic. ordinar. libr. vj. ſpectat ad Epiſcopum & ponere idoneum. Sed Innoc. & Ioan. And. in c. vt noſtrum. vt eccleſiaſtica beneficia, tenent, quòd ſpectant ad collegium ſeu capitulum dictæ eccleſiæ. c. quia ſæpè. de electio. lib. vj. & iſtam partem videtur tenere Geminia. in d. §. ad hæc. de materia habetur in c. cùm vos. de offic. ordinarij. & per Panor. in c. bonæ. de appel. facit quod habetur in c. generali. de elect. lib. vj. & per Specu. in titu. facit. c. quia ſępè. de electio. libr. vj. clem. ſtatutum. de elect. Et iſto caſu dicitur fieri electio in cõcordia nemine diſcrepante: ſecundum gloſſ. in dict. cap. ad hęc. ſuper verbo, concordare. Si verò electio ſit facta in diſcordia, & ſint plures electi, omnes debent ire ad curiam & de qualibet parte duæ perſonæ, & pariter exponentes: vt in dict. c. cupientes. §. ſi verò.

ARGVMENTVM.

Tempus quod detur eligētibus ad præſentandum electionem electo,& conſenſum per electum.

Quæſtio MCCCXXVIII.

QVAERITVR de tēpore quod datur ad præſentandum electionem electo.& ad præſtandum conſenſum. Et in effectu in eccleſijs inferioribus à cathedrali eſt tempus arbitrariū ad præſentandum quàm citiùs cōmodè fieri poteſt:& tempus vnius menſis ad præſtandum conſenſum. cap. quàm ſit.de election.libr. vj. hodiè verò in eccleſijs cathedralibus vel regularibus vltra ſtatuūtur octo dies,aliâs ſi diſtulerint poſt ipſos incurrunt ſententiam ſuſpenſionis per triennium à beneficijs.dict.c. cupientes.§.cæterum. licèt ſecūdum Geminianum ibi.quantum ad terminum octo dierum habuit locum in alijs eccleſijs inferioribus:ſecus quò ad primum. Veruntamen ſi eſſet iuſta cauſa impedimenti excuſarentur aduerſus lapſum dicti temporis: ſecundum gloſſ.ibi.nec ſufficeret præſentare procuratorem generali:ſed debet præſentari electis, niſi habeat ſpeciale mandatum, vel ratificaret: ſecundum glo.ibi.ſuper verb.electis.

ARGVMENTVM.

Eligentes inſtructores non mittentes à beneficijs & prouentuum perceptione in eorū eccleſia triennio ſuſpenduntur.

Quæſtio MCCCXXIX.

QVAERITVR de pœna electorū qui nō mittunt inſtructores ad curiam,etiam ſi electi vel opponentes deſtinare neglexerint. Et in effectu incurrunt pœnam ſuſpenſionis beneficiorum, & perceptionis prouentuum in eadem eccleſia per triennium.dict.cap.cupientes.§.vel ſi perſonas:niſi paucitas clericorum eccleſiæ excuſet, vel alia iuſta cauſa:puta incurſus hoſtium,infirmitas,nimia paupertas:ſecūdum glo.ibi. & licèt ſe immiſceant non ſunt priuati perpetuò:ſecundum gloſſ.&Geminia. ibi:ſecus in caſu præcedenti in §.cæterum.

ARGVMENTVM.

Poſtulatio ſi de patiente defectum fiat,poſtulantes ad curiam Romanam nuntios deſtiuare tenentur.

Quæſtio MCCCXXX.

QVAERITVR quid iuris in poſtulatione concordij,vel diſcordij,quando aliqui poſtulantur qui patiuntur defectum in ætate,ordinibus,vel hijs ſimilibus. Et dicendum eſt quòd tenentur mittere ad curiam Romanam.dict.cap. cupientes.§.deniquè.de electio. libr.vj. & hoc quādo non ſunt alligati eccleſijs cathedralibus: quia tunc nihil de veteri iuris obſeruantia immutatur: vt ibi habetur per gloſſ.c.ſtatuimus.de election.libro ſexto. Quid autē in alligatis inferioribus eccleſiis: puta Abbatibus exemptis hodie poſſunt eligi in Epiſcopum vel Archiepiſcopum,licèt pertineat confirmatio ad Papam.cap.ſi Abbatem.de election. libr. vj. ſecus ſi transferretur ad aliud monaſteriū:quia debet poſtulari.clemen.j.de electio. Quid autē quando poſtulantur iſti alligati alijs eccleſijs cathedralibus,an teneantur poſtulantes mittere ad curiam? Et dicendum eſt,quòd ſic: ſecundum Archidiaconum ibi,& iſtud eſt tutiùs. & an poſtulatus debeat conſentire,& de modo reſpondendi vide per gloſſ. ibi.ſuper verbo,conſenſum.& qualiter poſtulatio innitatur ex gratia,quando eſt facta in concordia, vel à duabus partibus,& an debeat cōfirmari. vide ibi per glo.ſuper verbo,gratia. Adde gloſſ. in dict. cap.cupientes.§.fina.de electio.lib. vj.quando electio eſt facta concorditer citra montes adeò, quòd electus adminiſtrat tunc releuat ab expenſis.iuxta c.nihil.§.fin.de electio.vide de materia poſtulationis per fratrem Antonium in ſumma iij.parte.titu. xix.cap.iij.§.j.

ARGVMENTVM.

Electio quomodò facienda ſit,ſi vniti ſint duo epiſcopatus aut duo monaſteria.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ ſi æquè principaliter unitæ ſunt,ut utrique eccleſiæ epiſcopalis dignitas remāſerit:electio per utriuſque eccleſiæ canonicos alternis uicibus facienda.*

2 *Electio Epiſcopi eccleſiarum Valentinenſis & Dienſis alternatis uicibus per turnum fieri ſolita.*

Quæſtio MCCCXXXI.

QVAERITVR quando ſunt duo epiſcopatus vniti, vel duo monaſteria ſub eadem perſona,& vacat:quæritur de modo eligendi?Et in effectu ſecundum gloſſ.in capitu.primo. ne ſede vacante,& in capitu.& temporis qualitas. xvj.quæſt. 1 prima.multis modis poteſt fieri vnio, † & inter cætera quòd vniuntur aliqui æquè principaliter, itaquòd vtrique remanet epiſcopalis dignitas, & ſint duo Epiſcopatus,licèt ſub eodem Epiſcopo: & iſto caſu quando vacāt debent intereſſe canonici vtriuſque eccleſiæ, & ſic communiter habebunt eligere alternis vicibus. argumento in clementina ſecunda.de iure patronatus.& ſi non concordant in prima electione fienda ſtabitur verbis vnionis, aliàs dirimatur ſorte. de quo habetur per Panormitan. & Ioannem de Imol. in dict. capit. primo. ne ſede vacante,& per Panormitanum in capitu. quia monaſterium. de religioſis domibus. quia ambo monaſteria remanent in ſuo ſtatu, & habent congregationem monachorum. & iſtud facit pro epiſcopatibus Valentineñ.& Dienſis ſimul vniti. Et pariter pro monaſterijs ſancti Antonij &montis maiori ſimul vniti de modò electionis fiendæ, ſecus ſi vna eccleſia vniretur alteri acceſſoriæ capitul. ſuper eo.de præbend.lib.vj. de quo per glo.& docto. in dict.cap.j.ne ſede vacante. Adde quòd ſecundum pactiones cōfirmans inter dictas eccleſias Va-
2 lenſię & Dyenſi.ſimul vnitas quòd electio † Epiſcopi ſit per Turnū alternatis vicibus videlicet quòd canonici eccleſiæ Dyen. accedant ad capitulum eccleſiæ Va-

cleſiæ Valeñ. pro eorum Turno, & ibi congregā-
tur canonici amborum capitulorum & decanus ec
cleſiæ .Dyenſis ibi præſidet & veniunt & come-
dūt in ſimul durante tēpore electionis, & econtra
pro Turno eccleſiæ Dyenſis canonici eccleſiæ Va-
lenſię accedunt ad eccleſiam Dyenſem, & ibi præſi
det decanus Valeñ.licèt canonici idonei ambarum
eccleſiarum habeant voces.

ARGVMENTVM.

Abbates aut alij prælati vel religioſi in Archiepi-
ſcoporum vel Epiſcoporum electionibus vocandi
non ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Electio eccleſiæ ad canonicos pertinet.*
2 *Tres cauſæ propter quas regulares prælati ab adminiſtra-
tione remoueantur.*
3 *Suffraganei prouinciæ in Archiepiſcopi conſecratione uo-
candi ſunt: ſecus in electione.*

Quæſtio MCCCXXXII.

QVAERITVR an in electione Archiepi-
ſcopi aut Epiſcopi debeant intereſſe aut voca
ri abbates, aut alij prælati, aut religioſi ciuitatis? Et
videretur dicendum quòd ſic. capitu. obeuntibus.
lxiij.diſtinct.licèt gloſſ.in cap.quia propter. de ele-
ctio.tenet quòd hodie nō ſeruatur: quia electio ſpe
1 ctat † ad canonicos eiuſdem eccleſię, niſi aliter con
ſuetudine ſeruaretur.capitul.cumana.capitul. ſcri-
ptum.de electio.capitul.cùm eccleſia.de cauſ. poſſ.
ſed ſecundum Præpoſitum.in dict. capitul. obeun-
tibus.quando ſunt abbates præpoſiti, aut alij præ-
lati eiuſdem ciuitatis debēt vocari, non autem mo-
nachi aut alij regulares debent vocari, niſi eſſet ali
quis capellanus eiuſdem eccleſiæ magnę ſcientiæ,
deuotionis, & honeſtatis, quia debet vocari: ſecun-
2 dum Archidiacon.& Præpoſi.ibi. vide † tres cau-
ſas propter quas prælati regulares remouentur ab
eorum adminiſtrationibus, in cap.ij.in fin. de ſtatu
monacho.videlicet propter dilapidationem bono-
rum eccleſię: propter incontinētiam, & propter ne-
ceſsitatem tranſlationis ad manus officij. vide glo.
& Panormi.in cap.ſi Archiepiſcopus.de tempo.or-
3 dinan.† quòd licèt in conſecratione Archiepiſcopi
debeant vocari ſuffraganei prouinciæ, ſecus in ele-
ctionibus, niſi conſuetudine caueretur: quia ſpe-
ctat ad capitulum, vide in ſimili in electione abba-
tis debeant vocari priores inferiores, in cap.fina.de
religio.domib.veruntamen ſuper hoc debet atten-
di conſuetudo. capitul. cùm dilectus. capitul. ſcri-
ptum. capitul.cùm eccleſia.de election. & capitul.
volentes.de priuileg.libr.vj. quia aliâs priores qui
ſunt extra monaſterium non tamen ſunt de cōuen-
tu: ſecundum gloſſam, in pragmatic.ſanction.in ti-
tul.de electio.ſuper verbo, eligant. Vide gloſſ.in ca
pitul.cupientes.§.cæterùm.de election.lib. vj.ſuper
verbo, ſuſpenſos, quòd ſuffraganei non habent ele
ctos in electis metropolitanis. vide ibi Archidia.&
cęteros quod in prioribus ſubditis abbatis, vide
Innocen.& cæteros in capitu.fin.de religioſ.domi.
Qualiter prælati regulares remoueātur & propter
quas cauſas vide gloſſam in capitul.ea quæ.de ſta-
tu regu.ſuper verbo, à iudiciorū.ſcriptura, quòd re-
gulares faciliùs remouētur à ſua adminiſtratione.

ARGVMENTVM.

Poſtulandus quis ſit, & à quo.

SVMMARIVM.

1 *Papa conſulendus eſt cùm quis de uno monaſterio ad aliud
poſtulatur.*
2 *Patiens defectum à quo poſtulandus ſit.*
3 *Quid in religioſo alterius monaſterij.*
4 *Religioſus in Epiſcopum eligi poteſt.*

Quæſtio MCCCXXXIII.

QVAERITVR quis poſtulandus ſit: & à
quo: quia regulariter ille eſt poſtulandus qui
eſt alligatus alicui eccleſiæ & ille debet poſtulari à
Papa.capitu.fina.de poſtula.prelato.& iſta dicitur
poſtulatio ſolemnis: quia poſtulatur ab illo qui ha
bet poteſtatem diſpenſandi ſuper impedimento ele
1 cti. † & idem eſt quādo quis poſtulatur de vno mo
naſterio, ad aliud: quia tunc requiritur licentia Pa-
pę: ſecundum glo.in clemen.j.& clemen. quod cir-
2 ca.de electio.† Si verò quis patiatur defectum in or
dine aut in ætate, tunc debet poſtulari ab illo, qui
habet poteſtatem diſpenſandi.cap.cupientes.§.de-
niq;.de electio.lib.vj.vel etiam quando quis eſt reli
3 gioſus † vnius monaſterij debet poſtulari à ſuo ſu-
periore: & deindè eligi.cap.ſi religioſus. de electio.
libr.vj. & iſta dicitur poſtulatio non ſolemnis: ſecū
dum gloſſ.in cap.vnic.de poſtula.prælato.libr.vj.li
4 cèt poſſet † eligi ad epiſcopalem dignitatem, dum
tamen poſtuletur licentia ſuperioris: ſecundū fratr.
Anton.in ſumma iij.parte.tit.xix.cap.j. in princip.
& §.j.& per Hoſti.in ſum.de poſtul.prela.§. à quo.
facit cap.religioſus.in fi.cap.quorundam.de electi.
lib.vj.clemen.j.de electio.

ARGVMEMTM.

De triplici forma electionis.

SVMMARIVM.

1 *Electioni ut interſint omnes qui commodè intereſſe poſſunt
uocandi ſunt.*
2 *Contemptus electionem ratam habere poteſt.*
3 *Vocatio abſentiū eſt de iuſtitia non de ſubſtantia electionis.*
4 *Canonici qui non habēt uocem in capitulo, ut electioni in-
terſint, uocandi non ſunt.*

Quæſtio MCCCXXXIIII.

QVAERITVR ſuper triplici forma ele-
ctionis eccleſiarū paſtore viduatarū: iuxt.cap.
quia propter.de electi.videlicèt per viā ſcrutinij, per
viā compromiſsi, & per viā quaſi inſpirationis.dicū
tur, de quo per Hoſtien.in ſumma.de electi.§.quali
1 ter facienda ſit electio.† quia debent vocari omnes
qui cōmode debēt, volunt, & poſſunt, intereſſe.d.c.
quia propter. aliâs plus obeſſet contemptus vnius
2 quàm cōtradictio multorū, licèt contēptus. † poſſet
ratificare electionē propter bonū pacis.ca. ꝙ ſicut.
& c.venerabilē.de electi.ſecundū Hoſti.in d.§.qua
3 liter. † licèt vocatio abſentiū ſit de iuſtitia & non
de ſubſtātia, & ideò electio nō redderetur nulla, ſed
annullanda.& hoc verum dum tamen adſint duæ
partes collegij: ſecundum Panormita.in dict. cap.
quia propter. & per hoc quod dicitur ibi, debent
4 intereſſe. † Excludūtur canonici, qui non habent
vocem in capitulo: quia non eſt neceſſe illos vo-
care, vti quando ſunt excommunicati vel ſuſpenſi

capitu.cùm dilectus.de conſuetud.vel quando non ſunt in ſacris.clemen. vt hij. de ætate & qualitate. vel quando ſunt impuberes,vel irregulares.capitu. ex eo.de election. libr. vj. ſecundum Hoſtienſem, vbi ſupra. §. quis poſsit eligere. Et pariter includuntur habentes vocem in capitulo de iure communi, aut de iure ſpeciali. capitul.cùm eccleſia ſutrina de cauſa poſſeſsion.& propriet. Adde quòd licèt vocatio abſentium ſit de iuſtitia, ita quòd ratione contemptus electio non ſit nulla. capitul. quòd ſicut. de electìon.hoc verum,ſi ſint duæ partes collegij, aliâs ſecus: ſecundum Panormitan.in capitul.bone.le ſecond.de electio.

ARGVMENTVM.

Tempus electionis fiendæ an decurtari poſsit, & an dies præfigi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Diei præfixio iuſtitiæ eſt non ſubſtantiæ.*
2 *Tempus electionis abbreuiandi cauſæ iuſtæ quæ ſint.*
3 *Abſentes quando uocandi ſunt, ueniunt per nuntium, aut literas uocandi.*
4 *Præſentes cum campanæ ſonitu uocandi.*
5 *Contumax in uno articulo, in alijs articulis non eſt habendus contumax.*
6 *Canonici qui diei præfixiõi interfuerunt amplius uocandi non ſunt.*

Quæſtio MCCCXXXV.

QVAERITVR quia in eccleſia cathedrali vel regulari eſt ſtatutum tempus trium menſium ad eligendum, capitul.ne pro defectu. de electìon.an iſtud tempus poſsit abbreuiari per canonicos:& an requiratur præfixio diei. certe ad electionem celebrandam.& an poſt tempus præfixum poſsit abſentibus non vocatis eligere an vero ſint
1 iterum vocãdi: & in effectu † talis præfixio diei eſt de iuſtitia & non de ſubſtantia ſicut de vocatione abſentium dicitur: ſecundum Panormita. in dict. capitul. quia propter. de electio.veruntamen quando vocantur abſentes & pręfigitur certus terminus tunc ſecundum Ioannem de Butr. expectari circa finem trium menſium non præcipiti feſtinatione, nec moratoria cunctatione.capitul.cõſuluit.de offici.de legat.vt refert gloſſ. in capitul. cùm nobis. de electìon.ſed gloſſ.ibi tenet quòd maior & ſanior pars poteſt procedere ad electionem ſtatuto termino competenti, ex quo fuerunt vocati præſentes, vel abſentes. Si verò tales abſentes aut præſentes ſemel declararũt ſe nolle intereſſe:tunc alij poſſunt procedere ad electionem,licèt re integra etiam abſentes poſſent venire & admitterentur: ſecundum gloſſam,in capitul.eccleſia veſtra.le ſecond. de electìon.& in capitul.in cauſis.eod.titul. ſi tamen abſentes aliquid rationabile allegarent, debent audiri:ſecundum gloſſ.in dict.capitul.cùm nobis. Hoſtienſis verò in ſumma. §. qualiter. videtur tenere,
2 quòd tale tẽpus non poſsit abbreuiari,†niſi ex cauſa:vt quando canonici tenent, quòd Papa vel legatus præueniret, vel quando timerent potentiam principis vel tyranni: quinimò iſto caſu præſentes poſſent procedere ad electionem. & quando canonici nollent intereſſe electioni, non debent computari in numero capituli vel maioris partis eiuſdem: ſecundum Panormitanum, in dict. capitul. quia propter. & per hoc limitatur l. nulli. & l. planè. ff. quòd cuiuſque vniuerſitatis.vbi duæ partes debent conuenire:quia intelligitur de illis qui volunt, debent, & poſſent commodè intereſſe:ſecundum glo. in clementi.quòd circa.de electìon.& licèt illi qui nolunt intereſſe non habeant vocem in capitulo: tamen vbi ageretur de commodo & intereſſe eccleſiæ poſſent compelli intereſſe. Panormitanus verò in dict.cap.cùm nobis.facit diſtinctionem,quando ſpectat ad prælatum vel antiquiorem de capitulo poteſtas congregandi capitulum, & tunc non poterit abbreuiare terminum,niſi interueniat maior & ſanior pars, & hoc cum cauſa legitima: aliâs ſecus idem verò Panormita.in dicto capitu.in cauſis. te-
3 net † quòd in electionibus in quibus debent abſentes vocari non ſufficit ſonus campanæ:ſed oportet citare per nuntium vel literas, ſecus in negotijs
4 quæ poſſent expediri per præſentes: † quia ſufficeret ſonus campanæ de quibus habetur per gloſſam in capitu.pręſentium.de teſtib.libr.vj. Adde de iſta præfictione terminum.capitul.eccleſia veſtra.le ij. de electione. & ibi gloſſ. quia debent vocari abſentes canonici ſuper iſta pręfictione termini, aliâs ſi non vocarẽtur, poſſet impugnari de contemptu: ſecundum Panormitanum.ibi.ſecundo requiritur, quòd etiam poſt modum vocantur abſentes vt interſint in termino electionis fiendæ, niſi declaraſſent ſe nolle intereſſe: ſecundum Panormita.ibi:Veruntamen ſi canonici timeant metum principis,vel quòd Papa vel legatus pręuenirent, poſſent eligere alijs abſentibus non vocatis: ſecundum Hoſtienſ. in ſumma de electìon.§.qualiter.verſicul.quid ſi.& gloſſ.in pragmatic.ſanction.de cauſ.capitul.j.§.ſtatuit.ſuper verbo, legatorum. Adde etiam an iſte terminus eligendi poſsit abbreuiari per capitulum eccleſiæ, vide in capitul.cùm inter vniuerſas. & ibi per gloſſ.de electìon.an abſentes debent vocari, & ibi Panormi. an debeant vocari in pręfictione diei quia in capitu.cùm nobis.de electìon.& quòd maior pars capituli, dum tamen adſint duæ partes poteſt abbreuiare terminum, & hoc ex cauſa, quando timent etiam præſentes poſſent procedere ad electionem, de quo per gloſſam in pragmatica ſanctione in titul.de authori.& poteſt.ſuorũ conſiliorum & ibi gloſſ.ſuper verbo,abbreuiare. Adde gloſſ.in capitul.eum qui. de dol. & contuma. libr.
5 vj.† quòd cõtumax in vno articulo,non eſt contumax in alijs, & ideò debet de nouo creari. Adde Panormitanum in capitul. cùm inter vniuerſas. de
6 electìon.quando † aliqui canonici fuerunt præſentes in præfixione termini diei certæ non ſunt vlterius citandi ſi non interſint termino. Veruntamen quando præſentes propter iuſtum tenorem procederent ad electionem non vocatis abſentibus:tunc abſentes debent ratificare, aliâs poſſent agere ex contemptu. capitul. quòd ſicut.capitul.bone.le ſecond.de electìon.& tale tempus trium menſium.ex cauſa poteſt abreuiari maxime, quia quis poteſt renunciare iuri ſuo.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Poteſtas capituli an penes præſentes reſideat, licèt duæ partes ſint.

SVMMARIVM.

1 *Ius uniuerſitatis in uno ſolo reſidere poteſt.*

2 *Actus uniuerſitatis, licèt duas partes requirat: abſentes & qui uenire cõtempſerunt in numero cõputandi non ſunt.*

Quæſtio MCCCXXXVI.

QVAERITVR quando abſentes ſunt vocati, an poteſtas eligẽdi remaneat penes præſentes: quia abſentes nolunt intereſſe, eſto quòd nõ ſint duæ partes? Et videretur dicendum quòd ſic. quia talis citatio conſtituit non venientes in contumacia, quando conuentio capituli ſpectat ad aliquem: quia præſentes aut venientes poſſunt explicare actum capituli, licèt non ſit maior pars: ſecundum Innocen. in c. j. de maiorita. & obedien. & in c. ij. de operis nou. nuntiatio. & gloſ. in c. quòd circa.
1 de elect. † quia ius vniuerſitatis poteſt reſidere in vno ſolo aliis remotis vel longè degentibus. c. gratum. de poſtul. præla. l. ſicut. ff. quod cuiuſ. vniuerſi.
2 Et iſto caſu † licèt regulariter requirantur duæ partes in actu vniuerſitatis: tamen non computabuntur in numero non vocandi vel vocatus, quæ verè contempſerunt: ſecundum Panormita. & Innocen. in dict. c. eccleſia veſtra. le ij. & in c. in cauſis. de electio. & in c. cùm omnes. de conſtitu. & glo. in clem. quod circa. de electio. licèt Barto. in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iur. in ij. quæſtione & in l. quod maior pars. ff. ad municipal. videatur tenere, quòd licèt abſentes vocati non veniant: tamen requiruntur duæ partes: quia decretũ non debet ex tabella recitari. l. fi. C. de prædiis. decurio. libr. x. de quo vide latiùs Panor. in dict. c. in cauſis.

ARGVMENTVM.

Canonici nonnulli ſi capitulum exeunt reliqui qui remanent actum explicare poſſunt.

Quæſtio MCCCXXXVII.

QVAERITVR quando aliqui canonici exeunt de capitulo an remanentes poſſint explere ea quæ incumbunt fienda? Panormit. poſt Innocen. in dict. c. cùm nobis. de election. tenet, ꝙ ſic: dum tamen adhuc remaneant duæ partes capituli: ſecus ſi duæ partes receſſiſſent: quia tunc videtur reuocaſſe terminum, niſi appropinquaret finis termini: ſi verò ſolùm remanſerit maior pars: tunc ad hoc poteſt explicare actum capituli de quo latiùs per Panor. in dict. c. cùm nobis.

ARGVMENTVM.

Citationis ſeu requiſitionis faciendæ modus.

SVMMARIVM

1 *Requiſitio ſeu monitio unica in requiſitionibus extraiudicialibus ſufficit.*

Quæſtio MCCCXXXVIII.

QVAERITVR de modo faciendi citationem ſeu requiſitionẽ. Et in effectu ſecundum Innocent. & Panormit. in dict. c. cùm nobis. de electio. nõ debet fieri citatio: quia ſpectat ad iudicem. & duæ partes capituli non habent iuriſdictionem minorem niſi aliter capitulum haberet iuriſdictionem ex cõſuetudine vel priuilegio. c. irrefragabili. de officio ordinarii. c. cùm contingat. de foro com-
1 petenti. Veruntamen † In iſtis requiſitionibus extraiudicialibus non requiruntur tres citationes vel vnica peremptoria. ſed ſufficit vnica requiſitio ſeu monitio: ſecundum Innoc. & Panormita. in dict. c. cum nobis. & pro hoc facit gloſſ. in c. ſi Epiſcopus. xviij. diſtinctio. & in clemen. j. de hæretic. & præſertim quando pars requirit cum partibus: ſecundum Panormita. ibi. Et iſto caſu abſentes citati ad electionem debent cõparere de manè propter miſſam ſancti ſpiritus, quæ ſolet dici de manè: ſecundum Innocen. & Panormit. in dict. c. cum nobis. ſecus ſi contineretur in alio actu, qui poſſet explicari poſt meridiem. c. conſuluit. de offic. delega.

ARGVMENTVM.

Electio facta non ſeruata forma an ipſo iure nulla ſit, & an opus ſit ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Electio nulla defectu materiæ priuationis ſententiam non requirit.*

2 *Subſtantialium omiſſio electionem nullam reddit.*

3 *In electione de ſubſtantiali forma tria requiruntur.*

4 *Electionis uerba largè ſumenda ſunt.*

Quæſtio MCCCXXXIX.

QVAERITVR quando non ſeruatur forma electionis iuxta dictum ca. quia propter. de electio. an electio ſit ipſo iure nulla, an verò requiratur ſententia. Et in effectu gloſ. in dict. c. quia propter. ſuper verbo, maior. videtur obſcurè loqui: quia interdum loquitur quòd ſit irrita electio. Veruntamen ſecũdum Innocen. & Compoſtellanum eſt ipſo iure nulla: licèt Hoſtienſis, videatur tenere contrarium: tamen Panormit. ibi. tenet opinionem Innocen. quòd ſit nulla. allegat c. ſicut. & c. ſi cui. de electio. lib. vj. & c. eccleſia veſtra. de electio. le ij. & licèt glo. in c. cumana. de electio. videatur facere differentiam quando electio peccat in forma: tunc requiratur ſententia priuationis quò ad eligentes:
1 ſecus † quando electio eſt nulla propter defectum perſonæ. c. cùm in cunctis. & c. innotuit. de electio. tamen reſpectu effectus electionis inquantùm concernit electum, eſt ipſo iure nulla: ſecũdum Panor.
2 in dict. cap. Cumana. † Et ad inducendum nullitatem electionis oportet quòd omittãtur ea quę ſunt de ſubſtantia, quæ ſunt plura ſubſtantialia: ſecundum Panormita. in dict. c. quia propter. ſecus ſi ſint de iuſtitia quia debet retractari, & requiritur ſententia de quo ibi pleniùs per Panor. facit c. quanquàm. de electio. lib. vj. & ſecundum Panorm. in c.
3 in geneſi. de electio. † de ſpeciali forma tria requiruntur, videlicet, ꝙ electio fuerat facta à maiori & ſaniori parte: ſecundum ꝙ præcedat plena collatio tertio poſt publicationem ſcrutinij ſequitur cõmunis electio: puta ꝙ vnus nomine capituli eligat per verba ſingularis numeri. c. ſicut. de electio. libr. vj. c. fin. de re iudic. eod. libr. licèt in aliis electionibus ſufficiunt ſingulares cõſenſus præſtiti in capitulo:
4 ſecundum glo. in dict. c. ſicut. & pariter † verba electionis debent largè aſſumi: & ideò ſi in ſcrutinio dicatur eligo non vitiatur: ſecundum Ioan. Andrę.

& Panormitan.in dict.c.in geneſi.licèt in ſcrutinio propriè debet dici nomino, vel eligo: ſecundum Panormita.in dict.c.quia propter. Adde glo.in c.cùm expediat.de electio.libr.vj.quòd multi viri docti praticam ignorantes deficiunt in forma electionis ſcrutinij. Adde quòd ideò requiritur cõmunis electio: quia voces dicerentur ſingulares, & tot dicerentur electiones quot eligentes.c.in geneſi.de election.c.ſicut.de electio.libr.vj.c.fin.de re iudi.libr. vj. Vide in pragmatic.ſanctio.in titu.de electio. c. j.vbi tria adduntur in electione pontificis Abbatis: videlicet miſſa ſancti ſpiritus: ſuſceptio euchariſtię: proteſtatio iuramenti, aliàs electio eſt ipſo iure nulla, vel quando eligunt perſonam indignam.& ibi glo.ſuper verbo ipſo iure. & §. deindè. & §. facta. ſuper verbo, inſeruanda.

ARGVMENTVM.

Electio ſi fiat forma non ſeruata aut aliquibus contemptis, aut ſi ſcienter indignus eligatur ad quem fiet deuolutio.

SVMMARIVM.

1 *Electio ſi fiat ſcienter de indigno. ius eligendi ad eos qui non peccauerunt deuoluitur.*
Quid ſi electio facta ſit contra ſubſtantialem formam?
2 *Quid ſi fiat nonnullis contemptis?*
3 *Contemptus proſecutio an in alijs actibus quàm electionis locum habeat.*
4 *Vota in electionibus & poſtulationibus paria eſſe debent.*
5 *Electio ſi nulla eſt propter ſimoniam in eccleſia cathedrali ad Papam deuoluitur,*

Quæſtio MCCCXL.

QVAERITVR quando maior pars capituli ſcienter elegit indignũ: vel electio eſt facta non ſeruata forma, aut aliquibus contemptis ad quẽ fiat deuolutio? Et in effectu † quando ſcienter eligitur indignus deuoluitur poteſtas ad minorem partem quæ non delinquit: & electio eſt ipſo iure nulla.c.cùm in cunctis.§. clerici. c.innotuit. c. bonæ.le premier.de elect.c. gratum. de poſtulatio. & c.congregato.de electio. Si verò electio eſt facta contra formam ſubſtantialem.cap.quia propter.de electio.tunc electio eſt ipſo iure nulla: ſed electores non ſunt priuati ipſo iure poteſtate eligẽdi: ſed requiritur ſentẽtia, & poteſtas eligendi aplicatur minori parti, quæ non deliquit.debet tamen expectari ſententia priuationis: ſecundum Panormita.in c. bonæ.le ij. de electio. † Tertio caſu quãdo electio eſt facta aliquibus contemptis: tunc electio non eſt nulla: quia cõtempti poſſent ratificare electionem, & hoc verum quando fuerunt duæ partes capituli, quæ elegerunt: aliàs electio eſſet nulla. ſi autẽ contemptus velit proſequi contemptum, tunc retractabitur electio: quia plus nocet cõtemptus vnius quã contradictio plurium: vt ibi habetur. c. bonæ.le ij. c.venerabilem.de elect. Et iſto caſu caſſata electione non deuoluitur poteſtas eligendi ad cõtemptos, nec habet locum pœna priuationis, ſed debent omnes ſimul conuenire & eligere: niſi Papa ex plenitudine poteſtatis vellet hanc pœnam priuationis infligere: ſecundum Panormitan. in dict. cap. bonæ. le ij. † an autẽ in alijs actibus citra electionem habeat locum proſecutio contemptus? Et dicendum eſt quòd ſic, in caſibus in quibus abſentes ſunt vocandi.de quibus per gloſſ.in c.præſentium.de teſti. libro vj.ſecundum Panormitan.in dict. c. bonæ.ij. & idem in alijs arduis negotijs in quibus etiã abſentes ſunt vocandi quando commodè vocari poſſunt: iuxta notata per Panormitanum in cap.j.de hijs quæ fiunt à maio.parte capituli.an autem duobus primis caſibus quando maior pars eligit ſcienter indignum, vel contra formam, vbi poteſtas eligendi deuoluitur ad minorem partem & veniunt priuati, cum non priuatis, ad eligendum: nunquid poſsint violenter excludi per nõ priuatos? Et dicendum eſt quod ſic: & ſi non poſsint excludi, ſufficit proteſtatio: ſecundum Innocentium in capit. cùm Vincen.de electio.licèt Panormitanus videatur aliter diſtinguere.in dict.cap.cùm Vincentius.de materia iuris deuoluti: vide gloſſ. in cap. quanquàm. de election.libro ſexto.& regulariter fit deuolutio de minori ad maius, & non econtrà. cap. ij. de ſupplend.negligen.prælatorum.fallit, de Epiſcopo ad capitulum.dict.cap.cùm in cunctis.in fin.cap.ij.de conceſsio.præbend. vide in clementi. prima.de negligen.prælatorum. & in clementi. ſi de beneficio. de præbend.vide gloſſ.in pragmatica ſanction. de electio. cap.j. §. & cùm humanæ. ſuper verbo, ipſo iure.& §.deindè.& §.facta. ſuper verb. informãda. Adde capit. congregato. de electio. quando maior pars eligit indignum ſcienter aut ignoranter: ſecundum vnã opinionem, & minor pars eligit dignum: tunc electio minoris partis tenet: niſi eſſet facta à duplo maiori.cap.ſi ſequenti.de electio.libro vj. & hoc quando maior pars poſt eligit indignum.& minor poſt, & ex eodem ſcriptio ſequatur electio, & ſequitur perſeueratio.cap.perpetuæ.de electio. lib. vj.vide Panormitanum in dict.cap.congregato. & in cap.ſcriptum.de electio.& c dudum.le j.de elect.
4 Adde cap.ij.de election. libro ſexto. † quòd in electionibus & poſtulationibus vota debent eſſe pura non cõditionalia alternatiua, vel incerta: aliàs pro illa vice defertur poteſtas ad alios canonicos, de quo ibi plenius habetur. Adde gloſſ.& Panorm. in cap.eccleſia veſtra.le ij.de electio.quando ſunt duę electiones, & neutra eſt facta à maiori parte capituli, quòd neutra debet confirmari, ſed electores poſſunt iterũ eligere: niſi Papa vellet gratificari. Adde quãdo electio eſt nulla propter ſymoniam in eccleſia cathedrali: tunc fit deuolutio ad Papam etiam ſecundum pragmatic. ſanctionem: ſecundum glo. demiſerat ſuper pragmatic. ſanctione. in iij. parte. Adde c. perpetuæ. de electio.libro ſexto. quòd per nominationem de perſona indigni non incurritur pœna niſi perſiſterit & ſequitur communis electio: quia nominatio non tribuit ius & per electionem receditur à nominatione.c.quod ſicut.de elect.

ARGVMENTVM.

Ius vniuerſitatis aut capituli in vno reſidere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Collegij ad eſſentiam tres perſonæ requiruntur.*
2 *Eligere unus ſolus non poteſt.*
3 *Abſentes regulariter uocandi non ſunt. fallit ut hic.*

Quæſtio MCCCXLI.

QVAERITVR an ius capituli ſeu vniuerſitatis retineatur in vno ſolo alijs priuatis, aut mor-

aut mortuis, aut in longinquis partibus exiſtenti-
1 bus? Dubium facit: † quia ad eſſe collegij requirũtur tres. l. Neratius. ff. de verborum ſignificatio. notatur in cap. j. de electio. & pariter in grege, non retinetur in vno. l. ſi grege. ff. de lega. j. ſed in contrarium videtur veritas. l. ſicut. ff. quod cuiuſ. vniuerſi. cap. gratum. de poſtulat. prælatorum. tamen quan-
2 do remanet † vnus ſolus non poterit ſe eligere: ſe-
3 cundum gloſſ. in dict. cap. gratum. & † quia regulariter in actu capituli non debent vocari abſentes, niſi in tribus caſibus, de quibus per glo. in cap. præſentium. de electio. libro vj. aut arduis negotijs. iuxta notata per Panormitanum in cap. cùm omnes. de conſtitut. dum tamen adſint duæ partes vocandorum capituli. l. nulli. l. planè. ff. quod cuiuſq; vniuer. ſecundum gloſſ. in l. quod maior. ff. ad municipa. gloſſ. Panormitan. in cap. j. de hijs quæ fiunt à maiori parte capitu. an autẽ mortuis omnibus de collegio expiret collegium vide Panorm. in dict. c. grata. Innocen. in cap. j. de oper. nou. nuntiat. Bartolus in l. ſodales. ff. de colleg. illicit.

ARGVMENTVM.

Contemptus intra quod tempus contemptum proſequi teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Contemptus ſi actui confirmationis intereſt, & non reclamat confirmationi conſentire uidetur.*

Quæſtio MCCCXLII.

QVAERITVR an contempti in electione infrà quantum tempus poſſint proſequi contemptum? Et in effectu ante confirmationem debẽt proſequi infrà tempus quod datur ad eligendum, vel ad conferendum. cap. ij. de conceſsio. præbend.
1 Si verò † confirmatio ſit facta & aliquis contemptus ſit præſens in loco vbi proponitur edictum ſuper confirmatione: iuxta cap. fina. de electton. libro ſexto. & non ſe opponit: tunc poſt confirmationem non auditur: quia videtur conſentire: ſecũdum Hoſtienſem, Ioannem Andræam, & Panormitanum in cap. ij. de hijs quæ fiunt à prælat. & Panor. in c. quod ſicut. de elect. aliâs autem ratione cõtemptus etiam poſt confirmationẽ & conſecrationẽ poteſt caſſari electio: quia plus nocet cõtemptus vnius quàm conſecratio multorum. dict. cap. quod ſicut. cap. bonæ. le ij. cap. venerabilem. de electio.

ARGVMENTVM.

De electione mendicantium extra ſuum ordinem.

SVMMARIVM.

1 *Religioſo mendicanti nullum ius quæritur ſiue ex electione, ſiue ex promißione aut poſtulatione.*

2 *Prælati religioſorum licentiam concedere etiam religioſis irrequiſitis poſſunt.*

Quæſtio MCCCXLIII.

QVAERITVR ſuper electione aliquorũ mendicantium extra ordinem ſuum ad ali-
1 quam prælaturam. Et in effectu † non acquiritur aliquod ius, ſeu ex prouiſione, electione, aut poſtulatione: niſi in concordia facta: nec electus conſentire poteſt etiam obtenta licentia à ſuperiore. cap. quorundam. de electio. libr. vj. & debet intelligi de diſcordia ſiue in iure, ſiue in facto. clementin. quod
2 circa. de electio. & eſt ſciendum quòd † prælati religioſorum poſſunt dare licentiam etiam irrequiſitis eorum conuentibus. c. ſi religioſus. de electio. libro ſexto. licèt non valeret licentia conceſſa pro futura electione, ſi contigerit fieri. clementin. cum conceſſa. de electio. & debet intelligi de diſcordia quæ in facto & minoritate numeri non in fictione iuris, & effectu conſiſtit. clemen. quod circa. de elect. ſecundum Anto. in ſumma iij. parte. tit. xix. c. ij. §. vij.

ARGVMENTVM.

Eligentes ſi electio nõ tenet, aut ſunt duæ electiões pares an ſint officio, an verũ iterum eligere poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Electio ex uotis minoris partis ſequi non poteſt.*

2 *Electiones ſi ex interuallo fiant prima tenet.*

3 *Scrutinio publicato in canonicis nulla alia electione opus eſt.*

4 *In electionibus æqualibus eodem contextu factis gratificationi locus eſt.*

5 *Electiones duæ ſi uno contextu factæ fuerint quarum prima indigno facta fuit, ſecundæ electioni licèt minori numero locum facit.*

Quæſtio MCCCXLIIII.

QVAERITVR quando electio non tenet vel quia ſunt duæ electiones, æquè pares an electores ſint functi officio eligẽdi: an verò poſſint iterum eligere? Et in effectu ſunt certi caſus in quibus poſſunt iterum eligere, & habent tempus: puta ſi electus nõ conſenſerit, vel poſt conſenſum renũtiauerit, vel mortuus fuerit. c. ſi electio. de electio. lib. vj. Si veræ duæ electiones fiant ſimul & incontinenti: quia vota in ſcrutinio ſunt diuiſa, tunc illa electio valet quæ maioribus meritis numero adiuuatur. c. licèt. in fin. cap. dudum. le j. de elect. Si verò publicato ſcrutinio vota ſint æqualia, tunc electores poterunt variare: quia non poteſt ſequi electio ex quo non eſt maior pars: ſecundum glo. in c. eccleſia veſtra. le ij. de electio. & Panor. in c. publicato. de elect. nec irrogatur infamia alicui nominato, cũ nemo habuerit maiorem partẽ capituli, & ex hoc ſequitur ꝙ publicato ſcrutinio poteſt minor
1 pars accedere ad maiorẽ: † quia ex votis minoris partis non poteſt ſequi electio: ſecundum Panor. in
2 d. c. publicato. † Si verò electiones fiant ex interuallo, tunc prima tenet, etiã ſi eſſet annullanda, debet caſſari ſecunda. c. conſideremus. c. auditis. cum ibi nota. de elect. & per fratrem Anto. in ſumma iij. parte. titu. xix. c. ij. §. vij. & per Panor. in d. c. auditis. & ibi, in fin. quando dicũtur electiones factæ incõtinenti & eodem cõtextu, & qualiter electores poſſint variare publicato ſcrutinio, vide ibi Panormit.
3 ꝙ in canonicis † publicato ſcrutinio nõ poſſunt variare: quia nõ requiritur alia electio, ex quo nõ requiritur forma. c. quia propter. de elect. ſecundum
4 glo. in c. ſicut. de electio. † Veruntamen quando reperiuntur duę electiones æquales eodem cõtextu factæ ſuperior poſſet gratificare: iuxta notata per gl. in d. c. eccleſia veſtra. le ij. de elect. quod eſt verũ. in Papa: ſecus in alio ſuperiore: inferiore: ſecundũ Pa-
5 nor. ibi, † & quãdo duæ electiones cocurrunt: tunc ſi maior electio ſit facta de perſona indigna, tertia electio minoris partis facta de perſona idonea, quãdo electio maioris partis eſt primo facta, vel eodem contextu. d. c. dudũ. le j. de elect. & ibi per gl. Panor. & an abſentes contempti poſſint ratificare vnã electionem & aliam impugnare, vide Panor. in c. eccleſia veſtra. le ij. de electio.

ARGVMENTVM.

Electio communis an ſufficiat vt vno omnium ore fiat.

SVMMARIVM

1 *Electio ut communis dicatur, per unum nomine totius, & per uerba ſingularis numeri, ut fiat oportet.*

2 *Electio quæ fit per uiam quaſi inſpirationis, quòd uno omnium ore, uel ſigillatim, modò communis ſequitur electio, fieri debeat. & nu. ſequen.*

Quæſtio MCCCXLV.

QVAERITVR quomodò debeat fieri cõmunis electio: & an ſufficiat, ꝙ vno ore omnium fiat? Et in effectu in eccleſijs cathedralibus & alijs eccleſijs collegiatis in quibus eccleſia dicitur viduata per vacationem paſtoris, vbi debet ſeruari forma. c. quia propter. de electíon. quando proceditur per viam ſcrutinij poſt publicationem ſcrutinij facta collatione, mox debet ſequi communis electio in illum, in quem omnis vel maior & ſanior pars conſenſerit per verba ſingularis numeri. c. in geneſi. de electio. c. ſicut. de electio. lib. vj. c. cùm ab vno. de re iudic. lib. vj. quia aliàs diceretur nominatio, & nõ acquireretur ius nominato. c. quod ſicut. de electio. & ſequeretur abſurdum, quòd tot eſſent electiones, quot ſunt electores. & de modo faciendi communem electionẽ oportet ꝙ aliquis de mandato capituli vel antiquior vel alius eligat nomine capituli vel conſequitur: ſecundum glo. in dict. cap. ſicut. quia cenſetur alij ratificare. Et licèt Hoſtien. tenuerit, quòd ſufficit vno ore omnium fiat. l. quoniam venerabilis. C. de Epiſcop. & cleri. vbi fit mentio quando vno ore. & ibi glo. ponit exemplum de Iudæis clamãtibus crucifige, crucifige. Nec obſtat dictum c. in geneſi. quia ſingulariter non communiter vno ore elegerunt. tamen iſtud nõ ſufficit in electione talium eccleſiarum: ſecundum glo. in dict. c.
1 ſicut. de electio. libr. vj. vt † electio euidentiùs dicatur vnita & communis oportet ꝙ fiat per verba ſingularis numeri per vnum nomine omnium. dict. c. cùm ab vno. & pariter in ſcrutinio debet fieri nominatio per verba ſingularis numeri: ſecundum fratrem Antonium in ſumma tertia parte. titul. xix. c. ij. §. iij. vide Hoſtien. in ſumma de electio. §. quali-
2 ter. verſicu. iij. forma. † quando electio fit per viam quaſi inſpirationis debet fieri vno ore omnium vel ſigillatim, dum tamen ſequatur communis electio & præmiſſa procedunt ꝙ debeat fieri cõmunis electio etiam quando fit per viam compromiſſi. dict. c. ſicut. & hoc in dignitatibus eccleſiarũ, vbi eccleſia remanet viduata. dict. c. quia propter. ſecus in canonicis: quia ſufficit ꝙ præſtetur conſenſus in ſingulari, dum tamen capitulantur: ſecundum gloſ. in dict. c. ſicut. quam ſequitur ibi Geminia. Et ex præmiſſis, ꝙ electio fratris Florimũdi Piconis de abbatia Saonis de qua fit mentio. quæſtio. 50. non tenet: quia non fuit facta communis electio, nec vno ore omnium. Et præmiſſa poſſunt adaptari ad quæſtionem trium ſtatuum, vt fertur Viennæ tentorum de tẽpore Regis Caroli VII. quãdo dominus Ludouicus Delphiñ. erant in partibus Flandriæ: quia fuit præſtitus conſenſus nutu eleuando manum ſeu digitum: quia fuiſſet difficile exquirere vota ſingulorum. faciunt notata per Bartol. in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iur. in ij. quæſtio. principali. verſicu. quartò. quæro. ſicuti in ſimili dicitur, quando vniuerſitas eſt populoſa: quia eſſet difficile deſcribere nomina ſingulorum in inſtrumento: iuxta notata per Barto. in l. j. ff. de albo. ſcri. Panormit. in c. j. de ſindica. Adde Speculator. in titu. de electio. §. nunc
3 nobis. vbi videtur tenere, † quòd quando fit electio per quaſi inſpirationem ſpiritus ſancti non refert an fiat vno ore omnium, vel ſingulariter etiam ſi non ſequatur communis electio: quia quæ Dei iudicio aguntur non ſunt ſub lege, licèt Ioan. Andræas ibi. in additio. referat Hoſtien. tenere cõtrarium in dict. c. quia propter. de electio. & in ſumma eodem titu. §. qualiter. verſicul. tertiò vbi tenet, ꝙ alterum duorum requiritur, vel ꝙ fiat vno ore omnium, vel quòd fiat ſigillatim in capitulo, dum tamen ſequatur communis electio. & ſic duo requiruntur: videlicèt communis & concors electio: licèt frater Antonius in ſumma tertia parte. titul. xix. c. ij. §. j. teneat, ꝙ ſufficit quòd eligant omnes inſimul vel vnus poſt alium.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo vt quis per electionẽ ius adminiſtrandi conſequatur, an & in quibus valeat.

SVMMARIVM.

1 *Electus ex electione quæ ex conſuetudine uim prouiſionis habet, ius adminiſtrandi conſequitur.*

2 *Conſuetudo ut quis abſque confirmatione plenum ius conſequatur, ualet in minoribus beneficijs.*

Quæſtio MCCCXLVI.

QVAERITVR an valeat conſuetudo vt ex ſola electione ante cõſecrationem tribuatur poteſtas adminiſtrandi? Et videretur dicendum quòd non: quia eſſet ad præiudicium authoritatis ſuperioris, & in iniuriã eccleſiæ. c. auaritiæ. de electíon. lib. vj. & hoc tenent Innocen. Hoſtien. & Panormitan. in c. tranſmiſſam. & in c. qualiter. & cap. nihil. de electio. & hoc verum in beneficijs eccleſiaſticis: ſecus in officio ſeculari: ſecundum Bald. in authentic. habita. C. ne fi. pro patre. prout in rectore ſcholarium electo, qui in continenti habet adminiſtrationem. facit c. venerabilem. de electíon. aliàs ceſſante conſuetudine requireretur confirmato ſuperioris. etiam in officio ſeculari: ſecundum gloſ. in l. priuatorum. C. de iuriſdiction. omnium iudic. Et pręmiſſa procedunt † niſi ex cõſuetudine haberẽt vicem prouiſionis abſque conſecratione: ſecũdum Panormitan. in dict. c. nihil. & in c. cùm eccleſia. de electio. quia tunc diceretur creatio ſeu collatio, & iſtud ſeruatur de conſuetudine, licèt in eccleſia beatæ Mariæ Grationop. quando eliguntur canonici: quia ex ſola electione quæritur ius abſque confirmatione facit c. cùm in eccleſijs. de electíon. lib. vj. licèt fiat inſtallatio in choro, & datur habitus per Epiſcopum ſeu eius vicarium & antiquiorem canonicum. c. vt noſtrum. de offic. archidiaco. & licèt ante confirmationem prohibeatur adminiſtrare: tamen poterit inſtallari in choro & in curis eccleſiæ: ſecundum Oldrad. conſilio cxlvj. Panormitan. in dict. c. qualiter. de electio. Adde Panormi. in c. cùm
2 in iure. de electio. † quòd in decanatu canonico, & minoribus

& minoribus beneficijs eccleſiæ valet conſuetudo, vt electus conſequatur plenum ius abſque cõfirmatione ſuperioris.& per gloſſ.in pragma. ſanctio.in titul.de pacific.poſſeſſ.cap.j.in princip.ſuper verb. celeratum.vide Panormita.in cap.cùm eccleſia.de electio.vide cap.cùm venerabilis. de conſuetud.& non valet conſuetudo adminiſtrandi econtra confirmatinem in abbatia: niſi per priuilegium Papæ ſecundum Innocen.Ioan.Andr.Anton.de Butr.& Panormita.ibi.

ARGVMENTVM.

Beneficia priora an per promotionem ad Cardinalatum vacent.

SVMMARIVM.

1 *Cardinali Epiſcopo per conſecrationis plurima beneficia uacant.*
2 *Cardinali presbytero uel diacono beneficia non niſi curata ſint & reſidentiam requirant uacare dicuntur.*
3 *Curia Romana alibi mutari poteſt.*
4 *C.de multa.de præbend.in Cardinalibus locum non habet.*

Quæſtio MCCCXLVII.

QVAERITVR an per promotionem ad Cardinalatũ vacẽt priora beneficia:&an Cardinales licitè poſsint effici canonici eccleſiarũ cathedralium ſeu obtinere beneficia inferiora: & in
1 effectu de Epiſcopo † Cardinali vacant plura beneficia per munus conſecratiõis:ſicut in alijs Epiſcopis dicitur cap.cùm in cunctis.§.cùm vno.de electi.
2 ſi verò ſit † presbyter,Cardinalis vel diaconus:tũc retinent priora beneficia,dum tamen non ſint curata,nec requirant reſidentiam:aliàs ſecus: iuxta.nota.per Parnormita.in cap.eccleſia veſtra.le ſecond. de electio.niſi aliter diſpenſatiuè obtineret.cap. de multa.in fi.de præbend.& inextrauaganti,execrabilis.vbi excipiuntur Cardinales Romanæ curiæ & ibi Gulielmus qui quærit quando curia Romana alibi reſidet,an Cardinales habeant iſtud priuilegium pluralitatis beneficiorum:& an curia Romana poſsit alibi mutari. Et arguit ad ambas par-
3 tes:& tandẽ tenet † quòd poteſt alibi mutari: quia perſona non locus facit ſedem ſeu cathedram.&ita etiam tenet Albinus in proœm.C.Panormitn.in c. ego.de iure iurand.licèt allegetur in contrarium.c. per venerabilem.qui filij ſint legitim.§. Sed
4 Gecellinus reſpondet prout ſupra. Adde † quòd hodie cap.de multa.de prębend.non habet locum in Cardinalibus:ſecundum Panormita.in cap.bone.le j.de poſtu.præla.& ideò Epiſcopus promotus in Cardinalem retinet epiſcopatum. Vide dẽ materia per Barbati.in tracta.de pręſta.cardin. in prima parte.quęſtio.xij.& quæſtio.vij.

ARGVMENTVM.

Ordo collatus ante quintum & vicesimum annum tenet.

SVMMARIVM.

1 *Tempus quod requiratur in ordinibus ſubdiaconatus,diaconatus & presbyteratus.*
2 *Epiſcopus ſi ante tempus ordinet ordinis collatio propter caracterem tenet.*
3 *Ordo ſacer puero etiam in cunis conferri poteſt.*
4 *Epiſcopus ordinando ante tempus, an ſuſpẽtionis pœnam ipſo iure incurrat:an ordinatus?*
5 *Canonicus diſpenſatus ante decimumoctauũ annũ uocem in capitulo habeat.*
6 *Epiſcopus ſuper defectu ætatis diſpenſare poteſt.*
7 *Pueri qui ante diſcretionis annum ordinantur caracterem recipiunt.*
8 *Si quis ante ætatem legitimam ordinetur,quòd ordinans & ordinatus mortaliter peccant.*

Quæſtio MCCCLXVIII.

QVAERITVR an ordo presbyteralis poſſit cõferri ante vigeſimũquintũ annũ:& ſi fuerit collatus,an teneret, de qua quęſtione nunc hoc tempore paſchali fuit interrogatus per aliquos ex canonicis beatæ Mariæ Grationop.de hoc præſenti anno 1499. die vltima mẽſis Martij,quo die fuit
1 prima dies Paſchæ.& in effectu hodie † in ordine ſubdiaconatus quis debet attingere decimumoctauum annum & in ordine diaconatus debet attingere.viceſimum annum. & in ordine prebyterali debet attingere vigeſimumquintum annum.clemen. generalem.de ætate & qualitate. Et vbi Epiſcopus
2 ordinaret † ante tempus,tenet collatio ordinis propter caracterem qui eſt indelebilis: ſecundum glo. ibi.cap.vel non eſt. de tempor.ordinan.cap. ex ratione.de ætat.& qualita.per gloſſ.in cap.ſoluendo. liij.diſtinct.& in cap.j.de cleric.per ſal. promo. in c. pueri.j. quæſtion.j. Et iſto caſu ordinans remanet ſuſpenſus à collatione ordinum.Et pariter ordinatus remanet ſuſpenſus ab executione, donec ad debitum tempus.cap.vel non eſt.& capitul. dilectus. de tempo.ordi.nec poſſet Epiſcopus diſpenſare, vt ibi habetur,& in cap.ſubdiaconus.lxxvij. diſtinct. & ibi etiam per Archidiaco.& Præpoſitum qui te-
3 nent † quòd ordo ſacer poſſet conferri puero exi-
4 ſtente in cunis.† an autem Epiſcopus quando ordinat ante tempus aliquem,incurrat pœnam ſuſpenſionis,ipſo iure,vel ordinatus incurrat pœnam ſuſpenſionis ipſo iure quòd ad executionem:vide per Cardina. Floren. in dict.clemen.generalem. & per
5 Panormita.in dict.cap.vel non eſt. † Nunquid autem diſpenſatus in ordine ante xviij. annum, quando eſt canonicus habeat vocẽ in capitulo: vide per Cardinal. Floren.in dict. clemen. generalem. & in clemen.vt hij.de ætate & qualit.vide etiam per Io. de Imol.in dict.clemen.genealem.in qua ætate debeant conferri minores ordines.Et redeũdo ad propoſitũ quando infans ordinaretur ad qualencunq; ordinem in cunis etiam epiſcopalẽ reciperet caracterem,licèt eſſet malefactum:ſecundum Archidia. & Præpoſi.in dict.cap.ſubdiaconus: quia ad ſuſceptionem ordinũ ſacrorum,licèt requiratur vſus rationis de honeſtate & de neceſsitate præcepti:quia eſt annexum votum continentiæ:tamẽ de neceſsitate ſacramenti nõ requiritur vſus rationis: iuxt.not. per ſanctum Thomam in iiij.diſtin.xxv.ſed in ſubſcriptione minorum ordinum non requiritur vſus rationis de neceſsitate præcepti,nec ſacramenti, licèt de honeſtatte, & idem in ſacramento baptiſmi propter fidem perceptam, & in ſacramẽtis in quibus non requiritur actus ſuſcipientis.de quo latiùs per Præpoſi.in dict.cap.ſubdiacon. Adde quòd Epiſcopus interdũ diſpenſat ſuper defectu ætatis cum

promouendo ad ordinem vel beneficium ex cauſa
neceſsitatis,& vtilitatis eccleſiæ:ſecundum Panor.
in cap.cùm dilecti.de electi.cap.preterea.de ætat.&
qualita.& intelligere ex cauſa quando eccleſia pa-
titur defectum in numero clericorum, vel propter
ſcientiam,induſtriam,vitam,honeſtatem perſonæ,
argumen.cap.cupientes.§. vel ſi perſonas.de electi.
7 lib.vj. Adde glo.in cap.pueri.j.quæſtio.j. † quòd
pueri qui dicuntur infra annum diſcretionis xiiij.
annorum ſi ordinentur in ſacris ordinibus recipiũt
caracterem.&quãdo puer eſt doli capax tenetur ad
continentiam:aliâs ſecus,ſed Archidi.ibi poſt Hu-
go.tenet quòd adueniente pubertate ſi velit contra
dicere non tenetur ſeruare votum cõtinentiæ: aliâs
ſecus,ſi velit gaudere priuilegio clericali.gloſſ. ve-
rò in ca.j.de cle.per ſal.pro.refert opiniones,an poſ
ſit contrahere matrimonium adueniente puberta-
te,de quo ibi per Panormi.& per ſanctum Thom.
in iiij.diſtinct.xxv. Adde fratrem Anto.in ſumma
iij.parte,titu.xiiij.c.xvj.§. xv.quòd quando aliquis
promotus ad ordinem ſacrum ante ætatem legiti-
mam ordinans & ordinatus peccãt mortaliter,niſi
ſit perſona ſimplex,quæ excuſaretur propter igno-
rantiam.verũtamen licèt ordinatus teneatur abſti-
nere: tamen ſi interim deliberat non incurrit irre-
gularitatem cùm non ſit ſuſpenſus ipſo iure.

ARGVMENTVM.

AEtas quę requiratur in promouendo in Epiſcopatum vel abbaſsiam.

SVMMARIVM.

1 *Promouendus in Epiſcopum ut legitimo matrimonio natus ſit requiritur.*
Item in de literis bene inſtructus ſit.
2 *Promouendus in abbatem ut quinque & uiginti annis natus ſit requiritur.*
3 *In Abbatiſſa triginta anni requiruntur: item ut uirgo ſit.*
4 *Infans an in cunabulis Epiſcopus uel miles creari poſſit.*
5 *Eligendus in Epiſcopum ut ad minus ſubdiaconus ſit oportet.*
6 *Eligendus in Abbatē ut in minoribus ordinibus ſit ſufficit.*

Quæſtio MCCCXLIX.

QVAERITVR de ætate promouendi ad
Epiſcopatum,vel Abbaſsiam:&in effectu in
Epiſcopo requiritur ætas xxx.annorum completa.
cap.cùm in cunctis.de electio.ad inſtar Chriſti, qui
fuit baptiſatus in trigeſimo anno,& incœpit prædi
care.cap.presbyter.lxxviij.diſtinctio.licèt ibi gloſſ.
referat Ioan. Chriſoſto.tenere ꝙ Chriſtus incepe-
1 rat annum xxx.per triginta dies. † Et pariter requi
ritur quòd ſit natus de legitimo matrimonio.& pa
riter requiritur literarũ ſcientia. & ſufficit medio
cris ſciẽtia iuris diuini & iuris canonici.de quo per
2 Panormitan. in dict.capitul. cùm in cunctis. † in
Abbate verò requiritur ætas xxv.annor.ſecundum
Panormita. ibi dict. capitul. cùm in cunctis. §.infe
3 riora:ſecus in abbatiſſa † vbi requiritur ætas trigin
ta annorum,& quòd ſit virgo:quia vidua non poſ-
ſet eſſe abbatiſſa,capitu.de indemnitatibus.de ele
ction.libr.vj.& facit gloſſ. in capitul. aſcendentes.
de ſtatu religioſorum,vt eſt differentia inter abba-
tem & abbatiſſam: quia antiquitus requirebatur
ætas ſexaginta annorum:& tempus in ipſis debet
ſupplere defectũ ſexus vel diſcretionis.licèt aliâs re
regulariter ſufficiat minor ætas in muliere quã in
maſculo,vt ĩ ingreſſu religiõis vel monaſterij:quia
creſcit citiùs,& perficitur,& citiùs cõſumitur.iuxt.
notata per gloſſam in l. final.C.de his qui veniam
ætat. impetra. Veruntamen Ioannes Andræ. refert
in dict.capitu. cùm in cunctis. quòd vidit diſpenſa
ri in promoto in Epiſcopum in decimooctauo an-
no:ſed hoc non debet fieri ſine magna cauſa. Et
pro hoc facit quod voluerunt Archidiaconus &
Præpoſitus, in dicto capitul. ſubdimus. ſeptuage-
ſimaſeptima diſtinct.quòd etiam ſi infans ordinare
tur in cunis ad ordinem ſacrum, etiã Epiſcopalem
reciperet caracterem, licèt non debeat fieri. Et pro
hac facit quod voluit Bald. in l.final. C.ſententi.re
ſcind. non poſſe. & in capitul.j.per quos.fiat inue-
4 ſtitura.de † infante adducto coram Papa promoto
ad epiſcopatum ex certa ſcientia: facit etiam quod
habetur in l.final.C.de teſtamen.milita. vbi etiam
in cunabulis poteſt quis creari miles: ſecũdum Bal
dum ibi, & interim datur adminiſtratio, capitul.
is cui.de election.libr. vj. prout videmus hodiernis
temporibus de infante domini Ducis Sabaudiæ
promoto ad Epiſcopatum Gebenenſem, quando
habet adminiſtratorem, & licèt in Epiſcopo requi
ratur ætas triginta annorum: tamen in inquiſitio-
ne requiritur ætas quadraginta annorum: clemen.
volentes. de hęretic.& de ratione differentię: vide
ibi per gloſſam & Panormitanum in dict capitul.
5 cùm in cunctis. Adde † quando quis eligitur in Epi
ſcopum debet eſſe ad minus ſubdiaconus. capitul.
præterea.capitul.à multis. de ætate & qualitate no.
in capitu.cùm in cunctis. §.inferiora.de electio. &
ſolus Papa diſpenſat quò ad Epiſcopatus in tali-
bus:ſecundum gloſſam in capitu. cupientes:§.deni
que. de election.libr.vj. & debent poſtulari à Pa-
pa quando eccleſia eſt exempta, aliàs poſſet laicus
poſtulari à ſuo Epiſcopo poſtulatione non ſolem-
ni. cap. Oſius.cum ibi notat. per gloſſ. & Præpoſi.
6 lxj.diſtinction. † In abbate verò quando eligitur
ſufficit, quòd ſit in minoribus. de quo in capitul.
tuam.de ætate & qualitat.in d.eccleſia parœciali
vide in capitul.licèt.& capitul.ſtatutum.de electio.
libr.vj.& in capitul.j.de ætate & qualitate.eod.lib.
quia ſufficit quòd ſit in minoribus. capitul. ſi pro
cunctis.de præbend. libr.vj.capitul.ſecundo.de in-
ſtitu vide per gloſſ.& Panormi.in capitul. dudum.
le j.de election. & licèt Epiſcopus diſpenſet ſuper
minoribus dict.capitul. præterea. tamen interdum
ex cauſa diſpenſat ſuper defectu ætatis & ordinis:
ſecundum Panormita.in capitul.cùm dilecti.de ele
ction.Gemini.in capitul. licèt.de electio.libr.vj.vi-
de Præpoſitum. in capitul. de hijs. decimaoctaua
diſtinction.Panormita.tenet.in dict. capitul. præ-
tereà.de ætate & qualita.

ARGVMENTVM.

Confirmatio ſi petatur an hij quorum intereſt citandi veniant.

SVMMARIVM

1 *Termini præfixio uim citationis habet.*

Edictum

2 *Edictum ſi nimis arctetur fraudis ſuſpitionem inducit.*
3 *Superior quis dicatur.*

Quæſtio MCCCL.

QVAERITVR quãdo petitur cõfirmatio electionis in curia, debeãt citari illi quorum intereſt tàm nominatim quàm per edictum in eccleſia: iuxt. cap. fina. de electio. libr. vj. Et dicendũ eſt quòd non: quando immediata ſubiectio vel appellatio deuoluit confirmationem ad curiam: iuxta
2 cap. cupientes. de electio. libro ſexto. † quia præfixio termini ibi appoſiti habet vim citationis: ſecundum Ioannem Andræam, & Panormitan. in cap. nihil. de election. aliâs deberet ſeruari forma dicti cap. finalis. niſi Papa procederet per viam prouiſionis apoſtolicæ: ſecundum glo. in dict. cap. fin. Et talis citatio debet fieri per edictũ ſeu cedulam in eccleſia de cuius prælatura agitur, termino competenti perſtitutio, vt ibi habetur: † aliâs vbi edictum nimium arctaretur præſumeretur in fraudem, nec teneret: vt ibi habetur. & quis ſuperior habeat confir-
3 mare. † Et dicendum eſt, quòd proximus ſuperior vti Epiſcopus Abbatem & alios, in eius diœceſi. c. cùm ad monaſterium. de electio. niſi eſſent exempti quia tunc ſpectaret ad Papam vel legatum de latere, de quo per fratrem Antonium in ſumma tertia parte. titu. xix. c. iiij.

ARGVMENTVM.

Electio quo loco fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 **Electio Epiſcoporum in eccleſia facienda eſt.**
2 **Electio antequàm cadauer humo detur, & obſequia facta ſint, facienda non eſt.**

Quæſtio MCCCLI.

QVAERITVR in quo loco debeat fieri electio? Et in effectu debet fieri in capitulo, vel alio loco honeſto: iuxta conſuetudinem eccle-
1 ſiæ. capit. in cauſis. de election. † licèt electio Epiſcoporum debeat fieri in eccleſia. cap. quod ſicut. de electio. licèt ſi fiat alibi, non propter hoc vitiatur. de quo etiam per glo. in pragmatica ſanctione. in titul. de electio. cap. primo. & per fratem Antonium in ſumma tertia parte. titu. xix. capitu. ij. §. ij.
2 Adde † quòd electio non debet fieri ante ſepulturam & obſequias. cap. bonæ. le ij. de election. licèt ſi contrarium fiat teneret electio: vt ibi notatur.

ARGVMENTVM.

De publicatione electionis.

SVMMARIVM

1 **Publicatio ut in capitulo fiat, eſt de electionis ſubſtantia.**
2 **Electio coram populo publicanda.**
3 **Electionis decretum ſuperiori mittendum.**

Quæſtio MCCCLII.

QVAERITVR ſuper publicatione ele-
1 ctionis. Et in effectu † de ſubſtantia electionis debet publicari in capitulo. cap. quia propter.
2 c. publicato. de elect. † licèt etiã requiratur de honeſtate, quòd poſt publicetur coram populo: ſecundum Baldum in dict. capit. quia propter. Et pariter
3 requiritur † decretum electionis, ſeu litera quæ mittitur ſuperiori, quando eſt abſens: vbi continetur modus electionis, nomina eligentiũ & electi: vt ſuperior habeat confirmare. capitũ. Oſius Epiſcopus. §. ſed aliud. lxj. diſtinctio. Sed quando ſuperior eſt præſens, non eſt neceſſe tale decretum ſcripturę: ſecundum Fratrem Antonium in ſumma iij. parte. titu. xix. cap. ij. §. x. de quo in cap. bonæ. le ij. §. nocebat. de electio.

ARGVMENTVM.

Ius per electionem quale acquiratur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium electione initiatur.*

Quæſtio MCCCLIII.

QVAERITVR an per electionem acquiratur ius? Et dicendum eſt, quòd ſic, in habitu: ſecundum glo. in cap. quanto. lxiij. diſtinctione.
1 quia † per electionem initiatur matrimonium. cap. licèt. de tranſlatio. prælato. de quo per gloſſ. & Panormitan. in cap. publicato. de election. An autem quando electio eſt nulla, ſimiliter confirmatio ſit nulla: & quale ius quæratur, aliâs ſcripſi in hoc volumine in electione decanatus eccleſiæ Viennenſis.

ARGVMENTVM.

De monialium electione.

SVMMARIVM.

1 *Monialis niſi duodecim annis nata ſit. & profeſſa, ad electionem admittenda non eſt.*
2 *Monialis quæ natalium defectum patitur in abbatiſſam eligenda non eſt.*
3 *Abbatiſſa ut uirgo ſit, requiritur.*

Quæſtio MCCCLIIII.

QVAERITVR ſuper electione monialium, de qua habetur in capitu. indemnitati
1 bus. de electio. libro ſexto. † quia nõ debet admitti ad electionem aliqua, niſi peregerit duodecimum annũ. & fuerit expreſsè vel tacite profeſſa. & ſi fuerit electa in Abbatiſſam aut prioriſſam quòd exceſſerit trigeſimum annum. & fuerit expreſsè pro-
2 feſſa, vt ibi habetur. † nec pariter admittitur quando patitur defectum natalium, quãdo non eſt nata ex legitimo matrimonio: quia abbatiſſa aut prioriſſa ſonant in nomen dignitatis: vt ibi notatur c. j. de filijs presbyterorum. licèt aliâs poſsint ingredi religionem. & hoc tenet Panormitanus in cap. cùm
3 in cunctis. in princ. de election. & ibi tenet, † quòd requiritur, ꝙ ſit virgo: quia vidua non poſſet promoueri ad talem dignitatem. allegat gloſſ. in clem. attendentes. de ſtatu monachorum. & idem quando mater nõ fuit caſta: quia poteſt teneri de incontinentia: iuxta illum verſum, inſequitur leuiter filia matris iter: ſecundum Panormi. in dict. cap. cùm in cunctis. in fin. & de materia electionis monialium, & an debeat ſeruari forma. capitu. quia propter. de electio. aliâs ſcripſi in alio volumine cauſarum eccleſiaſticarum, in Abbatia ſancti Andreæ monialium Viennẽ. & per fratrem Antonium in ſumma iij. parte. titu. xix. cap. ij. §. viij.

ARGVMENTVM.

Beneficium eccleſiaſticum laico conferri an poſsit?

SVMMARIVM.

1 *Laicus canonicus eſſe non poteſt.*

2 *Beneficij adminiſtrationi ut quis præficiatur, ut clericus ſit & ſeptennio maior requiritur.*
3 *Aetas quæ in canonico cathedralis eccleſiæ requiratur?*
4 *Canonicus non, niſi in ſacris fuerit, uocẽ in capitulo habet.*
5 *Beneficij poſſeſſor lite pendente habitum & tonſuram deferre ſufficit.*
6 *Laicus in Epiſcopum eligi poteſt.*
Item in Papam.
7 *Laicus fieri poteſt monachus.*
8 *Clericus præſumitur quantùm ad illum actum qui in literis clericus nominatus eſt.*
9 *Sacerdotij ordine probato an minores ordines per quos ad ſacerdotium peruenitur, probati uideantur?*
10 *Papa in infantia non diſpenſat.*
11 *Beneficium impetrans ſe clericum eſſe exprimere tenetur.*

Quæſtio MCCCLV.

QVAERITVR an beneficium eccleſiaſti
cum poſsit conferri laico? Et dicẽdum eſt ꝙ
non. c. ij. de interitu, hinc eſt, quòd licèt laicus poſ-
ſit eſſe præbendatus in eccleſia, & habere præben-
1 dam: ſecus tamen eſt in canonia: † quia non poteſt
eſſe canonicus: ſecundum glo. in c. cùm M. de con-
2 ſtitu. † Et Ideò ad minùs requiritur quòd ſit cleri-
cus primæ tonſuræ, & quòd ſit maior ſeptennio. c.
nullus. de tempor. ordinar. libr. vj. Et licèt fiat men-
tio de clericis in cunabulis dedicatis. c. Chriſtianus.
& c. Silueſter. xj. quæſtio. j. Intelligitur ſecundum
modum vulgarem loquendi: licèt intelligatur de
maioribus, ſeptem annis: ſecundum gloſ. ibi, & Ge-
minia. in dict. c. nullns. & tales minores poſt ſepti-
mum annum admittuntur ad beneficia altarium,
ſeu capellarum: ſecundum Præpoſitum in c. de hijs.
Et hoc verum niſi tales capellæ requirerent ſacrum
ordinem. c. ei cui. de præben. libr. vj. ſecundum Prę-
poſit. ibi. & glo. in c. ſi eo tempore. de reſcript. libr.
vj. In qua autẽ ætate & in quo ordine debeant cle-
rici promoueri ad beneficia: vide per glo. in dict. c.
ſi eo tempore. & in c. cùm in cunctis. §. inferiora. &
c. cùm dilecti. de electio. & ibi Panor. & in c. ſuper
inordinata. de præbend. & in c. licèt. de electio. libr.
vj. & in c. vnico. de ætate & qualita. libr. vj. Et in c.
3 indecorum. de ætate & qualita. † Quid autem de
canonicis eccleſię cathedralis, an poſsit quis eſſe
canonicus ante decimumquartum annum? Et vi-
deretur dicendum quod ſic. c. ex eo. de electio. libro
vj. vbi probatur ꝙ tales canonici ante decimũquar
tum annum non habent vocem in capitulo. Sed in
contrarium tenet ibi Archidiaconus: quia requiri-
tur ad minus ꝙ habeant quatuordecim annos. Et
illum capitulum propter maturitatem conſilij. Et
iſtam partem tenuerunt Hoſtien. & Panormita. in
dict. c. ſuper inordinata. Nec obſtat d. c. ex eo. quia
loquitur diſpenſatiuè: ſecundum Doctor. & de hoc
hodie eſt regula cancellariæ. xvij. Veruntamen ex
conſuetudine eccleſię poſſet introduci, quòd maior
ſeptennio ſit canonicus, quando officia ſunt diſtin
4 cta. ſecundum Præpoſi. in dict. c. de hijs. † licèt non
habeat vocẽ in capitulo, donec fuerit in ſacris. cle-
mentin. ij, de ætate & qualitate. Adde c. cùm adeò.
de reſcript. & cap. ex literis. de tranſact. ꝙ nõ valet
collatio beneficij facta laico, cùm non ſit capax be
neficij, & ad minus requiritur, quòd ſit clericus pri
mæ tonſuræ: niſi fieret ſpecialis mentio, quòd eſſet
laicus, & Papa mãdaret prouideri de aliquo bene-
ficio: & tunc deberet prius ordinari, & deindè con-
ferri beneficium: ſecundum Panormitan. in dict. c.
ex literis. & iſta qualitas non præſumitur, niſi pro-
betur: iuxta notata in c. final. de præſumptio. & in
clementi. j. de offic. delegat. & idem eſt in beneficio
regulari, quando ſecularis impetrat, ꝙ debet fieri
mentio quòd ſit ſecularis. cap. cùm de beneficio. de
5 præbend. libr. vj. Adde † quòd quando agitur in pe
titorio vel poſſeſſorio ſuper beneficio ſufficit, quòd
poſſeſſor deferat habitum & tonſuram: argument.
c. ſi iudex. de ſenten. excommunic. lib. vj. ſecundum
domin. de Rota in antiquis. deciſio. cccxij. Et pari-
ter ſufficit probare de communi reputatione in or-
dinibus eccleſiaſticis pręſertim ratiõe diuturni
temporis: iuxta notata per Innocent. in c. innotuit.
de eo qui furti. ordi. ſucceſ. & in c. ibid. de præſum-
ptio. & ibi Felin. & in c. ſuper hijs. de accuſation. &
6 cap. licèt Heli. de ſymo. Adde etiam quòd † laicus
propter eius ſanctitatem poſſet eligi in Epiſcopum:
ſecundum gloſſ. in c. Oſius Epiſcopus. lxj. diſtinct.
idem in Papam: iuxta notata in c. licèt. de elect. fa-
ciunt notata per Bald. in l. final. C. ſenten. reſcind.
non po. & in l. fina. C. de teſtamen. milit. & l. huma
num. C. de legib. & in capitu. j. per quo. ſi. vbi de in-
7 fante adducto corã Papa, &c. Adde etiam † quòd
laicus poſſet effici monachus ſeu religioſus: ſecun-
dum Innocent. & Panormitan. in c. inſinuante. qui
cleri. vel vouen. faciunt notata per gloſſ. & Panor.
8 in c. ij. de inſtit. Adde † ꝙ quando in literis apoſto
licis quis nominatur clericus, præſumitur clericus,
quò ad illum actum: ſecus ad alios actus: ſecũdum
Antonium de Butrio in c. illud. de præſump. Felin.
in c. ſi. de præſumpt. de quo per Ioan. Andr. in mer-
cu. in cap. non licèt. de regu. iur. libr. vj. in mercu. &
per Felin. in cap. nonnulli. §. fina. de reſcript. Adde
9 quòd † probando de litera ſacerdotij, non proba-
tur de prioribus ordinibus: ſecundum Bart. Angel.
& Paulum de Caſtr. in l. illud. ff. de acquirend. hæ-
redita. niſi eſſet ordinatus ab Epiſcopo noto bene
famato: ſecundum Innocen. & Panorm. in cap. tua
nos. de cleric. peregr. per Bald. in l. ſi ſolennibus. C.
de fide inſtru. facit. c. ij. de cleric. peregri. Bald. in d.
l. illud. Adde Ioan. Andr. in c. non licèt. de regu. iur.
libr. vj. in mercur. Henric. Boic. in c. j. de cleri. pere-
grinan. ꝙ licèt Papa in bulla faciat mentionem de
clerico vel canonico, non propter hoc probatur cle
ricus. clemen. ſi ſummus. de ſenten. excommunica.
Adde c. nullus. de tempor. ordina. libr. vj. ꝙ Epiſco
pus non debet conferre tonſuram clericalem infan
10 ti. niſi intraret religionem. & ibi gloſ. quòd † Papa
diſpenſat in infantia: facit quod habetur per Bald.
in l. fina. C. de ſenten. ex peric. recip. & capitul. j. per
quos fiat inueſtitu. Adde Cardin. in c. fina. de præ-
ſumpt. quem refert & ſequitur ibi Felin. in princip.
11 quòd † in impetratione beneficij debet exprimi, ꝙ
ſit clericus. aliâs non teneret. dict. cap. ex literis. de
tranſactio. niſi apponeretur clauſula cupiens mili-
tiæ clericali aſcribi: & tunc bene valeret: ſecundum
ipſos. ſed oportet quòd priùs ordinetur: & deindè
petat ſibi conferri beneficium: ſecundum Panorm.
in c. ex literis. de tranſactio. de quo etiam per gloſſ.
in c. ij. de inſtitu. de clerico qui reputatur deſtina-

ctione, quòd poſsit promoueri ad beneficium: ſecũ-
dum Cæpolam. in capitu. cùm adeò de reſtitutione
de quo ibi per Panormita. & Feli. & Fred. de Senis
conſilio ducenteſimononageſimo.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus an ſuper defectu ordinis & ætatis benefi
cia diſpenſare poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus quantum ad perſonatus & dignitates in anno*
uiceſimo diſpenſare poteſt.
Quid in minoribus beneficijs.
2 *Epiſcopus cum minori proximo ſeptennio diſpenſat.*
3 *Epiſcopo diſpenſare regulariter permittitur: niſi ſpeciali-*
ter probibitum reperiatur.

Quæſtio MCCCLVI.

QVAERITVR an Epiſcopi poſsint di-
ſpenſare ſuper defectu ætatis, vel ordinum
à beneficio: & in effectu quò ad beneficia curata di
cendum eſt quòd non: ſecundum gloſſ. in capitul. li
cèt. de electiõn. libr. vj. vide gloſſ. & Panormita. in
capitul. dudum. le j. de electio. quò ad verò perſona
1 tus † vel dignitates in vigeſimo anno poteſt diſpẽſa
re. capitu. j. de ætate & qualitate. libr. vj. quo ad ve
rò alia inferiora beneficia videtur quòd poſsit di-
ſpenſare ex cauſa neceſsitatis, vel vtilitatis eccleſię
capitu. præterea. de ætate & qualitate, de quo ibi la
2 tè per Panormita. & ibi tenet quòd † poteſt diſpen
ſare cum minori proximo ſeptennio. Et ibi etiam
tractat in qualitate quis promoueatur ad benefi-
cium ſiue in Epiſcopo ſeu abbate ſiue alijs benefi-
cijs. & in capitul. ſuper inordinata. de præbend.
& in capitul. cùm dilecti. de election. & licèt in-
ferior citrà Papam non poſsit diſpenſare, con-
tra conſtitutionem concilij: ſecundum gloſſ. ibi
& in clemen. j. de election. tamen ex magna cauſa
poteſt diſpenſare: ſecundum Panormit. in dict. cap.
cùm dilecti. & idem tenet quando ex magna cauſa
poteſt Epiſcopus diſpenſare cum promouendo ad
ſacros ordines circa defectum ætatis de quo in cle-
men. generalem. de ætate & qualitate & de materia
diſpenſationis Epiſcoporum, vide in capitu. de his.
de tempo. ordi. & in cap. nuper. de ſenten. excõmu.
3 his; † regulariter pręmiſsis permittitur diſpenſare
Epiſcopis niſi ſpecialiter reperiatur prohibitum. de
quo etiam in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudic.
& per Specu. in titu. de diſpenſa.

ARGVMENTVM.

Confirmatio electionis an vim ſententiæ habeat:
& an confirmatione facta contra electi perſonam
& electionis formam opponens admittatur.

SVMMARIVM

1 *Cõfirmatio facta cum cauſæ cognitione & uocatis quibus*
intereſt, uim ſententiæ diffinitiuæ habet.
2 *Confirmatio facta non uocatis uocandis ipſo iure nulla.*
3 *Electus appellatione non obſtante in poſſeſsionem mitten-*
dus eſt.
4 *Confirmatio an teneat electione exiſtente nulla.*
5 *Sententia in beneficialibus nunquam tranſit in rem indica-*
tam ſuperioris reſpectu.
6 *Edictum citatorium minus breue fraudis ſuſpitionem non*
inducit.
7 *Electio canonica dici poteſt.*
8 *Confirmatio ipſo iure non tenet electione ex defectu perſo*
næ uel formæ exiſtente nulla

Quæſtio MCCCLVII.

QVAERITVR an cõfirmatio electionis
habeat vim ſententiæ diffinitiuæ vel interlo-
cutoriæ, & an poſt confirmationẽ quis admittatur
ad opponendum in perſonas electi, vel contra for-
1 mã electionis? Et in effectu hodie † vbi confirma-
tio proceſsit cum cauſæ cognitione vocatis qui-
bus intereſſet nominatim, vel generaliter: iuxt. c. fi.
de electi. lib. vj. tũc haberet vim diffinitiuę, aliâs ha
2 beret vim interlocutoriæ, † licèt hodie vbi nõ ema-
naret citatio confirmatio eſſet ipſo iure nulla: ſecũ-
dũ gl. ibi, ſuper verbo, inanes. & pro hoc allegat In
noc. & Hoſtien. in c. conſtitutis. le ij. de appellatio.
& in c. cũ olim. de dol. & contuma. vnde ſecundum
Geminia. in d. c. fi. poſt Ioã. And. quãdo facta cita-
tione non apparet aliquis contradictor: & fit cõfir-
matio ſine alia informatione perſonæ electi & for-
mæ electionis haberet vim interlocutoriæ: & eſſet
appellandũ in ſcriptis: licèt non procederet quò ad
aliũ. & non obſtãte tali appellatione à tertio inter-
3 poſita, † dabitur poſſeſsio electo: & adminiſtrabit.
Si verò ſuperior procedit in contradictorio iudicio
& cũ informatione de meritis & de forma electio-
nis, tunc habebit vim diffinitiuæ. de quo ibi la-
tiùs per Geminia. glo. verò in c. j, de poſtula. præla-
4 to. lib. vj. tenet, † ꝙ quãdo electio eſt nulla: tũc cõ-
firmatio ſimiliter nõ tenet: quia quod nullũ eſt cõ-
firmari nõ poteſt. Panor. verò in d. c. cũ olim. de do-
lo & cõtuma facit differentiã quãdo electio fuit ſo
lẽniter cõfirmata propoſitis edictis per debita inter
ualla: & tũc ex poſt non admittitur oppoſitor, niſi
fuiſſet abſens extra diœceſim, vel aliquid ſuperue-
nerit de nouo. cap. ſi qui matri accuſar. poſſunt. &
aliâs vbi non eſſet electio ſolẽniter confirmata au-
diretur. Veruntamẽ etiam in primo caſu quãdo eſt
ſolẽniter cõfirmata adhuc ſuperior ex officio poſ-
5 ſet retractare: † quia ſententia in beneficialibus nũ
quã tranſit in rem iudicatã quò ad ſuperiorẽ: ſecun
dũ Inno. in c. ad aures. de reſcript. Panor. in c. cũ di
lecti. de electio. & in c. j. de cõceſ. præben. Verunta-
6 mẽ vbi † edictum citationis eſſet minus breue, ſeu
arctatũ, præſumeretur fraudulentũ: & tũc admitta-
tur exceptio, etiam in poſſeſſorio, & cõfirmatio eſ-
ſet nulla. per d. c. fi. & eſſet præſumptio cõtra cõfir-
mationẽ. c. vt noſtrũ. vt eccleſia benefic. ſecundum
Inno. & Panor. in c. cũ olim. de cauſ. poſſeſ. & pro-
priè. & gl. in pragma. ſanctio. in tit. de elect. c. j. §. fa-
cta. ſuper verbo, vocetur. Et ibi ꝙ cautela eſt, ꝙ ele
ctus faciat redigi edicta citationis in forma authẽ-
tica. Idẽ verò Panor. in c. quod ſicut. §. j. de electio.
videtur facere differentiã, quãdo cõfirmatio fuit
facta cauſa cognita: & tũc ſi cõfirmatus ſit in poſ-
ſeſsione nõ admittitur exceptio: aliâs ſecus. Si verò
fuerit facta ſine cauſæ cognitiõe, nõ tenet. & dein-
de ibi tangit duas quæſtiones. Prima quando ele-
ctio non tenuit, an valeat confirmatio ſecunda,
7 an debeat haberi pro vero prælato? & † licèt In-
nocen. fecerit differentiam tenendo, quòd electio
poteſt dici canonica largè de iure naturali quando
interuenit conſenſus eligentium vel ſtrictè & ſtri-
8 ctius: † tamen ſecundum Panormitanum, ibi quan
do electio eſt nulla defectu perſonæ vel formę non

tenet ipſo iure confirmatio. & pro hoc allegat glo. in capitul. quam ſit de election. libr. vj. & in dict. capitul. j. de poſtulatio. prælatorum eodem libr. & Archiadiacon. in capitul. ſi cui. de election. libr. vj. vide glo. in capitul. ij. de election. in princip. in pragmatic. ſanction. Et hoc verum niſi confirmatio fieret ex certa ſcientia per habentem poteſtatem purgandi omne vitium. & hoc etiam tenet Bartol. in l. ſi conſtat. ff. de appellatio. quãdo electio eſt nulla & inualida: tunc nihil operatur confirmatio, niſi fieret ex certa ſcientia, per illum qui poſſet dare. & ibi etiam ſequitur Angel. Aretin. Fredic. verò de Senis conſilio xxiij. incipiente Titius tractat, an poſt confirmationem admittatur laici parœciani cõtra perſonam electi. Et ibi etiam tractat, an acta facta in vno iudicio faciant fidem in alio contra electum. Adde gloſſ. in pragmatic. ſanction. in titul. de election. capitul. ij. ſuper verbo, canonicas. quæ ample tractat quando electio eſt inualida an confirmatio operetur. & in titul. de paſcific. poſſeſſo. capitul. j. an confirmatio electionis operetur titulum coloratum in poſſeſſorio. & per Ioannem de Imol. in capitul. literas. & capitul. cùm noſtris. de conceſ. præbendæ.

ARGVMENTVM.

Miſſa, præſtatio iuramenti, χρ eucariſtiæ receptio, Epiſcopi, Archiepiſcopi, & abbatis, electionem præcedere debent.

SVMMARIVM.

1 *Eligendus in pontificem qualis eſſe debeat?*
2 *Qualitates extrinſecæ non præſumuntur.*

Quæſtio MCCCLVIII.

QVAERITVR an in electione Epiſcopi, Archiepiſcopi vel abbatis, de ſubſtantia debeat præcedere miſſa ſancti ſpiritus, & præſtatio iuramenti inter electores. & an ſuper hoc debeãt conuenire collegialiter: & an etiam debeant recipere ſacramentum euchariſtiæ? & dicendum eſt quòd ſic. ſecundum tenorem pragmaticæ ſanctionis: vt in titul. de electione. capitu. primo, licèt gloſſ. ibi ſuper verbo, audituri. quòd iſtud non erat expreſſum de miſſa, licèt fieri conſueuerit. capitul. cùm terra. capitul. cùm nobis. de election. ſi tamen non interueniret, teneret electio: ſecundum Panormi. in cap. tranſmiſſam. de election. licèt hodie ſecus. & pariter præſtatio iuramenti commiſſa non haberet locum: niſi in electione pontificis, id eſt, Epiſcopi & ſuperioris, & abbatis cum ſuſceptione euchariſtiæ: licèt habeant locum etiam quando fit poſtulatio ſolennis: ſecundum gloſſam ibi, cùm ſit eadem ratio & de forma iuraméti ibi habetur. & ibi quando non eligitur magis idoneus: & quòd non debet interuenire ſymonia per ſe aut per interpoſitam per-
1 ſonam. Et † deinde debet fieri electio de viro ætatis legitimę graui moribus, literarũ ſcientia prædito, in ſacris ordinibus cõſtituto. Et vltra quę ibi exprimuntur debet ſeruari forma cap. quia propter. de election. ſecundum gloſſ. in pragmatic. ſanctio. ſuper verbo, forma. & debẽt examinari merita ele-
2 cti, forma electionis & omnes circunſtantiæ: † quia non præſumitur pro iſtis qualitatibus extrinſecis, quòd quis ſit literatus ætatis legitimæ: ſecundum gloſſ. ibi ſuper verbo, examinentur. capitul. ſi fortè. ac cap. ſi confirmationem. de election. libr. vj. ſecundum Baldum in l. non ignorat. C. qui accuſare non poſſ. & ideò per inſpirationem dictæ electionis eccleſię Viennenſis poterit apparere ſi pręmiſſa interuenerint vel ne. & pariter erit bonum ſcire de numero canonicorum, & qui erant in ſacris vel ne. & qui ſunt ſoliti habere vocem in capitulo, & ſoliti vocari in electione.

ARGVMENTVM.

De decreto electionis.

SVMMARIVM.

1 *Decretum electionis quid?*
2 *Decretum electionis an quando fidem faciat?*
3 *Electio ſine decreto & canonicorum ſubſcriptione tenet.*

Quæſtio MCCCLIX.

QVAERITVR de decreto electionis quod dicitur litera electionis & pręſtationis conſenſus, & ſubſcriptionis eligentium & electi: & in quo ordine ſit conſtitutus: & an dicatur de ſubſtantia, vel de ſolennitate electionis, prout communiter te-
1 netur: † quia dicitur litera teſtimonialis plenam probationẽ faciens per manum publicam recepta, ſigillis eligentiũ ſeu capituli roborata, quæ dirigitur ſuperiori. de qua per magiſtrũ Gulielmũ de Mãdagoto in tractatu electionis, capitu. xxxvij. vbi tractat de tempore conſenſus, & capitul. xxxviij. vbi tractat de iſto decreto electionis. pro quo allegat capitul. innotuit. de electione, & ibi glo. ſuper verbo, decreto. quid debeat continere. & ibi an ſit de ſubſtantia electionis, de quo ibi per Innocen. & Panormitanum. vbi tractat an tale decretum faciat
2 plenam fidem, † & tenet quòd ſic: niſi fuerit negatum per partem. & hoc verum quando tale decretum eſt receptum per manum publicam, & habet pręſentiam teſtiũ: & iſto caſu non eſſet neceſſariũ ſigillum capituli, niſi eſſet litera priuata. Nec obſtat ſi dicatur quòd mittuntur inſtructores. capitu. nihil. de election. & ſic quòd non eſt opus decreto capitul. cupientes. de election. libr. vj. quia ad iſtud reſpondetur, quòd licèt mittantur inſtructores ad maiorem cautelam: ſecundum Hoſtienſem & Panormitanum, ibi. veruntamen licèt gloſſ. in dicto capitu. innotuit. teneat quòd decretum ſit de ſubſtantia tamen communiter tenetur contrariũ: quia
3 etiam † teneat electio ſine tali decreto & ſubſcriptione canonicorum: ſecundum gloſſam, in capitu. Epiſcopus. ſexageſimaprima diſtinction. & ſecundum gloſſ. ibi requiritur ſubſcriptio canonicorum ne poſſint variare & etiam ad ſciendum ſi omnes canonici fuerint præſentes: & licet in electione requiratur ſcriptura: tamen non eſt de ſubſtantia. & ideò tenet ſi fiat ſine ipſa, & poterit probari per teſtes.

ARGVMENTVM.

De electione miniſtri generalis, & prouincialium ordinis fratrum minorum.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Miniſtri prouincialis electio per prouinciale capitulum fieri debet.*
2 *Miniſtrorum prouincialium electiones per miniſtrum generalem confirmantur.*
3 *Præſcriptionis unius diei ſpecialis caſus.*
4 *Electio facta à minori parte capituli: maiore tamen minorum partium reſpectu, ualida eſt.*
5 *In miniſtri prouincialis electione ueri zeli & meriti collatio non fit.*
6 *In confirmatioe miniſtri prouincialis iudicialiter non proceditur.*
7 *Electio miniſtri prouincialis ſi infirmetur ad acapitulum deuoluitur.*

Quæſtio MCCCLX.

QVAERITVR ſuper electione miniſtri generalis & prouincialium ordinis fratrũ minorum, de qua habetur in clemen. exiui. §. demum. de verbo. ſignificatio. & ibi primò tractatur de ele-
1 ctione miniſtri prouincialis: † quia debet fieri per capitulum prouinciale: & debet fieri die ſequenti: quia fuit congregatũ capitulum: aliâs deuoluitur poteſtas ad miniſtrum generalem. & ſiquidem electio fiat per modum ſcrutinij votis in diuerſa diuiſis, ita quòd contingat plures electiones celebrari: illa quę à maiori parte capituli numero, nulla collatione zeli & meriti facta. non obſtãte obiectione
2 ſeu contradictione alterius partis † confirmetur per generalem miniſtrum de concilio diſtractorum de ordine, facto prius diligenti examine. vel infirmetur, prout eis viſumfuerit ſecundum Deum. Et iſto caſu reuertatur electio ad capitulum prouinciale: Et iſto caſu non habet locum tempus lateranenſis concilij. capitul. ij. de conceſsion. præbend. quia hìc non currit tempus niſi poſt congregationem capituli. & debet fieri prout conſtitutum fuit in capitulo ante celebrato: ſecundum Cardinalem Florenti. ibi, nec poteſt timeri, quòd differatur cõgregatio capituli: quia ſuper hoc prouidet genera-
3 lis vel vicarius ordinis: vt in §. cæterum. le ij. † & eſt ibi caſus ſpecialis vbi habet locũ præſcriptio vnius diei poſt congregationem capituli. & ibi ſunt plu-
4 riũ ſpecialia: † quia ibi confirmatur electio facta à maiori parte capituli, dum tamen ſit facta à maiori parte partium comparatione minoris: licèt aliâs de iure habeatur contrarium. capitul. eccleſia veſtra.
5 le j. de electione. ſecundum ſpeciale: † quia non fit collatio veri zeli & meriti ſimile habetur in electione abbatiſſæ. cap. indemnitatibus. §. vt ait. de ele-
6 ctione. libr. vj. Tertium ſpeciale † quia in confirmatione non proceditur iudicialiter: cùm non admittãtur exceptiones alterius partis. & ita nõ ſeruatur capitul. final. de election. lib. vj. ſecundum Cardinalem Floren. in dict. §. demum. & idem in electione Abbatiſſæ, quãdo eſt facta à duabus partibus: dict.
7 capitu. indemnitatibus. Quartũ ſpeciale eſt: † quia vbi infirmatur electio deuoluitur poteſtas eligendi ad capitulũ prouinciale ſiue ſciẽter ſiue ignoranter eligerent indignum: licèt regulariter ſecus. ca. qui cum in cunctis. de electione. capitul. quanquàm. de election. libr. vj. veruntamen in prouincijs vltramõtanis Iberniæ Gręcię & etiam Romę quando prouincialis moritur vel deſtituitur: tũc electio non ſpectat ad capitulum prouinciale, ſed ad miniſtrum generalem: vt in dict. clementi. exiui. §. verum. ſicuti in ſimili in electione abbatis dicitur, quòd interdum non ſpectat electio abbatis ad conuentum ex conſuetudine. capitul. cùm dilictus. de conſuetud.

ARGVMENTVM.

De deſtitutione miniſtrorum prouincialium mendicantium.

SVMMARIVM.

1 *De deſtitutione prioris maioris domus Carthuſiæ.*
2 *Prælatorum religioſorum tres principales priuationis cauſæ.*
3 *Miniſtro generali obdormiente in domino uicarius ordinis illius uices ſupplet.*
4 *Capitula generalia mendicantium tertio quoque anno celebrari aſſueta ſunt: Prouincialia uerò ſingulis annis.*

Quæſtio MCCCLXI.

QVAERITVR ſuper deſtitutione miniſtrorum prouincialium: & quando carent miniſtro generali? & in effectu quò ad deſtitutionem debet obſeruari illud quod hactenus de ipſo ordine extitit obſeruatum. dict. clem. exiui. §. in deſtitutio-
1 ne. Et iſtud poſſet adaptari in † deſtitutiõe & priuatione domini prioris maioris domus Carthuſiæ, qui à certis annis citra deſtituerit reuerendum patrem dominum procuratorẽ maioris domus Carthuſiæ, qui eſt caput totius religionis ſecundum ſtatuta vere religionis. capitu. final. de regular. & ibi. Panor.
2 qui etiam facit mentionem de Cartuſienſibus. † Et in effectu in iſtis prælatis religioſorum principaliter ſunt tres cauſæ priuationis. prima quando prælatus eſt dilapidator bonorum monaſterij. ſecunda. quãdo incontinenter viuit. Tertia cauſa neceſsitatis, quando transfertur ad aliud monaſterium. cap. ij. in fine. & ibi glo. & Panormi. de ſtatu monacho. & ideò ſuper hoc deſiderarẽ videre eorum conſtitu-
3 tiones & ſtatuta regulæ † quãdo verò moritur miniſter generalis, tunc vicarius ordinis habet ſupplere illud quod erat expediendum per miniſtrum generalem circa hoc. dicta clementin. exiui. §. cæterùm. le ſecond. & talis vicarius debet conſtitui per Papam, ex quo aliter non reperitur declaratum: ſecundum Card. Floren. ibi, licèt ibi referat quòd prædicatores habent conſtitutionem: & habent obſeruare, quòd miniſter illius prouinciæ vbi eſt celebrãdum de proximo capitulum generale, poſt obitum generalis eſt vicarius ordinis vſque ad tempus capituli. & pariter fratres minores habent conſtitutionem generali mortuo, miniſter prouinciæ vbi eſt celebrãdum capitulum habet poteſtatem ſuper illos de capitulo, quòd ea quæ ſpectant ad capitulum. & ideò non poſſent facere alium vicarium ordinis ſine licentia Papæ & protectoris ordinis qui eſt: licèt Papa Nicolaus contrarium ordinauerit: vt ibi refert Cardinalis Floren. & de modo tenen-
4 di iſta † capitula de triennio in triennium de capitulo generali. & ibi debent deputari diffinitores & præſidentes. & pariter debet deliberari ſuper

loco Capituli.cap.in ſingulis. de ſtatu monachor. ſed quò ad capitulũ prouinciale in ordine mendicātium, tenetur de anno in annum prout intellexi.

ARGVMENTVM.

De prioris fratrum prædicatorum electione.

SVMMARIVM.

1 *Fratrum prædicatorum ordo prius inſtitutus fuit, quam ordo fratrum minorum.*
2 *Fratribus minoribus & prædicatoribus annuos redditus habere uetitum.*
3 *Fratres prædicatores habent unum priuilegium quod magnum mare dicitur.*

Quæſtio MCCCLXII.

QVAERITVR quò ad electionem prioris generalis & prioris prouincialium & conuentualium ordinis fratrum prædicatorum an ſit idem obſeruãdum ſicuti in ordine fratrũ minorum? Et uideretur dicendũ ꝗ ſic: cùm ſit eadẽ ratio cũ ſint cõſtituti in arctiſsima paupertate. capi. nimis. le ij. de exceſsi. prælato. † licèt ordo fratrum prædicatorum fuit prius inſtitutus. & ideò præfertur in ordine licentiæ: ſecundum Panormi. ibi & gloſſ. in cap. quorundam. de electio. lib. vj. † Et ſicuti fratres minores prohibentur habere annuos redditus: ita & prædicatores: ſecundum Panormi. ibi clemen. exiuit. §. cùmque annui. de verbo. ſignifica. & pro hoc facit c. primũ de religi. domi. lib. vj. & c. j. de exceſsi prælato. eodem libr. & per Fredic. de Senis conſil. duodecimo. & hoc ex conſtitutionibus fratrum prędicatorum: quia aliâs de regula ſancti Auguſtini non erant incapaces in communi ſecundum Panormi. in dict. capitul. nimis. & in capitul. nimis. le j. & Frederic. de Senis vbi ſupra, & Bald. in l. cum acutiſsimi. C. de fideicommiſſ. Veruntamen quia conſtitutio dictę regulæ ſancti Franciſci prohibetur gloſſari vt extrauaganti Ioan. xxij. de qua fit mentio in tractatu minoritatis Bartol. & ita etiam tenet gloſſ. in capitul. exijt qui ſeminat. de verbor. ſignifica. libr. vj. Ideò pro nunc ſi extendatur ad ordinem fratrum prędicatorum non determino: ſed me ſubmitto determinationi ſanctę matris eccleſię: licèt, vt fertur, iſti mendicantes † habeât priuilegiũ quod vulgariter dicitur mare magnũ. Vide de electione prioris cõuentualis fratrũ prędicatorũ prioris prouincialis & igitur ordinis in lib. conſtitutionũ ordinis fratrũ prędicatorũ. ij. diſtin. de electione primo cõuẽtu. & ſequen. & etiam in declaratione fratris Vincentij de Caſtro nouo generalis. de electione primo conuen. & ſequen. Adde capitul. fin. de pact. lib. vj. vbi æquiparantur fratres prædicatores minores & alij mendicatores ſuper obſeruatione peccatorũ initorũ cum prælatis, rectoribus eccleſiarum loci ſuper iuribus parœcialibus de cõſenſu eorum conuẽtuum: licèt non interuenerit authoritas ſuperioris. quid autem in laicis: idem, niſi ſuperet electionem: ſecundum Gemin. ibi & pariter fit mentio de capitulis generalibus & prouincialibus. & ibi etiam fit mentio de aſſenſu magiſtri miniſtri vel prioris generalis ſeu prouincialium eorundem Ideò eſſet bonum habere aſſenſum & authoritatẽ amborum & capitulorum.

ARGVMENTVM.

De electione præpoſituræ eccleſiæ Valentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Verba in electionibus largo modo ſumuntur.*
2 *Præpoſitura in eccleſia Valentiæ an poſt pontificalem prima dignitas ſit.*

Quæſtio MCCCLXIII.

QVAERITVR ſuper caſu ſupplicationis venerabilis domini Petri de Caſtrobriãdo, prętextu poſſeſſorij prępoſiturę cum canonicatu & prębenda eccleſię cathedralis Valentię, cui eſt annexa abbatia ſancti Petri Burge dictę ciuitati Valentiæ contra & aduerſus venerabilem dominum Cribſtoferum de Saliente ſuper eo: quia de conſuetudine & ſtatuto capituli dictæ eccleſię Valentię in electionibus & alijs actibus dictæ eccleſiæ excepta dignitate pontificali poteſtas capituli reſidet quò ad prę ſentes abſq; eo quòd ſit neceſſè vocare canonicos abſentes vocem habentes & caſus contigerit quòd vltimatè vacante dicta præpoſitura, cum canonicatu & abbatia annexa per obitum domini Gulielmi Borſerij vltimi Prępoſiti canonici dictæ eccleſię in numero ſeptem præſentes congregati capitulariter eligerẽt viam ſcrutinij: adeò quòd fuerunt deputati duo ſcrutatores & quatuor ex dictis canonicis dederunt vocem pro dicto domino Petro de Caſtrobriãdo quorum vnus fuit dictus dominus Chriſtoferus de Saliente, & deinde fuit ſubſecuta cõmunis electio de perſona dicti domini Petri abſq; eo ꝗ fuerit facta ante publicationẽ cõparatio meriti ad meritum, & numeri ad numerum. & pariter alij tres canonici dederũt vocem pro dicto domino Chriſtofero de Saliente. & fuit facta etiam electio de ipſo, licèt proceſſerit à minori parte capituli: & fuit ſubſecuta confirmatio vicarij domini Epiſcopi Valentiæ hincinde eadem die & ſine vacatione partis particulariter vel per edictum. Et deinde fuit facta inſtallatio, & accepta poſſeſsio per procuratorem dicti domini de Caſtrobriando. Veruntamen in electione dicti domini de Caſtrobriando pręceptoris quę nomine ſuo & aliorum capituli & elegit dictũ de Caſtrobriando vſus eſt per verbum, confero, in numero ſingulari reſpectu prępoſiturę: & reſpectu canonicatus & præbendæ per verbum, eligo.
1 ſed non eſt vis. † quia in electionibus verba accipiuntur largo modo: ſecundum Ioan. Andr. & Panor. in c. in geneſi. de elect. & per glo. in cap. ſicut. de elect. lib. vj. attento etiã quia d. præpoſitura non eſt dignitas Pontificalis nec per ipſum dicitur eccleſia viduata: & ſic non eſt neceſſaria forma cap. quia propter. de electi. iuxt. not. per gloſſ. & docto. ibi & per glo. in pragma. ſanctio. in cap. j. de electio. & pręſertim quia in actu capituli dictę eccleſiæ
2 Valentię † dicta præpoſitura non eſt prima dignitas poſt pontificalem: ſed decanatus.

ARGVMENTVM.

De præuentione.

SVMMARIVM.

1 *Præuentioni in beneficijs locus eſt.*
2 *Electiones omni impedimento remoto fiendæ.*

In bene ſi-

3 *In beneficijs uerè electiuis & in quibus forma c. quia propter. de electio. ſeruatur, præuentioni non eſt locus.*
4 *Reſeruatio in dignitatibus uerè electiuis locum habet, ut electio impediatur.*

Quæſtio MCCCLXIIII.

QVAERITVR quia dictus dominus Petrus de Caſtrobriando, etiam impetrauit dictam præpoſituram in curia Romana: & præuenit per duos dies ante electionem, propter quod diſtulit adhuc producere dictam electionem, ne fieret præiudicium dictæ præuētioni: ſed petijt afferri per ſcrutinium capituli dictæ eccleſiæ Valeñ. acta ſeu expleta notæ originalis. dicti ſcrutinij votum electionis, & aliorum ſubſecutorum, receptorum per Stephanum Boriaci inquantùm concernit dictum de Caſtrobriādo. Et ideò videndum eſt, ſi ſit locus
1 præuentioni? Et videretur † dicendum quòd ſic. c. ſi à ſede. de præbend. libr. vj. etiam ſecundum tenorem pragmaticæ ſanctionis eſt locus præuentioni, ſedi apoſtolicæ, vel legatorū eiuſdem c. j. §. neque etiam. & §. item circa clauſulam. in titu. de collatio. Et ibi per gloſſ. ſuper verbo, præuentionē. dum tamen tales præuētiones fiant fraude ceſſante, quòd effluxerit tantum tempus quod veriſimiliter tales vacationes poterunt perueniſſe ad notarium Papę de locis in quibus tales perſonæ deceſſerunt: vt in regula cācellariæ xxiiij. & ibi, etiam per glo. in d. §. Item circa. ſuper verbo, non valeat, qualiter dicatur fieri præuentio in extraiudicialibus: & quando timetur curſór ne vtatur dyplomate: iuxta l. continuus. §. cùm ita. ff. de verborum obligatio. Nec obſtat. c. ſecundum. §. ſtatuit. de electio. in pragmatica
2 ſanctio. Vbi † electio deberet fieri ſine impedimento aut obſtaculo: quia ſecundum gloſſ. ibi loquitur in eccleſijs cathedralibus, regularibus, & collegiatis electiuis, quæ non cadunt ſub præuentionibus, nec vacant in curia. cap. deliberatione. de offic. lega. libr. vj. c. præſenti. de præbend. eod. libr. nèc expreſſa collatione venit electio. c. cū in illis. de prębend. libr. vj. & hoc etiam tenet glo. in dict. cap. j. de
3 collation. §. neque etiam. † quod in beneficijs verè electiuis in quibus ſeruatur forma capit. quia propter. de electio. & in pragmatica ſanction. in titul. de electio. cap. j. §. & cùm humanæ. non cadit præuentio. Secus in alijs maioribus beneficijs, in quibus non ſeruatur forma dict. cap. quia propter. licèt procedatur per electionem, licèt verè non dicatur electio: quia tunc benè habet locū præuentio. Nec
4 obſtat ſi dicatur, † quòd etiā in dignitatibus verè electiuis habeat locum reſeruatio: vt impediatur electio. cap. ſi eo tempore. de electio. libr. vj. quia licèt illud procedat de iure communi: ſecus ſecūdum pragmaticam ſanction. vbi etiam inhibentur tales reſeruationes. vide glo. in clemen. j. de præbend. ſuper verbo, quamuis. quòd licèt fiat mentio de collatione. aut quauis alia diſpoſitione nō compræhenditur dignitas, ad quam quis per electionem conſueuit aſſumi: ſecus ſi ſimpliciter mandaretur prouideri. de dignitate: quia tunc etiam comprehēderetur dignitas electiua: ſecundum glo. ibi. Adde gloſ. in pragmatic. ſanctio. de electio. c. ij. §. ſtatuit. ſuper verbo, obſtaculo. quòd cap. ij. de præben. libr. vj. de beneficijs vacātibus apud ſedem apoſtolicam non habet locum in cathedralibus abbatijs, & dignitatibus in quibus ſeruatur cap. quia propter. de elect. aliâs ſecus in dignitatibus inferioribus, quæ propriè non dicuntur electiuæ & ita etiam tenet gloſſ. in dict. pragmatica ſanctione. de collationi. §. in dignitatibus.

ARGVMENTVM.

Beneficium quod dicatur verè electiuum?

SVMMARIVM.

1 *Beneficium collatiuum dicitur in quo ſuperioris confirmatio non requiritur.*

Quæſtio MCCCLXV.

QVAERITVR quale dicatur beneficiū electiuum? Et dicendum eſt, quòd propriè dicitur quando eccleſia remanet viduata & ſeruatur forma cap. quia propter. de electio. vt in eccleſijs cathedralibus vel regularibus. c. ne pro defectu. eod. titu. licèt etiam in minoribus beneficijs in quibus proceditur per electionem requiratur confirmatio ſuperior: ſecundum glo. in clementin. j. de præben. & domin. de Rota in antiquis. deciſio. cxxiiij. inci-
1 piens, Nota. † aliâs vbi non requireretur confirmatio ſuperioris diceretur beneficiū collatiuum facit gloſſ. in clemen. quia contingit. de religio. domib. §. vt autem. ſuper verbo, electionem.

ARGVMENTVM.

De electionis præſentatione procuratori adſentienti & acceptanti.

SVMMARIVM.

1 *Electionis præſentandæ tempus quale?*
2 *Electus intra quod conſenſum præſtare teneatur?*
3 *Electionis præſentatio an procuratori licitè fieri poßit*
4 *Conceßio beneficij antequàm vacet, non valet.*

Quæſtio MCCCLXVI.

QVAERITVR quia facta electione dictę prępoſiturę de perſona dicti domini Petri de Caſtrobriando fuit facta præſentatio eius procuratori, qui præſtitit cōſenſum, & acceptauit: an iſtud ſufficiat, & quale tempus requiritur ad præſentan-
1 dum electionem? Et in effectu hodie † eſt tempus octo dierum poſtquàm commodè poteſt præſentari electo. c. cupientes. §. cæterùm. de electio. libr. vj. & procedit in quocunque beneficio electiuo: ſecundum glo. ibi, & in cap. quàm ſit. eodem titu. aliâs ſi non præſentent infrà tempus ibi præfixum, patiuntur pœnam, de qua in dict. §. cæterùm. licèt nō preju-
2 dicet electo. † Et pariter electus debet adhibere cōſenſum infra menſem, niſi ſit religioſus. de quo in
3 dict. c. quam ſit. Sed redeundo ad quęſitum, † quòd non ſufficiat præſentare electionem procuratori generali, tenet glo. in dict. §. cæterū. niſi ſequeretur ratihabitio infrà tempus, infrà quod debuit pręſentari. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. Si verò procurator habuit ſpeciale mandatam: tunc poſſet fieri præſentatio tali procuratori: ſicuti in matrimonio carnali dicitur. c. fin. de procurator. libr. vj. Nec refert ſi ſit conſtitutus procurator ad acceptandum certum vel incertum beneficium: ſecūdum Panor. in c. ad ſedem. Nec ſufficeret coniuncta perſona vt ibi notatur. Et hoc etiam tenent domin. de Rota in

nouis.deciſio.ccxciiij.incipiente, Ad recipiendum. licèt ſecundum ipſos in amico vel negotiorum geſtore poſſet accipi poſſeſsio, dum tamen ſequatur ratihabitio infrà tempus debitum. Verùtamen de procuratore ſpeciali ad acceptandū beneficium antequàm vacet, videtur procedere ambitionis vi-
4 tio.argument.clemen.fi.de electio. † quia non valet conceſsio licentiæ beneficij antequàm vacet. facit. quod nota.in c. conſtitutus. & in cap. final. de conceſsio.præbend.

ARGVMENTVM.

De duabus dignitatibus contendentibus de maioritate.

SVMMARIVM.

1 *Maioritas dignitatis in quo conſiſtat?*
2 *Conſuetudini ſtandum quando de dignitatum maioritate contenditur. & nu.6.*
3 *Dignitatem maiorem poſt pontificalem habere dicitur qui conuocandi capitulum poteſtatem habet.*
4 *Decanus an maior ſit Præpoſito & ecōtra in eccleſia Valentinenſi.*
5 *Archidiaconus archipreſbytero maior eſt.*
7 *Præpoſitura apud Germanos decanatu maior eſt.*
8 *Decanatus apud Gallos maior eſt dignitas poſt pontificalē.*
9 *Archidiaconus oculus eſt Epiſcopi.*
10 *Dignitates duæ maiores in eadem eccleſia æquales & einſdem prærogatiuæ an eſſe poßint.*
11 *Decanus caput capituli.*
12 *Decanus de iure communi primā uocem in capitulo habet.*

Quæſtio MCCCLXVII.

QVAERITVR quia in dicta eccleſia cathedrali Valeñ. principaliter ſunt duæ dignitates poſt pontificalem, videlicèt decanatus & prępoſitura: iuxta notata per gloſſ. in c. deliberatione. de offic.lega.libr.vj.& ibi glo. ſuper verbo, electionis. quæ tractat in quo conſiſtat maioritas dignita-
1 tis: quia † poteſt conſiſtere circa plura: quia in hijs quæ concernunt ordinem, dicitur archipresbyter maior: ſed in hijs quę cōcernūt adminiſtrationē bonorum eccleſiæ Archidiaconus eſt maior. c. ad hęc.
2 c. officium. de offic. archidiaco. † Veruntamen in hoc ſtandum eſt conſuetudini: ſecundum glo. in d.
3 cap. deliberatione. † Et idem ille ad quem ſpectat conuenire capitulum dicetur maior dignitas poſt pontificalem. Et ideò poſſet eſſe dubiū an in dicta
4 eccleſia Valentinenſi † decanus ſit maior dignitas quàm prępoſitura vel econtrà: quia in choro præpoſitus ſedet à parte dextra & eſt dignitas electiua, & habet iuriſdictionem in choro: præcedit in proceſſionibus à parte dextra: & iſta denotant præeminē-
5 tiam. † Prætereà Archidiaconus eſt maior Archipresbytero: & Præpoſitus ſuccedit Archidiacono: Decani verò ſuccedunt Archipresbytero. c. miniſterium. de offic. archipresbyteri. Et iſtam partem tenet Ioan. Andr. in nouella. in dict. c. deliberatione. Et hoc in terminis de quo loquitur ibi Ioannes Andr. quando Præpoſitus immediatè ſedebat, & ſe ſubſcribebat poſt Epiſcopum in capitulo: & vocabat capitulum: & cuſtodiebat ſigillum: & ex alijs coniecturis ibi declaratis. Et ita etiam tenet ibi Geminian. in Præpoſito Taurineñ. & domi. de Rota, in nouis. ſub titu. de maioritate & obedientia. aliàs de election. deciſion. incipiente Item fuit dubitatum. aliàs numero ccccl vj. licèt ibi referant fuiſſe, communiter concluſum pro Decano propter iuriſdictionem, & curam quā habet in eligentes, & con
6 uocat capitulum: † licèt in hoc ſit ſtandum conſue
7 tudini eccleſiarum: † quia in Alæmania Præpoſiti ſunt maiores. Et ideò in literis apoſtolicis præſumi-
8 tur. In † Francia verò Decani ſunt maiores. Et in hoc debet attendi conſuetudo: ſecundum Inno. in c. de multa. de præbend. & in c. j. de maior. & obed.
9 Et ideò † licèt Archidiaconus dicatur oculus Epiſcopi, & eius vicarius, & etiam maior poſt Epiſcopum. c. j. & c. ad hoc. de offic. ordina. tamen ex conſuetudine poteſt introduci contrarium: ſecundum dom. de Rota. vbi ſuprà. Et ideò ex ſtatuto vel con
10 ſuetudine poſſet introduci, † quòd in eadem eccleſia cathedrali vel collegiata eſſent duæ maiores dignitates coæquales ſaltem per interuallum temporis: ſecūdum Geminia. in d. c. deliberatione. Et hoc verum in Decano alicuius eccleſiæ cathedralis vel collegiatę: ſecus in decano rurali. c. cùm apoſtolus. de cenſib. l. j. C. de decu. libr. xij. licèt propriè præpoſiti dicuntur, qui habent quandam præeminētiam ſuper alios. c. quamuis. de verbor. ſignificatio. licèt in dubio decanatus cadat in nomen dignitatis, &
11 eſt caput † capituli. c. cùm inter vniuerſa. de elect. c. poſt electionem. de conceſsio. præb. exemplo hiſtoriæ de Moyſe, qui ad conſilium Iortij conſtituit certos decanos, qui iudicarent populum. Et ita tenent dom. de Rota deciſio. cccc xlvij. incipien. Fuit dubitatum, licèt ibi circa finem teneat in decano rurali, ꝙ in dubio non ſit dignitas, & ꝙ cadit ſub gratia expectatiua appellatiōe beneficij, licèt vbi eſſet dignitas non veniret ſub gratia expectatiua, nec etiam cōprehenderetur rectoria ſeu parœcialis ec-
12 cleſia. c. fin. de præbend. Adde † ꝙ de iure cōmuni decanus habet primam vocem in capitulo. c. auditi de electio. quod eſt verū: ſecundum Panorm. ibi ex conſuetudine loci particularis: qua ceſſante is qui eſt maioris authoritatis. c. præſidemus. xvj. diſtin. aliàs ceſſante ſtatuto vel conſuetudine antiquior canonicus habet primā vocem: quia licèt quis habeat dignitatē in eccleſia: tamen non habet vocem niſi ſit canonicus: ſecundum Panor. ibi. facit glo. in c. à collatione. de appellatio. lib. vj.

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio ſeu forma c. quia propter. & c. quàm ſit. de elect. lib. vj. debeat ſeruari in præpoſitura eccleſiæ cathedralis Valentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio cap. quia propter. de electio. lib. 6. in quibus dignitatibus locum habeat. & nu. 4. 5. 6.*
2 *Eccleſiæ cathedrales & regulares æquiparantur.*
3 *Electus intra tres menſes à præſtatione conſenſus electionis confirmationem petere tenetur: aliàs erit nulla iuſto ceſſante impedimento.*
5 *Diſpoſitio cap. quia propter. de electionib. locum non habet in Præpoſito & Archidiacono.*
7 *Præuentioni locus non eſt in beneficijs verè electiuis.*

Quæſtio MCCCLXVIII.

QVAERITVR an in electione dictę prępoſituræ eccleſiæ Valentiæ debuerit ſeruari forma conſilij generalis. c. quia propter. de electio. & c. quàm ſit. de elect. lib. vj. glo. in dict. c. quia pro-
1 pter. tenet, † quòd in eccleſia cathedrali ſolùm debet ſeruari forma dicti cap. quia propter. quò ad dignitatem

gnitatẽ epiſcopalem vel archiepiſcopalem duntaxat:quia tunc dicitur ſolũ Epiſcopus vel Archiepiſcopus ſponſus illius eccleſiæ:in alijs verò eccleſijs collegiatis in quibus faciunt caput dignitatis, & habent iuriſdictionem etiam debet ſeruari forma dicti conſilij generalis: quia eccleſiæ quodammodò ſunt viduatæ:ſecundum gloſſ. & Panor.in dict. c. quia propter. & ibi reprobatur opinio Hoſtienſ. qui voluit tenere,quòd habeat locum in omnibus electionibus ſpectantibus ad capitulum. Et pariter reprobatur opinio Goffredi, qui tenuit ꝙ dictum cap.quia propter.non habet locum in electionibus Abbatum:ſed duntaxat in electionibus Epiſcoporum,& Archiepiſcoporum.c.ne pro defectu. de electio.& in pragmatica ſanctione.in titul. de electio.
2 c.j. † quia eccleſiæ cathedrales & regulares æquiparantur.dict.c.ne pro.defectu.& cap.cupientes.de electio.lib.vj.licèt ſecundum Panor.in dict.c. quia propter.non habeat locum in eccleſijs collegiatis, niſi prælatus habeat iuriſdictionẽ generalem, tàm in criminalibus quã in ciuilibus. Et hoc etiã tenet Ioan.Monachi in dict.capitu.quàm ſit.licèt Ioan. Andr.ibi.in nouella.teneat contrarium, ꝙ etiã habeat locum in dignitatibus inferioribus per dictũ
3 c.quam ſit.verſicu.cæterũ.vbi habetur, † ꝙ quiuis electus infrà tres menſes poſt conſenſum præſtitũ tenetur petere confirmationem electionis:aliàs iuſto impedimento ceſſante electio viribus vacuetur. Veruntamen dom.de Rota in nouis.ſub titu.de ele
4 ctione.incipient. Item maior tenet, † quòd forma dicti c. quia propter. & dict. c. quàm ſit. ſolùm habeant locum in electis ad eccleſias cathedrales & regulares,& non ad inferiores dignitates per quorum obitum eccleſiæ non dicuntur viduatæ. Et reſpondent ad dictum c.quàm ſit.prout ibi videri poteſt.Et pro hoc facit. c. ne pro defectu. de elect.;vbi ſolùm in eccleſijs cathedralibus & regularibus habet ſolùm tempus trimeſtre:ſed in alijs locis habet locum tempus ſemeſtre.c. nulle. de conceſsio. præbend.& ita obſeruat conſuetudo generalis:vt referunt domini de Rota in nouis, ſub titu. de electio, deciſion. cccclvij.incipien.Ex hoc licèt ibi referant fuiſſe concluſum:ſecundum Innocẽ.in c.quia propter.quòd in electiõe omnium prælatorum habentium curam cleri & populi illius loci habet locum dictum c.quia propter.quia tales prælati dicuntur paſtores & ſponſi eccleſiæ: quia habent gregem & præſunt alijs & per ipſorum obitum dicuntur eccleſiæ viduari.Et iſtam opinionẽ ibi domini de Rota repręſentat euangelicam,& ibi etiam quærũt quàdo prælatus inferior Epiſcopo,vel Abbate habet ſolum curam populi, vel cleri per modum capitis: quod etiam habet locum.d.cap.quapropter.Quid
5 autem † de præpoſito ſiue Archidiacono qui habet curam animarum populi ſiue laicorum & temporalium, & de decano qui habet curam cleri totiùs eccleſiæ.& capit.cùm præeminentijs ſuprà declaratis:& ambo præſumuntur per electionem: an debeat ſeruari forma.dict.ca.quapropter.in electione vtriuſque? Et dicendum eſt quòd non: ſed ſolum habet locum in electione illius qui reputatur pro præſidenti capite & principaliori prælatu,& ſuper hoc recurrendum eſt ad conſuetudinem illius eccleſiæ,& eccleſiarum vicinarum:quia eſſet monſtroſum,& contra canonicas ſanctiones diſponentes de vnico paſtore & rectore cuiuſlibet eccleſiæ. vij.quæſt.j.c.in apibus.c.dudum.de electio. c. quoniam.de offic.ordin.c.cùm non ignores.de præben. facit quod habetur in c. quoniam Abbas. de offic. delega.de duobus vicarijs Epiſcopi : quorum alter eſt principalis.clemen. & ſi principalis. de reſcript. Nec obſtat quod habetur per Ioan. Andr.in nouella.in dict.c.deliberatione.de offic.legat.libr. vj. de duabus dignitatibus principalibus poſt pontificalem : quia loquitur quando alternatis vicibus. Et quòd ſuprà dictũ fuit, ꝙ in electione præpoſiti vel decani,qui habet curam cleri vel populi, ꝙ debuit ſeruari forma dicti c.quia propter.loquitur in eccleſia collegiata : ſecus in cathedrali : quia ſolùm per mortem Epiſcopi vel Archiepiſcopi dicitur eccleſia viduata:ſecundum glo.& doctor.in dict.c. quia propter.& dom.de Rota. vbi ſuprà vbi loquuntur in eccleſia collegiata. Adde gloſſ.in cap.cum terra. de electio.in fin.quòd in eccleſijs conuentualibus, etiam habet locum forma c. quia propter. de elect. licèt videatur loqui de cathedralibus:quia illæ ſolæ dicũtur viduatæ:quia ibi dicitur vinculum coniugatæ contractum in alijs inferioribus non ita.ſed tamen hodiè extenditur ad omnes, licèt impropriè dicuntur viduatæ:tamen quò ad multa viduatę dicuntur ex quo prælatum nõ habent,qui poſsit negotia illorum procurare. Adde ꝙ in electione officialis Valeñ. non interfuit miſſa ſpiritus ſancti, iuramentum,quæ requiruntur etiam ſecundum pragmaticam ſanctionem.& iſto caſu fit deuolutio ad ſuperiorẽ:ſecũdum pragmaticã ſanctio. nec obſtat præſtatio iuramenti ex quo dictus de Caſtro briando iam erat in poſſeſsione,nec erat opus noua poſſeſsione.l.certæ.ff.de preca.ſecundum Io.de Imol. in c.ex parte.de conceſſ.præbend.nec potuit valere electio dicti officialis per acceſſum ſeu ratificationem abſentium. Adde † quãdo beneficium eſt verè
7 electiuum,vt in dignitate pontificali, per cuius obitum eccleſia dicitur viduata : tunc nõ habet locum præuentio:vt in pragmatica ſanctione.de electiõ. c.ij.ſecus ſi nõ ſit verè electiuum: vt in inferioribus beneficijs non habentibus iuriſdictionem ſpiritualem:quia eccleſia non dicitur viduata, nec requiritur forma c.quia propter.& cap. ne pro defectu.de electio.vt ibi notatur. & in c. ſicut.c.ſi cui. de elect. lib.vj.ſecundum dom.de Rota in antiquis.deciſio. cxxiiij.nec requiritur iſto caſu cõſeruatio ſolennis, de qua in c.fin.de electio.libr.vj.& ſufficiunt ſingulares conſenſus:nec poteſt opponere officialis Valentię aduerſus electionẽ per ipſum factã.c.nulli.de elect.lib.vj. Adde ꝙ licèt facta prima publicatione elector vtatur verbo, cõſero nõ perditur ius. c.publicato.de elect.c.ſi cõſũmationem.de elect.libr.vj.

ARGVMENTVM.

Abbatia ſi dignitati nõ pontificali vniatur an per hanc vnionem ſtatus dignitatis alteretur.

SVMMARIVM.

1 *Abbatis morte Abbatia viduata cenſetur.*
2 *Eccleſiæ ſtatus an per vnionem alteretur.*
3 *Beneficij vniti in impetratione mentionẽ facere an & quãdo neceſſum ſit.*
4 *Eccleſia exempta ſi eccleſiæ nõ exemptæ vniatur, exemptionis priuilegium perdit.*

Quæſtio MCCCLXIX.

QVAERITVR quia dicta Abbatia ſan-
cti Petri de Burgo Valentię eſt annexa dictę
præpoſituræ Valentiæ cum canonicatu,& prębenda:
an ratione dictæ Abbatiæ in electiõe dictæ prę-
poſituræ requiratur forma cõcilij generalis?c.quia
1 Propter.de elect. Dubium facit:† quia in electione
Abbatiæ eccleſia cenſetur viduata:& ſic debet ſer-
uari dicta forma dicti cap.quia propter.& c. ne pro
defectu.de electio.& in pragmatic.ſanctio.in titul.
de electio.c.j. Præterea ratione dictæ Abbatiæ ha-
bet iuriſdictionem temporalem in burgo Valentię
ſaltem in parte & adhuc retinetur nomen Abbatię
non obſtante vnione.c.quia monaſterium.de reli-
2 gioſis domibus.& ibi Panormitan. † quia propter
vnionem vnius eccleſiæ ad aliam non debet altera-
ri ſtatus eccleſiæ vnitę:ſed debet in tali eccleſia mo
re ſolito deſeruiri.c.expoſuiſti.de præben. & ibi Pa
normitan.Sed in contrarium videtur veritas in ca-
ſu iſto:quia dicta Abbatia eſt annexa dictæ præpo-
ſituræ, & venit acceſſoriè ad iſtam, & debet ſequi
naturã principalis. cap. extirpandæ. §. qui verò.&
dict.cap.expoſuiſti.de præben.cap.ſuper eo.de prę-
ben.libro ſexto.& ibi glo. quia acceſſorium ſequi-
tur naturam principalis.cap.ſi gratia.de offic.dele-
gati.cap.acceſſorium.de regu.iur.libr. vj. Sicuti de
eccleſia parœciali annexa præbendæ dicitur: quia
debet deſeruiri & reſidere in maiori eccleſia, & per
vicarium in eccleſia parœciali. dict. §. qui verò. &
per gloſſ.in clemen.per literas.de prębend.quando
eccleſia venit acceſſoriè ad hoſpitale quod non eſt
beneficium impetrabile.facit c.primum.de conſe-
3 cratione eccleſiæ vel altaris. libr. vj. † Adeò & in-
tantùm quòd nõ eſt neceſſe in impetratione bene-
ficij facere mentionem de beneficio vnito,quando
venit acceſſoriè:ſecundum Geminian. in dict. cap.
ſuper eo.de quo per gloſ.in clementi.j.de præbend.
ſecus ſi vtrunque beneficiũ principaliter eſſet vni-
tum:quia tunc deberet fieri mentio de impetratio-
ne in vtroque:iuxta notata per glo.in cap.j.ne ſede
vacante. & in cap. & temporis qualitas. xv.quæſt.
j.ſecundum Geminian.in dict.cap.ſuper eo.& ideò
eſſet bonum videre formam dictæ vnionis:& pari-
ter eſſe informatus an dictus Præpoſitus tanquàm
Abbas dictæ eccleſiæ ſancti Petri Burgi ibi præſi-
deat in capitulo:& qualem præeminẽtiam habeat:
& quando vacat dicta præpoſitura, ſi aliqui cano-
nici dictæ eccleſiæ Burgiæ ſoliti intereſſe in electio
ne,licèt dicta Abbatia eccleſiæ Burgi Valentiæ ſit
4 ſecularis. Adde † quando eccleſia exempta vnitur
eccleſiæ non exemptæ perditur priuilegium exem-
ptionis:ſecundum Geminianum in cap. cùm perſo
næ.de priuileg.libr.vj. Adde,quòd iſta Abbatia eſt
annexa prępoſiturę acceſſoriè,nec ſunt vnita ſimul
æqualiter. & licèt ratione iſtius Abbatiæ habeat
iuriſdictionem in Burgo Valeñ.tamen propter hoc
non dicitur maior dignitas:nec dicitur eccleſia vi-
duata:ſecundum domin.de Rota. deciſio. ccccl vj.
& cccclvij.in nouis.

ARGVMENTVM.

Clericus aduena & alterius eccleſiæ an ad alterius
eccleſiæ dignitatem eligi poterit?& ſi eligãtur duo,
vnus de gremio,& alter aduena,quis pręferẽdus ſit?

SVMMARIVM.

1 *Clericus de aliena eccleſia ad aliam ecleſiam eligi non niſi cum diſpenſatione, poteſt.*

2 *Electio facta à maiore & ſaniore parte ualet, ſiue eligatur gremio eccleſiæ, ſiue aliena.*

Quæſtio MCCCLXX.

QVAERITVR quia dictus dñs Petrus de
Caſtrobriãdo eſt regnicola & de aliena diœ
ceſi,& de gremio alterius eccleſiæ, An licitè poterit
eligi ad dictam præpoſituram eccleſię Valeñ?Et an
electio dicti domini Chriſtofori de Salhiente, qui
eſt de gremio eiuſdem eccleſiæ, licèt ſit facta à mi-
nore parte capituli,debeat præualere? Et in effectu
1 videretur dicendum,quòd ſic: † quia nullus poteſt
eligi de aliena diœceſi ſine diſpenſatione.cap.fina.
de clericis peregrinan.cap.ne pro defectu.in fin. de
election.Et quia non debet eligi de aliena eccleſia
quãdiu reperitur quis idoneus in propria eccleſia.
capitu.nullus inuitus. lxj. diſtinctione. pro hoc fa-
cit quia ſicut prohibetur quis ordinari in aliena
diœceſi niſi de licentia ſui ſuperioris, & quòd ha-
beat literas dimiſſorias.capitu.cùm nullus.de tem-
por.ordina.libro ſexto. Ita etiam prohibetur in-
ſtitui ad beneficia alterius diœceſis:ſecũdum gloſ.
in capit.ad decorem.de inſtitutio.& in cap. Afros.
xcviij.diſtinctione.vnde ſecundum gloſſam in ca-
pitu:fina.de clericis peregrinantib.non debet quis
eligi de aliena diœceſi, ſed tantùm poſtulari: quia
inſtituti in eccleſijs ſine diſpenſatione Epiſcopi re-
uocarẽtur.& iſtud tenet Innocent.ibi,quòd quan-
tuncũque clericus alienigena, habeat licentiã prę-
lati ſui:non tamen poteſt inſtitui in aliena diœceſi,
niſi Epiſcopus adprobet & diſpenſet:ſecundum Pa
normitanum ibi, bene poteſt eligi, nec requirítur
ſolennis poſtulatio:ſed bene requiritur non ſolen-
nis:quia requiruntur literæ dimiſſoriæ proprij Epi
ſcopi: ne dicatur incognitus. An autem Abbates
& monachi in eorum capellis poſsint inſtituere cle
ricum alterius diœceſis habentem literas dimiſſo-
rias:vide ibi per Panormitanum. Sed quantum ad
electionem alterius eccleſiæ, quæ præualeat,gloſſ.
ſe remittit ad notata in capitu. cùm inter canoni-
cos.de elect.& ibi refert tres opiniones.Nam Lau-
rentius tenet,quòd quando electio eſt facta de alia
eccleſia à duabus partibus capituli: tunc præfer-
tur electioni factæ de gremio eiuſdem eccleſiæ à mi
nori parte,ſicuti de poſtulatione dicitur facta à dua
bus partibus capituli.capitu.ſcriptum. de election.
Sed ſi electio de aliena eccleſia nõ eſſet facta à dua
bus partibus capituli,non valeret.ſi minor pars eli-
gat de ſua eccleſia. Vincent.& Ioannes tenuerunt,
quòd ſemper præualet electio.de ſua propria eccle-
ſia, etiam ſi electio de aliena eccleſia ſit à duabus
partibus capituli.l. in eccleſijs. C. de Epiſcopis. &
2 clericis. Laurentius verò tenet, † quòd electio facta
à maiori & ſaniori parte capituli tenet, ſiue de ſua
eccleſia eligant,ſiue de alia:dum tamen non obſtet
aliud canonicum impedimentum. Et idem tenet
gloſſ.in dict.capitu.nullus.lxj.diſtinction. Nec ob-
ſtat dictum cap.ne pro defectu. vbi debent præferri
illi de propria eccleſia: quia ibi loquitur in iure de-
uoluto ad ſuperiorẽ, qui debet priùs prouidere de
perſona illius eccleſiæ, quã reperitur quis idoneus.

ARGVM-

ARGVMENTVM.

Alienigenæ in eccleſia extranea eligi poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Eligendus non eſt is qui eligentibus notus non eſt.*
2 *Papa eccleſijs quos uoluerit præficere poteſt.*
3 *Papa cum omni prælato in poteſtate & iuriſdictione concurrit.*
4 *Prælati eccleſijs ſecularibus extraneum præficere etiam ſi idoneus in propria eccleſia reperiretur, poſſunt: niſi aliter conſuetudo ſe haberet.*
5 *Eccleſiarum Franciæ neque dignitates neq; perſonatus extraneis conferuntur.*
6 *Extranei in regno Franciæ & Delphinatu ad eccleſias non niſi cum literis naturalitatis admittuntur. Idem eſt dicendum de Ducatu Sabaudiæ quantum ad gratias expectatiuas.*
7 *Dominus temporalis promotioni extranei ad dignitatem iuſtam oppoſitionis cauſam habet.*
8 *Impetrans beneficium à Papa in alienis partibus tacitò originis loco reſcriptum ſubreptitium cenſetur.*
9 *Exterus in regno Franciæ beneficiari non niſi cum Regis permiſsione poteſt.*
10 *In eccleſijs regularibus in beneficijs citra abbatē de religioſis eiuſdem ordinis prouidendum eſt.*
11 *Extraneus præfici abbatiæ poteſt, modo eiuſdem religionis & habitus ſit.*
12 *Epiſcopus undecunque eligi poteſt.*
13 *Indigenæ diœceſum aduenis in beneficiorū promotione præferendi ſunt.*

Quæſtio MCCCLXXI.

QVAERITVR an extranei ſeu alienigenę
poſsint promoueri ad beneficia eccleſiaſtica
in extranea patria ſeu prouincia? Et videretur pri-
ma facie dicēdum quòd non. dict. cap. ſi. de clericis
peregrinis. cap. nullus inuictus. lxj. diſtinction. l. in
eccleſijs. C. de epiſcopis & cleri. & cap. bonæ. ij. de
1 poſtulatio. prælato. vbi dicitur, † quòd eligētes ſal
ua conſcientia eligere non poſſunt illum cuius ple
nam notitiā non habuerunt. & ideò perſona igno-
ta non eſt eligenda: ſecundum Ioan. Andræ. in to-
to titul. de cleric. peregri. Sed in contrarium facit c.
ad decorem. de inſtitutio. quia in omni gente, qui
facit iuſtitiam, acceptus eſt Deo: nec refert de quo
loco natus ſit clericus: nec de quibus parentibus. de
quo ibi per gloſſ. vnde ſecundum Panormit. etiam
extraneus poteſt inſtitui in beneficio, dum modo
aliàs conſtet de ſua idoneitate: licèt vbi oriundi eſ-
ſent idonei non debent poſtponi. dict. cap. nullus
inuictus. & eſſet valdè honeſtum, vt vnuſquiſq; be
neficiaretur in patria ſua: quia ibi facilius faceret
reſidentiam, vnde ſecundum Henric. Boic, in cap.
dilectus. de conceſsio. præbend. poteſt ſic diſtin-
2 gui aut loquitur in Papa, & † tunc poteſt prouide
re vndecunque voluerit. cap. bonæ. le j. de electiοn.
quia Papa habet plenitudinē poteſtatis in benefi-
cialibus. cap. ij. de præbend. lib. vj. quia ipſe eſt vo-
catus in plenitudine poteſtatis: alij verò in partem
plenitudinis. cap. ad honorem. de autho. & vſu pa-
lij. clemen. j. in fi. ve lit. penden. quia vbique habet
iuriſdictionem. cap. cūcta per mūdum. cap. per prin-
3 cipalem ix. quæſtion. iij. † quia Papa dicitur pater
patrum, & concurrit cum omni prælato in poteſta-
te & iuriſdictione: ſecundum Bal. in titul. qui feud.
dare poſſ. in princip. allegat Ioan. monach. in. cap.
4 ſi eo tempore. de electio. lib. vj. † Si verò loquitur in
alijs prælatis, & tunc ſi non reperitur idoneus in il-
la eccleſia poterit prouideri de extraneo: ſi verò re-
periretur idoneus in eccleſia propria, tunc licèt de-
beret citius prouideri: tamen poterit etiam prouide
ri de extraneo in eccleſijs ſecularibus: iuxta not. per
glo. in cap. cùm inter canonicos. le iij. de electio. li-
cèt Hoſtien. tenuerit contrarium in dict. capitu. nec
pro defectu. de electio. hoc fallit vbi de conſuetudi
ne vel ſtatuto eccleſiæ nō poſſet prouideri de extra-
5 neo: † vt in omnibus eccleſijs Franciæ eſt de con-
ſuetudine præſcripta, quòd dignitates vel preſona-
tus non concedantur extraneis. de qua conſuetu-
dine not. Innocen. in cap. tua. de his quę fiunt à prę
la. & ita tenet Henric. Boic. in dict. cap. dilectus. &
Præpoſitus in dict. cap. nullus inuictus. lxj. diſtinct.
6 Et † iſtud facit pro ſtatuto, aut reſcripto, aut indul-
to apoſtolico, quod prætenditur eſſe in regno Fran
ciæ, & præſenti patria Delphinali ſuper defectu na
turalitatis, vt non admittantur extranei ad benefi-
cia eccleſiaſtica. & idem in partibus Sabaudiæ in
gratijs expectatiuis: vt non admittantur extranei.
& ita etiam cauetur in pragma. ſanctio. in princip.
§. quibus. & ibi glo. ſuper verbo, exteriorum, quę tra
7 ctat latè hanc materiam. † Et quòd dominus tem-
poralis habet iuſtam cauſam ſe opponendi contra
promotionē de extraneo ad dignitatem: iuxta not.
per Innocen. & Panormi. in cap. ſuper his. de accu-
8 ſatio. & ideò † quando quis impetrat beneficium à
Papa in alienis partibus tacitò de loco ſuę originis
gratia eſt ſubreptitia: ſecundum gloſſ. in cap. ſi pro
ponente. & ibi Panormita. de reſcript. & etiam glo.
in dict. pragmatica. ſanctio. refert de duabus regu-
lis cancellariæ quando quis impetrat beneficium
de alieno idiomate. & ibi etiam in fin. refert, quod
9 Rex Francię habet priulegiū, † quòd in regno ſuo
exterus non poſsit beneficium ſine eius permiſsio-
ne. de hac etiam habetur in dict. pragmati. ſanctio.
in titu. de collation. cap. j. in princip. & ibi gloſſ. ſu-
per verbo, incogniti & etiā in §. ſtatuit. & ibi glo. ſu
per verbo, diœceſi. & ſequenti. Si verò loquimur in
10 eccleſijs regularibus † tunc in beneficijs inferiori-
bus citra abbatē tunc debet prouideri de religioſis
eiuſdem ordinis. cap. cùm de beneficio. capitu. cùm
ſingula. §. prahibemus de præbend. libr. vj. clemen.
quia regulares. de ſupplend. negligen. prælator. &
hoc verum niſi in defectum. cap. poſſeſſores. de re-
bus eccleſi. non alienand. capitu. inter quatuor. de
religio. domib. Si verò imminet electio aut prouiſio
11 abbatis † tūc poterit de extraneo religioſo. fieri, dū-
modo ſit eiuſdē religionis vel habitus. cle. j. de elect.
12 Si † verò imminet electio Epiſcopi facienda: tunc
poterit eligi vndecunq; ſit: tamen aliâs ſit idoneus
etiam ſi ſit regularis. dict. clemen. j. in fin. de electi.
cap. nullus. in fin. de electi. libr. vj. Adde glo. in pra
gmatic. ſanctio. in titu. de colla. §. ſtatuit. ſuper ver
13 bo alij. † indigenę diœceſum ſunt pręferendi adue
nis in promotione beneficiorum: attamen ſufficit
quòd ſciant idioma: vt in regula cancellariæ xix.
incipien. item voluit facit. cap. quoniam. de offic.
ordinan. Adde in pragmatic. de electio. capitu. ij. §.
veruntamen vbi ponitur triplex cauſa remouen-

di electionem quādo timetur perturbatio eccleſię, patriæ, vel boni publici. & ibi gloſſ. ſuper verbo, publici exemplificat quando timetur de coniuratione, conſpiratione in patriam, ſeu reuelatione ſecretorum patriæ ratione patrię, vnde eſt oriundus: vt quia eſt Anglicus, aut propter parētes ſuos qui patriæ fuerunt infeſti, facit cap. ſi quis laicus. xxij. quæſtio. v. cap. petitio. de iureiuran. vide glo. in pragma. ſanction. vbi ſuper verbo pontifex. quòd princeps poteſt ſe opponere quando habet aliquem ſuſpectum vide glo. Geminia. in cap. vt circa. de elect. libr. vj. Panormita. in cap. ex parte. de reſtitu. & ibi de Bellen. cap. niſi. §. pro graui. de renuntia.

ARGVMENTVM.

Patronus quem clericum præſentare poteſt.

Quæſtio MCCCLXXII.

QVAERITVR an patronus teneatur pręſentare clericum eiuſdem diœceſis. Hugo. in ca. ſignificaſti. de iur. patronatus, tenet quòd ſic. cap. hortamur. cum ibi not. lxxj. diſtinctio. vbi pręferuntur de diœceſi indigenæ extraneis. cap. fina. de cleric. peregrinis. ſed Hoſtien. quem refert Panormita. in dict. cap. ſignificaſti. tenet quòd hodie de cōſuetudine patronus poteſt præſentare clericū vndecūq; originem duxerit. cap. ad decorem. de Inſtitutio. & hoc tenet glo. in pragmatic. ſanction. in princip. ſuper verbo, exterorum. facit quod habetur per glo. & Panor. in ca. ſi proponente. de reſcrip. Adde Cardi. Alex. in d. c. hortamur. lxxj. diſt. an laici poſsint præſcribere ius præſentandi in eccleſia.

ARGVMENTVM.

De creatione canonici ſupernumerarij.

SVMMARIVM.

1 *Papam canonicos ſupernumerarios etiam cum decreto irritante creare poſſe, iuris communis eſt.*

2 *Canonicorum ſupernumerariorum creatio in eccleſijs cathedralibus & collegiatis certum canonicorum numerum habentibus in eccleſia Gallicanæ concilio Biturigum habito, vetita fuit.*

3 *Capitulum an canonicos ſupernumerarios creare poßit?*

Quæſtio MCCCLXXIII.

QVAERITVR ſuper creatione apoſtolica in canonicum ſupernumerarium cum expectatione prębendę domini Ludouici Achardi in eccleſia cathedrali beatæ Marię Grationopol. An talis creatio ſecundum pragmatic. ſanctio. ſit prohi-
1 bita. quia † de iure communi Papa poteſt creare & facere tales creationes canonicorum etiā cùm decreto irritante, quòd habet afficere ignorātes. cap. ſi poſtquàm. cap. ſi clericus. de præbend. libr. vj. ſecus mādaretur ordinario vt reciperet aliquem in canonicum: quia tunc non afficitur præbenda. cap. dilectus. de præbend. & ibi Panormita. niſi fieret infirmatio, vel eſſet deputatus executor. cap. executor. cap. ſi capitulo. cap. ſi ſoli. de cōnceſsio. præben. lib.
2 vj. † & licèt in conſilio Bituriceñ. eccleſiæ Gallicanæ tales creationes canonicorum in eccleſijs cathedralibus vel collegiatis in quibus eſt certus numerus canonicorum ſint prohibitæ: cùm ſint captatoriæ, ſicuti de gratijs expectatiuis dicitur etiā in menſibus alternatis, vt in pragmatic. ſanctio. in titul. de collatio. cap. tamen in conſilio Baſiliñ. non fuit ſuper hoc prouiſum: vt in dict. cap. j. §. item cenſuit. ſecundum gloſſ. ibi, de quo ibi latiùs per gloſſ. Et an
3 capitulum † poſsit creare tales canonicos ſupernumerarios: & an interim habeant vocem in capitulo, & iura canonicalia. de quo etiam aliâs ſcripſi in hoc volumine, & etiam in alio volumine cauſarum eccleſiaſticarum, fo. 587. quęſtio. iij. cum apoſtillis. ibidem deſcriptis. & prout dicit glo. in d. pragma. ſanction. in dict. §. item cenſuit. iſtud aduiſamentum eccleſiæ Gallicanæ non fuit proſecutum. & pariter eccleſia Gallicana non potuiſſet imponere legem Papæ. Veruntamen ad abundantem cautelam in talibus eſt bonum obtinere literas de placet à Rege domino noſtro Delphino cum interuertione curiæ parlamenti Delphini & aliâs videtur dubitari, ſi dominus gubernator præſentis patriæ poſſit concedere tales literas placitorias.

ARGVMENTVM.

De exhibitione titulorum D N. de Claromonte in cauſa poſſeſſoria Archiepiſcopalis eccleſię Viennenſis. & de electione & forma literarum citatoriarum miſſarum de parte dominorum decani & capituli eccleſiæ cathedralis Viennenſis dominis ſacriſtę & capitulo beati Bernardi de Romanis.

Quæſtio MCCCLXXIIII.

QVAERITVR ſuper exhibitione prętenſorum titulorum reuerendi domin Archiepiſcopi de Claromonte. Et primò ſuę prætēſę electionis factę ad dictam eccleſiam Archiepiſcopatus Viennenſis per obitum recolendæ memorię domini Angeli Catho Archiepiſcopi dictę eccleſię abbatis ſancti Theudorij & loci de Romanis. & ibi inſerūtur literę miſſorię & citatorię decretę per dominos decanum & capitulum dictę Vienneñ. eccleſię de Anno incarnationis 1495. die xvij. menſis Februarij quæ dicuntur dominis ſacriſtæ & capitulo beati Bernardi de Romanis aſsignando diem mercurij xxiiij. dicti menſis Februarij cum continuatione, dierum ſequētium de mane hora capituli ad electionem futuri paſtoris & pontifici, quòd habeant mittere quatuor canonicos dictæ eccleſię nobiles ex vtroque parente ſi voluerunt intereſſe in dicto negotio electionis. Et deinde inſeritur permutatio eccleſię beati Bernardi de Romanis, vbi deputant quatuor canonicos dictę eccleſię ad intereſſendum & aſsiſtendum electioni, poſtulationi, & aliæ proiuſioni fiendę futuri paſtoris ad dandum vocem in ſcrutinio per viam ſancti ſpiritus, vel aliâs prout eis videbitur etiam ad petendum conſenſum electi vel vel poſtulati: necnon via cōpromiſsi, & aliâs prout ibi pleniùs continetur. Datum de eodem anno die xxvij. menſis Februarij. deinde inſerūtur aliæ literę patentes miſſorię & citatoriæ dictorū dominorum decani & capituli eccleſiæ Viennenſis & dirigūtur certis canonicis abſentibus depręcando vt habeāt intereſſe die electionis aſsignatę. Et conſequenter inſerūtur alię literę citatorię decretæ dominis priori maiori & conuentui ſancti Theudorij, vt habeant mittere quatuor religioſos dicti monoſtarij

ſpecificatos

ſpecificatos &deſignatos in literis apoſtolicis vnionis abbatiæ dicti monaſterij: ſedis Archiepiſcopalis Viennenſis factę, vocem habentes ratione dictę vnionis: & ibi diſtinguantur decanus, & canonici dictę eccleſię Viennenſis, qui decreuerũt dictas literas. & conſequenter die ſabbati xxvij. d. menſis Februarij in clauſtro dicti monaſterij ſancti Theudorij fuerunt intimatę dictę literæ. & ſucceſsiuè dicta die xxiiij. hora capituli d. decanus, canonici & alij ibi nominati prolongauerũt & cõtinuauerũt ad dictam craſtinam xxv. & ibidem ad ſonum Campanę conuenerunt, & ordinauerunt, quòd debeat ſtatim terminus electionis fieri, & ad eligendam viam qua electa electio eodem contextu fiat. & ex poſt tunc tractando de electione fienda, de altera tamen viarum ſcilicèt ſancti ſpiritus ſcrutinij & compromiſsi. & electa altera via, quòd celebretur miſſa ſancti ſpiritus, & omnis eligentes ſe ponãt in ſtatu gratiæ: & recipiant euchariſtię ſacramentum. & die craſtina celebretur miſſa pro defunctis: & fiat ſepelimẽtum dicti Archiepiſcopi de fructibus & preyſijs Archiepiſcopalibus. & continuauerunt dictam electionẽ fiendam ad tres ſeptimanas: primo celebrata miſſa de ſancto ſpiritu & receptũ corpus Chriſti: & ibi nominauerũt tres ſecretarios ibi nominatos. Succeſsiuè de eodem anno die vigeſimaprima menſis Marcij dicti domini decanus & canonici & alij eligentes ibi nominati congregati in paruo capitulo ad ſonum campanæ procedendo ad vlteriora vnanimi conſenſu, vnáque voce, via ſanctiſpiritus elegerunt dictum dominũ Antonium de Claromõte ordinis ſancti Franciſci, præſentibus, domino Ioanne Palmerij præſidente, Anthonio Mileti, Claudio de Turnone prothonotario, Iauſſerãdo Grayſſonis milite dictę eccleſiæ Viennenſis, Ioan de Arcijs abbate Buſcondonis, teſtibus ad hoc vocatis. & ibi ponuntur nomina dictorum trium ſecretariorum. & ibidẽ conſtituto domino Antonio Putaudi canonico, & cãcellario dictæ eccleſię publicationem dictæ electionis ad populum. & pariter conſtituerũt procuratores dictum dominum Anthonium Putaudi, & dominum Antonium Palmerij, ad præſentandum electionem. & deinde fuit facta publicatio & proceſsio cantando, Te Deum laudamus. Extracta electione à regeſtris & prothocollis d. capituli in archiuis ipſius eccleſiæ receptis per dominum Petrum Maroni quondã ſecretarium dicti capituli & Ludouicũ Porreti, & benedictũ Morelli, notarios publicos expeditis vigore literarũ Ducalium introcluſarum. Et etiam ſignata per dominũ Ioannem Merlini notarium & ſecretarium modernũ, & per alios duos notarios ſupra nominatos: & ſigillata ſigillo dicti capituli eccleſiæ Viennen.

ARGVMENTVM.

De præſentatione & reſponſione electionis.

Quæſtio MCCCLXXV.

QVAERITVR ſuper prę̨ſentatione dictę electionis facta de anno incarnationis milleſimo quatercenteſimo nonageſimoſexto. die vigeſima ſeptima menſis Martij per dictos dominos Antonium Putaudi & Anthonium Palmerij ob deceſſum dicti domini Cathonis Archiepiſcopi & Comitis Viennnenſis per lecturam dictę electionis de verbo, ad verbum requiſierunt dictum dominum Antonium de Claromonte tunc exiſtente in prioratu Siluæ benedictæ ordinis Carthuſienſium in choro ipſius eccleſiæ: vt dignaretur acceptare dictam electionem. dictus dominus de Claromonte recitando verbum euangelij hodierni, quid eſt hoc, gratias referendo immortales diuinæ maieſtati & attento quòd eſt in obedientiam religionis, petijt terminũ trium ſeptimanarum ad faciendum reſponſum. Succeſsiuè de eodem anno, & die duodecima menſis Aprilis dictus dominus Antonius Palmerij alter commiſſus iterum inſtanter & inſtantiſsimè requiſiuit dictum dominum Antonium de Claromonte vt dignaretur dictam electionem acceptare ne dicta eccleſia Viennenſis ſuę viduitatis incommoda deploraret. Et ibidem dictus electus inuocato diuinę pietatis auxilio votis dicti domini procuratoris, & aliorũ eligentium duxit aſſentiendum, nõ tàm timidè, quàm deuotè electioni officium ſuſcipiendo, & acceptando, & aliàs prout ibi plenius continetur receptis per Ludouicum Porreti: licèt ibi nõ fiat mentio de licentia ſui ſuperioris quod fuerit ibi oſtenſa. Veruntamen fuit exhibita dicta licentia fatris Dominici de Foſſano vicarij prouincialis ſfratrum minorum de obſeruantia, quæ non eſt ſignata per notariũ de eodem anno die quinta Aprilis in conuentu Montiſpeſſulani ſua manu propria & ſigillo ipſius, & ideò videatur ſi fuerit ſeruata forma capituli, quàm ſit. & capitul. religioſus. & cap. cupientes. de electione libr. vj & clementin. final. de electi. & ſan dict. licentia, licentię faciat fidem.

Quæſtio MCCCLXXVI.

QVAERITVR ſuper alio inſtrumento adeptæ poſſeſsionis, dicti domini de Claromonte de eodem anno die xvij. menſis Maij in perſonam domini Claudij de Arcijs Abbatis Boſcandam, procuratoris dicti domini Antonij de Claromonte. & ibidem domini de capitulo receperunt ipſum, & poſuerunt in poſſeſsionem corporalem præſtito primo iuramento in manibus decani in perſonam dicti domini Antonij, de obſeruando priuilegia & antiquas conſuetudines dictæ eccleſiæ. Et ibidem etiam inſeruntur procuratori dicti domini Claudij de Arcijs. & pariter fuerũt productę literæ vigore quarũ fuit extracta dicta electio à regiſtris dictæ eccleſię Viennenſis conceſſæ in curia parlamenti, de anno incarnationis domini milleſimo quatercenteſimo nonageſimonono: die vigeſimaprima menſis Martij. & pariter fuit producta quædam ſchedula deſignata pro parte dicti domini Antonij de Claromonte incipiens ſatisfacendo. vbi petit ſe manuteneri tanquam electum in poſſeſsione dicti Archiepiſcopatus: & dictum dominum Cardinalem repelli, aſſerendo quòd non fecerit fidem de aliquo titulo.

ARGVMEMTVM.

Titulis pluribus an quis vti poſsit?

SVMMARIVM.

1 *Intellectus c. ut quis duas. de elect. libr. ſexto. & nu. 4.*

2 *Titulo duplici in poſſeſſorio quando quis uti poteſt.*
3 *Poſſeſsio ex pluribus titulis acquiri poteſt.*

Quæſtio MCCCLXXVII.

QVAERITVR quia dictus dominus Cardinalis ſancti Seuerini vltra dictam reſeruationem cum acceptatione dictæ eccleſiæ Vienneñ. obtinuit etiam nouam prouiſionem iuris deuoluti, aut aliàsquouiſmodo vacauerit dicta eccleſia Vienneñſis. Et licèt dictus dominus Cardinalis iam produxerit in proceſſu dictam reſeruationē cum acceptatione & miſsionis in poſſeſsionem, an erit vtile etiam producere dictam nouam prouiſionē in hoc proceſſu poſſeſſorij? Et an ſit opus noua apprehenſione? Dubium facit.cap. vt quis duas.de electiõ.
1 libro ſexto. Vbi † quis prohibetur vti duplici electione etiam cum proteſtatione & eligendo vnam alteri renuntiat: vti ibi habetur.l.quod in hęredem. §.eligere. ff. de tributo.actione. & maximè in caſu iſto, vbi dictus dominus Cardinalis eſt actor: licèt in interdicto vti poſsidetis iudicia ſunt duplicia. l. in duobus ff.de iudic.l.ſi duo.ff.vti poſsidet. Sed in contrarium videretur dicendum in caſu iſto quan-
2 do agitur in poſſeſſorio. † quòd quis poteſt vti duplici titulo, maximè ad cautelam, & quando tendunt ad eundem effectum: quia tunc benè poſſunt concurrere: & etiam vigore vtriuſque tituli poſſeſſionem ingredi.cap. poſt electionem. de conceſsio. præbend. & ibi per Panormitanum cap.cùm perſo-
3 næ.de priuileg.libr.vj. † quia poſſeſsio benè poteſt acquiri ex pluribus titulis: ſecus in dominio.l.poſsideri.§.ex pluribus.ff.de acquirend. poſſeſsio. ſecus ſi tituli tenderent ad diuerſum effectum. l. ſi quis ante.& l.qui bona fide.ff.de acquiren.poſſeſsio. Et maximè attenta clauſula appoſita quouiſmodo, & ex quauis perſona vacauerit: iuxta notata per Geminianum in cap.ſuſceptum.de reſcript. libr.vj. Et per gloſſ.in pragmatica ſanctione.in titu.de cauſis. cap.primo.ſuper verbo, aliàs quouiſmodo. An autem quis poſsit vti duplici titulo, vide per Romanum conſil.cccl. & ccccxxxiij. Et ibi tenet, ꝙ quis poteſt petere poſſeſsionem beneficij ex duplici titulo.allegat Lapum allegatione cxxxij.nec obſtat c. inter dilectos.de fide inſtrumentorum. vbi res mea ex vna cauſa non poteſt effici ex alia: quia verũ eſt, quando eſt mea ex prouiſione pura: ſecus ſi ex contradicenti. Et ibi etiam reſpondet ad dictum cap.vt quis duas. & idem tenet Lapus in dict.cõſilio: quia licèt quis non poſsit petere confirmationem ex duplici electione.dict.c. vt qui duas. tamen quis benè poteſt vti duplici collatione: vt quia quis vult retinere poſſeſsionem beneficij vel adipiſci ex duplici collatione: & hoc poteſt fieri, & eſt ratio diuerſitatis: ſecũdum Lapum: quia in electione ſequitur confirmatio, quæ dicitur ſententia ſiue decretum, quod non poteſt interponi ſuper incerto: ſecus in collatione.de quo ibi latius per Lapum. Et Panormita-
4 num in cap.veniens.de præſcription. † Adde etiam de intellectu capitu.vt quis duas.de electio.libr. vj. per glo. Archidiaconum, & Geminian.ibi. & qualiter quando quis agit pro poſſeſsione beneficij producendo diuerſos titulos, quorũ vnus venit ad corroborationem alterius.de quo per Ioannem Calderin.in titu.de elect.conſil.vij.& per Lapum allegatione. vj. & allegatione viij. & allegatione cxxxj. & vide etiam allegatione vj.an valeat electio quando quis eligitur ad beneficium vacans per mortem vel aliàs quouiſmodo.

ARGVMENTVM.

Electio in quibus interſunt laici an valeat?

SVMMARIVM.

1 *Electio facta per abuſum ſecularis poteſtatis eſt ipſo iure nulla.*
2 *Electio quibus modis per abuſum laicorum fieri dicatur.*
3 *Electio non uitiatur ſi nõ exiſtens in ſacris qui uocem non habet, electioni interfuerit.*
4 *Electio ad populi clamorem fieri prohibetur.*

Quæſtio MCCCLXXVIII.

QVAERITVR quia in dicta electione dicti domini Antonij de Claromonte interfuerunt pro teſtibus aliqui officiarij tẽporales: vti dominus præſidẽs, & alter cõſiliarius Delphinalis. Et pariter duo.ex electoribus videlicet dominus Antonius Putoudi, & dominus Antonius Palmerij ſunt conſiliarij Delphinales, & officiarij in dicta cu-
1 ria parlamenti.† Et ita talis electio facta per abuſum poteſtatis ſecularis eſt ipſo iure nulla.cap.quiſquis.cap.cum terra.cap.ſacroſancta.cap.Maſſana. de electiõ.& maximè: quia etiam ſecundum tenorem pragmaticæ ſanctionis, in titul.de electio.cap. primo. §. ad tollendum debet ceſſare talis abuſus laicorum.& pariter debent ceſſare preces, & literæ, communicationes, impreſsiones, aut aliud quominus liberè ad electionẽ procedatur.nec tenẽtur electores procedere ad aliquam electionem eo tunc: vt ibi habetur. Et ideò eſſet quærendum qualiter dicatur fieri electio per abuſum poteſtatis laicorũ: quia ſecundum Innocentium & Panormitanum *in dict.*
2 c.quiſquis. † poteſt dici tribus modis fieri per abuſum laicorum. Primo quando requirunt laicos vt interſint electioni. Secundo, quando requirunt conſenſum principis ſecularis ſuper certa perſona eligenda.cap.cum terra.de electiõ. Tertio modo dicitur fieri, quando eligunt minus alicuius potentis ſecularis: adeò quòd iſto caſu electio dicitur nulla: & conſentiens electiõi efficitur inhabilis ad dignitatem: & maximè quando ſcienter admittuntur laici: quia ex quo vnus inhabilis ſcienter admittitur in electione, vitiatur in totum electio: ſecus ſi ignoranter.cap.illa.cum ibi notatis.de electione. Et per Innocentium & Panormitanum in capitu.fina. de procurator.& per Ioannem Andræam, in minoribus.in cap.quod alicui.de regu.iur.libro ſexto.vbi
3 tenet, † quòd licèt ad eligendum non habeat quis vocem, niſi ſit in ſacris.clementin. hij qui.de ætate & qualitate. Si tamen non exiſtens in ſacris admittitur, non propterea vitiatur electio vel alius actus: licèt vox inhabilis nõ computetur in numero. Vide per gloſſ.in dict.pragmatic.ſanction.vbi ſuprà ſuper verbo, præſumant. Et ibi an electio ſit nulla. Veruntamen ſecundum Panormitanum in dict. c. Maſſana.licèt admiſsio laicorũ reddat electionem ipſo facto nullam, hoc verum ſecundum Compoſtellanum, quando admittuntur ad eligendum: ſecus ſi propter aliquam vtilitatem eccleſiæ: quia admittitur ta-

mittetur tabellio ad ſcribendum proceſſum electio nis:vel quia vocantur laici, vt defendant clericos electores contra ſiſmaticos vel alios impedientes iniuſtè.lxiij.diſtinctio.cap.in principibus. Adde c.
4 Oſius.de electiõn. † vbi prohibetur fieri electio ad clamorem populi.facit l.decurionem.C. de pœn.l. ſi conſtante. ff.de appellatio.& de materia an laici admittantur in beneficialibus per præſentationem aut electionem,vide Henricum Boic,in dict. capit. Oſius.& in capitul.quærelam.de electio.& in cap. nobis. de iure patrona.vide in capitu.nulla. ſexage ſimaſecunda diſtinctiõn.vbi etiam in electioneEpi ſcopi requiritur cõſenſus plebis.& ſecundum gloſ. ibi eo ipſo quòd laici præbent teſtimonium in electione,dicuntur conſentire.

ARGVMENTVM.

Procuratorium factum religioſo an valeat?

SVMMARIVM.

1 *Religioſus procurator conſtitui poteſt.*
2 *Notarius an executoris officium mittendo in poſſeſsionem, & actum miſsionis in poſſeſsionem tanquam notarius recipere poteſt?*
Officia duo an quis exercere poſſit.
3 *Religioſus Epiſcopi procurator eſſe poteſt.*

Quæſtio MCCCLXXIX.

QVAERITVR ſuper forma procuratoris facti per dictũ dominum Cardinalem, de anno natiuitatis domini milleſimo quatercenteſimo nonageſimoſexto.die tertia menſis Februarij, vbi
1 conſtituit eius procuratores fratrem Ioannem Lapoſtella presbyterum magiſtrum Theologię ordinis fratrum hæremitarum ſancti Auguſtini & certos alios ibi nominatos,& eorum quemlibet inſolidum ad accipiẽdum poſſeſsionem corporalem eccleſię Archiepiſcopalis Viennenſis. & aliàs prout ibi plenius continetur,receptum Romæ per Nicolaum Potier notarium authoritate apoſtolica & imperiali. & conſequenter eadem die dictus dominus Cardinalis acceptauit dictam eccleſiam Viennẽ. vacantem per obitum domini Angeli Cathonis vltimi Archiepiſcopi:qui obijt extra curiam Romanam receptum per eundem notarium. & ita dicta acceptatio præuenit electionẽ dicti domini de Claromonte, quæ fuit facta de eodẽ anno die xxj.menſis Martij.& cõſequenter fuit facta miſſio in poſſeſsionem dictę eccleſiæ Viennẽ.in perſonam dicti fratris Ioan.Lapoſtella eius procuratorem de eod.anno die xiiij.menſis Aprilis per Ioannem le Ollier notariũ authoritate apoſtolica, qui fecit dict.miſsionẽ in poſſeſsionẽ:& recepit inſtrumentum:& ſic miſsio in poſſeſsionem dicti domini Cardinalis prȩuenit miſsonẽ in poſſeſsionem dict. domini Anthonij de Claromonte,quę fuit executa die xiiij.menſis Maij ſequen. & ideò contingit du-
1 bitari † ſi dictus frater Ioannes Lapoſtella religio ſus potuerit conſtitui procurator ad accipiendum poſſeſsionẽ?Dubium facit propter clemen. religio ſus.de procuratorib. niſi interueniat licentia ſuperioris,vt ibi habetur.Sed in contrariũ facit dictum Inno.in cap. vnic.de oblig. ad ratiocina. quòd licèt religioſus non poſsit exercere officium procura toris generaliter & indiferenter in omnibus cauſis ſecus in vna cauſa.de quo per Panor.in cap.ex par te.de poſtuland. Secundò etiam poteſt dubitari ſi
2 dictus le Ollier notarius †potuerit exercere duplex officium videlicèt executoris in mittendo in poſſeſ ſionẽ & recipiendo actum tanquàm notarius.& videretur dicendum ꝙ ſic, cùm ſint actus voluntarię iuriſdictionis.iuxt.not.per Bartol.& Bald.in l.ſi cõ ſul.ff.de adoptio.& in l.iubemus.la grande.§.ſanè. C.de ſacroſanct.eccleſi.& ff.de ſtipul.ſeruo.l. ſi ſer uus.& idem poteſt dubitari de acceptatione& pro uiſione facta per Nicolaum Potier canonicũ notarium authoritate apoſtolica & imperiali, qui recepit acceptationẽ & prouiſionẽ dicti dñi Cardinalis vigore clauſulæ.cæterùm de anno natiuitatis domini 1496. die iij. menſis Februarij, datum in curia
3 Romana vbi ita vtitur de ſtyllo. Adde † quòd religioſus poteſt eſſe procurator Epiſcopi.cap.ſopitè. de cenſ.& ibi poſt Hoſtien. multò fortiùs pro Cardinali,maximè cùm reſidet in vrbe de materia vide Panormita.& Felin. in cap.cùm I,& A, de re iudi. per Panormita.in cap.ij.de poſtula.& in capitu.ſed nec.ne cleric.vel monach.in cap.cùm eſſent. de ſymo.in clemen.religioſus.de procura.

ARGVMENTVM.

Epiſtola quam quis præſentatam eſſe dicit,de præſentatione an docere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Epiſtola principis quandoque uim legis habet, quandoque non.*

Quæſtio MCCCLXXX.

QVAERITVR de epiſtola dudum tranſcripta per bonæ memoriæ Regem Carolum VIII. Romano pontifici collegio cardinalium ac etiam dicto domino Cardinali ſancti Seuerini ad vtilitatem dict.domini Cardinalis pro reſeruatione certorũ beneficiorũ obtinẽda quę fuerũt productę in hoc proceſſu.an ſit opus iuſtificare de præſentatione dictarũ epiſtolarũ & literarũ miſſoriarũ,& dicendum eſt quòd ſic,aliàs non habẽt effectũ. l. qui abſenti.ff.de dona.ſecũdum Bal.in rubr.C. de dot.
1 promiſsio.facit c.ſuper eo.le ij.de appella.† & licèt epiſtola principis habeat vim legis quãdo emanat cõſiſtorialiter & in materia indifferenti:ſecus ſi incerta cauſa:iuxt.not.per Ioan.Fabr.& Angel.Are. inſtitu.de iur.natura. genti. & ciuil. ſecus ſi in vna particulari cauſa:quia tunc haberet vim interlocutoriæ.Et ideò expedit iuſtificare.de præſentatione dictarũ epiſtolarum.&pariter petere recognoſci ſignetum Regis quondam Caroli,& eius ſecretarij attento ꝙ epiſtola quæ reſcribitur Papę,non eſt in forma patenti, cùm non habeat datam anni, licèt illa quæ reſcribitur collegio Cardinalium ſit in forma patenti, & habeat datam & ſigillum.& ideò expedit videre originale.

ARGVMENTVM.

Electionis confirmatio intra quæ tempora peti debeat?

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio electionis ubi ad ſuperiores immediatos præter Papam intra tres menſes petenda eſt.*
2 *Electo cõfirmationẽ petere & ſi non conſequatur ſufficit.*
3 *Electus qui obſtante impedimẽto confirmationẽ intra tempora non petijt,excuſatur.*

4 *Confirmationis petendæ tempus utile.*
5 *Confirmatio ſi extra tempora petatur & obtineatur non niſi à Papa ex certa ſcientia fiat, ualet.*

Quæſtio MCCCLXXXI.

QVAERITVR de tempore confirmationis petẽdæ? Et in effectu in electione eccleſiarum cathedralium vel regulariũ immediatè Papæ ſubditarum, vel quando per appellationem ad Papam deuoluuntur, debet ſeruari. cap. cupientes. de
1 electio. libro ſexto. † aliàs autem vbi confirmatio ſpectat ad alios ſuperiores immediatos, debet peti infrà tres menſes: à tempore conſenſus præſtiti. capitu. quàm ſit. §. fina. de electio. libr. vj. Et de temporibus quæ dantur in expeditionibus eccleſiarũ vacantium habetur per gloſſ. in cap. ſi electio. de ele-
2 ction. libr. vj. † Et ſufficit quòd electus petat, licèt non obtineat: vel etiam ſi electores petant: quia nõ ſtat per electum. capit. cùm inter canonicos. c. cùm
3 dilectus. cap. dudum. de electio. † vel etiam propter iuſtum impedimẽtum excuſatur electus: puta propter infirmitatem, viarum diſcrimina, ſuperioris impedimentum: mutationem curiæ, vel aliud ſimile. cap. cùm parati. de appellationib. cap. ſignificante. de pignorib. l. ij. ff. ſi quis cautio. xviij. diſtinction.
4 quia † tale tempus dicitur vtile, & non ceſſantibus non officit. cap. ſi autem. cap. plerunquè. de reſcrip. l. contra maiores. C. de inofficio. teſtament. ſecundum gloſſ. in dict. cap. quàm ſit. aliàs ceſſante impedimento per lapſum trium menſium, ſi non fuerit petita confirmatio electionis, eo ipſo viribus vacantur: & eſt canon latæ ſententiæ: ſecundum gloſ. ibi,
5 adeò † quòd ſi petatur confirmatio poſt lapſum trium menſium, & obtineatur non tenet ipſo iure, niſi eſſet facta à Papa ex certa ſcientia: ſecundum gloſſam ibi.

ARGVMENTVM.

Confirmatio an & quando per procuratorem peti poſsit?

SVMMARIVM.

1 *Electus in eccleſijs cathedralibus collegiatis & regularibus immediatè Papæ ſubiectis ſe perſonaliter præſentare tenetur.*
2 *Confirmatio per amicum peti poteſt.*

Quæſtio MCCCLXXXII.

QVAERITVR an cõfirmatio poſsit peti per procuratorem aut amicum cum ratihabi-
1 tione? Et in effectu † in eccleſijs cathedralibus vel regularibus immediatè ſubiectis Papæ vel in quibus apppellatio deuoluitur ad Papã, debent ſe præſentare electi perſonaliter ceſſante cauſa impedimenti. capitu. nihil. in fin. de electione. Et debet ſeruari forma capitu. cupientes. de electio. lib. vj. aliàs autem in alijs eccleſijs electus poteſt petere confirmationem per procuratorem. capitul. cùm dilecta. de reſcript. ſecundum gloſſam in capitu. quàm ſit.
2 de electio. libr. vj. † Et etiam poſſet peti confirmatio per amicum cum ratihabitione ſubſecuta infrà dictum tempus trium menſium: ſecundum glo. ibi.

ARGVMENTVM.

Religioſus an priùs poſtulandus ſit, quã eligendus.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulatio non ſolennis electionis præambula dicitur.*
2 *Licentia ut pro electione facta per ſuperiorem præſtetur ſufficit.*

Quæſtio MCCCLXXXIII.

QVAERITVR quia dictus dominus Antonius de Claromonte eſt de ordine mẽdicantium: an priùs debuerit poſtulari licentia ab eius ſuperiore quàm eligi: & an ſufficiat licentia vicarij? Et videtur dicendum, quòd debeat priùs poſtulari poſtulatione non ſolenni, ex quo eſt electus ad prælaturam extra eius monaſterium ſeu religionem & ordinem, ſeu adminiſtrationem ſui ordinis. capit. ſi religioſus. capitu. religioſus. capit. quorundam. de electione. libro ſexto. clementin. fina. de election. & pro hoc facit. capit. quàm ſit. libro ſexto. vbi etiam eligentes debent petere licentiam à ſuperiore: vt ibi
1 habetur. † Nam talis poſtulatio non ſolennis dicitur præambula electionis: & deberet peti ante electionem capitu. primo. in fine. & ibi Panormitan. & in capitu. final. de poſtulatio. prælatorum. Et ita etiam tenet gloſſ. in capitu. primo. de poſtulatione
2 prælatorum. libro ſexto. † Et oportet, quòd iſta licentia præſtetur à ſuperiore pro electiõe facta: quia aliàs non poſſet præſtari pro futura electione. dicta clementin. fina. de electio. & oportet vt quis ſit certificatus de dicta licentia & electione antequã præſtet conſenſum: ſecundum gloſſ. ibi, nec ſufficeret præſtare talem licentiam in genere: ſecundum glo. & Cardinalem Florentinum ibi.

ARGVMENTVM.

Licentia acceptandi electionem à quo petenda ſit?

SVMMARIVM.

1 *Religioſi licentiam acceptandi electionem à ſuperiore immediatè obtinere debent.*
2 *Mendicantium ſuperior generalis uel miniſter intelligitur.*
3 *Mendicantium ordines quatuor.*

Quæſtio MCCCLXXXIIII.

QVAERITVR à quo ſuperiore debeat
1 obtineri iſta licentia? Et in effectu † quò ad religioſos debet obtineri à ſuperiore immediato. c.
2 ſi religioſus. de election. libro ſexto. † Sed quò ad mendicantes ſuperior intelligitur generalis vel miniſter. capitu. quorundam. de electione. libro ſexto. capitu. fin. de pactis. eodem libro. vbi fit mentio de magiſtris, miniſtris, vel prioribus, generalium ſeu prouincialium ordinis mendicantium. cap. primo. in fine. de religioſis domibus. vbi fit mentio de ordi
3 ne quatuor mendicantium, † videlicet prædicatorum, minorum, hæremitarũ, & Carmelitarũ, clem. exiuit. de paradiſo. §. domum. de verborum ſignificatione. vbi fit mentio in ordine fratrum minorum de miniſtro generali, & etiam de miniſtro prouinciali: & licèt in verſiculo cæterùm. circa finem. fiat mentio quòd quando fratres minores carent miniſtro generali, quòd vicarius ordinis ſupplet: & talis vicarius deputatur per Papam, vel per conſtitutionem fratrum minorum miniſter prouinciæ vbi eſt capitulum generale celebrandum, habet poteſtatem quò ad ea, quæ ſpectant gerenda ad expeditionem capituli: ſecus in alijs ſecundum Cardinalem

Florentinum. ibi: tamen in caſu iſto non ſufficit licentia miniſtri prouincialis, maximè vbi nõ appa ret, quòd ſit in remotis. c. cùm nullus. de tempor. ordin. lib. vj. cum ibi notatis per glo. & doctor.

ARGVMEMTVM.

Electio qualiter in concordia vel diſcordia fieri dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Electio intelligitur & attenditur de illa quæ eſt in facto non in fictione iuris, uel iuris effectu.*

